
9778

46
58



ANTONII PICHARDO

VINVESAE I. V. D.

HISPANI, SALMANTICENSIS ANTECESSORIS, IN TRES priores Institutionum Imperatoris Iustiniani libros

COMMENTARII.

PHILIPPO III. HISPP. REGI DICATI.

Nunc denuò secundâ editione in vsum & gratiam studiosorum, omniumq; Scholasticam disputationem, praximq; forensem sectantium, cum Iuris Romani Hispaniq; antinomia, & consensu editi.

IN QVIBVS OMNES FERE IVRIS CIVILIS & Regij quæstiones, in omnibus materijs solidè & accuratè ex ipsis Romani Hispaniq́ue iuris fontibus, disputantur & definiuntur.

QVOS IDEM AVCTOR SECVNDVM recensuit, auxit duplici adiecto indice; Operis contentum, insigniumq; hisce commentarijs explicatorum locorum in primo: Rerum minimarum, maximarum verô in extremo totius operis reperies.



SALMANTICAE.

Cum priuilegijs Regnorum Castellae, Aragonis, & Portugaliae.

Apud officinas Arti Taberniel, & Antoniae Ramirez viduae.

Expensis Auctoris.

Anno CIↃ. IↃC. IIX.

Isabel de Lobera

DIVO PHILIPPO III. Domino nostro clementissimo DIVI PHILIPPI II. Prouidētissimi Retrò Principū, cuius inuicta virtus sola pietate superata est, OPTIMI PARENTIS OPTIMO FILIO. DIVI CAROLI V. De Romano Imperio, de materna & auita Hispania, & de omni hominum genere meritissimi, orbis terræ Hispano nomini subiugatoris NEPOTI DIVI PHILIPPI I. Belgae Austriaci generis humani amoris & desiderij PRONEPOTI. DIVORVM FERDINANDI ET ELISABETH Catholicorum Hispaniæ Regum, Pestiferae Saracenorum, Iudaeorumque sectae Exterminatorum Extinctorum, verae Religionis ac Catholicae Fidei Restitutorum Reparatorum ABNEPOTI HISPANIARVM REGI POTENTISSIMO, OMNIVM REGIONVM NASCENTIS OCCIDENTISQVE SOLIS IMPERATORI PERPETVO SEMPER AVGVSTO PARENTI PVBLICO. PIO FOELICI BONO REIPVBLICAE NATO.

D. N. M. Q. E. D.

ANTONIVS PICHARDVS VINVESA. I. C. HISPANVS SALMANTICENSIS ANTECESSOR, Institutionum prius, Iustinianei Codicis; Et Digesti Veteris Dein, Nūc perpetuae Digesti Noui Cathedrae Vespertina hora ANTIQVIOR MODERATOR, ET EX SENATORIO SALMANTICENSI ORDINE XXXVI. VIR secundas curas vigilias in tres priores Institutionum Imperatoris Iustiniani libros sub tanto auspicio foelici genio & victuras iam diu in lucem emissas PRO STVDIOSORVM SALVTE restitutas, Iterum dico consecro. Kalendis Nouembris. Anno CIↃ. IↃC. IIX.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor Antonio Pichardo Vinuesa, Cathedratico de Codico en la Vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relacion, que vos auiades compuesto vnos *Commentarios sobre los tres primeros libros de las Instituciones del Emperador Iustiniano*, que era de los que haziades presentacion, y eran las mismas lecturas que auiades leydo en la dicha Vniuersidad, el qual era muy vtil y prouechoso; y nos pedistes y suplicastes os mandassemos dar licencia y facultad para que pudiessedes imprimir el dicho libro y Commentarios inserto el texto de Iustiniano, con priuilegio por veynte años, ô como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos vltimamente fecha sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado que deuiamos de mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, è nos tuuimoslo por bien. Por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha della, vos o la persona que vuestro poder ouiere, y no otro alguno, podays imprimir y vender el dicho libro, que de suso se haze mençiõ, por el original que en el nuestro consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin del de Christoual Nuñez de Leon nuestro escriuano de Camara delos que en el residen, con que antes que se venda lo traygays ante ellos, juntamente con el original, para que se vea si la dicha impresion està conforme a el, o traygays fe en publica forma, en como por Corrector por nos nõbrado se vio y corrigio la dicha impresion por su original: y mandamos al impressor que imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro cõ el original al auctor, ò persona a cuya costa se imprimiere, y no otro alguno para effecto de la dicha correction y tassa, hasta que primero el libro estè corregido y tassado por los del nuestro consejo, y estando anssi y no de otra manera pueda imprimir en el dicho libro el principio, y primer pliego, en el qual seguidamente ponga esta nuestra licencia y priuilegio, y la aprouacion, tassa, y erratas, sopena de caer è incurrir en las penas contenidas en las pragmaticas y leyes de nuestros Reynos, que sobre ello disponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo delos dichos diez años persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir ni vender, sopena q̃ el que lo imprimiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros, moldes y aparejos, que del dicho libro tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otta tercia parte para la persona que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidentes, è Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa, y corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Assistente, Gouernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios, y otros juezes, e justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, anssi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula, y contra su tenor y forma, y de lo en ella contenido, no vayan ni passen, ni consientan yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Fecha en Madrid a veynte y vn dias del mes de Deziembre de mil y quinientos y nouenta y nueue años.

EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Don Luys de Salazar.

¶Dio su Magestad nueuo Priuilegio al Auctor por diez años, como el de arriba. En el monasterio de Prado de Valladolid, en quatro de Março de 1603. años.

Ioan de Amezqueta.

DON Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalé, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los dos Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Austria, duque de Borgoña, de Brabante, de Milan, de Atenas, y Neopatria, Conde de Hasburg, de Flandres, de Tirol, de Barcelona, de Rossellon, y Cerdeña, Marques de Oristan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos el Doctor Antonio Pichardo Vinuesa, nos ha sido fecha relacion que aueys hecho y compuesto vn libro en latin intitulado, Commentarij in tres priores institutionum Imperatoris Iustiniani libros. El qual es de doctrina vtil y prouechosa, y que le desseays imprimir y vender en los nuestros Reynos y señorios de la Corona de Aragon, suplicandonos os mandemos dar licencia para ello, con prohibicion que ninguna otra persona lo pueda hazer, sino vos, ò quien vuestro poder tuuiere. E nos teniendo respecto a la calidad del libro, y a los gastos y costas que seos han ofrecido y offrecen en hazer la dicha impresion, y que ha sido visto, reconocido, y aprouado por nuestro mandado: lo auemos tenido por bien en la manera infra escripta. Porende con tenor de las presentes de nuestra cierta sciencia y Real authoridad deliberadamente y consulta damos licencia permisso y facultad a vos el dicho Antonio Pichardo Vinuesa, y a la persona, ò personas que vuestro poder vuieren, que podays imprimir, ò hazer imprimir al Impressor, ò Impressores que quisiere des el dicho libro arriba intitulado en qualesquiera Ciudades, Villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios de la Corona de Aragò y vender en ellos, assi los impressos en otras partes, como los que hareys imprimir en ellos, prohibiédo segun que con las presentes prohibimos y vedamos que ninguna otra persona los pueda imprimir, ni hazer imprimir, ni vender, ni lleuarlos impressos de otras partes a vender en los dichos nuestros Reynos y señorios, sino vos, ò quien vuestro poder vuiere por tiempo de diez años, q̃ se cuenten desde el dia de la data de las presentes en adelante, so pena de mil florines de oro, de Aragon, y perdimiento de moldes y libros diuididera en tres partes iguales; la vna a nuestros Reales Cofres, otra a vos el dicho Antonio Pichardo Vinuesa; y la otra al acusador con esto: empero que los que hizieredes imprimir para vender en los dichos nuestros Reynos de la Corona de Aragon, no los podays vender hasta que primero traygays a este nuestro sacro, supremo, Real Consejo, que cabe nos reside, vn cuerpo de la nueua impresion, para que se comprueue si estara conforme a la que agora se nos ha presentado; mandando con el mismo tenor de las presentes, a qualesquier lugar Tenientes, y Capitanes Generales, Canciller, Vicecanciller, Regentes la Cancellaria, y Regentes el officio de portant vezes de General, Gouernador, Alguaziles, Vergueros, Porteros, y otros qualesquiera officiales y ministros mayores, y menores en los dichos nuestros Reynos y señorios de la Corona de Aragon constituydos y constituydoros, y a sus lugares Tenientes, o Regentes los dichos officios, so incorrimiento de nuestra ira, ê indignacion y pena de mil florines de oro de Aragon de bienes delos que los contrario hizieren exigideros y a nuestros reales Cofres aplicaderos, que la presente nuestra licencia y prohibicion y todo lo en ella contenido tengan, guarden, y obseruen, tener, guardar, y obseruar, hagan sin contradicion alguna, ni dar lugar, ni permitir a que sea hecho lo cõtrario en manera alguna si nuestra gracia les es cara, y demas de nuestra ira ê indignacion sola pena sobredicha desseã no incurrir. Data en nuestra casa Real de Aranjuez a tres dias del mes de Mayo. Año del nacimiento de nuestro Señor Iesu Christo de mil y seyscientos.

YO EL REY.

Vt. Couarruias Vic.
Vt. Comes. Gen. Thesa.
Vt. Guardiola R.
Vt. Ioa. Sabater R.
Vt Franquesa Cons. Generalis.
Vt. Baptista R.
Vt Clauero R.
Vt. Don Petrus Sans R.

Dominus. Rex mãdauit mihi Dominico Ortiz visum per Couarruuias Vicecãc. Comitem Gen. Thesaurarium. Baptista, Guardiola, Sans, & Sabater Regentes, Cancellariam & Franquesam Consiliarium Generalem.

REY.

EV EL REY faço saber aos que este Aluara verem que eu ey por bem fazer merce ao Doctor Antonio Pichardo Vinuesa Cathedratico em a Vniuersidad de Salamanca, que por tempo de dez anos, impridor nem liureiro algũ, nem outra pessoa de qualquier calidad que seja, nam possa imprimir, nem vender em todos meus Reynos e senhorios da Coroa de Portugal, nẽ trazer de fora delles o liuro intitulado instituçoens do Emperador Iustiniano cõ huns Cõmentarios y lectura que trata sobre elles. Se nã aqueles liureiros e possoas que pera isto tiueren liçença do dito Doctor Antonio Pichardo. E qualquier impridor, liureiro ou pessoa que durando os ditos dez anos imprimir o dito liuro nos ditos meus Reynos ou os truxer de fora delles sem liçẽça do dito Douctor Antonio Pichardo, perdera pera elle todos os volumes, que assi imprimir, vender ou de fora trouxer. E alem disso encorrera em pena de cem Cruzados, ametade pera minha camara, e a outra ametade pera quem o acusar. Mando a todas minhas Iusticias e officiaes a que o conhecimiento disto pertencer que lhe cumpran guardem e façam comprir e guardar este aluara como se nelle contem. O qual ey por bem que valha e tenha força e vigor, como se fosse carta feita en meu nome por mi assynada e passada pella Chancellaria, posto que por ella nam passe, sem embargo das ordenaçoens do segundo liuro titulo vinte que o contrario dispoem. Francisco Matoso o fez em Madrid a vj. de Feuereyro de mil e seis centos. Antonio Moniz da Fonsequa o fez escreuer.

REY.

Pedro Barbosa, Francisco Nogueyra.

Registrado.

Fonseca.

TASSA.

YO Christoual Nuñez de Leon Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, y vno de los que residen en su Consejo, doy fe, que auiẽdose visto por los Señores del vn libro, que con priuilegio de su Magestad esta impresso, intitulado *Comentarios sobre los tres primeros libros de las Instituciones del Emperador Iustiniano*, compuesto por el Doctor Antonio Pichardo Vinuesa, Cathedratico de Codigo en la Vniuersidad de Salamãca, tassaron cada pliego de los que agora tiene el dicho libro, à quatro marauedis, con que antes y primero que se venda el dicho libro, se ponga al principio de cada vno de ellos, esta fe de tassa, y para que de ella conste de mandamiento de los dichos señores del Consejo de su Magestad, y de pedimiento del dicho Doctor Antonio Pichardo Vinuesa, di esta fe en la villa de Madrid, a veynte y tres dias del mes de Março de mil y seyscientos años.

Christoual Nuñez de Leon.

Pliegos, duzientos y cinquenta y tres, Tassa, veynte y nueue Reales y veynte y seys marauedis.

Censura.

COMMENTARIA Antonij Pichardo Vinuesa Hispani I. C. praclari, & Iustinianei Codicis apud Salmanticenses interpretis eruditi, in tres priores libros Institutionum Imperatoris Iustiniani, supremi senatus Iussu, qua potui diligentia perlegi. Cuius argumenti opus cum nullum antea ab Hispania prodierit, & in eo auctor in omni ferè iuris materia, cum iure Romano Hispanũ aptè cõiungat, & vtrumq; diserte explicet: publica luce, & Doctorum hominum approbatione dignum censeo. Salmantica. vij. die mensis Decembris. Anno 1599.

Gabriel Henriquez Primarius legum
Doctor in Salmant. Academia.

IOANNIS DE SOLORCANO PEREYRA I. C. MATRItenſis, & in Salmanticenſi Academia Cæſarei iuris publici profeſſoris in ANTONII PICHARDO Commentaria ad Lectorem Præfatio.

MIRARI ſe, ſcriptum reliquit Vitruuius, quanam effici ratione potuerit, vt nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Næmæavè viciſſent, Græcorum maiores, ita magnos honores conſtituerint, vti non modo in conuentu ſtantes, cum palma & corona ferrent laudes: ſed etiam cum in ſuas ciuitates reuerterentur, cum victoria triumphantes, quadrigis in mœnia & in patrias inuehi ſolerent, è req; publica, perpetua vita conſtitutis vectigalibus, frui: ſcriptoribus verò non idem honores, etiamq; maiores ſint tributi, quorum prudentia tanta munera, priuatim publicèq; hominibus pręparat, quorumq; cotidiana præcepta, perpetuis induſtrijs & laboribus culta, infinitas vtilitates, æuo perpetuo, non ſolum ſuis ciuibus, ſed etiam omnibus gẽtibus præſtant, inſtituuntq; ciuitatibus humanitatis mores, æqua iura, leges, quibus abſentibus, nulla poteſt ciuitas incolumis eſſe. Ego verò & hac, & ea quoque de cauſa in maiorem rapior admirationem, quòd videã, optimos quoſq; ſcriptores non modò præmijs & honoribus deſtitutos, quibus eos ornari par eſſet: ſed etiam ex tot millibus vnũ, vix (& ne vix quidem) vllo in ſæculo repertum, qui ſuos non fuerit Sycophantas perpeſſus, quique inuidẽtis Momi, emiſsitios oculos, & Theoninos dentes euaſerit. Nam vt Zoilum prætermittam, qui (vt Ouidius ait)

INGENIVM MAGNI, LIVIDE DETRECTAT HOMERI.

Et qui in diuinum quoque Platonem, ac cõplures alios, acerbè & virulenter ſtylum diſtrinxit, & huiuſcemodi canibus, nomen & originem dedit, fuere ſubſequentibus ætatibus alij, qui dum pręſtantiſsimorum quorumcumq; ſcriptorum, ingenia calumniari, & Ariſtarchum ſequuti, eorum præclaris operibus, notas inijcere nõ verentur, adeò ſunt maledicendi ſtudio debacchati, vt ſi grauiora non poſſent, leuia quæque, & exigua peccata, rabido morſu reprehenderent, ipſum, quem ipſi referunt, Momum ſequuti, qui (vt fabulæ memorant) cum in Veneris pulchritudinem, nihil dicere poſſet, in eius crepidas vt obſtreperes maledicæ linguæ virus effudit. Sic etenim quilibet, quantumuis mediocri inſtructus lectione, comperiet, in Platonis dialogis, ordinem à quibuſdã requiri: Ariſtotelẽ totius Peripateticæ doctrinę facilẽ principẽ, obſcuritatis notari: Virgilium à nonnullis ingenio imbecillũ, & ab alijs, Homerici

merici laboris cõpilatorem haberi: Ciceronem frigiditatis in salibus, & improprię parumque integrę locutionis damnari: Plinium turbidũ flumen: Senecam, calcem sine arena, Marcum Varronem, litterarũ porcum vocari: & denique Caium Sallustium, vt qui osca, & obsoleta verba affectarit, ab Asinio Pollione reprehendi, adeò inuidię subiacẽt omnia, & adeò (vt Martialis ait)

QVI VELIT INGENIO CEDERE RARVS ERIT.

Sed hoc enorme & detestabile vitium, cum semper late, nostro verò hoc sęculo latissimè patêre, nemo non videt, cuius (vt cum Tull. loquar) est quędam labes & macula, virtuti inuidere, & in quo inueniri passim quàm plurimi possunt, eo prędĭti ingenio, vt dum se solos sapere, alios cęcutire videri volunt, nisi quod ipsi fecerint, nil rectum censeant, ac si quid alij, literarię rei opis attulerint, aut furtim mordeant; aut palam delicato fastidio respuant, id solum glorię & laudis sibi additum esse putãtes, quod aliorum nomini, & existimationi detraxerint. Quo hominum genere, nullum meo hercle iudicio, pernicioſius reipubl. excogitari potest, nocentius nullũ: quippè qui tales sint, vt cum ipsi, nihil luce dignum in lucem proferant, continuis, importunisque latratibus, doctos quosque, & (prout sunt docti omnes) probos, verecundosque viros, in vmbraculis domesticis delitescere, & perpetuis tenebris, egregia scripta, diurna, nocturnaquè manu perpolita, damnare compellunt. Cuius rei parum abfuit, quin irreparabili iactura no uissimum exemplum, antiquioribus alijs adderetur, dum ingenio & eruditione conspicuus noster ANTONIVS PICHARDO, commentarios istos, quos in treis priores Imperialium Institutionum libros, iugi lectione, & indefesso studio præparauerat, satius esse iudicat, domestico cohibere carcere, sibi tantum (quod aiunt) & Musis, cecinisse, contentus, quàm se imperito vulgo, improborum præterea hominum, atque calumniatorum pestiferis, nocentissimisque venenis, contra quæ, vix vllum (vt Aristophanes ait) antidotũ cogitari potest, obijcere: Rem esse periculi plenam agnoscens, in tam diuersis hominum sententijs, & opinionibus, ita quemquam de se superbe sentire, atque ita sibi Suffenum esse, vt existimet posse se, omnibus in omnibus satisfacere, & audacem, quin potiùs temerariam præsumptionem videri, cum de alijs ferre iudicium, qui ipse sit, ab omnibus iudicandus. Quibus de causis, adeò propositi tenax persistit, atq; adeó huic sententiæ, mordicus hæret, vt ægre ab ea perpetuis multorum expostulationibus, & enixis amicorum (quibus iam ipse legendi libri fecerat copiã) precibus, auelli potuerit. Inter quos ego, qui me hoc modo, literariæ reipublicæ, non modicum operæpretium facturum videbam, vrgere hominem cæpi, & quò eum ab inito semel consilio deducerem nullum non lapidem voluere, abiecti, humilisque animi esse, ei ob oculos ponens, tantùm maleuolorum calũnijs deferre, vt earum inani timore prędaram adeò & egregiam, de bonis, eruditisque omnibus, de-

que

que iurisprudentia ipsa, benemerẽdi occasionem, sineret prętерire, imperitamque multitudinem ne teruncij quidem faciendam, & ęstimandam, cùm potius (vel Diogene teste) is solum recte philosophetur, qui illi non placeat, & cum nullum vsquam certius, manifestiusque doctrinæ, & eruditionis indicium, præbere quis possit, quam si ab huiusmodi canibus impetatur, hi enim quos sæpê (vt Satyrographus inquit)

PACVVIVS, ET VERRVCOSA MORATVR ANTIOPA:

semper in sublimia quæque feruntur, & ea tantum (vt ille ait) quæ non capiunt, carpunt: Hocque optime significasse Nasonem dum dixit:

SVMMA PETIT LIVOR, PERFLANT ALTISSIMA VENTI.

SVMMA PETVNT DEXTRA, FVLMINA MISSA IOVIS.

Notumq; esse arbores quæ iuxta vias sunt saxis & fustibus peti sæpius, & homines, linguarum his telis, qui in limite melioris famæ. Præterea vt isthæc omnia deessent, frustra detractorum morsus, ab eo homine pertimeri, qui doctissimorum huius Academiæ Salmanticensis Patrũ iudicio, ita omnes eruditionis numeros, in his commentarijs expleuerit, & ita omnia ad Critolai libram expensa, & ad Cleantis lucernam euigilata protulerit, vt nihil omnino sit, quod eis addi, aut adimi, aut quod Momus ipse, reprehensione dignum, iure possit offendere. Satis iam, Horatij præcepto paritum, satis iam maturè consultum, facto & euulgatione libri opus esse, ne si velit in eius partu elephantum imitari, plagiarius aliquis, (quorum nostra hac ætate infinitus est numerus) quæ ab eius priuatis scriptis abstulerit, pro suis in publicum proferat: neve ipse lõgiori mora, dimidium beneficij deperdat, cum certum sit, vel Ausonio testante, ingratam esse gratiam, quæ tarda est, & vt rectè Publius admonuit, bis gratum quod opus est, si citò & sponte offeratur. Ad hæc, memorem esse oportere, scribendi prouinciam, quæ in alijs authoribus voluntaria, atque adeó audax, & temeraria videri solet, sibi necessariam quodammodo esse, ac proinde à nemine vnquam vitio vertendam, cum potius nemo maiori ratione reprehendi, & accusari deberet, si neque dolium volueret, neque vllum ingenij, & eruditionis suæ specimen proferret, quã is, qui in hoc Salmanticensi Gymnasio (id est in florentissimo hoc omnium literarum emporio) altus, & disciplinis imbutus, in eodem suprema iuris vtriusque corona donatus: in eodem sexdecim (& quod excurrit) annis, tanta cum laude, & auditorum frequentia, præceptoris officio defunctus: in eodem denique toties in literarijs concertationibus, cum fortissimis antagonistis, publicam ingressus palęstram, tot triumphos, tot palmas adeptus, & toties victor, & ouans à populo salutatus. Quibus ipse rationibus aliquantulum motus, & continuis deinceps discipulorum precibus fere coactus, quibus eius moram, & eius datam necdum tamen expletam fidem, interpellabant votis tandem communibus annuit, & se li-

bri editionem, primo quoque tempore facturum promisit; quę nunc ecce, publicam sortitur fortunam, omnibus, qui legale studium profitentur, non minus ea (vt nullus arbitror) placitura quam actionum, ad certam & perspicuam formulam redactarum, oculos cornicũ confingens, Gneus olim Flauius feciſſe refertur. Etenim si Arceſilaum Regem, literarum monumentis didicimus, raucos aliquando, & inamenę vocis, aut balbutientes homines audire exoptaſſe, quo attentius poſteà facundos auditurus plus voluptatis, & oblectamenti perciperet; cur non ego mihi pollicear, poſt tot qui inconcinnis, & imperitis ſcriptis, limpidiſsimos iuriſprudentię fontes, deturbarunt potius quàm illuſtrarunt, cultos iſtos, atque apprime doctos noſtri PICHARDO labores, gratiſsimos literatis, boniſque omnibus fore futuros: cum prorſus nullum aliud opus, ab aureo illo Iuriſconſultorum ſęculo, proferre poſsimus, quod ita omnes iuſtę eruditionis impleuerit numeros, & quod adeó certa, & artificioſa dicendi methodo, non hanc tractationem vel illam, ſed vniuerſam ferè iuris ciuilis pędiam ornauerit, & in perpetuam quandam conſonantiam redegerit. In quo equidem omnes (inuidi quamuis, & alieni laboris iniquiſsimi ęſtimatores exiſtant) mecum conſenſuros ſpero, & me non minus vera dixiſſe iudicaturos, quàm (vt Lucret. ait)

PYTHIAE QVAE TRIPODE EX PHOEBI, LAVRO QVE PROFATVR.

Præſertim ſi hoc vnum exorari ſe ſciuerint, (quod Alcibiadem ab Euribiade, ſublato Scipione loqui eum vetantem, petijſſe narratur) vt non prius feriant, & mordeant, quam audeant, certè enim vbi libro perlecto, aut aliqua eius parte perpeſa, rationem & conſiliũ auctoris, (quod non eſſe improbabile reor) omnino perceperint, nihil fore confido, quam obrem iure meritoque, eum in quoquam reprehẽſum, aut incuſatum iri, debeant exiſtimare. Illi namque, quibus prima facie, vileſcere opus, & pro leui, & inani haberi cæpiſſet, quaſi quòd actum agere, & noctuas (quod aiunt) Athenas adferre videatur, quiſquis in hoc ſtudio, aut ſtadio poſt antiquos ſudare: & quiſquis poſt tot, qui in Inſtitutionum libros ſcripſerint decurſum tramitem relegere audeat, plane cõperient, aliorum ſcripta, licet plurima habeant perſpicaci iudicio repoſita, & acri, ſubtilique ingenio tractata, non tamen adeò vndequaq; perfecta, & abſoluta cenſeri, vt nullum poſterioribus ſpicilegium relictum & vt omnis ſuper eodem argumento ſcribendi occaſio, cæteris prærepta videatur. Quidam enim ex illis, dum Laconiſmo vti, & breues eſſe laborant obſcuri; alij dum latius diuagantur, & dum inutilibus diſputationibus, vaniſque indagationibus, multas paginas complent, prolixi, alij verò dum promiſcuè omnia: & abſque certo aliquo, & dilucido ordine tractant, ita confuſi & tenebricoſi ſunt, vt eorum opera Sibyllæ folijs obſcuriora, non Dauum, ſed Oedipum, hoc eſt, non rudem & infirmum animum ſtudioſi, ſed Natatorem Delium, &

euapo-

euaporatam aurem expoſcant. Noſter verò PICHARDO ita probè Spartam quam nactus eſt ornat, ita breuitati, citra obſcuritatem ſtudet: ita ea tantum, quæ aduerſum (vt aiunt) facere videntur, apponit: ita Quiritum iura noſtratibus legibus comparat: & denique ita doctè, ita terſe, ea fere ſolùm quæ ab alijs prætermiſſa ſunt, congerit, vetuſtis nouitatem, obſoletis nitorem, obſcuris lumen faſtiditis gratiam, dubijs fidem adſtruit; & ſecreta vtriuſque iuris primordia, puro eoque Latino ſermone aperit, vt veritas nuda, aperta, candida, poſsit deinceps optimis quibuſque patère, habereque ſub inde, noui iuris alumni (quibus hæc præcipue muſitantur) monumenta legalia, non tam facilia, quam prona & manifeſta, & vt dici veriſsime queat Delphicum gladium, quinimo & Ariadnes filum eum nobis in manibus appoſuiſſe, quo tortuoſum iſtud, & tot difficultatum Mœandris inuolutum, diſciplinæ legalis Labyrinthum tute ingredi, & ſecure peragrare poſsimus. Quæ qui æquo perpenderint animo, proculdubio cognoſcent, minime in his commentarijs breuitatem illà deſiderari, quam Inſtitutiones ipſæ videntur expoſcere, & quam Iuſtin. Aug. in earum compoſitione obſeruari mandauit, cum conſter multa potius auctorem dixiſſe, quàm multum, & ea haud iuſte longa appellari, quibus nihil iure adimi poſsit, præſertim cũ nihil valeat (vt Horatij verbis abutar)

BREVIVS EXCOGITARI NIL PLANIVS ISTIS,
QVAE FIRMATA PROBANT, AVT INFIRMATA RECLINANT.

Et quæ ita noua, atq; adeò perſpicua ſcribendi ratione, vnius cuiuſq; deciſionis veritatem, tum aperiunt, tum fulciunt, & ſuis admotam contrarijs (non ſecus atque olim Socraticorum ſchola ſolebat) clariorem & manifeſtiorem efficiunt. Accipe ergo Pie & candide lector, librum, quem tibi pius & candidus auctoris animus offert, & nunc mutilum, ac velut anguſtum dat, & quem periculi faciendi cauſa ex ſua literaria legione, tanquam ad incerta itinerum exploranda præmittit, integrum & perfectum quàm citiſsimè, ſimul cum alijs ingenij copijs, in hunc apertum famæ campum, fidenter producturus, ſi eius laborem & ſtudium probari: ſi nullos aut paucos hoſtes: ſi nullos laqueos & inſidias eſſe compererit: & interim quod enixè rogo in memoriam reuoca humanarum virium non eſſe rectum curſum perpetuò tenere, atque ideò commentarios iſtos, vt ſit aliquid in eis aliquando peccatum, non tamen inde reijci ſtatim & damnari debere, cum oraculum poeticum moneat,

FAS ESSE IN LONGO OPERE SOMNVM OBREPERE.

Cumque ciuilis, & naturalis exigat ratio, prudentiſsima illa Perſarum lege cum ſcriptoribus agi, qua ſiquis in aliquo deliquiſſet, non prius impoſitas ſceleri pœnas pendebat, quàm diligenti in omnem illius vitam inquiſitione peracta, maiorem eſſe eorum numerum appareret,

quæ turpiter & flagitiosè, quàm quæ probè & honestè gessisset, alioqui enim si turpibus honesta præponderarent absolui, & liber, atque immunis iubebatur abire. Quæ herculè ratio si (vt par est) in istis lucubrationibus ineatur, nihil est quod dubitem, quin liber hic, liber possit per omnium manus & ora vagari, & non modò absolui, sed & vt perfectus, & absolutus omnibus maximopere commendari, cum in eo, non vt Martialis scripsit:

SINT BONA, SINT QVAEDAM MEDIOCRIA, SINT MALA PLVRA;

Sed potius contra adeò optima omnia, vt vix quæ mediocria, nedum quæ mala iudicari possint, reperiantur, Vale.

PETRI XVAREZ DE

Molina Hispalẽsis vtriusque iuris publici professoris in Salmanticensi Achademia de opere ad lectorem.

Carmen iam euulgatum in prima editione anno 1600. ad exemplum epigrammatis primi Martialis.

Vbrica Cæsarei sileant glossemata iuris,
Scrinia nec repleat Bartolus ampla nitens,
Nec Pauli monitis omnes tribuantur honores,
Iuraquè flectat habens Baldus in ore bouem,
Ordine nec Maynus, nec causis Immola clarus
Sublimes feriant sydera vertícibus:
Omnia Pichardus breuiore volumine præbet:
Vnum pro cunctis iuris alumne legas.

ANTO-

ANTONIO PICHARDO

Vinuesae. I. C. clarissimo & in Salmanticensi Academia publico honorario Digesti noui Antecessori dignissimo Don Ferdinandus Carrillo Chumaçero I. C. & Collegij maioris Salmanticensis (quod Diuo Iacobo erexit Archiepiscopus Toletanus) alumnus. S.

QVINQVATRIBVS Mineruæ sacris, quam offeras (Antoni doctissime) mercedem damus, quæ gratiam ad Diuę fanum testatura pẽdeat, non pendat. Erepta cæsis hostibus arma feretrius capit Iuppiter, & rabido Aquilonis impetu lacerata carbasa delubris Deum affigimus. Spirantibus animantium fibris irati numinis conciliatur fauor:

Nec quæ de parua pauper Dijs libat acerra
Thura minus, grandi quàm data lance valent.

Quid ni? æquilibris hæc, aut hostis fugati, aut salutis receptæ retributio, apage: sed ilia superi scrutantur ima: queis cordi, quę è corde oblata munera: quorum apud Diuos non à manu æstimatio, sed à mente. Ingratus ergo hominibus, iniurius Dijs, qui officij pensationem ad calculum reuocat, & Cyatho remetitur æquo. His ego (dij faxint) non nectar, nec imperio Magistratus addicar. Lene, quod experior iugum: nõ iacto, suppono ceruicem. Scio me in eius ære, & censu versari, cui proximum à Dijs ingenium, & supra captum mortalem innata comitas. Hæc deficientem formauit animum, nutantemq; firmauit. Scilicet in cõmuni omniũ gratulatione solus ego libris admota manu turpi silentio infamis? Hæccine præceptori merces datur, & parentibus proxima habetur gratia? Atqui (inquies) Arabũ gazas vili fædas terũtio, & solẽ facibus adiuuare pergis. Sed heu, proletarij sumus: solo capite cẽsemur, non ære. Nostrum tamen offerendi vindicis ex lege decemuirali arbitrium: hunc damus, tenuem quidem illum, futurũ tamen si ab animo pensetur nõ ingratũ. Erit id monumentũ obsequij mei: vellem, & tuæ virtutis. Sed hæc præconia voce nõ eget, nec (suis innixa viribus) pedamento fulcitur. Classicum tamen & primæ notæ testimonium dicam veteri cierata formula. Vix dum ego Salmanticensis Athenæi limen salutaram, cum in eo conquirendo sollicito mihi, qui viam ad iuris, quam ardebam scientiam præmuniret, te fœlix nescio quis genius

dedit.

dedi-. Tu primum tyroni aditum recluſiſti, tu lytæ, & prolytæ adyta reſeraſti. Poſſem te duce, ſinuoſos queis alij torquentur extricare vortices: & inacceſſa premere ſummorũ montiũ iuga. Quæ (Deus bone) fluitoſa (vt cum Lucretio loquar) dulciſonantis eloquij ſcaturigo? quæ ab Hymettis collibus florens oratio; cedat: cedat mellita Pylij facundia: cedat feſtiuus Atticorum lepos, ad maiora propero. Quoties egregius iuridicæ veritatis aſſertor, eam ad pileum rapuiſti, quæ luſcioſorũ nugis (proh dolor) ſeruit, & ancillatur? Quoties obſoletas temporum vetuſtate ſententias (à queis plerunque verus iuris ſenſus) à puluere reuocaſti & ſitu? Quoties è tortuoſis antiquorum ambagibus (quibus nõ ſemel in ſcirpo nodus) nos quaſi manu deduxiſti ad viam? Tu ſacroſanctam iuris Cæſarei maieſtatẽ audaculorum impetu nutantẽ ſartam tectam ſeruaſti? Tu limpidiſsimos legalis ſcientiæ fontes virulentis iam pridẽ labijs conſpurcatos veteri illa purgaſti & olenti fæce. Tu vacillãtem iuris rationẽ (quæ fermè iactatur ad luſum) ab ſciolorũ hominũ iniuria vindicaſti. Adeſt aſſertis fides: Tu licet (quod vereor) caperata frõte tumeas: qui ſolus tibi cenſor. Non hæc mercenaria præconia exiſtimato: nõ ad palatum verba condita credito: ita ſentio: ita omnes boni mecum. Odi nitentes verborum phaleras: odi incruſtata pictæ linguæ tectoria: odi ſeruile eorum hominũ genus, qui tria nomina naturæ beneficio nacti ſeruili vitio adulantur: canum exemplo blandiũtur: ſimiarum more paraſitantur. Hæc non emendicatis conquiſita ſuffragijs, ſed communi omnium admiratione viſa, & albentibus recepta fabis, quid premam; promam atqui te inuito, & dabo in vulgus, quæ tamẽ ſupra vulgi captum. Aſsiduum cieo teſtem, quod colimus Salmãticæ Lyceũ quo nullum ſub ſole auguſtius, celebrius nullum. Binis id tua tẽpora ſertis ornauit, & cum ſupremis Hellanodicis ſedere iuſsit. Ter victricibus folijs redimitum ſublatis manibus, & explicita fronte ſalutauit. Millies in ſacris agonibus luctantem vidit, ſuſpexit, ſtupuit. Præbuere antagoniſtæ iugulum, *& hoc habet* ſuperſtites clamauere ordines: queis repercuſſas reddidere voces concamerata Salmanticenſis ſcholę tectoria, & cauæ (quæ viſæ trepidare) rupes. Dum commiſſos medio aggere ludos clamat accenſus: dum mœnia diſijcis, & prælatis facibus Hieronicarum more victor inueheris: dum Stephanos ingrata virgo repetit, & ouans circumduceris: quantus (Dij boni) rotas comitantium fauor? quæ lætæ ad triumphum vocis repetitio? quæ noſtræ Academiæ facies? ipſa geſtire periſtylia, & perennia acclamationum effluuia inte vnum corriuari viſa. Non hæc anguſtis gymnaſij noſtri concluſa finibus gloria: latiora ſibi pomeria parat, & totum circulat orbem. Fauſtum edidiſti nuper ingenij fœtum, & lucem videt, qui æterna dignus. Hunc non in noſtratium ſolum, ſed exterorum oculis, atque etiam oſculis haberi ſcio: & ea auiditate circum ferri, vt vix vllus in pergula. Placuit expoſita propalam merces, atque adeo, vt iam non merces. Sed quid non placeat, non pumice (vt aiunt) expoli-

tum

tũm arida, ſed ſubtili aſcia læuigatum opus? opus crebrò vnguium incurſu pene lacerum, & ſatis editum maturo partu? Noſtram (erudite præceptor) gratulationem æquã, vt offertur fronte ſuſcipe. Tuque ó Salmanticenſis Academia clariſsimum quem foues Agonothetam cole, reuerere ſuperſtitem: oculos cum fata vocent ſugilla: in æternum encomio poſthumo parenta. Habuiſti, quos omne miretur æuum inſignes palæſtritas, queis marmoreæ debeãtur icones, & Tripodes aurati. Habes & nũc qui poſsint ad penſam Theſeo abripere corollam, & Herculi extorquere clauam: nec eos ſolum, qui ſtipendia emeriti primæ ſunt haſtæ duces, verũm & qui ſub numeris degunt, & quaſi exercentur in Xyſtis. Omnium tamen quos, vel antiqua ſuſpexit, vel præſens admiratur ætas, an vnus iſte curſum anteuerterit, & metã ocyori pede calcauerit, non dicam. Epiſtolium ego ſcribo, nõ ſatyram. Illud ſine cuiuſq; ruga, aut ſupercilio dixerim, vnius opera communem ſane gloriam augeri, propalari, diſtendi. Non vnum, aut alterum anteſatum eo, opponent credo plerique auriculam, & ſe teſtes appellari permittent. Tuſolus (doctiſsime Picharde) communem omnium fidem eleuare ſatagis, nec dum clangente tuba trepidare viſus. Denſo à nobis agmine ſtant omnes, claſsicum ſuccinẽte nullo. Nonne id longa tibi ad rimulas auſcultatio monſtrauit? Fauentibus muſis euulgatum opus, continua amicorum prece, & bono publico adactus ad incudem vocas, non reuocas: vix vna litera lituram patitur: & prodit qui ante in ſcenam vix crepidas carpente momo. Quæ certior animorum conſpirantium fides? Age igitur, & carceribus liber, qui ſtadium vix propera celeritate contingis, pugna vt metam. Non iam tecum ſponſione apud Præſidem: apud Mineruæ ædituum ſacramẽto contendo! & concepta ex lege quiritali formula manum in re præſenti conſero. Diem ſi profers dico & apud Salmanticenſis gymnaſij patres clamo, quiritor, iubilo. Quid communi omnium expectationi, obfirmato, ne obſtinato dixerim animo reſiſtis? Num adhuc ſubducta vitilitigatorum ſupercilia, & noctuinos oculos reformidas? Diſpeream, ſi pugnandum tibi cum perfida hac edentulorum manu. Primum (crede mihi) tuorum impetum ferre non validi, dabunt ſecum impetu infugam grauius tibi cum Republica literaria negotium, ſi callueris, & græcanicum forſan illud ſuſurrare cõpelles ἁπλᾶν πλᾶτον

Nullus argento color eſt auaris
Abdito terris.

nec repoſitæ picturæ nitor. vale. ex noſtro Muſaeo. XVIII. Kalend. Decembris. CIↃ. IↃC. VIII.

ANTONIVS PICHARDO VINVESA, DISCIPVLIS, AVDITORIBVSQVE MEIS, S. DICO.

QVATVOR iam peractis lustris, ex quo à pueritia in celeberrima hac omnium scientiarum, bonarumque litterarum altrice, moderatriceque Salmanticensi Academia, vtriusque Iuris, & Pontificij & Cæsarei disciplinæ deditus, strenuè operam nauare cæpi, in eaque vtramque licentiaturæ lauream (quod alij nemini ex nostris Hispanis, nec hoc sæculo, nec lõge priori, si maiorũ testimonijs fides est habenda, contigit) & Pontificiam, & Cæsaream sum consequutus, illudque maximum, vt inter conscriptos Patres, iuris, legumque parentes meruissem coaptari, publicusque professor renuntiari: quum maximam iuris Ciuilis Rom. partem fuerim interpretatus (quod munus adeò sum à tenera ætate auspicatus, vt canere cum Ouidio Nasone recte possem:

CARMINA CVM PRIMVM POPVLO IVVENALIA LEGI.
BARBA RESECTA MIHI BISVE SEMELVE FVIT.)

Nihil vnquam habui antiquius, quàm vt totus in veram Institutionum Imperatoris Iustiniani explicationem, & interpretationem incumberem, vti meis ordinarijs extraordinarijsque disputationibus satis testatum, & manifestum reor. Quas, & id temporis cum cathedræ earundem institutionum candidatus pròdirem, & vt initium prehensandi facerem, eruditionis meæ, ac progressuum, si quos in iure feciſsem, specimen edere, necesse fuit, & posteaquam in ea petitione obtinui tanto excepistis applausu, tanta gratia, vt talem ac tantum hisce institutionibus Iustinianeis enarrandis, auditorum conuentum (quod sine arrogantia dictum, & acceptum velim) ac nostra tempestate hactenus non viderit Academia. Testes estis vos omnes, & qui ante vos gymnasia nostra tã assidua frequentia & crebritate celebrabant, vt etiam si essent illa, his quæ Academia habet, (habet autem totius orbis ampliſsima) & latiora & ampliora: vix, ac ne vix quidem, vel sedentes, vel stantes capere potuissent, recte (ni fallor) existimans, ex omnibus Iuris Ciuilis Rom. qui extant libris (quibus solis nos in respondendo, litigando, iudicando vti Iustinianus voluit) neq; comptiorem, neq; vtiliorem vllum. Continet enim breui licet compendio omne quicquid per quinquaginta Pandectarum libros, & item nouem Iustinianei Codicis Tribonianus sparsit, tanta facilitate, condito ordine, & arte tanta, quantam vix vllus potest, aut poterit vnquam. Etenim hic præter dictionis puritа-

tatem, verborum proprietatem, & totius non affectatam, sed naturalem quandam venus tatem, munditijs simplicem, quasi latinitatis pudicitiam, concinnitas ordinis, & methodi certa ratio, atq; aptissima posteriorum cum prioribus connexio nitidius & splendidius eminet, definitionum & diuisionum elegantissimarum plena omnia, iuris veteris à noui separatio perspicua, veteris sermone purissimo veterum, noui sermone doctissimorum recenti. Quæ partiendi peritia tanquam virtus quædam rarissima tanti semper habita fuit iam olim apud summos etiam Philosophos, vt Socrates apud Platonem in Phædro dicere soleat, hunc virum, tanquam Deum à tergo sequuturum se se, si quem reperisset, qui rem vniuersam rectè diuidere nouisset. Quemadmodum & apud Ciceronem Crassus, si quis effecisset, inquit, vt primum ius omne in genera digereret, deinde eorum generũ quasi quædam membra dispertiret, tum propriam cuiusq; vim definitione declararet, perfectam nos artem iuris habituros. Hæc singula ita ad viuũ hisce in institutionibus repræsentantur vt ad huius siue Crassi, siue ipsius Ciceronis exemplar, & perfecta iuris forma & imago non solum depicta, & expressa, sed veris & viuis coloribus animata esse videatur. Quo fit vt ars boni & æqui, alioquin latissimè patens, & multitudine ac varietate rerum pene immẽsa, facile percipi, commode edisci, & haud difficulter memoria teneri possit: vt inde iure optimo crediderim, nihil magis e vestris commodis, vtilitateq; esse posse (quibus me semper summopere addictũ nostis) quam si à calce ad caput (vt aiei solet) illum vobis explicarem. Id quum duodecim ferme ab hinc annis fuissem agressus (quibus apud vos ius Ciuile Ro. interpretor, cũ & antea eo munere non sine magna omniũ expectatione penè puer Hispali Iustinianei Codicis rescripta explicãs, functus essem) necvno aut altero tantũ perfici posset opus, nec qui ex vobis prioris libri cõmentaria excepissent è Academia discedẽtes possent sequentiũ capere, semel atque iterũ magno conatu expostulare cæpistis, vt quæ vobis & dictauerã, & deinceps dictaturus essem prælo mãdarẽ, sic enim fieret, vt noster, qui è vestra vtilitate semper fuit labor, nostræq; lucubrationes, & prioribus & posterioribus meis discipulis, futurisq; omnibus Academiæ, quinimo totius Hispaniæ, aliarũq; Regionũ, qui huc cõuenire solent, iuris legũque studiosis, magno vsui esse possent, tum etiam vt sic, quæ nostris in gymnasijs dictata, & à tyronibus, & veteranis excepta & à pluribus transcripta nonnumquam, imò frequentius, mendos è circumferebantur, suis exemplaribus & prototypis restituta maiorẽ fidem & auctoritatem haberent. Quam lem prouinciam, quantamq;, quamq; meis humeris imparem mihi imponeretis, qualeq; ego, si vestris annuerem precibus, susciperem, non ignoraui. Sed cum multum & sæpè, tunc maximè quum à vobis ipse earumdem Institutionum cathedram exposcerem, maiori cum conatu, vi, & impetu peteretis, & quasi ab inuito iure vel iniuria extorquere vel letis: non potui non annuere, publiceque id, & coram omni Academia in me recipere. Reciperem sanè & difficiliora, vt omnes gratias non modo retinerem, verum etiam quo ad fieri posset, acquirerem, & pleniori obsequio demererer amantissimos mei, non tam præstandi, quod exigebatur fiducia, quam negandi verecundia: ea præsertim occasione, qua velea, quæ supra vires sunt, recusare, aut abnuere religio est. Honoris & gloriæ sacra fames, quid non mortalia pectora cogis? Igitur quasi ex sponso mecum agere cœpistis horrendum illud classicum canentes Solue quod debes. Debebam, quia promiseram, & quia soluendo non eram, adimpossibiuum (quorum nulla est in iure obligatio) exceptionem, veluti ad aram confugiebam: quam etsi certissimum asylum, & omni iure sacro sanctum vos omnes fateremini, me tamen quotidiano conuicio, qua-

decocto-

decoctorem cum proprijs & alienis facultatibus ecclesiam occupantem, extraxistis. Factum à vobis duriter, immisericorditerq; atque etiam, si libere dicendũ est, illiberaliter. Sed ego qui, velut Accessens alter, magis opportunam lunam semper expectans, vt sic quandiu possem rem proferrem: & nunc hoc, mox illo colore in crastinũ diem differens, eo protraxeram, vt me tempore tutum crederem, nouissimè vobis quotidie, non iam iure exigentibus, sed rogantibus, (durissimo sane imperandi genere iuxta illud Ausonij.

SCRIBERE ME AVGVSTVS IVBET, ET MEA CARMINA POSCIT
PENE ROGANS, BLANDO VIS LAT ETIMPERIO.]

nõ potui nõ (vtcunq; valerẽ, non vt vellẽ, sed vt me tẽporis angustiæ coegerũt (cõmẽtaria nostra typographis committere: quæ vel ab occupatissimo homine, & cui duabus continuis quotidianis lectionibus (hisce præcipue diebus, quibus ea prælo mãdãtur, tãto à vobis exceptis applausu tãto vestrorũ omniũ conuentu, tanta acclamatione, vt cõmentaria nostra ad l. prolatã. 4. C. de sententijs & interlocutionibus omniũ iudicũ, quæ in maiori antiquiorum Salmanticensium Scholarum gymnasio, Iuri Canonico ditato, totius orbis sanè amplißimo (alia vos capere non potuerunt) vobis hodie dictata, & ad titulum C. communia, de vsucapionibus, vbi tortuosa possessionum Mæandra in antiquiori etiã earundem Scholarũ iuri Ciuili dicato gymnasio interpretamur, bonis omnibus, æquisq; rerũ æstimatoribus, prout sunt omnes, gaudiũ & lætitia, multis verò admiratio fuerint,) alijsque tũ publicis, tum priuatis negotijs, mane à lucifero donec Sol occidat, expediendis toti dies abeunt, edita esse, vel me tacente res ipsa loquetur. Quoniam verò, quia priorum trium librorum absolueram, & posterioris maxima ex parte confeceram, vt illa ad vmbilicum vsque perducere possem, inducias ipse petebã, aliquodque vt temporis spatium mihi indulgeretis, quo possem integrum, perfectumque opus præstare, debitumque omne, pro vt fidei conducit, retribuere, quasi vos iterum vana promissispe lactarem, diutius differre non sustinuistis, alias inertiæ dicam mihi scripturi, quibus vt satisfacerem, cursu tarditatem corrigere coactus sum. Renunciastis etenim mihi non semel præsenti solutione contẽtos, reliquum libentissime cum exsoluere vellem, volo autem nunc, præstaboque, si Deus dederit, quàm citissime, recepturos. Scio me aleæ plenum opus aggredi, & quod ex Hispanis nostris ante me aggressus fuit nemo, etsi enim à nostris quam plurimi varijs in materijs & quæstionibus, & ad iuris Ciuilis Ro. & Canonici, & Regij Hispani explicationem varia doctrina, omnigena eruditione referti, editi sint tractatus, prodeuntque quotidie, maxime ex hac nostra Salmanticensi Academia, illorũ tamẽ nullus (quemadmodũ præstiterunt exteri) commentaria absoluta, nec super hisce Institutionibus, integra ve Pandectarũ parte aliqua in lucẽ emisit. Quo fit vt grauiter ipse aduersam meam fortunã cõquerar, qui reliquis silentibus omniũ Hispanorũ primus in publicũ prodire cogor, quid in toto iure Ciuili Ro. sentẽtiã palã professurus. Poterat inter discipulos & amicos insscitia nostra dissimulata latere, nunc typis & excusioni mãdata omnibus patefiet, & innotescet nulli non nota, & characteribus impressa æneis, ipsa etiam quasi ænea facta vagabitur sempiterna. Sed tantæ huius audaciæ excusationẽ mereor, qui vel inuitus & reluctans, quoniã IT A VVLTIS, IT A IVBETIS, omnibus legẽdus producor. Producũtur ergo nostra hæc cõmẽtaria, totidẽ fere quibus vobis excipiẽtib⁹ dictata sunt verbis ea, maximè quæ super libro primo, & prioribus secũdi titulis excudimus, sequẽtes, quia ex Academiæ instituto semel & iterũ repetita prælectione fuimus interpretati lõgiori stylo ꝓsequimur) sed lõga nõ sunt quibus nihil est quod demere possis, aut alle

Adiun-

Adiunximus semper quid in omni materia Hispanum ius Romano addiderit, detraxerit: rebus è media antiquitate repetitis ad nouissimas vsque Hispanas sanctiones & leges, vt sic commodius quæ ad subtilem disputationem, vtilemque praxim spectant, in prõptu habere possitis, magisque vsui nostra hæc scripta esse possint: recte enim Horatius.

OMNE TVLIT PVNCTVM QVI MISCVIT VTILE DVLCI.

Cuius etiam monitũ, vt nonũ premeretur in annum, libentissime amplecterer, & exosculer, sed vt longius sum præfatus, vestrum id fuit, vestrumque similiter erit, nostra hæc qualiacunque sunt, tamquam æqui rerum æstimatores defendere. Nam si aliquid erratum est, totum id à vobis est, poteroque meo iure à vobis petere quod politissimus poeta Ausonius à Theodosio Augusto (qui vt suos versus vulgaret, iusserat) his verbis.

DV MODO TE IVSSISSE PATER ROMANE MEMENTO;
INQVE MEIS CVLPIS DA TIBI TV VENIAM.

A vobis ergo pro innata bonis omnibus humanitate, etiam atque etiam contendo, ne ex aliqua fallaci coniectura, aut leui, inani, futili obseruatione, aut verborum vbertate & copia, seiuna ve breuitate, aut denique alio lapsu, errato, ansam maledicẽdi arripiatis, sed censuram vestram in secundam editionem, quæ Deo volente limatior aliquando exibit, differatis. Manete parumper dum mihi ipsi Aristarchus sum, nec antè vertite quæ in me ipsum paro. Nec enim omnia simul inuenta, & perfecta sunt, vnoq; partu in lucem moles hæc emitti, & ad vnguem formari potuit. Interim libris hisce in scenam productis ipse Apellis exemplo post syparium arrectis auribus stans vitia, quæ notabuntur tacitus auscultabo, atq; quæ iustam reprehensionem mereri, aut parùm æquis animis accipi cognouero, ea si videbitur, inducam, delebo, emendabo: nec omittam, vt caco fœtus mei amore vllatenus peccasse videar Valete. Salmanticæ ex nostro Musæo. XVII. Kal. Aprilis Anno. 1600.

(.?.)

PARCE LAVDA: PARCIVS VITVPERA.

Errata lib. I. & II.

PAg. 5. col. 1. lin. 4. alijs. leg. alij. p. 9. col. 1. li. 55. principis. le. principes, p. 13. col. 1. li. 28. seruus. le. Seruius, p. 51. co. 2. li. 12. quo. le quos. p. 110. co. 2. li. 10. von. le. non. p. 121. co. 2. li. 39. vsusfructis. le. vsusfructus, p. 132. co. 2. li. 5. muneris le. numeris. p. 147. co. 1. li. 21. dominum. le. dominium. p. 170. co. 2. li. 54. 56. exempli. supprimis. le. exemplis. supprimi. p. 177. col. 2. li. 17. repitum. le. repetitum. p. 188. co. 2. li. 3. quon le quod p. 212. co. 1. li. 29. exheredes. le. exheres. co. 2. li. 37. instituen. dig. instituendi. p. 272. co. 1. li. 51. reten conditioue. le. retenta conditione. p. 296. co. 2. li. 39. substitui. le. substituti. p. 297. co. 2. li. 51. explicationes. le. explicatione. p. 339. co. 1. li. vlt. institutus. le. institutos. p. 359. co. 1. li. 50. sit minor si le. si minor sit. p. 364. co. 2. li. 33. contrariũ. le. contrariã. p. 365. co. 1. li. 44. hereditas le. hereditatis. p. 401. co. 2. li. 26. explitionẽ. le. explicationem. p. 403. co. 1. li. 13. lepatũ. le. legatũ. p. 424. co. 1. li. 4. sedum. le. secundum. p. 444. co. 1. li. 17. rei. le. res. p. 468. co. 1. li. 57. illus. le illius. pa. 469. co. 1. li. 54. he-redes. le. heres. p. 478. co. 1. li. 20. suas. le. sua.

Errata lib. III.

PAg. 9. co. 2. lin. antep. insinuauimus. le. insinuabimus. p. 10. co. 1. li. 37. additionẽ. le. aditionẽ. & alibi. &c. p. 14. co. 1. li. 5. lactationẽ. le. iactationem. p. 16. co. 2. li. 33. Antonio le. Antonino. p. 19. col. 55. hereditarij. le. hereditarijs. p. 20. co. 1. li. 7. suo. le. auo. p. 32. co. 1. li. 8. obseruãtiæ. le. obseruãtia. p. 35. co. 1. lin. 7. emandata. le. emendata. p. 37. co. 2. lin. 47. eorem. le. eorũ. lin. 52. obsura. leg. obscura. p. 40. co. 2. li. 10. prate. le. patre. li. 37. alimentũ. leg. alimenta. p. 42. co. 1. li. 6. quali. le. quasi. p. 48. co. 1. li. 3. succeſſooe le. succesſione. co. 2. li. 24. adulterio. le. adultero. pag. 66. col. 1. li. 49. iusra. le. iura. col. 2. li. 1. emannipatos. le. emancipatos. p. 76. co. 1. li. 6. leges. le. lege. p. 84. co. 2. li. 30. viriles. le. virilis. p. 105. col. 1. li 47. nodum le. nudum p. 114. co. 2. li. 10. necesio. le. necessario. pa. 121. co. 1. li. 1. iuris iurandum. le. ius iurandum. p. 130. co. 1. li. 57. difficultatis. le. difficultati. p. 134. co. 2. li. 37. pater. le. patri. pa. 135. co. 2. li. 31. parte. le. patre. p. 138. co. 2. li. 8. pertitebat. le. pertinebat. li. 44. de insit. diem. le. de indiem. p. 145 co. 2. li. 27. negatiui. le. negatiuê. p. 74. c. 2. li. 23. Seruus Tullius. le. Seruius Tullus. p. 182. co. 1. li. 29. iurisconti. le. iurisconsulti. p. 200. co 2. li. 54. pignoratia. le. pignoratitia. p. 273. co. 2. li. 21. equi. le. sequi. p. 279. co. 2. li. 27 inficientibus. le. inficiantibus. p. 309 co. 1. li. 2. quis le. quia. li. 54. leua. le. leui. p. 313. col. 2. li. 44. vltroq; le. vltro citroq; p. 322. co. 2. li. 20. quã. le. qui in. li. 26. colonis. le. colonus. pa. 326. co. 1. li. 30. commodi. le. commodati. p. 337. co. 1, li. 8. incedens. le. incidens. p. 370. co. 2. li. 32. extet. le. stet. pag. 385. co. 2. li. 49. cederetur. le. cederentur.

Con estas erratas ſtan impreſſos conforme a ſu original eſtos commentarios ſobre el I. II. y III. libros de la inſtituta, En fè de lo qual lo firme, En Salamanca oy 5. de Noviembre. 1607. Años.

El Corrector &c.

Manuel Correa
De Monte negro.

TITVLORVM QVI IN TRIBVS HIS PRIORIBVS INSTITVTIONVM LIBRIS CONTINENTVR, HISCEQVE Commentarijs explicantur Alphabeticus Index.

A.

Acquisitione per arrogationem.lib.3.p.119.
Ademptione legatorū.lib.2.p.422.
Adoptionibus.lib.1.p.42.
Ad S.C. Trebellianum.lib.2.p.443.
Assignatione libertorū.lib.3.p.96.
Attiliano tutore,& eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. lib.1.p.76.
Authoritate tutorum.lib.1.p.78.

B.

Bonorum possessionibus.lib.3.p.97.

C.

Capitis diminutione.lib.1.p.72.
Codicillis.lib.2.p.484.
Curatoribus.lib.1.p.82.

D.

Diuisione stipulationum.lib.3.pa.233.
Donationibus.lib.2.p.132.
Duobus reis stipulandi, & promittendi. lib.3. pag.226.

E.

Emptione & venditione.lib.3.p.291.
Eo cui libertatis causa bona addicuntur.lib.3. pag.138.
Excusationibus tutorum vel curatorum. lib.1. pag.85.
Exheredatione liberorum.lib.2. pag.203.

F.

Fideicommissarijs hereditatibus.lib.2.p.443.
Fideiussoribus.lib.3.p.276.
Fiduciaria tutela.lib.1.p.75.

G.

Gradibus cognationum.lib.3.p.86.

H.

Heredibus instituendis.lib.2.p.221.
Hereditatibus quæ ab intestato deferuntur.lib.3.pag.1.
Heredum qualitate & differentia.lib.2.p.334.
His qui sunt sui vel alieni iuris.lib.1.p.36.

I.

Ingenuis.lib.1.p.30.
Inofficioso testamento.lib.2.pag.314.
Inscriptionis institutionum explicatio.li.1.p.1.
Inutilibus stipulationibus.lib.3.p.234.
Iure naturali,gentium,& ciuili.lib.1.p.23.
Iure personarum.lib.1.p.29.
Iustitia & iure.lib.1.p.15.

L.

Legatis.lib.2.p.371.
Lege Falcidia.lib.2.pag.427.
Lege Fusia Caninia tollenda.lib.1.pag.35.
Legitima agnatorum successione.lib.3.pa.69.
Legitima agnatorum tutela.lib.1.p.71.
Legitima parentum tutela.lib.1.p.75.
Legitima patronorum tutela.lib.1.p.74.
Libertinis.lib.1.pag.31.
Literarum obligationibus.lib.3.p.283.
Locatione & conductione.lib.3.p.312.

M.

Mandato.lib.3.p.350.
Militari testamento.lib.2.p.173.

N.

Nuptijs.lib.1.p.38.

O.

Obligationibus.lib.3.p.158.
Obligationibus ex consensu.lib.3.p.288.
Obligationibus quæ ex quasi cont.nasc. lib.3. pag.358.

P.

Patria potestate.lib.1.p.37.
Per quas personas nobis acquiritur.li.2.p.147.
Per quas personas nob.obl.acq.lib.3.p.379.
Proœmium Institutionum.p.13.
Pupill.substitutione.lib.2.p.273.

Q.

Quibus alienare licet vel non.lib.2.p.141.
Quibus ex cauſ.manumit.non licet.lib.1.p.33.
Quibus mod. ius patriæ pot. soluitur. lib.1. pag.61.
Quibus mod.re contr.obligatio.lib.3.p.166.
Quibus mod.testamen.infirmētur.lib.2.p.299.
Quibus mod. tollitur obligatio.lib.3.pag.379.
Quibus mod.tutela finitur.lib.1.p.80.
Quibus non est permissum facere testamētum. lib.2.p.183.
Qui testamento tutores dari possunt. lib.1. pag.68.

R.

Rebus corporalibus & incorporalibus. lib.2. pag.111.

Rerum diuisione,& acquirendo ipsarum domi nio.lib.2.pag.90.

S.

Satisdatione tutorum & curatorum.lib.1.p. 84.
S. C. Orficiano.lib.3.p.81.
S. C. Tertylliano.lib.3.p. 75.
Seruili cognatione.lib.3. pag. 91.
Seruitutib.rusticorum prædiorum.lib.2.p.111.
Singulis rebus per fideicom. relictis. lib. 2. pag.481.
Societate.lib.3.pag.337.
Stipulatione seruorum.lib.3.pag. 231.
Successione cognatorum.lib.3.p.84.
Successione libertorum.lib. 3.p.94.
Successionibus sublatis quæ fiebãt per bonor. vend.& ex S. C. Claudiano tollendo. libr. 3.pag.150.
Suspectis tutoribus vel curatoribus.lib.1.p.87.

T.

Testamentis ordinandis.lib.2.p. 150.
Tutelis.lib.1.p. 66.

V.

Verborum obligationibus.lib.3.p.201.
Vsucapionibus & longi temporis præscriptionibus.lib.2.p.124.
Vsu & habitatione.lib.2.pag.122.
Vsufructu.lib.2.p.117.
Vulgari substitutione.lib.2.pag.253.

LEGVM, ALIORVMQVE LOCORVM Iuris Ciuilis Romanorum, Canonici Pontificum, Regij Hispanorũ, quæ in hisce trium priorum Institutionũ Iustiniani librorum commẽtarijs, vel explicantur, vel exornantur Alphabetico ordine accuratè digestus Index: In quo (quoniam apud interpretes plura loca & capita, non iuxta initij verba, sed iuxta numerum & ordinem allegãtur) quò commodius explicata reperiantur, primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, penultimæ, & finales leges sub prioribus numeri literis collatæ sunt: additiq; in secunda hac editione numeri marginales huic Indici. 1. 2. 3. quibus libri suo ordine facilius indicentur.

Ex Prima Pandectarum parte, & Digesto Veteri.

A.

3. L. actio.49.D.de neg.gestis exornatur & latè exponitur.p.362.n.27.
2. L. ait prætor.7.§.permittitur.D. de minoribus.p.146.nu. 12.
3. L. ait prætor.7.§.sed etsi. D. de minoribus. pag.4.nu.10.
3. L. at qui natura.20.§.si libero homini.D.de neg.gest.p.366.nu.48.

B.

2. L.Barbarius Philippus.3.D.de officio præt. pag.164.nu.4.&.6.

C.

3. L. certi condictio.9.in princip.D.si certum pet.l.eum qui.41.§.quoties. D.de verborũ oblig. p.214.num.20.
3. L. certi condictio.9.in princip.D.si certum pet.p.170.nu.12.
3. L. certi condictio.9.§.fin.si certum.pet. pa. 176.n.62.& p.177.nu.81.
2. L. cerca.24.D.de inofficioso testam.p. 240. num.15.& p.242.nu. 35.
3. L. cum ab eo.41.§.mensam.D.de contrahẽda emptione.p.297.nu.15.
3. L. cum de indebito.25.§.circa.D.de probat. pag.211.num.8.
3. L.cum de in rem verso.6.D.de vsuris . pag. 208.nu.42.
3. L. cum duobus.52.§. idem respõdit socius. D.pro socio.p.375.nu.7.
3. L. cum duobus.52.§.si in coëunda.D.pro socio.p.341.nu.19.
2. L. cum hic status.32.§.si maritus. D. de donationib.inter virum.p.405.n.4.
3. L. cum post.70.§.gener. D. de iure dotium. p.268.num.23.
3. L. cum quidam.17.§.si pupillo. D. de vsur. pag.352.nu.5.
3. L. cũ manu fata.§. fin.D.de cõtrahen. empt. p.176.n.64.& p.177.n.83.
2. L.cum singulis penult.D.de vsufruct.accresc en.p.390.n.5.& p.402.nu.108.
3. L. custodiam.3. D. de periculo & commod. rei vend.p.310.num.12.

D.

2. L. de fructibus.17.D. de donat. inter vir.& vxorem explicatur.p.106.nu.14.
1. L. de quibus.32.D.de legibus.& l.2. C.quæ sit longa consuetudo.p.28.n.2.

E.

3. L. ea vero.3.§.de illo. D. pro socio. pag.7. num.31.
3. L. ea quæ.57.D.de donat.inter vir.& vxorem.p.263.n.2.&4.

3. L. ea

3. L. ea quæ ciuiliter. 57. D. de donat. inter virum. pag. 207. nu. 34.
3. L. eius qui in prouincia. 41. ver. quas vero. p. 356. nu. 12.
2. L. emptorem. 12. D. de act. empt. ponderatur. p. 106. n. 10.
2. L. etiam si putauit. 15. §. item si quis. D. de petitione hereditatis intellecta. p. 132. n. 2.
3. L. & hæc distinctio. 35. §. fin. D. locati. p. 321 num. 2. & 5.
3. L. & hæc distinctio. 38. §. fin. D. h. t. p. 316. n. 6. & p. 317. n. 24.
3. L. & liberi. 4. l. sed Celsus. 6. l. liberi. 70. D. de contrahen. empt. p. 236. nu. 9.
3. L. ex hoc iure. 5. ibi. Exceptis quibusdam quæ à iure Ciuili introductæ sunt. D. de iusti. & iure. p. 284. nu. 10.
3. L. ex hoc iure. 8. ibi. Exceptis quibusdã. D. de Iust. & iur. p. 203. n. 16.
3. L. ex hoc iure. 5. ibi. Exceptis quibusdam. D. de iust. & iur. p. 163. nu. 16.
2. L. ex hoc iure. 5. ibi. Exceptis quibusdam. D. de iust. & iure. p. 133. nu. 8.
3. L. ex mandato. 20. §. 1. D. mandati. pa. 282. num. 2.
2. L. eo iure. 4. §. stabula. D. in quib. causis pig. vel hypotheca tacitè contrahatur. pa. 115. num. 3.
3. L. eum qui. 5. §. Iulianus. in 2. D. de consti. pecunia. p. 241. nu. 17.
3. L. eum qui. 5. §. Iulianus, & § si actori municipium. D. de const. pecunia. p. 272. nu. 14.

F.

2. L. filius non impeditur. 22. D. de inoffi. test. pag. 329. nu. 5.
2. L. filius non impeditur. 22. D. de inoffi. test. pag. 147. nu. 3.
3. L. fin. D. de præscrip. verbis. p. 194. nu. 49.
2. L. fin. D. de transact. p. 456. n. 9. & pag. 461. num. 51.
3. L. fin. D. de neg. gest. p. 366. nu. 52.
3. L. fin. §. fin. D. mandati. p. 354. nu. 2.
3. L. fin. D. de condict. causa dati. p. 305. nu. 5. & pag. 396. num. 13.
3. L. fin. D. de ritu nuptiarum. p. 89. nu. 17.
3. L. frater à fratre. 38. D. si cert. petat. pa. 170. num. 8.
2. L. fructus. 45. D. de vsuris, & l. bonæ fidei. 48. D. de acqui. rerum domin. explicantur. pag. 106. nu. 11.
3. L. fundus ille. 64. D. de contrahen. empt. pa. 247. nu. 7.

H.

3. L. hæc venditio. 7. D. de contrahen. empt. pag. 304. nu. 37.
3. L. hæc venditio. 7. D. de contrahen. empt. p. 304. nu. 31.
3. L. hæredes. 25. §. non tantum. D. fam. hercis. pag. 319. nu. 6.
1. L. homo liber. 21. D. de stat. ho. p. 31. n. 3, & 5.

I.

3. L. in causæ. 14. D. de minorib. p. 259. n. 24.
2. L. inde Neratius. 4. D. de vsufr. accrescen. p. 403. num. 115.
2. L. inde Neratius. 4. §. fi. D. de vsufr. accres. cũ alijs explicatur. p. 120. nu. 4.
. L. Insulam. 61. §. in operis. D. locati. pag. 223. num. 10.
3. L. insulam. 58. §. quidam in municipio. D. locati. pag. 219. nu. 8.
3. L. in modicis. 24. D. de contrahen. empt. pa. 237. num. 16.
2. L. in vrbe Rom. 17. D. de statu hom. p. 226. num. 13.
3. L. is qui commodatum. 13. §. si libero homini. D. commodati. p. 366. nu. 49.
3. L. item si pretio. 22. §. cum insulam. D. locati pag. 330. nu. 2. & p. 331. nu. 4.
3. L. Iulianus verum debitorem. D. de condict. indebiti. p. 162. nu. 52. & 55.
2. L. Iulianus. 14. §. offerri. D. de act. empt. exponitur. p. 110. n. 4.
2. L. iuris gentium. 7. §. igitur nuda. D. de pactis. p. 136. num. 5.
3. L. iuris gentium. 7. §. sed cum nullo. D. de pactis. p. 167. n. 5.

L.

3. L. lectos. 12. D. de periculo & commo. rei vẽditæ. p. 306. nu. 11.
2. L. legitima. 6. D. de pactis. p. 138. n. 6.
3. L. legitima. 6. D. de pactis. p. 163. nu. 6.
3. L. lex vectigali. 31. D. de pignoribus. p. 323. num. 12.
3. L. licet. 17. §. rei depositæ. D. depositi. & l. interesse puto. 39. D. de acqui. possess. pugna indicata, & composita. p. 198. nu. 22.
3. L. lis nulla. 4. D. de iudicijs. p. 253. n. 5. & p. 254. nu 12. & p. 255. n. 18.
3. L. locatio. 4. D. locati. pag. 334. nu. 2. & pa. 355. nu. 8.
2. L. longa possessione. 4. D. de mortuo inferendo. & l. monumentorum. 6. C. de religiosis. explicatæ. p. 126. n. 5.
3. L. Lucius. 24. D. depositi, remissiuè. pag. 199. nu. 26.
3. L. Lucius. D. depositi & similium legum Decij interpretatio. p. 175. nu. 60.
3. L. Lucius. 27. D. depositi. p. 155. nu. 3. & pa. 156. nu. 8. & 9.
3. L. Lucius. 24. l. die sponsaliorũ. 25. §. qui pecuniam. l. Publia Mæuia. 26. §. Lucius. D. depositi. l. in naue. 34. D. locati. p. 170. nu. 5.
3. L. Lucius. 11. D. de euictionibus. p. 309. n. 9.
1. L. libertas. 4. §. serui. D. de statu. homin. §. serui. infra de iure person. p. 6. n. 4.

M.

2. L. mater decedens. 16. D. de inofficioso testa. p. 428 nu. 87.
2. L. milites. 45. D. ex quib. causis maior. & l. ex militari. 11. D. hoc tit. p. 175. n. 17.

2. L. more Romano.8.D.de ferijs. p. 298.n.8.
L Mutius.30.D.pro socio.p.343.num. 4.& pag.344.nu.6.

N.

3. L. nam si cum moriar.17.D.de condict. ndebiti.p.215.num.31.
3. L. naturalis.5.§.at cum do. D. de præscriptis verbis.p.313.nu.11.
3. L. necessario.8.§.fin.D.de periculo & commodo rei venditæ. p.335.nu.13.
3. L. necessario.8.§.quod si pendente.D.de periculo & commodo rei venditæ.p.308. n.9.
3. L. ne quidquam.§.vbi decretum. D. de officio Proconsulis remissiue.p.118. n. 14.
2. L. non aliter.18.D.de adoptionib. pag. 368. num.45.
3. L. non aliter.18.D.de adoption.l.his verbis. 19. eiusdem tituli.p.208. n.40.
3. L.nõ impossibile.50.D.de pactis.p.240.n. 6.
2. L. non omnis.19.§.fi.D.si cert. pet. p. 145. num.8.
2. L. nuptiæ.2.D.de ritu nuptiarum.p. 321. n. 31.& p.322.nu.41.

O.

3. L. omnem obligationem. 20. D. de iudicijs. pag.203.n.17.

P.

3. L. pacta conuenta.72.D. de contrahen.emptione.p.301.n.6.
1. L. Papinianus.8.§.si quis impubes. D. hoc tit.p.51.n.25.
2. L. Papinianus.8.§.si quis & irritum. D.hoc tit.p.331.n.12.
2. L. pater filium.14.D.de inofficioso testam. p.325.n. 64.
3. L. pater familiæ.84.D.de iure dotium. p.183. num.136.
2. L. patri.28.item si pecuniam.D. de minoribus.Fructuum,& vsurarum dissimilis ratio. p.358.nu.55.
2. L. Paulus.11.D. de statu homin.p.320.num. 13.& p.321.n.25.
3. L. Pædius.7.§.in seruum.D.de arbitris. pag. 247.nu.3.& 12.
2. L. per seruum.14.§.vsusfructus. D.de vsu,& & hab. cum similibus,conciliatur cum. l.si alij.47.D.hoc tit.p.119.n.2.
3. L.pœnæ.19.§.1.&l.repetitio.44. D.de condict.indebiti, conciliatæ.pag.180.num.109.
2. L. Pomponius.8.§.idem Põponius. D. fam. erciscundæ.p.97.nu.2.& 4.
3. L. Pomponius.6.D.de pactis dotalibus.pag. 332.nu.3.&.10.
3. L. pro parte.11.D.de seruitutib.p.175.n.57.
3. L. proprium.5.§.adiecto. D. communia prædiorum.p.247.n.4.& p.248.nu.16.
2. L. 1.D.quib. modis vsusfructus amittatur. explicata.p.122.u.9.
1. L. 1.D.de minoribus.p.82.nu.7.
3. L. 1.§.si rem.D. depositi:& l.venditor.21.§. non enim.D.de heredit.vel actio.vend.conciliatæ.p.180.nu.110.
3. L. 1.§.eleganter.D.depositi.p.176.n.63.
2. L. 1.§.sed etsi morte.D.quando actio de peculio annal.sit.p.194.n.90.& 94.
3. L. 1.D.de pignor.actione.p.296.n.12.
3. L. 1.§.prætor ait.D.depositi.p.197.n. 15.
2. L. 1.§.interdum.D.de vsufructu accres. pag. 391.nu.24.
2. L. 1.§.est hoc præcipuum.D. de officio procurat.Cæs.p.368.nu.42.
3. L. 1.§.si quis seruum. D. depositi. pag. 196. num.71.
3. L. 1.§.fin.D.de contrahe.empt.& eius lectio restituta.p.295.nu.6.
3. L. 1.D. de contrahen.empt.p.305.n.8.
3. L. 1.§.si quis seruum.D.depositi.p.199.n.32.
3. L. 1.D.si quis cautionibus.pa.223.n.2.& 7.
3. L. 1.§.1.D.de pactis.p.207.n.30.
3. L. 1.§.sæpe.D.depositi.p.199.n. 31.
3. L. 1.D.de actio.empti.p.226.nu.11.
3. L. Publia.26.§.fi.D.depositi.p.284.n.7.& p. 288.n.34.
3. L. Publia Mæuia.26.D.depositi.p. 271. nu. 6.&.p.272.num.19.

Q.

3. L. quæro.54.§.inter locatorem.l. cum domini.56.D.locati.p.329.n.53.
3. L. qui autem.14.§.sed si quis.D.de const. pecunia.p.241.nu.16.
3. L. quidam Hyberus. 12. D. de seruitutibus vrbanorum remissiuè.p.183.n.143.
3. L. qui exceptionem.40. D.de condict. indebiti,remissiuè.p.280.n.9.
3. L. qui in adoptionē.23.D.de adopt. p. 123. num.28.
3. L. qui mandatum.43.D.mandati. l. in diem. D.de condictione indeb. p.214.nu. 19.
3. L. qui negotia.39.D.mandati. pag. 179.nu. 100.& 102.
2. L. qui scit.25.§.bonæ fidei.D.de vsuris.l.bonæ fidei.48.§.in contrarium.D.de acq.rerũ.dom.conciliantur.p.105.nu. 8.
3. L. quid tamen.14.D.h.t.p.295.nu.3.& pag. 296.nu.14.
2. L. qui vsumfructum.3. D. si vsufr.petat. pa. 448.nu.22.
3. L. qui vsumfructum.43.l.si in area.78. D. de vsufruct. l. repeti.5.§. si area. D.quib.mod. vsusfr.amittatur.p.239.nu. 44.
2. L. quod ait prætor.2.D.de his qui notantur infamia.p.181.nu.6.
3 L. quod Nerua.23.D depositi.p.199.n. 27.
2 L. quod si minor.25.§.Restitutio. D. de minoribus.p.354.n.29.& p.355.nu.37.
2. L. quod si minor.25.§.Sequola. D.de minoribus.p.351.n.8.
3. L. quod si ab initio.10.D.si cert.pet. p. 176. nu.

num.63.& 67.& pag.177. num. 82.
3. L. quod si seruus. 3. §.& regulariter. l. si pro parte.10.§.versum.D.de in rē verso.p. 67. num.56.
2. L. quod vir.66.D.de donationibus inter virum.p.197.num.7.
3. L. quoties.13.D.si quis cautio.p.161.nu.48.
2. L. quoties.15.& l.ei fundo.91.D.de seruitutibus explicatę.p.112.n.3

R

3. L. rogasti.11.D.si cert.pet.p.194.nu.52.
3. L. rogasti.11.D.si cert.pet.p.175.n.56.

S.

3. L.Sabinus.20.D.de cōtrahē.emp.p.331.n.4.
2. L. sacra.9.D. de rerum diuisione, & qualiter olim fierēt loca sacra, & cōsecrationes explicatum.p.94.n.3.
3. L. sæpe etiam.4.D.cōmodati, & eius lectio animaduersa.p.191.n.22.
3. L. 2.§.eodem tempore & magistratus.D.de orig.iur.p.106.n.20.
3. L. 2.D.de possessoria hereditatis petitione. p.107.n.17.
3. L.52.in princ.ibi.recepturi.D.si cert.pet.pa. 175.n.11.
3. L. 2.§.creditum.D.si cert.pet.p.170.nu.2.& p.174.n.45.& 48.
3. L. 2.§.cum quis.D.de hered. vel acti. vend. p.383.n.37.
3. L. 2.§.si.D.de contrahe.empt.p.298.n.30.& p.299.n.34.
3. L. 2.§.mutui datio.ibi:Per solutionē magis, quam per speciem.D.si cert.pet. eius lectio animaduersa.p.172.n. 26.
3. L.2.§.mutui datio.ibi:Quia in genere suo functionē recipiūt.D.si cert.petat.p.172.n. 25.
3. L. 2.§.mutui datio.ibi:Quoniam earū datione.p.371.nu.17.
3. L.sed etsi.28.§.si.D.de iudicijs.l.cū quidā.30 §.suū heredē.D.de acq.hered. p. 224.nu.4.
3. L.sed etsi.11.§.si ab alio.D.ad S.C. Macedō. ad rem non pertinet.p.182. n.131.
3. L. sed etsi socius.16.§.si absenti.l. de illo.22. §.idē quærit.D.pro socio.p.346.n.2.&.pag. 347.num.4.
3. L. sed interim.12.§. si vxor.D.de donationi. inter virum.p.356.nu.17.
2. L. sed Iulianus.8.§.quāquam.D.ad S.C. Macced.p.191.nu.60.
2. L. seruo manumisso.58.D.de condict.indeb. p.249.nu.4.& p.252.nu.22.
3. L.si conuenerit.23.D.communi diuidundo. p.317.nu.24.
3. L.si conuenerit.4.D.pro socio.p.347.n.6.
3. L. si cū venderet.13.de pign.act.p. 271. nu.4.
3. L. sicut empt.20.D.locati.p.317.n.22.
3. L. si defunctus.15.D.de procuratoribus. pa. 356.num.13.
2. L. si domus . 20. l. si ædes.31. D. de seruit. vrb.interpretantur.p.114. nu. 23.
2. L. si duob⁹.2.D.de vsuf.accres.p.404.n.117.
2. L. si ego.18. D.si cert.pet.& l.cū in corpus. 36.D.de acq.rerū.dom.cōciliātur.p.109.n.4
3. L. si ego.9.§.si res alicui. D.de iure dotium. p.356.nu.14.
1. L. si filius.4.§.fi.D.ad S.C.Maced.p.72. n.3.
3. L. si fundus.16.§.fi.D.de pignoribus.l. fin.in princ.D.de contrahen.empt.p. 302. n.20.
3. L.si fundus.33.D.locati.p.309.n. 8.
2. L. si id quod pure.7.D.de rescin . vend.pag. 307.nu.56.
2. L.si in area.33.D. de condict. indebiti concī liatur cum l.qui exceptionem.46. §. 1.cod. tit.p.104.num.4.
2. L. si instituta §.fi.D.de inoffi.p.305. n.36.
L. si is cum quo. 22.D.communi diuidundo, & eius lectio animaduersa.p.375.n.8.
3. L. si is cum quo. 11. D. de condict . indebiti, & l. 1.C.ne filius pro patre conciliatæ.pag. 188.num.4.
3. L. si mercedem.55.§.fin.D.de act. empt.pa. 273.nu.22.
3. L. si merces.28.D.locati.p.304.n.30.
3. L. si merces.28.§.si vis maior.D.hoc.tit.pa. 316.num.5.
3. L. si merces.25.§.qui columnam. D.hoc tit. locati.p.333.n. 4.& 7.
2. L. si minor.4.D.de seruis exportandis. pag. 278.nu.26.
2. L. si mulier.60.§.ex asse. D. de iure dotium. Cedi possunt quæ possunt ad heredes transferri.p.460.nu.39. & 40.
3. L. singularia. 15.ver. quod igitur. D. si cert. pet.p.179.nu.101.
3. L. singularia.15.D.si cert.pet.p.170. n.7.
3. L. si ita distrahatur.25.D.de cōtrahen. emp. & eius lectio animaduersa.p.236.n.11.
3. L. sin autem.20.D.de neg gest.p.362.nu. 22.
3. L. si non fuerint.29.D.pro socio.p. 339.n.3. & p.341.n.21.& p.342.n.26.
3. L. si nō fuerint.29.D.pro socio.p.345.n. 19.
2. L. si non mortis.25.D.hoc tit.p.333.n. 32.& pag.334.nu.37.
3. L. si nō fortem.26.§.adeo.l. qui exceptionē. 40.D.de condict. indeb.p.161.n.36.
3. L. si ob turpem causam. 8.D. de condict. ob turpem causam.p.274.nu.3.
3. L. si pater.15.D.de adoptionib.p.121. n.7.
3. L. si pignora.50.D.de euictionibus,remissiue.p.178.nu.88.
3. L. si præcedente.58.§.Lucius.D.mandati.pa. 144.nu.31.& 35.
3. L. si procuratorem.8.§.si tutores. D. mādati p.351.nu.3.& 5.
3. L. si pupilli.6.§.sed & si quis.D.de neg.gest. p.367.n.58.
3. L.si pupilli.6.§.sed etsi quis. D. de neg.gest. p.367. nu.33.
3. L. si remunerandi.6.in princ.D. mandati. p. 358 num.2.

3. L. si remunerandi.6.§.si passus.D.mandati.p. 364.num.39.
3. L. si tibi pollenda.22. D. de præscriptis verbis.p.320.nu.9.
3. L. si vehenda.10.§.idem iuris. D. ad l. Rhodiam de iactu. p.242.n.29.
3. L. si vero.12.§.fi.D.mandati.p.356.n. 15.
3. L. si vt certo.§.interdū.D.h.t.p.195. n.70.
3. L. si vnus.28.§.pactus.D.de pactis. &l. fin. D.de pactis.p. 231. nu. 17.
3. L. si vsusfructus.66.D.de iure dotiū. p.302. num.14.
3. L. societatem. 4.D.pro socio.p.289. nu.3.& p.290.nu.10.
3. L. sub conditione.6.D.de cōdictione indeb. p.185.nu.10.
3. L. si quis cōduxerit.46.D.locati.p.317.n.23.
3. L. si quis inficiatus.13.D.depositi.pag.197. nu.16.
3. L. si quis mancipijs.17.§.si impubes.D.de institoria actione.p.356.n.12.
3. L.si quis nec causam.4.D.si cert.pet.p.200. num.33.

T.

2. L. 3.§.sed vtrum.D.de minoribus.p.194. n. 88.& p.195.nu.95.
3. L. 3.§.fi. D.de negot.gest.l.si mandatum.14. C.eod.tit.p.365.n.46.
3. L.3.§. qui habet. D.de seruit.rust.p.122.n.14
2. L.3 .D.ad S.C.Maced.p.164.n.8.
3. L. 3.§.idem. Iulianus. D. de eo quod certo loco.p.244.n.6.& p.247 . nu.22.
3. L.3 .§.1. D.de constituta pecunia.p.277.n.4.
3 L. 3.§.si reddita.D.cōmodati.p.384. n.41.
3. L.3.§.de illo.D.pro socio.& l.lege obuenire. 130.D.de verb.signific.p.69.nu. 2.
3. L. 3.D.de contrahen.empt.p.312.n. 7.
3. L.Titius.D.de præscriptis verbis.p.194.n.55

V.

2. L.vbi numerus.13.D. de testibus. p.153.n.8.
3. L. verum.63.§.heredem.D.pro socio.p. 349. num.8.
3. L. veteres.20.& sequēs.D.de actionib.emp. pag.313.n.6.
3. L. veteribus.39.D.de pactis.l.Labeo. 21. D. de contrahen.empt.p.332. n. 2.& 9.
3. L. vinum.22. D. si cert.petat.& l.si sterilis. 21.§.cum per venditorem.D.de act. empti. pag. 173.nu. 3 .
2. L.vsusfructus.4.D.de vsuf.& l.rectè dicimus. 25.D.de verbor.signific.discutiuntur & cōciliantur.p.119.n.17.
3. L. vt vim.3.versi.& cum cognationem.D.de iustit.& iure.p.9.n.58.

Ex secunda Pandectarum parte, & Infortiato.

A.

2. L. ab exheredati substitutio. 129. D.de leg. 1.p.478.nu.9.
3. L. actione.66.§.morte.D.pro socio. pa. 125. num.43.
2. L.adigere.6.§.lege Iulia.D.de iure patronatus.p.410.nu.27.
2. L. ad testium.22.§.signum. D. h. t.cōmunis litera defensa.p.158.n.5.
3. L. à fratris.127.D .de leg. 1. noua inductio. p.6.num.30.
2. L. ante tabulas.5.D.de iure codicillorum.p. 487.nu.11.
2. L. antistius.§. fi.D.de acq.here. p.369.n. 55.
2. L.asse toto.76.D.de hered.inst.p.488. nu. 2. & pag.489.nu.5.
2. L. auia.77. §.Titio.l.mulieri & Titio. 74.in princ.D.de cond.& demonst.p.408.nu.8.& n.16.& p.410.n.30.

C.

3. L. Caius Seius.46.D.soluto matrim.l.pater. 7.C.de pactis conuentis.p.244.n.2.& 9.
3. L. causa cognita.40.D.de vulgari.p.128.n.58
1. L. certū.8.§.1.D.de iniusto rupto.p. 64. nu. 2.& 4.
2. L. cæterum.8.§.filia vel nepos.D.de iniusto rupto.p.343.n.29.
2. L. cæterum.8.§.filia.D.de iniusto rup. pag. 207.nu.28.
2. L. chartæ.4.D.de bonor.possess. secund.tab. p.485.nu.7.
2. L. chartæ.4.D.de bonor.poss.secundū tab. epistographū quid sit,remissiuè.p.170.n.4.
2. L. cogi.16.§.& generaliter.D.ad S. C.Trebell.p.241.nu.29.
2. L. coheredi.41.§.cum filiæ.D.de vulg. pag. 453.nu. 13.
2. L. coheredi.41.§.cum filiæ.D.hoc titu.pag. 277.nu.22.& p.279.nu.34.
2. L. coheredi.41.§.fi.D.hoc tit.p.291. n.11.
2. L. conficiuntur.8.§.si post factum. D. de iure codicillorum.p.188.n.23.
3. L. conficiuntur.8. versi. Quoniam creditur. D.de iure codicill.nouè explicata.p.5.n. 21.
2. L. cum emancipatus. 13. D. de bon. possess. contra tab.p.217.n.9.
2. L. cum ex filio.39.D.hoc tit.p.281. n. 54.
2. L. cū filio.11.D.de leg.1.p.478.n. 10.
1. L. cum illud.25.§.1.D.quando dies legati cedat.p.79.n.11.
2. L. cum in secundo.16.D. de iniusto rupto.p. 302.nu.6.& p.307.n.55.
2. L. cum ita.63.in princ.D.de cond. & demō. p.409.nu. 21.
2. L. cum quidam.19. D.de liberis & posthu. p.241.nu.30.
3. L. cum quidam.30.§.quod dicitur. D. de acquir.hered.p.60.nu.34.
3. L. cum quidam.14.D.de bon. possessionibus. p.118.nu.12.
2. L. cum quo.56.D.ad l.Falcid.p. 439. n. 5. & pag.440.nu.12.
2. L. cum tale.71.§. falsam causam.D. de conditio-

ditio. & demonst. pag. 304. num. 19.

D.

2. L. debitor. 82. in princ. D. de leg. 2. l. verbis legati. 5. D. ad l. Falcid. p. 406. nu. 8.
3. L. dominus Sticho. 25. D. de peculio legato. p. 387. n. 60.

E.

2. L. eius militis. 35. §. militia missus. D. de militari testam. p. 312. nu. 6.
2. L. eius seruum. 64. D. hoc titu. pag. 233. numero 14.
2. L. & fideicommissum. 85. D. de leg. 1. pagin. 443. num. 7.
2. L. & fideicommiss. 87. D. de legat. 3. pa. 373. num. 11.
2. L. etiam. 3. §. si libertus. D. de bonis libertorum. p. 210. nu. 50.
2. L. eum pater. 79. §. hereditatem. D. de leg. 2. pa. 25. nu. 6.
2. L. eum pater. 79. §. filius. D. de leg. 2. pa. 453. num. 13.
2. L. excipiuntur. 14. D. ad S. C. Syllanianum. pag. 162. nu. 35.
3. L. æquissimum. 5. §. si ex filio. D. ad S. C. Tertyll. p. 77. nu. 2. & 1.
2. L. & proculo. 20. D. de leg. 2. pa. 390. nu. 14. & p. 401. nu. 99.
2. L. ex asse. 52. D. ad l. Falcid. p. 210. num. 55.
2. L. ex duobus. 34. §. fin. l. etsi contra. 35. D. h. tit. p. 294. nu. 4. & p. 295. nu. 19.
2. L. ex eo. 43. D. de militari testamen. concilia ta cum l. vnica. §. fin. D. de bon. possess. ex testam. milit. p. 176. nu. 22.
2. L. ex facto. 43. §. Lucius. D. hoc titu. pa. 259. num. 49.
2. L. ex facto. 17. in princ. D. ad S. C. Trebell. p. 248. num. 21.
2. L. ex parte. 22. D. de adimendis leg. pa. 395. num. 52.
2. L. ex parte. 58. D. de acq. hered. p. 335. nu. 5. & p. 436. nu. 14.
2. L. ex parte. 58. D. de acq. hered. p. 228. nu. 3. & p. 229. nu. 11.

F.

3. L. fideicommissa. 11. §. operarum. D. de leg. 3. pag. 226. num. 12.
2. L. fideicommissa. 11. §. si seruo alieno. D. de leg. 3. p. 383. nu. 55.
1. L. filio. 6. D. de confirmat. tutore. l. pater. 101. §. conditionum verba. D. de cond. & demon. p. 80. nu. 2.
2. L. filius à patre. 28. D. de liberis & posthum. p. 246. nu. 3.
2. L. filio præterito. 17. D. de iniusto rupto. p. 210. nu. 52.
2. L. filius. 15. D. de cond. institut. p. 249. nu. 5. & p. 252. nu. 25.
2. L. filio. 16. §. contra tab. D. de inofficiosc. testamen. p. 325. nu. 66.
2. L. filio quē pater. 23. D. de liberis & posth. l. si quis heres. 18. D. de iniusto rupto. pag. 300. nu. 3. & 9.
2. L. filium. 20. §. fi. D. de bon. possess. contra tabul. l. is qui in potestate. 15. l. si duo. 16. D. de leg. præstand. p. 209. nu. 37.
2. L. fundi Trebatiani. 38. D. de vsufr. leg. pag. 119. nu. 21.
3. L. fin. D. de rebus eorum. pag. 310. num. 3. & pag. 311. nu. 6. l. fin. §. Scio. D. de leg. 2. pag. 389. nu. 7. & p. 398. n. 74.
3. L. fin. versiculo, nam superior. D. de cond. in stitut. p. 60. nu. 33.
3. L. fin. D. de his quibus vt indignis. pag. 44. num. 25.
2. L. fin. D. de iure codicill. p. 306. nu. 43.
3. L. fin. D. de collat. bon. l. fin. D. de assignandis libertis. p. 57. nu. 5. & p. 61. n. 44.
2. L. fin. D. de testamentis. remissiuè. pag. 305. num. 35.
3. L. fin. versi. altera verò species. D. de cond. inst. pag. 58. nu. 20.
3. L. fin. D. de veteran. & milit. succes. pag. 72. num. 3. & 7.
2. L. fin. D. quemadmo. testamen. aper. l. 1. §. si quis in duobus. D. de bon. possess. secund. tab. p. 171. n. 4.

H.

3. L. hac parte. 2. D. vnde cognati. p. 9. nu. 59.
2. L. heredes palam. 21. §. si quid. D. de testam. p. 425. n. 26.
2. L. hereditas ex die. 34. D. hoc titu. pag. 241. num. 28.
2. L. heres meus. 79. §. fi. D. de cond. & demōst. p. 408. n. 16. & p. 410. n. 33.
2. L. his verbis. 48. §. illa institutio. D. de hered. inst. p. 212. nu. 11.
2. L. hoc modo. 64. §. quod si ita scriptum. D. de cond. & demonst. p. 409. n. 19.
2. L. huiusmodi. 84. §. si Titio, & Mæuio. D. de leg. 1. p. 390. nu. 9. & p. 399. nu. 80.
2. L. huiusmodi. 86. §. 1. D. de legat. 1. pag. 387. num. 18.

I.

3. L. iam dubitari. D. de hered. instit. pag. 59. num. 25.
2. L. iam hoc iure. 4. D. hoc titu. pag. 239. numer. 38.
2. L. illa institutio. 32. D. de hered. instit. pa. 61. num. 80.
2. L. illa institutio. 32. D. de hered. instituend. pag. 189. nu. 33.
1. L. ille à quo. 13. §. si filius. D. ad S. C. Treb. p. 38. nu. 3. & 8.
2. L. Imperator. D. ad S. C. Trebel. remissiuè. p. 195. nu. 99.
2. L. in fraudem. 16. §. miles. D. de militari testamen. p. 248. num. 22.
2. L. infraudem. 16. §. testamentum. D. hoc tit. p. 182. nu. 2.
2. L. in quartam. 90. D. ad l. Falc. p. 438. n. 12.

2. *L.* in quartam. 90. D. ad l. Falcid. p. 463. num. 10. & p. 467. nu. 44.
3. *L.* institutio talis. 10. D. de condit. institut. p. 25. num. 7.
2. L. in substitutione. 31. D. hoc tit. & l. Papinianus. 8. §. sed nec impuberis. D. de inofficioso testamen. pag. 294. num. 3. & pag. 265. num. 17.
2. L. in suis. 11. D. de liber. & posthum. pa. 342. num. 27.
3. *L.* in tempus. 62. D. de hered. instit. pagi. 43. num. 19.
2. L. in tempus. 62. D. de hered. instit. p. 348. num. 13.
2. L. inter cætera. 30. D. de liber. & posthum. interpretata cum Emanuele Costa. p. 208. num. 31.
3. L. inter cætera. 30. D. de liber. & posthum. pag. 12. num. 5.
2. L. in suis. 11. D. de liber. & posthum pa. 316. num. 27.
2. *L.* interdum. 13. D. hoc titu. pag. 243. n. 5.
1. L. inter tutores 36. D. de adm. tutor. pag. 70. num. 6.
2. L. intestato. 3 §. si quis libertam. D. de suis & legitim. p. 468. nu. 17.
1. L. is qui soluendo. 57. D. de hered. instituen. p. 31. nu. 2.
2. L. ita tamen. 27. §. Marcellus. versi. qui rogatus. D. ad S. C. Trebel. p. 207. nu. 18.
2. L. item quod Sabinus. 17. §. quod si quis dupondium. D. hoc titu. & eius lectio animaduersa cum Hotoman. p. 245. n. 19.
2. L. item quod Sabinus. 17. §. vnde D. hoc tit. p. 244. n. 14. & p. 845. nu. 17.
2. L. Iulianus. 26. D. si quis omissa causa testamenti. p. 264. n. 5. & p. 266. n. 20.
2. L. iure militari. 4. D. hoc titu. pag. 180. numero 6.
3. L. iura libertorum. 4. D. de iure patronatus. p. 28. num. 63.

L.

2. L. legatum. 17. l. filiæ. 22. D. de annuis leg. p. 405. nu. 11. & p. 412. n. 40.
3. L. liberi. 2. D. vnde cognati. p. 67. nu. 2.
3. L. liberi. 2. D. vnde liberi. p. 67. nu. 9.
2. L. licet Imperator. 73. D. de leg. 1. p. 258. nu. 35. & nu. 40.
2. L. *Lucius*. 45. D. hoc tit. pag. 276. nu. 3. & p. 279. num. 35.
2. *L. Lucius*. 90. §. *Lucius* Titius testamento. D. de leg. 2. p. 393. nu. 38.

M.

2. L. miles ita. 24. D. de militari testamento. p. 258. num. 33.
2. L. miles ita. 41. §. exheredato. D. de militari testam. p. 276. nu. 6. & p. 282. nu. 58.
2. L. miles ita. 41. §. exheredato. D. de militari. p. 291. nu. 3.
2. *L.* miles ita. 42. §. fin. D. de militari testam. p. 259. nu. 48.
2. L. mortuo boue. 70. §. Labeo. D. de leg. 1. pa. 383. nu. 51.
2. L. mulier. 20. §. fin. D. de condit. institut. pag. 256. nu. 13.
2. *L.* mulieri & Titio. 74. D. de cond. & demonstra. p. 390. n. 11. & p. 400. n. 98.
2. L. mulier. 22. §. fi. D. ad S. C. Trebel. p. 463. n. 7. & p. 466. nu. 40.
2. L. mutuum. 5. D. de acquir. hered. pag. 369. numer. 53.

N.

1. *L.* nam etsi sub conditione. 5. §. post defectũ. pag. 209. nu. 46.
2. *L.* nam quod. 14. §. 1. D. ad S. C. Trebell. pa. 351. nu. 12.
2. L. nemo potest. 52. D. de leg. 1. remissiuè. p. 437. nu. 6.
2. L. nemo potest. 55. D. de leg. 1. p. 153. n. 5.
2. L. non ad ea. 89. D. de cond. & demonstra. p. 394. nu. 49.
2. L. non dubium. 14. D. de leg. 3. p. 408. nu. 12. & p. 412. nu. 42.
3. *L.* non est ambigendum. 12. §. vbicumque. D. de bon. possess. p. 99. nu. 7.
2. L. non putauit. 8. §. si quis emancipatum. D. de bon. possess. contr. tab. p. 300. nu. 2. & 8.
2. L. non quocumque. 84. in princ. D. de leg. 1. p. 385. n. 5. & p. 386. nu. 14.
3. L. nihil proponi. 120. §. fructus. D. de leg. 1. p. 334. n. 5. & p. 336. nu. 16.
1. *L.* nisi finita. 4. D. de tutelis, & rat. distrah. p. 80. nu. 2.

O.

2. L. obsides. 11. D. de testamentis. pag. 203. num. 16.

P.

2. *L.* Pactuleius. 92. D. de hered. instit. p. 302. n. 2. & p. 303. nu. 12.
3. *L.* Pantonius. 3. D. si à par. quis fuerit manumissus. p. 17. nu. 34.
2. L. pater Seuerinam. 101. D. de condit. & demonst. p. 264. nu. 6. & p. 266. nu. 24.
2. *L.* plane. 34. §. etsi coniunctim. D. de leg. 1. p. 390. n. 8. & p. 393. n. 34. p. 398. nu. 77.
2. L. plane. 34. §. si duobus. D. de leg. 1. p. 398. n. 74. & p. 399. nu. 81. & 87.
2. L. per procuratorem. 90. D. de acq. hered. p. 368. n. 42. & p. 369. nu. 50.
2. L. placet. 78. D. de acq. hered. præter communem animaduersa. p. 277. nu. 17.
2. L. Plotiana. 1. D. de iure codicill. pag. 278. num. 3.
2. L. penultima. D. quando dies legati cedat. p. 267. nu. 25.
2. L. potest. 6. D. hoc titu. p. 261. n. 69.
2. *L.* posthumus. 12. ver. idem & circa. D. de iniusto rupto. p. 210. nu. 50.
1. *L.* posthumus. 12. in princ. & §. idem & circa D. de iniusto rupto. p. 51. n. 28.
2. *L.* posthumus. 12. D. de iniusto rupto, & qua ratione testamentum ibi agnatione posthumi

mi ruptum defenditur. pag. 215. num. 16.
2. L. pro herede. 20. in princ. D. de acqui. here. p. 364. nu. 12. & p. 365. num. 16.
2. L. pro herede. 18. §. Papinian. D. de acquir. hered. p. 365. nu. 18.
2. L. pupillus si fari. 9. D. de acquir. hered. & l. seruo inuito. 65. §. si pupillo. D. ad S. C. Trebell. latè discutiuntur. p. 365. n. 20.
3. L. 1. D. de vsufruct. legato. remissiuè. pa. 268. num. 22.
2. L. 1. D. leg. 1. p. 377. nu. 2.
2. L. 1. §. de illo. D. ad S. C. Trebell. p. 463. nu. 8. & p. 467. nu. 41.
2. L. 1. §. Marcellus. D. si cui plus quam per legem Falcid. p. 438. nu 10.
3. L. 1. versi. sed hos quoque. D. de suis & legit. p. 1. nu. 2.
2. L. 1. D. de leg. 1. p. 447. nu. 21.
2. L. 1. §. fin. D. de leg. 3. & eius lectio animaduersa. p. 479. nu. 15.
2. L. 1. §. sed si quadraginta. D. ad Trebell. pag. 476. nu. 1.
2. L. 1. D. ad legem Falcid. p. 429. nu. 3. & late num. sequent. maximè. p. 430. nu. 22. & pag. 434. num. 62.
2. L. 1. versi. mutus. D. de hered. instit. l. pater. 93. §. 1. & §. fin. D. de aquiren. hered. pag. 369. num. 54.
2. L. 1. §. sed si filius famil. D. de leg. 3. pag. 195. num. 95.
3. L. 1. §. si quis autem. D. de succeff. edicto. pa. 115. nu. 2. & p. 116. nu. 8.
2. L. 1. §. ad municipium. D. ad l. Falcid. pa. 436. num. 69.
2. L. 1. §. patrem autem. D. si à par. fuer. manumissus. pag. 324. num. 57. & pag. 325. numero 61.
2. L. 1. D. de condit. institut. & eius litera animaduersa. p. 251. nu. 15.
2. L. 1. §. si ex fundo. D. hoc titu. pag. 245. numer. 18.
2. L. 1. §. si ex fundo. D. hoc titu. pag. 241. numer. 22.
2. L. 1. D. hoc titu. pag. 256. nu. 12. & pa. 257. num. 23.
2. L. 1. §. si ex fundo. D. de hered. instituendis. pag. 291. nu. 11.
2. L. 1. §. sed etsi patruus. D. de coniungendis cum emancip. lib. p. 283. nu. 69.
3. L. 1. §. si quis sub conditione. D. vt leg. seu fideicommiss. num. caueat. p. 221. n. 5. & pa. 222. nu. 13.
3. L. 1. §. sed etsi quis. D. de bon. posses. secund. tab. p. 12. nu. 11.
3. L. 1. §. post suos. D. de suis & leg. p. 70. num. 4. & 10.
1. L. 1. §. capitis. D. ad S. C. Tertull. pa. 72. n. 4.
2. L. 1. D. de militari testam. p. 174. nu. 9.
2. L. 1. D. vsufr. legato obijcitur & explicatur. pa. 91. nu. 2.
1. L. 1. D. de hered. instituend. pag. 70. num. 3.
2. L. 1. §. sed si filius famil. D. de leg. 3. pag. 278. num. 25.
3. L. peto. 71 §. fratre. D. de leg. 2. p. 130. n. 81.
2. L. 1. ibi. nuda voluntas. & l. in fraudem. 15. ibi. nuda voluntate. D. hoc titu. interpretãtur. pag. 178. nu. 15.
2. L. 1. §. exigit prætor. D. de bono. possessione secund. tabul. p. 198. nu. 10.
2. L. 1. D. de reg Caton. p. 404. nu. 4.

Q.

2. L. qua ætate. 5. D. de testamen. p. 197. numero 14.
2. L. qua ætate. 5. D. de testam. p. 298. n. 7.
1. L. quæro. 31. §. Lucius. D. de testamen. tutela. pag. 68. nu. 8.
2. L. quærebatur. 19. §. fin. D. de militari testa. p. 255. n. 3. & p. 257. nu. 31.
2. L. qui à latronibus. 13. D. de testam. p. 186. num. 8. & p. 193. nu. 82.
2. L. qui cum maior. 14. §. si patroni. D. de bonis libertor. p. 329. nu. 9.
2. L. qui duobus. 22. D. de condit. & dem. pag. 397. num. 67
2. L. qui ex liberis. 11. §. testamento. D. de bonor. possessio. secund. tabul. pag. 310. num. 3. & 12.
1. L. qui filiabus. 17. in princ. D. de legat. 1. pa. 70. nu. 2.
2. L. qui filio. 38. l. in tempus. 62. D. hoc tit. pa. 246. n. 5. & p. 248. nu. 19.
2. L. qui habent. 3. in princ. D. de tutelis. pag. 284. nu. 2. & p. 286. nu. 13.
2. L. qui habebat. 47. D. hoc titu. pag. 271. num. 2. & 4.
3. L. qui in aliena. 6. §. interdum. D. de acquir. hered. p. 61. nu. 39.
3. L. qui in aliena. 6. in princ. D. de acquir. hered. p. 107. nu. 32.
3. L. qui aliena. 6. § interdũ. D. de acqui. hered. p. 57. nu. 3. & p. 91. nu. 39.
2. L. qui iure militari. D. de militari testamen. pag. 220. nu. 2. & 6.
2. L. qui filio. 38. D. hoc titu. p. 232. n. 5.
2. L. qui testamento. 20. §. per contrarium. D. hoc titu. p. 166. nu. 7.
2. L. qui testamento. 20. §. non tamen. D. hoc titu. p. 162. nu. 39.
3. L. qui testamento. 20. §. eum qui. D. de testa. p. 122. nu. 13.
2. L. qui totum. 45. D. ad S. C. Trebell. pa. 471. nu. 7. & p. 472. nu. 8.
2. L. quod de bonis. 15. §. frater. l. Seius & Agerius. 27. D. ad l. Falcid. pag. 433. n. 53.
2. L. quod rerum. 24. §. 1. D. de leg. 1. p. 386. n. 28. & p. 381. n. 34.
3. L. quod vulgo. 19. D. de bon. possess. contr. tabul. p. 112. n. 18.

2. L. quod vulgo.19.D.de bon.poſſeſ.cont. tabul.& eius vera lectio animaduerſa.pa.209. num. 38.
2. L.quo loco.20.§.1.D.de hered.inſtituendis. p.244.nu.8.& 9.& 10.
3. L. quoties.10.§.non tantum. D.de adminiſt. tuto.p.284.n.5.&.p.287. nu. 22.
2. L. quoties.9.§.ſi ſeruus qui.D.hoc titu. pag. 246.n.7.& p.248.nu.23.
2. L. quoties.9.§.ſi quis nomen.D.de hered. inſtit.p.212.nu.10.
3. L. quoties.9.§.non tantum.D.de adminiſtr. tut.p.180.nu.114.
2. L. quoties.22.D.de cond.& dem. p. 409.n. 20.& p.412.n.42.

S.

8. L. 2.§.obijcitur.D.ad Tertyll.p.133.n.16.
2. L. 2.§.ſed & ſi quis.D.hoc tit.pag. 294. nu. 2.& 8.
2. L. 2.D.de iniuſto rup.& l.hac cõſultiſsima. 21.§. ſi quis autem.C.de teſtam.p.302.n.3. & p.306.n.50.
2. L. 2.§.ſed ſi extraneum.D. hoc titu. p. 275. n.2.& p.277.n.21.& p.278.n. 30.
2. L. 2.D.de iniuſto rupto. p.312.n.8.
3. L. 2.§.interdum. D.de ſuis & legitimis heredib.Succeſſorium edictum à prætore inductum,& quare.p.98.nu.5.
2. L.2.D.de iure deliberandi.p.351.nu. 6.
3. L. 2.§.obijcitur.D.ad S.C.Tertyll. accurate explicatur.p.77.n.7.
3. L. 2. in princ.& §.dies . D. quis ordo in bonor.poſſeſſ.ſeruetur.p.117. nu. 7.
2. L.ſcripto.6.D.vnde liberi .p.219.nu. 3.
3. L.ſacratiſsima.8.D.ad S.C.Tertull. pag. 81. num.3.
2. L.Scæuola. 79.D. ad S.C.Trebell.p.263. n. 2.& pag.264.nu.12.
2. L. Seius Saturninus.46.D.ad S.C.Trebell. pag.210.nu.54.
. L.ſi libertus præterito.25.§.ſi libertus.D.de bonis libert.p.20.nu. 7.
. L. ſacratiſsimi.8.D.ad S.C.Tertyll.noua explicatio.p.82.nu.7.
3. L. ſi ſolus.8.D.de acq.hered.p.83.nu.4. & p. 84.nu.8.
2. L. Sticho.36.D.de vſufr.legato.p.384.n.68.
3. L.ſi chorus.77.§.fin. D.de leg. 3. pag . 237. num.19.
3. L. ſi is qui duos.30.D. de liberatione legata. p.230.nu.7.
2. L. ſacratiſsimi Principis.9. D.ad Tertyll. p. 147.nu.5.
2. L. ſi ſeruus eius.81.D.de acq.heredita.& l.ſi deportati.7.D.de leg.1.pag.347.n.3. & pa. 348.nu.12.
2. L. ſi quis ſuus.8.D.de iure deliberandi. pag. 351.n.11.& p.353.nu. 22.
2. L.ſi pluribus.D.de leg.1.p.394. num.48.
2. L. ſi quis eum.16.in princ.D.de vulg.p.394. num.40.
2. L. ſed etſi.3.§.ſed etſi coniunctim.D. de leg. præſt.p.390.nu.12.& 401.nu.98.
2. L.ſeruum filij.46.D.de leg.1.p.378. nu. 2.& p.379.nu.15.
2. L. ſed ſi res.40.l.filiusfam.111.§.ſi quid alieni.D.de leg.1.p.383.n. 51.
2. L.ſi quis eum.16.in princ.D.de vulg.p.426. num.36.
2. L. ſeruus.3.§.1.l.quoties.9.§.fin.D.hoc titu. p.226.nu.19.
2. L. ſeruo inuito.65.in princ.D.ad Trebell.p. 458.nu.21.
2. L.ſi heres pecuniam.73.D.ad S. C. Trebell. p.461.nu.49.
3. L.ſi filius heres.16.D.de liber.& poſthumis. pag.57.nu.2. & 7.
2. L. ſi ſeruus.108.§.ſi id quod.D.de leg.2.pag. 385.nu.3.& p.386.n.12.
2. L.ſi duobus.16.in princ.§.fin.D.de leg. 1. p. 390.n.10.& p.400.nu.88.
2. L. ſi Titio aut Seio.16.D.de leg.2.p.389.n. 3.& p.393.nu.35.
3. L.ſi minoris.25.D.de adminiſtra.tut. p. 386. num.56.
3. L. ſi quis creditori.7.D.de peculio legato.p 136.num.7.
2 L. ſi deportati. 7.D.de leg.3.p.450.n. 34.
3. L. ſi ſeruus meus . 38.D.hoc titu.l. ſeruus patroni. 10.D.de operis libert. pag. 233.nu. 3.& 6.
3. L. ſi fideiuſſor.50. §. meminiſſe. l. & æquo. 66.D.de leg.1.p.302. nu. 19.
3. L. ſi tutelæ 8. D.de adminiſtr. tutel. remiſsiuè.p.334.nu.6.
3. L. ſi ſeruus.11.§.qui quinque.D.de leg.1.pa. 251.nu.15.
3. L.ſi mihi & tibi.12.§.Proculus. D. de leg. 1. pag.213.nu.4.& 9.
3. L.ſi quis ita heres.82.D.de hered.inſtitu.pa. 7.num.37.
2. L.ſi ſeruus eius.81.D.de acq.hered.p.235.n. 7.& 9.
3. L. ſi coheredi.4.§.filius.D. qui ordo in bon. poſſeſſ.ſeruetur.p.116.nu. 8.
3. L. ſi libertus præterit.23.§.fin.D.de bonis libert.p.18.nu.6.
2. L.ſi is qui ſoluendo.55.D.de hered.inſt.ſubſtitutus præfertur inſtituto aliquando. pa. 337.n.20.
2. L.ſi Titio & Mæuio. 63.§. Iulianus.l.cum pater.79.§.cum exiſtimaret.D.de leg.2.l.3 D.de iure codicill.p.479.n.12.
3. L.ſcripto.6.D.vn.liberi.57.n.4.& p.61.n.43.
2. L.ſi deportati.7.de leg.lib.3.p.235.n.8.& p. 236.n.16.
2. L.ſi poſt diem.5.§.ſi cũ dies.D.quando dies legati cedat.p.231.n. 9.

3. L.ſacra-

L. sacratissima.8.D. ad S. C. Tertull.pa.16. num. 29.
2. L. si Titius.16. D. de condit. institu. pagin. 249. n.6.
2. L.si mater.33.D.de vulg.& pupill.remissiuè p.247.n.18.
2. L. si ita scriptum.13.D.de lib.& posthum.remissiuè.p. 239.n.3.
2. L. si ita scriptũ.8.§.qui filio.D.de bon.poss. secund.tab.p. 292. n.15.
2. L. si mater.33.D.h.t.communis lectio defensa.p. 280.n.43.
2. L.si te solum.27.§.sed si te.D.de hered.inst. p.302.n.7.& p.307.n.59.
2. L.si ita quis.82.de hered. instituen.p.263.n. 3.& p.265.n.13.
2. L.si duobus.12.§.si prius.D. de bon. possess. contra tabul.p.302.n.4.& p.307.n.52.
2. L.si filius.7.D.de lib.& posthum.p.302.nu. 5.& p. 307.n.53.
2. L.si quis.in princ.22.D.de leg.3.p.302.nũ.8. & p.308.n.61.
2. L.si nemo.D.de testamen.tutel. pagin.306. num.44.
2. L.si filius substituatur.75.D.de hered.instit. p.259.n.49.
3. L. si filio fam.16.§. si vir in quinquennium. D.solut.matrim.p.334.n.5.& pa.336.n.16. & num.19.
2. L.si duobus.41.D.de leg.2.l.1.§.1. D.de vsu fr.accresc.p.402.n.105.
2. L.si cui fundum.5.D.de fundo instruct. pag. 416.n.4.
2. L.si is qui duos.30.D.de liber.legata.p. 397. num.71.
3. L.si is qui ex bonis.6.D.de vulg. pagin. 38. num.12.
2. L.sed si hoc.62.§.fin.l.cum tale.72. §.Mæuia.D. de cond.& demonst.l.quæsitum.31. D.qui & à quibus.pag.408. num.9.& 411. num.36.
2. L.si quæramus.4. D.de testam. pagin.184. num.3.
2. L.si mater.33.D.h.t.p.276.nu.4.& pa.250. num.43.
1. L.si impuber.13.D.de tut.& curat.p. 66.nu. 4.& 8.
1. L.si quis mihi bona.25.§.iussum. D.de acq. hered.p.80.n.2.
2. L.si seruo.26.D.adim.leg.p.229.n.5.& pag. 230.n.15.
1. L.si pupillus.127.D.de verb.oblig.p.79.nu. 8.& 11.
3. L.si plures.28.§.fin.D.h.t.p.280.n. 4.& p. 281.n.20.
2. L.si ità scriptum.13. §.regula. D. de lib. & posthum.p.229.n.4.& p.230.n.12.
3. L.si ita legatum.§.illi si volet.D.de leg. 1.p. 58.n.17.
2. L. si emancipatus.16.D.de bon.poss. contra tabulas.pagin.207.numer.19.
3. L.si dubitet.11.§.ita demum.D. h.t.p. 280. n.7. & p.281.n.23.
2. L.si seruo.84.D.de hered.inst.p.335. n.4. & p.336.n.13.
3. L.si Titius&Seia.49.D.h.t.p.280.n.6.& p. 281.n.22.
3. L.si ita scriptum.45.§.si sub conditione. D. de leg.2.pag.213.num.13.& p.214. numer. 22.& 25.
2. L.si res obligata.57.D.de leg.1. pagin.387. num.61.
2. L.si mutus.7.D.de testam.p.189.n.34.
2. L.si duobus.12.§.si prius. D.de bon. possess. contra tab.p.210.n.49.
2. L.si pater.40. D.de hered. instituen.p.272. num.4.& 6.& sequentib.eius lectio animad uersa.
1. L.si cui legatum.29.D.de cond. & dem.pag. 65.n.2.
2. L. si libertus patrono.41.versi.quid ergo.D. de bonis libertor.p. 264.num.4.& p. 265. nu.16.
2. L.singulos.30.ibi:Proprio chirographo annotare conuenit.D.hoc tit.p.157.n.3.
3. L.si libertus.25.§. si libertus. D. de bon.libert.p.25.n.9.
3. L.si quis filio exheredato. 6.D. de iniusto rup.p.60.n.32.
3. L.seruo inuito.65.in princ.D.ad S.C.Treb. p.107.n.34.
2. L.Sticho.30.D.de vsufr. legato.pagin.381. n.33.

T.

1. L.3.§.1.D. de legitimis tutoribus. pag.75. num.2.
2. L.3.ibi &error ius facit.D.de suppellectili legata.p.164.n.7.
2. L.3.§.si emancipatus.D.de bon.poss. contr. tabul.remissiuè.p.321.n.29.& 28.
2. L.3.in princ.l.sicut.5.D.de adim.leg.p.389. nu.5.& p.394.n.40.
2. L.testamento.90.D.h.t.p.228.n. 9. & pag. 229.n.9.
2. L.Titia Seio.89.§.Seia libertis.D. de leg.2. p.196.n.2.& 4.
2. L. Titia Seio.87.in princ.D.de leg.2.p.385. n.4.p.386.n.13.
3. L. Titia Seio.D.de leg.2.p.173.n. 35.
2. L.Titius.25.D.de liber.& posthum. pagin. 212.n.8.
2. L.Titius.11.l.interdum. 13. in princip.D. de hered.instit.pag.389.num.4.& pag.393. num.36.
3. L.Titium & Mæuiũ.47.§. altero.D. de adminis.tutorum.p.370.n.11.
2. L.Titio.96.§.fin.D. de cond. & dem. l.fin. D. de statu liberis.pag.408. num.10.& pa. 411.n.38.

V.

3. L.ventre præterito.84.D.de acqui. hered.l. illud.4.§.fin.D.de bonor.poſſ.contra tab.p. 60.n.31.
2. L.vnum ex familia. 69.§. ſed ſi fundū. D.de leg.2.p.381.n.32.
2. L.vnum ex familia. 69.§.ſi rē.D. de leg.2.p. 384.n.66.
3. L.verbis legati.5.D.ad l.Falcid.p.237.n.20. & p.239.n.51.
3. L.vtrum.9.D. de aſsignandis libertis. p.97. num 2.

Ex tertia Pandectarum parte, & Digeſto Nouo.

A.

3. L.actus legitimi.77.D.de reg. iuris.pa.312. numer.8.
2. L.actus legitimi.77.D.de reg.iuris. pag.247. nume.16.
1. L.actus legitimi.78.D.de reg.iur.p.69.n.2.
3. L.actus legitimi.77.D.de reg.iur.p.212.n.4.
3. L.actus legitimi.77.D.de reg.iur.p. 224.n.5
3. L. à D.Pio.15.§.ſi pignora.D. de re iudicat. p.138.n.4.
3. L.aliam.29.D.de nouationib.p.394.n.30.
2. L. an vitium.5. D. de diuerſis & temporal. præſcrip.& l.vitia poſſeſsionum. 11. C.de acq.poſſeſ.interpretatur.p.128. n.12.
3. L.bonorum.208.D.de verb.ſignifi. pag.99. num.10.

C.

2. L.Capite quinto.25.D.ad l.Iuliam de adulterijs.p.430.n.25.
2. L.Cicero.39.D.de pœnis.p.290.n.4.
2. L.creditoribus.4.D.de ſeparationib. p.376. num.8.
3. L.cum duo.19.D.de duob.reis.p.229.n.5.
2. L.cum heres.4.§.non eſt ſtatu liber.D.de ſtatu liberis.p.249.n.3.& p.251.n.17.
3. L.cum is.36.D.de fideiuſſorib.p. 387.n.62.
1. L.cum in vna.17.§.tutor.D. de appellat.pa. 87.n.2.
3. L.cum oſtendimus.4.§.fin.D.de fideiuſſ.tut. p.208.n.41.
3. L.cum poſſeſſor.5.D.de cenſibus.pagi. 388. num.64.
2. L.cum precario.12.D. de precario.pag.135. num.8.
3. L.cum precario.12.D.de precario.pag. 192. num.34.
3. L.cum quis.55.D.de verb.oblig.p. 244.n.5. & p.246.n.21.
3. L.cum quis.38.D.de ſolut.p.244. n.3.& 10.
2. L.cum ratio.7.D.de bon. damnator.p. 316. num.21.
2. L.cū ratio.7.D.de bon.damnator.p.215.n.24
1. L.cognitionum.5.§.conſumitur.D. de extra ord.cognitionib.p.73.n. 10.
2. L.decem.116.D.de verb.oblig.p.209. n.48.

D.

3. L.debitor.3.in princ.D.de ſeparationib.l.fideiuſſoris.24.C.de fideiuſſ.p.278.n.3. & p. 279.n.4.
3. L.decreto.48.D.de re iudicata. p.211.n.11.
2. L.donari.D.de donationib.& D. de reg.iur. interpretatur.p.134. nu.14.
2. L.12.tabularum omnibus data teſtandi facultas fuit.p.184.n.5.
2. L.12.tabular.de voluntate teſtatorum.pagi. 190.n.48.

E.

1. L.edicto.13.§.ad heredes.D.de iure fiſci.pag. 55.n.37.
3. L.eum qui.56.§.qui ſibi aut filio.D. de verb. obli.l.Stichum.95.§.vſumfructum.D.de ſolution.p.245.n.11.
3. L.exceptio.22.D.de exceptionib. pag.152. num.12.

F.

2. L.falſus.44.§.ſi iactum.D. de furtis.explicatur.p.111.n.2.
3. L.fideiuſſor.26.§.pater Seio. D. de obligat. & actio.p.283.num.2.& pagin.286.numero 23.
2. L.fin.D.de vſucap. & l.ſi quiſquam.7. D.de diuerſ.& tempor.præſcript.explicantur.p. 92.n.3.
3. L.fin.D.de duobus reis.p.230.n.13.
3. L.fin.D.de ſolution.& eius lectio animaduerſa.p.356.n.11.
3. L.fin.D.rem pupill.ſaluam fore.p.279. n.3. & p.281.n.19.
2. L.fin.D.de Caſtrenſi pecul.p.380.n.25.
3. L.Fulcinius.§. ſi quis actione.D. quibus ex cauſis in poſſeſſ.eat.p.138.n.18.
3. L.Fulcinius.7.D.ex quibus cauſis in poſ.eat. p.151.n.2.& p.153.n.22.
3. L.Fulcinius.7.§.plane.D. quibus ex cauſ. in poſſ. eat.p. 257.n. 10.
2. L.flumina.3. D. de fluminibus. interpretatur.p.93.n.4.
3. L.fundi venditor.35.§.item ſi amicus. D.de acq.poſſ.p.356.n.16.

G.

2. L.generaliter. 24.§. ſi petitum.D.de fideicommiſſ. libertatibus. pagina. 426. numero 35.
3. L. Græce. 9. §. illud . D. de fideiuſſor.& eius lectio animaduerſa . pagina. 281.numer.2.

H.

2. L.hereditas.61.D.de acqui.rerum dominio. p.233.n.9.
3. L.hereditariũ.6.D.de bonis auth.iud.poſſ.p. 263.n.3.& p.264.n.10.
2. L.hereditate.19.§.filius fam.D. de caſtrenſi peculio.p.242.n.33.
3. L.hereditatis.138.D.de verbor.ſigni.pa.99. num.8.
2. L.hereditatis appellatione.138.D.de verbo. ſignificat.p.444.n.8.
2. L.heres.43.D.de vſucapion.p.131.n.8.
3. L.heres à debitore.22.§. non eſt nouum.D. de fideiuſſ.p.394.n.29.
2. L.heres à debitore.22.de fideiuſſ. pag.461. num.49.
3. L.hodie.D.de pœnis.p.152.n.15.
3. L.huiuſmodi.64.l.ſi ita ſtipulatus.126.D.de verb.oblig. p.265.n.3.
2. L.heres meus.79.§.ſi.D.de condi.& dem.p. 410.n.33.

I.

2. L.illud.37.D.de donat.cauſ.mortis explicata.p.136.n.15.
3. L.Imperatores.34.ibi:ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti.D. de iure fiſci.p.166.n.16.
2. L.in bello.12.§.Codicilli.D.de captiuis. pa. 202.n.8.
3. L.in duobus.3.D.de duobus reis.p.227. n.2. & p.228.n.6.
3. L.in perſonam.22.D.de reg.iuris. pag.161. num.45.
3. L.in perſonam.24.de reg. iuris. pagin. 278. num.15.
2. L.in teſtamento.38.D.de fideicommi.libert. p.451.n.4.& p.454.n.22.
2. L.in fraudem.27. D. qui & à quibus manumiſſ.p.449.n.27.
3. L.inter ſtipulantem.83.in princ.D de verb. obl.p.241.n.11.
3. L.inter ſtipulantem.83.§.ſi ſtipulante.D.de verb.oblig p.251.n.23.
3. L.inter ſtipulantem.83.§.Stichum.D.de verbor.oblig.p.235.n.3.
3. L.inter ſtipulantem.80.§.ſi ſtipulante.D. de verb.oblig.p.269.n.4.& 7.
3. L.inuito. 69.D. de reg.iuris.pagin. 385.number.53.
3. L.is cuius.85.D.de furtis.p.310.n.5.
1. L.item apud Labeonem.15.§.qui turpibus.D. de iniurijs.p.21.n.15.
3. L.Iulianus.131.§. qui fundum.D.de verbor. oblig.p.384.n.42.
2. L.ius noſtrum.7.D.de reg.iur.p.240.n.21.& p.242.n.31.
3. L.in venditione.8. §.1.D.de bonis auth.iud. poſſ.p.336.n.17.

L.

3. L.Labeo.19.§.contractum.D.de verb.ſigni. rectiſsimè interpretatur.p.165.n.16.
3. L.Labeo.19.§.contractum.D.de verb.ſignif. p.296.n.8.
3. L.liber homo.118.§.decem hodie.D. de ver. oblig.p.213.n.14.
3. L.liber homo.118.§.decem.D. de verb.obli. p.275.n.2.
1. L. liberorum.220.§. ſed & Papyrius. D.de verb.ſignif.Nepotes filiorum appellatione quando contineantur.p.70.n.3.
2. L.littora.1.D.ne quid in loco publico interpretatur,& qua ratione littora quoad proprietatem eſſe populi Romani dicantur. p. 93.n.5.

M.

2. L.Marcellus.15.§.Paulus.D. de donat.cauſ. mortis expoſita cum alijs.p.136.n.17.
3. L.Marcellus.26.D.de fideiuſſ. remiſsiuè.pa. 278.n.17.
3. L.Marcellus.26.D.de fideiuſſ.& l. is cui bonis.6.D.de ver.obl.antinomia. p.258.n.14.
3. L. Marcellus.ibi:magis eſt vt ei non ſubueniatur.p.259.n. 22.
3. L.Modeſtinus.76.D.de ſolution.p. 385.nu. 54.& latiſsimè vſque in finem.
2. L.multum.D.de verb.oblig.p.384.n.61.
3. L.multum intereſt.34.D.de verb. obligat.p. 236.n.3.& 15.

N.

3. L.noq figura.38.D.de obl.& act.p.285.n.20
3. L.nõ figura.37.D.de obl.& act.p. 206.n.22.
1. L.nomen filiarum.164.D.de verb.ſignifi.p. 71.n.4.
2. L.nomen filiarum. 164. §.partitionis. D. de ver.ſign.remiſsiuè.n.469.n.2.
2. L.notionem.99.§.inſtrumentorum.D.de verbo.ſign.p.162.num.14.
3. L.nunquam nuda.31.D.de acq.rerum dom. p.188.n.38.

O.

3. L.obligationum ſubſtantia.3.verſ.nec enim D.de oblig.& act.p.161.n.37.
2. L.obligationum ferè.44.§.placet.D. de obl. & act.p.247.n.13.

P.

2. L.1.D.de donationib.p.257.n.19.
2. L.1.D.de donationib.p.134.n.16.
2. L.1.§.adipiſcimur.D.de acquir. poſſ.p.367. num.39.
3. L.1.§.1.l.quamuis.32.§.infans. D.de acquir. poſſ.p.261.n.14.
3. L.1.D.de curatore bonis dando.p.148. n.2. & p.149.n.7.
2. L. 1.§. fin.D. de ſeparationib. pagin.338. num.22.
3. L.1.ibi Ex varijs cauſarum figuris.D.de obl. & act.p.164.n.2.
3. L.1.§.ſi quis ita interroget.D.de ver.obli.p. 209.n.

209.numer.2.& pagina.210. numero.6.
3. L.1.§.si stipulanti.l. inter stipulationem.83. §.si stipulante.D.de verb.oblig.l.si seruus legatus.111.§.quia quinq;.D.de leg.3. p.249. n.2.& 5.p.250.n.2.
3. L.1.D.de Prætorijs stipulationib. pag. 234. numer.2.
3. L.1.§.sed si mihi Pamphilum.D. de verbor. oblig.p.252.n.25.
3. L.1.§.is quoque.D. de obliga. & act. p. 194. num.57.
3. L.1.§.si quis simpliciter.D.de verb. oblig.p. 252.n.27.& 29.
3. L.1.§.si quis simpliciter.D. de verb. oblig. p.249.n.4.
3. L.1.§.si quis simpliciter.D.de verb.oblig.p. 269.n.3.
2. L.pecuniæ verbum.178.§.actionis.D.de verbo.signifi.p.448.n.23.
3. L.pluribus.140.§.1.D.de verb.oblig.pagin. 217.n 7.
2. L.possessionem.29.D.de acquir. possession. p.145.n.7.
2. L.prospexit.12.D.qui & à quibus remissiuè. p.227.nu.2.
3. L.purè.5.§.fi.D.de doli exceptione.p.284. n.4.& p.287.n.28.
3. L.posthumus.12.versi. idem & circa.D. de iniusto rupto.p.112.n.20.

Q.

3. L.4.§.in fraudem.D. de fideicommiss. libertatib.p.149.n.2.& 7.
3. L.quæcunque gerimus.11.D.de oblig.& act. p.264.n.8.
2. L.quæsitum.40.D.de acq.rerum.dom.explicata cum multis alijs.p.131.n.5.
3. L.quæsitum.8.§.quod à Titio.l. cum precario.12.§.fi.D.de precario.p.335.n.9.
2. L.qui vas.49.§.ancilla.D. de furtis.explicatur.p.108.n.2.
1. L.quod ab initio.D.de reg.iur.explicatur.p. 57.n.46.
3. L.quod certa die.70. D. de solut.l. qui ante Kalendas.13.D. de verbor.pagin. 275.numer.3.
3. L.quod dicitur.130. D.de verb.oblig.p.243. num.5.
3. L.quod dicitur.45.§.si ita quis.D.de verbor. oblig.p.264.n.4.& n.1:.
3. L.quod maior.19.D.ad municipalem.p.144 num.34.
3. L.quoties.20.D.de verb.oblig.p.242.n.20.

R.

3. L.reos.11.§.cum tabulis. D. de duobus reis, Authentica hoc ita.C. de duobus reis.pag. 279.n.2.
3. L.reos.11.§.cum tabulis. D. de duobus reis. p.228.n.5.& p.229.n.16.

S.

1. L.2.§.1.D.si ingenuus esse dicetur.pagin.31. num.4.& 5.
3. L.2.D. de natalibus restituendis.pagina.11. num.69.
3. L.2.§.circa.D. de doli mali & metus exceptione.p.205.n.15.
3. L.2.§.circa.D.de doli mali & metus exceptione.p.167.n.5.
3. L.2.§.circa D.de doli mali & met. exceptione.p.210.n.7.
3. L.2.in princ.D.de verbor. obliga.pagi.208. num.44.
2. L.Seia.42.§.fi.D.de donationib.caus.mort.p. 135.n.3.
2. L.sepulcra.4.D.de sepulcro violato.pag.94. num.5.
3. L.sequester.110.D.de verb. signif. & quod ibi notatione verbi Modestinus scripsit defensum ab Alciati impugnationibus,remissiuè.p.198.n.19.
2. L.sequitur.4.§.si tu me vi.D.de vsucap.explicata.p.128.n.11.
2. L.seruo.31. D.de fideicommiss. lib. p. 236. num.23.
3. L.seruus.16.l.si ex re.28.l. seruus.35. D.de stip.ser.p.232.n.11.
3. L.seruum.6.D.rem pupilli saluam fore.pagi. 260.n.6.& 11.
3. L.si adoptauero.D.de precario.p.124.num. 36.& n. 38.
3. L.si à Titio.44.D.h.tit.p.280.nu. 5.& pag. 281.n.21.
3. L. si decem cum petiero.48 .D. de verbo. obligat. pagin. 221.num. 6.& pagin.222. num.14.
3. L.si diuortio. 21.D.de verb.oblig.pag.393. num.25.
3. L.si ex duobus.12.D.de duobus reis. pagin. 228.n.12.
2. L.si homo.45.D.de vsucapionib.pagin.345. num.48.
3. L.si id quod.15.D. de duobus reis.p. 228.n. 4.& p.228.n.13.
3. L.si ita stipulatus fuero hanc summam.120. D.de verb. oblig.p.251.n.16.
3. L.si ita stipulatus.115.versi.Sabinus.D. h.ti. p.219.n.2.& 5.
3. L.si ita stipulatus.115.versi.sed ita.D.de ver. obli.p.220.nu.11.
3. L.si ita fideiussorem.43.D.de fideiuss.p.173 nu.32.
3. L.si filius famil.78.D.de verb. oblig. pagin. 221.n.8.
3. L.si finita.15.§.eleganter.D.de dam.infecto. p.208.n.43.

2. L.si pater.4.§.quoties.D.de manumiss.vind. p.405.n.2.
3. L.si pater.4.D.de manumiss.vind.& l.quæsitum.15.§.Iulianus.D.qui & à quibus,conciliatæ.p.356.n.10.
2. L.si pauonem.37.D.de furtis.p.97.n.3.&4.
3. L.si pupillus absens.2.D.rem pupilli saluam fore.p.365.n.40.
3. L.si quis pro eo.57.D.de fideiussoribus. pa. 128.n.67.
3. L.si quis stipulatus fuerit decem in melle.57 D.de solutionib.p.173.n.34.
2. L. si rem meam.20.D. de solutionibus. pag. 384.n.45.
2. L.si seruus.21.D. de acq.rerum. dom.pag. 149.n.4.
3. L.si seruus.141.§.si inter eos. D. de verbor. oblig.p.222.n.3.& 8.
3. L.si seruus.19.D.de fideiuss.p.162.n.50.
3. L.si Stichum.16.§.1.D.de verb. oblig. pag. 216.n.6.
3. L.si stipuler.35.§.si in locando. D.de verb. oblig.& eius lectio animaduersa.p.247.n.7
2. L.si vsusfructus.4.D.de nouationib.explicata.p.123.n.3.
2. L.si vxor.13.§.planè.D.ad l.Iuliam.de adul. p.321.n.27.
3. L.statu liberi.29.§. Quintus Mutius. D.de statu liberis.p.292.n.8.& 11.
3. L.stipulationum.5.§.stipulatio. D.de verb. oblig.p.202.n.7.
3. L.stipulatio ista.38.§.sicut.D.de verb.oblig. p.5.n.18.
2. L.stipulatio hoc modo concepta.61. D. de verb.p.263.n.82.
3. L.stipulationes nõ diuiduntur.72.§. Celsus. D.de verb.oblig.p.226.n.10.
3. L.stipulationes non diuiduntur.74.§.Celsus. de verb.oblig.& l.si quis ab alio.1. §.fin.D. de re iud.p.162.n.63.
3. L.Stichum.95.§. si mandatu.D. de solut.pa. 386.n.58.
2. L.Stichum.95.§.naturalis. D. de solutio.pa. 432.n.43.
2. L.Stichus.39.D. de manum.testa.p.378.n. 3.& p.380.n.26.
3. §.sed etsi quis.h.t.& l.stipulatio ista.38.§.stipuler.de ver.obli.p.271.n.3.& p.272.n.12.
3.L.sub hac.7.D.de ob.& act.p.221.n.4.& n.11.
3. L.si quis stipulatus.57.§.1.D. de solution.p. 244.n.4.& p.245.n.20.

T.

2. L.3.§.in amittenda.l.quemadmodum.8. D. de acq.poss.p.370.n.60.
3. L.3.§.fi.D.quibus ex causis in posses. eat.p. 376.n.2.& p.377.n.5.
3. L.3.§.fi.versi.vtique enim.D. de duobus reis deb.p.252.n.28.
2.L.3.§. si in locis .D.de iure fisci.interpretata. p.109.n.2.

V.

3. L.Valerianus.10.D.de Prætorijs stipulat.p. 392.n.18.
2. L.vbi ita donatur . 29. D. de donationibus causa mortis.p.135.n.6.
2. L.vbi pugnantia. 145.D.de reg.iuris.p. 424. num.24.
1. L.verbis legis.120.D.de verb. significat.pag. 33.n.2.& 3.
2. L.verbis legis.120.D. de verb.signi.pa.327. n.79.
2. L.verbis legis.120. D.de verb. signi.p.372. num.8.
2. L.verum.58.D.de manumi.test.& l.quoties 9.§.seruus.D.h.t.p.230.n.16.
3. L. Vranius Antoninus.72.D. de fideiuss. p. 229.n.4.& p.230.n.11.

Ex iustinianeo Codice.

A.

2. L. abdicatio.6.C.de patria potestate.pagin. 204.n.6.
3. L.ædc.4.C.de locato,remissiuè.p.317. n.16.
3. L.ancillæ.C. communia de successionibus. p.155.n.4.
2. Auth.cui relictum.C. de indict.vidui.toll.p. 408.n.13.& p.412.n.43.
2. Auth.ex causa.C.de liber.præt.p.453.n.18.
2. Auth.ex causa.C.de liberis præt.p.215.n.23.
3. Auth.heres.C.de secund.nuptijs. pagin.25. num.12.
1. Auth.sicut hereditas.C. de legitimis tutelis. p.71.n.6.
3. Auth. hoc ita.C.de duobus reis.p.229.n.17.
3. Auth.hoc nisi debitor.C. de solutionibus.p. 172.n.29.
2. Auth.idem est de Nestorianis.C. de hereticis.p.356.n.43.
2. Auth.nouissima.C.hoc tit.p.330.n.9. & pa. 334.n.38.
2. Auth.sed cum testator.C.ad l.Falcid. pagin. 433.n.53.
2. Auth. similiter.C.ad l. Falcid. pagin. 432. num.42.
3. Auth.& cum solis,Auth.defuncto.C.ad S.C. Tertull.p.79.n.2.
3. Auth.ex complexu.C.de inceptis nuptijs.p. 83.n.3.
3. Auth.præterea.C.de naturalib.liber.pagin. 56.n.5.
2. Auth.sed si post.C. de inofficioso testam. p. 320.n.10.
3. Auth.licet.C.de naturalibus.liberis.pa. 134. num.22.
2. Auth. de alienatione fideicõmissi.§. penult. p.261.n.64.
2. Auth.vt cum de app.cog.§.sancimus,collat. 8.p.327. n.81.
1.Auth. vt sponsalit.larg.§.& hoc quoq;coll.1.

pagina.35.numero.3.& 6.
3. Auth.de triente & semisse.§. studium.collat. 3. p.384.n.46.
3. Auth. vt hi qui obligat. se perhib. hab. res min. §. si vera tacuerit. coll. 6. pag. 384. num.47.
3. Aut.de nuptijs.§.perfectæ.coll.4. p.219.n.9.
3. Auth. quibus mod. naturales efficiantur sui in princ.& §.discretis.coll.7.p.38.n.13.
2 Auth.vt liceat matri & auiæ.§.1.coliat.8.pa. 191.nu.63.
3. Auth.de hered. ab intestato venientibus. §. reliquum.collat.9.p.29.n.41.& 43.
2. Auth.vt liceat matri & auiæ.§.1.collat. 8.p. 195.n.98.
3. Authentico de heredibus & Falc. §. si verba nõ implens.coll.1.p.141.n.8.&148.n.69.

C.

3. L.Captum.9.C.de captiuis. p.63.n.4.
2. L.casus.8.l.si non speciali.9.c. de testamen. p.156.n.33.
2. L.constitutionẽ.27.C.de administ. tut.explicat nostrum text.p.146.n.8.
1. L contra maiores.16. C. de inofficioso test. p.87.n.2.
3. L.curatorem.6.C.de neg.gest.p.365.n.40.
2. L.cum alienam.10.C.de legat.p.378.n.6. & p.384.n.62.
1. L.cum in adoptiuis.10.in prin.C.de adoptionib.p.60.n.2.
3. L.cum antiquiorib.19.versi.si enim. C.de iure delib.p.3.n.9.
2. L.cum proponas.3.C.de hered.inst.p. 264. n.7.& p.268.n.39.
2. L.cum quæst.24.in princ.C. de leg.p. 244. n.15.& p.245.n.20.
3. L.cum quis.10. C. de iuris & facti ignor. l. error.9.C.ad l.Falc.p.187.n.32.
3. L.cum speciem. 5.C. de periculo & comm. rei vend.p.308.n.8.
2. L.Clodius Clodianus.97.C.de acquir.here. p.313.n.14.

E.

2. L.eam quam.14.C.de fideicomm.p.452.n.9
2. L.eam quam.C.de fideicõmiss.p. 306.n.40.
1. L.etsi non adscripta.9.§.fin.C.de fideicommiss.lib.p.69.n.2.
1. L.etsi non adscripta. 9. C. de fideicommiss. libert.p.68.n.7.
2. L.& fine.5.C.ad S.C.Treb.p.474.n.15.
3. L.exceptio.18.C.de locato.p.303.n.26.
3. L.exceptio.18.C.de locato.p.317.n.19.
3. L.ex libera.6.C.de suis & legit.p.92. num. 5.& 11.
2. L.extraneum.9.C.hoc tit.& eius lectio animaduersa.p.248.n.24.
3. L.emptorem.9.C.de locato.p.336.n.16.

F.

3. L.fin.C.de filio fam.minore.p.287.n.26.
2. L.fin. C. si maior factus alien. & c.pa. 360. num.70.
2. L.fi.C.de temp.in integrũ rest.p.359.n.66.
3. L.fin.C.quibus ex caus.maiores.p.63.n.5.
2. L.fi.C.de pactis.p.263.n.83.
3. L.fi.C.de neg.gestis.p.354.n. 3.
3. L.fi.C.de neg.gestis.p.364.n.38.
2. L.fi.C.de vsufr.intelligitur.p.121.n.4.
3. L.fi.C.de empt.& vend.p.304.n.35.
2. L.fi.§.sin autem.C.de testam. interpretatur contra Accurs.in testamento nuncupatiuo. p.155.n.22.
2. L.fi.C.de impuberum & alijs. p.243.n.6.
2. L.fi.C.de impub.& alijs substit.p.393.n.37.
3. L.fi.C.de impub.& alijs substitut.p.21.n.12
2. L.fin.C. de necess. seruis heredib.instituen. p.226.n.20.
2. L.fi.§.si quis autem temerario proposito.C. de iure deliberandi.p.435.n.64.
2. L.fi.C.de repud.hereditate.p. 351.n.10.
3. L.fi.C.de repu.heredit.p.150.n.4.& n.16.
3. L.fi.C.com.de successionibus.p.131.n.4.
2. L.fi.C.de fideicommissis,& §.fi.infra de fideicommis. hered.p.155.n.31.
3. L.fi.C.de legitimis heredib.p. 85.n.2.& 4.
2. L.fin.§.filijs autem.C.de bonis quæ lib.pag. 195.n.98.
2. L.fi.C.communia de manumissionibus.pag. 228.num.8.
3. L.fin.C.de testamentaria manumissione. p. 148.num.68.
2. L.fi.C.de testamen. correcta est iure Regio. p.173.n.19.
3. L.fi.C.de nouationibus,& noster text.quid noui induxerit.p.393.n.24.
1. L.fi.§.minores.C.defen.passis.p.66.n.5.&9
3. L.fi.C.de apochis publicis.lib.10.p. 284.nu. 6.& p.288.n.33.
2. L.fratris.21.C. de inofficioso testam.p.328. num.90.
2. L.fi.C.de inofficioso test.p. 183.n.1.& 4.
2. L.furiosi.25.C.de nuptijs.p.287.n. 35.
3. L.fin.in fine principij.C.de bonis quæ liberis.p.138.n.19.
3. L.fi.C.qui admitti.& noster tex. quid nouè induxerint.p.118.n.15.

H.

2. L.hereditas.12.C.h.t.p.237.n.8.
2. L.hereditas.4.C. de his quibus vt indignis. p.313.n.15.
2. L.humanitatis, eleganter pro hac opinione animaduertitur.p.285.n.12.
2. L.humanitatis,alia in parte explicata.pagin. 286.n.18.
3. L.illam.33.C.de donationibus.p.357 n.18.

I.

3. L.in contractibus.14.C.de non num.pecunia. p.170.n.6.
3. L.ingenuæ.3.l.edicimus.7.C. de murilegulis. lib.11.remissiuè.p.155.n.7.

3. L.in quibus.7.C.de secundis nuptijs. p. 25. num.11.
2. L.in rebus.30.§.omnis.C.de iure dotium, & l.si fundum.16.D.de fundo dotali.pag.143. num.12.
2.L.interest.6.C.de vsufr.p.143.n.14.
2. L.in testamento.C.ad l.Falcid.& C. de test. milit.p.432.n.44.
3. L.iudices.12.C.de sent.& interlocut.omn.iudicum.p.212.n.12.

L.

2. L.Leges sacratissimæ.9.C.de legibus.p.177. num.8.
3. L.liber homo.3.C.de liberali causa. p. 154. n.3.& p.155.n.5.
3. L.licèt.8.C.de locato.p.316.n.3. & pa.317. num.25.

M.

3. L.matres.3.C.ad S.C.Tertull.p.80.n.4.& 7.
3. L.mercalè.5.C.de condict. ob turpem caus. p.275.n.7.
2. L. monumentorum.6.C.de relig. & sumptibus fune.explicatur.& l.longa possessione. 4.D.de mortuo inferendo.p.95.n.7.

N.

2. L.nec emere.C.de iure deliberandi.l.inuitũ. C.de contrahen.empt.p.378.n.10.
2. L.nihil.2.C.de vsucap.pro herede. pa.344. num.38.
2. L.nostram.30.C.de testam.p.313.n.11.

O.

2. L.omnimodo.30. C. de inofficioso testa.p. 328.n.88.
2. L.omnium.19.C.h.t.explicata.p.155.n.27.

P.

3. L.pactum dotale.4. C. de pactis conuentis. p.253.n.4.& p.254.n.15.
3. L.penultima.C.ad exhibendum.p.273.n.21
3. L.penul.C.de periculo & commo.rei venditæ.p.309.n.4.& p.310.n.13.
2. L.pen.§.illo.C.de necess.seruis.p.420. n.4.
3. L.penul.C.de diuersis prædijs.lib.11.p.325. num.26.
2. L.potuit.5. ibi: Ipsius actus & voluntas necessaria est.C.de iure delib.p. 363.n.4.& p. 368.n.46.
3. L.pretij causa.9.C.de rescind.vendit.p.305. n.4.& p.306.n.12.remissiuè.
3. L.pretij causa.9.C.de rescind.vend.p.301.n. 2.& p.302.n.17.
3. L.pretij causa.9.C.de rescinde.vend. pagin. 175.n.55.
2. L.1.C.de Sac.Sanct.Ecclesijs.p. 184.n.8.
3. L.1.C.de pactis.p.214.n.25.
1. L.1.C.de his qui veniam ætat. impet. p.82. num.7.
2. L.1.C.qui & aduersus quos.p.358.n.59.
2. L.1.C.de inofficio.testam.p.457.nu.17.
3. L.1.C.de vsuris.pag. 266.numer.9. & pag. 267.n.13.
3. L.1.C.de rerum permutatione.p. 302.n.18.
2. L.1.C.de hered.vel actione vendita explicata.p.132.n.4.
3. L.1.C.de non num.pecunia.p. 178. n.94.
3. L.1.C.de condict.ob turp.causam.pag.275. num.6.
3. L.1.C.de dotis promissione.p. 266.nu.4.& 267.nu.14.
3. L.1.C.de dotis promissione,nec iure Canonico,nec nouo iure Hispano procedunt.pa. 267.nu.17.
3. L.1.C.de his qui ante apert.tabulas. p.85.n. 3.& p.84.n.6.
2. L.1.C.de codicillis.p.487.n.8.
2. L.1.C.ad S.C.Trebell.p.469.n.5. & nu.sequentib.vsque ad finem.
2. L.1.C. de indict. viduit.toll.p.410. n. 30.
3. L.1.C.de contrahen.& commit. stipulatione.p.266.n.7.
3.L.1.C.de mendicantib. validis lib.11.pagin. 324.n.17.
3. L. promissæ.3. C. an seruus pro suo facto post manum.teneatur.p.253.n.3. & p.254. num.16.
3. L. puberem. 11.C.de iure delib.p.105. n.11.
3. L.1.C.de iure liberorum.p.78.n.2.
2. L.1.in princ.D.ad S.C.Treb.p.463.n.11. & p.468.n.32.
2. L.1.D.de curatore furioso.& c.& l. is cui.l. 18.D.de test.p.200.n. 8.
3. L.1.C.qui admitti.p.110.n.66.

Q.

3. L.quamquam.10.C.ad l.Falcid.p.464.n.18.
2. L.quamuis.4.C.de impuberum.p.269.n.10.
2. L.quidam.C.de necess.seruis heredib. instit. p.226.n.21.
3. L.quoniam in prioribus.32.C.de inoffic.testamento.p.225.n.6.
2. L.quoniam in prioribus.22. C.de inoffi.p. 260.n.53.
3. L.Quoties.C.de rei vendicat.p.298.n.25.
2. L.quoties.13.C.de hered.instit.p.241.n.23.
3. L.quoties.3.C.de donat.quæ sub modo. pa. 271.n.7.& p.273.n.24.
3. L.quoties.3.C.de donationib. quæ sub modo,remissiuè.p.144.n.29.

R.

2. L.reos.8.C.ad l.Iuliam de adult. coniuncta. l.80.Tau.l.2.tit.20.lib.5.Recop.p.228.n.5
2. L.reprehendenda.5.C.de instit.& substit.p. 409.n.18.

S.

2. L.sancimus.27.C.de test.p.312.n.3.
3. L.sancimus.C.de fideiuss.p.242.n.28.
3. L.scripturæ.C.qui potiores in pignore habeantur.p.178.n.80.
2. L.2. C. de his qui veniamætat. impetr. vera ratio.p.197.n.12.
3. L.2.C. si aduersus delictum. pagin. 80. numer.5.& 8.

3. L.2.C.ſi aduerſus creditorem.p.287.n.26.
3. L.2.C.de reſcin.vend. & eius remedium in locatione admittēda remiſsiuè.p.328.n.45.
3. L.2.C.ne fideiuſſores dotium dentur. pagi. 278.nu.12.
2. L.2.C.ad S.C.Trebell.p.470.n.6.
3. L.2.C.de infirmandis pœnis cælibatus. pag. 78.num.4.
3. L.2.C.de adoptionib.p.119.n.6.
3. L.2.C.ad l.Iuliam de vi,& l.3.D.de fideicōmiſs. libertatibus.p.137.nu.14.
3. L.ſi defunctus.9. C.de ſuis & legit. heredibus.Filiæ liberi primi gradus admiſſæ ad legitimam hereditatem, cum diminutione tamen,vſque ad nouiſsima Iuſtiniani tempora.p.15.n.19.
2. L.ſi dolo.5. C.de reſcind.vend. p.209.n.44.
3. L.ſi domina.10.C.de vſufr.p.334.n. 3. & p. 335.num. 11.
3. L.ſi ex cautione.3.C.de non num. pecu.pa. 284.n.3.& p.287.n.25.
2. L.ſi fundum.17.C.de rei vendicatione,adducitur & explicatur.p.107.n.18.&.19.
3. L.ſi infanti.18.C. de iure delib. pagin.261. num.17.
2. L.ſi infanti.18. C.de iure delib. pagin.369. num.51.
2. L.ſi maritus.12.C.de donat.inter virum.pa. 405.n.4.
3. L.ſi maritus.22.C. de inoffic.teſtam.p.383. num.38.
3. L.ſi olei.21. C.de locato.pag.316.num.4.& p.317.n.26.
2. L.ſi pater.4.l.nec apud.7.C.de hered. inſti. p.419.n.4.
3. L.ſi pro mutua.8.C.ſi cert. petat. pag.175. num.56.
3. L.ſi qua illuſtris.C.ad S.C. Orficianum.pa. 80.n.2.& 4.
3. L.ſi qua illuſtris.5.C.ad S. C. Orficianum. p.82.n.2.
2. L.ſi quando.35.C.de inoffic.teſtam.pa.196. num.104.
2. L.ſi quis filium.34.C.de inoffi. teſtam.pag. 326.n.70.
3. L.ſi quis inceſti.6.C.de inceſtis nuptijs. pa. 72.n.2.& 6.
2. L.ſi quis in ſuo .23. §. legis. C.de inoffic.teſtam.p.333.n.28.
2. L.ſi teſtamentum.10.C.de teſtam.pag.261. num.63.
2. L.ſiue apud acta.28.C. de tranſaction.interpretatur.p.110.n.2.
2. L.ſi viua matre.3.C.de bonis mater.pa.147. num.2.
2. L.ſi vt certi.9.C.de teſtam.milit. pag.305. num.38.
3. L.ſi vt proponis.C.de ædificijs.p.375.n.7.
3. L.ſi ſocrus.18.C.de iure dotium. pagi.335. num.12.
3. L.2.§.voto.D.de pollicitationib.pagin.181. num.118.

T.

2. L.3.C.ad Trebell.p.472.n.2.
3. L.3.C.de legitimis heredibus.p.20.n.6.
3. L.3.C.de acqui.poſſ.p.260.nu.7. & p.261. num.14.
2. L.3.C.de bonis proſcriptorum.p.192.n.75

V.

3. L.vnica.C.de nuptijs Gentilium.tit.4.lib.3. codicis Theodoſiani.p.41.n.4.
3. L.vnica.C.vt act.ab hered.& contra heredē incip.p.264.n.7.
2. L.vnica.§.& cum triplici.C. de caduc.toll. p.399.n.79.
2. L.vnica.C.de his qui ante apert.tabulas.pa. 268.n.37.
3. L.vt liberis.17,C.de collationib.p.112.n.10
2. L.vxor.20.C.de leg.p.378.n.4.& pag.380. n.28. & p.381.n.35.
2. L.vbi purè.19.§.1.D.ad S. C. Trebell.pag. 469.num.3.
2. L.Zenodorus.2.D.ad S.C. Maced. p.164. num.8.

Ex hiſce Inſtitutionibus extra ſuas ſedes expoſiti paragraphi.

A.

2. §.Ante heredis.infra de legatis. pagin. 156. num.37.
3. §.Admonendi.12.infra hoc. titul.pagi. 66. num.2.& 5.
3. §.Admonendi,& §.ſed ea omnia, ſupra de heredi.quæ ab inteſtato.pag.131.num.3.& p. 135.num.35.& n.36.& n.37.

C.

3. §.Cum autem.infra hoc titul. pagin.61. numer.43.
1. §.Conſtituta.infra de actionibus. pagi.25. numer.6.
1. §.Cum ergo.hoc tit.p.35.n.2.

D.

3. §.De conſtituta,infra,de actionibus.p. 203. num.15.
3. §.De conſtituta,infra de actionibus interpretatur.p.133.n.7.

E.

3. §.Eadē,& eius lectio animaduerſa, infra hoc ti.de eo cui libertat.cauſa bona addicuntur. p.147.n.58.
2. §.Extraneo.infra hoc tit.p.278.n.24.
2. §.Ex eo autem ſolo,hoc titul.pag. 311.numero.16.
3. §.Ex conditionali.Inſtit.de verb. oblig.pa. 264.n.9.

F.

2. §. fi. Inſt. de legatis.pag.249.n.2.& p. 251. nu.16.

3. §.fi.Inſt.de mandato.p.319.n.3.& 8.
1. §.Fœmina,huius tit.p.60.n.3.& p.61.n.11.

I.

2. §.Item inuiti.Inſt.de curatoribus,limitatur. p.146.n.10.
2. §.Item ſurdus.Inſt.quibus nõ eſt permiſſum p.172.n.9.
3. §.Ius autem gentium,ſupra de iure naturali. p.203.n.16.
2. §.Igitur quartam.p.330.n.8. & p.333.n.29.

L.

2. §.Licet.Inſt.quibus ex cauſ.manum.non liceat.p.261.n.69.
1. §.Licet.huius tit.p.60.n.4. & p.61.nu.12.

M.

3. §.Mitis.infra de ſucceſſ.libertorum.pa.72. num.4.& 8.

N.

2. §.Non tamen,hoc tit.p.310.n.12.
3. §.Neque tamen.Inſt. de authorit. tutorum. p.110.nu.71.
1. §.Neq; tamen.huius tituli.p.85.n.4.

O.

3. §.Omnium.ibi.Et alijs quibuſdam modis.infra de actionibus.p.164.n.5 & p.165.n.7.
3. §.Omnium. infra de actionibus.p.159.n.6.

P.

2. §.Poſteriore,infra quibus modis teſtamenta infirmentur,vera ratio.p.206.n.11.
3. §.Poſthumo.Inſt.de legatis.p.103.n.16.
2. Poſthumi quoque.hoc titul.ponderatur pro Emanuele.p.208.n.34.
2. §.Poſthumi.inducitur pro hac ratione. pag. 207.n.13.& p.208.n.20.
3. §.1.Inſt.de patria poteſtate.p.254.n.10.
3. §.Pupillus.hoc tit.de inutilibus ſtipulat. p. 258.nu.12.
3. §.1.ibi:Siuè vlterioris gradus. Inſt.de S. C. Tertyll.p.116.n.7.

Q.

3. §.Quibus connumerati,hoc.tit.ſenſus & interpretatio.p.33.n.6.
3. §.Quod ſi quis.ſup.h.t.de inutilibus ſtipulationibus.p.251.n.14.

S.

2. §.Sed noſtra. Inſt.de ſucceſſ.libertorum.pa. 328.num.87.
2. §.Sed quod Principi placuit.Inſt.de iure naturali.p.305.n.31.
1. §.Sed & illud. huius tituli.pagin.60.num.2. & p.61.nu.10.
2.§.Sipeculiũ.20.Inſt.de legatis.p.439.n.4.&9.
3. §.Sui.ſup. de hered.quæ ab inteſtato def. p. 258.n.13.

Ex iure Canonico.

A.

2. Cap.Ad noſtram.11.de rebus Eccle.p.356. num.48.
3. Cap.Actus legitimi.de reg.iur.li.6.interpretatur ex.l.actus D.eod.p.357.n.3.

C.

2. Concilium Tridentinum Seſsione.24.de reformatione matrimonij.c.1.d.320.n.20.& p.322.n.44.
3. Cap.Cum multę.15.quęſt.vltima,& eius vera lectio.p.51.n.5.

F.

2. Cap.Filius noſter.5.deteſtam.p.378.n.5.& p.381.nu.36.
2. Cap.Forus.10.de verb.ſignif. interpretatur cont.Abbatem,& alios.p.160.n.18.
3. Cap.Filijs vel nepotibus. 16.q.7.p.19.n.10.
3. Cap.Fraternitati.7.de eo,qui cognouit conſang.vxoris ſuæ.p.90.n.30.

G.

3. Cap.Gratum,cap.relatum,de officio delegati.p.357.n.19.

I.

3. Cap.Ius naturale.1.diſtinctionę,& eius vera lectio animaduerſa.p.197.n.13.
2. Cap.Ius Quiritũ.1.diſtinctione.p.367.n.30.

L.

2. Cap. Licèt.4.§.quamuis de ſepulturis, libr. 6.p.193.n.78.
3. Cap. Licèt.6.de voto,remiſsiuè. p.24.n.30.
3. Cap.Legatos.2.ver.præſenti,de officio legati lib.6.p.357.n.20.

P.

3. Cap.1.de iure Patronatus.p.19.n.11.
3. Cap.Per veſtras,de donatio. inter virum,& vxorem.p.345.n.22.

Q.

2. Cap.Quia nos.9.de teſtam.p.193.n.80.

R.

2. Cap.Relatum.11.de teſtam.p.154.n.19.

S.

1. Cap.2.cap.ex tenore.14.qui filij ſint legitimi.p.41.n.2.

T.

1. Cap.Tanta,qui filij ſint legitimi. p.41. n.6.

Ex iure Regio Partitarum.

2. L.9.tit.16.part.3.p.162.n.36.
2. L.6.tit.17.part.4.p.326.n.78.
3. L.28.tit.8.part.5.p.330.n.63.
3. L.28.tit.8.part.5.p.4.n.15.
3. L.3.tit.14.part.5.p.162.n.64.
3. L.15.tit.14.p.5.interpretata cõtra Gregorium & alios.p.396.n.42.
2. L.6.tit.1.part.6. intelligitur in ruſtico rure teſtamentum condente.p.155.nu. 24.
2. L.10.tit.1.part.6.p.161.n.25.
2. L.11.tit.6.part.6.p.365.n.18.
2. L.1.l.5.tit.8.part.6.p.332.n.24.
3. L.2.tit.15.part.6.p.338.n.17.
3. L.9.tit.15.par.6.l.5.l.fin.tit.6.lib.3. fori.p. 34.n.11.

Ex iure

INDEX.

Ex iure Regio Hispano Nouæ Recopilationis.

3. L.22.tit.3.lib.1. ordinam. & l.2.tit.3. lib.5. ordinam.p.51.n.6.
3. L.9.tit.14.de las prescripciones.lib.4.nouæ Recop.p.285.n. 17.
3. L.1.l.2.tit.21.lib.4.Recop.p.382.n.22.
3. L.5.tit.21.lib.4.nouæ Recop.p. 178.n.87.
2. L.49.Tauri.l.1.tit.1.lib. 5. nouæ Recop.p. 322.n.44.
1. L.49.Tauri.l.1.tit.1.lib.5.nouæ Recop. p. 40.n.11.
2. L.48.Tauri.l.9.tit.1.lib.5.nouæ Recop. p. 148.n.5.
2. L.1.tit.4.lib.5.nouæ Recop.332.n.26.
2. L.1.tit.4.lib.5.nouæ Recop.p. 337.n.21.
2. L.1.tit.4.lib.5.nouæ Recop. pagi.431. nu. 34. & 38.
3. L.1.tit.16.lib.5.Recop.remisiuè.pag. 229. num. 19.
2. L.1.tit.4.lib.5.nouæ Recop.p.487.n. 9,
2. L.1.ad finem tit.4.lib.5. nouæ Recopil. pa. 472. num.9.
3. L.1.versiculo.Y entonces herede aquel que segun derecho y costumbre de la tierra auia de heredar. Titulo.4.li.5.nouæ Recopilat. vltra omnes declarata.p.5.n.29.
2. L.2.tit.4.lib.5.Recopi.expenditur,& resoluitur iure regio mulieres codicillis testes adhiberi non posse.p.161. n. 26.
2. L.3.Tauri.l.2.tit.4.lib.5.Recop.versiculo,y en los codicilos.p.492.n.8.
2. L.4.Tauri.l.3.tit.4.lib.5.Recop. exornatæ remisiuè.p.203.n.15.
2. L.5.& l.6.Tauri. interpretatæ.pagin. 195. num.103.
2. L.5.Tauri.l.4. titul.4. lib.5. Recop. pagin. 197.nu. 8.
1. L.54.l.111.tit.18.par.3.l.13.tit. 25. libr.4. nouæ Recop.p. 4.nu.6.
2. L.24.Tauri.l.8.tit.6.lib.5.nouæ Recop. p. 453.nu.18.
2. L.24.Tauri.l.8. tit.6.lib.5. nouæ Recopila. p.487.n.10.
2. L.30.Tauri.l.fin.tit.6.lib. 5. nouæ Recop. p.442.n.10.& 12.& p.443.n.15.
3. L.40.Tauri, ibi. Pero aun en la succesion del mayorazgo à los transuersales.pagi.28. nume.33.
3. L.40.Tauri explicata.p.27 n.23.
2. L.45.l.8.tit.7.lib.5.nouę Reco.p.352.n.19.
2. L.6.Tauri.l.1.tit.8.lib.5.Reco.p.326.n.77.
3. L.6.Tau.l.1.ti.8.li.5.nouæ Reco.p.35.n.17.
3. L.6.Ta.interpretãda ex l.10. Tau.p.39.n.23
3. L.6.Tau.ibi. Saluo si fueren hijos de Clerigo,&c.inducitur contra filios clericorũ iun ctis duobus legibus de Soria.p.51.n.6.
3. L.6.tit.8.lib.5.Recop.p.42.n.10.
3. L.9.Tau.l.7.tit.8.li.5.nouæ Reco.p.46.n.6.
3. L.9.Tauri.p.43.n.17.
3. L.9.Tau.sensus.p.54.n.14.
3. L.10.Taur.corrigit Authenticor.& Partitarum ius.p.39.n.22.
3. *L.*1.tit.16.lib.5.nouæ Recop.p. 280.n.17.
3. L.2.tit.16.lib.5.Recop.p.161.n.29.
3. *L.*2.tit.1.lib.5.Recop.p.205.n.15.
3. L.2.tit.16.lib.nouæ collect.regię.p.210.n.5
3. L.2.tit.16.lib.5.nouæ Recop. & eius lectio animaduersa.p.242.n.24.
3. L.2.tit.16.lib.5.nouæ Recop.p.246.n.24.
3. *L.*2.tit.16.lib.5.Recop.p.299.n.36.
2. L.2.ti.5.li.5.nouæ Recop.p.442.n.12.
3. L.19.tit.11.l.1.l.3.tit.16.lib.5.Recop. pag. 175.num.58.
1. L.5.tit.10.lib.8.nouæ Recop.p.21.n.17.
3. L.4.l.6.tit.20.lib.8.Recop.p.50.n.33.
3. *L.*15.tit.9.lib.9.nouæ Recop.p.328.n.45.
3. L.1.l.2.tit.17.lib.9.Recop.p.331.n.5.

FINIS.

Series chartarum primi & secundi libri Institutionum.

¶. ¶¶. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh.

Omnes sunt quaternionespræter, ¶. ¶¶. quinquerniones,& Hh. quæ est ternio.

Libri tertij chartæ.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. A. B. c. d. E.

Omnes etiam quaterniones, præter K. quinquernionem,& Bb. & E. indicis, quæ sunt terniones.

INSTITVTIONVM DN. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS LIBRI QVATVOR.

IN INSCRIPTIONEM.

1 *Institutiones, non Instituta hæc iuris elementa appellantæ, & quare.*

2 *Institutiones & in alijs quoque disciplinis plures scripserunt.*

3 *Institutiones ad ius Ciuile pertinentes ex veteribus Iureconsultis qui scripserunt.*

4 *Institutiones à quo fuerint cõpositæ, & quo tempore.*

5 *Iuris ciuilis Romanorũ progressus, & n. seq. Leges Regiæ primum ius scriptum in Pop. Ro. Lege Terentia abrogata fuerunt leges Regiæ.*

6 *Leges xij. Tabularũ legibus Regijs successerũt.*

7 *Legis actiones tertia pars iuris Romani.*

8 *Iurisconsultorũ responsa legis actionib⁹ accesserũt. Visiones Iurisconsultorum quæ?*

9 *Leges à maioribus magistratibus in Pop. Rom. latæ: Plebiscita à minoribus, quinta pars iuris.*

10 *Prætorum edicta, quæ initio annua, deinde perpetua facta fuere, sexta iuris ciuilis pars.*

11 *Imperatorum constitutiones, quæ ab Augusto initium cœpere septima accessio, vsque ad Iustiniani ætatem. Hermogenia. Gregoria. & Theodosianus Codex.*

12 *Iustiniani Codicis prima editio.*

13 *Pandectarum, seu Digestorum volum. post codicem Iustiniani iussu in ordinem redacta.*

14 *Institutiones hæ Codicis Iustinianei, & Pandectarum promulgationi successerunt. Codex Iustiniani ex repetita prælectione quando editus.*

15 *Nouellæ constitutiones, quas Authentica iura appellamus vltima accessio, & pars iuris ciuilis Romanorum.*

1 QVANVIS Apud nõnullos hæc iuris Ciuilis Romanorũ elementa *Instituta* appellari obtinuerit, eo quod Græci, & qui eorum more loquuntur Instituta dicant, proprietas tamen Latini sermonis ea, institutiones vocari satis admonet; quum Instituta Latinis sint, mores, disciplinæ, consuetudines. Vt apud Tullium, & plerosque alios bonarum literarum, purique sermonis parentes, pluribus in locis; & apud Vlpianum in lege plenum. 12. §. Equitij. D. de vsu & habitatione. Iulium Paulum in l. nec audiendus. 15. D. De operis libert. Valeriũ Maximum Titulo de *Institutis antiquis*. Institutiones autem, præceptiones, quibus instituuntur, & doceantur homines; libri, & præ-
2 cepta ad artem aliquam viam sternẽtia. † Vnde & in alijs quoque rebus, & disciplinis hæc vox in ea significatione vsurpatur. Nam Fabius Quintilianus opus suum, quo Oratorem instituit Institutiones oratorias inscripsit: Lactantius Firmianus Institutiones Diuinas librum alterum appellauit: Erasmus Institutionem Principis Christiani: Aldus Manutius Institutiones Grammaticas: Ioannes Lancellotus Perusinus cum ius Pontificium singulari methodo quatuor libris comprehendisset, & in Romana aula mandato Pontificis Maximi ab Illustribus viris essent recogniti, Institutiones Canonicas eos appellauit. Et nostris his diebus eruditus vir Doctor Ludouicus Mercado Apollineæ facultatis peritissimus Regiusque Protomedicus Institutiones Medicas. Ergo rectè Iustinianus noster prima legum cunabula, & totius legitimæ scientiæ prima elementa, Iuris Ciuilis Institutiones vocat. Quo nomine ab eodem Lactantio referuntur lib. 1. Diuina. Institution. *Quidam prudentes, & arbitri æquitatis Institutiones Ciuiles iuris compositas ediderunt*, & ab Angelo Politiano. Miscellan. cap. 48. *Institutiones hæ, quæ vocantur in iure Ciuili, Iustiniani principis nomine editæ, sed à Triboniano tamen, doctisque alijs viris compositæ: etiam Græcè scriptæ sub eodem prorsus intellectu reperiuntur.* † Institutionũ præterea libros ad Ius ciuile pertinẽtes olim inuenio scripsisse Caiũ libros tres.
3

Marcianum libros ſexdecim. Vlpianum libros duos: Paulum libros itidem duos: Calliſtratum libros tres: Florentinum libros duodecim: quorum omnium fragmenta, quæ apud Pandectas extant diligenter reſenſuit Antonius Auguſtinus libro ſingulari de nominibus proprijs Iuriſconſultorum. c. 1. col. 116. col. 152. col. 180. col. 208. col. 220. & col. 221. in hacq; appellatione cõſentiunt Briſonius lib. 9. de verb. ſignific. fol. 303. pag. 2. Charondas in notis ad hunc librum, in earũ argum. pag. 2. Balduinus in prolegomenis ad hũc lib. §. fin. n. 13. Hotoman. in §. Igitur, infrà in proœmio. Enunciat. 3. Myn-ſingerius in §. cumq; hoc Deo. n. 15. eod. proœmio, & quiſquis is eſt qui idem monitũ huic libro Lugduni anno. 1575. excuſo præpoſuit.

4 Oroſcius in proœm. Digeſt. nu. 18. † A quo fuerint Inſtitutiones hæ compoſitæ dubitari non poteſt, cum ex epigraphe conſtet, & idẽ Iuſtinian. profiteatur in d. §. Cumq; hoc Deo propitio. infrà in proœmio. Quo autem tempore? quamuis inſinuare videatur, in §. Quorũ vtramque viam, quia non tamen rem multum aperit, cuius cognitio legum Tyronibus eſt maximè neceſſaria, quum nouum non ſit priores leges ad poſteriores trahi, teſtibus Paulo & Tertull. in l. nõ eſt nouũ. 26. in l. ideoq; 27. D. de legibus, vt appareat quib. velut poſtremis legibus, ſi quãdo cõtrarię occurrerint fidẽ facere debeant, iuris Ciuilis Roman. quod nũc nos Iuſtinianicũ cũ erudito Hotomano dicimus varias fuiſſe interpollationes, vt ex Põponio in l. 2. D. de orig. iuris, deprehendere licet. Id vſq; ad nouiſsima Iuſtiniani tẽpora ſic proceſsit. † Initiũ Iuris Romani fluxit ex legibus Regijs, quas Reges Pop. Romani primis Reipublicæ tẽporibus conſcripſerũt, quarum pleręq; à Ser. Tullo ſcriptæ, à Sexto Papyrio in volumen vnũ collatæ fuerũt iuſq; Papyrianũ inde appellatũ. Exactis tamen Regibus lege Terentia omnes ferè abrogatæ fuerũt. Hãc (quã malè Terentillã vocat Zaſius in legum antiquarũ catalogo. *Lex Terentilla.* pag. 131. & prætermiſit, quod mirũ ſanè eſt, Ant. Auguſt.) tulit Caius Terentius Arſa Trib. Pleb. Lucretio, Veturio Coſſ. anno ab Vrbe condita ccxci i. Vt quinque viri crearentur legibus de Imperio Cõſulari ſcribendis, ne ipſi libidinem, ac licentiam ſuam pro lege haberent, vti Dionyſ. lib. 10. commemorat. Liuius lib. 3.

6 † In Regiarũ legũ locũ. xij. Tabularũ leges ſubrogatæ fuerunt, quæ maxima ex parte ab Atheniẽſibus, & Lacedęmonijs ſumptę & in duodecim æneas tabulas relatę, atq; inſculptę ſummã in Rep. Rom. authoritatẽ habuerunt.

7 † Acceſsit tertia iuris Romani pars ex legis actionibus, quas illius ſęculi Iuriſcõſulti (qui ferè Põtifices fuerẽ) directis, certis, ac ſolennibus verbis cõpoſuerũt, fecerũtq; formulas omniũ rerũ, quę vel publicè, vel priuatim gerebantur (quas hac noſtra ętate in vnũ volumen, aut ſaltim maiorẽ illarũ partẽ ſolertiſsimus Briſonius, in octo libros diuiſum congeſsit, cui nomẽ indidit, de Formulis, & ſolẽnibus populi
8 Romani verbis.) † Quarta deinde pars in eorũdem Iuriſconſultorũ prudentia, diſquiſitione, & inueſtigatione veri, & quaſi ſcholaſticis diſputationibus poſita fuit, has illi paſsim viſiones appellãt, vt multis Pãdectarũ adductis locis poſt Ant. Auguſt. idem Briſonius lib. 19. de verb. ſignific. fol. 648. pag. 2. obſeruat. vnde Prudentes dicti, & eorũ ars iuriſprudentia, quę in iuſti, atq; iniuſti ſcientia poſita eſt. Et quia de iuſto atq; iniuſto conſulebãtur Iuriſconſulti, eorumdemq; interpretationes Prudentium reſponſa dicebantur. Quorum ſtetit
9 auctoritas à xij. Tabulis perlatis ſeptingentis circiter annis, vſq; ad Imp. Philippum. † Vlterius Quinta huius iuris pars ex legibus Pop. Rom. acceſsit: quarum quæ à maioribus magiſtratibus ferebantur, proprio nomine Leges: quę à minoribus Plebiſcita dicebãtur. † Sexta verò pars ex Prætorum Vrbanorum edictis fluxit, quę primis tẽporibus publicè in albo proponebãtur, vt ſcirent ciues quemadmodum quiſq; Prætor anno ſuo ius dicturus eſſet. Nam cum annuum tantum magiſtratũ gererent, eorum edictum annua lex dicebatur, vti nouiſsimè animaduertit eruditus vir Ludouicus Paramo lib. 3. de origine & progreſſu Officij Sanctæ Inquiſitionis, quæſt. 5. nu. 1. licèt poſteà lege Cornelia cautum fuerit, vt Prætores ex edicto perpetuo ius dicerent, quod Aſconius in oratione pro Cornelio, & Dio lib. 36. teſtantur. Ad extremum Adrianus Cæſar cum Saluio Iuliano Iuriſconſulto edictum perpetuum cõſcripſit, atque in illud vniuerſum ius contulit, quod nonaginta nouem comprehendit libris, ex quo Prætores omnes deinceps ius dixerunt, vt ex Iuſtiniano & alijs multis accurate explicat Ferd. Mendoça lib.
11 1. diſput. iuris ciuilis, cap. 2. ex nu. 1. † Quum vero poſteà reſpublica ad Cæſares tranſlata fuiſſet, ſeptima iuris Romani acceſsio ex Imperator. conſtitutionibus fuit, quæ ab Auguſto initium cepêre, quarum multitudo cum ad Diocletiani tempora in immenſum excreuiſſet, tempore Conſtantini Magni in duos codices collatæ ſunt, quorum alter Hermogenianus, alter Gregorianus ex compoſitorum nominibus appellatus eſt. Paulo Codex Theodoſianus acceſsit, in quem Theodoſij Imp. mandato omnes Conſtantini Magni, & ſequentium Impp. conſtitutiones relatæ ſuerunt. Hicque Romani iuris progreſſus fuit vſque ad Iuſtinianum, hicque ſtatus eo imperante erat. † Decreuit ergo is, infinitis legum
12 commentarijs, & immenſæ iuris ciuilis difficultati ex librorum ortæ multitudine, remedium imponere, (quod & alij iam Cæſares

Pom-

Pōpeius Magnus, & Iulius Cęsar in animū in duxerāt, præstare tamē bellis impediti nō po tuerūt)& indictione septima Imperij sui, anno autē Christi quingentesimo trigesimo primo constitutiones illas in tres codices Gregorianū, Germogenianū, & Theodosianū dispersas, intolerabili tamen dissimilitudine inter se pugnātes, inutilibus reiectis, superadditis necessarijs, in vnū corpus & volumē digessit, quē suo nomine Iustinianeū inscribi voluit. l. 1. C. de nouo Codice faciēdo. Sed is hodie non extat. † Aliquot tamē postea deinde annis, indictione videlicet duodecima, ex veterū Iurisconsultorū scriptis quę innumera erāt, in duo quidē millia librorū, & tricies cētena milliaversuū propagata, summā quandam arbitratu suo per sexdecim iurisperitos triēnij spatio componi, eamq;, Digestorū vel Pādectarum nomine inscribi imperauit. Digesta quia veterem, vt sibi videbatur, cōfusionē in ordinē redegerat, Pādectas, quia quę ad ius ciuile pertinēt cōplectebātur, quod factū est anno Christi, quingētesimo trigesimo sexto. † Eodemq; tēpore Institutiones, quę iuris elemēta continerēt, ex Pādectis & Codice, multisq; veterū cōmentarijs, per tres Iurisperitos conscribi, simulq; Codicē amplificari, & emēdari iussit. Et ne quid in eo à Pādectarū & Institutionū libris alienū relinqueretur, additis multis nouis cōstitutionibus, quę in priore editione non habebātur: de tractis itē quā plurimis, quę ad id vsq; tempus firmiter in iudicijs obtinuerāt, lōgè emēdatiōnē edidit: qua de causa dictus est Codex repetitę prælectionis, quo vno iā in foro & scholis vtimur. Vnde in eo Iustinian. aliquoties Institutionū iā compositarū mentionem facit; & è cōtra in hisce institutionibus, nō semel constitutionū meminit, quas in suo Codice extare refert, cū nihilo magis extent. † Vltimò cum leges quotidie nouas Triboniani cōsilio promulgaret, quibus nō modo ius antiquū, verum etiā suū illud recens immutabat, præstantissimā & maximè necessariā iuris Ciuilis partem protulit, in quā nouę illæ constitutiones sensim, vt quęq; promulgabatur, nullo ordine cōferrentur, qui liber propterea Nouellæ inscriptus est, & patrū, atq; auorū memoria diceba tur Authētica: quem Greg. Haloander ciuiliū legū colophonem, & columnam dixit, vt qui solus reliquo iuri ciuili authoritatem addat, solus detrahat, solus nouam formam & normā attribuat: his ferè gestis vita functus fuit.

IN PROOEMII DE confirmatione Institutionum Epigraphen.

In nomine Dñi nostri Iesu Christi.

1 *Invocationem Diuini numinis præmitti piū, & ex antiquitate, non tamen necessarium. nu.* 3.

2 *Epigraphes hæc* In nomine Domini nostri Iesu Christi, *in emendationibus Codicibus desiderantur.*

4 *Instrumento apponi debent quæ pro solemnitate præmitti consueuerunt.*

5 *Annus, Mensis, & dies, & locus in quo instrumentum confectum est, prætermitti nō possunt.*

6 *L. 54. l. 111. tit. 18. par. 3. l. 13. tit. 25. lib. 4. nouæ recopilationis.*

7 *Anni à Natiuitate Domini dinumerantur: ali quando etiam ab Incarnatione.*

8 *Annorū dinumeratio variè olim, & hodie apud diuersas nationes.*

9 *Olympiadum dinumeratio apud Græcos quando initium habuit.*

10 *Archontes apud Athenienses initium temporis computationi præstabant.*
Ephori apud Lacædemonios.

11 *Romani per Cōsules annorū rationem inibant.*

12 *Hispani ab Æra Cæsaris annos olim computare solebant.*

13 Era, *verbum vnde originem duxerit, & quare sic dicta, latè proponitur.*

14 *Rex Hispanus Ioannes Primus, vt à natiuitate Domini annorū fieret cōputatio lege sanxit.*

QVanuis veteres legum latores, etiā ethnici, suas ad aliquod numē leges & sanctiones referre solerent, vt Numma Pompilius ad AEgeriā; Lycurgus ad Apollinē; Solon ad Mineruam; Minos ad Iouem, Charōdas ad Saturnū; Trismegistus ad Mercuriū; Zamolxis Scytha ad Vestā; Zoroaster ad Oromasin, solerētq; similiter in suarū legū exordijs diuini numinis inuocationē præmittere; admoneatq; Cicero lib. 2. de legibus, à Dijs immortalibus capiēda exordia: quod etiam Poetæ fecerūt, itē & Oratores, vt rectè hīc ex alijs. Baldui. adnotauit; Idemq; ipse Iustin. in Nouellis suis cōstitutionibus sæpè præstiterit, videlicet Nouella. 17. 43. 85. 134. & 139. † Vt ex his cōstet piā esse, & ex antiquitate epigraphen diuini nominis, quæ huic præfationi siue epistolæ nūcupatorię vulgaria exēplaria præfigunt, IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. Temerè tamē ab aliquo superstitioso libario adscriptā, vt meritò in emendationibus libris Haloādri, Charōdę, Rusardi, expuncta sit, vt parū cōueniens præfationi quā iuuentutē Iustin. alloquitur. Vnde parū aptè hīc Accurs. cęteriq; antiquiores, & ex iuris moribus etiam nonnulli, ex his suppositis in scriptionis verbis colligunt Iustinian. Christianæ religionis fuisse non expertem, quod vt Iustiniano demus vetera omnia monumenta contestantur. † Minus autem rectè eorum verborum occasione multa hīc de diuini nominis inuocatione inculcant, an & illa in omnibus actibus & præcipuè in instrumentis præmittenda sit necessario, namque vt erit pium, & hone-

honestum eam in omnibus negotijs præpone
re, tamē si fuerit omissa, non propterea instru
mentum vitiabitur, nisi hoc consuetudine ita
receptum esset, vt ex alijs resoluit hic Oyno-
tomus. n. 1. Latè Oroscius in l. si quis ex argē
tarijs. 6. §. si initium ex n. 7. D. de edendo. Pa-
dilla in l. siqua beneficia. C. de diuersis rescri-
ptis. Matthæus de Afflictis in constitutionib.
Neapolitanis lib. 1. tit. de ferijs & salarijs iu-
4 dicum, ex. n. 20. † apponi enim debent in in-
strumento ea, quæ pro eius solennitate præ- 10
mitti consueuerūt, vt post Lanfranc. de Oria-
no. Mascard. de probationib. 1. tom. q. 6. n. 97.
5 resoluit quamuis † vt idem eod. loco. n. 82. cū
multis, tradit anni Domini, dici, mensis, & lo-
ci in quo instrumentum confectum est mētio
prætermitti non possit, quod latè Couar. Pra
ctic. quæst. cap. 20. ex nu. 1. Oroscius in d. §. si
initium. nu. 15. & Pet. Morla. qui ex his refert
neminem, cum tamen omnes videre posset in
Emporio iuris. 1. par. tit. 11. de fide instrumen
torū. q. 9. n. 10. Azeued. in l. 13. n. 16. titu. 25.
lib. 4. nouæ coll. Regiæ prosequitur. Id quod
6 † præcipuè in Hispaniarum regnis obtinet in
quibus lege Regia cautum est, instrumentum
publicū in quo annorum Domini mētio facta
non sit non valere. l. 54. l. 111. tit. 8. par. 3. &
magis in l. 13. ibi. *Declarando las personas que la
otorgan, y el dia, y el mes, y el año, &c.* tit. 25. lib.
4. nouę recop. notat Gregorius in d. l. 54. glo.
3. & videbis Abbatem in cap. inter dilectos,
7 col. 10. de fide instrumentorum. Vbi † exami
nat, quæ computatio rectior sit, an à Natiui-
tate, an vero à Domini Incarnatione, quomo- 11
do annos apud plures dinumerari constat, ma
ximè tamen apud Romanam curiam, vt ex li-
teris Apostolicis, prout moris est, expeditis,
apparet, & rem pulchrè exornās, omnino qui
dem videndus plurima è media antiquitate re
ferens scribit Couarr. lib. 1. var. c. 12. & plura
8 lib. 4. var. c. 17. Verū † quando in eam inci di-
mus tractationem, atq; de instrumentorū con
fectione & solemnitate, ratione temporis mē
tionem fecimus, cum olim apud veteres, & re-
center apud nos Hispanos diuersa fuerit com
putationis obseruatio, extentq; apud nos. d.
leges Regiæ. 54. & 111. Partitarum, & d. l. 13.
nouæ collectionis, vbi annorum mentionem
fieri in instrumentis omnibus est prouisum,
possitq; dubitari à quo tempore hæc annorū
computatio initium habeat, quædam hic in-
texere, quæ alibi opportunè ita non poterūt
explicari, decreui, quum enim in rebus ita ve-
tustis & priscis comminiscendi, cuilibet quod
sibi videatur licentia detur, non erit dissonum
ex bonis authoribus suam quisque sententiam
interponere. Variè ergo olim annorum com- 12
9 putatio fiebat, † Græci per Olympiades an-
norum ratione ducebant, teste Alex. ab Alex.
lib. 5. dier. genial. cap. 8. Quarum dinumeratio
cœpit, (vt Eutropius lib. 1. de gestis Romano
rum commemorat, Pet. Greg. 3. par. Syntag-
matum lib. 36. cap. 5. nu. 12.) ab anno à Troia
capta à Græcis. 406. anno tertio Regni Lab-
don Regis Hebræorum: Regnante apud As-
syrios Tantane: apud AEgyptios Thoo: ex-
pletis à mūdi principio, quatuor millibus decē
& octo: à diluuio quadringētesimo septuages
mo septimo: à natiuitate Nini Regis Assyrio-
rū annis octingētis triginta quinque: à natiuita
te Mosis tercētesimoquinto. † Sed & inter ip
sos quoque Græcos dissimilis erat dinumera-
tio, nam Athenienses ab Archontibus rationē
inibant, qui sortito singulis creabantur annis
vti Laertius in Solone, Plutarchus in Pelopi-
de, Pollux lib. 8. commemorant: Lacedęmonij
verò à Tribunis qui summus erat magistra-
tus, si ex alijs referēti fides est habenda Alex.
lib. 3. dier. genial. c. 16. ad fin. quamuis alij La-
cedęmonios non à Tribunis, sed ab Ephoris
annos dinumerasse velint, Xenophonte teste
lib. 2. rerum Græcanicarum cum dicit. *Sequen
ti anno in quem incidit Olympias qua vicit in sta-
dio Cicinus Thessalus Euclio Spartæ Ephoro, Præ
sidente Athenis Pythodoto, &c.* Et paulò post.
*Exeūte vere quo debellatū est anno vigesimooctā-
no mensęque sexto, quo tempore Ephori numeran-
tur, &c.* Sed cum Ephori apud Lacedęmonios
eundem propemodum locum tenerent, quem
Tribuni apud Romanos, vt etiam scribit Va-
lerius Maxim. lib. 4. ca. 1. vbi de Theopompo
Rege Spartanorum loquitur, eandem esse di-
numerationē & à Tribunis, & ab Ephoris di-
cendum est. † Romanos per Consules ratio-
nem temporis duxisse locupletissimi sunt te-
stes Consulares Fasti Onuphrij Panuini, Ioan
nis Lucidi, Ioannis Vvolfangi Freymonij,
Gregorij Haloandri, & aliorum pluriū, quā-
uis actum aliquando fuerit in Senatu, vt non à
Consulibus, sed ab his qui Tribunitiam gere-
rent potestatem (adeò enim processerat) an-
nos & tempora dinumerarent vt lib. 3. Taci-
tus scribit, *Marcus* (ait) *Syllanus ex contumelia
consulatus honorem principibus petiuit, dixitq; pro
sententia, vt publicis priuatisque monimētis ad me-
moriam tēporum, non consulum nomina præscribe-
rentur, sed eorum qui Tribunitiam potestatem gere-
rent.* Alij aliter dinumerant, vt videbis apud
Plinium, lib. 7. c. 48. Macrobium lib. 1. Satur-
nal. c. 8. Alexan. lib. 3. dier. genial. c. 24. An-
selmum lib. 2. de imagine mundi. ca. 10. Andr.
Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. Gloss. 10. Regem
Alphonsum Nonū in Proœm. voluminis Par
titarū, vbi Greg. Lopez plura refert ex gloss.
24. Couarr. lib. 1. variar. c. 12. & li. 4. c. 17. Sed
quid cæteræ obseruent nationes non moror.
† Apud maiores nostros Hispanos olim, vt an
norum cōputatio ab Era Cæsaris fieret moris
erat, vsq; ad Regis Ioānis eius nominis primi,
qui, vt ab Era natiuitatis Saluatoris Domini

nostri

noſtri Ieſu Chriſti computatio fieret, lege ſanxit, anno milleſimo tercenteſimo, octogeſimo tertio, ſicuti ex illius apparet Chronico, & notant cum alias alijs, tum Couarru. lib. 1. Varia. ca. 12. Oroſcius in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. nu. 19. D. de edendo. Ante eos Gregor. Lopez in d. l. 54. verbo. *La Era.* tit. 18. p. 3. Parladorus. lib. 2. rerum quotid. cap. 20. in princ. n 3. Alphonſus Venerus in Enchiridione temporum in princ. Hieronymus Roman. 2. par. Rerum publicarum, lib. 9. cap. 6.

13 † Vnde autem verbum, *Era*, originem traxerit, & quomodo ſcribendum multo ſermone alij tractant. Vt conſtat apud diſertiſsimũ pariterque nobiliſsimum Hiſpalenſem equitem Petrum Mexia, in Sylua variæ lectionis. 3. par. c. 2. Vaſæum in Chronico rerum Hiſpan. 1. par. Hieronym. Roman vbi proximè, Oroſcium, & Parlador. iam relatos, Garſiam Loayſa in Conciliorum Hiſpaniæ collectione, in notis ad Concilium Eliberitanum, pag. 22. & 23. cum ſequent. Ioannem Marianam, lib. 3. de rebus Hiſpaniæ, ca. 24. AERA (ſic multi ſcribunt) eſt Theoni & alijs aſtrologis principium temporis, ſic dicta (vt quibuſdam placet) & ab aere quod ſoluebatur. Alij *Heram* ſcribi malunt, quaſi principatum dominationemve. Alij *Æram* Pro nota numerali annorũ accipi; nam & æra in numiſmatibus idem eſt. Alij ſcribi temporibus Auguſti ſolere ſic. A. ER. A. C. Ideſt, *Annus erat Auguſti Cæſaris*; quam tamen notam librarij imperitiores per abbreuiationem contraxerunt. AERA. Sed adhuc abundat litera. C. Alij putant hoc nomen *Era*, principium trahere à verbo illo *Erat*, quod in rerum geſtarum relatione ac memoria paſsim in ſcriptorum monumentis occurrere ſolet, vt cum aliàs ſæpè obſeruare licebit, tùm in illud Euangelij Ioãnis ſic exordientis. *In principio ERAT verbum, & verbum ERAT apud Deum, & Deus ERAT verbum.* Item Geneſeôs primo. *Terra autem ERAT inanis & vacua.* Et Iob. 1. *Vir ERAT In terra Hus nomine Iob, & ERAT vir ille ſimplex & rectus.* Sic Ouid. lib. 1. Metamorphoſ.

Ante Mare & Terras, & quod tegit omnia cœlum,
Vnus ERAT toto naturæ vultus in orbe.

Et libro ſecundo.

Regia Solis ERAT ſublimibus alta columnis.

Linus quoque Thebanus Philoſophorum antiquiſsimus qui fertur primus à Phœnice ad Græcos literas attuliſſe, quem Hermodotus Platonicus lib. 1. diſciplinarum Mercurij ex Muſa Vrania filium Thebis genitum dicit, ſcripſiſſeque de Mundi generatione; item de Solis, & Lunæ curſu animaliumque, & fructuũ generatione. In principio ſui operis omnia ſimul nata dicens (quem ſequutus fuit poſteà Anaxagoras) vt Diogenes Laërtius eſt auctor ſic initium fecit.

Tempus ERAT quo cuncta ſimul ſunt condita quondam.

Iuſtinus præterea Hiſtoricus commentaria ſua ita auſpicatus eſt. *Principio rerum gentium nationumque imperium penes Reges ERAT.* Vt ex his conſtet, & ex Proœmio voluminis Regij Partitarum, & alijs quæ eruditus vir Ambroſius de Morales Regius Hiſpanus Hiſtoricus adducit li. 13. rerum Hiſpanicarum in præfatione. *Eræ* vocabulum non tantum ad ſæculum Iulij Cæſaris referri, ſed ad aliorum quoque Regũ principatus. Sed vt rectè poſt eruditos viros, quos refert reſoluit Garſia Loayſa, & ex concilijs, cippis, monimentis, hiſtorijs noſtris, & exteris comprobat Era pro temporum ratione, & annorum ſupputatione, numero & calculo vſurpatur; eum quia accuratiſsimè omnium quos viderim, rem tractat, conſule.

14 † Sed rectè vt ſuperiùs adnotauimus Rex Ioãnes primus, religioſiſsimè ſanctiſsimè quoq; fecit, vt nobis Chriſtianis vnde omnis ſalutis, omniſq; boni principiũ extitit & origo, origo item & annorũ initium atq; ratio cõſtaret, à Natali ſcilicet die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vnde deducitur errare nonnullos tabelliones, qui ad anni Solaris initium expectantes non niſi à Kalendis Ianuarijs annorum numerum incipiunt; meliuſq; illos facere qui tollendæ ambiguitatis gratia intermedio illo tempore, quod inter ſacrum Natale & Kalendas Ianuarias intercedit, vtriuſq; anni, & exeuntis & incipientis mentionem faciunt. Ita videlicet dicentes. Vigeſimo ſexto die menſis Decembris exeunte anno Domini 1599. & incipiente anno 1600. Sed de his iam ſatis, vnuſquiſque eam quam velit ſententiam ſequatur, hæc non multum attinent ad reliqua inſcriptionis proœmij verba iam pergamus.

IMPERATOR. CAESAR FLAVIVS. IVSTINIANVS. ALEMANICVS. GOTTHICVS. FRANCICVS. GERMANICVS. ANTICVS. ALANICVS. VANDALICVS. AFRICANVS. PIVS. FOELIX. INCLYTVS. VICTOR. AC TRIVMPHATOR. SEMPER AVGVSTVS. CVPIDAE. LEGVM. IVVENTVTI. S.

1 *Nominum cognominum, agnominum, & prænominum Imperatoris Iuſtiniani vtilis cognitio.*
2 *Dyaſyrticum perlepidum Ælij Pertinacis in Antoninum Caracallam*
3 *Imperatoris nomen caſtrenſe olim, & militare.*
4 *L. libertas. 4. §. ſerui. D. de ſtatu homin. §. ſerui. Infra de iure perſon.*

5 *Imperatoris nomen, vt quis adipiscerctur, quot hostium cecidisse necessarium.*
6 *Imperatoris nomen quando ad Principes transla tum, & quando initium habuerit.*
7 *Cæsaris appellatio vnde originẽ traxerit, eiusq; vocis etymon varium.*
8 *Iuliũ Cæsarem cæso ventre natũ, falsò creditur.*
9 *Cæsaris appellatio à quo in reliquos Imp. trãslata.*
10 *Cæsares appellatio, qui Imperatorib. successores designabãtur. Hodie Reges Romanorũ dicũtur.*
11 *Flauius, quare Imperator Iustinianus dicatur. Et vnde Flauiorum familia originem duxerit.*
12 *Flauiorum cognomen Regibus Gothis commune ex quorundam sententia.*
13 *Adoptiuis filijs adoptantium nomina more Romano imponi solita, exemplis ostenditur.*
14 Iustinianus *Hoc nomen nõ adoptionis iure (vt multi falsò existimant,) sed proprio, & a nullo deriuatum habuit.*
15 *Iustinianus ex antiquissima & nobilissima Anicorum familia fuit.*
16 *Iustinianus Æneida à seipso nuncupatur.*
17 *Anicia familia & eius origo, remissiuè.*
18 *Philippum III. potentiss. Regem nostrum ex Anicia familia.*
19 *Iustinianus Agnomina Alemanicus, &c. ab euentu habuit.*
20 *Iustinianus Imperij culmen quando ascenderit?*
21 *Iustinianus Belisarij, & Narsetis strenuorum ducum industria egregias victorias cõsequutus.*
22 *Pietas debitus erga Deum, patriam, parẽtes, & eos qui parentum loco colendi sunt, cultus.*
23 *Pij cognomen à quo in reliquos Imperatores deriuatum.*
24 *Fœlices qui animi virtute & excellentia rerum diuinarum & humanarum causas cognoscunt.*
25 *Fœlices quibus ad vota omnia succedunt.*
26 *Fœlices quare Imperatores appellati; & quis eorum primus hoc cognomen reliquis Imperatoribus veluti hereditarium reliquerit.*
27 *Inclytus quare Iustinianus dictus.*
28 *Victoris titulus primò Alexandro Magno datus: deinde reliquis principibus.*
29 *Triumphatoris titulus Iustiniano, non à se ipso; sed ab strenuis ducibus Belisario, & Narsete cõsequutus est.*
30 *Triumphus omnium honorum qui à Pop. Rom. concedebantur, maximus.*
31 *Triumphos quo apparatu, pompa, & studio Romani agerent; quis in eis ordo seruaretur; & quæ in triumphis ferri consueuerint, iatè commemoratur.*
32 *Augustus vnde dictus: quare Rom. Impp. sic appellati, & quis eorum hoc cognomine nuncupatus primò fuerit.*
33 *Cupiditas in studijs, vt quis proficiat, necessaria.*
34 *Iuuenes dociliores quàm senes.*
35 *Senes plures, literas addiscere non erubuerunt, in eaque ætate plurimum profecerunt.*

1 INTERPRETES omnes tã antiquiores, quàm iuniores, tã hic, quã in Pandectarũ proœmio plura iuxta huius Epigraphes, explicationem præfantur; Accursius multa inepte effudit, suorũ tamẽ sæculorũ iniuria; rectius exponunt posteriores, maximè Hotomanus, Balduin. Minsinger. Bodeus, Oynotomus, & reliqui huius labij homines, noster Oroscius in Pãdectarum proœmio. Eorũ integras trãscribere paginas neq; moris, neq; instituti nostri est, quùm apud eos hæc omnia legi possint; nihil omnino adferre ægrè ferrent Tyrones, quibus horum nominũ, prænominũ, cognominum, & agnominũ declaratio est valdè necessaria, potissimum vt titulos illos, quibus Iustinianus passim in legũ voluminibus, vtitur, intelligant, ad quos non ita aliorũ quàm hęc nostra commentaria peruenient, antiquitatis ergo cognoscendæ ea omnia indicasse sufficiet, du in primis meminerimus quod Seneca lib. 1. de clementia testatur, assentantem populum ambitiosæ Principum maiestati, tribuisse
2 quicquid potuit titulorũ cõgerere. † Diasyrticum hac in re per lepidum dictum in Antoninum Caracallam AElius Spartianus in eius vita cõmemorat. Nam cũ Germanici, Parthici, & Arabici, & Alemanici nomen adscriberet, AElius Pertinax filius Pertinacis ioco dixisse fertur. *Adde si placet etiam Geticus Maximus.* Quòd Getam occiderat fratrem, & Gothi Getæ dicerentur quos ille, dum ad Orientem transit, tumultuarijs prælijs deuicerat.
3 IMPERATOR. † Imperatoris nomen castrense olim & militare fuisse cõstat, illeque Dux imperator dicebatur, ad quẽ rei militaris summa referebatur, ab imperando dictus, propterea quod exercitui, quę factu opus erãt imperaret. Etsi autẽ hoc nomine appellabantur omnes qui alicui bello pręerant, tamẽ propriè id nominis nõ cõsequebatur, nisi re benègesta, atq; aliquot millibus hostiũ cæsis. Tunc enim acclamatione militũ, vel Senatus decreto Imperatoris nomẽ dabatur, testatur Dion. li. 37. de Antonino loquẽs, latè Briso. lib. 4. de Formulis. † (Atq; de his Imperatoribus intelli-
4 ges Florentinum in l. libertas. 4. §. ferui. D. de statu hom. Iustinianũ nostrũ in §. ferui. infrà, de iure personarũ. *Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solẽt.*) Quis autem
5 fuerit ille legitimus numerus, quęri potest. † Lege quidẽ cautũ fuisse, nequis triũpharet, nisi qui quinque millia hostiũ vna acie cecidisset, Valerius Maxim. lib. 2. c. 8. memoriæ prodidit. Sed ad Imperatoris appellationẽ obtinẽdam eundem numerũ exigi consuetisse, nusquam legi. Quamuis Appianus Alexandrinus lib. 2. de bellis Ciuilibus loquens de Marco Attilio, (quem appellatione hac dignum commemorat,) eos illam nanciscì posse & debere tradat, qui decem millia hominũ in bello concidissent.

cidissent. Sed minorem hostium numerū profligasse, vt nomen hoc ei non adimeretur, ex multis constat, vt si saltem duo millia, aut denique mille occubuissent, aut præcipua victoria duces potiti essent. Cicero Philippica XIIII. *At si quis*, inquit, *Hispanorum aut Gallorum mille, aut duo millia occidisset, non eū hac consuetudine quæ increbuit, Imperatorē appellaret Senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine hostium interfecta Imperatorium nomen adimemus?* Alexan. lib. 1. dier. Genial. c. 2. in cuius scholijs plurima veterum scriptorum monumenta
6 in hanc rem accuratè congessit Tiraquell. † Posteà (potestate Pop. Rom. in Principem translata lege 1. D. de constit. principum, ibi. *Vt pote cū lege Regia quæ de Imperio eius lata est, populus ei, & in eum omne suum imperium, & potestatem conferat.* A qua sumpta videtur l. 1. ibi. *Cael Señor a quien Dios tal hõra da es Rey, e Emperador, e a el pertenesce segũ derecho el otorgamiento que le fizieron las gentes antiguamente.* Tit. 1. part. 2.) ad principes rerum potitos hæc appellatio translata est, initio orto à Iulio Cæsare, quem a Senatu perpetuo hoc prænomine, quod ad posteros quoque transiret, ornatum
10 Dion. scribit lib. 43. Sueto. in Iulio. c. 76. Alexan. d. lib. 1. c. 2. hocque Imperatoris prænomen à Iulio Cæsare ad reliquos deinceps principes, ceu proprium, non aliter ac Cæsaris manasse, idē Dion significat. Ac plane Pop. Romano inusum Regum nomen vitantes, nō potuerunt gratiore modestioreq; appellatione ad rempublicam opprimendam accedere. Fuit hæc Cæsarum modestia, seu astutia, verbi lenitate inuidiam facti mollire, & sub Consularis, Tribunitiæ, Pontificalis, Cēsoriæ potestatis specie omnia sensim in ius suum redigere, regiumq; dominatū vi ipsa sibi vindicare, eo nomine adsumpto, quod quilibet ex Senatoribus, qui cū exercitui præesset, rem bene gessisset, virtute adsequi poterat. Ergo hīc, & in alijs pluribus Iustiniani titulis Imperator, hāc Romani Principis dignitatem significat, de cuius summo iure, & potestate apud nos extant priores leges, tit. 1. part. 2.

7 CAESAR. † Huius vocis etymon & 11
ratio varie ab auctoribus deducitur, frequētius Roman. Impp. Cæsares à Caio Iulio Cæsare appellatos fuisse, ab eoq; in reliquos omnes
8 nominationē hanc fluxisse contestantur; † cū autem Cæsarem dictum quod mortua matre cæso ventre editus fuerit. (In qua opinione post glossam hic, & in proœmio Pandectarū, fuit etiam noster Greg. in l. 2. glo. 10. q. 2. tit. 15. par. 2. & pleriq; ex antiquioribus) nec proprietas linguæ, quia qui sic nascuntur non *Cæsares* sed *Cæsones* appellantur, Plin. lib. 7. ca. 9. Caio Tito Probo in Epithome li. 10. Valerij Maximi Festo Pompeio. li. 3. nec historiæ fides id patiūtur, si quidē is cæso ventre, materno; vtero nasci non potuit, qui matrem Aureliam habuit, quam amisit, quū in Gallia bellū gereret, cuius etiam pater Cæsar fuit nūcupatus, qui Prætura functus Pisijs obijt. Cæsariq; inditū nomē ante Imperatores primum Scipioni Africano, quod elephantū in prælio occidisset, qui Maurorum lingua *cæsa* dicitur; vel quia mortua matre cæso vtero natus fuit; vel quod magnis crinibus (Cæsaries longa coma, à cēlebra cęsione Plauto, Liuio & alijs est) vtero effusus est: vel quod oculos cæsios (id est subuiridis coloris igneo quodā splendore intermicātes, qualē in leonis oculis potissimū conspicimus) habuerit Plin. Solin & alij scribunt. Sueton. vero in Augusto Deū Hetrusca lingua AESAR. dici auctor est Dicas † autē
9 qua malis ratione Caiū Iulium Cæsarem, siue quia pater Cæsar fuit, siue quia ab euētu id nomē adeptus fuerit, ab eo in reliquos principes dimanasse constat, quemadmodū & Imperatoris prænomen. Cæsar ergo Imperatorem significat, in eaque acceptione frequentissime in multis Pandectarū locis vsurpatur, quę diligenter congessit Brisonius lib. 3. de verb. sig. pag. 58. † Posteà Cæsares appellari cæpere
10 qui ab Imperatoribus successores designabantur quo nomine primū Luciū Verū appellatū Spartianus in eius vita tradidit his verbis: *Huic naturalis pater fuit. L. Elius Verus, qui ab Adriano adoptatus primus Cæsar est dictus.* Et ita Imper. Constātinus in l. & ſ excepta 7. *in comitatu* ait *meo vel Cæsaris.* C. de maleficis & mathema. Cur autem Imp. Iustinianus Cæsar dicatur, quantumque eo nomine glorietur. Nouella sua constitutione, qua rem hanc complexus fuit elegāter testatur, his verbis. *Cum charissimo nobis Cæsare eiusdem cognominis, qui summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium: qua etiam de causa apud omnes terræ populos nominatissimum Cæsaris nomen est, & nos præter omnes alias imperatoriæ maiestatis notas eo gloriamur.* Nos hodie quem veteres Cæsarem, id est Imperij comitem, & designatum Augustæ maiestatis hæredem dicebant, Romanorum Regem appellamus.

FLAVIVS † quemadmodum à Iulio
Cæsare, Posteri Principes Cæsares appellati sunt, sic & Flauij prenomen veluti hereditariū posterioribus fuit Imperatoribus, erat enim hoc à multis populis obseruatū, vt ab insigni principe reliqui acciperēt cognometa, vt multo sermone scribēs notat Alex. li. 1. di. Genia. c. 2. vnde autem Flauiorum familia originem sumpserit, qua ve ex causa ita dicta fuerit quā-uis conijcere non sit difficile exijs quę copiose etiā idem Alex. d. lib. 1. c. 9. scribit, vbi prę-cipuè refert pleraque Romanorum cognomenta ex re rustica originem sumpsisse, ex corporis vitio, aut membri iactura alia, multa ex vultu & corporis item siue eius partibus

venuſtate, dictamque Flauiam familiam à capillorum flauedine conſtet, ex eaque tres Imperatores prodijſſe Veſpaſianum, Titum, Domitianum, vnde tamen primũ cognomen hoc acceptum fuerit, non apparet, quũ Flauij præterea in Rep. Romana & præter Impp. multi alij fuerint, (Vt apud alios videre licet, tùm maximè apud Donnũ Arnaldum Vvion Belgam Duacenſem Monachumque S. Benedicti congregationis Caſinenſis, in tractatu de antiquiſsima familia Anicia. §. VIII. quem ipſe libro, cui titulum indidit *lignum vitæ* præpoſuit) quod Iuſtiniano multũ nõ cõuenit. † Qua re Balduini noſtri coniectura, qua etiam idem putauit Horoſcius mihi magis placet, Flauiũ Iuſtinianum ideò cognominatum, quòd Gothos deuicerat, quorum Regibus, vt ex veteri quodam legum Gotthicarum exemplari conſtat, Flauij prænomen commune fuit, ſicut Romanis erat Cæſaris, AEgyptijs Pharaonis: Parthis Arſaci: & alijs aliorum Alex. d. cap. 2. Flauiumque lingua Gotthica ſignificare ſplendidum & excellentem.

IVSTINIANVS. † Accurſius vt vocem hanc explicet itemq; rationem ob quam Imp. noſter Iuſtinianus fuit dictus plura adducit, omnia hic Aldobrandinus ex nu. 26. proſequitur, & pleraq; reijcit, frequentius receptũ à iunioribus etiam video, hoc nomen illi fuiſſe, ab eo quod Iuſtinus pater adoptiuus ferebat, more nãque Romano adoptiuis filijs adoptantium nomina ſolebant imponi, vt ex Appiano lib. 3. bellorũ Ciuilium, Suetonio in Cęſare, cap. 83 conſtat, ſcribunt enim Octauium quem filium Caius Cæſar adoptauerat, Cæſarem appellatũ. Sic Põponius Atticus, cognominatus eſt Cęcilius à Q. Cęcilio qui moriẽs teſtamento eum adoptauerat, heredemq; ex dodrante fecerat, vt tradit Cornelius Nepos, ſiue vt alij malunt, AEmilium Probus in Attici vita. Sic longo antè tẽpore duo priores filij Pauli AEmilij, & horũ maior à Fabio Maximo, alter à Scipione Africano adoptati, ille Fabius Maximus, hic Scipio appellati ſunt apud Plutarchũ in Pauli AEmylij vita. Sic Marcus Brutus à Q. Cæpione adoptatus Q. Cępio dictus: & P. Scipio à Q. Metello adoptatus, Q. Metellus Scipio dictus. Hucque ſpectat quod ſcribit idem Suetonius in Tiber. cap. 6. *Poſt reditum in vrbem à Marco Gallio ſenatore teſtamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abſtinuit: quòd Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat.* & quod prodit Tacitus lib. 3. Criſpum equeſtri ortum loco, Caium Salluſtium rerum Romanarum florẽtiſsimum authorem ſororis nepotem, in nomen adſciuiſſe. Eodemque modo Iuſtinianum nomen à Iuſtino Imperatore eius auunculo, à quo & adoptatus & in Imperij ſocietatem adſcitus fuit, habuiſſe. Eoq; referendum eſſe quod idem tradit in §. eſt & aliud. infra de donationibus. & in §. penult. infra. quibus mod teſtam. infirmentur.

† Sed, vt rectè hic Hotom. & in eiuſdem Iuſtiniani vita obſeruat, maximus is eſt error, cũ ſatis ex Conſularibus faſtis conſtet, illum ante adoptionem hoc nomen habuiſſe, Conſulatumq; geſsiſſe, anno videlicet ab vrbe condita, 1273. Et Chriſto nato 521. Si Arnaldo Vvioni iam relato credimus; tum etiam, quia veterum in producendis adoptatorum nominibus conſuetudo, huic nominis productioni nõ cõnenit. Ergo exiſtimo hoc eius nomẽ fuiſſe, à nullo deriuatũ, quẽadmodũ pleraq; alia aliorũ Imp. *Iulius, Octauius, Domitianus, Trajanus, Carolus.* † Eum quamuis humili, & obſcuro genere ortũ fuiſſe plurimi cõminiſcantur, ex nobiliſsima & antiquiſsima tamen Aniciorũ familia originẽ duxiſſe nouiſsimè probare nititur diligẽtiſsimus Dõnus Arnaldus Vvion. d. tract. de antiquiſsima familia Anicia. §. viij. † qui paulò ante eundẽ AEneidã appellari quaſi ex eo ſanguine lineã ducat, duobus non contẽnendis teſtimonijs conuincit: alterũ eſt, ipſius Epiſtola in fine Chronici Caſinenſis excuſa ad Vigilium Papã, quę ſic incipit. *In nomine D. N. I. C. Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus Æneida.* Et ex alia ad Placidũ nepotẽ ſuũ, quę ijſdẽ incipit verbis. Cõſentit Vigilius Papa ſic ad eũ ſcribẽs. *Pijſsimo & Sereniſsimo Victori, triũphatori Flauio, Iuſtiniano, Cõſtantino Imperatori Auguſto, Æneidæ Vigilius Epiſcopus ſedis Apoſtolicæ ſenioris Romæ, &c.* † Anicij vnde originẽ traxerint, & quare ſic appellati ſint latiſsime idẽ Arnaldus integro illo tract. proſequitur †, maximè tamẽ. §. 7. eã familiam eò protrahẽs ſtẽmatibus, gradibuſq; ꝓpoſitis, vt Catholicũ Principẽ Philippũ III. Regẽ noſtrũ inuictiſsimũ ab ea originẽ ducere, innitatur eiuſdẽ Anicię ſtirpis ſtemmate ſexto. §. xiiij.

ALEMANICVS. GOTTHICVS. FRANCICVS. GERMANICVS. ANTICVS. ALANICVS. VANDALICVS. AFRICANVS. † Agnomina hæc ab euentu Iuſtiniano impoſita fuiſſe rectè poſt Accurſiũ, cęteri hic obſeruarũt. Veteribus enim moris fuit ex oppidis, aut prouincijs ſubactis, honoris cauſa cognomina ſortiri. Vt Balduin. & reliqui iuniores pluribus bonorũ Autorũ teſtimonijs adductis ꝓbãt. † Iuſtinianus cũ in Imperij ſocietatẽ ante diem Kal. Aprilis anno à Chriſto nato. D. XXVII. à Iuſtino auunculo adſcitus fuiſſet. Et Iuſtino, quocũ menſes quatuor imperium adminiſtrarat, ante diem Kal. Auguſti mortuo, ſolus imperium gubernare cœpiſſet, † quum annum gereret ætatis ſuæ quartum & quadrageſimum, duorum ſtrenuorum virorum bellorũ ducum in adminiſtratione vſus, Belliarij, & Narſetis, quorũ induſtria plurimas conſequutus fuit egregias victorias,

ex

ex quibus hæc & alia plurima cognomina cõ parauit. Nam Belliſarius, homo quidem rei militaris ſcientia clarus, Perſas, qui Meſopotamiæ ac Syriæ bellum intulerant, multis prælijs fuſos, fugatosq; ſuos in fines repulit: omnemque Orientem Tigrim vltrà Eufratemq; quietum pacatumque reddidit. Vandalos qui Africam nonaginta quinque occuparant, eoque cuncta imperij ornamenta, capta Roma ſublata tranſtulerant, varijs cladibus bellique offenſionibus affectos trium menſium ſpatio deuicit: Libyamque & Carthaginem, capto eorum rege Gelimere, atque in triumphum quem ei Iuſtinianus ex Pop. Rom. conſuetudine magnificentiſsimum apparauit, ducto, ſub Imperatoris ſui ditionem poteſtatemque ſubiunxit. Siciliam poſt hæc, Italiamque vniuerſam, quarum vtramque Gotthi, gens bello ferociſsima, multos iam annos occuparãt, intra annos quinque factis compluribus prælijs recuperauit: eorumq; regẽ Vitigidem magni animi egregiæque virtutis virũ bello captum, ad Imperatorem ſuum, ipſius cum opibus theſaurisque omnibus abduxit: quo tempore mirã eius promiſsi quod Iuſtiniano diſcedens dederat, fidem conſtantiamque ſeruauit. Quùm Gotthi ſuis necdum magnopere acciſis rebus, ſemel atque iterum regnum illi habentes ac volentes detuliſſent, quod Iuſtiniano iuſiurandum dederat, ſe ſe viuo illo nũquam Imperatoris Regisve nomen receptu-
26 rum, conſtanter ſumma fide vtens recuſauit. Annis autẽ poſt paucis, quùm ijdem Gotthi rege Totila duce, viro ad bella gerenda plane nato, Italiam ducibus, qui Belliſario ſucceſſerant, eripuiſſent, bellum quod cum Medis interea gerebat relinquere, inque Italiam redire coactus eſt. Narſes eunuchus alter Iuſtiniani dux, Belliſario ad Medorum bellum reuocato, Italico bello præfectus, Gotthos compluribus prælijs fractos, eorum rege Totila interfecto, quùm annus eius ageretur belli decimus octauus, ad internecionem redactos, celeritate mirabili plane deleuit. Ita multis maximisque rebus vbique terrarum præclare geſtis Iuſtiniani imperium propagatum, ac nobilitatum fuit. Hæcque cognomina ab Alemanicis, Gotthicis, Francicis, Germanicis, Anticis, Alanis, Vandalicis, Africanis eorum Ducũ bello ſubactis comparata.

22 PIVS. † Pietas cum ſit debitus cultus erga Deum, patriam, & parentes, eosque qui nobis parentum loco ſunt colendi, vt multis bonorum authorum teſtimonijs conſtat, tum etiã ex multis I. C. locis, quæ accurate Brif. congeſsit. lib. 14. de verb. ſig. pag. 503. Pium eum dici qui Deum, patriam, parentes, & eos qui eorum loco ſunt iuſto cultu proſequitur,
23 conſtat. † Primus omnium Impp. hoc cognomen, T. Aurel. Ful. Antoninus Pius AElij Hadriani ſucceſſor obtinuit, quòd (vt ex Capitolino, Hotom. ſcribit) cum ſe Hadrianus interimere vellet, ingenti cuſtodia, & diligentia fecit, ne id poſſet admittere: vnde poſt illũ ſucceſſores omnes idem cognomen retinuerunt, quemadmodum ex faſtis & antiquis omnibus auctoribus intelligitur, & eodem Iuſtiniano in authentico. *Vt liberi de cætero aureo nõ indigeant annulo.* Nouella 78. §. facimus autẽ. collat. 7. *ſicut enim Antoninus Pius* (inquit ille) *cognominatus, ex quo etiam ad nos appellatio hæc peruenit*, &c.

24 FOELIX. † Fœlices (alij ſcribunt fœlices) cum non tantum illi dicantur qui animi virtute, & excellẽtia rerum cauſas cognoſcũt, & diuinarum humanarumque rerum notitiã habent, iuxta illud.

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Et apud Ouidium in Faſtis.

Fœlices animæ, quibus hæc cognoſcere primis
Cura fuit

Quo nomine Iuſtinianus noſter ſummus Iuriſprudentiæ pater fœlix iure dici debuit:
25 † Sed etiam illi quibus omnia ad votũ ſuccedunt, vt apud Virgilium.

Viuite fœlices, quibus eſt Fortuna peracta
Iam ſua.

Potuit etiam Iuſtinianus meritò fœlix nuncupari, vt cui omnes conatus fœliciter ſucceſſerint, vt Procopius lib. 5. de ædif. Iuſt. ſcribit.
26 † Sanè ſi Plinio in Panegyrico fides habetur, hoc cognomen à Cæſaribus ſæpè vſurpatum, non tam moribus, quàm fortunæ datum fuit. Teſtaturque Seneca lib. 1. de clementia hunc titulum, vt & reliquos alios, ambitioſæ Principum maieſtati à Populo tributum. Tullius fœlicitatem, quæ nihil aliud eſt quàm, *fauor propitij numinis*, inter primarias Imperatoris dotes refert, & meritò. Illud vſurparunt vt Plinius teſtatur, L. Sylla, Traianus, & longo poſtea interuallo Imp. Commodus, ſicque ni alios fuit deriuatum.

27 INCLYTVS. † Inclytus cum is ſit qui glorioſus, excellens, atque inſignis veluti fulgore quodam famæ reſplendet, propter famam & gloriam immortalem rerum præclare geſtarum, Iuſtinianus in Græcis nouellis inclytus appellatur.

28 VICTOR. † Titulus is eſt & cognomen quo potiſsimum gauiſus eſt Alexander Magnus, qui aliquando conſultus Delphicũ oraculum, quùm à Pythio ſub primum acceſſum inuictus eſſet appellatus, nihil vltra ſciſcitatus, ad exercitum rediit; eodem & Romani Principis vſi ſunt, vt de Iulio Cæſare hic Balduinus commemorat.

29 TRIVMPHATOR. † Quamuis triumphatorem Imperatorem Iuſtinianum omnes hic ideo appellatum cõteſtentur, quia idem ipſe Nouella ſua prima conſtitutione,

de heredibus,& Fa'cidia in principio, collat. 1 de Persis,& Vandalis triumphasse commemorat; ego contra sentio, quoniam dum per vniuersum ferè terrarũ orbem Ducis Bellisarij signa, magna & illustri cum gloria inferrentur,Byzantij consedisse perpetuò Iustiniano ab omnibus commemoratur; cuius inertiæ non paruum illud argumentum fuit,quod quũ orta illa in ciuitate inter Prasinos & Venetos(qui contrariarum partium colores atq; insignia fuêre) seditio fuisset,in arcẽ seipse cũ vxore,mulierculisque nonnullis celeriter abdidit:ibique dum ciuitas tumultu inteſtino,tãquam aliquo incendio inflammata conflagraret,magistratusque per vrbis vias inteficeretur,delitescens suamque ignauiam tenebrarũ, ac parietũ custodijs tegens, Triboniano Quęstori suo (& cuius opera, & industria domi vsum fuisset, quemadmodum Bellisarij belli) itemque Ioanni Præfecto Prætorio, ad cædẽ à populo quæsitis;magistratum abrogare coactus est, quo tempore quum actum de ipsius imperio,nullaque consternatis ignauia Imperatoris militum animis,sedandæ illius tempestatis ratio iniri posse videretur, præclarã orationem Theodora ipsius vxor habuisse dicitur,militesque pristinam ad virtutem ac fortitudinem excitando sæpenumero prædicasse, *honestè dimicando mori esse satius, quam turpiter fugiendo viuere*;qua quidem oratione sic excitati milites fuêre,vt Bellisario,Mandoquedu cibus Hippatium & Pompeiũ seditionis principes,quique iam Imperij insignia occuparãt, tum prælio in vrbe facto ceperint: tum ciuibus amplius triginta millibus eo prælio ipsa in vrbe interfectis, postero die in carcere secuti percussos necarint. Hic Iustiniani triumphus,qui cognomen hoc triumphatoris ei præstare potuerit,quisque coniiciet. Triumphator ergo appellatur, quia per strenuos suos belli duces Bellisarium & Narsetem de illis nationibus & gentibus triumphauerat, eidemque Bellisario ex Pop. Romani consuetudine magnificentissimum triumphum con-
30 cessit. † Erat triumphus omnium honorũ qui à Populo Romano concedebantur maximus;dicebaturque triumphus, quia qui triumpharet triplici iudicio honoraretur. Primò enim exercitus de triumpho duci suo decernẽdo iudicabat:secũdò Senatus: tertiò Populus.
31 † Illum maximo apparatu, pompa,& studio Romani agebant, vti ex bonorum auctorum testimonijs constat, nec omnibus aut passim concedebatur, sed illis in primis Imperatoribus,qui rebus bene gestis post multa facinora militaria,domitis hostibus triumphũ poscerent, pacatam prouinciam successori in primis traderent,exercitumque victorem,& opimum præda, testemque virtutis, & ignauiæ cuiusque,meritique & immeriti Romam redu cerent,vt ex infinitis Liuij locis patet. Inque ædem Bellonæ, extra vrbem senatu euocato (neque enim triumphum petenti vrbem inire fas erat,ex Liuio.3 Decad.lib.6. 8. 9. & 4. Decad.lib.2. 3. 4. 7. & 9. Cœlio inter epistolas familiares Ciceronis.lib.8.Suetonio in Cęsare.cap.18. Plutarcho in eodem Cæsare, & Pompeio,& Catone Vticensi, Appiano lib. 2.bellorum Ciuilium) de rebus à se gestis magnificè,quæ oppida, quasque prouincias bello vicissent, quotque hostium millia cecidissent,omnia denique belli decora ordine disserebant,vbi legatos,tribunos militum, centuriones,milites denique exercitus, quo notior testatiorque eorum virtus foret adesse oportebat,vt meritæ illius virtutis, cui tantus honor debebatur, si quid veri, vanique referretur,testes forent. Cumque res bello gestæ, triumpho dignæ viderentur,prouterant sentẽtiæ,populi iussu, patribus auctoribus,triumphum decernebant,decretoque triumpho Romani magistratus,& omnes tribus obuij,Flaminesque purpura, & sacerdotes ac pontifices apicullis velati,laudantes,gratantesque atque viri triumphales consularesque, cunctaq; nobilitas, & senatus in prætexta & laticlauis, tum omnis sexus & ætas frequentes cum coniugibus & liberis in lætitia publica, omnibus denique ordinibus effusis cum gaudio ad excipiendum visendumque prodibant. Ingredientibus deinde longo ordine,montium, fluminum, oppidorum, & vrbium formæ,quas bello peruicerat,& vi expugnarat,præcedebant,ex Plinio lib.2.cap.5. Tacito,lib.2. Vrbes enim,nõtes, & flumina,regionesque quas Imperatores bello domuissent,in triumpho duci vetusti moris erat, vt memoriæ prodiderunt Liuius 1.Decade.lib. 6. & 3. Decade lib. etiam 6.& 4 Decade lib.7.Festus Pompeius lib.18 Cicero.2.officio.Itẽ & Philippica.8. Appianus bellorum Ciuilium lib. 4. Plutarchus, & Tranquillus vterque in Caio Cæsare, Sabellicus AEneadis 6.lib.7. & Paterculus Histor.Romanæ,lib.1.sapè etiam præ multitudine oppidorum effictas turres pro expugnatis vrbibus captarum ciuitatum simulacra ferentes in triumpho detulerẽ.Nam Strabo scribit lib.3.in triumphis turres ductas, quas in gratiam triumphantium vrbes appellabant. Inter quæ tabellas grandioribus literis inscriptas,cum titulis,in quibus naues captæ,vrbes tributo affectæ,seruæ,aut vectigales,in fidem ve acceptæ,oppidaque expugnata,gentes perdomitæ,& Reges bello victi continebantur, vt commemorat Liuius prima Decade lib.3. Plutarchus in Romulo, in Paulo AEmilio, & in Lucullo,Iosephus lib.7.belli Iudaici, cap. 24.Tum pegmata in tertium, quartumque nidum,velut exertis ramis surgentia, & simulacra bellorum artifici manu elaborata præfe-

rebant;

rebant: vbi captarum vrbium præliorumque fictæ species erant, vbi acies victas, & fugatas, perculsos consternatosque hostes, castellorum excidia, exercitusque intra fusos, vrbes populari, ferro inique vastari, ædificia incendi, mœnia disturbari, claustra reuelli, totasque imagines præliorum effictas facile erat cernere, vti pulchre idem Iosephus iam citato loco, item & lib. 5. cap. 24. recenset. Post hæc catapultæ, ballistæ, & tormentorum omne genus vi expugnatum, ac belli apparatus, machinæ ad vrbium excidia, rostraque nauiū vi captarum, nauesque rostratæ bello victæ proferebantur, ex eodem Liuio 3. Decad. lib. 6. & 4. lib. 9. His verò præibant spolia hostium, & captiua arma, tum currus spolijs onusti, militariaque signa ex domitis gentibus, nō erecta, sed inuersa, vt Liuius in triumpho M. Fuluij, & Gn. Manlij decade 4. lib. 9. commemorat. Præterea falcati currus, clypeique insignes, & scuta, tum lecticæ aureæ, æneaque, vel argentea signa ex deuictis gentibus, currusque aurei, vel argentei, vasaque aurea & argentea omnis generis, spoliaque ciuitatum vi captarum. *Tum coronæ aureæ*, & vrbium dona & populorum, quibus à socijs fœdere iniunctis pro virtute dux donatus fuerat, suo ordine sequebantur; Lucius Manlius (vt Liuius 4. Decade lib. 9. tradit) centum quinquaginta. *Coronas aureas* in triumpho tulit; Caius Calphurnius Piso Prætor de nostris Lusitanis & Celtiberis triumphans octoginta quatuor. Q. Ful. Flaccus centum viginti quatuor. Scribit & idem Liuius 4. Decad. lib. 10. Lucium AEmylium Paulum triumphantem de Liguribus quinque & viginti aureas coronas transtulisse. Appianus vero lib. 2. bellor. Ciuilium tradit, Cæsarem tulisse in suis triumphis coronas aureas duas & viginti ac octingentas supra duo millia. Quòdque auri vel argenti facti, signatique ex manubijs & vrbium spolijs partim rudibus massis quæsitum foret, id omne deferri in triumpho, & præscriptum in tabulis in ærarium est condi solitum, vt videre licet in omnibus triumphis à Liuio, Plutarcho, & cæteris descriptis. Quin etiam Herculis signum ante triumphantem, non raro in pompa vehi solere. Tum si quid visendum & memorabile, atque priore sæculo incognitum in deuicta prouincia fuisset, velut rem spectatissimam, nouo inuento vnà afferri compertū est. Vespasianus Iudæa capta, balsamum nunquam alias visam arborem, & Pompeius victo Mithridate ebenum primi ostenderunt, auctor est Plinius cap. 4. & cap. 25. lib. 12. Solinus cap. 55. alij triumphantes plurima alia detulêre Romæ nūquam visa, quæ nos non referimus, ne infinitus noster sermo fiat. Præter quæ elephantos, aut equos in bello captos, simul & obsides qui à fœderatis gentibus & socijs dati erant tāquam pacis pignora deduci notatum est, ex Liuio 4. decade lib. 4. Eutropio de gestis Romanorum lib. 4. cap. 1. Post hos tubicines multiplici sono classicum canētes incedebant, ex Plutarcho in Paulo AEmilio, Iuuenale describente pompas triumphorum Satyra 10.

Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niueos ad frœna Quirites.

Quos longo ordine candidi boues, taurique auratis cornibus, infulisque & vittis ornati & auro, (vt commemorat Pomponius Lætus in Diocletiani triumpho, Seruius in lib. 2. Georgicorum Virgilij, in eum locum,

Et maxima taurus— Victima —

qui mox immolandi erant sequebantur. Hos comitabantur succincti adolescentes, aureas argenteasque patinas tenentes. Quibus succedebant Tribuni militum, centuriones, præfecti, equitesque insignes, ac pedites victoris exercitus, qui ob egregia facinora & nauatam in bello operā dona militaria meruissent. Nec non milites quorum spectatissima virtus in bello fuit, quique ab Imperatore, ciuicis, muralibus, castrensibusvè coronis, torquibusque aureis, phaleris aut armillis donati erant, insignes militaribus donis, spolijs armisque fulgētes præibant, sequentibus mox legatis & tribunis legionum in equis, ex Liuio 5. Decade lib. item 5. Tum Reges & captiui nobiles, & si qui bello capti insignes forent, præcipuè hostium Duces, contra quos indictum fuisset bellum, ex tanto fastigio deiecti, in vehiculis, aut ferculis, cæteri verò cateruatim vincti catenis in seruitij notam præcedebant. Quod si morte obita minimè duci valuissent, illorum imagines & simulacra persæpè delata sunt.

Imperatorique triumphanti oleagineis sertis ornati aureas coronas præferebant ministri, quæ his qui triumphum meritum procurassent dari assuerant. Vniuerso mox Senatu in albis prætextis iuxta currum longè maximum triumphi spectaculum exhibente, ex Festo Pompeio lib. 18. Aelio Lampridio in Alexandro Seuero. Tum sequebantur citharœdorum artifices solertissimi, qui canentes psallētesque ibant coronati. In quorum medio quispiam penè delyrus qui inconditis iocis ineptire videbatur, intalari veste, fimbrijs aureis, & armillis ornatus, lasciua gesticulatione vsque ad ineptias risus commouebat. Ipse verò triumphans cui tantus honos dabatur, curru aurato sublimis, atque ornatu humano augustior, quatuor insignibus equis, cæteris altior & magnificentior vehebatur, præcedentibus lictoribus, coronatus in purpura, cum insignijs imperij, & magistratus quem gerebat, eā verò, myrto prius, mox lauro plexa, & ex lauro, tūdeinde aurea coronari institutū, ferunt, Plinius lib. 15. cap. 29. & 30. A. Gellius, lib. 5.

cap.

cap.6.hucque pertinet illud Virgilij Eclo. 8.

Atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Horatius Carm.lib.2.Ode.1.

Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

Quam quidem coronam non ipsum triumphãtem gestare,sed seruum in curru eodem,qui supra illius verticem illam teneret,post se habere tradunt Festus Pompeius lib.18. Plinius lib.33.cap.1.Iuuenal.Satyra 10.

Quid si vidisset Prætorem in curribus altis
Extantem, & medio sublimem in puluere Circi
In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit vlla?
Quippe tener sudans hanc publicus, & sibi consul
Ne placeat, curru seruus portatur eodem.

Eamque coronam exacto triumpho in gremio Capitolini Iouis locare vel templis dicare solebant;vti scribit Seneca lib. de consolatione ad Albinam cap.10. Plinius,lib.6.cap.4 & lib.15.cap.30. quòd beneficio Deorum immortalium de hostibus triumphare contigisset.In equis verò triumphantiũ ingenui pueri,aut virgines nondum adultæ proxima cognatione iuncti,ad habenas cognati & affines in veste candida, iuxta latera scribæ & ministri, qui ducem sequuti comites expeditionis fuerant,comitabantur, vti commemorat Appianus in Lybico, Capitolinus in vita Marci Antonini.Post currum verò captiui,seruitute exempti,& libertate donati sequebantur, omnes capitibus rasis & pileati,quasi effugisse seruitij tempestatem viderentur. Vt videre licet ex Valerio Maximo,lib.5. cap.2. Plutarcho in vita Titi Flaminij, Liuio.4. Decade lib.4. Eutropio degestis Romanorum lib.4. cap.1. Post hæc tribuni, Præfectique legionum,centuriones & legati,equis,aut carpento insidentes,interdum pedibus;tum victrices legiones, militesque victoris exercitus armati ac diuisi in turmas, pleni fortunarum gloriæque cum iocorum lasciuia,& carmine triumphali, ludibundi, & spolijs ornati, verba & inconditos versus in triumphantem militari modo iactãtes currum prosequebantur. Hac igitur pompa & ordine per mediam vrbem,perque sacrã viam læti & triumphantes in capitolium ascẽdebant. Tantaque erat apparatus magnificentia, vt cum dies exponendis rebus suffectura non videretur,plerumque triduum, nonnunquam dies integros,& noctes totas in apparatu pompæ tributos legamus, vt in triumpho Pauli AEmilij Liuius quarta Decad. lib.4.& Plutarchus in vita ipsius, Appianus in Lybio Scipionis triumphum describens.

Et post triumphum, vt gratia esset cumulatior aurum coronarium ex victis bello gentibus,ob concessam vitam, Imperatori dabatur. Quod quidem non nisi triumpho recepto præstari decebat, pro eo quod pro corona triumphi,à socijs & bello victis gentibus quasi vectigal dabatur, de quo auro præter Honoratum Seruiũ, Tullium,& A.Gellium iam relatos meminit Spartianus in Hadriano,Capitolinus in Antonino Pio,Lampridius in Alexandro Seuero, Amianus Marcellinus lib.2. & Dio.lib.49.Alex.lib.6.dier. genial. cap.6. ad fin.Quod quidem Hadrianus primò Italiæ remisit, & in prouincijs, vt idem Spartianus in vita illius commemorat.Deinde verò Alexander Seuerus vnà cum negociatorio, populo illud dono dedit, vt Lampridius in eius vita tradidit,

Hoc aurum coronariũ est,de quo in.l. vnica.C.de auro coronario lib.10. & in l.pen.C. de Iudæis in Iustinianeo Codice & integro illo titulo,de auro coronario.lib.12.in Codice Theodosia. quod quidem & si ab Hadriano remissum fuisset, & ab Alexandro Seuero populo dono datum,posteriorum autem Cæsarum temporibus institutum fuit,vt ciuitatũ decuriones coronas aureas munificentiæ causa principi darent,vel indulgentiarum lætitiã vel ob res prosperè gestas, ex l.quæ diuersarum 4.de auro coronario in Codice Theodos. quamuis Bapt. AEgnatius ad Capitolinum, malit aurum coronarium esse, quod ciuitates & oppida nouis Imperatoribus offerebant sub coronarum specie.

Ad eius illationem nulli, nisi qui iam vsus, consuetudinisvè vi tenebantur cogi poterant, vt in l.vnica C.de auro Coronario Iustinianus scripsit.

SEMPER AVGVSTVS. † 32
Augustum quamuis nõnulli ab augendo dictum velint, adstipulari videtur Ouid. Fastorum lib.1.

Augeat imperium nostri ducis, augeat annos.

Item & AEgesippus,qui Augusti nomẽ imperij apud Romanos fuisse inquit, quod augeat suos,non quod alienos opprimat, eos tamen recte Sypontinus irridet in suis commẽtarijs epigram 111. & nouissimè Mynsingerus hic numero 26.verius enim est, Augustum ab augurio dictum, & fortunatum significare, siue eum cui Deus omnia prosperè pollicetur fœlicibus augurijs & signis; quæ appellatio rectissimè tribuitur Principi, cuius potestati adest Deus. Vnde etiam augusta sancta & digna & quæ religiosa quadam veneratione colebantur;& quæ augurio condita & consecrata erant. Vt augusta templa,& simulacra, augusta forma,& augusta dignitas. Apud Ouidium lib.1.Fastorum.

Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur
Templa sacerdotum rite dicata manu.

Anno verò vrbis conditæ septingentesimo duodecimo, mos Romæ repetitus vni parẽdi

pro

pro Rege Imperatori, vel sanctiori nomine Augusto appellato, Octauianoque ex Numatij Planci sententia Senatus cognomen hoc primum tribuit. Non tam nouo (vt inquit Suetonius) quàm ampliori nomine, quasi Sanctum fortunatum, & cui prospera omnia Dij ipsi pollicerentur: Cæteri Romani Principes ab illo dicti Augusti sunt, vt tam augusto splendidoque nomine sibi adepto ad easdem egregias virtutes inuitarentur. Item quia mense Sextili Octauius Cæsar primum consulatum inijt, triumphos in vrbem intulit; AEgyptus quoque hoc mense in potestatem Pop. Rom. redacta, & finis ciuilibus bellis impositus est, placuit Senatui vt qui antea Sextilis, deinde Augustus appellaretur, vt qui imperio fœlicissimus fuerit. Illa præterea die Idibus videlicet Ianuarijs, qua Augusti cognomen Octauio delatum fuit in templo Iouis Opt. Maximi veruex à flamine immolabatur, vt Ouidius lib. 1. Fastorum commemorat.

Idibus in magni castris Iouis æde sacerdos,
Semimaris flammis viscera libat ouis.
Redditaque est omni populo prouincia nostro,
Et tuus Augusto nomine dictus auo.

Auus enim Germanici, cui Ouidius illud opus dedicauit, fuit Augustus, Tiberij adoptione pater, qui Tyberius pater Germanici etiam adoptione fuit. Quibus addi plura etiam possent de Augusti cognomine, quæ scripserunt Suetonius in Augusto, cap. 7. Dio. lib. 43. Pausanias in Laconicis.

33 *Cupidæ legum iuuentuti.* † Cupidos nos in his ediscendis Institutionibus esse debere Iustinianus suadet, & sanè rectè. Quoniam vt in studijs quis fæliciter versetur, necesse est eò ferri cupidè, & spontaneo Mineruæ suæ instinctu: verissimum enim est coacta studia nõ respondere; nihilque esse tam facile, quin illud difficile fiat, si illud inuitus & coactus quis faciat contrà nihil tam difficile, quin volenti & cupienti facile reddatur, iuxta illud Isocratis,

34 *si fueris discendi cupidus eris eruditus.* † Planè quamuis docilior toleat esse iuuentus l. præcipiunt. 37. D. de ædil. edicto. (in cuius gratiã conscriptas has institutiones hæc indicat Epigraphe) in eaque ætate iuri operam dari oporteat, vt Iuris studiosi operæ iperari possit aliquis vsus;

35 † non tamen arcentur si qui prouectiori iam ætate initiari studio iuris ciuilis cupiant, satis intelligentes nihil esse stultius (vt Seneca ait) quàm qui diu non didiceris, nõ velle discere. Nota sunt apud nos, & alios quoque exempla eorum qui iam senes literas addiscere non erubuerunt. Iulianus (apud Paulũ in l. apud Iulianum 20. D. de fid. lib.) de seipso sic loquitur. *Nam ego discendi cupiditate quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimũ annum ætatis duxi, memor sum eius sententiæ, qui dixisse fertur. Et si alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid discere.* Iuxta quam sententiam Marcus Tullius libro de senectute Solonem in versibus gloriantem inducit, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri diceret. Marcus Imperator iam senex ad philosophos itare non erubuit, nec Cato Censor & senex literas Græcas addiscere. Seruus Sulpitius iam prouectiori ætate cœpit iuri ciuili operam dare in quo ita profecit, vt testetur Tullius, omnes qui ex omni ætate in ciuitate Romana intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, non esse cum Seruio Sulpitio comparandos. Quinimo (vt rectè quoque Balduinus hic adnotauit.) Aristoteles putauit ciuilis scientiæ magis idoneum auditorem esse eum, cuius ætas, & cum ætate iudicium maturuit, vsuque rerum valet, quàm imperitum rerum iuuenem. Sed iam ad proœmij explicationem.

INSTITVTIONVM IMP. IVSTINIANI PROOEMIVM.

IMPERATORIAM MAIESTATEM.

1 *Paraphrasis totius proœmij.*
2 *Imperatorem, Regem, & Principem legibus armatum, & armis decoratum esse oportet.*
3 *Leges quàm necessariæ in bene constituta republica.*
4 *Iurisconsulti, Aduocatique omnes militaribus gaudent priuilegijs.*
5 *Reges Prudentum consilio & consuetudine vti, necessarium.*

1 Huius proœmij commentatoribus morem gereremus, & quæ tam ab antiquis, quàm nec ipsis hic sunt scripta non referre, sed solum modo indicare vellemus,

mus,iustum sanè volumen omnibus absolutũ paginis implere possemus,vti præstitit,vt ex teros missos faciamus ex nostris Hispanis Ioãnes Redin,qui cum de maiestate Principis,& his quæ optimum decent virum, qui regno præsit,agere instituisset,magnum codicẽ pluribus compactum & consarcinatum centonibus per ducentas sexaginta sex paginas in lucem emisit.Sed nostrum id non fert institutũ. Ergo quæ Iustiniani sententia, quodve consilium, aut finis in hoc proœmio fuerit audiemus.Ecce. † Romanum Imperatorem, (qui nõ iam,vt olim,belli indicendi gerendiq;, aut fœderis feriendi gratia deligitur,idque nominis re bene gesta,sæpe nõ solum,honoris causa consequitur,sed qui tacito primùm, deinde etiam expresso Pop.Rom.consensu,sibi Monarchiam euehentis sacrosancta nec impunè violabile maiestate munitus est) Regem, aut Principem, non modo armorum plerumque inconsulto robore adornatum esse: quin etiã iudiciorum,atque legum præsidio velut armatum atque instructum esse necessarium est,nã cum duo sint omnino gerendæ reipublicæ tẽpora,belli, scilicet, ac pacis , ea tũ rectè atque ordine esse gubernata videbuntur,si Princeps & belli & pacis artes egregiè tenuerit. Quale id Iustinianus præstiterit, mox ipse adijcit,& nos latiùs suprà in Epigraphes explicatione ostendimus , testaturque sæpiùs idem Cæsar in l.1.in prin.C.de offic.Præf.Præt. Africæ. l.2.in princ.& in fine. C. de ver.iure enucl.l. 1.C.de Iust.Cod.confi. Cumque hostibus debellatis,pacato Imperio, prouincijs Romanæ ditioni restitutis : antiquis constitutionibus abrogatis,alijs ordine digestis, nouis additis, & totius iuris Romani emendatione facta,esse se & iuris religiosissimum,& triumphatorẽ magnificum extitisse ostenderit: legum cupidos iuuenes alloquitur , vt eius laboribus & clementia se non indignos ostendant, sed optima spe freti acres ad legitimæ scientiæ studiũ accedant,scituri opere legitimè perfecto rem publicam in partibus eis esse credendam. Qua præcipuè spe generosos animos excitari non dubito, vt politicas appetant disciplinas,quibus se & suos atque adeò patriam tueantur,vt Socrates apud Xenophontem scripsit.

2 † Ergo & si pluribus pollere Principem deceat,esse fortem,iustum,seuerum, grauem,magnanimum,largum,beneficum, liberalem,mãsuetum,cunctis benignum,omnibus æquum, nemini blandum,paucis familiarem,ad iracundiam tardum , ad clementiam pronum, in aduersis firmum,in prosperis cautum , prodesse omnibus,nocere nemini : hæc cum vt reipublicæ salas in tuto sit desiderentur, eum præstitisse dicemus,qui & rei militaris , & legum peritiam habeat.His Principes omnes se suãque rempublicam tutatos, rectè inquit Sallustius,audacia in bello,vbi pax euenerat,æquitate.Hæc sic mutuò cohærent , vt alterum ab altero seiungi non possit.l.1.in princ.C.de Iustin.Cod.confi.indeque reipublicæ tranquillitatem nasci , si leges simul & arma in vnum coeant,sæpiùs idem Iustinianus testatur,Nouellis constitutionibus.24.25.26. & apertè demonstrant Maro,& Flacus,ille.

Tu regere Imperio populos Romane memento.
(Hæ tibi erunt artes)pacisq; imponere morem
parcere subiectis,& debellare superbos.

Hic verò.

Cum tot sustineas,ac tanta negotia solus,
Res Italas armis tuteris,moribus ornes
Legibus emendes.

Quod prudentissimum nostrum Hispanum legislatorem non latuit (vt plura alia quæ hîc ex Philosophis,Oratoribus,atque Poetis iuniores interpretes tradiderũt,missa faciamus) qui in proœmio tertiæ Partitæ sic ait , *Segun dixeron los sabios antiguos,dos tiempos han de catar los grandes señores,en que han de estar guisados para obrar,en cada vno dellos segun conuiene. El vno en tiempo de guerra,e de armas,e de gente contra los enemigos de fuera fuertes,y poderosos. El otro en tiempo de paz de leyes e fueros derechos contra los de dentro torterizos,e soberuiosos , demanera que siempre de ellos sean vencedores: lo vno con esfuerço,e con armas,e lo al con derecho , e con justicia.* Verè enim à Platone lib.5. de republica, & 2.de legibus traditur, duo esse belli genera, vnum cum exteris , alterum cum ciuibus ipsis seditione,aut calumnijs litiũ inter se cõcertantibus , vnde consentaneũ est duplicem etiã victoriam,vnam ex hostibus debellatis,alterã ex improbis ciuibus repressis: illam arma,hãc leges præstant. Hæc ita inter se conueniunt, vt quod armorum est legibus,quod legum armis tribuatur:vt & apud eundem Iustinianũ, Nouella. 24. scriptum est, iurisdictionem ex armis vires colligere,& armatam cohortẽ cõdecorari lege. Tullius in oratione de Arusp.

3 vocat arma iudiciorum,atque legum. † Fœlices ac prosperas beneque fortunatas respublicas illas aiebat Socrates, cum aut Philosophi regnarent, aut Reges Philosopharentur. Vnde Cicero lib.1. Offic. Lacedæmoniorum imperium,multoplus Lycurgi legibus,& disciplinæ debere,quàm aut Pausaniæ, aut Lysandri rebus gestis:quorum tamẽ virtute magnopere illud dilatatum putabatur. Parui enim sunt foris arma,nisi sit consilium domi:neque minorem vtilitatem afferunt qui togati reipu

4 blicæ præsunt,quàm qui bella gerunr. † Vnde eos quoque qui legum scientiam , ac peritiam profitentur , & glorioſæ vocis confisi munimine,laborantium spem,vitam, & posteros defendunt,armatos appellauit Tacitus in dialogo de Claris Oratoribus , & in l. aduocati. 14. C.de aduo. diuers. iudici, milites dicuntur,

dicuntur, & in cap. militare. vers. *non enim.* 23. q. 1. & priuilegijs militaribus gaudere. l. medicos. C. de profess. & medicis. lib. 10. latè Baeça, de inope debitore, cap. 16. num. 127. † Et à veteribus laudati sunt Imperatores, qui Iurisconsultis magis quàm satellitibus septi & stipati fuerunt, vt Adrianus qui Iulio, Celso, Saluio Iuliano, Prisco, atque Neratio plurimum vsus est. Et Antoninus Pius qui Valentē, Martianum, Marcellum, Iauolenū coluit. Et Marcus Antoninus Philosophus qui Scæuolæ consuetudinem præcipuè amauit. Itemque Alexāder Seuerus qui frequentes apud se habuit Sabinum, Paulum, atque Vlpianum. Et ideo summus fuit Imperator quòd Vlpiani consilio rēpublicam administrauit. Hominibus his tradē dam Reipublicæ gubernationem, Iustinianus noster in fine huius prooemij pollicetur, iuxta notum Alexandri Mammæi Imperatoris elogium, qui vt ait Herodianus, *insignibus viris, doctrina legumque peritis ciuiles & forenses administrationes committebat.* Quod Principi necessarium omnino esse Rex noster Alphonsus existimat in l. 1. tit. 1. par. 2. his verbis, *como quier que en todas guisas conuiene, que aya homes buenos, e sabidores, que le consejen, e le ayuden.* eleg. l. 16. tit. 5. par. 2. & plura adduxit Ioan. Redin. de maiestate Principis. verbo, *legibus.* ex num. 1. maximè tamen num. 12. cum seq.

(?)

ANTONII PICHARDO VINVESA I. C. HISPANI, SALMANTICENSISQVE ANTECESSORIS,

IN LIBRVM PRIMVM INSTITVTIONUM Imp. Iustiniani Commentaria.

Titulus Primus, De Iustitia & iure.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Iustitiæ definitio proponitur, & exornatur, & num. 6. & seq.*
2 *Iustitia humana constans non est, & num. 9. & seq.*
3 *Iustitia perpetua dici qualiter possit, & nu. 17.*
4 *Iustitia non in voluntate, sed in actu & exercitio consistit, num. 18. & 19.*
5 *Charitas vnicuique quod suum est tribuit.*
6 *Iustitia* constans & perpetua voluntas *quatenus dicatur.*
Iustitia omnium virtutum summa est.
7 *Iustitiæ insigne, suum cuiq; tribuere, eoque à cæteris virtutibus secernitur, & nu. seq. & n. 20.*

MNEM, Quæ de quacūque re suscipitur institutio, debere à definitione proficisci lib. 1. Officior. scripsit Cicero. Ergo cum his in institutionibus de iure disceptaturus Iustinianus sit, quod à iustitia descendit. l. 1. D. de iust. & iure. quamque tanquā normam & regulam Iurisconsultus sequi debet. l. bona fides. † 30. D. depositi. cuiusque sacerdotes & ministros consultos esse in. d. l. 1. profitetur Vlpianus, eius definitionem, ex eodem Vlpiano in. l. iustitia. 10. D. h. t, & Tryphonino in d. l. bona fides, initio his verbis præmittit. † *Iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens.* Consonat tex. in prooemio Partitarum, ibi, *que es dar a cada vno lo que es suyo.* l. 8. tit. 5. par. 2. & in prooemio tit. 1. & l. 1. 2. & 3. tit. 2. par. 3. explicant post Angelum Fabrum, Hotom. Balduinum, Mynsingerum, Bodeum, Cantiunculam, Aldobrandinum, Oynotomum, & reliquos huius loci. & d. l. iustitia. interpretes, qui plures etiam alias definitiones confingunt, Cicero. lib. 1. & 3. Offic. lib. 2. de inuentione. & lib. 2. ad Herennium. Arist. 5. Ethic. c. 1. A. Gellius lib. 6. noct. Att. cap. 1. & lib. 14. c. 4. D. Ambros. lib. 1. Offic. c. 4. D. Anselm. in dialogo de veritate c. 13. D. August. lib. 19. de Ciuit. Dei. c. 21. & lib. 1. de liber. arbit. c. 13. D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 1. 5. 6 & 7. plura Soto lib. 3. de iust. & iure. q. 2. art. 1. Molina tomo. 1. de iustitia. tractat. 1. disputat. 8. Banes lib. de iure & iustitia. q. 58. art. 1. Navarrus

† in §. et hanc pbo. (sic ait) et hanc probe iustitiæ quę suum uniq. ita tribuit ut nō detrahat ab vllius persona iustiore petitione

uarrus in Manuali.c.17.nu.47. Alciatus lib.1. parergon c.31. Vaconius lib.1.declarat.iuris. c.28.29. & 30.maximè ex num.10. & c. 92. num.3. Contius succisiuar.lect.lib.2.c.6.& 7. Raynal. Corsus lib.1. indagationum. c.11.& lib.2.c.14. Cõnanus lib.1.c.1.2.& 3. AEduar. Caldeyra lib.3.variarum lectionum.cap.4.ex nu.18. Ant. Roscius lib.2. memorabilium,ca. 1.& latissimè c.2. Iustitiæ effigiem ex Crisippo,& A. Gellio,prout in antiquis nũmismatibus Antonini Pij, & Alexandri Imperatoris inspicitur,retulit Ant.August.dialogo.2.Romanarum antiquitat.§.17.

adsus desses argumta

Verum quò magis hæc iustitiæ definitio intelligatur, contra eam pro dubitandi ratione & in primis contra tex.ibi, *Constans*, sic argumentor. Hic non diuinam,sed humanam iustitiam Iustinianus definit. Vt post glossam omnes resoluunt, nec enim credendum est Vlpianum,(à quo Iustinianus habuit)de diuina iustitia aliquid excogitasse. † Sed humana iustitia quatenus est in homine constans esse non potest,ex his quæ ex sacra pagina hic Accurs. glos. 1. recensetur,nihil enim in eo constans,nihil perpetuum est,ergo iustitia constans dici non potest. 2

Secundò. Cum eodem Accurs.glo.1.contra textum ibi:*perpetua*. Sic argumentor, humani † iuris conditio semper in infinitum decurrit, nihilque est in eo quod perpetuum esse possit l.2.col.5.§.sed qui diuinæ. C.de vet.iure enucl.Auth. de non alien.aut permut. reb. eccles.col.3.§.vt autem lex. collat.2.ergo humana iustitia constans aut perpetua dici non potest. 3

hæc ex ipsa paragrafi ut autem lex. g.m. erit stabile inter eas, & immobiles ut nullas patiatur mutationes: ceteris vester status subjacet motui sistat—

Tertiò contra textum ibi, *voluntas*. Sic argumentor, † insigne proprium huius virtutis,& quo à cæteris omnibus distinguitur,est ius suum vnicuique tribuere,vt mox probabimus;sed hic effectus in actu & exercitio consistit,non in habitu,aut voluntate, ergo iustitia non est voluntas. 4

† Quartò contra textum ibi,*ius suum vnicuique tribuens*. Sic argumentor, per charitatem tribuitur ius suum vnicuique,quia respicit omne bonum alterius, & fugit omne malum, vt constat ex D. Paul. 1. ad Corin. c.3. *Charitas non inflatur, non agit perperam, non quærit quæ sua sunt*; vnde Aristo. lib.8. Ethicor. c.1. ait, quod si esset amicitia non requireretur iustitia, ergo suum cuique tribuere non est iustitiæ proprium. 5

† His tamen non obstantibus dicendum est Vlpiani & Iustiniani definitionem verissimã esse,satisque congruan, ac omnibus suis constantem partibus, nam &si peculiaribus causis & rationibus,*iustitia constans & perpetua voluntas* dicatur, vt statim dicemus, cum tamen quasi omnium omnino virtutum summa quædam iustitia sit, & quicũque iustus est idem continuò,& vir quoque bonus:nemo enim verè iustus est,qui non idem & fortis, temperatus,prudensque sit,quum in hac virtute cæterarum quidam quasi concentus fiat; sitque iustitia(vt est apud Lactantium. lib.5. diuinarũ institutionũ.)aut ipsa summa virtus, aut fons ipsa virtutum, priora hæc definitionis verba loco generis sunt. † Reliqua *ius suum vnicuique tribuens*.loco differentiæ,nam iustitia quæ vna virtutum est,idest,specialis virtus,à cæteris in eo vel maxime secernitur quod huius insigne est alteri tribuere quod suum est. Possum enim mihi ipsi esse prudens,fortis,temperatus;at iustitia nisi ad alium referatur virtus perfecta non est, proinde vna omnium iustitia alienum bonum esse videtur, quoniam ad alium pertinet, nec ipsa virtutis tantum pars est,sed tota ipsa virtus; vt vice versa iniustitia non vitij pars,sed tota vitio constans. † Cũ autem prudentia,fortitudo,temperantia proprijs singulis nominibus distinguantur, iustitia quia cæteris virtutibus ineat,communi itẽ nomine appellata est. *Proprium est cuiusque virtutis munus*,(inquit Cicer.lib.5.Finium.) *Fortitudo in laboribus periculisque cernitur: temperantia in prætermittendis voluptatibus: prudentia in delectu bonorum & malorum. Iustitia in suo cuique tribuendo.* Vt recte etiam D. August.d.lib.19. de Ciuit. Dei,docuit. *Iustitiæ*(inquit)*munus,ius suum vnicuique tribuens, vnde fit in homine iustus quidam ordo naturæ,vt anima subdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipsa & caro.* 6 7 8

† Non obstant quæ contra definitionem obiecimus,namque, vt plura quæ hic iuxta cã congerere possemus, & ab ijs quos supra retulimus copiosissimè differuntur, missa faciamus,pro primi argumenti explicatione obseruandum est, Iustitiam duplicem esse,diuinam, & humanam. Diuina iustitia est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens;& qua homines per Christum iustificãtur,non ex operibus legis solum, sed per fidẽ in Christo: de qua sic Paulus ad Rom.1.c.17. *iustitia enim Dei per illud patefit,ex fide in fidem.* & alibi.c.3.*iustitia vero Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt*.& amplius,Iustitiam accipi in Pauli epistolis crediderim pro imputatione iustitiæ, seu diuina acceptatione, cum dicitur, *imputatum est ei ad iustitiam*.Sed de ea nec Vlpianus, nec Iustinianus agunt. † Humana duplex est, aut in homine,aut extra hominem,siue in virtute ipsa, idest(vt Dialectici dicunt) aut in cõcreto, aut in abstracto,prout in homine est, non definitur hic,nihil enim in eo constans,nihil perpetuum,nisi fortè ponas in animo viri constantis & perfecti,talis enim habitus nõ moritur, sicut anima diuina, perpetua immortalis est; aut nisi constantiam tunc eam accipias, quæ in hominem cadere possit,iuxta.l. si quid ven 9 10

ditor.

ditor. 18. D. de ædilitio edicto. Authent. quomodo oporteat Episcopos. §. sed etiam hic eũ
11 constitutum. collat. 1. † Prout iustitia virtus est extra hominẽ, & in abstracto, duplex item est ex Aristotele lib. 5. Ethicorum. Vna, quæ virtutes omnes complectitur, cui omnia nostræ definitionis verba quadrare diximus; & quam omnium virtutum matrem esse, & in quâ vniuersæ virtutis vsum consistere, reliquasque omnes virtutes ancillari idem Aristo
12 teles Polyticorum secundo scripsit. † Altera quæ virtus vna est specialis, & à cæteris secernitur, eo quod cæteræ virtutes in se relucere possunt, hæc nisi ad alium referatur non erit virtus. Huius duæ sunt species, distributiua, &
13 commutatiua. † Distributiua quidem versatur in pecunia publica distribuenda, id est, bonis externis reipublicæ æqualiter diuidendis, pro meritis cuiusque, quæ vere iudicare solius Dei est vt inquit Plato lib. 6. de legibus.
14 † Commutatiua vero in contractibus cernitur voluntarijs, & inuoluntarijs, idest, delictis æquandis: igitur distributiuâ consideratur respectu communitatis ad priuatos: commutatiua respectu priuatorum ad priuatos, vt D. Thomas scribit. 2. 2. q. 61. art. 1. vbi plura ex Aristotele lib. 5. Ethicorum ca. 3. & 4. & alijs, commentatores adducunt, & eruditè Caldeyra, d. lib. 3. Var. lect. cap. 4. nu. 12. Ant. Rosc. d. lib. 2. memorab. c. 2. ex num. 35. quæ, quia nostri non est instituti, omnia prosequi, non
15 commemoramus. † *Constans* igitur iustitia dicitur, quia inexorabilis, firma, non varia, vniformis, simplex: quæ neque pecunia corrumpi, nec potentia frangi, neque gratia flecti valet, vt ex eius effigie, & imagine (quã ex Chrysippo Stoico A. Gell. refert, d. li. 14. c. 4. & ex A. Gellio Ant. Rosc. d. c. 2. ex n. 18. Horoscius in. d. l. iustitia. nu. 13. Ant. August. d. dialo. 2. §.
16 17.) deprehendere licet. † Sic enim Chrysippus imaginem iustitiæ facit, fierique solitã esse à pictoribus, rhetoribusque antiquioribus adhunc fermè modum. Forma atque ilo virginali, aspectu vehementi, & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Apud Indos verò, sine capite fuisse iustitiam traditur. Hesiodus etiam virginem fuisse scribit, quod incorrupta pudoris, modestiæ, & vtilitatis amica: ex summo Ioue natam, quæ patri assideat, & se colentibus optima quæque polliceatur; contemptoribus & inique agentibus vice versa vltionem precari soleat. Ex imaginis istius significatione intelligi potest, iudicem qui iustitiæ antistes est, & sacerdos (l. 1. D. h. t.) oportere esse, grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem, atque inexorabilem, erectũque & arduum, & potentem, vi & maiestate æquitatis veritatisque terrificum, & hæc quo ad prioris verba definitionis iustitiæ explicationem.

17 Deinde non obstat secundum argumentũ, cuius explicatio ex his, quæ in prioris dissolutione diximus descendit; quamuis enim negotia & casus varient, certis tamen illis, & immutabilibus notitijs humanæ menti diuinitus impressis prædita iustitia, rationisque iudicio & lumine gubernata, habet semper in tanta rerum & circunstantiarum varietate illam suam affulgentis veri scintillam certamque rationem & formulam ius suum cuique reddendi, tam altè insidentem animo, vt non temere possit excuti. Imo verò quùm nihil aliud sit virtus, quam executio eius quod ratio iudicauit amplectendum, non potest non vno, perpetuoque motu agi, nec potest non esse voluntas constans, quæ regitur certo & immutabili iudicio, eique tota obtemperat, vt hic rectissimè Balduinus obseruat. *Perpetua* igitur hic iustitia dicitur (vt & Sapientiæ cap. 1.) quia immutabilis, semper in viridi obseruantia, generalis, continuata, vniformis, & simplex, vt Lactantius lib. 7. diuinarum Institut. ait. qui itaque non semper, sed interdum iuste agit iustus non est. † *Voluntas* præterea iustitia dicitur (vt tertium iam argumentum diluamus) nam iuris nullus est vsus, nisi per voluntatem, quæ obtemperat rationi dictanti legis formã. Voluntas, affectio animi, habitus animi, volentis & incitati ad agendum id quod ei præscripsit, constans & perpetua ratio, & lumen naturalium notionum. Habet iustitia hoc præ cæteris virtutibus, vt tota prorsus pura, puraque sit voluntas, impellaturque omnino sponta-
18 neo & gratuito studio, cæteræ virtutes aliũde mouentur, accedente tamen voluntate, idest, appetitu sensitiuo, vt Aristoteles 5. Ethicor. cap. 1. docet. D. Thom. 2. 2. q. 58. articulo vltimo. Fortis alio principio impellitur, ad labores & discrimina subeunda, incitamento enim est amor patriæ, liberorum, coniugis: odium hostis, timor captiuitatis, & impendentis periculi. Solus iustus, si iustus est, nullo alio affectu, nisi volũtate res iustas peragit. Sed quia non omnis voluntas iustitia est, adiecit Vlpianus differentias perpetuæ & constantis, suum cuique tribuendi. Concinit quod Plutarchus in Catone Vticensi scribit, alias virtutes natura magis, quam voluntate antecellere, vt fortitudinem & prudẽtia: hanc ingenij acumine, illam robore quodam animi cõstare. Iustitiæ omnes æquè esse capaces, quæ à voluntate non ab alia natura pendeat; & proinde iniustitiæ, vt malitiæ inexcusabilis, maximè quemque pudere debere. † Sed (vt rectè Balduin. hic num. 7. aduertit) nos ex sacris literis addere possumus, non esse in natura corrupta
19 iustam omnino voluntatem, verum proficis-

χρὴ (diligite iustitiam qui iudicatis terram)

ci à Deo & arcano motu Spiritus Sancti, qui nostram voluntatem ex sui corruptione malâ, noua diuini beneficij gratia reddat bonâ præsertim si agatur de interiori cordis munditie, quæ veram efficit virtutem, nec hæreamus in vanis virtutum simulacris, quæ ad ipsam volũtatem non penetrant, sed in externa quadam honestate subsidunt.

20 Non obstat quartum & vltimum argumentum, cui rectè satisfacit Bañes, de iure & iustitia. q. 58. art. 1. ad secundum. quod licèt charitas respiciat omne bonum, non tamen qua ratione est debitum, quemadmodum respicit iustitia: præterea licèt charitas, vt est virtus vniuersalis inferens alias virtutes versetur circa iustum debitum simpliciter, non tamen quia illud sit materia charitatis, sed quia est materia charitati subiecta. Sic interpretatur illud Diui Pauli, *Charitas non agit perperam*, &c. illud autẽ D. Augustini, quod iustitia est amor Dei interpretatur, causaliter, quatenus videlicet adimpletio (sic nunc loqui cum viris Theologis liceat) cuiusuis boni, ex amore procedit, iuxta illud ad Rom. c. 13. *Qui diligit proximum legem impleuit.* & illud, *Plenitudo legis est dilectio.* Iustitia ergo, vt sæpe diximus, subiectum necessarium efficit, alienum bonum; itaque ius suũ cuique nunquam non tribuit. Ius autem quod à iustitia producitur, non ita se habet, nec semper ius suum cuique tribuit, vt bonis adductis exemplis probat Ant. Ros. cap. 2. ex num. 43. & hæc de definitione iustitiæ.

§. Iuris prudentia. 1.

1 *Iuris prudentiæ definitio exornata, explicatur ex num. 3.*
2 *Definitio debet conuerti cum suo definito, remissiuè.*
3 *Iustitia, Ius, & Iurisprudentia quatenus differant.*
4 *Prudentia omnium virtutum superior.*
5 *Iuris prudentia maximè in iusti atque iniusti scientia consistit.*
6 *Iuris prudẽtia qualiter de diuinis rebus tractet.*
7 *Iurisconsulti nomine qui digni sunt.*

IVstitiæ definitione explicata à qua ius descendit, quid ipsum ius sit videamus, vnde & quid sit iuris prudentia intelligemus. Ergo *ius est ars boni & æqui*, ideſt, collectio præceptorũ omniũ boni & æqui, & quæ docẽt, quid iustũ, quid iniustũ; quid æquũ, quid iniquũ sit; in quo etiam & ipsa iuris prudentia consistit.

1 † quæ est *diuinarum, atque humanarum rerum notitia, iusti, atque iniusti scientia.* Textus hic, & in d. l. iustitia. 10. ad fi. D. h. t. & in proœm. Part. ibi, *E fezimos nos ende este libro, porque nos oyndemos nos de el, e los otros q̃ despues de nos viniessen, conociẽdo las cosas, e oyẽdolas; Ca mucho cõuiene a los Reyes, e señaladamẽte a los desta tierra, conocer las cosas segũ son, e estremar el derecho del tuerto, e la mentira de la verdad; ca el q̃ no supiere esto nõ podra fazer la justicia biẽ cũplidamẽte, que es dar a cada vno cũplidamente lo q̃ merece.* Quæ verba ideo retuli, quia sapiẽtissimè, grauissimè etiã Hispanus noster Rex Alphõsus, qualis finis iuris, & iuris prudẽtiæ sit, quãtumq; Principes ea pollere deceat explicat: explicãt etiã plura ex moralis Philosophiæ arcanis adducẽtes, præter huius loci, & d. l. Iustitia. interpretes. Horos. in l. 1. D. eod. Conna. lib. 1. c. 3. Vaconius lib. 1. declarat. c. 29. & c. 30. Briso. lib. 4 select. c. 16. Alciat. lib. 1. parer. c. 30. & 31. & lib. 2. disputat. c. 8. Roscius lib. 2. memorab. c. 3. Caldeyra lib. 3. var. lect. c. 4. ex num. 13. D. Tho. 2. 2. q. 50. & sequẽtibus, inq; earũ cõmentarijs Molina, & Bañes qui reliquos ex Theologis viris referunt.

2 † Sed pro dubitãdi ratione sic argumẽtor, omnis bona definitio (vt cũ Dialecticis loquar) cõuerti debet cũ suo definito, textus vulgaris in l. 1. §. dolũ. D. de dolo. exornauimus in disputatione de mora. nu. 25. cũ sequẽtibus. Sed hæc iuris prudẽtiæ definitio, sacræ etiã Theologiæ quadrat & cõuenit, quæ diuinarũ, atq; humanarũ rerũ notitiã docet; iustũ ab iniusto, æquũ ab iniquo separat & secernit, ergo, &c.

3 † Hoc tamẽ argũmẽto nõ obstãte verissimũ est, iuris prudẽtiam esse diuinarum atque humanarum rerum notitiam, iusti atque iniusti scientiam; qui enim iuris notitiam habet, diuina nosce, & humana gubernat. Rectè enim Accursius & alij, Iustitia (inquiũt) virtus ipsa est, ius executio virtutis: Iuris prudentia iuris huius scientia est. Iustitia summum bonũ: Ius medium: Iuris prudentia infimum. Iustitia virtus distributoria est: ius distribuit: Iurisprudentia docet, quemadmodum distributionem fieri oporteat. nota

4 † Plato omnes virtutes cum animæ partibus diuisit, & illam quæ ratione sit nexa, & est spectatrix omnium rerum, prudentiam dixit atque sapientiam, quarũ sapientiam, disciplinam vult videri diuinarum humanarumque rerum prudentiam vere, scientiam esse intelligendorum bonorum & malorum, eorum etiam mediæ, quæ dicuntur. Concinit quod & Tullius lib. 2. Officiorum scribit, Philosophos definire, sapientiam esse rerum diuinarum & humanarum, causarumque quibus hæ res continentur scientiam, & antea lib. 1. principẽ omniũ virtutũ sapientiam esse ait, rerũ diuinarum atque humanarum scientiam, in qua continetur Deorum atque hominum cõmunitas, & societas inter ipsos;

5 † Iuris prudentiæ vero proprietas tunc exponitur, cum adijcimus esse iusti atque iniusti scientiam.

6 † Planè cum de diuinis & humanis rebus Vlpianus loquitur, earũ iuris prudẽ-

dentiã notitiã appellat; cũ de iusto & iniusto scientia; nẽpe vt insinuet iusti, & iniusti scientiã spectare propriè ad Iurisconsultũ: diuinarum vero & humanarum rerũ notitiam solam. Etsi enim diuinas res possimus hic appellare, quæ ad sacra pertinẽt, quorum ius erat penes collegium Pontificum, ij enim decernebãt, quibus hostijs, quo die, quo ritu, à quibus, & in quo tẽplo sacra fierent, secundùm ea quæ Numa statuerat; huiusque iuris diuini siue Põtificij cognitio apud Romanos magno semper fuerit in pretio, & clarissimi quoque Iureconsulti, aut Pontifices fuerint, aut Augures, Atque tam in antiquis, quam in nouis libris de diuinis tractetur, siquidem plures erant in. xii. tabulis scriptæ leges quæ ad religionem spectarent; & nunc demum de summa Trinitate & fide catholica, de sacrosanctis Ecclesijs, de Episcopis & clericis, & alijs pluribus, harum tamen scientia ad Theologos, notitia ad Iurisconsul-
7 tos pertinet. † Caue igitur ne tu Pragmaticus tantum qui es, proclamator, formularius, Iurisconsulti nomen vsurpes, cuius definitionem ex Athenæi verbis sic Latinè proposuit. Balduinus, vt & peritus sit sacrorum institutorum ab vrbis cognomine Romulo, Pompilioque Numa, & gnarus legum politicarum, merito enim iuris sacerdos non est qui non encyclopediam absoluit, quam Cicero lib. 3. de Oratore, concentum doctrinarum omnium, atque consensum vocat. Quintilianus lib. 1. doctrinæ orbem appellat.

§. His igitur generaliter cognitis. 11.

1 *Docendi methodus in omnibus disciplinis facilior à generalibus ad particularia, à facilioribus ad difficiliora: vt optimis demõstratur exẽplis.*

1 OMNIVM Artium, ita & iuris prudentiæ, cum quædam sit infantia, pueritia, adolescentia, maturaque & fructui quasi proxima ætas, (quod & idem Iustinianus in. l. 2. §. sed cùm prospeximus. C. de veteri iure enucl. dixit) vt tamquam per gradus quosdam ab imo ad fastigium studiosi discendo perducantur ad huius tam latè patentis scientiæ arcana, non poterunt tyrones peruenire, nisi plana quædam via & ad ingredien dũ expedita ipsis præstituatur. Optima enim (vt Quintilianus in prooemio lib. viii. admonuit) docendi ratio illa videtur, quæ primum crassiore Minerua rem ipsam aperit, paulò post, exactiori ac diligentiori cura eam exponit. Est sane hic discendi ordo naturalis, sicut est & sentiendi. Ecce, primùm enim sensuum exteriorum ministerio excipimus communia quædam & confusa, paulo post deinde singula exactiùs: vt si quid conspicimus è longinquo, primùm sentimus esse corpus, quia oculis subijcitur; deinde progrediendo, cũ motum agnoscimus, animal esse iudicamus; cùm propiùs ventum est agnoscimus esse hominem, cum proximè, videmus esse Titium. Vnde rectè etiam Aristoteles, initia semper ducenda admonet ab vniuersalibus, vt notioribus; deinde sensim progrediendo ad singulas partes. Sic & statuarij primùm rude aliquod opus effingunt, postea diligentius expoliunt, eique ad extremum supremam manum imponunt. Planam ergo addiscendi viam cum hæ Institutiones præbeant, quæ sunt in hoc ciuili studio quasi infantiæ quædam rudimenta, eas in primis adolescentes perdiscere ac nocturna versare manu, versare diurna omnino necesse est, nam si ad difficiliora se se mox ab initio conferant, aut difficultate materiarum tam numerosarum, perplexarumque deterrebuntur, aut eo tempore quo ingenia præcipuè alenda, atque indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu atterrentur. Ergo prudens præceptor, quod Fabius ait, semper præoculis habebit cum adhuc rudia tractabit ingenia, non debere statim onerare infirmitatem discentium, sed temperare vires suas, & ad intellectum audientis descendere; nam vt vascula oris anguisti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, vel etiã instillantibus complentur, sic videdum esse quã tum puerorum animi accipere possint.

§. Iuris præcepta. 3.

1 *Præcepta generalia iuris. Honestè viuere: Alterum non lædere: Suum cuique tribuere, exornãtur remissiuè.*
2 *Lex præcipit, vetat, permittit, punit.*
3 *Partitio Iustiniani impugnatur, & defenditur. num. 8.*
4 *Præcepta, id est, doctrinæ, siue disciplinæ.*
5 *Præcipere, præsentire, præuidere ex bonis auctoribus.*
6 *Præcepta hæc iuris, sunt anticipationes, & communes quædam notiones.*
7 *Religionis erga Deum præceptum commune & primum, sed quod non nisi Dei spiritu rectè percipi potest.*
9 *Præcepta omnia iuris ad tria hæc, tanquam ad præiacentem causam referuntur.*
10 *Affectibus tribus potentissimis, Libidini, Iræ, Cupiditati opponuntur hæc præcepta.*
11 Honestè viuere, *qualiter hic accipiatur ex bonis auctoribus.*
12 *Honestatem omnibus in rebus spectari.*
13 *Concubinatus iure ciuili permissus, non tamen honestus.*
14 *Honestas non in factis modo, sed in dictis & verbis necessaria.*
15 *Item apud Labeonem. 15. §. qui turpibus. D. de iniurijs.*

16 *Obscæna verba præsentibus præcipuè mulieribus numquam proferenda.*
17 *L. 5. tit. 10. lib. 8. nouæ Recopilationis.*
18 *Obscænos libros Archilochi exportari Lacedæmonij iusserunt.*
19 *Epicharmus poeta Comicus mulctatus ob carminum lasciuiam.*
20 *Meretrix de vicinia expelli potest.*
21 *Meretrices nota veste incedere debent.*
Pragmaticæ Regni Hispani de earum vestibus & ornamentis.
22 *Meretrix propriè quæsit?*
23 *Socius inuito socio neque meretrices, neque inhonestum socium inducere potest.*
24 *Inquilinus inhonestam mulierem in domum quando inducere possit.*
25 *Honestè viuit, qui pro more patrio viuit.*
26 *Legatum mulieri relictum* donec castè vixerit *quandiu illud lucretur.*
Verba ex consuetudine regionis interpretanda.
27 *Legatum vxori relictum*, si castè vixerit, *lucratur, etiam si nubat.*
28 *Petrus Augustinus Morlà furto conuictus.*
29 *Charitas bene ordinata incipit à seipso: lædere se ipsum nemo potest: & de pœna eius qui mortè sibi consciuit, remissinè.*
30 *Alterum non lædere naturali ratione constitutum.*
31 *Suum cuique tribuere res & facultates alienas concernit.*

TRIA Sunt generalissima præcepta iuris, in quibus omnis lex diuina & humana consistit, & vnde (vt dici solet) omnes leges & prophetæ pẽdẽt; HONESTE VIVERE: ALTERVM NON LAEDERE: SVVM CVIQVE TRIBVERE. Similis in l. iustitia. 10. § iuris præcepta, D. h. t. capit. 1. Dist. 1. l. 3. titulo. 1. par. 3. explicant Robertus, lib. 3. recept. sententt. capit. 12. Reuardus lib. 1. Varior. cap. 12. Mercerus libro. 2. opinio. cap. 2. Vvalterus. libro. 2. miscellan. cap. 7. Vaconiu. lib. 1. declarat. cap. 30. Connanus, libro. 1. capite. 3. Roscius lib. 2. memorab. cap. 4. Tullius, & Aristoteles in locis hic à iunioribus relatis.

2 Sed pro dubitandi ratione primo sic argumentor. Lex non semper præcipit, sed aliquã do vetat, permittit, punit. l. legis virtus. 7. D. de legib. capit. omnis autem. 3. dist. l. 5. tit. 1. par. 1. igitur non omne ius in præcipiendo cõsistit.

3 Secundo sic argumentor. Tertium præceptum, *Suum cuique tribuere*, vtrumque superius complectitur, nam qui suum cuique tribuit, simul & alterum non lædit, & honestè viuit, ergo vno posito reliqua necessariò consequuntur, quippe totius partes. At si recta esset partitio posset aliquis honestè viuere; cum tamen alterum læderet; & suum cuique non tribuere, cum alterum non læderet, ergo vitiosa partitio videtur.

4 His tamen difficultatibus satisfacies, primæ si *præcepta*, cum Zasio & Valla, atque alijs inmoribus, idest doctrinas, seu disciplinas exposueris; nisi cum erudito Oroscio in. l. iustitia. 10. §. iuris præcepta. num. 2. D. cod. dicas præcepta, quasi anticipationes, & cõmunes quasdam animi conceptiones, † *Præcipere* enim, non iubere tantum, sed & præsentire, præuidẽre, & præuenire est Nonio Marcello authore. Verg. 6. AEneid.

5 *Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.*
Et libro vndecimo.
Exultatque animis & spe iam præcipit hostem.
Cicero in Officijs. *Ingenij magni est præcipere cogitatione futura.* Iulius Capitolin. in Gordiano, *Senatus authoritate præcepta*, id est, præcognita. † Nulla enim gens, nullum hominũ genus, quod de iuris tribus his præceptis non habeat sine doctrina anticipationẽ. Hæ sunt cõmunes illæ notitiæ quibus mens humana iudicat de bono & æquo, de ciuili honestate, & formadis moribus. Philosophi appellant cõmunes notiones, & anteceptas animi rerũ informationes. D. August. dicit esse quædam extrema lineamenta imaginis Dei. Aristote. lib. 1. Rhetoricor. vocat cõmunem legẽ secundum naturã. Nobilis Philosophus Epictetus inlitã notitiam appellat, sic & omnibus communẽ, & omnium animis natura ingenerari, vt sine alio doctore, omnes homines faci è intelligãt discrimen boni & mali, honesti & turpis, decori & indecori. Grauissimè Cicero in libris de republica scribit, hanc naturæ legem esse rectam rationem, constantem & sempiternam, diffusamque in omnes, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat. Omnium optimè, & elegantissime Diuus Paulus ad Roman. *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Apostoli verba, quæ hic Balduinus retulit, recte etiam
7 exponit. † Plane tribus his præceptis quãuis alia plura sint longe maiora videlicet de Deo, & de religione, sed quæ ad externam & ciuilem politia non ita pertinent, multumque alioqui habent erroris, & caliginis propter humanæ naturæ corruptionem. Noster idem Vlpianus quia tria hæc præcepta enumerauit, antea de iure naturali agens, videlicet in. l. 2. D. h. t. primum eius præceptum esse ait, religionem erga Deum. Nulla enim gens est tam fera, cuius mentem non imbuerit Deorũ religio. Hoc tamen naturæ de Deo iudicium, item & eius cultu esse infirmum & cæcum vbi non regitur certo Dei verbo constat, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt

spiritus

spiritus Dei, quum tamen in vita ciuili & externis moribus maior sit vis humanæ rationis. Rectè ergo iuris hæc tria præcepta cum Oroscio & Balduino anticipationes, communesque animi conceptiones dicimus, vnde iã primum argumentum nihil obstat, cui & Zasij, & Vallæ opinione retenta magis in specie poteris respondere, quod etsi lex puniat, imperet, consulat, hortetur, vetet: omnia tamen iura scripta ad hanc causam finalem, quæ in tribus his præceptis continetur, referuntur: quæ præcepta, quasi iuris iussus appellantur, quod & multis alijs in locis frequens est, ex lib. 14. de verb. sig. pag. 518.

8 † Secundum minus obstat, nam hoc loco triplex officium cuiusuis hominis (non tantum Iureconsulti, vt Franciscus Hotomanus hic existimat) traditur, quod ita partiri oportet, primum ab ipsius personam tantum, vt ita vitam suam instituat, vt honorem decus & gloriam apud suos ciues consequatur: consequetur autem si honestè viuat, ea namque ratione paratur dignitas, vnde honesti viri nominantur. Alterum ad ipsius personam quæ cum alijs rationem habet, neminem videlicet lædere. Tertium officium ad aliorum
9 spectat personam. † Ex his tanquam ex præiacente materia omnes Diuinæ & humanæ leges prodierunt, quibus continentur tres illæ virtutes, quibus omnem vitæ actionem continere Cicero dixit, nempe modestiam, siue temperantiam, quæ docet honestè viuere. Fortitudinem, cuius proprium est iniurias propulsare, inferre verò minimè:
10 iustitiam quæ suum cuique tribuit. † Scribit Valerius tres esse humani generis pestes, & à quibus omnia mala proficiscuntur mortalibus. Libidinem, iram, cupiditatem. His nostra tria hæc præcepta iuris opposita sunt: nihil enim est, quod magis libidinem expellat, quàm honesta vita. Explodit ur ira, si in id aduigilemus, vt neque dicto, neque facto, nec quouis alio modo alicuius famam lacessamus. Cupiditas quoque coercetur si suum cuique tribuamus, alieni minime appetentes. Sed iam ex tribus his generalissimis præceptis deducamus nonnulla.

11 † HONESTE VIVERE. Quam late pateat, hoc honestum, siue decorum in omni vita nemo ignorat, & grauissimè Tullius in Officijs libro 1. & libro tertio de finibus scripsit. Iustinianus in Nouella. 77. Vt non luxurientur homines, &c. collatione. 6. eius certè apud viros bonos ea est vis, vt non modo quid liceat spectent, sed
12 magis quod honestum est, † siue in coniunctionibus. l. libertinus. l. 8. adoptiuus. 14. §. vnde nec vulgo. l. semper. 42. D. de ritu nuptiarum. siue in tutoribus dandis. l. scire oportet. 21. §. cum reliquis. D. de tutoribus, & curator. dat. ab his, siue etiam in contractibus. l. semper in conuentionibus. 57. D. de regu-
13 lis iuris. † vnde tametsi in iure ciuili toleretur concubinatus. l. 1. & toto titulo. D. de concubinis. diximus latè ad titulum infrà de hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur. cap. vnico. §. de legitima successione filiorum naturalium, tamen quia (vt ait Marcellus in l. stuprum. 41. aliàs. l. probrum. D. de ritu nuptiarum.) concubina non habet honestatem, vir bonus eam abominabitur. Idem de donationibus erga meretrices, quæ lex quidem omnino non prohibet, sed tamen iudicat esse inhonestas. l. affectionis. D. de donationibus.

14 † Honestas hæc non in factis modo, sed & in dictis verbisque, à quibus omnis obscœnitas abesse debet, seruanda est. Extat vetus Romuli lex, (quã hic Balduinus, & post ea in catalogo legum Romuli. §. 9. retulit, & cuius meminit Tiraquellus, ad leges connubiales. l. 16. num. 32. *ne quis præsentibus fœminis obscœna verba facito.* Sanctissima sane, & qua prudentissimus legislator quantam verecundiæ & pudicitiæ muliebris gessisset curam ostendit intelligens eam virtutum omnium esse custodem. Eum sequuti seueriores magistratus Romani fuêre vindices vel leuiter tentatæ, vel etiam offensæ muliebris castitatis, vt multis exemplis Balduinus dict. §. 9. osten-
15 dit Vlpianus, † in. l. item apud Labeonem. 15. §. qui turpibus. D. de iniur. cum respondissset, eum qui fœminæ pudicitiam aduersus bonos mores attentarit blanda oratione iniuriarum iudicio conueniri posse, adiecit, & eum qui verbis turpibus vtitur, quamuis non tentet pudicitiam, iniuriarum
16 tamen teneri. † Apud Terentium in Heautontimor. Chremes de amoribus filij nolens coram vxore verba facere. *Pudet*, inquit, *dicere hac præsente verbum turpe.* Scitus est ille Menandri Senarius à Diuo Paulo 1. ad Corint. cap. 15. vsurpatus:

Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Cuius sententiæ meminit Tertullia. lib. 1. ad vxorem, paulo ante fin. Iouianus Pontanus lib. 1. de amore coniugali, Baptista Mantuanus contra impudicè scribentes. Aristote. lib. 7. Polit. cap. 7. *Omnino*, inquit, *obscœnitas verborum si quicquam aliud, per legislatorem exterminanda est de ciuitate, ex turpibus enim loquendi licentia sequitur, & turpe facere.* Epictetus alter Philosophus, apud Antonium Monachum Melissæ, ideſt, apiculæ, tomo. 1. cap. 14. ait, *Fomentum libidinis sermo amatorius siue lasciuus est.* In hanc quoque sententiam D. Hieron. in epist. ad Demetriadẽ, cuius initium est, *Inter omnes.* Clem. Alex. lib. 2. Pædagog. c. 10. D. Paulus ad Ephes. c. 4. & 5. † Vnde 17

originem habere videtur apud nos l. 5. tit. 10. lib. 8. nouæ Recop. quæ statuit, nequis in posterũ noctu, diuve per vicos, vias, siue plateas obscœna verba dicere audeat, qui secus fecerit centum fustium ictibus vt cædatur, & per annũ exulet: quæ tamen vtinam in viridi (vt nostri dicunt) essent obseruantia, sed cum nullam lucro iudicum pecuniariam indicant pœnam, non solùm eam non exequuntur, verùm nec
18 eius mentionem habent. † Hinc non iniuria Lacedæmonij libros Archilochi è ciuitate sua exportari iusserunt, quòd eorũ parùm verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur, vt tradit Valer. Maxim. lib. 6. c. 3. † Nec
19 absimiliter Hiero ille post Gelonem Syracusanorum tyrannus Epicharmum poëtam Comicum mulcta affecit, quòd vxore eius præsente lasciuiæ quidpiam protulisset, vt testis est Plutar. in apophthegmatis Imperatorum.
20 † Hinc Castrensis in l. nullus. C. de summa Trinit. & fide cath. meretricem de vicinia expelli posse contendit. Vinc. Carocius tract. de locato, & conducto. tit. de sublocatione. q. 6. nu. 6. cum alijs Greg. Lopez in l. 14. glo. *En buena manera*. tit. 10. par. 5. & probare videtur. l. 2. tit. 22. par. 7. ibi. *Deuenlos echar fuera de la villa à ellos, e à las tales putas*. & in l. 1. & seq.
21 tit. 11. lib. 8. Recop. in quã rẽ iudicis officium implorandum est. † Item & vt meretrices cogat vt signum, aut vestes portent, quibus à matronis discernãtur, iuxta Bald. in l. mimæ. C de episcopali audientia. Quare & Domitianus Imperator (authore Suetonio) probrosis fœminis lecticæ vsum ademit. Carolus V. Romanorum etiam Imperator, & Hispaniarum Rex Augustissimus, sericis ne vtantur vestibus, neve auro, aut lapillis siue gemmis ornentur lege sanxit. l. 2. vers. 12. vers. *Que las mugeres publicas no puedan traer seda en manera alguna*. tit. 12. lib. 7. nou. Recop. D. Philippus II. idem postea in l. 3. vers. 18. *y en quanto toca à las mugeres publicas*. & in l. 4. §. 5. d. tit. 12. lib. 7 Recopil. & nouissimè anno 1590. & deinde,
22 anno nonagesimo quarto, statuit. † Memineris tamen meretricem non esse, quæ cum vno aut altero etiam pecunia accepta rem habet, sed eam, quæ palàm & pluribus se prostituit. l. palàm. 43. D. de ritu nupt. Oroscius in d. l. iustitia. §. iuris præcepta, num. 9. D. h. t. solam hanc de vicinia posse expelli. Alciatus in l. Massurius. 144, num. 3, D. de verb. sig. ne probis mulieribus malo sit exemplo, sequitur Oroscius vbi proximè, & ego quoque probo.
23 † Hue pertinent & alia quæ ab autoribus cõminisci solent, ne socius inuito socio meretrices in domum inducat, Accursius per text. ibi. in l. non aliter. 7. glos. 1. D. de vsu & hab. Ripa tract. de peste. c. 6. sub num. 7. & 8. ne socius inuito socio socium in honestum recipere in domum possit. Angelus in l. 1. §. si alter. D. quorum legatorum. Iaso. in l. 1, colum. pe-
24 nul. C. qui test. fac. possunt. † Ne inquilinus inhonestas mulieres in domum inducat (quem facturum cùm locatio facta fuerit, verisimile non fuerit) aliàs vt expelli de domo possit, iuxta Baldum in l. ædem. C. locati. verùm hæc etsi quotidiana sint, minutiora tamen quàm quæ ad generale præceptum hoc
25 alligent, latius enim patet honestas. † Generaliter Aretinus hic, quem sequuntur Bodeus. & Roscius. d. cap. 4. num. 3. eum honestè viuere aiunt, qui pro more patrio viuit. † Vn
26 de inferunt, si quid mulieri legatum esset, *donec honestè viueret*, legatum tandiu deberi vsque dum à moribus patriæ desciuerit, cum verba testatoris ex consuetudine regionis interpretationem accipiant. l. cum delationis. 18. §. alinam versiculo, *optimum ergo* D. de fundo instructo † Quid autem si testator se vxo
27 ri legare dixerit, quãdiu caste vixerit, an si nupserit legatum amittatur, Bodeus hic, ex proferentis qualitate constituendum arbitratur. Ego indistinctè cum communi eam legato potiri affirmo, vt olim cùm Bartolo scripsi in disputatione de mora, nu. 86. & nouissimè sequitur Pet. Morla in Emporio iuris 1. p. tit. 3. q. 1. ex num. 8. † Qui tamen quùm à me habuisset, & quæ prioribus & posterioribus numeris de vi geminationis ibi tradit totidem transcripsisset verbis, nomen meum suppressit, id quòd libens dissimulassem, sed veritus sum nequi disputationem illam nostram de emendatione moræ anno millesimo quingentesimo octogesimo nono typis excusam non viderunt, videbunt tamen postea existiment illi me contra surripuisse, quùm tamen eius Emporium decem postea annis fuerit impressum: certè hic qui aliàs legum bonarumque literarum peritissimus apparet, generalis huius præcepti, *suum cuique tribuere*, immemor fuit. Sed de secundo adijcianus iam pauca.

ALTERVM NON LAEDERE.

29 † Charitas bene ordinata à se ipso incipere cum debeat, vulg. l. Præses. 4. C. de seruit. & aqua, cum ex iuris generali hoc precepto alterum quis lædere non debeat, nec seipsum lædere posse in primis constat, alioqui capitali pœnæ subijcietur, qui impatientia doloris, aut tædio vitæ vltrò mortem sibi consciuerit. l. omne delictum. 6. §. qui se vulnerauerit. D. de re milit. l. si quis aliquid. 38. §. miles. D. de pœnis. toto titulo. D. de bonis eorum, qui ante senten. mort. sibi consciuer. (Iure Regio Hispano paulò aliter disponitur in. l. 24. tit. 1. & toto tit. 27. par. 7. l. 8. tit. 24. lib. 8. nouæ Recopil. explicat Anto. Gomez. 3. tom. c. 3. nu. 13.) Imo nec id alteri permittere licebit, quia dominus membrorum suorum nemo videtur. l. liber homo. 13. D. ad legem Aquiliã,

nisi

nisi id fortè fieri permiserit, quo corpus non deformaretur. l. 1. §. vsque adeo. D. de iniurijs.

30 † Planè quo ad alios attinet huius præcepti rationem elegantissimè noster Florētinus scripsit in. l. vt vim. 3. D. h. t. *Cum (inquit) inter nos cognationem quandam natura constituerit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.* Quod & Tullius in Officijs grauissimè probat: vnde & illa naturæ iustissima vox prodijt, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris,* non enim lædituralter, si id quod nobis fieri nolumus, alteri quoque non faciamus. cap. placuit. de maior. & obed. & id quidem ex varijs iuris argumentis comprobari posset, quibus passim prohibetur aliquid in odium, aut iniuriam alterius fieri: & sanè rectè, omnes enim viri boni qui habent aliquid naturalis iudicij intelligūt abstinendum esse ab iniurijs, si hanc humanæ societatis coniunctionem tueri volumus. Quinimo Papinianus in. l. seruus ea lege. 7. D. de seruis exportandis, nihil magis hominis interesse scripsit quàm hominem beneficio afficere.

31 Est deniq; tertiū iuris præceptū SVVM CVIQVE TRIBVERE. Quod res & facultates concernit, idest, ne alterum vel contrahendo, vel permutando decipiamus, & suum cuique tribuamus: quod non solius ciuilis, sed etiam vniuscuiusque etiam priuati vitis, ad præscriptum iuris, & rationis naturalis vitam suam componere: quod tamen iuris naturalis præceptum, quomodo temperatum & excultum vsu ciuili sit, docuit l. bona fides. 31. D. depositi, suum enim cuique ita distribuendum est, vt ab vllius iustiore petitione non distrahamur, & si duobus aliquid tribuēdum sit, illi potius cuius est æquior ratio, vt in illius capitis exemplo.

§. *Huius studij.* 4.

1 *Ius ciuile publicum, & priuatum: & quod publicum, quod priuatum sit.*
2 *Ius semper respicit publicam vtilitatem.*

1 IVSTITIAE, Iuris, & iurisprudentiæ definitione cognita, item & eius præceptis, iuris etiam diuisionem Iustinianus proponit, cuius duæ sunt partes. Alterum enim publicum est, alterum priuatum. Publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat, consistitque in publicis personis, rebus sacris, sacerdotibus, & magistratibus, vt exp icat gloss. nostra, verbo, *publicum*, & verbo, *priuatum*, hic cōmunis ex omnibus. Priuatum quod ad singulorū vtilitatem spectat & pertinet, vt in successionibus, contractibus, iudicijs, delictorum punitionibus, & similibus, quā diuisionē habuit Imperator ex l. 1. §. huius studij. D. eod. l. amissione. 5. §. fin. cum. l. sequenti. D. de cap. diminut. & consonat tex. in fine prooemij Part. explicabis ex Cicer. in partitionibus de legibus. Quintil. lib. 2. c. 4. Alc. in l. pupillus. 239. §. munus. D. de verb. sig. & lib. 2. parer. c. 25. Reuardo lib. 3. Variar. c. 12. Pratcio Dicæologiæ. c. 4. Vaconio lib. 1. declarat. c. 6. Constantio Lando lib. enarrationum, ad tit. D. eod. ex c. 9. cū tribus seq. Ant. Vaca, & Petro Velleio ad tit. D. eod. Roscio lib. 2. memorab. cap. 5.

2 † Sed obstat ius semper publicā vtilitatem spectare. c. erit autē lex. 4. dist. l. 4. l. 8. l. 9. l. 28. tit. 1. part. 1. igitur semper publicum ius erit.

Sed respondeinire publico & priuatum esse secundariò (vt nostri loquuntur) priuata enim vtilitas omnibus ex fœlici Reipublicæ statu descendit. Item & è conuerso in priuatis legibus & iure priuato publica salus continetur. arg. l. 1. D. soluto matrim. & in princ. infrà de vsucap. cum alijs multis. Priuatum igitur hoc ius de quo Iustin. hisce libris acturus est cum tripertitum sit, id est collectum ex iure naturali gentium & ciuili, ideo in seq. tit. de eis disputationem instituit.

Titulus II.

De iure naturali gentium & ciuili.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Iuris naturalis definitio exornata.*
2 *Ius naturale in brutis animalibus non esse, & num.* 3.
4 *Ius naturale primæuum: & alterum ius naturale secundarium, & quale vtrumque.*

1 IVRIS Naturalis definitionem hic Iustinianus præscribit his verbis, *ius naturale est quod natura omnia animalia docuit*, quam scripserat I. C. in l. 1. §. ius naturale. D. de iust. & iure. consonat. l. 2. tit. 1. p. 1. explicant Forcatulus dialogo 37. & in Auiario. c. 2. Coras. lib. 6. miscel. c. 25. Ray. Corsus lib. 1. indagat. c. 10. Connan. lib. 1. c. 4. & 5. Pinel. in rubr. de rescind. vendit. 1. p. num. 11. & 19. Rosc. lib. 2. memor c. 6. & seq. Greg. in d. l. 2. verb. *casamiento*. Matienço in rubr. ex num. 2. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. De iuris diuisione, in naturale gentium, & ciuile. Gregor. Madera. c. 3. & de iuris naturalis definitione idem d. lib. singular. animaduersion. cap. 2.

2 † Sed grauiter obstat, in brutis & animalibus irrationalibus nullū ius esse posse, cum in eis nulla sit ratio, neq; intellectus quo inspercipere possint, quod quidē ius (vt suprà vidimus) est ars boni & æqui, iusti atq; iniusti scientia, ergo naturalis iuris animalia præter hominem peritiam non habent, vt Iustinianus hic probat.

3 † Secundò. Pactorum obseruatio iuris naturalis est. l. 1. D. de pactis. l. 1. D. de cõst. pec. itẽ & antidoralis obligatio. l. sed & si lege. 28. §. consuluit. D. de petit. hæredit. c. cum in officijs. 7. de testam. Item & quarũdam rerum acquisitio. § singulorũ. infrà de rer. diuis. & alia plurima id genus. Hæc autem omnia ad solos homines non ad animalia spectant, igitur ius naturale solius generis humani non animaliũ proprium est.

Tertiò obstat etiam. c. ius naturale. 1. dist. vbi naturale ius solis hominibus non animalibus attribuitur, ergo non est commune.

Quartò. Liberorum educatio non iuris naturalis sed ciuilis est. l. siquis à liberis. 5. D. de lib. agnos. l. 1. C. de alend. lib. c. cum haberet. 5 de eo qui duxit in mat. igitur non naturalis vt noster tex. probat.

4 † Quibus difficultatibus vt satisfacias, aduerte ius naturale bifariam in nostris legibus accipi. Primum in largissima significatione à causa efficiente definitur esse illud, quòd natura omnia animalia docuit, ideſt, quod solo instinctu constat, & inclinatione naturali tàm hominibus, quam cæteris animantibus commune, vt *seipsum diligere, se se conseruare, declinare ea quæ nocitura videntur, vim vi repellere, quærere & parare ad vitã necessaria, sui simile procreare*, & id genus alia. Hunc autẽ instinctũ siue affectionem, nostri ius naturale primæuũ, siue primariũ appellant, ad differentiam alterius iuris naturalis, quod verè & propriè ius naturale est hominibus tantũ cõueniẽs, & in sola naturali ratione cõquiescens, qua à cæteris brutis animantibus distamus, vt *erga Deũ religio, amor parẽtũ & patriæ, obligatio antidoralis, pactorum obseruatio, honestè vt viuamus, alterum ne lædamus, suũ cuiq; vt tribuamus*, quod quidem posterius naturæ ius, à Doctoribus secundariũ ius naturale appellatur, ad prioris differentiam, quod potius naturæ impetus, affectus, & inclinatio dici debuit quam, ius, vt lib. 4. elegantiarum notat Valla, & optimè post alios Mynsingerius ex nu. 1. hic. Exempla igitur in argumentis adducta, ex isto secundario naturali iure sunt, quòd & primæuum ius gẽtium à Doctoribus etiam dicitur, vt & nos in §. ius gentium infrà eod. explicabimus, notantes tamen iuxta hũc nostrum, ius naturale vnicũ esse, non duplex, illudque hominibus tantum conueniens, quicquid crassa, (vt aiunt) Minerua, alij doctrinæ gratia admiserint, ius imbellius appellantes quod solo instinctu & affectione fit. Couar. in regul. peccatum. 2. 1. §. 11. n. 2.

§. *Ius autem ciuile.* 1. *in versic. quod verò naturalis ratio, iuncto.* §. *Ius autem gentium.* 3.

1 *Iuris gentium definitio. & num. seq.*

4 *Iuris gentium primum caput.*

5 *Iuris gentium secundum caput.*

6 §. *de constituta. infrà, de actionibus.*

1 CVM Quatuor hisce institutionũ libris de iure ciuili Romanorum Imper. Iustin. acturus sit, quòd quidem (vt supra in §. fin. de iust. & iure vidisti) ex naturali gẽtiũ, & cuiusque ciuitatis iure descẽdit, iure naturali cognito, quid sit ius gẽtiũ intelligamus oportet; eius autẽ definitio, in d. §. ius autẽ gentiũ, & hic his verbis traditur, *ius gentium est quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, vsu exigente, humanisq; necessitatibus postulantibus*, desumpta ex I. C. in l. 1. §. ius gentium. l. manumissiones 4. l. ex hoc iure. 5. l. omnes populi. 9. D. de iust. & iure. consonat. l. 2. versic. *otro si ius gentium.* tit. 1. par. 2. explicant Connanus lib. 1. cap. 6. & 7. Forcatulus dialogo. 30. Roscius lib. 2. memor. c. 8. Ferandus lib. 2. explicat. c. 4. Constãtius Landus lib. enarrationũ, c. 18. & c. 23. Pinelus in rub. de rescind. vend. 1. p. c. 1. nu. 3. & alij plurimi quos refert Petr. Brosicus in notis ad ius ciuile, ad l. 4. 5. & 9. D. de iust. & iure.

2 † Sed obstat, id quidem quòd naturali ratione apud omnes gentes admissum est, non ius gentium, sed naturale appellari debere, quod & probare videtur d. l. 1. §. ius gentium. de iust. & iure. Cui difficultati & illud accedere potest, plurima exempla hic. & d. §. ius gentium. scripta, ex ipso etiam naturali iure videri, vt vides in violentiæ propulsione quæ iuris naturalis est. l. 1. §. cum arietes. D. si quad. paup. fecisse. dic. l. vt vim. 3. D. de iust. & iure. l. 1. C. vnde vi. Tertiò, aliquos contractus iuris ciuilis esse constat vt *verborum obligatio.* §. de constituta. infrà de act. literarum obligatio. §. 1. infrà de lit. oblig. & alibi; Igitur nõ sunt iuris gentium, vt in. §. ius gentium. inf. eod. traditur.

3 † His tamen & alijs vt satisfacias obserua, Ius gentium esse ex naturali quidem ratione profectum, non tamẽ simpliciter, & ab initio, sed ita exigẽte necessitate humana, & per discursum aliquẽ practicũ. Cũ enim paulò post mundi creationem, quo tempore solum ius naturale necessarium fuit, tanta esset hominum improbitas, vt non possent omnes homines simul conseruari, suadebat ipsa naturalis ratio, ad eiusdem naturæ conseruationem, exigẽbatque publica necessitas, vt è medio tollerentur qui alios læderent, & publicam hominum societatem turbarent. † Hinc ortum 4 est primum cap. iuris gentium, videlicet *puniri fontes*; sub quo comprehendimus, bella, captiuitates, seruitutes, pœnas, magistratus, & iudi- 5 cia. † Hinc etiam propter corrũptam hominum naturam cueniebat, vt potentiores, alios prohiberent à multarũ rerũ vsu, & fructu, naturali ratione factum est vt cuique homini aliquid

quid proprium assignaretur, deriuatumque est & aliud caput iuris gentium, quippe *Res diuidere*, sub quo, discretæ gentes, rerum dominia distincta, regna condita, agris termini positi, ædificia collocata, commercia, conuentiones, obligationesque, & contractus omnes; quibus omnibus rebus quia informes erant, iuribus municipalibus & ciuitatũ formę & actiones postea datæ sunt, cum tamen ex ipso iure
6 gentium essent. † Neque obstat text. indict. §. de constituta, & c. ideò enim Imperator. in d. § ius gentium, *omnes penè contractus* ex eo iure dixit esse, vt tres, qui iuris ciuilis sunt exciperet, de quibus per gloss. & scribentes hic, & in d. l. ex hoc iure. ibi, *exceptis quibusdam.*

§. *Sed ius quidem.* 2. *iuncto vers. c. Nam quod quisq;* §. *Ius autem* 1.

1 *Iuris ciuilis definitio, & num.* 3.
2 *Populum post legem Regiam ius constituere nõ posse, & num.* 6.
4 *Ius ciuile quatenus iuri naturali addit, detrahit seruit.*
5 *Ius ciuile ex vnaquaque ciuitate dicitur.*

IVre naturali, & iure gentium cognito, quid
1 sit ius ciuile intelligere restat. † *Est autẽ ius ciuile, illud quod quisque populus sibi cõstituit.* vt hic & in dict. vers. *nam quod quisque*, probatum est, & in l. ius ciuile. 6. in l. ius autem ciuile. 7. in d. l. omnes populi. 9. D. de iust. & iure. c. ius ciuile. 1. d. Catholica. 11. d. c. 1. de consec. d. 3. explicant Conan. lib. 1. c. 7. Duare. de pact. pagina. 16. Ferandus lib. 1. explicationum. cap. 5. Constantius Landus ad tit. D. de iust. & iure, c. 25. & seq. Reuardus in Triboniano. c. 18.
2 † Sed obstat populum omne suum imperiũ lege lata in Regem trãstulisse. §. sed quod principi. infra eod. l. 1. D. de constit. Princip. indeque sibi ius statuere non posse, cuius condendi auctoritas soli Principi tributa est l. ff. in fi. C. de legibus. l. 12. l. 14. tit. 1. par. 1. ergo populus sibi ius constituere non poterit, neq; illud ius ciuile appellabitur. † Cui difficultati vt satisfacias obserua, quod quemadmodũ ius gẽtium ab omnibus gentibus dicitur, quia omnes gentes eo vtuntur, (vt suprà in §. 1.) sic ius ciuile appellatur, quod quisque populus ipse sibi ius cõstituit, quasi proprium ipsius ciuitatis, tex. in d. vers. *nam quod quisque*, & in d. l. omnes po
4 puli. † Hoc autem ius ciuile, nec in totum à iure naturali discedit, nec per omnia ei seruit, sed aliquando ei detrahit, aliquando ei addit. d. l. ius ciuile. id est, nunquam ius ciuile à naturali recedit, sic vt quid contrarium iuri naturali, eo statuatur, quia tunc non ius, aut lex, sed brutalis traditio esset, omnino reijciẽda: nec per omnia ei seruit, id est, non idemmet à iure ciuili disponitur, quod iure naturali cauetur, quia ius ciuile tunc esset superfluum: sed aliquid cũ additur iuri naturali vel gentium, tunc ius ciuile efficitur, quia quisque populus necessitatibus postulantibus pro rerum varietate iura sibi fa-
5 cit. † Sicque ius ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur, vt ius ciuile Athenienſium, quo Athenienses vtuntur, ius ciuile Romanorum, quod apud Romanos obseruatur, & ciuile Hispanorũ quod apud Hispanos custoditur, text. hic cum similibus. Cum tamen non additur nomen ciuitatis aut Regni, sed simpliciter *ius ciuile* dicimus, intelligimus, *ius ciuile Romanorum*, vt hic.
6 † Neque obstat populum legem condere nõ posse, quia nostrum text. interpretamur in populo nulli principi subdito, quod si subiectus populus sit ipsius nomine, & potestate ab eo accepta Princeps legem facit. d. l. fin. C. de legib. coniuncto text. in d. §. sed quod principi. An autem populus qui superiorem habet, leges aut statuta facere possit, latè Bart. & omnes in l. omnes populi. D. de iustit. & iure. Gregor. in l. 12. tit. 1. part. 1.

§. *Constat.* 4. *& §. Non ineleganter.* 12.

1 *Ius ciuile constat ex scripto, & non scripto.*
2 *Ius scriptum ab Athenienſibus initium habuit.*
3 *Ius non scriptum à Lacedæmonijs promanauit.*

HOc ius ciuile Romanorũ in duas species
1 distributum est. Constat enim aut ex scripto, aut sine scripto. l. ius ciuile. 6. §. 1. cum. l. sequen. D. de iust. & iure. exornat Cicero lib. Topicorum, & ad eum Pet. Velleius. §. 19. nu. 22. eius origo ab institutis duarum ciuitatum Athenienſium, & Lacedæmoniorum fluxisse
2 videtur. † Ius scriptum quod ex *legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis principum, prætorum editus, & responsis prudentum venit*, ex Athenienſibus promanasse videtur, qui adeò scriptis legibus dediti fuere, vt in eis in iocum atque opprobrium verteretur, quasi scribendis magis, quàm obseruandis legibus animum intẽderent. † Ius autem sine scripto est quod
3 vsus approbauit, diuturni enim mores consensu vtentium cõprobati, legem imitatur, quod ex Lacedæmonijs descendit; qui ea quæ pro legibus obseruabant, memoriæ potius quàm scriptis mandabant, quod Lycurgũ eorum legislatorem sanxisse, auctor est Plutarchus in eius vita, à quibus Romani ius ciuile habuisse tempore nascentis reipublicæ auctor est I. C. in l. 2. §. exactis, in 1. D. de orig. iur. Liuius lib. 3. ab vrbe condita. Feneſtella lib. de magistratibus Romanis. c. 4. Diodorus lib. 12. quam rẽ post hos accuratè, latè, & eleganter, præter ordinarios hic prosequuntur Alciat. lib. 2. prætermiss. & lib. 2. disputat. cap. 5. Conan. lib. 1. ca. 12. & sequent. Hotoman. Balduinus, & alij ad

leges 12. tabul. in initio, Reuardus de auctoritate prudentum. c. 14. Raynal. Corsus. lib. 1. in dagationu n, cap. 12. Plato, lib. 8. de republica, Halycarnaseus lib. 10. singulas igitur species Iur s scripti, & non scripti, vt explicemus oportet.

§. Lex est. 5.

1 *Legis definitio ex Iustiniano.*
2 *Legis ferendæ mos, remissiuè.*
3 *Lex an scribi necessariò debeat, remissiuè.*

1 CVm † igitur ius hoc ex scripto, & sine scripto sit, & scriptum ex partibus suprà relatis constet, quarum prior lex enumeratur, eius definitionem Iustinianus hîc notat, probans legem esse, *Quod populus Romanus senatorio*
2 *magistratu interrogante constituebat.* † Cuius legis ferendæ mos, latè describitur à Connano lib. 1. cap. 13. n. 2. Mecerio, lib. 2. opin. ca. 13. Anto. Augustl. lib. singulari, de legibus & Senatusconsultis, cap. 1. cum seqq. illud autem quod interrogante consule Pop. Rom. decernebat, ideò lex appellabatur, quoniam Magistratus illi qui legem rogauerant, qui ideò legumlatores appellabantur, eas leges tabulis incisas æneis parieti affigebant, vt à populo legerentur; quare rectè Marcus Varro, Nonius
3 Marcellus, item & Festus Pompeius, † legem à legendo, dicunt, & arridere videtur. l. 4. ibi. *Ley tanto quiere dezir como leyenda.* ti. 1. p. 1. (An autem pro substantia legis scriptura requiratur, late ad partes disputat Morla in Emporio iuris. 1. p. ti. 1. q. 4.) cuius multiplices significationes apud proxime relatos videre poteris, item & apud Hotom. Briso. Berruciũ, & Prateium, de verb. iur. verb. *Lex.* Hoc tamen loci à Iustiniano pro vna iuris scripti specie & parte peculiariter accipitur, & si omne ius scriptum ex superioribus, non male lex posset appellari. Ea verò ex consulis rogatione & Pop. Romani consensu perficiebatur, vt vides.

§. Plebiscitum. 6.

1 *Plebiscitum pars est iuris ciuilis scripti: & quid sit, & quatenus Romanos ciues adstringeret.*
2 *Plebs à populo quatenus differat.*

1 EST & altera iuris Ciuilis scripti pars, quæ *Plebiscitum* dicitur, id est, quod plebs Plebeio magistratu interrogante constituebat, quod quidem Plebiscitum nec Patritios, ideſt, qui ex origine senatoria fuerant, nec Romanos nobiles, sed Plebeios tantum adstringebat, donec Q. Hortensius Dictator lege lata, quæ ab eo *Hortensia* appellata fuit, vt discordias, quę inter Patritios & nobiles, atque Plebeios erant sedaret, Plebiscita, non minus quã leges omnes ciues tenere cœperũt, cuius rei perfectam cognitionem habebis ex l. 2. §. dein de cum esset in ciuitate. D. de orig. iur. Aulo Gellio lib. 15. Noct. Attic. Plinio. li. 16. Liuio lib. 3. ab vrbe condita, Conano. d. lib. 1. c. 13. n. 5. Alexan. ab Alex. lib. 6. c. 23. Vberto Goltzio de origine & statu Pop. Rom. Magistratuũque apud Romanos initijs & mutationibus, per totum; cum enim inter Plebem, & Patritios discordiæ subortæ essent, & plebs ne Patrum legibus obnoxia videretur, proprium ius constituisset, *Plebiscitum* appellatum fuit, quod legis vim posteà quoad omnes habere
2 cœpit. † Differt autem Plebs à Populo, vt vides ex hoc textu, quo genus à specie, nam appellatione Populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patritijs & senatoribus; Plebis autem appellatione cæteri ciues sine Patritijs & senatoribus significantur, vti Alciatus notat li. 3. dispunct. c. 13. Aulus Gellius lib. 10. noct. Attic. ca. 10. Consultus in l. plebs 238. D. de verb. signific. & videbis Anto. Contium lib. 2. succeſſ. lect. ca. 13. Mercerium lib. 2. opin. cap. 15. & cap. 19.

§. Senatusconsultum. 7.

1 *Senatus consulta vnde originem habuerint, & quæ eorum potestas.*

1 CONstat deinde ius ciuile scriptum & ex Senatusconsultis; cum enim auctus esset Pop. Rom. in eum modum, vt non facile posset in vnum conuocari, legis sanciendæ causa, suprema potestas Senatui concessa legis Rogandæ fuit, indeque quicquid de rebus ad eum relatis Senatus censuerat, *Senatusconsultum* appellabatur, vt vides ex hoc textu, & l. 2. col. 3. §. deinde quia difficile. D. de orig. iur. de qua re latè Lucius Fenestella, libel. de legib. Roman. Aulus Gellius lib. 14. ca. 1. Iulius Capitolinus in vita Maximini, Zazius in d. §. Deinde, Conanus lib. 1. cap. 14. Mercerius lib. 2. opin. ca. 3. Alex. ab Alexan. lib. 4. cap. 11. Hotom. tracta. de Senatu, post libros de verb. iuris. Anto. Augustl. lib. singulari de legibus. 2. part.

§. Sed, & quod Principi. 8.

1 *Principis placita, quæ iuris ciuilis pars sunt vnde initium habuerunt.*
2 *Principis placitum triplex.*

1 PRætereà est & alia iuris ciuilis scripti pars in Principum placitis, siue decretis constituta, cum enim Romana Respub. initio Reges sibi elegerit, ac constituerit: ac demum in annales Consules summam potestatem transtulerit, tandem in Augustum Cæsarem, eiusque successores Regia lege lata per populum ipsum, ac

sum, ac Romanam communitatem, omne suũ Imperium & potestatẽ contulit, vt inde quicquid principi placuisset, dum tamen ex æquo & bono esset, honesti carceres non excedens, & legis condendæ animo constitutum, quodque non pugnaret cum iure naturali, & honestatis formula, legis haberet vigorem, vt planè ex hoc text. probabis, & ex l. 2. §. nouissimè, & §. cum placuisset. D. de orig. iuris. l. 1. D. de constitut. Princip. l. vnic. D. de off. Præf. Præt. l. 1. §. sed in hoc studium. C. de vet. iure enucl.

2 † Quia in re, vt ex hoc textu vides, meminisse oportebit, Principis placitum trifariam accipi posse: namq; aut ex singulari indulgentia personam, rem, vel vniuersitatem aliquam à communi obseruatione eximit, & est priuilegium, vt hic versic. *planè*. cã. priuilegia. 3. distin. aut per legitimam congregationem, quam territorium, aut extrinseca qualitas personarum, vel rerum colligit, constituitur, & est ius municipale, siue statutum: aut verò ius aliquod ex plena iurisdictione sic emittitur, vt vniuersaliter omnes suæ iurisdictioni subiectos liget, & tũc ius commune est, vt optimè. n. 5. hic Minsing. aduertit, post quem & alios hic quod attinet ad huius paragraphi interpretationem, & legis Regiæ explicationem, videbis Corasium lib. 6. miscell. ca. 8. Duaren. lib. 2. disputatio. c. 15. Charond. lib. 1. coniectur. cap. 2. Goueanũ. lib. 2. varia. cap 30. Balduinum ad ll. Romuli in fine. Couar. pract. quæst. cap. 1. nu. 3. Mincha. lib. 1. controuers. illust. cap. 1. Mendoça lib. 1. disput. cap. 5. ex nu. 14. & Regiam. l. 1. & 2. tit. 1. part. 2.

§. *Prætorumquoque edicta.* 9.

1 *Prætorum edicta quando, & quare inducta.*
2 *Prætor in Pop. Rom. initio vnicus, postea plures creati fuêre, & quale eorum munus.*
3 *Edicta Prætorum cur ita dicerentur.*
4 *Edicta Prætorũ initio annua, deinde perpetua.*
5 *Prætorium ius aliquãdo Honorariũ appellatur.*

1 PRætorum edicta inter iuris ciuilis scripti partes siue species enumerantur, vt vides ex hoc tex. & l. 2. §. eodem tempore. §. cumque Consules, & §. Deinde Cornelius D. de orig. iur. cum enim leges. 12. tabularum, quæ breuissimis modis comprehensæ erãt omnibus rerum dubijs atque emergentibus causis non possent sufficere, Prætor constitutus fuit, tanquam legis quidã moderator, & administrator, qui pro suâ prudentia eam interpretaretur, & ad similia negotia accommodaret, cui tanta concessa fuit potestas, vt non solum, iuuare, aut suppliere, verum, & abrogare ius posset. l. ius autem ciuile. 7. §. 1. de iust. tia & iure.

2 † Is Prætor, initio, vnicus fuit, qui quia ius in colis Romæ dicebat Vrbanus appellatus fuit, d. §. cumque Consules, poteratq; & noua iura condere, veteraque abrogare. Postea, eo nõ sufficiente Prætore Vrbano, quòd multa turba etiam peregrinorũ in vrbem veniret, creatus fuit & alius Prætor, qui Peregrinus dictus est ab eo quod inter peregrinos, & de rebus peregrè gestis cognoscebat, vt in d. §. cumque. Adiectique postea crescente Imperio, & alij fuêre, sic vt octodecim essent, dict. §. Deinde.

3 † Horum autem, & aliorum magistratuum, vt AEdilium Curulium, quibus hęc fuit commissa potestas, iussa & vetita, ideo edicta dicebantur, quia in alba tabula proponebantur, vt ab eis edicta omnibus innotescerent, vt in d. §. eo-

4 dem tẽpore. † Quia verò ij magistratus erãt annui, edicta similiter eorum fuêre annua tex. in princip. inf. de perpetuis, & tẽpora. act. quæ edictorum inconstantia & mutabilitas, cum magnam daret licentiam Prætoribus arbitratu suo, proque libidine suâ, & quæstu nunc ex edictis suis nũc contra quam edixissent, ius dicere, Cornelius Balbus legẽ tulit, vt ex dictis perpetuis ius æqualiter Prætores omnibus tederent. Ea edicta deinde per Ofilium & Iulianum composita in vnũ quasi corpus, edictum perpetuum dici cæperunt l. 2. col. 5. §. si quid igitur tale C. de vet. iure enucle. l. 2. ibi. *ordinem edicti perpetui*. D. de stat. hom. Pars igitur iuris scripti quæ posita est in edictis Prætorum, ad hunc modum se habet. † Quæ &

5 ius Prætorium, & ius honorarium aliquando solet appellari, vt hîc eius rei rationem reddẽs Iustinia. obseruat, Caius in l. ius autem. §. 1. & l. sequent. D. de iust. & iure explicant eruditè post recentiores hic Conan. lib. 1. cap. 15. nu. 1. & 2. Duare. lib. 1. disput. cap. 48. Ray. Corsus lib. 3. indagat. cap. 4. Belonus lib. 1. supput. cap. 9. Cuia. lib. 8. obseruat. cap. 38. Hotoman. de magistratibus Romanis. §. Prætor Vrban. & sequen. ante quos Alexan. ab Alexan. lib. 2. dier. genial. ca. 15. & lib. 4. cap. 4. & ad eum Tiraquel. Mendoçã lib. 1. disputat. cap. 2. D. Ludouicus Paramo de orig. & progressu officij Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. q. 5. ex num. 1.

§. *Responsa prudentum.* 10.

1 *Responsis Prudentum quando legis tributa potestas.*
2 *Lectio huius Paragraphi, emendata.*
3 *Ius scriptum in quibus constitit.*

1 TAndem ex Prudentum responsis, opinionibus & sententijs ius ciuile scriptum collectum est, quibus à Cæsare Augusto ius respondendi datum est, sicque eorum dignitas & auctoritas aucta, vt ab eorum responsis iudici recedere non liceret, appellabanturque *Iurisconsulti*, vt in Pandectis frequenter nominantur, certusq; erat initio, & delectus eorum nume-

rus,

rus, quibus ab Augusto ea potestas tributa fuit. Ij ius interpretabantur, & eorum responsa sic obseruabantur, vt illos iura condere dicerentur, vt in nostro textu vides, iuxta vulg. lectionem, ibi. *iura condere*, quam & probare videtur text. in l. si furiosi. 25. ibi. *Omnes penè iuris antiqui conditores.* C. de nuptijs in l. nulla. 23 C. de procurat. in l. 1. C. de communi ser. man. & apud Eutropium lib. 8. qui Vlpianum iuris
2 conditorem appellat. † Vulgatam tamen hanc lectionem reijciunt Hotomanus Balduinus, & Minsingerius hic, & sic legunt *quibus permissum erat de iure respondere*, quæ & verior est, nouioribus codicibus probata, & autoritate Consulti. in l. 1. in princip. & in fin. & in l. 2. §. iuris ciuilis, & §. Primus Diuus Augustus. D. de orig. iur. nisi primam ideo retineas, quia eorum interpretatione ius constituebatur, vnde non malè eos iura condere dictum fuit, vt Cuiacius lib. 7. obser. ca. 25. notat, quem & Conanum lib. 1. cap. 15. ex num. 3. videbis, item, & Rebardum, integro libro de autoritate Prudentum, Hotomanum in suo Iurisconsulto. Duaren. lib. 1. disput. cap. 11. Coras. epistolicarum quæst. cap. 6. Eutropium lib. 8. de responsis Prudentum, quorum quanta fuerit autoritas latè Cicero pro Cecina declarat, & l. 1. tit.
3 4. li. 1. in Cod. Theodosia. † In his igitur ius omne scriptum consistit, in his scilicet quę vel à *Populo* constituta sunt, vt in §. lex est, vel à *Plebe*, vt in §. plebiscitum, vel a *Senatu*, vt in §. senatus consultum, vel à *Principe*, vt in §. sed & quod principi, vel à *Magistratibus*, *P. R.* vt in §. Prætorum quoq; edicta, vel ex *responsis Prudentum*, vt in hoc paragrapho.

§. Ex non scripto. 11.

1 *Ius non scriptum moribus & consuetudine inductum fuit.*
2 *L. de quibus 32. D. de legibus. & l. 2. C. Quæ sit longa consuetudo, & num. sequent.*

1 IVris scripti partibus explicatis, iuris nõ scripti expositio succedit, quod ex eo quod vsus approbauit constituitur, diuturni enim mores consensu vtentium comprobati legem imitãtur, quod ius consuetudo appellatur, est enim consuetudo ius quoddam non scriptum moribus vtentium introductum habens vim legis, vt vides ex nostro text. & l. de quibus 32. cum octo sequen. D. de legib. l. 1. iuxt. fin ibi. *Vetustatem vicem legis obtinere.* D. de aq. plu. arc. ca. consuetudo. 1. d. tot. tit. 2. par. 1. vbi eleganter Gregor. Lop. per omnes leges explicuit, latè Petr. de Salazar, integro libello de vsu & consuetud. plurima Ioan. Garcian. regu. 94. & regu. 155. n. 13. Cona. lib. 1. c. 10. Cuia. lib. 10. obs. ca. 1. Reuardus de autorit. Prud. c. 16. Menoch. lib. 2. de arbitrarijs, casu. 80. cum trib. sequen. Raynald. Corsus lib. 1. indig. c. 12. omnes doctores in d. l. de quibus, & Canonistæ in c. fi. de consuetudine, quos videbitis in quæstionibus consuetudinarium ius spectantibus.

2 Nostro tamen textui, itẽ, & d. l. de quib. & similibus grauiter obstat tx. in l. 2. C. quæ sit long. consuetud. ibi. *verum non vsque adeò sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem*, quibus verbis vides probari consuetudinem legis vim non superare, nec consuetudine legem tolli posse.

3 † Quam difficultatem, varijs omissis interpretationibus quas relati auctores comminiscuntur, ego sic explicare soleo, consuetudinẽ vim legis habere, vt in nostro text. & simil. neque contrarium probat d. l. 2. vbi cum Cæsares de potestate consuetudinis agerent, deq; eius auctoritate, vt probant priora verba, constituunt vtriusque parem vim esse, ita vt nec consuetudo legem, nec lex consuetudinem vincat, id est, ea omnia quę lege fieri possunt, posse etiam fieri & consuetudine, & è conuerso, quæ consuetudine inducuntur, posse & similiter effici lege, qui est veriss. illius difficilis legis sensus quem omnino obseruabis.

§. Et non inelegánter. 12.

1 *Explicatio huius textus remissiuè.*

1 HVnc text. exposuimus supra in §. constat 4. huius tituli, videbitis pro eius exornatione auctores quos ibidem citauimus.

§. Sed naturalia. 13.

1 *Naturalia iura immutabilia sunt.*
2 *Libertas naturalis hominibus est.*
3 *Locupletari cum aliena iactura ius non sinit.*
4 *Vsucapio lege ciuili inducta fuit.*
5 *Naturalis lex alia etiam naturali aliquando abrogatur.*
6 *Lex ciuilis alia ciuili tolli & mutari potest.*

1 VIdes ex hac priori parte huius text. iura naturalia immutabilia esse, quod & probat tx. in §. minus. inf. de hered. quæ ab intest. l. 5. tit. 24. par. 4. l. 34. tit. 34. par. 7. cum pluribus alijs quæ nos plena manu congessimus, ad l. 3. & 7. Cod. de mutil egulis. lib. 11. ex nu. 4.

2 Sed obstat, † libertatem iuris naturalis esse. § & libertas inf. de iure pers. (vbi dicemus) sed seruitute adimitur. §. seruitus inf. illo titu. ergo seruitute ius naturæ violatur, & immutatur. Secundò, † eâdem natura insitum est nequis cum aliena iactura locupletetur. l. nã hoc
3 natura 14. D. de condict. indeb. l. 17. ti. 34. par. 7. iunctis à nobis latè, & accuratè traditis ad d. l. 3. sub nu. 37. sed † lege ciuili inducta fuit
4 vsucapio, qua quis rei alienæ inuito domino do-minium fieri potest.

minium nãciscitur, vt per tot. D. de vsucapionibus cum mult. tit. sequent. & inf. eod. tit. alibique passim, igitur vsucapione ius naturale infirmatur. Tertio legitima filijs iure naturali debetur. §. 1. ibi. *hinc liberorum procreatio.* supra eodem cap. ius naturale. 1. dist. l. 1. D. de portio. quę filijs dam. l. scripto in fin. D. vnde lib. Sed ea exheredatione tolli potest, vt per totũ D. C. & Instit. de inoff. testam. ergo & ius naturale potest abrogari ciuili lege.

5 Quibus difficultatibus, & alijs pluribus similibus, vt satisfacias, obserua legem naturalem, firmam immutabilemque esse iuxta textũ nostrum, cum similibus. Neque contrarium argumentis probatur, nam quotiescumque duę naturales leges concurrunt, vt in omnibus exemplis, inferior flectitur, & superiori cedit, ob cõmune bonum, & publicam reipublicæ salutẽ, nec tunc dicimus legem naturalem, ciuili lege tolli, sed altera potẽtiori naturali lege, argum. l. Stichum. 95. §. naturalis, ibi. *Nam vinculum æquitatis quo ipso sustinebatur, conuentionis æquitate dissolutur.* D. de solut. quam rem omnimm optime exemplis illustrauimus, in d. l. 3. ex n. 73. quæ omnino videatis.

6 In versic. *La verò.* † Disce legem ciuilem, sinè aliam positiuã altera ciuili lege posse mutari; idem probat text. in l. non est nouum. 26. cum duab. seqq. in l. de quibus 32. in fin. cum alijs. D. de legib. eleg. tex. in cap. non debet. 8. vbi glo. 1. & 2. de consang. & affin. l. 11. tit. 1. part. 1. vbi Gregor. verbo. *razon.* & nos aliqua in dict. l. 3. num. 74. ad med.

Titulus III.

De iure personarum.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Diuisio iuris ciuilis triplex in personas, res, & actiones.*
2 *Hominum causa iura constituta.*
3 *Homines omnes, aut liberi sunt aut serui.*
4 *Hominum tertia species, exposita. num. 5.*

1 EST & alia iuris ciuilis (cuius sup. ex §. 1. tit. 1. mentionem fecimus) diuisio, namq; vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Ad personas, quia de earum statu & cõditione tractatur, vt integro hoc lib. 1. Ad res, quia qualiter acquirantur, conseruentur, alienentur, aut amittantur, iure ciuili disponitur, vt ex tit. 1. inf. lib. 2. Ad actiones, quia qualiter nobis cõpetant, qualiterq; eis vti debeamus eodem iure traditur, vt inf. lib. 4. ex tit. 6. Hæcque est summaria iuris diuisio, quam etiam scripserat Caius in l. 1. D. de stat. hom exornat Duaren.
2 lib. 1. disput. cap. 15. † Quia verò hominum causa omne ius constitutum est, vt & hîc probat Iustin. & anteà Caius in l. 2. D. de stat. ho. à dignioribus initium faciens, (vti decet, & obseruat tex. in proœm. 5. partitę. ibi, *porque son mas nobles,*) primò de personarum statu Iustin.
3 differit. Cuius rei maxima diuisio hęc est, omnes homines aut liberos esse, aut seruos, vt in hoc tex. & l. summa. 3. D. de stat. hom. & notat Caius lib. 1. instit. tit. 1. in princip. tex. in proœm. tituli. 23. part. 4.

4 Sed obstat, præter liberos & seruos homines reperiri etiam adscriptitios, qui & liberi sunt, cap. multorum. 2. de Iudæis. & serui. simul. l. ne diutius. 20. cum alijs. ib. C. de agricol. & censit. lib. 11. Item, & statu liberos, qui nec liberi sunt, ne serui videntur, ergo non omnes aut liberi sunt, aut serui.

5 Sed respondet Iustiniani diuisionem in liberos & seruos veram esse: nam adscriptitij quãuis seruilem conditionem habeant postquam clerici fiunt, liberi tamen sunt post authent. ad scriptitios. C. de Episcopis & cleric. coniuncto cap. 1. de seruis non ord. cap. 1. & sequent. 54. dist. l. 64. versic. *uin con los sieruos, tit. 5. l. 18. tit. 9. par. 1. l. 9. tit. 22. part. 4.* Qua vero fundis & glebis ita sunt adscripti vt recedere ab eis nullo modo valeant, late Cona. lib. 2. ca. 1. & 10. num. 3. seruilis conditionis habentur argum. l. 2. D. de lib. hom. exhibendo. Cui etiam seruili conditioni statu liberi connumerãtur, donec conditio, sub qua libertas relicta est, adimpleatur, vt latius infra dicemus; ad titulum de Libertinis.

§. Et libertas. 1.

1 *Homines liberi qui sint: & quæ sit libertas.*
2 *Ciceronis authoritas in Paradoxis.*

1 CVm igitur omnes homines aut liberi sint, aut serui, argumentatione à coniugatis deducta, cuius meminit Cicero in Topicis. §. 22. & ad eũ Velleius, constat eos liberos esse, qui libertatem habent, ex qua & ipsi liberi dicti sunt, est autem libertas, *naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, nisi quid vi, aut iure prohibetur,* quam definitionem Iustinia. noster hic scripsit, ex l. libertas. 4. D. de stat. hom. & comprobat. l. 1. tit. 22. part. 4. & est Ciceronis locus, de officijs lib. 1, dum inquit; *libertatis proprium est, sic viuere vt velis.* Explicant citati à Petro Brosseo in notis ad hunc tex. & d. l. 4.
2 & Alex. ab Alexan. lib. 4. cap. 10. † Neque te turbet altera eiusdem Ciceronis authoritas in Paradoxis, asserentis, omnes sapientes liberos esse, & stultos omnes seruos: Namque vt docte ibi, Omnibonus, & Franc. Maturancius aduertunt, de libertate & seruitute philosophica accipienda est, ex Stoicis, qui solum vere sapientem liberum esse dicebant, malos verò ser-

uos ap-

uos apellabãt. Illa autẽ definitionis verba *nisi quid vi, aut iure* optimè interpretatur hic Minsing. explicatione victima *vi*, id est iure gentium; *iure*, id est iure ciuili, iuxta tex. in §. serui. 2. infr. eodem, vt sic hominibus tantum liberis hæc definitio conueniat.

§ *Seruitus 2. cum §§. seqq. vsq; ad fin tit.*

1 *Seruitutis personalis definitio.*
2 *Seruitutem contra naturam inductam fuisse quomodo intelligendum, & num. 3.*
4 *Seruitus qua ex causa inducta.*
5 *Serui alij nascuntur, & alij fiunt.*
6 *Serui fiunt aut iure gentium, aut iure ciuili.*

1 CVm liberi homines illi sint (vt sup. §. 1. vidimus) qui libertatem habent, intelliges illos, simili argumẽtatione facta, seruos esse, qui in seruitute morantur, *Seruitus* autem, quæ à persona seruili liberæ personæ debetur, *est constitutio iuris gẽtium qua quis dominio alterius contra naturam subijcitur*, vt Iustin. hic probat, & Caius in l. libertas. 4. §. seruitus. D. de stat. ho. l. 1. tit. 21. p. 4. & l. 1. tit. 29. par. 2. & l. 4. tit. 5. par. 4. Explicant Cicer. in Paradoxis, Quintilianus lib. 2. cap. 3. Aristot. lib. 1. Politicorum, cap. 3. & 4. Seneca Declamat. 7. Aulus Gellius lib. 7. ca. 4. Halycarnas. lib. 4. Macrob. lib. 3. Saturna. cap. 7. Conan. lib. 2. com. ca. 1. 2. & 3. & cap. 10. Ant. August. in l. sed si mulieres. §. planè ignominię. D. de excus. tut. Bart. & ibi Corras. in l. 1. nu. 13. D. de seruit. Iac. Simancas in Catholicis institutionib. tit. 61. Forcatul. dialog. 26. *Couarru. in reg. peccatum.* 2. par. §. 11. per tot. maximè, num. 2. latè notantes quę ad originem seruitutis, eius etymologiam, notationem & diuisionem spectant, de quibus Iustin. in §§. sequent.

2 Sed obstat nostro tex. & definitioni seruitutem contra naturam induci non potuisse, quia naturalia iura immutabilia sunt & perpetua. §. sed naturalia. sup. tit. 1. Secundò obstat tex. in §. serui. 2. inf. eod. ibi. *aut iure ciuili*, & in §. pœnæ seruus, inf. quib. mod. ius pat. pot. sol. & in §. maxima, inf. de cap. diminutione, quibus probatum est iure ciuili inductam fuisse seruitutem. igitur non constitutione iuris gentium, vt noster tex. docet.

Sed vt primæ difficultati satisfacias obser-
3 ua, seruitutem inductam fuisse contra naturã, id est contra naturalem libertatem, quæ vna fuit ab initio omnium ante corruptionem generis humani tex. in princip. inf. de libertinis. l. manumissiones. 4. D. de iustitia & iure. d. l. 1. ibi. *los hombres que eran naturalmente libres*, dict.
4 tit. 21. par. 4. & nunc quoque esset † nisi malitia hominum aliam conditionẽ exigeret omnium populorum cõsensus, qui seruitutem ex causa induxit, ad puniendos hostes iniquos, vt grauiter docet D. Augustinus lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 15. D. Thom. distinct. 36. art. 1. Couarru. iam citatus, d. §. 11. nu. 3. versic. *Quartò*, & nos diximus in §. 1. sup. tit. 1. & probat. l. naturalem. 5. in fin. verbis, coniuncta. l. adeò. 7. in princip. D. de acquir. rerum dom. cum ergo ex bellis, quę iuris gentium sunt. l. ex hoc iure. 5. D. de iust. & iure, esset inuenta seruitus liberique homines capientium fierent, quoniam multi defæuiebãt in captiuos, eosque necabant, constitutum fuit vt potiùs venderentur, quam occiderentur, vt in §. serui. 1. huius tituli, indeque quia victores eos seruabant, à seruando, serui appellati sunt, vt in d. §. serui. & d. l. 1. par. ibi. *E siervo tomò este nombre, &c.* qui etiam vocantur mãcipia quod ab hostibus manu capiuntur.

Neque obstat secundum. † Quoniam sci-
5 re debes, seruos vel nasci, vel fieri. §. serui. 2. infr. eodem nascuntur ex ancillis nostris, quas in dominica potestate habemus, quia proles quoad status causam attinet, nõ patris, sed matris conditionem sequitur, qui ei pluribus temporibus accõmodare potest, vt dicemus in §. 1. inf. de ingenuis, & latè notauimus in l. 3. C.
6 de murilegulis lib. 11. sub nu. 91. † Fiunt autem iure gentium, vt paulò ante diximus, ex captiuitate. Item, & iure ciuili, vt cũ liber homo, ingenuus, & sui iuris, maior viginti annis se venundari passus est, vt in dict §. serui. 2. in fi. & in d. l. 1. ibi. *La tercera es.* l. 1. & toto tit. D. quib. ad lib. proclam. non licèt: item, & fiebant serui ex S. C. Claud vt inf. tit. de succes. sublat. & l. vnic. C. de S. C. Claud. toll. de quo nos plurima in d. l. 3. ex nu. 35. & alijs modis, maximè autẽ illi qui in metallũ dãnabãtur, seruui pœnæ dicebãtur quia & libertatẽ & ciuitatem amittebãt, vt dicemus in d. §. pœnę seruus quã omniũ seruitutẽ iuris gẽtium constitutionibus rectè dices inuentã, vel generalibus, vt in nostra diffinit. vel particularibus, vt in exẽplis proximè relatis. Horum autem seruorum conditio, de quibus in hoc tit. nullam recipit diuisionem, neque enim de quoquam eorum dicere poteris, minus seruus, magis seruus, quia in specie seruitus scindi non potest, vt inf § fin. & in l. & seruorum. 5. D de stat. hom. In liberis verò multiplex est differentia, vt sequent. tit. Iustinianus.

Titulus IIII.

De ingenuis.

PRINCIPIVM TITVLI, & §. Sed, & siquis.

1 *Ingenuus quis est, & num. seq. 4. & 6.*

2 *Par-*

2 *Partus quoad ſtatus conditionem ſequitur ventrem, quoad honores, & dignitates patrem, num. 5. & 7.*

Liberorum hominum cum multiplex ſit differentia, primam ſpeciem hoc tit. Iuſtin. recenſet de ingenuis. † *Eſt autem ingenuus ille qui ſimul ac natus eſt, liber eſt,* nõ dum ſeruitutis iugum expertus, ſiuè ex duobus ingenuis & liberis matrimonio editus ſit, ſiuè ex duobus libertinis, ſiuè ex vna perſona ingenua, & altera libertina, tex. hic. & in l. & ſeruorum. 5. §. ingenui. D. de ſtat. hom. Caius lib. 1. inſtit. tit. 1. in princip. l. 1. tit. 14. part. 4. explicat Conan. lib. 2. c. 11. & Mercerius, lib. 2. opin. c. 7. & ſequen. † Nec is tantum ingenuus erit, ſed & ille qui ex patre ſeruo, matre vero libera editus fuerit, quoquo tempore in libertate commorata fuerit ſiuè conceptionis, ſiue partus, ſiue medio tẽpore, & pulchrè Iuſtin. exponit in hoc §. ſed & ſiquis, Conſultus in d. §. ingenui. Paulus lib. 2. ſent. tit. 24. & ibi. Cuiac. & Reg. l. 2. tit. 21. part. 4. † quia (vt ſup. diximus) quoad ſtatum attinet partus matris non patris conditionem ſequitur. l. partũ 7. C. de rei vind. cum alijs quæ adduximus in d. l. 3. C. de murilegulis, lib. 11. ſub num. 12.

Sed obſtat. 1. Vlpianus in fragmen. tit. 5. §. in his. vbi ſcripſit, ꝙ ſi mulier libera conceperit, deinde ancilla facta pepererit partus quoq; ſeruus eſt, ſi iuris ciuilis regulam ſequamur.

Secundò obſtat, filios non matris ſed patris conditionem ſemper ſequi, l. cũ legitimæ. 19. D. de ſtat. hom. l. ſenatoris filium. 5. l. ſenatoris filius. 6. l. liberos. 10. D. de ſenatorib. l. 3. ti. 21. par. 2. l. 4. tit. 21. par. 4. l. 1. tit. 11. par. 7. cũ alijs à nobis accuratè congeſtis in d. l. 3. nu. 9. & ſequent. ergo non matris conditio ſpectari debet, vt in hoc §. ſed ſi quis.

Sed primæ difficultati reſpon. quod etſi verum ſit, iuris rigore inſpecto ex ancilla natum ſeruum eſſe, ſi tamen ea aliquo tẽpore, vel conceptionis, vel medio tẽpore, vel partus libera fuerit, libertatis fauore partus liber erit, hoc enim benignè ſic receptũ fuit, vt oſtendit Iuſtin. hîc ibi. *placuit*, Paulus. ſd. tit. 24. & induces. l. Imperator. 18. D. de ſtat. ho. l. ſi ante. 4. C. de pœn. & quæ nos retulimus in d. l. 3. ſub n. 92.

Minus obſtat ſecunda difficultas, nam etſi verum ſit, quoad dignitates & honores pertinet, filium patris conditionem ſequi, vt in d. l. ſenatoris, coniunctis à nobis traditis ex d. n. 9. quoad ſtatum tamen ſemper matrẽ ſequitur, quia ei pluribus temporibus accõmodare poteſt, vt conſtat ex noſtro tex. quem ſatis exornauimus ſub num. 92. in d. l. 3.

§. *Cum autem.* 2.

1 *Manumiſſio ingenuitati nõ officit. & n. 2. & 5.*

3 *L. homo liber. 21. D. de ſtatu hom. & nu. 5.*

4 *L. 2. §. 1. D. Si ingenuus eſſe dicetur, & nu. 5.*

1 IS qui ingenuus natus eſt, ſi ſtatus ſui ignarus ſeruierit, & deinde manumiſſus fuerit, ingenuitas eius per manumiſſionẽ non læditur, vt noſter tex. docet, & tex. in l. 2. & l. fin. & per tot. C. de ingenuis manuum. Paul. lib. 5. ſent. tit. 1. & explicat Mercerius lib. 1. opin. ca. 10. Fab. lib. 7. cap. 3.

2 † Sed obſtat primo manumiſſum non ingenuum, ſed libertinum effici. l. libertini. 6. D. de ſtat. hom. tex. in princ. infra de libertin.

3 † Secundo obſtat, hominem liberum qui ſe vendidit poſtea manumiſſum, non ad ſuum ſtatum reuerti quo ſe abdicauit, ſed effici libertinæ conditionis, tex. in l. homo liber. 21. D. de ſtat. hom.

4 † Tertio obſtat, manumiſſum, qui ſe ingenuum eſſe dicit, vltra quinquennium quum manumiſſus fuit non audiri. l. 2. §. 1. D. ſi ingenuus eſſe dicetur: ergo natalibus officit manumiſsio.

5 Sed facilis eſt explicatio, namque ſi liber homo per errorem in ſeruitutem coniectus ſit, & loco ſerui habitus & poſſeſſus, poſteà ſit manumiſſus, ingenuus nihilominus eſt, ſæpiſsimè enim conſtitutum eſt, natalibus, id eſt primæ libertatis conditioni non officere manumiſsionem. Qui verò ex iuſta ſeruitute manumiſsi ſunt, non ingenuam, ſed libertinam conditionem nanciſcuntur, vt in d. l. libertini, & in d. l. liber homo. Ad quam ingenuitatem, & ſi olim poſt quinquennium manumiſsionis proclamare non liceret, niſi ſpeciali gratia & fauore, vt in d. l. 2. & §. 1. & fin. D. ſi ingenuus eſſe dicetur, hodie nulla temporis præſcriptione huius modi proclamatio tollitur ex generalitate noſtri tex. & magis ex l. fin. C. vbi cauſa ſtatus agi debeat.

Titulus V.

De libertinis.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Hominum triplex ſtatus, liberi, ſerui, & libertini.*

2 *Libertini dicuntur qui à libertis procreati ſunt, liberti qui cum ſerui eſſent, manumiſſi ſunt.*

1 IN textu. ibi. *Libertini ſunt.* † Hęc eſt ſecunda ſpecies hominum liberorum, beneficio manumiſsionis inducta, cum enim iure naturali vno communi nomine omnes homines appellarentur, poſteàque iure gentium ſeruitus ingenuitatem inuaſiſſet, eodem iure beneficio manumiſsionis inducto, tria hominum genera eſſe

esse cæperunt liberi, & his contrarium serui, & tertium genus liberti, ideſt, ij qui desierant esse serui, vt plane docet hic Imperator, ex l. manumissiones. 4. D, de iust. & iure. l. libertini 6. D. de stat. hom. tex. in procem. tit. 23. ibi. *Cafon libres, o ſieruos, o aforrados*. par. 4. explicant Anto. August. in l. 1. §. 1. D. de excusat. tut. &
2 lib. 3. emend. cap. 7. Conna. lib. 2. ca. 6. † Obseruandum tamen hic est, antiquitus liberti nos dictos fuisse, non qui manumissi fuissent, sed qui ex ijs essent procreati, ideſt, liberos, & descendentes eorum qui manumissi essent, vt apud Suetonium in Claudio. cap. 24. Plautum in Milite, Ciceronem. 4. Philippica, Consultum in l. 1. §. libertinis. D. de excus. tut. in l. 2. §. 1. & in l. fin. D. si ingenuus esse dicetur qui verò manumittebantur, liberti dicebantur. d. l. manumissiones, in fi. Sed posteà libertorum, & libertinorum vocabula in eadem significatione vsurpari cœperunt, pro his scilicet, qui post iustam seruitutem, libertatem consequuti erant, & hoc sensu passim in hoc tit. & in libris nostris verbum hoc vsurpatur.

§. *Manumissio*. 1. & §. *Multis*. 2.

§. *Serui*. 3.

1 *Manumissione (quæ est datio libertatis) serui liberi fiunt.*
2 *Manumitti filij familias, qua ratione dicãtur.*
3 *Manumissio multis modis fiebat, ex sacris constitutionibus: vindicta, censu, testamento, inter amicos: & per epistolam.*
4 *Ciceronis locus in Topicis.*
5 *Manumissio quocunque loco & tempore poterat expediri.*

1 MAnumissione igitur serui liberi fiunt, est autem manumissio datio libertatis, vt hic probat Iustin. Const. in d. l. manumissiones & alibi sæpissimè, consonat. l. 1. tit. 22. par. 4. explicant Conna. lib 2. c. 4. & ca. 12. Vacon. lib. 6. declarat. ca. 86. Mercer. lib. 1. opin. c. 10. Rebar. lib. 4. variorũ. c. 9. Tacitus. lib. 13. Angel. Polit. miscel. 84. Rayn. Corsus lib. 1. indagat. ca. 15. Coua. lib. 4. varia. ca. 1. nu. 7. Sigonius. lib. 2. de antiquo iure ciuium Rom. cap. 14. Alexand. ab Alex. lib. 4. dier. genial. ca. 10.
2 † Neque obstat filios etiam familias liberę cõditionis & ingenuæ à parentibus manumitti. §. prætereà infra. quib. mod. ius pat. pot. sol. to to tit. D. si à parente quis fuerit manumiss. Nã (vt suo loco dicemus) eundem manumissionis modum veteres in liberis habebant, quem in seruis, prius enim filium ad seruilem statum reducebant imaginaria venditione, vt in d. §. prætereà, & deinde tanquam seruum manumittebant, vt infra explicabimus. † Hæc autem serui manumissio multis modis olim fiebat; aut enim *ex sacris constitutionibus* manumittebantur in Ecclesijs, vbi domini seruis suis sub Antistite, plebis aspectu, qualicumque scriptura libertatem præstabant. l. 1. & 2. C. de his qui in Ecclesijs manumittuntur, d. l. 1. tit. 22. par. 4. aut *vindicta*, erat autem vindicta modus quo serui per Prætorem manumittebantur, quum lictor Prætoris præmissis solemnibus verbis seruum tangebat virgula, mox dominus apprehensum manu dextera vertebat, & hoc modo seruus in libertatem vindicabatur, & fiebat ciuis Romanus. Hæc autem virgula vindicta solebat appellari, vt ex Boetio explicat Accur. hic verbo. *vindictæ*. Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 14. & alij sup. & extat titulus D. de manumiss. vindict. aut *censu*, cum in lustrali censu Romę, serui iussu, aut voluntate dominorum inter ciues Romanos censum profitebantur, notat Vlpianus in fragmen. tit. 1. Cice. 1. de Orat. & in Topicis. §. 3. vbi Velleius, Sigoninus lib. 1. de antiquo iure ciuiũ Rom. c. 6. aut *testamento*, quæ ex l. 12. tabularum descendit, vt Vlpian. & Velleius vbi proximè notant, & extat titulus de manumissis testamento. D. & C. de testamentaria manumissio. Aut *inter amicos*, vel *per* epistolam, & tunc quinque testes necessarij erant. l. 1. §. sed & si quis, & §. sancimus. C. de lat. libert. toll. explicat optimè Accurs. hic & post eum cæteri.
4 Sed superiorem obseruationem & nostrum tex. in §. multis. euertit Ciceronis locus in Topicis. §. 3. ibi. *si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber*: ergo per epistolam, aut inter amicos, vel aliter manumissus libertatem non consequetur.

Cui difficultati satisfacies ex traditis a Theophilo hic & Vlpiano. d. tit. 1. sic, non (*est liber*) legitimus & ciuis Romanus, quãuis enim absque censu, vindicta, aut testamento, manumissus seruus libertatem consequatur ex nostro tex. non tamen Romanam, sed Latinus Iunianus aut dedititius efficiebatur, vt Theophilus hic admonet, quẽ omnino videatis, & nos
5 in §. proximo infra dicemus. † Hæc autem manumissio cum ex libero domini arbitrio pendeat quocunque honesto loco, & tẽpore, absq; aliqua figura iudicij potest expediri, vt in nostro. §. serui. l. 2. D. de offic. proconsul. & legat. l. 5. 6. 7. D. de manumiss. vind. & vide ex titulo D. de manumissionib. cum sequent.

§. *Libertinorum*. 4.

1 *Libertinorum olim triplex status, hodie vnus.*

1 EX † multiplici manumissionis forma & modo, multiplex similiter olim libertorũ status oriebatur. Namq; ante Iustinianum libertorum alij ciues Romani efficiebantur, alij Latini, alij Dedititij: Ciues Romani erant qui testamento censu, vindicta, in æde sacra, aut

ante

ante consulem manumittebantur qui maiorē, & iustā libertatē consequebantur. Latini erāt, qui inter amicos, aut per epistolam, aut conui uij adhibitione libertate donabantur, hi viuebant vt liberi, moriebantur vt serui, (l.1.ti.22. lib.2.Cod. T H.l.1.in princ.vers.*quis enim*.C. de Latina lib. tol.) quia testamenti factionem non habebāt eorū enim mortuorū bona quasi seruorū peculia redibant ad dominos. Dediticij autē erant qui post admissa crimina supplicio subditi, aut publicè pro criminibus cæsi, aut in quorum facie vel corpore quæcumque indicia, aut igne aut ferro impressa erant, ita vt deleri non possent, hi si manumitterentur Dediticij appellabantur. Illudque inter Latinos, & Dedititios discrimen est, quòd Latini ciues Romani effici aliquando poterant, de nuò scilicet vt oportebat manumissi Dediticij vero nunquam. Quam rem grauiter explicat Caius lib.1.instit.tit.1.Vlpian. in fragm. ti.1. Angel.Polit.miscell.84.Alciat.lib.1. parerg. c.16.alij sup.§.proximo adducti, & fusius Hotom.hîc. Sed iā hoc iure vtimur, vt quicūque seruus manumittatur, statim liber & ciuis Roma. efficiatur ex Iustiniano hîc, & in l.vnic.C. de Dedititia libert.toll.l.vnic.C.de lat.li.toll.

Titulus V I.

Cui, & quibus ex causis manumittere non liceat.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Manumissio in fraudem creditorum lege Ælia Sentia vetita.*
2 *L. verbis legis.* 120. *D.de verb.signif.& n.*3.
4 *Alienationes in fraudem creditorū actione rescissoria reuocantur.*

1 CVM manumissione seruos libertatē consequi superiori titulo Iustinianus docuerit, nō omnibus eā seruis concedere permissum esse hoc & seq.tit.ostēdit, quippe lege AElia Sentia, (quæ anno ab vrbe condita. 756. lata fuit, Sex. AElio Catulo, & C. Sentio Saturnino Consi. à quibus sic fuit appellata) cautū fuit, ne domini in fraudem creditorum seruos manumitterent, manumissionesque contra eā factæ non valerent, vt satis vides ex hoc tex, & notat Caius lib.1.Instit.tit.1. Vlpian. in fragm. tit.1. extat titulus. D. qui & à quibus manumissi liberi non fiant & ad legē AElia Sentiā, & titulus. C. qui manumittere non possī. & ne in fraudem creditorū manumittantur, explicant Conna.lib.2.cap.5. Hotoma. in indice legū Romanarum. verb. *Ælia Sentia*, Anto. Augustī. eodem verbo. in libro, de legibus.

2 Sed obstat vulgata illa lex duodecim tabularum, *vti quisque legassit, rei suæ ita ius esto*, de qua in l. verbis legis. 120. D. de verb. sign. in l. 1. ad legem Falc. D. & infra eodem alibiq; sæpissimè, qua libera concessa fuit testatoribus de rebus suis disponēdi potestas, de qua etiam in Authentico de nuptijs. §. disponat, col. 4. cō iunctis à nobis, accuratè congestis in disputatione de mora. n. 202. ergo non obstante lege AElia Sentia seruorum manumissio etiam in fraudem creditorum facta, valere debuit.

3 † Sed respondē, quod etsi illa duodecim tabularū lege latissima potestas tributa esset, & hęredis instituendi, & legata, & libertates dādi, tutelas quoque constituendi; ea tamen coangustata est vel legū, vel auctoritate iura constituentiū, vt d.l. verbis, insinuat. Et deduces exē plū optimum ex d.l.1. D. ad l. Falcid. & prin. infra eod. tit. ex nostro tex. cum similibus, & tit.1. infra de lege Fusia. Dicendū est ergo ante legem AEliam Sentiam etiam in fraudē creditorum auctoritate d. legis duodecim tabularum licuisse dominis multos etiā seruos manumittere, quæ potestas huius legis interpretatione coangustata fuit, sic vt si quis in fraudem creditorum manumitteret, nihil ageret.

4 † Porrò etsi in cæteris rebus alienatis in fraudem, rescissoria actione vtendum sit, Pauliana, Fabiana, siue Calusiana, vt per totum D. quæ in fraudem creditorum & §. item si quis in fraudem, infra de act. & vbiq; latè interpretes, & l.7. cum seqq. tit.15. p.5. non etiam in libertatibus datis in fraudem, nam libertates ipso iure id est lege AElia Sentia nullæ sunt, vt in nostro textu, ibi. *Nihil agit.*

§. *Licet autem.* 1.

1 *Seruum vnicū manumittere domino qui soluendo non erat lege Ælia Sentia permissum, & num.*3.
2 *L. Si is qui soluendo.* 57. *D.de hæred.inst.*

1 QVamuis lege AElia Sentia seruorum manumissio in fraudem prohibita fuisset, dōmino tamen qui soluendo nō erat seruū suum cum libertate hæredem instituere eadem lege permissum fuit, vt hæres ei solus, & necessarius existeret, vt eleganter in hoc tex. Iustinianus exponit idem, in §.1. infra de hære. qualit. Consultus in l. qui soluendo. 42. in l. si is 57. in l. qui soluendo. 60. in l. si non lex. 83. in l. ei qui soluendo. 88. D. dē hæred. instituend. explicant citati in princ. sup. eod. & consonat l.3. & l.21. tit.3. par.6.

2 † Sed obstat d. l. si is qui soluendo. 57. D. de hære. inst. vbi si quis non soluendo maximeq; obæratus seruum suum instituerit hæredē, eiq; alium liberum hominem substituerit non institutio, sed substitutio valet.

3 Sed respondè, non aliàs serui proprij institutionem ab eo qui nō est soluendo factā valere, quàm si nemo alius ex eo testamento futurus est, aut quia nemo hęres scriptus sit, aut quia is qui scriptus est, qualibet ex causa hæres non existit, eo enim in casu eadem. l. AElia prouisum fuit, vt egentes homines, quibus alius hæres extiturus non esset, vel seruum suum necessarium hæredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus, aut hoc eo nō faciente res hereditarias creditores serui nomine venderent, vt in nostro tex. & similibus supra citatis, & l. 1. C. de necess. seru. hære. inst. quod ideò admissum fuit, ne iniuria defunctus afficeretur, si eius bona sub præconis voce venirent, quod veteres perquàm ignominiosum duxerunt, vt eleganter Cicero, pro Pub. Quintio demonstrat, & insinuat Iurisconsul. in l. & quia. 6. D. de interrog. act. in l. primo gradu 23. D. quæ in fraud. cred. Igitur cum in dict. l. si is qui, alius esset qui hæres posset existere, serui instituti libertas in fraudem conseruari non potest, iuxta quæ principia superiora iura intelliges.

§. Idemq; iuris. 2.

1 *Seruus proprius etiam sine libertate hæres scriptus hæres est necessarius.*
2 *Principium tituli infra de hæredibus instit. & num. 3.*

1 NOn solum quo casu dominus, qui soluēdo non est seruum suū cum libertate hæredē instituit, & liber, & hæres seruus est, vt superiori. §. vidistis, sed etsi libertatis mentione prętermissa seruus hæres institutus fuerit, vt planè docet hic tex. & in §. 1. vers. *proprios.* in §. seruus autem à domino, infra de hæredib. instituen. in l. quidam. 5. C. de necess. seru. hæred. inst. expresse in l. 3. ibi. *Seria por ende heredero, è libre maguer no le ouiesse afforrado.* tit. 3. part. 6. tex. in argum. in §. 1. inf. qui testam. tutor. dar. poss. in l. quæro. 32. §. Lucius. D. de testament. tutel. in l. 7. tit. 16. part. 6.

Sed nostro textui. ibi. *Quod nostra constitutio.* obstat tex. in d. vers. *proprios.* ibi. *quod non per innouationem induximus.*

3 Sed respondè veterem fuisse de hac quæstione prudentum altercationem, pleriq; enim ita demum accipiendum esse, vt seruus hæres à domino suo institutus hæreditatem haberet, existimabant, si à domino liber fieret, sine libertate autem inutilem esse institutionem: alij verò docebant ex institutione interpretandum libertatem datam intelligi, quomodo enim heres esset, si in seruitute maneret? cuius sententiæ autor fuit Attilicinus, cuius Iustin. in dict. vers. *proprios*, meminit: eiusque sententia cum antea dubitabilis esset, legis necessitate probata est in hoc tex. in d. vers. *proprios.* & in d. l. quidam, vnde sua noua constitutione quadam nouiter inducta humanitatis ratione, cum Attilicini sententia fuerit comprobata, sed id nouiter statuisse Iustin. hic probat arg. tex. in l. 1 §. Omnia enim. C. de vet. iur. enucl.

In §. In fraudem. 3.

1 *In fraudem creditorum manumissio quando facta dicatur, & num. seq.*

1 LIbertates lege AElia Sentia nullas esse si in fraudem creditorum darentur, supra in princ. huius tit. Iustin. docuit, nunc autē illud, quando in creditorum fraudem manumissio facta affirmabitur, duoque desiderantur, animus & voluntas fraudandi creditores: item vt rei euentu eos fraudatos ob libertatem constet, idem in l. in fraudem. 10. D. qui, & à quibus in l. si quis cum haberet. 15. in l. omnes. 17. §. Lucius. D. quæ in fraud. cred. in l. 1. C. qui manumi. non poss. l. ergo. 4. §. si in fraud. D. de fideic. libert.

2 Sed obstat tex. in d. §. si in fraudem, vers. *nec fideicommiss.* & in l. fin. C. qui manum. vbi euentus tantummodo, an creditores fraudentur manumissione spectatur, neque consilium attenditur.

3 Sed respondè, discrimen esse inter directam libertatē, & libertatem fideicōmissariam. Libertas directa illa est, quā seruus directè à manu domini accipit: fideicōmissaria, quā ab alio obliquè ex eius volūtate habet: videbis ex ti. D. de manumissionibus, cum seqq. & tit. D. de fideicommiss. libert. Igitur si dominus seruum suum manumiserit, quùm vel soluendo non est, vel eo manumisso desiturus est soluendo, idque creditores fraudandi causa fecerit, nulla est manumissio, si & rei euentus fraudem ostenderit; quod si non fraudandi animo libertatem seruo concesit, vt quia de facultatibus suis amplius quam in eis esset expectabat, ex nostro tex. & in d. l. in fraudem, vel in casu. d. l. si quis. 15. rata est libertas, qui vtrumque & consilium, & euentus requiritur in directa libertate, quoniam hæc ipsius testatoris morte, & hereditatis aditione, sine hæredis facto cō firmetur, statimque competit: fideicommissaria verò pendet à facto heredis, & per eius manum præstanda est. l. 1. C. de fidecommiss. libert. cum alijs. illo tit. qui tamen legata adimplere, nisi ære alieno deducto non cogitur. l. 1. §. denique D. ad Trebellia. l. successores. 16. C. ad leg. Falcidiam.

§ Eâdem lege. 4. & §. Semel. 5. & §. Cum ergo. 6. & finali.

1 *Manumittere minorē annis viginti seruū suum*

lege

lege Ælia Sentia prohibitum est, iusta non existente causa, & num. 4.

2 *§. Cum ergo, hoc tit.*

3 *Aut. hēt. vt sponsalit. larg. §. & hoc quoque. collat. 1. & num. 6.*

4 *Manumissionis iustæ causæ, si semel fuerint probatæ, improbari postea non possunt.*

5 *Manumittere seruos quos quis voluerit in testamento minor potest.*

1 ALtero præterea eiusdē legis AElię Sentiæ capite cauebatur, ne minor annis viginti seruū suum manumittere posset, nisi causa apud consiliū probata esset, hęc autem semel admissa, siue vera, siue falsa non retractabatur, vt hic Iustinianus recenset, & probat tex. in l. 1. D. de manumissionib. in l. iusta. 9. in l. si minor. 11. cum omnibus seqq. D. de manumiss. vind. l. 1. C. de vindicta libertate, eū alijs quibus consonat. l. 7. versic. *E si lo quisiere.* tit. 22. Parti. 4. explicant citati in princ. huius tit. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 41. Ant. August. lib. 1. emendat. cap. 2. Caldas in l. si curatorem. verb. *hunc contractum.* num. 36. & 40. C. de in integrum rest.

Sed obstat tex. in §. cum ergo. infra eod. vbi minor si decimum septimum annum expleuerit, seruum testamento absque aliqua causa poterit manumittere.

3 Secundo magis obstat tex. in Authētico, vt sponsalitia largitas. §. Et hoc quoque. 1. collat. 9. vbi minoribus (quibus testari cōcessum est post decimumquartum annum. l. qua ætate. §. D. de testamen. l. 13. tit. 1. Part. 6.) concessum etiā est: libertates seruis suis relinquere, quod cōprobatur in d. l. 1. vers. *E si lo quisiere*, in 1.

4 Quibus difficultatibus vt satisfacias, & rem hanc comprehendas, obserua. discrimen constituendum esse inter manumissionem inter viuos factam, & in vltimis voluntatibus concessam. Priori etenim in casu, quando quis seruum suum, vindicta, censu, in sacrosanctis Ecclesijs, inter amicos, conuinij causa, aut per epistolam manumittit, eum dominum viginti annis esse oportet, vel iustam interuenire causam, si minor sit, ex l. AElia Sentia, aliās nulla erit libertas, eadem. l. obstāte, quod ideò admittebatur ne libertas, quæ res inæsti mabilis est. §. cum ergo. infra eod. l. libertas. 106. D. de regul. iur. notat Glos. 5. in l. 6. tit. 9. Part. 6. temere iuuenibus, qui recti, prudentisvè consilij participes non sunt. l. 1. D. de minoribus, tex. in procem. ti. 19. part. 6. ibi. *Porque no han entendimiento cumplido en sus cosas*, committe-

5 retur. † Iustæ autem causæ apud consilium examinandæ erunt, quarum plerasque in nostro tex. Iustinianus retulit. l. C. in d. l. iusta, & in d. l. si minor, quas transcripsit d. l. 1. tit. 22. par. 4. Causa vero ob quā seruus proprius manumittitur, si semel fuerit approbata apud cōsilium, libertatis fauore, quamuis posteà falsa appareat, non retractabitur, quum enim lex iudicis arbitrio huiusmodi causæ examen commiserit, probationi causæ contradicendū erat, non etiam causa approbata refricanda, vt in §. semel, infra eodem, & in dict. l. iusta. §. 1.

6 † Quod si non inter viuos, sed in testamento, aliavè vltima voluntate seruus manumittatur lex AElia Sentia hodie non admittitur, sed sufficit iuxta tex. in d. §. cum ergo, dominum septimum decimum annum excessisse, nouiori vero iure eum posse testari, sicque decimum quartum annum expleuisse, iuxta tex. in d. §. & hoc quoque, & d. l. 1. in princip. vnde fluit, quod attinet ad manumissionem inter viuos, sicut olim, ita hodie ætatem legitimam, & iustæ causæ cognitionem desiderari, & legem AEliam Sentiam antiquatam non esse, vt grauiter docet Accurs. in d. §. & hoc quoque verb. *lege*, ante eum Theophilus, hic, quem cæteri sequuntur, & expresse probat. d. l. 1. in vers. *E si lo quisiere*, in 2.

Titulus VII.

De lege Fusia Caninia tollenda.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Lex Fusia Caninia quando lata: quodque iuxta seruorum manumissionem statuisset, & à quo abrogata.*

2 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, validum remissiuè.*

1 VIt & altera lex seruorum manumissionibus non parum iuuidens P. Furio Camillo, & Caio Caninio Gallo Cons. lata, anno ab vrbe condita septingentesimo quinquagesimo secundo, quæ Furia Caninia, siue Fusia appellata fuit, eaque cautum, vt certus seruorum numerus testamento manumitteretur, à duobus, vsque ad decem pars dimidia; à decem vsque ad triginta pars tertia; à triginta vsque ad centum pars quarta; à centū vsque ad quingentos pars quinta; nunquā autem plures quam centum: quod si supra statutum numerum serui manumitterentur, qui primo loco scripti erant vsque ad legitimum numerum liberi erant. Huius legis meminerunt Caius in institutionibus lib. 1. tit. 2. Vlpianus in fragm. tit. 1. Paulus lib. 4. sententiarum, ti. 14. Flauius Vopiscus in Tacito, Cuiac. ad Vlpianum, & Paulum, vbi proximè Cōnanus lib. 2. cap. 5. n. 5. Hotoman. in indice legum Romanarum, verbo. *Fusia Caninia.* Anto. Augustinus de legibus eodem verbo. Eam autem legem quasi libertates impedientem

eisque quodam modo inuidam tollēdam esse, Iustinianus censuit, quia inhumanum nimis erat, viuos quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa libertātem impediret, morientibus verò huiusmodi licentiam adimi, vt grauiter hoc loco idem Imperator scripsit,& in l.vnica.C.eodē. licet ergo iam hodie omnes seruos in testamēto manumittere, nisi aliud manumissioni obstet,ex nostro tex.

3 Ex quo quia notari solet validum esse argumentum de contractibus ad vltimas voluntates,& è conuerso obseruabis, ita demum hanc argumentationem procedere & admitti debere,si dispar non sit eius ratio,vt hic latè notantes obseruarunt omnes post Accurs. & integrum conficiens locum Nicolaus Euerardus in Topicis legalibus,cap.17. & nos in disputatione de mora.nu.151.& nu.203.

Titulus VIII.

De ijs,qui sunt sui vel alieni iuris.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Contrariorum eadem est disciplina & ratio.*

1 

Missa huius tit.ad superiores cōtinuatione, quę ab eodē Iustiniano propositā, à glossa, & cæteris satis explicatur ex huius textus principio,vers. *Nam si cognouerimus*,frequenter notari solet, cognito explicatovè vno ex contrarijs, & alterū cognosci necesse esse,quippe(vt ait Iustinianus)si cognouerimus quæ personę in aliena potestate sint, simul intelligemus, quæ sint sui iuris, repetit hanc argumentationem in princ. infrà de tutelis,ea sæpissimè vtuntur,vt in l.adoptiuum.8. §.patronum.D. de in ius vocan. in l. Pomponius.40.§.sed,& is.D.de procurat. in l.si inter 15.D.de except. rei iud.in l. hæc verba. 124. D.de verb.significat.in l.ius nostrum.7.D.de reg.iuris.in l. 1. C. de furt. & alibi sæpissimè, extat insignis locus apud Aristotelem. lib. 2. Topicorum. Tullium in Topicis.§. 11. & lib. 1. de inuentione, & 2.de Oratore, Quintilia. lib.5.cap.10.& 11.Titelmanum.lib. 5. Dialecticæ cap. 22. Euerardum cap.19. Cantiunculam loco à contrarijs,& Gamarum lib.2. P. de Gueuara in Topicis Ciceronis.d.§.11.n.1. & 2. notat &explicat Glos. hic verb. *simul*,& post eā omnes Alci.in d.l.hęc verba.n.4. & 5.

b. nasc⁹ iudicatur reas mea⁹ eē, simul iudicatur illius h. et

§. *In potestate.* 1.

1 *Dominica in seruos potestas iure gētiū introducta*
2 *Domini in seruos olim vitæ necisq; potestatē habebāt: hodie in eos supra modū sæuire non licet.*
3 *Seruus si quid maiori animaduersione dignū cōmiserit, iudicis auctoritate punitur, in minoribus à domino potest emendari.*

CVm eorum qui sui iuris nō sunt alij in potestate sint dominorum, alij, in potestate parentum, alij in potestate tutorum curatorū vè,de dominica in seruos potestate, hoc & se-
1 quenti cap. Iustinianus disserit, † quam cum ex iure gentium esse docuerit,vt & in §.seruitus(vbi diximus)supra de iure personarū, eiusdem potestatis, etsi plures essent effectus, duplicem tantum hoc loco recensет, posterioris autem cum commodior sit disputatio in §. itē vobis.infra per quas personas. Primum tātum
2 hoc titulo disputabimus. † Et sanè ex nostro tex.deducitur, quod etsi olim antiquiori iure domini in seruos vitæ, necisque potestatem haberent,hodie tamen dominorum potestas sic limitata est,vt eis sine legitima causa in seruos suos supra modum sæuire non liceat. Idem scripsit Caius lib.1.instit tit.3.& in l.1. D.eodem lib.1.C.de emend.seruor.l.1. tit.12. lib.9.C.Theod.l.8.tit.2.par.3.l.6.tit.21.par. 4.exornant Macrob.lib.1.Satur.c.2.Alex.ab Alex.lib.3.c.20.Conna.lib.2.c.2.n.3.Menochi.lib.2.de arbit.casu. 364. ex nu.1. Ioannes Bodinus lib.1. de republica,cap.5.

Sed obstat textus in l.quid ergo §§.§. si hæres. D.de leg.1.in l.qui seruum.96. D. de verb. oblig.in l.marito.24.D ad leg. Iul. de adulte. quibus in locis probatum est impunè quemlibet seruum suum occidere posse.

Secundo nostro textui in fine,obstat eū qui alienum seruum occidit lege Aquilia teneri do mino restituere quanti seruus eo anno fuerit, tex.in princ.infra de lege Aquilia.l. 2. D. eodem.l.15.18.& per totum tit.15.par.7.sed dominus qui seruum proprium occidit hac actione teneri non potest.l.item Mela.11.§. legis. D.ad l.Aquil.ergo malè Iustinianus,hic.

b.ll qui ser⁹ cuiusmihi ex stipulatu debebat si infans cuiore cuiusdē prehenderit impune cuius et cuidenecatus alterius actionem in cuius potestate erunda

3 Quibus difficultatibus vt satisfacias obserua, antiquata illa lege,qua dominis vitæ necisque potestas concessa erat in seruos,cuius hic meminit Iustinianus iuxta legitimum modū, moderatèq; tantummodo seruorū emendationem hodie dominis cōcedi,quod si quid seruus maiori animaduersione dignum admiserit, iudici deferre debet, quo auctore illum occidere poterit non aliās,arg.l.circumcidere.1.§. 1. & 2. D.ad leg.Cornel. de Sicarijs. notat Albericus in l.1.§.sed eo.D. isto tit.Greg. per tex.ibi in d.l.6.ver. *Iuez*,tit.21. Part.4. quod & latè explicant supra citati. Domino verò vltra modū sæuienti,seruumq; suum occidenti,absq; iudice,causaue legibus cognita, tāquam si alienum occidisset pœna imponenda erit,quod optimè Accurs.hic per omnes glo.explicuit, quem vi debis,vt argumenta dissoluas.

Ad

Ad tex. in §. Sed & maior. 2.

1 *Domini qui supra modum in seruos sæuiunt illos vendere cogendi sunt, & num. 5.*
2 *Seruus qui ad Ecclesiam confugit extrahendus inde est, & domino restituendus, & num. 6.*
3 *Vendere rem suã inuitus cogitur nemo, & n. 7.*
4 *Ancilla quæ à domino prostituitur libertate donatur, & num. 8.*

1 NOn solum dominis antiqua in seruos potestas Diui Antonini constitutione sublata fuit, vt supra proximè vidisti, verùm, si supra modum sæuierint, infamem aut intolerabilem iniuriam seruis iniecerint eos vendere cogentur. idem in d.l. 1. & 2. D. eodem. l. si lenones. 13. C. de episcop. aud. l. fin. C. de spectaculis. lib. 10. cõsonat. l. 6. in fin. tit. 21. par. 4. l. 3. verſ. *Esso mismo.* tit. 5. part. 5. explicat. Corras. lib. 1. miscell. cap. 23.

2 Sed primo obstat contra nostrum tex. seruum ad statuam siuè ecclesiam confugientem immunitate non gaudere, sed protinus inde abstrahendum, & domino restituendum. l. si dominus. 4. l. præsenti. §. §. sanè si seruus. C. de his qui ad eccles. confug.

3 † Secundo obstat, dominum cogi non posse seruum suum vendere, argum. reg. l. inuitũ. 11. l. dudum. 14. C. de contrah. empt. l. nec emere. 16. D. de iure. delib. l. inuitos. 11. C. de locato. l. 3. tit. 5. par. 5.

4 Tertio obstat tex. in d.l. si lenones, vbi si ancilla à domino prostituatur, ad impudicitiam turpemve violationem compellatur, non solum vendi iubetur, sed statim ad libertatẽ eripitur, vt ibi interpretatur Accurs. & in d.l. fin. C. de scenicis, & apud nos expresse cauetur in l. 4. tit. 22. par. 4. in l. 36. tit. 5. par. 5. in l. 2. tit. 22. par. 7. & vbique notat Gregor.

5 Sed his non obstantibus verius est dominũ in seruos sæuientem prætore auctore eos vendere compellendum esse, vt Diui Antonini rescripto ad AElium Martianum Proconsulem Bethicæ fuit cautũ, cuius pulcherrima forma, & paucis admodum verbis multa complectẽs ex Vlpiano in l. 2. D. eod. hîc refertur & probat tex. in l. 1. §. quod autem. D. de offi. præfecti vrb. Donec vero iussu præsidis ex seueri, & austeri domini potestate liberentur, si ad ecclesiam confugerint immunitatẽ habebunt, iuxta nostrum tex. & d.l. 2.

6 Neq; cõtrarium probat d.l. si seruus. 4. d. §. sanè seruus, quę in seruis in ecclesiam altariaue irruentibus delictis admissis loquuntur, quibus ius ciuile securitatem denegat, non si propter domini sęuitiam, ecclesiam arripiant, quo casu immunitate gaudebunt ex nostro tex.

7 Cui parum prætereà obstat reg. d.l. inuitum cum similibus, est enim speciale nostri tx. exẽplum, vt hîc obseruat glo. verbo. *vtatur*, exornat præter huius loci interpretes Greg. in d. l. 6. verb. *vender*, & in l. 22. glo. 6. tit. 22. par. 2.

8 Neque item obstat d.l. si lenones, & d. l. final. quia reiecta Accursij interpretatione, ibidem, & in l. 2. D. hoc tit. verb. *violationem*, ego existimo, quod quamuis ancillę à dominis prostitutæ à miseriarum necessitate ab Episcopo iudicevè sint absoluendæ, liberandæ eruendæuè, non tamen vt earum dominium & potestatem domini amittant, statim, sed sic si post hęc insistẽdum eis lenones esse crediderint, vt plané probat. d.l. fi. apud nos vero ipso iure ad libertatem eripiuntur ex d.l. 4. cum similib.

Titulus IX.

De patria potestate.

PRINCIPIVM TITVLI,
Ibi: In potestate, coniuncto verſ. Qui igitur inf. §. 1.

1 *Liberi ex iustis nuptijs procreati in parẽtum potestate sunt, & num. 5.*
2 *Mater, quæ maxima in filiorum procreatione pars est & certior, quàm pater, liberos in potestate non habet, & num. 6.*
3 *L. ille à quo 13. §. si filiꝰ. D. ad S.C. Treb. & n. 8*
4 *Matri & patri æqualis pietas debetur.*
5 *Liberi patris non matris familiam sequuntur.*
6 *Mulier familiam viri sequitur.*

1 COgnita in seruos dominica potestate, de ea quam in liberos parẽtes habent disputatio succedit, sunt enim in potestate nostra liberi, nostri, quos ex iustis nuptijs procreauimus, vt hîc & in d. verſ. *Qui igitur*, Iustinianus scripsit ex I. C. in l. 3. 4. & 5. D. de his qui sunt sui. Caio. lib. 1. institut. tit. 3. in fi. Vlpia. in fragmen. tit. 5. in princ. consonat. l. 3. ti. 2. l. 1. ti. 17 part. 4. explicant Conna. lib. 21. c. 13. Baldui. ad leges Romuli. c. 17. Reuard. ad leges. 12. tabu. c. 3. Pinel. in rub. C. de bon. ma. 2. p. n. 1. & seqq. qui alios refert Alex. ab Alex. lib. 6. c. 10 & ibi Andr. Tiraq. & Carol. Sigo. lib. 1. de antiquo iure Roma. c. 10. Vaconius. lib. 1. declarat. ca. 8. Ioan. Bodin. lib. 1. de republ. cap. 4.

2 † Sed obstat matrẽ, quę in filiorum procreatione non minima pars est, vt ex Medicis, & Philosophis resoluimus in l. 3. C. de murilegulis. lib. 11. n. 90. quinimo, & quæ certior est patre. §. si aduersus, infrà de nuptijs coniuncto §. nouissimè, infra ad S.C. Orfician. & l. si suspecta. 29. § 1. D. de inoffi. testa. filios non habere in potestate. §. fœminę. infra de adoptionib. §. cæteri, infra de hered. qualit. l. illud. 4. §. ad testamenta. D. de bon. poss. contra tabul. l. nulla fæmina. 13. D. de suis, & leg. ergo etsi ex iustis

nuptijs filij procreentur in potestate non sem per nostra sunt.

3 Secundo obstat l. ille à quo 13. §. si filius D. ad Trebel. vbi non pater filium, sed filius patrem in potestate sua habere videtur, siquidē in eum ius dicit.

4 Sed respondē, quod etsi æqualis matri & patri pietas debeatur. l. furiosæ. 4. D. de curator. furios. iustumq; sit æqualiter parentum obedire præceptis, & eorum audire imperium, iuxta 4. Decalogi præceptum, & quæ habētur. c. 21. Deuteronomij, idq; ipso iure naturali, eiusque ratione omnibus insitum sit. l. veluti. 2. D.

5 de iusti. & iure. † Inæqualis tamen est eorum in liberos potestas, d. l. furiosę. omnes enim filij, qui ex iustis nuptijs procreantur in patris sunt potestate, nec ij solum, sed & omnes ex virili sexu descendentes, veluti nepos ex filio, pronepos ex nepote, & cæteri deinceps. l. ne-

6 potes. 5. D. de his qui sunt sui. † Quos ideò mater in potestate non habet, quia qui nascūtur patris non matris familiam sequuntur. l. familiæ. 196. C. de verb. signif. quæ familiæ sue, & caput & finis est. l. pronunciatio. 195. §. fin. in fin. D. de verb. signi. † Vnde cū & ipsa mu-

7 lier viri sui familiam sequatur, eiusque conditione teneatur. l. fœminę. 8. l. nuptæ. 12. D. de senatorib. cum infinitis alijs quos accuratè cōgessimus in d. l. 3. ex n. 15. C. de murilegulis, mirum non erit, si eos non habeat quos peperit filios in potestate: ex quibus intelliges textum in §. qui autem ex filia, infra eodem.

8 Tex. autem in d. l. ille à quo. §. si filius parū obstat, nā quod ad ius publicū attinet filius nō sequitur ius potestatis, vti explicat. I. C. in l. nam quod 14. statim seq. D. ad Trebell. filius enim familiâs in publicis causis, loco patris familiâs habetur, veluti si magistratū gerat, vel tutor detur. l. filius. 9. D. de his qui sunt sui.

§. Nuptiæ. 1.

1 *Matrimonij definitio exornata.*

1 QVia in potestate patris filios ex iustis nuptijs procreatos esse, Iustinianus proposuerat nuptiarum siue matrimonij definitionem hic tradit, quam & anteà insinuauerat, in §. ius naturale, ibi. *Maris, atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus*, supra de iure naturali. I. C. in l. 1. §. ius naturale D. de iustitia & iure, & in l. 1. D. de ritu nupt. ca. illud 11. in fin. de præsumptio. tex. in summa. 27. q. 2. consonat. l. 1. tit. 2. part. 4. quæ definitio ab omnibus vtriusque iuris professoribus & Theologis est recepta, & ab Accursio & cæteris interpretibus hic & in citatis locis latè explicata, eius verba sigillatim discutit & declarat Ioannes Brunelus tracta. de sponsalibus & matrimo. conclu. 1. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 1. Matien. in rubr. tit. 1. lib. 5. nouæ recop. glos. 1. ex n. 1. & seqq. Spinō, in Speculo testamentorum, glos. 14. ex n. 58. & glo. 15. ex n. 1. & nos aliqua dicemus, tit. 1. infrà seq.

§. Ius autem 2.

1 *Patriæ potestatis ius proprium ciuium Romanorum quomodo intelligendum, & num. seq.*

1 IVs patriæ potestatis quod parentes in liberos habent proprium esse ciuium Romanorum, nullosq; alios esse homines qui talē in liberos habeant potestatē qualem Romani docet hic Imperator, ex d. l. 3. & 4. D. de his qui sunt sui, & consonat. l. 1. ibi. *E este poder*, tit. 17 par. 4. & explicāt citati in initio huius tit.

2 Sed grauiter obstat quod Aristoteles scriptū reliquit. lib. 1. Politicorum, ca. 8. Naturæ lege ac præscripto liberos parentum imperio sub iectos esse, consentit Consultus in d. l. veluti. 2. coniuncta. l. 1. §. fin. l. omnes populi. 8. vers. *quod vero*. D. de iust. & iu. quibus id ius natura li ratione apud omnes esse traditum est.

3 Quam difficultatem varijs modis dissoluunt DD. sed omniū reiectis sententijs, tu sic Iustinianum intelliges, vt non neget alias gentes ius patriæ potestatis in liberos suos habere, de quo per Alex. ab Alex. & alios, quos supra in principio adduximus, sed vt illud affirmet, ius istud patriæ potestatis proprium esse ciuium Romanorum, quia illud ipsum moribus suis receperunt statim ab initio nascentis ciuitatis nō à Græcis, aut alijs nationibus edocti, vt planè probat Vlpian. in l. patre furioso. 8. ibi. *Nam cum ius potestatis moribus sit receptum*. D. de his qui sunt sui. posteaq; lege Regia Romuli confirmatum, cuius verba hęc reperiuntur. *Parentum in liberos omne ius esto, relegandi, vēdendi, occidendi*. Ideòq; ius istud proprium dicitur ciuiū Romanorū. Tum etiā quia negari non potest aliqua specialia Romanos in liberos suos habuisse, quæ alijs nationibus ita communia non erāt, vt ex effectibus patrię potestatis cōstat, quorum aliquos hic recenset Accurs. glo. 1. latius Hotom. enuntiatione. 4. Coras. in prælud. ad l. qui liberos. D. de ritu nupt. Pinel. d. 2. p. rubr. de bonis mat. ex n. 5. & hic intelliges illa verba nostri tex. *qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus*, & tx. diffi. in l. 1. §. per hanc in 1. ibi. *Ex iure Romano*, & ibi. *Ex iure Quiritum*. D. de rei vind. coniuncto. §. sed ius quidē ciuile sup. de iure naturali, & sic saluabis glossam nostram, *vers. Romanorum*.

Titulus X.

De nuptijs.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Continuatio huius tit.*

2 *Matri-*

2 *Matrimonium iustũ ciues Romani contrahũt, non alij.*

3 *Matrimonium inter aliquos etiam Romanos ciues prohibitum, & num. 4.*

5 *Matrimonium iure ciuili serui non contrahũt.*

6 *Matrimonium iure canonico serui contrahunt.*

7 *Ætas legitima in masculis 14. annorũ, in fœminis 12. requiritur vtroque iure, vt legitimũ matrimonium sit.*

8 *Ætas ad sponsalia vtroq; iure est septem annorũ.*

9 *Cõsensus parentũ iure ciuili necessarius, vt matrimoniũ iustum sit, secus iure canonico n. 11.*

10 *Distinctio ea in re inter filios emancipatos, & filios fam. inter mares, & fœminas.*

11 *L. 49. Tauri. l. 1. ti. 1. li. 5. nouæ recopilationis.*

NOn tamẽ vt filij in patria potestate sint, de qua superiori ti. actũ est, eos ex quocũq; matrimonio natos esse sufficiet, sed ex iusto, legitimo, quod qualiter cõtrahatur isto tit. Iustin. explicat, quem vt & nos elucidemus, hæc disputabimus, primũ, quæ requirantur ad legitimum matrimoniũ: secundũ, inter quas personas nuptiæ nõ consistant: tertiũ, qua pœna afficiendi sint illi qui contra præcepta coeũt, & matrimonio iungũtur: deniq; quibus modis filij extra matrimoniũ nati legitimi efficiãtur.

2 In tx. ibi. *Ciues Romani.* † Principio igitur vt iustum, & legitimũ sit matrimoniũ iure ciuili cõtrahentes ciues Romanos esse oportet, quod etiam scripsit Caius lib. 1. tit. 4. Vlpian. in frag. ti. 5. & latè explicant Brisonius lib. singu. de iure connub. Sigon. lib. 1. de antiquo iure Roma. c. 9. Anto. Guibert. lib. 1. quæst. iur. ca. 12. Contius lib. 1. lect. ca. 4. Tiraquel. ad leges connubia. Conna. lib. 8. ca. 1. & seqq. Rosin. lib. 5. antiquit. Romanar. c. 37. de Gueuara ad Topica Cicẽ. §. 13. nu. 5. Couar. toto lib. 4. de sponsali. qui omnes latè quæ ad nuptias iustas pertinent prosequuntur.

3 Sed obstat libertinũ ciuẽ Romanũ esse. §. fin. & per totũ. sup. de libertinis, eũ autẽ senatoris filię nubere nõ posse. l. oratio. 16. D. de sponsa. l. oratione. 16. l. lege. 23. l. sciendum. 32. l. semper. 42. l. lege. 44. cum alijs. D. de ritu nupt.

† si senatoris filia cũ liberto non nupserit 4 nec nuptię sent

4 Sed respondẽ, quod etsi vt iustum sit matrimonium, coeuntes Romanos esse oporteat, non tamen omnes Romani inter se iustas nuptias contrahunt, eodem enim iure ciuili interdictum fuit matrimonium inter Senatoris filiam, & libertinum, ex d. l. oratio. cum similibus, quamuis nouo iure superueniens dignitas illud non dissoluat. l. si libertam. 28. C. hoc titulo, Inter pupillam, & tutorem, vel eius filium. l. Senatus Consulto. 59. l. non est 66. D. de ritu nupt. l. vnica. & per totum. C. de interdicto matrimonij. l. 6. tit. 17. partita. 7. inter prouincialem & rectorem prouinciæ. l. qui in prouincia. 57. D. de ritu nupt. l. vnica. C. si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalia dederint. l. 2. versic. *Extrosi dezimos.* tit. 14. partit. 4. Inter Plebeios, & Senatores, vt apud Liuium, & Hotomanum ad leges duodecim tabularum cap. 6. Inter sexagenarium & quinquagenariam, ex Vlpiano tit. 16. in fragm. Ant. Aug. de legibus, cap. de lege Iulia de maritand. ordinibus, ex Conano, & alijs supra citatis.

5 Inde etiam ex superioribus, & ex nostro textu, fit, iure ciuili seruos non nuptias contrahere, sed eorum coniugia contubernia dici. l. plerumque. 35. D. de ædili. edict. l. adoptiuus. 14. §. idem tamen. D. de ritu nupt. l. cum proponas. 4 C. de dolo l. cum ancillas. 3. C. de incest. nup. l. fi. liber homo. 3. l. de ancilla. 26. C. de liberal. cauſ. eorumq; coniuges non vxores, sed contubernales appellari. l. vxorem. 41. §. codicillis. & §. concubinæ. D. de leg. 3. l. quæsitum. 12. §. contubernales. 33. D. de fund. instru. l. Stichus. 20. D. de alim. & cib. l. Iul. Paulus. 81. D. de cond. & dem. l. Thais. 41. §. here de. D. de fidei. liber. eorum filios naturales haberi non legitimos, neque iust. l. deniq;. 8. D. de pignoribus. l. Lucius. 78. §. tres heredes. D. ad Trebell. l. ex libera. 6. C. de suis, & legitim. hered.

6 Superiora tamen omnia in melius, & æquius à sacris Canonibus, quibus hac in re standum est, immutata sunt, & omnes matrimonia, & nuptias rectè contrahunt (his personis exceptis, quas infra enumerabimus,) vt notat Abb. & cæteri in cap. fin. de secund. nupt. Gregorius in dict. l. 6. Glossa 1. vt enim reliqua omittamus, seruorum coniugia eo iure probantur per totam. 29. quæstio. 2. per titulum extra de coniugio seruorum, & per legem. 11. titulo. 2. & per titulum. 5. Partita. 4. distinctionibus tamen ibi traditis obseruatis, quoad conditionis scientiam, vel ignorantiam attinet.

7 In tex. ibi. *Masculi quidem puberes.* † Secundo contrahentes iustam, & legitimam ætatem habere debent, qua in re sacri Canones à legibus non dissentiunt, omni enim iure in masculo quatuordecim anni requiruntur, in fœmina duodecim, in l. quæsitum 9. in l. in sponsalib. 14. D. de sponsalib. coniuncta. l. minorem. 4. D. de rit. nupt. l. dotis. 68. l. si sponsa. 74. D. de iure dot. l. hæc conditio. 10. D. de condit. & demonstr. l. quod pupillæ. 30. D. vt leg. nom. cau. l. 2. §. si sponsalib. D. de priuileg. cred. cap. puberes. 3. cap. attestationes. 10. cap. continebatur. 6. cap. ex literis. 11. & per totum de desponsat. impub. l. 6. tit. 1. l. 9. tit. 2. part. 4. explicat Couar. in 4. 2. par. ca. 5. rationem huius rei præter nouiores hic eleganter prosequutus.

8 † AEtas autem ad sponsalia vtroq; iure est septem annorum. d. l. in sponsalibus. c. literis. 4. 4. accessit. 5. c. ad dissoluendum. 13. de desponsa. im-

sa. impub. d. l. 6. tit. 1. part. 4. exornat Couarr. in 4. 1. par. cap. 2.

Quæ tamen ætas à canonibus requisita suppleri malitia potest, quæ consistit in discretione ad consensum coniugalem intelligendum, & in potentia ad carnalem copulam. c. de illis. 6. c. puberes. 3. cap. fin. de desponsa. impub. & notat vbique Couarru.

9 In textu. ibi. *Consensum habeant parentum.* Tertium necessarium est, parentum cõsensum accedere, idque, & ciuili, & naturali ratione, cũ omni iure parentibus filij subiecti sint, vt diximus in §. fin. de pat. potest. quod ante Iustinianum hic traditum est, in l. in sponsalibus. 7. D. de sponsalib. in l. 1. l. 9. l. 18. D. de ritu nuptia. in l. Paulus. 11. D. de stat. hom. in l. si vt proponis. 5. & 7. in l. viduæ. 18. in l. in coniũctione. 20. C. h. t. quod si parentis prætermisso cõsilio nuptiæ fiant, iniustæ habebuntur, iniusti liberi erunt, iniusta etiamque vxor, dicta. l. Paulus. 11. l. si vxor. 13. §. planè D. ad leg. Iul. de adulte. † Eleganti tamen habita inter filios in potestate, & emancipatos distinctione; Qui enim sunt in potestate iniussu eius in cuius sunt potestate iure ciuili matrimoniũ contrahere non possunt ex nostro tex. cum alijs suprà adductis. Liberi autem emancipati rectè absque patris consensu iustas nuptias contrahunt. Quia tamen in re separandi sant masculi emancipati à fœminis similiter emancipatis; filius enim emancipatus etiam si minor sit annis. 25. iniussu patris nubit, filia non item. Quinimo si morte patris filia minor annis. 25. sui iuris effecta sit, matris & propinquorum consensus exigere debet propter sextus imbecillitatem, & hoc quidem obtinuit primo in pupillis. l. 1. C. hoc tit. tum in virginibus puberibus. dict. l. in coniunctione. 20. deinde in viduis in d. l. viduæ. Meminisse tamen oportebit quod etsi in casu nostri tex. iniustæ nuptiæ sint, quæ absque parentum consensu contrahuntur, eas tamen factas lex non rescindit, vt explicat Iulius Paulus, lib. 2. senten. tit. 19. vbi Cuia. idem lib. 3. obseruat. cap. 5. Conna. lib. 8. cap. 4. num 4.

11 † Iure vero Canonico hæc non procedunt, quo iure ad validitatem matrimonij contrahẽtium tantum consensus sufficit, etiam si parentum non accedat, quamuis illum accedere laudabile sit, verecundiæque ac pudoris signum, vt cap. 24. Geneseos scriptum est, & in cap. sufficiat. 27. quæst. 2. cap. qualis. 30. q. 5. c. hoc sanctum. c. honorantur. 32. q. 2. ca. cum locum 14. de sponsali. Vnde iure damnandi sunt illi, vt eos Sancta Trident. Synodus, sess. 24. de reform. matrimo. ca. 1. anathemate damnat, qui parentu consensum omnino ad validitatẽ matrimonij requiri probant, quos etiam carpit Couarru. in 4. 2. par. cap. 3. §. 8. in princip. Palacios Rubios in cap. per vestras. 3. notab. §. 3. cum sequentib. & ibi Ioan. de Barahona in additionibus.

12 † Ex quo nouo Concil. Triden. Decreto dubia redditur decisio. l. 49. Taur. quę est l. 1. tit. 1. lib. 5. Recop. qua filiæ, quæ absq; parentum cõsensu, vel cum eo clandestine matrimonium contraxerit, pœna exheredationis iniungitur; de cuius viribus & si dubitẽt Ant. Gomez, & alij. ibidem Matienço, in dict. l. 1. eam tamen neruose defendit Molina lib. 2. cap. 16. nu. 16. & cum alijs Gutierrez lib. 2. pract. quæst. cap. 1. & sequentibus. Hodie tamen vt iustæ & legitimæ nuptiæ contrahantur, ea obseruari sufficiet quæ traduntur in d. c. 1. de reformatione matrimonij apud Trident.

§. Ergo. 1. Coniunctis. §§. sequentibus, vsque ad §. si Aduersus. 12.

1 *Matrimonium inter cõsanguineos in quarto gradu; affines, in eodem quarto gradu, contrahi non potest.*

2 *Affinitas ex copula fornicaria ad secundum vsque gradum impedit & dirimit.*

3 *Cognationis legalis impedimentũ inter adoptantẽ, & adoptãtis descẽdẽtes perpetuũ est: inter collaterales in primo gradu, quãdiu adoptio durat.*

4 *Impedimenta matrimonij, remissiuè.*

PRohibẽtur vt ex hoc tx. & seqq. vides inter eosdẽ Romanos ciues matrimonia, aliquãdo propter cõsanguinitatẽ, sępè etiã propter affinitatẽ, nõnũquã propter alias causas, quę prohibitiones quia iuxta ius Canonicũ hodie vbiq; æstimandę sunt, quod ad exornationẽ horum capitum spectat sic accipies.

1 † Inter consanguineos collaterales vsque ad quartum gradũ matrimoniũ contrahi non potest, & vsq; in infinitũ, inter ascẽdentes & descendentes, tx. hic. & in l. nuptiæ. §. 3. l. fi. D. de ritu nupt. l. 4. tit. 6. p. 4. c. non debet. de consan gui. & affin. Idemq; est & inter affines. d. c. nõ

2 debet. l. 5. tit. 6. p. 4. † Quod si affinitas nõ ex copula coniugali, sed ex fornicaria contracta sit, vltra primum & secundum gradũ non excedit noua Conc. Trid. lege. Sess. 24. de refor. matri. c. 4. cuius verba. ibi: *[In vlterioribus verò gradibus statuit huiusmodi affinitatẽ matrimoniũ postea contractum non dirimere.]* Intellige etiam quoad matrimoniũ contrahendũ ex noua declaratione Pij V. Põtificis Max. suo motu proprio facta. incipit. *Ad Romanũ Pontificẽ.* Fol. mihi 57. † Est etiam & aliud impedimentum

3 inter cognatos legales ex adopt. vel adrogatione contractũ, quod inter adoptatũ, & adoptantis descendentes perpetuum est, tx. in hoc. §. ergo. l. adoptiuus. 14. D. de ritu nupt. l. vlt. tit. 7. p. 4. cap. 1. de cognat. legali. in l. 7. & 8. tit. 7. par. 4. & glos. ibi D. Thom. in 4. d. 42. in-

ter collaterales in primo tantum gradu impedit donec adoptio durauerit, c. siqua. de cognatione legali, quo ad alios transuersales nō porrigitur, iuxta veriorem sententiam. † Sunt
4 & aliæ personæ, quæ propter diuersas rationes contrahere prohibentur, quæ in libris Digestorum enumerantur quo ad ius Ciuile attinet, vt Iustinianus ait in. §. sunt & aliæ. infra eodem latissimè à Nauarro in Manuali cap. 22. ex num. 30. cum sequent. Cōua. in 4. 2. parte cap. 6. per totum Matiençio in Rub. tit. 1. lib. 5. nouæ recopilat. num. 135. qui alios retulerunt, eos videbitis iuxta impedimenta quæ impediunt matrimonium contrahendum & dirimunt iam contractum. Planè quæ pertinent ad impedimenta hæc consanguinitatis & affinitatis, latè infrà prosequimur in titulo. De gradibus.

§. *Si aduersus.* 12.

1 *Matrimonium contrahentium contra legū præcepta pœnæ.*
2 *Cap. 2. cap. ex tenore. 14. qui filij sint legitimi.*

SIquis cōtra legū præcepta contraxerit matrimoniū, nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium intelligitur, nec dos, nec propter nuptias donatio, nec filij in potestate sunt, tex. hic. & in. l. incestæ. 52. D. de ritu nupt. aliaſque plurimas patitur pœnas qui incestū cōmittit vt in. l. si adulteriū cū incestu. 38. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. 2. & 3. tit. 18. p. 7. l. 7. tit. vlt. lib. 8. ord. l. 7. tit. 20. lib. 8. nouæ recop. prosequitur præter ord. ad tit. C. de incest. nuptijs Coua. in 4. 2. p. cap. 6. §. 8. nu. 2. Ant. Gomez. in l. 80. Tau. num. 15. Clarus. lib. 5. §. incestus. *Et vide Concil. Trid. sess. 24. cap. 5. de reformat.*

† Sed obstat Tex. in cap. 2. ca. ex tenore. 14. extra qui filij sint legit. vbi filij nati ex matrimonio alias prohibito legitimi sunt.

Sed respondè id admitti propter ignorantiam parentum, vel alterius eorum: notat Bar. in. d. l. adulterium. in principio. num. 11. Glos. verbo. *Scienter.* in. Clem. 1. quam omnino videas, de consang. & affin. quo casu & aliæ pœnæ locum non habent, vt cum communi resoluit Coua. d. §. 8. num. 19. & sequentibus.

§. *Aliquando.* 13.

1 *Naturalis filius per curiæ oblationem legitimus efficitur: hodie per Principis rescriptum, numero. 2.*
3 *Naturalis filius per subsequens matrimonium legitimatur.*
4 *Dotalia instrumenta, vt naturales legitimentur, quando necessaria. & num. 5.*
6 *Cap. tanta, qui filij sint legitimi. remissiue.*

1 MOdos, quibus filij extra matrimoniū nati legitimi efficiantur hic, Iustin. declarat. Prior est per curiæ oblationem, per quam filius in patriam potestatem redigitur, & suorum heredum iura nanciscitur, tex. hic coniuncto. §. quibus. infra de hered. quæ ab intest. l. siquis. 3. l. quoniam. 4. l. cum quis. 10. l. nuper. 11. C. de naturalib. lib. auth. qui. mod. nat. eff. sui. §. siquis. cum sequētibus toto tit. 15. p. 4. Explicat Grassus de success. ab intest. §. successio ab intestato. q. 19.
2 Coua. in 4. 2. p. cap. 8. §. 7. nu. 4. † Hic tamē legitimādi modus iam in dissuetudinem abijt, & eius loco successit legitimatio, quæ principis rescripto fit, auth. præterea. C. de natural. lib. l. 17. tit. 6. lib. 5. fori. l. 4. tit. 15. p. 4. l. 12. Tau. l. 10. tit. 8. lib. 5. nouæ recop. explicant Coua. & Grassus vbi suprà. Ant. Gomez in. d. l. 12. Tau. Matiençio in. d. l. 10. nouæ recop. Gracian. reg. 197. Spino de testam. glossa. 17. num. 124. quos tu ad quæst. legitimationis videbis.

3 In versiculo. *Necnon is.* † Alterum legitimandi filios naturales modum hic Iust. tradit, qui ex subsequenti matrimonio oritur, idem in. d. §. quibus. in. d. l. cū quis, & in. d. l. nuper, in auth. de incest. nup. §. fi. collat. 2. auth. de triente & semisse. §. fi. collatione. 3. l. 1. tit. 13. p. 4. d. l. 12. Tau. & d. l. 10, nouæ recop. tex. in cap. tanta. 6. qui filij sint legit. explicant doctores paulò ante citati.

4 † Sed nostro textui. ibi. *Dotalibus instrumentis compositis* Maximè obstat solum consensum nuptias facere, l. nuptias. 30. D. de reg. iur. auth. de nuptijs. §. nuptias, collat. 4. l. 5. tit. 2. p. 4. ergo dotalia instrumenta necessaria nō sunt. Secundo obstat tex. in. d. c. tanta. vbi solo subsequenti matrimonio naturales filij legitimi fiunt.

5 † Sed vt primæ difficultati satisfacias, distingues. Nam aut is qui subsequenti matrimonio naturales filios legitimare desiderat, legitimos alios habet ex alio matrimonio, ante vel post contracto, & tunc dotalia instrumenta necessaria sunt. d. §. fin. in authen. de incest. nupt. Quòd si alios legitimos filios non habeat, solo sequenti matrimonio absque instrumentis dotalibus filij naturales legitimi habebuntur, auth. qui. mod. natural. eff. leg. §. illudquoque, Nisi forte is maximis dignitatibus sit decoratus, tunc enim hæc instrumenta dotalia necessaria sunt omnino. d. §. illud. & in auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem, explicat Bald. in. l. cum multæ. 20. n. 10. C. de nuptijs.

6 † Non obstat præterea. 2. difficultas quo-

niam iure Pontificio & Regio indistincte dotalia instrumenta non requirũtur, sed solo matrimonij contractu liberi antea nati legitimi efficiuntur.d.cap.tanta, vbi late Abb.& cæteri.d.l.1.tit.13.p.4.vbi. Greg.verbo. *Se casa cõ ella.* Cum alijs Coua.d.§.2.num.8.Spino de testamentis.gloss.16.nu.117.cum alijs.

Titulus. XI.

De adoptionibus. In Rubricam.

ADOPTIONIS Materia quia latius patet, & digna est quę diligentius repetatur, & fusiùs tractetur,non grauabor ex meis ad titulum D. de adoptionibus commentarijs quæ huc pertinent hic inferere,ea præcipuè quæ ad Domitium Vlpianum in.l. Si adrogator.22.illo titulo, auditoribus meis dictabam,vt quod ad Iustinianum adducturus sum tantò magis absoluam.

EXPLICATIO LEGIS, si adrogator.XXII.D.De adoptionibus.

1 *Adoptio quid sit.*
2 *Adoptionis definitione tradita, singula eius verba sigillatim explicantur.*
3 *Adoptionis duæ species, & quæ sit adoptio in specie.*
4 *Adoptio ex S.C. Sabiniano ex tribus maribus quid sit.*
5 *Adrogatio est eorum qui sui iuris sunt adoptio,& ibi de adrogatione repetita quædam è media antiquitate. Emendataque l. si is qui nepotem.44.hoc tit.*
6 *Adoptio ex testamento quid apud veteres,& obiter explicata l. facta. 63. §. si vero nominis. D.ad S.C.Trebell.*

De varijs adoptionum formulis remissiuè.

7 *Adrogatio non nisi præcedente causæ cognitione fit.*
8 *Adrogatus transit in familiam adrogatoris. Et eius capitis diminutione testamentum antea factum infirmatur,& ius legitimarum hereditatum amittitur.*

Cautio ab adrogatore præstanda quæ?

9 *Seruus publicus quis sit, & explicantur.l.non aliter.18.h.t.& §.cum autem. Inst.eo.*
10 *Adrogatus efficitur suus heres adrogatori.*

Quarta pars bonorum patris adrogatoris præstanda adrogato.ex const.D.Pij.& nu.40.

11 *Conclusio huius Textus,*
12 *Adrogatorem heredes non habuisse in casu huius legis.*
13 *Adrogatum filium heredes non habuisse.*
14 *Patrem adrogatorem quoad omnia bona substituere filio adrogato potuisse.*
15 *Filio adrogato ita demum substituitur, ex Vlpiano in.l.2.§. sed si extraneum D. de vulg. si instituatus sit. eius autem intellectus. num. 24.*
16 *Hereditas non adita non transmittitur adheredes.*
17 *Legitima filij naturalis & legitimi est quarta pars portionis. quam ab intestato habiturus erat.*
18 *Vulgaris substitutio tacita comprehenditur sub expressa pupillari.& illa suitatem tollit.*
19 *Institutus in legitima habet illam iudicio testatoris, nemo potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus.*

Qui non honoratur grauari non potest.

20 *Adrogatorem patrem in casu huius legis Testamento facto decessisse probatur.*
21 *Opinio Iasonis existimantis in casu nostri tantus filium fuisse emancipatum refellitur.*
22 *Accursius cõmuniter receptus existimat fuisse præteritum.*

Inducitur reg.§.eadem.Inst.de hered. quæ intest. l.2.§.1.D.fam.herciscundæ.

Ius dicendi nullum quare filius non transmittit.

Expeditur hæc lex in versiculo. Hæc autem omnia.

23 *Filius fuit exheredatus in nostra lege.*

Interpretatur tex.in principio.Inst.quib. mod.test. infir.ibi. Quasi agnatione.

Quasi. Vox interdum veritatem exprimit.

Testamentum in quo suus heres præteritus est,etiã eo decedente viuo patre nullum est neque aliquo iure conualescit & nu.34.

25 *Filius exheredatus adrogatus non agit querela inofficiosi Testamenti.*

Interpretatur Inst.in.§.1.Inst. de inoff.test.
L.Papinianus.8.§.si quis impubes.D.illo tit.

26 *In hac lege filij adrogati heredes legitimi non iure successionis,sed iure cautionis habẽt eius bona iuxta Viglium.& Costam.*
27 *Contra eos verius defenditur vere heredes esse.*

Testati & intestati causa in filio adrogato ex speciali causa concursus.& nu.44.

28 *An filius adrogatus cum duobus testamentis decedere possit latè disputatur.*

Inducitur l.causa cognita.40.D.de vulg.
Tex.in.§.non tamen. Inst.quib.mod.test.inf.
L.Posthumus.12.in principio. &.§. idem & circa.D.de iniusto rupto.

29 *Difficultas ex.l.qui liberis.11.§. Testamento. D.de bon.poss.secund.Tabul.*

Communis eius interpretatio.

30 *Testamentum ante furorem factum, valet etiã sine noua approbatione.*
31 *Communis interpretatio ad.d.§. Testamento reijcitur.*

Inducitur cõtra eã Iustinianus in. d.§. non tamen.

32 *Alius*

32 *Alius intellectus Accursij ad. d.§. Testamẽto.*
33 *Explodituꝛ hæc interpretatio.*
Bonorum possessio cum re, & sine re.
Explicantur præter communem nonnulla iuris Ciuilis capita quæ de his sunt accipienda.
34 *Vera interpretatio nostri tex. & d.§. testamento & aliorum iurium.*
35 *Pater naturalis quoad omnia bona substituit Impuberi; adrogator quoad solam quartam: & quare.*
Interpretatur l. sed si plures. 10. §. in adrogato, D. de vulgari.
36 *Suus heres ex potentia suitatis transmittit hereditatem non agnitam.*
Filius adrogatus quartam habet in bonis adrogati tanquam æs alienũ. & n. 37.
37 *Quæ ex legis dispositione acquiruntur etiam non agnita transmittuntur ad heredes.*
Expenditur & explicatur Auth. hæres. C. de secũdis nuptijs.
L. Edicto. 13. §. ad heredes. D. de iure fisci.
38 *Adducitur & explicatur Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript.*
Infertur explicatio ad l. 4. Tau.
39 *Coniux transfert partem lucrorum constante matrimonio quæsitorum etiam non agnitam.*
Notabilis explicatio ad l. 2. tit. 9. de las ganancias lib. 5. nouæ recopil.
40 *Quartam partem quam filius adrogatus habet ex constitutione D. Pij in bonis adrogatoris, est, omnium bonorum. Contra communem.*
Quid si sint plures filij adrogati?
41 *Vulgaris tacita substitutio non tollit suitatem ex communi.*
42 *Vulgaris expressa substitutio tollit suitatẽ iuxta communem: sed communis falsa ostenditur.*
43 *In necessitatibus nemo existit liberalis.*
44 *Testati & intestati concursus specialis.*
45 *Quem non honoro grauare non possum.*
Pupillaris substitutio respicit vtilitatem pupilli.
46 *Adrogator neque quoad quartam potest substituere fidei commissariè.*
Patrono an iniungi fideicommissum in legitima possit.
L. quod abinitio. D. de reg. iuris explicatur.
47 *Interpretantur l. ita tamen. 27. §. si patronus. D. ad S. C. Trebell. & l. pen. §. si patronus. D. de bonis libertorum.*

AD DOMITIVM Vlpianum libro 26. ad Sabinum in l. Si arrogator. 22. D. de adoptionibus & emancipationibus.

1 VONIAM Omnis quæ de aliqua re suscipitur disputatio, vt ex Philosophis & I. C. ego docere soleo, debet à definitione proficisci, de adoptionibus dicturi antea quam alia ad eius rei explicationem satis necessaria constituamus: ad exactam huius responsi interpretationem definitionem præmittamus oportet; omissa autẽ Caij definitione lib. 1. instit. cap. 5. quam frequenter alij sequũtur, maximè Coua. lib. 2. cap. 15. nu. 1. quæ ex eo reprobatur, quoniam definit adoptionem in esse productam; quæ sanè definiendi ratio inepta est, si quidem constat nihil definiri per effectum debere, cum causa à causato differat, iuxta Bart. in l. 1. D. de appellat. & in l. 1. num. 6. D. de acq. possess. Ant. Gom. in l. 45. Tau. nu. 17. Coua. in reg. possess. r. 1. parte. §. vn. nu. 1. qui eo nomine & appellationis & vsucapionis vulgares definitiones in controuersiã vocant. Omissis similiter Accursij, Hotomaniq́ue definitionibus in principio. Inst. hoc tit. Guil. Benedicti in cap. Raynutius. verbo. *Et vxorem nomine Adelasiam.* Ex num. 164. Eguinarij & aliorum, item & Azonis in summa. C. hoc tit. & alia S. Thomæ. in 4. dist. 10. quæst. 2. in principio hæc aptior videtur definitio. *Adoptio est actus legitimus per quem qui extraneus est pro filio nepote ve habetur.* Quæ ex iuris principijs deducta omnibus suis constat partibus, genere, & differentia, cõtinetq́ue definiti substantialia & cum eo conuertitur, ex quibus optimaquæque definitio cõstare debet, notante Bart. in l. 1. num. 2. D. de testam. Iaso. in rub. nu. 22. D. solut. matr. & in l. si is qui pro emptore. numero. 168. D. de vsucap. Alcia. lib. 6. paradox. cap. 9. Coua. d. capite possessor. 1. parte. §. vn. num. 1. & late dixi in disputatione de mora. num. 24. Diximus. *Actus legitimus.* loco generis, sunt enim plurimi actus legitimi. l. actus legitimi. 77. D. de reg. iur. & passim. Reliqua verba loco differentiæ adiecimus.

2 † Sed subsistamus parumper, eaq́ue sigillatim explicemus. Adoptio igitur dicitur *actus legitimus*, quia non moribus, sed lege duodecim tabularum institutus est, quocirca apud eũdumtaxat magistratum potest transigi apud quem legis actio est, vt notant Hotom. vbi supra. P. Greg. 2. par. Syntag. lib. xi. cap. 6. num. 12. l. 1. 2. 3. & maxime. l. 4. sup. hoc tit. l. 1. C. eo. l. 1. D. de off. iuridici Alexandriæ. hoc est apud quem actiones, siue actus lege duodecim tabularum institutos transigi ius est. sicq́ue intelligendus est Iustinianus nouella. 81. sub authen. constitutio, quæ dignitatibus & episcopatu filium liberat à patria potestate. in principio collatione. 6. & obseruat Brisonius lib. 4. selectarum. c. 20. Dicitur præterea. *Per quẽ qui extraneus est.*) Quoniam siue plane sit alienus, siue etiam cognatus, veluti filius emancipatus aut eius liberi adoptari poterit. l. qui liberatus. 12. D. hoc tit. emancipatus pro extraneo habetur. § emancipatos. Institut. de exhered. lib. §. emancipati. Institut. de hered. quæ

ab

ab inteſt. is vero qui in poteſtate noſtra eſt adoptari non poteſt, ex ratione.§. fic itaque diſcretis. Inſtitut. de actionibus.l. quibus. 18. D.de verborum obligat. probat Cuia. lib.7. obſ.cap.7.& exornabis ex traditis per Anto. Gomez in.l.45. Tau.num.98. Deinde dicitur. (*Pro filio nepote ve*) tum quia nullius alterius cognationis ius quæri per adoptionē poteſt, itaque adoptio in fratrem, aut patrem,aut patruum,aut auunculum nullius momenti eſt,l. nec apud.7.C. de hered. inſtitut. ſed tantummodo in locū filij nepotis ve. Tex. hic.§. fin. Plane poterat quis nepotis loco aliquem adoptare etiam ſi filium non haberet.l. adoptare. 37.inf.hoc tit.verùm ſi filium haberet,& quaſi ex filio natus adoptabatur conſenſus filij exigebatur.l.cum nepos. 6.l. ſiquis nepotem. 10.l. ſi is qui filium. 11.l. ſi pater fam. 15 §.1.l. adoptiones. 43. Et in.l. ſi is qui nepotem.44. hoc tit.l.Gallus.29.§.forſitan. D. de liber. & poſthum.l.ſiquis filium.6.D.de coniung.cum emancip liberis eius.Briſonius lib.8.de formulis,pag.826.cum etiam quia verè filius,aut nepos non eſt,ſed imago,l. filio quem pater.23. D.de liberis & poſthum. & commentum.l.fideicommiſſum.76.D.de cond.& dem.& inde Plato.lib.14.de legibus.dialogo.19. ait. *Quiq; veri liberi non adoptiui ſint.*) Et ludibrium Iuſtinianus appellat. in.l. cum in adoptiuis.10. in principto verſiculo. *cum enim.* C.hoc tit.Rurſus dicitur *pro filio,&c.* quoniam adoptatus veri ſi ij ius conſequebatur.Quod ſanè ius in tribus rebus poſitum erat in hereditate nominis, pecuniæ,ſacrorum. Vt ex Cicerone,in oratione pro Domo ſua.A.Gellio.lib.5. ca.19.Dione lib.40.& lib.46. pulcherrimis adductis teſtimonijs & exemplis obſeruant nouiores maximè Hotoma. Baldui. & Mynſingerius in principio. Inſtitut.eodem,Briſonius vbi proximè pag.826.Guil.Benedictus relatus ſuprà nu.1. Tiraq.de nobili.cap.15.ex num.6. & de primog. quæſt.84. & in.l. ſi vnquam. verbo. *Suſceperit liberos.* ex num.2.& in tractatu retractuum.titulo.1.§.1.gloſſ.8.num.16. Cuia.lib. 3.de feudis.cap.10.Decius conſ.399.Dida.Perez in l.1.tit.2.lib.5.ordinam.colu.2.

3 † Vera adoptionis definitione & propoſita & explicata, eius duas eſſe ſpecies conſtituo.Altera adoptionis nomen retinet, ſitque eorum, qui in ſacris paternis ſunt conſtituti, fiebat autem antiquitus ſecundum formam l. fin.C.hoc tit.quam notat Suetonius in Auguſto.cap.64.Baldui. in Iuſtiniano pagina 192. Rebar.de authorit.prudentum. cap.6. Viglius in prin. num.5. Inſtitut.de inoff. teſt.Cuia.in §.fin. Inſtitut. de leg.agnat. ſuc.& lib.8.obſ. cap.23.Briſon lib 1.ſelect. cap.11.& de formulis.d.pag.826.& coram magiſtratu penes quem legis actio eſſet,vti ex.l.4.ſup.h t.diximus num.2.ideoque non per procuratorem, ſed eo,qui adoptabatur eoque etiam qui adoptabatur præſentibus,d.l.fin.quam ex.d.l.4. coniuncta.l.nemo alieno.123. D.de reg.iur.ſic intelliges cū Briſon.li. 4. ſelect.ca. 20.faciuntq; quę circa d.l.nemo.notat Cuia.li.1.obſeru.c. 34.Rebar.de auth.Prud ca.5.& in d. reg.nemo.& in reg.actus legitimi.in quo tu etiā reproba Alciati interpretationē li.3. parerg.ca. 2,ex.d.l.nemo alieno.iunctis quæ ſcripſit Boſius in ſua practica.tit.an in criminalibus pro abſente,&c.num.4.& 5. Maranta in practica. 4.parte.1.d.numero.54.Ant. Gom.3.to.cap. 1. numero.13. Clarus.lib.5. §. fin quæſt.29. propè fin.& l.ſi maritus.5. C.mandati.& l.3. §.adquirere. & l. ſeruus.7. cum ibi notatis.D. de bonor.poſſeſſ.

4 † Sciendum item eſt, fuiſſe peculiarem quemdam adoptionis modum,qui ex S.C.Sabiniano ex tribus maribus dicebatur, cuius Iuſtinianus meminit in.§.ſed ea omnia.13.Inſtitut.de hered.quæ ab inteſt.def. & in.d.l. cum in adoptiuis.§. quæ autem. C. hoc tit. quod S.C.eiuſque originem variè explicant Theophilus;& nouiores in.d.§.ſed ea omnia.Hotomanus de S.C.verbo.S.C. Sabinianum. Ant. Auguſt.de legibus & S.C.pag.209.Conanus lib.2.cap.15.num.13.Cuia.in l.fin. C. de decurionib.lib.x. Alcia.lib.4.parerg.cap,3.Baldui.in prin.Inſtitut.de excuſat.tut. Reuar.de auth.prud.cap.6. conducunt quæ ſcribit Pinelus, & ab eo relati in rub. C. de bon. mat.2. par.n.13.cauebatur autem eo S.C. vt ſiquis vnū ex tribus fratribus maribº adoptaret quartam bonorum ſuorum partem ei relinqueret, quam ſi non reliquiſſet,ipſummet S. C.adoptato aduerſus eius qui adoptauit heredes ad eam petendam actionem dabat: quod tamē poſtea à Iuſtiniano emendatum fuit. d.§. ſed ea. & d.§.quæ autem. origo verò huius Senatus deſcendit ex quadam Platonis lege lib. 14. de legibus dialogo.19.qua cauebatur liberos maſculos habentem, præter vnum teneri alios non habentibus in adoptionem dare,retulit P. Greg.2.p.Syntag.lib.[illegible] cap.6.num.30.

5 † Alia adoptionis ſpecies peculiare nomē habet,& dicitur *adrogatio*, eſtque eius qui ſui iuris eſt.l.1.& 2.ſupra eod.ex qua colliges legendum,*adrogatio*, & *adrogatus*, quaſi adoptare rogatus, non *arrogatio* ſeu *arrogatus*, vt viri eruditi obſeruant.Hæc coram populo antiquitus fiebat l.2.C.eodem.Calatis comitijs ſecūdum Alex.ab Alex lib.4.genial.cap.3. ſed vt ex alio eiuſdem Alexandri loco lib.2. cap.8. conſtat,ego exiſtimo calatis comitijs cauſam adrogationis cognoſci, nequa calumnia,ne ve quis dolus compoſitus in adrogando ſui iuris homine adhiberetur. & Cicerone pro domo ſua.ibi.*quid eſt hoc ius adoptionis*, quia in eis comitijs de ſacris,item & ijs quibus ſacra perficerentur agebatur,vt ex Alex.d.ca.8.&.d.ca.3.

A.Gellio

A.Gellio lib.15.noct.Atti. ca.27. nomen autem *sacra*, paternam potestatem significare & comprehendere colliges ex multis, quæ scripsit Pineus in rub.C.de bon.mat.2. part. nu. 4.igitur & curiatis comitijs filius poterat adrogari, vt ex Alex.d.c.8. A.Gellio. lib.5. ca.19. notant Baldui. in Scæuola pag. 130. Rebar. lib.5. varior. cap.12. & de auth.prud. cap.6. Cuia.lib.12.obser. cap.15. eius verò hæc erat formula. (*Velitis, iubeatis, vti Lucius Valerius Lucio Titio tam iure, legeque filius sibi fiet, quam si ex eo patre matreque familias eius natus esset; vtique ei vitæ necisque potestas fiet vti patiendo filio est, hoc ita vt dixi, ita vos Quirites rogo.*) Quamuis & per æquipollentia verba factas adrogationes commemoret Cuia. d.cap.15.in qua formula ea verba(*iure legeque*) sic explica, *iure*, scilicet, *Pontificio. Lege, lege adoptionis.* Ex Cicerone iam relato ibi. (*Nego istam adoptionē iure Pontificio esse factam*) & ibi (*& legitimo & Pontificio iure quæratur*) hic intelliges tex. in l. si is qui nepotem.44.inf.eod.ibi (*iure legis*)vel vt emendatiores Codices habent, & notat Baldui.in Scæuola, pag.131. (*iure legeque*) vbi huic adoptioni, vt putà aliam specialem vim habenti maius præstatur vinculum, sicut duo iura vno solent esse fortiora. Hodie tamē post legem Regiam, cuius mentio est in l.1. D. de constitut. Princip. Couar. Pract. quæst. cap.1. lib.1.var.cap.16. Carond.lib.1.verosimil.cap. 2.Auendañum de exeq.mand. capit.1.& Gre. Lopez.in l.1.tit.1. verbo. *las gentes*, part.2. & alios quos retulit Petrus Broseus in notis ad. d.l.1.iam principis autoritate adrogatio fit, l. 2.in principio.sup. h.t. postremò verò apud magistratum Præsidem prouinciæ l.2. C.hoc tit.vbi coram eo factam ita firmam esse acti per populum iure antiquo facta fuisset.in posterioribus verbis docet Imperator.

6 † Illud autem, & antea quam hinc abeas meminisse iuuabit, fuisse & præter superiores adoptionis species, aliam quæ testamento fiebat, cumquis videlicet in eo in bona & nomen testatoris vocabatur, ideſt heres scribebatur, & nomē testatoris ferre iubebatur, cui præcepto parendum erat adita hereditate, simul ac nomine, nisi famosum esset, vel quæ alia eius remittendi causa subesset l. facta.63.§. Si verò nominis. D.ad Trebell. cui adde Molina. lib. 2.de Hispan.primog. cap.14. huius adoptionis illustria exempla sunt apud Velleium Paterculum. lib.2. Eutropium.7. Suetonium in Tiberio, Ciceronem in Bruto. quorum Cuia. meminit lib.7.obser.cap.7.verum enim verò, quia adoptio duobus tantummodo fieri poterat modis, Populi vel Principis autoritate, & magistratus imperio, vt paulò supra diximus, siquis ita adoptaretur in nomen & familiam testatoris non iure adoptabatur, quia legati verbo in ea lege.xii. tabularum quæ testamentorum ius & libertatem constituit, cuius fragmentū extat in.l.verbis legis.120.D.de verb. signi.& alios quos retulimus in disputatione de mora numero.202. adoptiones non significantur. Quare quemadmodum curator testamento datus à prætore confirmatur, ita adoptio non iure facta, veluti testamento à Populo vel Principe confirmari oportebat: quemadmodum etiam & cum fœmina adoptabat.l. adoptatio.38.Infr.eo.l.si suspecta.§. fin.D.de inoff.l.eam quam.ad fi.C.de fidei commiss.ob seruant nouiores.in §.fœminæ. Institut.eodē tit.Rebard.lib.5.var.cap.12. Cona.lib.2.cap. 15.num.6.Cuia.ad Vlpianum.tit.8. Coras.in l.nam & fœminæ. supra hoc tit.P. Greg.d.2. parte lib.xi. cap.6. num.6. & num.21. quod non calluit Iaso.hic. nu.2. inepte A.Gellium iam relatum reprehendens. Fuerunt præterea apud alias gentes multiplices adoptandi formulæ; apud Hebræos refert Iosephus lib.1.antiq.cap.15.apud Assyrios Berosus. lib.5.deflorationis. Diodorus Siculus. lib.4. apud Francos. Tritemmius libro Breuiarium Annalium Franciæ in rege.52. apud Longobardos Paulus Diaconus.lib.6. degestis Longobardorum capit.15.& apud diuersas alias gētes refert Piteus.lib.1.aduersariorum capite.1.

7 † Hæc generaliter de adoptionibus dicta esse sufficiāt, verum quia Vlpianus in hoc capite de adrogatione agit, de ea nos paulò attē tius quoque agamus, Igitur vt ex Alex. ab Alexan.sup.nu.5. insinuauimus, pupillorum adrogationes non passim admittendæ erant, sed præuia causæ cognitione, & his considera tis quæ I. C. aduertit in.l. nec ei.17. §.1. sup. h.t.in l.non aliter.18. statim seq.h.t.à quibus Iustinianus habuit in.§.cum autem. Inst. eodē tit.& ab omnibus.l.4.tit.16.part.4. sicque est intelligendus Tex. in l. causa cognita. 40.in princ.D.de vulgari. & in.d. l.nec ei. in princ. & in l.si pater fam.15.in. §.fi.supra.h.tit.

8 † Sciendum item est, adrogatum siue maiorem siue minorē olim omnia bona sua in adrogatorem patrem transmittere (hodie quoad vsum fructum) & in potestatem eius transire, tex.in princ.Inst.de acqui.per adrog.& quod amplius est post.sine apprehensione.l.si adoptauero.16.D.de precario.cum igitur in alienā familiam transitum faceret capite minuebatur.§.Minima.Inst.de ca.diminut.l.3.in prin. l.fin.in fine.D.eod.l.non facile.4. ad fi.versiculo.*pen.* D. de gradibus Vlpia.in frag.tit.xi. versi.*minima*.sicque intelliges Tex.in.d.prin. inst. de acq. per adrogationem. Verùm quia hinc & illud oriebatur, quod si maior testamē tum ante adrogationem condidisset, aut minori pater naturalis tabulas pupillares fecisset, quæ ipsius filij testamentum sunt.l. patris & filij.20.D de vulg. Tex.in princ. & in §. qua ratione Inst.de pup.capitis hac diminutione

irritum

irritum fiebat. Tex. in §. non tamen. Institut. quib. mod. test. infir. vbi diximus. d. l. nec ei. §. eorum sup. h. t. nec id solùm verum & legitimarum hereditatum ius amittebat, amissa agnat. tex. in d. prin. Inst. de acq. per adrog. l. capitis 11. D. de suis & leg. l. 1. §. capitis. D. ad Tertull. §. tciendum. Inst. de S. C. Orficiano. l. Tutelas. 6. D. de capi. dim. quã explicant Gouea. lib. 2. lectio. cap. 12. Cuia. in notis ad Vlp. t. 11. versi. *excepta*. Em. Suarez. lib. 1. obseruat. cap. 36. Hotom. in §. vltimo. verbo. *Ciuilis*. Inst. de legit. ag. tut. Baldui. in Scœuola. pag. 158. & ad leges. xii. tabul. l. 22. Contius de fuc ceſſ. ab inteſtato, p. 71. Ne impubes iudicij incapax per adrogationem hereditatem iure naturæ alijs quodammodo debitam ad exteros transmitteret, cautio ab adrogatore patre deſiderabatur, per quam promitteret reſtituturũ ſe bona illis, ad quos ſi adoptio facta non fuiſſet, peruentura erant, qua cautione & ſubſtitutis, & venientibus abinteſtato, & libertatibus proſpectum eſt. d. l. nec ei. §. eorum. §. fin. cum l. ſeq. & l. his verbis ſup. h. t. explicat Cona. d. lib. 2. cap. 15. num. 12.

† Hanc cautionem perſonæ publicæ impuberis nomine dandam eſſe ſcripſit Iuſtinianus in §. cum autem. Inſt. h. t. Marcellus autẽ non publicæ perſonæ ſed ſeruo pub. cauendũ docet in l. non aliter. 18. ſup. h. t. quibus in locis valde laborat Accurſius, vt qui ſeruus publicus ſit, exponat. Tandem exiſtimat, Marcelli verba (*ſeruo publico*) ideſt, tabellioni, interpretanda eſſe, iuxta l. ſi pupillus. 2. ibi. (*ſeruũ publicum apud Prætorem ſtipulari debere*) D. rem pu. falu. fore. tex. in cap. quamquam. 2. ibi. *aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato*. de vſuris lib. 6. ne alias obſtet tex. in l. generali. 3. C. de tabularijs. lib. x. vbi ſeruos tabularios eſſe non poſſe ſcriptum eſt. Sed id eſt perquam ridiculum vt Conan. & Gouean. ſap. aduertunt. Quare ea opinione. & alia quam ſcripſit. Tiraq. Tract. de iu. conſtituti. 3. p. limit. 30. num. 42. omiſſa. dicendum eſt, ſeruos publicos dici, ideſt in publicũ emptos, cum enim ſæpè eueniret vt pro abſentibus, aut pupillis, aut reipublicæ nomine ſtipulari, aut tranſigere oporteret, quod quis per alium facere non poterat l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. D. de verb. ob. (diximus. in §. alteri. Inſtit. de inut. ſtip.) huic muneri ſeruum publicum præfecerunt, nõ vnius aut alterius, ſed omnium & ſingulorum & publicum & communem, vt pro omnibus & ſingulis ſtipulari & acquirere rectè poſſet. hunc Tacitus lib. 2. *actorem* publicum appellat. Sueto-nius in Iulio. *Actuarium*. Iure conſulti ſeruũ publicum, & de eo accipiendæ ſunt. d. l. non aliter. d. l. 2. & d. c. quamquam. Neque repugnat. Tex. in d. §. cum autem. ibi (*publicæ perſonæ, ideſt, tabellioni,*) quia quo tempore id ſcripſit Imperator Iuſtinianus Arcadij cõſtitutione in. d. l. generali, ſeruis actuariorum munus interdictum fuerat, vt recentiores notant in. d. §. cum autem Cona. lib. 2. cap. 2. num. 2. Gouea. lib. 2. lectio. cap. 10. Forca. in Necyomãtiuris. dialogo. 98. num. 3. ſicque eſt etiam interpretanda l. 2. C. eodem. & non longè videntur verba. l. 7. ibi. *E aunque eſtos tales officiales ſon como ſieruos publicos*. tit. 11. part. 5.

† Præmiſſa igitur cauſæ cognitione, interpoſitaque cautione, adrogatione facta ſuitatẽ ciuſque effectus oriri reſoluit. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo. *ſuſceperit liberos*. num. 21. C. de reuoc. donat. Padilla. in l. eam quam. num. 6. & 7. C. de fideicommiſſ. Ant. Gomez. 1. to. cap. 9 num. 12. ſicque in filios adrogatos ius vitæ neciſque poteſtas parentibus dabatur, vt ex antiqua formula à nobis ſupra num. 5. relata colligere licet. & latiùs inferius dicemus. Præterea filio impuberi adrogato quarta bonorum patris adrogatoris præſtanda erat ex Diui Pij cõſtitutione Tex. hic. &. in l. fin. D. ſi quid in fraud. patr. cum alijs infra referẽdis. cuius quartæ ratio & fundamentum illud fuit, quod cum ex Diui Pij permiſsione adrogaretur pupillus qui nec velle, nec nolle habet. l. pupillus. 9. D. de acq. hered. l. pupillus. 189. D. de reg. iur. cuiuſque ætas quæ videt non intelligit. l. 1. verſi culo. *impuberes*. C. de falſa moneta, Cuia. lib. 7. obſeru. ca. 18. ne aliàs ei damnoſa eſſet adrogatio hunc ei fauorem præſtari voluit. Quæ tamen quarta non ſemper ei debebatur, ſed ita demum ſi adrogatori patri, mortuo intra pubertatem filij, filius ſuperuixiſſet. alias nõ ita. Quæ ſententia comprobari poteſt, ex l. 2. ibi. *vltimo iudicio*. C. h. t. & ex noſtro tex. ibi. *impubere relicto filio adoptiuo*, & ibi. *mox impubes deceſſerit*. poſt pubertatem autem ratio præſtationis quartæ ceſſat. argum. l. nonnunquã. 32. cum ſeq. Infra. h. t. iunctis traditis per Corſetum in ſingulari verbo. *taciturnitas*. Decium. conſ. 55. num. 7. Tiraq. de nobil. cap. 6. nu. 31. Meneſes in. d. l. eam quam num. 8. ideoq; eius priuilegium ceſſabit. arg. l. Titia Scio. 87. §. vſuras. D. de leg. 2. & eorum quæ ibi Bar. notauit. Cauallinus de vſuris num. 305. quod licèt non ita probet reſoluit Saly. in l. 2. num. 6. & in l. pen. nu. 5. C. eodem. Greg. in l. 9. t. 5. par. 6 cui ſententiæ adaptanda eſt. *l. 8. tit. 16. p. 4. l. 5. tit. 22. lib. 4. fori*.

† His ſic veluti in modum præuiæ cuiuſdã inſpectionis præmiſsis, ſummarium Vlpiani in hac l. ſi adrogator. D. de adoptionibus eſt, *mortuo patre adrogatore, & mox filio impubere, heredes patris heredibus filij bona quæ filius patri quæſiuit, & quartam partem omnium bonorum patris reſtituere tenentur; niſi filio in ea ſubſtituiſſet pater, quæ ſubſtitutio pupillaris directa non fidei commiſſaria admittitur. quæ omnia & in nepote adrogato procedunt*. conſonat tex. in l. 8. tit. 16. p. 4. l. 9. tit. 5. par. 6. l. 5. tit. 22. lib. 4. fori. & explicant

plicant iam relati. &, infrà referendi.

12 † Sed pro dubitandi ratione contra noſtrum tex. & concluſionem ex eo deſumptã, Sic argumentor & in primis cõtra tex. ibi. *heredes*, &c. quibus verbis probatur heredes patris adrogati filij bona ei vel heredibus eius, *reſtituere* debere: Aut noſter tex. loquitur de heredibus ſcriptis in teſtamento, in quo filius adrogatus inſtitutus fuit, aut in quo fuit exheredatus, aut in quo fuit præteritus. nullo modo procedere poteſt, ergo, &c. Probo minorem, non loquitur Vlpianus in teſtamento in quo filius fuit inſtitutus (vt putarunt Rayner. & Alberic.) quia hoc caſu adrogatus tranſmiſiſſet hereditatem ex potentia ſuitatis, ex regula l. apud hoſtes. 8. C. de ſuis & legit. reſoluit Meneſes in l. eam quam num. 7. C. de fideicõmiſſ. cuius contrarium noſter tex. docet, maximè in verbo. *reſtituere*. Præterea non loquitur in teſtamento in quo fuit exheredatus (vt poſt Fulgoſium, ſtrenue defendit Iaſo. hic. nu. 12.) quia alijs pluribus omiſsis fundamentis maximè tex. in l. 2. §. ſed ſi extraneum. D. de vulgar. conſidero quod cum ex tali exheredatione & excluſione etiam quoad quartam ingens ratio dubitandi oriri poſſet, an nihilominus excluſo ac exheredato competeret. Vlpia. huic dubio ſatisfacit, ne alias fundamentũ intentionis omiſiſſet, arg l. egi tecum. 26. D. de excep. rei iud. l. item apud Labeonem. 15. §. Ait Prætor. 2. D. de iniurijs. Conſidero vlteriùs formam. l. inter cætera. 30. D. de liber. & poſth. quoad exheredationem ſaltim ceſſare, ex eo quod ipſius filij iniuria eſt. l. Papinianus 8. in princ. D. de inoff. teſtam. declarat Areti. in l. filius fam. D. de acq. hered. Decius in l. 1. 2 lect. nu. 72. C. qui admitti. At lex iniuria notatum filium ſine remedio relinquendo, vt in. d. l. Papinianus. §. ſiquis impubes. agnoſcunt omnes, refert aliquos Minch. de ſucceſſ. creat. §. 20. num. 202. quod inductum eſſet in fauorem filij in eius odium retorqueretur cõtra l. quod fauore 6. C. de legibus. Denique non loquitur in teſtamento, in quo filius fuit præteritus, quia illud nullum eſſet, reſoluit. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, verbo. *Juſceperit liberos*. num. 20. C. de reuoc. donat. hinc que neque hi heredes patris, heredes dici poſſent. arg. l. 4. §. condemnatum. D. de re iudicata. nec tũc filius ſolus ſuccederet in quarta, verùm in omnibus bonis. ex regula. §. 1. Inſtitut. de hered. quæ abinteſt. iũctis traditis ſupra nu. 10. Nec pupillaris ſubſtitutio poſſet valere. §. liberis. Inſt. de pupill. nec fideicommiſſum. l. ſi veritas. 23. C. de fidei commiſſ. contrarium vero hic exprimitur. ergo, &c.

13 † Secundo contra noſtrum tex. dum probat filij adrogati bona, item & quartam partẽ bonorum patris adrogatoris filij heredibus reſtituenda eſſe, Sic argumentor, aut heredes filij erant ex teſtamento, aut abinteſtato. Non ex teſtamento quoniam hoc caſu decederet filius cum duobus teſtamentis, & duobus ſeparatim heredibus, quoties adrogator pater ei ſubſtituiſſet, quod vtique eſt contra l. 1. & 2. D. de iniuſto rupto. cum pluribus à nobis adductis in. §. poſteriore. Inſt. quib. mod. teſt. infir. non abinteſtato quoniam & hoc caſu pupillari ſubſtitutione quoad quartam facta decederet filius pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus quoad alia bona, quod ius noſtrum non patitur. l. ius noſtrum. 7. D. de reg. iur. cũ alijs latè adductis. in §. hereditas. Inſtitut. de hered. inſtitu. ergo nullo modo procedit tex. neque eius concluſio. Præterea nam heredes ex teſtamento habere non poſſe ex eo confirmatur: quoniam cum impubes deceſſerit, vt conſtat ex tex. noſtro ibi. *mox impubes deceßerit*, Teſtari non potuit. §. præterea. Inſt. quib. non eſt permiſſ. neque præterea illos potuit habere, quos pater naturalis, ei pupillariter ſubſtituẽdo, dediſſet, quoniam cum pupillaris ſubſt. filij teſtamentum ſit. l. 2. in princ. l. patris & filij 20. D. de vulgari. Tex. in princ & §. qua ratione. Inſt. de pupill. teſtamentum autem adrogationi irritum fiat. §. non tamen. Inſt. quibus mod. teſt. infir. l. qui ex liberis. xi. § teſtamento. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. teſtamento conſequens eſt eum heredes habere nõ poſſe.

14 † Tertio contra tex. dum probat, ſubſtitutionẽ quam pater adrogator facit quoad quartam partem quam ex bonis eius conſequitur adrogatus, admitti, non quoad alia bona, Sic argum. idem operatur fictio in caſu ficto quod veritas in caſu vero. l. filio quem pater. 23. vbi notat Bart. D. de liberis & poſthu. & in ſpecie probabis ex princ. Inſt. h. t. & ijs quæ latè ſcripſimus ſupra. ex. num. 2. Sed filio naturali impuberi ſubſtituere pupillariter quoad omnia bona pater poteſt. tex. in l. 2. in princ. cũ alijs ibi. D. de vulg. tex. in prin. & toto titulo. Inſt. de pup. & eo caſu non tantum patris ſed etiam filij bona ad ſubſtitutum pertinent l. ſed ſi plures. x. §. ad ſubſtitutos. D. de vulg. quinimo & in hac eadem ſpecie, ad ſubſtitutum adrogati bona præter quartam Diui Pij pertinere docet. I. C. in d. l. ſed ſi plures. §. in adrogato. D. de vulgari ergo, &c.

15 † Quarto contra noſtrum tex. coniuncta interpretatione communi exiſtimantium in eo, filium exheredatum à patre fuiſſe, quam neruoſè defendit Iaſo. num. 12. & latè nos infra ad 1. obijcio difficilem tex. in l. 2. §. ſed ſi extraneum. D. de vulg. vbi ita demum adrogato filio poteſt adrogator pater ſubſtituere ſi eum heredem inſtituerit: cum ergo conditio inducat formam, & debeat iuxta eam omnimodo impleri. l. qui heredi. 44. l. Mæuius. 55. D. de cond. & dem. conſequens eſt non aliter poſſe patrem filio ſubſtituere, quam ſi eum he-

redem

redem instituerit. Quod & probari videtur ex eo quod in vers. præcedenti de nepotibus legitimis & naturalibus, quibus pater substituit, loquens Vlpianus ait, institutionem vel exheredationem sufficere, subijciens in filio adrogato institutionem necessariam. vnde ex illo tex. Alber. & Ray. hic. Soci. ibi. num. 3. & 7. Ripa. num. 26. putauerunt exheredato filio adrogato non posse pupillariter substitui. ergo neque quoad quartam Diui Pij valere potuit in nostra lege.

16 † Quinto contra textum. ibi. *Mox impubes decedat.* Coniuncto versiculo. *Et dicendum, &c.* Quibus in versiculis probatur adrogatum impubem quartam non agnitam ad suos heredes transmittere. Obijcio cum Bartolo hic nu. 9. l. vni. §. In nouissimo. C. de Caducis toll. l. si auia. 6. l. quoniam sororem 7. C. de iu. delib. l. 2 tit. 6. l. 34. tit. 9. part. 6. quibus docemur hereditatem non agnitam ad heredes transmitti nō posse. ergo neque hic potuit quarta transmitti.

17 † Sexto contra nostrum tex. ibi. *Quartam partem.* Coniuncta. l. fin. D. si quid in fraud. patro. l. 9. tit. 5. p. 6. quibus cauetur, vt ex bonis quæ mortis tempore illius, qui adoptauit fuerunt, quarta pars ad eum qui adoptatus est pertineat, Sic argumentor, non debet adrogatus plus percipere quam naturalis. arg. l. qui habent. 3. D. de tutel. d. l filio quem pater. 23. D. de libe. & posth. reg. capit. cum Bertholdus. 18. versi. *Licet autem.* De re iudicata: Sed naturalis solum percipiebat quartam partem portionis ab intestato prouenturæ. l. parentibus. 8. C. de inoff. test. notat Claudius Tract. legitimarum articulo. 4. Minchaca. de succes. creat. §. 20. num. 210. cum alijs. ergo nec adrogatus quartam omnium bonorum deducet.

18 † Septimo contra nostrum textū & quod pater nec quoad hanc quartam pupillariter substituere possit, sic argum. Pupillaris continet vulgarem. Iam hoc iur. 4. D. de vulg. scribit Charon. lib. 2. verosimil. cap. 13. Forca. in Næcyomantia dialogo. 24. num. 5. Sed vulgaris in hac quarta fieri nequit vt cum alijs iuxta communes opiniones resoluit Anto. Gom. 1. to. cap. 3. num. 17. Costa in cap. Si pater. 2. parte verbo. *debitæ.* num. 3. & 4. de testamen. lib. 6. cum grauamen ex ea oriatur, quia suitas tollitur. l. si filius heres. 16. D. de lib. & posth. l. & si sine. 8. §. sed quod Papinianus. D. de minoribus, cum alijs, ex quibus suitatem datione substituti vulgaris, tolli iuxta magis receptas sententias firmat Anto. Gom. d. cap. 13. num. 15. Costa in. cap. si pater. 1. p. gloss. *si decederet.* num. 9. de testam. lib. 6. Peralta in. l. cum patronus. num. 24. D. de leg. lib. 2. Minchaca de succes. creatione. §. 21. num. 183. & sic transmittē dimanetur potestas & potentia, quæ ex suitate descendit iuxta communes opiniones, quas resoluit Ant. Gom. d. 1. to. cap. 9. num. 34. imo & ex quolibet alio capite ob tacitā huius substitutionis conditionem, in qua transmissione interesse & commodum defuncti consideratur l. Pantonius. 86. D. de acq. hered. ergo ex his neque pupillaris in hac quarta fieri poterit arg. l. Oratio. 16. D. de sponsalibus. l. illud dubitari. 77. D. de acqui. hered. l. fin. C. de reb. alien.

† Octauo contra nostrum tex. in versicu. *Cæterum.* ibi. *quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, &c.* Si testator filium in quarta instituat eam iudicio testatoris capit. Auth. vt cum de appell. cognos. §. aliud quoque capitulum, in principio collat. 8. ergo contra nostrum textum. 19

Nonò contra generalem sententiam huius textus, qua probatur pupillarem substitutionem non trahi ad vniuersa bona pupilli: Sic argum. ius nostrum non patitur eundem in paganis & pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere. l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. §. hereditas. Inst. de hered. inst. Sed hoc casu filius decedit testatus quoad quartam, quam habet in bonis adrogatoris ex constitutione. D. Pij intestatus quo ad alia propria bona quia ad ea non trahitur substitutio: ergo vel pro parte testatus, pro parte verò intestatus, decedet, aut pupillaris omnia bona continebit.

Decimò ex Bar. num. 8. opp. 5. & num. 11. opp. 11. sic argumentor. Filius adrogatus habet hanc quartam partem non iudicio testatoris, sed ex Diui Pij constitutione, tex. hic versi. *Cæterum.* d. l. fin. D. si quid in fraud. ergo non poterit ei in ea substitui ex reg. l. ab eo. C. de fidei comm. His explicatis difficultatibus, & Vlpiani hoc responsum, & quæ iuxta eum Bartolus scripsit satis intelligentur, & quid is noster labor præter alios ad hanc legē afferet res ipsa ostendet.

20 † Quibus tamen non obstantibus proposita ex nostro Tex. conclusio verissima est, probataque ex ijs quæ diximus supra maximè num. 10. & inferius in progressu disputationis docebimus. Illud autem in primis explicare oportet, quod ab vniuersis hic vadè disputatur, nunquid *adrogator pater testamento facto decesserit? An vero ab intestato?* Qua in re quicquid nonnulli controuertant verius est eum decessisse testatò, eò quod Vlpianus eius heredes bona restituere debere & præterea quartam partem docet, sanè quamuis verbum *heredes* ad causam quoque intestati pertineat arg. l. lege obuenire. 130. D. de verb. sig. l. ea vero. 3. §. de illo. D. pro socio. frequentius tamē ius testati demonstrat. l. verbis legis. 120. D. de verb. sig. & toto Tractatu De heredib. instituendis. Præterea cum pupillarem substitutionem filio adrogato pater fecerit hic versi. *Sed an impuberi.* Consequens est, cum obijsse testato.

ſtato.l.2.§.quiſquis.D.de vulg.Deinde quia ſi inteſtato deceſsiſſet pater, adrogatus filius tãquam ſuus cæteris excluſis ſuccederet, Tex.in prin.quib.mod.teſt.inf.coniuncto.§.1.Inſtit. de hered.quæ ab inteſt. neque naturales filij & legitimi ei impedimento eſſe poſſent, tum quia ſi pater eos haberet, adrogatio niſi ex cauſa non fieret.l.ſi pater.15.§.in adrogationibus.l.nec ei.17.§. eorum ſup. eo. cum etiam, quia illis extantibus vnà cum eis adrogatus ſucceſsiſſet.reg.§. adoptiui.Inſt. de exhered. lib.

21 † Sed tunc grandior difficultas inſurgit,an in eo *adrogatus filius,inſtitutus aut præteritus,an verò exheredatus fuerit?* propter ea quæ retulimus ſupra num.12.ex quibus conuincebamus in ſpecie noſtri tex.neque inſtitutum, neque exheredatum, neque præteritum eſſe poſſe propter omnino repugnantes regulas & principia;quæ vt effugiat Laſo.hic, num.12. verſi. *Item poteſt*,noſtrũ Textum in adrogato emãcipato interpretatur, eò quod is, neque inſtitui neque exheredari debeat,quia loco extranei eſt,§.adoptiui.Inſt.de exhered. lib.§. minus ergo.Inſt.de hered.quæ ab inteſt. def.cui tamen adhuc quarta debetur ſi ſine cauſa emãcipatio fiat.§.item non aliter verſi.*Sed & ſi de cedens.*Inſt.h.t. Sed quàm hæc interpretatio ſit abſurda nemo eſt,qui non videat. tum quia Vlpianus de adrogatore patre, adrogatoque filio agit,& diſputat,quæ diſputatio per emãcipationem diſſoluta adrogatione inepta eſſet perinde enim eſt,ac ſi facta non fuiſſet.d.§.minus ergo.& induces.l. cum in adoptiuis. 10.in prin.C. h. t. tum etiam quoniam cum Vlpianus pupillarem ſubſtitutionem factam aſſerat,verſic. *Sed an impuberi.* patriam poteſtatẽ neceſſariò præmittit, l.2. in prin. D.de vulg. tex.in prin.vbi latè diximus. Inſti. de pupi. Coſta in cap.ſi pater.1.par.ver.*habens*, ex nu. 1. de teſtam. lib.6. Deinde ſcrupulum iniecit verſi. *Mox impubes decedat.*qui in emancipato, nihil notat. quocunque enim tempore decedat,ſi ſine cauſa emancipatur, quartam habet. d.verſi *ſed ſi decedens.*

22 † Quare frequenter in eam à pleriſque itum eſt ſententiam, vt filius in hoc capite præteritus ſit. Ita reſoluit Accurſ. hic. verb. *adoptiuo.*& in d.§.item non aliter. ver. *exheredauerit.* defenduntque Albe. & Raynerius.& poſt antiquiores Salicetus in.l. 2. num.3. C. eod.idem & Fabianus in auth.nouiſsima. C. de inofficioſo.Vualdenſis de ſucceſſ. ab inteſtato numero.56. Crotus in repetitione.cap. Raynutius.colum.34. verſiculo.*vltimò fallit.* Pro qua ſententia primò facit, eum dici præteritum qui neque inſtitutus eſt,neque exheredatus.§. eadem. Inſtitut. de hered. quæ ab inteſt.defer.quare cum hic neque inſtitutus, neque exheredatus proponatur filius, cum fuiſſe, præteritum conſequens eſt. Induci deinde poteſt l.2.§.1.D.fam. herciſcundæ. Vbi expreſsè videtur idẽ Vlpianus probare,adrogatum cui ex Conſtitutione Diui Pij quarta debetur,neque heredem,neque bonorum poſſeſſorem eſſe, ideoque *vtile* familiæ herciſcundæ iudicium neceſſarium,planè *directum* admitteretur ſi vel ex teſtamento, vel ab inteſtato filius in quartã ſuccederet. d. l.2. in principio.cum ergo neutro iure,ſuccedat,impune potuit præteriri. Cui interpretationi non obſtat ſi obijcias, filio adrogato præterito teſtamentum nullum eſſe, tex. in principio Inſt. quib. mod. teſtam. infir.vbi eius agnatione teſtamentum antea factum, quaſi ſuo agnaſcente,rumpetur.ergo ſimiliter nullum illud erit,in quo præteritus ſit Tex. in principio coniuncto.§.adoptiui. Inſtit.de exhered.lib.l.non putauit.8.§. ſiquis emancipatum.D.de bon.poſſeſſ.contra tab.l.filio quem pater.23.D. de lib. & poſth. notat gloſſa in rub.C.de poſth.hered.inſt.Quoniam reſpondeo nullum teſtamentum hic effectum non fuiſſe,quia mox impubes deceſsit, ideſt, antequã illud nullum diceret.Planè hoc ius dicẽdi nullum teſtamentum ob præteritionis vitium ad heredes non tranſmitti, docuit Bal. in.l.ſi. D.ad Tertullianum idem in.l.2. ad ſi. C. de lib.præterit.Alexand.in l. cum in antiquioribus.C. de iure delib. & inde cum myſterio Vlpianus mox impuberem deceſsiſſe ſcripſit, hoc eſt antequam ius illud proponeret, aut ad heredes tranſmitteret. Præterea pro hac opinione expendo ſubtiliter poſteriora verba noſtri text. ibi. *hæc autem omnia dicenda ſunt, ſiue in locum filij,ſiue in locum nepotis aliquem impuberem adoptauerit.*) Quæ generaliter ad ſuperiora ſunt referenda,eaque pariformiter terminare debent,arg. l.iam hoc iure 4.D. de vulgari. notat Decius in l.in teſtamento. nu. 8. C. de militari. Sed nepos impunè prætertur Tex. in prin. verſi. *Sed non ita de filiabus.*Inſt.de exher. lib. Notat Beroius in cap. Raynutius.n 52.de teſta.Minch. de ſucceſſ.creat.§.20. num.5.& num.18.& num.19.Coſta in 3.§.p. num.26. & in 1.cap. p.verbo.*In re certa* num.1.Forcatulus. dialogo.35. ergo & filius. Quod ſi quæras, cur pater adrogator impunè hunc adrogatum filium prætertre poſsit?Cum & iura ſui heredis habeat vt ſupra diximus.tum, quia ſucceſſiones omnes mutuæ reciprocæque eſſe debent,notat Antonius Gomez in.l.9. Tau. nu. 48.Didacus Perez in.l.1.tit.2.lib.5. ord. ver. *Mandas.* fol.100. quare cum pater huic filio non ſuccedat.l.non aliter ſup. eodem; neque impubes ei ſuccedet,notat Saly.in.d.l.2.num. 3.C.eod.cum etiam quia omni caſu filius hãc quartam non iure ſucceſsionis, ſed tanquam æs alienum capit. l. Papinianus. 8. §. ſiquis

impubes. in fine. D. de inoff. testam. notat Goueanus in. l. sed si plures. x. §. in adrogato. D. de vulg. Rod. Suarez in. l. quoniam in prioribus. ampl. 7. nu. 15. col. 3. Costa in. l. qui duos. §. cum in bello. ver. *Postea mortui.* nu. 4. indeque ius dicendi nullum ei non competit. Considero etiam l. iam dubitari 85. D. de hered. inst. vbi quia institutus subconditione *si voluit*, superfluè sub contraria exheredaretur, impunè præteriri potest.

23 † Hæc licèt probare videantur filium in casu nostri Tex. fuisse præteritum longè tamen verius firmo, eum exheredatum fuisse: quod tanquam necessarium omnino conuinces, cum enim suus sit, vt latè sup. diximus nu. 10. & in proposito notat Orof. hic nu. 14. & nu. 15. & probat Tex. in prin. Inst. qui mod. Test. infir. ibi. (*Quasi agnatione sui heredis.*) Cui non satisfacies si dixeris, dictionem *quasi* in proprietatem denotare; quoniam interdum veritatem exprimit, vt in l. omnes populi. 9. ibi. (*quasi ius proprium.*) D. de iust. & iure. l. 1. ibi, *quasi de re dubia.* D. de transl. certi condictio. 9. §. fi. ibi. *quasi mutua.* D. si cert. pet. Horos. in. d. l. omnes populi. nu. 8. & in. d. l. 1. nu. 5. quomodo Hispani dicimus & vsurpamus verbum *como.* Cum dicimus, *como caualiero.* Quinimo & si denotaret fictionem in. d. principio, admittenda esset quantum ad agnationem, quia non vere agnascitur, non quantum ad suitatē, vti recte considerat Iaso. hic nu. 12. quemadmodū. in. l. posthumorū. 13. D. de iniust. rup. & in. §. posthumorum Inst. de exher. lib. ibi *quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes.* Nepos enim quem pater non præcedit verè suus heres est. §. ita demum. Inst. de hered. quæ ab intest. def. dicitur enim quasi agnasci, quia nō verè nascitur, quod aliud agens notat Rober. lib. 1. receptæ lect. cap. 2. pag. 3. & expressè probatur in. d. §. adoptiui. Inst. de exher. lib. consequens est eo pr[illegible]erito nullum testamētum esse. Nec satisfacies si cum communi dixeris, vt sup. paulò ante notabas, ideo nullū pronunciatum testamentum non fuisse quoniam impubes mox decessit; quia contendo iure ciuili nullum vsque adeo esse testamentum in quo filius præteritus est, vt nec si viuo patre decedat conualescat. Tex. in prin. de exher. lib. ergo longè minus, eo post patrem defuncto id erit admittendum, propter dominij cōtinuationem à iure iam inductam. l. in suis. 11. D. de lib. & posth. Quòd si iterum velis, saltim iure Prætorio hunc testamentum defendi ex l. posthumus. 12. verfic. *Idem & circa.* D. de iniusto rupto. Respondebo neque eo iure id posse admitti. cum in. d. verficulo. *Idem & circa.* & in. l. filio præterito. 17. D. illo tit. ideo benigna interpretatione à prætore testamentum illud sustineatur, quia filius viuo patre decessit, neminique iniuria fit; eo autem post patrem defuncto nusquam testamentum hac in specie defendi leges. Præterea hic iure Prætorio testamentum non iuuari conuinces eo quod Vlpianus heredes adrogatoris bona restituturos ait, planè si iure Prætorio testamentum sustineretur hic non heredes, sed bonorum possessores essent. §. quos autem. Inst. de bon. possess. ergo filius præteritus non fuit. Quod deinde conuinces, quia si præteritus esset re ad intestati causam redacta, non tantum quartam ex constitutione Diui Pij, sed & legitimam filius haberet. §. At ij qui. Inst. de hereditate quæ ab intestato def.

24 † Deinde pro hac parte subtiliter expendo. l. 2. verfic. *Sed si extraneum.* D. de vulg. iuncta doctrina I. C. in. l. si à primo 8. verfic. fin. D. de liber. & post. & doctrina gloss. Rub. C. de posth. her. inst. docentis posthumum per adrogationem agnasci. docet enim I. C. in. d. verficulo fin. posthumum à gradu substitutorum præteritum illum agnascendo rumpere & nullum facere, quemadmodum ac si natus initio esset, vnde Vlpianus in. d. verficulo. *Sed si extraneum.* eius institutionem necessario vt substitutio valida sit requirit. Sed ecce ibi (vt diximus sup. numero 15.) contra eam quam defendimus sententiam textum expressum, vbi non alias, quàm si præcesserit institutio, substitui adrogato filio potest; cuius difficillimi Textus ducti autoritate maximi viri in nostra lege exheredatum filium non fuisse defendunt, nos tamen nil remoratur, quoniam animaduertimus exheredationem in ea Vlpiani specie ineptam omnino futuram, ideoque institutionem necessariam. Species hæc est, extraneus fuit heres institutus, & post institutionem adoptatus vel adrogatus loco nepotis, post institutionem vel adrogationem facta illi fuit pupillaris substitutio, quæ ex interuallo quoque fit, l. siquis eum. 16. §. fin. D. de vulg. in hac specie institutionis solummodo meminit Vlpianus, vt ostenderet, quod licet adoptione soleat testamentum rumpi. l. certum. 8. D. de iniusto rupto. Tex. in principio. Inst. quib. mod. test. infirm. sufficit tamen ad testamenti validitatem adoptatum vel adrogatum fuisse institutum tempore quo erat extraneus. l. filio quem pater. 23. §. 1. D. de lib. & posth. Ideo autem exheredationis non meminit Vlpianus, quia hæc in nepote non sufficeret, neque à ruptura testamentum liberaret, cum extraneus exheredari non possit. l. quidam 132. ad fin. ibi. *res circa extraneos inepta.* D. de verb. oblig. & induces. l. non putauit. 8. § siquis emancipatum. D. de bon. possess. contra tabul. quomodo eum textū interpretatur post Alex. & Iaso. ibi. Baldus. in

princ.

princ. Inst. de pup. Costa in 4. §. p. nu. 24. Et in 1. cap. p. verbo. *Habens* nu. 6. quare si impubes ibi ante testamentum fuisset adoptatus vt in nostra specie quia cessaret rupturæ periculum posset optimè exheredari, prout factum fuisse defendimus.

25 † Cui interpretationi & sententiæ nõ obe rit si mihi obijcias, quod si verum est filium exheredatum esse, posset per querelam testamentum rumpere, iuxta tex. in princ. Inst. de inoff. test. Atque ita rem ad causam intestati deuoluere, & in omnibus bonis patris succede re. Quoniam eorum omissa opinione qui existimarunt, ideo hic querelam ad heredes non fuisse transmissam, quia cum impubes decesserit mox, ea non præparata eam non transmisit l. posthumus. 6. §. fin. cum l. seq. D. de inoff. cum ibi notatis, quæ maximam ad nostrum tex. continet diuinationem; respondendũ est, querelam remedium subsidiarium esse ei competens cui nullum aliud concessum est. Tex. in §. 1. Inst. de inoff. test. vnde cum adrogatus exheredatus ex constitutione Diui Pij quartam habeat partem omnium bonorum patris adrogatoris, vt infra latè dicemus, eamque tãquam æs alienum vindicet. l. 1. §. si impuberi. D. de collat. bonor. Costa in l. qui duos, §. cum in bello verbo. *Postea mortui*. n. 4. De reb. dub: iure optimo à querelæ remedio remouendus est. Quã ratione consideras in proposito Vlpianus in l. Papinianus. 8. §. siquis impubes. ibi. *Hanc puto remouendũ à querela, cum habeat quartam ex constitutione Diui Pij*. D. de inoffic. iuxta quæ etiã intelliges tex. in d. l. 2. §. 1. D. fam. herciſ. vbi ideo *vtile* non *directum* familiæ herciscundæ iudiciũ locum habet, quoniam si lius non iure successionis, sed virtute cautionis quartam habet, & quasi ęs alienum eam petit. & sic soluitur. 1. & 4. argumentum.

26 † Non obstat secundum, quoniam omissa opinione existimantium in specie nostra, admitti non posse in persona impuberis adrogati defuncti testati & intestati concursum, sed vnicum tantùmodo ius testamenti esse, & vnã hereditatem in rebus ab adrogatore relictis, si ab eo institutus adrogatus est, vel saltim in quarta si exheredatus, iuxta nostram l. si adrogator coniuncta. d. l. sed si plures: 10. §. in adrogato. D. de vulg. legitimos autem heredes vel substitutos à patre naturali datos, alia bona, non iure successionis accipere, sed ex cautione. iuxta tx. in l. causa cognita. 40. D. de vulg. ibi. *Quemadmodum legitimis heredibus autoritate principali prospicitur, vinculo cautionis, ita si forte substituit naturalis pater impuberi, &c.* l. 2. §. impuberem. versi. *quare*. D. ad Tertu. l. 2. C. h. Tex. in §. cũ autẽ. Inst. eod. quã interpretationẽ scripsit Vigilius in prin. n. 14. Inst. de pup. consentit Costa. in c. si pater. 2. par. glo. *omnia bona*. n. 5. ad fi. de testam. lib. 6. quæ tamẽ expresse cõuincitur ex eisdem iuribus, in quibus plane hi ad quos bona vinculo cautionis pertinẽt heredes appellãtur. & expresse in l. 9. ibi *Mas los otros bienes que viniessen à tal moço como este de parte de su padre natural è legitimo, heredar los hã los partẽtes mas propincos de el, &c.* tit. 5. p. 6. quæ sanè appellatio nõ nisi ad ius successionis vel legitimæ, vel testamẽtariæ reduci potest.

27 † Verissimè dicendum est, hos verè heredes esse, siue legitimi sint & ab intestato rẽ habeãt, siue ij quo pater naturalis pupillari cõcepta substitutione, ei dedit. Itẽ & illos similiter habere adrogatũ filiũ heredes quos adrogator pater ei pupillariter substituẽdo scripsit, ex dictis legibus, maximè d. §. in adrogato. & hoc nostro capite. Neq; tũc te turbet arg. ex l. 2. cũ alijs. D. de iniusto rupto. l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. quoniã vt eruditi aduertunt specialis est is casus, in quo potest quis cum duobus testamentis, insuper & duobus separatim heredibus decedere, siue pro parte testatus, & pro parte intestatus, pro vt casus tulerit. Estque ratio, quia cum filius habeat duos patres, sic & duorum filiorum personam sustinet arg. l. si consul. 3. sup. h. t. l. fistulas. 78. §. 1. D. de cõtrah. empti. l. accipiẽtis. 15. D. de auth. tut. l. tutorem. 22. D. de his quib. vt indig. per inde que est ac si duo testatores essent, & induces tex. in l. si certarum 17. §. Iulianus. ibi. *Quasi duorum hominum duas hereditates intelligi*. D. de milit. test. Preterea quia si subtiliter expendas rationem prohibitionis concursus testati & intestati, quam latè scripsisti ad §. hereditas. Institut. de heredit. instit. & ornat Duar. lib. 1. de iur. accresc. cap. 2. intelliges hoc casu non procedere, cum inconueniens non sit duos homines, alterum testatum, alterum intestatum decedere, sed in eadem persona natura id esse impossibile, vt potè cum non possit pro parte viuus fingi, pro parte mortuus credi. Ergò filius adrogatus, quia vicem duorum habet rectè poterit & pro parte, testatus, & pro parte decedere intestatus & ita tenendum est, quicquid hic in contrarium resoluat Accurs. vers. *Si adrogator*. vers. *sed pone*.

28 † Sed an cum duobus testamentis, difficiliùs est? & sanè ex Accurs. hic. Gloss. 1. ad fin. dicendum videtur, quod si is qui à patre naturali substitutus est, concurrat cum substituto ab adrogatore, hic quartam ferat, ille verò impuberis hereditatem. Quæ sententia communis est Iasoni hic numero 39. videturque in hac specie impuberem adrogatum cum duobus testamentis decedere, altero à patre naturali condito, altero à patre adoptiuo, eadem illa consideratione, qua paulò superiùs, eum & testatum, & intestatum decedere posse diximus. Neque obstat, si obijcias per adrogationem tabulas pupillares

à naturali patre factas rescindi. §. alio quoque modo Instit. quib. mod. test. infirm. & inde substitutum in eis, admitti non posse; ex quo enim morte adrogatoris sublatum fuit patriæ potestatis impedimentum, decessitque adrogatus & sui iuris, & ciuis Romanus effectus, iu re Prætorio restituuntur, competitque substituto secundum tabulas bonorum possessio, re petit Accur. ver. *restituere*, ad finem. Et probant, Cinus, & Alb. nu. 8. Bart. in lect. 2. col. ad med. & in rep. nu. 13. communem dixit Ialo. nu. 36. in prin. Horos. num. 55. consentit Gouean. in l. causa cognita. D. de vulg. Alciat. in l. 2. num. 28. eod. tit. Riminald. in l. posthumo num. 217. C. de contr. tabul. & neminem referens A Eduar. Caldeyra vari. lect. lib. 3. cap. 1. nu. 35. Pro qua sententia primo inducitur d. l. causa cognita. 40. D. de vulg. iuxta superiorũ interpretationem, vbi ideo substitutis vinculo cautionis succurri probat Papinianus, quia filius adrogatus prius decesserat, deinde pater; quasi contrarium esset, vbi præuia esset mors patris adrogatoris, quia tunc sublato impedimento patriæ potestatis pupillaris substitutio per adrogationem extincta eo momento reuiscit. Quomodo is tex. pro hac sententia retorquetur, quamuis pro contraria, & sic nullo modo valere subsistentem eum inducant nonnulli. Deinde eandem confirmat Iustinian. in. d. §. non tamen. Inst. quib. mod. test. infirm. vbi si quis testamentum condiderit, in eo omnia solemnia iuris adhibens, postquam in adrogationem se dederit, si mors adrogatoris huic adrogato præuenerit, aut aliàs is testator, quo tempore decedit & sui iuris & potestatis, & ciuis Romanus decesserit, potest scriptus heres bonorum possessionem secundum tabulas petere. Ergo cũ pupillaris substitutio filij testamentum sit. l. 2. in prin. l. patris & filij. 20. D. de vulg. l. Papinia. 8. § sed neque impuberis. D. de inoffic. verisimum erit, initio validam, & adrogatione irritam, sublata adrogatione reconualescere, scriptumque heredem bonorum possessionem secundum tabulas petere posse. Accedit etiam & in argumentum tex. in. l. posthumus. 12. in princ. D. de iniusto rupto. vbi testamentum quod posthumi natiuitate, quia in eo fuit præteritus, ruptum fuit, posthumo viuo testatore mortuo, quasi impedimento cessante, aut causa rupturæ extincta conualescit iure Prætorio, & bonorum possessionẽ secundum tabulas accipere heres scriptus potest. Expressius facit d. l. Posthumus. in versiculo. *Idem & circa.* Iuncta interpretatione Acc. ver. *Irritum.* Quæ verisima est ex tex. in §. alio quoq; modo, versi. *Hoc autem casu.* Inst. quib. mod. test. infir. & à Iasone hic. d. nu. 36. probata, vbi testamentũ quod adrogatione testatoris irritum factum, si adrogatio cesset, iure Prætorio conualescere, Iulius Paulus scribit. 29

† Sed ex diametro nobiscũ pugnat Papinianus in l. qui ex liberis xi §. testamento. D. de bon. possess. secund. tabul. Vbi in eadẽ omnino specie, heredẽ petẽtẽ bonorũ possess. doli mali exceptione submoueri posse docet, nẽque aliter valere testamentũ putat, etiã finitã adrogatione quã si coditillis, aut alijs literis eo dẽ testamẽto se mori velle declarauerit testator, ergo cũ in nostra specie nulla impuberis noua volũtas esse possit, heredẽ à patre naturali scriptum bonorum possessionem secundũ tabulas petere non posse consequens est.

Cui difficultati Accurs. in d. §. non tamen, verbo. *Fuerit.* Et in l. 1. §. exigit. vers. sed & si quis. verb. *Vtroque tempore.* D. de bon. poss. secund. Tab. respondet ita demum conualescere testamentum si noua voluntas accesserit, ex d. §. Testamento. ex quo supplẽdus est Iustin. in. d. §. non tamen eius opinionem probant Cyn. Alb. & antiquiores hic, quorũ post Bar. nu. 13. meminit Iaso. nu. 36. Signorolus in repet. nu. 9. Horoscius nu. 64. & dicunt communem admittuntq; idẽ Bart. Iacob. de Aren. & Alb. in l. conficiuntur. 8. §. si post. D. de iure codicill. late Riminald. in d. l. posthumo. n. 270. & nu. 298. Conna. lib. 9. cap. 7. nu. 15. qui omnes vt eiusdẽ Accur. sententiã ad nostri. tex. defendant, addunt nouũ id iudiciũ in eo expectandũ esse, qui id præstare potest, quod cũ in minore impossibile sit. l. pupillus. 150. D. de reg. iur. l. 1. C. de falsa moneta. satis est in nostra specie impuberem ab adrogatoris potestate liberatum fuisse, vt pupillari substituto bonorum possessio secundũ tabulas detur. Quæ cõmunis opinio, ea cõsideratione potest cõfirmari, quia pubes facto suo reuocasse videtur testamentum cum se in adrogationẽ dat, & ideo nouum eius iudicium requiritur. At impubes testamentum quod ei pater naturalis fecit, sicut nec expressa voluntate, ita neque tacita dando se in adrogationem reuocare potuit, sed à iure propter capitis deminutionem reuocatur, quò fit vt nulla noua voluntas in eo exigatur, ad nouam testamenti vim, cum ad id infringendum nulla interceserit. Quamuis enim verum sit in adrogationibus eorum qui sui iuris & puberes sunt, eorum solam voluntatem expectari, l. in adoptionibus 5. sup. hoc tit. In impubere tamen adrogationi se committente, non sola eius voluntas exploratur, cum nulla sit vt paulo supra diximus, sed in eius locum successit scrupulosa illa causæ cognitio de qua in d. l. neque ei 17. §. eorum sup. & diximus, num. 5. Ergo puberis adrogatione irritum testamentum recenti iudicio soluta adrogatione restituitur, impuberis vero sine noua voluntate.

Hanc obseruationem quoad puberem attinet, non impugnabis furiosi hominis exemplo, in quo certum est, quod si ante furorem 30

testa-

testamentum fecerit, superueniens furor, qui testamenti factionem tollit, factum nō irritat, neq; furore cessante, nouū est iudiciū necessariū, l. 1. §. si quis autē testamentū D. de bon. posſ. secund. tab. Quoniā longè est dissimilis ratio, nā furiosus non facto aut culpa sua, sed quadā aduersæ fortunæ infœlicitate testamēti factionē amisit. Pubes vero, cū sua sola volū tate adrogationem contraxerit, priorem reuo casse videtur, atq; ideo postea dissoluta adrogatione noua volūtate opus est. Quinimo hoc exēplo furiosi, superiorem de impubere sentē tiam confirmabis, quamuis dissimilia dicat Horoſ. hic. n. 59. & n. 60. Ex quibus omnibus colliges in pubere, qui postea adrogatus est, tria, duo vero in impubere ad hæc vt bonorū possessio peti possit, requiri: in illo bonum initium, hoc est, quod principio recte fecerit testamentum: Impedimenti cessatio, hoc est, adrogationis resolutio, item declarationē nouæ voluntatis: in hoc vero priora duo illa tantum sufficere.

31 Verum hæc recepta Acc. sententia, mihi placere non potest. Primo, quoniam expressè contradicit Iustiniano in d. §. non tamen, qui sine nouo, & recenti iudicio confirmat testamentum, eius qui adrogandum se dedit, si postea resoluta sit adrogatio: neque existimandum est, si nouū illud iudiciū esset necessariū ex d. §. testamento prætermissum Iustinianum, iuxta doctrinam l. C. in l. apud Labeonem. 15. §. ait Prætor. ver. *ea enim*, D. de iniurijs. l. 1. ver. *vtique si Prætor*, D. si mēsor falsū 33 mod. dixerit. Secundo, ex d. §. non tamē, vers. *nam si ideo*, vbi æquiparantur duæ illæ species, vbi testator ab hostibus captus est & vbi se in adrogationem dedit, & vtroq; casu, æquè dicitur irritum testamētum, & æquè similiter bonorum possessio conceditur, vel denegatur, & tamen certum est, testamentum ab eo factū, qui postea ab hostibus captus est, licèt amissione libertatis sit irritum, postea tamen eo reuerso, sine recenti iudicio reuiuiscere, & instituto bonorum possessionem secundum tabulas competere, l. si quis filio 6. §. pen. D. de iniust. rup. post Bar. Cuma. & reliquos ibi obtinuat Ange. in d. §. nō tamē. n. 2. & probat Vigl. in § fi. n. 4. & 5. Inst. quibus non est permiss. Conn. li. 9. c. 7. n. 12. Cuia. in d. §. pen. ergo idē dicendum est, & in nostra specie, in testamēto scilicet, irrito propter adrogationem, vt scilicet noua voluntas non exigatur, si postea dissoluta sit adrogatio. Vlterius ea sententia non placet, quoniam non omnino satisfacit Papiniano in d. §. testamento, neque enim explicat quid est quod ibi I. C. ait, scriptum heredem petere tem bonorum possessionem, exceptione doli mali submouendum.

32 Vnde idem Accur. in d. §. testamento, ver. *non secus*, existimat in hac specie testamentum reuiuiscere, & competere instituto bonorum possessionem secundum tabulas, quia tamen dando se in adrogationem testator videbitur mutasse voluntatem, si hoc in vim exceptionis fuerit oppositum instituto, quod dolose propter mutatam voluntatem bonorum possessionem petat, necesse habet institutus recens iudicium allegare, ad elidendam eam exceptionem. Quæ Accur. interpretatio verbis d. §. testamento congruere videtur: eoque differt à superiori, quamuis nonnulli confundant, quod hæc tunc demum nouum iudicium exposcit, cum exceptio doli mali opponitur: illa vero sine huius exceptionis obiectione, probationem recentis voluntatis expostulat. Accur. in hac re sequuntur in d. §. testamento. Bart. & Alb. & eo non citato, Cuma. in d. l. si quis filio num. 3. Ang. in d. §. non tamen num. 3. ibidem Hotom. & Egui. Riminal. sup num. 271. Conan. d. cap. 7. num. 16. qui omnes putant, quod cum id testamentum sublatum non fuerit ipso iure propter adrogationem, quoad agendum excipiendumque reuiuiscit resoluta adrogatione, arg. l. si vnus. 28. §. pactus ne peteret. D. de pactis, l. Stichum. 95. §. naturalis. D. de solut. expendique potest pro hac sententia tex. in d. §. non tamen in prioribus illis verbis, ibi: *Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, &c.* quasi nihil aliud significent, quā testamentum ab initio iure validum ex post facto per capitis diminutionem ipso iure irritum non fieri, sed exceptione proposita.

Hæc licet arridere videantur, non tamen exactè rem explicant, neque dissoluunt difficultatem, quam in proposito contrahunt Vlpianus, & Papinianus ille in d. l. posthumus 12. versic. *idem, & circa*. D. de iniust. rup. qui docet Ita demum in specie de qua loquimur, datam bonorum possessionem prodesse scripto heredi, si data sit ei qui rem ab intestato auferre possit, hic verò in d. §. testamento, nihil tale exigit. sed exceptione noua voluntate elidi.

Quare vltra alios constituo ex Vlpiano in fragm. tit. 28. bonorum possessionem, aut cum re dari, aut sine re. Datur cum re bonorum possessio, secundum tabulas, quando is qui eam accipit cum effectu bona retinet: Sine re, cum alius iure ciuili euincere hereditatem potest, veluti si suus heres intestato sit. Ad hoc enim vt bonorum possessio secundum tabulas petatur & concedatur sufficit testamentum hoc septem signis fuisse signatum ciuium Romanorum, etiamsi iure ciuili illud non valeat: ex eodem Vlpi & D. Ambrosio lib. 9. epistol. ad Clementianum. Sunt etiam heredes cum re, & sine re, & sunt heredes, testatore viuente, qui scripti sunt, sed sine re. Iuxta hæc primo intelliges obscura iuris capita, in l. filijs matrem 25. ibi:

bonorum possessionem patrem cum re accipere non videri: C. de inoffi. test. l. si mater. 29. §. 1. D. si quis omissa causa testam. vt citra pœnã edicti possideatur ibi hereditas ab intestato, quia quãuis pater potuerit pẽdẽte cõditione petere bonorũ possessionẽ futura erat sine re, iuxta d.l. filijs matrẽ, propter cõditionẽ nõ impletã: in edictũ verò is tantũ incidit, qui rẽ quam potuit habere omisit. l. 1. D. illo tit. vti rectè interpretatur Cuia. li. 4. obs. c. 24. intelliges etiã tex. in d.l. posthumus. 12. ibi: *remq; obtinebit*: (sic enim legendũ est, vt apud Pand. Florenti. *non hereditatem.*) D. de iniusto rupto. tx. in l. 1. §. si heres institutus. D. si tab. test. null. extabũt. vbi dicitur bonorũ possessores rẽ habituros, vt Rusardus rectè notat in d.l. posthumus, Cuia. d. c. 24. & in l. 7. D. de lib. & posth. & in d. §. non tamen. versic. *& suæ potestatis.*

34 † AEduar. Caldei. li. 3. var. lect. c. 1. n. 9. Secũdo iuxta eandẽ obseruationẽ in nostra specie resolues, testamẽtũ adrogatione irritũ nõ reuiuiscere, neq; obstat bonorũ possessionẽ secũdũ tabulas ex eo peti posse. d. §. nõ tamẽ. d.l. posthumus, versi. *Idẽ & circa.* Nã etiã ex testamẽto nullo, vel irrito potest hæc bonorũ possessio dari vt cõstat ex Vlpia. d. ti. 28. erit tamẽ sine re hoc est sine effectu, si fortè alius legitimus heres sit, qui cõtradicat scripto heredi, vt antea etiã ti. 23. dixerat idẽ Vlp. ibidem adnotãte. Cuia. versi. *si septẽ.* Atq; ita intelligẽdus est tx. in d. §. testamẽto, vt ibi heredi petẽti bonorũ possessionem ex testamento irrito possit successor ab intestato exceptionẽ opponere, videlicet quod non possit ei bonorũ possessio cũ effectu dari, cũ eã petat ex testamẽto irrito, & res ad causam intestati deuoluatur. Quæ tamẽ exceptio potest per heredẽ elidi replicatione, si forte probet testatorem iã factũ sui iuris voluisse cum eodem testamẽto decedere. Vnde dissolues difficultatem, quã non satis explicant Doctores in ea anxiè laborantes, quomodo ibi testamentũ sustineatur, ex probatione duorũ testiũ, vel codicillis, respondebis enim ibi non agi de validitate testamẽti, sed de elidenda exceptione deficiẽtis voluntatis, vt enixis verbis ostendit Papinianus, ibi: *non enim de iure testamenti maximè quæritur, sed de viribus exceptionis.* Intelliges etiam postrema verba eiusdem tex. ibi: *ex persona tamen eius qui opponit æstimatur*, quia nõ quilibet poterit scripto heredi exceptionem opponere, sed ille tantũ qui successurus est ab intestato. Vlterius etiam intelliges tex. in d.l. Posthumus. versi. *Idem, & circa*, vbi ita demũ dãtur bonorũ possessio, cum re, idest cum effectu, quemadmodũ & in superiori parte ibi, *rẽque obtinebit*, si scriptus sit heres, is qui rẽ ab intestato auferre possit, nã si alius esset scriptus heres, sine effectu esset bonorum possessio, cũ posset successor ab intestato, qui iure successurus erat exceptionẽ opponere atq; ita cessat superflua disputatio Iasonis hic. nu. 36. & seq. circa illum tex. Deniq; intelliges tex. in d. §. non tamẽ. Vt id quod generaliter tradit ibi Iustinianus ex testamento irrito per capitis diminutionem resoluta adrogatione, bonorum possessionẽ peti posse, intelligendum sit, iuxta Vlpianum tit. 23. ver. *si septem*: vt sit *cum re*; idest cũ effectu, si nemo alius legitimus contra dictor existat, qui hereditatẽ vindicet, vt puta quia idẽmet qui successurus erat ab intestato, in eo testamẽto scriptus sit, vt in d. §. idem & circa, nisi heres probet defunctũ cũ ea voluntate dissoluta adrogatione decessisse, vt in d. §. testamento versi. *planè*. Si vero successor ab intestato scriptus heres non sit, & is exceptionẽ obijciat, erit bonorũ possessio *sine re*, iuxta d. §. testamẽto. Vt iã hinc cõstet generalẽ decisionem d. § non tamen. interpretandã ex d.l. posthumus. versi. *idẽ & circa*, & ex d. §. testamẽto. Quibus nec deinde obstabit si obijcias sententiã Iustiniani in prin. versi. *adeo*. Inst. dẽ exhere. liber. queniã fatendũ quidẽ est, non conualescere testamentũ, sed ex illo iniusto, irritoue bonorũ possessionẽ dari, iuxta Vlp. sup. esseque cum re quia scripti heredes erant, qui ab intestato rem erant habituri, & sic soluitur secundum argumentum.

35 Nõ obstat tertiũ argumentũ, quod difficiles explicatus nõ habet, vt deduces ex traditis à Bart. hic. n. 5. Alb. nu. 3. Bal. n. 15. Iaso. n. 33. est enim maximũ discrimẽ inter naturalẽ, & adrogatorẽ patrẽ, de naturali intelligitur tex. in d.l. sed si plures. 10. §. ad substit. D. de vulg. huic pleniſsima moribus cõcessa fuit potestas de rebus filij disponendi, ob maximum amorẽ quo eum prosequitur. Vt interim alia omittamus, quæ plena manu congessimus ad principiũ Inst. de pupill. substit. itaq; potest ei quoad omnia bona pupillarẽ scribere heredẽ, nõ ita adrogator pater, de quo neq; lex ita cõfidit, neq; præterea æquũ fuit ei tantũ ius cõcedi in præiudiciũ venientiũ ab intestato vel substituti pupillaris à patre naturali, quibus cautionẽ præstitit se bona impuberis defuncti restituturũ. l. nõ aliter su. h. t. d. §. cũ autẽ. Inst. eod. & latè sup. n. 8. & seq. repetit idem Iaso. in d. §. in adrogato. nu. 4. & Oros. hic. nu. 131. Nec obstat si cũ eodẽ Bar. n. 6. obijcias tex. in d. §. in adrogato, vbi docet Vlp. noster non tãtum quoad quartam partem, quam ex constitutione D. Pij adrogator adrogato præstat substitutionem defendi, verum & quoad alia quæcunque bona, quæ adrogatoris beneficio ad filium peruenerunt. Is namque nodus etsi non omnino à Bartolo dissoluatur, facillimè explicatur, si memineris quæ iuxta nostrum textum latè supra scripsimus ex numero 23. ex quibus constat ob id solam quartam substituto dari, quoniã hic filius fuit exhere-

heredatus, neq; vlla alia bona à patre adrogatore habuit, in quibus succederet substitutus, cum in alijs succederent legitimi heredes, vel substitutus, vt latè diximus, & soluitur 3. argumentum.

Non obstat quartū, latè namque supra nu. 24. interpretatus fuisti. d. l. 2. §. sed si extraneū de vulgari.

36 Non obstat quintum, quo probabamus in hac lege quartam non agnitā ad heredes transmitti non potuisse, quoniam, etsi id generale in extraneis heredibus sit ex iuribus in argumento adductis, sui tamen heredes etiam non agnita ex potentia suitatis trāsmittūt. l. apud hostes 8. C. de suis & legitim. hered. l. si fratris. 3. C. de iure deliberandi. l. ex militari. 11. §. fin. cum l. seq. D. de milit. testamen. Quare cū filius adrogatus iura sui heredis habeat sup. n. 5. & n. 10. notat Caldeira. d. lib. 3. c. 1. n. 1. etiā non agnitam partem quartam trāsmittere potuit, ita Bar. hic nu. 9. sequitur Bal. nu. 6. Videtur probare Oros. nu. 15. Eorum autem plerique iure optimo ab ea recedunt, nam etsi verū sit adrogatum filium suum esse heredem patri adrogatori, quartam tamen non vt heres, sed tanquam creditor æs sibi debitum exigens habet. l. Papinianus 3. §. fin. ibi. *Quartā ei tanquā æs alienum concedendam.* D. de inoffi. test. & in nostro tex. ibi; *quia non iudicio patris*, & diximus nu. 25. Deinde, nam cum filius hic exheredatus fuerit, vt latè sup. ostendimus, consequens est, tanquā heredē trāsmittere potuisse nihil. Neq; præterea trāsmittere filius quartā vinculo cautionis potuit, vt relatus Bal. putabat, motus eo q; ea quæ per viā contractus debētur aliā nō requirūt agnitionē. l. cū pater. 79. §. mater D. de leg. 2. l. ex cōtractib. 49. D. de obl. & action. quoniā ad nostrū tex. ex eo hæc displicet interpretatio, quia cautio à patre adrogatore præstita, non ad quartam, quā ex eius bonis filius habiturus est, pertinet, sed ad sola pupilli bona, vti apertè constat ex dicto. § cum autem, ibi: *restituturum se bona illis*, & ex d. l. non aliter, ibi, *quæ ex eius bonis.*

37 Rectùs itaque idem Bart. d. nu. 9. paucis rē explicat, ideo hic quartam quoque ad heredes pertinere, quia hic nō est successio, idest, quia filius eam non vt vniuersalis, sed vt particularis successor habet, qui non inde minus succedere dicitur. l. fluminum. 24. §. adijcitur. D. de damn. inf. cuius argumento ita Bartolum explicat Oros. nu. 20. Item quia eam non habet filius, vt supra diximus, tanquam successor, & heres, sed tanquam creditor, & non iudicio patris adrogatoris, sed ex legis dispositione consequitur, vt notabiliter etiā explicat Iaso. nu. 14. & seqq. hic qui tamen in eam sententiam non recte citat tex. in authentica, heres. C. de fe. nupt. qui nihil eam iuuat, cum ibi illud tantummodo decisum sit, vt liberi quibus lex certum lucrum defert ex bonis parentis possint, etsi parentis heredes esse nolint illud accipere quia non defertur iure hereditario: neque offenditur regula. l. 1. D. de acquiren. hered. vt melius aduertit Bald. in l. generaliter, §. in his. C. illo tit. quod rectè notat Pinelus. in l. 1. 1. p. num. 38. C. de bon. ma. Melius igitur adducitur ab eodem Iasone. tex. in l. edicto. 13. §. ad heredes. D. de iure fisci, vbi præmium, quod ex edicto Diui Traiani præstatur seipsos deferentibus ad heredes transmittitur, licet ante decedat delator, quam id quod detulerat fisco addiceretur. Et tamen lucrum illud non erat agnitum, cum potuerit repudiari. l. 1. verſic. *si parendi*, D. de conditione causa dati, l. Antistius. 62. in principio D. de acquiren. heredit. Deinde facit quia ea quæ titulo particulari, & ipso iure alicui deferuntur, facilius transmittuntur, quàm ea quæ ab vniuersali titulo, & ex hominis dispositione veniūt, vt multis probat Pinelus iam relatus ex nu-
38 mero. 36. † Ex quibus iam constat, lucrum quod filijs in dicta Authen. heres. conceditur, etiam non agnitum ad heredes transmitti, notat Affli&is decis. 314. num. 5. Suarez ad l. quoniam in prioribus, in decla. ad leg. Reg. limit. 10. num. 1. idemque dicendum est in reseruatione, quam ascendentibus. & descendentibus tribuit tex. in Authentica, bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum, illa enim bona, etiam non agnita ad heredes transmittuntur, quia non ex facto hominis, sed ex legis dispositione deferuntur: quod post Iason hic dicto num. 15. & Saly. in d. Auth. bona dānatorum, tradit Suarez iam relatus inde sub inferens vrgētissimis validissimisque probās argumentis dānatū ad mortē, cuius bona à lege deferuntur, vt in d. Auth. bona dānatorū quāuis hodie testari possit ex l. 4. Tau. quæ est. l. 3. tit. 4. lib. 5. nouæ recop. non tamen ita libere, vt aliquem possit filium meliorare, quia lucrum illud à lege ipsa defertur, & inter filios diuiditur, quod est notabile ad d. l. 4. Tau. de cuius interpretatione post ordinarios ibi, & in d. l. 3. vide Greg. in l. 25. tit. 22. part. 3. & in l. 5. tit. 31. par. 7. Clarum, lib. 5. §. fin. q. 78. Boe. decis. 264. Deciū consi. 257. n. 6. & 442. num. 6.

39 Infert (quod superioribus proximum est) ex solutione idem Bartol. d. numero 9. maritum ex statuto, certam partem dotis lucrantem, eam etiam non agnitam ad heredes transmittere, cuius opinionem omnes sequuntur ex Iasone hic num. 18. Ioanne Oros. numero 14. & generaliter in omni lucro quod à lege extra nomen heredes defertur probat Pinelus ex d. num. 36. quod est obseruatione dignum ad l. 1. & 2. titu. 4. lib. 5. ordin. l. 1. titu. 3. lib. 1. fori. l. 2. titu. 9. lib. 5. recopil. vt scilicet dimidiam partem lucrorum cō-

stante matrimonio quæsitorum, quæ illis legibus coniugibus defertur, etiam non agnitam alteruter ad heredes transmittat. Quod ad eas leges notat Horos. hic num. 15. Segura in l. vnum ex familia. §. sed si fundū, D. de leg. 2. Castillo. in l. 14. Tau. col. 3. Ioannes Garcia sing. tract. de coniug. ac quæstu. num. 172. & num. 187. quanquam idem Pinel. vbi su. num. 37. improbè eam sententiam, quasi nō ex proximè dictis deducatur, ex eo quia leges loquētes de lucro non rectè applicentur ad casum, vbi de mutua communicatione agitur arg. l. de fideicommis. 11. C. de transactio. idque verum esse in multis resoluit; idemque dicendū vbi non bona omnia vtriusque coniugis quæsita tantum constante matrimonio communicantur, vt apud nos ex dictis legibus regijs, quia cum hoc casu vtrique coniugi pariter cō sulatur, non potest dici lucrum nuptiale, neque leges de lucro loquentes ad hanc speciem rectè applicantur, vt expendit Coua. in 4. 2. p. cap. 7. §. 1. num. 8. ad fi. Sed licet hæc obseruatio ad iura Lusitaniæ procedere posset vbi bona omnia vtriusque coniugis communicantur, vt lib. 2. tit. 47. §. 1. & lib. 4. tit. 7. §. 1. cuius municipalis iuris, siue consuetudinis meminerunt Ayora de partitionibus, in præfatione ad fi. Garcia, iam relatus. num. 2. non tamen ad nostras leges Regias, in quibus lucra nuptialia appellantur: & ita etiam inscribitur titulus *de lucris*. Sanè superior sententia quamuis ad iura regia ex superioribus non probaretur, ex eo tamen verisimia conuincitur quod cum ratione contractus præcedentis, hoc est, matrimonij fiat hæc communicatio non est necessaria adiectio, vt ad heredes transmittatur: ea enim quæ ratione contractus debentur sine vlla agnitione ad heredes transmittuntur: ex reg. §. ex conditionali. Instit. de verb. obli. l. ex contractibus 48. D. de ob. & act. l. cum pater. 79. §. mater D. de legat. 2. conducitq; præterea prima ad nostrum tex. Bart. interpretatio, quæ etsi ad eum non omnino adaptetur in se verisima est. & soluitur 5. argumentum.

40 Non obstat 6. quoniam etsi controuersum apud nostros sit nunquid adrogatus filius beneficio constitutionis Diui Pij, quartam partem illius portionis, quam ab intestato consequuturus est, an vero quartam partem bonorū omnium patris adrogatoris habere debeat, vt deduces ex traditis à glo. nostra verb. *quartam*, quam post alios latè disputat Iaso. hic nu. 52. Ego contra communem verisimè affirmo, omnium bonorum adrogatoris, quæ tempore mortis habebat quartam partem filium habiturum, & tanquam æs alienum vindicaturum: quam sententiam expressis verbis docent fi. ibi: *vt ex bonis, quæ mortis tēpore, illius qui adoptauit fuerunt, quarta pars ad eū pertineat qui adoptatus est.* l. 2. ibi: *Ita vt bonorū tuorum quarta pars, &c.* C. h. t. cōfirmāt. l. 8. ibi: *E demas desto deue dar el profijador la quarta parte de todo quanto q̄ ouiere*, ti. 16. p. 4. & l. 9. ibi. *que es la quarta parte de todo lo de el profijador.* ti. 5. p. 6. vnde mirū est tā Accurs. hic, quā in aliis locis cōtra iura expressa loqui, & dubitare Greg. in d. l. 8. verb. *que ouiere*. leuissimis adducti fundamētis, illud enim quod hi magnificiunt maximū hac opinione admissa enasci absurdū, videlicet, filium adrogatū maiorē portionē quā naturalē habiturū cōtra reg. l. 3. D. de tutelis, & quæ diximus d. nu. 17. leuius est, quā, vt aliquē mouere possit, si cōsideremus, hanc quartā à diuo Pio adrogatis esse cōcessā in fructuū cōpēsationē, quos adrogator propter adrogationē cōsequutus fuit, quare iure optimo adrogato ea fuit cō cessa, ne alias præiudiciū inferret adoptio, quibus rectè cōiūgere poteris regulā. l. cū qui D. de iure iu. Quodsi vrgeas, ergo pluribus existētibus liberis adrogatis, & vnoquoq; quartā bonorū patris adrogatoris, vindicante fiet, nihil naturalibus remanere: quæ ratio turbauit Accurs. & Greg. respōdebo, id in causæ cognitione versari. d. l. neq; ei. §. eorū supra, ne is qui filios naturales habet, alios possit adrogare, neve qui iam adoptauit aliū adoptet, quod infrequens est, & insolitum, neq; permittendum, quod si adhuc factum sit, cum adrogati filij nō iure hereditario, neq; ciuili, neque prætorio, quartā habeant. l. 2. §. 1. D. fam. hercis. sed tanquā æs alienum cōsequantur. d. l. Papinia. §. si quis impubes. D. de inoffi. testam. creditores censendi sunt non successores, vt late in superiori argum. diximus. vnde nullo modo de hac quarta, ad eam quæ naturalibus & legitimis debetur argumentum procedere potest. Itaq; in omnem casum adrogato filio quadrans debetur bonorum adrogatoris, quæ neque augmentum recipiet, neq; diminutionem, vt magis cordatus scripsit Acc. in authētico de triē te & semisse. §. 1. verb. *hoc obseruando*. Et dicit communem Iaso. hic, num. 53. Tellus in l. 6. Tau. num. 4. & ita apud nos & Lusitanos quoque obseruari testatur Caldeira lib. 3. Variarum cap. 1. num. 6. & sentit Costa in l. qui duos §. cum in bello, verbo, postea mortui, num. 4. D. de rebus dubijs, & sic soluitur 6. argumentum.

41 Non obstat septimum, cuius dissolutio pendet ex dissolutione difficillimæ illius quæstionis, an vulgari substitutione suitas, siue ius sui heredis tollatur? qua in re discrimen constituendum videtur, inter expressam, & tacitā vulgarem substitutionem, illa enim iuxta cōmunes opiniones statim referendas, ius sui heredis tollit: hæc non ita, vt voluit Bartolus in l. Gallus. 29. §. & quid si tantum. numero sexto, D. de liberis, & posthumis, quem sequuntur Alexand. num. 5. Iaso. num. 54. in l. si filius here. 16. D. illo tit. Bald. in l. cum proponas.

ponas. C. de hered. inst. Guillel. Benedict. in c. Raynũtius, ver. *mortuo itaque*, n. 194. de testa. Segura. in l. 3. §. fin. D. de lib. & posth. n. 149. & in l. cohered. §. cum filiæ. n. 61. & n. 270. D. de vulg. Soci. in l. 1. illius tit. sub n. 47. estque cõmunis omnium ferè scribentium interpretatio, & opinio, quæ probatur ea consideratione, quia per existentiam sui heredis confirmantur tabulæ pupillares, absque eo quod adeatur ex paterno hereditas. l. Iulianus. 29. D. si quis omni causa testam. l. filius, qui se paterna. 41. D. de acqui. hered. l. filius qui patri. 12. D. de vulg. latiùs autem ab ijs quos supra retulimus. Vnde cum in pupillari filio adrogato facta, tacita tantum vulgaris comprehendatur, hæcq; ius sui heredis non tollat, consequens est pupillarem non esse excludendam. Quinimo, etsi
42 admitteremus expresse vulgarem substitutionem fuisse conceptam, non tamen inde iura sui heredis abrogari fatendum est: est enim lõgè verius expressa vulgari non tolli ex Bald. Ang. Christoph. de Castel. Paul. & Rapha. in d. l. si filius heres. Fulgo. Paul. de Cast. Bened. 44 de Plumb. in l. si fratris. C. de iure delib. Ang. in l. si pater. C. de institut. & in l. suus quoque. §. fin. & in l. iam dubitari. D. de hered. instit. Ang. & Rom. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus D. ad Trebell. eodem Ang. & Bald. in l. qui in aliena. §. interdũ. D. de adqui. hære. Bal. in l. Papinianus. 8. §. quarta. D. de inoffi. & esse communem sententiam firmat Cuma. in d. 45 l. si filius. Alcia. in d. l. si filius qui patri n. 40. Iaso. nu. 41. in d. l. si filius heres, vbi latissimè Sarm. Tho. Calanca in repet. l. 1. nu. 57. D. de vulg. Coras. lib. 1. miscell. c. 2. Anto. Gom. lib. 1. variar. cap. 3. n. 15. cum enim suitas sit obligatio quædam passiua, ex iure succedendi, quod filius habet in bonis patris non debet esse in eius potestate, & arbitrio eam tollere, quando cunque velit, nisi in casibus à iure expressis, argum. l. nemo potest. 55. D. de leg. 1. facit vulgaris regula tex. in l. sub hac. D. de oblig. & act. l. in vendentis. C. de contr. empt. l. 3. D. de eo quod certo loco. Prætereà, quemadmodũ pater inuitum filiũ non potest emancipare, iux- 46 ta Accursium, communiter receptum. glos. fi. in §. finali. Inst. quib. mod. ius pat. potest. solu. teste Aldo Brandino. ibi. Ita neque iuribus sui heredis eum priuare, & ita tenendum est quid quid velit Bart. in d. l. si filius heres, quẽ ibi & alijs in locis infiniti scribentes sequũtur, quos nouissimè plena manu in vtramq; partem disputans, retulit Alex. Trentacinquius, tract. de substitutionibus. 1. p. c. 14. ex n. 1. illũ autẽ effectum vulgaris substitutio expressa hoc in casu operabitur; vt remoto quoq; præterito beneficio abstensionis, de quo in l. necessarijs. 57 D. de acquir. hered. & in §. sui, verſ. *Sed his permittit Prætor.* Inst. it. de hered. qual.) voluntarius heres remaneat, liberumq; ei sit vel se im-

43 Neque obstat octauum quoniam ex latè supra ex nu. 21. relatis, & accurate traditis, satis in primis constat, filium adrogatum in specie nostri textus exheredatum fuisse, vnde dici non potest quartam ex iudicio testatoris accepisse, sed ex constitutione D. Pij ei delatã fuisse. Prætereà & quamuis instituueretur ab adrogatore, nihilo magis ex eius iudicio caperet, diximus enim sæpissimè in progressu disputationis, impuberẽ non iurè successionis, sed ex beneficio Imperatoris accipere, & tanquam æs alienum consequi, vnde testator nihil donat, in necessitatibus enim nemo liberalis existit. l. vnum ex familia. §. 1. D. de legatis. 2. l. rem legatam. 18. D. de adim. legatis.

Non obstat nonum argumentum, quoniam vt duximus nu. 26. & 27. quamuis regulariter ius nostrum non patiatur quem & testatum, & intestatum decedere; speciali tamen ex causa, & ratione etiam cessante ob quam testati & intestati concursus non datur, resoluimus, filiũ adrogatum in nostro casu quoad quartam testatum quoad alia bona decedere intestatum.

Tandem non obstat vltimum ex regula. l. ab eo. C. de fideicommissis. Constat enim pupillarem substitutionem nullum inferre filio adrogato grauamen, sed potius commodum, & vtilitatem continere, ex his quæ latè notant Bart. & omnes in l. in princ. D. de vulg. & nos in princ. Instit. de pupil. siquidem ipsius filij causa agitur, cum pater ei pupillariter substituit, & testamentũ ei facit, qui maximus est fauor. arg. §. licet inst. quibus ex caus. ma. non licet. l. & quia. 6. D. de interrog. actio. vnde in fauorẽ filij hoc adrogatori patri permittitur, vt directo vsque ad pubertatem ei substituat. tex. hic verſic. *sed an impuberi.* d. l. sed si plures. 10. §. in adrogato. D. de vulg. l. 9. tit. 5. part. 6. † Non autem fideicõmissariè, vt idem noster tex. ostendit, eius rei rationem assignãs: cum enim fideicõmissum grauamen sit l. quoniam in priorib. C. de inoffic. testa. & à legitima portione quodcunque grauamen reijciatur. d. l. quoniam l. cum patronus. 28. D. de leg. 2. consequẽs est, & à quarta reijciendum, ex d. l. ab eo. C. de fideicõmiss. Quod tamen sic est intelligẽdum, si filius quartam agnoscat, nam si repudiet hæredes patris onus illi parti iniunctum præstare cogentur arg. d. l. cum patronus, verſ. *si omiserit institutionem.* Idque constat, quia filio repudiante, nullum onus ei coniungitur, sed heredibus ad quos ea portio pertinet, quos rectè testator grauare potuit. ex eadem l. ab eo. C.

de fideicom. & ita post alios quos sequitur tenet Horosc, hic ex. n. 161. & est verissima sententia quidquid nouissimè cõtra sentiat AEd. Caldeira. d. lib. 3. ca. 1. n. 33. Neque obstat: si dixeris quod cũ fideicõmissum hoc ab initio nullum fuerit ex post facto cõualescere nõ poterit. l. quidam referũt. D. de iure codicil. Reg. l. quod ab initio. D. de reg. iuris, qua motus Peralta in d. l. cum patronus, contendit huiusmodi fideicõmissum validũ esse à principio, euanescere tamẽ, patrono acceptante: quoniã verius est ab initio non consistere, vt in patrono probat. l. si patronus. D. de donatio. & in filio adrogato noster tex. ibi. *Non oportet admitti fideicõmissum.* Quod vt exactius resoluas & intelligas aduerte, dispositionem à lege inductã in fauorem alicuius habere tacitam conditionẽ si ille voluerit, arg. l. 2. C. de iure emphyt. notat glo. ver. *nulla*, n. l. & eleganter, D. de dolo, & glo. 2. l. scimus. C. de inoffic. testam. quo fit vt necessitas à lege imposita relinquendi legitimam filio adrogato, vel patrono habeat tacitam conditionẽ, *si ipsi voluerint*, & cũ nullitas fideicõmissi ex ea necessitate procedat, videtur inducta sub ea conditione, si patronus legitimam acceptauerit, vnde filio, vel patrono repudiante valet fideicõmissum quasi cõditione nullitatis deficiente. Et inde superior difficultas soluitur, quoniã reg. d. l. quod ab initio procedit, vbi actus est à principio simpliciter nullus, cæterum vbi est nullus sub conditione, deficiente cõditione valet actus, ex Innocen. in cap. cum consuetudinis de cõsuetud. Ange. n. 4. Palud n. 9. in l. perfundum. D. de seruitu. rust. præd. Decio in dict. l. quod ab initio, quo etiam modo intelligenda est dict. l. quidam referunt.

47 Ex quib. infertur interpretatio ad tex. in l. ita tamen. 2. §. si patron. D. ad Trebel. vbi ideò fideicõmissum valere cõmunis putauit, etsi legitimę patroni esset iunctũ, quia fideicõmissarius erat de liberis liberti, quibus olim patronus fideicommissum præstare cogebatur. l. si cius. §. fi. D. ad Trebell. addit insuper ille tex. iuxta hanc interpretationem, mutata voluntate vltrò adire, & quartã Trebellianicã retinere patronum posse. Quem tex. ita interpretatur Acc. ibi. quem Bart. & cæteri sequuntur, secũdum Orosc. hic. n. 164. Sed præter vitiũ diuinationis, quod continet repugnat expressè meri, & verbis. l. C. ibi. nam illa verba, *partem hæreditatis retinere*, manifestè ostendunt. l. C. loqui de debita portione non de quarta Trebellianica. Et inde ex superioribus resoluendum est, ideo ibi valuisse fideicõmissum legitimæ patroni iniũctum, quia patronus legitimam repudiauit, atque ita tradũt ibi Alberi. Pau. Rom. & Claud. idem Paul. in l. quoniam in prioribus. n. 9. C. de inoffic. testa. Horosc. hic n. 163. itaq; intelligẽdus est ille tex. ver. *quamuis*, vt possit patronus post coactionẽ, mutata voluntate debitam partẽ retinere, quæ mutatio voluntatis semper habet locum ante restitutionem, & solutionem fideicõmissi, nã posteà non erit locus pœnitentiæ, ex l. pen. §. si patronus. D. de bonis libertorum, cuius verbat ibi, *& quia agnouit iudicium libert.*, intelligenda sunt, non de aditione, quia coactus adiuit, sed de restitutione, quia voluntariè restituit, quamuis enim compulsus adierit, restitutio tamen intelligitur voluntaria, cum mutata volũtate potuerit portionem suam retinere ex vera interpretatione. d. l. ita tamen. §. si patronus quæ iura sic accepta inter se consentiũt: & solutur decimum, & vltimum argumentum.

PRINCIPIVM TITVLI,
Instit. de adoptionibus.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Adoptionis materia remissiuè.*
3 *Naturalis filius appellatur in libris nostris, qui ex iusto matrimonio etiam est, quoties adoptiuo opponitur.*

1 QVia non solum in potestate nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreamus, vt in princ. sup. de pat. pot. & de nup. itẽ & naturales percuriæ oblationem, aut subsequens matrimonium legitimi facti. §. aliquando sup. tit. 1. sed & ij, qui etsi ab alijs sint geniti, â nobis adoptantur, de adopt. hoc tit. Iusti. differit, cuius originem formam & causas latè præter recentiores hic, & ad tit. D. & C. eo-
2 dem. † explicant Aul. Gellius lib. 5. ca. 19. Sigon. lib. 1. de iure Rom. c. 10. Alex. ab Alexan. lib. 2. c. 8. & lib. 5. ca. 4. Alci. lib. 1. parerg. ca. 23. & lib. 4. ca. 3. & lib. 9. ca. 5. Conua. lib. 2. ca. 15. & ante eos Vlpian. in frag. tit. 8. Caius in instit. tit. 5. lib. 1. consonat tit. 16. part. 4. & l. 7. & 8. tit. 7. eadẽ. 4. par. & nos plurima paulò ante diximus ad Vlpianum in l. Si adrogator. D. hoc tit.

3 In tex. ibi: *Naturales.* † Non intelligas naturales filios hic tantum dici ex cõcubina susceptos, vt in §. fi. sup. tit. 1. sed vt optimè hic accepit Accurs. ex legitimo matrimonio natos, aut (vti ego existimo) ex cõcubina susceptos, legitimos tamen posteà factos, vel curię oblatione, vel per subsequens matrimonium, vt in d. §. fin. vbi diximus. Hoc enim certissimum est, filium naturalem illum dici, qui ex legitimo matrimonio natus est, quoties adoptiuo opponitur, ille enim naturalis est legitimus, hic verò legitimus tantum, quia mediante adoptione legis potestate filius efficitur, & in potestate nostra, vt hic explicat glo. & sic intelliges tex. in §. fi. infra. quib. mod. ius pat. potest. in §. adoptiui infra de exhere. lib. in §. at ij. in §. minus, cum sequen. infra de heredib.

quæ

quæ ab inteſt.in l.ſi pater.29. in l. non poteſt 31.D.hoc tit.l.parentes.6. cum duab. ſeq. D. de in ius voc.in l.1.D.de bon. poſſ. contra tabu.cum infinitis alijs.

§. *Adoptio.1.& §.Sed hodie.2.*

1 *Adoptio duplex aut eorum qui ſui iuris ſunt:& hæc arrogatio appellatur:aut eorum qui in aliena ſunt poteſtate,& de vtriuſque forma, & numeris ſeq.*

4 *Adoptio hodie patris naturalis iura non diſſoluit,niſi ab aſcendentibus,ſiue paternis, ſiue maternis fiat.*

1 ADoptio igitur,per quam qui extraneus eſt in noſtrā fam.iuſque filij fam. coop tatur,duobus modis fit.Primo cū principuli reſcripto ij,eæve, quæ ſui iuris ſunt adoptantur, quæ adoptionis ſpecies dicitur arrogatio, quia & is qui adoptat rogatur,id eſt interrogatur an velit eū quem adoptaturus eſt, iuſtum ſibi filium eſſe,& is qui adoptatur, rogatur,an id fieri patiatur,vt explicat Caius. d. tit.5.& l.2.D.eod. exornant iam citati,& cōprobat,d.l.7.tit.7.par.4.lib.1.tit.18.par.4.

2 † Quæ arrogatio olim per populū fiebat vt notat A.Gellius in d.l.5.c.19.Hodie principis auctoritate opus eſt, vt hic, & d.l.2. & in l.4. tit.18.part.4. poſtquàm Pop. Rom. lege Regia lata omne ſuum imperium in Principem tranſtulit.l.1.D.de cōſtit.Princip. §.ſed quod

3 Principi,ſup.de iure naturali. † Altera adoptionis ſpecies, adoptio ſimiliter dicitur (quod nouū non eſt in iure,vt aliqua ſpecies, quę certo nomine caret, mutuetur nomen ſui generis §.1.infra de leg.ag.ſuc.l.1.D. h.t.)qua eos eaſvè,qui,quæve in poteſtate parentū ſunt adoptamus, & ſub noſtra poteſtate conſtituimus, tex.hic,& in d.l.2.& legibus Regijs ſup. cit.

4 Sed obſtat tex.in §.ſed hodie. infra eo. in l. cum in adoptiuis.10. C. eod.in l.9. d. tit. 16. par.4.quibus probatur filium fam.adoptatum à pat.poteſt.naturalis patris non liberari, nec eius iura minime diſſolui,ſed ſic eum permanere ac ſi non fuiſſet in alienam fam.tranſlatus.

Sed reſponde,antiquo iure ſublato,id à Iuſtiniano noua conſtitutione effectum eſſe ne filius fam.ab extraneo adoptatus iura paterna naturalia amittat, nec in familia adoptiui patris quidquam habebit, præter ſucceſſ. ab inteſt.cum alijs legitimis & naturalibus eius filijs.§.ſed omnia,inſ.de hered.quæ abinteſt.cuius conſtitutionis pulcherrima verba elegantem inſinuantia rationem videas in princ. d. l. cum in adoptiuis.Quod tamen eſt limitādum, quando ab aſcendenti paterno vel materno filius fam.fuerit adoptatus, quo caſu cum & naturali ſanguinis, & ciuili vinculo adoptionis coniunctus ſit patri adoptiuo ſub eius poteſtate patria omnino erit tex.hîc & in d. l. cum in adoptiuis.§.ſi vero.d.l.9.par.

§. *Cum autem. 3.*

1 *Adrogatio,non niſi cauſa cognita fiebat, cautio neque de eius impuberis defuncti bonis illis reſtituendis ad quos, ni adrogatio facta eſſet, erant peruentura,& num.3.*

2 *Adrogatio puberis hanc cauſæ cognitionem non requirit.*

3 *Adrogatus ſe,omniaque ſua bona in adrogantis familiam tranſfert.*

1 CVm impubes † qui ſui iuris eſt arrogatur cauſę cognitio omnino neceſſaria eſt, item,& cautio perſonæ publicæ debet præſtari de bonis arrogati impuberis defuncti illis reſtituendis, ad quos ſi arrogatio facta non fuiſſet,eius bona peruentura erāt,l.2.l.ſi pater.15 §.in arrogationibus.l.nec ei.17.§.eorum. l. nō alitēr 18.cum ſequen.D.eo.l.impuberem.2.l. arrogationes.6.C.eo.Conna.d.lib.2.ca.15.n. 11.& 12.& alij ſup.in princ.relati, conſonat. l.4.tit.16.part.4. & Grego. Lopez.

2 † Sed obſtat,in arrogatione tantum arrogati & arrogantis voluntatem requiri, & eorū mutuam interrogationem, & reſponſionem. l. 2. D.eodem.& diximus ſup.in §.1.

Sed reſponde diſcrimen conſtitui oportere inter arrogationem puberis,& arrogationē impuberis. Nam in primo caſu cum ille qui maior eſt quatuordecimo anno arrogatur,hæc cauſæ cognitio non requiritur,ipſe enim ſatis ſibi prouidere poterit,qui iam animi iudicium habet textus in §.1.inſ.quib. non eſt permiſſ. quod ſi deceptus in arrogatione fuerit,vtique reſtitui poterit ex integro tit.D. de minorib.

3 † At poſteriori caſu cum impubes arrogatur qui animi iudicio deſtitutus eſt,tex.in d. §.primo.l.1.verſ.*impuberes*.C.de fall.monet. ea cauſæ cognitio ſatis erit neceſſaria, cum non ſolū ipſe minor,ſed & omnia bona eius in poteſtatem tranſeant arrogatoris.l.cauſa cognita. 40. D.de vulg.d.l. ſi adoptauero. 6. D. deprecario;indeque ne arrogatione,impubere arrogato intra pupillarē defuncto legitimi heredes, ſucceſsione fraudarentur,cautio hæc interponi debuit,qua & ſubſtitutis, & legitimis hæredibus,& libertatibus proſpectum eſt.d. §. eorum.d.l.4.par.

§. *Item non aliter. 4.*

1 *Adrogationis impuberis diſſolutio non niſi cauſa cognita permiſſa,& num.3.*

2 *L.cum in adoptiuis.10.in princ.C. de adoptionibus.*

4 *Adrogatus quale ius ſucceſſionis in bonis adrogati hodie habeat.*

Quia

1 QVia omnis res per quascunque causas nascitur per eadem dissoluitur c. 1. de reg. iuris. l. nihil tam naturale 35 D. eodem. Vt impuberis arrogatio nō nisi causa cognita permittitur. §. cum autē. sup. eo. ita nec eius arrogationis dissolutio per emancipationem, nisi causa cognita fit ex nostro tex. l. 8. tit. 16. par. 4.

† nihil tam naturale est, quàm eodē genere quæ dissoluere, quo colligata sunt,

2 Sed obstat. l. cum in adoptiuis, in princ. C. eodem, vbi probatur, & eodem die pro voluntate adoptantis adoptionem dissolui posse.

3 Sed respondē aliud in adoptione esse, aliud in arrogatione: cum enim filius adoptiuus minus iuris in bonis adoptantis habeat, quàm arrogatus, adoptiuus enim non aliàs patri adoptanti succedit quàm abintestato. §. sed ea omnia infra de hered. quæ abintest. arrogatus autem semper quartam bonorum partem in bonis arrogati habeat non tam facilè dissolui debet arrogatio nisi prævia causæ cognitione id expedire pupillo cōstiterit, quod optimè Accurs. hic explicat, versic. *nisi causa*, quod si arrogatus dignus emancipatione fuerit, emancipatus quartā non habebit l. fi. D. si quid in fraud. pat. secus si absque iusta causa emācipetur, vel tempore mortis exheredetur, quia tunc ex Diui Pij constit. quartam partem bonorum patris arrogantis habebit. item bona propria, & eorum commoda postea acquisita d. l. fi. si adrogator. 22. D. eod. tit. d l. 8. tit. 16. part. 4. l. 5.

ut posit abinde ad patris adoptiui iuuare successiones —

4 d. tit. 22. d. lib. 4. fori. Hodie † verò nouitoribus huius Regni legibus attentis, & extantibus alijs filijs legitimis arrogatoris, neutro casu arrogatus quartam partem bonorum arrogatoris habebit, sed quintam tātummodo, deductis expensis funeralibus, & alijs pijs relictis, illamque si pater arrogator voluerit, tex. qui expresse probat in l. 5. tit. 6. lib. 3. fori, conuncta. l. 1. tit. 22. lib. 4. eiusdem fori, & quamuis Gregorius existimet dictas leges fori, procedere, quando legitimi post arrogationē nascuntur, in d. l. 8. verbo *quarta*, quocunque casu extātibus legitimis eas leges ego accipio, propter. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori, qua disponitur, integram patris hereditatem esse legitimam filiorum, excepto quinto.

§. Minorem natu. 5. cum §§. seq. vsque ad §. fin.

1 *Adoptio naturæ simillima, & num. 6.*
2 *§. Sed & illud, huius tituli, & num. 10.*
3 *§. Fœmina, huius tituli, & num. 11.*
4 *§. Licet, huius tituli, & num. 12.*
5 *Pubertas quo annorum numero computetur, & num. 13.*
6 *Adoptari loco fratris quis non potest.*
7 *Adoptare clericus aliquem tanquam filium, aut nepotem, non potest.*
8 *Adrogatus, item & eius liberi in potestatem transeunt adrogatoris.*
9 *Adoptiuus filius, quando ab adoptiuo patre in adoptionem alteri dari possit.*
10 *Adoptare spadones possunt, & quare.*
11 *Adoptare fœmina non potest.*

1 CVm adoptio naturæ simillima sit, eiusque imitatrix imago. l. si pater, in fi. cum l. seq. quæsitum. 34. versic. *nec enim.* D. h. tit. l. filio. quem pater. 23. D. de lib. & posth. tex. noster. & in l. 2. tit. 16. par. 4. l. 2. tit. 22. lib. 4. fori sequitur, minorem natu, maiorē non posse adoptare, adoptionemque in his tantum personis locum habere in quibus etiam natura potest, d. l. si pater, cum alijs.

2 Sed obstat primò tex. in §. sed & illud infra eod. vbi spadones qui natura generare non possunt, adoptare tamen possunt.

3 Secundo obstat, tex. in §. fœminæ, infr. eod. vbi fœminæ quæ alios naturales & legitimos filios habent, per adoptionem eos habere non posse traditur.

4 Tertio obstat tex. in §. licèt, infra eod. vbi probatur, quod quamuis quis filium non habeat potest aliquem in locum nepotis, vel neptis adoptare: quod tamen ipsi naturæ aduersatur, cum is qui filium nūquam habuit ex eo nepotem habere natura impossibile sit.

5 Quartò contra nostrum tex. ibi. *plena pubertate, adest decem & octo annis*, obstat tex. in princip. infra quib. mod. tutel. finit. vbi pubertas quatuordecimo anno numeratur: idem in princip. sup. de nupt. ibi. *masculi quidem puberes*, vbi diximus.

6 Sed his non obstantibus defende adoptionem nunquam locum habere posse, nisi vbi & natura, cuius lex & ars imitatrix est, vnde quia pro monstro haberetur, imo impossibile esset, filium patre esse maiorem, qui minor natu est, maiorem adoptare non potest, sed tunc admittitur adoptio, vbi & natura locum habere potest, ex nostro tex. cum similibus. Vnde in locum nepotis, aut filij adoptari quis rectè potest. §. & tam filium, infra eodem in fratris tamen locum non poterit. l. nec apud. 7. C. de hered. instit. quia legibus naturæ, quam ducē habet adoptio minimè, consentaneum est, vt frater à fratre procreetur.

7 Inde etiam quamuis clericus, aut alia persona sacra natura filios habere possit, quia tamē ipsa natura, quod inhonestum est, impossibile putatur, non poterit adoptare, vt post Alber. notat Greg. verb. *poder engendrar.* in d. l. 2. par. & expresse prohibet. l. 3. d. ti. 22. d. lib. 4. fori.

8 Quibus † adde, quod cum secundum naturam, qui ex filio nepotes habet, vlteriores vè, omnes in potestate habet, eiusque descendentes sunt, pari modo si is qui liberos habet se arrogandum dederit, non solum ipse potestati arrogatoris subijcitur, sed etiam liberi eius in

eiusdem

eiusdem fiunt potestate tanquam nepotes. §. illud.inf.eod.l.2.§.hoc verò.d. l. si pater. d. l. arrogato. D.eod.l.7.tit.16.par.4.

9 Prætereà † etiam quemadmodum pater naturalis filium suum in adoptionem alteri dare potest.§.sed hodie.sup.eodem.sic etiam & pater adoptiuus,adoptiuū filium. §. in plurimis. infra eodem quod intellige si adoptiuus filius aliàs sanguine iunctus sit patri adoptanti,vt in d.§.sed hodie ; aliter enim non posset adoptiuus pater adoptatum filium alteri in adoptionem dare; quùm in eius potestatem adoptatus non transijsset;explicat Iustinia.in d.§.in plurimis,ibi.*Non extraneum.*

10 Neque obstat † tex.in d.§.sed.& illud,infra, nam quamuis spadonum generalis sit appellatio.l.spadonum.128.D. de verb. signific. illi proprius spadones dicuntur,quibus violēter detracta est virilitas, à verbo Græco, *Spao*, quod est,aufero,auello:vnde quùm natura generandi magis quàm temporale vitium propter quod abdicatur homo à facultate generandi,attendenda sit,rectè spadones adoptare poterūt.d.§.sed & illud,& d.l.2.par. iuxta quam est intelligenda. d. l. 3. fori , vbi notat Montaluus,verb.*castrado.*

11 Neque obstat tex. in d. §. fœminæ , nam cum adoptio inducta sit, vt quis quos non genuit filios in potestate habeat,fœmina vero neque naturales & legitimos habere possit in potestate.§.cæterum,inf.de hered.qual. diximus in princip. sup. de pat. potest. mirum non est si neque adoptare possit : nisi principis indulgentia & gratia,vt in d.§.fœminæ.d.l.2. part. l.4 tit.22.lib.4.for.

12 Neque tex.in d.§. licet , inf. eodem obstat: quamquam enim natura remotum videatur, vt nepotem quis naturaliter habeat , qui filio, filia vè caret , hoc autem cum accidentale sit, vt quis aliàs idoneus ad procreandum filios nō habeat , non adoptionem impediet. Quod si quis ex filio , quem iam habet adoptiuum vel naturalem aliquem nepotis loco adoptet, filij consensum exigere debet,ne ei inuitus suus & necessarius agnascatur heres. §. quod si quis inf.eod.

13 Neque magis obstat tex.in princip.infr. quibus mod.tutel. fin. aliud enim est exigere pubertatem,quæ incipit decimo quarto anno,vt ibi,cum similibus:aliud autem plenam pubertatem quæ finit decimo octauo,tex. hic & in. §.fi.sup.quib. ex caus. manu. non licet,& in l. adrogato. 40. §. 1.h. t.& in l.Mela. 14. D. de alim.leg.

§. *Apud Catonem fin.*

1 *Adoptari seruus,libertus vè nō potest , si seruus proprius adoptetur,liber efficitur.*

1 NEque seruus proprius , neque alienus,itē neque libertus adoptari possunt.tex. hic coniuncta.d.l.si pater,in fin.& l.5.tit.16.par. 4. hoc ideò quia diuersæ species dominicæ & patriæ simul cohærere non possunt. Eo tamē ipso quod proprius seruus, vel adoptetur , vel apud acta filius nuncupetur, libertatem nāciscitur,vt hic Iustin.& in l.vnic.§. similique modo. C.de Latina libert. toll. quod est notabile ad tex.in §.multis.sup.de libertinis.

Titulus XII.

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

In Rubrica.

1 *Continuatio huius tituli; & eius materia remissiuè.*

1 EXpositis modis quibus patria potestas constituitur,matrimonio,legitimatione filij naturalis, itē adoptione, quibus modis ea dissoluatur intelligere restat,sex autem h.ti. Iust. recē set,mortē naturalem,mortem ciuilē,captiuitatē Patritiatus dignitatē filiofam. collatā,emancipationem,& adoptionem, quos nos summatim explicabimus, alios etiam nouioribus legibus inductos addentes,& omnes alibi laxioribus commentarijs prosequuti,interim pro huius tituli exornatione videbitis Alex.ab Alex. lib.4.cap.10.& ad eum.Tiraq.Robertum lib. 4.Recept.senten.cap.11.Conna.lib.2.ca. 14. Rebar.ad leges.12.tabul.c.16.Vlpian. in frag. tit.10.& Caium in instit.lib.1.tit.6. consonat tit.18.part.4.

PRINCIPIVM TITVLI.
Ibi mortuo eo.

1 *Patria potestas morte dissoluitur.*
2 *Nepos auo mortuo quando sui iuris fiat.*

1 MOrtuo ergo patre,aut auo qui filios, nepotesvè in potestate habet patria potestas dissoluitur,& filij,nepotesve sui iuris fiūt, consonat.l.1.tit.18.par.4.l si. ita esset. 15. D. quando dies leg. ced. Vt enim reliqua omnia mors dissoluit,authen.de nuptijs. §. deinceps. collatione.4.sic & patriam potestatem.

2 Sed obstat tex. noster, ibi. *mortuo verò auo,* vbi nepos aui morte sui iuris non fit. Respondetunc nepotē aui morte sui iuris effici,quùm post eius mortem in patris sui potestatem recasurus non est,vel quia iam quo tempore moritur auus,filius decesserit, aut per emancipationem à nexu patriæ potestatis liberatus

fuit, quùm enim in vitâ aui qui & filium, & ex eo nepotem in potestate habebat. §. fi. sup. de pat. potest. filius nepotem in potestate nō haberet. l. sic euenit. 21. D. ad leg. Iul. de adult. auo mortuo cōsequens est, nepotem in patris sui potestatem cadere: nisi forte filius antea fuisset emancipatus, eo enim in casu quamuis ab eodem auo iterum filij loco adoptaretur filius, nepos in eius non incidit potestatem. l. si pater. 41. coniuncta. l. qui liberatus. 12. D. de adoptionibus.

§. Cum autem 1. & §. pœnæ seruus. 2.

1 *Patriam potestatem ciuilis mors dissoluit.*
2 *Relegatus liberos in potestate retinet, & nu.* 3.
3 *Deportatus omnia ciuitatis iura amittit.*
4 *Deportationis loco, pœna arbitraria hodie.*
5 *Restitutus à Principe amissam patriam potestatem recuperat, & quæ differentia inter restitutionem & indulgentiam. num.* 6.

1 QVemadmodum naturali morte patria potestas dirimitur, sic etiam & morte ciuili, tex. hic. & §. pœnæ infra eod. consonat. l. 2. cum sequen. tit. 18. par. 4.

2 Sed obstat tex. in vers. *relegati.* infra. & in l. relegati. 4. in l. relegatus. 14. D. de interd. & relegat. l. 3. d. tit. 18. par. 4. vbi relegatus in insulam, qui & ipse ciuiliter mori intelligitur liberos in potestate sua retinet.

3 Cui difficultati vt satisfacias nota, magnam differentiam esse inter deportatum, & pœnæ seruum effectum, qui & ciuitatem & libertatē amittunt, & inde veluti mortui creduntur. l. verū. 63. §. societas. versic. *Intereunt.* D. de pro socio. l. 1. §. filium. D. de bon. poss. contra tab. Et relegatum qui quamquàm ciuitatem ad tēpus vel in perpetuum amittat, libertatem tamen retinet, & ciuis Romani iura omnia. d. l. relegati. d. l. relegatus, inter quos, & plurimæ aliæ sunt differentiæ, quas Accurs. hic. versic. *retinent*, & post eum alij recensent. Deportatus igitur, qui mortuo similis est. l. eius. 8. D. de testamen. cum alijs. d. l. 2. par. item, & pœnæ seruus effectus patriam potestatem perdunt, siue parentes sint, siue liberi: non sic relegati qui ad hæc Romani ciues sunt ex dictis legib⁹. † Hodie cum omnes hæ pœnæ abrogatæ ferè sint, iudicis arbitrio qui deportationem meruit punietur, qui frequentius ad triremes & perpetuum exilium damnatur, Greg. in d. l. 2. glo. 2. Clarus lib. 5. §. fin. q. 67. & vide. l. 6. tit. 24. lib. 8. Recopil.

4 In tex. ibi. *Sed si ex indulgentia Principis.* † Igitur si ille qui deportatus fuit, aut seruus pœnæ effectus, aut aliàs ciuiliter mortuus à Principe fuerit restitutus, quùm per omnia pristinum statum recuperet, amissa patria potestas similiter ei restituitur. l. 1. l. fin. §. fin. C. de sentēn. passis, l. 1. l. fin. D. eodem. l. 2. tit. 32. part. 7.

Sed expresse obstat. l. in insulam. 6. l. si pa- 9. C. illo tit. vbi à principe restitutus non recuperat patriam potestatem.

6 Cui difficultati optimè satisfacit Accur. hic verb. *Satum.* Nam aut deportato princeps indulgentiam concessit, aut restitutionem; restitutus enim bona recuperat, honorem, dignitates, & famam, item & patriam potestatem. d. l. 1. l. fin. in princ. & §. fin. C. de sent. passis, & text. noster, tantū enim affert restitutio quantum abstulit læsio. l. quod si minor. §. restitutio. D. de minorib. l. videam⁹. 38. §. in Fabiana. D. de vsuris. Quod si indulgentiam tantū concessit princeps, pœnam tantummodo remisisse & exilium condonasse intelligitur. l. cum patrem. 2. l. tutor. 4. l. si ademptis. 5. d. l. in insulam, 6. l. generalis. 7. d. l. si pater. 9. cum sequen. C. de sentēn. passis, non ad bonorum restitutionē, nisi hoc specialiter exprimatur. d. l. cum patrem. 2. d. l. si pater, & in d. l. 2. par. ver sic. *fueras exde.*

§. Filius familiâs. 3.

1 *Patria potestas Patritiatus dignitate dissoluitur.*
2 *Patria potestas dissoluitur illis modis quibus quis à curia liberatur.*
3 *Patria potestas dissoluitur Episcopali dignitate.*
4 *Iura agnationis non amittunt filij qui dignitatibus à patria potestate liberantur.*

1 LIberatur similiter filius patria potestate per summam Patritiatus dignitatem tex. hic. & in l. fin. C. de consulibus. lib. 12. l. 7. tit. 18. par. 4.

Sed obstat tex. in authentico constit. quæ dignitatibus. §. 1. & §. generaliter, colla. 6. tex. in authen. sed episcopalis. C. de episc. & cler. quibus probatum est, illis dignitatibus, quibus quis à curia liberatur, liberari & à patr. potestate: At à curialibus consortijs non solum Patritiatus dignitas, sed & Consularis, Præfectura vrbi, & Prætorio, liberat. l. fin. C. de decurio. lib. 10. & aliæ item dignitates, ibidem relatæ, igitur.

2 Sed respondē, quod etsi iure institutionum nulla militia, neque senatoria, aut consularis dignitas, præter Patritiatus, patriam potestatem dissolueret, ex nostro tex. & d. l. fin. C. de consulib. iure autem nouiori authenticorū, generaliter à Iustiniano constitutum est, vt omnis dignitas, & omne cingulum à curia liberare valens, eximat quoque ex parentum iure. d. authen. constit. quæ dignitatis. d. §. 1. & d. §. generaliter. numerantur autem duodecim dignitates quæ à curia liberant in d. l. fin. C. de decur. quæ & similiter hodie patriam dirimunt potestatē, & dictis iuribus, & d. l. 7. cū sequēn.

vsque

vsque ad l.15.tit.18.par.4. quibus illæ dignitates explicantur, & magis in l.3.tit.9. par.2.

3 † Quibus addita est episcopalis dignitas, in d. authentico, constit. quæ dignitatibus.§.palam.d.authen.episcopalis,& authentico de sanctiss.episcop.§.post ordinationem in fine, collat.9.d.l.14.tit.18. par.4. Neque his in casib. parentes aliquod incommodum aut grauamen recipiunt, quamquàm enim in eo pater grauetur, quod filium ex sua manu, ratione dignitatis qua fulget, dimittat, in alio tamen releuatur, quod interim fruitur gloria, quam ex honore filij concepit. † Illud autem obseruabis hitce dignitatibus à patria potestate liberatos filios, omnia iura agnationis & conseruare & retinere, tex. in d.. authentico, constit. quæ dignitatis.§.illud.notat.Accurs.in l.nepotes.verbo. *Et in familia.* D. de his qui sunt sui, & in l.si pater.glos.1.D.de adoptionib. sequitur Greg.in d.l.7.verb. *Consejero*, & in d.l.14. verbo. *Dignidades.*Minsing.hic.num.5.

§. *Si ab hostibus.* 4.

1 *Patria potestas captiuitate patris, vel filij suspenditur,& num,3.& 6.*
2 *Captiuus hostium seruus fit,& num.6.*
3 *Fictio legis Corneliæ: & fictio postliminij quid inducant,& num.sequen,*

1 DIssoluitur præterea, siue potiùs suspenditur patria potestas, filij, vel patris captiuitate, id efficientibus iuris postliminij, & legis Corneliæ fictionibus, vt probat noster tex.ibi. *pendet ius liberorum*, tex.in l.1.§ si pendeat D.ad S.C. Macedon. in l.si pater. 15.D. de suis & leg.l. in bello. 12. §. siquis capiatur. D.de captiuis, in l.impuberē.22.§.1.D.ad leg. Corn.de fal.cum alijs.

2 Sed obstat, ab hostibus captum statim seruum hostiū fieri, vt probat tex.in §. serui, vbi diximus sup.de iure person.vnde quùm is qui in aliena potestate est, alium sub sua habere nō possit.l.sic eueniet 21.D.ad leg.Iul.de adulte. in totum solutam esse patriam potestatem dicendum erit, non suspensam. Quam sententiā expresse probat.l.Cornelia 12.ibi. *Qui in potestate morientis non fuit.* D. de testam.l. penult. ibi. *Cum si in potestate esset filius.* D. de liber. & posthu.

3 Cui difficultati, vt satisfacias, & nostrum tex. qui duplicis fictionis mentionem fecit intelligas, præmitte, Romanos, vt suos ciues ad bella inuitarent, captiuorum iura duplici fictione conseruasse. Fictione scilicet postli-
4 minij, & fictione legis Corneliæ; † Quarū primā ciuem Romanum ab hostibus captum, & posteà reuersum, nunquam captum fuisse, sed semper in ciuitate mansisse fingebant.l. illa in stitutio.32.§.1.D.de her.instit.l. postliminij. §.l.retro.16.l.bona eorum.22.§.1. D. de captiuis.tex.noster, ibi. *quia postliminium*, & tex. in.§.interdum.inf.de hered.quæ ab intest.

5 † Altera vero fictione in eadem captiuitatis hora, Romanum captum mortuum fuisse iudicabant, antequam seruus hostium fieret.l. in omnibus.18. cum alijs ibidem. D. de captiuis. l.cum hic status.32.§.si ambo.D. donat. inter. l.1. C. de captiuis, quæ legis Corneliæ fictio ideò appellata fuit, quia à Lucio Cornelio Sylla, & Quinto Metello post primum bellū Punicum lata fuit, vt probat Hotom. in indice legum Romanarum.verb. *lex Cornelia de testamentis.* Anto.Aug.de legibus, pag.51.de quā I.C.in d.l.bona eorum,& in d. lege. Cornelia. & in l.lex Cornelia.28.D.de vulg.noster.ibi. *si vero*,& in §.fin.inf.quib. non est permiss. de quibus fictionibus late Bart. & cæteri, in l.si is, qui pro emptore.D.de vsucapionibus,& vi debis integrum tit. 29.*de los captivos*.par.2.

6 Quibus præmissis facilis est argumenti explicatio, quamuis enim veritate inspecta, dici non possit, quin statim patria potestas dissoluatur,ex d.§.serui,coniuncta.d.l.sic eueniet,& l.homo liber. 54.§. quicquid. D. de acquirenr.dom.l.cum heredes.22. circa medium. D. de acqui.possess.tum etiam quia absurdum esset eodem tempore quemquam nec in sua, nec in patria esse potestate.l. fin.§.1.C. de sententiam passis.hisce tamen fictionibus ius quoddam suspensiuum inductum est, quo patria potestas, & cætera omnia quæ iuris sunt pendere intelliguntur,ex d.l.penul.D.de suis & leg. Igitur præsenti statu, & veritate inspecta patria potestas captiuitate dissoluitur, inspecto autem futuro & fictione suspenditur, argum. §.conditiones,infra de verb.oblig.

§. *Præterea.5.& §. Admonendi.6.*

1 *Emācipatione dissoluitur patria potestas,& n.3*
2 *L.certum.8.§.1.D.de iniusto rupto,& nu.4.*
3 *Emancipatio qualiter olim celebraretur.*
5 *Fiducia in emancipatione quomodo fieret.*
6 *Emancipatio hodie quomodo fiat.*

1 SI quis filium, aut nepotem emancipauerit soluitur patria potestas, & filius neposvé sui iuris efficitur,tex. hic, & in § admonendi, inf.eod.l.liberum.28.l. emancipari. 36. D. de adopt.l.1.& per tot.D. si quis à parente fuer. manumiss.l.1.& per tot.maximè.l. fin. C. de emancip. liber.notat Caius lib.1.instit. tit. 6. ad medium.Vlpian.in fragm.tit.10. & tit. 23. vbi Cuiac.vers. *aut manumissione.*Iul.Paul. lib. 2.sent.tit.25.consonat.l.93.tit.18.par.3.l.15. tit.18.par.4.exornant Sigonius.lib.1.de antiquo iure ciuium Rom.cap.10.& lib.1.de iudicijs,cap.11. Connanus lib.2.cap.14.Anto.Gomez.& in alij in l.47.Tau.Matienço in l.8.ti.

1.lib.

1.lib.5.nouæ recopil.& ibi Azeuedo, Mascardus concl.596.Costa in 3.§.p.num.45.

2 Sed contra nostrum tex.ibi.*quæ per imaginarias venditiones*,vbi probatur,in emancipatione olim plures venditiones & manumissiones celebrari oportere, obstat diffi. tex. in l. certum.8.§.1.ibi. *quia vna emancipatione exeunt de potestate*. D.de iniust.rup.

3 Cui difficultati vt satisfacias, & antiquam emancipationis formam intelligas meminisse oportebit. Emancipationem olim (quæ nihil aliud est,quam filij fam.à patria potestate liberatio,vt optime vbi sup.probat Conna. nu. 4.)non aliter fieri quam per imaginariã quandam vẽditionem,hoc modo. Apud Præsidem, vel ante curiam adhibebantur quinque testes ciues Romani,& ille qui libripens vocabatur, item & antestatus, coram quibus pater naturalis mancipabat filium suum, cuidam extraneo emptori ipsius filij, qui fiduciarius pater appellabatur.(Quis hodie propriè possit fiduciarius emptor appellari ex Budeo notat Tiraq. de retract.conuent.in præfatione. n. 39.) aliquot nummis pretij loco ab eo acceptis, deinde pater fiduciarius emptor proferebat hæc verba: *Hunc ego hominem ex iure Quiritum meũ esse aio,isque mihi emptus est,hoc ære,æneaque libra.* Tunc ære percutiebat libram, idque æs dabat patri naturali venditori, idque iterum & tertio fiebat,& à quo dimittebatur pugnis & iniurijs verberabatur,vt iam non filius,sed extraneus esse videretur, efficiebaturque tunc sui iuris. Ideò autem filius ter mancipatus,& manumissus sui iuris fiebat, quia vt patriam potestatem amitteret trina vẽditio antiquissima duodecim tabularum lege necessaria fuit, his verbis: *Si pater filium ter venundauit, filius à patre liber esto.* Appellabatur autem emptor filij *fiduciarius pater*,quia ea lege emebat,vt cum manu

4 mitteret. † In filiabus autem & cæteris liberis, nepotibus videlicet & alijs inferioribus, vna sufficiebat venditio vt patria potestate liberarentur, quia lex quæ de ter vendendis filijs loquebatur,in istis non habebat locum,vt grauiter considerat Conna.vbi sup.n. 5. & inde cæteri liberi tã masculi,quàm fœminæ præter filium vna emancipatione exibant de patria potestate,vt admonent Caius, & Vlpian. vbi supra,& in d.l.certum.§.1.quem docte intellexit Costa in d.3.§.part.n.45.

5 † Quia verò & alia lex duodecim tabularum manumissi hereditatem ad manumissorem deferebat, & eius etiam tutelam, vt probatur in princip.inf.de legit.patro. tut. illud agere debebat naturalis pater vt fiduciarius illum filiũ iterum ei manciparet, & venderet,vt sic à naturali patre manumissus,non fiduciarium, sed naturalem, si absque liberis ab intestato decederet, heredem haberet, & ex testamento in tertia bonorum parte,vt alibi explicabimus.

6 † Hæc antiquitas in liberorum emancipationibus obseruabat, quæ omnia nouiores Principes explodentes statuunt, recta via ad competentes iudices vel magistratus parentes intrare & filios suos vel filias, nepotes, aut neptes ac demceps à sua manu dimittere, eosque legitima omnia iura omnimodo habere,etsi non specialiter ea sibi seruauerint,tex. hic, & in l.penult.& fin.C.de emancip.lib.in l.fi.C. de adoptio.& in d.l.93.& in d.l.15. part. quæ latiùs interpretes supra citati prosequuntur.

§. *Sed etsi pater.* 7.

1 *Patria potestas naturalis adoptione ab ascendenti facta dissoluitur.*

1 EST alius modus quo patria potestas dissoluitur, si pater auo vel proauo naturali paterno vel materno filium in adoptionem dederit,quamuis enim noua Iustiniani lege effectum fuerit,ne adoptione patria potestas naturalis patris dissoluatur. l. cum in adoptiuis. 10.in princ.C.de adopt.§. sed hodie, in princ. sup.eod.tit.id tamen non procedit quando ab ascendenti paterno vel materno nepos adoptatur,in hoc enim casu,quia concurrunt in vnam

1 personam,& naturalia,& adoptionis iura,manet antiquum patris adoptiui ius firmissimum & stabile, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum. d. l. cum in adoptiuis.§.si verò.d.§.sed hodie, vers. *si vero*.& probat.l.9.tit.16.par.4. quæ adoptio vtriusque consensu celebranda erit,vt probat noster textus, & hic latè explicat Minsinger.nu.6.& sequent.

§. *Illud.* 8.

1 *Nepos in aui potestate vt sit,conceptionis inspiciatur tempus.*

1 INsignis est hic locus ad explicationem. §.1. vers.*item qui ex filio tuo*.sup.de patria pot. & l.nepotes.5.& l.præcedentis. D.de his qui sunt sui,quùm alijs ibidẽ traditis, quùm enim quæritur,vtrùm nepos in aui potestate sit,conceptionis tempus inspiciendũ est, vt optimis exẽplis probat hic Iustinianus,similis tex.in §. 1. supra,de ingenuis,& in l.emancipatum.7.§. si quis conceptus.D.de Senatorib.in l.ex facto. 17.§.ex facto.D. ad Trebel in l. Tutius. 6. in fi.cum l.sequent. D.de suis & l.in l. si quis filio exheredato. 6.§. sed hæc ita. D.de iniust. rupt.quem textũ, & similes ad optimas quæstiones expendunt Socinus in l. si cognatis.n. 30.D.de reb.dub.Tiraq.lib.1.de retract.§. 1. glo.9.& nu.9.Alcia.lib.1.disputat.c.28.Ant. Gom.1.tom.c.1.nu. 8.Molina lib. 1. de Hispan.primog.cap.6.num.44.

§. Et

§. *Et quidem fin.*

1 *Patria potestas, nisi omnibus & parentibus & liberis consentientibus, dissolui non potest nisi in casibus.n.3. comprehensis.*
2 *L. Si cui legatum 92. D. de cond. & demonstra.*
4 *Patria potestas, si pater incestas contraxerit nuptias dissoluitur.*
5 *Patria potestas, si pater hæreticus fiat amittitur.*
6 *Matrimonium apud Romanos patriam non dissoluebat potestatem, nisi per coemptionem contractum esset. num. 8.*
7 *Matrimonio apud Hispanos patria potestas dissolnitur.*
9 *Sacerdotium patriam potestatem non dissoluit secus in professione religionis, & nu. 10.*

1 TAnta est vis patriæ potestatis vt vel parentibus vel filijs inuitis dissolui nō possit, eorum enim omnium in adoptionibus, vel emancipationibus consensus requiritur. §. sed etsi infra, eodem l. penult. C. de emancip. lib. tex. in authent. quibus modis. natural. eff. sui. §. generaliter. collat. 7. & inde neq; naturales liberi, neque adoptiui vllo penè modo possunt cogere parentes de potestate sua eos dimittere tex. hîc, & in l. non potest. 31. D. de adoptio. l. neque auus. 4. C. de emanci. liber. l. 17. tit. 18. par. 4. explicat Connanus. d. ca. 14. num. 3.

2 Sed obstat tex. in l. si cui legatum. 92. D. de condit. & demonst. vbi si cui legatum fuerit relictum, rogatusque sit liberos suos emancipare, cogendus est eos manumittere.

Sed vltra Accurs. hîc aduerte, patrem. in d. l. si cui legatum, manumisisse filios nō quidem inuitum, sed voluntarium, agnouit enim legatum, ea lege sibi relictum *si liberos emanciparet*, vbi nihil contra voluntatē patris videtur fieri, in qua positum est legatum non accipere, & eo repudiato retinere filios in potestate.

3 Sunt tamen aliqui casus, in quibus inuitus pater filios emancipare cogitur, vt in l. si lenones. 13. C. de episcop. aud. l. fin. C. de spectacu. lib. 11. in l. fin. D. si quis à par. fue. manumiss. cui consonat. l. 2. tit. 2. par. 3. & in l. etsi pubes. 33. D. de adoptio, & l. 3. §. si quis minor. D. de minoribus, qui casus habentur in l. 18. tit. 18. part. 4. & latè hîc explicantur à doctoribus.

4 Dissoluitur præterea hodie & alijs multis modis patria potestas: nam si pater incestas contraxerit nuptias, ipso iure filij anteà habiti à patria potestate liberantur authentica incestas nuptias, vbi gloss. verb *effectis*. C. de incestis nuptijs, consonat text. in l. 6. titu. 18.

5 par. 4. † Idem est si pater hæreticus sit, eo enim ipso patriam potestatem suorum liberorum amittit, tex. in cap. 2. in fin. de hæreticis, lib. 6. vbi obtenuat glos. fin. & Gregorius in d.

6 l. 6. verbo. *de peccado*. † Præterea apud nos Hispanos frequenter matrimonium dissoluit patriam potestatem, quamuis enim antiquo iure, filius & filia etiam post matrimonium essent in patris potestate. l. inter. 6. §. filius fam. l. marito. 24. §. cæterum, & l. filius fam. 37. D. ad leg. Iuliā. de adult. l. 1. in fin. & l. sequent. D. de liberis exhiben. l. 2. §. quod si in patris. l. quoties 29. D. solut. matrim. l. 3. l. si vt proponis 7. C. de nupt. l. si vxorem. 5. C. de condit. insert. l. filiæ licet. 12. C. de collat. l. 1. tit. 17. part. 4. cum alijs quæ congerit Tiraquel. in legib. connub. l. 1. ex num. 1. etiam si essent sexagenarij, gloss. in l. fin. §. pupillus. verb. *pupillus*,

7 D. de verb. obligat. apud nos autem, † filius vel filia, qui matrimonium contraxerunt post solemnitates & velationes ecclesiæ, statim sui iuris efficiuntur, ex l. 47. Tau. his verbis. *El hijo, o hija casado y velado sea auido por emancipado en todas las cosas para siempre*. Et in l. 48. statim, sequenti in l. 8. & in l. 9. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil. & videtur etiam probari in l. 8. ibi. *o estando en ellos fueron casados*, tit. 11. lib. 1. fori, & in l. 7. ibi. *ante que case*, tit. 4. lib. 3. fori, vbique notarunt nostrates, Anto. Gomez, & alij Tauristæ, Montaluus in dictis legibus fori: Matienço, & Alphon. Azeuedo in dictis legibus nouæ recopila. Couarru. de sponsalib. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 13. Gutierrez, lib. 2. practic. quæstio. cap. 9. Idem & apud Lusitanos quoque in vsu est, vt constat, lib. 1. Ordinationum. tit. 67. §. 4. notat Barbosa in l. 2. §. quod si in patris, ante num. 1. D. solut. ma-

8 trimonio. † Quinimo & apud ipsos quoque Romanos (quod pauci aduertunt) si matrimonium per coemptionem contractum esset, non solum vxor in mariti potestatem transibat, verùm ei suus hæres fiebat, vti ex Vlpiano & alijs accuratissimè explicuit Hotoman. omnino videndus in princip. infra, de S. C. Tertull. Tiraquel. ad leges connub. l. 4. ex num. 5. Gueuara ad Topica Ciceronis. §. 8. ex num. 3.

9 Qua in re dubitari solet, † vtrùm sacerdos à patria potestate liberetur, & quamuis Bartol. in princip. sup. isto titulo, & in l. patre furioso, num. fin. D. de his qui sunt sui. Bald. in l. apud hostes, num. 6. C. de suis, & leg. probent per sacerdotium patriam potestatem dissolui, argum. cap. inde eorum. 3. de ætate & qualit. ordin. Contrarium expressè probat tex. in authentica presbyteros. C. de episcop. & cle. & cum cōmuni Couar. in cap. quia nos. num. 5. de testamen. quem & alios idem probantes refert Azeuedo, in dict. l. octaua,

10 titu. 11. lib. 5. recopilat. num. 12. † Tametsi per professionem religionis dissoluatur, vt notat Accur. in l. si ex causa. 10. §. Pomponius, verbo. *cum statum*. D. de minoribus. Bartol. & ibi cæteri, in d. l. patre furioso. Min-

sing. in §. filius. sup. eod. n. 7. & Couar. & Azeuedo vbi proximè, qui idem admittũt, si filius Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ creatus fuerit, ex gloss. singulari in extrauag. execrabilis, verbo, *Sublimitatem* de præbendis.

Titulus XIII.

De Tutelis.

§. Est autem 1. *Et §. tutores.* 2.

1 *Tutelæ definitio, & explicatur sequen. num.*
2 *Verbi*, Vis. *& verbi*, Potestas. *Eadem significatio, & num. 7.*
3 *Pupillus sui iuris est, & num. 7.*
4 *L. si impuber.* 13. *D. de tutorib. & curat. & n. 8*
5 *L. fin. §. minores, C. de sen. passis. & num. 9.*
6 *Tutela qua ratione inducta.*
10 *Tutor principaliter datur personæ.*
11 *Argumentum à verbi notatione quando efficax sit remissiuè.*

REmissa huius tituli ad superiores continuatione, quam satis explicat Iustinianus in princip. sup. eodem, de tutelis disputaturus, tutelæ definitionem quam hic Imperator præposuit intelligere oportet. *Est † autem tutela* (vt Seruius definit) *vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum qui per ætatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa.* consonat tex. in l. 1. D. eodem consonat etiam. l. 1. tit. 16. part. 6. 1

Sed obstat primò abundare in definitione illud verbum, *vis*, aut illud, *potestas*, cum vtriusque eadem sit significatio. l. scire leges. 17. D. de legibus. l. si idem. 7. C. de codicil. §. adipiscendæ, infra, de interdict. & vnum pro alio promiscuè accipiatur. l. 1. D. ad exhiben in l. Cornelius. 69. D. de hered. instit. l. itaque 39. D. si cert. petat. l. cum emptor. 5. D. de rescind. vendi. notat Alciat. lib. 1. parerg. cap. 28. Orosc. in dict. l. scire leges. num. 3. Forcatulus dialogo. 66. 2

Secundò obstat, nam pupillus in potestate tutoris non est, sed sui iuris. §. 1. sup. de his qui sunt sui, principium supra eodem. 3

Tertio obstat contra definitionem, ibi. *in capite libero.* tex. in l. si impuberi. 13. D. de tut. & curatorib. vbi impuberi seruo tutor datur. 4

Quartò obstat. l. fi. §. minores. C. de sen. pass. vbi filio qui in patris potestate est, tutor datur. 5

† Quibus difficultatibus vt satisfacias obserua, naturali iuri quùm conueniens esset impuberes qui perfectæ ætatis non sunt in alterius tutela esse, alteriusq; consilio regi, & niti qui per se satis nõ sapiunt. §. fi. inf. de Attil. tut. l. 1. D. de minor. tx. in authentico, vt ij qui obligatas. §. fin. in fin. collat. 6. tex. procem. d. tit. 16. iure ciuili tutelam approbatione, forma & incremento inductam fuisse, vt ex l. 20. 21. & 26. duodecim tabularum constat, & ad eas erudite obseruant Balduin. Rebard. Contius, Oldendorpius, August. & alij, eisque & nouiorũ Principum constitutionibus impuberum personas & res tutorum administrationibus demandatas, quorum tanta est authoritas, vt nihil ea omissa impuberes agere possint: est enim vehemens nimis & efficax erga pupilli personam & eius administrationem & gubernationem tutoris potestas, neque aliud illa verborum geminatio in definitione, *vis ac potestas* ostendit, vt cum alijs optimè tradit Caldas in l. si curatorem, ver. *sine curatore*, ex nu. 1. C. de in integ. restitut. à quo sensu non discrepat. d. l. scire cum alijs supra quicquid aliter velit Accurs. hic gloss. 1. cuius tamen doctrina vera est, & ab omnibus sequuta, vt & inuitus tutor inuito etiam pupillo detur, ex iuribus ab eo allegatis. Et soluitur primum argumentum. 6

Nec obstat secundum, est enim latissima huius vocis *potestas* significatio, vt docet tex. in l. potestatis. 215. D. de verb. signific. sed hic pro authoritate accipitur, vt & in §. nos igitur. in authentico, de defensoribus ciuit. coll. 3. habet enim tutor in pupilli caput summam potestatem, id est authoritatem, quam acceptionem significationis comprobabis non male ex Rubrica, & toto tit. D. de authoritate tutorum, & eod. tit. infra, vbi authoritas pro potestate dicitur. Igitur quãquam pupillus tutoris in potestate non sit, sed sui iuris, vt d. §. 1 eius tamen authoritate semper negotia sua gerere debet. 7

Nec obstat tertium, est enim verissimum, vt Acc. hic, & in l. 1. D. eod. ait, tutores non nisi liberis personis dari, ex dictis legibus, & l. fin. in princip. C. de curat. furt. l. 1. tit. 16. part. 6. Item & tutorem liberum esse debere, vt in d. l. 1. notat Bar. communiter receptus, & probatur authoritate tex. in princ. & §. 1. inf. qui testamento. tut. dar. & inde seruum neque tutorem esse, neq; habere posse, fallit tamen id cũ seruus ad libertatem fideicommissariam sibi relictam aspirat, & hereditatem petit, qui tutorem habere potest. d. l. si impuberi, sed hæc tutoris datio ita demum rata est, si liber fuerit iudicatus. l. ei qui 17. D. de tutorib. 8

Nec obstat tex. in d. l. fi. §. minores. est enim speciale, vt ibi notat gloss. & alij, vt propter prodigalitatem patris, tutela legitimo & congruo tempore facta filio, non finiatur. 9

In §. tutores. Vt vides ex hoc tex. & definitione tutelæ, ibi. *Ad tuendum eum*, tutor quamuis & minoris rebus gubernandis detur, principaliter tamẽ datur personæ, vt hic & alibi obseruat Acc. & probat. l. quia personę 14. D. de 10

tute-

test.tut.in l.cùm plures.12.§.cum tutor.D.de admin.tut.in l.1. ibi. *para guardar la persona del moço.*tit.16.par.6.vnde rectè tutores dicũtur, qui eam vim ac potestatem habent ex qua re ipsi nomen acceperunt, quasi tuitores, atque defensores,vt hic,& in d.l.1.D.eo.scriptũ est,

11 † Ex quibus argumentum à vi verbi validum esse notari solet, quod vtique negatiuè omnino est efficax;non affirmatiué,nisi ratio inuentionis vocabuli aliud inducat, aut ab eo quod olim & frequentius obseruatur deductum sit, vt optimè notat Alci.in l.tabernæ.D. de ver. sig.Minsing.hic.n.3. & in §.si ab hostibus,vbi bonus tex.sup.quib.mod.ius patriæ potest.& cum Cicerone & alijs nos obseruauimus in disputatione de mora.n.5.

§. *Permissum.* 3.

1 *Tutores liberis impuberibus in potestate constitutis dantur, & num.7.*
2 *Mater liberis tutorem dare potest,& num. 9.*
3 *Naturali filio tutor dari quando possit,& n.*10
4 *Emancipato filio tutor dari potest. & n.*11.
5 *Tutela triplex,testamẽtaria: Legitima, Datiua.*
6 *Tutela Testamẽtaria lege* 12.*tabularũ inducta.*
Paternus amor omnem alium vincit.
8 *Posthumis tutor dari potest.*

TVtelæ definitione, & eius vi & potestate explicata,quibus tutores dari debeant,cõ-

1 sequens est docere † Igitur permissum est parentibus liberis impuberibus quos in potestate habent testamento tutores dare, neque ijs tantùm qui iam nati sunt,sed & nascituris, vt hoc.§.permissum.& §. cum autem inf. Iustin. ait.l.1.D.de testam.tutel.l.3.tit.16.part. 6.

2 Sed obstat primò matrẽ,quę filios in potestate non habet.§.fœminæ sup. de adoptionib. vbi diximus,& in §.1.sup.de pat.pot.filijs suis tutorẽ dare posse.l.pater.4.D.de testam.tute. l.mater.4.D.de testam.tut.l.6.tit.6.par.6.

3 Secundò obstat,filium naturalem ex concubina in patris potestate non esse.l. 3. & 4. D. de ijs qui sunt sui,tex.in prin.sup. de pat. pot. §.aliquãdo,sup.de nuptijs,& vbique diximus: ei tamen vtiliter à patre tutorem testamento dari.l.naturali,7.D.de confirm.tut.l.fi. C.eodem. l.8.ti.16.par.6.

4 Tertiò obstat, emancipatum filium à sacris paternis esse solutum.§. præterea sup. quibus mod.ius pat.pot.sol.& ibi latè notauimus, eidem verò tutorem â patre datum omnimodo confirmandum.§.sed etsi emãcipato, inf.eod.

5 Quibus difficultatibus vt satisfacias aduerte,tutelam triplicem esse;*Testamentariam* quãdo parentes liberis impuberibus, quos in potestate habent,vel testamẽto,vel codicillis tutores dant. *Legitimam*,quæ à lege datur, & locum habet,cum in testamẽto,alius tutor datus non est. *Datiuam*, quæ à Iudice datur, quando nec ex testamẽto,neq; ex lege alius tutor extat,de quib.omnibus figillatim suis locis dicemus.

6 Prior † autem illa testamentaria tutela à legibus duodecim tabularum, quarum sup. in §. 1.meminimus,descendit,vt etiam probat. l. 1. D. de testam. tutel. & cæteris tutelis potior est,cum enim nullus sit amor qui paternũ vincat.l.fi.C.de curat.fur. neq; secundum naturã sit verisimile, neminẽ diligentius de bonis pupilli cogitaturum quã parentes ipsos,ideò lex permisit, ac suasit, vt parentes in testamentis suis darẽt liberis impuberibus tutores,ne post mortem illorum incerta esset eius rei solicitudo,

7 † Quia verò lex duodecim tabul.quæ hãc potestatẽ parentibus dedit liberorũ meminit, his verbis. *Parentibus tutorum liberis in potestate dandorum testamento,ius esto*, liberorũ autẽ appellatione & nepotes,& pronepotes, & cæteri descendentes continentur,l.liberorum.220. D. de verb. sig. illis similiter pater, auus, pro auusvè testamẽto tutorem dare poterit,ita demum,si post eorum mortem in patris sui potestatem,non sunt recasuri, vt satis hic Iustin. explicuit,vers.*nepotibus*, & rationem eius sententiæ deduces ex definitione,ibi.*in capite libe*

8 *ro.* † Planè quia posthumus, quoad sui vtilia pro iam nato habetur,§.cum autem.infra eod. l.qui in vtero.7.& 26.D.de stat.hom. l.2. tit. 23.p.4.exornat Pinel.in Rub.C.de bon.mat. 2.part.n.36.ei etiam tutor testamento dari potest,sic tamen,si in ea causa sit, vt si viuo patre nasceretur,in potestate eius & suus hæres fieret,d.§.cum autẽ l.1.l.si nemo.19.§ fi.l. si quis filiabus.5.D.de testa.tutel.d.l.3.ibi. *como a los que son en el vientre*,tit.16.par.6.est enim semper,vt testamentaria tutela per se subsistat,patria potestas necessaria omnino, & præterea, eum cui fit in alteram post testatoris mortem non recadere,ex Iustiniano hic.

9 Cui parum obstat.d.l. pater.4. D. de test. tut.& d.l.mater.4.C.eod.cuius tam grauis nostris visa fuit difficultas,vt existimauerint aliqui,tollendã esse negationẽ,ibi.*non instituerit*, inter quos Cuia.in §.fi.inf.eod.Faber.in l.quo tutela.D.de reg.iur.Rusard.in notis ad. l. mater. Verum ea diuinatione, & violentia reiecta,tu dices;Matrem filijs suis testamẽto tutorem dare non posse.l.1.& 2.D.de cõfirm. tut. l.1.C.eod l.peto.71.§. mater. D.de leg. 2.nisi eos instituerit,vt d.l. pater & d.l. mater, tunc enim in rem potius quã in personã dedisse intelligitur,ex d.l.pater,& l.6.tit.16.par.6.quę datio licèt vtilis sit & ipso iure valeat,debet tamen à prætore cõfirmari,vt optimę cum alijs obseruat Caldas,vbi sup.nu.100.& Ord. Lusitan.lib.1.tit.67.§.21.quod si eos non instituat inutilis erit datio quamuis si iudex velit possit illam confirmare,vt in dictis legibus.

10 Nec obstat † d.l.naturali, cui eodem ferè modo satisfacies; quùm à patre institutus est vtiliter tutor testamento ei datur, à prætore tamen confirmandus omnino. l. fin. C. de confirm. tut. l. 8. tit. 16. part. 6. secus si non sit instituus, quia tunc ad confirmationem inquisitio necessaria est, vt cum alijs resoluit, Caldas vbi sup. num. 87.

11 Neque obstat vltimum, nam quamuis emancipatus in potestate non sit, recte ei tutor dari potest, est tamen omnino à iudice sine inquisitione confirmandus, vt d. §. fin. quę confirmatio quùm filius est in potestate nō requiritur, vt ibi notant omnes Greg. in d. l. 3. par. glo. 2.

Titulus XIIII.

Qui testamento tutores dari possunt.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Tutor dari filius fam. & proprius seruus potest, & sequent. num.*
4 *Tutela munus publicum est.*
5 *Patria potestas quoad ius publicum attinet non consideratur.*
6 *Seruus proprius sine libertate tutor datus, libertatem directam consequitur.*
7 *L. etsi non adscripta 9. C. de fideicommiss. libertatib.*
8 *L. Quæro 32. §. Lucius. D. de testam. tutela.*
9 *Seruus quasi liber tutor datus, tutor non est, vitiat enim error tutelam.*

1 VI possint dari tutores, quibusque personis illos constituere cū superiore titulo Iustinianus exposuerit, commodè nunc docet qui testamento tutores dari possunt, & sane illud initio tanquam certissimum constituit, non solùm patrem familias, sed & filiū fam. recte tutorem testamento dari, quinimo & proprium seruum libertatis facta mentione, vel ea omissa scriptū tutorem à domino filijs suis, & tutelā directam libertatē consequi. Quæ sententia probatur. l. si filius fam. 7. D. de tutelis. l. filius. 9. D. de his qui sunt sui. l. Lucius 21. D. de adm. tut. l. si quis in tres. 18. §. Imperator Hadrianus. D. de excusat. tut. l. quęro. 32. §. Lucius. D. de testam. tute. l. 4. 7. & 14. tit. 16. par. 6. tit. 4. Exornat Connanus lib. 2. cap. 4. Caldas in l. si curatorem, verb. *sine curatore*, ex num 105. C. de in integ. rest.

2 Sed primò obstat filium fam. qui in patris sui potestate est, vt sup. toto tit. de patria potestate, alium sub sua habere non posse. l. sic eueniet. 21. D. ad leg. Iul. de adult. & inde neque tutorem esse.

3 Secundò obstat tex. in l. in seruili. 7. C. qui dari tutores, coniuncta. l. quod attinet 32. D. de regu. iuris, & princ. sup. de tutelis, ibi *iure ciuili.*

4 Tertiò contra tex. ibi. *libertatem directam*, obstat. l. si hereditas. 10. §. si seruus alienus in fin. D. de testam. tut. & magis. l. etsi non adscripta 9. C. de fideicommiss. libert.

Quibus difficultatibus plané satisfacies si hæc obseruaueris; tutelam munus publicū esse tex. in princ. inst. de excusat. tut. vbi glo. l. non tantum. 17. §. eos qui D. eodem, l. 1. §. æquè. l. munerum. 18. in princ. D. de munerib. & honorib. † vnde cum in his quæ ad ius publicum pertinent patria potestas, non attendatur. d. l. si filius fam. 9. l. cum prætor. 12. l. in priuatis. 77. D. de iud. in l. nam quod 14. in princ. D. ad Trebell. rectè filius fam. tutor esse potest.

5

6 Nō obstat præterea secundò difficultas. Nā quamuis verum sit in seruili conditione cōstitutum neq; tutorē, neq; curatorē à præside, iudicevè dari posse, ex ratione tex. in d. l. quod attinet: vtiliter tamen testamento tutor datur seruus, qui si proprius testatoris sit eo ipso directam libertatem consequitur ex nostro tex.

7 Neque obstat. d. l. etsi non adscripta. Omissis enim varijs interpretationibus Accurs. & aliorum, tam hic quàm in d. l. etsi non adscripta, Connā. vbi sup. nu. 7. Charondas. lib. 1. verosi. cap. fin. Caldas vbi sup. num. 109. Verior est interpretatio Costæ lib. 1. select. ca. 25. qui Iustiniani sententiam hic nouo iure procedere arbitratur, de quo per Iustin. in l. 2. C. communia de leg. & §. sed non vsque inf. illo titu. quibus antiquæ legatorum & fideicommissorum differentiæ sublatæ sunt, cum enim anteà fideicommissa sola volūtate consisterent, l. penult. D. de leg. 1. l. cum proponebatur. 64. D. de leg. 2. l. nutu. 21. D. de leg. 3. l. 3. §. fin. in fin. D. de adim. leg. legata verò nō tantum voluntate, sed & expressis verbis, & iuris solemnitatibus, vt deducitur ex Vlpiano in fragmentis, tit. 25. vbi notat Cuiacius, hodieque etiam legata sola voluntate relinqui possint, ex dict. §. sed non vsque, factum est vt seruo proprio tutore nominato directa libertas contingat ex sola voluntate testatoris ex nostro textu & iure nouo Iustiniani: secus iure antiquo in d. l. etsi non adscripta. † Neque obstat textus in d. l. Quæro. §. Lucius. ibi. *vindicare*, quo videtur probari etiam iure antiquo in casu nostri tex. competere seruo directam libertatem quoniam illa verba sunt narratiua, quæ non disponunt, gloss. magna, versi. *vel dic tertio*. C. quando non petent. partes, quam multis exornauimus in disputatione, de mora. num. 60. & sequent. Neque præterea illa verba *ab adita hæreditate*, qui etiam fideicommissaria libertas ab adita hereditate competit ex S. C. Dasumniano quando is qui eam præstare debebat, absens est, cuius loco pupillus

8

lus habetur, cui idem seruus tutor datus est, l. neque infantes. 36. & l. non tantum. 51. §. Senatusconsul. D. de fideic. libert.

In nostro tex. versic. *Planè.*

1 Si seruus † quasi liber tutor datus sit, inutilis est datio, idem probat. l. si quis tutorem. 22. D. de testament. tut. l. neque. 14. §. si seruum. D. de milit. test. l. generaliter. 24. §. si quis tutorem. D. de fidecom. libert.

Sed obstat l. Barbar. 3. D. de officio præt. §. sed cum aliquis. inf. de testamentis cum similibus.

Sed respondè in d. l. Barbarius, nō vnius aut alterius, sed totius populi existimatione seruum, liberum esse existimari, secus in nostro tx. & similibus, in quibus solius testatoris opinione, proprius seruus, liber putabatur, vt exponit Acc. hic verb. *datus*, & inde error testatoris tutelæ dationi contrarius, & eius consensui. l. si per errorem. D. de iurisdict. omnium iudic. eam vitiat.

§. *Seruus autem alienus.* 1.

1 *Seruus alienus purè inutiliter tutor datur, sub conditione,* cum liber erit, *vtiliter.*
2 *L. etsi non adscripta. 9. §. fi. C. de fidecom. libert.*
3 *Seruus proprius sub conditione,* cum liber erit, *tutor non datur.*

1 SEruus alienus purè inutiliter testamēto datur tutor, vtiliter tamen ita cum liber erit. consonat. l. 7. tit. 16. part. 6.

Sed obstat tex. in d. l. si hereditas. 10. §. si seruus. D. de testam. tut. & in d. l. & si non adscripta. 9. versic. fin. C. de fideic. liber. vbi vtiliter seruus alienus purè datur tutor in testamento, quia videtur inesse conditio, *cum liber erit.*

2 Cui difficultati omissis varijs interpretationibus, de quibus per ordinarios hic Conna. li. 2. cap. 4. nu. 9. Caldas in d. l. si curatorem, verb. *sine curatore*, nu. 110. verior est quam tradit gl. hic verbo. *datur*, & in d. §. ver. *cum liber erit*, intelligentis, conditione non expressa inutilem esse tutelæ dationem, vt valeat eo modo quo datur scilicet purè, & considerato præsenti statu, vt sic seruus statim tutor esse incipiat: at verò expressa ea conditione, *cum liber erit*, vtiliter, quia valet eo modo quo datur, scilicet fideicommissariè, argum. l. qui tutelā. 28. §. verbis. D. de test. tut. §. furiosus. infra, eodem, quam Accurs. sententiam communiter sequuntur doctores. Proprius autem seruus inutiliter sub ea cōditione tutor datur, quia nec animus dandæ libertatis eo casu est, argum. l. cum heres. 4. §. 1. D. de statu lib.

§. *Furiosus.* 2.

1 *Tutor si furiosus, aut minor. 25. annis detur tūc tutelæ datio valebit, cum furiosus compos mentis fiat, minor legitimam ætatem habeat, & quare, num. 2.*

1 FVriosus & minor viginti quinque annis si testamento tutores dati fuerint, tutores tunc erunt cum furiosus compos mentis sit factus, & minor legitimam vigintiquinque annorum habeat ætatem. d. l. si hereditas. 10. §. furiosus. d. l. quæro. 30. §. Lucius in fin. D. de test. tut. l. fin. C. de leg. tutel. §. item maior. versic. *minores*, infra, de excusat. tut. l. 4. titu. 16. part. 6. Ordin. Lusitanorum. lib. 1. tit. 67. §. 20

2 † Cuius decisionis ea est ratio, quòd quum tutelę munus hominem requirat qui imbecillem adolescentis animum regat, eiusque rebus gerendis sit idoneus furiosus aut minor, qui rebus proprijs superesse non possunt, alter ob furorem, alter ob immaturam ætatem. l. 1. l. sæpè. cum alijs D. de curat. furioso. l. 1. D. de minoribus, qualiter alienam personam & bona gubernabunt? Igitur in furioso sana mens, in minore legitima ætas spectabitur, vt testamentariam tutelam habeant, interim curatore à prætore dato. l. non solum. 10. §. si libertus. D. de excusat. tut. & pro hoc. §. vide quæ dicemus, in d. §. item maior.

§. *Ad certum.* 3.

1 *Tutela testamentaria ad tempus, ex tempore, & sub conditione fit.*
2 *L. Actus legitimi. 78. D. de reg. iuris.*
3 *L. 1. D. de heredib. instituendis.*
4 *Tutor certæ rei, sine causa dari nō potest, & n. 5.*
6 *L. inter tutores. 36. D. de adm. tut.*
7 *Verbum* tutor, *idem quod defensor.*
8 *Curator ad certam rem dari potest.*

1 TEstamentaria tutela ad certum tempus, & conditionem, & ex die & sub conditione relinqui potest, & ante heredis institutionem in testamento scribi: idem probat. l. tutor. 8. §. 1. l. si quis. 11. D. de testam. tutel. §. 2. inf. quib. mod. tut. finitur. l. 21. tit. 16. part. 6.

2 Sed obstat primò. l. actus legitimi. 78. ibi. *datio tutoris.* D. de reg. iu. Secūdo obstat. l. 1. D. de hered. inst. qua heredis institutionē caput testamēti esse probatū est, & ante inutiliter aliqd scribi, facit tx. in §. ante heredis. inf. de legatis.

Sed respondè tutoris dationē à iudice factā, diem aut conditionē nō recipere, vt in l. actus, & l. muto. 6. sub conditione. D. de tute. secus à patre in testam. ex nostro tex. cum similibus, cui lex. 12. tabularum permisit, vt quoquomodo vellet filijs suis tutorem scriberet, tum tam quia pendente conditione, tutor à magi-

stratu datur. §. 1. inf. de Attilia. tut. quod si iudex sub cosiditione tutorem dare posset, non esset quisquam qui suppleret istum defectum
3 quod esset dãnosum pupillo. † Nec magis obstat. d. l. 1. D. de hered. inst. nam quamuis tutela ordine scripturæ prior sit in testamento, iuris tamen intellectu posterior erit institutione heredis, â qua effectum habet. l. si nemo. 9. D. de testam. tutela. Ideoque Consultus in d. l. 1. dixit, eum qui testatur ab heredis institutione *plerumque* initium facere debere, quasi non semper, cum etiam à tutela initium rectè faciat ex nostro textu, licèt quoad institutionem aliter hodie sit cautum, vt dicemus in d. §. ante heredis.

4 In verſic. *Certæ autem rei.* † Tutor certæ rei vel causæ dari non potest. idem in l. certanum. 12. cum sequen. D. de testam. tutel.

Sed obstat. i. l. si tamen. 15. D. illo tit. Vbi certæ rei vtiliter tutor datur.

Secundò obstat. l. ad litem. 4. & rubrica illius tituli. C. de in litem dando tutore, vbi ad litem tutor datur, & sic ad certam causam.

Tertiò obstat textus in §. item inuiti, versi. *curator* infra de curatoribus.

Quarto obstat. l. impuberi. 9. D. de tutorib. & curat. dat. ab his. vbi ad âdeundam hereditatem tutor datur.

5 Quibus difficultatibus non obstantibus defendes certæ rei tutorem dari ex nostro text. & similibus non posse, quia personæ non rei, vel causæ datur hic, & in l. quia personæ. 14. de testam. tut. & diximus in definitione, vnde cũ tutela sit ius in personam, & per consequens in vniuersum ipsius patrimoniũ, sequitur quod cum persona sit indiuidua, etiam tutela ipso iu
6 re & natura sua sit indiuidua. † l. inter tutores. 36. D. de adm. tut. vbi ait Papinian. diuisionem tutelæ, quæ interdum fieri à magistratu solet, vel pacto tutorum, vel voluntate testatoris, non esse iuris, sed iurisdictionis, id est, non ipso iure fieri, sed à magistratu in pupilli vtilitatem, vt commodius res & causæ ipsius à pluribus, partitis negotijs, administrentur, veluti cum in pluribus regionibus, aut prouincijs, patrimonium ipsius sit positum, quo tamen casu magis administratio quàm tutela diuiditur, vti in d. l. quid tamen. 15. & tot. tit. C. de diuid. tute. Certæ autem rei tutor non
7 dabitur. † Nec obstat d. l. ad litem, quam optimè interpretatur ibi Accurs. & in rubrica illius tituli, vt ibi verbum, *tutor*, idem quod defensor significet, in lata significatione, de qua in §. tutores sup. de tutelis, & sub se comprehendat curatoris officium quod satis probant omnes leges illius tituli. Minus obstat, d. l. impuberi, cui adiunges exempli loco tex. in §. 1. infra de Attil. tuto. & quæ diximus in
8 princip. huius tit. §. ibi. *ad certum autem tempus, &c.* † Dissimilis est curationis ratio, quia curator non tam personæ quàm rei datur l. in copulandis. 8. C. de nuptijs, cum alijs, vnde & ad certam causam dari potest, vt in dicto §. item inuiti, versic. *curator*. Tutor autem vsque adeò personæ datur non rei, vt etiam exheredato filio pater dare tutorem possit. l. pater. 4. l. si hereditas. 10. §. qui filium. l. si pater. 31. D. de testam. tutel.

§. Si quis. 4.

1 *Filiorum appellatione, filiabus, & posthumis tutor datur, & num. 2.*
2 *L. qui filiabus 17. in princip. D. de leg. 1.*
3 *L. Liberorum. 220. §. Sed & Papyrius. D. de verborum significatione. Nepotes filiorum appellatione, quando contineantur.*
4 *L. nomen filiarum. 164. D. de verborum significatione.*

1 SI quis filijs suis, aut filiabus tutores dederit, etiam posthumis dedisse intelligitur, non verò nepotibus, nisi liberos dixerit: quod si posthumis dederit, tam filij posthumi, quã nepotes continebũtur quam sententiam explicã ex l. si quis filiabus. 5. l. quid si nepotes. 6. l. si quis ità. 16. D. de testamen. tutel. l. posthumi. 13. §. 1. l. posthumorum. 13. de iniust. rup. l. nomen filiarum. 164. l. liberorum. 220. D. de verb. signi. cum alijs, à doctoribus ibidẽ adductis. Sed nostro textui, ibi. *filiabus*, & ibi. *etiam posthumæ*. obstat. l. qui filiabus. 17. in princip. D. de leg. 1. vbi filiarũ appellatione, posthuma non continetur, nisi & in alia testamenti parte, eius mentionem fecerit testator.

Secundò, nostro textui dum probat filiorũ appellatione nepotes non contineri obstat, d. l. liberorum. §. sed & Papyrius, ibi. *Nepotes quoque ex filijs contineri.*

Tertio, nostro textui, ibi. *Tam filij posthumi quàm cæteri.* obstat, d. l. nomen filiarum, versic. *quamuis.*

2 Quibus vt satisfacias obserua, ex sermonis proprietate, filiorum nomen & in posthumũ cadere, d. l. nomen in princ. idque in legis dispositione indubitabilius est, in hominis verò ita demum, si & eius quoque mens extẽditur; si ergo filiabus legauit, non aliter de posthuma egisse censebimus quam si ex coniecturis appareat, eum cogitasse, vt posthuma nasceretur, vt quia eius mentionem aliqua parte testamenti fecit, quo casu propriam significationem tequimur, aliàs eam presumptione coarctamus, vt in d. l. qui filiabus. Vel si necessario posthuma admitti deberet, vt in institutione, tunc enim & de ea testatorem sensisse dicẽdum est.

3 Non magis obstat. d. §. sed & Papyrius quia verisimile est filiorum stricta & propria significa-

nificatione nepotes non contineri.l.filium.D. de his qui sunt sui: bene tamen interpretatione, per quam ex similitudine rationis extẽsio semper fit.l.iusta.201.D.de verb. sig. quæ interpretatio in legis dispositione tam in odiosis quam in fauorabilibus semper admittitur. l. filium.14.D.ad S. C.Maced.l.Senatusconsulto.59.D.de rit.nup.l.2.§.filijs autẽ. D.ad Tertul.nisi ratio diuersa diuersum ius exigat, quia tunc filij nomen non cadit in nepotem. l. sed & milites.8.vers.*hæc autem*.D.de excus.tut.nõ tamen in hominis dispositione ex nostro tex. nisi ex coniecturis conijciamus proferentem, & de nepote sensisse, vt cum alioquin dura seruitus induceretur, vt in d.§. sed & Papirius vel extranei suis præponerentur.l.Lucius.85. in fi.& ibi omnes. D. de hered. instit. vel vsus testatoris hoc suaderet.l.alimenta. 16. D. de alim. legat.

4 Minus obstat tex.in d.l.nomen filiarũ,versic.*quamuis*,quia aliorũ omissis erroribus existimo posthumorum appellatione cæteros filios iam natos nõ contineri,vt dict.vers. *quamuis*, neque contrarium probat noster tex.ibi. *cæteri*,quem ego de nepotibus interpretor, ex d.l.posthumorum,& §.posthumi. infra de exher.lib.cum Accursio hic.

Titulus XV.

De legitima agnatorum tutela.

PRINCIPIVM TITVLI.
Et §.sunt autem.1.& §.quod autem.2.

1 *Tutela legitima lege. 12. tabularum ad proximiorem agnatum defertur, & num. 6. & seqq. quid nouo iure emendetur.*
2 *Cognatio quid sit, & quotuplex*
3 *Cognatio naturalis quæ,& quæ agnatiõ.*
4 *Agnati qui sint,& qui cognati.*
5 *Cognatio ciuilis quæ.*
6 *Authẽtica sicut hæreditas,C.de legitimis tutelis*
7 *Legitimum propriùs id est, quod sine facto hominis.legis ministerio defertur.*

1 EXposita testamentaria tutela,quæ cæteris omnibus potior est, legitimæ tutelæ disputatio succedit,si enim pater intestatus decesserit,iuxta principium,inf.de hered. quæ ab intest.def. aut tutor.in testamento datus viuo testatore, decesserit ad proximiorem agnatum lege duodecim tabularum tutela defertur.l.1.& per totũ. D.de legit.tutorib.l.1.C.de leg.tut.docẽt Vlpian.in frag.tit.11.Caius lib.1 instit.ti.9.Cuia. lib.11.obseru.c.26. Conti.lib. 1.succes.lect.c. 6.Caldas in d.l.si curatorem, ver. *sine curatore*. n.10.C.de in integr.restit.consonat.l.9.ti.16. par.6. Quod ergo in hoc tit. iusta explicatione indiget illud est, qui agnati sint quibus lex suorum consanguineorum impuberum tutelã dedit, & an hodiè inter agnatos & cognatos aliqua sit differentia.

2 Et sanè Iustinianus tam in hoc. §. sunt autẽ quàm in §.primo,infra.de leg.agn.succes.satisrem explicat, quam vt vos percipiatis præmittendum est, in iure nostro cognationis & agnationis nomen reperiri. Cognatio autem est ius quoddam inter certas personas, quæ natura, vel legis fictione interse cognatę sunt.Hęc duplex est,naturalis & ciuilis.l.nec ei 17.§.1. D.de adopt.3.l.non facile.4.§.cognationis. D. 3 de gradibus. † Naturalis cognatio est communio sanguinis quã habent ij inter se, qui ex eodem progenitore orti, quasi riuuli ex eodẽ fonte deducti dimanarunt l.1.D.vnde cognati.d.l.non facile.4.§.1.diuiditurque in agnatiõnem & cognationem,(nam cum altera species certo nomine careat mutuatur nomen sui generis,vt in adoptione vidistis, in princip.sup. de adop.in l.1.& 2.D.eo.)Agnatio est per mares consanguinitas & coniũctio tex. hic, & in l. sunt autem.7.D.de eodem, & in §. sunt autem infra de leg. agnat. succes. Specialis cognatio naturalis est per fœminas cõiunctio san- 4 guinis, vt in dictis locis. † Agnati igitur sunt qui per virilis sexus personas cognatione iuncti sunt, veluti frater, soror ex eodem patre nati, fratris filius, vel nepos ex eo,item patruus, eius filius, & nepos: Cognati qui per fœminas nobis iunguntur, vt filius sororis,filiavè,filius aut filia amitæ,& eius descendentes masculi sint, siuè fœminæ. Porro agnati & cognati in hoc dissident, nam cognati generale nomen est, agnati speciale, & tamen qui agnatus est, cognatus similiter est, vt puta patris frater, non autem è conuerso, nam matris frater cognatus est, non agnatus. l. inter agnatos.5.D.vnde legitimi. l. Iurisconsultus. 10.§. 1. D. de gradibus. Iulius Paulus. li. 4.sentent. tit.8. Vlpian. in fragmen. tit. 26. & in l. 2. D. de suis, & leg. Agnati autem consanguinei dicuntur fratres ex eodem patre nati, ex dict.§.sunt autem,& l. 1. §.post suos. 5 D. de suis.& legit.hered. † Ciuilis verò cognatio contingit sine naturali coniunctione quæ & legitima appellatur, & per adoptionẽ constituitur,ex d.§.sunt autem,versic.*per adoptionem*.d.l.non facile.§.1.& §.penul.l.1.§. cognationem D. vnde cognati.l.2.§. parui refert, D.de suis & leg.

Igitur ad proximum agnatum lege duodecim tabularum, si nullus ex testamento sit tutor, legitima tutela defertur, vt supra diximus.

6 Sed obstat tex. in authentica sicut hereditas.C. de legit. tutel. vbi ad proximum agnatione non inspecta.tutelę onus, sicut & hæreditatis commodum peruenit.

Secundo obstat, testamentariam tutelam legis authoritate effectum habere, vt latè in superioribus titulis, igitur debet appellari legitima. l. legitima. 6. D. de pact. l. lege obuenire. 130. D. de verb. signif.

7 Quibus facillimè satisfacies quoniã etsi verum sit olim ex lege duodecim tabularum nõ nisi ad proximum agnatum tutelam spectare, vt & hereditatem ex nostro tex. & dict. §. sunt autem cum similibus. Nouiori tamen iure hęc omnia emendata sunt omnesque consanguinei, & ad tutelam, & ad hereditatem admittuntur, agnationis & cognationis iure sublato, seruata tamen cuiusque gradus prærogatiua, authentico de hered. ab intestato venientibus & agnatorum iure sublato. §. 1. &§. nullã vero, authẽ. post fratres. 1. & 2. C. de leg. hered. d. authen. sicut hereditas. d. l. 9. tit. 16. par. 6. l. 6. ti. 13. ead. par. exornant in successione. Ant. Gomez in l. 8. Tau. nu. 5. Matiençó ad l. 5. glos. 1. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. Spino de testamen. gloss. 1. num. 36.

8 Nec obstat secundum argumentum: quoniam etiam verum sit quicquid lege confirmatum est, legitimum dici. d. l. legitima. cum pluribus alijs, propriùs tamen legitimum illud appellatur quod sola lege absque facto hominis defertur, vt in nostro tit. & D. & C. eodem. cum infinitis similibus, quam interpretationẽ satis probat text. in d. l. lege obuenire. ibi *non impropriè*.

§. Sed adgnationis fin.

1 Agnationis ius quod ciuile est, ciuili lege tolli potest: cognationis non ita.

1 AGnationis ius cum a iure ciuili esset, cõtraria lege ciuili perimi posse mirũ non erat, arg. l. nihil tam naturale. D. de reg. iur. & probat l. eas obligationes. 8. D. de capit. diminutione, & inde quacumque capitis diminutione, extinguebatur, vt in sequenti titulo audiemus, quod in cognatione minimè contingere potuit, vt quę â iure naturali orta, non nisi contrario iure naturali tolli poterat. d. l. eas obligationes, & in §. sed naturalis supra, de iure naturali, vbi diximus, quæ & ad huius. §. exornationem conducũt, & latè à nobis tradita. in l. 3. & 7. C. de murilegulis. lib. 11. sub num. 4. & num. 69. cum sequent. & dicenda in §. quod autem infra tit. 1.

Titulus XVI.

De capitis diminutione.

PRINCIPIVM TITVLI, §. Maxima. 1. & §. Minor. 2. §. Minima. 3.

1 Capitis diminutio est prioris status cõmutatio.
2 Caput, in iure ciuili, aliquando statũ significat.
3 L. si filius. 4. §. fin. D. ad S. C. Macedonian.
4 L. 1. §. capitis. D. ad S. C. Tertull.
5 Capitis diminutio maxima quæ.
6 Seruus pœnæ hodie nemo bene natus fit.
7 Triremibus vt perpetuo inseruiant damnati similes seruis pœnæ.
8 Capitis diminutio minor, siue media, quæ.
9 Aquæ & ignis pœna in desuetudinem abijt, eius loco successit deportatio.
10 L. cognitionum. 5. §. consumitur. D. de extraordin. cognitionibus.
11 Capitis diminutio minima, quæ.

1 QVm agnationis ius capitis diminutione perimi dixerit Iusti. in §. fi. sup. tit. 1. commode nunc, quid sit isthæc capitis diminutio, docet, *quæ prioris status est commutatio*. l. 1. l. 3. l. fi. D. eodem cõsonat. l. 18. tit. 1. part. 6. explicat Vlpian. in frag. tit. 11. Forner. lib. 1. select. ca. 26. Gouean. lib. 1. var. lect. c. 26. quam definitionẽ & partes exemplis explicat Imperator hic. Sed obstat. 1. tex. in l. si filius. 4. §. fi. D. ad Maced. vbi absque capitis diminutione filius famil. statum mutat.

Secundò obstat tex. in l. 1. §. capitis. D. ad Tertul. vbi saluo statu capite filius minuitur.

2 Quibus vt satisfacias nota, *caput* hic nõ pro priè accipi pro capite naturali hominis, sed metaphoricè pro statu seu conditione, cõstat enim, vt notat Bald. in l. reos. nu. 2. C. de accusat. hominem, præter naturale, triplex caput habere, libertatis, ciuitatis, & familiæ. l. 2. D. de interd. l. 2. l. capitaliũ. D. de pœn. l. licet. 103 D. de verb. sig. cum alijs. Vnde cum omnia hęc capita perimuntur, libertatis, ciuitatis, aut familiæ, vel alterum ex his, capite minui dicimus. Igitur *status*, in definitione conditionem significat, & ius quod aliquis ob eam causam habet, quia caput siue locum in ordine aliquo illorum trium obtinet, vt optimè probat hic Hotom. in princ.

3 Nec obstat d. §. fi. quem optimè ibi intellexit Glos. verb. *vel alias*. quia filius fam. qui per mortem patris, aut per dignitatem sui iuris efficitur, quamuis statum mutet, quia patet fam. fit, retinet tamen statum suum libertatis, ciuitatis, & familiæ, vt diximus in §. filius. sup. quibus mod. ius patriæ pot. solu.

4 Minus obstat text. in d. §. capitis. quia interpretamur verbum illud, *saluo statu*, pro libertate, & ciuitate, vt in §. 1. & 2. huius tit.

5 *In §. Maxima.* Capitis diminutio cum tribus modis accidere possit, est enim aut maxima, aut media, siue minor, & minima: quę maxima sit hic Iustinianus ostendit, & sanè maxima capitis diminutio est cum quis simul & libertatem, & ciuitatem, & familiam amittit. Vt si quis per sententiam ob delictũ aliquod seruus

pœnæ

pænæ efficiatur, bestijs damnetur, in metallū, vel in opus metalli. tex. in §. pœnæ seruus sup. quib. mod. ius pat. potest. l. qui vltimo. 30. D. de pœnis. l. aut damnum. 8. §. inter eos. l. capitalium. 29. l. in metallum. 36. D. de pœnis, cum
6 alijs ibi. l. 18. ti. 1. part. 6. l. 4. ti. 31. p. 7. † quæ iure antiquo admittebatur, hodie enim nemo bene natus à principio, ex supplicio fit seruus pœnæ, authentico de nuptijs. §. quod autem, & §. quia vero colla. 4. authen. sed hodie. C. de donat. inter virum: notat Greg. in d. l. 4. glos. 5. Anto. Gom. in l. 4. Tau. nu. 3. Coua. in rub.
7 de testam. 3. p. n. 26. † Vnde hodie damnati ad perpetuo in triremibus, siue galeris remigandum, qui illis comparantur serui pœnæ nō efficiuntur, notat Boerius, decis. 278. vel si libertus qui iam manumissione libertatem fuerat consequutus, ob ingratitudinem ea multetur. l. alimenta. 6. D. de lib. ag. l. sciendum. 70. D. de verb. sig. l. pen. C. de operis liber. l. 2. C. de lib. & eorum. lib. §. 2. infra quib. mod. tutel. fin. d. l. 18. partitæ. l. 9. ti. 22. parti. 4. Vel si quis ad pretium participandum se venundari passus sit. §. serui. in 2. sup. de iure personarū, vbi diximus.

8 *In §. Minor.* † Minor capitis diminutio est cum quis libertatem retinet, ciuitatem, & familiam amittit, quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit, qua pœna homines ab humano consortio separabantur, perinde ac si necarentur, cum ijs eæ res, quibus cuncta creātur, interdicerentur. item etiam cum ad faciendā fœdera ignis, & aqua semper adhiberētur, quos arcere à suo consortio volebant antiqui, igni, & aqua interdicebant, ideſt, rebus quibus consortia copulantur.

9 † Quæ tamen pœna in dissuetudinē abijt, successitque eius loco deportatio. l. 3. D. ad leg. Iul. pecul. per quam ciuitas & ea quæ iuris ciuilis sunt amittuntur, vt noster tex. probat, & tex. in §. cum autem sup. quib. mod. l. 1. §. ij quibus. D. de leg. 3. l. quidam. 17. D. de pœnis, Auth. de nupt. §. deportatio. col. 4. l. 2. tit. 18. par. 4 l. 18. tit. 1. par. 6. retinent tamen, quæ iuris gentium sunt. l. amissione 5. §. 1. D. h. t. d. l. quidam, explicat Rober. lib. 4. senten. ca. 11.

Sed obstat diffi. tex. in l. cognitionum. 5. §. consumitur. de extraord. cognitio. vbi per deportationem libertas amittitur cui est similis tex. in l. non facile. 4. §. fin. D. de gradibus.

Cui difficultati varijs modis conantur satisfacere omnes interpretes hic & in locis supra adductis, Cui. lib. 3. obs. c. 10. Robert. lib. 3. sent. cap. 9. & lib. 2. recept. lect. cap. 19. Goue. lib. 2. lect. cap. 11. Duaren. lib. 1. disput. c. 9. Rebard. lib. 3. vari. cap. 5. quorum frequentior sententia est Calistratum, ibi non de libertate naturali, sed de libertate Romana iure Quiritum loqui, amissa enim ciuitate, quæ reliqua est libertas non magni momenti est: ideoque dixit Cons. deportatione adimi libertatem, quam intelligebat vehementer imminui, pro qua interpretatione extat illud Ciceronis pro A. Cecinna: *Si semel ciuitas adimi potest retineri libertas non potest, quî enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est?*

In §. Minima. Minima capitis diminutio est, cū libertate & ciuitate retēta, statu stantum familiæ commutatur, quod his accidit, qui cum sui iuris essent, cœperūt alieno iuri esse subiecti, de quo diximus in §. 1. sup. de adoptionibus. Item è contra quando filius fam. à patre emancipatur, de quo diximus in §. præterea sup. quib. mod. ius patriæ. Item, & vxoris in manum viri conuentione, quo matrimonij genere non tātum vxoris bona, sed & ipsa vxor in potestatem mariti transibat; eiusque efficiebatur heres, vt aduertit Gueua. ad Topica Ciceronis. §. 15. num. 3.

§. *Seruus* 4. & §. *quibus.* 5.

1 *Seruus capite non minuitur.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*
3 *Senator senatu remotus capite non minuitur.*

1 CVm *status*, & *capitis* verbum, in nostro tractatu, ad libertatem, ciuitatem, & familiam referendum sit, vt supra in initio diximus, & toto hoc titulo comprobatur, satis constat, seruum à domino manumissum, quamuis statum mutet, quia ex seruitute ad libertatem venit capite non minui: quia cum hic seruus antea, neque libertatis, ciuitatis, aut gentis, siue familiæ caput haberet, illud amit-
2 tere non potuit, eovè imminui, † priuatio enim habitum præsupponit, l. nam etsi sub cōditione 5. §. post defectum, D. de iniusto rupto. l. Sempronius. 26. D. de vsufructu. leg. l. decem. 16. D. de verb. obli. l. non videtur. 88. l. non potest videri. 208. D. de reg. iuris. cap. ad dissoluendum 13. de despons. impub. Ex qua etiam vocis, *caput*, & *status*, acceptione cōstat, Senatorem Senatu remotum, capite non minui, quia quamuis existimatio eius lædatur. l. cognit. num. 5. §. existimatio. D. de extraord. cognit. l. 2. D. de senato. cum tamen & libertatem, & ciuitatem retineat: item & familiam suam capite non minuitur, ex nostro. §. quibus, & l. 3. D. de senatorib.

§. *Quod autem.* 6.

1 *Capitis diminutione quamuis non cognatio, ius tamen cognationis perire potest.*

1 AD huius §. interpretationem meminisse oportebit eorum quæ supra dixi

mus in §. sed naturalia. de iure naturali, & §. fi. de leg. agnat. tutel. Ex quibus constat agnationem, quæ iuris ciuilis est minima etiam capitis diminutione tolli, secus in cognatione, quæ cum ex natura sit iure ciuili non tollitur, ex quibus intelliges illa verba nostri tex. ibi: *Ius quoque cognationis perit*, non enim ait Iustinianus ipsam cognationem maxima capitis diminutione tolli, sed eius ius, ideſt effectus, qui cũ à iure ciuili sint, eodem iure iustis ex causis tolluntur & retardantur, vt optime aduertit Accur. noster ver. *cognatio*, & verbo, *cognationis*, quem sequitur Bart. in l. fin. §. fin. D. rem rat. hab. Decius in l. pacta, quæ contra num. 3. C. de pact. & cum alijs notauimus in d. l. 3. & 7. C. de murileguiis. n. 63. & perpetuo obseruabis.

§. *Cum autem. 7. & fin.*

1 *Tutela legitima non ad omnes agnatos, sed ad proximiores pertinet.*
Agnatis pluribus eodem gradu existentibus eligi vnus poterit.

POst digressionem quam ad capitis diminutionem Iustinianus fecit, redit nunc ad tractatum legitimæ tutelæ, hoc §. explicans illa verba legis duodecim tabularum, quibus ad agnatos tutela impuberis defertur:
1 † quæ non sic accipienda sunt vt ad omnes simul agnatos pertineat, sed ad eos tantum, qui gradu proximiores sunt arg. legitimæ hereditatis, quæ ad proximiores similiter spectat agnatos non ad omnes §. si plures inf. de leg. ag. succes. l. 2. §. hereditas. D. de suis & leg. l. lege duodecim tabul. 14. C. de legi. hered. l. 6 tit. 13. par. 6. sic & tutela, non ad omnes, sed ad proximiores pertinet ex hoc tex. & l. si plures 9. D. de legit. tutorib. expresse. d. l. 9. ibi: *Los parientes mas cercanos*, tit. 16. parti. 6.
2 † Quod si plures eodem gradu sint, ad omnes pertinet, vt in dictis legibus: quamuis hoc casu, ne administratio inter plures diuisa negligentius procuretur, vnus ex his deligi poterit, cui tota res commendetur, periculo tamen omnium. l. leg. timos. 5. §. 1. D. de leg. tut.

Titulus. XVII.

De legitima patronorum tutela §. vnicus.

1 *Tutela legitima liberti impuberis ad patronum pertinet & n. 2. eius rei ratio.*
3 *Fœmina, quæ seruum manumisit impuberẽ eius tutrix non est.*
4 *Fœmina tutrix, aut curatrix esse non potest.*
5 *Mater ex priuilegio olim, hodie iure ipso filiorũ tutrix, siue curatrix est, & n. 6.*
7 *Tutela serui cui per fideicommissum libertas relinquitur, quando pertineat ad antiqui domini familiam.*

SI Dominus seruum suum impuberem manumisit, statim legitimus eius tutor efficitur, idé probat l. tutela 4. de legitim. tutori. Vlpi. in frag. tit. 11. l. 10. tit. 16. parti. 6. & ibi Greg. Baeça, tractat. de decima tutoris. cap. 46.

Sed obstat tex. noster ibi: *ideo autem*, quo probatur tutelam serui manumissi non spectare ad dominam manumittentem, & patronã.

Secundo obstat tex. in d. l. tutela. §. plane, vbi manumissori liberti tutela non defertur.

2 Quibus tamen satisfacies, iure factũ esse vt patronus, qui liberti sui impuberis ab intestato defuncti expectabat hereditatem, & successionem, idem tueretur bona, ne dilapidarẽtur, vt ad eum quem hereditatis commodum sequebatur, tutelæ etiam onus spectaret. l. 1. D. de legit. tutorib. Auth. sicut hereditas. C. eod. l. secundum naturam. D. de reg. iur. c. qui sentit. c. rationi eod. ti. in 6. l. 29. tit. fi. par. 7. quod per interpretationem legis duodecim tabul. quæ agnatos ad hereditatem & tutelam vocat factum est, & inde generaliter acceptũ, vt quo tutela vadit, eo & hereditas perueniat. l. quo tutela. 73. D. de reg. iur. vbi exornãt Decius, & P. Faber.

3 Nec obstat noster tex. in vers. *ideo autem*, quoniam generalis conc. nostri tex. in fœmina admittenda non est, quæ etsi seruum impuberem manumittat, & ab intestato eius successionem expectet, tutelam tamen non suscipit, sed ad proximum agnatum, vel cognatum deuoluitur, quia tutela virile munus est, † quod
4 fœminæ non permittitur, l. tutela. 16. l. fœminæ 18. D. de tute. d. l. quo tutela. l. iure nostro. 26. D. de test. tutel. l. scire. 21. D. de tut. & curat. dat. l. 1. C. quando mul. tutel. offi. fung. poss. & reg. l. fœminæ 2. D. de reg. iur. † Nisi
5 à principe filiorum suorum, tutelam impetrasset. l. fi. D. de tute. explicat Caldas in d. l. si curatorem, ver. *siue curatore* nu. 106. C. de in integ. quo referendum est verbum illud, *plerunque*. d. l. tutela. 16. D. de tutelis. † Quæ impe
6 tratio in matre & auia, iam hodie ex noua Iustiniani lege necessaria non est, nam si velint, tutrices erunt suorum filiorum, aut nepotum, tex. in authentico, de hered. ab intestato veni. §. ex his collatione. 9. tex in Authentica matri, & auiæ. C. quando mul. tutel. officio fung. l. 4. tit. 16. part. 6. l. 3. tit. 7. lib. 3. fori. explicãt ordinarij in dictis locis, & Caldas iam relatus,

Baeça

Baeça de decima tut.c.8.num.39.Spino de testam.gloſ.29.num.24.

7 Non item obſtat tex.in d.verſi. *planè*,ad cuius interpretationē aduertes, quod etſi ſeruus qui ex fideicommiſſi cauſa manumittitur,nō teſtatoris fiat libertus, etiam ſi eiuſdem teſtatoris fuerit,ſed fideicommiſſarij, qui eum manumittit.§. qui autē infrà de ſingul. rebus per fideicom.relictis;id tamē non admittitur, quoties fideicommiſſarius,à prætore euocatus,vt ſeruo libertatem præſtet, adeſſe nō vult,quia tunc cauſa cognita, libertas ſeruo præſtatur, proindeque habetur, ac ſi directō à teſtatore ſeruus manumiſſus fuiſſet, efficiturque libertus Orcinus,& ad familiam teſtatoris, ad quē patronatus ſpectat,pertinebit, & tutela,d.§. planè,coniuncta,l. cum vero. 26.§. ſubuentū. D.de fid.libert.& d.§.qui autem.

Titulus XVIII.

De legitima parent. tutela. §. vnicus.

1 *Tutela legitima parentum,quæ, & quando competeret.*
2 *L.3.§.1.D.de legitimis tutoribus.*
3 *Fiducia in emancipatione cum ſemper contracta intelligatur,pater ſemper eſt legitimus tutor filij impuberis emancipati.*

1 VEMADMODVM Patronus,qui impuberem ſeruum manumiſit eius conſequitur legitimam tutelam manumiſsionis iure, vt in tit.ſupra proximo audiuimus:ita & in parentibus,qui filium,aut filiam,nepotem,aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipant receptum eſt, nam & eorum legitimi heredes, fiunt, & legitimi tutores, tex. noſter, & in §.præterea.in fine,inf. quibus mod. ius.

2 Sed obſtat difficil.tex.in l.3.§.fi.ibi:*Vicem legitimi tutoris ſuſtinet.* D. de legitim. tutorib. vbi pater non legitimus tutor dicitur, ſed legitimi vicem habere.

Ad cuius explicationem & noſtri tex.interpretationem, meminiſſe omnino oportebit, antiquæ emancipationis formulæ, quam in d. §.præterea,explicuimus,in qua ſi fiducia interpoſita non fuiſſet,vt imaginarius pater,filium emancipatum patri naturali remanciparet,ipſa emancipatione,pater naturalis amittebat iure ciuili ius ſuccedendi in bonis filij,eique extraneus manumiſſor imaginarius pater in ſucceſsione præponebatur,& ita etiam in tutela, arg.l.1.D.de leg.tutel.l.tutelas.7.D.de cap.diminut.l.quo tutela 73.D.de regu. iur. quamuis iure prætorio aliud eſſet, & pater naturalis extraneo manumiſſori præferretur per bonorum poſſ.*vndè decem perſonæ*, §. quæ autē, inf. de bono. poſſeſ. qua bonorum poſſeſsione vt non legitimus, ſed quaſi legitimus efficiebatur heres, §. quos autem, inf.de bon. poſſ.ita etiam non legitimus tutor, ſed vicem legitimi tutoris ſuſtinebat.d.l.3.§.fi.Quod ſi non tantum emancipatus, ſed & manumiſſus à patre naturali filius fuiſſet, quia contracta fuiſſet fiducia,vt legitimus efficiebatur heres filij.l.2. §.objcitur.D.ad Tertull.ita & legitimus tutor. † Quæ vetus fiduciæ ſolemnitas,cum 3 iam in deſuetudinem ierit, nouioribuſque Iuſtiniani legibus,ſemper in emancipatione contracta cenſeatur, tam quoad ius hereditatis, quam quoad ius tutelæ.d.§ præterea.l.fi.C.de emancip.liber.§.fi.infra de leg.ag. ſucceſ.conſequens eſt parentem, qui impuberem filium emancipauit,legitimum eius eſſe tutorem, ex noſtro tex. & d.l.10. verſi. *otro ſi dezimos*, tit. 16.p.6.& videbis Caium. lib.1.inſt. ti.6. Alciat.lib.3.parerg.c.fi.Coraſ. li.6. miſcell.c.9. Conanum.lib.2.c.14.n.4. qui de ſolemnitatibus fiduciæ latè agunt.

Titulus XIX.

De fiduciaria tutela.§. vnicus.

1 *Fiduciarius tutor quis ſit,& n.3.*
2 *Noſter tex.in verſ.* Atqui. *num.4.*
3 *Fiduciarius tutor, ideſt, fideicommiſſarius tutor.*
4 *Lectio noſtri tex.in verſ.* Fiduciarij tutores filiorum ſuorum.

1 SI Parens qui filium impuberem manumiſerat, nepotem, aut neptem ex filio, & ſic eius legitimam habuerat tutelam, deceſſerit filius natu maior fiduciarius tutor fratrum ſororum, & filiorum ſuorum,cæterorumvè efficitur,ex hoc tex.& l.3.§.fin.coniuncta.l.ſeq.D. de legit.tuto.d.l. 16.in fi.tit.16.par.6.

2 Sed obſtat noſter tex.in verſi. *At quis*, vbi mortuo patrono filij eius non fiduciarij, ſed legitimi tutores fiunt liberti impuberis à patre ſuo manumiſsi, igitur eadem ratione mortuo patre emancipante filij eius legitimi erunt tutores fratrum,aut ſororum,non fiduciarij.

3 Cui difficultati ſatisfacies,ſi aduertas, antiqua iuris ſubtilitate attenta, emancipatione fratris impuberis peremptam fuiſſe agnationem.§. minima ſup. de cap. dimi.§. præterea, ſup.

sup.quibus modis ius. sicque extinctum etiã esse ius hereditatis, & tutelæ ex capite agnationis, verum quoniam propter maximam sanguinis coniunctionem, lex magnam de fratre spem, atque fiduciam concepit, effectum est, vt impubes emancipatus post mortem patris sui tutoris legitimi tutelæ fratris sui natu maioris concreditus fuerit, quasi nemo, eo fidelius, & diligentius, administraturus esset res fratris impuberis, ideoque quia nulla spe successionis, sed sola, fiducia sanguinis hæc tutela deferebatur, fiduciaria dicta est, quasi fideicommissaria, arg.l. certi conditio. 9.§. competit. ibi, *cui fiduciaria hereditas*, D.si cert.l.Seius 46. ibi, *fiduciarium heredem*. D.ad Trebell.

4 Neque obstat arg.ex vers. *Atqui*, cui respõdet Iust.in versi. *quoniam*, est enim inter patronum & parentem, & proinde inter eorum filios magna differentia, nam filius, si non fuisset viuo patre emancipatus, post obitum eius, sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, & ita neque in tutelam. Libertus autem si non esset à domino manumissus, eodem iure apud eius filios post eius obitum mã sisset, & inde patrono mortuo, vt ad hereditatem ita & ad tutelam vocantur, & legitimi tutores dicuntur in §. 1. sup. de patron. tutela.

5 Sed tunc grauiter obstat idem noster tex. ibi: *fiduciarij tutores filiorum suorum*, vbi Iustinianus probat, non solum fratris emancipati, sed & filij mei à patre meo emancipati me fiduciarium tutorem esse, & tamen constat, quod si is à patre meo non fuisset emancipatus, post eius mortem in potestate mea futurus esset. tex. in principio sup. quibus modis ius, indeque si eum emancipassem, legitimam eius tutelam nanciscerer, vt iup.de leg.parent. tutel.

Quæ difficultas grauiter torsit Accurs. & cæteros hic, Cuiacium in frag. Vlpia. tit.11. Loriotum de tutelis, axiomate 16. Haloand. in notis ad hunc tex. qui detrahenda existimat illa verba, *filiorum suorum*, quem recentiores sequuntur. Eorum autem sententijs reiectis, tu Iustinianum intelliges in nepote ex filio emãcipato, quem similiter pater ante mortem emancipauerat, qui nullo modo potuit post patris sui mortem filium suum iam emancipatum in potestate habere. Quæ interpretatio, & vera est, & necessaria omnino ad nostrum textum, qui hoc tantum in casu verus esse potest.

(?)

Titulus. XX.

De Atiliano tutore.

Principium tituli, & §. Sed ex his. 3. & §. Sed hoc iure. 4. & §. nos autem. 5.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Tutor datiuus à quo petendus.*
3 *Atilianus tutor quis.*
4 *Tutores qui dare possint, quamque cautionem accipere ab eis iudices debent, & num. 5. & 6.*

1 POstquam Imperator explicuit priores duas tutelæ species, testamentariam, videlicet & legitimam, iusto ordine tertiam, quæ *Datiua* nũcupatur, exponit hoc titulo, in quo, vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, multiplex datiuæ tutelæ tempus recenset, quid olim, & quid sua ætate obseruaretur, docens, quibus & nos addemus, quæ hodie vsu recepta sint.

2 Igitur sciendum est, quod si nullus, neque testamentarius neque legitimus tutor esset, impuberi datiuus tutor petebatur à matre l.11 l. 2. & per tot. D. qui petant. tut.l.6.l.8.l.fi. C.eodem l.2.§.si mater D.ad Tertull.l. omnẽ 6.C.eod.l.12.tit.16.partit.6.quæ successione filij, si tutorem non petat, priuatur, vt in dictis legibus est cautũ; potestq; tũc peti tutor ab amico parentis vel educatore impuberis, aut quolibet alio de populo, vt in d.l.2.&d.l. 12.vel ab ipso iudice dari etiam nullo petente, l.1.§.magistratibus, D.de magistratib. conueniend.notat Greg.in d.l.12.glos.7.A quo autem iudice tutor dari debeat, non satis videtur Imperator ostendere, sed tota res tempo-
3 rum distinctione componitur. † Principio etenim Romæ à Prætore vrbano dabatur, qui inter ciues Romanos ius dicebat, quæ datio lege Atilia recepta fuit, lata ab A. Atilio, & Claudio Martio tribuno Plebis: in prouincijs autem ex l.Iulia & Titia à præsidibus prouinciarum ex tex.in prin.huius tit. Vlp. in frag. tit.11.vers. *lex Atilia*. indeque Atilianus tutor dictus est, qui nec ex testamento, neque legitimus fuit. † Cum autem in l.Atilia, Iulia, &
4 Titia, neque de cautione rem pupilli saluam fore à tutoribus exigenda, neque de cogendis tutoribus ad pupilli administrationem si tutelam subire recusarent, quidquam esset cautũ, Claud.Cæsar statuit vt tutores à consulibus ex inquisitione darentur, quod postea prætoribus, ex aliorum principum constitutionibus concessum fuit, vt in §.sed ex his.inf.eod. Postea

stea Iustinani sæculo Romæ Præfectus vrbi & Prætor tutelaris ex inquisitione tutores creabant, in prouincijs, Præsides, vel eorum iussu inferiores magistratus, si pupillorum facultates non magnæ essent. l. 1. l. 3. D. de tutorib. §. sed hoc iure inf. eo. Quia vero Iustin. perpendit pupillorum facultates sæpe ex mora periculum recipere, quæ in expectanda præsidis iussione circa tutoris dationem verlabatur à quocunque magistratu absque iussione Præsidis tutores dari voluit, vt in §. nos autē. inf. eo. dum tamen pupilli facultates quingent. s aureos non excederent, legitima cautela rem pupilli saluam fore, accepta periculo illius, qui eam accepit, quod in dicta. l. 12. comprobatum est.

5 Quod si pupillus alibi facultates suas habeat, quam vbi domicilium, & alibi sit oriundus iudex domicilij tutorem dare potest, & debet vt ex Azone retulit Accur. in l. vni. verbo: *vbi morantur*. C. vbi petantur tut. vel cura. communiter receptus à Bar. & alijs ibi: Greg. in d. l. 12. parti. verb. (*al juez del lugar*) vbi latè disputat, quod iure ciuili satis est consonum, tutor enim personæ datur. l. 1. D. de tutel. tex. in prin. sup. eo. vnde qui in personam iurisdictionem habet, habebit & in eius bona, & facit tex. in l. si fideicomis. 50. §. tractatum D. de iudicijs. l. magis puto. 5. §. illud quæri. D. de reb. eorum, & hoc iure vtimur.

6 Neque contrarium probat l. pupillo. 27. D. de tutorib. l. iurisperit. 30 §. cum oriundus. D. de excusat. l. 1. C. vbi petantur tutores, & d. l. 12. vers. *E non tan solamente*, quibus probatur iudicem originis, vel loci vbi sunt facultates posse tutorem dare. Quoniam illa iura non negant iudicem domicilij posse tutorem dare ad omnia bona, quæ quamuis alibi sint, sed posse etiam in eo casu à iudice originis, vel loci vbi sunt facultates tutorem dari, quod quidem est pupillo valde vtile, cum datus tutor à iudice domicilij possit se excusare, ne vltra centesimum lapidem tutelam gerat. l. propter litem. 21. §. licet datus. D. de excusat. tut.

§. *Sed etsi* 1. & §. *ab hostibus.* 2.

1 *Tutela testamentaria pendente alius à iudice tutor dari potest, & num.* 3. & 4.
2 *Tutela testamentaria legitimè præfertur.*

1 CVm testamentarius tutor sub conditione dari possit, §. ad certum, vbi late diximus supra, qui testamentū tuto. dar. poss. ne pendente conditione, pupilli bona absque defensore sint: itē & eius persona sub nulla sit cura, vt à iudice interim alius detur tutor, rectè factum est, nec refert quod legitimum tutorem pupillus habeat † quia quando tutela testamentaria expectatur legitimæ non est locus, l. quandiu. 39. D. de acquir. hered. coniuncta l. quo tutela 73. D. de reg. iur.

3 † Idemque est si non tutela, sed hereditas sub conditione data sit; nam cum ante aditionem tutela non subsistat l. si nemo. 9. D. de test. tut. interim alius dabitur à iudice, tex. noster,

4 & in l. si hereditas, 10. D. de test. tutel. † Similiter, si testamentarius tutor, aut legitimus ab hostibus captus sit, pendente captiuitate alius creatur, qui eo ab hostibus reuerso, desinit esse tutor, quia qui captus erat reuersus, recuperat tutelam iure postliminij. §. ab hostibus infra hoc tit. §. si ab hostibus sup. quibus mod. ius pat. potest. fol. vbi, & in d. §. ad certū, vide quæ diximus, & spectant ad horum iuriū interpretationem.

§. *Impuberes fin.*

1 *Impuberes in aliorum esse tutela naturali rationi congruit,*
2 *Rationes reddere tutor finita tutela debet, etiam si mater sit.*

1 NAturali rationi consentaneum esse, vt ineuntis ætatis imbecillitas maiorum natu, prudentia, & regatur, & constituatur, indeque impuberes, qui perfectæ ætatis non sunt, in alterius tutela esse & cōstituti, cum iam su. in prin. de tute. dixerimus satis ex l. 1. D. de minorib. Cicerone lib. 1. officiorum, quod in hoc §. de hac congruentia Iu

2 stin. ait, explicatione non indiget. † Illud autem quod de rationibus à tutore reddendis, adiecit, ante quam de eius summa autoritate disputaret notabile est, etsi enim verum sit, pupilli personam, & bona omnia eius fidei & arbitrio fuisse commissa, meminisse tamen eum oportebit verè tutorem esse, non prædonem, iustamque suæ administrationis rationem reddere teneri post pubertatem, pupilli iam finita tutela, de quo integer est tit. D. de tute. & rationib. distrahen. adeo, vt & ipsa mater, quæ tutelam filiorum gessit, sit eisdem rationibus obnoxia, authentico vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ sint, colla. 9. Nec pupillorum pater possit eas remittere. l. ita autem. 5. § quidam decedens D. de adm. tut. cui coniunge l. si seruus vetitus. 119. D. de leg. 1. quinimo & ab eodem pupillo liberatio rationum reddendarum legata, scrupulosam tantummodo inquisitionem remittit, & leuem illam minutissimarum rerum indagationem, non quod dolo aut fraude, factum erit. l. Aurelio. 20. §. Caius, l. tutor, 26. l. Aurelius. 28. §. Titius testamento. D. de lib. leg. coniuncta. d. l. si seruus. Igitur tutor & eius heredes, fideiussores, & nominatores finita pubertate tutelapupillo tenebuntur

buntur tutelæ iudicio, vt per totum tit. D. de tutel. & rationibus distrahend. & tit. D. de fideiussorib. tutorum, & pupillus etiam tenebitur tutori vt recipiat quæ in tutelæ administratione de suo impendit, vt per totum D. de contraria & vtili actione tutelæ, & ex tit. C. de administratione tut. cum seqq. l. 21. tit. 16. par. 6. Quæ autem in rationibus reddēdis obseruanda sit tradit, Spino de testamentis, glos. 29. ex num. 64. cum seqq. eum videbitis.

Titulus XXI.

De autoritate tutorum.

PRINCIPIVM TITVLI.

Et §. Neque tamen. 1.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Auctoritas tutoris quid sit.*
3 *Pupillus sine tutoris autoritate meliorem conditionem suam facere potest, deteriorem non potest, & num.* 14.
4 *Pupillus nec naturaliter sine tutoris auctoritate obligatur, & num.* 6. *&* 7.
5 *Contraria sententia, cui fit satis ex num.* 8. *cum seqq.*
6 *Pupillus sine tutore hereditatem adire non potest, etiam quantumuis lucrosam, & n.* 13.
7 *Pupillus consensum non habet.*
8 *L. si pupillus* 127. *D. de verb. oblig. & n.* 11.
9 *Promissio sine causa nullam efficacem obligationem producit.*
10 *Pupillus re ipsa naturaliter obligatur, & quando.*
11 *L. cum illud* 25. *§.* 1. *D. quando dies legati cedat.*

1 QVIA nihil tutorum creatio conferret, nisi sequeretur autoritatis interpositio in rebus à pupillo gerēdis, opportune Iustinianus hoc
2 titulo, de tutorum autoritate disputat: est autē autoritas, potestas illa atque vis, quam in persona pupillorum defendenda, rebusque eorum administrandis receperunt tutores. l. 1. D. de tutelis tex. in princ. sup. eod. vbi diximus: autoritatem autem præstare nihil aliud est, quā expresse probare negotium illud quod à pupillo præsente tutore fit & geritur. l. 3. l. 4. l. 9 §. penul. & l. seq. D. hoc tit. d. l. 1. §. fi. §. tutor. infra eodem.

An autē hæc tutoris autoritas pupillo semper sit necessaria, ita vt absque ea pupillus nihil agere possit, latissimē disputari poterat, sed quod ad huius tituli pertinet explicationem, sic ex Iustiniano hic, & aliorum Iurisconsultor responsis, accipe. † Pupillum sine autoritate contrahentem meliorem conditionem rectè facere posse, alterum que sibi obligare, ipsum verò obligari alij sine tutoris autoritate nullo modo posse: quæ conclusio, probatur ex nostro tex. & §. nunc admonendi. §. At ex contrario infra quib. alien. licet. §. pupillus. infra de inut. stip. ex infinitis veterum prudentum locis maximè ex l. contra iuris 29. de pact. l. 3. in prin. D. commod. l. Iulianus. 14. §. si quis à pupillo. D. de act. emp. l. obligari. 9. & per totum. D. hoc tit. l. certum 6. §. in pupillo. D. de confess. l. iusiurandū. 17. §. 1. D. de iure iur. l. acta 45. §. fi. D. de re iudi. l. si pupillus 40. D. de arbit. l. de pupillo. 5. D. de op. nou. nunt. l. obligari. 42. D. de obliga. & act. l. sed si ex stipulatu. 24. D. de verb. obli. l. pupillo. 38. D. de pignora. act. l. si dictum 56. §. fi. D. de euictionib. l. 1. §. de pupillo. D. de const. pecun. l. pupillus. 11. D. de acq. here. l. more. 8. & l. pupillus 9. D. de acq. here. l. 1. & per tot. C. hoc tit. l. neque 7. C. de contrah. stipulat. de iure Regio Hispan. tx. in l. 7. ti. 2. par ti 3. l. 4. ti. 11. part. 5. l. 13. tit. 6. part. 6. l. 17. tit.
4 16. part. 6. † Ex quibus omnibus illud receptum est pupillum sine tutoris autoritate, nec naturaliter obligari, quod & probat tex. in l. quod pupillus. 58. D. de ob. & act. vt multis relatis obseruat Caldas, in l. si curatorem. ver. *cum non absimilis* num. 25. C. de in integ. restit.

5 Sed grauiter obstat tex. in l. si pupillus 127 D. de verb. ob. in l. 1. in fin. D. de nouat. in l. Marcellus. 26. D. de fideiuss. in l. in numerationibus. 44. in l. Stichum. 95. §. aditio. D. de solut. in l. cum illud. 25. §. 1. D. quando dies leg. ced. in l. si pupillus. 21. D. ad leg. Falcid. in l. si cius. 64. D. ad Trebel. in quibus omnibus pupillum sine tutoris autoritate, saltim naturaliter obligatum audimus.

Secundo contra nostrum tex. ibi: *meliorem quidem conditionem*: obstat tex. in §. neque tamen, ibi: *quamuis illis lucrosa sit*. inf. eod. vbi pupillus neque lucrosam & opulentam hereditatem, ex qua melior eius cōditio reddatur, absque tutore adire potest: comprobat l. 9. §. 2. D. eod. l. 8. l. 9. D. de acq. hered. l. 3. tit. 6. par. 6.

Tertio contra nostrum tex. probantem pupillum sine tutore contrahentem alteri non obligari, ipsum verò qui cum eo contrahit esse obligatum, obstat reg. l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verb. sig. coniuncta, l. 2. in fi. D. de ob. & act. quibus constat in his contractibus in nostro tex. relatis, alterum alteri esse ex bono & æquo obligatum, indeque vltro citroque obligatorios omnes contractus dici.

Quorum argumentorum explicatio, latiorem quam hic locus, & institutum nostrum patiuntur, disputationem exposulat, quibus vt cedamus paucis rem hanc prosequemur. † Igi

tur

tur quidquid infiniti autores velint, constanter cum Iustin. hic defendendum est, *pupillum sine tutore, nec naturaliter quidem obligari*, cuius generalis conclusionis vtilissima ratio, omissis innumeris ab alijs traditis ea est, quia pupillus consensum non habet, quem exigimus in obligatione naturali l. 1. §. adeo cum vulgatis alijs. D. de pact. siquidem animi iudicio destituitur. §. præterea, inf. quib. non est permiss. l. cũ prætor. 12. versi *natura*, D. de iudi. l. 1. vers. impuberes. C. de falsa moneta, vbi ea ratione pupillus creditur ignorare quæ videt, & consensui nihil tam contrarium est quam error & ignorantia, l. si per errorem, 15. D. de iurisd. om. iud. l. 2. D. de iudicijs, & ideo in ea ætate, neq; velle, neque nolle intelligitur, l. pupillus. 150. alias 189. D. de regu. iur. † Quamuis etiam 7
ante pubertatem aliquando alicui iudicium, & prudentia contingant, & alijs multo tardius, tamen visum est vtile iuris autoribus certum aliquod tempus pupillari ætati præscribere, cauillationum & litium vitãdarum causa, quæ ex hac incertitudine orirentur. Et sic pupillũ esse definierunt masculum, qui decimum quartum, fœminã, quæ duodecimum annum non complessent. tex. in prin. inf. quib. mod. tute. finit. vbi dicemus. Vsque ad quam ætatem iurisprudentia non agnoscit in eiusmodi personis naturalem & plenum intellectum. l. 13. ibi. *Escto es: porque los que son de esta edad, non han entendimiento complido.* tit. 1. par. 6. & passim, ac propterea neq; velle, neq; nolle posse existimauit. Indeq; factum est vt iuris æstimatione, nec naturaliter obligari, ex cõsensu quo carere intelliguntur, posse, sit dicendum, alioquĩ induceremus naturalem obligationem ipsa natura impediente, quod est perquam absurdum.

8 Qua sententia retenta, non obstant iura in contrarium adducta, & 1. non obstat tex. in d. l. si pupillus. 127. quoniam ex Duare. & Cuiac. ibi. interpretor promissionem ibi causam ex qua pupillus factus fuit locupletior subsequutã fuisse, proindeque eum potuisse sine tutore obligari, quam interpretationem vt verissimam minimeque diuinatoriam agnoscas,
9 omnino præmittẽ, † stipulationem & promissionẽ ex nulla causa factã nullã producere actionẽ, & ex ea petentem exceptione doli mali submoueri, non quia exceptio illa sit necessaria ad actionis (quæ nulla fuit) exclusionem, sed ad repellendum petentem ex tali stipulatione, l. obligationum 3. D. de ob. & act. coniuncta l. 2. §. circa D. de doli except. neq; vbi doli exceptio locum habet, aliqua naturalis obligatio potest considerari. l. 1. §. ideo. D. de doli excep. similiter etiam fideiussio, vbi nulla præcessit causa, nulla est ope exceptionis doli, l. si stipulatus. 15. D. de fideiuss. coniũcto d. §. circa. † Præmitto etiam pupillum
10 etiam ex mutuo, sine tutore naturaliter obligari re ipsa, quando locupletior fit & moratur in lucro, & is qui cum eo contraxit, in damno est, l. naturaliter. 13. §. fi. coniuncta l. nam hoc natura. 15. D. de condict. indeb. l. ait prætor. 3. vers. *pupillus*, l. si pupilli. 6. in prin. l. litis 37. in prin. D. de neg. gest. l. furiosus. 45. D. de obliga. & actionib. cum alijs plurib. quibus consonat l. 27. & 28. ti. 12. parti. 5. † Quibus præ- 11
missis, cum tex. in d. l. si pupillus probet promissionem à pupillo, sine tutore factam, validam fuisse: item & fideiussorem pro eo teneri; consequens erit dicere causam ex qua pupillus locupletior fuit factus præcessisse, idque è bene fundata iurisprudentia, cum alias illud admitti non posset, quo etiam sensu accipies d. l. 1. in fine. D. de donat. d. l. in numerationibus. d. l. Sticum, §. aditio, d. l. Marcellus. d. l. si pupillus. 21. d. l. si eius, 64. & alia iura in quibus pupillum sine tutore obligatum naturaliter probatur, neque terminos habiles præmittere ad aliquarum legum intellectum, vt nostri loquuntur, continet diuinationem, sed est omnino necessarium, arg. l. qui testamẽto. 20. ibi. *Si aliud eos nihil impediat*, D. de testam. ca.
12 1. de ætat. & qualit. lib. 6. † Nec magis obstat tex. in d. l. cum illud. §. 1. D. quando dies leg. ced. quoniam omissa eorum opinione qui respuendam illam negationem (*nec*) existimabant, obligationem naturalem ibi appellasse I. C. dicendum est, habita ratione numerationis & facti naturalis, ex quo alius, qui pupillus non esset, obligaretur, quamuis si præsenti statu attento nihil ex huiusmodi numeratione pupillus debeat, quia sine tutore, & eius commodo facta fuit ex nostro tex. & similibus supra obseruatis, proindeque recte Papinianus nullum esse legatum in prima parte illius. §. dixerit; tamen futura solutione considerata, quæ ab ipso pubere iam facto fieri potest, quæ legatario vtilis erit, in posteriore parte ibi. *futuram solutionem cogitauit*, rectè cõsultus potuit naturalem obligationem appellare, quæ ex naturali facto numerationis originem habuit, vt aliud agens obseruat Rob. lib. 1. sent. ca. 10. vt sic ex d. §. 1. in posterum docẽdum sit, quod & si pupillus naturaliter nõ obligetur sine tutore, nisi quo casu locupletior fiat, cæterum quia solutione post pubertatem facta, quasi nouum consensum exprimit, ex quo naturalis obligatio oriatur, vtilis sit eius solutio, vt ibi indicauit. I. C. ibi. *quod si verbo debiti naturalem obligationem, & futuram solutionem cogitauit*: cuius sanè hæc mihi verior videtur interpretatio. donec alij melius aliquid afferant.

13 † Non item obstat tex. in §. neque tamẽ, cum similibus. Quibus probatur pupillũ sine tutore, neq; lucrosam hereditatem adire posse. Quoniam omissa varia solutione doctorũ dicen-

dicendum est, pupillum sine tutore neque lucrosam hereditatem adire posse, quia ad adeūdam hereditatem necessarium est, vt quis causam suæ aditionis intelligat, videlicet an sit heres ex testamento an abintestato, an necessarius, an voluntarius, l. is qui putat. 15. l. si is ad quem. 22. l. heres. 32. l. pater. 93. D. de acq. hered. vnde cum pupillus eo sit animi iudicio destitutus, quo discernere causam suæ aditionis debebat. l. pupillus. 9. D. illo tit. satis constat, neq; hereditatem posse acquirere sine tutore.

14 † Præterea quia quāuis verū sit pupillū sine tutore cōtrahētē, alios sibi obligare, ipsum verò non obligari, ex nostro tex, quod fauorabiliter ei præstatur, etiam si eo in casu contractus ex vno tantū latere constet; tum quia iudicium non habet, quo possit perfectum consensum explicare, vt supra diximus; cum etiā quia qui cum pupillo contrahit, sibi hoc imputare potest, quòd cum eo contraxerit tutore suo non præsente, cum exploratum sit pupillum tunc non obligari, cuius conditionem scire debuit. l. qui cum alio. 19. D. de reg. iur. id in hereditatis aditione, qua cum creditoribus & legatarijs, quasi contrahitur, §. heres. Infra de obligat. quæ ex quasi contract. cessat, in qua nihil est quod hereditarijs creditoribus possit imputari. Vnde cum ipse pupillus sine tutore non possit obligari eis, ita neque adire, vt in. d. l. more.

§ Tutor. 2.

1 *Auctoritas tutoris in ipso negotio interponenda est non postea.*
2 *L. si quis mihi bona. 25. §. iussum. D. de acq. hereditate.*

1 AVtoritatem tutoris in ipso negotio interponendam esse probat Iusti. hic. Const. in l. obligari. 9. §. tutor. D. eod. in. l. si id quod. 7. §. si pupilli. D. de rescind. vend. in l. nunquam. 32. D. de vsucap. in. l. pupillus. 11. D. de acq. rerum dom. & probat. l. 17. infi. tit. 16. p. 6.

Sed obstat diff. tex. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ibi. *Quæ interponitur perfecto negotio.* D. de acq. hereditate.

Sed omissa varietate Accursij ibidem sic illum tex. interpretaberis, in perficiendo negotio & in re præsenti, debet enim tutor. in ipso tractu & gestione negotij & animo & corpore interesse, & postquā vidit, & audiuit, & cognouit, quod gestum, quod actū, quod perfectū est, tum illico in ipso loci & temporis vestigio clare comprobare quæ gesta sunt, & pronunciare se aūtorem esse, quæ auctoritas sic non præstita nullius est momenti, ex dictis legibus.

§ Si inter tutorem. 3.

1 *Tutor in rem suam auctor esse non potest.*
2 *L. nisi finita. 4. D. de tutelis & rat. distrah.*

1 QVia in rem suam autor tutor esse non potest. l. 1. l. quod dicimus. 7. D. h. t. orta inter ipsum & pupillum controuersia, curator ad eam rem pupillo decernitur l. 3. §. si pupillus. D. de tutel. l. 1. & per totum. C. de in lit. dand. tutore.

2 † Sed obstat tex. in. l. nisi finita. 4. D. de tutel. & rat vbi ante finitam tutelam nullam inter pupillum & tutorem litem esse posse notatum est. Sed respondeo, litem inter eos esse nō posse ante finitam tutelam ratione administrationis, rectè tamen de alijs negotijs ante tutelam contractis, quo in casu curator datur, qui lite finita officium deponit, & tutor suā suscipit iterum administrationem. l. 3. C. de in lit. dand. tut. diximus in. §. ad certum supra qui test. tut. dar. posl.

Titulus. XXII.

Quibus modis tutela finitur.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Tutela pubertate ipso iure finitur.*
2 *L. filio. 6. D. de confirm. tutore. l. pater. 101. §. conditionum verba. D. de condit. & dem.*
3 *Pubertas quando in maribus, & fœminis incipiat.*

1 EXPOSITIS His quæ ad instituendos tutores pertinēt, quia eorum autoritas non perpetua, sed temporalis est, quibus modis ea dissoluatur consequens est docere. Et sanè illud ex principio huius tit. deducitur, pubertate pupilli pupillæve tutelam ipso iure finiri idem in. l. fin. C. quando tutores esse desinant, l. 12. in fi. l. 27. in princ. tit. 16. p. 6. extat Vlpiani locus in fragm. tit. xi. in fi. explicant Cōtius lib. 2. successiuarum lect. cap. 13. Rebard. lib. 1. var. cap. 10. Menoch. de arb. lib. 2. casu. 58. Gutierr. in Auth. sacramēta puberum, nu. 1. & 2. C. si adu. vend.

2 † Sed obstare videtur, tex. in. l. si filio. 6. D. de confirm. tut. & in. l. pater. 101. §. conditionum verba. D. de cond. & dem. vbi filio iam puberi tutor à patre in testamento relinquitur.

Qua difficultate, nō obstāte nostra cōclusio defendenda est, pubertate tutelā illico finiri neque cōtrariū probant prædicta iura, ex quibus

bus satis cõstat non in vim tutelæ sed in vim curæ valuisse conditionẽ & nominationem à testatore factam, quia in conditionibus testatoris verba pro voluntate considerantur, ex d.§. conditionũ cum vulgatis, vnde cum tutores vltra pubertatem esse non possint, defensores & curatores filiorum testatoris puberum iam factorum erunt, à prætore quidem omnimodo confirmandi ex d.l. si filio.

3 † Qua autẽ ætate pupilli puberes fiant, quãuis olim incertum esset, & ad huius rei æstimationẽ indecorã, impudicãq; inspectionẽ corporis præcedere esset necessariũ. ex Cassianorũ sententia, quorũ Vlpianus meminit, d. tit. xi. hodie tamẽ exploratũ est, masculos decimo quarto anno impleto, fœminas duodecimo puberes dici, ex Iust. hic. & in princ. supra de nuptijs, vbi diximus, qua autem ratione mulieres citius pubescant quàm viri lege Tiraq. in l. 9. connubial. ex nu. 142. & quæ tradidit Bar. post Acc. ibi. verbo. *Octauum. in l.* 2. C. de his qui veniam ætat. impet.

§. *Item finitur.* 1.

Tutela pupilli adrogatione finitur: deportatione, nu. 2. seruitute, nu. 3. captiuitate, nu. 4.

1 COllige ex hoc. §. tutelam finiri si impubes in arrogationem se dederunt, l. fin. in fi. C. de aut. præst. l. nec ei. 17. §. eorum. D. de adopt. cũ enim tutela pro impuberis defensione inducta sit, vt iam diximus supra in princ. de tutel. & is arrogatione in potestatẽ trãseat arrogatoris, iuxta latè supra tradita, in tit. de adoptionib. cõsequens est tutelam statim extingui, quę iam necessaria non est, ex hoc tex. & l. si arrogati. 14. D. de tutelis, l. 21, vers. *si pro fijassen al huerfano* tit. 16. p. 6.

2 † Tertiò finitur tutela si pupillus pubertati proximus & iam doli capax deliquit, & ob delictum deportationem meruit, arg. l. pupillum. 111. D. de reg. iuris. l. 1. §. impubes. & §. seq. D. ad Syllan. l. auxilium §. in delictis. D. de minorib. l. 9. tit. 1. l 10. tit. 7. l. 17. tit. 14. l. 8. tit. 31. p. 7. vbique Greg. & præter ordinarios hic. eleg. & luculenter Menoch. de arbit. casu 329. nu. 2. & seq. quum enim deportatione & familia & ciuitas amittatur §. minor supra de cap. dimin. tutelam quæ iuris ciuilis est tex. in prin. supra de tutelis, finiri mirum non est, ex hoc §. & d. l. si arrogati, & d. l. 21.

3 p. *o por desterramiento.* † Præterea finitur tutela si seruus impubes à domino suo manumissus & libertus factus ob ingratitudinem à se doli capace commissam, iuxta proximè dicta, in pristinam reuocetur seruitutem, ex d. l. si arrogati, nostro tex. d. l. 21. versiculo. *Si tornasse en seruidumbre.*

4 † Quintò expirat tutela pupillo ab hostibus capto, cuius reuersum non expectamus, vt tutela suspendatur, quum nõ sit quod in tutorem possit recuperare, ex nostro tex. & D. l. si arrogati, & d. l. p. ibi. *o catiuassen a qualquier de ellos.* interim tamẽ ne bona pupilli pereãt curator eius bonis dandus est, l. muto. 6. §. fi. infi. D. de tutelis, l. ab hostibus. 15. §. 1. D. ex qui. caus. mai. Tutore autẽ ab hostibus capto, alius tutor interim datur, vt diximus, in §. ab hostibus supra de Attil. tuto.

§. *Sed & si.* 2. §. *Præterea.* 5.

1 *Tutela aduentu temporis, vel conditionis ad quæ datus erat tutor finitur.*

1 AD certũ tẽpus, & ad certam conditionem quum tutores Testamento dari posse satis supra dixerimus, in §. ad certum, qui test. tut. dar. poss. & §. sed & si. de Attilian. tut. consequens est tutelam existente conditione, aut finito tempore, similiter finiri: quod his locis docuit Iustinianus, & Const. in d. l. si arrogati. & d. l. p. versiculo *E aun dezimos.* idque ex vulgata reg. quia limitata causa limitatum producit effectum, l. in agris. 16. D. de acq. rerum dom. l. age. 3. C. de transacti.

§. *Similique modo.* 3.

1 *Tutela morte pupillorum, tutorum ve finitur.*

1 QVod hoc loco Iustinianus ait, morte vel pupillorum, vel tutorum tutelam finiri, & in d. l. si arrogati, & in d. l. p. ibi. *por muerte,* quamuis indubitabile videatur, cum mors cætera omnia etiam dissoluat, auth. de nuptijs, §. deinceps, colla. 4. Elegantem tamen habet, quoad tutorem attinet, rationem hereditario iure tutelam ad aliũ non transire, l. tutela 16. D. de tutelis, qui tutoris hæres quamuis tutor non sit, ea quæ per defunctum inchoata sunt, si legitimæ ætatis, & masculus sit explicare debet, l. 1. D. de fide iuss. tut.

§. *Sed & captis.* 4.

1 *Tutela quacunque pupilli capitis diminutione perimitur: tutoris maxima, & media.*

1 QVælibet capitis diminutio in pupillo tutelam extinguit, vt diximus in §. itẽ sup. h. t. In tutore tamen secus est, quoniam si priores duas partiatur, quibus & libertatem & ciuitatem amittit. §. 1. & §. 2. sup. de cap. dim. omnis tutela siue testamentaria, siue datiua, siue legitima prorsus expirat, quia omnia, quæ iuris ciuilis sunt illis status mutationibus amittuntur, inde & tutela, §. 1. sup. de tutel. quòd si minimam patiatur tutor

capitis diminutionem, quia se in arrogationē dederit testamētaria & datiua tutela retinebitur ex nostro tex. & l. tutelas. D. de cap. dim. legitima verò tutela quæ ex lege duodecim tabularum agnatis defertur, tex. in prin. sup. de leg. ag. tut. minima etiam diminutione finitur. extincto iure agnationis, d. l. tutelas. & §. fin. de leg. ag. tut. Vnde quum hodie agnationis & cognationis discrimen à Iustiniano sublatum fuerit, vt sæpius diximus, nulla tutela minima capitis diminutione peribit. quod sup. aduertit Balduinus, nu. xi.

§. Desinunt. 6. & si.

1 *Tutela remotione tutoris suspecti, item & excusatione finitur.*

1 TAndem tutelæ munus finem habebit, si tutor à tutela ob id quod suspectus visus fuerit remoueatur, de quo latè Inf. in tit. de susp. tut. Vel si ex iusta superueniente causa excusationem meruit, cuius rei disputatio lata erit per totum tit. Inf. de excus. tut.

Titulus. XXIII.

De curatoribus.

PRINCIPIVM TITVLI.

§. item inuiti. 1. §. Interdum. 3. & §. Quod si tutor. 4. & fin.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Puberes etiam rem suam benè gerentes vsque ad xxv. annum Curatores accipiunt: & nu. 5.*
3 *Curatores inuiti præterquam ad litem non accipiunt, & nu. 9.*
4 *Pupillis curatores quandoque dantur & nu. 10.*
7 *Restitutio in integrum minori læso concedenda etiam si curatorem habeat, nisi veniam ætatis impetrauerit.*
L. 1. C. de his qui ven. ætat. impet.
L. 1. D. de minoribus.
11 *Curator testamento nō datur, & qua ratione datus, si pubes velit, poterit confirmari.*

1 IVTORVM explicito tracta tu speciali, de curatoribus Iustinianus disputationē instituit, qui sunt veluti tutorū successores in officio naturalis erga minorē ætatē pietatis, & moderatores secūdæ ætatis, auth. vt matres etiā, in prin. collatione. 9. cōiūctiq; tutoribus accipi solēt, l. qui neq;. §. 8. D. de rebus eorū, quū enim puberes quamuis tutoris potestate liberati, ante vigesimū quintū annū impletū cōsummatū nō habeāt animi iudiciū, vt soli rebus suis administrandis sufficere possent, iure ciuili prouisum fuit, vt in eā vsq; ætatē aliorum consilio & prudētia gubernarētur,

2 † Igitur, vt vides ex nostro tex. masculi quidem puberes, & fœminæ viri potentes vsque ad vicesimum quintum annum impletum curatores accipiunt, etiam si rem suam benè gerant. l. 1. D. de min. l. 12. ibi. *deuē los juzgadores dar al moço otro guardador à que llaman en latin, curator.* tit. 16. p. 6. & apud Lusitanos lib. 1. tit. 67. §. 20. & §. 24. & §. 64. & seq. & est etiam expressus tex. in l. 2. ibi, *& super hoc imperiali auxilio indigere cœperint.* C. de his qui ven. ætat. imp. vbi minori viginti quinque annis absque imperiali rescripto bonorum suorum administratio non conceditur, explicant Rebar. lib. 1. vari. cap. 17. Caldas in. l. si curatorē. in prin. n. 3. C. de in integ. resti. † Sed obstat tex. in 3 §. item inuiti. Infra eodem, cui consonat l. 11. tit. 2. p. 3. l. 13 tit. 16. p. 6. & facit, d. l. si curatorem. in prin. & ibi. *sine curatore* vbi adolescens, 4 sine curatore constitutus est. † Secundo obstat tex. in §. interdum. Inf. eod. vbi pupillo nō tutor, sed curator datur quod & probatum est in §. quod si tutor. Inf. cum concordantibus à 5 gl. citatis. † Quibus difficultatibus respōdēdū est, iuxta sentētiam Accursij cōmuniter recepti in d. §. itē inuiti verbo. *non accipiunt.* & in d. l. 1. verbo. *cōmitti debet.* licitū esse adultis bonorū suorū administrationē recipere, neq; inuitos esse cogēdos curatores habere, ex d. l. si curatorē, & d. §. itē inuiti, cū similibus, quæ de administratione restricta, & remedio restitutionis subiecta accipiēda sunt, quā minori fore cōcedendā omnia iura proclamant, itaq; eis committi nō debet bonorū suorum administratio, quamuis rē suā benè gerētibus nulli restitutioni obnoxia ex d. l. 1. nisi veniā ætatis impetrauerint, ex d. l. 2. C. de his qui ven. ætat. nec cōtrahētes autoritate principalis rescripto decipiā 6 tur, vt in l. 1. C. illo tit. † Sed huic solutioni obstare videtur, quod quēadmodū minor, qui ætatis veniā est consequutus, contrahēs nō restituitur, ex ratione, d. l. 1. C. de his qui ven. ætat. ita etiā videtur adulto, qui curatore caret, & legis autoritate administrat, lōgè magis negandā esse restitutionē, cū clarū sit firmiora esse quæ à iure cōmuni procedūt, quam quæ iure speciali, seu priuilegio proficiscūtur. l. militis. 34. §. militia missus. D. de milita. test.

7 † Sed respondē bonorū suorū administratio nē iure cōmuni concessam esse adulto, tanquā minori viginti quinque annis, vt scilicet, solus, quando curatorem habere recusauit, non minus possit, quam cū curatoris autoritate, si illū haberet, contrahere; qua ratione illi negari nō potuit restitutio, quam simul cum curatore contrahens obtineret. At vero rescripto principis quo veniam ætatis consequitur, effici-

efficitur maior viginti quinque annis; vnde quemadmodum maiori neganda esset restitutio in integrum, ita & veniam ætatis impetrãti, ne principis rescripto cõtrahentes decipiãtur, qui arbitrati sunt, se cum maiore contraxisse, d.l. 1. & per totũ. C. de his qui ven. ætat.

8 † Sed certè superior Accursij resolutio ad huc non tollit scrupulũ, cũ verba, d.l. 1. D. de minoribus, nimis generalia sint, quibus eis administrationẽ nullo modo cõmitti posse probatur. † Quare dicendũ est lege duodecim ta

9 bularum furiosis & prodigis curatores dari cæpisse, etiam maioribus, vt dicemus, in §. furiosi. Infra eo. inde moribus etiam dari cæperunt dementibus & lasciuis, quod postea lege Lætoria fuit confirmatum. in quo quia adolescentium existimatio grauiter lædebatur, D. Antoninus postea cõstituit, vt si vellent, curatores sine macula possent accipere, vt notat Iulius Capitolin. in Marco Antonino Philosopho, erat enim curatoris nomẽ valdè odiosum, quasi nõ satis sanus adolescẽs esset cui curator imponebatur, l. 3. §. 1. D. de tutelis; & inde inuiti adolescentes, curatores non accipiunt præter quam in litem, d. §. item inuiti, quia aliàs legitimam personam non habent standi in iudicio, l. 2. & 3. C. de his qui leg. personam. l. clarum. C. de auth. præst. l. acta. 45. §. fi. D. de reiudi. exornat Cald. vbi sup. nu. 8.

10 † Secundò non obstat tex. in §. interdum. & §. quod si tutor. Inf. eo. constat enim ibidem exceptionẽ huius principij notari, & aliquos casus Iustinianum recẽsere, in quibus pupillis tutores habentibus, alij dantur curatores, vt putà si legitimus tutor non sit idoneus, vel ad tempus excusetur, vel aduersa valetudine impediatur, vel alia necessitate, quo minus pupilli negotia possit administrare, tunc enim ei curator adiungitur, non alius tutor. quoniam habenti tutorem, alius tutor dandus non est, vt in. d. §. interdum, cuius regulam latè ibidem, prosequitur Acc. ver. *dari non potest*, & cæteri scribentes l. 1. tit. 17. part. 6.

11 † In nostro tex. ibi. *Sed curator testamento non datur.* Huic sententiæ obstare videtur tex. in. l. si filio. 6. D. de confir. tut. & in. l. 2. C. eodem. vbi ex patris voluntate Testamento explicata curatores dantur. Sed his legibus non obstantibus dicendum est, curatorem à patre testamento dari non posse, cuius rei ea est ratio, quia curator secundũ iuris nostri præcepta datur principaliter bonis, l. in copulãdis. 8. C. de nuptijs, pater autẽ nihil circa bona filij sui puberis disponere potest, vt constat ex l. 2. D. de vulg. princ. infra de pup. neq; patriæ potestatis vis post mortem durare longius quam vsque ad pubertatẽ lege duodecim tabularum permissum fuit, cum post eam ætatem puberes de suis rebus disponere possent d. l. 2. de vulg. cum alijs. Neque contrarium probat, d. l. si. filio. & d. l. 2. quoniam si benè eas leges consideres, intelliges ibi non probari, eam curatoris dationem quam pater suo testamento fecit, sed id tantum inducere, vt volenti filio curatorem habere, Prætor à patre designatũ potiùs quàm alium præstet & confirmet; quod & satis indicant eiusdem tituli, inscriptiones, de confirmando tutore.

§. *Furiosi* 2.

1 *Furiosis, & prodigis lege. xii. tabularum curatores dantur & nu. sequentibus.*

1 EAdem illa ratione qua minoribus viginti quinque annis curatores dabantur olim etiam inuitis, quia scilicet propter infirmũ animi iudicium satis rebus suis superesse non poterant, constituebãtur sin iliter furiosis & prodigis, qui ex lege duodecim tabularum, cuius hic Iustinianus meminit, in curatione sunt agnatorum, his verbis (*si furiosus existat agnatorum gentiliumque in eo ius potestasque esto*) l. 1. & per tot. D. & C. de curat. furios. Vlpian. in frag. tit. 12. §. 1. Paulus, lib. 3. sent. tit. 4. consonat. l. 5. tit. 1. p. 5. l. 13. tit. 1. par. 6.

2 † Sed obstat idem noster tex. in vers. *sed solent.* vbi eis personis à Prætoribus & Præsidibus ex inquisitione curatores dari probatum est, igitur non ex lege duodecim tabularum.

3 Quam rem vt satis intelligas sic definies, furiosis quidem ipsa duodecim Tabularum lege, quam supra retulimus, agnatos proximos curatores dari, quod postea ad prodigos moribus inductum fuisse testatur Vlpianus in. d. l. 1. versiculo, *moribus.* Iulius Paulus in d. tit. 4. vers. *moribus* quia quoad bona ipsorum pertinet furiosum exitum faciunt, l. his qui. 12. §. Diuus. D. de tut. & curat. dat. Neque furiosis dissimiles sunt, l. furiosi. 41. D. de reg. iur. qui mos inter leges duodecim tabularũ postea fuit translatus, si Iustiniano hic credẽdum

4 est, & Vlpiano, in d. l. 1. & d. tit. 12. † Quod ius quum aliquid incommodi haberet, quia nõ semper agnati idonei, aut industrij erant, paulatim desuetudine antiquatum fuit, cæperũtque à magistratibus curatores ipsis dari, non tantũ agnati, sed & alij extranei, si id expedire eis magis videretur, d. l. 1. l. obseruare. 5. l. Iulianus. 10. l. sæpè. 13. D. de curat. furios. Ad quorũ exẽplum, mẽtecaptis etiã, surdis, & mutis, & eis qui perpetuo morbo laborant, curatores dandi sunt, ex nostro tex. & l. 7. §. 1. l. 14. cũ alijs. ibi. D. de curat. furios. l. 13. tit. 16. p. 6.

5 † Quæ omnia accipienda sunt quando furiosi aut aliæ personæ quarum hic mentio fit maiores viginti quinque annis sunt, vt indicat Rubrica. D. & C. de curat. fur. si autem intra vigesimũ & quintũ annũ sint, tutores, aut curatores tamquam minoribus dabũtur, iuxta la-

te supra, tradita, quia naturalia accidentalibus prævalere debet l. qui habent. 3. D. de tutelis.

Titulus. XXIIII.

De satisdatione, tutorum, vel curatorũ.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Tutores & curatores cautionem in primis, & iuramentum de minorum rebus benè gerendis præstare debent & n. 2. à qua satisdatione, neque tutores testamentarij neque qui ex inquisitione, dati neque mater liberantur nu. 3.*

1 QVONIAM (vt ex præcedentibus satis constat) lex diligenter curat, ne pupillus, vel adultus vllum incommodum sentiant, pari ratione postulat vt tutores, vel curatores, si volũt, ad oblatum munus accedere prius satisdent, idque propterea vt pupilli, & ætate minores, si forte fraudulenta, aut parum diligenti administratione res eorum decrescunt, vel in vniuersum dispereunt, habeant, vnde damna resarcire, atque reposcere possint. Antequam tamẽ satisdationẽ præstẽt, in primis iuramẽtũ, interponunt pupillũ aut adultũ & eius bona benè & fideliter administraturos, vtilia eis procuraturos, inutilia euitaturos, bonum & legale inuentarium facturos, & finita tutela vel curatione, rationem administrationis reddituros l. tutor qui repertorium 7. D. de adm. tut. l. tutores. la 2. C. eodẽ. l. fi. §. omnẽ. illo tit. § fi. supra de Attilia. tut. l. 9. tit. 16. par. 6. explicãt Baeça de decima tutoris cap. 2. n. 68. Gutierr. 1. p. de iuram. confir. ca. 73. per tot. Spino de Testam.

2 gloss. 29. nu. 28. In tex. ibi. *Satisdent.* † Vltra iuramentum de quo supra diximus, tenentur omnes tutores, & curatores satisdare, & per solemnẽ stipulationẽ pupillis, vel adultis, rẽ, finita tutela, promittere saluam fore datis hoc nomine idoneis fideiussoribus, vt securi minores fiant. tex. hic & in l. 1. & per tot. D. rempub. salu fore, l. 1. & per tot. C. de tutore vel curatore qui satis non dedit, l. legitimos. 5. D. de legit. tut. consonat, l 93. & 94. tit. 18. p. 3. & l. 9. ti. 16. p. 6. vbi latè prosequitur Greg. Baeça, & Spino, vbi sup. Sed obstat. 1. noster tex. in vers. *sed hoc.* vbi tutores testamento dati satisdare non coguntur. Secundo obstat etiam noster tex. in vers. *item ex inquisitione.* vbi tutores & curatores ex inquisitione à

3 iud. dati satisdatione nõ onerãtur. † Sed facilli mè his satisfacies difficultatibus, si quidem cõstat tutores, & curatores omnes satisdare teneri, nec antea administrationem bonorum minoris accipere posse, ex nostro tex, & his quæ supra retulimus; ab hac tamen generali regula & definitione testamẽtarij, & ex inquisitione dati excipiuntur, quia eorũ fides & diligentia, à iudice & testatore approbata præsumitur, quę sunt exceptiones scriptę in hoc nostro prin. quę quãuis iure cõmuni & Regio verissimæ sint, nihilominus tamẽ iã hodie tamẽ testamentarij, quam ex inquisitione dati, satisdare coguntur, ex notandis in §. sciendũ. Infra eodẽ à qua satisdatione neq; mater ipsa filiorũ tutrix, aut auia, liberabitur, ex l. 93. d. t. 18. p. 3 & d. l. 9. in vers. *que la madre.* ibi. *pero deue dar y fazer a los moços primeramẽte seguridad.* An autẽ eo casu, & in quo tutor est probatæ fidei, & honestæ vitæ, iuratoria cautio sufficiat, vide per doctores supra citatos & Palac. Rub. in c. per vestras. 6. notab. §. 7. n. 7. Montaluum in l. 1. verbo. *abonado.* tit. 7. lib. 3. fori.

§. Sed si ex testamento. 1.

1 *Sententia textus remissiuè explicata.*

1 HVius tex. decisio celebris est & memoranda, vtquæ non semel vsu euenit & praxi recepta fuit, quæ vsq; est clara & aperta vt interpretatione non indigeat, desumpta autẽ est ex l. testam. 17. cũ sequentibus. D. de testam. tut. l. si plures. 3. cum sequentibus D. de administ. tut. & consonat tex. in auth. de heredib. ab intest. veniẽt. §. si autem plurimi. cl. 2. coll. 9. & Regia l. 11. tit. 16. p. 6.

§. Sciendum. 2. & in §. fin.

1 *Subsidiaria actio in magistrat⁹ datur pupillis & cæteris qui sub cura sunt, si tutores, eorum ve fideiussores soluendo non sint. & nu. 2. & 2.*

3 *§. Neque tamen huius tituli.*

1 EAdem illa ratione, qua tutores satisdationem præstare debere rem pupilli saluã fore diximus in princ. huius tit. si ij soluendo nõ sint in eos qui satisdationem accipere tenebantur subsidiaria actio pupillis, adultis, & cæteris qui sub tutela, vel curatione sunt cõceditur, vt qui suum officium in exigenda satisdatione neglexerũt, quia vel satisdari non curauerũt, vel minus idoneè caueri sunt passi, quod dãni resarci ex administratorum bonis, nõ poterit, præstẽt, ex hoc §. & l. 1. & seq. D. & C. de magist. cõueniẽdis l. AEmilius 53. D. de administ. tut.

Sed obstare videtur tex. in §. neq; inf eo & in l. 1. §. neque prætor. D. de magistrat. cõuen. vbi hac actione subsidiaria non teneri eos qui

2 curatores dederũt probatũ est. Cui difficultati vt satisfacias & rem hãc dilucidè intelligas præmitte, tutorũ & curatorũ bona ex administratione minorib⁹ esse obligata, tũ ob res male gestas, tũ ob non gestas. l. pro officio. 20. C. de administ. tut. l. 23. tit. 15. p. 5. vnde finita

tutela

tutela aut curatione, si is qui sub ea fuit, damnum sibi sentiat in eius administratione illatũ, maior iam factus tutelæ directa, & vtili curationis actione poterit experiri, tit. D. de tutela & rationib. distrahen. cũ seq. †. Porrò si
3 tutores soluendo non sint, vel curatores, ad fideiussores eorum, si qui sunt dati peruenitur; quibus excusis, si nec tunc minori satis fiat, magistratus qui satisdationẽ, vel nullã, vel nõ sufficientẽ accepit cõueniẽdus est actione sub sidiaria, quæ quasi perfugiũ pupillis datur aduersus magistratus municipales, vt quominus à tutoribus, eorũ ve fideiussoribus exigi propter inopiam poterit, ab eis exigatur, nũquam enim nisi illis prius excusis cõceditur. l. 2. C.
4 de magis. conuen. l. 6. D. eod. † Neq; obstat text. in d. §. neque tamẽ, quoniam, vt diximus ad tit. de Attil. tut. olim in decernendis, dandisq; tutelis nõ omniũ iudicum par autoritas erat, sed aliorum iussu alteri tutores dabãt, qui idoneam cautionẽ exigere tenebantur. §. pen. sup. de Attil. tut. Igitur Præfectus vrbi, Prætor, siue præses prouinciæ qui dare poterãt tutores; aut tutelæ dationẽ, vel saltim eorũ satisdationem inferioribus magistratibus demãdabãt, subsidiarij nõ tenebantur, sed illi qui eos dederant tutores, aut quorum periculo cautela exigi debuit vt. d. §. pen. & in l. fin. C. de mag. conuen. Vnde cum hodie, vt ibidem diximus, omnibus magistratibus etiam municipalibus id sit commissum, vt minoribus tutores, aut curatores dent, exigantq; idoneas cautiones, eorum periculo res agetur.

Titulus XXV.

De excus. tut. vel curatorum.

PRINCIPIVM TITVLI.

Cum §§. sequentibus, vsque ad §. Qui autem. 17.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Excusatio ab onere tutelæ quid sit?*
3 *Excusat numerus quinque liberorum.*
4 *Excusat administratio rerum fisci & ciuitatis.*
5 *Excusat absentia reipublicæ causa.*
6 *Excusat Magistratus.*
7 *Excusat lis noua inter pupillum & tutorem.*
8 *Excusant tria onera tutelæ.*
9 *Excusat inopia & paupertas.*
10 *Excusat aduersa valetudo.*
11 *Excusat imperitia literarum.*
12 *Excusant inimicitiæ inter tutorẽ & defunctũ.*
13 *Excusat controuersia status.*
14 *Excusat ætas minor 25. ann. & maior 70.*
15 *Excusat militia.*
16 *Excusant a liquarũ disciplinarum professiones.*
17 *Excusat diffusum pupilli patrimonium.*
18 *Excusat pupilli gesta tutela.*
19 *Excusat adultæ coniungium.*
20 *Excusant aliquæ dignitates.*
21 *Excusantur aliæ personæ, quæ magis incapaces se esse perhibent, quàm excusationem allegent.*

1 QVIA non semel contingit eos qui tutores vel curatores creantur, hoc munus renuere, & aliquas excusationes proponere, de
2 his Iusti. hoc tit. agit. † *Excusatio* autẽ *nihil aliud est, quam alicuius iustæ causæ allegatio ob quã quis ad tutelã vel curam subeundã cogi nõ debet*, vt scripsit Azo in summa. C. hoc tit. & consonat l. 1. tit. 17. par. 6.

3 Eas causas propter quas quis à tutelæ vel curationis munere potest excusari ex hoc tex. Iustin. prosequitur, quas & nos figillatim, licèt breuissime percurremus. Primò igitur numerus quinque liberorum excusat. l. 1. C. qui num. liber. l. 2. D. de excus. tut. l. 2. ibi, *cinco fijos*. tit. 17. part. 6. vt & à cæteris muneribus personalibus. l. 3. l. 5. l. 6. C. de his qui muner. liber. lib. x. l. 3. §. quanuis. & §. cura. & l. 4. D. de munerib. & honorib. l. 2. §. numerus. & §. seq. D. de vacat. mun. notat Greg. in d. l. 2. part. verbo, *cinco fijos*. Couar. in 4. 2. p. cap. 8 in prin. nu. 1. ad fin. Auend. de exeq. mand. 1. p. cap. 19. nu. 26. Alex. consil. consil. 123. nu. 4. lib. 5. quod axioma quomodo sit accipiendum satis explicat Iustin. in hoc prin. & hîc ordinarij.

4 † Secundò excusat administratio rerum fisci, & ciuitatis. tex. in §. item Diuus. 2. hoc tit. l. mensores. 29. l. administrantes. 44. D. eod. l. exactores. 10. C. eod. d. l. 2. par. ibi, *todos aquellos que han de recabdar las rentas del Rey.*

5 † Tertiò excusat absentia reipublicæ causa. tex. in §. item qui. infrà eod. d. l. administrantes. § eorum. l. Titius. 48. D. h. t. l. 1. & 2. C. si tutor vel curat. reipub. causa aberit. & d. l. p. ibi, *Estos que son sus mensageros.*

6 † Quartò excusat Magistratus. §. & qui potestatem. inf. eo. l. athletæ. 7. in prin. l. non tantum 17. §. sanè. D. h. t. & d. l. p. ibi. *Estos que han de juzgar e cumplir la justicia por obra.* quod hic explicat fusè Hotom. enuntiat. 4.

7 † Quintò excusationem præstat lis magna de omnibus bonis, tota hereditate, aut plurima parte inter pupillum & tutorem orta. §. item propter litem. inf. eod. d. l. athletæ. §. amplius. l. propter litem. 21. D. eod. l. si vt allegas. 16. D. eod. d. l. par. ibi. *Si acaescieſſe algun pleyto granado de nueuo.*

8 † Sexto excusatur tres onerosas gerens tutelas qui ad quartam promoueri non potest, nec debet. §. itẽ tria onera. infrà eod. l. 2. §. vlt. l. 3. l. spadonem. 15. §. est autem l. si is qui tres. 31. D. h. t. l. vnica. C. qui num. tutel. d. l. part. ibi, *tres guardas de huerfanos.*

9 † Septimò excusat inopia & paupertas: impar enim in hac causa tutorem ferendo oneri facit, tex. in §. sed & propter paupertatem, infrà eo, l. paupertas 8. l. post susceptam 40. §. fin. D. h. t. & d. l. 2. par. ibi, *Otro si el que fuesse tan pobre.*

10 † Octauò excusat aduersa valetudo rei familiaris administrandæ facultatē adimens, tex. in §. item propter aduersam, inf. eod. d. l. post susceptā, & l. 1. C. qui morbo se excus. d. l. p. ibi, *el que fuesse enfermo*, qua de re videndus est Menoch. lib. 2. de arbit. calu 60. per tot.

11 † Nonò excusat imperitia literarum & rusticitas, si illis sit adiuncta simplicitas, ideoq; rustici sagaces & versuti, tametsi literas nesciant excusationem non habent. tex. in §. simi liter. 9. infrà. d. l. athletæ §. de rusticis. d. l. p. ibi. *El que no supiesse leer*, explicat Platea per tex. ibi in l. expertes. C. de de curio. lib. 10.

12 † Decimò excusatur qui testatori inimicus fuit, vel ei testator, siue testamentaria sit tutela. tex. in §. item si propter inimicitias. inf. eo. siue legitima siue datiua. tex. in §. inimicitiæ. inf. eod. d. l. athletæ. §. dat remissionē. D. h. t. l. 1. §. 1. D. de vacat. mun. l. 1. C. si propter inimicitias. lib. 10. d. l. 2. p. ibi, *el que ouesse gran de enemistad.* Ob id autem quod quis testatori sit ignotus, vel ipsi testator excusari non debet. tex. in §. non esse inf. eod. l. spadonem. 15. §. qui dixerit. D. h. t.

13 † Vndecimò & is excusatur qui à pupillorū patre status controuersiā passus est. §. item is, qui status inf. eod. d. l. Athletæ. §. amplius & d. l. 2. p ibi. *mouido pleyto de seruidumbre.*

14 † Duodecimò excusat ætas, nam qui septuaginta annos compleuerunt, excusantur, cum illis sit ipsa senectus grauida satis & molesta. §. item maior. inf. eod. l. 2. D. h. t. l. qui filium. 74. §. 1. D. ad Trebell. l. 3. D. de iure immunit. l. vnica. C. qui ætate se excus. & d. l. 2. par. in fine. Is verò qui minor est annis viginti quinque, quamuis olim excusationem proponere debuisset, vt diximus in §. furiosus. suprà qui test. tut. dar. poss. hodie ipso iure tutus est, & excusatione non eget. l. fin. C. de legit. tutorib. l. 1. l. 2 in fin. d. tit. 17. p. 6. & videbis Menoch. d. lib. 2. casu 59.

15 † Decimotertiò excusatur miles, cui inter alia priuilegij loco id datū est, vt neque volēs ad tutelæ munus accipiatur. tex. in §. idē & in milite. inf. eod. l. sed & milites. 8. D. h. t. l. 4. C. qui dare tut. poss. l. ab administratione. 8. C. de legatis. l. 3. in prin. tit. 17. par. 6.

16 † Decimoquartò præstat excusationem aliquarum disciplinarum professio. Grāmatici enim, Rhetores, Dialectici, Philosophi, & Medici qui intra legitimum numerū sunt, tex. in §. item Romæ. inf. eod. l. si duas. 6. §. Grammatici, cum l. sequen. D. h. t. idemque erit, etsi supra numerum sint, si tamen valdè sint disciplinis instructi. l. sed & reprobari. §. valde. D. h. t. d. l. 3. part. vers. 1. vbi exornat Greg. verbo, *mandado del Rey*, & vide tit. de professorib. & medic. lib. 10. Legum verò Doctores quia cæteris aptiores, & rerum magis experti sunt excusationem nō habent, nisi à principis sint consilijs. d. l. sed & reprobari. in fi. comuncta. l. iurisperitos. 30. D. h. t. d. l. 3. par. ibi, *los maestros de las leyes que firuen a los Reyes.* aut in aliquo probato gymnasio publico salario doceāt vt in d. §. item Romæ. notat Mynsinger. nu. 4. in quo deterioris conditionis videntur Iurisperiti, quàm aliarum artium professores, sed in alijs sunt illis multo priuilegiatiores l. 8. tit. fin. par. 2. obseruat. Gregor. in d. l. 3. glos. 6.

17 † Decimoquintò excusat diffusum pupilli patrimonium, neque enim potest quis vltra cē tesimum lapidem cogi tutelam subire, & in lō ginquo posita bona administrare. l. propter litem. 21. §. licet datus. D. h. t. diximus in §. 1. ad fin. supra de Attil. tut.

18 † Decimo sextò pupilli tutela gesta a curatione excusat, text. in §. qui tutelam. inf. eod. l. Caius. 16. D. h. t. l. curator. 20. C. eod. d. l. 3. part. iuxta med. quod tamen in liberto non admittitur, qui vt à curatore filiorum patroni liberetur, nullam excusationem habet. l. libertos. 5. C. eodem.

19 † Decimoseptimò adultæ cōiugium ab eiusdem curatione excusat. §. ijdem rescripserūt. 21. inf. eod. & comprobabis arg. l. 5. & seq. C. de interd. matr. & l. libertum. 64. l. non solum. 67. §. 2. D. de ritu nup. eadem enim illa ratione qua inter tutorem, curatorem ve, & eorum pupillam, siue adultam prohibitum fuit matrimonium, ne administrationis rationes per blanditias mariti, aut vxoris verecundiam interuerterentur, prohibita similiter est ei curatio: igitur non tam hæc est excusatio, vt ait Iustinianus in d. §. ijdem rescripserunt, quàm incapacitatis allegatio, vt in d. §. idem, scripserunt authores, maximè autem Hotomanus enuntiatione 1. & expressè consonat dict. l. 3. part. in vltima parte, & expressè in l. amplissimi. 4. & l. licet. 17. C. hoc titulo explicat Greg. d. l. 3. verbo, *que de a los bienes della.*

20 † Decimo octauò excusantur Episcopi, monachi, & omnes clerici regulares. tex. in Auth. de sanctissimis episcopis §. Deo amabiles coll. 9. capi. qui verè. cap. monachi. 16. q. 1. l. 14. ti. 16. par. 6. alij autem seculares rectè tutores fiunt, vt in d. l. 14. & d. §. Deo amabiles. & in Authen. presbyteros. C. de episcop. & cle. l. 45. in fin. titulo 6. partita. 2. Aliæ autem personæ, quæ tutores esse non possunt, non excusationem proponunt, sed incapaces se esse perhibent, quales sunt pupillorum debitores, creditoresve, Authent. minoris.

C. qui

C. qui dari tut. poss. & l. 14. muti. surdi, cæci, & alij, de quibus in d. l. 14. & alibi passim.

§. Qui autem. 17.

1 *Excusaciones plures qui habet, & proponit, si in vna desicit, alijs vti potest.*
2 *L. cõtra maiores 16. C. de inofficioso testamẽto.*

VARIIS excusationum speciebus & causis relatis, nunc quemadmodum proponi debeant, docet Imperator, † & sanè illud constat, quòd si is qui plures habet excusationes, aliquam proposuerit, & in ea defecerit, alijs intra legitima tempora vti non prohibetur, ex hoc text. & l. propter litem. 21. §. 1. D. h. t. quod tamen sic accipiendum putat interpretes, si initio simul & coniunctim omnes proposuerit. l. scire oportet. 13. §. scire autem ibi, *omnia nominare.* D. h. t. & arg. l. cum hi. 8. §. si Prætor. in fin. D. de trãsact. nemo enim plures exceptiones licet diuersas opponere simul prohibetur. l. nemo. 8. D. de exceptionibus.

2 † Sed obstat tex. in l. contra maiores. 16. C. de inoffic. test. vbi nõ currit tempus ei qui contra testamentum agit, si querelam non proposuerit, donec prior quæstio & causa ventile tur: cui legi, adde l. 4. titulo 8. par. 6. & Con. li. 5. cap. 8. num. 7. Cui difficultati optimè satisfecit Acc. hic, verbo, *alijs vti.* Ideo ibi, ab initio duas proponere filium non potuisse contra testamentum actiones, quia sibi esset contrarius: priori etenim imperfectum esse testamentum probare nitebatur, posteriori inofficiosum, quanuis iure perfectum.

§. Qui autem excusare. 18.

1 *Tutor, aut curator datus, non appellat, sed excusationem intra legitimum tempus proponit. & num. seq.*
2 *L. cum in vna. 17. §. tutor. D. de appellat.*

1 IS qui tutor, vel curator datus est, cuiuscunq; generis sit, siue testamentarius, siue legitimus, siue datiuus à nominatione appellare nõ debet, sed intra 50. dies suas excusationes proponere si intra centesimum lapidem est ab eo loco vbi tutor aut curator datus fuit. tex, hic, & in l. scire oportet. 13. l. quinquaginta 38. D. h. t. l. tutores 18. C. eo. l. 1. §. si quis tutor. D. quando appell. sit. l. 4. tit. 17. p. 6.

2 Sed obstare videtur tex. in l. cum in vna 17. §. tutor. D. de appellat. ibi, *si pronocet.* Cui difficultati respondè olim quibus honos vel munus aliquod (qualis est tutela) deferebatur, si detrectare volebant necesse habebant appellare, quam necessitatem in cæteris muneribus hodie, probat. l. qui ad ciuilia & l. nominationes C. de appell. l. 2. C. de decurio. lib. 10. c. nominationes 2. q. 6. l. 8. tit. 23. p. 3. & vide l. 3. tit. 16. lib. 3. ord. Auend. de exeq. mand. c. 19. num. 26. in fi. in tutelarum autem causa D. Marcus eam remisit, vt constat ex d. §. si quis tutor, ibi. *hoc enim D. Marcus effecit.* & in l. Caius. 16. ibi, *hoc enim D. Marcus statuit.* D. h. t. & d. l. 4. p. quod si excusatio reprobata fuerit, tunc tutor pronocare poterit d. l. cum in vna. §. tutor & d. l. 4. par. ibi, *deueſe alçar della.* quod si tutor vel curator vltra centesimum lapidem sit, longior terminus ei conceditur, vt in nostro tex. verf. *si verò.* & in d. l. scire & in d. l. 4. par. ibi, *Casi mas lueñe.* quam rem satis explicant Acc. & cæteti, hic.

§. Si quis autem fin.

1 *Excusatus falsis allegationibus ab onere & obligatione tutelæ non liberatur: sed tanquam falsarius puniri potest.*

1 SIquis tutor aut curator falsis allegationibus excusationem tutelæ meruit, non est liberatus, quinimo ex die nominationis tutelæ iudicio tenetur, neque sententia aut decretum quo immunis fuit pronuntiatus ei prodest, tex. hic, & in l. 1. 2. & 3. C. si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit. in quã rem conducũt latè scripta per Bar. & alios in l. Diuus 33. D. de re iud. Padill. in l. si ex falsis. C. de transact. & l. 34. tit. 4. l. 13. tit. 22. l. 1. & 2. tit. 26. p. 3. l. 33. tit. 14. p. 5. qui nimo hoc casu crimen falsi, quod in allegatione committitur, puniri poterit, de cuius delicti pœna latè diximus, tract. de delict. sub num. 38. & videbis Menoch. lib. 2. de arbit. ex casu 306.

Titulus XXVI.

De suspectis tutoribus, vel curatoribus.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Suspecti tutoris remotio optimo iure inducta.*
2 *Suspecti tutoris crimen lege. 12. tabularum, puniebatur, olim apud maiores magistratus num. 2. Hodie apud iudicem maiorem loci, in quo pupillus commoratur.*

QVIA ante finitam tutelam vel curationem inter pupillum adultum, & tutorem vel curatorem lis nulla esse ratione administrationis potest. l. nisi finita 4. D. de tutel. & rat. distrah. Interdum autem contingit vt tutores, aut curatores, negligenter ac improbè officium sibi delatũ administrent, & fraudulenter in rebus minoris versentur, aut sordidè & pernicioſè gerant, vel aliquid intercipiant ex rebus pupillaribus

quod in priuatos vsus transferant, eos lex ab officio tanquã suspectos repellit, nec expectã dum esse vult finitæ administrationis tempus ne fera nimium existat pœnitentia, cuius rei explicatione hoc titulo Iustin. proponit methodico satis ordine, Consultũ secutus in l. 1. D. eo. Primo enim tractat vnde detegẽdat suspecti crimen, & apud quos postulari quis possit suspectus tutor vel curator, & à quo, & ex quibus causis remouetur, & de eius pœna. In
2 tex. ibi, *ex lege duodecim tabularum.* † Suspecti tutoris crimẽ & eius accusatio ex lege XII. tabularũ descendit, cuius legis & si nõ extant verba, meminit Cicer. lib. 3. Offic. ea autẽ insti tuta fuit ob eã rationẽ quã paulò ante retulimus, & expressit Plato lib. 11. de legibus. †
3 Eius tamen criminis cognitio, quanuis olim tantum modo Præsidibus, Prætoribus, & Proconsulibus data fuerit, & simul eorum remotio tutorum curatorumve, qui suspecti essent, tex. hic, & in l. 1. §. damus. D. eo. l. cognitio. 4. D. de offi. eius, simplex autem cognitio minoribus etiã magistratibus cõcedi poterat, vt sic accipias. d. l. 4. & l. 1. §. suspecti. D. ad
3 Turpill. † Hodie vtrunq; iudici maiori & superiori loci in quo pupillus cõmoratur cõcessum est. l. 2. in fin. tit. 18. p. 6. & an corã iudicibus causarũ criminaliũ, an verò corã iudicibus causarũ ciuiliũ, is hæc actio proponi debeat, dixi tibi per Greg. gl. 7. l. Iud autẽ quod Acc. hic, ver. *ex lege*, disputat, an qui de suspecto accusat se inscribere debeat, accusationi eius reiecta dist. resolue, hodie eã nõ requiri, sed extraordinariè accusatorẽ puniẽdũ l. & in priuatis. 3. D. ad Turpill. notat Coua. li. 2. Var. c. 9. n. 1

§. *Ostendimus.* 1.

1 *Suspecti omnes tutores testamentarij, legitimi, & datiui dici possunt. & num.* 2.

3 *Suspectos tutores si quis dicat patronos, propinquos, siue affines, non actione famosa faciet.*

1 OMnes tutores testamẽtarij, legitimi, & datiui suspecti possunt postulari, ex hoc. §. & l. 1. §. ostẽdimus. l. 2. l. 3. D. eo. l. 4. C. eo. l. 2. vers. *e contra* tit. 18. p. 6. Sed obstare videtur nullos posse remoueri tanquã suspectos, nõ testamẽtarios, quia eorũ fides & diligẽtia à testatore approbata est, tex. in prin. sup. de satisd. tut. nõ legitimos, quia propter magnæ necessitudinis vinculũ quo pupillis iunguntur omnẽ suspicionẽ effugiũt, tex. in prin. suprà, de leg. agn. tut. non datiuos, quia cũ exquisitione, vel satisdationẽ creati sint, toto tit. suprà de satisdat. tut. suspecti accusandi non videntur.

2 Sed his non obstantibus nostra conclusio vera est quãuis enim omnes isti tutores boni fint habiti ac fideles, multa tamẽ post susceptã tutelã accidere possunt, vnde in suspicionẽ opti mo iure vocẽtur. l. in cẽ firmando. §. & l. seq. D. de conf. tut. Igitur iudex pupillorum & minorum vtilitatẽ sequetur, potius quã testamẽti scripturam, vel eius qui ex inquisitione datus est circumuẽtũ iudiciũ. l. vtilitatem. 10. D. de conf. tut. † Qua tamen in re meminisse
3 oportebit patronos aut propinquos, siue affines suspectos postulandos, sine infamia remouẽdos esse. l. si tutor. 9. D. h. t. quia in illos nec doli actione agere licet, nec famosæ actiones dantur, neque doli vel fraudis mentionem habent. l. non debet. 11. D. de dolo. l. parens. §. D. de obsq. præst.

§. *Consequens.* 2. & §. *Impuberes.* 3.

1 *Suspecti tutoris accusatio, omnibus etiam mulieribus concessa est. & num.* 2.

3 *Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare: puberes possunt.*

1 SVspecti tutoris aut curatoris accusatio omnibus, etiam mulieribus concessa est, vt vides ex hoc tex. & l. 1. & l. impuberibus. 7. D. h. t. l. pietatis. 6. C. eodem. & consonat. d. l. 2. in prin. tit. 18. part. 6.

Sed primo obstat text. in l. 1. §. sexum. D. de postulando, vbi postulatio mulieri ob sexus pudicitiam non permittitur, & consonat. l. 3. tit. 6. p. 3.

Secundo obstat tex. in §. impuberes, infrà eod. & in d. l. impuberibus. 7. eo. tit. & d. l. 2. part. vers. *pero el moço.* quibus impuberibus tutores suos suspectos postulare prohibetur: & tamen constat eos suam aut suorum iniuriã rectè prosequi posse, & accusationem instituere. l. 2. §. pupillis. D. de accusat.

2 † Sed parum hæ difficultates Iustin. remorantur, non primũ, quia verissimum est, semper inuerecundum apud Romanos habitum fuisse, mulieres in conuentum, turbamque hominum prodire, itaque magno opere, à forensibus negotijs arcebantur. l. 1. C. de rapt. virgi. d. l. 1. §. sexum. D. de postul. quem benè explicant Alciat. lib. pareg. c. 37. Tira. in l. 10. connub. nu. 32. Couar. lib. 1. Var. c. 20. nu. 1. Diuorum tamen Principum Seueri & Antonini rescripto, pupillorũ fauore eis indultũ est, vt huius criminis accusationẽ possint instituere, vt ex nostro textu colligitur. & d. l. 1. §. quinimo. D. eodem.

3 Minus obstat tex. in d. §. impuberes, ideo enim suspectos tutores suos impuberes dicere, aut postulare in iudicio non possunt, quia legitimam sine tutore personam standi in iudicio non habent. l. 1. C. qui legitimam personam. l. 7. l. 11. tit. 2. p. 3. rectè tamen cum tutoris auctoritate, vt in his legibus. & in d. §. pupillis. vnde cum eo casu quo tutorem suum suspectum postulare velit, sine tutore maneat, ad

postu-

postulandum non admittitur: sed eo casu, quilibet alias postulat ex nostro textu, vel alijs deficientibus iudex ipse ex officio suo, l. 3. §. præterea. D. h. tit. & l. 3. in princ. tit. 16. p. 6.

§. *Suspectus autem est. 4. & in §. siquis. 7. cum sequentibus, vsque ad finem tituli.*

1 *Suspectus tutor quibus ex causis dici possit & num. sequentibus.*

1 CAusas, ob quas tutores, curatores ve suspecti postulari possunt ex hoc §. vsq; ad finem tit. Iustin. prosequitur. Prior illa est siquis tutor nõ ex fide tutelam gerit, sed improbè & ex dolo malo in ea versatur, is enim quamuis diues & soluendo sit, vt suspectus postulari, l. 3. §. nunc videamus. l. suspectus. 5. l. suspectum. 8. D. h. tit. l. in postulandis. 5. C. eo l. 1. in prin. tit, 18. p 6. quia nec locuples infidelis aut negligens tolerari, nec pauper fidelis & diligens remoueri debet, §. fi. inst. eo. d. l. suspectum. 8. l. 5. & 6. C. eodem. l. si creditores. 15. D. de priuileg. cred. d. l. 1. p. ibi. *pobre e de buenas maneras.* quia in tutore nõ tã diuitiarum, quam fidei & diligentiæ ratio ducitur, l. 2. C. de tutore vel curat. qui satis non ded.

2 † Alia causa suspecti tutoris est, si ipse ne alimenta pupillo præstet, latitauerit, sunt enim alimenta pupillo, tutore, autore à prætore decernenda, l. 3. §. tutor, D. h. tit. l. ius alimentorum. D. vbi pup. edu. deb. l. 2. C. de alim. pupillo præst. quæ si tutor præstare recusauerit, vt suspectus remouẽdus est, ex Diuorum Seueri & Antonini. Epist. in d. legibus, & in §. siquis tutor. Inf. eodem. l. si D. vbi pupi. edu. deb. & in d. l. 1. p. vbi Greg. gl. 8. quo casu pupillus in bonorũ eius possess. à prætore mittebatur, d. l. 3. §. tutor, l. impuberibus. 7. §. 1. D. eo. iubebatq; prætor, vt quæ seruãdo seruari nõ poterant curatore dato distraherẽtur, postea publica auctione bonorũ quorunuis venditionẽ permittebat, l. si. C. de bon. autor. iudic. poss. quę tutore cõtumace fiebãt & absente eo atq; latitante, tandem vt suspectus remouebatur,

3 vt in d. §. siquis tutor. † Idemq; erit si præsens tutor circa alimenta mendicium committat, nam & tunc vt parum fidelis remouendus erit, ex dictis iuribus; Neq; si his casibus satisdationem offerat postea, liberabitur, aut retinebitur, quia ea satisdatio propositum maleuolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. text. in. §. nouissimè. Infr. eo. alias causas, ob quas tutor possit suspectus postulari, addit, d l. 1. p. sed omnes quæ sunt, ad primam rediguntur.

§. *Suspectus autem remotus. 5. & in §. siquis autem. 6.*

1 *Suspecti tutoris pœna.*
2 *Suspecti tutoris cognitione pendente administratio ei interdicitur,*
3 *Tutore mortuo accusatio suspecti expirat.*

1 TVtor qui obdolũ & fraudẽ cõmissam in rebus minoris tanquam suspectus remouetur, infamis efficitur, l. 3. §. fi. D. h. t. l. fi. D. eod. l. 4. d. tit. 18. part. 6. si autem non dolum, sed culpam, ignauiam, aut negligentiam quamuis non pœnitendam commisit, infamia nõ notatur, sed remotus, quatenũ dãni datũ est pupillo præstat, vt & ille qui versutè & dolo se versatus fuit, vt in dictis legibus ordinarij

2 interpretes. † Cognitione autem suspecti tutoris pendente, ei administratio interdicẽda est, vt in hoc §. siquis, & in. l. quod si forte. 14. D. de solut. l, eum qui. 7. C. h. t. l. 3. vers. *atro si decimos.* tit. 18. p. 6. interimq; donec causa terminetur & decidatur, alius dandus est curator vt in d. l. eum qui, &. d. l. 3. p.

3 † Mortuo autem tutore vel curatore suspecti cognitione suscepta, hoc iudicium extinguitur statim reo mortuo, cum enim eius finis sit tutelæ abrogatio, tutela sua sponte peremptа, defuncti memoriæ parcendum est, vt in. l. in Senatusconsulto. 15. D. ad Turpill. l. 1. & passim. C si reus vel accus. mort. fuer. l. 3. & 6. D. de pub. iud. Tutelæ autem actio aduersus heredes transit, l. 1. & per tot. D. de tutel. & rat. l. 1. & per tot. D. de fide iuss. & hered. tutorum.

ANTONII PICHARDO VINVESA I. C. HISPANI, SALMANTICENSISQVE ANTECESSORIS,

IN LIBRVM SECVNDVM INSTITVTIONUM Imp. Iustiniani Commentaria.

Titulus Primus, De Rerum diuisione, & acquirendo earum dominio.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius libri ad superiorem.*
2 *Rei appellatio latissima est, corporalia & incorporalia complectens.*
3 *Rerum diuisionem suadente naturali ratione ob communem bonum inductam esse constat.*
4 *Pactum, ne societatis diuisio fiat, à sociis adiectũ reijcitur.*
5 *Dominium quid sit.*

1 OMNE ius quo vtimur quum ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertinere docuerit Imperator in prin. tit. supra de iure personarum (alias in. §. fin. supra de iure naturali) egeritq; de personarum statu integro libro primo, commode nunc de rebus tractationem instituit. † Planè 2 rerum appellatio latissima est quæ & corporalia & incorporalia complectitur & ad omnem obligationem contractumq; pertinet, & apud Logicos dicitur terminus transcendens, hoc est, superãs omnia significata, & probabis expressè ex l. rei appellatio. 5. l. nominis. 6. l. rei appellatione. 23. D. de verb. sig. vbi latissimè Alciat. & Rebuffus & extant tit. D. de rebus creditis, D. de rebus dubijs. D. de rebus eorum. D. rem pub. salu. fore. D. rem rat. hab. D. de in rem verso, & in Decretalibus, de rebus ecclesiæ, & de rerum permutatione, & plurimi alij vtriusq; iuris tituli in rebus concepti, vt & in tit. 28. & eius proœmio. p. 3. & notarunt Cona lib. 3. cap. 1. &. 2. Pinelus in rub. 3 C. de bon. 1. p. n. 5. † In rubr. ibi. *Diuisione.* Cũ post originale peccatum tanta esset hominum improbitas vt non possent rebus communiter vti dictaretque naturalis ratio iniquum esse quòd ignaui & desides alieno alerentur labore, suasit ipsamet naturalis ratio vt singulis rebus certa & distincta constituerentur dominia, vt vnusquisq; suum teneret, alias enim nulla pax, nulla tranquillitas in hominum societate posset retineri, si permitteretur communio secundum quam raperet quilibet, & abuteretur alienis fortunis. Præclarè vtiq; Aristot. lib. 2. Politicorum diuisionem rerum naturæ consentaneam esse ait, quod & antea diuino decalogi septimo præcepto traditum erat, cũ furtum (quod non potest esse nisi rei alienæ. l. 1. D. de furtis) damnatur & puniri iubetur, & alibi, quẽlibet in sui vultus sudore proprio 4 suo pane vesci. † Vnde cũ isthæc diuisio è iure naturali sit l. ex hoc iure. 5. D. de iu. & iu. l. 2. ibi. *ca por tal derecho como este cada vn ome conoce lo suyo apartadamente.* ti. 1. p. 1. rectè. I. C. animaduerterunt, ratum non esse habendum pactum qho ne diuisio vnquam fieret conuenit, l. in hoc iudicium. 14. §. si conueniat. D. communi diuid. l. nulla societatis. 71. D. pro socio, magisq; curandum esse vt dirimatur communio quã vt eius difficultas augeatur, l. qui neq; 8. §. si. D. de reb. eorum. l. cum pater. 79. §. dulcissimis. D. de leg. 2. l. sancimus. 34. §. ne autẽ. C. de donat. l. 1. tit. 15. p. 6. & notat Greg. in illius tit. proœmio. verbo. *desacuerdo.* Quæ rerum omnium communium diuisio cum pluribus ex causis oriatur, de eis hoc & sequent. tit. Iustin. agit.

5 † In rubrica. ibi. *dominio.* Cum rerum communium diuisione certa & indubitata constituantur dominia de quorum acquisitione hoc titulo disputandum est, consequens est quid dominium sit inspicere, & Bart. in. l. siquis vi. §. differentia nu. 4. D. de acq. poss. ita definit, [*dominium est ius de recorporali perfectè disponendi, nisi lex vel conuentio obsistat*] quæ definitio comprobatur ex. l. generaliter. 29. §. subconditione. ibi. *pieno iure heredis est.* D. qui & à quibus in.

bus.in.l.qua ratione.9.§.hæc quoq; res.D.de acq.rer.dom in.l. si ita stipulatus fuero. 126. §. Titius.infi.D.de verb.ob.in.l. 1. coniuncta auth.ingressi.C.de sacro sanctis.in.l.in remandata.21.C mandati.in.l. fi. §. sin autem C. de iu.dom.impet.comprobat l.1.tit.28. p.3.ibi. *Señorio es poder q̃ome à en su cosa de fazer de ella, o en ella lo que quisiere segun Dios e segun fuero*, explicat ibidē Greg.& Laso in.l. quod dicitur. nu.14.D.de verb.ob.Bal.in.l. fœminæ.§.fin. C.de secūd.nup.Saly.in.l.traditionibus nu.4. C.de pact.Rubeus in.l.naturaliter.§.nihil cō mune.n.88.& ibi.Berengar.nu.42.D.de acq. poss.Cona.lib.3.cap.3.n.1.Soto lib.4.de iust. & iu.q.1.ar.1.co.3.cū pluribus Ant.Gom.in. l.45.Taur ex n.5.Anto.Gabriel.1.to.comm. opi.lib.4.verbo.*Dominium*,& plurima de dominio cumulat Mascardus concl.536.& seq.

Principium tituli.ibi in patrimonio nostro.

1 *Res omnes vel in bonis nostris sunt, vel extra bona.*
2 *L.1.D.de vsufr.legato.obijcitur& explicatur.*

1 RES omnes vel in bonis nostris sunt vel extra bona nostra, patrimonium enim pro bonis accipitur hic, vt & in.l. 1.D. de vsufruc.ear.rer l.cogi.16.in prin.D.ad Trebell.l.bona.3.§.bonoru. D.de bonō. poss.l.1. §.solent. D.de officio præfect.l.sed si lege.18. §.1.D.de per.heredit.& explicat Cuiac.lib.4
2 ob.ca.16. † Sed primo obstat tex.in.l.1.ibi. *quia id neque ex bonis neque extra bona sit.* D. de vsufruct.leg.vbi.I.C. scripsit seruitutes neq; in patrimonio neq; extra patrimonium esse, & sic tertiam aliam bonorum speciem constituere. Secundo obstat l.1.D.isto tit.vbi longè diuersa distinctio scribitur,quædam enim res Diuini iuris dicuntur, quædam humani; & cō firmat Caius lib.2.inst.tit. 1. Sed his non obstantibus Iustinianum nostrum defende, neq; obst.l.1.l.1.D.de vsu fruct.leg.quia omissis interpretum opinionibus à nouioribus hic relatis,& à Cona.lib.3.cap.2.num.10. Longoual lio in.l.imperium.num.218.D.de iurisdi.om. iud.Molineo.3.p. Labyrinth.nu.319. Pinelo in.l.1.3.p.num.6.C.de bonis mat. Ant. de Leon in.l.1.num. 3.& Paulo in. l. seruitutes. 14.num.5.D.de seruitutibus,dicendum est,in illius tex.specie quendam testatorem legasse Titio vsum fructum alicuius seruitutis, fundi sui,videlicet itineris,actus, viæ, vel aquæ ductus,vt quoad viueret illa seruitute frueretur, & eo mortuo finiretur seruitus; quia tamen seruitutes omnes causam continuam habere debent.l.foramen.28.D. de seruit.vrba. legatum hoc effectum habere nō poterat,nec vtile esse ex Senatus Consulto, quo cauetur vt omnium, quæ in bonis nostris sunt vsus fructus possit legari.l. 1. D.de vsu fructu earum rerum, quia id, hoc est vsus fructus seruitutis legatus,neq; in bonis,neq; extra bona est, cū vsus fructus sit seruitus. l.1. D.de seruitut. & seruitus non possit constitui d. l. 1. D. de vsu fruct.leg.quia nihil est quod possit constitui, cum nō entis nullæ sint qualitates.l.nam & si. 5.§.post defectum D.de iniust.rupto. cap. ad dissoluendum de despons.impub.

§. Et quidem.

1 *Aer,aqua profluens,mare,& eius litora iure naturali communia sunt.*
2 *Altiùs ædificia tollere vnicuique licet.*
3 *Modus ædificijs impositus est legibus politicis.*
4 *Litus maris quod cōmune est occupatione quoad vsum priuatum efficitur quandiu ædificium ibi durat.*

1 CVM quædam naturali iure omnium communia esse in.§.superiori docuerit, quæ isthæc sint nunc exponit, aer,aqua profluens,mare,& per hoc litora maris,idest quatenus hybernus fluctus maximus excurrit consonat tex.in.l.2. D. h.t.l.23.tit. 28.p.3.

2 Sed primo contra nostrum tex.ibi.*aer.* obstare videtur, quod si aer commune esset liceret vnicuiq; ædificia altius prohibito erigere, hoc tamen non licet nisi ex seruitute ius altius tollēdi sit acquisitum l.1.D.de seruit.vrb. § æque si agāt inf.de actio.ergo.

Secundo contra nostrum tex. ibi. *quia non sunt iuris gentium* obstat,sequens arg.solum in quo ædificium est,omnibus est communis, vt constat ex nostro tex.at ædificium cedit solo l.qui domum.51.D.ad leg. Aquil. l. si in area. 33 D.de cond.indeb.l.nonnūquam.26. D. de vsu cap.l.2.D.de superficieb.§.cum in suo inf. eo.igitur & ædificium communis esse debet. Sed his non obstantibus literam nostri tex.defendes,neq.1.arg.aliquid obstat, quoniam & si verum sit aerem omnibus communem esse, ideo que licere naturaliter pro arbitrio altius ædificia extollere, ex reg. nostri tex. & l.altius 8.C.de seruit. & aq.l. fi. in princ. D. eod. l.cū eo.9.l.imperatores. 14. D.de seruit. vrb. l. cuius. 24. eo.tit. l.25. in fi. tit. 32. p. 3.vbi Greg.notat, & explicat Cepola de seruitut. vrb.cap.26.Menesses in.d.l.altius.num.1.&.8 Cona.lib.4.ca.10.n.10.Socinus reg.101.Duenas.reg.33.& Coras.in.l.1.num.44.D. de seruitut. 3 † Legibus tamen politicis ciuilibus ædificiorum altitudini modus impositus fuit ne vltra septuaginta pedes ædificia extollere liceret, vt commemorat Brisonius lib.1. select.antiquit.cap. 1. & videtur probare.l. qui luminibus.11.ibi.*formam ac statum.* D. de seruit.vrb.

uit.vrb.l.1.§,nuntiamus.ibi.*admodum ædificiorum*.D.de op.nou.nunt.l.1.ibi.*nec modum vsi tatum altitudinis excedas*. C de ædifi. priuat.at que huc respexisse videtur d.l.25.p. ibi. *guardandose toda via*.Vnde licet ius altius tollendi in.d.l.1.D.de seru.vrb.& in.§.æque si agat.vsque ad statutum modum ad naturalem libertatem pertineat, vltra illum autem extollere ius seruitutis est non libertatis. vel aliter etiã accipies ex Parlad.li.1. rerũ quotidian.c.16. cuius senten.non omnino mihi displicet.

4 † Neq; obstat secundum quoniam & si solũ in litore maris commune sit,eius tamen occupatione domini constituuntur qui ibi ædificant quandiu ædificium manet, eo vero dilapso, quasi iure postliminij reuertitur locus in pristinam causam & si alius in eodẽ loco ædificauerit eius fiet,l.in tantum.6.D.h.t.l.quod in litore.14.D.de acq.rerũ dom.l.3.t.28.p.3.

§. *Flumina*. 2°

1 *Flumina,portus,& ripæ,iuris publici sunt.*
2 *Flumina quæ sint publica, & ex quibus aquam ducere liceat.*
3 *L. fin. D. de vsucapionibus &. L. si quisquam.7.D.de diuers.& tempor. præscript. explicantur.*

1 SVnt præterea quædam publica vt flumina, & portus, riparum quoq; vsus; idem probat l,nemo 4.cum sequẽti D.eodem. l.6.tit.28. p. 3. explicant Rebuffus in.l.portus.59.& in.l.littus.96.D.de ver. sig. Menochide reti.poss.rem.6.n.53.& seq.Sed.1.contra nostrũ tex.ibi.*publica*.obstare videtur tex. in. l. quominus.2.vers. *sed si aut nauigabile*.D. de fluminib. & in. l.1. §. permittitur. D. de aqua,quotid.& æst.vbi aquam ex flumine publico ducere non licet, absq; Principis licentia,ergo commune flumen non est.

Secundo cõtra nostrum tex.ibi.*ius piscandi*. obstat tex.l.siquisquam.7.D.de diuers.& temporalibus præscrip.vbi si quis in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus fuerit alterum eodem iure vti prohibere potest, ergo publicum non est , neq; commune.

2 † Sed his non obstantibus fluminum publicum vsum esse dices , est autem flumen publicum quod perennem cursum habet , semperque fluit,& si aliqua æstate exaruerit. l.1. §.1. & seq. D. de fluminib. porro aliqua flumina ex his nauigabilia sunt. vt Tagus,Betis , Durius,& tunc & si publica sint ex eis aquam ducere non licet,neque ex illis ex quibus flumina nauigabilia fiunt,absq; Principis autoritate.d.l.quominus.quamuis quoad alia sint publica.quòd si flumina nauigabilia non sunt ex eis aqua duci potest nisi Princeps aut lex prohibeat.d.l.quominus,quia hoc casu aqua communis est ex nostro tex. & l.fluminum.24.D. dedam.inf.si vero flumina priuata sunt ex eis aqua duci poterit,dum tamẽ principis accedat voluntas l.1.§.permittitur. D. de aq. quot.& æst.quæ in riuulo & castello loquitur. castellum autem est opus ad aquam publicam recipiẽdã d.l.1.§.hoc inter dictũ necessario Riuus verò opus illud ad ducẽdã aquã.l.1.D.deriuis.

3 † Neque obstat.tex.in.d.l.si quisquam quoniam & si verum sit ius piscandi omnibus esse commune ex nostro tex.cum similibus, si tamen quis pluribus annis in aliquo loco piscatus fuerit præscriptionem , id est exceptionẽ acquirit,vt alterum eodem iure vti prohibere possit,quandiu ipse piscari velit, arg.l.in tantum.6.in princ.D.h. t. quæ coniungenda est. d.l.siquisquam,vtraque enim desumpta est ex Marciano.li,3.institut.Neq;contrarium probat.l.fi.vers.*vel siquis*.D.de vsucap. quoniam dicendum est. I. C. ibi. loqui quando quis ex longo vsu piscandi locum illum iure gentium publicum acquirere volebat , vt indicant illa verba.*ad obtinenda ea loca*.quod ei nõ licet, ex. d.l,fi.& reg.nostri tex. Secus verò esset si ius tantum piscandi longo vsu vellet nanciscì , vt in.d.l.fi quisquam.ibi.*eo iure*,quæ iura sunt cõcilianda vt placet.Rober.lib.1.recep.lect.ca. 17.varijs alijs omissis opinionibus de quibus per ordinarios indictis locis.Charondas lib.1 veros.cap.3.Forca.dialogo. 85. nu. 5. Zasium de antinomiarum dissolutione. 2. p. in princ. Curtium lib.1.coniectural.nu.54. Gribaldum lib.de ratione studendi.cap.16 Bart.in.l. quominus.nu.30.& ibi.Iaso.nu.99.Ripa. 101.D. de flumini.Decium.cons.271. num. 11. & sequenti.cons.num.14.& Cona. lib. 3. cap.15. num.1.Guid.Papæ. decis. 514. Coua. in reg. peccatum.2.p.§.6.Decium cons.197 Ruinũ. cons. 28. lib. 1. Suarez allegat. 16.&. 17 Sotum lib.4de iust.& iure.q.6.a.4.Iure vero Regio ob publicamvtilitatem certis in mensibus piscatio prohibita est certaque forma præscripta vt videbis in.l.1.& sequentibus. tit. 8. lib.7.recop.

§. *Riparum*.3.&.§.*Litorum quoque*.4.

1 *Riparum vsus omnibus est communis: proprietas dominorum,quorum prædijt adhærent.*
2 *Litus est terra,quæ mari alluitur per maximos fluctus hybernos.*
3 *Ripa est quod flumen continet naturalem rigorem sui cursus tenens.*
4 *Litorum vsus omnibus communis est:& quæ sit inter litus & ripam discriminis ratio,ibidem.*
4 *L.fluminis.3.D.de Fluminib.interpretatur.*
5 *L.Litora.3.D.nequid in loco publico.interpretatur,& qua ratione litora quoad proprietatem esse Pop.Romani dicãtur.*

EST

1 EST etiam litorum riparumq; vsus omnibus communis, & si proprietas illorũ sit quorum prædijs adhærent. idem probat. l. 2. l. 4. &. l. 5. D. hoctit. l. quod in littore 14. & l. seq. D. de acq. rerum dom. l. 4. 6. &. 7. tit. 28. p. 3. explicant latè Alciat. & Rebuffus in. l. littus. 96. &. 112. D. de verbo. significatione. Forcatul. dialogo 84. &. 86. Coras. in. l. 1. ex nu. 9, D. de acq. possessione.

Sed obstat tex. in eodem. §. littorum. verbo. *proprietas.* vbi similiter atque ipsa littora publica sunt quoad vsum, sic & quoad proprietatem, & probatur etiam in. d. l. quod in littore. cum alijs.

Secundo obstat tex. in. l. flumina. 3. D. de flum. Vbi ripæ publicæ dicuntur illo eodem modo quo flumina; sed flumina quoad proprietatem & vsum publica sunt. §. flumina supra. eo. ergò & ripæ.

Tertio contra tex. in. d. §. littorum. ibi. *proprietas.* obstat l. litora. 3. D. nequid in loco pub. vbi littora quoad proprietatẽ Pop. Rom. esse scripsit. I. C.

2 † Sed his non obstantibus Iustinianum defende, neque obstat tex. in. d. §. litorum vers. *proprietas.* quoniam est discrimẽ constituendũ inter littus, & ripam. litus est terra quod mari alluitur per maximos fluctus hybernos, d. l. litus. 96. &. 112. estque publi. eatenus quatenus maximus fluctus æstuat & effluit. §. 1. & §. flu

3 mina vers. *littus.* supra eodem. † Ripa, autem est quod flumen continet naturalem rigorem cursus sui tenens. l. 1. §. ripa. l. 3. D. de flum. littus ergo maris & quoad proprietatem & quoad vsum commune est, non ita ripa quæ vsu est publica, proprietate illius cuius prædio adhæret, ex his legibus &, l. Martius. 38. D. de acq. rer. dom. cuius rei potest ratio commendari: quia cum riparum incommoditates ad eos qui propè ripas prædia possident pertineant, vt dicemus in. §. præterea quod per alluuionem. Inf. eo. naturali æquitati conueniens est vt earum proprietas subleuet eorum damna & incommoda ex reg. l. eum qui. 30. D. de iur. iu. l. secundum naturam. 10. D. de reg. iur. c. qui sen. tit. c. rationi. eod. tit. lib. 6. l. 29. tit. fi. par. 7.

4 Non obstat. d. l. 3. D. de flum. quæ loquitur in ripa propriè & strictè sumpta, quæ ipsum flumen continet vsquequo aqua ipsa fluctuat. d. l. 1. ver. *ripa.* D. illo tit. & in d. l. 3. vers. *ripa.* hæc ergo ripa publica est quia pars est aluei, qui & ipse publicus est. l. 1. §. simili modo. D. illo tit. loca vero adiacentia iuxta ripas, quæ late ripæ vocantur vsu publica sunt, proprietate eorum qui iuxta illa prædia habent ex nostro tex. cum similibus.

5 Nec obstat. d. l. 3. D. nequid in loco pub. sciendum enim est maximam eorũ partẽ quæ iure gẽtium communia erant, posse à iure belli fuisse violata, vt colliges ex §. ius autem gentium. sup. de iur. nat. §. item ea. inf. eod. l. 1. §. item bello capta D. de acq. posse. vnde d. l. 3. intelligitur in iure & dominio bello adquisito. vt deducitur ex illis verbis (*in quæ populus Romanus imperium habet*) ius enim imperandi bello quæsitum est, vt colliges ex Virg. lib. 6. AEneidos prope finem (*tu regere imperio populos.*

§. *Vniuersitatis.* §.

1 *Vniuersitatis bona, quæ dicantur.*

2 *Quæ sit differentia inter res publicas, & res Vniuersitatis, earumq; omnium vsum communem esse ostenditur.*

1 CVM de communibus, & publicis rebus Iustinianus docuerit, quæ sint vniuersitatis nunc exponit & quidem vniuersitatis bona dicuntur Theatra, stadia, forum, fana, porticus, viæ, & id similia; idem probat textus in l. in tantum. 6. §. vniuersitatis. D. h. t. l. statuas. 41. D. de acq. rer. do. cum alijs. quibus consonat l. 9. & 10. tit. 28. p. 3. l. 15. tit. 5. p. 5. & l. 13. tit. 9. p. 6. illustrabis ex Plinio lib. 21. cap. 3. & lib. 36. ca. 15. ex Tullio lib. 3. de finibus. & lib. 1. officiorum. Sed obstat tex. in. l. 1. §. Hæ autẽ res. ibi. *aut publicæ sunt.* D. h. t. vbi omnes res quæ priuatæ non sunt, publicæ dicuntur. Sed res quæ hic enumerantur non sunt priuatæ neque singulorum, vt noster textus probat, igitur sunt publicæ.

2 Huic difficultati vt satisfacias, aduerte inter Romanam ciuitatem & alias vrbes longũ esse discrimen, ea enim quæ Romanæ ciuitatis propria sunt, & tamquam in populi Romani patrimonij ea publica propriè nominantur: quæ vero aliarum ciuitatum, abusiuè publica, propriè vniuersitatis dicuntur. Textus noster, &. d. §. vniuersitatis, coniuncta. l. bona. 15. D. de verb. sig. cum duabus seq. Hæc igitur ciuitatis bona vsu publica sunt, ideſt priuatorum vsibus deseruiunt iure ciuitatis, non quasi propria cuiusq; non sunt plurium ciuium, siue municipum, sed ciuitatis, vniuersitatisque quæ priuati loco habetur. l. eum qui. 16. in fin. D. de ver. sig. ex quibus inferes interpretationem ad tex. in. l. sed si hac. 10. §. qui manumittitur. D. de in ius voc. l. sicut. 7. §. 2. D. quod cuiusq. vniu. nom. d. l. statuas. 41. D. de acq. rer. dom. l. 1. §. seruum municipũ. D. de quæst. quem exornant Abb. Feli. & cæteri in c. tertio loco. de probat. Alex. con. 67. nu. 4. & 16. vol. 3. Greg. in l. 18. verbo, *del concejo.* tit. 16. par. 3.

§. Nul-

§. Nullius.6.cum tribus sequentibus.

1 *Sacræ,religiosæ, & sanctæ res nullius in bonis sunt.*
2 *Quibus modis res in nullius bonis esse dicantur.*
3 *L.sacra.9. D. de rerum diuis. & qualiter olim fierent loca sacra,& consecrationes explicatum.*
4 *Iterum explicatur.d.l. sacra. & d. l. cùm. loca.* 36.*D.de religios.& sumptib.fun.*
Loca sacra qualiter effici profana possent, & de Deorum euocatione.
5 *Religiosa loca qualiter profana fiant,& ibi explicatur.*
L.sepulchra.4.D.de sepulchro violato.
6 *Sacra vasa hodie quomodo profana efficiantur. remissiuè.*
7 *L.monumentorum.6.C.de relig. & sumpt.fun. explicatur.& l.longa possessione.4. D. de mortuo inferendo.*
Iura sepulchrorum,quamuis nõ monumenta ipsa, possunt præscribi.
8 *Sacræ aut religiosæ res hodie per Pontificem fiunt aut per Episcopum : & quod sit discrimen inter religiosum & sacrum.*
9 *Sepulchrorum alia hæreditaria,alia familiaria, alia communia,& qualia essent explicatur.*
10 *Sanctæ res,quæ,& vnde dictæ.*

1 PRæterea sunt & aliquæ resquæ nullius in bonis consistunt,vt sacræ, religiosæ, & sanctæ,quæ iuris diuini dicuntur in l. 1.D.h.t.& in d.l. in tantũ conferunt.l.12.l.13. cum duab.seq.tit.28.p.3.exornabis ex traditis à Macro.lib.3.Saturn.c.3. Con.lib. 3.c.1. nu.2.Alcia.lib.9.parerg.c.15. & 19. Alex. ab Alex.lib.6.genial dier.c.14.Sigonio lib. 1.de antiq.iure ciu.Ro.c. 8. Pinelo in rub. de bon. mat.2.p.nu.4.

Sed primò contra text. in §.nullius. obstat esse etiam & alias res quæ nullius sunt in bonis,& tamẽ non sunt diuini iuris,vt hereditas in l.1.D.h.t.littus maris.§.littorum, suprà h. t.feræ bestiæ.pisces maris,volucres cæli.§.fere.infrà.h.t.

Secundò contra tex.in §.sacræ.ibi.*per Pontifices Deo cõsecratæ sunt.*obstat l.sacra. ibi.*cum Princeps eum dedicauit*, D.eod.

Tertiò contra eundem tex.in fin.vbi probatur,rem semel Deo dicatam & sacram effectam ad humanos vsus amplius non posse conuerti,obstat d.l.sacra.ibi*& solent qui liberare eũ locum religione volunt sacra inde euocare.*

Quartò contra tex. in §. religiosum. obstat tex.in l.monumentorum.6.versic.*præscriptio.* C.de relig. & sump. fun. vbi monumentum, idest,religiosus locus corporis humatione factus præscribi potest,& in bonis priuati constitui.

Quinto contra text.in d.§.sacræ.*in fin.* obstat tex.in l.cũ loca.36. D. de relig.& sump. funer.vbi religiosa loca ab hostibus capta pro sana fiunt.

Sextò cõtra tex.in d.§,religiosum.ibi. *vnusquisque.*obstat tex.in c.ad hæc.4.de religiosis domib.coniuncta gl.verb.*si terram.*in c.in ecclesiastico.13.q.2.vbi religiosus locus non fit ab alio quàm à Pontifice.

Septimò obstat similiter tex.in §.sacræ.vbi sacra loca ea sunt quæ ritè per Pontifices Deo consecrantur,ergo & religiosa loca ab eis fiẽt non à priuato.

Octauò contra tex.in d.§.religiosum,ibi,in communem autem locum,obstat idem tex.in vers.*in commune verò sepulchrum.*

2 His tamen non obstantibus Iustin. defendes.Nec primum aliquid obstat,quia tripliciter dici potest,res aliqua nullius in bonis esse. Primò,cũ actu nullius sunt,esse tamẽ possunt, vt hereditas iacens, & feræ bestiæ cælo, terra,& mari captæ,vt in d. l. 1. h.t.& d.§. feræ: inf.eod.Secundò,cum quoad proprietatẽ nullius sunt,licet quoad vsum sint communes, vt in d.§.littorũ.vbi iam diximus.Tertio,ũc nullius nec sunt nec esse possunt.vt sacræ,religiosæ,& sanctæ res,ex nostro tex.& seq.

3 Nõ obstat secũdũ ex text.in l. sacra.quoniã omissis alijs interpretationibus ex Alex. ab Alex.& Sigonio iam relatis dicendũ est,olim consecrationem hoc ritu fieri consueuisse, à Consule aut Imperatore accenso foculo, cum tibicine, verbis priscis & solennibus, præeunte Pontifice maximo,præfante carmen,capite velato,& concione aduocata, ac iussu populi,quam rem elegãter illustrat Tiraq.ad Alex. vbi proximè.Igitur Princeps,Imperator,aut Consul locũ cõsecrandũ dicabat,mox per Põtificem Dijs consecrabatur,iuxta quæ intelliges textum nostrum,& d. l. sacra. Hodieautẽ qualiter fieri debeat consecratio disces extit. extra.de consecratione ecclesiæ vel altaris, ex cap.ecclesijs.68.dist.& per totam dist.1.de cõsecrat. & ex tit.10.maxime ex l.12.p.1.& ex tit.de eccles.ædificandis.

4 Nõ obstat tertium & quintum ex d.l.sacra. vers.*& solent.*& ex d.l.cum loca.quoniam obseruo,olim in oppugnationibus ante omnia solitum à sacerdotibus Romanis euocari Deum cuius in tutela oppidum quod obsidebatur esset,promittiq;illi eundem,aut ampliorẽ apud Romanos locum cultumve, vt notat Plinius lib.28.cap.2.& ex Sammonico Sereno lib.5. rerum conditarum,Macro.lib.3.cap.9. Alex. ab Alex.lib.2.cap.22.Brisonius.de formulis lib. 1.pag.60.& melius pag. 70. & 71. qui huius euocationis carmina retulit, Dijs igitur illis carminibus euocatis sacra loca profana inde efficiebantur,vt in d.l.sacra.vers.*& solent.*† Similiterq; cũ loca religiosa ab hostibus capiebantur,

bantur, desinebant esse religiosa vel sacra, sicuti hominis liberi qui in seruitutē perueniunt: quod si ab hac calamitate essent liberata, quasi quodam postliminio reuersa pristino statui restituebātur. d. l. cum loca. 36. D. de religios. & sic intelliges tex. in l. sepulchra. 4. D. de se-
6 pulchro violat. † Hodie si vasa sacra, & similia sint quæ alienantur oportet ea prius confringi & conflari, & ita profana efficiuntur. c. aurum. in fin. 12. q. 2. l. 2. tit. 14. part. 1. & de solennitate in alienationibus rerum ecclesiasticarum, vide per tot. 12. quæst. 2. & titul. de rebus eccle. maxime per scribentes in cap. nulli. & tit. 14. par. 1.

7 Non obstat. 4. ex. d. l. monumentorum. est enim verisimum religiosa loca humanorum corporum humatione facta nullius in bonis esse, ex nostro tex, indeque præscribi nullo modo posse ex. §. sed aliquādò. Inf. de vsucap. neque contrarium probat. d. l. monumentorum. quoniam ibi non dominium monumenti aut sepulchri, sed ius inferendi mortuum in sepulchrum & monumentum præscribitur, vt ibidem interpretatur Acc. ver. *vobis.* cui non obstat l. longa possessione. 4. D. de mor. inf. quæ non negat ius illud mortui inferēdi præscribi posse, illis interuenientibus quæ ad præscriptionem requiruntur, scilicet titulo & bona fide, sine quibus sola longa possessione nō posse acquiri probat.

8 Non obstat. 6. quoniam vt diximus ad 2. iure canonico, per solum Pontificem, aut episcopum loca sacra, aut religiosa fiunt, non perpriuatam aliā personā, ex quo & dissoluitur septimum, inter sacra autem & religiosa illud interest quod inter genus & speciem, omnia enim quæ sacra sunt, sunt similiter & religiosa, non autem è conuerso. sacra solus Pontifex faciebat, religiosa quilibet mortuum inferendo.

9 Non obstat vltimum, quoniam aduerto sepulchra alia hereditaria, alia familiaria dici, illa adquoscunque heredes pertinebant, hæc adagnatos & eos qui de familia testatoris erant. l. familiaria. 5. D. de relig. & sump. fun. l. ergo. 4. §. Is autem. cui D. de fid. libert. l. quia perinde. 42. D. ad Trebe. explicat Brison. lib. 2. select. cap. 14. Forca. dialogo. 1. nu. 8. Adde communia fuisse quoque & alia sepulchra, in quæ cuilibet de populo ius erat mortuum inferendi, quorum meminit Horatius lib. 1. sermonum, Satyra. 8. ibi.

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrū. De quo tex. in d. §. religiosum versiculo. *in commune vero sepulchrum.* aptissimè accipi posse puto: versicul. *in communem autem locum.* de communi sociorū loco puto loqui: in quē mortuū inferre non licet, l. in tātum 6. D. h. t. l. siquis. 6. §. siquis in communem. D. commun. diuiden. l. 2. §. 1. D. de religios. quod tamen ego cum Callistrato in l. si piures. 41. D. illo tit. de extraneis intelligēdum esse existimo, nam ex ipsis dominis quemlibet licet ibi sine cætero rum consensu sepeliri. Quod si aliquis inuito domino in alienum fundum mortuū inferret actione in factum compellebatur, aut tollere id quod intulit, aut loci pretium præstare. d. l. 2. §. 1. l. isqui intuli. 7. D. de religios.

Denique aduertes sanctas res, neque sacras neque religiosas esse, sed ab iniuria tutas. l. sacra. 9 §. propriè. l sanctū. 8. D. h. t. dicūtur autē sanctæ à sagminibus herbis quibusdā quas legati populi Romani ferre solebant nequis eos violaret, explicat Duar. lib. 1. disput cap. 37. Cona. lib. 3. ca. 1. nu. 6. Suarez lib. 1. obseruat. cap. 10. & 15. &. l. 15. tit. 28. p. 3.

§. *Singulorum.* 10.

1 *Dominia rerum omnium, quarum habemus proprietatem vel iure naturali vel iure gentium vel iure ciuili nanciscimur.*

2 *Ius gentium vnicum est, & qua ratione naturale aliquando appelletur.*

Verbum naturaliter. *quo modo accipiatur pluribus in locis.*

3 *Iure ciuili quibus modis dominia nanciscamur, remissiue.*

1 CVM de illis rebus, quæ extra patrimonium nostrum sunt Iust. huc vsque ex huius tit. prin. egerit, nunc de iis quæ in patrimonio nostro habentur, deq; earum dominio acquirendo sermonē instituit, quod vel iure naturali, vel gentium aut iure ciuili nanciscimur, idem probat. l. ex hoc iure. 5. D. de iust. & iu. l. I. D. de acq. re. dom. l. 2. tit. 1. p. 3. explicant ibidē doctores Vaconius lib. 1. declarat. cap. xi. Corras. lib. 6. miscell. cap. 25. Pinelus 1. p. Rub. C. de rescind. vendit. cap. 1. n. 12.

Sed contra nostrum tex. ibi. *iure naturali quod appellatur iu gentium.* obstat, quia diuersa sunt hæc iura, vt deducet ex §. ius autem gentium, iuncto princ. illius tit. sup. de jure naturali.

Secundo contra tex. nostrū probantē dominia rerum iure naturali acquiri, obstat tex. in. c. ius naturale ibi. *communis omnium possessio.* 1. distinctione.

2 Sed respō dendum est omissa doctorum cōmuni interpretatione distinguētium inter ius naturale primarium, & secundarium, quā improbauimus in. d. prin. de iure naturali iulgentiū vnicū esse, sicvt & ius naturale, quia tamē naturali ratione id iulgentiū inductum fuit. d. §. ius autem gentium. l. omnes populi. D. de iu. & iu. l. 1. D. de acq. rerum dom. ius naturale aliquādo solet appeliari vt in hoc nostro tex. & in. §. feræ infra. eo. l. bonafides. 31. ibi. *naturale & gētiū ius.* D. depositi, vbi dictio, &, non diuersificat sed exēplificat, vt in nostro tex.

sic etiam

sic etiam intelliges l.1 ibi. *lege naturali.* D.de furt.l.probrũ.22.ibi *natura turpe est.* D.de verbo.sig.§.furtum.ibi.*lege naturali.*infr. de obligat.quæ ex delict.& in l.in causæ.17. §. idem Pompon.ibi.*naturaliter* D. de minorib. & in. l.item si precio.25.§.fi.ibi.*naturaliter.*D.locati:in quibus dum furtum naturali lege prohibitũ ostenditur, licitũq; esse naturaliter contrahẽtibus se decipere,idest iure gentiũ interpretari debemus ex nostro tex.cũ naturali lege,qua dominia distincta non erãt furtum nõ fieret,neq; deceptio ea posset admitti,quã ius gentium propter vitandas lites quæ ex nimia æqualitate orirentur admisit. Ex qua resolutione infertur etiam explicatio & dissolutio secũdi arg.cũ is noster tex.non sit accipiẽdus de iure naturali quo rerũ omniũ cõmunis erat poss.d.ca.ius naturale,sed de iure gẽtiũ quo rerũ dominia ob publicã vtilitatẽ distincta fuerunt.d.l.ex hoc iure,& diximus in rubrica.huius tit.verbo.*diuisione.*Præterea etiã illo eodẽ iure naturali nunc plurimarũ rerũ cõmunis remansit poss.vt cõstat ex.§.1.& seq. supra h.t.

3 † In textu ibi. *Iure ciuili.* quibus modis rerũ dominia iure ciuili & legitimo nobis acquirantur explicat Iust.ex tit.infra de vsucapionibus,vbi & nos dicemus, interim tamem videbis Vlpianum tit. 19. in fragmentis & ibi. Cuia.Rebardum ad leges.12.tabul.cap.16.Cõtium lib.1.disput.ca.10.

§. *Feræ.*11.*&* §.*Illud quæ situm.*12.

1 *Animalia quæ cœlo,terra, mariq; capiuntur capientium fiunt.*

2 *Venatio clericis & laicis prohibita est, & quomodo id intelligatur num.*5.

3 *In alieno fundo nec venari, nec aucupari licet, vt exponitur num.*6.

4 *Fera an eo ipso quod à me vulnerata sit, quamuis non capta mea fiat?explicatur nu.*7.

5 *Venatio & piscatio iure naturali omnibus permissa iustis ex causis potest prohiberi.*

1 OMnia animalia quæ cœlo,terra, mariq; capiũtur,idest feræ bestiæ, volucres,pisces capientiũ fiunt; idem probat l.1.§.fi.cũ legibus seq.D.de acq.rerũ dom. l.1.in prin.D.de acquir poss. cap. ius naturale.ibi.*acquisitio eorũ.*1.dist.l.17.cũ seq.tit. 28. p.3.explicant præter ordinarios Cõna.lib. 3. cap.3.n.2.Forca.in auiario.cap.4.Cõtius.lib. 1.diputat.cap. 12. Alciat. in l. traditionibus. C.de pact.Cuia.lib.4.ob.cap.2.Meneses in.l. per agrũ.ex n.6.C. de seruit. Coua. in regula peccatũ.2.p.§.8 F. Marcus decisione. 530. † Sed obstat tx.in.c.qui venatoribus cũ sequẽt. 86.d.c.1.&.2 de clerico venatore quibus consonat.l.57.tit.5.l.47.ti.6.p.1.& quod traditũ est in.l.4.tit.fin.lib.8 ordina,in.l.1.& sequẽt. tit.8.lib.7.recopilat.in quibus nõ tantũ clericis,sed & laicis venatio prohibita est. † Secũdo obstat tex.in.l.3.§.itẽ feras.D.de acq.poss. vbi in feris bestijs dominiũ & poss. considerat̃,ergo in alieno fundo nõ licebit venari,aut aucupari,arg.l.id quod nostrũ. 12. D. de reg. iur.l.13.tit.34.p.7.† Tertio obstat tex. in.§. illud.ibi.*vt capi possit.*infra eo. coniuncta.l.in laqueũ.55.D.de acq.rerũ.dom.vbi si fera bestia ita à me vulnerata est vt capi possit,vel inciderit in laqueũ,quẽ ego venandi causa posuero mea esse intelligitur absque eo quod capiatur. † Quibus non obstantibus Iust.defende: Neq;obstat.1.arg.quoniã &si verisimũ sitve nationẽ & piscationẽ iure etiã naturali omnibus esse permissam ex nostro tex.& similibus vt latè tradunt supracitati,& Medi. in lib. de rest.q.20.Sot.li.4.de iust.&iure q.6.ar.4.sum meq; laudabilẽ ex latè traditis à Tiraq. de nobilitate.ca.37.n. 140. cũ sequent. Iustis tamẽ ex causis rectè potest per Principes superiores Ecclesiasticis & secularibus prohiberi,illis ob morũ & status sui honestatẽ & excellẽtiã, vt fit & prohibetur in.d.tit,de clericovenatore,& in Trid.sess.24.de reform.ca.12.his verò ob publicam vtilitatẽ, propter quã certis in mẽsibus iustè potuit interdici, vt obseruãt supra relati,& Menochius de arbitrarijs casu. 413 Nau.in Man.c.17.n.120.Salzedo ad Bernardũ Diaz in praxi.cap.67. pertotũ. Mexia in pragmatica taxæ panis 6.con.nu.8.& Auẽdan.de exequen.mãdatis.2 p.§.3.n.11. &.12.

6 † Non obstat secundum ex.d. §. item feras, quia loquitur quando feræ privatim alicuius propriæ sunt,vt quæ inclusæ in viuarijs,leporarijs,piscinis aut stagnis habentur, quo casu cum domini fundi sint,nemo potest ibi venari, aut piscari absq; eius licentia,quod si contrafecerit ad restitutionem tenebitur, vt docet Cou.d.§.8.nu.14. Vnde intelliges tex. in. l.venationem.26. D. de vsuris ibi. (*Nisi fructus fundi ex venatione constaret.*) vbi Papinianus agens de fructibus à malæ fidei possessore perceptis, negat venationem restituendam, nisi fructus fundi ex venatione constet, quæ sanè exceptio necessario intelligenda est de nemoribus quos vulgo dicimus(*bosques cerrados*) quorum venatio non communis est sed domini nemoris,& obid malæ fidei possessor restituere tenetur.Quòd si fructus fundi non in venatione consistant, quanuis à domino quis possit prohiberi ne ingrediatur, ex nostro tex.&.l.Diuus.16.D.de seruit.rust.l. iniuriarum.13.§.fin. non tamen tenebitur iure communi ciuili ad restitutionem excommuni quã resoluit Coua. supra num. 5. &si iure nostro Hispano contraria sententia sit probata. in. l. 17 tit.28.p.3. ibi. *non deue ser del caçador, sino del señor de la heredad.* † Non obstat tertium ex.d.§.

ex dicto. §. illud. quoniam aduerto fuisse olim inter antiquos iuris prudentes contentionem maximam, an eo ipso quod aliqua fera à me esset vulnerata, vt capi posset, mea esse intelligeretur: quibusdam placuit meam esse donec eam persequerer, quod si desissem persequi, desinebat esse mea fiebatq; occupantis, hæc fuit Trebatij sent. in l. naturalē. 5. §. illud D de rer. dom. & Proculi in. d.l. in laqueum. Alij vero putauerunt non aliter meā esse quā si eam cepissem, placuit Caio in d.l. naturalē. §. illud. & sequitur à Iust. in d. §. illud inf. & l. 21. tit. 28. p. 3. quæ tamen lex Regia in fine addit. (*Como quier que en algunos lugares vsen el cōtrario*) scilicet vt sit ipsius feram persequentis, aut illaqueantis venationis instrumento, quæ consuetudo vbiq; ferè seruatur, & comprobatur, l. 16. tit. 4. lib. 3. fori.

§. Apum. 13. & 14. §. & Pauonum.

1 *Apes, Pauones, columbæ, cerui, quorum fera natura est capientium fiunt.*
2 *L. Pomponius. 8. §. Idem Pomponius. D. fam. erciscundæ, & nu. 4.*
3 *L. si pauonem. 37. D. de furtis. & nu. 4.*
4 *Apes, & columbæ mansuefactæ in dominio nostro sunt, ideoque in eis furtum committitur: cum distinctione, de qua hic.*
5 *Columbarium an possit quis in suo fundo habere, & quid iure Regio.*

1 APum, pauonum, columbarum, & ceruorum fera natura est, indeque capientium fiunt ex his. §§. & d.l. naturalem 5. § apum, & §. pauonum, l. si apes 26. D. de furtis l. 22. & 23. tit. 28. p. 3. l. 17. tit. 4. lib. 3. fori, explicant plerique ex adductis supra. §. feræ & Marcus Varro lib. 3. de re rustica cap. 6. Collumela lib. 8. cap. 11.

2 † Sed obstat tex. in l. Pomponius. 8. §. idē Pomponius. D. fam. ercis. vbi apes & columbas in patrimonio nostro esse, indeque venire in familiæ erciscundæ iudicio scripsit. I. C. ergo non est earum fera natura.

3 Secundo obstat. l. si pauonem. 37. D. de furtis. quæ pauonem etiam in dominio nostro esse probat, cum posse in eo furtum committi statuat.

4 Quibus difficultatibus respondē, d. §. idem Pomponius loqui in apibus mansuetis & alueo inclusis, quas etiam in dominio nostro esse fatetur Iustinianus in versiculo. (*antequam*] & tex. in d.l. si pauonem. In pauone mansuefacto qui similiter in nostro est dominio; de quibus eam regulam constituit Imperator, vt ea animalia quarum fera natura est, ex consuetudine tamen abire & redire solent, eo vsque in dominio nostro esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant, quod si reuertendi animum habere desinant, nostra esse desinunt, rursusque fiunt occupantis: plane reuertendi animum desinunt habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint, ex hoc §. cum similibus supra adductis quæ reuertendi dissuetudo si ab alicuius insidijs proficiscatur, vt si vicinus columbis insecationes quasdam parasset, tātū abest vt is per occupationem earum dominus constituatur, vt etiam furti columbarum sic captarum nomine teneantur, vt in d.l. si pauonem. & d. §. idem Pomponius; † quod tamē hodie est intelligendum iuxta dispositionem l. 7. tit. 8. lib. 7. recopilat. quæ cum intra certū tantum spatium à columbario venationem columbarum prohibet, extra illum locum sine vlla pœna illam permittit, arg. l. Imperator. 8. D. depositi. l. 10. tit 31. p. 7. columbariū verò iustè potest quis habere, vt ex hoc nostro tex. omnes notarunt, & ex c. non omnis. 2. q. 7. quod tamen sic est intelligendum si columbis necessariū victum exhibeat dominus, alias enim cum iniuria fiat vicinis non poterit licitè haberi, ex notatis à Naua. in M. cap. 17. nu. 126. Cou. d. §. 8. nu. 14. Sot. de iust. & iure lib. 4. quæst. 6. art. 4.

§. Callinarum. 15.

1 *Animalia natura mansueta in dominio nostro sunt, & inde in eis furtum committitur.*
2 *An in minima re furtum committatur, & numeris sequentibus.*
3 *Pro furto rei minimæ neque de dolo, neque furti, famosa actio datur.*
4 *De minimis Prætorem non curare, quomodo intelligatur.*

1 ANimalia natura māsueta vt sunt gallinæ & anseres domesticæ quocūq; loco peruenerint in dominio nostro sūt, & siquis lucrādi animo detineat furtū cōmittit, idē probat. d.l. naturalē 7. §. gallinarum D. de acq. rerū dom. l. vulgaris. 21. l. si pauonē 37. D. de furt. ca. vulgaris de pœnitētia. d. 1. l. 24. tit. 28. par. 3. l. 17. ti. 4. li. 3. fori, explicāt infra citādi. † Sed cōtra textū in fi. ibi, *furtū cōmittere intelligitur*: Obstat sequēs argumentū fertū sine dolo non consistit. l. 1. D. de furtis. §. 1. inf. de oblig. quæ ex delicto, sed pro minima re actio de dolo nō datur. l. si oleū. 10. §. fin. cū sequētib. D. de dolo. ergo nec actio furti, cum ob minimam rem iniquū sit ea actione furripientē infamari. Secundo, obstat regula. l. scio 4. D. de in integ. restit. vbi, de minimis Prætorem non curare traditum est.

3 Quibus difficultatibus Respon. quod & si controuersum sit, an in re minima furtum cōmittatur; quam quæstionem latè disputant

ordinarij in dictis locis, & Bart. in l. si proprietarius. 22. vbi bonus tex. in fine principij. D. de dam. infect. Idem in l. sciendum, num. 8. D. qui satisd. cog. Ab. in ca. dilecti. de iudicijs. nu. 2. Tiraq tractatu de iudicio, in rebus exiguis ferendo, Meneses in l. quamuis in lucro. num. 4. C. de iur. & fact. ignor. Portius lib. 3. cõclus. con. 30. Coua. libr. 1. variarum cap. 3. ferè per totum. Pinelus in l. 2. 1. par. cap. 1. num. 25. C. de rescin. vend. Omnium tamen opinionibus omissis quo ad huius §. interpretationẽ attinet, tu sic resolue: actionem de dolo, quæ famosa est item neque furti criminalem pro re minima dari non posse, vt in d. l. si oleum cum similibus, dari tamen actionem furti ciuilem, vt damnum illatum reſarciatur ex nostro. §. & cõ
4 cordantibus. † Nec obstat d. l. scio. quæ vulgarem allegationem non probat, sed illud solum, pro minima re quando maiori fit præiudicium restitutionem non esse concedendam, aliàs enim etiam pro minima minor restituitur, vti optimè ex illo §. obseruat Pinelus vbi supra num. 26.

§. *Item ea quæ ex hostibus.* 16.

1 *Quæ ex hostibus capiuntur iure gentium nostra fiunt.*
2 *Principis verò cum eius expensis bellũ gestum est.*
3 *Emerita nobilissima in Lusitania Hispaniæ ciuitas vnde sic appellata.*

1 EA quæ ex hostibus capiuntur iure gentium nostra fiunt: idem probat l. naturalem 5. §. fi. l. adeo. 7. in prin. l. transfugã. 51. D. de acq. rerũ dom. l. 1. in princ. D. de acq. pos. latè in tit. 26. part. 2. explicant Cona. lib. 3. cap. 3. num. 4. Vaconius, lib. 1. declarat. cap. 21. & lib. 2. cap. 35. Cou. in regula peccatum. 2. part. §. 9. Minch. lib. 1. de suc. creat. §. 1. num. 43. Syluester. in summa verb. *bellum iustum.* latè omnes in l. ex hoc iure. D. de iust. & iure.

Sed obstat in bello capta fisco quæri non capientibus. l. pen. D. ad leg. Iul. peculatus l. Diuus 31. D de iure fisci. l. si captiuus 20. versic. *publicatur.* D. de captiu. l. pen. §. simili. C. de donat.

2 Secundo obstat, liberos homines in seruitutem reduci non posse. §. & libertas. sup. de iure personarum coniuncto. §. sed naturalia sup. de iure naturali.

Varijs tamen omissis opinionibus dicendũ est, iure gentium bello capta nostra effici ex nostro textu & similibus, Principis verò cum eius expensis bellum gestum est, ex. d. l. penul. cum alijs; quamuis & eo casu strenuis fortissimisque militibus fortem operam in bello nauantibus militaria dona à ducibus & Imperatoribus dari, donarique soleant, & mobilia, & immobilia, vt elegan. scribit Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 18. & probat tex. in d. §. simili etiam
3 modo. & latè in d. tit. 26. p. 2. † Quomodo eam Hispaniæ prouinciam in Lusitania quam olim Vectoniam appellabant, hodie Emeritã dicunt emeritis militibus, à quibus ipsa Emerita fuit nuncupata, Augustum Cæsarem donasse omnibus Hispanis ferè profligatis, autor est diligens & doctus Ambros. de Moral. lib. 8. c. 54. Non obstat secundum: fatemur enim omnes homines natura ipsa liberos nasci, tex. in princ. supra de libertinis, l. manu miss. 4. D. de iust. & iur. l. 1. tit. 21. p. 4. ius autem gentium ad iniquos homines continendos naturali ratione seruitutem inuenit. §. seruitus supra de iure person. qua mediante dominio nostro liberi homines subijciũtur, ex nostro tex. æquius enim id fuit vt seruarentur, vnde etiam serui sunt appellati. §. serui sup. de iure perso. quã vt occiderẽtur, vt latius diximus in d. §. seruitus.

§. *Item lapilli.* 17.

1 *Lapilli & gemmæ quæ in litore maris inueniuntur inuentoris capientis fiunt. vt nu. 2.*
2 *Lex puniens cum armis inuentum, habet locum si inueniatur & apprehendatur.*
3 *Explicatur. l. 5. tit. 6. lib. 6. & l. 3. tit. 8. lib. 7. in noua recopilatione.*

1 LApillis gemmæ, margaritæ, & cætera, quæ in littore maris inueniuntur iure naturali inuentoris fiunt: idem probat l. item lapilli. 3. D. h. t. consonat l. 5. tit. 28. p. 3. explicat Cona. d. cap. 3. nu. 4.

Sed obstat inuẽtionẽ nõ sufficere, sed necessariã etiã esse occupationẽ, vt expressè probat l. 1. in prin. ibi. *qui primus eorũ possessionẽ nactus est.* D. de acq. pos. ea enim quæ iure naturali cõmunia sunt, nõ inuẽtione, sed occupatione adquirũtur, vt cõstat, ex. §. §. superioribus.

2 Cui difficultati respondendũ est, cũ Accur. glo. fin. hic non tantũ inuentionẽ sed etiã apprehensionẽ esse necessariã, vt in d. l. 1. & in d. l. 5. ibi. *e la tomare primeramente.* Neque contrarium probat noster tex. quia inuenire nihil aliud est quã in rem venire vt ex multis probat elegãter. Cona. d. nu. 4. probatq; expressus tex. in l. si Barsatoram. 13. C. de fide iuss. ex quo tex. notant omnes post Bart. ibi & in. d. l. 1. quod si statuto aliquo caueatur pæna in eos qui noctu cum armis fuerint inuenti, non tenebitur qui visus fuerit cum eis, si non depre
3 hendatur, † quod est notabile ad tex. in l. 5. ti. 6. li. 6. recopil. quæ id disponit. & ad l. 3. tit. 8. lib. 7. recopilat. quæ pænam iniungit venatoribus qui cũ laqueis fuerint inuenti, de qua re vide Gutierr. lib. 1. cano. q. cap. 12. num. 10.

Anto.

Ant. Gomez in l. 45. Tau. num. 47. & seq. Palacios Rub. in c. per vestras 3. notab. §. 21. nu. 12. vbi plures citat Ioan. de Barahona. lit. H. Ant. Gabrielem. 2. tom. communium lib. 17. pag. 333. col. 1. ad fi. & si alia sit de Thesauro disputatio de qua infra §. Thesauros.

§. Item ea quæ ex animalibus. 18.

1 *Quæ ex animalibus nostris nascũtur nostra fiũt, remissiuè.*

1 PRæterea ea, quæ nascũtur ex animalibus nostris quæ nos possidemus nostra sunt: idem probat. l. 2. l. item. 6. l. fi. D. de acq. rerum dom. l. idem. 5. §. idem scribit si equam D. de rei vendicat. l. partum. 7. C. eodem l. 25. tit. 28. p. 3. & tex. in §. serui autem: supra de iure natural. de quo latiùs dicemus in §. in pecudum. infra eod.

§. Præterea. 19.

1 *Alluuio dominium iure gentium tribuit.*
2 *Arbor mea quæ in vicini fundo radices egit, an vicino acquiratur, & nu. 4.*
3 *Limitati agri alluuione non augentur.*
4 *Concilientur l. Sed si ex meis. 26. §. Arbor. D. de acq. rerum dom. & l. hoc amplius 9. §. Alphenus. D. de dam. infecto. Cum l. Põponius 5. § de arbore. D. de rei vendicatione.*

1 QVod per alluuionem ex agro alieno fundo meo accesserit iure gentiũ mihi acquiritur; idẽ probat l. adeo 7. §. 1. D. de acq. rerum dom. l. 1. infi. cum seq. C. de alluuion. l. 26. tit. 28. p. 3. explicat Cona. lib. 3. ca. 5. Cuia. lib. 2. obseruat. c. 6. Sed primo obstat tex. in l. in agris 16. D. de acq. rerũm dom. vbi in agris limitatis ius alluuionis locum non habere constat.

2 Secundo contra tex. ibi. *videtur vicini fundo adquisitæ*: quibus probat Iustinian. quod si arbores meæ, quas flumen secum transtulit, in vicini fundo radices egerint, vicini efficiũtur, quod & probat l. sed si ex meis. 26. §. arbor. D. de acq. rer. dom. l. hoc amplius. 9. §. Alphenus versicul. *ita demum*. D. de dam. infect. obstat difficilis tex. in l. Idem Pomponius. 5. §. de arbore. D. de rei vend. vbi in eadem specie nostri tex. rei vendicatio datur ei de cuius prædio arbor ablata est, ergo constat adhuc eum dominum esse reg. l. in rem 24. D. de rei vend. §. omnium inf. de actionib. & per consequens eum in cuius fundo arbor est dominum non esse regula l. si vt certo. §. si duobus. D. commod.

3 Quibus difficultatibus respon. primæ non obstare, d. l. in agris, quæ in agris limitatis loquitur quorum ea est natura vt certis finibus, & limitibus circunscripti, nec augeri nec diminui possint, d. l. in agris, & l. 1. §. si insula. D. de flum. vtrobique notat Accurs. & eleganter Cuia. hic & d. lib. 2. obs. cap. 9. qui ex bonis auctoribus rationem d. l. in agris illustrat.

4 Non obstat secundum argumentum quoniam aduerto, ea quæ vi fluminis & eius impetu ex fundo meo fundo tuo accesserunt mea permanere ex hoc versi. *quod si vis* cum similibus, vnde ea vendicare possum, dummodo tibi & damni infecti, & de præterito quoque damno, si quod accepisti caueam, d. l. hoc amplius. §. de his. §. Alphenus, & §. Neratius. planè si longiori tempore fundo tuo adhæserint, arboresque quas secum traxerint in tuum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur fundo tuo adquisitæ, ex nostro textu in fi. d. §. arbor. & d. versi. *ita demum*. Nec obstat tex. in. d. §. de arbore. quoniam ibi. I. C. non concedit directam rei vendicationem quæ dominium supponit d. l. in rem, sed potius vtilem, quæ cõcedi solet deficientibus directis & constitutis actionibus, si æquitas actionem dari postulet ad ciuilem rigorem temperandum, vnde cum arbor mea apud te sit sine facto meo, nec directa in rem mihi competat, cum ea res ad te pertineat iure dominij, æquitate suggerente vtilis actio mihi datur ad damnum illatum quod ex præsse probat. d. l. 26. part. ibi. *pero seria tenudo de dar al otro el menoscabo*. Adde etiam si placet in hac specie, longe magis commodam esse vtilem actionem in id quod interest, quàm directam, quum ex hac directa ipsa arbor esset vendicanda quæ forsan exarescceret, sicque inutilis mihi redderetur.

§. Insula. 20. & §. quod si naturali. 21.

1 *Insula in flumine publico nata, quomodo dominis, qui propè ripas prædia possident, acquiratur, & num. 2.*
2 *Insula in flumine publico nata quoad vsum communis est, & num. 5.*
3 *Insula in flumine nata quomodo occupantis dicatur. & nu. 6.*
4 *Alueus à flumine derelictus cuius fiat. & nu. 7*
7 *Inundatione dominium amissum recessu fluminis restituitur.*

1 INsula quæ in flumine publico nata est, & mediam partem fluminis tenet, communis est eorum, qui ab vtraque parte fluminis propè ripam prædia possident pro modo latitudinis & frontis cuiusque prædij: quod & in antiquo fluminis alueo admittendum est: comprobat d. l. adeo. 7. §. insula. cum seq. l. insula. cum seq. l. inter eos. 29. l. ergo. 30. D. de acq rer. dom. consonat l. 28. cum quatuor seq. tit. 28 p. 3. l. 14. tit. 4. lib. 3. fori.

2 Sed primo grauiter obstat tex. in l. pen. §. fin. ibi. *Insula quoque quæ in flumine publico nata est, publica esse debet.* D. de acq. rer. dom.

3 Secundo obstat tex. in l. 1. §. si insula. D. de flum. vbi insula in flumine nata occupatis est, sicut & ea quæ in mari nascitur.

4 Tertio cõtra tex. in §. quod si naturali. ibi. *quod si post aliquod tempus.* vbi Iustinianus docet, quod si nouum alueum flumen dereliquerit, & ad antiquum reuersum sit nouus alueus eorum est qui propè ripam eius prædia possident. Obstat tex. in d. l. ergo. 30. §. alluuio. quę probat nouum alueum eius esse, cuius & antea fuerat, in quam etiam sententiam videtur inclinare Caius in. d. l. adeo. §. quod si post aliquod ibi. *Sed vix est vt id obtineat.*

5 Sed his non obstantibus Iustinian. defende, Nec obstat primum arg. de l. penul. §. fi. quoniam omissa violenta Hotomani interpretatione lib. 1. obs. cap. vlt. quam notarunt Robertus lib. 1. receptæ lect. cap. 11. Cuia. lib. 14. obs. cap. 11. in fi. dicendum est insulam in flumine natam proprietate esse illorum qui prope ripam prædia possident, vt in nostro textu & similibus; vsu tamen esse communem vt in d. l. pen. cuius hæc est verissima interpretatio; quæ euidenter probatur ex d. l. pen. §. 1. ibi. *imo in eo genere insula est quo ripæ fluminum.* vbi I. C. Paulus notans Labeonem, insulã eiusdem generis esse scripsit. cuius sunt ripæ, quæ licet vsu sint publicæ, proprietate autem sunt priuatæ, vt diximus in. §. riparum sup. h. t. qui tex. eam sententiam probat.

6 Non obstat secundum ex. d. l. 1. §. si insula. quia potius nostram sententiam probat, cum ibi eo casu insula in flumine nata occupantis fiat, quando agri qui prope eam sunt, sunt limitati, quibus nihil potest accedere, vt diximus in. §. præterea, ad primum argum. secus verò esset in ijs prædijs iuxta nostrum textum.

7 Minus obstat tertium quoniam est discrimen constituendum inter aluei mutationem, & fluminis inundationem: nam aluei mutatione dominium amissum non restituitur, sed acquiritur eis qui propè ripam prædia possident ex nostro. §. *quod si naturali*, cum similibus: dominium autem amissum per inundationem, si flumen recedat & ad priorem alueum reuertatur antiquo domino restituitur, vt in hoc. §. versi. *alia sanè causa*, de qua inundatione esse intelligendum tex. in d. §. alluuio, ostendunt eius verba ibi *inundatione fluminis occupatus esset.*

§. *Cum ex aliena materia.* 22. & §. *quod si partim.* 23.

1 *Qui noua forma seu specie alienã materiam ita immutat, vt ad primam redire non possit eius dominium acquirit.*

Adducuntur plures leges quibus contrarium probari videtur.

2 *Bona fides requiritur vt alienæ materiæ dominium per immutationem quis acquirat.*

3 *Siquis ex alienis tabulis nauim fecerit, an eius dominium acquirat?*

Referuntur contrariæ I. C. Proculeianorum & Sabinianorum sententiæ, & conciliantur.

4 *Qui ex aliena materia speciem facit domino soluere æstimationem tenetur.*

1 Siquis ex aliena materia speciem fecerit quę postea ad rudem materiam primã non possit reuerti dominus speciei manet; si verò species ad primam materiam possit reduci qui antea materiæ dominiũ habebat, dominus adhuc manet. hanc con. optimis exẽplis illustrat Iustinian. hic ex l. adeo. 7. §. cum quis. D. de acq. rer. dom. ex l. idem Pomponius. 5. §. 1. D. de rei vind. consonat. l. 33. t. 28. p. 3. explicat Cona. lib. 3. cap. 6. ex num. 1.

Sed primo obstat tex. in l. de eo. 12. §. siquis ex vuis. D. ad exhib. vbi in hac specie quod ex re nostra fit, nostrum esse, siue ad primam materiam reduci possit siue non possit, verius probat Consultus.

Secundo grauius obstat tex. in l. Minutius. 62. D. de rei vind. vbi siquis ex aliena materia nauem fecerit, suam non esse ex Minutij sentẽtia Iulianus notat.

Tertio contra nostrum tex. ibi. *aut frumentum*, obstat tex. in d. l. adeo. §. cum quis versi. *videntur.* vbi si frumentum ex alienis spicis fecero meum non fit, sed illius, cuius erant spicæ permanet.

2 Sed his non obstantibus Iustin. defendes. Nec primum arg. aliquid obstat, quia tex. noster cum similibus intelligendus est, vbi quis bona fide ex aliena materia, quam suam esse credebat speciem fecerit, quæ est communis omnium interpretatio, quam probat d. l. 33. ibi. *a buena fe cuydando que es suyo*: tex. verò in. d. §. siquis ex vuis, vbi is qui speciem fecit sciebat materiam alienam esse, quo casu deficiente bona fide dominium acquirere non potuit, quem intellectum euidenter insinuat tex. d. §. si quis ibi: *cum sciret hæc aliena esse.*

3 Præterea non obstat textus in. d. l. Minutius, quoniam pro eius interpretatione & nostri textus illustratione obseruo, varias inter veteres prudentes hac in quæstione fuisse opiniones, maximamque Sabinianorum & Proculeianorum ambiguitatem, qui diuersas sectas constituebant, illi Massurium Sabinum Labeonis discipulum, hi Proculum Attei Capitonis sectatorem sequebantur, vt colliges ex l. 2. columna fi. versiculo. *Post hunc*, de orig. iuris, & ex his, quæ nos notauimus in disputatione de mora numero 170. Sabiniani ergo affirmabãt dominum esse eum qui materiæ dominus fuit,

materiæ

materiæ formam cedere putantes, quia sine materia nulla forma concipi potest. Proculeiani quia forma dignior est, & essentiã rei mutare videtur, & ideo res transfigurata dicitur quodammodo extincta, l. Iulianus 9.§. si quis rem. D. ad exhib. l. mulieris, 13. D. de verb. sig. contrà putabant. In qua controuersia media sententia semper tutior visa fuit, vt si res ad pristinam formam reduci non possit, obtineat Proculeianorum sententia, eo enim in casu vrget ratio pro eis allegata; si verò reduci possit contraria Sabinianorum: nam eo in casu res non dicitur extincta, & ita Iust. hîc cum similibus supra adductis. Quo præmisso non obstat tex. in d. l. Minutius, cui ex diametro repugnat. l. sed si ex meis. 26. In prin. D. de acq. rerum dom. Quoniam dicendum est, qui fecit nauem ex alienis tabulis nauis dominum esse, vt hîc &. d. l. sed si ex meis. Nec contrarium probat. d. l. Minutius, quin potiùs Iulianus ibi idem scribit, retulit enim Minutij sententiam qui contra putabat in illis verbis (*Sed si in ædificanda ea idem fecisset, non posse.*) Quem tamen reprehendit in fine ibi. (*Iulianus notat*) idest reprehendit, *quia proprietas totius nauis carinæ causam sequitur*, hoc est, nauis tota cẽsetur eius esse, cuius est carina, carina verò illius est qui eam fecit & fabricauit, carina autem speciem non materiam significat, scilicet infimam trabem cui inædificatur nauis quæq; illi est pro fundamento. l. quod in rerum. 24. §. fi. ibi (*carina eadem manente.* D. de leg. 1. Ouidi. lib. 4. de Ponto. elegia. 3.

Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Igitur ibi quis ex alienis tabulis in sua carina nauem fecit, ideoque eius fit nauis vt Iulianus existimat, quia proprietas nauis carinæ causam sequitur.

4 Non obstat tertium arg. ex. d. versi. *videtur*, quoniam alijs omissis interpretationibus, fatendum est declarationem Caij in. d. versi. *videtur*, omissam fuisse à Triboniano in hoc. §. illa vero vt iustior sequenda est, & omni casu is qui ex aliena materia speciem facit, domino id quod interest restituere tenetur, ne aliàs cum aliena iactura locupletetur contra. l. nam hoc natura. D. de cond. indeb. & probat d. l. 33. vers. *Pero tenudos son.*

§. *Si tamen.* 24.

1 *Purpura accedit vestimento, eiusque domino acquiritur, nisi commodè separari possit. nu.* 2.

2 *Argentum alienum quod ornandi mei gratia ei accedit mihi acquiritur non aliàt.*

1 SI alienam purpuram vestimento meo intexuero, licet pretiosior sit purpura, accessionis tamen vice cedit vestimento: idem in. d. l. sed si ex meis. 26. §. Proculus. D. eodem l. in rem. 24. §. si quis rei. D. de rei vind. explicat Ant. August. lib. 3. emend. ca. 7. Sed obstat tex. in l. quidquid 27. D. de acq. rer. dom. vbi si alienũ argentum proprio argento addidero totum meum argentum non est.

2 Cui difficultati vt satisfacias aduerte, sic demum alienam rem pretiosiorem meæ cedere, si meæ ornandæ causa adhibeatur l. & ii non sunt. 21. §. perueniamus. D. de auro & arg. legat. vnde cum in d. l. quicquid, non posset ornandi gratia alienum argentum meo argento infecto & rudi addi, meum non esse fatendum est. Est autem intelligenda nostri tex. decisio, cum commode aliena purpura separari nõ posset, nam si posset, esset vindicanda ex, d. l. in rem. §. item quæcũque. D. de rei vind. & indè etiam quod Cons. ait in. l. tigni. 7. §. sed si rotã. in fi. D. ad exhibend. purpuram alienam vestimento intextam petenti exhibendã esse, ideò est, quia exhibitio hæc fieri debet ad hoc vt vindicetur purpura si separari possit.

§. *Si duorum.* 25. & §. *quod si frumentum.* 26.

1 *Materiæ voluntate dominorum, aut casu confusæ communes fiunt; & nu.* 4.

2 *Interpretatur, nisi deduci, aut separari possint. & explicantur l. Pomponius. 5. §. sed si plumbum. D. de rei vindicatione, & l. lacus. §. Si ex ære meo. D. de acq. rerum dom.*

3 *Aurum à quocunque metallo hodie separatur.*

1 SI eædẽ vel diuersæ materiæ dominorum voluntate, aut fortuito casu cõfusæ sint, totum id corpus quod confusione fit vtriusque commune est; idem in. d. l. adeo. 7. §. volũtas. D. de acq. rer. dom. l. idẽ Põponius. 5. in prin. & in. §. sed si plumbum. vers. *Sed si dedu ci.* D. de rei vend. consonat. l. 34. tit. 28. p. 3.

Sed obstat. l. lacus. 12. §. si ex ære meo. D. de acq. rerum dominio vbi si ex ære meo, & argento tuo conflato aliqua species facta sit non est communis. Secundo obstat. d. l. idem Pomponius. §. sed si plũbum in prin. vbi si plũbũ meũ cũ argẽto tuo mixtũ sit corpus quod inde fit non cõmunicatur. Tertio obstat. d. §. quod si frumentum. versi. *quod si casu.* vbi si ea fu species tua & mea coniunguntur, dominiũ non mutatur, sed vnusquisque suæ speciei dominus permanet. Quarto idem. §. quod si frumentum obstat, l. si alieni nummi. 78. D. de solut. vbi si alieni nũmi meis immixti sunt ita vt separari non possint mei fiunt, quamuis eadẽ
2 corpora nũmorum maneant. † Sed his non obstantibus Iust. defende, nec obstat primum arg. quoniam nostri tex. sententia admittenda est, eo in casu in quo materia vnita & confusa deduci & separari nõ potest; nam si posset se-

parari & secerni. vnusquisque suâ materiâ vindicabit, vt in.d.§.fi ex æte. ibi. *ab aurificibus separari & in pristinam materiam reduci solet.* Et in de intelliges tex. in.d.§. sed si plumbum. vers. *Sed si deduci* loquitur enim in auro cũ ære mixto, quod commune fiebat, quia deduci, aut separari non poterat. † Vnde cum hodie per
3 aquam chrysulcam & ignem & alijs modis aurum à quocunque metallo separetur, vt ostendit Ioannes Arse in libello qui inscribitur, *qui latador de la plata y oro*, lib. 2. cap. 3. & 4. & ex Plinio lib. 33. cap. 6. aduertit Alciat. lib. 6. parerg. cap. 11. Forcat. dialogo. 38. nu. 3. decisio illius tex. procedere non poterit, quin potius aurum mixtum cum ære non fiet commune, sed deducetur, & vnaquæque res suo domino restituetur. Ex qua obseruatione intelliges etiã d.§. sed si plumbum. in prin. ibi. *quia deduci potest.*
4 † Non obstat. d.§. quòd si frumentum, quoniam quæ de confusione fortuito casu diximus locum non habent in ijs, quæ suam causam retinent & partibus constant distantibus, veluti frumenti aceruus, grex, & similia, nam quamuis mixta sint vnusquisque suam partem retinet, vt d.§. in vers. quod si casu, in d.l. idem Pomponius. & in l. rerum mixtura. 30. §. fi. D. de vsucap. nec obstat dominorum voluntate confundi, nam tunc singula corpora, ideſt, singula grana consensu communicantur, non cõfunduntur.

Nec tunc obstat. d.l. si nummi, quoniam ibi & ex singularitate pecuniæ, ex titulo pro soluto, & ex bona fide dominium in accipientem, item & ex immixtione translatum fuit, quorum si alterum deesset nuda immixtio nõ sufficeret, sicut nec nuda traditio, l. nũquam nuda. D. de acq. rer um dom.

§. Cum in suo solo. 27. & §. ex diuerso. 28. & §. certè illud. 29.

1 *Ædificium cedit solo. Adducũturque plura quæ contrarium suadere videntur.*
2 *Ædificiorum maxima cura antiquis fuit.*
4 *Si alienam materiam quis sciens ædibus suis iniunxerit, datur domino vindicatio vt sine vlla taxatione in litem iuret.*
5 *Solum quod nullius in bonis est cedit ædificio, quandiu manet.*
6 *Dominus ædificij habet dominium vniuersale, materiæ autem in dominio antiqui domini manent si alienæ erant.*
7 *Interpretãtur l. domum. 5. C. de rei vind. l. Vtiles. 39. D. de pet. hered.*
8 *Explicatur l. 2. C. de rei vind.*
9 *Exponitur l. Iulian. 7. D. de rei vindicatione.*

1 SIquis siue ex aliena materia in suo solo siue ex sua in alieno ædificauerit, ædificiũ semper cedet solo: idem in. d.l. adeo. 7. §. cum in suo. l. si supra tuum. 28. D. de acq. rer. dom. l. in rem. 24. §. tignum. l. Iulianus. 38. D. de rei vind. l. qui domum. 51. D. ad leg. Aquil. l. fin in area. 33. D. de cond. ind. l. nunquam. 26. D. de vsucap. & in l. 2. D. de superfi. l. 38. tit. 28. p. 3. explicant Molineus in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. glos. 5. num. 68. & 75. Guia. lib. 20. obs. cap. 4 Cona. lib. 3. cap. 6. num. 7. Sarm. lib. 1. select. cap. 10. Ioan. Garcia de expensis cap. 5. & 6. Sed primo contra prædictam regulam obstat l. Titius. 60. D. de acq. rer. dom. vbi ædificium factum in alieno fundo non cedit fundo, sed ædificantis manet. Secundo contra tex. ibi. *nec vindicare eam potest.* obstat. l. qui res. 98. §. fi. in fi. D. de solut. ibi. (*vindicari posse scisset.*) Tertio contra tex. ibi. (*nec ad exhibendum de ea re agere*) obstat. l. 1. vers. *sed & ad exhibendum tanda est actio.* D. de tig. iniun. Quarto obstat. l. in tantum. 6. D. h. t. vbi ædificium nõ cedit solo, sed è conuerso, solum cedit ædificio. Quinto contra tex. ibi. *nec tamen adeo*, quo probatur dominum materiæ solo alieno superimpositæ dominum adhuc manere, obstat duos eiusdem rei in solidum dominos esse non posse. l. fi vt certo. 5. §. si duobus. D. commod. l. quod cõtra. 141. §. vni duo. D. de reg. iur. at ædificiũ & sic materia cedit domino soli ex regula nostri tex. ergo non pertinet ad veterẽ dominũ materiæ. Sexto contra tex. in. §. ex diuerso. obstat. l. domum. 5. vers. fin. C. de rei vind. l. vtiles. 39. in fin. D. de pet. hered. vbi malæ fidei possessor auferre potest impensas vtiles & necessarias, & voluptarias, sine lesione ipsius rei, ergo multo magis impensas actu separatas, diruto iam ædificio.

Septimo contra eundem. §. in. d. vers. fi. gratius obstat. l. 2. vers. Si vero. C. de rei vind. quæ omnino contrarium probat.

Octauo contra tex. in §. certe. ibi. *Vtique si bonæ fidei possessor fuerit.* Obstat. l. Iulianus 37. vers. fin. D. de rei vind. vbi malæ fidei possessori in alieno ædificanti conceditur id quod impendit tollere, sine dispendio areæ, ergo.

2 † Quibus tamẽ omnibus nõ obstãtibus Iustinia. defendes, est enim iuris principiũ clarissimũ omne quod solo inædificatur solo cedere, ex nostro tex. *& similibus*, supra adductis, & ex l. fundi. 17. l. granaria. 18. D. de act empt. l. 1. §. siquis de naue. vers. plane. D. de vi & vi arm. d. l. 2. in prin. C. de rei vind. l. qua ratione. 9. D. de acq. rerũ, dom. l. qui scit. 25. §. in alieno. D. de vsuris. l. redẽptores. 39. D. de rei vin. l. 1. D. de tig. iniũ. l. si is contra quem. 5. C. de ædif. priuat. §. si Titius infra h. t. cũ seq. cuius regulæ & decisionis ratione insinuat Imperator hic vers. *quod ideo.* & I. C. in. d. l. 1. in prin. de tig. iniun. ne, scilicet, sub prętex dissoluẽdi tignũ ædib⁹ alienis iniunctũ ædificia diruãtur, aut vinearũ cultura turbetur, fuit enim semper veteri-

veteribus præcipuus ædificiorum cultus, & vrbium aſpectus, vt iam ex hoc tex. deduces, & ex his quæ latè diximus in l. priuilegia. nu. 23. D. de priuileg. cred. & l. 16. tit. 2. l. 34. tit. 28. l. 22. l. 25. l. 26. tit. 32. p. 3. l. 13. tit. 9. p. 6. l. 3 16. tit. 14. p. 7. † Nec cõtrariũ probat. d. l. Titius. 60. D. de acq. rer. dom. cuius facilis eſt explicatio, cũ illa lex loquatur in ædificio mobili ſolo nõ cohærenti, quod cũ ſolo non ſit infixum ei nõ cedit; iuxta quã interpretationem eſt etiam accipiendus tex. in d. l. fundi. & d. l. granaria & d. l. 1. §. ſiquis de naue verſ. *planè*. 4 quia eo in caſu ceſſat ſuperior ratio. Nec obſtat ſecundum argum. ex d. l. qui res. §. fin. Nec tertiũ ex d. l. 1. §. fi. D. de tig. iniun. quia illæ leges loquuntur vbi quis ſciens tignum alienum eſſe ædibus ſuis iunxit, vt patet in d. §. fi. ibi. (*Nec enim parci oportet ei qui ſciens alienam rem ædificio incluſit, iniunxit ve.*) Quo in caſu domino rei vindicatio cõpetit, in rem. 24. §. tignũ D. de rei vind. quæ eſt cõmunis omniũ interpretatio vbique. Nec tũc obſtat ratio publicę vtilitatis ſupra perpenſa, quæ in ædificiorũ cõſeruatione attenditur, quoniã ea rei vindicatio nõ datur cõtra dominũ ædificij quaſi poſſidentẽ, ſed quaſi dolo deſierit poſſidere, vt ſine vlla taxatione dominus materiæ in litẽ iurare poſſit, l. qui reſtituere. 69. verſi. *ſi vero*. D. de Rei vind. l. in actionibus 5. D. de in lit. iu. vbi 5 ſcripſit Deci. nu. 5. † Nec obſtat quartũ ex. d. l. in tãtũ, quæ lex loquitur in ædificio poſito in littore maris quod cum proprietate nullius ſit, & quoad vſum primi occupãtis efficiatur, ædificiũ nõ cedit ſolo, ſed potius ſolũ cedit ædificio, arg. §. littorũ, & eorũ quæ diximus, & in §. riparum h. t. † Præterea non ob- 6 ſtat quintũ: quoniam reſpondendũ eſt, eũ eſſe ædificij dominum qui & ſoli dominus eſt, ex reg. noſtri tex. ſimiliter materiæ dominũ eſſe, cũ quia antea fuit. Nec tunc obſtat axioma. d. §. ſi duobus vehiculum, quoniam qui ædificij dominus eſt, habet dominium cuiuſdam rei vniuerſalis, quatenus vniuerſalis eſt, non tamẽ habet dominium ſingularũ rerum ex quibus illud vniuerſale conſtat. Quæ aſſertio probari 1. poteſt ex ſimili tex. in l. deprecatio. 9. D. ad leg. Rhod. de iactu, & l. bene à Zenone. 3. C. de quad. præſcrip. vbi Imperator totius mundi dominus appellatur, quod tamen dominiũ non impedit particulare priuatorum, ſimiliter ex. l. 1. §. per hanc. in 2. cum l. ſeq. D. de rei vind. vbi licet ſingula gregis capita aliena ſint, grex tamen quod vniuerſale dominium conſtituit poteſt vindicari. vnde licet ædificium ſoli domino cedat, materia ex qua conficitur 7 poterit eſſe aliena. † Deinde minus obſtat ſextum argumentum ex d. l. domum, & ex d. l. vtiles: quoniam varijs omiſsis ſententijs de quibus per Sarm. in d. cap. 10. num. 8. dicendũ eſt, illa iura procedere quando malæ fidei poſſeſſor adhuc poſsidebat: tunc enim per retentionem ei conſulitur, arg. reg. l. patre furioſo. D. de ijs qui ſunt ſui; At vero tex. in d. §. ex diuerſo, quando iam nõ poſsidebat, ſed petebat, vt probant illa verba (*materiam tamen vindicare non poteſt.*) Et ideo licet exceptio concedatur, actio tamen non conceditur, arg. l. iuris gẽ 8 tium. 7. §. igitur nuda. D. de pact. † Non obſtat ſeptimum ex d. l. 2. C. de rei vind. quoniã reiectis varijs opinionibus, veriſsima eſt quæ Accurſ. hic verbo. *non poteſt.* & in d. l. 2. verbo. *extructum*, placuit, d. l. 2. procedere in eo qui ex aliena materia in alieno ædificauit, is namque non potuit dominium vero domino auferre. reg. id quod noſtrum. D. de reg. iuris, ob id diruto ædificio materia ad priſtinum dominum redit. Quam ſolutionem ex alijs conſiderationibus eleganter illuſtrat Io. Garcia. d. ca. 5. ex num. 19. qui tamen hanc omiſit.

9 † Nec obſtat vltimum ex. d. l. Iulia. cui recte ſatisfacit Accur. hic ver. *bonæ fidei*, & ibi ver. *tollat.* vt eo in caſu quoquis initio bonam fidem habuit, poſtea autem mala fides ſuperuenit quo tempore ædificauit, poſsit quod impoſuit tollere, ſi ſeparabile eſt, ſine rei diſpendio, quia tunc donaſſe non intelligitur.

§. *Si Titius.* 30. *& in §. qua ratione.* 31.

1 *Plãta ſiue propria ſiue aliena, ſemper ſolo cedit.*
2 *Qui bona fide in alieno ſeuit exceptione impenſas retinet.*
3 *Fructus non iure ſeminis, ſed ſoli percipiuntur.*
4 *L. ſi in area.* 33. *D. de condictione indeb. conciliatur cum l. qui exceptionem* 40. *§. 1. eo. tit.*

1 SI alienam plantam in ſolo meo, aut meã in alieno poſuero, & vtroque caſu radices egerit illius efficitur planta, cuius eſt & ſolum, idemque eſt in frumento, quod vbi ſatum eſt ſolo cedit, idem in d. l. adeo. 7. §. fi. cum l. ſeq. D. de acq. rer. dom. facit tex. in §. cum in ſuo ſolo. cum ſeq. & quæ ibi diximus, & conſonat l. 43. tit. 28. par. 3. explicant Connan. lib. 3. cap. 6. num. fin. Hieron. Magius lib. 4. miſcellan. cap. 7. Cepola de ſeruitutibus vrban. cap. 8. num. 10. Hotom. lib. 1. obſeruat. cap. 10. Sed contra tex. ibi. *Titij effici arborem dicamus.* grauiter obſtat l. ſi plures. 6. §. fin. D. arborum furtim cæſarum. ibi. *ſi radicibus vicini arbor alatur, tamen eius eſſe arborem in cuius fundo origo eius fuerit.* quibus verbis omnino contrarium probatur. Sed reſpondendum eſt, arborem in meo poſitam meam effici quãuis radicibus in alienum porrectis viuat, vt in d. l. ſi plures. §. fi. veluti ſi quercus annoſa; aut eſculus ſit, quæ (vt ſcribunt Plin. lib 16. ca. 32. Vergil. lib. 2. Georg.

Altius, ac penitus terræ defigitur arbos:
Æsculus in primis, quæ quanti vertice ad auras.
Æthereas, tantum, radice ad Tartara tendit.

Quantum corpore eminet tantum radicibus descendit: solent enim aliquæ arbores auiditate nascendi vastas etiam insulas radicibus complecti; Nec obstat noster tex. ver. *Adeo*, qui intelligi debet quando radicitus eruta vicini arbor, & in alium agrum translata, vicini terram presserit & radices egit, quo casu solo cedit, facit. l. sed si ex meis. §. arbor. D. de acq. rer. dom. l. fin. in prin. D. quod vi aut clam.

2 † Secundo contra tex. in. §. qua ratione. infi. dum probat. posse eum qui bona fide in alieno seuit exceptione doli opposita impensas retinere, quod & probat l. Paulus. 14. D. de dol. excep. Obstat, l. si in area. 33. D. de cond. indeb. vbi is qui in alieno bona fide ædificauit, non potest sumptus recuperare.

3 † Sed respondē in alieno agro sata illi agro cedere, ex nostro tex. & l. qui scit. 25. §. in alieno. D. de vsuris, vbi Iulianus scripsit omnem fructum non ex iure seminis, sed iure soli percipi, item in percipiendis fructibus magis corporis ius ex quo percipiuntur, quàm seminis ex quo oriuntur inspici, & ideo nemo dubitauit quin si in meo fundo frumentum tuum seuerim, & segetes, & quod ex messibus collectum fuerit, meum fieret: quod si in alieno agro bona fide seuerim impensa exceptione
4 retinebo. † Nec obstat. d. l. si in area, quæ loquitur in eo, qui desierat possidere, & iure actionis sumptus petebat, quod ei non conceditur: noster vero tex. in eo qui possidebat & per exceptionē doli mali retinebat sumptus, vt similiter diximus, in. §. cum in suo ad 6. arg. Cui solutioni non obstat. l. qui exceptionem 40. §. 1. ibi. *posse condici.* D. de cond. ind. vbi per actionem quis impensas recuperat, quoniam illa lex loquitur non in bonæ fidei possessore, sed in vero domino qui potest recuperare sumptus non modo per exceptionem si possideat, sed etiam iure actionis si ab alio res possideatur, loquitur enim ille tex. in herede à quo res sub cōditione relicta erat, qui pendente conditione dominus est, l. generaliter 29. §. sub conditione. D. qui & à quib. l. non ideo minus. 67. D. de rei vind.

§ *Literæ. 32. & in. §. si quis in aliena tabula. 33.*

1 *Literæ & scriptura papyro cedunt. 2.*
2 *Tabula cedit picturæ.*
3 *Idem in scriptura ex consuetudine.*

1 LIteræ, licet aureæ sint, & quæuis alia scriptura, chartis, membranis, & papyro cedit: idem in. l. qua ratione, 9. §. literæ. D. de acquirendo rerum dominio. l. in rem. 24. §. sed & id D. de rei vind. l. 3. §. interdum. D. ad exhib. in. l. 36. tit. 28. p. 3. explicant Forcat. in cupidine iurisperiti. cap. 12. Conan. lib. 3. ca. 6. num. 6.

Sed huic. §. literæ. & d. §. sed & id. obstat. d. l. qua ratione. §. sed non vt literæ & tex. in. d. §. siquis in aliena tabula, vbi pictura non cedit tabulæ. consonat l. 37. tit. 28. p. 3. explicant Ferandus lib. 2. explicationum. cap. 27. Corsus lib. 2. indagat. cap. 6.

2 Sed facilis est explicatio, quia obseruo, quod & si olim inter veteres prudentes dubiū esset, an pictura tabulæ cederet, an verò tabula picturæ, vt constat ex d §. siquis in aliena; placuit tamen propter picturæ excellentiam quæ semper magno in pretio fuit habita, vt constat ex Plinio lib. 35. cap. 10. & lib. 38. ca. 7. Tiraquelo, qui plurima congerit tractatu de nobilitate, cap. 34. ex num. 2. eam non cedere tabulæ, sed è conuerso tabulam picturæ, vn de cum cōtrariæ fuerit opinionis Iulius Paul. in. d. §. sed & id, quam Iust. hic reijcit, quæ & Caio. in. d. §. sed non vt literæ, displicuerat, frustra ille. §. conciliatur à doctoribus.

3 Audio tamen apud Accurs. & alios quos refert Mynsing. hic. num. 6. idem in scriptura cō suetudine admissum esse.

§. *Siquis à non domino. 34.*

1 *Fructus quos quis sua opera & industria expresserit suos facere æquum est.*
2 *Dum tamen possessor sit bonæ fidei.*
3 *Bona fides an initio possessionis sufficiat, an per singula momenta sit necessaria & nu. 8.*
4 *Naturales fructus an possessor bonæ fidei lucretur. & num. 11.*
5 *Bonæ fidei possessor an fructus extātes restituat. & num. 15.*
6 *Bona fides variè sumitur in iure ciuili remissiuè.*
Bona fides hic significat scientiā iustæ possessionis.
7 *Fructus alij sunt Naturales, alij Industriales, alij Ciuiles.*
8 *L. Qui scit. 25. §. bonæ fidei. D. de vsuris & l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium D. de acquir. rerum dom. conciliantur.*
9 *Bona vel mala fides, quoad fructuum perceptionem attinet, ex quo quis rem ad se pertinere, vel non pertinere intelligit cognoscitur.*
10 *L. emptorem. 12. D. de actio. empti Ponderatur.*
11 *L. Fructus. 45. D. de vsuris. & l. Bonæ fidei. 48. D. de acq. rerum. dom. explicantur.*
12 *Discrimen constituitur inter bonæ fidei possessorē cum titulo, vel sine titulo cum communi.*
13 *Titulus legitimus & iustus requiritur vt possessor bonæ fidei naturales fructus lucretur.*
14 *Donatio fructuum à viro vxori, vel è cōuerso facta, in quibus fructibus valeat.*

L. d:

L. de fructibus. 17. D. de donati. inter vir. & vxor. explicatur.

15 *Bonæ fidei possessor facit fructus suos dominio reuocabili.*

Bonæ fidei possessor restituit fructus extantes, non verò consumptos.

16 *Malæ fidei possessor omnes fructus quos percepit, & percipere potuit restituit.*

17 *L. si fundum, 17. C. de rei vindicatione adducitur, & explicatur. num. 19.*

18 *Fructus ex persona petitoris æstimandi sunt, & num. 20.*

1 EST & alius modus dominij acquirēdi ex naturali ratione qui ex fructuum perceptione resultat, nihil enim tam est conueniens naturali æquitati, quam sui quemq; laboris fructum ferre, & eos fructus suos facere quos sua impensa & industria expresit, vltro alioqui nō nascituros. Porrò quia id & *bona fide*, id est, cum *scientia iustæ possessionis*, & *mala fide*, hoc est, *cum scientia iniustæ possessionis* cōtingere potest, summam distinctionem duabus conclusionibus Iustin. in hoc. §. resoluit, quas sigillatim, breuiter tamen discutiemus.

2 In tex. ibi. *Bona fide.* Igitur possessor bonæ fidei fructus suos facit. Idem in l. bonæ fidei, 48. in princip. D. de acquir. rerum dom. l. qui scit. 25. §. Bonæ fidei, & §. porrò. D. de vsuris. l. certū. 22. C. de rei vind. l. 39. ti. 28. par. 3. explicant Forcat. in pœnu iuris, cap. 18. Vitalis lib. 1. variarum lectio. cap. 19. & alij plures infra citandi.

3 Sed primo contra nostrum tex. ibi. *bona fide fundum emerit,* & ibi, *bona fide acceperit,* quibus verbis docemur, bonam fidem & scientiam iustæ possessionis sufficere initio contractus & tēpore traditionis, vt quis fructus suos faciat, & si posteà mala fides superueniat, quod & docuit Iulia. in d. l. qui scit. 25. §. bonæ fidei. Obstat tex. in l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium, in l. qui bona fide, 23. in princip. vers. *quæstio.* in l. quæsitum, 40. in princ. D. de acq. rer. domin. & in l. sed si lege, 28. §. de eo. D. de pet. hered. quibus apertè constitutū est, non sufficere bonam fidem initio possessionis, sed per singula etiam momenta desiderari.

4 Secundo contra nostrum tex. ibi, *fructus quos percepit eius esse pro cultura & cura,* quibus verbis adiuncta communi interpretatione traditum est bonæ fidei possessorem omnes omnino fructus lucrari, quod etiam docet Paulus in d. l. bonę fidei, 48. in prin. ibi, *sed & omnes,* Obstat tex. in l. fructus, 45. D. de vsur. vers. *sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris,* vbi docet. I. C. naturales fructus non spectare ad bonæ fidei possessorem.

5 Tertiò obstat tex. in l. certum. 22. ibi, *bonæ fidei extantes.* C. de rei vindic. vbi possessor bonæ fidei restituit cum ipsa re fructus extantes, ergo suos non fecit.

Quibus non obstantibus dicendum est, bonæ fidei possessorem omnes fructus lucrari ex regula nostri tex. cum similibus, ad cuius exactam

6 interpretationē præmittendū est † primo, *Bonam fidem,* hic idem esse quod bonum iudicium quo quisque de rebus suis secum iudicat, eumque quod attinet ad hunc tractatū; bonæ fidei possessorem esse, qui scientiam iniustæ possessionis nullam reperit, illum vero malæ fidei possessorē qui conscientiā rei alienæ iniustè possessæ habet, est enim fides iudiciū. Quomodo est intelligendus D. Paulus ad Romanos, cap. 14. (*omne quod non est ex fide peccatum est*) id est, *ex conscientia,* vt ait D. Ambrosius in ca. quęrat aliquis, vers. *& si fides,* de pœnit. dist. 3. glo. 1. per tex. ibi, in cap. fin. de præscrip. & si aliàs hoc verbum, *bona fides,* variè accipiatur, vt notant omnes in §. actionum. infr. de act. late Couarru. in reg. possessor. 2. par. §. 6. per tot. Ioan. Garcia tract. de expensis. c. 23 nu. 9. Coras. lib. 2. miscel. c. 8. Reuard. de autorit. Pruden. c. 3.

7 † Secundò præmittendum est fructus alios esse naturales, alios industriales, alios ciuiles. *Naturales* fructus sunt in quibus producendis magis ipsa natura quam hominis industria conspicitur, & qui sponte quidem proueniunt, vt poma, glandes, nuces, herba, fœnum, & similia l. fructus. 45. D. de vsur. l. 39. tit. 28. p. 3. *Industriales* qui quamuis natura ipsa producantur, id tamen fit ex hominis diligentia & industria, vt sunt vineæ, segetes, & omnia quæ seruntur, aut plantantur, & hi omnes rectè etiam possunt naturales dici, si modo addas alios sponte prouenire, sine facto nostro, alios non nisi industria & facto hominis, illos naturales, hos vero industriales doctrinæ gratia appellari. *Ciuiles* vero fructus sunt qui non industria aut beneficio naturæ proueniunt, sed iure, vt pensiones domorum, vecturæ nauis, & vturæ. l. de fructibus. 18. D. de donat. inter. l. diuortio. 8. §. de pensionib. D. de solut. matr. l. si nauis. 63. D. de rei vind. l. apud Iulianum, 40. §. fructus. D. de leg. 1. l. arboribus, 12. §. vsufructuarius. D. de vsufruct. l. ancillarum. 27. sed & pensiones. l. mercedes 29. D. de

8 pet. hered. l. cum autem. 23. §. cum adhibetur, D. de ædil. edicto.

9 Quibus sic constitutis non obstant in contrarium adducta, & primò non obstat text. in d. §. in contrarium, quoniam fatendum est ad fructus percipiendos, non tantum initio possessionis, sed etiam per singula momenta bonam fidem requiri, hoc ideo, quoniam vsusfructus rei, qui in fructibus consistit, quotidie nascitur, & quotidie constituitur, l. 1. D. de vsufr. accres. sub. §. interdum, & inde superueniens mala fides impedit acquisitionem fructuū in futurum, quia initio possessionis videtur adesse. Nec tunc obstat textus in d. §. Bonę fidei, quoniam omissis varijs interpretationibus, de qui-

bus per Accursium, ibi. & in d.§. in contrarium, & in d.§. de eo. quas communiter recipiũt seri bentes in dictis locis & pluribus alijs quas retu 11 lerunt Riminaldus in princ. inf. per quas personas, nu. 20 Couar. lib. 1. var. cap. 3. n. 7. Charondas lib. 1. veros. c. 7. Loriotus de fructibus axiomate pen. Vacon. lib. 2. declarat. cap. 41. Vitalis lib. 1. var. lect. cap. 19. Greg. in d. l. 39. gloss. 1. tit. 28. par. 3. Ioan. Garcia d. tract. de expens. c. 23. ex nu. 15. quicquid hùc vsq; alij existimauerint, ego arbitror Iulianum in d.§. bonæ fidei emptor, non contrariam, sed simillimam sententiam tueri, ei quam anteà scripserant Consultus in d. l. qui bona fide, & in d.§. in contrarium, quæ mea opinio quia inaudita aliquibus videbitur, pro rei explicatione ad-
9 uerto, † quod cum bona vel mala fides ex integro iudicio & tuta conscientia æstimanda sit, tuncque quis malæ fidei possessor fiat, etsi in initio possessionis bonam fidem habuerit, cum cognouerit fundum siue rem ad se nõ per 12 tinere, d. l. qui bona fide, ibi. (*si cæperit possessor scire eum alienum esse*) dict. §. in contrarium, ibi. (*deinde cognouero alienam esse*) d. §. de eo. ibi.) (*postea vero conscius nihil hereditatem ad se pertinere*) tex. etiam in l. item veniunt, 22. §. petitam. ibi. (*quo primum quisque scierit eam à se peti.*) D. de pet. hered. ex illo tempore fructus non lucratur, ex eisdem iuribus, quam etiam sententiam probat Iulianus in dict. §. Bonæ fidei, ibi. (*deinde cognouero alienam*) & ibi. (*quandiu fundus euictus non fuerit.*) Pro cuius inductione ad 13 uerto; quod etsi generaliter verum sit, tunc fundum aut rem euictam dici posse, cum emptor est euincenti condemnatus, l. vtique, 16. D. de rei vendic. l. euictare, 16. D. de euict. l. qui rem, 3. C. eod. l. si seruum, 4. D. de act. emp. l. 32. ti. 5. part. 5. euictus etiam fundus dicitur saltim quoad fructuum adquisitionem simulatq; constiterit rem omnino fore euincendam, vt quia
10 emptor cognouit eam alienam esse, † textus sing. in l emptorem, 12. D. de act. emp. in princip. vbi I. C. emptori concedit actionem simul atque nouerit rem esse euincendam, ibi. (*& siue defendat noxali iudicio siue non, quia manifestum fuit noxium seruum fuisse, nihilominus vel ex stipulatu, vel ex empto agere posse*) ex qua lege constat apud I. C. rem tunc esse euictam cum cognosco ad euincentem pertinere, conducit Paulus in l. at qui natura, §. cum me absente, n. 4. D. de neg. gest. & quod notat Baldus in l. si pro ea. n. 9. C. de mand. quibus præmissis relucet genuinus sensus, d. §. bonæ fidei emptor. ait enim Iulianus, emptorem quoad percipiendos fructus intelligi debere bonæ fidei, quandiu fundus euictus non sit, quia quando bonam fidem probabiliter habet, fundus non dicitur euictus; simulatq; malam fidem habet fundus dicitur euictus, & sic in 1. & 2. parte cõsonat Iulianus, d. l. qui bona fide, & similib. & d. §. in contrarium, quę omnia sunt notandi, sitha & addenda, d. §. Bonæ fidei emptor.

Non obstat secundo tex. in d. l. fructus, 45. **D. de vsur.** qui ex diametro obest, l. bonæ fidei **48. D. de acqu.** rerum dom. quarum legum tanta est dissonantia, vt ingenuè fatendum sit eas inuicem sibi pugnare, nec aliquam posse conciliationem quæ scrupulo careat assignari. Verum vt id quod possumus præstemus, omissis varijs interpretationibus, quæ ad hæc iura cõminiscuntur doctores maxime Couarru. d. lib. 1. cap. 3. nu. 6. Pinelus in l. 2. 2. p. c. 4. ex nu. 53 C. de rescind. Forcat. in pœnu iuris, ca. 18. Belon. de dissolut. antinomiarum. 4. contrario. in princip. Charond. lib. 1. veros. cap. 70. Goueanus lib. 2. varia. lect. cap. 15. Menoch. lib. 2. de arb. cent. 3. casu, 210. Coras. lib. 5. miscel. ca. 9. & 13. Ioan. Coppus de fructibus, lib. 1. tit. 2. c. 3. & lib. 2. ti. 4. ca. 6. Vacon. lib. 2. decla. ca. 75. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 1. n. 33. Conna. lib. 8. c. 11. nu. 4. † Mihi magis placet Bartoli interpretatio in l. & ex diuerso. 36 n. 5. D. de rei vend. generaliter cõstituentis bonæ fidei possessorem lucrari fructus industriales, non autem naturales, quæ anteà fuit sententia Acc. in d. l. & ex diuerso, verb. *non habendam*, ibi. *dic ergo*, & hic verb. *fructus*, & in §. 1. verb. *cum fructibus*. infr. de officio iudic. communiter sequuta, vt testantur Pinel. & Couar. iam relati, Ioan. Garcia d. c. 23. ex n. 14. quam expressè probat tex. in d. l. fructus. ibi, *sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris.* † Nec tunc obstat. dict. l. bonæ fidei emptor, quia loquitur in bonæ fidei possessore cum titulo, emptionis videlicet, vt patet ibi, *emptor*, & ita etiã est accipiendus noster textus, in quo sunt geminata verba, quibus titulus requiritur, ibi. *bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliaue qualibet iusta causa æquè bona fide acceperit.* Tex. vero in d. l. fructus, loquitur in bonę fidei possessore sine legitimo titulo, quia ille qui ibi interuenit donationis inter virum & vxorem habetur pro nullo cum hæc donatio sit reprobata l. 1. & per tot. D. de donat. inter. atque tunc conducit regula, l. quoties. 6. D. qui satis. cog.
14 † Quod si quis mihi obijciat, fructuum donationem inter virum & vxorem validam esse. l. fructibus. 17. D. de donat. inter. Item etiam & extra illum casum. d. l. fructus. generaliter docere Iulianũ in d. vers. *sicuti nec cuiuslibet*. idem esse in quocunque alio bonæ fidei possessore, siue habeat titulum, siue non habeat, vt is fructus naturales non lucretur, sed industriales tantum, quod est expresse contra d. l. bonæ fidei, ibi. *sed & omnes*. Prętereà non posse aliquẽ dari bonæ fidei possessorem sine titulo. Respõdebo, fructuum dationem inter virum & vxorem validam esse in industrialibus, non in naturalibus ex ratione, l. 5. §. penult. & fin. D. de donat. inter planè ex donatione industrialium

donans

donans pauperior non fit, cum ij opera, & industria donatarij contingant, nec alias segetes nascerentur, quàm si latæ essent, naturales verò cum sua sponte proueniant, si donetur, pauperiorem donantem faciunt, vnde eorũ reprobata donatio est, tam in d.§.pen. & fi. quàm in d.l. de fructibus, & d.l. fructus, quæ leges sic accipiendæ sunt. Deinde illa verba, *sicuti nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris*, intelligenda sunt iuxta propositam speciem, videlicet. qui quoad naturales attinet legitimum titulum nõ habeat magis quam vir aut vxor in donatione naturalium fructuum, vt optimo exemplo probant Pinel. sup. nu. 59. & Ioan. Garcia. nu. 37. Tandem bonæ fidei possessorem sine titulo inueniri posse probabis ex multis exemplis relatis à Couarru. in regul. possessor. 2. par. §. 8. ex num. 1.

15 Non obstat tertium argumẽtum, ex d.l. certum quoniam obseruo, bonę fidei possessorem facere fructus suos dominio reuocabili, nõ pleno, vt probat tx. in d.l. bonæ fidei, ibi. *interim*, & ibi. *loco domini penè est*. Quare si dominus fundi superuenerit & vindicauerit fundum, fructus extantes etiam habebit, non autem cõsumptos, tex. hic, vers. *& ideò*, & in l. sed & loci. 4. §. post litem. D. fin regund. quia consumptione dominium in ijs propter bonam fidem reconciliatur, probat text. in l. 39. tit. 38. par. 3. explicant latè ij quos sup. retulimus.

In tx. ibi. *Ei verò, qui alienum fundum.*

16 Hactenus de bonæ fidei possessore diximus ad nostri tx. interpretationẽ. Malæ fidei autẽ possessor nullos fructus suos facit, sed omnes cum ipsa re cogitur restituere, nec perceptos tãtum, verumetiam & quos percipere potuit, l. si fundum. 17. l. certum 22. C. de rei vindic. l. mala fide. 3. C. de condi. ex lege coniuncta. l. 1. in fin. C. de fide instru. lib. 10. l. fructus. 34. in princ. D. de rei vind. c. conquerente. 6. ca. grauis. 11. de restit. spoliat. explicant relati, maximè Ioã. Garc. ex n. 42. in d.c. 23. & latè Menoch. rem. 15. de recup. possess. nu. 601.

17 Sed primo obstat. l. si fundum. 17. C. de rei vind. ibi. (*quam fructus quos eum mala fide percepisse fuerit probatum.*) Ex quibus constat malæ fidei possessorem teneri de perceptis non autem de percipiendis.

18 Secundo obstat. l. si nauis. 63. §. generaliter, ibi. *sed an petitor frui potuerit.* D. de rei vind. l. apud Iulianum. 40. §. fructus, ibi *quos legatarius percipere potuit.* D. de leg. 1. quibus in locis fructus ex industria petitoris videntur æstimandi: ergo non tantum qui à malæ fidei possessore sunt percepti.

19 His tamen non obstantibus argumentis defende malæ fidei possessorem non tantum debere restituere fructus perceptos ex nostro tex. sed & percipiendos ex relatis sup. & §. etsi hereditas. infr. de officio iud. l. domum. 5. ibi. *aut percipere poterat* C. de rei vind. l. sed etsi lege. 26. §. quod autem, ibi. *sed quos percipere debuerunt.* D. de pet. hered. l. 40. in princ. tit. 28. par. 3. Nec obstat. d.l. si fundum, quoniam vãrijs omissis interpretationibus, de quibus per doctores sup. relatos, distinguentes inter malæ fidei possessorem cum titulo, & sine titulo; vera interpretatio est; ex illis vẽrbis, (*quos eum mala fide percepisse fuerit probatũ*, nõ deduci, nõ teneri etiam de percipiendis, quia erit vitiosa collectio, & contra expressas leges, sed ideò de illis tantũ dixit Imperator, quia de illis solum modo fuit interrogatus, aut tot fructus fuerunt percepti, vt plures percipi non potuerint.

20 Non obstat secundum, ex d. §. generaliter, & d. §. fructus, quoniam etsi controuersum sit, an ex petitoris persona, an vero, possessoris fructus sint æstimandi, quam difficultatem variè & latè disputant Menoch. de recup. possess. rem. 1. nu. 414. Ioan. Garc. d.c. 23. nu. 50. sine distinctione in iudicando & consulendo resoluendum est ex petitoris persona fructus esse æstimandos, ex d.l. 40. par. ibi. *con los que pudieta ende llenar el señor de la heredad.*

§. *Is verò.* 35.

1 *Vsufructuarius eos tantum fructus quos percepit suos facit.*

2 *Vsufructuarius si decedat fructibus maturis non tamen perceptis, fructus heredibus eius non debentur.*

Aliud in colonis.

3 *Fructibus maturis, si distractus sit fundus, fructus ad emptorem pertinent.*

1 VSufructuarius fundi non aliter fructuum dominus efficitur, quàm si eos perceperit, & ideò si maturis fructibus nondum tamẽ perceptis decesserit, non heredibus eius, sed domino proprietatis fructus acquiruntur. Idẽ in l. si fur. 14. in l. defuncta 65. D. de vsufruct. in l. si vsufructuarius. 13. D. quibus modis vsus fruct. amit. in l. qui scit. 25. §. 1. vers. *cum fructuarij.* D. de vsuris. in l. in annos. 8. in fin. D. de annuis leg. in l. 3. tit. 8. part. 5. explicant in quæstio. primogeniorum beneficiorum, & pensionum Couarr. lib. 1. variar. cap. 15. Moli. lib. 1. de Hispan. primogenijs lib. 3. ca. 11. Auendan. resp. 5. idemque & in colonis admittendum esse probat noster tex. in fin. ver.

Quæ tamen sententia difficilis est, cum constet mortuo colono intra tempora conductionis, heredem eius eodem iure in conductione succedere. §. fin. infra de locatione & conductione. Item etiam colonum fructus suos facere, siue à se siue ab alio fuerint percepti. l. cum

in plu-

in plures. 60. §. messem. D. locati. l. si apes. 26. §. fin. D. de furtis.

2 Sed respondendum est inter colonum & fructuarium similitudinem non perpetuam esse, vt ex dictis legibus constat, & insinuat Imperator hic, ibi (*Eadem ferè, & de colono dicuntur*) quod explicat Mynsing. hic nu. 7. post Accur. ver. *de colono*. Planè vsufructuarium illos tantũ fructus, quos percepit suos facere ante perceptionẽ decedentẽ, mirum non est, cũ vsusfructus seruitus sit personalis. l. 1. D. de seruitutibus, & ideò cum persona extinguatur. §. finitur. inf. de vsufructu vbi latius. Item etiam fructus pendentes rei pars sint. l. fructus. 44. D.

3 de rei vindic. † Quo fit vt si fundus maturis fructibus distractus sit, fructus ad emptorem pertineant. l. qui fundum. 40. §. cum fundum. l. cum manusata. 80. D. de contrahenda empt. l. Iulianus. 13. §. si fructibus. D. de act. emp. l. 11. tit. 5. part. 5.

§. *In pecudum.* 36.

1 *Pecudum fœtus ad fructuarium & bonæ fidei possessorem pertinent dominio reuocabili.*
2 *L. qui vas 49. §. ancilla. D. de furtis explicatur.*
3 *Partus ancillarum in fructibus non sunt.*

1 PEcudum fœtus quia in fructu sunt, ad fructuarium, & bonæ fidei possessorem pertinent tex. hic, & in l. in pecudum. 28. D. de vsuris. l. bonæ fidei. 48. §. fi. D. de acquiren. rerum dom. conducit. l. diuortio. 8. §. si vir. D. soluto matrim. l. 25. tit. 28. part. 3. l. vetus. 68. §. fœtus D. de vsufructu. explicant Coppus de fructibus, lib. 1. ca. 1. Loriotus eodem tractatu axiomat. 3. & 4.

2 Sed obstat. l. qui vas 49. §. ancilla. D. de furtis, vbi fœtus apud bonæ fidei possess. conceptus vsucapitur, ergo possessoris non est, ex regula. l. sequitur. 4. §. Iana. D. de vsucap. §. sic itaque discretis, de actionibus.

Cui difficultati varijs modis respondent interpretes post glos. & ordinarios vbiq; & Cuiac. in d. §. Iana, qui negationem addendam putat. d. §. ancilla, quem reprehendit Ioan. Robertus. lib. 1. receptæ lectionis. cap. 5. & aliter Conan. lib. 3. ca. 15. n. 3. quibus omissis dicendum est in eo loco fœtus bonæ fidei possessoris fieri, quia in fructu sunt, iuxta nostrum tex. cum similib. desiderari tamen vsucapionem ad acquirendum dominium irreuocabile illorũ fructuum, alias enim dominus extantes fructus vindicaret à bonæ fidei possessore, iuxta tex. in d. §. si quis à non dom. sup. eod. cum ibidem

3 traditis ad 3. argumentum. † Partus vero ancillarum, quamuis sæpè renasci soleat, indeque fructuum appellatione deberet comprehendi, vt in d. l. diuortio. §. si vir. fructuum appellatione non venit, ex nostri textus eleganti ratione, vers. *absurdum*, quam etiam probat, d. l. in pecudum, & in d. §. ancilla, & l. ancillarum. 30. D. de pet. hered. consonat. l. 23. tit. 31. par. 3. & facit. l. iustissimè. 44. D. de AEdil. edicto, explicant videndi Cuiac. d. §. Iana. Conna lib. 4. cap. 2. nu. 2. & Coppus lib. 1. de fructibus. c. 3. num. 13.

§. *Sed si gregis.* 37.

1 *Vsufructuarius gregis ex fœtibus in locum demortuorum capitum substituit, non aliunde.*
2 *Nisi ex eius culpa ex fœtibus capita quæ substituantur non sint.*

1 QVi vsumfructum gregis habet in locum demortuorum capitum, alia ex fœtibus substituere debet, consonat. d. l. vetus. 68. §. finali, cum duabus legibus sequẽtibus. D. de vsufructu & cõducunt. l. hactenus. 8. & l. agri, 22. eo tit. consonat l. 22. tit. 31. par. 3. quod exigit ipsius vsusfructus natura, vt ex eius definitione constat in principio, infr. de vsufructu vbi dicemus, explicat Coras. lib. 5. misc. cap. 8. nu. 4. Belon. lib. 3. supputat. cap. 19. Bertrand. consil. 123. li. 3. Planè quamuis controuersum sit, si non sint fœtus pecorum, ex quibus fiat substitutio, an aliunde debeat submissio fieri? Placuit tamen eum non teneri ex Accurs. senten. hic verb. *ex fœtu*, communiter recepta, & probata ex nostro tex. ibid. & d. §. fin. ibi. *ex adnatis*, & l. plerunque 11. §. si serui. D. de iure dot. d. l. 22. ibi. *que de los fijos ponga è crie otros en su*

2 *lugar*. † Quod intellige, nisi culpa vsufructuarij perissent, quia tunc etiam aliunde teneretur substituere, argum. l. arbores. 66. D. de vsufructu.

§. *Thesaurus* 38.

1 *Thesaurus in proprio loco, siue qui nullius est inuentus inuentoris fit.*
Thesaurus fortuito in alieno, publico, fiscali, siue Cæsaris loco inuentus, communis est inuentori, & domino loci.
2 *L. 3. §. si in locis. D. de iure fisci interpretatur.*
3 *Iure Regio Hispano totus Thesaurus Regi acquiritur, quarta tantum parte inuentori acquisita.*

1 SI quis in suo loco thesaurum inuenerit, eius, inuentione fit, si vero in alieno, publico aut fiscali, siue Cæsaris dimidius soli domino, & dimidius inuentori accedit, si fortuito illum inuenit: idem in l. nunquam. 31. §. Thesaurus. D. de acquiren. rer. dom. coniuncta. l. 1. C. de thesau. lib. 10. tex. omnino videndus in l. 45. ti. 28 pat. 3. & l. si is qui in aliena. 63. de acquir. rerũ dom. l. diuortio. 8. §. si fundum in fin. D. solut. matri.

matri.l.à tutore.67. D.de rei vindi. explicant ad varias quæstiones Molin.in consuetud. Parisiensi.tit.1.§.1.glo.1.nu.43.Alcia.lib.7.pareg.c.1.Vaez de iure emphy.q.15. Anto.Gomez in l.45.Tau.nu.51.Couar.in reg.peccatū 3.p.§.fi.Naua.in Manu.ca.17.nu.172.Molin. lib.1.de Hispa.primogenijs.ca.23.Ioan. Garcia de expensis.ca.13.nu.3.& ca.22.nu.49.& sequen.& Conna.lib.3.ca.4.Carond. lib.1.verosimil.ca.21.Ferandus.lib.2 explicatio num. ca.28.Forner.lib.2.select.ca.26.Cuiac.lib.10. obseruat.ca.37.Brisson.lib.4.selecta.ca.1. Ioā. Robert.lib.1.receptarum,cap.5.

2 Sed contra nostrum tex.ibi. *Si quis in loco sacro aut religioso*, vbi probatur thesaurū in loco sacro aut religioso inuentum, totum inuentoris esse,obstat.l.3.§.si in locis.D.de iure fisci, vbi dimidia thesauri pars fisco tribuitur, & alia dimidia inuentori.

Cui difficultati multifariam respondent interpretes supra citati,sed omnibus omissis illa verior est,quæ placuit Accurs. hîc verb. *Religioso*,solut. 1. vt correctione potius quam alia explicatione componenda sit hæc difficultas, vt scilicet dicamus,Iustinianum,hic à responso Callistrati discessisse, authoritate legis ab Adriano latæ, quæ quamuis posteriori diuorū fratrum rescripto esset sublata, vt in d. §. si in locis,à Iustiniano tamen renouatur, qui naturalem æquitatem sequutus, voluit thesaurum inuentum in loco sacro,aut religioso inuentori acquiri, quasi hæc loca in nullius bonis sint, & iure publico censeantur.Quę interpretatio communiter sequitur ab Aretino & alijs hîc,

3 & Alcia Couar.& Ioan.Garcia vbi sup. † Hodie verò iure nouiori Hispan. aliter se res habet, quocunque enim in loco thesaurus inueniatur,Regi prestatur,quarta eius tantum parte inuentori concessa.l.1.tit.13.lib.6.nouæ recopil.de qua Couarru.vbi sup.dict.§. fin. n.fi. qui ex antiquis exemplaribus, quintam partem legendum admonet.

§. *Per traditionem.* 39.

1 *Traditio iure naturali dominiū tribuit, si eo animo à domino res tradatur.*

2 *Traditio à non domino facta transfert vsucapiēdi conditionem.*

3 *Error in causa traditionis impedit dominij trās. lationem.*

4 *L.si ego.18.D.si certum petatur, & l.cū in corpus.36.D.de acquir.rerum dom.conciliantur.*

1 PEr traditionem quoque iure naturali rerum dominia nanciscimur.Idem in l. qua ratione.9.§.hæ quoque res.l.traditio 20. D.de acquir.re.dom.l.traditionibus.20. C. de pact.l.46.in princip.tit. 28. part.3. explicant Vitalis lib.1.var.lect.cap.15. Cuiac.lib.11.ca. 19. eleganter apud Vlpia.in fragm.tit. 19. de dominijs,& acquir.rerum.

Sed obstat rem commodatam, & depositā, item, & precario concessam & locatam accipientibus tradi, & tamē his & alijs casibus traditione dominium non transfertur vt constat, ergo.

2 Cui difficultati,& alijs,vt respondeas,intellige, traditione dominium acquiri, si is qui tradidit dominus fuit.d.l.traditio.l.nemo plus 54.D.de acquir.rer.dom. alias transfertur vsu capiendi tantum conditio.l.clauibus.74.D.de contrah. empt. Item vt ex causa iusta animo dominij trasferendi tradat, ex hoc tex. in fin. coniuncta.l. nunquam nuda 31. D. de acquir.

3 rerum dom. † Quæ sententia vsque adeò vera est,quod si error in causa tradendi inter tradentem &accipientem interueniat dominium non transferatur.l.si ego.18.D.si cert.peta.

4 Sed obstat ex diametro difficilis text.in l. cum in corpus 36.D.de acq.rer.dom. vbi, etsi in causa erratum sit,transfertur dominium.

Quarum legum tanta est difficultas, vt ingenue fateantur Eguinarius & Costalius in d. l.si ego.Belonus,& Theodorus,lib. de antinomiarum dissolutione.ca.1. Anto. Conc. lib.1. disputat.ca.9.inextricabilem inter eas contrahi antinomiam, quam tamen varijs modis conantur dissoluere Accurs.Bart.& cæteri, vbique Molin.in labyrintho.2.par.n. 349. Charond.lib.2.verosimil.c.2.Connan.lib.3.ca. 7. nu.4.Alciat.lib.5.parerg.c. 15. Gilbertus Regius lib.2.enanciofanon.c.20. Omnibus tamē omissis tu sic resolue.

Quod si tibi aliquid tradam donandi gratia, & idem tu in causam mutui accipias dominiū semper in omnem euentum transfertur. d. l. cum in corpus,idq; ideò,quia in donatione dominium transfertur,vt per totum.D. de donat. similiter in mutuo transit dominium.l.2.§. appellata.D.si cert. petat. vnde cum tam ex donatione,quàm ex mutuo dominiū tranferatur nōnocebit dissensus in causa differēti cōtrahendi,quia vterq; ad translationem dominij festinat & properat. Nec obstat.d.lex si ego,quia ibi non perficitur donatio cum contrahitur, sed in futurum transfertur,vt probatur, ibi: *si ego pecuniam tibi quasi donaturus.* Ecce verbum illud,*donaturus*,futurum respicit,& tractū successiuum,ideſt nō dono, nec transfero nūc dominium, sed pecuniā trado posteà donaturus: & inde cū diuersa opinione detur, qui enim accipit ita cōtrahit,vt nūc ex mutuo dominium acquirat,qui autē tradit,in futurū totā dispositionē cōferat,vt donaturus posteà tradat,& dominiū trāsferat,dissensus ille tēpore cōtract⁹ impedit dominij trāslationē,quę est verisimainterpretatio.d.l.si ego omnib.eius versiculis cōfirmata,& l.2.§.sed si qs donaturus. D.de donat.& l.hoc iure 19 §.si quis dederit,illo ti.

§. *Ven-*

§. Venditæ. 40.

1 *Venditione transfertur dominium, si pretiũ venditori numeratum sit, aut alias satisfactum.*
2 *Periculum cuiuscunque rei ad dominum semper spectat.*
3 *Consentio de pretio perficit contractum emptionis & venditionis, non tamen transfert dominium.*
4 *L. Iulianus. 14. §. offerri. D. de act. emp. exponitur*
5 *Debitor speciei re perempta liberatur.*
6 *Venditor qui simpliciter rem tradidit, non videtur emptoris fidem sequi, cõtra glossam hic verbo*, fidem.
7 *Procurator cum libera administratione potest rẽ vendere, & dominium transferre.*
8 *Limitatur in valde præiudicialibus.*

1 VEnditæ res, & traditæ non aliter emptori acquiruntur, quàm si pretium sit solutum, aut alio modo venditori satisfactum. Idẽ in l. Iulianus. 14. §. offerri. D. de act. emp. l. si procurator. 5. D. de iure fisci. l. quod vendidi. 19. D. de contrahen. emp. l. procuratoris. 5. §. sed etsi dedi. D. de tributo. actione. l. 46. in 2. par. tit. 28. par. 3. explicant Rebard. ad leg. duodecim tabularum, cap. 17. Fornerius lib. 2. selectionum. cap. 8. l. 43. in fine, tit. 13. par. 5.

2 Sed obstat, quoniam semper rei cuiuscunque periculum ad dominum spectat regula. l. quę fortuitis. 7. C. de pig. actione. l. incendium 11. C. si certum petat. Sed periculum rei venditæ, ante ipsius traditionem, & pretij solutionem ad emptorem pertinent, l. quod sæpe. 35. §. si res cum sequenti. D. de contrah. emptione l. necessario 8. & per totum. D. de pericul. & commod. rei vend. § cum autem. infra de emptione, & vendit. l. 23. cum sequentib. tit. 5. par. 5. ergo rei venditæ dominium etiam ante pretij solutionem ad emptorem transfertur.

3 Cui difficultati vt satisfacias nota, quod quãuis solo consensu emptio perficiatur. §. vnico. de obligat. ex consen. tex. in princip. de emptione & vendit. l. 2. in fine. D. de contrahenda empt. l. 2. C. eod. l. 1. l. 8. tit. 5. par. 5. id tamẽ procedit quoad perfectionem contractus, vt non possint ab eo contrahentes resilire, non quoad dominij translationem, iniquum enim esset, venditorẽ dominio suo carere, ante quã ei esset satisfactum; vtrinque enim debet bona fides interuenire, neque contractus debet claudicare. † Sicque intelliges textum in d. §. offerri, vbi emptor non habet actionem exempto ante pretij solutionem, hoc ideo quia quãuis contractus perfectus sit, & ex eo actio ex emptio sit orta, non tamen tenetur venditor propter bonam fidem, quæ ex vtriusque parte debet interuenire, anteà rem tradere, quam sibi sit pretium solutum.

5 Neque obstat argumentum, quoniam licet dominium rei venditæ non transeat in emptorem ante rei traditionem, & pretij solutionẽ, periculum tamen ad emptorem transit, simul atque contractus perfectus est, quia venditor perfecto contractu efficitur debitor speciei, qui quidem debitor ante moram re, vel specie perempta liberatur. l. quod te mihi. 5. D. si certum petat.

6 In glossa, *Fidem*, ibi: *Item quid si simpliciter.* Hanc eandem sententiam repetit Accurs. in d. l. quod vẽdidi, vers. *satisdatione* probat Roma. sing. 10. Molin. in consuetudinibus Parisiens. tit. 1. §. 27. n. 17. Gregor. in d. l. 46. glos. 4. Contrariam tamen sententiam defendit Fulgos. in d. l. quod vendidi, Areti. in l. quoties. C. de rei vend. Fabianus de empt. & vendit. q. 5. nu. 37. quibus fauet tex. hic, & d. l. quod vendidi, in quibus non sufficit rem vendere, & tradere, ad hoc vt dominium transferatur, & inde simpliciter tradendo non videtur habita fides de pretio, nam si videretur, vtique transferretur dominium vti in nostro tex. versic. *sed si is qui vendidit.*

7 In vers. *quaratione*. Ergo procurator cum libera administratione vendere potest, idem in
8 l. nam & nocere. 13. D. de pact. in l. procurator 58. D. de pact. l. 19. tit. 5. part. 3. Hodie tamen propter abusum notariorum qui passim absq; dominorum consensu, & eis prorsus ignorantibus illa verba inserũt, quæ magis ad stylum, quàm ad actus dispositionem spectant, in valde præiudicialibus horum iuriũ dispositio non procedet, vt cum Molineo in consuetudinib. Parisiens. tit. 1. §. 10. quæst. 3. notant Grego. in d. l. 19. verbo. *quando tales palabras*. Couarru. in Rubr. de testamentis. 2. par. nu. 14. col. 3.

§. Interdum. 41.

1 *Dominiũ aliquando sine traditione transfertur.*
2 *L. sive apud acta. 28. C. de transactionibus, interpretatur,*

1 SOlet aliquando dominium nuda voluntate in aliquem transferri, vt in exemplis hic relatis, & in l. quaratione. 9. §. interdum. l. si seruus. 21. §. fin. D. de acquir. rer. dom. cum pluribus alijs relatis à glos. 1. hic, & ab Ant. Gom. in l. 45. Tau. nu. 46 Cassaneo. in consuetudini. Burgũd. rubr. 7. §. 1. Cuiac. li. 4. obseruat. ca. 3. Mercerio, lib. 2. opinionum, ca. 11. quibus consonat. l. 47. ti. 28. part. 3. quod tamen intellige, si res illa, cuius dominium apud aliquem est, extit. habili, transferatur, & remittatur, vt in ca-
2 sibus huius tex. & similium. † Vnde intelliges tex. in l. sive apud acta 28. versic. 1. C. de transact. vbi si actor facta transactione dimittat rem penes reum conuentum, & discedat à lite, non transfertur dominium in reum, quamuis dominus sit actor, quoniam actor ibi non intendit

intendit à se applicare dominium, sed tantum à lite discedere. l. fratris. 10. C. illo tit. & ille qui rem retinet, vt propriam retinet, & sic nõ dicitur ab actore causam habere, & inde dominium non transfertur argum. l. 3. subtilius. D. de conditione ob causam.

§. Item si quis merces. 42.

1 *Clauibus horrei vbi merces sunt traditis, mercium dominium transfertur.*

1 CLauium traditione transfertur dominium mercium venditarum; idem in dict. l. qua ratione. 9. §. item si quis D. de acquir. rerũ dominio. l. 1. §. si iusserim. in fine. D. de acquir. possess. l. clauibus. 74. D. de contrah. emptio. l. 7. tit. 30. part. 3. explicat Alexand. in l. 1. nu. 78. D. de acquiren. poss. Anto. Gom. in d. l. 45. Taur. num. 62.

§. Hoc amplius. 43.

1 *Missilia per principes iacta accipientium fiunt.*

1 MIssilia quæ per Imperatores, Reges & alios Principes in vulgus iactari solent, maximè in die creationis, siue coronationis, fiunt accipientium, item & ea quæ pro derelicto à dominis habita ab alijs occupantur, & possidentur, idem in d. l. qua ratione. §. penult. l. 48. & 49. tit. 28. part. 3. & in tot. tit. D. pro derelicto.

§. Alia sanè. 44. & vlt.

1 *Leuandæ nauis gratia in mare eiecta dominorum manent.*

2 *L. Fallus. 44. §. si iactum. D. de furtis. explicatur.*

1 QVæ leuãdæ nauis gratia in mare eijciũtur dominorum permanent, nec occupantibus acquiruntur: idem in d. l. qua ratione. 9. §. fin. D. de acquir. rer. dom. facit. l. interdum. 21. §. penult. D. de acquir. possess. l. 2. §. fin. in fin. & l. qui leuandæ. 8. D. ad leg. Rhod. de iact. l. 46. in fin. tit. 28. part. 3. l. 9. tit. 10. lib. 7. recopil.

2 Sed obstat. l. fallus. 44. §. si iactum. D. de furtis, vbi qui res in mari iactatas abstulit furtum non commisit.

Sed respondè illum tex. procedere quando quis eo animo abiecit res, vt eas in dominio rerum suarum esse nolit. In dubio autem præsumendum nõ est, eo animo esse abiectas, sed potius cõtrario, ex nostro tex. cum similib. explicat Conna. lib. 3. c. 3. n. 3. Neq; obstat ille tex. ibi. *quod plerumque credẽdum est*: nam sic exponi debet, id est, *interdum*, vt apud Cicero. & alios.

Titulus II.

De rebus corporalib. & incorporalibus.

1. *Res omnes aut corporales sunt aut incorporales.*
2 *Incorporales res nec tradi, nec possideri, nec vsucapi possunt.*
3 *Incorporales res quasi possidentur.*
4 *Hereditas, & vsusfructus, qua ratione possideri dicantur.*

1 ALiam rerum diuisionem hoc tit. Iustinianus explicat, quippè cũ omnes, aut in patrimonio nostro sint, vel extra patrimoniũ, vt in princ. ti. superioris traditum est, eas aut corporales, aut incorporales esse, etiam constat, vt optimis adductis exemplis hic traditum est, cum de corporalium rerum acquisitione proximo superiori tit. sit actum, quibus modis incorporales acquirãtur hinc docet Imperator, cuius diuisio desumpta est ex Caio. li. 2. instit. tit. 1. & in l. 1. §. quædam. D. de rerum diuis. probat Pau. lib. 3. sent. tit. 6. verf. *finendi modo*, & l. fin. verf. *quid enim prodest*, C. de prescrip. longi temp. l. 1. vbi explicat Greg. ti. 30. par. 3. Conna. lib. 3. cap. nu. 10. & 11. Coras. in rub. nu. 2. D. de seruit. Nicol. Valla de reb. dubijs, tracta. 7. versic. *sed deficiente.*

2 Sed cum incorporales res constet, nec possideri, nec tradi, nec vsucapi, nec vendicari posse l. seruitutes. 14. D. de seruit. l. vendicat. 57. D. de rei vendicat. l. seruus. 43. §. incorporales. D. de acquir. rerum dom. l. 3. in princ. D. de acquir. possess. l. vsucapionem. 9. D. de vsucapio. d. l. 1. tit. 30. part. 3. Vsusfructus autem, item & hereditas rectè possideantur. l. naturaliter. 12. in princip. D. de acquiren. possessio. l. 4. cum sequent. D. de pet. hered. corporales res esse contra Iustin. hic dicendum videtur.

3 Sed respondè in rebus incorporalib. non dari possessionem, sed quasi possessionẽ quæ ex patientia aduersarij, & longo vsu resultat, vt infra suo loco dicemus, quia etsi illæ res corporales possideãtur, vniuersitas tamẽ, &
4 ius illud, quod ex eis resultat, non possidetur, † & inde dicimus hereditatem, & vsumfructum possideri respectu rerum hereditariarũ, & fructus, qui ex fundo percipiuntur, non tamen respectu hereditatis, & vsusfructus qui in iure consistunt, vt aperte docet hic Imperator.

Titulus III.

De seruitutibus rusticorum prædiorum, & vrbanorum.

1 *Seruitutis definitio.*

2 *Ser-*

2 *Seruitus sine vtilitate prædij dominantis consti tui non potest.*

3 *L. quoties. 15. & l. ei fundo. 19. D. de seruitutibus explicata.*

4 *Seruitutum, alia personalis, alia realis.*

5 *Seruitutem non habet quis rei suæ sed alienæ, licèt hæc causalis seruitus appelletur.*

6 *Persona rei seruitutem debere non potest, & interpreta. l. Titio centum. 70. §. Titio centum. D. de cond, & demonst.*

1 Dicturus de seruitutibus, pro huius tit. exacta interpretatione, præmitto primo, seruitutis definitionem quam scripsit Bart. in l. 1. nu. 2. D. eod. docens, seruitutem esse, *ius prædio inhærens ipsius vtilitatem respiciens, & alterius libertatem seu ius diminuens.* Sequuntur eam communiter Doctores, ibi & in hac rubrica, & plures alij relati à Menesio in rub. C. eod. nu. 8. nec effectu discrepant aliæ definitiones traditæ à l. 1. tit. 31. par. 3. & Gregor. ibi Cona. lib. 4. c. 7. in princ. Bald. in prælud. huius tit. n. 6. Cępola de seruitu. vrb. ca. 2. nu. 4. † Ex qua definitione constat, seruitutem,

2 sine fundi dominantis vtilitate non posse constitui, quod & probat. l. quoties. 15. D. hoc tit. l. si ædes. 37. D. de seruit. vrbano. cum alijs, quibus videtur arridere. l. 7. ibi. *En quãto le fue re meneste*r, tit. 31. par. 3. vbi obseruat Gregor. Bart. in l. 4. §. Cato. n. 29. & in l. stipulationes non diuidantur. num. 7. de verb. Coras. in rub. D. hoc tit. 1. par. nu. 5. Alexand. cons. 69. n. 13. volum. 1. Sed obstat, l. ei fundo. 19. D. eod. titu. ibi. *quamuis ea nobis vtilia non sint.*

3 Cui difficultati varijs modis respõdent Accurs. Bart. & cæteri in dictis locis Coras. in d. 1. p. nu. 7. Alciat. in d. §. Cato n. 22. Eguinarius in l. 1. D. eo. Goueanus l. 1. lect. ca. 15. Cona. lib. 4. ca. 7. nu. 3. omnibus tamen omissis ex mente Conani dicendum est: seruitutem constitui non posse, si vtilitatem non afferat prædio dominanti, neque ei aliquid accedat, vt in exemplis. d. l. quoties. Quod si aliquid accedat fundo, quamuis ei non sit vtile valet seruitutis cõstitutio, quia vtilitas non solum ex rei veritate, sed ex affectione, & voluptate adquirentis æstimatur, vt in specie, dict. l. quoties, & d. l. ei fundo.

4 Secundo præmitto, duas esse seruitutũ species, alia enim est seruitus personalis, quæ à re personæ debetur, vt vsus & vsus fructus, alia verò realis, quę à re rei debetur, quales sunt rusticorum, & vrbanorum prædiorum iura. l. 1. D. eo d. l. 1. part. Nec obstat Accurs. sententia in rubrica. D. eo in principio huius tit. verbo, *iura*, existimantis, seruitutem etiam esse quam quis in seruo suo habet, item etiam, & quam quis rei potest debere, vt in exemplis. l. Titio centum. 70. §. Titio centum in 2. D. de condit. & demonst. l. Mæuia. 44. D. de manumiss. test.

5 Quoniam doceo seruitutem quam quis in seruo suo habet, non esse vere seruitutem formalem, sed causalem (vt Doctores nostri doctrinæ gratia loquuntur) quæ à domnio propriæ rei descendit: vera autem & formalis seruitus in re aliena consistit, non in propria, quæ domino seruitutem debere non potest. l. vti frui. 5. D. si vsusfruct. petat. l. in re communi. 25. D. de seruitu. vrbano. prædio. vt contra gloss. defendit cõmunis, teste Iasone, Fabro, & Gomecio, in §. æque si agat. instit. de act. Meneses in d. rubr. num. 6. Anto. Gomez in 2. tomo. cap. 15. num. 1. Coras. in Rubri. D. eod. 1. part.

6 num. 15. & probat. l. 3. tit. 31. par. 3. † Nec Accurs. fauet d. §. Titio centum. & d. l. Mœuia, quoniam vt vbiq; Doctores docent in earum legum specie, quamuis naturalis libertas quodammodo infringi videatur, vera tamen seruitus non constituitur. Qua autem ratione seruitutes, de quibus in hoc tractatu, aliæ rusticæ, aliæ vrbanæ appellentur, dicemus in §. prædiorum, infra eodem.

PRINCIPIVM TITVLI, Et §. Inter rusticorum. 2.

1 *Seruitutes rusticæ, quæ sint.*

2 *Itineris, & aquæductus seruitus an rustica, an vrbana sit, & num. 19.*

3 *Aquæductus seruitus, an realis, an personalis sit, & num. 21.*

4 *Seruitutes duas habens potest vnam remittere aliam retinere.*

5 *Seruitutem actus qui legauit, an possit, iter adimere, & num. 23.*

6 *Seruitus actus, & seruitus viæ, vna seruitus sit an duplex.*

9 *Seruitutes rusticæ, etsi plures sint, præcipuæ tamen à Iustiniano hic enumerantur.*

8 *Seruitus itineris, & eius definitio explicata.*

9 *Seruitus actus, & eius definitio.*

10 *Seruitus Viæ, quid præstet, & quatenus ab itineris, & actus seruitutibus differat.*

11 *Seruitus Aquæductus, quid sit.*

12 *Seruitus Aquæ haustus, quid.*

13 *Seruitus pecoris ad aquam appulsus, quid.*

14 *Seruitus pecoris pascendi.*

15 *Viatoribus citra ius seruitutis, an liceat equos suos pasci.*

16 *Seruitus pascendi quanto tempore præscribatur*

17 *Seruitus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ quid.*

18 *Seruitutes omnes, aut rusticæ sunt, aut vrbanæ.*

19 *Seruitus, an rustica, an vero vrbana sit ex prædio dominante cui debetur, intelligitur.*

22 *Seruitus natura sua realis, si personæ debeatur efficietur personalis.*

23 *L. si domus 20. l. si ædes. 31. D. de seruit. verba. interpretantur.*

24 Ser-

24 *Seruitutē actus qui habet, habet iter tanquā cō moditatem, no tanquam seruitutem distinctam.*

1 RVsticorum prædiorum seruitutes his in locis explicat dilucide Iustinianus ex Vlpiano in l. 1. & seqq. de seruit. rust. transcripsit. l. 3. tit. 31. p. 3. explicat latè Cepola tract. de seruitutibus rusticorum prædior. Cōna. lib. 4. c. 11. Rober. lib. 4. recep. c. 5. Charō. li. 1. veros. c. 5. Coras. in l. 1. ex n. 126. D. h. t.

2 Sed primo obstat contra nostrum tex. qui inter rusticas seruit. iter, & aquæ ductum enumerat. l. seruitutes. 19. §. si domo. D. de seruit. vrba. vbi itineris seruitus inter vrbanas describit, & l. 1. § illud quæritur. D. de aqua quot. & æstiua, vbi similiter aquæductū vrbanis prædijs spectare posse ostenditur.

3 Secundo contra eundem tex. obstat, nam aquæductus seruitus inter prædiales nō debet numerari, cum prædiales seruitutes prædijs debeantur, & ad heredes transeant l. qui aliena. 33. §. si. D. de neg. gest. l. via. 23. si fundus. l. vnus ex socijs. 34. D. de seruit. rusti. l. 6. in fi. & l. 8. tit. 31. p. 3. & tamen aquæductus personæ non prædio debetur, nec ad heredes transit, l. Lucius. 37. D. de seruit. rust. Item & seruitus pascendi pecoris, in l. pecoris. 4. illo tit.

4 Tertio contra tex. ibi. *Qui habet actum iter habet.* Obstat, nam qui duas seruitutes habet potest vnam dimittere, & aliam retinere, l. si domus. 20. l. si ædes. 31. vers. *argumentum.* D. de seruit. vrb. † At qui actum legauit nō potest iter adimere l. 1. D. de adim. leg. & tamen iter & actus diuersæ seruitutes sunt. l. loci. 4 vers. *qui iter.* D. si seruit. vend. ergo qui actum habet non habet etiam iter.

6 Quarto contra tex. ibi. *Actus*, & ibi. *Via* obstare videtur actum & viam eandem seruitutem esse, ea enim omnia quæ via continet similiter continet actus, scilicet ius eundi, agendi, & ambulandi hominis, vt vides ex hoc tex. & l. 1. D. de seruit. rusti. ergo diuersæ seruitutes non sunt.

7 His tamen argumentis non obstantibus, Iustinianum defende, quibus vt satisfacias in primis explicare oportebit singulas seruitutum species, quas tam in hoc princ. quam in d. §. inter rusticorum retulit Imperator inter rusticas seruitutes, quæ etsi plures numero sint, hæ tamen potiores, & frequentiores sunt.

8 Prima igitur seruitus rustica est itineris. Iter autem est ius eundi ambulandi hominis per fundum alienum, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. Idem in d. l. 1. D. de seruit. rust. l. 3. vers. *E dezimos*, tit. 31. p. 3. cum enim nemini ius sit, inuito domino per alienum agrum, aut locum ire. l. Diuus. 16. D. de seruit. rusti. c. omnes. 1. d. quin potius per alienum incedes possit à domino prohiberi. §. feræ vers. *plane.* supra de rerum diuisione, l. 3. §. plane D. de acquir. rerum dominio. l. iniuriarū. 13. §. penul. D. de iniurijs, paucis casibus exceptis, quorum aliquos recesset glos. in d. cap. omnes, ver. *fas est.* alios Coras. ind. l. 1. n. 77. cum sequē tibus, ideo hæc seruiturum iura constitui solent, quibus quis potest ire, & ambulare per fundum alienum.

9 Altera seruitus rustica est actus dictus ab agendo iumentum, vel vehiculum, inter actū verò, & iter alia est differentia, nā iter est qua quis pedes vel eques cōmeare potest: actus verò vbi & armenta traijcere, & vehiculum due e liceat. d. l. 1. de seru. rust. l. inter 12. illo tit. d. l. 3. p. vnde qui actum habet iter quoque habet: neq; obstat. d. l. 1. D. de adim. legat. cui satisfaciemus ad tertium argumentum.

10 Tertia rustica seruitus est via, prioribus amplior & latior, continet enim in se iter & actū, habetque quid amplius, vt etiam lapides & ligna trahere, & erectam ferre hastam liceat, dū tamen fructus non lædantur, d. l. 1. de seruit. rustic. l. qui sella. 7. eo. tit. d. l. 3. p. vers. *Via por su heredamiento.* Quæ à prioribus præterea & in eo differt, quod itineris & actus latitudo partium cōuentione designetur. viæ autem ab ipsa lege, videlicet in porrecto pedes octo, in anfractu, id est vbi flexum est, sexdecim, l. viæ latitudo. 8. l. certo generi. 13. §. latitudo. D. de seruit. rust. d. l. 3. p. explicant latè omnes hic. & Cepola de seruit. rustic. c. 1. 2. & 3. Cona. d. c. 11. n. 1. qui tamē nullam, aut minimam differentiam esse inter actum & viam existimat.

11 Quarta rustica seruitus est aquæductus, id est ius aquæ ducendæ per fundum alienum, l. 1. D. de seruit. rustic. l. 2. C. isto tit. l. si quis. 10. §. 1. D. si seruit. vend. l. 1. §. hoc interdictum. in 2. D. de riuis. cum alijs, quibus conuenit l. 4. tit. 31. p. 3. quod quidem citra seruitutem non licet, d. l. 2 imo si ducatur interscindi potest à domino prædij per quod ducitur, l. quemadmodum 29. §. 1. D. ad leg. aquil. Ducitur vero aqua fistulis, riuis, tubulis. item & per lapidem stratum. l. Quintus Mucius. 15. D. de seruit. rusti. d. l. 1. de riuis. explicat Cepola vbi sup. c. 4. Padilla in d. l. 2. C. eo. Brisō. & Hotom. de verbis iur. ver. aquæductus. Coras. in l. 1. n. 120. D. hoc tit.

12 Est & alia rustica seruitus, quæ aquæ haustus dicitur, qua quis potest habere ius aquæ hauriendæ ex fonte priuato vel puteo, aut alia quauis aqua quæ, non sit publica, l. 1. in fi. l. 2. 3. §. qui habet. l. ergo. 5. D. de seruit. rustic. l. si prius. 17. §. via. &. §. fi. D. de aqua pluuia arcēd. l. 1. D. de fonte l. 6. tit. 31. p. 3. quæ seruitus fundo vicino constituitur, vt in dictis legibus, quamuis sufficiat si ea seruitus vel homini, vel pecori vtilis sit, respectu tamen fundi, aut prædij, cui debetur, argum. tx. in l. 3. D. de ser. rust. Planè aquæ haustu cōcesso & iter cōceditur, vt d. §. qui habet, & d. l. 6.

p. etiã si expressum nõ sit, argumẽto. l. 2. D. de iurisdict. omn. iud. explicat Cepola vbi su. c. 7.

13 Sexta seruitus rustica est pecoris ad aquam appulsus, quæ est ius appellendi pecora & armenta, siue gregem, ad fontem, puteum, siue alias aquas vicini. d. l. 1. D. de seruit. rust. cum alijs ibidem. d. l. 6. p. iuxta quam illud est notandum, quod si quis ius habens pecoris ad aquã appellendi, plura pecora appulerit, quã appelli debeant, quæ excedunt repellentur, ex Marcelli sententia in l. 1. §. Marcellus. D. de aq. quot. & æsti. reiecta opinione Trebatij. Qui totum ob id corrumpi appulsum voluit, in d. l. 1. §. Trebatius. quod bene notat Cepola vbi sup. 8. c. 8. Coras. in d. l. 1. n. 133.

14 Pecoris pascendi ius, est septima seruitus rustica, qua conceditur vt sua armenta & greges possit quis in alieno pascere, d. l. 1. l. pecoris. 4 D. de seruit. rustico. l. 6. in 2. p. t. 31. p. 3. late explicat Cepola vbi sup. c. 9. nam cum in alieno pascere, nemini liceat domino inuito, vt deduces ex l. Quintus. 39. D. ad leg. Aquil. † viatoribus exceptis quibus propter necessitatem, id est concessum, vt equos suos quãtum propinquius secundum viam potuerint possint illos pabulare, c. 1. §. fi. de pace, & eius violatoribus, in vsibus feud. & potest induci textus in c. scriptum. 6. q. 3. c. discipulos, de consecratione. distinc. 3. quod tamen apud nos à Regibus impetrari solet, l. 19. tit. 18. p. 3. necessaria fuit

15 16 hæc seruitus pecoris pascendi. † Quæ si constituta nõ est, quanto tempore præscribatur. disputant Cepola. d. c. 9. q. 6. vers. sed dubium. cũ alijs Meneses in d. l. 2. C. hoc tit. n. 32. Couar. lib. 1. var. c. 17. n. 11. qui cum communiter soluunt, non nisi immemoriali tempore eam adquiri.

17 Posteriores duæ seruitutes inter rusticas à Iustiniano enumeratæ sunt, calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, quibus conceditur vt possit quis in fundo alieno, ad sui vtilitatem, calcem coquere, & arenam fodere: tex. hic, & in d. l. 1. l. ergo. 5. D. de seruitut. rust. l. 7. tit. 31. p. 3. & explicat Cepola. vbi sup. c. 10. Coras. in d. l. 1. n. 140. D. de seruitut.

18 Quibus sic constitutis nõ obstant in contrarium adducta; nõ primum quoniã aduerto seruitutes aut rusticas, aut vrbanas esse, vt vides ex rub. huius nostri tit. & in tit. D. eodem, &

19 tit. D. communia prædiorum † Planè seruitutem rusticam aut vrbanam esse ex prædio dominante, cui debetur intelligitur, vt optimè probat textus cõiuncta glos. ibi, verb. *aream.* in l. 1 D. de seruit. vrba. & l. 2. D. de seruitut. rustic. gloss. in. l. 1. §. Apud Labeonem, verb. *ex cõtinentibus.* D. de aq. plu. arcen. quas communiter sequuntur doctores, vt resoluit Cepola de seruitu. vrban. cap. 11. n. 10. & de seruitut. rust. c. 11. n. 1. & passim Zasius in §. æquè si agat. 3. colum. inf. de actio. Alciat. in l. vrbana prædia D. de verb. signifi. Parlad. lib. 1. rerum quotid. c. 15. n. 2. iuxta quam communem sententiam accipies l. 1. & 2. tit. 31. p. 3. vt Greg. ibi notat, ver. *Aquella que ha*, & resoluit etiam Paz

20 in praxi. 3. to. c. 1. §. 4. n. 11. † Et interpretaberis primum argumentũ quoniam iter, & aquæ ductus tunc vrbanæ seruitutes erunt cũ vrbanis prædijs debeãtur, rusticæ cum rusticis, & si frequentius sit quia magis rusticis deberi solẽt, eas inter rusticas cõnumerari. Quando autẽ prædiũ rusticũ, vel vrbanũ sit dicemus in §. prædiorũ, inf. eo.

21 Nec obstat secundum argumentũ, quoniam etsi aquæductus sua natura seruitus realis sit ex nostro textu cum similibus: tamen propter ea quò ad personã restringitur, efficitur personalis. Quæ interpretatio suadetur, ex l. apud Iulianũ (alias est Africanus) 40. §. siquis alicui, D deleg. 1. cõiuncta. l. ergo. 5. & l. veluti. 6. de seruit. rusti. Secũdò vrget tex. in l. Mela. 14. §. fi. D. de alim. & cib. legatis, coniuncto §. inter rusticorum, huius tit. & d. l. 1. D. de seruit. rustic. † Vnde similiter aquæductus, aut pecoris pascendi seruitus, siue quæuis alia quæ sua natura realis sit, ad certam personam restricta personalis efficietur, vt in d. l. pecoris. in fin. & d. l. Lucius.

23 Minus obstat tertium argumẽtum, quoniã respondeo d. l. si domus, & d. l. si ædes. loquĩ quando quis habet duas aut plures seruitutes

24 distinctas & separatas: † At qui actum habet iter habet, nõ quasi seruitutem distinctam, sed quasi commoditatem quãdam eundi, & ambulandi, quæ separari nõ potest ab actu, & ideò iter amitti, & actus retineri non potest, d. l. 1. D. de adim. leg. vbi rectè interpretatur Acc. verb. *esse potest*, & hic ver. *iter habet*, cõmuniter sequutus teste Cum. in l. si mater. §. si quis iter. D. de exceptione rei iud. Floriano in d. l. loci. §. 1. D. si seruit. vend. Alciat. in l. qui vsumfructũ n. 4. D. de ver. obliga. Cepola de seruitut. rustic. c. 2. n. 1. Cona. lib. 4. c. 11. n. 2.

Tandem non obstat quartum argumentum, quoniam vt sup. diximus magnũ est discrimẽ inter actus & viæ seruitutẽ, etsi Conanus vbi proxime nullum aut parum esse contendat.

§. *Prædiorum* 1.

1 *Vrbanæ seruitutes referuntur & explicantur hoc loco.*

2 *Vrbanum, an rusticum prædium esse, quomodo intelligatur.*

3 *L. eo iure 4. §. stabula. D. in quib. causis pign. vel hypotheca tacitè cõtrahatur, & numeris sequẽ.*

4 *Vrbanum prædium erit habitandi gratia vbicũque factum.*

5 *Rusticũ prædium erit si colligendorum fructuũ, & pecorum gratia fiat.*

6 *Seruitus oneris ferẽdi quid sit.*

7 Ser-

7 *Seruitutem qui debet ad factum non tenetur, sed solum patientiam præstare.*
8 *Seruitutem oneris ferendi qui debet rem onus ferentem reficere tenetur.*
9 *Seruitus tigni immittendi quid sit.*
10 *Tignum in lege. 12. tab. comprehendit omnem materiam ex qua ædificium fit.*
11 *Tignum, id est, trabem, in vicini parietem eo in uitò immittere nemini licet.*
12 *Seruitus stillicidij auertendi quid sit.*
13 *Stillicidium quasi stillarum cadium.*
14 *Seruitus fluminis recipiendi quid sit.*
15 *Negatiuè etiam constitui possunt hæ seruitutes stillicidij fluminisve non auertendi.*
16 *Seruitus altius non tollendi quid sit.*
17 *Seruitus altiùs tollendi quid sit, & quomodo seruitus dicatur, cum vnicuique licitum sit ædificia sua tollere.*
18 *Seruitutes luminum, & ne luminibus officiatur, & ne prospectui officiatur, remissiuè.*

1 VRbanas seruitutes hoc loco explicat Iustinianus, quas cum à rusticis distingui superiori §. dixerimus, eo quod hæ rusticis prædijs debeantur, illæ vrbanis † quãdo
2 prædium sit rusticum, quando vero vrbanum inspiciamus, & tex. noster non locum, sed materiam vrbanum vel rusticum ædificium facere probat, igitur nihil interest an in rure vel villa, an verò in ciuitate & vrbe ædificium sit, sed qua materia & destinatione constructum: idem in l. si prædium. 16. C. de prædijs minor. l. vrbana familia. 166. & l. vrbana prædia. 198. D. de verb. signifi.

3 Sed grauiter obstat textus in l. eo iure. 4. §. stabula. D. in quibus caus. pig. vel hypot. tac. contrah. vbi stabula quæ non sunt in continentibus ædificijs prædia vrbana non sunt: quæ tamen materia vrbana sunt & hominibus recipiendis destinata, vt deduces ex rubr. D. nautæ caupones & stabularij. Quam difficultatem tam variè componunt interpretes, vt eorum solutionibus referendis lõgissimo commentario opus esset, disputat enim præter ord. in dictis locis, maximè Alciat. & Rebuffum ad tit. de verb. significatione, in d. l. 166. & d. l. 198. Ordinarij in l. item quia. D. de pact. Cepola de seruit. vrban. præd. capit. 11. Iaso. in §. æquè si agat. num. 22. inf. de act. & ibidem alij. Donelus de pignoribus, cap. 4. Coras. in d. l. 1. D. h. t. 1. p. num. 8. Briso. & Hotoma. de verbis iuris, verbo. *Vrbana prædia*, Cona. lib. 4. cap. 10. num. 7. Omnium latissime Mendoça lib. 2. disputationum. c. 4. ex n. 1. Alijs autem omissis illa mihi verior videtur interpretatio, quæ Acc. placuit. in d. §. stabula, verb. *nõ multum*, ibi, *Et gratia habitandi sunt*, & in l. 2. verb. *altius*, & verb. *domum*. D. de seruitut. rusti. Bart. in l. seruitutes. 14. num. 3. D. de seruitutibus. Greg. in l. 1. gloss. 4. tit. 31. p. 3. † quod si ædificium habitandi gratia fiat, licet sit in agro, vel in villa, aut rure prædium vrbanum sit ex nostro textu, cum similibus.

5 † Si verò fiat ad pecora recipienda vel gratia fructuum colligendorum prædium rusticum sit. Vnde si stabula significent illa loca, quibus pecora & armenta continentur, illisque recipiendis parata sit prædia rustica erunt, vt in dict. §. stabula. Si autem significent diuersoria ad hominum mansionem facta, prædia vrbana erunt quocunque loco fiant, iuxta d. l. vrbana prædia. stabula enim & rustico & vrbano vsui destinari possunt. l. æquissimum. 17. §. fin. in fi. D. de vsufruct. l. 1. in prin. D. furti aduersus nautas.

6 Prima igitur seruitus quã inter vrbanas Iustinianus enumerat est, *oneris ferendi*, vt vicini domus onera vicini sustineat, id est, vt columna vel paries tuus perpetuo ferat onus domus
7 meæ, iuxta quam illud est obseruandum, † quod & si aliàs generaliter qui seruitutem debet ad nullum factum teneatur, sed solum patientiam præstare, l. quoties. 2. in prin. D. de
8 seruitu. l. 1. §. fi. D. de aq. pluuia arcend. † in hac tamen seruitute tum actum sit vt paries aut columna vicini onera domus meæ sustineat perpetuo, nihil autem perpetuum esse possit nisi per substitutionem, ille qui seruitutem debet, rem onus sustinentem reficere tenetur, quasi id etiam à contrahentibus actum sit, vt probat tex. in l. eum debere colu. 37. D. de seruit. vrb. in l. & si forte 6. §. etiam. l. sicuti. 8. §. distant. D. si seruit. vend. obseruat Gregor. ver. *carga*. in l. 2. tit. 31. p. 3. latè explicat Cepola. de seruitutib. vrban. c. 37.

9 Secunda vrbana seruitus est. *tigni immittendi* vt in parietem vicini liceat mihi tignum immittere. idem in l. 1. D. de seruitutibus vrb. cũ
10 alijs ibidem, & in d. l. 2. partitæ. † tignum autem quamuis generaliter omnem materiam comprehendat, ex qua ædificium fit ex lege duodec. tabul. cuius meminit I. C. in l. 1. D. de tigno iniunct. in l. tigni. 7. D. ad exhibend. l. tigni. 62. D. de verb. signific. l. adeo. 7. §. cum in suo. D. de acq. rerũ dom. §. cum nisuo sup. de rerum deuisione, vbi diximus, & notat Baldui. ad leges duodec. tabul. c. 12. Anto. Augustad easdem leges vers. 13. pa. 161. hic tamen pro
11 trabibus immissis tantum accipitur. † quum enim vicino inuito in eius parietem mihi eas immittere nõ liceat, l. sed si inter te. 26. D. de seruit. vrban. l. quemadmodum. 29. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. si vitẽ. 21. §. si ad ianuam. D. quod vi aut clam. vicinoq; statim acquirantur tanquàm suo solo aut ædificio super imposita ex regula. §. cũ in suo solo. sup. de rerũ diuisione, versic. *ex diuerso*. l. adeo. 7. §. ex diuerso. D. de acqui. rerũ dom. constitui solet huiusmodi seruitus, vt tignum immittere liceat, in alienã domum, quã late explicat Cepola. vbi sup. c. 30.

12 Tertia seruitus vrbana est.*stillicidij auertendi*,qua vicinus pati cogitur, vt aqua pluuia ex tecto meo in suas ædes;aream,vel cloacam labatur.l. 1.l.seruitutes.20.§.stillicidium. l. foramen.27.§. stillicidij. D. de seruit. vrban. l.2.

13 vbi glos.5.tit.31.p.3.† Stillicidium dictum, quasi stillarum cadium, quod guttatim cadit, vbi è tectis guttæ fluunt,quas cum vicinus inuitus suscipere non cogatur,ideò hac seruitute id constituitur vt liceat,explicat latè Cepola. c.28.& 29.vbi proximè Briso. & Hotoman. de verbis iuris,verbo.*Stillicidium*.

14 Est & alia seruitus huic simillima *fluminis recipiendi*, qua vicinus ferre cogitur vt aqua eadem pluuia in alueum canalem vè recepta plũbeum putà vel ligneum in suas ædes cum impetu feratur.vt in dictis legibus, & explicant paulò ante citati, idem Briso. & Hotom. ver-

15 bo.*flumen*.Iuxta has tamen stillicidij & fluminis seruitutes omnino notabis, negatiuè etiam constitui posse, hoc modo, veluti si tu cisternam habeas cui quantum satis est implẽdæ stillicidia domus tuæ non sufficiant, vel hortos habes tuis ædibus cõtiguos,qui ex vicini tui stillicidijs cõmodè possent irrigari,constitutã habere potest seruitutẽ à vicino stillicidij vel fluminis nõ auertendi,nec alio quam in ædes, hortos ve tuos producendi,sic intelliges nostrum tex. ibi. *vel non recipiat*, & in d.l. 1.ibi.*aut non auertendi*.D. de seruit. vrb. quib. probatur negatiuè etiam has seruitutes constitui posse.quod nõ est assequutus Acc.hic.ver. *non recipiat*.Et videbis Cepolam.d.c.29.

16 Quinta seruitus vrbana est.*altius non tollendi*.cum enim vnicuique liberum sit ædes suas vsque ad cœlum extoliere.l.fi.in prin.D. h.t. l.cum eo.8.l.Imperatores.15. l. cuius 23. D. de seruit. vrba. l. altius. 8. C. de seruitutib.& aqua.l.25.t.32.p.3.explicat ibi.Greg.Menses in d.l.altius.Cepola vbi sup.cap.26.Cona. lib.4 c.10.n.10.Coras.in l.1.n.44.D.h.t. Socinus reg.101.Duenas regu. 33. quia aliquando interest ædificium vicini non extolli, ideò hæc seruitus constituitur,ne ipsi liceat altiùs quàm cautum est ædificare,vt hic,& in l.1.D. de ser.vrb.d.l.2.p.

17 Huic est finitima altera vrbana seruitus,quæ appellatur, *Altius tollendi*.in d. l. 1. D. de ser. vrb.& in §.æquè si agat,inf.de actio.ibi.*ius sibi esse altiùs ædes suas tollendi*. Iuxta quam seruitutem grauiter laborant interpretes, asserentes eam non seruitutem,sed potius libertatem esse,cum omnibus liceat altius ædes suas tollere, ex regula d. l. altius, & §. & siquidem. ibi.*aër*.sup. de rerum diuisione. Cui difficultati,etsi ego in d.§.& si quidem.ex Acc.sententia in l.qui luminibus, ver. *formam*. D. de seruit.vrb. satisfieri putauerim,quam probare videtur,ille tex.ibi. *Formam ac statum antiquorũ ædificiorũ custodire debere*.Et in l.1.§.nũtiamus. ibi. *admodum*. D. de op. nou. nunciatione.l.1. C.de ædif. priuat. & ea, quæ de antiquorum ædificiorum modo scripsit Briso.lib.1. select. cap.1.Aliter nunc ex intimo,displicetque mihi hæc Accu.sententia ex regula §. ideò. inf.h.t. quippe in omnibus seruitutibus semper & dominans & seruiens prædium esse debet, vt ibi latius dicemus. Assero itaque idcirco seruitutem altius tollendi dici, quia ex ea inducatur vt vicinus altius tollere quam seruitutis conditione,& lege conuentum fuerit non possit, quod alioqui iure communi sibi licebat. Hæc enim verba.*altius tollere*.cum de hac seruitute agimus accipiuntur comparatiuè,respectu vicini qui seruitutem debet,vnde si vicinus non potest tollere ædes suas tam alte quam ego, propter seruitutem quam debet,iam manifeste deducitur,ex hac seruitute effici vt vicinus qui seruitutem debet non possit altius tollere:proinde rectè ex his verbis seruitus inducitur,ac rectè is, cui seruitus debetur intendit ius sibi esse inuito aduersario ædes suas altius tollere.Ideò autem hæc seruitus dicitur.*altius tollendi*,& non dicitur. *altius non tollendi*. quia seruitutes semper nomen trahunt à prædio dominante,vt sup.diximus.

18 Ex posterioribus nostri textus verbis.*ne luminibus vicini sui officiat*,tres aliæ species vrbanarum seruitutum deduci possunt.*Seruitus luminum, & ne luminibus officiatur, & ne prospectui officiatur*. Quas explicat I. C. in l. inter. 14.cum sequen.D.de seruit.vrb.d.l.2.in fi.tit. 31.p.3.latè Cepola ex c.33.cum sequen. Alexand.cons.27.lib.5.Longouallius in l.Imperium.n.133.D.de iurisdictione omn.iud. Coras.in l.1.ex n.15.D.h.t.

§. *Ideo autem* 3.

1 *Seruitutes sine prædijs esse non possunt.*
2 *Seruitus obligationis iure deberi potest, sed tunc dicitur debita,non constituta.*

1 GEneralis est hæc decisio, quæ & ad vrbanas & ad rusticas seruitutes pertinet, docet enim hic Imperator, idcirco eas prædiorum dici, quia absque prædio & seruiente & dominante cõstitui neutræ possunt, quod etiam probat l.quoties.15.D.h.t. l. via. 23.§.si fundus.D.de seruitu.rustic.l.1.D.communia prædiorũ.& diximus sup.in rubrica huius t.† Obligationis tamen iure seruitutẽ pro-

2 mittere & interdũ is potest qui fundũ nõ habet,l.si seruitus.22.§.fi.D.de seruit.vrban.l.Labeo.10.D.de seruit.rust.l.fin.D.si seruit.vend. l.heredes. 25.§.contra.D.famil.hercis.l. existimo.98. D. de verb.obligat. diciturque tunc seruitus debita nõ constituta,vt in dictis locis optimè explicuit Acc.& hic ver. *nec quisquã*. adeo vt & euictio eo casu locũ habeat.l.fundũ

cuius.

cuius.46.§.primo.D.de euict.explicat Coral. lib.4.miscell.c.24.

§. Siquis velit. 4.

1 *Seruitutes constituuntur & in contractibus, & in vltimis voluntatibus.*
2 *Pactionis verbum sumitur pro conuentione non pronudo pacto.*
3 *Plures alij modi quibus seruitutes constituuntur remissiuè.*

1 QVibus modis & rusticorum & vrbanorum prædiorum iura cõstituantur hic Iustinianus ostendit, docens contractibus & testamentis id effici. Idem in l.3. in princ.D.de vsufructu.l.binas ædes.9.D.de seruit.vrban.l.post.7.D.cõmunia præd.l.14. tit.31 p.3.explicat Cepola de seruit.vrb.c.19

2 Sed contra nostrum textum, ibi. *pactionibus.* Obstat ex nudis pactionibus obligationem non nasci.l.iuris gentium.7.§. igitur nuda.D.de pact.igitur neq; constitui ius seruitutis poterit.

3 Cui difficultati optimè resp.gloss.hic. ver. *pactionibus.* vers. *vel pactionibus.* Hoc verbum hic non accipi pro pacto in specie,sed in genere pro conuentione,vt in l.1.vers.*pactio.* D.de pact.& explicat. Mendoça lib. 1. disput. c.8. num.5.

Sunt & alij modi quibus seruitus potest acquiri, quos prosequitur hic Minsinger. ex n.2.Padilla in l.1.& 2. C.de seruitu. & aqua. Couar. in regul. possessor. 2. part. in princ. Gregor.per textum,ibi in l.15.& sequen. tit. 31.p.3.Parlado.lib.1.rerum quot. cap.1.§.8. Anto.Gom. lib. 2. var. c. 15.ex n.24. Baldus de præscript.2.p.4.partis, quæst. 1. Cepola. d.c.19.Cona.lib.4.c.12.Longoallius in l. imperium à n.205.D.de iurisd.omn.iud.Constanus lib.1.quæstionum iuris,c. 18. Caron. lib. 1.veros.c.5.Goueanus lib.1.var.lectio.c. 14. Cuia.in l.sequitur.4.§.fi.D.de vsucap. & Rebardus ad legem Scriboniam c.1.& 6.& omnes in l.seruitutes.14.D.h.t.

Titulus. IIII.

De Vsufructu.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Vsus fructus est seruitus personalis.*
2 *Vsus fructus definitio.*
3 *Vsus fructus an consistat in his rebus quæ vsu consumuntur,& num.17.*
4 *In definitionibus nihil debet esse superfluum.*
5 *Qui fruitur,vt vtatur necesse est.& num.18.*
6 *Vsum fructum qui habet, fructus non habet. & num.21.*
7 *Vsufructuarius pater vtrum satisdare teneatur. & num.22.*
8 *Vsus fructus definitio an conueniat conductioni*
9 *Verbum* ius,*in definitione significat facultatẽ, quamquis alienis vtendi habet.*
10 *Vsus fructus causalis,& formalis iuxta communem,*
11 *Vnicus est vsus fructus, isque formalis contra communem.*
12 *Creditor qui rebus pignoratis vtitur præter domini voluntatem furtum committit.*
13 *Vsuarius nihilo magis iuris habet,quam rebus ad necessitatem vtendi.*
14 *Vsufructuarius omnem commoditatem habet, & omnes fructus suos facit.*
15 *Vsufructuarius tenetur satisdare, salua rerum substantia se vsurum,& num.22.*
An hæc cautio remitti possit,remissiuè.
16 *Vsumfructum esse dominij partem,quomodo intelligatur.*
17 *L.Vsus fructus.4.D.de Vsufructu, & l. Recte dicimus.25.D.de verborum significatione discutiuntur,& conciliantur.*
19 *Vsus fructus,an fructus legetur nihil interest.*
20 *Vsus fructus sine vsu esse potest.*
L.per seruum.14.§.vsus fructus. D. de vsu & hab.cum similibus,conciliatur cum.l.si alij.47. D.h.t.
21 *Fructus an distinguantur ab vsufructu.*
L.fundi Trebatiani.38.D.de vsufruct.leg.
23 *Conductor quale ius vtendi habet.*
24 *Vsufructuarius suo iure rebus vtitur, conductor alieno.*

1 QVm inter personales seruitutes potior sit vsus fructus. l. 1. D. de seruitu.egeritq; Iustinianus superiori titulo de seruitutibus realibus,commode nunc de personalibus disputat,& primò de Vsufructu, ab eius
2 definitione exorsus,qui nihil aliud est.† quã *ius quoddam alienis rebus vtendi fruendi salua rerum substantia.* Idem probat l. 1. & 2. D. hoc tit.facit.l.recte dicimus.25.D.de verb.signifi. consonat l.20.tit.31.p.3.explicant latè Cepola de seruitutib.vrban. c. 4. Cona. lib. 4. c.3. Hotoma.illustrium quæst.c. 8. Pinelus in l.1. C.de bon.mat.2.par.nu.9.& 3.part. ex num. 1.Parlad.lib.1.rerum quotidia.c.4.

Quæ tamen vsusfructus definitio valde difficilis est primò,quia vsusfructus pars dominij est l.vsusfructus.4.D.h.t.ergo non ius alienis rebus vtendi.

3 Secũdo obstat,nam in his rebus,quæ vsu cõsumuntur vsusfructus consistit.tex.in §.cõstituitur, inf. eo. totus titulus. D. de vsufructu earũ rerũ quæ vsu consumũtur. At hæ res vsufructuario acquiruntur & eius fiunt, vt ex earũ natura constat, & probat tex.in d.§. constituitur,

tuitur. ibi. *ita datur legatario vt eius fiat.* Ergo non tãtum in alienis, verum etiam in propriis rebus consistit vsusfructus.

4 Tertiò in definitionibus nihil debet esse superfluum. ex Philosopho lib. 6. Topicorum. c. 1. Tullio lib. 1. de Oratore: At in hac definitione abundat verbum illud: *vtendi*, † cum is
5 qui fruitur necessario vtatur. tex. in princ. inf. tit. proximo infinalibus verbis. l. per seruum. 14. §. vsusfructus. l. sed si de fructu. 15. D. de vsu & habit. l. in fructu. 42. D. de vsufructu leg. ergo incongrua est definitio.

6 Quarto obstat, nam qui vsumfructũ habet, fructus non habet, sunt enim fructus ab vsufructu distincti. l. fundi Trebatiani. 38. D. de vsufructu legat. l. defuncta. 65. §. 1. D. h. t. tex. in §. vnic. sup. de reb. corporalib. ergo vsusfructus non est ius fruendi.

7 Quinto, Pater in bonis aduentitijs filij vsumfructum habet. §. Igitur liberi. in fin. inf. per quas pers. l. cum oportet. 6. l. fi. C. de bonis quæ lib. At pater satisdationem vtendi fruendi salua rerum substantia non præstat. l. cum oportet. 6. §. non autem. l. fi. §. sin autem, versic. *sin autem.* in fin. C. de bonis quæ lib. ergo contra nostrum textum.

8 Sexto obstat, nam omnis bona definitio conuerti debet cum suo definito. l. 1. §. dolum. D. de dolo. diximus latè in disputatione de mora. n. 25. At hæc definitio non vsusfructus propria, sed conductioni communis videtur, nã conductor ius vtendi fruendi habere dicitur. l. ex cõducto. 15. l. si in lege. 24. §. colonus. l. si merces. 25. §. 1. D. locati. l. 3. l. 7. tit. 8. p. 5. ergo incongrue Iustinianus loquitur.

9 His tamen non obstantibus argumentis, quibus rectè nostra definitio explicabitur, decisio nostri textus defendẽda est, quã optimè explicant sup. citati, & Pontifex in c. fi. vbi Abbas, & alij, de pignoribus. Illud verbum. *ius.* in definitione, pro facultate, accipitur, quod quidem apud iurisconsultos, & alios probatos autores non infrequens acceptio est, denotatque seruitutem, quam quis in rebus alienis habet, à proprietate separatam, vt possit fructus illarum percipere non remo-
10 rante domino proprietatis. † Vnde & illis verbis. *alienis rebus.* deduces commentitiam, & fallam esse receptam hactenus interpretum diuisionem, inter formalem, & causalem vsum fructum, vsumfructum causalem appellantiũ, qui ex proprietate & dominio descendit, formalem qui à proprietate separatus est: docet glossa hic verbo. *est ius*, & in l. quod nostrum. 70. ver. *vsum fructum.* D. h. t. & in l. si cum testamento. 21. §. penultimo, ver. *vsusfructus.* D. de except. rei iud. sequitur Bart. in l. 1. n. 4. C. de condit. ex lege. plures refert Pinelus dict. 2 p. n. 9. Anto. Gom. 1. tomo c. 15. n. 2. Cuiac. in l. qui vsumfructum. §8. D. de verbor. obligat.
11 & ad Africa. trac. 5. pag. 76. quia † tametsi nemo non fruitur reb iuis quas habet, & possidet, id tamen non aliquo iure certoque, & quod rem ipsam efficiat, aliqua tanquam seruitute, sed vt dominus, & domini possessorisve authoritate facit. l. vti frui. 5. D. si vsusfructus pet. l. in re communi. 25. D. de ser. vrb. l. 13. vers. *Cæteros omnes* tit. 31. p. 3. & inde dicendum est, vnicum non duplicem esse vsumfructum, qui formalis dici potest, & certo genere, & specie à proprietate separatus, vt argumento l. cum in fundo. 81. D. de iure dotium, & l. vsufructu. 58. D. soluto matri. contra communẽ defendit Alciat. in d. l. rectè dicimus. D. de verb. signif. Coras. lib. 5. miscel. ca. 3. Ferretus in l. re coniuncti. n. 24. D. de legatis. 3. Eguinã. hic. Cona. d. c. 3. n. 6. & neminem referens Parlado. c. 4. n. fi. † Diximus præterea à definitione, *vtendi.* ad differentiam iuris quod habet creditor in rebus alienis pignoratis, quibus si vtatur præter domini voluntatem furtum cõmittit, tex. in. §. furtum est. ibi. *vel etiam vsus eius.* §. furtum autem inf. de obligat. quæ ex delic. l. si pignore. 56. D. de furt. l. 1. ibi. *o el vsó de ella.* l. 3. in fi. tit. 14. p. 7. † Rursus additur verbum. *fruendi.* ad excludendũ nudum vsum, longè enim minus habet, qui vsum habet, quam qui vsumfructum, vt disces ex princ. inf. tit. proximo, vbi dicemus. Ille enim qui habet vsum, nihilo magis iuris habet, quam
14 vti prædio, vel domo ad necessitatem. † Vsusfructus autem omnem præstat vtilitatem rei, & ius, & facultatem vtendi, & fruendi ipsa re, ergò siuè fructus sint naturales, siue industriales, siue ciuiles, ad vsufructuarium pertinebunt. l. vsufructu legato. 7. D. h. t. notat hic
15 Balduinus num. 5. † Tandem adijciuntur illa verba, *salua rerum substantia.* quia in hunc modum vti frui licet, ne quicquam de substantia pereat, cogitur enim vsufructuarius satisdare se vsurũ re aliena boni viri arbitratu, quod præter verba definitionis probat. l. si vsus fructus. 16. in princ. D. eod. l. 1. & per totum. D. vsufructuarius quemadmodum caus. textus in d. c. fi. de pignoribus. l. 21. ibi. *dando primeramente recabdo.* tit. 31. p. 3. quæ cautio an ita sit necessaria, vt ea prætermissa, vel à constituente, vel à fructuario, vsus fructus adhuc consistat, disputant hic doctores & Pinelus in d. l. 1. 2. p. ex n. 75.

16 His sic breuiter pro explicatione nostri textus obseruatis, non obstãt in contrariũ adducta, & primò nõ obstat tex. in l. vsusfructus. 4. D. h. t. quoniã omissa communi glossæ, & omnium solutione, qui vt eam legem componant cum d. l. rectè dicimus. 25. ibi. *quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis sit.* D. de verb. signifi. docet d. l. 4. de vsufructu causali esse intelligendam, qui coniunctus est proprietati, textum vero. d. l. rectè dicimus de formali,

mali, qui est à proprietate separatus. Quæ cõmunis opinio falsa est, ex his quæ sup. obseruauimus, neque iura quæ pro ea adduci solẽt, illam probant, sed loquuntur de vsufructu, non quatenus est ius, & in iure consistit, sed quatenus est commoditas. Dicendum est vsum fructum partem dominij non esse regulariter, vt in d. l. rectè dicimus. Sed potius seruitutem, vt ille tex. probat, & l. 1. D. de seruitut. quæ cum dominio nihil habet commune. d. l. in re communi. d. l. vtifrui. Nec contrarium probat. d. l. 4. quæ solum probat in multis casibus partem dominij esse, quasi probet regulariter non esse partem dominij. Casus autem, in quibus pars dominij dicitur sunt quoties vsusfructus in his rebus, quæ vsu consumuntur, constituitur, quum enim dominium duabus partibus præcipuè constet, prior est qualitas quædam demonstrans rem meam esse dumtaxat: altera ius disponendi quod ex ea qualitate resultat. Vnde fit, quod vbi constituitur vsusfructus in his rebus, quæ vsu consumuntur, quamuis vsufructuarius non habeat plenum, & absolutum dominium, quia tamen vsusfructus earum rerum in abusu, & consumptione consistit, præstita satisdatione de tantumdem reddendo finito vsufructu, & ille potest eas res consumere. l. 1. & per totum. D. de vsufructu earum rerum. §. constituitur, inf. eod. quod ius consumendi, vel de ea re disponendi pars dominij est, ideò dicitur in d. l. 4. vsumfructum in multis casibus partem dominij esse, in his videlicet, in quibus constituitur in his rebus, quæ vsu consumuntur. Quæ videtur vera horum iurium explicatio; quamuis aliter alij tradiderint, vt Pinelus in d. l. 1. C. de bon. mat. 3. p. ex num. 1. Viglius in §. alienus seruus. inf. de hered. instit. Ioann. Rober. lib. 3. sentent. cap. 18. Cona. lib. 4. c. 3. num. 7. Io. Garcia de expensis, c. 10. ex nu. 1. Alciat. & Rebuffus in d. l. rectè dicimus. Molin. 1. part. Consuet. Paris. §. 1. glos. 1. num. 2. Post quos omnes, adhuc etiam dici posset, quia superior interpretatio, quam probamus, vsufructuarium dominum esse, non quadrat. d. l. 4. quæ id non probat, sed illud potius vsumfructũ ipsum de per se in aliquibus partem dominij existimari. Sic puto dici posse, & exemplis rem explicari, vt puta quod si dominium rei in alium tranferri interdicatur, censetur etiam interdicta vsusfructus translatio. l. fin. C. de rebus alien. non alien. sic cum Oratio. D. Seueri. de qua in l. 1. D. de reb. eorum. meminisset alienationis bonorum pupilli, extensa fuit ab Vlpiano, vt & vsusfructus constitutio intelligeretur, quia in eo proposito vsusfructus pars dominij existimatur. l. 3. §. nec vsusfructus. D. de rebus eorum. Eadem interpretatio cadit in lege Iulia de fundo dotali. Potest & exemplum constituti in l. qui vsumfructum. 58. D. de verbor. oblig. & hinc etiam deducitur bona ratio ad l. cum filius. 79. §. dominus. D. de legatis. 2.

17 Non obstat secunda difficultas, quoniam vt latius dicemus in §. constituitur. inf. eo. in his rebus quæ vsu consumuntur, non consistit verus, & perfectus vsusfructus, sed quasi vsus fructus, præstita enim ab vsufructuario cautione de tantumdem reddendo eiusdem bonitatis & qualitatis domino, vtilitatis causa senatus censuit in his rebus constitui posse vsumfructum, quod benè explicat Iustinianus ibidem, & facit tex. in l. 2. §. mutui datio. D. si cert. pet. igitur quia finito vsufructu tantumdem reddendũ est, dici potest non in rebus suis sed potius in alienis vsumfructũ in ea specie esse.

18 Non obstat tertium argumentum, quoniam obseruo verbum illud, *vtendi*, in nostra definitione, ideò adiectum fuisse, vt tota vis & substantia iuris de quo agimus explicaretur, nam qui habet vsumfructum vsum etiam habet, fructui enim vsus inest, vsui verò fructus

19 deest. † nihil ergo interest, vsusfructus, an fructus legetur, quia semper fructuarius ius etiam vtendi habet, non tanquam seruitutem & ius distinctum, sed tanquam commoditatem ipsius vsusfructus. d. l. per seruum. 14. §. vsusfructus. d. l. sed si de fructu. 15. D. de vsu & hab. d. l. in fructu. 42. D. de vsufructu. legato. tex. in prin. inf. de. vsu & hab. † Sed aduersus hanc resolutionem, & vsumfructum sine

20 vsu esse posse, insurgit I. C. Paulus in d. l. sed si de fructu. 15. §. potest. & in l. si alij. 42. D. h. t. & in l. huic stipulationi. 5. D. vsufructuarius quemadmodum caueat. Quas leges & similes vt rectè intelligas meminisse oportebit, quod aut à principio constituitur vsusfructus, & tunc postea vsus non poterit constitui, sicuti neque adimi, quia necessario in vsufructu continetur, d. l. sed si de fructu: Aut à principio constituitur vsus, & tunc in his fructibus qui supersunt deducto vsu, poterit vsusfructus constitui, d. l. si alij. 49. de quo etiam inf. in princ. de vsu & habitatione.

21 Non obstat quartum argumentum, quoniã respondeo, quòd etsi fructus distinguantur ab vsufructu, id est à iure vtendi, non tamẽ inde sequitur, quod qui vsumfructum habet fructus non habet, vt satis docet Imperator in d. prin. su. de rebus corporalibus. Et I. C. in l. 1. D. de rerum diuisione. Nec contrarium probat d. l. fundi Trebatiani. 38. D. de vsufructu legat. d. l. defuncta. 65. §. 1. D. h. t. quia ibi non vsusfructus fundi, sed eius redditus fuerunt legati, quod legatum à legato vsusfructus longe distare optimis rationibus probat Scæuola in d. l. fundi cui, & d. l. defuncta. §. 1. adde Pinel. in d. l. 1. 2. p. nu. 11. & 12. C. de bonis.

22 Non obstat quintum argumentum, quoniã

&si generaliter verum sit vsufructuarios omnes satisdare debere se vsuros rebus alienis, salua semper earum substantia boni viri, id est, iudicis, arbitrio. l. 1. D. vsufructuarius quemadmodo. cau. cum alijs multis relatis à Pinelo, in d. 2. p. ex n. 75. Pater tamen qui vsumfructum habet in bonis aduentitijs filij singulari ratione satisdare non tenetur, nec de vtendo boni viri arbitrio, nec de restituendo, nec de rationibus reddendis: quod lex paternæ reuerētiæ tribuit, & ex maxima confidentia, quam de patre erga liberos habet, ei remisit, argumēto l. illi quidem. 8. §. fin. infi. D. de eo quod met. cauſ. l. fin. in princ. verſ. *quis enim talis affectus.* C. de curat. furioſo. quas exornat Anton. Gomez. 1. to. c. 1. nume. 4. Tiraquel. in l. ſi vnquā, in præfatione, ex n. 7. C. de reuoca. donat. Iaſo. in l. nemo poteſt. n. 68. in ſecunda lectura. D. delegat. 1. Vnde ex d. l. cum oportet. 6. §. non autem, & d. l. fi. §. finautē. C. de bonis quæ liberis, deduces limitandam eſſe generalem regulam d. l. D. vſufructuarius quemadmodum cau. quarū legum noua deciſio confirmari poteſt ex eleganti. l. filio vel ſeruo. 7. D. vt leg. ſeu fideicomiſ. nomine caue. exornat Pinel. d. 2. p. n. 20

23 Non obſtat ſextum argumentum, nam etſi verum ſit ius habere conductorē fruendi alieno fundo, d. l. ex conducto cum ſimilibus, id tamen non iure proprio facit, ſed alieno nomine, quia dominium contractus ratione obligatū habet, vt præſtet ei frui licere, ex d. legib. cōiuncta regula. l. obligationū. 3. D. de oblig. & actio. itaque locatio dominium non contituit, ſed obligationem dumtaxat vt locator cōductori frui licere præſtet. Præterea etiā vſus rei conductæ magis eſt facti quàm iuris, magis eſt facultas percipiendi fructus, quam ius aliquod conſtitutum. † Secus verò eſt in vſufructuario qui hæc non alieno nomine aut iure, ſed ſuo proprio facit, habetque in vſufructu verum & legitimum dominium, ex l. 3. D. h. t. l. in vēditione. 7. in princ. D. de bonis auth. iud. poſsid.

24

Verſi. *Eſt enim ius in corpore.* Pro explicatione huius text. vide omnino quæ dicemus in §. finitur, in eo.

§. *Vſus fructus à proprietate.* 1.

1 *Vſusfructus conſtitui poteſt & in contractibus, & in vltimis voluntatibus.*
2 *Vſufructu vni legato, alij verò fundo vnius eſt vſus fructus alterius proprietas.*
3 *Vſumfructum hoc caſu communem eſſe cōtendi tur, & quomodo leges cōtrariæ cōcilientur, n. 4.*
4 *L. inde Neratius. 4 §. fin. D. de vſufru. accreſ. cū alijs explicatur.*
5 *Fundi appellatione proprietas & vſusfructus cōtinetur.*

1 DEfinitione vſusfructus explicata, quibus modis conſtitui poſsit Iuſtinianus docet, pactionibus, id conuentionibus, & vltimis voluntatibus illum creari probans, & exemplis illuſtrans: idem ſcripſit Iureconſ. in l. omnium. 3. & in l. vſusfructus. 6. D. h. t. d. l. 20. verſ. *E tal otorgamento.* tit. 31. p. 3. explicant citati in princ. ſup. eo. Ant. Gom. 2. tom. c. 15. n. 5.

2 Sed contra noſtrum textum dum probat, quod ſi alteri fundū, alteri vſumfructū legauero, vnius vſusfructus erit, alterius verò proprietas, quod & probat tex. ſi rectè perpenda tur in l. ſi tibi. 5. D. de vſufruct. accreſ. in l. à libero. 35. D. de bonis liber. † grauiter vrget

3 tex. in l. Inde Neratius. 4 §. fi. D. vſufru. accreſ. in l. ſi tibi. 6. D. vſufru. earum rerum in l. ſi alij 19. D. de vſu & vſufru. leg. & facit tex. in l. Eum qui. 56. § ſi à te. D. de verb. oblig. quibus probatur eū cui fundus relictus eſt, alteri vſufructu legato, partem etiā vſusfructus habere.

4 Sed vt hæc iura & alia componas obſeruabis, ita demum integrum vſumfructum à proprietate ſeparari, ſiquis alij vſumfructum, alij fundum deducto vſufructu legauerit, vt in

5 exemplis huius tex. † Cum enim fundi appellatione plena proprietas, coniuncto vſufructu contineatur. d. l. ſi alij d. §. ſi à te d. l. inde Neratius. §. fi. conſequens eſt, partem etiam vſusfructus illum habere cui fundus relictus eſt, vt in di. legib. Indeque vt vſufructuarius plenum vſumfructum habeat, deducto vſufructu fundum, eſſe legādū illa enim ſeparatio proprietatem illo iure nudat ac ſpoliat, idcirco nudam proprietatem dicimus, in noſtro tex. & multis alijs iuris locis.

Verſ. *Ne tamen.* Vide omnino quæ dicemus in §. finitur, in eo. vbi de extinctione & reſolutione vſusfructus.

§. *Conſtituitur.* 2.

1 *Vſusfructus omnium rerum quæ in patrimonio noſtro ſunt conſtitui poteſt.*
2 *Vſusfructus proprie non eſt rerum quæ vſu conſumuntur, ſed quaſi vſusfructus.*
3 *Vſus eſt earum rerum quæ nobis vtentibus permanent, abuſus verò, ſi pereant.*

1 OMnium rerum quæ in patrimonio noſtro ſunt vſumfructum conſtitui poſſe autoritate Senatuſcōſ. inductū eſt, vt Iureconſultus ſcripſit in l. 1. D. de vſufr. earū rerum: ergo & earū rerum quæ vſu tolluntur vel minuūtur, quarū tamen non verus vſusfru

2 ctus, † ſed quaſi vſusfruct. erit, ex naturali, & ciuili ratione, vt optimè hic conſiderat Imperator, cuius ſentētiam mirè explicabis extraditis à Iuris conſ. in d. l. 1. & ſequen. D. de vſufru. earum rerū. Cona. lib. 4. c. 4. Pinelo in l. 1.

C. de

C. de bon. mat. 2. p. nu. 78. Petro Greg. 1. p. Syntagm. lib. 4. c. 3. nu. 16. & c. 4. nu. fin. Velez de Gueuara ad Topica Ciceronis. §. 11. n. 3

3 † Ex quibus notabis vsufructu harum rerum relicto potiùs abusum, quàm earum vsum concedi, vtimur enim his, quæ nobis vtentibus permanèt, his verò abutimur quæ nobis vtentibus pereunt, vt ex A. Gellio, Valla, Boetio, & alijs docet Gueuara vbi proximè.

§. Finitur. 3.

1 *Vsusfructus morte finitur.*
2 *Vsusfructus seruitus personalis est.*
3 *L. si vsusfructus 4. D. de nouationib' explicata*
4 *L. fin. C. de vsufructu intelligitur.*
5 *Vsufructu filio fam. relicto, an eius morte, an morte patris extinguatur.*
6 *Vsusfructus mihi & heredibus meis relictus post mortem meam primo tantum heredi debetur.*
7 *Vsusfructus ciuitati relictus, quibus casibus & modis desinat.*
8 *Vsusfructus finitur maxima vel media capitis diminutione.*
9 *L. 1. D. quibus modis vsusfructus amittatur explicata.*
10 *Vsusfructus amittitur per legitimum tempus vsufructuario non vtente.*
11 *Vsusfructus actio quanto tempore amittatur remissiuè.*
12 *Vsusfructus si ab vsu fructuario proprietario cedatur amittitur.*
13 *Vsusfructus, an amittatur si cedatur extraneo?*
14 *Vsusfructus commoditas vendi extraneo potest, cedi non potest.*
15 *Vsusfructus rei interitu amittitur.*

1 CElebris est hic tex. & qui certè laxiora his nostris scholia expostulabat, sed vt temporis angustijs & audientium votis cedamus, breuiter modos, quibus & finitur & amittitur vsusfructus iuxta eius verba absque disputatione explicabimus; latiùs aliquando, si Deus opt. Max. faxit, disputaturi.

In tex. ibi. *Morte vsufructuarij.* Igitur morte vsufructus, vt & cætera omnia finitur. idem in l. 3. §. fi. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. Titio. 58. D. h. t. l. Vsumfructum. 5. D. de vsufru. leg. l. corruptionem. 16. C. h. t. l. 24. t. 31. p. 3. cuius axiomatis vera ratio ea est, † quod cum vsusfructus seruitus sit personalis. l. 1. D. de seruit. l. 1. t. 31. p. 3. vltra personam fructuarij ad heredes eius non potest extendi. l. 1. D. de const. principum cum vulg. explicant præter ordinarios hic, & in dictis locis Cona. lib. 4. c. 6. ex n. 3. Sebast. Medicis in trac. mors omnia soluit. 2. p. Pet. Greg. d. 1. p. Syntagm. lib. 4. c. 5. nu. 7.

2

3 Neque contrarium probat l. si vsus fructus. 4. D. de nouationib. ibi *si post mortem meam meat eius vsusfructus.* Vbi probatur post mortem vsufructuarij manere vsumfructum. Quoniam ex Accurs. hic. ver. *morte*, Respõdeo in d. l. 4. vsusfructus debitorem delegatum fuisse creditori, antequam fructuario constitutus fuisset, & ideò non in persona delegantis, sed in persona eius cui delegatio fit vsumfructum formari, vnde morte delegantis non finitur vsusfructus, sed alterius mors expectanda est; quæ interpretatio probatur ex d. l. 4. in prin. ibi. *si vsusfructus debitorem tibi delegauero.*

4 Neque item obstat diff. tex. in l. fin. C. h. t. vbi vsus fructus relictus filio fam. morte eius non finitur, sed penes patrem remanet. Quoniam omissis varijs interpretationibus respondeo ibidem ius nouum statui summa æquitate attenta, & laxato iuris ciuilis rigore, nam cum ex l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib. acquisita per filium fam. ad ipsum filium pertinerent, iure dominij & proprietatis, & patri solus vsus fructus acquireretur. † Valde dubitatum fuit, quid iuris esset vsufructu relicto filio fam. cum ex eo non posset deduci alius vsusfructus, arg. l. 1. D. de vsufruct. legat. nec dari posset filio vsusfructus, patri vero commoditas, quoniam ius quod pater habet in bonis ac quisitis per filiũ etiã post mortem filij durat d. l. cum oportet, l. 3. in fi. illo tit. cũ alijs, quæ quidem commoditas si ex persona filij penderet eius morte finiretur. l. necessario. 8. §. fin. vers. *Nam priore.* D. de pericul. & commo. rei vendit. Quæ omnia Iustinianus animaduertẽs statuit, vsum fructum filio fam. relicto pleno iure patri acquiri quemadmodum acquireretur, iure antiquo attento. l. placet. 78. D. de acquir. hered. Et ideò morte filij vsumfructum non finiri, quia non ipse sed pater eius vsufructuarius est. Morte autem patris contingẽte, quamuis summo & stricto iure vsusfructus finiri deberet, tamen quia plerumque filij contemplatione relinquitur, humanitatis ratione Imperator decreuit, non finiri, sed in persona filij durare, vt ex eius verbis probatur, ibi *quia plerumque*, &c.

5

6 Neque etiam obstat. l. Antiquitas 14. C. h. t. vbi vsusfructus ad heredem transit. Quoniã cũ quis Titio & heredibus suis vsumfructum reliquit, ideò eius primo heredi vsusfructus debetur, quia sic testator voluit; ad vlteriores autem non transit, quia ne inutilis proprietas reddatur, eius voluntas restringitur, ex ratione, §. constituitur, vers. *ne tamen* sup. eod.

7 Neque præterea obstat vsumfructum posse ciuitati relinqui, quæ tamen nunquam finitur. Quoniam animaduerto & ciuitatem posse esse desinere si aratrum ei inducatur. l. si vsusfructus ciuitati. 21. D. quib. mod. vsusf. fruc. amit. quam exemplis exornat Petrus Gregorius d. cap. 5. num. 15. quod si iniuriam hanc non patiatur, neque interitus is realis cõ

tingat, centum annis durabit vsus fructus illi relictus, quia is finis vitæ longęui hominis est l.an vsusfructus 63.D.h.t.l.fi. C.desac.sanct. Eccles.l.20.31.p.3.explicat Petr.Greg.d.c. 14
5.n.17.Cona.d.c.6.n.5.Alc.de prę sump.reg. 1.præsump.44.

8 In tex.ibi. *Et duabus capitis diminutionibus.* Finitur etiam vsusfructus capitis diminutione contingente vsufructuario, siue minor sit, siue media, siue maxima, l.1.in prin.& in §. 1. in l. 3.in l.excepta.14.D.quib.mod.vsusfru.amit. in l.licet.23.in l.liquis vsumfructum. 29. D.
9 de vsufru.leg.† Neque contrarium probat. l. 1.illius tit. ibi. *Capite minutus ex magna causa* 15
fuerit. Quoniam respondeo, quod etsi olim quacumque capitis diminutione vsusfructus amitteretur, ex d. legib. Hodie ex noua Iustiniani Constitutione in d. l. corruptionem. 16.C.h.t.& in nostro tex.tantum maxima & media finitur, probat etiam tex. in princ. inf. de acquis.per arrogat.l.24.tit. 31.p. 3. explicant Con.& Petr.Greg.iam relati; illa autem verba, *ex magna causa*, in d.l.1.adecta fuerunt à Triboniano habita ratione Iustinianei iuris, vt hic obseruat Cuia.& multis exemplis. lib. 5.sentent.Pauli,t.23.Rebard.lib.2.varior. ca. 10.& lib.5.c.5.

10 In tex.ibi. *Et non vtendo.* Amittitur præter ea vsusfructus si vsufructuarius per legitimum tempus non vtatur, l.arboribus.13.§.fi.D.h.t. l.non vtitur.45.eod.l.isqui 20.l. placet.25.l. Põponius.29. D. quib.mod.vsusfr.amitt. l.si mulieri.22.eo tit.l.3.D.si vsusfru.pet.d.l. cor ruptionem l.24.tit.31.p.3.tempus autem est inter præsentes decennium, inter absentes vicennium a die quo cœpit competere compu-
11 tãdum, explicãt iam citati.† quid autem in ipsa vsusfructus actione quo tempore finiatur disputãt doctores in d.l.corruptionem. Balb. de præscript.3.p.4.p.quæst.5.Molin.in extricatione sexdecim legum ad l.si partem.n. 95.

12 In tex.ibi. *Si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur.* Idem in d.l.corruptionem con iuncta gloss.ver. *quibusdam.* Paul. lib. 3. tit.6. verb. *in iure cessio.* d.l.24. p. quæ consolidatio appellatur; vti etiam ex conuerso si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit.
13 † Valde autem disputant doctores iuxta illa verba nostri tex. (*nam cedendo extraneo nihil agitur*) an vsusfructus extraneo, id est non domino proprietatis possit vendi, in qua quæst. & aientia & negantia sunt Iurisconsult. responsa, quæ late vexant Interpretes hic Paul.in l.4.D.de nouationib.Negusant.de pignoribus.3.membro 2.p.n.3.Alc.in l.qui Romæ.§.duo fratres, n. 48.D.de verb.oblig.Couar.lib.1.var.c.8.n.7. Pinel.in d.l.1.3.p.n.38.C.de bonis mat. Sarmientus lib.3.Select.c.9.Carol.Molin.in extricat. nouẽ legum ad l.si vsusfructus.D.de iure dot.qui tamen omnes veritatem quæstionis nõ sunt assequuti; & quamuis d.l.24.p.statutum sit amitti vsumfructum si extraneo vendatur, quæ lex Regia communes errores sequuta fuit.† Tu sic resolue, vendi quidem vsusfructus commoditatem rectè etiam extraneo posse, l.arboribus 13.§.1.D.h.t.non verò cedi, hoc ideo quia cessio est actus quo iure cĩuili omnimodo dominium trsãfertur vt docent Bris. Hotom. & Prateius, de verb. iur. ver. *cedere*, & ver. *cessio*, & idem Briso.lib. 1.select.c.7.vnde vsus fructus cum sit personalis cedi non potest, quia ius illud quod vsufructuarius habet transferri non potest.

15 In versi. *Eo amplius.* Tandem docet Iustinianus vsumfructum finiri rei interitu, & consumptione, est enim vsusfructus ius in corpore quo sublato, & ipsum tolli necesse est, tex. in princ.sup.eod.l.repeti. 5. §. fi. cum legib. sequen. D.quib.mod.vsusfr.amitt.cum alijs quibus consonat l.25.tit.31.p.3. explicant authores relati sup.in prin. Sunt & alij plures modi quibus vel amittitur vel finitur vsusfructus, quos addncti doctores pro sequuntur, eos videbitis, neque enim nobis latiùs disputare licuit.

Titulus. V.

De vsu, & habitatione.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Vsus seruitus est personalis, & eius definitio.*
2 *Vsus constituitur & finitur ijsdem illis modis quibus vsus fructus.*
3 *Vsusfructus diuidi potest, non item vsus, & num.4.& 5.*
4 *Seruitutes omnes indiuiduæ sunt.*
5 *Vsus & vsus fructus differentiæ.*
6 *Vsuarius commoditatem vendere potest, si alioqui vsus est inutilis.*

1 PRIORI personali vsusfructus seruitute explicata, succedit altera quæ vsus appellatur; *Estque ius alienis rebus vtendi ad vsum quotidianum quod in aliũ transferri non potest.* Quam definitionem probabis ex l.1. & sequen. maximè ex l.plenum.12.§.1.D.h.t. l. si alij.42. D. de vsufruct.l.20.vers. *La segunda manera.* l.21.tit. 31.p.3.Explicat latè Cepo.de seruitu. vrban. cap.5.Cona.lib.4.c.5.Petr. Greg. 1. p. Syntagmat.c.2.sub.lib.4.

2 Constituitur autem vsus, finiturque ijsdem illis modis quibus vsusfructus, vt in hoc principio, docet Imperator ex l.C.in l.1.D. codẽ. l.3.in fi.D.de vsufru.constituitur ergo testamento, pactionibus, & stipulationibus: finitur morte,

morte, capitis diminutione, non vtendo, cessione, consolidatione, & rei interitu, & ex hoc textu coniuncto §. finitur, & §. vsus fructus, sup. de vsufructu, & §. si quis velit, sup. de seruitutibus planè deduces, sunt enim hæ seruitutes simillimæ, vt hic Iustinianus scripsit.

3 Sed obstat vsumfructū diuidi posse. l. vsusfructus. 5. de vsufructu. l. 1. §. si vsusfructus. D. ad leg. Falcid. l. etsi mihi. 59. D. de vsufru. l. 1. D. de vsufructu accresc. l. communi diuidendo. 7. §. cum de vsufructu. D. commu. diuid. l. sed etsi, 34. §. vsusfructus cum legibus sequent. D. famil. hercis. explicant Coras. lib. 1. miscel. cap. 3. Vacon. lib. 5. declarat. cap. 72. Vsus autem seruitutem nō diuidi. l. vsus pars. 20. D. hoc tit.

4 Cui difficultati respondet glos. hic ver. *solet*; ideò vsum indiuiduum esse quia seruitus est. l. 1. D. de seruitutib. omnes autem seruitutes indiuiduæ sunt. l. 2. §. ex his, & §. & harum. l. stipulationes. 72. D. de verb. oblig. cum alijs, quæ refert & explicat Ant. Gom. 2. tom. cap. 10. num. 15. Cona. lib 6. c. 2. Petr. Gregorius 1. part. Syntagmat. lib. 5. cap. 3. Vaconus vbi sup. cap. 73. num. 3. à qua tamen regula vsusfructus excipitur qui quidem diuiduus est. l. 1. § si vsusfructus D. ad leg. Falcid. specialitatis verò ratione scripsit Bart. in repetit. d. l. stipulationes. 72. n. 28. quia quamuis ius vtēdi sit incorporale, fructus qui ex fundo percipiuntur omnino corporales sunt, & sic diuidui. Item etiam quia quælibet vsusfructus pars, tantam vtilitatem affert respectu partis, quantam totus respectu totius: explicat Ant. Gom. 2. d. cap. 10. nu. 18. aliam rationem scripsit Vaconius d. lib. 5. c. 73. nu. 8. Nec obstat in vsufructu, vsum contineri, quia tanquam commoditas, non tanquam seruitus continetur vt iam diximus. Neque item corporale esse id quod in vsu est, quia quamquam id sit verum, diuidi tamen non potest, quoniam ad diuisionem æstimatio erit necessaria, simul tamen atque æstimationem feceris, non vsus, sed vsusfructus erit, quia pecunia in fructu est. Alcia. lib. 1. Paradox. c. 8. †

5 Ex qua obseruatione prima differentia inter vsum & vsumfructum defendit.

Altera colligitur ex nostro tex. & definitione sup. tradita, quia vsuarius vti potest, fructibus, quatenus ad vsum quotidianum, sibi suisque sufficiat, d. l. plenum. §. 1. d. l. 20. & d. l. 21. Alia differentia est quia vsuario fundū ita colere permittitur vt nec domino fundi molestus sit, neque ijs per quos opera rustica fiunt, impedimento; fructuarius verò habet plenam & liberam habitationem cum ipse colere debeat, vt explicat hic Iustinianus. Vltima differentia est, quæ colligitur ex ver. *nec vlli alij*, nam vsufructuarius habet ius vtendi aut locandi commoditatem sui iuris, vt diximus in §. finitur, sup. tit. 1. vsuarius verò non

6 item, vt in dictis iuribus, † nisi alioqui vsus vanus, & inutilis sit futurus, si commoditas non vtendi, aut locandi, tx. notabilis, in l. Diuus. 23. D. hoc. tit. cui omnino adde Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 2. p. nu. 57. & notat Gregorius in d. l. 20. gloss. 10. Aut nisi tam spatiosæ domus vsus sit relictus, vt portionem habitationis recipiat. l. cæterum. 4 d. l. Diuus, §. licet. Quod etiam erit admittendum si vsuarius equos locet, & hoc testator sciat. l. plenum. 12. §. equitij. D. hoc tit.

§. *Item is qui ædium.* 1.

1 *Vsuarius quod ius ex vsu habeat.*
2 *Viri & vxoris vna est familia.*
3 *Vsuarius alij ius vtendi concedere non potest.*

1 VSuarius familiam, libertos, hospitesque suos potest recipere, ius autem suum cedere aut trāsferre non potest: idem in l. 2. §. 1. cum legibus sequen. D. hoc titulo, & in d. l. 21. part. vbi notanter Gregorius gloss. 1. cuius rei ratio ex dictis sup. in principio oritur, † vnde & illud descendit, si ad mulierem vsus ædiū pertineat cum marito ei habitare licere, d. l. 4. §. mulieri. cum sequent. D. isto tit. est enim viri & vxoris vna domus & commixta familia, l. §. si vir, aut vxor. D. ad Sillanian. & diuini atque humani iuris inter eos communicatio, l. 1. D. de ritu nupt. quam exornabis ex latè traditis à nobis, in l. 3. & 7. C. de murileg. lib. 11.

3 sub. nu. 15. & sequen. † Habes igitur ex hoc tex. cum similibus & aliam inter vsuarium & fructuarium differentiam, nam vsuarius dum taxat cum familia sua habitare potest, hospitēque recipere dum ipse habitet: vsufructuarius verò alteri ædem fruendam concedere potest, etiam si ipse non habitet. d. l. arboribus. 13. §. vsufructuarius, D. de vsufructu.

§. *Item is, ad quem.* 2.

1 *Vsum serui aut iumenti si quis habeat, quomodo vtatur.*
2 *Operas serui alieni qui habet potest illas locare, & alij concedere.*
3 *Discrimen inter legatum operarum, & legatum vsus.*
4 *Vsus pecoris, siue armenti relictus quid præstet.*

1 ALiam hic Iustinianus vsus, & vsusfructus differentiam scribit; Nam si quis serui aut iumenti, operæ vsum habeat, ad suum, suorumque liberorum & coniugis ministerium tantum vtetur, alijs autem cōcedere, aut

locare

locare operas non poterit : idem in d .l. plenum. 12. § si vsus. cum duabus legib. sequen. D. eo. & in d.l. 21. p. vers. *E si forauentura*, quod tamen fructuario concessum est, vt iam diximus: Illud tamē rectè Angel. & alij hic notarunt, quod si tam inops esset vsuarius, vt cū vno boue, cuius ipsi vsus relictus est, fundum suum arare nequeat, nec aliū præinopia emere possit, poterit vicino, cui etiā vnus bos est cō modare vt alternis diebus vtantur, argum. l. Diuus. 23. D. h.t. coniuncta specie l. si rem. 19. §. si cum vnum. D. de præscrip. verbis.

2 Sed contra nostrum tex. obstat. Operis serui legati vsum etiam datum intelligi ex l. operis 5. D. de operis seruorū. At si quis in seruo alieno operas habeat illas locare vel gratis alijs concedere poterit, quinimo etsi ipse decedat operarum legatū ad heredē suū transmittet. l. 2. D. de vsufru. leg. ergo similiter vsus poterit alijs concedi & ad heredes transmitti.

3 Cui difficultati vt satisfacias aduerte, magnum esse inter legatum vsus, & operarum discrimē. Vsus quidem iuris est, respicitq; tantūmodo ipsius vsuarij personam, & eius morte, & capitis diminutione finitur. tex. in princ. sup. h.t. in l. 1. D. eo. in l. 3. in fi. D. de vsufru. Operę verò in facto consistunt. l. 1. D. de operis seruorum, adhærentque personæ serui qui eas exhibiturus est, vnde neque capitis diminutione pereunt neq; morte illius cui sunt præstandæ l. 2. D. de oper. serv. l. 2. D. de vsufruct. leg.

Versic. *Sed etsi pecoris.*

4 Pecoris vsu concesso & constituto, ad stercorandum dumtaxat quis vtetur, non autem lacte, agnis, aut lana, nisi quatenus ad suum ministerium necessarium fuerit, ex hoc vers. *coniuncta* d.l. plenum. 12. §. sed si pecoris. D. eo. & d.l. 21. p. vers. *Otro si dezimos*, quæ non leuis est vsus vtilitas, cum longè fructuosior fundus stercore reddatur, ex l. in omnibus 7. in fi. C. de cursu publico. lib. 12. Boūm armenti autē vsu relicto, omnem vsum habebit vsuarius, & ad arandum & cætera omnia ad quæ boues apti sunt d. §. sed si pecoris, vers. *sed si boum* : ex quibus iam & alteram vsus, & vsus fructus differentiam colliges; cum fructuarius hæc omnia quæ in fructu sunt plenè habeat, tex. in §. in pecudum, sup. de rerum diuis.

§. *Sed si cui habitatio.* 3.

1 *Habitatio seruitus personalis est.*
2 *Habitationis ius quale sit, & quid cōprehendat.*

1 TErtia personalis seruitus, quæ habitatio dicitur, ius quoddam proprium ab vsu & 2 vsufructu differens est, † is enim cui relicta est habitatio, potest habitare, nec ipse tantum, sed & cum familia sua, & cum libertis quoque suis. l. 2. §. domus. l. si habitatio. 10. D. hoc titulo. l. 27. tit. 31. par. 3. potest etiam locare ex noua Iustiniani lege in I. cum antiquitas. 13. C. de vsufructu, hæc quamuis morte illius cui conceditur finiatur. l. habitatio. 11. C. de vsufructu. dict. l. si habitatio, & alijs pluribus modis quos de ea disputantes, prosequuntur Cona. d. lib. 4. c. 5. ex nu. 4. Pet. Greg. prima par. Syntagm. lib. 4. c. 2. nu. 10. Cepola de seruitutibus vrban. cap. 6. non tamen extinguitur capitis diminutione, vel per nō vsum, d.l. si habitatio: quia magis in facto, quàm in iure consistit, & ideò; & quia ipsi personæ cui relinquitur cohæret, si filio vel seruo relinquatur, patri aut domino non quæritur. l. si habitatio. 9. D. quando dies leg ced. coniuncta. l. legatum 10. D. de cap. diminut.

Titulus VI.

De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus.

In Rubricam.

1 *Vsucapio acquisitio ciuilis est.*
2 *Vsucapionis definitio.*
3 *Vsucapionis introducendæ causa bonum publicū fuit.*
4 *Vsucapio, vt effectum habeat, bona fides, iustus titulus, & legitima possessio requiruntur.*
5 *Bona fides est scientia iustæ possessionis.*
6 *Titulus est causa habilis ad translationem dominij.*
7 *Possessio est ius insistendæ rei non prohibitæ possideri, &c.*

1 INGVNLORVM hominum res cum vel iure naturali, id est gentium, vel iure ciuili fiant. §. singulorum sup. de rerum diuisione, hactenusque sint expositi modi, quibus iure gentium rerum dominia acquiruntur, quibus modis legitimo & ciuili modo acquirantur, deinceps agendum est, vt in §. fin. superioris tituli Iustinianus instituit. Qui in hoc statim ciuilem acquisitionem quæ ex vsucapione fluit, referens, explicat, quam vt & nos exactè exponamus quid sit vsucapio, cur introducta, quæque in ea vt procedere possit, requirantur, breuiter discutiemus.

2 *Vsucapio est adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti.* l. 3. D. hoc tit. Vlpianus in fragmentis, tit. 19. vers. *Vsuca-*

Vsucapione.extat.l.prima, cum sequen.t. 29. p.3.& quamuis nonnulli ex interpretibus cõ trouertant,hanc tamen definitionem defendunt post antiquiores Couarr.in regula possessor, 1.par.§.vnic.ex num. 1. Minchaca illustr.cõtrouers.c.56.n.2.Balb. de præscript. 1.p.tertiæ partis,prin.quæst. 3. prin. num.1. & 2.Contius lib.1.disputatio. cap. 10. & 12. Guillelmus Fornerius,lib.2.select.c. 17. Coras.lib.6.miscellan.c.20.Reuard.ad leges duo decim tab.c.17.Baldui.ad leges Romuli. c. 9. Cona.lib.3.ca.11.Petr.Greg.3. p. Syntagm. lib.40.c.1.& sequen.Parlad.lib.1.rerum quotid.c.1.Cuiacius in d.l.3.& in d.vers. *vsucapione*,qui suntvidendi iuxta eandem vsucapionis definitionem,præter ord.ibid.& in h.t. & extra de præscriptionibus.

3 Causam autem vsucapionis introducendæ nemo est qui ignoret,fuit enim bono publico inducta, ne quarundam rerum diu & ferè semper dominia incerta essent,cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium, & vt aliquis litium finis esset,aliàs enim graues & infinitæ turbæ & rixæ in republica concitarentur, si liberum esset rem per multorum iam manus peruagatã prætextu alicuius prisci exoletique tituli vindicare,l.1.D.hoc tit.l.fi.D.pro suo.d.l.1. tit. 29.part.3.& post supra relatos grauiter & doctè explicat omnino videndus Baldui.in protheorijs huius tit.Petr.Greg. d. libro 40. ca. 11.per totum.

4 Tria autẽ omnino requiruntur vt vsucapio effectum hunc acquisitionis dominij habeat. Bona fides : Iustus titulus : & Legitima possessio. † *Bona fides* in hac tractatione nihil aliud est,quam secura, syncera, & illæsa conscientia iustæ possessionis, vt latè explicat Couar.in regul.possess.2. par. §. 6. ex num. 1. quem sequitur Ioan Garcia de expensis,c.23. num.9.quamuis alias variè ea vox accipi soleat,vt notant Hotom.Bris.Berrucius, & Pra teius de verb. iur. ver. *bona fides*, omnes in §. omnium inf.de actionib.& in cap.cum venera bilis.6. de exceptionib. Coras. lib. 2. miscellan.c.8.& Reuard.de autoritate pruden. cap. 3.qui ergo ab alio tanquam à vero & legitimo domino rem aliquam emit,aut quouis alio iusto titulo accepit, indubitanter illum verum dominum arbitratus,& rem alienari non prohibitam,is bonæ fidei possessor erit, bonamque fidem eum habere dicendum est. † *Titulus*,sic dictus, quia possidentem tueatur, est causa aliqua ex se habilis ad trãslationem dominij,iustificationemque possessionis,quo sci licet quisque defenditur cum eius possessio ab alio impugnatur, explicat Consultus in l.3. §. genera. D. de acquirenda possessione latè Couarr.d.2.p.§.5.veluti pro *emptore*,pro *dote* pro *donato*, pro *legato*, & similia de quibus lib. 41. Digestorum ex titulo 4. & lib.7. Co
7 dicis, ex titulo 20. † *Possessio* verò legitima quæ in vsucapione desideratur est ius insistendæ rei non prohibitæ possideri, & eius occupatio tempore lege definito, vt ex Bart.docet Couar.d.2.p.in initio:quod tamen sæpè varia tur,cum in aliquibus rebus breuius,in alijs lon gius tempus sit ad vsucapionem necessariũ, vt mox dicemus, & latè explicat Iacobus Cuiacius integro tractatu de prescriptionibus & terminis.

Principium tituli.

1 *Vsucapitur res mobilis triennio: immobilis decẽ annis inter præsentes, viginti inter absentes.*
2 *Loca publica præscribi vtrum possint, & nu.5.*
3 *Scientia rei alienæ vtrum vsucapionem impediat,& num.6.*
7 *Vsucapio à præscriptione quid differat.*

1 REs mobilis triennio, immobilis inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis bona fide & iusto titulo concurrentibus vsucapitur, Italicarum & Prouincialium, *mancipi*, & *nec mancipi* rerum differentia omnino sublata. l. vnica, C.de vsucapione transformat. l. 15. & 18. cum sequenti titulo 29. par.3.explicant præter ordinarios,hi quos supra retulimus.

2 Sed contra nostrum tex.obstat,præscribentem loca publica bonam fidem habere nõ posse arg.c. qui contra iura. 82. de reg.iuris, lib. 6.sed locum publicum potest quis præscribere.l.si quisquam.7.D.de diuers.& temp. præs. ergo contra text.

3 Secundò,qui scit rem quam possidet alienã esse bonæ fidei possessor non est, vt constat: Is tamen vsucapere potest l.si finita.15.§. Iulianus.D.de dam.infect. l. & generaliter. 28. ibi. *vsu quoque me capturum quamuis sciens alienum possideam*.D.de noxalib.act.ergo.

4 Tertio sine titulo & bona fide vsucapio procedit.l.3.§.ductus aquæ.D.de aqua quotidian.& æst.ergo.

5 Quibus non obstantibus defendenda est cõclusio nostri tex.neque obstat d.l.si quisquam cui ex diametro obstat.l.fi.D.h.t. quia sunt accipiendæ iuxta interpretationem Ioan.Roberti lib.1.receptæ lectionis,c.17. quam latè exposuimus in §.flumina, sup. de rerum diuis. vt d.l.fi.procedat quando quis locum publicum longa possessione acquirere nitebatur quod ei non licet, & ibi probatur, *ad obtinenda ea loca quæ iuris gentium publica sunt*. Secus verò si nõ locum ipsum,sed ius ibidem piscandi intendat vsucapere,quod vtique sic est commune ex d. §.flumina,vt possit longo vsu acquiri exceptio contra prohibentem ibidem piscari, ex d. l.siquisquam. quæ sic est exponenda.

Non

6 Non obstat d.§.Iulianus,& d.l.& generaliter,quoniam vt sup. diximus, *bona fides*, non oritur ex scientia vel ignorantia rei alienæ,sed ex iusta possessione:eam autem absque dubio is habet, qui iudicis autoritate aliquam rem possidet.l.iustè possidet 11.de acquir. possess. facit l.3.§.1.D. de eo quod met. caus. est tex. in c.qui peccat.23.quæst.4.ille ergo qui iudicis decreto in possessionem rei alienæ missus est,bonæ fidei possessor erit quia iustæ possessionis habet scientiam.

7 Minus obstat d.§.Ductus aquæ, quoniã animaduerto,eum tex.aliorum omissis erroribus non de vsucapione, sed de præscriptione esse accipiendum,quanuis enim seruitutes vsucapi non posse certum sit ex l.seruitutes 14. D. de seruit.cũ alijs.Si quis tamẽ aliqua seruitute lõgissimo tẽpore vsus sit,eã præscribit, idest, ex longissima illa possessione præscriptionẽ, idest exceptionem qua eam defendat acquirit vt doctè eũ tex.& alios plures accepit Parlador.lib.1.rerum quotid.c.1.n.31.§.8.quẽ omnino videas pro vero discrimine inter vsucapionem & præscriptionem.

§.*Sed aliquando*.1.

1 *Liber homo res sacra,aut religiosa, & fugitiuus seruus non vsucapiuntur, & num.2.*
3 *Adscriptitij & eorum liberi prædio ita adhærẽt vt auocari inde nunquam possint.*
4 *Vsucapi possunt Ecclesiasticæ res.*
5 *Monumentum vsucapi non potest, rectè tamen ius mortuos in illud inferendi.*
L.lõga possessione.4.D.de mortuo inferendo.Et l.monumentorum.6.C.de religiosis explicatæ.
6 *Seruus fugitiuus,quomodo possideatur.*

1 GEnerali proposita vsucapionis regulaeius exceptiones subijcit Imperator, idquè priora nostri textus verba insinuant. Aliquando etiam siquis bonam fidem habeat quæ frequentius ex iusto titulo resultat non illi prodesse vsucapionem,veluti siquis liberum hominem, rẽ sacram aut religiosam, aut seruum fugitiuum possideat. Singulas exceptionis siue limitationis partes probant. l. vsucapionem.9.D. h.t.l.fi.C.de longi temporis præscript.quæ pro libert.l.fi.C.vbi caus. status. l. fi.§.1.D de libero hom.exhib.l.6.t.29.p.3.& l.23.l.24.& 26.eo.t.& p.l.prima.C. de seruis fugitiuis,cum alijs.

Sed contra tex.ibi.*liberum hominem*. obstat. l.cum satis.22.§.cum autem. C. de agricol. & censit.lib.11.vbi liberi homines, item & eius liberi & filij ex longa possessione fundo & seruituti mancipãtur.Obstat etiam contra eadem verba.tex.in l.2.D. si libertus ingenuus esse dicetur, vbi homo liber, qui tamquam seruus possessus fuit, & postea manumissus à domino putatiuo, si ad ingenuitatem proclamare velit post quinquẽnium non admittitur.

Secundo contra tex.ibi. *rem sacram*. obstat tex.in authent.quas actiones.C.de sacrosanct. Eccles.cum pluribus vulgatis alijs vtriusque iuris locis,quibus decemur quadraginta annorum spatio res ecclesiæ præscribi posse.

Tertiò contra tex.ibi.*vel religiosam*. obstat l.monumentorum.6.§.præscriptio.C.de religiosis,vbi monumentum quod religiosum est longo tempore præscribitur.

Quartò contra tex.ibi.*seruum fugitiuum*,obstare videtur.l.1.§. per seruum. D. de acquir. possess. vbi seruus fugitiuus & possidetur & vsucapitur.

2 His tamen non obstantibus vera est sententia nostri tex. cuius ratio euidens est, ideò enim liber homo,res sacræ,& religiosæ vsucapionem effugiũt,nam cum vsucapio dominiũ pariat.l.3.D.eo.hæ autem res in nullius dominio aut bonis esse possint.§. nullius sup. de rerum diuis.relinquitur earum vsucap. nullam esse,conducit maximè senten.tex.in l.interstipulantem 83.§.sacram.D.de verb. oblig. Fugitiuus verò seruus ideò vsucapi non potest, quia cum is per fugam suripsius furtum committat.l.1.C.de seruis fugi.furtiuæ autem res, quia vitium reale habent non vsucapiantur, etiam si quis maxime bonam fidem habeat.§. furtiuæ,inf. h.t. consequens est cum vsucapi non posse.

3 Non obstat tex.in d.l.cum satis.§.cum autem quoniam loquitur in adscriptitijs colonis & eorum liberis,qui quamus liberalem conditionem habeant prædio tamen ita sunt adscripti,vt inde auocari nunquam possint, de quorum origine,conditione & causa, vide Cõnan lib.2.c.10.Nec magis obstat d.l.2.D. si libertus ingenuus esse dicetur:quæ correcta, & antiquata est tanquam iniusta, & contra libertatis priuilegia,ex d.l.fi.C.vbi caus.status.

4 Non item obstat.d.Authent.quas actiones, cum similibus: quoniam non de rebus sacris, sed de ecclesiasticis loquitur,inter quas longũ est discrimen:cum illæ nec vendi,nec possideri possint,vt quæ nullius sunt in bonis.§. nullius.§.sacræ, supra de rerum diuis. Hæ autem rectè,& possideantur,& alienentur, toto tit. extra de rebus ecclesiæ.vnde & vsucapi poterunt,ex reg.l.alienationis 28. D. de verb. sig. quod autem tempus in ecclesiasticis rebus, præscribendis,sit necessarium explicat Imperator in d.authen.quas actiones,& in corpore vnde sumitur.

5 Nõ obstat tex.in d.l.monumentorum,vers. *præscriptio*.quoniam ibi non dominium monumẽti aut sepulchri,quod religiosum est, §.religiosum,sup. de rerũ diuis.sed ius inferẽdi mortuum in monumentum & sepulchrum præscribitur

bitur, vt optimè ibidem interpretatur Accur. verb. *vobis*. Neque obstat tex. in l. longa possessione 4. D. de mortuo infer. quæ non negat ius illud mortui inferendi præscribi posse, illis interuenientibus, quæ ad præscriptionem requiruntur, scilicet, titulo & bona fide: sed sine ijs longa possessione non acquiri probat.

6 Non obstat tex. in d. l. 1. §. per seruũ, quia is tex. non probat posse fugitiuum seruum vsucapi, aut possideri ab alio quàm vero domino, id enim est certissimum ex hoc §. & d. l. 1. C. de seruis fugi. vbi latè Doctores: sed id potius vt fuga non obstante semper à domino possideatur, quod optimè explicat Accur. & post eum cæteri hic.

§. Furtiuæ. 2. & §. Aliquando 5.

1 *Furtiua, & vi possessa res vsucapi non potest, & num. 6.*
2 *Furtiua res in domini potestatem reuersa, vsucapi postea potest. & nu. 7.*
3 *Res vi possessa longa possessione præscribitur, & num. 10.*
4 *Vitium auctoris an noceat successori, & nu. 12.*
5 *Partus ancillæ furtiuæ vsucapi potest, & n. 16.*
6 *Lege duodecim tabularum rem furtiuam vsucapi posse prohibitum fuit.*
7 *Lex Attinia, siue Attilia, de rebus furtiuis.*
8 *Lex Iulia & Plautia de rebus vi possessis.*
9 *Vis expulsiua & compulsiua quoad vsucapionem differunt, iuxta communem.*
10 *Quo tempore res furtiua præscribatur.*
11 *L. Sequitur 4. §. Si tu me vi. D. de vsucapion. explicanta.*
12 *L. an vitium 5. D. de diuersis & temporal. præscri. & l. vitia possessionum 11. C. de acquir. poss. interpretatur.*
13 *Vitium reale semper impedit vsucapionem.*
14 *Vitium personale impedit vsucapionem in vniuersali successore.*
15 *Quid in successore particulari.*

1 REs furtiua & vi possessa, etiam bona fide interueniente, & iusto titulo vsucapi non potest, idem in l. sequitur. 4. §. quod autem, cũ sequenti. tex sic interpretandus in l. vbi lex. 24. & in l. non solum 33. D. hoc. tit. l. fi. D. vi bon. rap. l. si partem. 5. vers. *violenter*. cum legibus sequentibus. C. de vsucap. pro emp. cum alijs quibus consonat l. 4. in fi. & l. 5. tit. 29. partita 3. explicat omnino videndus ibidem Gregorius Lopez, Cepola per textum ibi. in l. 1. C. de vsucap. pro empt. maxime nu. 9. Cuiac. in d. §. quod autem. Cona. lib. 3. ca. 15. nu. 2. Pet. Gregor. 3. p. Syntagm. lib. 39. c. 2. Coua. in reg. possessor 2. p. §. 9. & in reg. peccatum, 3. p. in initio, Baldu. ad leges Romuli. c. 9. & 11.

2 Sed primo obstat tex. in §. aliquando inf. eod. & d. §. quod autem, vbi probatur, rem furtiuam in domini potestatem reuersam, vsucapi rectè posse.

3 Secundo obstat l. si vi vel metu, 3. C. de eo quod met. causa, vbi qui bona fide rem violẽtia ablatam emit lõga possessione præscribit.

Tertio obstat l. vnica. §. ad hæc C. de annal. exceptione, vbi furtiuæ & vi possessæ res triginta annorum spatio præscribuntur: idemq; probat l. sicut. 3. l. omnes, 4. C. de præscript. trig. anno.

Quarto obstat d. l. sequitur. 4. §. si tu me vi. D. hoc tit. vbi res violenter ablata vsucapitur.

4 Quinto obstat difficilis tex. in l. an vitium 5. in prin. D. de diuers. & temporalib. præscri. l. apud Celsum 4. §. si quis autem 28. vers. *aliud est enim emere*. D. de doli exceptione, in quibus vitium auctoris successori nõ nocet quin possit vsucapere.

5 Sexto & vltimo grauiter obstat, partum ancillæ furtiuæ à bonæ fidei possessore vsucapi posse. in d. l. non solum, in prin. D. h. t. in l. si ego 13. §. partus, vers. *interdum*. D. de Publiciana. in l. qui vas. 49. §. ancilla, in fi. D. de furtis, in l. si matrem 3. C. de vsucap. pro emp. d. l. 5. p. vers. *empero*: ergo contra nostrum tex.

6 His tamen non obstantibus, Iustinianum defende, qui iure optimo hic duodecim tabularum legem sequutus, rerum furtiuarum vsucapionem inhibet: vnde constat: Decemviros lege illa duodecim tabularum, qua vsucapionẽ admiserunt, cuius hæc verba circumferuntur (*vsus & autoritas fundi biennium esto, cæterarum vsus annuus esto*) quam retulit Balduinus ad leges Romuli, c. 9. non modo non tueri mala fide possidentes, veluti fures, sed in vniuersum rei furtiuæ, quantumuis bona fide possessæ,

7 vsucapionem sustuliſſe, † Quod lege duodecim tab. inhibitum erat, postea lex Attilia, siue Attinia repetijt, cuius verba fuere: (*quoi subreptum erit eius rei æterna autoritas esto*) vt ex A. Gellio retulerũt Baldui. vbi sup. c. 11. Hotoma. & Ant. Augustin. de legib. Romanis, ver. *Attinia*. Planè eadem lex Attinia illud duodecim tabulis addidit, nisi in potestatem domini reuerteretur, tunc enim furti, aut violentiæ vitium expurgari censetur, §. aliquando, infra eo. quando autem rem in domini potestatem redijsse dicetur grauiter ex eadem lege Attinia explicuit I. C. Paulus, in d. l. 4. §. quod au-

8 tem, D. eo. † quod quidem, & ad vsucapionẽ rerum vi possessarum pertinet, quarum alioqui vsucapionem inhibuerunt lex Iulia, & Plautia exemplo legis duodecim tab. & Attiniæ; quas leges, Iuliam, & Plautiam inanes fuisse dicendum non est, eo quod vis furtum sit, & rei furtiuæ vsucapio iam esset prioribus legibus interdicta, animaduerto etenim exisse malle veteres interpretatione non ita facile legis prohibitionem alio trahi posse.

Ex

Ex quibus iam fluit primi argumenti solutio, cum in d.§.aliquando, & in d.§. quod autem. scripta sit explicatio illa quam Attinia duodecim tab.legi fecit.

9 Non obstat secundum, ex d. l. si vi vel metu. Quoniam aduerto pluribus modis inferri vim posse, quos refert glos.in l. 1. glo. 1. C. quod metus causa, in l.extat 13.verb. *non habebit*. D. eodem, in quorum nonnullis, quamuis ille qui vim patitur non omnino liberam voluntatem habeat, aliquam tamen habet vt in vi compulsiua (vt nostri appellant) l. si mulier, 21.§. si metu coactus. D. eo quod metus causa, de qua etiam est accipiendus tex.in d.l. si vi: vbi vi & metu distrahere aliquis fuit coactus fundum, qui postea ab alio fuit bona fide emptus, & longo tempore possessus, & inde acquisitus, non obstante nostri tex & similium prohibitione, qui de expulsiua violentia sunt interpretandi. ex Acc. & communi vbique.

10 Non obstat tertium ex d.§. ad hæc, & regula, d. l. sicut, & d. l. in rem. quæ in longissima 30. vel 40. annorum præscriptione loquuntur, quia bona fide interueniente vsucapionis saltim initio etiam furtiuæ & vi possessæ res vsucapi poterunt. Neque contrarium hic, habetur, quum tantum longo tempore decem, aut viginti annorū vsucapio in his rebus infirmetur nō autem longissimo, quo vitium illud reale furti aut violentiæ elui, tolli, & purgari constat. l. 31. tit. 29. partita. 3.

11 Non obstat quartum ex d.§. si tu me vi, cuius facillima est explicatio cum lex Iulia & Plautia, rerum vi possessarum, tantum modo vsucapionem inhibuerit, dici autem non potest rem esse vi possessam, si tu vi me expuleris de tua possessione, nec eam apprehenderis, alius autem in vacuam possessionem intrauerit, qui poterit bona fide, longo tempore capere, quamuis enim interdictum vnde vi locum contra te habeat, non tamen verum est vi esse possessum, ergo vsucapi non erit prohibitum.

Difficilius est quintum ex dicta l. an vitium, & dicto §. si quis autem: quibus satis obstat reg. nostri tex. & l. vitia possessionum 11. C. de acquirenda possess. cum alijs. Rectè tamen rem hanc comprehendit Acc. hic, ver. *competat*, & in d. l. vitia. gloss. 1. vt sit discrimen constituendum, inter realia, & personalia vitia: † Realia ea sunt, que rem ipsam comitantur, vt furtum, violentia, & plura alia quæ refert glossa in cap. cum non liceat 12. ver. *non obstante*, de prescriptionibus, quam retulit Petrus Gregorius d. c. 2. hæc semper vsucapionem impediunt in quemcunque possessorem licet transierint, siue vniuersalem, siue singularem, nisi longissima possessione interueniente, vt diximus ad 3. argumentum.

14 † Personalia verò vt dolus autoris dans causam contractui, mala fides ipsius, & scientia iniustæ possessionis, & rei alienæ, & hæc remorantur vsucapionem in vniuersali successore, iuxta quæ intelligi debet noster textus, & dicta l. vitia. † Quod si successor sit particularis ex titulo lucratiuo autoris vitium, & dolus ei nocebit, dicta l. apud Celsum. 4.§. de autoris, & dicto §. si quis autem, si tempora sua prioribus iungere velit, non alias, ex d. l. an vitium, quam sic accipi volo. Planè si is successor ex titulo oneroso fit, autoris vitium ei non oberit, ex eadem l. an vitium, coniuncto dicto §. si quis autem, quod nouiori authenticorum iure est immutatum ex Authentica malæ fidei, C. de præscriptione long. temp. cautumque, vt non aliàs, quam lō gissimo tempore vsucapio posteriori etiam casu admittatur.

16 Non obstat vltimum, quoniam etsi maximè ea quæstio: An partus furtiuæ ancillæ vsucapi possit, nostratum ingenia torqueat: varijs eorum omissis opinionibus, ego sic statuo. Si ancilla prægnans subrepta fuit, vel si apud furem, aut furis heredem conceperit, etiamsi apud bonæ fidei possessorem pariat, partus vsucapi non potest. d. l. si ego.§. partus, dicta l. qui vas §. ancilla, in principio. Hoc ideo, quia Stoicorum sententia (quam nō stri sequuti sunt) partus ante quam edatur homo, aut animal non est, sed matris veluti quædam portio, & spes quædam animalis. Quod si apud bonæ fidei possessorem ancilla furtiua concepit, placet partum pro suo vsu capi posse, dicto §. ancilla, versiculo, *sed si conceptu*, dicta. l. si matrē, videlicet si edatur eo tempore quo furtiuam matrem esse ignorat, dicta l. non solum in principio, & dicto §. partus, quæ ad multorum iurium explicationem omnino obseruabis, & hodie comprobat dicta l. 5. tit. 29. partita. 3.

§. *Sed tamen.* 3.

1 *Bona fides alienantis, & accipientis præstat vsucapiendi conditionem.*
2 *Vsucapionem impedit error in iure, & nu.* 3.
3 *Vsucapionem non impedit error in facto.*

1 QVi bona fide rem alienam tanquam suam alienat præstat bona fide accipienti vsucapiendi conditionē, quam conclusionem exemplis illustrat Iustinianus hic, & Iurisconsultus in l. potest 36. & l. seq. D. eodem.

2 Sed contra nostrum textum, ibi: *partum suum.* &c. obstat iuris errorem vsucapionem vitiare. l. nunquam 31. in principio l. si fur. 32.§. 1. D. hoc titulo. At fructuarius qui ancillę partum suum esse existimat, in iure errat.

§. in

§. in pecudum, supra de rerum diuis. ergo.

3 Cui difficultati vt satisfacias, & nostrum tex. intelligas, aduerte: Facti errorem vsucapioni non obesse, vt probat noster tex. & d.l. potest, heres enim qui alteri successit cui res cõmodata, locata, precario concessa aut pignorata fuit, si eam testatoris arbitratus bona fide alienauerit, vsucapiendi conditionem præstat accipienti, atque ita contingit, vt quam rem ipse non poterat vsucapere propter sui authoris vitium. l. cum heres. 11. D. de diuers. & temporal. præscript. alter ab eo accipiens vsucapiat. Quod si error iuris sit ex parte tradentis, vsucapionem non remorabitur, ex nostro text. & dicto. §. in pecudum: secus autem foret, si recipiens in iure erraret ex dict. l. nunquam & dict. §. 1. & l. 4. D. de iuris & fact. ignor. Discriminis ratio est, quia in tradente bona fides sufficit, in accipiente requiritur etiam iustus titulus, qui tamen vbi adest, iuris error esse nequit.

§. *Quod autem* 4.

1 *Malæ fidei possessor vacuam possessionem bona fide accipienti tradens præstat vsucapiendi conditionem.*
2 *Absens rei suæ possessionem retinet, & nu. 6.*
3 *Distrahens rem alienam furtum committit.*
4 *Vacuam possessionem ingressus furtum & violentiam committit, & num. 8.*
5 *Immobilis rei furtum fit, & num. 7.*
6 *Possessio sine animo non amittitur.*
7 *Triginta annorum spatium requiritur ad vsucapionem rei mala fide alienatæ.*
8 *Violentus possessor, nisi longissimo tempore non præscribit.*

1 MAlæ fidei possessor qui alicuius vacuam possessionẽ ingressus alteri bona fide accipienti concessit & tradidit vsucapiendi conditionem dedit. idem in l. fundum. 37. §. 1. cum leg. sequent. D. eod.

2 Sed contra nostrum tex. ibi. *loci vacãtis possessionem propter absentiam*, &c. obstat absentem rei suæ possessionem retinere. l. clam possidere. 6. §. qui ad nundinas. D. de acquir. possess. ergo sola absentia locus vacuus non dicetur.

3 Secundo obstat, alienam rem scienter alienantem furtum committere, tex. in §. furtiuæ in fin. verbis, sup. hoc tit. at furtiua res nec à bonæ fidei possessore longo tẽpore vsucapitur, vt ibidem cauetur: ergo.

4 Tertio obstat. l. cum quærebatur, fin. C. vnde vi, vbi qui vacuam alicuius possessionem ingreditur, furtum, & violentiam committit: ergo res illa saltim longo tempore, inusucapibilis erit ex regula. d. §. furtiuæ, & sic contra Iustinianum.

5 Quarto contra tex. ibi: *abolita*, &c. obstat. l. si quis vxori. 53. §. si sulphurariæ, & l. si cretæ? 59. D. de furtis, ex quibus constat rei etiam immobilis furtum fieri, rectè posse.

6 His non obstantibus Iustinianum defendere nec adducta argumenta aliquid obstant, non primum, ex d. §. qui ad nũdinas. fatemur enim, absentem possessionem rei suæ semper retinere, quia non amittitur, nisi animus quoque illius amittendæ sit l. quemadmodum. 8. D. de acquirenda possess. At si tanto tempore absit, vt longa illa absentia insinuet eius animum possidere nolentem, argumento. l. si finita. 15. §. non autem. D. de dam. inf. iam fundus vacuus dicetur, quemadmodum & cum quis constituit nolle se possidere. l. si quis vi. 17. §. differentia. D. de acquirenda possessione.

7 Non obstat secundum, ex regula dict. §. furtiuæ, quoniam etsi verum sit res mobiles à mala fide, & alienas sciente venditas, & traditas furtiuas esse, & inusucapibiles, vt ibidem docuimus, fuerintque qui existimauerint fundi quoque, & ædium fieri furtum posse, inter quos Sabinus, cuius sententiam retulit Aulus Gellius, lib. 11, cap. 18. quasi *furtum* à *furuo* dictum esset, quod clam & obscurè fiat, & furtiuè intercipi fundus possit. l. 1. in principio. D. de furt. Placuit tamen, vt eorum vtilitati consuleretur, qui res longo tempore possident, in hoc casu furtum non fieri rerum immobilium, cum hæ auferri non possint, & *furtum*, si frequentius à *ferendo* dicatur. dict. l. 1. fuit principalibus constitutionibus cautum longa possessione bona fide inchoata eas acquiri. Sed hæc omnia immutauit Iustiniani Nouella 119. relata in d. authen. malæ fidei. C. de præscr. long. temp. ex qua triginta annorum spatium requiritur quoties quis mala fide alienat.

8 Non obstat tertium, ex d. l. cum quærebatur, quoniam hodie ex noua illa Iustiniani lege, vetus ius est antiquatum, constitutumque, violentum possessorem non tantum eum esse, qui vi aliquem à fundi possessione eiecit, aut clam eam occupauit, sed & illum qui sciens rem aliquam ad se non pertinere eius possessionem ingressus est. Igitur & hoc casu longissima possessio erit necessaria ex d. l. 1. §. ad hæc. C. de annal. excep.

Non obstat vltimum ex d. l. si quis vxori, cui rectè respondet Accurs. hic. verb. *furtum*.

§. *Res fisci.* 6.

1 *Fisci res vsucapi non possunt, & n. 3.*
2 *Pluribus in casibus res fiscales præscribuntur.*
3 *Vectigalia, iurisdictio, & plura alia nullo vnquam tempore præscribuntur.*

1 REs fisci etiamsi bona fide longo tempore possideantur vsucapi non possunt. idem

in l. quamuis. 18. D. hoc tit. l. 2. C. communia, de vsucap. l. 1. & per totum. C. ne rei Dominicæ, vel templorū: quod & in publicis functionibus est admittendum l. comperit. 6. in fi. C. de præs. 30. vel. 40. ann. l. 6. tit 29. par. 3. l. 1. ti. 15. lib. 4. l. 1. tit. 18. lib. 9. recopil. cum alijs quę explicant Conna. d. lib. 3. c. 15. nu. 6. Pet. Gregor. d. 3. par. lib. 39. cap. 2. nu. 5. Molina. lib. 2. de primogenijs, cap. 6. nu. 32. & 49. Azeuedo in d. l. 1. tit. 15. Parladorius lib. 2. rerum quotid. cap. 1. Couar. in regul. possessor. 2. par. §. 2. nu. 7. & in 4. 2. par. cap. 6. § 8. nu. 16.

2 Sed contra nostrum textum obstat pluribus in casibus contra fiscum præscriptionem admitti, vt in specie l. 2. C. de vectigalib. l. quę rela. 12. C. ad leg. Cornel. de fal. l. 2. cum seq. D. de requir. reis. l intra quatuor. 10. l. in omnibus. 13. D. de diuers. & temporal. præscrip. cum pluribus alijs, quæ latè conferunt sup. citati.

Quibus vt occurras aduerte vsucapionem longi temporis contra fiscum locum non habere, ex nostro tex. & similibus, præscriptionem tamen rectè contra eū admitti quadriennij aliquando, aliquando quinquennij, aliàs decennij, aliàs vicennij vt in dictis legibus, & multis alijs iuris locis. Itaque præscriptio aduersus fiscum locum habet, vsucapio non habet, propriè enim vsucapio est rerum alienarum præscriptio actionum. † Rursus aduerte, aliqua esse fisco debita, quæ nullo, quantumuis immemoriali tempore, præscribuntur, vt indictiones, vectigalia iurisdictio, & alia, quæ latè prosequuntur adducti authores, maxime tamen Couarruuias, quem pro prolixa huius textus materia videbis omnino d. 2. par. §. 2. & §. 3.

3

§. Nouissime. 7.

1 *Vbi lex vsucapionem inhibet bona fides possidenti nihil præstat.*

2 *Plures casus in quibus lex impedit vsucapionē remissiuè.*

1 SOlent etiam præter ea quæ Iustinianus supra retulit, & alia vitia rei inesse, quæ vsucapionem impediant, quibus omnino rem carere oportere vt vsucapio admittatur hoc loco docet generaliter Imperator, vbi enim lex inhibet vsucapionem bona fides possidenti nihil prodest. l. vbi lex 24. D. h. tit.

2 Planè præter furtum & violentiam, & alia exempla supra relata, prohibita est etiā præscriptio in casu l. fi. C. de fundis limitrophijs. lib. 11. in l. quinque pedum. 5. C. si. regund. in l. fin. C. in quibus causis in integrum restitutio necess. non est l. quod contra 8. D. ad leg. Iulian. repetund. & in titulis. C. in quibus causis. cess. long. temp. præscriptio, & C. quibus non obijcitur longi temporis præscriptio, & in pluribus alijs casibus, quos retulerunt Pet. Gregor. & alij sup. relati.

§. Error. 8.

1 *Error falsi tituli vsucapionem non præstat, cum distinctione, de qua num. 2.*

2 *Iusta causa in errore vsucapionem producit.*

1 ERror falsi tituli vsucapionem non parit, quam conclusionem exemplis illustrat Iustinianus hic I. C. in l. Celsus 27. D. hoc tit. in l. 3. D. pro soluto consonat l. 14. tit. 29. par. 3. late explicat Bartol. in d. l. Celsus, vbi Accurs. plura retulit.

Sed obstat. l. quod vulgo. 11. D. pro empt. l. pignori. 13. §. 1. D. h. tit. cum pluribus alijs, quibus errorem vsucapioni nō obesse probatur.

2 Quibus omnibus vt occurras obserua, errorem iuris vitiare vsucapionem in accipiente. l. nunquam. 31. in principio. D. eodem, & diximus supra in §. sed tamen. Facti vero ita demum si sit in re propria, vt in exemplis nostri tex. & d. l. Celsus. Veluti si quis existimet se emisse cum non emerit, vel ex donatione possidere cum ei donatum non fuerit. Neque ex persona sua potest iustum hunc errorē putare. † Quòd si aliquam causam iustam hic error habeat, vt si forte seruus aut procurator, cui emendam rem mandasset persuaserit domino se emisse, atque ita tradiderit, magis est vt vsucapio sequatur. d. l. quod vulgo. Constat ergo Iustinianū hic de errore iniusto agere, cum ad vsucapionem sufficiat possessionis causam iusto aliquo errore niti, error autē iustus erit, qui nec proprij facti, nec iuris est, vnde intelliges tex. in l. pignori. 13. §. 1. D. hoc ti. in l. sed etsi res. 7. §. eum qui D. de Publiciana in l. 2. §. si à pupillo. D. pro empt. cum alijs relatis in d. l. Celsus. Qua tamen in re illud omnino notabis errorem causæ quantumuis iustum, non profuturum ad vsucapionem, vbi nec veritas ipsa satis esset, vt in casu. l. nemo potest. 7. D. pro legato.

3

§. Diuina. 9.

1 *Bona fides defuncti prodest successori.*

2 *Mala fides superueniens an possidenti noceat. & num. 6.*

3 *Heres continuat possessionem, quia eadem defuncti persona censetur.*

4 *Hereditas iacens cœptam vsucapionem implet.*

5 *Bona fides quoad fructuum acquisitionem requiritur per singula momenta.*
L. quæsitum 40. D. de acquir. rerum domi. explicata cum multis alijs.

6 *Fructus quotidie nascitur & quotidie cōstituitur*

7 *Pontificio iure, etiam quoad vsucapionem per*

singula

singula momenta bona fides requiritur: & corrigitur noster tex.

8 *L. heres. 43. D. de vsucapionibus.*

1 POsſeſsio quę defuncto prodeſſe cęperat, heredi, & bonorum poſſeſſori etiam alienum ſcienti continuatur: eius autem ignorantia defuncti vitium nō excludit: idem in l. heres. 43. in princip. D. hoc tit. in l. 2. §. ſi defunctus. D. pro empt. in l. eum qui. 8. §. in hac actione. D. de Publiciana, conſonat. l. 16. tit. 29. par. 3.

2 Sed grauiter obſtat. l. quæſitum. 40. D. de acquirend. rerum dominio, vbi mala fides ſuperueniens heredi ipſi nocet, quamuis teſtator bonæ fidei poſſeſſor fuerit.

Secundo obijcio. d. l. heres. 43. verſic. *ſi modo ipſi:* vbi mala fides heredis eius qui bona fide poſsidebat, vſucapionem impedit.

3 Sed his non obſtantibus vera eſt Iuſtiniani ſententia, prodeſt enim heredi, & bonorū poſſeſſori ad implendam vſucapionem tempus illud, quod defunctus rem bona fide poſſedit: hoc ideò quoniam heres repræſentat defuncti perſonam, vnaque cum eo eſſe cenſetur, tx. in authentico de iure iuran. à moriente præſt. in princip. debet tamē interim heres rei poſſeſſionem apprehendere, vt vſucapio procedat. l. cum heredes. 23. D. de acquirenda poſſeſsio. coniuncta. l. ſine poſſeſsione. 25. D. hoc titu.

4 † Quinimo & vacuum illud tēpus quod ante aditam hereditatem, & poſt aditam interceſsit ad vſucapionem heredi procedit. l. nunquam. 31. §. vacuum. D. hoc tit. ita demum, ſi medio illo tempore à nullo alio res poſſeſſa ſit. l. poſſeſsio. 20. D. hoc tit. Hoc amplius, cæptā vſucapionem à defuncto poſſe, & ante aditam hereditatem impleri conſtitutum eſt. l. cœptam 40. D. hoc tit. quia hereditatem, in quibuſdam vice perſonę fungi receptum eſt. l. ſi is qui. 15 §. Marcellus. D. hoc tit.

5 Neque his obſtat tex. in d. l. quæſitum, qui loquitur in fructuum acquiſitione, in qua non tantum poſſeſsionis initio, ſed per ſingula momenta bona fides deſideratur. d. l. quæſitum, & l. qui bona fide 23. l. bonæ fidei emptor. 48. §. in contrarium, D. de acquirend. rerum. dom. l. ſed etſi lege 28. §. de eo. D. de pet. hered. cū alijs explicatis ſup. in §. ſi quis à nō domino, de rerum diuiſio. hoc ideo, quia fructuum acquiſitio tota pendet à bona poſſeſſoris fide, & conſcientia cum facti ſit. dict. §. in contrarium: 6 † tum etiam quia fructus quotidie naſcitur, & quotidie conſtituitur. l. 1. §. interdum. D. de vſufructu accreſ. & inde ſuperueniens mala fides impedit acquiſitionem fructuū in futurum, quia initio poſſeſsionis videtur adeſſe. Secus vero eſt in vſucapione, quæ tota iuris eſt. tex. in principio ſupra eod. vbi diximus, ideoque in ea malæ fidei conſcientia ſuperueniens vſucapionem non impedit, neque remoratur. dict. §. in contrarium, & l. vnica. C. de vſucapio. transform. Igitur quemadmodum in vnico poſſeſſore qui ab initio bonam fidem habuit, poſteà tamen rem cognouit alienam vſucapio procedit ex dictis iuribus, ita erit admittenda & in duabus perſonis, quæ vnius vice funguntur. Et hæc quidem iure ciuili. 7 † Pontificio autem omnino neceſſe eſt, vſucapientem per ſingula momenta, fidem bonam & iuſtam conſcientiam habere, cap. fi. de præſcript. d. l. 16. tit. 29. par. 3. ex quibus noſter tex. antiquatus manet ex concordi omnium opinione.

8 Non obſtat tex. in d. l. heres, verſic. *ſi modo*, Quoniam aduerto, contractu à defuncto celebrato, re tamen ei non tradita, ſed eius heredi, in herede bonam fidem initio poſſeſſionis deſiderandam, quia vſucapio ab eius perſona initium habet, cui ſi mala fide accipienti tradita eſſet res, vitioſum hoc initium vſucapionem impediret, ex paulò ante dictis. Planè vt bona fides defuncti tegit vitium heredis, huius ignorantia illius vitia non excludit. dict. l. cum heres. 11. D. de diuerſ. & temp. præſ.

§. *Inter venditorem.* 10.

1 *Venditoris & emptoris tempora quoad vſucapionem coniunguntur, ſi vterque bonam fidem habeat.*

1 QVemadmodum defuncti poſſeſsio eius ſucceſſori continuatur, ſic inter venditorem & emptorem, tempora coniunguntur idē in l. Pōponius. 13. §. ptæterea, & §. quæſitum. D. de acquirenda poſſeſsione. l. ſi hominem. 19. D. hoc tit. l. 2. §. ſi defunctus, in fine. D. pro empt. l. ſi duobus. 6. D. de diuerſ. & temp. præſ. conſonat. d. l. 16. ti. 29. par. 3. facit. l. ſi quis alia. 18. §. 1. D. quemadmodum ſeruit. amit.

Sed obſtat d. l. 2. §. ſi eam rem. vbi bona fides venditoris emptori non prodeſt.

Pro cuius explicatione aduerto, quod etſi verum ſit ita inter particulares, ſicut inter vniuerſales poſſeſſores tempora poſſeſsionis coniungi, diſsimili tamen modo cum in ſingularibus ſemper bona fides vtriuſque ſit neceſſaria, & dantis, & accipientis. d. §. ſi eam rem, in vniuerſalibus verò ex parte autoris ſufficiat. d. §. Diutina, ſup. hoc t. hoc ideò, quia ſi heres non exiſteret qui vſucapionem à bonæ fidei poſſeſſore inchoata adimpleret, illam adimpleret hereditas, d. l. nunquam. 31. §. vacuum. d. l. cæptam. 40. D. h. t. tum etiam quia vna eademque defuncti, & heredis perſona creditur, vt diximus in d. §. Diutina, planè hæc in ſingulari ſucceſſore non militat nimirum ergo diſsimile ius eſſe.

§. Edicto D. Marci, final.

1 *Qui à fisco emit dominus statim efficitur:*
2 *Edicto D. Marci quinquennali possessione dominus efficiebatur, hodie statim.*
3 *L. etiam si putauit. 15. §. Item si quis. D. de petitione hereditatis intellecta.*
4 *L. 1. C. de hered. vel actione vendita explicata.*

1 EMens à fisco, Imperatore, vel Augusta rē alienam dominus statim efficitur, & antiquo domino quadriennium aduersus fiscum eō ceditur, idem in l. omnes. 2. & in l. benè. 3. C. de quadriennij præscript. consonat l. 53. tit. 5. part. 5. vbi late Gregor. Lopez.

Sed contra hunc tex. obijcio. l. etiam si putauit. 15. §. item si quis à fisco. D. de petitione heredit. l. 1. C. de hereditate vel actione vend. in quibus emens â fisco hereditatem creditoribus etiam tenetur, & contra eum vtilis actio datur.

2 Cui difficultati vt satisfacias aduerte, vt Principis ærario indulgeretur inter alia, id ei olim edicto Diui Marci esse tributum, vt quicumque ab eo rem alienam tanquam suam emisset, quinquennio eam vsucaperet, minorum tantummodo rebus exceptis contra quos quinquennium non obijciebatur l. fin. C. si aduersus fiscum. Neque illis, qui reipublicæ causa abessent, aut ex generali causa possent restitui. l. neque 5. C. de restitutionibus militum, quod quidem posteà ab Imperatore Zenone fuit immutatum. dict. l. omnes, qui quo magis emptores alliceret statuit, eos statim esse securos, & non teneri antiquioribus dominis respondere, quibus si quid contra fiscum intenderent quadriennium præscripsit. Quę nouna Zenonis constitutio, à Iustiniano admissa fuit, extensaque & ad illa bona, quæ ab aula Principis processerint, siue Imperatoris sint, siue Augustæ d. l. bene. 3. quod & Hispano iure est admissum, ex d. l. 53. tit. 5. par. 5.

3 Neque obstat tex. in d. §. item si quis, quoniam ibi fiscus non vendidit simpliciter hereditatem, sed tanquam vacantem, vnde si re vera hereditas vacans non fuerit nihil videbitur transtulisse, nec erit quod emptor possit vsucapere. † Nec magis obstat d. l. 1. C. de hereditate, vel actione vendit. Nam etsi verum sit venditorem hereditatis creditoribus hereditarijs manere obligatum, ab ijsque posse conueniri, nec aliter ij repellantur quàm si vltro delegerint emptorem, aduersus quem agerent l. 2. C. de pactis, in fisco tamen hereditatem vendente, id est speciale, ne oneribus hereditarijs maneat obnoxius, vt in d. l. 1. aduertunt Paulus & Salycetus.

(?)

Titulus VII.

De donationibus.

In Rubricam.

1 *Donatio, vtrùm modus naturalis, an ciuilis dominij acquirendi sit, latè muneris, sequent.*
2 *Donatio traditione perficitur, & num. 5. & vn de dicta.*
3 *Traditio iure naturali dominium transfert.*
4 *Accursij sententia cōmuniter sequuta refertur.*
5 *Reprehenditur communis.*
6 *Stipulatio an iuris ciuilis, an iuris gentium sit.*
7 *§. de constituta, infra de actionibus, interpretatur.*
8 *L. ex hoc iure. 5. ibi. exceptis quibusdam. D. de iust. & iure.*
9 *Vera ratio cur donatio ciuilis acquirendi dominij modus dicatur.*
10 *Lex Cincia muneralis quid iuxta donationes cauerit.*
11 *Mācipatio ciuilis acquirēdi dominij modus est.*
12 *Donationis definitio communis.*
13 *Communis reprehenditur.*
14 *L. Donari. D. de donationibus, & D. de regulis iuris, interpretatur.*
15 *Donatio nunquam præsumitur.*
16 *Vera donationis definitio. L. 1. D. de donationibus.*
17 *Donatio contractus non est, neque nominatus, neque innominatus contra receptas opiniones.*
18 *Ferdinandus Mendoça defendens donationē cōtractum esse reijcitur.*
19 *Alius, alia, aliud, est dictio siue nomen similium repetitiuum.*

1 MOdos, quibus iure ciuili rerum dominia nanciscimur prosequi, cum in §. fin. sup. de vsu & habitatione Iustinianus destinauerit & proposuerit, mirum est de donationibus cū nunc disputare, quibus iure naturali nō legitimo dominium acquirimus, † donatio enim non nisi 2 traditione perficitur. l. in edibus. 9. §. fi. D. hoc tit. l. senatus. 35. §. donatio. D. de donatio. causa mortis, dictaque est à *dono*, quasi doni datio, tracta à Græco, *dôron*. Græci enim antiqui, *dôron*, palmum vocabant, & ideò, *dôra*, munera quia manu darentur, vnde & *antidôra* dicebant remunerationes, id est contrarias donationes. l. sed si lege. 28. §. cōstituit. D. de pet. hered. Plinius. lib. 35. cap. 14. † Conna. lib. 5. 3 cap. 9. num. 2. post Accurs. Bart. Cuma. & alios in d. §. senatus, & obseruat Curtius, lib. 1. coniectural. cap. 19. Anton. Contius, lib. 1. disputat. cap. 12. Did. Couarru. in rubr. de testamen. nu. 2. Traditione autem iure naturali non

ciuili

ciuili dominia rerum adipiscimur, tex. in §. per traditionem supra de rerum diuisione. l. traditionibus. 20. C. de pactis, igitur non legitimũ sed naturale acquirendi genus donatio erit.
4 † Cui difficultati Accurs. quem Angel. Minsynger. Baldui. & cæteri sequuntur, in princip. infra eod. verb. *acquisitionis*, respondet, donationem, ciuilem acquisitionem esse, licet enim hodie solo nudo pacto perficiatur: ex noua Iustiniani sanctione in l. si quis argentum. 35. §. fi. C. de donatio. Olim tamẽ stipulatione contrahebatur, quæ iuris ciuilis est. §. de cõstituta, inf. de actionib. glos. in l. ex hoc iure. 5. D. de iustitia & iure, & in l. legitima. 6. D. de pactis, quas scribentes ibidem sequuntur, indeque ciuile adquisitionis genus iure optimo di
5 citur. † Hęc tamen solutio planè conuincitur. Primo, quia donatio non promissione, sed traditione & rei interuentu perficitur. d. §. 1. l. senatus, & d. §. fin. l. in ædibus. 9. obseruat Bartol. in l. iuris gentiũ, in princi. nu. 2. D de pact. quem omnes ferme ibi sequuntur, & Anto. de Padilla, in l. naturalis in princip. nu. 25. D. de præscriptis verb. & videtur confirmari ex eo, quod non minus festiuè, quam eleganter scripsit Hispanus noster Martialis, lib. 10. 16. epigrammat. in Caium vbi sic inquit:

Si donare vocas promittere, nec dare Cai:
Vincam te donis maneribusque meis.
Accipe Callaicis quicquid fodit Astur in aruis
Aurea quicquid habet diuitis vnda Tagi.
Quidquid Erythræa niger inuenit Indus in Alga,
Quidquid & in nudis vnica seruat auis.
Quicquid Agenorea Tyros improba cogit aheno. 11
Quidquid habent omnes accipe, &c.

Vbi Poeta iocari solùm voluit in Caium, & amicè ostendere exigui momenti esse donationes quæ nuda seu simplici promissione solùm emittuntur, nec vnquam reducuntur ad actum
6 seu executionem, qua perficiuntur. † Secundo, quia stipulatio non iuris ciuilis, sed iuris gẽtium est, tum quia conuentionem necessario habet. l. 1. §. adeo. D. de pactis, & inde iuris gentium erit, d. l. ex hoc iure. d. l. iuris gentium, in princ. cum quia Vlpiani authoritate suadetur in l. an inutilis. 8. §. fi. ibi. *quia hoc iure vtimur* 12 *vt iuris gentium sit acceptilatio.* D. de acceptilatio. iuncta. l. 1. illo tit. & regula. tex. in principio. supr. de his qui sunt sui, & obseruatis à Ni
7 col. Euerardo in topicis legalibus. c. 75. † Neque tex. in §. de cõstituta contrarium probat, vbi Iustinianus non docet stipulationem iuris ciuilis esse, sed obligationem quæ ex solemni promissione oritur; duo namque in stipulatione sunt, contractus, conuentio, & consensus, qui iuris naturalis & gentium est. l. 1. D. de pactis, & obligatio quæ à iure ciuili est, quod 13
ostendit Consultus in l. si vnus. 28. §. pactus ne peteret. ibi. *quia in stipulationibus sus continetur*
8 *in pactis factum versatur.* D. de pactis. † Ex quibus conuinces falsam opinionem glossę & communis in d. l. ex hoc iure. quæ illa verba, *exceptis quibusdã quæ à iure ciuili instituti sunt*, ad conuentiones & contractus refert, cum tantum ad obligationes referri debeant, vt patet, & obseruat Iacob. Rebard. lib. 4 variorum. ea, 1. Ioan. Coras. lib. 1. miscell. c. 21. cum aliis.

9 Accurs. ergo, & aliorum sententia relicta, vera huius rei ratio est, quod etsi Consulũ, De cemuitalium, & veterum iurisprudentum tẽpore post duodecim tabularum promulgationem, & iuris ciuilis principia libera fuisset cui eumque promittendi, & donandi omne quod placuisset, potestas, dum tamen promissio illa suo tempore stipulationis solemnitate firmare
10 tur. † lege tamen *Cincia*, quam tulit Marcus Cincius, (aut Cinthius, Tribunus plebis Marco Cornelio Cethego, & Publio Sempronio Tuditano Consulibus, anno ab vrbe condita quingentesimo quadragesimo nono, vt referunt Liuius lib. 29. Tacitus lib. 15. & sic ab eo *Cinthia* vel *Cincia* nũcupata est, notãte Pardulpho Prateio ad veteres popul. Rom. leges, li. 2. versic. *Cinciam legem*, Antonio Augustino de legibus, de lege *Cincia muneralı*, statutum fuisse, vt libera illa donandi potestas, vsque ad dodrantem, id est nouem assis vncias, siue tres partes bonorum restringeretur, quas non nuda volũtate, vel stipulatione vt antea, sed mancipatione, vel traditione dari iussum erat, vt clarè colligitur ex l. 7. C. Theodosiani hoc ti. de donat. & ex interpretatione Aniani ad l. 1. C. Theodosiani, eod. & l. 1. C. Gregoriani, eod. † Vnde cum mancipatio modus ciuilis adquirendi & transferendi dominij esset, & alienationis species, quæ certis verbis fiebat libripende, & quinquè testibus præsentibus, quemadmodum Vlpianus in fragmen. tit. 19. vbi Cuiac. & Boethius in Top. Ciceronis exponunt, meminit Paulus lib. 2. senten. tit. 17. Iustinianus in princip. inf. de testam. mirum. non est si donationem quæ mancipatione celebrabatur, & à lege *Cincia* erat approbata inter ciuiles adquirendi dominij modos Iustinianus enumeret. arg. l. legitimas. 6. D. de pactis.

12 His sic prænotatis quid donatio sit videamus, cuius definitionem scripserunt Hostiensis, & Azo in summa de donationib. nu. 1. vt sit, rei *licitæ nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio* ab omnibus ferè secuti notante Sebastia. Medicis de definitionibus. 2. par. cap. 54. Anto. Gomez. 2. tom. cap. 2. nu. 1. Marienço ad l. 7. glos. 2. n. 1. tit. 10. lib. 5. nouę collect. reg Albornoz lib. 1. de arte contractuum. tit. 1. & videtur probari in l. 1. tit. 4. part. 5. & confirmant l. donari. 29. D. hoc tit. l. donari. 13 83. D. de regulis iuris. † Quæ definitio etsi communis, falsa tamen est, quia mutuo, cõmodato, & precario conuenit, & sic alij quàm definitio, quod recta definiẽdi ratio a Dialecticis

petita non patitur, vt ex multis in disputatione de mora obseruauimus, numero. 25.

14 † Neque dictæ ll. donari, aliud suadent, nã quamuis donationem ibi definiri communis interpretum schola existimauerit, vt resoluit Riminaldus num. 11. hic, verius est Iureconsultum ibi nihil tradere quod ad donationis definitionem pertineat propriè, neque impropriè, sed potiùs ad coniecturã & præsumptionem donandi inducendam, scilicet quãdo quis 18 sciens & prudens se nullo iure teneri quidquid alicui concesserit, quamuis non dicat se donare, vt optimè aduertit Rebardus ad dict. l. donari. D. de reg. iur. & exemplum deduci potest ex l. qui fundum. 7. §. seruus meus. versic. *vltimo*. D. pro empt. & in l. Campanus. 47. D. de oper. libertorum. quæ intelliges quando is qui dat aut concedit scit se nullo iure teneri, & qui accipit putat se ex dantis liberalitate adquirere † non tamen si simpliciter ōcceſſerit, 19
15 quia tunc nō est inducēda donationis coniectura, arg. l. cũ de indebito. 25. ver. *quis enim soluit* D. de probatio. quam illustrat Menochius li. 2. de arbit. iud. centuria. 1. casu. 88. per totum.

16 Quare explosa hac & alijs multis donationis definitionibus, quas scribentes hic maximè Hippoytus. n. 9. & Duarenus in paraphrasi tit. D. de donationibus, cap. 3. Othomanus lib. 1. disputat. cap. 5. de donatio. Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 2. sub artic. 1. adducunt rectè ita definiri potest, vt sit, *liberalis & irrenocabilis rei propriæ dominij translatio*. loco generis dicimus, *rei propriæ dominij translatio*. reliqua verba loco differentiæ notamus, & integra definitio extrahitur ex l. 1. D. eod. l. senatus. 35. §. donatio. l. Seia. 42. §. fi. D. de donatio. causa mortis. consonat. d. l. 1. tit. 4. part. 5. & bene explicant Francis. Connanus dict. lib. 5. cap. 4. ex num. 3. Anton. Gomez dict. ca. 4. & Nicolaus Valla de rebus dubijs, tractatu. 2. num. 1. Fortunius Garsia ad l. iuris gentium. n. 76. D. de pact. atque vt intelligas quid inter munificentiam & liberalitatẽ interſit vide Aristotelem lib. 4. Ethic. cap. 1. & 2.

17 Illud autem quod apud vniuersos interpretes agitari video, an donatio contractus sit, & an vel nominatus, vel innominatus, ineptè disputatur, si de vera & perfecta donatione loquamur, quæ nullum negotium admixtum habet, & sola, traditione perficitur, vt notasti suprà num. 2. cauebis ergo à Bartolo in l. iuris gentium. 7. in princip. num. 2. D. de pactis, communiter recepto ex Ioan. Oroscio, ibi num. 9. Hippolyto hic num. 43. docente olim & hodie nominatum esse contractum & ab Accursio. ibid. verbo. *facias*. versic. *præterea donatio*, quem frequentius alij sequũtur ex eod. Riminaldo. num. 28. Oroscio nu. 9. Iasone num. 8. Francis. Sarmiento lib. 3. selectarum. cap. 3. num. 6. Anto. de Padilla in l. naturalis. num. 25. D. de præscrip. verbis, omnium latissimè Marco Antonio Aquilino. num. 62. in rubric. D. de verbo. obligat. existimante olim in nominatum, hodie nominatum cõtractum esse. Vtramque enim sententiam etsi communẽ falsam planè conuinces, ex l. 1. D. hoc tit. & sup. obseruatis, iuncta l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verb. signific. quem latè vexat Ferdinand. Mendoça lib. 1. disputat. iur. ciuil. ca. 4. num. 31. & sequentibus. † Cuius sententiam num. 28. audaciter asserentis donationem contractum esse, ex notatis planè reijcies: quam iura ab eo adducta non probant, etsi in eis inter contractus donationis mentio fiat, quia illa verba, *vel alterius contractus*, quibus illæ leges vtuntur, non ad donationem, sed ad emptionem & hypothecam, & alios de quibus loquuntur referri debent. Quod si adhuc vrgeas ex regula. l. iam hoc iure. 4. D. de vulg. † & significatione illius verbi, *alius*, siue *alterius*, quod simillimi repetitionem insinuat, glossa in l. 5 fugitiui. verbo, *alia*. C. de seruis fugitiuis, communis Iasoni in l. eum qui. num. 1. D. de iurisdictione omniũ iudic. & in l. si vnus. in princ. n. 9. D. de pact. tũc ego ea iura de modali, siue negotiali donatione intelligã, de qua in titulo. C. de donat. quæ sub modo, in qua pro ea parte qua negotium admixtum habet contractum esse admittam, dum accipientem obligat, ex legibus dict. tit. de donat. quæ sub modo. adde. l. Aristo. 18. D. hoc tit.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Donationes omnes aut mortis causa fiunt, aut inter vivos.*
2 *Donatio mortis causa, mentionem mortis necessario habere debet.*
3 *L. Seia. 42. § fin. D. de donat. causa mortis.*
4 *Donatio mortis causa inter virum & vxorem valet.*
5 *Donatio mortis causa tribus modis expirat.*
6 *Donatio mortis causa ita facta, vt nullo casu re nocetur, donatio inter vivos est.*
I. Vbi ita donatur. 29. D. de donat. causa. mor.
7 *Pactum appositum contra substantiam contractus vitiat contractum, & num. seq.*
8 *L. cum precario. 12. D. de precario.*
9 *Precarium ad libitum concedentis reuocatur.*
10 *Differentia inter precarium & commodatum.*
11 *Migrationes domorũ Kalendis Iulijs olim Romæ fiebant.*
12 *Mentio mortis non semper donationem causa mortis inducit.*
13 *Donatio causa mortis an contractibus, an vltimis voluntatibus similis esset valde olim disputatum fuit.*
14 *Donatio mortis causa vltimis voluntatibus à Iustiniano comparata fuit.*
15 *L. illud. 37. D. de donat. causa mortis explicata.*

16 *Lege Iulia & Papia prohibiti capere ex vltimis voluntatc, prohibiti fuêre capere donationem causa mortis.*

17 *L. Marcellus. 15. §. Paulus. D. de donat. causa mort. exposita, cum alijs.*

18 *Donare causa mortis filius famil. potest patre permittente.*

19 *Filius familias testari etiam patre permittente non potest.*

20 *Donatio causa mortis quando similis sit vltimis voluntatibus, & quando donationibus inter vivos.*

21 *Filius familias hodie potest etiam patre inuito mortis causa donare.*

22 *Dum tamē donatione patri præiudicium in vsu fructu non fiat.*

1 DOnationes complures sunt, vt Iulianus in l. 1. D. eo. admonuit, sed omnes aut mortis causa, aut non mortis causa fiunt, ex l. alie natum. 67. §. donationis. D. de verb. signific. & Iustiniano hìc qui de donationib. causa mortis dicturus eius definitionem in initio proposuit & quibus casibus reuocetur, aut valeat itē cuius naturæ sit elegāter explicuit, quem & nos sequuti de his sigillatim dicemus.

2 Principio ergo obseruabis ex tex. Donationem mortis causa esse quæ propter mortis suspicionem fit, non tantum infirmæ valetudinis causa, sed periculi etiam propinquæ mortis, veluti nauigationis, peregrinationis, belli, morbi pestilētiæ. l. Iulianus. 2. cum legib. seq. l. senatus. 35. §. mortis causa. D. de don. causa mort. vbi notarunt omnes, & obseruant mox

3 referendi. † Debet ergo, vt ex his vides, hæc donatio mortis mentionem habere, etiam si ab ægroto & in aliquo periculo constituto fiat, neque aliàs eo iure valeret, sed inter viuos cen seretur. l. Seia. 42. §. fin. D. illo tit. quem tex. ad hoc extollit Bart. & Paulus, ibi, id existimans esse singulare, gloss. in l. 6. verb. *donationes*. tit. 12. lib. 3. fori. Couar. in rubr. de testam. 3. par. num. 25. ad fin. nisi vt donatio inter viuos valere posset, aliàs mortis causa præsumēda est, vt actus valeat. l. quoties. 13. D. de reb. dub. & l. quoties 8. D. de regul. iur. & est text. in l. apud Celsum. 4. §. Iulianus. D. de doli except.

4 † Vnde si maritus constitutus in periculo mortis donaret vxori, vel è contra, quia inter coniunges non valet donatio inter viuos l. 1. & per tot. D. de donat. inter. l. 4. 5. & 6. tit. 11. p. 4. l. 4. & 5. & 19. tit. 2. l. 6. tit. 1. l. 3. tit. 5. l. 1. tit. 6. lib. 5. ordin. l. 3. tit. 12. lib. 3. fori. l. 15. tit. 2. lib. 4. del fuero juzgo, esset arbitrandum cōiugem causa mortis donare voluisse, quæ inter ipsos sustinetur l. si mortis. 40. l. Fulcinius 43. D. de donat. causa mort. vt docté post Ludouicum Roman. aduertit Rip. omnino videndus, tract. de peste. 2. par. ex num. 171. Porrò & cō iecturis quibusdam, mortis mentione non facta, hanc donationem deprehēdere possumus, de quibus per Couar. & Ripam proximè adductos.

5 † Secundo obseruabis, Donationem hanc mortis causa factam trifariam fumescere, reuocari, irritamque esse, si donator saluus euasit, si eum pœnituerit, si donatario superuixerit, quod & cōprobant. l non omnis. 19. D. si cert. pet. l. si mortis. 29. l. senatus. 35. §. 1. cum alijs. D. de donation. causa mort. & consonat. l. 6. tit. 12. lib. 3. fori l. fina. tit. 4. par. 5. l. 1 tit. 9. lib. 5. ordin l. 7. tit. 10. lib. 5. nouæ collect. regiæ, explicant præter ordinarios Matiençó ad dict. l. 7. gloss. 2. & 3. Couar. in dict. 3. par. Rubricæ, ex num. 1. Anton. Gomez lib 2. cap. 4. ex num. 15. & antea docuerat Iulius Paul. lib. 3. sentent. tit. 10. & est locus apud Homerum Odysseæ, lib. 17. cuius Institianus hic. & I. C. in l. 1. D. de donatio. causa mort. meminerunt, vbi reuersus ex agris Telemachus, post quam reducem parentem suum Vlyssem agnouisset, excipitur à Piræo, à quo rogatus mittere mulieres quæ ei deferant dona Menelai, respondet, se se malle hæc ab eo asseruari propter metum impendentis periculi à procis Penelopes, vt si quidem ipse ab ipsis interficiatur retineat sibi hæc munera Piræus, sin procos interfecerit Telemachus ea victori reddat.

6 Ex quibus fit (quod cum de natura huiusce donationis sit, vt ad donantis nutum extingua tur) donationem mortis causa ita factā, vt nullo casu reuocetur, donationē mortis causa non esse, sed inter viuos tex. insignis in l. vbi ita donatur. 27. D. de donat. causa mort. quem ad hoc præter interpretes ibid. summe commendat Alex. in l. quæ dotis. 34. num. 11. D. solut. matrim. Iaso in l. fin. num. 30. C. de pact. Socinus consil. 53. volumine. 3. Curtius Iunior consil. 59. num. 6. & plurima eleganter in eius proposito videbis apud Couar. in Rub. 2. parte ex num. 11. de testamentis. Quod & suaderi po-

7 test ex eo † quod pactum appositum contra substantiam contractus vitiat contractum, aut eum facit trāsire in aliam speciem contractus. l. per seruum. 14. §. vsusfructus. in fin. D. de vsu & habitatione, notat Paulus in d. l. vbi ita donatur num. 3.

8 Grandis tamen & implacabilis iam iam se nobis insinuat difficultas ex omnino contrario Iuuentij Celsi responso in. l. cum precario. 12. D. de precario. vbi pactum appositum contra substantiam contractus, vitiatur & non vitiat contractum, & bene probat text. in cap. fin. de conditionibus appositis l. 5. & 6. titul. 4. part. 4. Couarru. in epitome de sponsalibus 2. par. capit. 3. §. 1. nu mero 1. & sequentibus. Cui difficultati omissis varijs interpretum sententijs respondendum est, † quod etsi precarium ad libitum

9

concedentis reuocetur. l. 1. & seq. entib. D. de illo tit. cap. fin. eod. Greg. verb. *fecbo.* in l. 9. tit. 2. par. 5. latè Couarru. lib. 3. variar. cap. 15. per totum. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 1. casu 23. ex nu. 1. † & inde pactum in contrarium appositum, & conuentio inter partes ne precarium ante Kalendas Iulias reuocaretur, precarium mutare debuisset in commodatum, argum. vbi ità donatur, quod certũ vsum & tempus destinatum habet, eaque nota a precario distinguitur. d. l. 1. D. de precario, & notant proximè citati; tamen in d. l. cum precario. incertum erat, quid contrahentes sensissent illis verbis, *vt in Kalendas Iulias precario possideat.* qui rem accepit dicebat ea verba significare, ante Kalendas Iulias ius non esse domino reuocandi precarium: qui concessit asserebat his verbis non mutari substantiam cõtractus, sed adiecta fuisse vt significarent post Kalendas Iulias non amplius futurum esse ius possidendi ei qui accepit, idque consultus admisit, quia conuenit naturæ illius contractus, quod planè ostendit, ibi, *nulla vis est huius conuentionis, vt rem alienam domino inuito possidere liceat.* Quam interpretationem insinuãt illa verba, *In Kalendas Iulias.* † Fiebant enim olim Romæ domorum migrationes Kalendis Iulijs, si credendum est Ant. Augustino qui ex varijs obseruat lib. 4. emendat. cap. 16. Vnde qui sex mensibus anni elapsis in Kalendas Iulias domum habitandam concedit precario, nõ videtur velle, vt vsque, ad illud tempus possideat qui rogauit etiam eo inuito, sed ea verba adiecisse creditur, vt qui accipit intelligat, post id tempus sibi non amplius futurum esse ius possidendi, sed vacuas ædes relinquere debere futuro inquilino. quomodo illustranda est d. l. cum precario. † Relinquitur ergo ex his, donationem causa mortis, vt nullo casu reuocetur factam inter viuos donationem esse. Neque contrarium probat tex. in l. si alienam 13. §. Marcellus. verb. *potest*, & in d. l. senatus. 35. §. sic quoque. D. de donat. caus. mort. quibus probari videtur donationem hanc sic fieri posse, vt nullo casu reuocetur. Nam respõdeo in his iuribus ea conditione adiecta nõ donationem causa mortis, sed inter viuos celebrari, vti & in d. l. vbi ita donatur, & illa verba, *causa mortis*, non nomen donationis, sed eius causam insinuant, nempe mortis causam ad inter viuos donandum mouere, vti obseruat glossa & communis, in dictis locis.

In tex. ibi *à nobis constitutum est.* Magna olim inter antiquos prudentes contentio fuit, vtrũ donationes causa mortis, legati, an donationis aut actus inter viuos instar habere oporteret, vtriusque enim causæ habebat insignia, alij eas vltimis voluntatibus aggregabãt, alij inter donationes inter viuos eas ponebant. Obtinuit tamen quia maiori Iurisconsultorum numero fulciebatur, actibus inter viuos connumerari, † quousque noua Iustiniani lege & sanctione vltimis voluntatibus ferè per omnia nõ absimiles sunt iudicatæ, tum hic, tum in l. fin. C. de donationib. iuxta quas vide omnino Matiençio, ad d. l. 7. tit. 10. glos. 2. ex nu. 2. lib. 5. nouæ collect. Regiæ, post Couar. in d. 3. par. Rubri. de testam. Ripa in l. 2. ex nu. 3. D. de legat. 1. Anto. Gom. d. 2. tom. cap 4. nu. 16. latè disputantes.

Sed cum Iurisconsultorum ætate & seculo, hæc donationum causa mortis & legatorũ cõparatio facta fuerit. l. Marcellus. 15. §. Paulus notat. l. iliud. 37. l. & si debitor 17. l. omnibus. 9. D. de donatio. causa mort. mirum est à seuiter comparatas esse Iustinianum, asseuerare.

Cui difficultati, omissa ridicula interpretatione Corasij lib. 5. miscel. ca. 17. nu. 5. verè respondendum est ante Iustinianum sub incerto id esse, an donationis, an vero legati exemplũ mortis causa donationes sequi deberent, & vltimis volũtatibus aggregatas ab ipso nouo iure fuisse, vt ipse, tum hic, tum in dict. l. fi. testatur. Neque obstant iura contraria.

Nam d. l. illud, quæ ex Domitio Vlpiano lib. 15. ad legem Iuliam & Papiam extracta est, vt indicat ei affixa epigraphe, illum sensum habet † vt quemadmodum lege Papia cœlibes, & aliæ personæ legatum capere non possunt, sic nec mortis causa donationes. Cuius legis Papiæ meminerunt Vlpian. in fragmentis, tit. 13. cum sequentibus. vbi Cuiacius idem lib. 3. obseruationum. cap. 12. Duarenus, lib. 1. disputationum, cap. 40. Alciat. lib. 4. disputationum, cap. 3. Brissonius, qui singula legis Iuliæ & Papiæ capita retulit, libro singulari, de iure connubiorum. pag. 9. & alij multi quos retulimus in l. qui liberos. nu. 3. D. de ritu nuptiarum.

Textus autem in dicta. l. Marcellus. §. Paulus cum alijs, quæ non pertinent ad legem Iuliam & Papiam, vel saltim id earum inscriptiones non insinuant, referri necessario debẽt ad Iurisconsultorum sententias, qui ante Iustinianum donationes legatis æquiparabant, quę cũ reiecta contraria opinione Prudentum à Iustiniano fuerint probatæ, à Triboniano iuris Ciuilis compilatore sub titulo de donationibus causa mortis fuerunt collatæ; neque nos somniare dices, si verba dicti. §. Paulus, ibi, *& constitutum est*, attente consideres, quæ non nisi ad Iustinianeam constitutionem in d. l. fi. relatam, respiciunt.

Habes igitur ex his donationes mortis causa legatis comparatas esse, eisq, non esse ex aliqua parte absimiles. tex. d. l. fi. in fi. Sed grauis insurgit difficultas ex l. tã is. 25. §. filius familias D. de donat. causa mortis, vbi Marcianus filiũ famil. mortis causa donare patre permittente posse probat, † quem tamen testari nõ posse,

posse, & si ei hoc pater permittat explorati iuris est l. qui in potestate. 6. D. de testamentis l. 3 §. 1. C. qui testamen. facere possunt. l. penult. eod. tit. l. fin. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis. dicto §. filius familias in principio & tex in §. 1. infrà, quibus non est permiss. facere testamentum. l. 13. ibi, *el fijo que esta en poder de su padre, maguer el padre se lo otorgasse.* tit. 1. partita. 6. Igitur inter donationē causa mortis & legatum discrimen non leue est.

20 Sed vt huic difficultati & alijs succurras meminisse oportebit hanc legatorum & donationum causa mortis comparationem non perpetuam esse, differunt enim aliquando vt Accur. tum hic verbo, *fere*, tum in dict. l. fin. ver. *abs similis*, obseruat, quem cōmunis admisit, & probat Iustinian. hic, ibi, *fere*. quam voculam aptè admodum adiecit, quam & alibi prætermisit. Hæc autem donatio mortis causa, quæ consentiente patre à filio familias fit, non legatis sed donationibus inter viuos comparatur; & donationes causa mortis ex testamento legatis adæquantur, non ab intestato, quo casu nulla legatorum cōparatio occurrit. l. si filius 20. versi. *intestato*. D. de leg. præstand. si igitur is qui donationem hanc fecit, testamentum celebrauit, nec ibi eum donationis pœnituit, testamento donatio confirmata censebitur, argumento. l. cum hic status §. oratio. D. de donat. inter l. si mortis 40. D. de donat. causa mort. & inde quasi testamento confirmata vicem habebit legati; quæ cōparatio ab intestato donatore mortuo cessabit ex. d. l. si filius versi. *intestato*. & in de cum filius familias semper intestatus decedat. dict. l. qui in potestate. cum similibus iuncta. l. 1. D. de iniusto rupto. & principio infrà de hered. quæ ab intest. def. donatio ab eo facta donationibus inter viuos non legatis comparabitur.

21 Quibus pro coronide addes, quod cum hodie iuxta ius nostrum Regium filius famil. pubes, etiam inuito patre testetur, ex l. 5. Tau. l. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ collect. Regiæ. siue donationem ab eo factam compares legatis, siue eā donationibus inter viuos similem dicas, semper, etsi reluctante patre fiat, valebit; quā sententiam, quam ipse verissimam agnosco, defendit Ioan. Matiençó, in l. 7. glossa 2. nu. 27. tit. 10. lib. 5. collect. regiæ. & antiquo iure ciuili iuxta hos terminos probatur in l. filius familias. 7. §. fi. D. de donationibus. l. Marcellus 15. in principio. D. de donationib. caus. mort.

22 † illa tamen limitatione, modo hac donatione præiudicium patri in vsufructu bonorum aduentitiorum non fiat, qui etiam mortuo filio ei competit l. fin. versi. *penultimo*. C. ad Tertul. l. sancimus. in fin. C. communia de succes. l. 3. l. vltima. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis. glos. & Doctores in l. 3. C. de vsufructu. & in l. 1. C. de bonis maternis. communis Ario Pinelo ibi. 1. par. num. 39. Anto. Gomez in l. 48. Tau. num. 5. Ioanni Matiençó in l. 9. glos. 1. num. 6. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. Regiæ. & in dict. l. 4. tit. 4. dict. lib. 5. glos. 3. nu. 3. & in d. l. 7. dict. glos. 2. num. 28. quos videas.

§. *Aliæ autem. 1. iuncto. §. Sciendū. 2.*

1 *Donationes propriè sunt quæ nullum negotium admistum habent.*
2 *Donatio inter viuos olim mancipatione & traditione fiebat, hodie nudo pacto iuxta communem.*
3 *Donatio quibuscunque verbis, etiam sine scriptis valet.*
4 *Pactum nudum obligationem non parit.*
5 *L. Iuris gentium. 7. §. Igitur nuda. D. de pactis.*
6 *L. legitima. 6. D. de pactis.*
7 *Pactum de donando nouo iure producit efficacē obligationem & actionem, quæ condictio ex lege dicitur.*
8 *Iure Hispano hæc sententia approbata.*
9 *Donatio perficitur siue per verba præsentis temporis, siue per verba futuri fiat, cum Accursio contra alios.*
10 *Donatio quæ quingentorum solidorum summā excedit insinuari debet.*
11 *Insinuatio multis in casibus non est necessaria, remissiuè.*
12 *Solidorum æstimatio hoc tempore, & olim ad plurimorum iurium explicationem.*
13 *Donatio reuocatur propter donatarij ingratitudinem, & pluribus alijs in casibus, remissiuè.*

1 QVAE non mortis, sed liberalitatis & munificentiæ causa donationes fiūt, inter viuos appellantur, l. 1. in principio. D. eo. l. senatus. 35. §. donatio. D. de donationib. causa mortis. & propriè donationes dicuntur, quia nullum negotium admixtū

2 habent, dict. l. 1. & dict. §. donatio. † olim mancipatione & traditione post legem Cinciam celebrabantur, diximus in rubric. num. 9. hodie solo nudo consensu perficiuntur, ex nostro tex. & l. si quis argentū. 35 §. fin. C. eodem. nisi quingentorum solidorum summam excedant, quo casu apud iudicem insinuari debent. l. si quis pro redēptione. 36. §. fi. C. eodē cuius hic Iustinianus meminit, nec nisi legitimis causis reuocari possunt, ex. l. fi. C. de reuocand. donat. & §. sciendum. infra eodem.

3 Ex quibus iam primo deducitur, quod siue per verba præsentis temporis, siue per verba futuri, scriptis aut sine scriptis voluntatem suā donator manifestauerit, donatio perficietur, & nudo atque simplici pacto rata erit ex hoc nostro textu, & dicto. §. fin. l. si quis argentum. C. eodem.

4 Quæ sententia difficilis est ex vulgata regula l. gentium 7. §. sed cum nulla. versiculo. *igitur nuda.* D.de pact.cum alijs,quibus ex nudo pacto actionem non nasci probatur. † Sed
5 facile argumentum dilues, si consideres dicti versiculi *igitur nuda*,regulam limitari, quoties lex vel confirmat,vel assistit simplici promissioni,tunc enim etsi nuda sit, actionem & obligationem producit,& legitima conuentio ap
6 pellatur;quia à lege confirmata est, † l.legitima.6 D.eodem de pact.ibi.*& interdum ex pacto actio nascitur.*quæ verba hunc habent sensum quod & si generaliter ex inuestito pacto efficax non suboriatur obligatio, eam tamen
7 pariet si ab aliqua lege confirmetur. † Cum ergo nudum pactum de donando quod antea inefficax erat,noua Iustiniani lege confirmetur,vtile erit quantumcumque simplex sit,ex dict.l.siquis argentum. 35. §. fina. dabiturque donatario si promissione facta donatorem liberalitatis pœniteat,actio,quæ *condictio ex lege* dicitur ex generali traditione Iulij Pauli,in l.vnica. D. de condictione ex lege. obseruat Accurs.verb.*etiam tradere.*in dicto.§.fina.& ibi interpretes omnes Bartol. in dict.l. legitima. num.2. vbi & omnes amplectuntur. † Quæ
8 sententia iure quo vtimur Hispano proculdubio a limittenda erit, cum iam ex quacunque promissione etiam nuda & simplici efficax ad agendum obligatio nascatur l.3.tit.8. lib.3.ordinamenti.l.2.tit.16.lib.5.nouæ collect. Regiæ,vbi obseruat Ioannes Matiençø, ante eũ Greg.in l.1.verbo.*gran pro.*tit.11.par.5.& cũ alijs Minchaca de succes.creat.lib.3.§.21.nu. 43.cum sequen.

9 Illud autem quod Accurs.hic. verbo,*manifestauerit*,scripsit,donationem esse,non tantum si per verba præsentis temporis donetur,putà *Dono tibi centum*,sed etiam per verba futuri temporis,*vt donabo tibi centum*,à pluribus non admittitur;etsi enim Bartol.in l. iuris gentiũ. in prin.num.2.vtroque casu locum esse dicto §. fin autem l.siquis argentum.sentiat,cuius,& Accurs.hic opinionem plures ibidem sequuntur,quos retulit & amplectitur Arius Pinelus in l.2.C.de rescindenda venditione 2.p.cap.3. num.30.tamen contrarium constanter firmarunt Alexand.& alij in dict.l.iuris gentium.& neruosè defendit Emanuel in l.si ex cautione. scholio penult.num.5. Petrus Dueñas regula. 19.contendentes per verba futuri tẽporis donationem non perfici,sed pactum de donando,quod longè dissimile est donationi ex regula.l.in bonæ fidei.8.D.de eo quod certo loco:neque ei ciuiliter promittentem donaturũ obligat, nisi stipulatione confirmetur, cum dict.§.fin autem.huc nõ respiciat; sed ad præsens pactum de donando.Accursij tamen sententia verior est,& securè est tenendum semper donationem perfici, etsi per verba futuri temporis concipiatur,dupliciter enim donatio considerari debet,aut præsens quæ acquisitio est,& traditione confirmatur, ex dict.l.senatus.35.§.donatio.D.de donat. causa mortis, aut futura,quæ est obligatio de donando, vti hic accepit Iustinianus & in dict.§.fin. autem. Iurisconsultus in l.2. in l. qui id quod 34.§.si cum primus. D. eodem hæc obligatio vel ex stipulatione oritur,vel ex nudo pacto,& vtrũque per verba futuri temporis contrahitur.l. stipulationum.5.§.stipulatio.D. de verbo.obseruant interpretes in l.tale pactum.D.de pactis. Igitur donatio hæc per verba futuri temporis contrahi debet, quod si contingat per verba præsentis fieri,in futura resoluetur.

10 Est ergo iam hodie perfecta donatio quæ donatoris & donatarij solo consensu simplicibus quantumcunque verbis celebratur, dummodo quingentorum solidorum quantitatem non excedat, quia tunc insinuatio necessaria erit vt vtilis donatio sit; quam omnium primus Imperator Constantinus induxit,& lege sua præcepit vt donationes omnes actorum testificatione conficerentur,maxime inter necessarias coniunctasque personas:siquidẽ clandestinis ac domesticis fraudibus facile quodvis pro negotij opportunitate confingi poterat, vel quod verè gestum aboleret, quam actorũ celebritatem nos communi vocabulo insinuationem dicimus,& antea in omnibus donationibus minimis quantumuis desiderari per legem Constantini deduces, ex l.pater noster. C.de sponsalibus,quæ est lib.3.tit.5.C.Theodosiani. Formam autem seu solennitatem huius insinuationis retulit Imperator in l.1. de donationibus Cod.Theodosiani,quam quoad filios & parentes Diuus Pius & Constantinus postea sustulerunt. in l. 4. eiusdem tit.& Codicis, & in extraneis vt antea inuiolabiliter obseruari præter eundem Constantinum præceperunt Constans & Constantius eius filij in l.7.eod.tit.& Codic.Postea autem Imperiali constitutione statutum fuit ante Iustinianum,vt idem ipse in præsenti in versiculo, *Sed cum retro Principum.*refert,in donationibus citra ducentos solidos insinuationem non fore necessariam. Ipse vero Iustinianus ne tam breuibus & restrictis ducentorum solidorum terminis donandi potestas restringeretur,eam magis ampliauit statuens vt tercenti donari possent sine necessitate insinuationis. l.sancimus.34. C.eo.& postea nouiori ac postrema lege id ad quingentos extendit,in l.siquis pro redemptione,36.§.fi.C.de donationibus.concordat.l.9.ibi. *puedelo fazer sin carta fasta quinientos marauedis de oro.*tit.4. par.5. explicant præter ordinarios Paul. & Alex. in l.acta.D. de re iud. Decius cons.339.lib.1.Portius lib.1 Conclusionum,conclusione 40. Conan. dict. lib.5.cap.9. num.7. Hothomanus in disputa-

tione

tione de donat. fol. 85. Anto. Gomez in lib. 2. Variarum, cap. 4. num. 6. Matienço ad l. 7. tit.
11 10. glos. 6. ex nu. 1. lib. 5. nouæ Recop. † Excipiuntur tamen casus aliqui in quibus insinuatio non est necessaria, sed sine ea donatio valet, quorum meminit Mynsinger. hic num. 5. Matienço in l. 2. glos. 3. num. 20. tit. 2. dict. lib. 5. Anto. Gomez d. num. 6. Petrus Dueñas reg. 224. & quid si donatio iuramento firmetur, an & tunc insinuatio sit necessaria, vide Anton. Gomez num. 8. vbi sup. Matienço in dict. l. 2. glos. 3. num. 5. & an insinuationi possit renuntiari disputant iam citati, maximè idem Matienço in dict. l. 7. glos. 6. num. 4.

12 Qualiter autem hodie solidus æstimari debeat controuersum est, sed vt ex bonis authoribus deduco, valorem solidorum quorum Iustinianus hic & d. l. sancimus, & alibi meminit aureo marapetino conformem puto, ex. d. l. 9. ibi. *quinientos maraucdis de oro.* hos vero aureos marapetinos, hodie nos Castellanos dicimus, quorum valor & æstimatio est quadringentorum octoginta marapetinorum communium, qui constituunt quatuordecim argenteos, vt optimè aduertit Gregorius in d. l. 9. verbo, *maraucdi de oro.* eleganter Coua. lib. 1. variarum. cap. 11. num. 3. & in tractatu de collatione veterum numismatum cap. 6. num. 4. Matienço in d. l. 7. glos. 6. num. 12. & de solidi æstimatione ad plurimorum iurium intellectum præter citatos, & ord. hic videbis eos qui de verbis iuris, & verborum significatione scripserunt. verbo, *solidus*, & verbo, *aureus*. Alciat. lib. 3. dispunct. c. 9. Portium lib. 1. de monetis, & Budeum lib. 5. de asse.

13 Relinquitur ergo ex supra notatis donationem perfectam esse quæ simpliciter promissione fit, & quingentorum solidorum quantitatem non excedit, vel si vltra illam insinuetur, temereque reuocari non posse, quia ea lege celebratur vt nullo casu reuocetur: ne tamen illi qui res suas in alios contulerunt ab his iniuriam vel iacturam patiantur, si ingrati homines existant, in quos beneficium collatum est, donatoribus certis ex causis licentia illas reuocandi conceditur, quos noua Iustiniani lex & constitutio enumerat in cap. fi. sub tit. C. de reuocand. donat. cuius ipse in nostro. §. sciendū. meminit, & Gregorius IX. in cap. fi. de donationibus l. 10. tit. 4. partit. 5. causas autem retulit d. l. fin. vbi eleganter Ripa eas prosequitur Cotta in memorabilibus iuris. verbo, *donatio perfecta.* Iulius Clarus lib. 4. recept. sent. §. donatio. q. 21. Corneus consilio. 162. & omnino videndus Matienço in l. 7. tit. 10. glos. 5. ex num. 1. lib. 5. nouæ collect. post Ant. Gomez d. c. 4. num. 11.

§. *Est & aliud.* 3.

1 *Donatio propter nuptias dicitur hodie, quæ olim ante nuptias vocabatur.*
2 *Donatio propter nuptias constante matrimonio constituitur, & augeri potest. & num. 5.*
3 *Donationem ante nuptias eandem olim fuisse cū donatione inter viros.*
4 *Donatio propter nuptias tacitam habet conditionem si nuptiæ sequantur.*
Donatio propter nuptias doti similis. ibidem.
6 *Donatio propter nuptias alienari non potest.*
7 *Donationem propter nuptias amittit vir sine causa diuertens.*
8 *Donationem propter nuptias propter adulteriū vir amittit.*
9 *Donatio propter nuptias redditur viro soluto matrimonio.*
10 *Arra quid significet, & quid differat à donatione propter nuptias.*
11 *Arra pignus contrahendi matrimonij, & futurarum nuptiarum.*
12 *Arra idem quod donatio propter nuptias in Hispania.*
13 *Arra aliquando similis sponsalitiæ lagitati.*
14 *Donatio propter nuptias, siue arra hodie vltrà decimam partem bonorum viri non valet.*

1 EST & alia donationis inter viuos species quam ante nuptias veteres Principes dixerunt, & omnium primi Seuerus, Antoninus, Alexander, Diocletianus, & Maximianus adinuenerunt, ideoque ante nuptias eam appellarunt, quia semper nuptias futuras antecedebat, ea namque lege procus puellæ donabat, vt tunc demum valeret & vtilis donatio esset, si futura esset sponsa,
2 † hanc augeri & de nouo constitui, nuptijs etiam factis dotis instar etiam posse Iustinus, Imperatoris Iustiniani pater adoptiuus decreuit, & idem Iustinianus sanxit, in l. si constante 19. l. fi. C. de donationibus ante nupt. illud nouissimè addens, (quod Plato in Cratylo boni legislatoris esse scripsit, apta imponere nomina rebus, quia si conuenit legibus perspicuitas non potest non esse necessaria proprietas verborum, ideoque circa eam summum fuisse veteribus Iurisconsultis studium testatur quodam loco Fabius) vt non ante nuptias sed propter nuptias donatio diceretur, quæ ante & post nouioribus legibus, & celebrari, & augeri poterat.

3 Sed cum veterum Iurisconsultorum seculo & ætate, donationes hæ propter nuptias celebrarentur l. si sponsus 5. l. inter eos. 27. l. cum status 33. §. si quis sponsam. D. de donat. inter. l. 1. D. h. t. mirum est, quare Imperator hic eis penitus incognitum fuisse testetur. Sed huius nodi illa est explicatio, donationem ante nuptias,

ptias, vel sponsalitiam à iuris prudentibus cognitam fuisse, eandem tamen olim fuisse, cum donatione inter viuos, nec genere distingui, & inde semel facta reuocari non poterat nuptijs etiam non sequutis. l. si tibi. l. si filiæ. 10. l. cum veterum. 15. C. de donation. ante nupt. Postea autem sponsalitia donatio indefinite facta à iunioribus Principibus inter negotiales, non inter liberales numerata fuit, ita vt inesset semper tacita conditio, *si nuptiæ sequerentur*. eaque conditione cessante donatio resolueretur: quo iure diuersam naturam & substantiam habet, quam inter viuos donatio, & inde alterius generis esse cœpit. vt hic Iustinianus scribit. 4

Deduces igitur ex hoc nostro tex. propter nuptias donationes dotibus à Iustino & Iustiniano exæquatas esse, harumque parem causam esse pariaque eis tributa esse priuilegia: vnde quemadmodum dotis promissio tacitam in se conditionem habet *si nuptiæ sequantur*. l. item quia. 4. §. huius rei. D. de pactis. l. plerunque. 11. §. si ante. l. in rebus. 18. §. si re æstimata l. stipulationem 22. l. non enim. 38. l. tali. 49. l. licet. 44. D. de iure dot. l. 11. l. 12. l. 18. tit. 11. part. 4. Greg. in l. 15. verbo, *en la fin de cada vn año*. tit. 11. p. 5. sic & donatio propter nuptias. d. l. cum veterum. 15. tex. hic, ibi. *vt tunc ratũ* 5 *esset cum matrimonium esset insecutum*. l. 3. tit. 11. par. 4. † Præterea vt dos augeri constante matrimonio potest, sic & propter nuptias donatio. l. si constante. 19. l. fin. C. de donat. ante nupt. l. 1. ibi. *si el marido quisiere accrescer la donacion a la muger, o la muger la dote al marido, puede lo fazer igualmente, assi como dicho es.* dict. 6 tit. 11. par. 4. vbi videbis omnino Greg. gloss. 13. † Deinde vt dos à marito alienari neque vxore consentiente potest. l. 1. & per tot. D. de fund. dotali. prin. inf. tit. l. 7. versi. *nin la dote que recibio de ella*. dict. tit. 11. part. 4. sic nec propter nuptias donatio Authentic. siue à me 7 C. ad Vellei. an. dict. l. 7. ibi *la donacio que el dio a la muger*. † Item vt mulier sine causa diuertens dotem amittit, sic & vir donationem propter nuptias l. consensu. 8. C. de repudijs l. 23. 8 vbi Greg. verb. *que haze la muger*. tit. 11. par. 4. † & sicut aduertera vxor dotem perdit, sic maritus donationem. l. 15. tit. 18. par. 7. vbi Greg. 9 verbo, *la dote*. & dicta l. 23. verbo, *que haze la muger*. † Rursus vt dos redditur vxori soluto matri. l. 2. D. soluto matri. l. 7. in fi. l. 26. ibi. *deue ser entregada la dote a la muger*. l. 31. tit. 11. par. 4. sic & marito propter nuptias donatio. tex. in Authent. de æqualit. dot. §. 1. collat. 7. d. l. 7. ibi, *sinque a cada vno de ellos libre e quito* 10 *lo suyo*. d. l. 31. ibi. *Ca deue ser entregada la dote, o la donacion à aquel que la deue auer*. † Sed illud hic opportune quæri potest qui hodie inter arras & propter nuptias donationem inter sit: & sane constat olim quod futurarum nuptiarum gratia à viro vxori dotabatur propter nuptias donationem esse ex hoc nostro tex. & integro tit. C. de donat. ante nupt. Arram autem id quod ad confirmationem contractus dari solet, & vt euidentius conuenisse partes probari possit. l. quod sæpè 35. D. de contrah. empt. cum alijs. † & inde pro pignus contrahendi matrimonij accipitur, & ab sponso sponsæ datur, non è contra. l. arris. 3. l. fin. C. de sponsalibus. l. 1. ibi *e quier tanto dezir como peño, que es dado entre algunos porque se cumpla el matrimonio que prometieron de fazer*. † Hodie autẽ in Hispania loco donationis propter nuptias successit Arra dict. l. 1. ibi. *e tal donacion como esta dizen en España propriamente arras*. tit. 11. par. 4. l. 87. tit. 18. par. 3. Vnde statuta antiquo iure in donatione propter nuptias, in arrarum promissione & constitutione locum habebunt, notarunt Roder Suarez in l. 1. tit. *de las arras*. lib. 5. fori. Greg. in. d. l. 1 & 2. tit. 11. par. 4. quæ vt perfecte intelligas omnino notabis, hanc arrarum constitutionem dupliciter fieri, datur enim arra aliquando propter dotẽ, & vxoris nobilitatem, & hæc donationi propter nuptias similis est. ex suprà notatis, † itẽ & alia quæ solum modo vt sponsus liberalitatem & munificentiam exerceat sponsæ concedit, & hæc antea *sponsalitia largitas*, dicebatur. l. 2. ibi. *la otra es la que da el esposo a la esposa franca mente, que dizen en latin sponsalitia largitas*. l. 3. 14 statim sequenti. tit. 11. par. 4. † Neutra vltra decimam bonorum partem constituitur. l. 1, tit. 2. lib. 3. fori. quæ approbata in l. 50. Tauri. l. 2. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. vtraque soluto matrimonio penes vxorem remanet. l. 1. tit. 2. lib 3. fori. & quid si antequam matrimonium sit consummatum. vide l. si à sponso. C. de donat. ante nupt. l. 52. Tauri. l. 4. d. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Reg. & ibidem. Anto. Gomez, & Matiẽço, casus qui occurrere possunt disputantes.

§. *Erat olim.* 4. *& finali.*

1 *Communem seruum manumittens, socio suã partem quam in seruo habet donare videtur.*

2 *Ius accrescendi in contractibus locum non habet.*

3 *Ius accrescendi in vltimis voluntatibus locum habet.*

4 *Ius accrescendi inter viuos admissum ex necessitate.*

5 *Communis seruus à socio manumissus, alio indẽ non seruato, liber fit.*

6 *Inuitus nemo cogitur vendere.*

7 *Libertatis fauore cogitur quis partem, quam in communi seruo habet vendere.*

1 CVM De donationibus Iustinianus in hoc tractatu disputationem instituerit, qualiter

qualiter hic de iure accrescẽdi,& manumissionibus agat dubitarunt interpretes, inde putantes non huc hunc paragraphum propriè pertinere sed ad superiorem de legitimis acquirendarum rerum modis disputationem. Longe tamen falluntur, tum quia manumissio donatio est,& rei denique omnium pretiosissimæ,tum quia in communi seruo pura & simplex liberalitas & donatio hac manumissione celebrabatur,cum is qui communem seruum manumittit,sciens hominis statum indiuiduum esse, hoc est pro parte seruum, & pro parte liberũ esse non posse.l.si pariter.9.in fine.D. de liberal.caus.donare suo socio partem suam intelligitur.

2 † Olim ergo vt ex textu vides communi seruo manumisso,pars accrescebat socio, Paulus libro.4.sent.tit.12. in principio.l. 1.§.fin. C.de communi seruo manumisso. Sed cum in contractibus & actibus inter viuos iuri accrescendi locus non sit.l.si mihi,110.D.de verborum oblig.§.quod si quis sibi.infrà de inutilib. & potest induci.l. vnica.§. his ita & §.vbi. C.
3 de cadu.tolle. † vbi Iustinian. in hereditatibus,legatis,fideicommissis,mortis causa donationibus non in contractibus ius accrescendi admisit,notarunt post Bartolum in l. re coniũct.num.65. Iaso.num. 249. Crotum nu.140. Ripa num.119.Duarenus de iure accrescend. lib.1.cap.15.Mincha. de succes. creatione.§. 10.num.116.Anto.Gom.2.tom.cap.10.num. 1. mirum est serui communis partem socio post manumissionem vindicta factam,accrescere.

4 † Facilè tamen dissolues si consideres in proposita specie propter necessariam consequentiam ius accrescendi induci, quia cum duorum seruus vtriusque communis sit,neuter ex eis altero inuito eum liberum facere potest.l.in re communi 13.D.de seru.vrb.l.vnus 2.D.de seruitut.l.10.l.13.tit.31.part.3. neque pro parte libertas competere potest, quia vt seruitus in diuidua est.d.l.si pariter.9.D.de liberal.caus.l. stipulationes 72.D.de ver.obli. & inde seruus post alterius domini manumissionem in seruitute morabatur, quia plenum ius dominij socius in eo habebat,integrumque iam vindicta celebrata, igitur quia iuris ciuilis necessitas id
5 effecit,pars socio accrescit. † Quod tamen noua Iustin.lege, quia iniquum valdè erat, & seruum libertate fraudare,& humanioribus dominis damnum inferri,immutatum est,& sancitum seruum hunc ad libertatem eripiendum esse,socio indemni conseruato, pretium serui secundùm partem dominij accipiente,quæ noua constitutio extat in l.1.C. de communi seruo manumisso.cui & nostro tex. consona est. l.2.tit.22.par.4.l.3. vers. *pero si dos omes.*tit.5. par.5.

6 Vides igitur ex noua hac Iustiniani lege & sanctione,Hispanis constitutionibus roborata,inuitum dominum serui partem venundari cogi,quod tamen non parum difficile est, siquidem vulgatis vtriusque iuris dogmatibus traditum est,neque emere, neque vendere inuitum cogi posse neminem.l.inuitum,11.l.dudum.14. C. de contrahenda emptione.l. nec emere. 16.C.de iure deliber.l.inuitos 11.C.de locato.quibus consonat.l.3.tit.5.par.5.explicant Gregor.ibi.Couar.lib.3.variarum ca.14. Anton.Gomez 2.tom.c.2. num.51. vnde inuitus & reluctans dominus serui partem distrahere adstringi non debebat.

7 Sed cùm publicè plures liberos homines esse interfit quibus & respublica impleatur, exornetur,augeatur ob publicum reipub. bonum,effectum est,tum & propter libertatis fauorem,pro qua multa contra iuris rigorem cõstituta esse non ignosci scripsit Vlpianus in l. generaliter.24.§.siquis.D. de fideicommissar. libertatib. vt etiam inuitus dominus seruum communem à socio manumissum vendat, ex dict.l.1.C.de communi seruo manumis.nostro textu,& legibus Regijs suprà adductis.

Titulus VIII.

Quibus alienare licet,vel non.

IN RVBRICAM.

1 *Dominij maximus effectus est de rebus disponere.*
2 *Dominij definitio.remissiuè.*
3 *Libera potestas de proprijs rebus disponendi iure ciuili aliquando remoratur.*

1 QVIBVS modis singularum rerum dominia acquirantur,superioribus titulis Iustinianus admonuit, cuius acquisitionis, cùm maximus effectus is sit,vt qui dominus est,ad suæ voluntatis libitum de re sua disponere possit, † vt
2 ex dominij definitione deducitur,quam retulit Bart.in l.siquis vi.§. differentia. num.4.D. de acquir.rerum domin. & comprobat l.generaliter.29.§.sub conditione.D.qui & à quibus l.qua ratione.9.§.hæc quoque res.D. de acquirend. rerum domin.§. per traditionem suprà de rerum diuisione versic.*nihil enim.*l.si ita stipulatus fuero.126.§.Titius.in fine. D.de ver. obligat.in l.1.coniuncta Authen. ingressi.C. de sacrosanctis eccles.l. in re mandata. 21. C. mand.in l.fin.§.fin autem.C. de iure dom.impet.l.1.tit.28.par.3.& sequuntur plurimi relati suprà in Rubr.Inst.de rerum diuisione. An id semper sit admittendum, hoc titulo Iusti-
3 nianus explicat: † constat autem ex eadem

illa

illa definitione, liberam disponendi facultatē lege vel conuentione impediri posse, quod graviter exemplis in hoc titulo Iustinianus illustrat.

PRINCIPIVM TITVLI.

Ibi, Nam dotale prædium.

1 *Maritus res dotales alienare non potest.*
2 *Dotalium rerum dominiū an maritus, an vxor habeat, disputatur.*
3 *Vxorem dominium earum habere pluribus ostenditur.*
4 *Dotales res vsucapi possunt.*
5 *Alienationis verbum vsucapionem comprehendit in lege Iulia.*
6 *Dotales res æstimatæ, pleno integroque iure marito acquiruntur.*
7 *Dotalem rem maritus pignorare potest.*
8 *Dotalem seruum maritus manumittere potest.*
9 *Maritus etiam vxore consenciente dotales res alienare non potest.*
10 *Maritus rerum dotalium dominus est constante matrimonio, vt pluribus ostenditur.*
11 *Conciliantur diuersæ sententiæ.*
12 *L. in rebus 30. §. omnis. C. de iure dotium. & l. si fundum 16. D. de fundo dotali.*
13 *Æstimatio quæ facit emptionem dominium tribuit.*
14 *L. interest. 6. C. de vsufructu.*
15 *Dotales res ex necessaria alienatione mariti & vxoris dominium effugere possunt.*
16 *Dotalis res etiam præter vxoris consensum à marito aliquando alienantur.*

1 PRincipio ergo ex his verbis, coniuncto principio sup. eo. ibi. *vt qui dominus rei sit*, constat, maritum quamuis rerum dotalium dominium habeat eas tamen alienare, neque vxore consentiente posse. quod & probat textus in l. 1. & per totum. D. de fundo dotali, coniūcto §. & cum lex. l. 1. C. de rei vxor. actione l. 1. C. de fund. dot. cum pluribus alijs, quibus consonat. l. 7. l. 29. tit. 11. par. 4. explicant omnes hic & in dictis locis, & in capit. cum contingat. de iure iurando. capit. licet mulieres eodem titulo lib. 6. Duarenus ad tit. D. soluto matrimonio cap. de dotali fundo. Baldus nouellus tractatu de dote. 7. parte, priuilegio 1. qui latè ampliat & limitat.

2 † Sed primo contra nostrum tex. ibi, *vt qui dominus rei sit*, grauiter obstare videtur rerum dotalium non maritum, sed potius vxorē
3 dominam esse: quæ assertio † probatur primo ex tex. in l. in rebus. 30. versi. *volumus*. C. de iure dotium. coniuncta regula. §. omnium inst. de action. l. in rem. 24. D. de rei vindicatione. Secundò ex l. filium 4. ibi, *sicut in matris familias bonis*. D. de collatione bonorum coniuncta l. 1. §. fi. D. de collatione dotis. Tertiò ex l. quamuis. 78. ibi. *mulieris tamen est*. D. de iure dotium. Quartò, thesaurus in fundo inuentus pro medietate domino fundi accedit. §. thesauros. vbi diximus supra de rerum diuis. sed in dotali fundo inuentus pro dimidia parte vxori restituitur. l. diuortio. 8. §. si fundum. in fine. ergo vxor domina est. Quintò, domino rei alienatio conceditur. §. per traditionem supra de rerum diuisione l. sed & si lege. 28. §. consuluit. D. de petitione heredit. marito autem rem dotalem alienare non licet ex nostro tex. cum si milibus ergo. Sextò ex l. si constante. 25. §. si vir. l. dotalem. 61. & l. quod si vir. 62. D. soluto matrimonio vbi maritus seruos dotales non aliàs manumittere potest, quàm si vxoris voluntas accedat. Septimò, dolus & culpa in proprijs rebus non præstatur l. etiam 19. §. licet. D. soluto matrimonio. præstatur autem in rebus dotalibus dicto §. licet dict. l. si constante. 25. §. si maritus ergo. Octauò facit. l. de die. 8. §. 1. ibi, *in rem suam fideiussuram*. D. qui satisdare cogantur. Nonò. Dos ipsius vxoris propriū patrimonium est l. 3. §. sed vtrùm in fine. D. de minoribus l. in eum 16. D. de religiosis l. vnica. §. & hoc. C. de rei vxoriæ actione. Ex quibus omnibus constat male à Iustiniano maritum rerum dotalium dominum appellari in hoc textu.

4 Secundò principaliter contra nostrum textum sic argumentor, res dotales vsucapi possunt, dict. l. in rebus. 30. §. omnis. C. de iure do
5 tium. † Sed alienationis verbum vsucapionem comprehendit. l. alienationis 28. D. de verborum significatione. ergo & possunt alienari, quæ sententia iuuatur ex l. si fundum 16. D. de fundo dotali. ex qua constat lege Iulia de fundo dotali, vsucapionem etiam prohibitam esse.

6 Tertiò obstat, res dotales æstimatæ pleno integroque iure marito adquiruntur. l. quoties 5. l. si inter virum. 21. C. de iure dotium. l. plerumque 11. D. eodem l. vnica. §. cumque ex stipulatu. C. de rei vxor. actione. l. 17. tit. 11. par. 4. ergo liberè poterit eas alienare, vt in dictis legibus cauetur.

Quartò. *Alienationis*, verbum hypothecam comprehendit. l. fin. C. de rebus alien. non
7 alien. † sed maritus rem dotalem pignoris & hypothecæ nexui rectè supponit. l. interest. 6. vers. *qui autem*. C. de vsufructu, ergo.

Quintò obstat. l. 1. D. de fundo dotali. vbi ex mariti contumacia, vicinus in possessionē rei dotalis missus eius dominium nanciscitur, sicque ex sola mariti voluntate alienatio contingit contra nostrum textum.

8 † Sextò obstat tex. in l. fin. C. de seruo pignori dato manumisso, vbi maritus dotalia mancipia etiam contra vxoris voluntatem manumittit,

mittit, & sic ea alienat. l. manumissiones. 4. D. de iustitia & iure.

9 † Quibus tamen non obstantibus Iustinianum defende: est enim verissimum iuris principium quod suprà ex hoc paragrapho notauimus maritum rerum dotalium dominum esse constante matrimonio, easque res etiã vxore consentiente, non posse alienare: decisionis ratio in obscuro non est, desumitur nanque ex vulg. l. 1. D. soluto matrimonio. l. 2. D. de iure dotium, cum pluribus alijs, quibus docemur maximè è republica esse dotes mulieribus cõseruari, propter quas nubere possint ad implẽdam liberis ciuitatem sobolemque procreandam. Ob idque rectè lex *Iulia* dotalis fundi alienationem prohibuit: quæ tamen cum non plenè muliebri fragilitati succurreret à Iustiniano fuit emendata in dict. l. vnica. §. & cum lex. & in hoc tex. quam post Myusing. & Balduin. hic explicat optimè Duare. iam relatus. Campezius de dote. 4. par. qua. 9. Costanus in l. 1. D. soluto matrimonio capite. 5.

10 Neque obstant argumenta suprà relata, nõ primùm, quoniam etsi controuersum sit vtrũ rerum dotalium dominium penes maritum sit constante matrimonio, an verò penes vxorem verius videtur maritum dominum esse. Primò ex nostro textu in princ. Secũdo ex l. si prædium. 23. C. de iure dot. Tertiò ex l. dotale prædium. 13. versi. *dotale*. D. de fundo dotali. Quartò ex l. Lucius. 21. §. idem respondit constante. D. ad municipal. Quintò ex dict. l. quoties. 5. C. de iure dotium. Sextò ex dict. l. quamuis. 78. ibi, *in bonis mariti sit*. D. eodem. Septimò quoniam fructus ratione dominij percipiuntur, vt constat, pertinent autem ad maritum constante matrimonio. l. dotis fructus. 8. D. de iure dotium l. pro oneribus. 8. C. eodem. Octauò ex l. cum post. 70. §. in dotem. D. illo tit. Nonò, rei vendicatio soli domino competit. dict. l. is qui destinabit. 24. D. de rei vend. sed marito non vxori conceditur. l. dotis ancil lam. C. de rei vind. ergo. Decimò, maritus iubet seruum dotalem hereditatẽ adire l. seruus dotalis 59. D. solut. matrim. is autem iussus sõlius domini est l. si quis mihi bona. 25. §. iussum D. de acquirenda hæreditate, ergo. Vndecimò manumissio soli domino conceditur. l. manumissiones. 4. D. de iustitia & iure. sed maritus matrimonio constante dotales seruos rectè manumittit. l. 3. C. de iure dotium. dict. l. fina. C. de seruo pignori dato manumisso, ergo. Duodecimò, mulier dotales res vsurpans quauis ob honestatem furti actione non conueniatur, furtum tamen committit. l. ob res amotas. 24. & per totum. D. rerum amot. sed furtũ in re propria non committitur l. 1. D. de furtis ergo. Ex quibus omnibus satis constat maritum rerum dotalium vtique dominum esse.

11 † Neque leges suprà relatæ in primo principali argumento obstant, quoniam animaduerto, maritum constante matrimonio subtili quadam iuris fictione rerum dotalium dominum esse, quamuis re vera & naturaliter earũ dominium vxori pertineat, quod tamen dum pendet matrimonium silet, & inefficax est: eo autem dissoluto mox veluti postliminio ad mulierem cum effectu reuertitur. d. l. in rebus. C. de iure dotium. quomodo superiores leges sunt interpretandæ.

12 Non obstat secundum argumentũ ex dict. l. in rebus. §. omnis. quoniam omissis Accursij interpretationibus ibidem, verb. *vsucapionem*, Obseruo temporibus illius legis, *in rebus*, rerũ dotalium alienationẽ marito permissam fuisse, si vxor non dissentiret. l. fin. D. de pact. dotalib. & tex. hic & dict. §. & cum lex. ea enim ætate lata non erat noua Iustiniani sanctio. dict. §. & cum lex. quo alienationem non valere neque vxore consentiente cautum fuit, vti ex vtriusque legis subscriptione constat: vnde cum in dict. l. in rebus. non solum maritus, sed & mulier ipsa passa fuerit alienationẽ per vsucapionem, cum tempore quo vsucapio cœpta fuit, ipsa iam eas res vendicare potuerit. l. si cõstante. 25. in prin. D. soluto matrim. l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotiũ. Authentic. de æqual. dot §. illud. collatione. 7. huiusmodi alienatio vsucapione inducta eidem vxori nocet, vt & quælibet alia ante Iustinianum noceret. Qua etiam interpretatione accipi debet textus in dict. l. si fundum 16. versi. *nam licet*. D. de fundo dotali. quando, scilicet, vsucapio cœpta fuit durante matrimonio, quo tempore mulier vendicare non poterat, tunc enim cum agere impedita esset ei non potuit nocere præscriptio. l. 1. §. fin. C. de annal. excep.

13 Non obstat tertium argumentum ex dicta l. quoties cum similibus quia loquuntur de rebus in dotem datis æstimatis tali æstimatione quæ faciat emptionem: quo casu ipsius viri efficiuntur, & soluto matrimonio non eædẽ res, sed earum æstimatio vxori reddenda est, vt in dict. l. quoties l. ex conuentione. 11. C. de pactis. l. plerũque. 11. D. de iure dotium. vnde eas recte poterit alienare, tanquam suas, de quo vide Couarru. in practic. quæstio. cap. 28. per totum. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glos. 14. nu. 20. & quæ Iustinianus scripsit in l. vnica. §. itaque partas. & seq. & §. in fundo. C. de rei vxo. actione.

14 Ex qua resolutione inferes interpretationem ad tex. in dicta. l. interest. 6. versi. *qui autem*. C. de vsufructu. loquitur enim in proprietate dotali æstimata æstimatione quæ emptionem faceret, & inde eam maritus rectè potuit alienare, explicat Nouellus dict. 7. par. priuilegio. 1. num. 5. & sequentibus.

15 Non obstat quintum argumentum ex d. l. 1. D. de fundo dotali. quia quæ de rerum dotalium

talium alienatione traduntur non in necessaria, sed in voluntaria alienatione sunt admittē da. tex. singularis. in. d. l. 1. cuius argumento sic resoluit Nouellus vbi proxime num. 20. cui fa uet etiam tex. in l. cum infundo 83. §. si fundus. D. de iure dot.

16 Non obstat vltimum ex d. l. fi. C. de seruo pign. dat. manumiss. quoniam etsi controuersum sit an dotales res alienari possent etiam vxore non consentiente, quod disputant post ordinarios in locis sup. relatis Nouell. d. priuileg. 1. ex num. 1. Costanus d. cap. 5. nu. 13. verior sententia est, eas posse alienari, dum tamē maritus soluendo sit, maxime tamen fauore libertatis. d. l. fi. coniuncta. l. 1. illius tit.

§. *Contra autem.* 1.

1 *Creditor pignus distrahere expactione, & debitoris contumacia potest.*
2 *Interpellandus tamen est debitor vt soluat.*
3 *Creditor qui contra conuentionem pignus vendit furtum committit.*

1 CREDITOR quamuis hypothecæ, vel pignoris dominus non sit, illud tamen rectè vendere potest, vel expactione, vel alias sine ea, seruata formula legis fi. C. de iure domin. impet. ex qua tex. noster sumptus est, & ex. l. quum soluendæ. 4. l. si creditor. 7. l. creditoris. 8. & per totum. D. de distract. pignorum. l. creditor. 4. l. quandiu. 6. & per totum C. eod. l. si conuenerit. 4. D. de pignorat. actio. l. 70. tit. 18. p. 3. l. 41. cum duabus sequ. tit. 13. p. 5. explicat Connanus lib. 4. cap. 18. per totum. maxime num. 6. omnino videndus Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fi. 5. par. §. 16. per totum. Sed obstare videtur tex. in l. si is qui pignore. 75. D. de furt. vbi creditor vendens pignus furtum committit.

2 Cui difficultati vt satisfacias obserua, quod si quis rem pignorauerit & in pactione cautū est, quemadmodum debet pignus distrahi siue in tempore, siue in alijs conuentionibus, pactio obseruanda erit, tex. noster in princip. & d. l. fi. versi. *Sancimus*, & d. l. 41. in prin. dum tamen ante venditionem debitori nuncietur, d. l. creditor. 4. versic. *testato*. vt contra Accurs. ibi. l. obseruant Iacobus de Arena. & Albericus in d. l. si conuenerit. quos sequitur Gregorius per textum ibi. *como la quiere vender*. in d. l. 41. partit. sin autem de vendendo pignore nihil conuenit, interpellandus est debitor vt soluat, qui si post denuntiationem biennio à solutione cessauerit pignus vendi poterit. d. l. fin. §. sin autem. 1. quæ tamen quo ad solutionis terminos iure Hispano emendatur. l. 1. tit. 19. lib. 3. fori. & l. 42. tit. 13. part. 5. vbi obseruant Montaluus & Gregor. qua l. 42. in re mobili duodecim dies, in immobili triginta debitori præstantur, quibus elapsis creditor pignus vendit. Qua in specie si emptor non reperiatur, rursus admonendus est debitor, qui si porrò cesset, creditor ius dominij sibi impetrabit, integrum tamen erit debitori intra biennium recuperare rem ipsam, si creditori offerat totum debitum cum eo quod eius interest à tempore moræ. dict. l. fin. §. sin verò.

3 † Quod si conuentum est ne pignus venda tur, si creditor distrahat furti obligatur. dict. l. si is qui pignori. dict. l. si cōuenerit. 4. nisi debitori ter denuntiauerit vt soluat, & cessarit, ab eo enim tempore elapso biennio creditor pignus alienare potest, vt in dictis legibus, vbi gloss. notat & probat dict. l. 42. in 2. part. tit. 13. par. 5.

§. *Num admonendi.* 2. & §. *sed ex diuerso. fin.*

1 *Pupillus sine tutoris auctoritate alienare non potest.*
2 *Pupillus amittere rei suæ possessionem inconsulto tutore potest. & nu. 7.*
3 *Pupillus qui mutuam pecuniam dedit condictionem habet. & num. 8.*
4 *Pupillus sine tutore soluens repetere potest, & num. 9.*
5 *Pupillus sine tutore nihil agere potest. & nume ro. 10.*
6 *Pupillus sine tutore meliorem conditionem suā facere potest. & num. 10.*
7 *L. possessionem. 29. D. de acq. possessione.*
8 *L. non omnis. 19. §. fin. D. si cert. pet.*

PVpillus sine tutoris autoritate alienare non potest, ideoque neque mutuam pecuniam dando obligationem contrahit, neque si quod debet soluerit, liberatur, quia ei omnino alienatio absque tutore prohibita est. Idem in prin. suprà de autor. tut. vbi latè disputauimus. §. pupillus. inf. de inutilib. l. quod si fortè. 14. §. fina. l. pupillo. 15. D. de solut. l. non omnis. 19. §. fin. D. si certum pet. cum multis alijs vulgatis. l. 4. tit. 11. par. 5. & omnes in dictis locis. & in l. pupillus neq; vel le. D. de regulis iuris.

Sed primo obstat tex. in l. possessionē. 29. 2 D. de acquir. poss. vbi pupillus amittere potest possessionem rei suæ sine tutoris autoritate, sicque eam alienare.

3 Secūdo obstat tex. in dict. l. non omnis. 19. §. fi. vbi pupillus qui mutuam pecuniam dedit condictionem habet, ergo nummi accipientis facti sunt, aliàs enim non condictio, sed vindicatio pupillo competeret. Qui quidem textus in dict. §. fina. fortiter etiā facit cōtra. §. & ex diuerso. inf. quum ibi pupillo Consultus

4 concedat liberationem si illi soluerit. † Cui tamen §. fi. ex diametro obstat tex. in l. interdum. 29. D. de condictione indebiti. vbi si pupillus sine tutoris autoritate soluerit non liberabitur, sed potius condictionem habebit.

5 His tamen non obstantibus Iustiniani sententiæ defendenda est, & exornanda ex his quæ sup. scripsimus in princ. de tutelis. & de autoritate tut. pupillus enim quia integrum animi iudicium non habet §. præterea. inf. quibus non est permiss. §. pupillus. inf. de inutilib. l. cum prætor. 12. vers. *natura.* D. de iudicijs. omnia tutore autore gerere debet, cuius autoritate prætermissa si quid egerit nullius momenti erit, † nisi sibi acquirat, id enim rectè & sine tutore fit ex dict. princip. de aut. tut. cum alijs ibi adductis. Argumenta autem 7 in contrarium adducta nihil obstant. † Non primum ex dict. l. possessionem. quia tex. ille non de possessione, sed de detentatione accipi debet, quæ in facto consistit, & corpore tantum amittitur, vt ibi Iure consultus scripsit, & optimè interpretatur Acc. ver. *vt corpore.* cuius interpretatio iuuari non male potest ex traditis à Parladorio lib. 1. rerum quotidia. ca. 9. num. 7. eam verò possessionem quæ animo retinetur & amittitur, pupillus sine tutore non amittet in l. pupillus. xj. D. de acquirendo rerum dominio.

8 Non obstat tex. in dicto. §. si pupillus. l. non omnis, quoniam etsi verum sit ex nostro tex. cum similibus, pupillum mutuum dantem sine tutoris autoritate neque vllam obligationem contrahere, neque nummos accipientis facere, quod in mutuo est omnino necessarium. l. 2. §. appellata. D. si certum pet. l. 1. titul. 1. part. 5. si tamen nummi à bona fide accipiente consumpti sint condictione pupillus illos recuperabit, quia quod prius non erat mutuum hoc post consumptam pecuniam pro mutuo habetur, atque hoc est quod vulgò dici solet. per consumptionem mutuum re conciliari, parari dominium, & condictionem nasci, vt in casu. l. si à furioso. 12. & l. nam & si fur. 13. cum alijs. D. si certum peta. quas leges sic interpretatur communis, quam tamen nos improbamus in princ. ad septimum argumentum. inf. quibus modis re contrahit. ob. 9 vbi videnda sunt quæ scribimus. † Quod tamen ex dictis legibus verum est, quando pecuniæ numeratio est in causa obligationis, & numeratur ad obligandum accipientem. Secus verò si sit in causa liberationis, vt aliquis se se liberet à debito, quia tunc consumptio, operatur liberationem, & enecat atque extinguit condictionem. tex. in d §. si pupillus. ibi, *liberatur.* & in d. l. quod si forte. §. fin. in fi. l. si filius familias. 14. D. si certum peta. Cui resolutioni non obstat d. l. interdum. 29. D. de condictione indeb. quæ intelligi necessario debet quando pupillus soluit illud quod indebitum erat, quo casu non condictionem incerti, sed condictionem indebiti habebit, qui intellectus facilè suadetur ex vtriusque legis titulo, siue rubrica.

Neque item obstat pupillum sine tutoris autoritate conditionem suam meliorem recte facere posse. tex. in princ. sup. de autor. tut. vnde videbatur rectè quoque posse & soluere, cum solutione ab obligatione qua tenebatur, liberetur: qua enim ratione fictam liberationem, quæ acceptilatione inducitur, consequi potest. l. 2. coniuncta l. 1. D. de acceptilat. idem erat in vera liberatione ex solutione admittendum. Quoniam respondeo, pecuniæ numerationem ad bonorum administrationem pertinere, quæ non pupillo sed tutori competit. l. iusiurandum. 17. §. 1. D. de iure iurando.

§. *At ex contrario.* 3.

1 *Solutio pupillo sine tutoris autoritate facta soluentem non liberat, & quare num.* 4.

2 *Solutio facta pupillo iudicis interuentu plenissimam præstat securitatem. & nu.* 5.

3 *Restituitur minor aduersus solutionem, & num.* 11.

6 *Pupillus si ex solutione à debitore facta locupletior fiat, & restitui velit, exceptione repellitur.*

7 *Pupillo adiecto solutioni sine tutore solui potest.*

8 *L. constitutionem. 27. C. de administ. tutorum. explicat nostrum textum.*

9 *Solutio facta minori 25. annis curatorem non habenti securitatem soluenti præstat.*

10 *§. Item inuiti. Inst. de curatoribus limitatur.*

11 *Minor aduersus solutionem restituitur, si in ea læsus sit, & quomodo id sit intelligendum.*

12 *L. Ait prætor. 7. §. permittitur. D. de minoribus.*

1 SOlutio pupillo pupillæve facta sine tutoris autoritate quamuis eis acquiratur debitorem tamen non liberat, † eum tamen plenissima sequetur securitas si iudicis decreto tutori facta sit. Idem in l. Lucius. 47. §. tutoribus. D. de administrat. tuto. l. si pupilli. 66. D. de solutio. l. sancimus. 25. l. constitutionē. 27. C. eo. l. 4. t. 14. p. 5. vbi grauiter explicat Gregor. Caldas in l. si curatorem. verbo, *læsis*, ex n. 57. C. de in integ. rest. Minchac. quæst. vsu frequent. capit. 67. & est elegans tex. in l. ait prætor. 7. §. 1. D. de minoribus.

Sed primò obstat tex. in l. si stipulatus, fuero. 11. D. de solutionib. vbi si stipulatus fuero mihi aut pupillo dari, promissor soluendo pupillo sine tutoris autoritate à me liberabitur.

Secundò obstat tex. in d. l. constitutionem.

27. vbi etiam sine iudicis decreto solutione facta debitorem plenissima sequitur securitas.

Tertiò contra tex. hic, probantem & iudicis decretum & tutoris autoritatem necessariam esse vt solutio debitorem liberet, obstat d.l. ait prætor. §. 1. versi. *quid tamen.* D. de minoribus. vbi solius iudicis sententia absque tutore debitorem soluentem liberat.

3 Quartò contra tex. ibi, *plenissima securitas.* obstat. l. 1. C. si aduers. solutionem. vbi etiam contra solutionem curatori factam beneficium restitutionis in integrum conceditur.

4 His tamen non obstantibus superior conclusio defendenda est, cuius decisionis vera ratio ex traditis in §. superiori pendet, pupillus enim dominus sit eorum quæ soluuntur, quia suam conditionem sic meliorem facit, quod sine tutore ei licet, debitor verò obligatione non liberatur, quoniam sic pupillus obligationem alienaret quod ei sine tutore nullo modo
5 licet, ex notatis sup.† Igitur vt solutio rectè fiat & debitor liberetur, tutoris aut curatoris autoritas, item etiam & iudicis decretum necessarium est ex nostro tex. cum similibus: sin autem aliter solutio facta fuerit, & pupillus aut minor consumpserit, aut furto, aut vi amiserit, iterum poterit aduersus debitorem experiri, quia temerè sine tutoris autoritate
6 & iudicis decreto solutum est.† Quod si pecuniam pupillus saluam habeat, vel ex solutione locupletior factus sit, vel certè nō pauperior. l. in pupill. 42. vers. *nam hoc ipso.* D. de solutionibus. quamuis summo iure, quia sine tutore solutio facta est restitui posset, attamen ex æquitate debitori datur doli mali exceptio. tex. noster. & d.l. in pupillo.

7 Neque obstant in contrarium adducta, non primum ex dict. l. si stipulatus fuero, quoniam animaduerto regulam & conclusionem nostri tex. admittendam esse in pupillo vero creditore, aliud autem esse si adiectus esset tantum solutioni, quæ cum facti sit nihilque iuris habeat rectè ei fieri sine tutore poterit. vt in dicta l. si stipulatus, pro qua sententia induci rectè possunt l. si stipulatus sim. 9. in princip. l. quod stipulatus. x. l. qui res. 98. §. qui stipulatur. versiculo. *at vbi simpliciter.* D. de solutionibus.

8 Non obstat tex. in dict. l. constitutionem. quæ & tex. nostrum, & dict. l. sancimus. C. de administ. tut. explicat, vt iudicis decretum nō sit necessarium, sed sufficiat ipsius tantum tutoris aut curatoris autoritas si quid ei soluatur ex reditu, vel pensione, vel vsuris non excedentibus ducentorum solidorum summam, vel biennales metas.

Non obstat tertium ex d. vers. *quid tamen.* quoniam tex. ille loquitur in minore creditore qui curatorem non habet, cui ex solo iudicis decreto rectè soluitur, nec aduersus eam solutionē minorē esse restituendum constat ex cod. §. in finalibus verbis, quamus quo magis debitoribus consulatur hoc casu ex Principum constitutione eis sit permissum compellere adolescentes ad petendum sibi curatores, quibus autoribus solutio fiat, limitata hac in specie regula. §. item inuiti. Institu. de curatoribus, cui sine diuinatione non satisfaciunt Accurs. in d. §. 1. versiculo. *permittitur.* verbo. *ex constitutione*, & Bartol. ibidem & conducunt quæ in hoc proposito tradit Grego. in d.l. 4. verb. *mandamiento*, & post eū Caldas, & Minchaca iam relati.

Non obstat quartum ex d.l. 1. C. si aduers. solutionem, quoniam & si eam iniquam pleno ore & iniustam appellēt ibi Paulus & Iacob. eo quòd probare videtur restitutionem esse minori concedendam quòd solutam pecuniā tutore vel curatore autore postea amisit, vel ex ea solutione locupletior factus non est ex d.l. in pupillo. 42. D. de solutionib. longè tamen ij & alij falluntur quum valde dissimilis sit eiusdem legis sententia qua imperatores docent solutionem minori factam curatore autore validam vtique esse, & soluentem debitorem ipso iure liberari. verum si in ea læsio interfuerit restitutionem esse concedendam. Planè læsio in solutione non erit si postea eam pecuniam minor amittat, id enim ad debitorem qui rectè soluit non pertinet, neque ob id solutio iteranda est, d.l. ait prætor. §. permittitur. infi. D. de minoribus. initium enim contractus seu distractus semper inspiciēdum est, qui si ex parte minoris frugaliter factus est, & ex parte aduersarij bona fides sine læsione interfuit, nihil amplius exoptandum est. l. quod si minor. 25. §. non semper. l. verum. 12. §. sciēdum cum sequenti. D. de minoribus nec si læsio ex post facto emerserit minor restituetur, non magis quàm si læsus non esset, d. §. permittitur. Igitur vt restitutio causa cognita concedatur aduersus solutionem in d.l. 1. interuenire læsio poterit multis in casibus initio distractus veluti si aliud pro alio solutum esset volente curatore, extra tex. in prin. inf. quib. mod. toll. oblig. potest etiam minus re, solui, & dari per curatorem integra apocha debitori quasi totius debiti recepti. d.l. Lucius. 47. §. tutelæ. D. de adm. tut. potuit solui minus loco, tempores vel causa vel conditione §. minus. instit. de action. Quibus in casibus, vel similibus alijs si læsio contingat aduersus solutionem, veluti aduersus quemlibet aliū contractū minor restituetur causa cognita in d.l. 1. cuius hæc est vera interpretatio qua etiam accipies. d. §. permittitur. in fi. verbis, qui dum minori restitutionem denegat contra solutionem iudicis autoritate factam, intelligi debet, in ea solutione, quæ læsionem ex post facto habuit quia minor pecuniam amisit: non in ea quæ in

terfuit

terfuit initio contractus, vt paulò ante docuimus.

Titulus. IX.

Per quas personas nobis acquiritur.

IN RVBRICAM, & principium tituli.

1 *Continuatio huius tituli ad superiores.*
2 *Acquiritur nobis per nos, & eos quos in potestate habemus, & bona fide possidemus.*

1 EXPOSITIS modis quibus rerum dominia & iure naturali, & gentium, & ciuili acquiruntur, à tit. 1. huius lib. 2. vsque ad tit. de donation. cum in superiori, limitationem effectus dominij Iustinianus interiecerit explicans quibus in casibus qui domini rei sunt, rei alienandæ potestatem non habent, vt ibidē ostendimus, commodè nunc, quia nō solum per nosmetipsos, sed per alios quoque dominū nobis acquirit potest, per quas personas illud acquiramus exponit, quod nos breuiter explicabimus.

2 Acquiritur ergo dominium non solum per nos metipsos, sed etiam per eos quos in potestate nostra habemus patria vel dominica, nēpe per filios aut seruos itē & per illos, seruos in quibus vsum fructum habemus, item per homines liberos & seruos alienos quos bona fide possidemus, de quibus sigillatim, breuiter tamen, despiciemus; explicat Caius lib. 2. instit. tit. 1. in fi. & in l. acquiritur. 10. D. de acquir. rerum dom. consonat. l. 5. 6. & 7. tit. 17. l. 7. tit. 21. p. 4. explicant citandi in Paragraphis sequentibus.

§. *Igitur liberi vestri.* 1.

1 *Filius familias, quidquid acquirit, patri acquirit.*
2 *Filius familias nouo iure vsum fructum tantum patri acquirit.*
3 *L. filius non impeditur. 22. D. de inofficioso test.*
5 *L. sacratissimi Principis. 9. D. ad. Tertyll.*

QVicquid filius filia ve fam. acquirit hoc totū ei cuius est in potestate olim acquirebatur, castrensibus & quasi castrensibus peculijs exceptis.

2 Hodie verò vsufructu patri reseruato, integra proprietas omnium quę acquiruntur filijs relinquitur: vtramq; conclusionis partem probabis ex l. patre furioso 8. in fi. D. de ijs qui sunt sui. l. Antistius. 62. §. fi. in fi. l. placet. 78. iuxtā communem allegationem. D. de acq. hered. l. 1. D. si quis à pa. fuer. manum. l. 3. §. verbum. D. de dotat. inter. l. 1. §. fi. cum. l. sequenti. D. ad Maced. l. si quis vxori. 53. §. 1. D. de furt. l. quæritur. 38. D. de bon. libert. l. mulier. 22. D. ad Trebel. l. 3. C. de institutionibus. l. fi. lijs matrem. 25. C. de in offic. l. 2. C. de patria potest. l. 1. & per totum. C. de bonis mat. l. & si oportet. 6. l. fi. & per totū. C. de bonis quæ liberis. d. l. 5. & sequent. tit. 17. part. 4. explicat Pinel. in l. 1. 1. p. ex num. 1. C. de bon. mat. Menoch. casu. 126. Explicat Ant. Gom. in l. 48. Tau. ex. nu. 1. Matienzo, in l. 9. tit. 1. lib. 5. recop. glos. 1. ex. n. 1. & ibidem Azeuedo.

3 Nec primo obstat tex in. l. filius non impeditur. 22. ibi. *quoniam alij commodum victoriæ parat.* D. de inoffi. testam. Quoniāvarijs omissis solutionibus de quibus per Pinel. vbi sup. num. 21. verbum illud (*commodum*) refertur ad honorem qui filio ex victoria resultat, rupto enim testamento per querelam res deducitur ad causam intestati, quam filius, si velit poterit adire, patri tamen quæret: & quod magis est tollitur nota, qua per exheredationem filius notatus erat. l. Papinianus. in prin. D. illo tit. ita interpretatur Iaso. in l. 1. n. 5. C. qui admitti. vbi Curtius Iunior n. 55. Riminaldus. n. 25. Bar. in. l. is qui heres. n. 7. D. de acq. hered.

4 Nec secundo obstat. l. penul. D. ad Tertull. Quoniam vt optimè post alios docuit Pinel. d. p. 1. nu. 29 Lex illa loquitur de iure succedēdi, non de effectu acquisitionis. vt & in. l. quī in aliena. 6. in fi. principij. & in. l. filius fam. 91. D. de acq. hereditate.

§. *Hoc quoque.* 2.

1 *Pater, qui emancipat filium dimidiam partem vsus fructus bonorum eius nanciscitur, & numero 3.*
2 *L. si viua matre. 3. C. de bonis maternis.*
4 *Limitatur noster textus in casibus in quibus filius ipso iure à patria potestate liberatur.*
5 *L. 48. Tau. l. 9. tit. 1. lib. 5. nouæ recopilatio.*

1 QVI filium suum emancipat non tertiam bonorum partem aduentitij peculij vt olim, sed vsus fructus dimidiam adipiscitur. idem in. l. cum oportet. 6. §. cum autem. C. de bonis quæ lib. & in l. 15. t. 18. p. 4. vbi explicat Grego. Ant. Gom. in. l. 48. Tau. n. 6. & relati in §. 1. sup. eod.

2 Sed obstat l. si viua matre. 3. C. de bon. mat. vbi pater vel auus, cum filijs vel nepotibus emancipatis admittitur ad virilem portionem in vsu fructu & non habet dimidiam partem vt hic.

3 Sed respond. cum tex. loqui in filijs & ne-

potius iam emancipatis, quo tempore eis bona aduentitia deferuntur, quod generaliter in omnibus non est admittendum, sed in illis tantũ bonis quæ à matre sua vel auia eis obueniunt, in quibus specialiter hoc ius patri, aut auo conceditur ex ratione, quam ibidem notat gloss. ver. *præscripta*. & latè exornat Pinelus ex num. 3. Secus autem est quando filius qui in potestate patris est aliqua bona acquirit quorum proprietas cum ei adquiratur, vsu fructu tantum patri relicto, vt diximus in §. 1. sup. eod. si pater eum emancipauerit, dimidia vsus fructus pars in præmium emancipationis patri reseruatur ex. d. §. cum autem ex d. l. 15.

4 † Quod tamen notanter ibidem. Greg. limitat, in casibus in quibus filius ipso iure à patria potestate liberatur absque emancipatione, vt per totum sup. quibus mod. ius patriæ potest. soluit. l. 1. & sequentibus tit. 18. p. 4. Tunc enim pater dimidiam vsusfructus partem non habebit.

5 † Quod est expressè probatum l. 48. Tau. l. 9. tit. 1. lib. 5. nouæ. recop. in casu quo filius per contractum matrimonij à patria potestate liberatur notant ibidem Antonius Gomez & suprà relati, quos ad pulchras quæstiones videbis.

§. *Item vobis*. 3.

1 *Seruus quicquid acquirit, acquirit domino etiam inuito & ignoranti.*
2 *Serui apud Christianos iam hodie pauci aut nulli sunt.*
3 *Seruus alimentorum causa relictum habere potest.*
4 *Seruus heres institutus hereditatem domino acquirit quam eius præcedente iussu adit.*
5 *Bonorum possessionem à seruo agnitam sufficit si domini ratihabitio sequatur.*
6 *Seruus domino suo possessionem acquirit.*

1 CElebris est hic tex. & qui laxiora nostris scholijs exigebat, sed ferijs Septembribus iam appropinquantibus ità tempore premimur, vt vix concordantes referre possimus; Probat ergo omne quod seruus acquirit domino suo acquirere etiam inuito & ignorante. Idem in §. in potestate sup. de ijs qui sunt sui. in §. siquis alij inf. de inutilibus in principio infra per quas pers. nobis. acqui. oblig. in. l. quemadmodum. 46. D. de iure dot. in. l. placet. 78. D. de acqui. hered. in. l. qui liberis. 8. §. hæc verba. D. de vulg. in. l. acquiritur. 10. in. l. etiam inuitis. 32. D. de acqui. rerum dom. l. 2. §. Celsus. cum alijs ibidem. D. de vsu cap. pro emptore in. l. seruus vetante, 62. D. de verb. oblig. cum pluribus alijs, quibus consonat. l. 7. tit. 21. par. 4. l. 7. tit. 11. p. 5. † Planè quamuis maxima iuris ciuilis pars de ea acquis. disputet, hodie apud Christianos infrequens est, apud quos, aut nulli, aut pauci serui sunt: seruus ergo quia nihil suum
3 habere potest, † nisi alimentorum causa relictum. l. seruos. 17. D. de alim. leg. l. quidam. 5. §. illo. C. de necess. seruis. sic limitata l. seruis. 4. C. de legatis, quicquid exstipulatione, donatione, vel legato acquirit, domino suo acquirit, vt in dictis locis, etiam inuito, quamuis id dominus possit repudiare arg. l. hoc iure 19. §. non potest. D. de donation. l. inuito. 69. D. de reg. iur.

4 Nec obstat seruum heredem institutum hereditatem adire non posse absque domini iussu, eoque præeunte l. qui in aliena. 6. in principio. l. siquis mihi bona. 25. §. iussum. D. de acqui. hereditate id enim ideo fit ne dominum suum inuitum æri alieno obliget. d. l. qui alie-
5 na. in principio. † Qui quidem iussus in bonorum possessione non erit necessarius, sed postea voluntatem domini accedere sufficiet. d. l. qui in aliena. Igitur dominus qui seruum suum heredem institutum adire iussit, perinde est ac si ipse institutus fuisset, quod in simplici institut. verum est, non si sic fieret substitutio. (*Quisquis mihi heres erit idem impuberi filio meo heres esto*) tunc enim non admittetur dominus per seruum heres factus, sed potius seruus ipse qui scriptus est, si conditione substitutionis eueniente sui iuris fit. l. qui liberis. 8. §. hæc verba coniuncta. l. cum ex filio. 39. D. de vulgari.

6 † Acquirit etiam seruus domino possessionem vt Iustin. hic docet, quam rem melius cæteris explicat Mynsing. hic ex. num. 6. cum videbis omnino.

§. *De his autem* 4. & §. *Idem placet*. 5.

1 *Seruus Vsufructuario ex re & operis acquirit, alia domino proprietatis*
2 *Liber homo bona fide possessus acquirit bonæ fidei possessori, ex re eius, & suis operis.*
3 *Seruus vsufructuario acquirit hæreditatem, quã do eius contemplatione instituitur.*
4 *L. si seruus. 21. D. de acq. rerum dom.*

1 DE acquisitione quæ fit per seruos in quibus vsum fructum habemus, per ser-
2 uos alienos, vel homines. † Liberos, quos bona fide possidemus, his in locis agit Iustinianus docens idem ius in his omnibus obseruari; si quid enim ex re vsufructuario, vel bonæ fidei possessori acquisierint, vel ex operis suis, id totum vsufructuario, vel bonæ fidei possessori acquiritur, extra has verò causas si quid consequantur, id domino proprietatis, vel sibi ipsis si liberi sunt adquirunt.

runt. Itaque si heredes instituti sint, legatum ve quid eis, aut donatum fuerit, non vsu fructuario, aut bonæ fidei possessori, sed vero domino proprietatis, aut sibi si liberi sint acquiritur. idem in d.l. acquiritur. 10. §. de his cum sequentibus. D. de acqui. rerum. dom. l. qui bona fide. 23. eo. tit. l. 1. C. de rei vindicat. l. si serui. 25. D. de vsu fru.

Sed contra nostrum tex. in. §. de his. ibi. *domino proprietatis acquirit.* obstat tex. in. d. l. si serui. & in l. sed & si quid. 26. D. de vsu fru. vbi seruus vsufructuarius hereditatem donatione, aut legatum acquirit vsufructuario.

Secundo contra tex. in §. idem placet. obstat diff. tex. in l. si seruus. 21. ibi. *nec meam fieri, &c.* D. de adquir. rerum dom.

3 Sed facilis est prioris difficultatis explicatio quoniam si quid vsu fructuario seruo simpliciter, relictum, aut donatum fuerit, vel heres instituerus, domino proprietatis acquiritur ex nostro tex. cum similibus; Cæterum si vsufructuarij contemplatione, fructuario acquiretur, d.l. si serui. quod in dubio præsumitur si vsufructuarij appelletur, l. penultima vers. *quia apertissimum.* C. de iure delib. Cæius autem iussu vsufructuarius seruus hereditatem hoc in casu adire debet, disputat Azo in summa. C. per quas person. Bart. in. l. siquis mihi bona in prin. D. de acquir. heredit. & ibidem alij & optimè explicat Mynsing. hic. nu. 4. & sequent.

Non obstat secunda ex. d.l. si seruus. omissis enim varijs interpretationibus de quibus per Fulgos. & Laso. in. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. D. de rebus cred. Aretini in. l. 1. §. item acquirimus. D. de acquiren. possessione. Obseruo in. d.l. si seruus decidi quæstionem in alijs legibus omissam, quamuis enim extra duas caulas hic expressas seruus acquirat domino suo, dubitari tamen iustè potuit, an statim fiat dominus rei per seruum acquisitæ, cui quæstioni Iurisconsultus resp. non statim fieri dominum, hoc ideo, quia ad dominij translationem traditio necessaria est, l. traditionibus. C. de pactis. & licet facta seruo, videatur etiam facta domino, hoc tamen non procedit vbi seruus ab alio possidetur, vnde fit, quod licet certum sit domno acquiri rem, & eam per eum peti posse, non tamen eius fit antequam vel ei tradatur res, vel seruum possideat: nam cum ipsi domino possessio non quæratur ex l. homo liber. 54. §. fin. D. illo tit. non potuit dominus effici sine possessione l. 1. vers. *dominiumque rerum.* D. de acquirenda possessione. idque voluit I. C. ibi. *quia seruum non possidebam.* Quod si aliquis obijciat, frustra hic dici, acquiri domino extra duas causas hic expressas, si dominium ipsi non quæritur, Respondebo, acquiri ius ad petendum seruum, cum quæ sit per eum extra rem & operas, & facta traditione vel seruui, vel ipsarum rerum cum possessione dominium acquiret.

§. *Ex his itaque.* 6.

1 *Extranea persona quærere nobis nihil potest.*
2 *Procurator, siue Mandatarius acquirat nobis possessionem.*

1 ENumeratis ijs, per quos acquirimus infert Iustinianus & illud constare per nullas alias personas nobis acquiri, ex vulgato axiomate, quo docemur, per extraneam personam acquiri nobis nihil posse, de quo in l. quæcumque gerimus. x. D. de oblig. & actio. l. stipulatio ista. 38. §. alteri. D. de verb. oblig. §. alteri. inf. de inutilib. stipulat. quibus consonat l. 7. tit. xj. par. 5. explicant videndi Cona. lib. 6. cap. 4. Antonius Gom. 2. tomo cap. 11. num. 8. Portius. lib. 2. regul. con. 46. Anton. Gabr. lib. 3. commun. opinionum conclusione 1. sub tit. de verborum obliga. Matienço. ad. l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ recopil. Mirachaca. lib. 3. quæst. vsu frequentium ca. 58.

2 A qua tamen regula procurator siue mandatarius excipitur, qui licet nostro iuri subiectus non sit, neque à nobis bona fide possideatur, nobis tamen possessionem rectè acquirit ex nostro tex. & l. 1. C. hoc tit. l. 1. l. per procuratorem. 8. C. de acquirend. possessione. l. possessio quoque. 49. §. fi. D. eodem. l. 1. §. per procuratorem. illo titulo. l. 8. in. 2. part. titulo, xj. par. 5. l. communis. 42. §. procurator. D. de acquirenda possessione. quod passim præter ord. hic explicat Bar. maximè in. l. si is qui pro emptore. num. 10. vbi Alciat. & Sebast. Mapha. nu. 11. D. de vsucapionibus. notanter Grego. in. d.l. 8. ver. *le otorgue poder.*

Ad. §. finalem.

IS textus scholijs non indiget, nihil enim aliud continet, quam quæ suprà exposita sunt, & infrà sunt explicanda: ideo non insistimus, nec latiores ad huius tituli paragraphos scripsimus commentarios, quia hunc & alios à titulo primo huius libri secundi totidem, quibus dictauimus auditoribus nostris verbis, typis mandamus: latiùs eos qui sequuntur, & ex Academiæ Instituto repetita prælectione interpretati fuimus, exornantes.

(?)

Titulus. X.

De testamentis ordinandis.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli ad superiores.*
2 *Testamenti definitio.*
3 *Alius pro alio testari non potest.*
4 *Iustum testamentum quod dicatur.*
5 *Reprehenditur Accursius qui definitionem testamenti supplet.*
6 *Testamentum morte testatoris confirmatur.*
7 *Testamentum origine & inuentione est iuris gentium, forma verò iuris ciuilis.*

1 QVVM omne ius, quo vtimur, vel ad personas pertineat, vel ad res, vel ad actiones. § fin. inf. de iure natur. l. 1. D. de statu homin. & de iure personarum primo Institutionum libro Iustinianus differuerit; & ex primo huius libri secundi tit. de rebus, & earum acquisitione docere instituerit, quia quêadmodum singulæ res nobis acquirantur sup. vsque in finem superioris tituli docuit: nunc de earum acquisitione per vniuersitatem disputat. Plane & si aliquibus modis iure vniuersali rerum dominia nanciscamur, præcipuus tamen & primus est hæreditas, hæc autem vel ex testamento est, vel ab intestato; quia verò testamentaria successio legitimæ præponitur. l. quandiu. 90. D. de reg. iur. ideò de ea primò acturus, tractationem de testamentis ordinandis præmittit Imperator, neque enim potest aliàs quàm testamento relinqui. §. codicillis inf. de codicillis. miraberis tamen & meritò de testamentis sermonem instituturum eius definitionem prætermisisse contra rectam docendi rationem, à Philosophis & Iure consultis in omnibus disputationibus
2 obseruatam, † eam tamen tradidit. I. C. in l. 1. D. h. t. cui consonat. l. 1. tit. 1. p. 6. quamque post ordinarios interpretes hic & ibi latè explicat Couar. in rub. de testamentis 1. p. nu. 3. cum sequentibus. Minchaca lib. 1. de succes. creat. §. 1. omnes Tauristæ in l. 3. Tau. in principio, Matienço in l. 1. ex. nu. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recop. & plures alij quos latè congerit Spino in speculo testamentorum. glo. 1. rub. vnde nos parum aut nihil in eius explicatione immorabimur. Igitur *testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia de eo*
3 *quod quis post mortem suam fieri vult.* † Dicimus *voluntatis nostræ*, quia alius pro alio inutiliter testabitur, esset enim non nostræ sed alienæ voluntatis sententia, quod ius ciuile non patitur propter rationem l. illa institutio. 32. D. de hered. instit. quod diligentius disputabimus ad princ. inf. de pup. substitutione. Addimus
4 † *Iusta sententia.* quia iuri & eius solemnitatibus debet esse conformis, quo sensu iustum, aut iniustum testamentum dicimus in principio inf. de hered. quæ abintestato def. coniuncta. l. 1. D. de iniusto rupto. eaque nota à codicillis differt, nam codicilli nullam solemnitatem requirunt. §. fin. inf. de codicillis. † Vn-
5 de reprehendenda est glo. 1. hic quæ superiori difinitioni addidit, *cum institutione heredis.* quod & in d. l. 1. D. eodem tit. repetit quam
6 uis declarationis gratia admitti posset. † Tam dem dicitur. *Post mortem suam* quoniam vis & potentia testamenti eiusque effectus ex morte testatoris pendet, vt satis insinuat definitio, & alia etiam ab eodem Vlpiano obseruata in institutionibus tit. 20. in fin. facit. l. 4. D. de admen. legat. tex. in ca. cum Marthæ. 6. vers. *cæterum.* de celeb. missarum. cum pluribus alijs à nobis referendis in. §. posteriore. in frà quib. mod. test. infir. Item etiam vt quod sit inter testamentum & contractus discrimen insinuetur, cum hi statim valere incipiant, illud autem quodquis disposuit in suo testamento reuocari vsque ad mortem possit.

7 Quo autem iure testamentum introductum fuerit, quamuis controuerti soleat, ex communiori sententia constat esse ad iusgentium origine & inuentione referendum argumento. §. ius autem gentium sup. de iure. naturali. l. ex hoc iure. 4. D. de iust. & iure. cum apud omnes gentes ex communi omnium affectione ex varijs rerum publicarum institutis vsus testandi fuerit receptus, vt eruditè adnotauit Balduinus in protheorijs huius tituli. Anto. Gomez & alij in l. 3. Tau. plurimi quos retulit Did. Spino. vbi sup. gloss. 2. n. 20. forma verò testandi siue testamenti, necessario ad ius ciuile debet referri, vt satis constat ex principio huius tit. l. 3. D. eo. item & ex eo, quod non vna, sed multiplex sit eius solemnitas pro more cuiusque regionis & prouinciæ, vt ex referendis in §. sed cum paulatim. inf. eo. manifestum fiet.

Principium tituli ibi. Testamentum ex eo appellatur.

1 *Testamenti Etymologia siue deductio à Iustiniano hic tradita explicatur & defenditur.*
2 *Damnum & damnatio vnde dicta.*
3 *Pactum à pactione quemadmodum dicatur.*
4 *Testamentorum ius & antiquitas remissiue.*
5 *Antiquitatis cognitio interpretationi noui iuris multum lucis affert.*
6 *Testamentum quod per æs & libram fiebat quale olim esset.*
7 *Testamentum Prætorium quomodo ordinaretur.*

Hanc

1 HAnc testamenti deductionē ridēt A. Gellius lib. 6. ca. 12. Laurentius Valla lib. 6. cap. 36. à quorum calumnijs vt Iustinianum nostrum vindicent interpretes varia comminiscuntur, frequentius obseruantes declarationis gratia adiectam fuisse *mentis* mentionem, vt sciremus de qua testatione loqueretur. vt post Alciatum notat Chit. Mynsingerius, Cuiacius relatus nu. 1. Con. lib. 9. com. ca. 1. omnino videndus, à quo habuit, licēt dissimulet Bodeus hic ver. *testamentum*. & rectè explicat Matthæus Vvesembekius ex nu. 1. eleganter Hotom. enunciat. 1. ego verò existimo mentis vocem ideo adiectam fuisse, vt significaret Imperator ex ipso testandi actu testamentum dictum, eo quod testatum aliquid relinquat testator, certāq; mentis testificationē. vt ostendit Vlpi. in institutionibus. d. t. 20. in prin. ibi. *Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio,*
2 *&c.*† quemadmodum & Iulius Paulus in l. 3. D. de dam. infecto. dixit, damnū, & damnationem ab ademptione dici, eo quod non aliter
3 contingat, quam si quid dematur.† Sic etiam pactum dici à pactione, idest ab ipso actu paciscendi, testatur idem Vlp. in. l. 1. D. de pact. vbi notauit Mendoça lib. 1. c. 4. nu. 34. Robertus lib. 2. sent. c. 9.

In versiculo. Sed & vt nihil antiquitatis.

4 QVamuis in historica huius loci enarratione deficiant Acc. & alij veteres iuris interpretes, vno excepto Græco paraphraste Theophilo qui rectè eam agnouit, hic a quo non longe sunt A. Gell. li. 15. cap. 27. Alexan. ab Alex. lib. 4. cap. 3. vbi in Scholijs alios antiquitatis acerrimos obseruatores recensēt Tiraquellus. & benè explicant Ant. Guibertus Costanus lib. singularum quæst. ca. 17. Vacon. lib. 1. declaratio. iuris. cap. 16. & plura de testamentorum iure & antiquitate eruditè notantes Cotta verb. *Testamentum*. Ferandus Aduensis lib. 2. explicationum. cap. 29. Forcatulus dialogo. 14. &. 73. Vvaltherus li. 2. miscell. ca. 30. Pet. Loriotus de testamentis axiomate 2. Brisonius lib. 1. se-
5 lect. cap. 7.† omnes tamen hinc docent veterum disciplinarum cupidos maximè esse laudandos, eo quod antiquitatis cognitio admodum formet iudicium multumque lucis adferat interpretationi noui iuris, quo nomine laudantur à Iustiniano in auth. de proconsule Cappadociæ in princ. collatione. 10. & ipse etiam iterum obseruauit in l. vnica. §. & cum triplici. C. de caducis toll. l. 1. in princ. C. de latina lib. tollenda.

In eodem tex. ibi quod verò per æs & libram.

6 QVæ fuerit huius testamenti quod per æs & libram fiebat vetus obseruatio præter nouiores hic grauiter explicant Cona. d. lib. 9. cap. 1. nu. 5. Bris. lib. 1. select. ca. 7. Rosinus. lib. 8. antiquit. Romanarum. in 3. p. explicationis legum duodecim tabularum §. xij. P. Greg. 3. p. Syntagm. iuris. lib. 41. ca. 3. Ante quos & alios sup. relatos de antiqua ista per æs & libram mancipatione Caius lib. 1. institutionum. ca. 6. A. Gell. lib. 5. ca. 19. & nos in §. præterea sup. quib. mod. ius patriæ potest. soluit. ex quibus constat. quod cum antiqui nullum alium nouissent contractum quàm emptionis & venditionis, eoque vterentur in quibuscumque actibus & solemnibus, veluti in matrimonijs, testamētis, adoptionibus, emancipationibus, & similibus actibus, lege duodecim tab. constitutum fuit, vt sub specie emptionis bona per testatorem futuro successori relinquerentur, certis verborum formulis & solemnibus obseruatis, vt colligi potest ex Vlp. d. tit. 20. cum ait, surdo ideo testamenti faciendi ius denegatum quoniam verba familiæ emptoris exaudire non poterat. & Brisonio lib. 7. de formulis pag. 653. & sequentibus, quod tamen genus testandi quamuis duobus prioribus abolitis, diutius permanserit, attamen postea partim in vsu esse desijt, reiectæ enim fuerunt captiosæ illæ & scrupulosæ emancipationes, & planior & syncerior vsus fuit receptus, vt ex hoc tex. colligitur, & ex l. quoniam indignum. 15. C. hoc tit. vt & in emancipationibus ex. d. §. præterea sup. quib. mod. ius patriæ potest. l. vltima. C. de adopt.

In textu ibi. Postea verò ex edicto prætoris.

7 ABolitis igitur prioribus illis duobus testamentorum generibus, & tertio item maxima ex parte antiqnato, alia postea prætorū edictis testamentorum faciendorum forma introducta fuit, quo iure nulla emancipatio desiderabatur, sed testium numero vsque ad septenarium actu, eorum signa sufficiebant, quæ tamen iure ciuili non erant necessaria. Sed quia hodie alia est huius rei obseruatio eam audiamus.

§. Sed cum paulatim. 1.

1 *Testamentum in scriptis septem testium præsentiam, & eorum subscriptiones requirit, & alias solemnitates. num. 2.*

3 *Solemnitas testamentorum quare inducta.*
4 *Testator non potest testamentorum solemnitates immutare.*
5 *L. nemo potest. 55. D. de legatis. 1.*
6 *Testes plures quàm septem si cum sint testamento, non ideo vitiatur.*
7 *Septem testes in testamento quare requirantur, non plus, non minus, accuratè explicatur.*
8 *L. vbi numerus 13. D. de testibus.*
9 *Testes non tantum adprobationem, quàm ad solemnitatem & testatoris efficiendam voluntatem testamento adhibentur, & nu. 16.*
10 *Vno ex septem testibus deficiente vitiatur testamentum.*
11 *Iure Canonico valet testamentum duobus tribusve testibus adhibitis. quod in terris Summo Pontifici subiectis obseruandum est, & numero 19.*
Idem de iure Regio Regni Aragonis, numero. 12.
12 *Iure Regio Castellæ obseruatur solemnitas iuris ciuilis Romanorum.*
13 *Tabellio interesse debet ordinationi testamenti in scriptis de iure Regio.*
15 *Ius positiuum interpretatur ius diuinum & naturale, quamuis illi non possit derogare.*
16 *Noue interpretatur diuinum illud oraculum* in ore duorum vel trium stat omne verbũ.
17 *Testamentum inter liberos etiam imperfectum iure ciuili valet.*
18 *Iure regio eadem solemnitas requiritur in testamento inter liberos, quæ inter extraneos.*
19 *Cap. Relatum. xj. de testamentis.*
20 *Testamentum ad pias causas iure ciuili & Regio solemnitatem nostri textus requirit, secus de iure Canonico.*
21 *Testamentum rure à rustico factum quam solemnitatem exigat.*
22 *L. fin § sin autem. C. de testamentis. interpretatur contra Accursium in testamento nuncupatiuo.*
23 *Nuncupatiua testamenta frequenter scribi solent.*
24 *L. 6. tit. 1. p. 6. intelligitur in rustico rure testamentum condente.*
25 *Rusticus qui in ciuitate testatur obseruare debet solemnitatem nostri textus.*
26 *Vrbanus homo si rure testetur eamdem solemnitatem obseruare debet.*
27 *L. omnium. 19. C. hoc titulo explicata.*
28 *Testamentum coram Principe factum apud Romanos Saxones Gallos, & Hispanos absq; alia solemnitate valet.*
29 *Testamentum factum ab eo qui merum imperium habet absque aliorum testium præsentia valet.*
30 *Conciliantur contrariæ Bartoli & Baldi opiniones.*
31 *L. si. C. de fidei cõmissis & §. si. Infrà. de fidei commiss. hered.*
32 *Testamentum & eius solemnia vno contextu fieri oportet.*
33 *Tempore pestis siue contagionis possunt testes paulatim testamento adhiberi.*
L. casus. 8. l. si non speciali. 9. C. de testam.
34 *Modicum intermissionis internallum non vitiabit testamentum.*
35 *Iudicis arbitrio, quod moderatum tempus dicatur relinquetur.*
36 *Heredis institutio caput & initium testamenti, & sine ea testamentum nullum,*
37 *§. Ante heredis. Infrà de legatis.*
38 *Heredis nomen olim necessariò à testatore scribi oportuit, hodie â quocumque.*
39 *Heredis institutionem, & si testamentum non habeat hodie iure Regio valet.*
40 *Heredis institutio facta in priuata schedula quã testator testamento confirmauit, vtrum valeat.*
41 *Testes testamento adhibiti vocati & rogati esse debent, non fortuitò.*
42 *Testes testamentarij subscribere & consignare testamentum debent.*
43 *Iure ciuili adhibetur octauus testis qui pro testatore illiterato subscribat.*
44 *Iure Regio quilibet ex testibus subscribit pro testatore & alijs scribere ignorantibus.*
45 *Signum & subscriptio Tabellionis hodie necessariò requiritur, & æquipollet antiquæ subscriptionum solemnitati.*
46 *Testes in testamento in scriptis incolæ illius loci in quo testamentum conditur, quamuis non sint, valet testamentum.*
47 *Principiũ tituli, ibi.* Ciuibus Romanis. *interpretatur.*

1 VT constat ex hoc tex. in eo testamento quod apud I. C. in scriptis appellatur, apud nos Hispanos, *cerrado*. dicitur, septem testium præsentia eorumque subscriptiones requiruntur vt efficax & vtile illud sit. Idem probat. l. si vnus 12. l. hac consultissima 21. C. h. t. l. 1. t. 1. p. 6. l. 3. Tau. quæ est. l. 2. ti. 4. lib. 5. nouæ recop.

Sed pro dubitandi ratione, primò obstat tex. in l. vbi numerus. 13. D. de testibus. ex qua constat ad probationem cuiusque actus non nisi duos testes requiri: igitur septem in testamento non erunt necessarij.

Secundo obstat, nam vt scriptum est Matthæi c. 18. & Lucæ. c. 17. & refertur in c. licet vniuersi. 23. de testibus. in c. nouit. 13. de iudicijs. in c. cum esses. 10. extra de testam. *in ore duorum vel trium stat omne verbum.* ergo his adhibitis validum erit testamentum.

Tertiò obstat tex. in l. hac consultissima. 21 §. ex imperfecto. C. eo. in. l. fi. C. fam. ercis. l. 7. tit. 1. p. 6. ex quibus constat testamentum inter liberos, vel inscriptis, vel nuncupatiuè factum validum esse.

Quarto obstat tex. in cap. relatum. xj. de testam.

stam. vbi constat in testamento ad pias causas facto, duos tres ve tantum testes sufficere.

Quinto obstat tex. in l. fi. vers. *sin autem.* C. h. t. vbi in testamento à rusticano rure facto quinque testes sufficiunt.

Sexto obstat tex. in l. omnium. 19. C. eo. vbi in testamento à priuato coram principe facto nullius testium numerus requiritur, sed solius principis confirmat præsentia.

Septimo obstat tex. in §. fi. inf. de fideicommiss. her. d. & in l. fi. C. de fideicommiss. vbi heres cogitur fidei commissa, & legata præstare. quæ à testatore fuerunt relicta, semota etiam septem aut quinque testium præsentia.

Octauo contra tex. ibi *vno contexta.* obstat tex. in l. casus. 8. & in l. cum antiquitas. 28. C. h. t. ex quibus constat quod & si testes non simul conueniãt, neque vno contextu testamẽtum ordinetur, nihilominus recte valeat.

Nono contra tex. ibi. *nomen heredis exprimatur.* coniuncta l. iubemus. 29. C. h. t. quibus per ipsum testatorem nomen heredis scribendum esse probatur obstat tex. in auth. vt sponsalitia largitas. §. quia vero, collatione. 9. & in authẽ. & non obseruato. C. h. t. in quibus necessitatem hãc remissam esse constat.

2 Quibus tamen argumentis non obstantibus dicendum est verissimam esse Imperatoris Iustiniani sententiam. Pro cuius perfecta explicatione sciendum est, antiquatis alijs testamentorum generibus, duo tantum hodie in vsu esse, alterum in scriptis, alterum verò nuncupatiuum appellatur, illud Hispanè. *cerrado.* hoc verò. *abierto.* dicitur, in legibus Regijs sup. relatis. De testamento nuncupatiuo agit Imp. in. §. fi. inf. eo. de eo quod inscriptis fit in hoc tex. & sequentibus. Quodquidem vt firmum & validum sit, septem testium numerũ & præsentiam omnino adesse debere, item & eorum subscriptiones, & signacula, & nomen heredis per manus testatoris vel testium exprimi, cõstat ex nostro tex. & d. l. hac consultissima. 21. d. l. iubemus. 29. C. h. tit.

3 Sane cum nihil sit in actibus priuatis testamento grauius ex Cicerone Philippica. 2. cõueniens fuit ne adulterinis & falsis testamentis locus relinquatur, vt tanta solemnitas requireretur, vt colligitur ex nostro tex. ibi. *propter testamentorum synceritatem, vt nulla fraus adhibeatur,* & ex. l. fi. C. de fidei commiss. in vers. *lex etenim.* ibi. *vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur.* & in. d. l. iubemus. 29. vers. *si enim.* & inde dicendum est iure publico, idest, fauore publico fuisse introductam,

4 arg. l. vel negare. 5. D. quemad. test. ap. † Ex ea que ratione non esse in potestate testatoris solemnitatibus testamenti expositis in hoc tex. renuntiare, nec facere vt cum minore solemnitate testamentum valeat; l. testandi causa. 13. C. h. t. & ex l. testamenti. 3. D. eo. adiuncta. l.

5 ius publicũ. 39. D. de pactis. † Atque hoc etiã est quod dicitur in l. nemo potest. 55. D. de legat. 1. neminẽ posse facere quin leges in suo testamento locum habeant quam rationem ad nostrum tex. præter scribentes hic, & in. d l. hac consultissima, & d. l. iubemus & in. d. l. 3. Tau. & d. l. 2. nouæ collect. latè prosequitur. Con. lib. 9. comment. c. 1. Duarenus in paraphrasi. D. eo. tit. ex c. 1. cum sequentibus. Ant. Gabr. plura adducens. 3. tomo communium. lib. 4. de conclusionibus vltimarum voluntatum conclusione. 1. & sequentibus.

6 Igitur septem testes saltim, & vt dici solet, ad minus esse debent, adhiberique oportet, vt probatur in. d. l. 3. Tau. ibi. *alomenos siete testigos,* nam si plures adhibeantur, non ideo vitiatur testamentum, l. heredes palam. 21. in prin. D. h. t. l. testamentum. 17. C. eo.

7 Illud tamen hic opportunè quæri rectè potest, cur septenarius iste testium numerus in testamento desideratur? cur sex præsentia nõ sufficit? aut cur octauus non adhibetur, nonus, vel decimus, cum per ampliores homines veritas perfectissimè reueletur, d. l. fi. C. de fidei commiss. Sed huius quæstionis vera resolutio ex nostri tex. verbis deducitur, ibi. *vt vno eodemque tempore, quod ius ciuile quodammodo exigebat, septem testibus adhibitis, &c.* cum enim antea, vt Iustinianus meminit in huius tit. princ. in eo testamenti genere quod per æs & librã dicebatur, quinque testium præsentia ciuium Romanorum, maiorum, & puberum esset necessaria, item & libripendis, & eius qui testes vocabat, qui antestatus dicitur Caio in institutionibus qui septenarium numerum adimplebant. Vnde cõstat errore labi Acc. hic ver. *quodammodo.* existimantem inter septem testes familiæ emptorem computari contra tex. in. §. sed neque heres inf. eo. non enim nouit illam antestati personam, & eius solemnitatẽ de qua Cona. d. lib. 9. c. 1. n. fi. & hi quorũ sup. in initio meminimus. Quibus addi potest, quod cum in priuatis nihil sit testamento grauius, ex Ciceronis authoritate sup. relata, oportuit sanè omnium perfectissimo numero ornari, & eo solemnitatem accipere, vti cõstat ex ijs quæ grauiter recenset Hispanus Rex Alphonsus septem Partitarum author in earum proœmio, vbi alia plura congessit Greg. Lopez & infinita & sacrarum litterarum, & bonorum auctorum testimonia & naturalia exẽpla adducens. & congerens Corrasius relatus 4. tom. communium opinionum, tractatu & tit. de communi opinione tit. 3. num. 20. pag. 237.

8 Quibus sic constitutis non obstant in contrarium adducta argum. &. 1. non obstat tex. in. d. l. vbi numerus. 13. D. de testibus quæ accipienda est quotiescunque à iure non est definitus atque præscriptus certus numerus test

tium, tunc enim duo aut tres testes sufficient. Item illius tex.reg. accipienda est, quando tes
9 tes tantum requiruntur, ad probationem. † Cæterum testes non tam adhibentur testandi actui, ad probationem morientis iudicijs, quã ad solemnitatem & ipsius morientis iudicium confirmandum & efficiendum, secundum veriorem & magis receptam traditionem quam probat. d.l. si vnus. 12. ibi. *iure deficit testamentum.* & in.l. dictantibus. 22. ibi. *testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis.* C.h. t.l. siquis ita. 15. ibi. *quia ipsum testamentum confirmatur*
10 *testibus adhibitis.* D. de reb. dubijs. † & quoniã deficiente vno ex septem testibus, non tam probatio voluntatis, quam ipsum deficit testamentum ex. d.l. si vnus. & est tex. celebris. in. l. siquis. 6. vers. *cæterum.* D. ad leg. Cornel. de falsis. & esse communem sententiam iure communi & Regio plurimos referens testatur Matiençó, in.l. 1. gloss. 4. ex n. xj. tit. 4. lib. 5. recop. & eruditè obseruat Duarenus. ad tit. D. eo. c. de effectu solemnitatis in princ.

11 Non obstat secundum Argumentum ex d. c. cũ esses. cum similibus. nam & si ex eis sunt qui putent, nostri tex. decisionem, & eam septem testium solemnitatem, iure canonico esse sublatam, neque ius ciuile inducere potuisse ne aliàs testamenta valerent, quam si septem testes adhibiti fuissent, contra diuinum illud oraculum, indictis capitibus relatum; omissa audaci sententia Duareni vbi sup. ver. *Sexta exceptio*, tentantis Summum Pontificem Alexandrum Tertium, parum acute diuinũ illud dicterium induxisse; dicendum est, illa decisione abrogatam esse iuris ciuilis solemnitatem, cæterum illam admittendam tantum esse in his prouincijs quæ ad temporalem iurisdictionem sunt Summo Pontifici subiectæ, vt aduertit glossa ibi communiter recepta, secundum
12 Coua. in eodem loco n. 12. † Et ideo apud nos decisio huius tex. non autem illius erit obseruanda: vt etiam probant d.ll. Regiæ. sup. relatæ, †
13 inquibus vltra septẽ testes etiam Tabellio desideratur, vt valeat testamentum in scriptis siue *cerrado.* † Apud Aragones tamen iu-
14 ris Pontificij sententia obseruatur, vt duobus tantum testibus testamentum valeat vt resoluit Portoles. in additionibus ad Molineum. 4.
51 p. §. testamentum. n. 5. † Nec mouere debet Ius ciuile non potuisse iuri diuino derogare, quemadmodũ neque iuri naturali derogat, §. sed naturalia sup. de iure naturali cum pluribus alijs à nobis relatis in.l. 3. sub n. 4. C. de muri-leg. lib. xj. quoniam & si id certissimum sit, illud etiam communi omnium & Theologorum & Iurisperitorum sententia est admissum, legem diuinam & naturalem posse iure positiuo interpretari, aut subdistingui, elegãs doctrina Acc. in.l. 1. ver. *non egreditur.* ver. *distinguitur.* De constitut. Princip. & in.l. 2. ver-
20 *generali.* C. si contra ius vel vtilitatem publicam, sequitur. Bar. in.l. omnes populi. n. 22 D. de iust. & iure & in.l. de quibus. n. 5. D. de legib. Et ibidem cæteri, Abb. in c. quæ in ecclesiarum. n. 9. de constitut. & in.c. proposuit. de concessione. Præb. & communem testatur A. Gom. in.l. 3. Tau. n. 24. quæ sententia lõge magis admittenda est, cum iusta aliqua aut rationabilis causa adest, quæ satis inteſtamẽtis animaduertitur ex iam sup. relatis, quibus addi possunt quæ iam diu de iuris naturalis abrogatione notauimus in. d.l. 3. C. de murileg. lib. xj. ex. n. 70. cum sequentibus.

16 Quinimo, vt quod sentio tandem dicã, ego contendo, diuinum illud dicterium, *in ore duorum vel trium stat omne verbum*, non infringi in testamentorum actibus, quoniam vt sup. diximus septem testes in eis non tam ad probationem, quam ad solemnitatem requiruntur; igitur si disputetur an testamentum ordinatum fuerit, duobus tribus ve testibus probari potuerit, factum fuisse, quod quidem facti est. At verò testamentum ipsum iuris solemnia habere omnino oportet, vt iustũ sit, & effectum sortiatur, sicque ius ciuile mire iuri diuino concinet. Potuit sanè hanc & aliam maiorem solemnitatem testamentis adhibere, statuereque ne aliàs valeret, vt in pluribus exemplis passim in vtroque iure poterit animaduerti.

17 Non obstat tertium ex d. §. ex imperfecto: est enim speciale fauore liberorum, vt etiam si duo, tres ve tantum testes adsint illi testamento in quo parentes inter liberos suos testantur, validum sit, vti ex. d. § ex imperfecto. communiter ab omnibus probatum est, &. d. l. 7. tit. 1. p. 6.

18 Quod tamen nouiori iure corrigitur ex d. l. 3. Tau. l. 2. tit. 4. lib. 5. recop. ex quibus siue in scriptis, siue nuncupatiuè parentes testentur inter liberos eadem solemnitas, quæ inter extraneos requiritur. quod notauit Greg. Lopez. in. d. l. 7. & contra alios defendunt Matiençó. in. d. l. 2. gloss. 1. ex, n. 5. Ceruantes in. d. l. 3. ex n. 82.

19 Non obstat quartum ex. d. c. relatum. xj. de testamentis, quoniam & si defendi posset iure isto ciuili item & Regio, testamentum in scriptis, de quo loquimur etiam si ad pias causas fiat inutile esse, si omnia solemnia non adhibeantur. Vt post alios resoluit Mascardus. 3. tom. conclus. 1171. n. 12. Mantica de coniectu ris. lib. 6. tit. 3. n. 4. potest enim eo casu non minus considerari ratio d.l. vltimæ. C. de fidei cõmiss. item & nostri tex. in vers. *propter testamẽ torum synceritatem.* nec mouere debeat argumẽtum deductum ex. d. §. ex imperfecto quasi maior ratio sit religionis, quam fauoris, quoniam in materia priuilegiata non est temerè arguendum ad consequentias ex. l. quod verò
20 contra. D. de legibus. † Cæterum est contra

nos

nos aperta S. P. decisio, in d.c. relatum: quam ibi, gloss. & omnes communiter notant, & latissimè Cou. & Tiraquelus de priuilegijs piæ causæ. c. 1. à qua in iudicando & consulendo recedendum non est, quamuis nō temere posset disputādo tentari, illam decisionem admittendam esse coram iudicibus ecclesiasticis tantum, & in illis prouincijs, quæ sunt in temporali Summi Pontificis iurisdictione, vt non obscurè colligitur ex illius tex. inscriptione & notauimus ad d.c. cum esses. illius tit.

21 Non obstat quintum ex d.l.fi. ver. *fin autē.* C. eo. qui tex. propter simplicitatem, rusticitatem & alias causas, testamenti solemnitatem relaxat, cui consonat. l. 6. tit. 1. p. 6. si igitur rusticus in vico habitet, ibique testetur, neque inueniatur copia virorū litteras scientium sufficiet quinque testes adhiberi, quorū si non omnes, sed vnus, aut duo plures ve fuerint litterati, licebit eis pro ignorantibus literas, præsentibus tamē subscriptionem suam interponere; sic tamen vt ipsi testes cognoscant testatoris

22 voluntatem. † Vnde constat, quod quamuis Acc. ibidem ver. *scriptura.* ex Azon. sententia, illā decisionem tam in testamento in scriptis, quam in nūcupatiuo accipiat, verius lōge est, eam de nuncupatiuo tantum intelligi, vt ex illo tex. plane deducitur, ver. *sic tamen vt ipsi*

23 *testes cognoscant. &c.* † nec enim scripturæ mētio inducit, vt, de testamento in scriptis accipiatur, cum etiam testamenta nuncupatiua, magis frequenter scribantur, vt promptior sit testium memoria, & ita expresse probatur in. d.l. 6. p. ver. *Pero tal testamento.* quibus accedit, in dubio semper interpretandum esse cum ali

30 qua solemnitas remittitur, remitti & relaxari de testamento nuncupatiuo, non autem inscripris propter periculum falsitatis, quod post Greg. in. d. l. 6. quem tamen ipse non refert, cum alijs resoluit Matienço in. d.l. 1. gloss. 7.

24 n. 9. tit. 4. lib. 5. nouæ recop. † Quorum tamē nullus aduertit prædictam. l. fi. & d.l. 6. intelligi oportere, de rusticano, & ruri testante simul, illa enim relaxatio ratione loci & personæ admissa est; loci quia de facto ruri nō adest copia tot virorum: personæ quia propter simplicitatem & rerum ciuilium ignorantiam nes

25 ciunt quæ solemnitates debeant adhiberi. † Vnde fit rusticanum in vrbe vel municipio te

26 stantem. † aut ciuem & hominem vrbanum ruri testamentum facientem oportere nostri tex. decisionem obseruare, integramque solemnitatem adhibere, nec eo casu fore admittendam decisionem d.l.fi. & d.l. 6. p. duo illa copulatiuè exigentium; quod quidem magno cū iudicio aduertit Duare. in paraphras. D. eo. c. de effectu solemnitatis ver. *quarta exceptio.*

27 † Non obstat sextum argumentum ex. d.l. omnium. 19. C. eo. quoniam siquis corā Principe testamentum fecerit, quasi toto iure testamenti, quod in illius scrinijs est constitutum, satis solemniter testatur: illius enim præsentia testantis voluntatem declaratam confirmat. Adde si placet, quod cum Populus omne imperium in principem, lege illa regia contulerit. §. sed quod Principi. sup. de iure naturali, testamentum coram eo tanquam coram populo factum hodie obtinet, ex. d. l. omnium, vt sic testandi ille vsus qui Calatis comitijs olim admittebatur, de quo in principio h.t. non penitus sublatus, sed solum mutatus videatur. quod ad d.l. omnium. nominatim obseruat Vigli. in prin. n. 7. sup. h.t.

28 † Quod etiam & apud nos comprobatur Regia. l. 5. tit. 1. p. 6. & iure Saxonico idem statutum esse refert hic Oinotomus, n. 17. & apud Gallos sic obseruari P. Gregorius. 3. p. Syntagmat. lib. 41. c. 3. n. 8. Explicat Duarenus vbi sup. ver. *Cæpimus ostendere.* Couar. in rubri. de testam. 2. p. n. 2. Boerius decis. 218. Iulius Clarus lib. 5. §. testamentum quæst. 56. n. 7. Mascardus. 3. tom. conclus. 1353. n. 47. † Quemad

29 modum & illud quod factum est ab habente merum imperium nullis alijs testibus præsentibus præsumitur à seipso insinuatum, vt arg. d.l. omniū, scripsit Bald in. l. sancimus. in prin. n. 6. C. de donationibus & cum pluribus resolu it Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum. lib. 2. tit. 8. in prin. Mascardus cō. 1355. n. 8. Vnde deducitur non satis tutam videri cōtrariam Bar. & Alexand. opinionem, qui præter Cæsarem duos saltim testes in eo testam. requirunt, quam communem post Socinum. cons. 138. col. fi. volu. 1. dixit Coua. d. n. 2. & si

30 ne scrupulo sequitur. Oinotomus hic n. 18. † Sed potest iudicio meo sic hæc discordia componi, requiri testes saltem duos, qui probent ita coram principe testamentum factum fuisse, quia & constare de omni facto debet, an factum sit, antequam de viribus quæratur, nam neque acta aliqua iudicialia fidem faciūt, antequam constet esse acta iudicialia. c. quoniam contra falsam. de probat. Probato ergo duobus tribus ve testibus, ex reg. l. vbi n. 12. D. de testibus, testamentum coram principe factum fuisse, illius solius sufficiet auctoritas, & induci etiam poterunt quæ sup. diximus. ad interpretationem c. cum esses. de testamentis.

31 Non obstat septimum Argumentum ex. d. §. fi. inf. de fidei com. hered. & l. fi. C. de fidei cō miss. quoniam in casu illorum iurium non agitur de testamento, quod non aliter valere constat quam septem testibus adhibitis simul & alijs solemnitatibus, de quibus in hoc tex. vt colligitur, ex d.l. fi. sed agitur ex fide morienti præstita ab hærede, de qua sufficit constare ex conscientia & iuramēto ipsius heredis, vt cogatur præmissis stare & fidē adimplere, arg. l. 1. D. de pactis quod aperte colligitur ex. d. §. vltimo.

Non

32 Non obstat octauum ex. d. l. casus. & l. cum antiquitas. quoniam verisimum est vt testamentum valeat, solemnia ea omnia quæ requiruntur in hoc tex. simul eodemq; temporis momento & continua testandi actione & sine alieni negotij non pertinentis intermissione fieri oportere, l. heredes palam. 21. §. fi. D. h. t. d. l. hac consultissima. l. 3. tit. 1. p. 6. debentque testes à principio adesse, & non recedere donec vltima contestatio peragatur, l. qui testamento. 21. §. & veteres. C. eo. nisi aliter municipali lege aut iure fuisset introductum, arg. l.
33 si non speciali. 9. C. h. t. † Aut tempore contagionis & pestis quo casu possunt testes non simul, sed paulatim adhiberi, ex. d. l. casus. 8. & magis in specie: d. l. cum antiquitas. quas ego si accipiendas esse volo, atque ratio est, vti ego existimo, ne alienorum negotiorum accessio, & testandi actionis intermissio, testibus gesto
34 rum auferat memoriam, † quod tamen est intelligendum nisi modicum fuerit intermissionis interuallum. arg. l. duos. 6. §. 1. ver. *modicum*. & l. si ex duobus. 12. D. de duobus reis. coniuncta l. continuus. 137. in prin. D. de verb.
35 obl. † Et cum non sit lege definitum hoc casu, quod modicum sit, aut magnum interuallū, quodque alienum aut pertinens negotium iudicantis arbitrio & religioni erit relinquendum, arg. l. 1. D. de iure delib. & in proposito obseruat Cona. lib. 9. c. 2. n. 2.

36 Non obstat vltimum ex. d. auth. *Et non obseruato*. Animaduerto etenim, vt testamentum valeat; heredis institutionem in primis habere oportere. §. in primis. inf. de fidei commiss. hered. l. fi. D. de iure codicill. l. proximè. 3. vers. *non est enim*. D. de his quæ in testam. del. eaque nota differre à codicillis. §. codicillis inf. de codicillis. l. Scæuola. 76. D. ad Trebell. ficque intelligitur tex. in l. non codicillum. 7. C. de testament. indeque traditum est, heredis institutionem caput & fundamentum testamenti esse. l. 1. D. de heredi. instituen. tex. in princ. Proœmij. t. 3. p. 6. quod deducit Mantica. lib. 4. de coniecturis. tit. 1. eaque ratione fit, vt neque legata, neque substitutiones, neque libertates, si scriberentur ante heredis institutionem purè non competerent ex Vlp. in institutionibus. tit. 24. ver. *ante heredis* Iulio Paulo
37 lib. 3. sentent. tit. 6. vers. 1. † Et ita intelligitur
38 tex. in § ante heredis inf. delegatis. † Heredis autem nomen, ne aliàs falsitas aliqua committeretur, manu ipsius testatoris, aut alicuius ex septem testibus scribi oportebat, ex nostro tex. & d. l. iubemus. 29. C. h. t. quod tamen postea correctum fuit, cautumque, testamentum defendi, à quocumque heredis nomine
39 scripto, d. auth. & non obseruato. † Quod iure Regio vsque adeò admittitur, vt etiam absque heredis institutione valeat. l. 1. ibi. *Aunque el testador no aya hecho heredero alguno.* tit. 4. l. 5. recop. quod inf. ad d. §. ante heredis. latius dicemus.

40 Ex his autem verbis nostri tex. (*vt per manus testatoris, &c.*) sunt qui dicant iure communi, item & iure Regio (cum testator heredem voluit instituere) non valere heredis institutionem, & per consequens nec testamentum si forte testator, vt plerumque fieri solet, dicat velle, sibi heredem esse, cum quem scripsit vel nominauit in priuata quadam schedula suo vel alieno chirographo signata, quam reliquit penes honestum vel probatum aliquem virum, vel in certo & declarato loco, cum eo casu neque à testatore nuncupetur, neque à teste scribatur nomen illius quod videtur omnino necessarium ex nostro tex. & d. l. iubemus. & d. l. heredes; Sed sanè licet multi controuertant verius & receptius est, huiusmodi institutionem defendendam esse, si modo de fide illius priuatæ scripturæ, cuius testator fecit mentionem, non dubitetur. Pro qua sententia potest considerari tex. in l. quoties. 9. §. siquis nomen & in. l. hoc artic. 29. D. de hered. instit. & in. l. si ita scripsero. 78. D. de cond. & dem. & in. l. institutio talis. 10. D. de cond. & dem. & potest expendi. l. 37. Tau. ibi. *quando el testador nombrada, o señalamente hizo heredero*. quæ est. l. xj. tit. 4. lib. 5. recop. ex qua aperte vides, posse testatorem heredem nominare proprio nomine vel designare non expresso nomine sed signo adhibito. Præterea ex hoc idem casu illa separata & priuata scriptura in testamento relata censetur pars & quædam clausula quæ ipsi testamento inhæret, ex d. l. institutio talis & ab ipso testamento vires accipit ex dictis legibus, & arg. l. quod per manus. 10. D. de iure codicill. & inde communiter hæc sententia recipitur, à qua non est recedendum in iudicando ex relatis à Tello Fernandez, in. l. 3. Tau. 5. p. n. 2. & in. d. l. 37. n. 2. Mieres Tractatu de maioratu. 1. p. quæst. 48. ex n. 54. Neque obstat noster tex. cum similibus: nam præterquam quod hæc solemnitas sublata est ex. d. auth. & non obseruato, satis dicitur nuncupatum & expressum nomen heredis, per relationem ad illam scripturam, de qua postea indubitatè constat, ex iuribus pro hac parte, & sententia citatis, & arg. l. certum. D. si cert. pet. l. vbi autē. 75. §. illud. D. de verb. oblig. &. §. nominatim inf. de exhered. liberorum.

In

In tex. ibi Septem testibus adhibitis & subscriptione testium.

41 NOn sufficit ea obseruatio quam sup.ex posuimus. Præterea etenim oportet hos septem testes esse vocatos & rogatos speciatim, vt sciant cui actui adhibeantur,idem probat.d.l.hac cõsultissima.21. C.h. t.auth.rogati. C. de testibus. l.1. ibi.*ante siete testigos que sean llamados y rogados.* tit. 1. p. 6. adeo vt si fortuito non etiam rogati adsint, testamentum infirmetur,aut si inuiti detineantur, ex. l. heredes. 21. §. in testamentis l.qui testamẽto.20.§.fi. infi. D.h.t.licet regulariter in alijs vltimis voluntatibus excepto testamento non sit necessaria testium rogatio, vt in.l.fi.§. fi. C. de codicillis. & in alijs actibus vbi testes ad probandum, non ad solemnitatem sunt necessarij,vt in.l.ad fidem. 21. D.de testibus.

42 Subscribere deinde & consignare testamentum debent,ne alias pro infecto habeatur, ex nostro tex.&.d l.hac consultissima.in fi.principij,d.l.ad testium. 22. §. siquis. D.eo. d.l.1. tit.1.p.6.d.l.3.Tau.l.2.tit.4. lib. 5. nouæ recop.† Quo iure Regio vnus de septem testibus, poterit subscribere pro alijs litteras ig-

43 norantibus,& etiam pro testatore,† cum tamen iure communi octauus Testis adhiberetur,qui pro testatore scribere nesciente scriberet d. l. hac consultissima. Neque vnus testis pro alio poterat subscribere,ex tex.sic intelligendo, in. l. penul. vbi notant omnes.D.h.t.

45 ibi.*proprio Chirographo.* † Iure item regio tabellionis subscriptio, simul & ipsius signum adhiberi oportet ex dictis legib.

46 An autem septem hi testes qui adhibendi sunt & vocati & rogati,debeant esse ciues,aut incolæ illius oppidi in quo testamentum conditur,dubitari solet propter tex.in prin.ibi.*Ciuibus Romanis.*sup.eo. &. d. l. hac consultissima,sed dicendum est,in testamento, in scriptis vel nuncupatiuè septem testibus adhibitis condito, non esse conditionem incolatus siue ciuilitatis necessariam, & argum. est, quod hic à Iustiniano fuerit prætermissa, & à Regia l. 1. tit. 1. p. 6.& expresse apud nos probat d. l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. vers. *Pero si el testamento.*ibi.*aunque no sean Vezinos.* Vbi in testamento nuncupatiuo coram tribus,vel quinque testibus condito, illa qualitas expectanda est, reiecta verò in testamento in scriptis secundum veriorem sententiam quam ex alijs probat Matiençoin.l.2. illius tit.glos.*siete testigos*

47 † Nec tex.in prin.sup.eo.& in.d l. hac consultissima. obstant, si quidem ciues Romani cum Acc. & alijs ibidem intelliguntur, idest non peregrini,aut illi qui iuris ciuilis communionem non habent,quales sunt serui,peregrini,& deportati,arg.l.qui testamento.20.§.seruus quoque. D.h.t.l.1.C.de hered. inst. cum alijs pluribus.

§. *Possunt autem.* 2.

1 *Testes possunt proprio vel alieno, etiam testatoris annulo testamentum signare.*
2 *Testes alieno annulo signantes oportet vt id sua subscriptione declarent.*
3 *L.singulos.30.ibi.* proprio chirographo annotare conuenit. *D.hoc tit.*
4 *Subsignatio hæc annulo, non alio signo fieri debet.*
5 *L.ad testium.22.§.signum.D. h.t. communis litera defensa.*
6 *Annuli magis signandi quam ornandi gratia inuenti.*
7 *Annuli signatorij ornamentorum appellatione. non continentur.*
8 *Annuli aurei insigne fuit nobilitatis.*
9 *Aureos annulos serui signandi gratia non habebant.sed ferreos.*
10 *Iure Regio signandorum,& sigillandorum testamentorum vsus abolitus.*

1 IN omnium solemnissimo testam. actu non tantum testes subscribere debere,sed & sigilla sua testamento imprimere docuit Imperator in.§.sed cum paulatim.ibi. *signacula stamẽtis imponer tur.*sup.eo.&I.C.in l ad testi. 22.§.1,D.h.t.& in.l.cum ab initio. 4. cum sequentibus D.quemadmo.testam.aper.& in.l. si vnus 12.C.h.t.consonat.d l.1. ibi. *deuen poner todos los testigos sus sellos en la carta del testamento concuerdas pendientes.*tit. 1.p,6.quia verò aliquando testes signatorios annulos non habebant,vel suos ad manus item non habebant, an si alieno signarent testamentum, dubitat hic Iustinianus subsisteret necne? & omnes vno annulo posse signare probat,etiam si testatoris sit.d.l.ad testium.22.§.1.satis enim est

2 si septem sigillis sit munitum. † Dum tamen alienis annulis subsignantes, se alieno sigillo signare in subscriptione sua declarent,ne alias vel in falsum incidãt, iuxta. l. eos. §. fi. D.ad leg.Cornel.de falsi. vel memoria lapsi apertis mortuo testatore tabulis signa agnoscere non valeant,aut saltim eorum fides vacillet.

3 Cæterum aduersus Iustinianum &. I. C. in locis relatis obstare videtur tex. in. l. penult. ibi *proprio chirographo annotare conuenit.*D.h.t. vbi Iulius Paulus scripsit singulos testes qui testamento adhibentur proprio chirographo adnotare debere, quis & cuius testamentum signauerit.

Sed facilis est explicatio, quoniam ille tex.non de subsignatione,sed de subscriptione loquitur, vt sup. etiam adnotauimus ad §. sed cum paulatim. in fi. neque aliter possunt intel-

intelligi illius tex. verba. ibi. *quis & cuius testamentum signet.* † Que explicatio & adnotatio sigillo & annulo fieri non potest, rectè tamē subscriptione & proprio chirographo. Planè subsignatio hæc quæ inter testamenti solemnia à Iustiniano & Iureconsultis requiritur, annulo, non verò alio signo impresso fieri debet, aliàs testamentum corruet, vt latenter hic docet Iustinianus, expresse verò I. C. In.d.l.ad testium.§.signum.

5 Cui non rectè Hotomanus in.d. §. sed cum paulatim. enunciatione. 5. addendam putat negationem, vt legendum sit, (*Et magis est vt non tantum annulo liceat signare.*) quæ emendatio fide omnium Codicum & Pandectarum Florentinarum reijcitur, & strenuè conuincitur à Cuiacio. lib. 14. obseruat. cap. 11. Roberto lib. 1. receptæ lectionis cap. 21. ideoque non est in priuatorum potestate ab hac forma & solemnitate recedere ex. l. 3. D. eo. Sane veteris iuris autores in testamentis ob magnam eorum solemnitatem, primum signandi vsum, qui annulis impressis & characteres habentibus fuit receptus, obseruari constanter voluerunt. Namque Plinius lib. 33.

6 naturalis historiæ, c. 1. 6. † Annulos non tam ornandi quam signandi causa in republica fuisse receptos scribit, & contestatur Macrob. lib. 7. saturnaliorum. c. 13. quamuis postea procedente tempore ad plures alios vsus fuerint conuersi, quod recte deduci potest ex Alex. ab Alex. lib. 1. c. 16. lib. 2. cap. 5. c. 19. c. 25. cap. 29. & lib. 4. cap. 26. & relatis ab Alc. & Rebuffo in. l. signatorius annulus. 74. D. de ver. sign.

7 Illud tamen constat quod &si hominum luxuria & inconstantia illorum vsus fuerit adornatum translatus, annuli tamen signatorij propter primam illam institutionem nunquā fuerunt ornamenti appellatione comprehēsi, sicque intelligitur tex. in. d. l. signatorius. l. arg. 25. §. ornamenta. ibi. *annulos præter signatorios.* D. de auro & arg. leg.

8 Licet annulus aureus insigne fuerit ingenuitatis & nobilitatis, vt ex Alexand. & Macrobio constat, & integris tit. D. & C. de iure aureorum annulorum.

9 Cum tamen serui signandi tantum causa ferreos annulos, non aureos gestare solerent, vt ex varijs obseruat omnino videndus Fornerius, lib. 3. select. c. 3. vt sic iam videas iustè posse reprehendi Bart. & veteres interpretes, qui hæc non percipientes, scrupulosam illam signandi solemnitatem annulo tantum, non etiā alio signo, sine ratione probatam esse à Iure Consi. in. d. §. signum, notabant.

10 Hodie tamē apud nos hic obsignandi sigillādique vsus abolitus est, vt testatur Gre. Lopez in. l. 14. ver. *escreuir su nome.* tit. 1. p. 6. subscriptiones enim tantum requiruntur d. l. 3. Tau. vbi, notant omnes, & d. l. 2. tit. 4. lib. 5. recop. vbi. Matienzo Gloss. 5. n. 3. Coua. in. d. c. cum esses. in prin. soluisque tabellionis signū requiritur.

§. *Testes autem.* 3.

1 *Testes adhiberi testamento possunt hi cum quibus testamenti factio est.*
2 *Exceptiones debent esse de regula.*
3 *Edictum de testibus prohibitorium est.*
4 *Testamenti factio duplex est activa, & passiua.*
5 *Noster textus de passiua testamenti factione intelligendus.*
6 *Mulier, quo sensu in hoc paragrapho, ad testamēti factionem referatur.*
7 *Intestabilis qua ratione ad testamenti factionem referatur.*
8 *Mulier testamento testis adhiberi non potest.*
9 *Mulier in alijs actibus & negotijs testimoniū dicit.*
10 *Mulier testis codicillis adhiberi potest cum communi & latius. nu. 21.*
11 *Mulieres olim intestabiles, idest, testimonij dictionem non habentes.*
12 *Caia Terratia Vestalis virgo vna omnium fœminarum testabilis facta.*
13 *Mulieris testimoniū generaliter admissum fuit, & quare.*
14 *Testandi actus solennissimus & ceremoniarum plenus.*
15 *Testamenta apud acta iuratis & vocatis testibus aperienda.*
16 *Vera ratio cur mulieris testimonium à testamentis reijciatur, & ex nu. 14.*
17 *Communis refertur, & reprehenditur.*
18 *Cap. forus. 10. de Verborum significatione interpretatur contra Abbatem & alios.*
19 *Iure canonico mulieres testes testamentis adhiberi non possunt, contra Ferd. Minchaca.*
20 *Iure Regio hoc idem est decisum, quamuis contrarium doceat Minchaca.*
21 *Mulieres an codicillis testes adhiberi possint disputatur.*
22 *Accursius & communis codicillis admittenda, probat,*
23 *Contraria sententia defenditur contra communem.*
24 *Codicilli plurimum habent de natura testamentorum vt multis ostenditur.*
25 *Hermaphroditus neque testamento, neque codicillis testis adhibetur.*
L. 10. tit. 1. part. 6.
26 *L. 2. tit. 4, lib. 5. recopilationis expenditur, & resoluitur iure Regio mulieres codicillis testes adberi non posse.*
27 *Impubes nullis in negotijs testis adhibetur.*
28 *Impubes testis testamento non adhibetur, & quare.*

29 *Impu-*

29 *Impubes, an postea pubes factus testimonium dicat de his quæ in pupillari ætate vidit?*

30 *In testamentis qualitas requiritur tempore quo ordinantur.*

31 *Pubes deponit in alijs negotijs de his quæ vidit in pupillari ætate, iuxta communem.*

32 *Seruus liber factus deponit de his, quæ in seruitute vidit.*

33 *Contra communem defenditur puberem non deponere de his quæ vidit in pupillari ætate.*

34 *L. notionem. 99. §. Instrumentorum. D. de verborum significatione.*

35 *L. excipiuntur. 14. D. ad S. C. Syllanianum.*

36 *L. 9. tit. 16. partita. 3.*

37 *Seruus iuris ciuilis communionem nō habet, indeque testis testamento non adhibetur. &. §. seq. numero. 3.*

38 *Furiosus, mutus, & surdus, cur testes in testamentis non sint.*

39 *L. qui testamento. 20. §. non tamen. D. h. t.*

40 *Prodigus in pœnam à testimonij dictione arcetur, & quis prodigus sit.*

41 *Improbi, intestabilesque qui sint, & quare testamentis testes non adhibeantur.*

42 *Intestabilis ex alieno testamento capere potest.*

1 DE testibus testamentō adhibendis agit Iustinianus, ex hoc §. vsque ad. §. nihil autem, inf. latè examinans qui solemnissimo hoc in actu testimonij dictionem habent, generalem regulam in primis tradens, illos testes adhiberi posse, cum quibus testamenti factio est, quam & eius exceptiones statim relatas, mox que explicandas probat tex. in l. qui testamento. 20. in princ. &. §§. sequenti & in l. cum lege 26. D. h. t. in l. 1. C. eo. in l. 9. tit. 1. p. 6. explicant Duarenus ad tit. D. eo. cap. de testibus in testamento idoneis. Cona. lib. 9. com. cap. 3. Ant. Gom. in l. 3. Tau num. 25. & sequenti. Matien ço in. d. l. 1. gloss. 8. num. 1. & sequenti & plurimi relati per Spino de testamentis. gloss. 31. principali. ex num. 1.

2 Sed contra nostrum tex. in princ. ibi. *cum quibus testamenti factio est.* obstat quòd (vt dici solet) exceptiones declarant semper regulam. l. nam quod liquide. 4. D. de penu legata. & de regula esse debent. l. quæsitum. 12. col. 6. vers. *inde Neracius.* D. de fundo instructo. expresse probatur in l. ex eo 18. D. de testibus. At quāuis ex his qui excipiuntur, mulier testamentum facere possit, non enim est prohibita testari, tit. inf. qui. non est permiss. fac. test. seruus possit heres instituí. tex. in princ. inf. de heredibus instituendis. item & filius famil. ex eodem princ. & vulgare est, hi tamen duo non testantur, tex. in prin. inf. quibus nō est permissum, ergo inepte eos Iustinianus excipit, cū ingenerali regula non contineantur, neque testamenti factionem habeant.

3 Cui difficultati vt occurrant interpretes varia tradunt, sed antequam, quid verius sit audiamus, illud oportet notare, quod cum edictum de testibus prohibitorium sit certarum personarum, omnes illi testimonij dicendi facultatem habebunt, quibus nominatim interdictum non erit, vnde si quis velit aliquem à testimonio dicendo repellere, oportet, proferat aliquam legem, quæ ei interdicat testimonium. l. 1. D. de testibus. In testamento igitur illi prohibiti censentur, qui testamenti factio-

4 nem non habent. † Cæterum cum hæc vox, *testamenti factio.* ambigua sit, eoque cōtineat, qui testari possunt, item illos qui quamuis nō habeant ius testandi, heredes fieri iure ciuili valent, §. testamenti autem, infra de hered. qualit. §. legari, iuncta communi interpretatione, infra de legatis. In qua significatione eam hic

5 acceperit Iustinianus, videndum est. † Sed ego alijs omissis, magis probo Acc. sententiam ver. *testamenti factio.* docentis de factione passiua intelligi, vt sit sensus: is potest adhiberi testis in testamento, qui potest ex eo hereditatem, vel legatum capere. A qua tamen regula excipiuntur personæ hic enumeratæ, quæ licet possint instituí in alterius testamento, non tamen possunt esse testes propter speciales rationes inf. referendas, eamque interpretationem aperte probant illa verba huius tex. *cum quibus nobis testamenti factio est,* quæ magis proprie accepta passiuam habent significationem, ex tex. sic intelligendo ind §. legari, iuncta l. non minus. 31. D. de hered. instituend. Item, nam vt supra diximus, cum exceptiones debeant esse de regula, omnes hic relatæ cum de passiua sint, consequens est regulam de ea

6 fuisse constitutam. † Nec obstat, mulierem in hoc tex. exceptam, nam quamuis verum sit, habere vtranque testamenti factionem, cæterum, non fit illius mentio nisi habita ratione passiuæ factionis, secundum quam regulæ ada-

7 ptatur. † Minus etiam obstat exceptio intestabilis, quem plerique putant ex alieno testamento capere non posse, quia lōge falluntur, nam quamuis faciendum sit, testamentum facere non posse, quia ei nemo potest esse testis, nec ipse alij, l. cum lege. 26. D. h. t. non tamen inde sequitur, heredem instituí non posse, nā verius est posse, cum lex non vetet. & inde relinquitur nunc tex. & regulam in eo constitutam intelligi passiue, quamuis Theophilus ab alijs receptus malit secūdum vtramque acceptionem accipi: etsi negandum non sit valere argumentum, non potest facere testamentum: ergo non potest esse testis, quod probat l. is cui. 18. in princ. D. eo. excepto filio famil. quem constat non posse facere testamentum, tex. in princ inf. quibus non est permis. & tamen potest esse testis. §. pater. inf. eo.

In v

ers.

In vers. *Sed neque mulier.*

8 Igitur mulier in testamento testis adhiberi non potest, idem probat d. l. qui testamento. 20. §. eum qui, vers. *mulier.* D. h. t. consonat l. 1. l. 9. tit. 1. p. 6. l. 17. tit. 16. p. 3. explicant latè relati in prin. huius tex.

Sed grauiter obstat, nam si aliqua ratione mulieres à testimonij dictione in testamentis arcentur, ea est, quod cum in eis tot testes adhibeantur, propter illorum sinceritatem, & vt veritas magis reueletur. §. sed cum paulatim supra eo. l. fin. C. de fideicommiss. fœminæ vero vanum & mutabile testimonium sit. c. forus. 10. in fin. extra de ver. signi. ideo ne eius mutatione testimoniũ subuerteretur, item & testamentum, oportuit illas ad solemnissimum hunc actum non admitti, quam rationem scripsit Duarenus vbi sup. & com-
9 munis est. † At hæc non est sufficiens, cum ea admissa reijci etiam fœminæ testimonium à cæteris actibus deberet, maximè tamen à criminalibus, in quibus testes, qui integræ fidei sint requiruntur, vt vulgare, & eleganter probat Venuleius, in l. in testimonium. 20. D. de testibus, in cæteris vero admittuntur ad testificandum, dicto §. eum qui vers. *mulier*, l. ex eo 18. D. de testibus. l. 17. tit. 16. part. 3. ergo à paritate rationis idem etiam ad-
10 mittendum erat. † Accedit & illud, eas testes in codicillis adhiberi rectè posse, iuxta Acc. opinionem ab omnibus admissam, in dicto vers. *mulier*, & probatam in l. fi. propè fin. C. de codicil. iuncta d. l. 1. ad fi. D. de testibus, ergo & in testamentis admitti deberent, cum congrua nulla differentiæ ratio reddi possit.

Quibus difficultatibus non satisfaciunt interpretes, quorum nonnulli ex recentioribus non verentur, se huius iuris rationem nesci-
11 re proferre, teste Duareno iam relato. † quæ tamen vt constet ego animaduerto olim quidem fœminas intestabiles fuisse, idest non habuisse testimonij dictionem, vti ex traditis ab A. Gellio non malè deducitur lib. 6. noct. Atti
12 ca. c. 17. vbi inter alios honores a P. R. † Caiæ Tarratiæ insigni fœminæ, & Vestæ virgini sacros, illud vnum maximè commemorat, lege Horatia de ea re ad Pop. lata, ius testimonij dicendi ei fuisse tributum, testabilisque vna omnium fœminarum vt esset, quod etiam admo-
13 net Plato dialogo 7. de legibus infine. † Post ea vero, ne probationum facultas coangustaretur, quam maxime expedit ampliari, dict. l. 1. D. de testib. Et ne sic delicta. quæ furtim & fortuito semotis viris, præsentibus tamen mulieribus perpetrantur, manerent impunita, publica vtilitate reclamante, è qua est ea puniri. l. item si verberatum 52. D. ad legem Aquil. generaliter mulieris testimonium ad-
14 missum fuit. † Præterquam in testandi actu, qui est solemnitatis, & ceremoniarum plenus, & non nisi per prudentissimos, & sapientissimos viros tractandus, teste Iustiniano in l. fin. ibi. *sapientium hominum iura pertractare.* C. de testam. militis. Et oportet testes adhibendos perspicaces, & prudẽtes esse, vt omni fraudi occurratur, dict. l. fi. C. de fideicommiss. dict. §. sed cum paulatim. & in dict. l. hac cõsultissima, in fi. C. qui testamen. fac. poss. quæ omnia non ita in mulieribus sunt, vt in viris inueniuntur.

15 † Tum maximè quod & huic quæstioni magis congruit, quia testamenta apud acta, hoc est, in medio foro, & coram iudice sunt aperienda, iuratis & vocatis testibus. l. 2. C. quemadmodum testamen. aper. & per totum. D. eo. l. 2. tit. 2. p. 6. latè Spino, de testamentis. gloss. 34. n. 22. & sequentibus, indeque consequens esset, mulieres cogendas esse, prodire in publicum, & virorum cœtibus admisceri contra matronalem, virginalemque pudorem, quod tamen non est ferendum ex l. 1. §. sexũ. D. de postulando. l. maritus. 21. C. de procurato. Et induci potest tex. cum ibidem notatis. in l. fœminæ. 2. D. de regulis iuris, quod
16 & admonet Plato iam relatus. † Quod longe magis, & sine scrupulo admittendum erit, si hanc prohibitionem referendam esse ad illa testamenta, quæ calatis comitijs fiebãt, nobis persuaserit Conanus, libro 3. com. c. 3. n. 3. magna enim ex parte saltim quoad solemnitatem antiquus testandi illi vsus retinetur, vt de numero testium disputantes diximus sup. ad §. sed cum paulatim hæcque potuerunt mouere iuris veteres autores, ne huic actui mulieres testes adhiberi sinerent.

17 Illa enim quæ ab Acc. tradita, à cæteris frequenter sequitur ratio, & nouissimè à Spino exornatur de testam., glossa. 31. princ. ex num. 11. propter inconstantiam, variumque testimonium, ab hoc actu reiectas fœminas fuisse. Ea nanque admissa idem & in cæteris actibus dicendum erat, vt sup. notauimus, in quibus non minor fides testium requiritur, quinimo aliquando longè integrior, siquidem videmus in criminibus non esse integrum testimonium minorum viginti annis, ex dict. l. in testimonium 20. D. de testibus. l. 9. tit. 16. p. 3. cum tamen ad testamenta admittantur puberes, vbi primum decimum quartum annum excesserint, vt constat ex nostro tex. & princi. sup. eo. & mox dicemus.

18 Nec mouere debet tex. in c. forus. 10. vers. *testes*, de ver. signifi. quo probari plerique putant saltim iure Pontifi. mulierum testimonium, sicut virorum valere, vnde Abbas in c. cum esses colum. 1. de testamentis, cuius, & aliorum meminit Couar. ibi. num. 14. illud in

testa-

testamentis esse admittendum docet, quod latè defendit Minchaca, lib. 2. de succes. creat. §. 12. numero. 42. & iterum. §. 13. numero 74. & lib. 3. §. 30. numero 26. Nam textus ille, si cum iudicio aduertatur, & consideretur, tantū probat, illarum testimonium eleuari, nec tam integræ & perfectæ fidei haberi, sicut virorum
19 quoties concurrunt. † Et inde contra Abbat. Mincha. & sequaces, verius est, iure etiam Canonico, mulieres testes testamentis adhiberi non posse, constat enim quod etsi sufficiat illo iure minor numerus, vt supra diximus, in §. sed cum paulatim, qui tamen sunt adhibendi idonei esse debent iux. d.c. cum esses, vbi d. num. 14. cum pluribus magnæ autoritatis & nominis Iuris Consultis id defendit Coua.

20 Iure autem regio dubitari id non poterit, nam ex concordi omnium opinione admissum est, testes masculos esse oportere ex dictis Regijs legibus 1. & 9. tit. 1. par. 6. & l. 16. tit. 16. par. 3. & ex l. 1. tit. 4. lib. 5. recopil. ibi: *teniendo las otras qualidades que el derecho requiere*; vbi Matienço, Glos. 8. num. 3. id defendit contra Minchaca, contrarium asserentem d. lib. 3. de succes. creat. §. 30. num. 26. quam sententiam communem, tam in primo, quàm in secundo casu resoluit etiam Azeuedo. in d. l. 1. ex num. 41.

21 Apud quos & alios nostrates valdè dubitatur (vt secundæ difficultati satisfaciamus) an fœmina in codicillis testimonij dictionem ha
22 beat, & sanè † Accur. in d. l. qui testamento 20. versi. *mulier*, glos. *non poterit*, habere, docet: eo quod nulla lege id prohibitum videatur, sequuntur Accurs. Bart. & alij Doctores, ibidem, & hic cum infinitis relatis per Matienço in l. 2. glos. 9. num. 8. tit. 4. lib. 5. recopil. fuisseque iuxta eum in Regio Pinciano auditorio iudicatum, testatur Burgos de Paz, in l. 3. Tau. num. 1350.

23 † Ego vero contrariam sententiam veriorem dicere audeo, contendoque non minus à codicillis, quàm à testamentis mulieris testi-
24 monium reijci, † codicilli enim plurimum habent de natura testamentorum, vt ex titulis de codicillis, inf. & D. & C. deducitur non obscurè, & cum Theophilo & alijs obseruat Forner. lib. 2. selectio cap. 9. quam obseruationē, & iuris legem inde traditam obseruant, eiusque sunt partes, l. quidam referunt. 14. versi. *nimirum*, D. de iure codicill. eademque solemnitate aperiūtur. l. fin. C. quemad. testam. aper. & à factione testamenti pendent, is enim potest codicillos facere, qui & testamentum l. Diui Seuerus. 6. §. codicillos. l. conficiuntur. 8. versiculo, *codicilli*, D. de iure codicill. in eoque tantummodo maximè differunt à testamento, quod illis non possit directo hereditas dari, aut heres institui, l. si idem, 12. C. de codicill. l. illud 13. §. tractari D. eod. l. Scæuola, 76. D. ad Trebell. §. codicillis inf. illo tit. quæ cum ita sint eadem prohibitionis rationes poteris
25 considerare, sicque idem ius admittere. † longeque magis apud nos propter expressam l. 10. tit. 1. par. 6. quæ de hermaphrodito loquēs sic ait: (*Este tal dezimos, que si tuuo mas a natura de muger que de varon, no puede ser testigo en testamento ni en todas las otras mandas que home fiziesse*) & tamen dubium non est, illa verba (*ni en todas las otras mandas que home fiziesse*) ad fideicommissa, & codicillos necessario esse referenda: continentur enim appellatione vltimæ voluntatis, d. l. fin. ad finem. C. de codicill. Expresse ergo ex illa lege hæc sententia vera ostenditur, namque si hermaphroditus, ex eo quod in sexu fœmineo prævalet, neque in testamentis, neque in codicillis testis esse potest, ergo fœmina longè magis repelletur. Quam legem partitæ grauiter considerauit in hanc opinionem eruditus Molina lib. 2 de Hispan. primogen. cap. 8. num. 26. quem sequutus laudat nouissime Ceruantes in l. 3.
26 Tau. num. 157. † Præterea idem etiam expresse ostenditur ex d. l. 2. t. 4. lib. 5. recopil. versi. *y en los codicillos interuenga la misma solēnidad que se requiere en el testamento nuncupatiuo*. Ex quibus constat, eandem solemnitatem iure Regio requiri in codicillis, quæ in testamento nuncupatiuo desideratur, & tamen nemo inficiabitur eo iure in testamentis testes masculos esse oportere, vt diximus ad d. §. sed cum paulatim, & latè probāt omnes per tex. ibi. in d. l. 3. Tau. quo iure vtimur, ex communi, quam resoluit Matien. sup. ex num. 9. Molina, & Ceruantes, iam relati. Azeuedo in d. l. 2. ex nu. 35. Olanus in concordia iuris, lit. F. nu. 8. & 9. quicquid velit Anto. Gom. in d. l. 3. Tau. nu. 71. & alij plures qui contrarium sequuntur.

In versiculo. *Nec impubes.*

27 Cum generaliter traditum sit impuberē id-est, qui decimum quartum annum non impleuit, quem etiam pupillum appellamus ex principio inf. quib. mod. tutel. finit. l. vlti. C. quando tut. esse desin. §. præterea, inf. quibus nō est permissum, in nullis negotijs testem adhiberi posse. l. 3. §. lege Iulia. l. inuiti. 8. iuncta glos.
28 ibidem D. de testibus l. 9. tit. 16. par. 3. † à testamento reijci mirum non erit, in quo præter virilitatem, pubertatem etiam habere testes oportet, ex hoc tex. & prin. huius tit. d. l. qui testamento 20. in prin. l. hac consultissima 21. C. eo. l. 1. l. 9. tit. 1. par. 6. l. 9. tit. 8. lib. 2. fori. & explicāt iā relati, quod sine ratione factum non est, si quidem in impubere integrū, & perfectū iudiciū in rebus tractādis, semper

desideratur, ex iuribus citatis, & l. cum Prætor. 12. vers. *natura*, D. de iudicijs, & in ea ætate quis creditur ignorare quæ videt. l. 1. vers. *impuberes*. C. de falsa moneta, ideoque inter alia testamenti solemnia pubertas testium merito requiritur.

29 Sed an pubes factus de his quæ in pupillari ætate vidit testimonium dicere possit? non parum controuersum est: sed in testamentis sine cõtrouersia nullum esse eius testimonium, 30 de visis in pubertate resoluendum est: † quia testium conditio, quo tempore testamentum signatur inspicienda est, l. ad testium. 22. §. conditionem. D. hoc tit. & dicemus in §. sed cum 31 aliquis, infra eodem. † In alijs vero negotijs, puberem iam factum, posse testimonium ferre, sed his, quæ cum esset impubes vidit, docet Accur. hic verbo, *nec impubes*, & in dict. §. conditionem verbo, *contigerit*, ne probationum facultas coangustetur contra l. quoniam 21. C. 32 de hereti. l. 1. D. de testibus. † Item etiam quia traditum est, seruum liberum factum, posse testimonium ferre de his, quæ in seruitute constitutus gessit, & vidit, l. notionem. 99. §. instrumentorum. D. de verb. signifi. & magis vrgere videtur. l. excipiuntur. 14. D. ad Syllania. quam considerant Viglius, & alij hic Loriotus de apicibus iuris, tractatu de testamentis axiomate 12. resoluit communem alia argumenta adducens Couar. videndus in reg. possessor 2. p. §. 3. nu. 8. Anto. Gom. in d. l. 3. Taurum. 26. quibus expresse fauet l. 9. tit. 16. par. 3.

33 Sed ego non temerè id esse accipiendum arbitror quia naturæ impedimentum obest impuberi propter imbecillitatem iudicij. d. §. lege Iulia. d. §. præterea, cum alijs: quo minus eius testimonio non stetur, & pubere facto, maturique & grauioris iudicij pubertate contingẽte non ideo illa, quæ ei nunc contingit discretio ad puerilem ætatem retrotrahitur, debetque necessario iudicare pubes factus illas species, & rerum notitiam, quas infans, & impubes imbiberat, quæ fallaces & incertæ erant, vt docet experientia. † Nec mouere debet 34 tex. in dicto. §. instrumentorum: Nam præterquam quod illud impedimentum seruitutis nõ erat naturale, quod attinet ad testamenti dictionem, sed tantum ciuile, quod post libertatem consequutam dissoluitur, nec aliter sentiet de ea re liber factus, ac sentiret, dum esset seruus: potest etiam intelligi in specie. d. §. instrumentorum, non dari dilationem in liberti personam, vt testimonium ferat, sed vt instituat, & moneat quomodo, qua vè ratione rem ipse gesserit, vt colligitur aperte ex illo textu, ibi: *si in præsentia personæ, quæ instruere possit dilatio petatur.* Scitumque est, veteres solitos esse suos seruos institores officio, mensæ, ac Kalendario præponere, ex l. eius qui 41. D. si certum petatur, & l. 4. D. de edendo: quam interpretationem confirmat vehementer contextus, d. §. instrumentorum, licet non satis percipiat Cuiac. in d. l. ad testium §. 1.

35 † Præterea d. l. excipiuntur, ad rem non pertinet, punitur enim ille impubes seruus quia proponimus pubertati proximum, flagitijque in personam domini perpetrati cõscium & participem tacuisse, & magistratui non indicasse personas homicidas, & interfectores, vnde non est cur argumentum colligi potuerit pro communi sententia, siquidem illius testimonium tantum valet ad iudicium, & vt quæstio haberetur, ex l. inuiti. 36 19. D. de testibus, vbi notat Accursius. † Textus vero in d. l. 9. titulo 16. parti. 3. non indistinctè probat superiorem communem, sed in eo pubere qui deponit de his quæ proximus pubertati vidit, vt constat, ibi (*mas aun en todas las otras que ouiessen ante visto que bien se acordassen*) quod notanter in eo loco animaduertit Gregorius glossa. 3. vnde iudicis religione æstimandum erit, quanta huic testi fides adhibenda sit.

In versiculo. *Nec seruus nec furiosus, &c.*

37 Cum seruus iuris ciuilis communionem nõ habeat l. quod attinet 32. D de reg. iuris, oporteatque testes liberos, & ciues Romanos esse tex. in prin. sup. eod. d. l. hac consultissima ad solemnia testamenti, eum adhiberi non posse satis constat. l. qui testamento. 20. §. seruus. D. h. tit. l. 1. l. 9. t. 1. p. 6. & latius dicemus in §. sed cum aliquis infra eodem.

38 Quare autem furiosus, mutus, & surdus non admittantur, dubitari non potest, maximo enim mentis morbo laborant: nam furiosus quid agatur ignorat l. furiosi. D. de reg. iur. induci potest. tex. cum ibi notatis in §. furiosus inf. de inutilib. §. præterea, vers. *Item furiosi*, infra quibus non est permiss. tamen si intermissionem habet testis adhiberi potest. dict. l. qui testamento §. ne furiosus. & dict. vers. *Item furiosi*. vbi latius. Mutus dicere quid actũ sit pro testimonio non poterit. Surdus autem quid dicatur non intelligit, neque cui rei adhibeatur quod sanè est omnino necessarium. l. heredes. 21. §. in testamentis. D. eod d. l. hac consultissima, ex qua cum testator teneatur coram testibus suam voluntatem declarare, satis constat surdum non pertinere ad testamentum l. corã Titio. 209. D. de verb. sig.

39 Sed huic sententiæ obstare videtur tex. in dicta. l. qui testamento 20. §. non tamen D. eodem vbi in teste sermonis intelligentia non exigitur, ergo & surdus testis esse poterit.

Sed magnum est inter vtrũque discrimen, nanque

nanque frequentius surdus idem, & mutus est: item dici potest auditionem esse necessariam intelligereque, quis, cuique rei adhibeatur, nõ tamen intelligentiam sermonis. Surdus nullo sermone poterit rogari, vocari, aut moneri, ille autem qui accedit & non intelligit, poterit vernaculo sermone ab alijs testibus præsentibus moneri per verum & fidum interpretem, inducique potest l. 1. §. finali. D. de verborum obligationibus, considerat & alias rationes Hotomanus hic enuntiatione 2.

40 Prodigus autem (is enim est, cui lege bonis interdicitur, quia neque modum, neque finem expensarum habet, sed bona sua dissipando, & dilacerando profundit. l. 1. D. de curat. fur. Cuiac. in l. is cui bonis. D. de verb. obligationibus) cur tam hic, quam in l. is cui lege. 18. D. de testam. & in d. l. 9. tit. 1. part. 6. à testimonij dictione arceatur in testamento, nõ ita constat, cum illa ratio I. C. in d. l. 18. ibi, *cum neque testamenti factionem habeat*, quæ de actiua est omnino intelligenda propter §. item prodigus, inf. quibus non est permissum, non omnino conuincat, siquidẽ sufficit passiua, vt quis testis esse possit, vt ex nostro tex. sup. probauimus in initio. Sed dici potest in pœnam hoc ei esse interdictum; item etiam quia non multum à furioso distat l. in negotijs 5. D. de reg. iur. l. 1. D. de curat. furios. quod latius in d. §. item prodigus. prosequemur.

41 Restat iam tandem posterioris exceptionis explicatio, quare neque illi admittantur ad huiusmodi testimonium, quos leges iubent, improbos intestabilesque esse: sed qui sint isti, prius videndum est, optimum autem exemplum deduces ex Theophilo hic Fornerio li. 1. selectio. cap. 1. I. C. in d. l. is cui lege. 18. §. si quis ob carmen, & in l. qui testamento. 20. §. eum. D. hoc tit. Cum autem quis improbus intestabilisque lege esse ob aliquod facinus iubetur in delicti pœnam testimonij dictionem ei interdici constat, vnde intestabilis appellatur, vt deduces ex A. Gellio. d. lib. 6. noct. Atti. cap. 7. Balduin. ad ll. 12. tabularum. ca. 10. & cap. 25. sicque intelliges tex. in l. cum lege. 26. D. hoc tit. l. ob carmen. 21. D. de testibus. l. lex Cornelia. 5. §. si quis librum in fi. D. de iniurijs. Quamuis etiam aliquando intestabibilis is dicatur, qui testamentum facere prohibetur. d. l. cum lege, quod tamen in de factũ esse ego existimo, quod cũ is neque alij testis esse posset, neque ipsi alius, consequens erat eum testamenti factionem non habiturum, vnde admittendus non est Philippus Beroaldus in notis in Suetonium Tranquillum. c. 56. in Augusto, qui contendit, intestabilem ad testamenti factionem pertinere, quod tamen probandum non est, nisi ex hac quam
42 paulò ante notauimus ratione. † Ipse vero ex alieno testamentõ capere rectè potest, cum nulla lege institui prohibeatur quod probat Franc. Conanus lib. 9. cap. 3. num. 2. estque verissimum.

§. *Sed cum aliquis.* 4.

1 *Testis si tempore testamenti habilis existimabatur postea autem inhabilis apparuit, non tamen vitiatur testamentum, sed ex æquitate sustinetur.*
2 *Veritas immutabilis est & perpetua.*
3 *Error non facit quem desinere esse incapacem, siue inhabilem.*
4 *Error cõmunis facit ius, & sequẽtibus numeris. L. Barbarius Philippus 3. D. de officio Præto. & num. 6.*
5 *Error iniquitatem & iniustitiam parit, & inde ius quod est æquum & bonum producere non potest.*
6 *Barbarius non fuit Prætor, sed prætura functus.*
7 *L. 3. ibi,* & error ius facit. *D. de supellectili legata.*
8 *L. 3. D. ad S. Macedonianum. L. Zenodorus 2. C. ad S. C. Macedon.*
9 *In specie nostri tex. iuris rigore testamentum nõ valet, sed ex æquitate.*
10 *A Barbario gesta ex æquitate sustinentur.*
11 *Prætura magistratus Romanus qui solis ciuibus Romanis dabatur.*
12 *Seruus ciuilibus officijs fungi non potest, cum expers iuris ciuilis sit.*
13 *Publica vtilitas multa inducit contra iuris rigorem,*
14 *Decisio huius textus, & l. Barbarius habet locum in quacumque inhabilitate testis.*
15 *Decisio horum iurium admittenda, & si vnus aut alter testis conditionem seruat.*

Facit ex ff in leg 2 Celsius et vbi Accursius

SI tempore faciendi testamenti aliquis ex testibus omnium communi opinione integræ fidei, probus, testabilis, vel pubes, vel ciuis Romanus existimabatur, postea autem improbus intestabilis, deportatus, impubes, seruus vè apparuit, ex æquitate testamentum sustinetur: Idẽ in l. 1. C. hoc titulo, & similis decisio in l. Barbarius Philipp. 3. D. de officio Præt. in l. cõpetit. 19. D. qui & à quibus (cui adde Ant. August. lib. 4. emendat. c. fi. Jin l. si arbiter. 2. C. de sent. & interlocut. omn. iudi. in l. si quis patrẽ. 3. D. ad Maced. nec longè est sententia I. C. in l. eius qui. 41. D. de reb. cred. & si cert. pet. in l. si quis seruo. 18. D. de solut. similes etiam sunt casus. in l. 4. ad. fi. t. 4. l. 115. vers. *estaua por escriuano publico* t. 18. p. 3. l. 4. t. 1. p. 5. l. 9. in fi. t. 1. p. 6. l. 8. t. 9. li. 3. nouæ recop. explicãt. Gome. in d. l. 3. Tau. n. 27. Cona. li. 9. c. 3. n. 3. Duarẽ. ad t. D. eo. c. de testib. idoneis, vers. *dicere cæpimus*. & inf. referendi Eduar. Caldeira. li. 2. var. lect. c. 7. n. 2.

Cæterùm grauiter obstare videtur, veritatem, immutabilem esse & perpetuam, ex Aristot. lib. 4. metaphys. ca. 5. semperq; esse attendendā. l. 2. §. si à pupillo ibi: *vt hic plus sit in veritate quā in existimatione mentis.* D. pro emp. l. reg. 9. § qui ignorauit. D. de iuris & fact. ign. cum alijs inf. referendis, ciuiliūque honorum adeptione, & vulgi erronea opinione non potuisse mutari. l. assumptio. 6. D. ad municipal. l. non mutant. 11. C. de liberali caus. l. decurio. 41. C.

3 de decurionib. lib. 10. † Vnde si propter vulgi erroneam opinionem non desijt qui depositus fuit esse seruus, improbus, intestabilis, consequens fuit testem adhiberi non potuisse, ex §. testes, cum ibidem notatis, sup. eo. & vt nominatim de specie huius tx. dicamus, constat itē seruum in his, quę iuris ciuilis sunt, pro nihilo reputari. l. quod attinet. 32. D. de reg. iur. Testes verò testamētarios oportere esse ciues Romanos, docuit Iustinianus in princ. sup. eo. & in l. hac consultissima. 21. C. hoc tit. qui tamē serui non sunt cū per iustam libertatem & manumissionē illud ciuilitatis ius nanciscantur. §. libertinorum, vbi diximus sup. de libertinis.

4 Cui difficultati, qua etiam dubia redditur. d. l. Barbarius. vt interpretes satisfaciāt crebrius respondent, communem omnium errorem ius facere, indeque seruum tam hic, quam in illa lege, qui communi omnium opinione liber esse putabatur, etsi re vera in seruitute fuisset quo tempore testimonium dixit, & sententiam tulit, & legitimum testem, & iudicem Prætorēque fuisse: ita Accurs. hic verb. *omnium consensu*, & in d. l. Barbarius, verb. *reprobari*, Bart. & antiquiores omnes ex recentioribus plures, quos plena manu congerit Portius lib. 2. regularū. cōcl. 11. & meminit Conna. lib. 9. c. 3. nu. 3. Atq; ità interpretāda esse iura in confirmationem sup. adducta, & l. vnica. §. sed & qui domini. C. de latin. libert. toll. pro qua sua opinione inducunt. l. 3. in fin. verbis, ibi, *& error ius facit.* D. de supellect. legat. l. Zenodorus. 2. C. ad S. C. Maced. & d. l. 3. D. eo.

5 Sed mehercle, absurdius hac opinione quid potest excogitari, error enim, ex quo iniquitas, & iniustitia fluit teste Philosopho lib. 3. Ethicorum, capit. 1. Petro Gregorio de iuris arte, ca. 33. qui poterit ius, id est çquū & bonum. l. 1. D. de iustitia & iure, producere? sanè error consensum excludit, & imperitiam detegit. l. ii per errorem. 15. D. de iur. omniū iudicum (cui in decisione, & ratione similis est. l. 15. tit. 22. p. 3.) l. 2. D. de iudicijs, & inde Iuris Consulti non semel ex errore ius produci non posse, neq; nasci probant. l. 3. §. subtilius. D. de condict. caus. dat. l. fi. D. ad Maced. l. fin. D. de hered. instit. cui consonat. l. 21. tit. 1. part. 6. l. si procurator. 35. D. de acquir. rerum dominio. l. ornamentorum. 37. D. de auro, & argento leg. quam explicat Bart. in l. 1. num. 12. D. si certum petatur, & in l. 2. §. quod obseruari. num. 29. C. de iur. propter calum. dando.

6 Neque contrarium probat. d. l. Barbarius ex cuius verbis ibi: (*Prætor designatus est*) & ibi. *at quin verum est prætura cum functum*, & ibi: *sed nihil ei seruitutem obstitisse, Pomponius ait*, constare videtur Barbarium verè Prætorem fuisse, idque communi errore fuisse factū, quoniam ex illis non probat. I. C. verum fuisse Prætorem, sed re ipsa prætura functum fuisse, & magistratum gessisse, sicque ad factum referenda sunt, non autem ad ius, aliter enim nugatoria esset tota illa decisio, & frustra dubitaretur, si pateremur & liberum, & verè Prætorem fuisse, interim dum in seruitute latuit, an quę dixit & decreuit rata essent, cum ipso iure valuissent, vtpotè à vero Prætore gesta, vt strenuè conuincunt Robertus lib. 1. receptæ lectio. c. 38. Goueanus. lib. 1. variar. cap. 6. qui de illius. ca. interpretatione eleganter agunt, & addendi illi sunt. Item & Ant. Concius. lib. 1. disput. ca. 2. Guibert. lib. 1. quæstio. ca. 11. Hotom. lib. vnico illust. quæst. ca. 17. Menoch. li. 2. de arbitrar. cent. 5. casu. 402. nu. 12. Tiraqu. in legibus connubialibus glo. 8. n. 156. Cotta. in memorabilibus, verb. *communis opinio*, in 2. Doctores omnes in cap. ad probandum de re iud. alios retulit Alfanus, collectanea. 199 & nouissimè AEduar. Caldeira. d. lib. 2. var. c. 7.

7 Non magis obstat tex. etsi difficilis reputari soleat in d. l. 3. vers. *error*. D. de supell. lega. quoniam doceo, ius ibi appellari, voluntas ipsius testatoris, quo sensu dicimus disponat testator, & erit lex authen. de nupt. §. disponat collat. 4. & magis in l. verbis legis. 120. ibi: *vti quisque legasset rei suæ ita ius esto.* D. de verb. sig. errorem autem I. C. vocat imperitiam testatoris, qui candelabrum argenteum in argento numerabat, & non in supellectile, quę sanè imperitia non fuit in re, sed in solo nomine & vsu, intuituque ciuilis interpretationis & vsitatæ verbi significationis, semper enim voluit testator candelabrum relinquere cui & argētum quamuis alij ciues aliter soliti essent candelabrum in supellectili, non in argento numerare, sed attendendus & præferendus est vsus testatoris: potestque pro hac interpretatione induci tex. in l. Labeo. 7. versic. *sed de his*, & in l. legata. 9. D. de supell. leg. in l. inter. 33. D. de auro, & argento leg. atque cum de re non ambigitur error in exercitio rei cadit. l. qui habebat 29. D. de rebus dub. & ità rectissimè intellexit Cuiacius lib. 10. obseruat. c. 13. Costanus dict. lib. singular. quæstionum, cap. 20. nu. 20.

8 Deinde mouere non debet d. l. Zenodorus 2. C. ad Maced. dicta. l. 3. D. eodem siquidem odio illius filij familias receptū est, ne ex sua malitia cōmodum consequatur, cum se patrem fami-

familias mentiretur, vt mutuam pecuniam inueniret, & contrahentes deciperet, vt tanquã paterfamilias teneretur.

Reiecta ergo communi opinione, dicendũ
9 est, quod etsi stricto rigore inspecto, summaque iuris subtilitate vitiari testamentum omnino dicendum sit in casu tex. † & gesta à
o Barbario, quandiu ipse in seruitute latuit, nullius esse momenti, iustineri tamen ex Principum & Cæsarum clementia, benignitate & humanitate, vt apertè probat noster tex. ibi: *subuenire se ex sua liberalitate testamentum*: vbi Accurs. perperam legit, *libertate*: cuius æquitatis ratio nititur iustissima testantis ignorantia, qui publico omnium errore victus, cum adhibuit testem, quem alius quiuis testaturus facile admitteret, & ideo non est quid possit ei iure imputari, sed magis ei debet indulgeri, propter publicam etiam vtilitatem, quæ in vltimis elogijs conseruandis animaduerti, iura testantur. Eademque humanitate defenduntur à Barbario gesta in d.l. Barbarius, vtilitas enim expostulat, ne lites semel finitæ cum maximo litigantium incommodo reuiuiscerent, quibus etiam non est quid imputemus, cum eum habuerint iudicem, quem populus creauerat, & quem omnes vulgo, vt verum prætorẽ adibant, idq; satis innuit Vlpianus, ibi. (*propter vtilitatem corũ,*) & ibi. (*hoc enim humanius est*) aperte sentiens stricto iure non posse defendi, quæ Barbarius edixit, & quæ decreuit.
11 † Cum enim Prætura magistratus Romanus esset, qui solis ciuibus Romanis dabatur. l. finali. C. de officio Prætor. ijsque tantummodo, qui proprium larem, & domicilium in vrbe habebant, satis constat Barbarium Prætorem esse non potuisse, l. cum Prætor. 12. versi.
12 *moribus*. D. de iudicijs. † Neq, alio quouis ciuili officio fungi. l. 1. & 2. C. si seruus aut liber. lib. 10. quinimo neque in iudicio ex sua persona esse, l. seruus 6. C. de iud. l. 8. l. 9. tit. 2. l. 2. tit. 23. par. 3. reclamante etiam generali illa iuris regula relata in l. quod attinet 32. D. de regulis iuris. Item etiam, & cum expers esset iuris prætorij, l. qui testamento 20. §. seruus, D. hoc tit.
13 † Plane propter publicam vtilitatẽ & gratiam iuste ignorantium multa contra strictũ ius recipi nouum non est, & deduces ex l. si ita vulneratus. 32. D ad legem Aquil. l. Pantonius. 85. D. de acq. hereditate, & passim.
14 Potest autem huius nostri tex. & d.l. Barbarius, decisio admitti, alijs etiam in casibus similibus (quo magis superior disputatio vtilis reddatur) vbi inhabilitas non ex seruitute, sed ex alia causa oriatur, quod recte considerauit Viglius hic, statim in principio, non enim minus sustinebitur testamentum, aut quiuis alius actus, eadem extensa æquitate, argumento l. penultimæ, § fin. D. de iur. & fact. ig. §. 1. inf. quod cum eo. l. non possunt 11. D. de legibus, coniuncta d.l. illud. 32. D. ad l. Aquil. quia solet eadem æquitatis ratio diuersos casus coniungere. l. vlti. versi. *æquitatis autem ratio*. C. de const. pecu. bonus tex. in dict. l. Pantonius, & alia considerat Robert. lib. 1. recep. sect. cap. 15 38. † Idemque erit admittendum, etsi vnus fortè, aut alter serui conditionem sciret quo tempore testis adhibetur, ne aliàs frustratoria reddatur nostra decisio, vt rectè notarunt hic recentiores interpretes, reclamante Angelo. & Imola. in dict. l. ad testium 22. §. 1. D. de testam. quibus non fauent illa verba (*omnium consensu liber existimabatur.*) quod veluti per hyperbolẽ dictum est, quia sæpissimè solent leges multorum, & plurium opinionem pro omnium consensu accipere. l. quod maior 19. D. ad municip. l. cum quidam 30. §. quod dicitur in 2. D. de acquirenda hereditate l. 3. D. ad municipal. l. aliud est 121. D. de verborum significatione.

§. Pater. 5.

1 *Testes plures ex vna familia alieno testamento & negotio rectè adhibentur.*
2 *Pater & filius vna eademq; persona cẽsentur, & num. 5.*
3 *Testium fides dubia redditur, si omnes præmeditatum sermonem afferre præsumi potest.*
4 *Filius fam. post missionem si testetur nec patrẽ, nec fratrem testes habere potest.*
5 *Pater & filius quando vna eademq; persona existimentur.*
6 *Testimonia iuris gentium sunt & ex naturali ratione æstimanda.*
7 *L. qui testamento 20. §. per contrarium. D. hoc titulo.*
8 *Domesticum testimonium quod dicatur.*

1 EX vna familia plures testes alieno testamento & negotio adhiberi rectè possunt; domesticum vero testimonium non admittitur, idem in l. ad testium 22. in principio. D. hoc titulo, in l. pater. 17. D. de testibus. Idem etiam deduces ex l. 11. l. 14. l. 16. tit. 16. partita. 3. explicat Cona. dicto lib. 9. c. 3. nu. 4. Duaren. d. c. de testibus idoneis.

Sed primo pro dub. ratione, contra 1. p. nostri tex. qua Iust. docet, patrem & filium sub eius potestate consistentem, simul eodem testamento testes posse adhiberi, obstat, nam vt constat ex l. fin. C. de fideicommiss. ideo tot testes in testamento requiruntur, vt per ampliores homines veritas magis
2 reueletur: † sed pater & filius vna eademque persona esse censentur l. finali prope finem. C. de impub. & alijs l. cum scimus. 22. C. de agricol. & censitis, libro 11. & vox patris vox filij reputatur, & è con-

trà.§.ei verò qui,inf.de inutilibus stipul. igitur pater & filius,quia vnius tantum testis personam referre videntur,simul eodem testamẽto testes adhiberi non oportebat.

3 † Præterea,nã eo magis testium fides dubia redditur,quod omnes præmeditatũ sermonẽ attulerint.l.3.§. Idemque.D. de testibus.id autẽ cũ plures de vna domo & familia adhibẽtur longè magis locũ habere potest,siquidem facilius de mendacio conspirare, præmeditatosque sermones afferre poterunt, vt constat, ergo in testamento admitti non debent.

4 Deinde contra nostrum tex.ibi. *Sed etsi filius fa.* obstat diff.tex.in l. qui testamento.20. in prin.vers. *Per contrarium*. D.hoc tit. Vbi Vlpian.ait,Marcellum scripsisse & patrẽ, & fratrem eius qui de castrensi peculio potest testari adhiberi ad eius testamentum rectè posse.

5 Sed his non obstantibus dicendum est patrem & filium fam. item & duos fratres sub eiusdem potestate constitutos testes in alieno testamento esse posse, neque obstat eandem personam existimari, quoniam illud est accipiendum quoad acquisitionẽ, & in actibus,in quibus relatio est de filio ad patrem; vt quicquid acquirat filius statim transuolet ad patrẽ per inde ac si ipse pater actũ ageret.& ex tex. in §.1.vbi diximus,sup.per quas pers vel in iuria,quam etiam pater patitur si filio fiat.§. patitur autem, inf.de iniurijs. extra hos verò & similes casus alia est persona patris,alia filij,

6 † Item etiam quia testimonia iurisgentium sunt, & eorum autoritas ex naturali ratione æstimanda est,proindeque iuris ciuilis fictionibus nullus in eis locus dari potest,cuius modi illa est, vt filius fam. & pater vna persona cẽseantur,quæ enim iuris naturalis sunt fictiones non admittunt, l.2.§. hi qui capite. D.de cap.minut.Præterea cum hæ personæ alienis negocijs adhibẽtur, cessat ratio affectionis & amoris,quæ iure repellit patris & filij testimonium quoties alter eorum commodum consequitur,ex dict.l.qui testamento.20 §.quæ autem.l.testis.9.l.nullus.10.D.de testibus. Latè doctores in cap.in literis,extra illo titulo.

7 Neque obstat.d.l. qui testamento. versic. *Per contrarium*.quoniam etsi Hotom.hic enunciatione,3 putauerit hæc iura omnino esse cõtraria,mihi tamen Accursij sententia vera videtur, docentis Marcelli sententiam ad illud testamentum pertinere,quod ante missionem iure militari factum est: in quo quidem cum cessent ciuiles solemnitates,patris aut filij testimonium admittitur,At verò hunc textum de filio testante post missionem de castrensi peculio esse accipiendum quod vtique satis no stri textus,verba ostendunt, quo casu cum filius fam. iure communi testatur, est consequens,patrem eius testamento non posse adhiberi,cum domesticum testimonium non ad-

8 mittatur. † Sanè domesticum testimonium hic interpretandum est habita ratione patriæ potestatis,aut domesticæ,ex l.testes.24.D.de testib. ibi. *de domo producere*, quod vtique sic Theophilus hic existimat. & ex alijs probat Rebardus lib.2.variarum,cap.8. licèt Accurs. aliter sentiat,& inuoluat Duarenus, lib.1.disput.cap.28.latè Mascardus conclusione. 533.

§. *Sed neque heres.* 6.

1 *Heres,nec qui ex eius familia sunt testes adhiberi possunt & num.4.*
2 *Testis in re sua nullus esse potest.*
3 *Legatarij & fideicõmissarij testes esse possunt.*
4 *Heres ipse,& ij qui in eius fam.sunt, qua ratione prohibeantur testimonium dicere,nouè exponitur.*
5 *Emancipatus poterit esse testis in eo testamẽto, in quo frater heres instituitur iure communi.*
6 *Filius matri,auo materno, & etiam patri, si eũ emancipauit,testis esse potest.*
7 *Iure Regio qui heredi intra quartũ gradũ cõiungitur,repellitur à testamentario testimonio.*

1 IN testamentis neque heres, neque quisquã ex ipsius familia testis adhiberi potest: idẽ docet Vlp.in institut.tit.20.l. qui testamẽto.20.in prin.D. eod.consonat.l.11.tit.1.par. 6.& explicant relati in §.superiori.

2 Sed grauiter obstare videtur, † nam si aliqua ratione heredi & eis,qui sub illius potestate sunt testimonium dicere hoc in casu prohibetur,illa sanè quia nullus idoneus testis in re sua intelligitur,tex. in l.nullus.10.D. de testibus.in l.omnibus.9.C.eod.l.18.tit.16.part.3. iunctis verbis nostri tex.ibi. *quia hoc totum negotium,&c.* † At hæc eadem militat ratio in

3 legatarijs & fideicommissarijs,quibus in testamento legata & fideicommissa relinquuntur, & tamen testes adhiberi possunt.d.l.qui testamento,versic.*Quod in legatario.*& in §. legatarijs, inf. eod. ergo & heres poterit testis esse, item & illi qui in eius sunt potestate,cum cõgrua differentiæ ratio reddi nulla possit.

4 Sed eo argumento non obstante, neque scriptum heredem, neque illum qui in potestate eius est,neque patrem ipsius qui eum habet in potestate, neque fratres qui in eiusdem patris potestate sunt testes esse posse dicendum est; qui tamen non ideò prohibentur, quòd hæc res sua sit in qua testimonium dicere non valent.Ex dict.l. nullus. quod putauit Conan. d. lib.9. cap.3. num.5. Charondas lib. 2. verosimil. capit. 10. post aliorum communem opinionem, quod sanè si verum esset,& legatarij etiam excludi deberent, vt paulo ante diximus. Sed quia totus iste testandi actus geri & agi creditur inter ipsum he-

redem

redem & testatorem, quod eleganter explicat Duar. ad titulum. D. eod. cap. de testibus, colum. 3. in princ. oportetque alium esse actorem, alium actionis testem. Quemadmodum olim quo tempore per æs & libram, id est per imaginariam quandam venditionem testamentum fiebat, iuxta principium huius tit. oportebat alium esse emptorem, alium esse emptionis testē, ex tex. hic, versi. *Licet*. Vlpiano dict. tit. 20. versi. *Qui in potestate*, & sequentib. induci possunt verba eiusdem Vlpiani in l. pupillus. 5. versic. *Item ipse tutor & emptoris & vendi toris officio fungi non potest*. D. de auct. tut. sic etiam & hodie ipse heres institutus excludi debet: item & personæ ei coniunctæ, nec in obscuro est prohibitionis huius ratio, siquidē filij institutio patri lucro & commodo est futura, cum ei omnia iure quærantur quæ filius acquirit. §. igitur liberi, infrà per quas personas. Et in consequens pater heredis in sua causa, fratresque in causa patris testimonium dicerent, quod ius non patitur, ex dict. l. nullus. cū relatis, idque est quod Iustin. hic insinuare videtur illis verbis: *Ibi quodammodo testimonium præstare*. Sed quamuis hæc ratio hactenus recepta sit, controuerti potest, siquidem constat tempore Iustin. maximè tamen sæculo editionis harum institutionum fuisse iam abrogatū ius illud, de quo in l. placet. 78. D. de acquir. hered. vt apertè docet Iustinian. in dict. §. Igitur liberi, & inde eam rationē, obiter & aliud agens refellit Pinellus in l. 1. prima par. nu. 16. C. de bon. mater. quinimo etsi in persona fratris ratio illa vigeret, in fratribus tamen nō multum haberet momenti, quibus nihil inde protinus quæreretur. Dici ergo poterit propter vinculum, & vnionem personarum ratione patriæ potestatis earum testimonium in testamento non fuisse admissum, quod ex verbis huius tex. §. Pater versiculo. *In testibus*, inf. eodem, Et ex toties inculcata patriæ potestatis mentione necessariò colligitur, quæ vna efficit, vt pater & filij, & fratres sub eiusdem potestate constituti vnum corpus & vnam personam referant & repræsentent iuris interpretatione quoties alicuius ex eis res agitur, negotiumque geritur, vt non obscurè docet Aristoteles, lib. 5. Ethicor. cap. 6. Iurisconsultus in l. pronunciatio. 195. §. familiæ. D. de verborum significatione. Et clarè innuere videtur tex. iste in præcitatis verbis: *sibi quodammodo testimonia præstare*, qua etiam ratione interpretanda sunt & altera eiusdem huius nostri §. verba. *Nec alijs personis quæ ei (vt dictum est) coniunctæ sunt*, quæ sanè non de coniunctione sanguinis sunt accipienda, sed de ea, quæ per patriæ potestatis nexum contingit, vt constat ibi, *vt dictū est*, & ibi. *Et eos qui per patriā potestatem ei coniuncti fuerant*. Et iterum ibi. *Et ijs qui per potestatem ei coniuncti fuere*.

5 Ex qua obseruatione fit, fratrem emancipatum posse adhiberi testem illi testamento in quo eius frater heres scriptus est. Constat etenim per emancipationem patriæ potestatis vinculum, & familiæ vnionem dissolui. §. præterea, vbi latè supra, quibus modis ius patriæ pot. soluitur.

6 Hinc etiam non sine ratione est quod docet Conanus dicto libro nono cap. 3. numero 43. versiculo. *Idcirco*, filium matri testanti, aut auo materno, vel etiam patri emancipato testem esse legitimum, cum inter eos nullum sit potestatis vinculum, ex titulo supra de patria potest. §. fœminæ. de adoption. §. cæteri, infra de hered. qual. refertur enim totum hoc prohibitionis impedimentum ad patriam potestatem, vt iam diximus. Vnde cum huiusmodi personæ non sint expressè prohibitæ, consequens est esse admittendas ad testimonij dictionem propter regulam. d. l. 1. D. de testibus. Quamuis negandum non sit propter affectionis & sanguinis vinculum non nihil earum testimonium eleuari, vt in fratribus contendit Ioan. Robertus, lib. 2. senten. cap. 3.

7 Hodie verò eo iure vtimur vt non tam patriæ potestatis habeatur ratio, quam sanguinis & coniunctionis, itaque repellendus erit à testamentario testimonio qui heredi scripto intra quartum gradum consanguinitatis coniunctus fuerit, ex d. l. 11. ad fi. tit. 1. par. 6. vbi explicat Greg. & est videndus Alexand. consil. 47. in princip. vol. 2. Vnus tamen excipitur casus. d. l. qui testamento. 20. versic. *Per contrarium*. D. hoc tit. nam filio iure militari testanti pater est legitimus testis, quod comprobatur, in l. 14. ad fin. tit. 16. par. 3.

§. *Legatarijs*. 7.

1 *Legatarij & fideicommissarij, & qui ex eorum sunt fam. testamentarij testes esse possunt.*

2 *Testis idoneus nullus in re sua est.*

3 *Fideicommissarius, idem quod heres nouo iure.*

4 *Testes testamentarij adhibentur propter solemnitatem.*

5 *Legatarij non sunt principaliter testes in re sua, sed per consequentiam.*

6 *Propria causa est in qua per consequentiam commodum resultat.*

7 *Legatarij & fideicommissarij testes idonei in testamento in scriptis, non verò in nuncupatiuo, secundum Cona. & Fornerium.*

8 *Quibus verbis testator roget testes, quando in scriptis testatur.*

9 *Noster textus tam in testamento nuncupatiuo, quam in testamento in scriptis admittendus, contra Conanum, & Forner.*

10 *Vera ratio cur legatarij & fideicõmissarij idonei testes sint, quia non iuris successores sunt*

11 *Testes testamentarij non nisi voluntariè adhibentur.*

12 *Legatarij idonei testes etiam, vbi ex vi statuti duobus testibus valet testamentum.*

13 *Idem iure Regio contra Tellum & alios,*

14 *Fideicommissarij particulares testes idonei in testamento non verò vniuersales, & quare.*

1 LEgatarij & fideicommissarij quique ex eorum familia sunt testes testamentis adhiberi possunt. idem in l. qui testamẽto.20.in princip. D. eo. in l. dictantibus. 22. C. eo. in l. siquis ita. 15. D. de rebus dub. consonat. l. 11. tit. 1. part. 6. explicant latè Duar. d. c. de testibus, col. 3. versi. *Alia est causa.* Cona. dict. l. 9. cap. 3. nu. 5. Menoch. de arb. casu. 106 nu. 14. Mascardus de probationibus conclus. 1358. nu. 6. & 7. Gracian regula. 461. & post Paz in l. 3. Tau. nu. 843. Matiençó in l. 1. glos. 8. nu. 9. tit. 4. lib. 5. recop. Portoles, in scholijs ad Molinum. 4. par. §. testamentum num. 8.

2 Quæ tamen sententia grandem patitur difficultatem, nam si certissimi iuris est in causa sua propria idoneum testem esse neminẽ. l. nullus 10. D. de test. lib. l. omnibus. 9. C. eodem. l. 18. tit. 16. par. 3. exornat latè Mascardus dict. conclus. 1358. per tot. quæ proprior causa legatario quam conseruatio testamenti, quod sanè nullum erit si ipse testis non est, & inde ipse legatum amittet ex vulgatis quo sanè argumento valde nostri vbique conturbantur.

3 Sed & illud non leuius est, contra hunc eũdem §. dum in eo fideicommissarium idoneum testem Iustinianus asserit, nam si inter fideicommissarium & heredem hodie post Trebellianum nullum est discrimen. §. restituta, inf. fideicommiss. hered. & re ipsa, ipsoque effectu tanquam heres conueniri potest, etsi non directis, vtilibus tamen actionibus, quid quæso est cur heredem à testamẽtario testimonio arceamus in §. sed neque heres, sup. eodem fideicõmissarium non item.

4 Quibus argumentis vt occurrant interpretes valde laborant, vt constat ex iam relatis, & Lorioto de apicibus iuris tractatu de testam. ordinan. Axiomate. 14. & 15. Fornerio lib. 2. Select. cap. 12. Alij eam esse rationem existimant, quia tot testes in testamento adhibentur propter solemnitatem tantum, non veritatem, itaque vacillans & suspectum legatarij testimonium tantæ solemnitatis, & aliorum testium interuentione adiuuabitur, argumento. l. si quis ex argentarijs. 6. §. cogentur. D de edendo: Sed quid dicemus cum omnibus est legatum? nec enim certo numero se lex adstringit, sed simpliciter ait legatarios

5 posse esse testes. † Alij in consequentiam tãtum legatarios testes esse dicunt, nam cum totum hoc testamenti negotium inter heredem & testatorem agi constet principaliter, ex Iustinia. in §. sed neque, sup. eod. Legatarius & fideicommissarius rectè adhibebuntur, argum. l. primæ. D. de author. tutorũ. Est enim quod principaliter agitur semper attendendum, nõ

6 quod in consequentiam. † Sed neque ea solutione eneruatur difficultas, dict. l. nullus, d. l. omnibus. quoniam causa propria est in qua etiam per consequentiam commodum alicui redundat. l. 1. §. in propria. D. quando appellã. sit l. 2. §. sed si alius eod. tit. l. ab executore. 4. §. 1. D. de appell. notat in specie Fornerius dict. cap. 12. Duare. d. cap. de testibus, col. 4.

7 Quare alij eam controuersiam dirimũt, discrimen constituentes inter testamentũ in scriptis, & nuncupatiuum, vt idoneus testis legatarius sit in testamento inscriptis, non autẽ in nuncupatiuo, quæ sententia ratione nõ caret, cessat enim verisimilis affectio & corruptio, de qua diximus, quia cum testamentum in scriptis fit legatarius ignorat quid in eo testamento contineatur, fit enim testamentum in scriptis secundum formam à Iustiniano traditam in l. hac consultissima 21. C. h. t. in l. 2. tit. 1. p. 6.

8 † Quia testator tabulas clausas & complicatas tenet, ostendit eas, & exhibet testibus præsentibus obsignandas: *Hæc est*, inquit, *vltima mea voluntas, quam ego his tabulis descripsi, hoc est meum testamentum rogo vos vt vestris sigillis, obsignetis*, testes obsignant id testamentũ quãuis quid contineat non intelligant, nihil ergo prohibet testem legatarium adhiberi, cũ aperitur testamentum secundum formam edicti Prætoris, de qua in titulo. D. & C. Quemadmod. test. ap. tit. 2. par. 6. is sine periculo potest chirographum suum recognoscere, ignorans an sibi aliquid relictum sit, an non: nullum est igitur periculum ne corrumpatur, & pro testamẽto testimonium dicat. Quod si vrgeas hãc etiam rationem in herede locũ habere, qui cũ in scriptis testamentum sit, nihilo magis, quã legatarius, quæ in eo continentur scit, quẽ tamen constat idoneum testem non esse; fateor sanè eandem rationem in herede esse, sed alia repellitur à testimonio dicendo in testamento, quia hoc totum negotium inter testatorem & heredem agi videtur, & quia est iuris successor, & quia locum tenet defuncti: quod latiùs expendit Duare. dict. cap. de testibus col. 3.

Pro hac opinione quæ & Conano, & Fornerio iam relatis non displicet, potest induci noster tex. in quo etsi indistinctè Iustin. legatarios idoneos testes esse in testamento dicat, loqui tamen non de testamento nuncupatiuo, sed de scripto satis contextus ipse ostendit, cum ex initio huius tit. tradat formã testamẽti conficiendi inscriptis, quam persequitur vsque ad §. vltimum, inf. vbi tamẽ sic ait. *Sed hæc de te-*

de testamentis quæ scriptis conficiuntur sufficiunt, si quis autē sine scriptis, &c. Quibus verbis aperte ostendit, quicquid ante scripsit ad testamenta quæ fiunt inscriptis pertinere, de quo etiam testamento accipiendum esse Martiani respōsum in d.l. si quis ita. 15. Ostēdunt illa verba: *Testamentum signauerunt.* Alia præter hæc pro hac sententia considerant Duaren. & Conna. vbi sup.

9 Sed ego existimo tam generalem decisionē non esse ita strictè accipiendā, vt in testamento inscriptis tantum intelligatur. Contendo igitur, & in eo, & in nūcupatiuo eam admitti; nec moueor. d. §. fin. inf. eod. verum est enim omnia quæ hūc vsque à Iustin. dicta sunt testamento in scriptis proprijssimè conuenire, bona tamen pars eorum communis est etiam testamento nūcupatiuo huiusq; generis sunt, numerus & qualitas testium: aliter enim cogeremur fateri mulierem, impuberem, & alios intestabiles qui testamento inscriptis non adhibentur ex §. testes, sup. non repelli à nuncupatiuo, quod tamen nemo ferat, si modo sapiat.

10 Quid ergo in tanta difficultate dicendū est? quicquid alij docuerint, ideō legatariū admitti aio cum Iustin. quia non iuris successor est, vt heres qui ea ratione repellitur, cum iuris fictione vna cum defuncto persona existimetur, authen. de iure iuran. à mor. præst. in princ. dicitque legatarius testimonium, non de legato sibi relicto, sed in causa tantum testamenti; Neque tunc offendor per consequentiam cōmodum legatario resultare conseruatione testamenti, vt sup. diximus; quoniam id vltima-
11 rum voluntatum fauor efficit, † vt insinuat Iustin. hic, ibi. *Et hoc specialiter eis concessimus*, cuius specialitatis illa potest commendari ratio, quoniam testis testamentarius non nisi voluntarius esse potest. l. qui testamēto 20. in fi. D. eod. authent. rogati. C. de testibus. At si legari illi non posset, quia de illius ageretur incommodo inuitus semper præsumeretur. l. inuitum. 4. D. de seruit. vrban. quā explicat Conna. lib. 4. cap. 9. nu. 14. ne igitur testamentum deficiat, legatarij (cum non sint successores iuris, nec principaliter de illorum cōmodo agatur) testamento authoritatem præstare possunt, & per consequentiam hereditatis legatū consequi, quod in cæteris testibus non procedit, qui nec per consequentiam testes admittuntur, quia illis etiam inuitis negotium geri potest, quod nouissimè considerat Pet. Lorio tus. d. axiom. 15.

12 Ex qua obseruatione contendo idem ius esse admittendum etiam vbi ex vi statuti testamentum duobus tantum testibus valet (vt apud Aragones cautum resoluit Portoles. d. §. testamentum, nu. 7.) cum legatarium ad testimonium admitti, non ex numero testium, sed ex alijs rationibus oriatur, vt cum Greg. in d. l. 11. tit. 1. par. 6. & Matienço d. glos. 8. nu. 10. resoluit post longam disputationē idem Portoles vbi sup. nu. 9. contra Tellum Ferdinan. & alios.

13 Contra quem idem sine scrupulo iure Regio Hispano resoluit Matienço d. glos. 8. n. 10 & sequent. siue testamentū inscriptis, siue nuncupatiuè fiat, quod & mihi placet.

14 Non obstat secūdum argumentum ex d. §. restituta, nam vt cesset, cum Accurs. hic communiter recepto, dicendum est, nostrum text. de fideicommissarijs non vniuersalibus qui iuris successores sunt, d. §. restituta, sed de particularibus intelligendum esse, quorum differentiam satis colliges ex integris illis tit. inf. de fideicommissarijs hereditatibus, & de singulis rebus per fideicommissum relictis, & latè prosequitur Padilla in rubr. C. de fideicōmis. Sed posset forsan tentari hoc ius & ad vniuersalem fideicommissarium esse extendendum, quoniam etsi iuris successor sit, hoc ita verum est postquam iam est ei ab herede restituta hereditas, iuxta d. §. restituta cum similibus. interim tamen & ante restitutam hæreditatē nec personam refert testatoris, nec negotium testandi geritur inter fideicommissarium & testatorem, sed inter heredem & testatorem, vt diximus in d. §. sed neque heres, sup. eod.

§. *Nihil autem.* 8.

1 *Testamentum quacumque in materia scribi potest.*
2 *Instrumenta à tabellionibus qua in materia confici debeant, & num.* 9.
3 *Testamenta olim tabulis tantū ceratis scribebantur, vnde tabularum nomen retinuerunt.*
4 *L. chartæ. 4. D. de bon. possess. secundum tab. epistographum quid sit, remissiuè.*
5 *Testamentum quibuscunq; literis, & notis scribi potest, & n.* 8.
6 *Testamentum quacunque lingua scribi potest.*
7 *Militis testamentum quibuscunque notis scribi potest, testamentum etiam ad pias causas.*
8 *Notæ, quas vulgo dicimus*, cifras.
9 *Tabelliones tenentur protocollum penes se seruare, & quotannis nouum conficere, aliàs puniuntur arbitrio iudicis.*
10 *Iure Regio amissione militiæ multantur.*

1 QVacunque in materia testamenta scribantur valida sunt. idem in l. 2. §. ad causam. D. quemadmodum testam. aper. l. 1. l. chartæ. 4. D. de bon. poss. secun. tab. l quoniam indignum. 15. ad fin. C. hoc tit. l. 12. in princip. ti. 1. par. 6. Adde Fornerium lib. 2. Selectio. ca. 9.

Sed obstare videtur, nam vt ex Vlpia. in Institutionibus, tit. 20. versic. *In testamento* deducitur, ibi: *Hæc vti his tabulis cerisve scripta sunt, &c.* Testamenta non nisi in tabulis scribi debebant,

bebant, cum tabularū appellatione passim testamenta intelligātur, & à Iurisconsultis in titulis. D. & C. de bon. possess. secundum tabul. & contra tab. & inf. de bon. possess. & ab alijs bonis autoribus.

2 Præterea videbatur obstare, testatoribus nō permittenda, quæ tabellionibus non concedū tur, sed tabelliones instrumenta sua non in deletitia charta, sed in munda conficere debent, tex. in §. illud. & §. sequent. sub authent. de tabellionibus & notarunt post Ioan. Fab. recentiores hic: ergo contra nostrum tex.

3 Sed dicendum est his non obstantibus, quacumque in materia testamenta scribi posse, ex nostro tex. & similibus. Quoniam etsi olim tabulis tantum ceratis scriberētur, qui antiquissimus mos scribēdi fuit, posteà tamen alijs materijs adinuentis in quacunque scribi cæperūt, vt & alia omnia quę vt posteritati mandarentur literis commendabantur, qua de re, & de multiplici chartarum vsu post Plinium, lib. 13 c. 12. pulchrè Alexand. ab Alex. lib. 2. dierum genial. ca. 30. vbi in notis plura tradit Tiraq. Ob id autem quod humana industria alijs materijs adinuentis testamenta in membranis, papyro, pergameno, corio, & alijs instrumentis scriberentur tabularum primum nomen non amiserunt, vt ex dictis titulis constat, & Iulio Paulo, lib. 4. senten. tit. 7. vers. vlt. quamuis & aliæ sint tabularum significationes quas adducit Cælius Rhodig. lib. 7. antiqua. lect. c. 20.

4 & 21. † Quid autem sit Opistographum, in quo similiter testamentum scribi posse docet Vlpian. in d. l. chartæ. Et quid noua charta, quamuis, ibi. non assequatur Accurs. explicant tamen Alciat. lib. 2. dispunct. ca. 29. Budeus cuius hic meminit Vigl. Alexand. ab Alex. dict. cap. 30.

5 Quibus addendum est, quod quemadmodū nihil interest in qua materia testamentum scribatur, ita etiam quibus literis & notis scribatur nihil refert, dummodo consuetæ sint & voluntatem mentemq; defuncti satis exprimāt,

6 d. l. quoniam indignum. 15. C. eod. † quemadmodum & quacunque lingua scribi posse receptum est. d. l. hac consultissima. 21. §. illud etiam. C. hoc tit. vitiabatur tamen si notæ nō sunt literæ, quia testamentum literis scribendum est. l. sed cum patrono. 6. D. de bon. possess. in §. notis. Late Mincha. de succes. creat.

7 §. 15. nu. 5. cum sequent. † quamuis in milite contra habeatur. l. Lucius. 41. D. de milit. testamen. quoniam vtcunque de militis voluntate constet illud pro testamento habetur, text. in

8 princ. inf. tit. 1. † Et in testamento ad pias causas idem receptū testatur Mascard. de probationib. concl. 1171. nu. 11. notas autem voco verborum quædam compendia, vulgò *cifras* iuxta. l. quoties. 9. §. sed & si quis. D. de her. red. instit. cifras autem appello, vulgò, *abreuiaturas*, de quibus Iustinianus in epistola, de iuris dicēdi ratione. §. illud, vers. *Vt nemo audeat*, iuxta quam omnino videbis Cuiac. lib. 3. obseruat. ca. 3. & lib. 12. c. fin. Nisi huiusmodi notæ sint numerariæ, & apud omnes vsitatæ, quemadmodum cum duplici. cc. numerum ducentorum intelligimus, tunc enim per commu nem vsum & ciuilem interpretationem defen detur testamentum per notam scriptum, secus si per notam priuatam & testatoris capite inuentam, iux. d. l. quoties. §. sed & si quis, quem sic intelligi volo.

9 Non obstat secundum, ex d. §. illud, authen. de tabellionibus, quoniam, vt rectè hic nu. 5. Viglius aduertit, illa decisio Constantinopoli tantum obtinebat, & eius nulla est hodie obseruatio. Præterea Iustinian. ibi non agit, qua in materia scribenda sint instrumenta, sed illud, vt quæ conficiuntur, semper in illa charta scribātur, quę *protocollum* dicitur, quod olim significabat quandam in chartę capite notam, signumque, quo videlicet artifice, quovè tempore ea confecta fuerit, cum Comitis sacrarū largitionum nomine, nunc traductū est ad indicem memorialēque tabellionis scripturam qua in codice aliquo gesti actus substantia breuiter adnotari consueuit; tenentur ergo, vt ex d. §. illud. deducitur, tabelliones omnes & notarij penes se protocollū seruare, & illud quotannis nouum reficere, quod nisi fecerint, pœna iudicis arbitrio plectuntur, vt notat Menoch. lib. 2. de arbit. cent. 3. casu. 370. Quamuis apud nos eo ipso in amissionem militię incidant. l. 13. tit. 25. lib. 4. nouæ collect. regiæ.

§. Sed & vnum. 9.

1 *Testamentum pluribus exemplaribus conscribi potest, & quare.*
2 *Exemplaria qualia esse debent, vt eis fides adhibeatur.*
3 *Miles cum duobus testamentis decedere potest.*
4 *L. fin. D. quemadmo. testam. aper. l. 1. §. si quis in duobus, D. de bon. poss. secundum tab.*
5 *Exemplari simplici, nulla fides adhibetur.*
6 *Codex, quid significet, remissiuè.*

1 TEstamentum pluribus codicibus & exēplaribus conscribi potest, idem deduces ex l. vnum. 24. D. hoc tit. l. fin. D. de his quæ in testam. del. l. si in duobus. 10. l. si quis fecerit. 12. D. quemadmo. testam. aper. l. Sempronius. 47. D. deleg. 2. l. 1. §. si quis in duobus. D. de bon. poss. secund. tab. consonat. l. 12. tit. 1. par. 6. l. 3. §. 1. D. de tabul. exhiben.

Sed grauiter obstare videtur, quoniam (vt mox dicemus) ideò pluribus exempli testamentum scribi potest, quoniam si vnicum esset facile occultari, vel supprimis, aut aliquo casu amitti posset, sicque testator fieret intestatus:

status: sed exemplo nunquam creditur, neque ex eo dari potest bonorum possessio. d. l. fin. D. quemadmod. testam. aper. d. §. si quis in duobus, vers. *Sed si vnum fecerit*: ergo inutile erit pluribus exemplis idem testamentum confi-cere.

Cui difficultati, vt satisfacias, præmitte maxime testatorum interesse, vltimam suam voluntatem pluribus conscribere exemplaribus, tum quòd si vnicæ essent tabulæ, vnicumque testamentum facile sane occultari, & supprimi ab heredibus ab intestato venientibus posset, argumento. l. si in duobus. 10. §. si tabulæ non compareant. D quemadmo. testamen. aper. posset & incendio & alijs casibus intercidere, & chartis etiam mures insidiantur. d. l. 1. §. fin. D. de bon. possess. secund. tab. cū etiam, quod testamento completo pater fam. nauigaturus est, in remotam aliquam prouinciam negotiationis ergo, aut in bellum cum alterius procul distantis regionis populo gerēdum, ei proficiscendum est; sintque homini plurima etiam ex homine mala teste Plinio in præfatione naturalis histo. lib. 7. viri prudentis officium erit & secum ferre, & domi, iudiciorum
2 suorum contestationem relinquere. † Sed oportet omnes, vt id recte eueniat, eadem obseruatione fieri, vt Iustinia. hic aduertit, id est, æquè subscriptas esse & signatas, vt nō minus solemnia sint exempla quam est ipsum archetypum. d. §. si quis in duobus, ibi. *In duobus codicibus simul signatis*, alioquin parum fidei haberet exemplum sine authentico. l. quicunque. 2. D. de fide instrum. Item etiam iuxta eundem tenorem omnes codicillos scriptos esse necessarium est, nam si dissideant sese inuicem subuertunt. l. cum proponebatur. 64. D. de leg. 2. l. vbi repugnantia. 188. D. de reg iur. nisi facile posset conciliari differētia, veluti si ea sola sit in quantitate, licet enim minorem sequi. d. l. Sempronius. 47. D. de leg. 2. neque hoc casu disputandum est, hisce ne exemplis credendum sit, an vtri eorum magis, hic enim neutrū est typon, sed vtrumque prototypon est, vt in d. l. vnum notat Accurs. verb. *Exemplis*. Vnde cū tunc vnum tam sit testamētum licèt pluribus conscriptum exemplaribus, non erit locus decisioni. §. posteriore, inf. quibus mod. testam. infir. est enim quodcunque eorum postremū. d. §. si quis in duobus, ibi. *Et postremum vtrumque accipiemus*. Et ideò vno non infirmatur alterum. Aliàs enim si duo essent testamenta, nō sub eisdem testibus, eodem tempore & eadem solemnitate confecta subsistere non possent,
3 qui arepugnat quē † nisi miles sit, cū duobus testamentis decedere. l. quærebatur. 20. D. de milit. testam. quam bene explicat Matienço in l. 8. glos. 1. nu. 2. tit. 4. lib. 5. recopil.

4 Ex quibus constat interpretatio tex. in d. l. fin. D. quemadmo. testamen. aper. d. §. si quis in
5 duobus, vers. *Sed si vnum*. † Quia ea iura loquuntur de eo exemplo, quod testator non quasi testamentum, sed quasi simplex exemplum habere voluit, iuxta d. l. 2. in princip. D. de fidei instrumen. dicturque apud nos, *simple trasslado*, cui fides nulla adhibetur, cū oporteat omnia exemplaria siue codicillos eandem habere obseruationem, ex hoc tex. & magis ex d. l. 12. ibi. *E estas cartas deuē ser fechas en vna manera, selladas de vnos sellos mismos, e de tantos la vna como la otra, de guisa que acuerden las vnas con las otras*.

6 Quæ autem sit huius vocis *Codex* significatio, qua non multum propriè Iustinia. hic vtitur, & Iurisconsul. in d. l. 3. §. 1. D. de tabul. exhib. explicat Hotoma. enuntiatione. 2. in præsenti, & ex Marco Varrone, cap. 55. de re rustica obseruat Fornerius lib. 2. selectionū. c. 9.

Opportune verò posset hic disputari, an quem admodum vni licet suum testamentum in plures codices conferre, sic pluribus liceat sua testamenta in vnū codicem redigere, quāque in præsenti negatiue resoluunt Hotoma. vbi sup. Viglius. nu. 3.

§. *Sed hæc quidem* 10. *& vltimò.*

1 *Testamentum nuncupatiuum, quod, & quot testes & solemnitates requirat, & num.* 6.
2 *Testamentum nuncupatiuum, quamuis scribatur, nihilominus tamen nuncupatiuum est.*
3 *Consuetudo quamuis scripta nihilominus consuetudo est.*
4 *Scriptura fit ad probationē non ad obligationē.*
5 *Testamentum nuncupatiuum scribi & à tabellione confici, maximè vtile est.*
6 *Testamentum nuncupatiuum solam testiū præsentiam absque alia solemnitate requirit.*
7 *Bonorum possessio secundum nuncupationem quæ sit?*
8 *Nuncupatiuum testamentum fieri debet linguâ & voce testatoris.*
9 *Mutus qua ratione testari non possit.*
§. *Item surdus. Inst. quibus non est permiss.*
10 *Verbis quoties opus est, non sufficiunt signa.*
11 *Testamentum nuncupatiuum, quo casu absque nuncupatione defendatur.*
12 *Fideicommissa etiam nutu, & signis relinquuntur si testator loqui non potest.*
13 *Legata verbis relinquuntur.*
14 *Testator interrogatus à tabellione si respondeat sic, an testamentum valeat, remissiuè.*
15 *Iure Regio in testamento nuncupatiuo requirūtur septem testes, si testes vicini non sunt.*
16 *Quinque testes vicini, si testium copia adest necessario requiruntur.*
17 *Tres testes sufficiunt si vicini sint, & eorum copia non est, nec tabellio commodè haberi potest.*
18 *Incolis & vicinis cuibus maior fides, quam exteris adhibetur.*

19 *Ru-*

19 *Rustici testamentum hodie tribus tantum testibus confici potest..*
L. fin. C. de testamentis, correcta est iure Regio.

HActenus de testamentis in scriptis & eorum solemnitatibus dixisse cum Iustin. sufficiat, quia verò est & alia non infrequens testandi forma quæ ex ipsa re natam appellationem est assequuta, † dicturque nuncupatiuum testamentum, quia in eo nulla scriptura opus est, sed per nuncupationem omnia viua voce testatoris ordinari debent, eam nunc Imperator proponit, docēs quo casu quis sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentum septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, perfectissimum testamentum iure ciuili, firmumque constitutum relinquere, idem deduces ex l. hac consultissima. 21 §. per nuncupationem. l. in testamentis. 26. l. iubemus. 29. C. hoc tit. l. heredes palam. 21. D. eod. l. 1. ibi. *Sed solummodo nuncupatus.* D. de her ed. instit. l. si ita scriptum. 8. §. fin. D. de bon. possess. secun. tab. l. si. C. de codicillis. l. 1. tit. 1. par. 6. l. 103. tit. 18. par. 3. explicant Duare. ad tit. D. eod. cap. *De testamento nuncupatiuo.* Conan. lib. 9. cap. 1. nu. 3. & 4. Petr. Grego. 3. par. Syntag. lib. 42. cap. 5. omnes Tauristæ in l. 3. Taur. Matienço, & Azeuedo in l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil. vbi plurima plena manu congerunt.

1

Sed obstare videtur, nam vti constat ex Speculatore, tit. de instrumentorū editione. §. cōpendiosè, & magis ex recepta cōsuetudine ab omnibus ferè gentibus admissa hoc testamentū, quod nuncupatiuum appellamus à tabellione semper scribitur, eaque est eius forma ex d. l. 103. tit. 18. par. 3. At nuncupatiuum propriè illud dicitur, non quod scriptura quis contestatur, sed quod proprio ore & lingua, & voce profert, vti ex bonis autoribus defendit Conan. d. c. 1. nu. 3. contra Alciatum. lib. 2. parerg. ca. 32. quem hic retulit Mynsing. num. 3. eum omnino non improbans, & satis probatur ex d. l. heredes palam, cum similibus: ergo nuncupatiuū testamentum hoc appellari nō debet.

2

Sed facilis est huius modi solutio, si quidem constat pluribus in casibus, in quibus scriptura opus non est, eam tamen fieri rectè posse, nec ideò primordialem actus naturam mutari:

3

† quod maximè in consuetudine contingit, quæ quidem ius non scriptum appellatur. §. ex non scripto, vbi diximus supra de iure naturali gent. & ciuili: & tamen si scribatur, non desinit esse consuetudo, teste Bar. in l. 2. in princip. D. de vulg. substitutio. & in l. de quibus. 1. & 2. lectura. nu. 8. D. de legibus † frequentius enim scriptura fit ad probationem, vt vulgò deducunt & notant interpretes ex l. contrahitur. 4. D. de pignorib. Igitur quamuis frequentissimè soleat testamētum nuncupatiuum

4

scribi, id tamen non fit, quia in eo scriptura sit necessaria, & vt valeat, sed ne temporis interuallum, & aliorum negotiorum intermixtio testibus auferat memoriam, tuncque scriptum non faciet huiusmodi testamentū non dici nūcupatiuum, quod tamen apud nos *abierto*, appellatur. Vt hac sola nota discernamus illud, ab altero omni solemnitate pleno, quod in scriptis iuris autores passim vocitant, nos verò. *Cerrado.*

5

Quinimo non parum semper confert ad facilioré probationem nuncupatiuum hoc testamentum scribi & coram tabellione factum esse, sola enim illius productio absque aliorum testium examine sufficiens probatio est, vt de generali consuetudine suis temporibus recepta firmat gloss. magna. in l. fi. C. de fideicōmiss. quam receperūt plures, quos refert Mantica lib. 1. de coniecturis, tit. 6. nu. 6. Mascard. de probationibus, concl. 1353. nu. 59. Ceuantes in d. l. 3. Tau. n. 32. eoque iure vtimur.

6

In hoc autem testamento non exigimus i miam illam solēnitatem obsignationis & subscriptionis quæ in illo in scriptis desideratur, sed solam testium septem præsentiam ex hoc tex. & similibus. Et l. 3. Tau. l. 1. l. 2. tit. 4. lib. 5 recopil. † sicque firmissimum erit testamentum & secundum quod petere poterit heres bonorum possessionem, quam secundum nuncupationem appellant Cæsares in l. 2. C. de bono. possess. secund. tab. non aliter quàm heredi scripto decernitur bonorum possessio, quæ dicitur secundum tabulas, id est, secūdum testamētum scriptum tex. in §. 1. sup. de bon. possess. Vtrumque complectitur Iurisconsult. in d. l. si ita scriptum. 8. §. fin. D. de bon. possess. secundum tabul.

7

Illud tamen omnino necessarium est, ex vi & propria significatione verbi, *nuncupare* quā accuratè explicat Conna. d. ca. 1. nu. 3. nuncupatim hoc testamentum fieri debere, id est, lingua & voce testatoris, quod apertè significat tex. noster. ibi. *voluntate coram eis nuncupata.* Et clarius idem Iustinianus, in d. l. iubemus. 29 vers. *sin autem*, & vers. *si enim*, & vers. *oportet enim omnino*, & d. l. heredes palam. 21. versic. *quid est palam?* d. l. 1. tit. 1p. 6 ibi. *Que se faze paladinamente.* † Qua ratione mutus non pertinet ad testamentum, quia voce & lingua nō potest animi & voluntatis conceptum testibus exhibere, quod eleganter notauit Vlpia. in Instit. tit. 20. vers. *mutus*, ibi. *quoniam verba nuncupationis loqui non potest.* Sicque intelliges tex. in §. item surdus. inst. quibus non est permiss. † Quoties enim non tantum voluntate, sed verbis opus est non sufficiūt nutus, aut signa. l. 1. §. siquis ita interroget. D. de verb. indeque necessario consequitur testamentum ad nutum & suggestiones testatoris factū iure non posse defendi, ex nostro tex. & proximè di-

8

9

10

11 mè dictis; † nisi fortè sciat scribere, & non posit voce, aut lingua & animi conceptū exprimere.d.l.iubemus. Et magis ex l. discretis. 10.vers.vlt.C.qui testam.fac. poss.& satis deducitur ex tex.in l.6.tit.3.part.6. & esse communem opinionem resoluit Coua.in cap. cum tibi.nu.4.de testamētis.Matiençó in d l. 1.tit.
12 4.glos.16.ex n. 1. † Fideicommissum autem ideò nutu relinqui potest. in l. nutu. 21. D. de leg.3.& in l.& in epistola.22.C. de fideicommiss. quia ex quibuscunque coniecturis facilè inducitur.l.cum proponebatur.66.versic. vlt.
13 D.de leg.1. † non sic delegato, quia constat legatum non valere nisi ex testamento.§. prętereà,inf.de fideicommiss.hered.& fideicommisso intellige nutu relicto ab eo tantum qui propter superuenientem morbum habet linguā præclusam,non sic si loqui possit, quamuis grauiter & difficulter ex d.l. nutu. & ex l. Labeo.7.in fi.D.de supellect.leg. & apertius, ex d.l.discretis.

14 Qua in re dubitari etiam solet,quid si ad interrogationem notarij respōdeat ægrotus, *sic*, an & tunc testamentum valeat, & glos. verb. *quemadmodum*,vers.*sed quid si alius*,in d.l. iubemus,valere respondet,cuius sententiam, communem esse testatur Suarez allegat. 1. nu. 24. Couarr.& Matiençó,vbi sup.

15 Hodie apud nos hæc testamenti nuncupatiui forma aliqua ex parte immutatur.l.1. tit.2. lib.5.ordinam.l.1.tit.4.lib.5.nouæ recop.quę erat.d.l.3. Tau. quibus probatum est in testamento nuncupatiuo, septem testium præsentiam similiter requiri, quemadmodum & iure ciuili,desiderabatur,& hoc si testes vicini, aut oppidani,siue incolæ illius loci vbi testamen-
16 tum fit,non sint: † quod si vicini sint quinque testes sufficiunt suntque omnino necessarij vbi testium copia commodè haberi potest, quo casu præsentia tabellionis non est neces-
17 saria: † neque vbi inopia testium est, si tres adminus qui vicini sint adsint testamento, & tabellio commodè haberi non possit.Constat igitur prædictis legibus ius antiquum Romanorum immutari, in testium numero & qualitate, in numero quia cum iure communi septē testes essent necessarij, hodie verò quinque, vel tres sufficiunt,vt paulò ante diximus. In qualitate quia siue quinque,siue tres sint,vicini esse debent.Itaque pro tanto testium nume-
18 ro, qualitas incolatus requiritur. † Et sanè merito incolis & vicinis ciuibus maior fides, quam exteris adhibetur, quia vicinorum facta magis scire præsumuntur argum.l.1.§.1.D.de fluminib. ex qua id expendit Matthæus de Afflictis, in cap. 1. §. si tres. de pace tenend. Decius cōsil.105.col.2.Greg.in d.l.1.ver.*ante fiete testigos*. tit. 1. par. 6. & post Bart. in l. 1. num.15.vbi etiam cæteri notant. D. si certum petatur,videbis Anto.Gabrielem.3.tom.com-
mun.opinionum.lib.1.tit.de præsumptionib.

19 Ex qua noua illarum Regiarum legū sanctione vides etiam antiquari.l.fi.C. de testam.quę probat in testamento rustici rure facto,ad minus quinque testes interuenire debere,aliàs testamentum nullum esse, & sup. diximus in §. sed tum paulatim, hodie autem vbi copia testium non est,tres qui sint vicini sufficient, vt contra Tellū Ferdinādez in d.l.3.Tau.n.4. & 5.obseruat ibi Ant.Gom.n.46.quem & cæteros interpretes ibidem Matiençó,& Azeuedo in d.l.1.& 2.tit.4.lib.5.recop.Mincha. lib. 3. de succes.creat.§.21.nu.20. videbis pro varijs quæstionib.quib.hic tex. illustrari potest.

Titulus XI.

De militari testamento.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Milites,& eorum priuilegia,dignitas,& origo remißiuè.*
3 *Militare testamētum, de quo in hoc titulo Militis,& iure militari factum esse oportet.*
4 *Paganus, qui in hostico deprehenditur iure militari testari potest.*
5 *Castrorum disciplina antiquior Romanis,quàm liberorum charitas.*
6 *Milites pluribus à Romanis fauebantur priuilegijs.*
7 *Miles est qui castra sequitur & belli necessitatibus est obnoxius,Hispanè* Soldado.
8 *Partitarum legum conditores incongruè dixerunt pro milite,* Cauallero.
9 *L.1.D.de militari testamento.*
10 Soldado,*vnde Hispanè dicatur,iuxta cōmunē.*
11 Pecheros,*Hispanè qui dicantur remissiuè.*
12 *Noua alia deductio Hispana huius verbi.* Soldado,*proponitur.*
13 *Militaria priuilegia hodie non dātur equitibus, id est,*a los caualleros,*sed militibus tātum hoc est,*a los soldados.
14 *Vtilis est huius tituli tractatio.*
15 *Aragones iure militari ferè testantur.*
16 *Militaria priuilegia hodie in vsu,quāuis magna ex parte veteres solemnitates sint sublatæ.*
17 *Militem sacramentum militare fecisse, fuisseq; in numeros relatū, & priuilegijs militaribus frueretur satis erat,contra Accursium. L.milites.45.D.ex quib.causs.maio.& l.ex militari.11.D.hoc tit.*
18 *Sacramentum militare duplex erat, & quale vtrumque apud antiquos.*
19 *Sacramētū militare etiā nostri milites præstāt.*
20 *Numerus militū quis esset olim, hodie dici potest:* El tercio de gente de guerra.

21 *Mi-*

21 *Militem in numeros referri nihil aliud est, quã in ordines & legionem certam redigi.*
22 *L. ex eo. 43. D. de militari testamento cõciliata cum l. vnic. §. fin. D. de bo. poss. ex test. milit.*
23 *Militaria priuilegia habent etiam qui maritimam militiam sequuntur.*

EX duplici temporum conditione, hoc est pacis & belli, tex. in 1
proœmio harum institutionũ, duplex similiter hominum, ac deinde testamentorum oritur differentia; qui enim domi reipublicæ quieti vacant, togati siue pagani dicuntur, illi autem per quos publicus illius status aduersus hostium iniurias & insultus conseruatur milites, vnde duplex testamenti genus consequutum est, vnum quod domi sit, alterum, quod militiæ: illud iustum ac omni iuris solemnitate absolutum esse debet; hoc in nuda & simplici voluntate consistit, de illo Iustinia. superiori titulo egit, de hoc in præsenti disputat. † Sed 2
antequam explicationem eius aggrediamur, quia interpretes & antiquiores & neotherici, tam hic, quam ad tit. D. eod. plurima de notatione verbi, *miles*, militiæ dignitate, & origine, & de militum priuilegijs, tam quoad ius testandi, quam quoad alia plura scripserũt. (Maximè Viglius hic, Duaren. & Vvesembechius ad hunc tit. in Pandectis, Cona. lib. 9. c. 5. ex n. 1. mirabiliter Pet. Greg. 2. p. Syntag. li. 19. ex c. 1. & seq. post Bart. & cæteros in l. cẽturio. D. de vulgari, Padilla in l. 1. C. de iur. & fact. ign. Iulius Clarus lib. 5. §. testamentum. quæst. 15. Paulus, consil. 414. Decius & Pet. Fab. in l. ius nostrum. D. de regul. iur. Tellus in l. 3. Tau. 1. par. ex nu. 10. Minchaca lib. 3. de succes. creatione §. 24. ex nu. 1. Mantica lib. 6. de coniect. vlt volum. cap. 1. ex nu. 1. Petr. Loriotus, de apicibus iuris, tract. de substitutionibus axiomate. 62. & 63. Cassaneus in Cathalogo gloriæ mundi. 9. p. consideratione. 1. cum sequenti. Ioseph. Mascard. de probationibus. 2. tom. conclus. 1057. & 1058. Hieronym. Portoles in scholijs ad Molinum. 2. par. §. miles. aliqua Ioan. Matienço in l. 6. glo. 2. tit. 17. lib. 5. recopil. & est omnino videndus tit. 21. par. 2. Petrus Dueñas reg. 55. limitatio. 5. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordin. col. 1317. Ioan. Rosinus lib. 10. Antiquit. Roma. per tot. Iosephus Gonçalez lib. vnico variarum quæstionum. c. 12. ex nu. 1.) quorum scripta inuoluere otiosum sanè erit, vnum aut alterum admonuisse sufficiet, quia ad huius testandi priuilegium maximè necessaria.

3 Quorum † primũ illud est, quæ in hoc tractatu de militis testamẽto notãtur, de illo proculdubio accipienda esse, quod & à milite, & iure militari confectum est, id quod sublatenter insinuant verba huius rubricæ, *de militari testamento*, & expressè docet Marcellus Iurisc̃ons. in l. Titius. 25. D. eo. potest enim aliquod & si militis testamentũ sit, esse nõ militare, vt si iure communi miles testari velit. l. 3. D. eod. 4
aut ante militiam testatus sit. d. l. Titius, † & à pagano etiam fit testamentũ militare, si in hostili loco deprehẽdatur, & ibi decedat. l. fi. D. eod. l. vnica, in princip. D. de bon. possess. ex 5
testam. milit. †. Planè cũ Romanis antiquior fuisset castrorum disciplina, quã liberorũ charitas teste Iulio Paulo in l. post liminium. 19. §. 6
§. filius. D. de captiuis. † Illis qui in castris & militia operam dabant summis beneficijs prosequentes concesserunt relaxationem â nimia illa & diligenti obseruatione, cum in varijs iuris ciuilis traditionibus, tum maximè in testamenti factione, vt constat ex hoc tractatu, & merito, debetur enim id honoris militari disciplinæ quæ & Populo Romano nomen, & ipsi vrbi æternam gloriam peperit, quæ etiam orbem terrarũ parere huic imperio coègit. Ideoque speciali edicto militantium testamentorum iura à togatorum & paganorum legibus separant Iurisconsulti ex principalibus constitutionibus. Tex. in l. 2. D. eod.

Aliud est etiã & hac in re obseruatione dignum, quod etsi in iure nostro *militiæ* nomen latissimè pateat, vt constat ex ijs quos sup. in princip. retulimus, indeque & plures milites sint, illum tamen hic militem appellari quicastra sequitur, & belli necessitatibus est obnoxius Hispanè dicimus, *soldado*. † Reprobanda enim est vulgo hactenus recepta quorumdam expositio, pro equite, vulgo, *Caualiero*. Quæ durior sanè est, & omnino barbara ex Lauren. Valla lib. 6. elegant. cap. 32. & si eam fuerint sequuti Regiarum legum conditores 9
tit. 21. par. 2. & in l. 4. tit. 1. par. 6. † Sed repugnat deductioni & notationi verbi, quam, & Iurisconsul. in l. 1. versic. *Aut à numero mille hominum*. D. de milit. testam. Et Rex Alphonsus in l. 1. versic. *E porende ouo este nome*. dict. ti. 21. par. 2. (cui adde Ioan. Garciam de Hispan. nobilitate, glos. 2. nu. 34.) obseruauerunt, vbi ideò militem sic dictum esse aiunt, quasi millesimus, id est, ex mille hominum numero lectus, sic enim olim milites creabantur, quod latè omnes sup. relati comprobant, & non congruit ei quem nos dicimus, *caualiero*, recte tamen illi quem appellamus, *soldado*. Cuius dictionis etymologium longè aliam ego, quam 11
passim traditam, esse existimo: † vulgo nãq; circũfertur *soldado* dici, quia pro certa mercede, vulgò, *soldada*, militię nomen dabat, & belli pericula subibat, quã quidem ei qui domi reipublicæ quieti vacantes remanebant soluere 12
tenebãtur, quod Hispanè, *pechar*, dicitur, † vnde sunt qui putẽt, *pecheros*, dici, qui hoc quasi tributum militibus soluebant, vt latè considerat Io. Garcia. li. vni. de Hispana nobilit. gl. 6. ex n.

ex n. 1. quod ad alia tributa tractum est: vnde quia pro illa mercede, ideſt *ſoldada*, militabat,
12 militem, *ſoldado*, appellari creditur: † quia & ſi miſi nō multū diſpliceat, aliud verius agnoſco, ex I.C. in d.l.1. in fi.D.de milit.& d.l.1.t. 21.p.2.vt quemadmodū miles, qui ex mille homiñū numero lectus eſt, dicitur, ita *ſoldado*, qui ex pluribus ſolus dedit militię nomen, vel qui ex pluribus ad belli pericula ſubeūda ſolus datus eſt, paucis literis ademptis & mutatis, illorum tamen, vt & id obiter dicam, opinionē nō probo, qui exiſtimant, dici apud nos *Soldados*, eo quod milites apud Gallos *ſoldurij* olim dicerentur, vt eſt apud Caium Iulium Cęſarem. li. 3.6.& 7. Cōmen. belli Gallici. à quibus nos nomen hoc mutaſſe credi potuit. Longè enim ij opinione falluntur, nam *Soldurij* nulla mercede conducti ſeruiebant, & adſtabant in periculis cum patronis: vnde ijdem dici non poſſunt cum *Soldatis*, vel *Solidarijs*, nam *Soldati*, vel *Solidurij* milites erāt ſtipēdiarij, vt frequēter apud nos. *Solduriorum* (quos & *deuotos* Cæſar vocat, & ſic Aquitanos olim nominaſſe cōmemorat Choppinus lib.lib.2.de Domanio Francię, ti. 14.nu.11.Pet.Greg.1.par.Syntag.lib.6.ca.2. nu.27.& lib.14.cap.9.n.14.) ea erat conditio, vt omnibus in vita commodis vna cū ſuis fruerentur quorū ſe amicitię addixiſſent, & ſi quid eis per vim accidiſſet, aut eundem caſum ſubirent, aut mortem ſibi conſciſcerent: neq; adeo hominum memoria repertus eſt quiſquam qui eo interfecto, cuius ſe amicitiæ deuouiſſet mori recuſaret, ex eodem Iulio Cæſare lib.3. dicti enim erant *Soldurij* à firmitate fidei, vti ex maternis vocibus probat Pet Greg. eo quod Soldurius, ſolus durat, vel ſolus patitur, ſcilicet cū delecto amico ſolus tolerat, vt apud Virgilium. 1. AEneidos.

Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis

Itaq; ea vox *Soldurius* acceptioni noſtræ non quadrat, rectè tamen illa *Soldati* ſiue *Solidarij*, id eſt militis ſtipendiarij. Sic Radenicus lib. 1. c.20. innuit in his verbis, *vt largitione pecuniæ milites, qui ſolidarij vocantur colligeret*, nam *ſoldata* in vſibus etiā Feudorum eſt præſtatio quædam annua gratuita quę à neutra parte tranſit in heredem: quemadmodum & apud nos *ſoldada*, olim quę ſtipendiarijs etiam militibus prę
13 ſtabatur, vt n. 11. paulò ante diximus. † Vtcūque tamen ſit, illud conſtat, priuilegia hæc militaria quorum in hoc tit. Iuſtin. meminit, illis non concedi, qui hodie apud nos, equites, ſiue *canalleros*, dicūtur, ſed militibus vulgò *ſoldados*, vt notanter poſt alios reſoluit Greg. Lop. in l.23.glo.1.tit.21.par.2.facit tx.cum ibi notatis in l.49.tit.5.par.5. Padilla in l.1.n.12.C.de iur.& fact.ignoran. cuius etiam praxis ſe teſtē perhibet eruditus præceptor noſter Ramirez de Arellano in cuiuſdam tribuni ſiue magiſtri militum teſtamento in Flandria facto.

14 Vnde conſtat inutilem non eſſe huius titu li cognitionem, cuius plures alias vtilitates recenſet hic Viglius nu. 8. quem ſequitur Mynſinger. nu. 6. quarum illa eſt præcipua, vt apud eas gentes, quæ iuris ciuilis obſeruatione non tenentur, ſi nulla propria lex extat, ius iſtud militaris teſtamenti obtineat. Vt ex Barto. in l. neque enim D. hoc tit. & in l.1.D.de con
15 di. indeb. obſeruauerūt ijdē autores. † Apud Aragones igitur, apud quos & in teſtamentorum ordinatione duo teſtes ſufficiunt, & illud fieri pluribus interuallis poteſt, & poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte intestatus, vt conſtat ex titulo de teſtamentis. lib. 5. recopilat. fororum & obſeruantiarum regni Aragonum, & ex Molino obſeruat Hiero. Portoles in ſcholijs ad eundem. 4. par. §. teſtamentum. num. 5. & nu. 7. ius militare ferè per omnia obſeruabitur.

16 Nec ſuperiori ſententiæ obſtat hodie non requiri quo tempore milites recipiuntur legū turque, veteres illas ſolemnitates quæ olim obſeruabantur, quas accuratè recenſuit Accurſ. hic in rubrica, & in l. penultima. D. quibus ex cauſ. maio. latiùs Petr. Gregor. & alij ſup. relati. & ſigillatim Viglius hic ex n. 15. vnde ſunt qui putent noſtris militibus priuilegia militaria non conuenire. Sed profectò contra Accurſium verior ſe habet & communior ſententia, tùm quia etſi non omnino vetus ille ritus in militibus legendis hodie obſeruetur, noua forma eius loco ſufficit, & manet quidē effectus, licet vſus ſit immutatus tex. in l. decreto. 15.
17 C. ex quib. cauſ. infam. irroget. † Cum etiam quia ea quæ recenſet Accurſ. præter ſacramentum, & relationem in numeros nullo iure probantur, vt hic notat Viglius ex nu. 18. Vnde arbitror ſufficere ſacramentum militare feciſſe, & in numeros eſſe relatum, vt militis priuilegio quis fruatur. de ſacramento intelligi debet tex. in l. penult. D. ex quib. cauſ. maior. & in l. ex militari. 11. ibi. *ſi non ſacramenti fides rupta ſit*. D. hoc ti. † Illud duplex erat; alterum
18 quod præſides & milites limitanei in inauguratione, & ſingulis annis Kalēdis Ianuarij dicebant, idq; propriè ſacramentū nominabatur, de quo Sueton. in Galba, & Corn. Tacit. lib. i. & 18. Alterum, quo milites duci ſuo obſtringebātur omnia ſe ſtrenuè facturos, quę præcepiſſet, neq; deſerturos eum, militiamq; illius, iurantes, de hoc ſacramento Liuius 2. & 5. Deca. 3. & 7. Decad. 1. Vegetius lib. 2. de re militari. Nonius Marcel. lib. 21. A. Gellius, lib. 16. ca. 4.
19 Pet. Greg. d. lib. 19. c. 4. † hoc ſacramentum, ideſt, iuſiurandum noſtri milites etiā præſtant, ſi non ſigillatim, ſaltim ſimul, eodemq; modo & olim interdum ſimul coniurabant, vt cū pollicibus eleuatis fiebat; quādoque etiam ſtrictis gladijs, ceruicibuſq; admotis perficiebatur, interdum verò ſinguli ſacramento obſtringebātur.

tur, secundū diuersa militiæ genera, vti ex Ser 19
uio annocauit Budeus, in l. 1. §. 1. D. depositi. retulit etiam latè vtriusque sacramenti formu las eruditus Brisonius lib. 4. de formulis, & solemnibus Pop. Rom. ca. vnico per totum. Rosinus lib. 10. antiq. Rom. cap. 3.

20 Quid autem sit militem in numeros referri non perceperunt Accurs. & antiquiores, quibus consentit Conna. d. l. 9. ca. 5. n. 8. Duaren. ad tit. D. eod. ca. 2. vers. *Secundò*, nec satis expli cant recentiores hìc nec Hotom. & Pratens de verb. iuris, verb. *numerus* rectè tamē Vlpia. in l. 2. D. de his qui not. infam. ex quo cōstat numeros antiquitus dici, quos nunc legiones, siue Hispanè, *Tercios de gēte de guerra*, dicimus, vt tradit Sozomenus lib. 1. hist. tripart. c. 9. & probat etiam tx. in l. nemo. 13. cū leg. sequen. C. de re milit. lib. 12. tx. elegās in l. filius fam. 8 §. veterani. ibi: *vel qui communem causam omnis sui numeri persequatur.* D. de procuratorib. l. qui cum vno. 4. §. qui post desertionem. D. de re militari. l. milites nostros 31. C. de locato. l. nemo. C. vbi de ratiocinijs agn. op. & apud Plinium lib. 10. epistolarum. *Vt iam sacramento dixerant, ita nondum distributi in numeros erāt.* Lamprid. in Macrino. *Quòd si vnius numeri consensus accessisset.* Vnde eo sensu dicimus Tribunum numeri præfectū legioni, in l. de inofficioso 9. C de inofficio. testam. in l. fi. C. h. tit. quā
1 bene explicat Rebard. lib. 4. variorū. ca. 8. Igitur constat in numeros referri nihil aliud esse, quam in ordines, & legionem certam redigi, vnde satis intelligitur quid sit in numeris manere, & in numeris esse in l. iure militari. 4. & in l. quod dicitur. 39. §. 1. D. hoc tit. fluitque interpretatio & genuinus sensus. l. ex eo. 43. D. eodem. vbi Vlpian scripsit, non prodesse militiæ iam nomen dedisse, iam lectum militem esse, & vt talem publicis expensis iter facere, vt iure militari quis possit testari, sed oportere in ordinem & legionem iam esse relatum.

Sed ex diametro videtur obstare difficilis tx. in l. vnica. §. fi. D. de bon. possess. ex test. milit. quo loco idem Vlpian. etiam militē qui in numeris non est, posse iure militari testari, ait enim quod si ex alio numero translatus sit in alium, quāuis & hinc sit exemptus, & illo nondum peruenerit posse tamen iure militari testari, quia miles est, quamuis in numeris nō sit. Cui difficultati vt Accurs. tā illic, quā in l. scriptorios. 16. C. eo. satisfaciat, valde laborat; ex superioribus tamen facile sententia cōstat, etsi enim videtur, illū militē nō esse in numeris, id est, in legione, interim dū nō peruenit ad illos, ad quos fuerat translatus. cū primis fuerit exēptus; sed rectè I. C. ait, eo casu militē sanè esse, cum verè militia nō sit solutus, sed potiùs trāslatus, tuncque coniuncto munere militiæ, & translationis, in eadem militia, quamuis nō in eadem vexillatione, manet sine dubio.

Ex eadem illa. l. 1. D. de bon. poss. ex testa. milit. constat priuilegium hoc etiam illis militibus competere, qui maritimam militiam sequuntur, quod & in remigibus & nautis accipiendū esse, & in nauarchis, & trierarchis, qui sunt nauiū & triremiū gubernatores, admonet ibi I. C. cuius sententiam latè exornat Ferdin. Mincha. de succes. creatione. §. 24. ex nu. 14.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Milites quomodo voluerint, & potuerint testari possunt.*
2 *Militibus iuris ignorantia non nocet.*
3 *Iuris ignorantia rusticis, mulieribus, & minoribus non nocet.*
4 *Cessante ratione legis cessat lex.*
5 *Milites Iurisperiti an gaudeant hoc militari priuilegio, & num. 9.*
6 *Duplex causa priuilegij militaris.*
7 *Paganis iuris ignorantia nocet, quia leges omnes scire debent.*
8 *L. leges sacratissimæ. 9. C. de legibus.*
9 *Pericula quæ milites subeunt maxima causa huius priuilegij.*
10 *Priuilegia, & iura singularia etiam ex eadem ratione non extenduntur.*
11 *Priuilegium nō militātibus cōcessum locāle est.*
12 *Militis testamentum sine legitimo numero testium valere quomodo intelligendum, & numeris sequen.*
13 *Militis voluntas probari legitime debet, id est, per duos saltim testes.*
14 *Legitimum quid dicatur, ad multorum iurium explicationem.*
15 *L. 1. ibi.* nuda voluntas, *& l. in fraudē. 15. ibi nuda voluntate. D. hoc tit. interpretantur.*
16 *Militis testamētum ad ius gentium redactum.*
17 *Deportatus capere potest ex testamento militis quamuis non ex pagani testamento.*

1 VT vides ex hoc tex. superior illa in ordinandis testamentis obseruatio à Iustiniano in superiori tit. exposita, militibus propter eorum imperitiam, & simplicitatem remissa est, quoquo enim modo voluerint, & potuerint si testamenta faciant, rata eorum voluntas erit, & firma, idem in l. 1. & per totum D. eo. l. milites. 15. cum alijs. ibi. C. eod. l. 4. tit. 1. par. 6. explicant hoc priuilegium, & plurima alia eis concessa, præter ordinarios in dictis locis, relati in rubrica huius tituli.

2 Sed contra nostrum tex. ibi. *Propter nimiam imperitiam eorum.* Vrgere videtur, quod si iuris ignorantia, quę militibus non nocet. l. 1. C. de iuris & facti ignor. l. fin. in princ. vers. *arma.* C. de iure delib. l. 21. tit. 1. par. 1. causa fuit tāti huius priuilegij, vt quomodo velint milites possint testari, vt in nostro tex. cum similibus ostēditur. Idem etiā & alijs pluribus personis, rusticis,

sticis, videlicet, mulieribus, & minoribus concedi debuisset, † cum his similiter iuris ignorantia non obiciatur. l. regula. 9. D. de iur. & fact. ignoran. l. 20. & l. 11. tit. 1. p. 1. & inde ex eadem ratione idem ius esset obseruandum, ve in hoc eodem casu considerat Vlp. in l. 1. in princ. D. de bono. possess. ex test. milit.

Secundo etiam facit, nam & alijs personis hoc idem indultū est, vt quoquomodo supremæ eorum voluntates inuentæ ratæ sint. l. fi. D. h. t. l. 11. ibi *quamquam*. D. de bonor. possess. ex test. milit. ergo non militibus tantum.

Tertiò contra nostrum tex. facit, nam ex verbis sup. relatis deduci videtur, milites iurisperitos quales sub Cæsare Trebatius, & sub Traiano Frontinus exiterunt, iure militari non posse testari, arg. sumpto † à cessante ratione, quod in iure ciuili non leuem vim habere solet. l. adigere. 6. §. quamuis. D. de iure patronatus. cum multis alijs relatis ab Tiraq. in tegro suo tractatu. cessante causa. † Quod tamē tā quam absurdū, & contra huius priuilegij generalitatem admittet nemo, ergo rationem hic relatam insufficientem esse, dicendum est.

Quibus difficultatibus satisfacies, si dixeris, non vnā huius priuilegij militaris causam, sed duas fuisse, & iuris imperitiā à qua ob belli eas occupationes quibus eos magis deditos esse quam legum obseruationibus expedit, excusantur, † id quod in paganis admitti dū nō est in quibus legū scientia, & cognitio præsumitur, propter. l. leges sacratissimæ. 9. C. de legib. (secundum vulgarē, & recep. tā traditionē, quā ex alijs resolui Alc. tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 31.) † Sed nemo non videt (vt obiter id dicamus) nequaquā ex illo tex. deduci posse, quod interpretes maxime probare volunt. Vnde tu obseruabis, nihil aliud probari in d. l. leges, quam oportere eas leges quæ constringunt hominum vitam ab omnibus intelligi, & ideò esse contrahendas apertis, & vsitatis verbis, nō verò durioris & difficilioris significationis, si quid tamen in eis obscurius fuerit scriptū, & cuius interpretatio non satis cuiuis appareat, princeps erit consulendus, id q; apud nos cauetur in l. in ver. *y la ley ha de ser*. 1. l. lib. 2. recop. Cui verissimæ interpretationi accommodandum est, quod ex l. sed etsi. 11. §. 1. D. de institoria actione. & ex legibus propalam editis obseruat Fortherius lib. 1. select. c. 24. & quæ juxta. d. l. leges. tradit Pinel. in l. 2. 1. p. c. 2. n. 32. C. de rescind. vendit.)

Excusantur ergo milites propter imperitiā, † nō etiam & ob ingentē periculorū functionē, quibus sæpè pro communi salute se exponunt vt ex nostro tex. plane deduces, in illis verbis: *propter nimiā imperitiā eorū*, & ibi. *eū in expeditionibus occupati sint*. cōiūcta. l. fi. D. eo. & d. l. 1. D. de hp. pos. ex test. milit. vbi Vlp. nō paruā huius priuilegij causam esse, periculorū functionē, obeāq; tā peritis quam imperitis militibus, & nō militaribus pericula pro Republica subeuntibus, illud esse concessum ostendit, & eleganter in d. l. 4. p. ibi *por el grā peligro à que se metē, &c.* Obseruant omnes hic & Decius in l. quamquam. n. 12. C. eo. tit.

Ex qua obseruatione iam intelliges primū illud argumentum nō obstare, quoniā etsi imperitiæ & simplicitatis causa & ratio in mulieribus & alijs personis possit considerari, nō tamen illa bellicæ occupationis & periculi ob quam simul tantum priuilegium militibus fuit indultum † tum etiam quia etsi posset hæc ratio non extaret, ex priori priuilegio militari ad alias personas non posset extendi, eū in priuilegijs, & iuribus singularibus non soleat, nec debeat etiam ex eadem ratione extensio admitti. l. in his. 15. coniuncta. l. ius singulare. 16. D. de legib. obseruat in simili Molineus in l. 1. in princ. n. 21. D. de verb. oblig.

Minus obstat secundum quoniā animaduerto illud priuilegium, quod alijs non militantibus in d. l. fi. & in d. l. 11. concessum est, nō tam ratione personę quā loci esse tributū, vt quādiu in hostili loco sunt, si illi decedāt, quoquomodo possint, quoquomodo velint testentur, vt reptum est in dictis legibus, ibi. *In hostili loco deprehendatur*. quod principalibus rescriptis constitutum esse Consultus ostendit laxatis iuris ciuilis scrupulosis solemnitatibus.

Tandem non obstat tertium argumentum cum ex sup. traditis videas duplicem fuisse priuilegij militaris causam, quarum si altera deficiat, non tamen deficit priuilegium ex regula, paragraphi affinitatis, sup. de nupt.

Illud autem intelligas velim ex illis verbis nostri tex. *neq; legitimum numerum testiū adhibuerint*, non probari, militis valere testamētū quod legitimè nō probatur, quia hoc potius ei noceret, quām prodesset, vt sātis docet Iustinianus in §. Plane, inf. eo. & Consultus in l. Dius. 25. D. eō. † Sed illud magis quod etsi miles testetur, non adhibito numero illo testiū, quē in Pagani testamēto requiri sup. tit. proxima. §. 1. traditum est, quem legitimum ideò dicimus: *Quia ab ipsa lege inductum esse constat*, (scitum enim est legitimum illud dici quod certo iure est constitutū, & determinatum, & à lege factū, quo sensu dicimus legitimā tutelam. sup. de legitima tutela, & legitimā successionē inf. de legitima agn. success. & legitimā hæreditatē, quæ ex legis determinatione alicui defertur, vt in l. 3. §. de illo. D. pro socio. & alia pleraq;, quę ex alijs obseruat Brit. lib. 3. Select. c. 1. & 2.) solēnizandi magis quā probandi testamenti gratia, † valet adhuc eius vltima volūtas, illis solemnitatibus prætermissis, dum tamen de ea postea constet, ex d. §. plane, per duos saltē testes, ex regula. l. vbi numerus. 12. D. de testibus. quod notauit Menoch.

15 lib. 2. de arbit. casu. 496. n. 45. † Iuxta quē intelligendi modum accipiendus est tex. in l. 1. ibi. *nuda voluntas.* & in l. in fraudem 15. ibi. *nuda voluntate.* D. h. t. dicitur enim nuda voluntas à iuris communis obseruatione, & solemnitate. Constat † igitur militis testamentum
16 ad ius gentium redactum esse, ex quo plurima
17 singularia deducuntur. † Illud tamen vnum est valde notabile, quod etsi alias deportatus, quia ea quæ iuris ciuilis sunt amittit, §. minor. sup. de capitis diminutione, ex Pagani testamento capere prohibeatur. l. 1. C. de hered. instituen. cum alijs, rectè tamen capiet ex militis testamento. l. nec enim. 13. vers. *Deportati.* D. h. t. l. si deportati. 7. D. de leg. 3.

§. *Illis autem temporib.* 1.

1 *Miles citra expeditionum necessitatem à castris absens iure communi testatur.*
2 *Stationarij qui?*
Limenarchæ qui?
Milites stationarij & limenarchæ iure militari testantur, & num. 4.
3 *Priuilegiū militare personale est, inductū tantē certam ob causam, inde ea cessante cessat. n. 5.*
6 *Filius fa. miles post missionem iure communi testatur.*
7 *Filius fam. miles in castris iure militari testatur. & num. 10.*
8 *Specialia duo concurrere nō possunt, iuxta communem, & num. 11.*
9 *Priuilegiū testandi intelligitur, & quis iure cōmuni testetur.*
10 *Litera vestri tex. quæ corrupte circumfertur, emendatur.*
11 *Specialia duo in eadē re, & causa concurrere posse multis ostenditur.*

1 MILITIS Qui citra expeditionum necessitatē à castris absunt, & alijs in locis, vel suis ædibus degunt, & commorantur, non iure militari, sed communi testari tenentur. Idē insinuauerat Iustinianus in prin. ibi. *In expeditionibus occupati sunt*, sup. eo. repetit in §. sed hactenus, & in §. sed etsi quis, inf. eo. in §. sed si in expeditione, inf. de exhered. lib. & in l. ne quidam 17. C. h. t. iun. l. fi. C. de testitut. milit. in l. fi. C. quibus non obijcit. long. temp. præsc. l. Papinianus 8. §. si quis in militia. D. de inoffi. l. ex militari. 11. §. fi. D. h. t. l. fi miles. 91. D. ad leg. Falcid. consonat. d. l. 4. ibi. *Que no sea en buena, & ibi. Mas si lo auiere de fazer en buena.* tit. 1. p. 6. explicat Co-ni. d. lib. 9. c. 5. nu-mer. 10.

2 Sed obstare videtur stationarios & limenarchas, siue limitaneos milites qui ad prouinciæ quietem alumur, & vt in locis hostibus finitimis detenti ipsorum repentinos incursus reprimant, iure & priuilegio militari gaudere, arg. l. 2. §. prò limitaneis. C. de offi. Præf. Præt. Afri. l. 3. C. de fundis limitrophis, lib. 11. & tamen constat eos in expeditionibus non esse occupatos.

3 Secundo obstare videtur, priuilegium personale, licet cum persona extinguatur, eam tamen semper sequi, vt in vulgatis. At hoc priuilegium ipsis militibus concessum est, vt constat ex integro hoc tractatu, ergo etiam extra expeditionum necessitatem eo fruentur.

4 Quibus difficultatibus vt satisfacias obserua, quod etsi controuersum sit an illi milites stationarij, & limitanei iure militari fruantur; in limitaneis contra Vigl. & alios hic exi
5 stimo hoc priuilegium esse admittēdum, quocunq; enim in loco sit belli causa, Imperatoris, aut Reipublicæ iussu, & mādato in castris esse miles videtur, veluti si fines imperij tuea tur, arcemve, aut ciuitatem defendat, qui Hispanè, *Soldados de guarnicion, ò frontera*, dicuntur, & ita defendit Cons. d. n. 10. quia hic extra expeditionum necessitatem non est.

Secundæ difficultati respondendum est, id priuilegium eis fuisse concessum quandiu militant, & in castris degunt, & in expeditionibus sunt occupati, nō tantum propter imperitiā, sed & propter bellicas occupationes, & pericula. Vnde cum hæc extra militiam cessent, quasi priuilegij ratione cessante consequens est, & illud cessare debere, ex vulgatis. † Nostri autem tex. rationem desumptam esse, ex regula illa, cessante causa, putat Acc. hic, ver. *adiuuantur.* quem cæteri hic sequuntur, & late explicat Vigl. ex n. 6. Tira q. tract. cessante causa. Everardus in Topicis legalibus. c. 80. à cessatione rationis. Sarmiento lib. 3. Select. 12. n. 8. qui ad infinitas quæstiones eam regulam inducunt.

6 Ad vat sic. *Sed testari.* † Vt vides ex hoc tex. filius fam. miles, post missionem testari potest, iure tamen communi illis omnibus solemnitatibus obseruatis, quas in Paganorum testamentis requiri superiori tit. traditum est, idem probat tex. in prin. inf. tit. 1. & in l. fi. C. de inofficioso testam. l. 13. tit. 1. p.
7 6. † Ex quo infertur quod si filius fa. miles in castris sit, & in expeditionibus occupatus poterit testari, & iure militari in testamenti ordinatione gaudere, quæ est nostri tex. sententia, coniunctis his quæ sup. ad principium huius tit. scripsimus.

8 Quæ tamen sententia difficilis est primo quoniam ex vulgata iuris reg. docemur duo specialia in eadē persona & causa non posse cōcurrere. l. 1. C. de dotis promissione: vbi ideò nō datur dotis petitio ex promissione, de qua ibi, ne duo specialia concurrant, alterū quod ex pacto oriatur actio, contra vulgatis reg. aliud quod incerta promissio valeat contra reg. l.

triti-

triticum.94.D.de verb.ob. Vnde cum alias in re communi non possit filius fam.testari,tex. in prin. in final.verbis,inf.tit.proximo,vbi dicemus d.l.13.p.explicat cum multis Capino de testamentis.in Rubr.gloss.4.per tot. dicendū videtur filium fam.iure militari etiam si in castris & expeditionibus sit non testari.

9 Secundo, vrgere videtur,nam priuilegium testandi alicui concessum cui alias id ius non erat,accipiendum est de testamento iure communi faciendo. l. si quando 35. in prin. C. de inoffic.testamen. vbi scripsit Acc. gloss. 1. & probat.l.5.vbi notat Greg.ver. *En la manera.* tit.1.p.6. & Menochius lib. 1. de arbitrarijs, quæst.7.n.39. At filius famil.iure communi testari non potest,ex paulo ante dictis,ergò etsi in castris sit iure communi testabitur,ex priuilegio testandi illi concesso.

10 His tamen argumentis non obstantibus,dicendum est, contra Portium & alios hic filiū fam. militem in expeditionibus occupatum,testari quidem etiam iure militari posse quæ sententia expresse ex hoc nostro tex. ostenditur, cui tamen vereor ne mendum insit, si modo solœcismum admittere nolis, quod nemo aduertit, quare sic legendum existimo, *sed testari quidem eis, etsi filij famil. sint propter militiam conceditur.* Mens tamen Iustiniani si non cauiletur,satis clara est,constituit enim priuilegium testandi quod contra ius commune conceditur filijs familias militibus durare etiam extra castra, & expeditionem, quamuis testandi iure militari priuilegium circunscriptum sit loco & tempore belli, siue expeditionis,vt in prin.huius §.diximus.

11 Neque obstant duo illa argumenta sup adducta, quoniam doceo falsam planè illam opinionem esse, quam arg.d. l. 1. docent communiter interpretes, tum quia ibi non probatur(vt alibi latius ostendemus) & probat Io. Baudius.lib.2.var. quæst.ca. 4. & nouissimè Iosephus Gonçalez lib. vnico variar. quæst. c.4. tum etiam, quia non semel videmus duo priuilegia & specialia concurrere in eadem causa:cuius rei exempla ne aliunde petamus, deduces primo ex l.si filius fam. 34.verſ.*si per seueraſſet.* D. eo. adiuncto §. posthumi. inf. de exheredatione liberorum. Secundum exemplum est in l.iure militari.4.D.eo. & §. quinimo. inf. h. t. coniuncto §. item furdes, inf. tit.sequenti, Tertium exemplum est ex §.fi. inf.tit.1.coniuncta l.facere 10. D h.t,iuxta lectoram affirmatiuam, quam retinent non nulli codices, & agnoscit Duare. ad hunc tit. cap. 4.quamuis Acc.& Vivianus ibi negatiuam sequantur, quam retinent Pandectæ Florentinæ.Quartum exemplum est ex l.ex militari. 11. D. hoc tit. & l si quis filio. 6.§. irritum, verſ.*nisi forte miles,* D. de iniusto rupto, coniuncta l.eius 8.§.1.D. de testamen. ex quibus exemplis deduces non esse nouum, aut inauditum duo specialia & priuilegia concurrere in eadem causa & persona, quando expresse à lege sic conceduntur,vt in nostro casu.Pro qua etiam opinione induci potest tex.in dict.l.ex militari, verſ.*nam cum ei,* coniuncta l.plenum 12.§. Equitij, verſ. *sed si testator,* D.de vsu & habitat. quia verba semper debent accipi secundum qualitatem illius,in quem conferuntur, vnde cum hoc priuilegium concessum sit filio familias in expeditione constituto vt tali militi,ergo debet secundum ius militare accipi,vt dicto verſ.*nam cum ei.*

§. Plane. 2.

1 *Difficultas ex litera nostri tex.*
2 *Miles qui in castris testatur conuocare & rogare testes debet iuxta Accursium.*
3 *Accursius reprehenditur.*
4 *Probari semper debet militis voluntas.*
5 *Narratiua verba non inducunt dispositionem rē missiuè.*

1 EX hoc diui Traiani rescripto vides temperari id quod vulgo dici solet, quamcunque volūtatem militis etiam nudam pro testamento habendam,vt sup.in prin.tit. ita demum accipi debeat,ex Traiani Imperatoris decreto, si modo in primis constiterit animum testamēti faciēdi militem de quo quæritur habuisse,& cum ex alijs etiam legitimis argumētis colligi possit deliberata mens,tum maximè si ex industria, & proposito sibi aliquos homines aduocare fecit, corā quibus exponat animi sui sententiā,aut scriptam,aut nūcupatam;quod si per iocum,& quasi ludens dixerit in circulis,& conuiuijs se velle,alicui bona sua relinquere,non ideo protinus testamētum erit,cum deficiat animi deliberatio,simul & non constet de voluntate militis.

Difficilis tamen est hic tex. sumptus ex l. Diuus 25. D. eo. quo in primis ostenditur posse militem quomodo voluerit, & potuerit testari, quod à nobis sup.in prin.explicatum est, Deinde verò in verſ. *conuocatis ad hoc hominibus,* exigere videtur ad militare testamētum testes rogari & cōuocari necessariū esse.

Quem scrupulū vt remoueat Acc. hic, ver. *hominibus,* existimat testium conuocationē necessariam esse in militis testamēto, quando ipse miles est in sedibus & castris, vulgo, *alojamientos, y reales,* secus verò, si in procinctu & belli periculo,quo casu sufficit si fortuitò testes adsint,sicque interpretatur nostrū tex.cuius interpretatio est cōmuniter recepta,teste Io.Gutier.in l.nemo potest.n. 265. D.de leg. 4.& videtur probare d.l.4.tit.1. p.6. & notat Mincha.de succeſſ.creat.§.24.n.15.& 18.

2 Sed hæc Accur.sententia falsa est, quia longe verius est, testes nunquam rogatos adesse de-

bere in militis testamento, pro testamenti substantia, sed ad eius probationem, quæ iure ciuili, remitti non potuit, quia etsi militibus id sit concessum, vt quomodo voluerint, & potuerint testamẽtum faciant, iuxta tx. in prin.
4 sup.eo.cum ibi notatis.† Probari tamen semper legitimè oportet eos testari voluisse, & testamentum suum ordinasse, ex industria, & deliberata mente, quod si per iocum & quasi ludentes in circulis, vel conuiuijs dixerint, se velle bona sua alicui relinquere, non ideo protinus testamentum erit, deficiente deliberatione, & considerata animi voluntate, vt is tex. probat: cuius versi. *conuocatis ad hoc hominibus*,
5 contrarium non suadet,† quia cum sint verba facti narrariua non inducunt dispositionẽ, vt late diximus in disputat. de mora, n. 60. Constare igitur debet de militis volũtate perduos saltim testes, ex hoc tex. iuncta reg. d. l. vbi numerus 12. D. de testibus, quod iam diximus in fi. prin. sup. eo. & probat d. l. 4. p. vel alijs etiam legitimis probationibus à iure admissis, vt constat ex l. Lucius 41. versi. *ita tamen*, D. eo. & §. sed & si quis, ibi: *vel alias manifesta est militis voluntas*, inf. h. t. etsi testes nõ sint rogati, & vocati, vt hic putabat Acc. quem d. l. 4. p. sequi videtur, ibi: *llamados*, sed bene eam interpretatur Minchaca. d. §. 24. n. 18. ex reg. l. ad fidem. 11. D. de testibus.

§. Quinimo. 3.

1 *Miles mutus & surdus testatur iure militari.*
2 *Verba proferẽtis animũ, & sententiã exprimũt.*
3 *Mutus & surdus miles esse non potest.*
4 *Mutus & surdus paganus iure communi testari potest.*
5 *Accursij interpretatio ad nostrum tex.*
6 *L. iure militari. 4. D. h. tit.*
7 *Fulgosij interpretatio refertur, & reijcitur.*
8 *Vera nostri textus sententia.*

1 MVtus & surdus miles testamentum facere potest. idem in l. iure 4. D. h. t. explicãt Molineus in l. 1. in prin. n. 54. D. de verb. oblig. Duare ad hunc tit. c. 4. Conan. lib. 9. c. 5.

2 Sed obstat primo, nam cum verba proferẽtis sententiã & animum exprimant. l. Labeo. 7 versi. *id Tubero*, D. de supel. leg. l. 1. tit. 4. p. 2. explicant qui ex nostris & philosophis plura cõgerunt Tiraq. in l. si vnquam ver. *libertis*. n. 17. C. de reuo. donat. Boer. q. 1. n. 8. Menoc. lib. 1. de arbitrar. q. 7. n. 75. & absq; eis voluntas comprehendi non potsit, quæ manifesta esse in militis testam. sicut & in pagani esse debet, vt paulo ante docebamus ad §. planè sup. eo. muti & surdi militis testamentum nullo posse cõsistere modo dicend. videtur.

3 Secundo & grauius obstat, vt Theophilus hic rectè aduertit, mutum, & surdum hominẽ militem esse non potuisse, vt qui à natura duobus potissimis illis sensibus careat, quibus militiæ solẽnia explicare debet, quomodo enim is examinabitur; quomodo solemne sacramentum præstabit, cuius meminit Vegetius à Cona. relatus d. c. 5. n. 8. & nos latius sup. in rubr. ergo cum militare non possit, neque priuilegij militaribus gaudere.

4 Tertio è conuerso videtur nullum in hoc §. *quinimo*, militibus indulgeri priuilegium, cũ & aliàs pagani homines etsi muti, & surdi sint, testentur, illis obseruatis, de quibus in §. item surdus, inf. tit. seq. l. si mutus. 7. D. de testam. l. decretis. 10. C. qui test. fac. poss. & in l. 13. ver. *empero*. tit. 1. p. 6.

5 Quibus difficultatibus vt interpretes occurrant, mirum est quam varie Iustinianũ hic interpretantur: Acc. ver. *mutus*, de muto & surdo simul, à natura hunc tex. accipit, pro quo illa copula, &, quæ vtrumq; vitium coniungit, adiecto verbo illo *potest*, quod est numeri
6 vnius, non duorum. † Et potest etiam induci l. 4. D. eo. ibi. *manentem*, vt sic significetur militem mutum & surdum simul ante missionem posse testari, & iure militari. Quod sanè gradum erit priuilegium. Hanc tamen Accu. existimationem paradoxã esse putauit Faber. hic, & Angel. in d. §. item surdus: contra quã expressè cõsiderat Vigl. d. l. 4 coniuncta l. patre furioso. 8. D. de ijs qui sunt sui, nam similes cui hæc calamitas & aduersa valetudo accidit ob hãc causam dimitti solet, multo igitur minus talis recipi à prin. debet, vt in 2. arg. diximus.
7 † Qui tamẽ Vigl. nõ magis probat interpretationẽ Fulgosij, quã hic sequitur Iaso in additionib. ad Portium, Angel. in d. §. item surdus. Minsyng. hic n. 1. vt nostrũ tex. intelligamus de milite surdo & muto ex accidenti, qui scribere nesciat, quasi is nutu, & signis possit voluntatem suam explicare, arg. d. l. Lucius. 41. D. eo. Quoniam quamuis iste sit rerũ communium magis intelligens quam qui nihil vnquã audiuit, vel loqui potuit, satisq; sentit, quid sit testamentũ facere, tamen voluntatẽ suam alteri significare nequit, quod est in primis necessarium, vt in prin. sup. eo. & in §. planè docuimus, nihilq; differt ab eo qui natura his vitijs affectus est, vt Iust. notat in d. l. discretis, neq; enim quærimus quid ipse intelligat, sed quomodo volũtas eius alijs percipi queat. Nec obstat d. l. Lucius, quam pro Fulgosio expendit Iaso, quia is non rectè à notis ad nutum infert cum fidei commissa, nutu, ab ijs tantũ relicta valeãt, qui aliàs loqui soleant. arg. l. nutu. 21. D. de leg. 3. Ex quibus iam cõuinces mutũ & surdum militem, siue natura, siue casu, qui tamen & literarũ ignarus est, non posse testari.
8 Quid ergo priuilegij militibus in hoc §. irrogatur, illud, vtiq; nisi ego cũ doctissimo viro

Vigl.

Vig.l.fallor,nõ vt mutus miles & surdus possit testari,sed illud potius,vt cũ ei testari licuerit, vt miles id facere possit,idest citra solemniũ obseruationẽ,cuius decisionis dubitãdi ratio illa est, quia videbatur naturæ vitium testamenti factione communis iuris solemnitate supplendum maxime in militibus , arg. l. hac consultissima.8.C.qui test.fac. poss. noluit tamen Imperator in eis restringi priuilegium,de quo in huius tit. prin. cui commode is §.annectitur.hoc modo(*Quinimo & supradicta diligens obseruatio militibus mutis remissa est, facient enim quo modo voluerint,& potuerint testamentum.*)quam interpretationẽ expresse probat Vlp in d.l.4.D.eo.iure militari posse surdum & mutum testamentum facere notans. Quod si adhunc vrgeas priuilegium aliquod militibus esse in hoc.§ concessum, illud libenter agnoscam , vt quo casu hoc permittere Princeps supplicantibus solebat.d.l.si mutus. 7.D.de testam. id sine libello militantibus sit permissum: quæ est vera huius §. sententia & interpretatio.qua retenta argumenta opposita fumescere vides.

§. *Sed hactenus.*4.

1 *Miles post missionem iure communi testatur.*
2 *Militare testamentum post missionem intra annum valet.& num.*3.
4 *Priuilegia concessa ijs qui reipublicæ causa absunt post reditum vsque ad annũ perseuerant.*
5 *Priuilegia strictè interpretanda, & interpretata.l. quod constitutum 22.versi.si D hoc tit.*
6 *L.quod ait Prætor.2.D.de his qui notantur infamia.*
7 *Missionum alia honesta,alia causaria,alia ignominiosa,& in qua noster textus intelligatur.*
8 *Conditio quandocunque existens retrotrahitur.*

1 PRior huius §.pars,qua Iustinianus docet post missionem iure communi, non militare veteranos,aut alios iam à militia missos debere testari, quæ quidem ad generalem hunc tractatum spectat, quidquid aliter existimet Hoto.hic & tacite consentiat, Vvesembechius hic. explicata fuit iam à nobis in §. illis autem.sup.eo.

Cui illud addit Iustinianus in versi. *& quod* 2 *in castris.* vt si in castris & procinctu miles testatus sit iure militari,post missionem intra annum illud testamentum sustineatur. Idem probat l.quod constitutum.22.l. qui testamenta. 27.l.quod dicitur.39.D.eo.l.qui post missionem.17.l.similes.91.D.ad l.Falcid.l.Papinianus.8.§.si quis in militia.D.de inofficioso testam.5.C.h.t.

Sed obstat primo tex.in d.l.quod constitutum.22.quo cons.docet Præfectum, aut tribunũ,qui successore accepto militare desijt hoc annali priuilegio non gaudere.

Secundo obstat tex.in dict.l.testamẽta. 27. vbi post missionem intra annum, testamentum à milite factum non valet.

3 Quibus difficultatibus vt occurras,& nostrum tex.intelligas,aduerte primo,Ab ijsdem illis principibus,à quibus militibus in procinctu occupatis priuilegium militare testandi concessum fuit, similiter eis fuisse indultũ, vt si à bello mitterentur , illud testamentum intra annum missionis valeret , vt ex hoc §.& 4 similibus aperte deduces. † Quod quidem sine ratione non est,quoniam priuilegia ijs qui reipublicæ causa absunt (quales sunt milites) l.nec non.28.§.vltimo cum legibus sequentibus.D.ex quib.cau.maio.concessa, post reditum,vsque ad annum perseuerant,tex.in §.itẽ qui reipublicæ sup. de excusatione tutorum. l.administrantes.44.§.eorum.l.Titius. 48.D. illo tit.l. 2. tit. 17. part. 6. Id autem anni priuilegiũ cum expresse militibus militia missis condonatum fuerit ad alios extendi nõ poterit.† Cum priuilegia sint semper strictè in- 5 terpretanda,& iuxta verba scripta intelligenda ex l. quod vero,contra 14.l. in his. 5. l. ius singulare 16.D.de legibus.& diximus in prin. huius tit. quo modo in l.specie , de qua loquimur argumentatur Africanus , in dict. l.quod constitutum,ibi.*quantum ad verba eius.*docens hanc annalem prærogatiuam centurionibus, tribunis,& cæteris qui non missione, sed successore accepto desinunt,militare non durare, sed protinus successore capto euanescere: sicque cessat prius arg ex d. l. quod cõstitutum. Quam etsi Cuiacius tractatu.4.ad Africanum. pag.43.existimet , extendendam , vt id quod in ea l.traditur procedat constitutionum Imperialium verbis attentis.ex earum tamen sententia posse tentari centuriones , & tribunos 6 ad annale hoc beneficium pertinere,† arg.l.2 in princ.D.de his qui notantur infamia. Ego existimo d. l. quod constitutum intelligendã strictè & prout iacet,vt dici solet:nec aliquid obesse d.l.2. quæ loquitur in eo qui & missus fuit,& simul successorem accepit,qui si honestam,aut causariam missionẽ habuerit etiã successore dato ad hoc priuilegiũ pertinebit,arg. l.1.§.fi.ibi *nec enim.D.* si à parente quis fuerit manumiss.quod expresse probat d.l. 2. ibi. *ab Imperatore missum* , & ibi: *etsi princeps dimiserit*; quia tunc verba cõstitutionũ,quæ de missis loquuntur propriè accipiuntur,cum ij etiã missi dicantur,etiam successore dato. Quod si plura & simplici successione desinunt esse milites procedit Africani sententia in d.l.quod constitutum.

7 Secundo aduerto missionũ tria esse genera. Alia est *honesta*,alia *causaria*,altera *ignominiosa*, explicat Iuris Cons.in d.l.2.§. ignominiæ.D. de his qui not. infam. & in l. milites. 13.§. missionum.D.de remilit. & extat l. 1. & seq.

C. de re milita.lib.12 planè hunc tex.& eius priuilegium de honesta, & causaria esse intelligendum, non de ignominiosa exploratum est, ex dict.l testamenta eorum, igitur similes,o'prouectæ ætatis senium,aut propter infirmam valetudinem, vel aliam consimilem causam sacramento solutus sit, & militia missus,quod in castris fecerit testamentum intra annum valebit,ex nostro tex.& similibus.l.2 C.de his qui non impletis stipendijs sacramento soluti sunt.lib. 10. secus si ob delictum aliquod ignominiosè mittatur, vt bene explicat Acc.hic ver.*post missionem.*

8 Illud autem, quod in versi. *quid ergo.* huius §.Iustinianus docet,quasi militis valere testamentum, qui intra annum decesit, conditio autem,heredi adscripta post annum extitit;expeditam habet rationem,quia conditio quandocumque existens retro trahitur, & statim extitisse fingitur.l.necessario.8 §.quod si pendente.D.de periculo,& commodo rei vendit. l.potior 11.D.qui potio,vbi gloss. ver. *melius est*,plura retulit,& in specie probat tex. in d.l. quod dicitur.39.D.h.t.

§. *Sed etsi quis ante 5.*

1 *Testamentum pagani, qui postea militare cœpit ex noua eius voluntate valet.*
2 *L.in fraudem 16.§.testamentum.D.hoc titulo.*
3 *Codicilli non confirmant testamentum pagani, bene tamen militis.*
4 *Militis in testamento Falcidia locum nõ habet.*
5 *Capitis diminutione irritum fit pagani testamentum.*
6 *Militare testamentum capitis diminutione irritum non fit,& quare.*

1 TEstamentum à pagano factum minus solemne, qui deinde militare cœperit ex noua eius voluntate,vtcunque demonstrata,iure militari defenditur.Idem in l.idem que erit.9.in l.in fraudem.16.§.testamentum. in l.tribunus.21.§.cum aliquis.in l. Titius.26 in l.quod dicitur.39. in fin.verbis. D. eo. in l. conficiuntur.8.§.si miles.D.de iure codicil.

2 Cui nostro tex.vt omittamus vulgare arg. ex reg.l,quod ab initio.30.D.de reg.iur.quoniam hic non conualescit, sed de nouo valere incipit ex militis voluntate, grauiter obstat. d.l.in fraudem §.testamentum,ex qua deducitur, ob id tantum valere testamentum minus solemne ante militiam factum, quod contraria voluntas militis non reperiatur: ergo noua alia necessaria non est.

3 Huic difficultati varijs modis respondent Acc.& alij,ibi,& hic Cona.lib.9.c.5.n.5. mihi autem satis placet Viglij interpretatio hic, num.1.quam etiam sequitur Min.yng.n.3. vt dicendum sit,in d.§.testamentum nouam etiã voluntatem desideraſſe consultum priori non contrariam in illis verbis (*si militis subiuncta voluntas contraria non sit*) quibus satis apparet, aliquam subiunctam fuisse voluntatem, vt in §.nostro cum similibus,nam si alius esset sensus verti sic verba debuissent(*si militis contraria voluntas non sit subsequuta*)quod magis probat I.C. ibi. allegans Diui Pij rescriptum, de quo in d.l.idemq; erit. 9. illudq; sic accipiens, vt aliquam priorem voluntatem subiungi, illi tamen non contrariam,sit necessarium vt testamentum à pagano factum iure militari valeat. † Vides ergo ex hoc tex. vnum grande priuilegium concedi,quod quamuis testamentum pagani non soleat vires accipere à codicillis.l.quod per manus 10.D.de iure codicill.in milite tamen contra habetur ex nostro tex. quoniam si miles in castris,codicillis factis,testamentum ante militiam factum vel declarauerit,vel emendauerit, iure militari, etsi non 4 recte factum valebit. † Quo fit vt in eo testamento Falcidia locum non habeat,ex reg.l.in testamento.12.C.h.t.l.in testamento.7.C. ad leg.Falcid.l.4.tit.11.p. 6. cum tempore militiæ factum dicatur,ex d.l.tribunus.§.1.ibi. *ali quo casu*,D.eo.arg.l.1.§.1.ibi,*quasi nunc datum.* D.de leg.3.& sic intelliges l.si certarum 18.§. fi. D. h. t. d.l.conficiuntur.8.§.si miles.D.de iure codicil. l. fi. D. ad leg. Falcid. in quibus ideò Falcidia locum habet in testamento ante militiam iure communi facto, quoniã illud validum fuit,neq; noua voluntate confirmatũ erat vnde tanquam pagani testamentum præsumitur &regulatur.

Vers. *Denique.*

5 Vides aliud non longe minus militis priuilegium,quod vt reluceat aduerte,pagani testamentum eius capite minuto irritũ fieri.§. alio quoq;inf.quib.mod.testam.infir.l.siquis. 6.§. irritum.D.de iniust.rup.d.l.conficiuntur. §. si post. l. qui ex liberis. 11. §. testamento. D.de bon.poss.secũd.tab.tex.in prin.ibi. *irritũ.*inf. de hered.quæ ab intest.l.18.t.1.l.1.t. 13. p. 6. Plane inter capitis diminutiones arrogationẽ, & emancipationẽ connumerari constat, ex §. 6 minima.sup.de cap.diminu.† Miles autẽ quãuis arrogatione, vel emancipatione capite sit minutus,testamentum ante factum non vitiat ex hoc §.& l.milites.23.& seq. D. h.t.quãuis enim is propter militiã à patria potestate non liberetur. §. filius familias. sup.quib. mod.ius patr.potest.soluit.l.errat.3.C.de castrens.pecul.lib.12.in peculio tamen castrensi,& in bonis intuitu militiæ acquisitis pro patre familias semper habetur,d.l.errat.3.l.2.D.ad Maced.ideoq; illorum bonorum respectu nõ creditur emancipatione statum mutasse.d.l.si quid 6.§.fi,etsi iam veteranus sit.d.§.fi.& l.1.§.sed si filius fam.D.de bon.pos.secundum tabul.

§.Scien-

§ *Sciendum.* 6.

1 *Peculium quadruplex remissiue.*
2 *L.fi.C.de inoffi.testam.& n.4.*
3 *Filius fam. paganus testatur de quasi castrensi peculio.*
4 *Militare testamentum an subiaceat querelæ.*

1 AD cuius tex. interpretationem præmitte peculium quadruplex esse, *aduentitium, profectitium, castrense, & quasi castrense*, explicat glos. verb. *exceptis*, in l. cum oportet.6.C.de bon.quæ lib. communiter ab omnibus recepta,teste Francis.Cald.in l. fi curatorem,ver.*læsis*.n. 90. C. de in integ.restit. Spino de testamentis,glos.4.Rub.n.12.priora illa aduentitium,& profectitium ad hanc testamentariam tractationem nō spectant,quippe de illis filius familias non potest testari, vt disputabitur in prin. tit. seq. vnde intelliges obiter tex.diffi.in l.fi.versi.*& peculij triplex inuenitur.causa*.C.de inofficioso testamen. ideo enim ibi triplex tantum peculium esse Iustinianus docuit, quia quoad ius testandi attinet peculium aduentitium, & profectitium parem causam habet,cum de neutro filius testari iure communi possit,l. fi. §. filijs autem.C. de bonis quæ liberis. De castrensi vero peculio dixit Imperator in §.illis autem, versi. *sed testari*,sup.h.t.& repetit latius in prin.inf. tit. proximo. De quasi castrensi in hoc §. sic statuit,vt licitum sit filijs fam.qui quasi castrense peculium habent de eo testari saltim iuxta iuris communis dispositionem, omnibus solemnibus adhibitis,quod latius docuerat in l. fi. C. de inoffi. test. & in d. prin.inf.tit.1.vbi quæ hic desiderantur videbis, cum enim ad exemplum castrēsis quasi castrense filijs fam. certis in casibus concessum fuerit.l.1,§.hoc autem.versi.*in filij*.D.ad Treb.l.3. §. dari. D. de bon.pos.l.1.§ nec castrense.D.de collat. bon. l.velut.7.C.de assessorib.l.fori.4. C.de aduocat.diuers iudic.l. 2. tit.2.p.3. l.7.tit. 17.p.4. explicat vbiq; Greg. & præter ord.in dictis locis maxime in d.l.fi.C.de inoffi.& Caldam, & Spinū iam relatos. Quesada diuers. quæst. c.7.Cona.lib.9.c.4.n.4.Medices li.2.de definitionib.c.9.eleganter omnino videndus Matien.per tex.ibi.in l.5.glos. 4.tit.9. lib. 5. recopilat.

An testamentum de castrensibus vel quasi castrensibus subiaceat querelæ latè disputat Ioseph. Gonçalez lib. vni. variar. quæstio.c. 12.per totum.Sed cōtra nostrum tex.qui omnino castrensi peculio quasi castrense similat obstare videtur,nam testamentum de castrēsi peculio à filio fam. facto non subiacet querelæ inofficiosi testamēti.l.fi.§.in his.C.de inof fi.At quasi castrense rectè querela inofficiosi subuertitur,arg.tex.in auth.vt cum de appellat.cog.§.& hæc quidem.colla.8. quo disponi tur,liberos in his rebus in quibus testandi habent potestatem, non posse sine legitima causa parentes præterire,vel exheredes scribere; quod necessario de filijs fam.qui quasi castrēse habent peculium accipi debet,cum aliter fi lij fami.testamentum facere nequeant,vt in d. prin.inf.tit.prox.

Cui difficultati omissa Acc.solut.hic verb. *iure communi*,dicendum est,verisimum quidē esse,ex d.§.in his,castrense, & quasi castrense testamentum non subiacere querelæ inofficiosi testamenti,quod etiam, & in quasi castrensi peculio clericorum docet l.cū lex Leonina.38.C.de Episcopis,& clericis. Quod tamen nouiori nouellarum iure est emendatum. d. §. & hæc quidem, & in Authen. presbyteros,la. 1.C.de Epis.& cler.vbi notat Acc.ver. *ferant*.& in d.§.in his ver. *testamenta*. communiter ab omnibus receptus,notāt Baldui. hic. n.11.Minsyng.n.4.

Titulus XII.

Quibus non est permiss.facere testamentum.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tit.& numeris sequentibus. Persona prius quærenda est,quam iuris ratio.*
2 *Id de quo disputatur quid sit, in primis docendum est.*
3 *L.fi quæramus.4.D.de testamentis.*
4 *Testamenti factio pluribus personis interdicta.*
5 *Lege 12. tabularum omnibus data testandi facultas fuit.*
6 *Liberis hominibus testandi facultatem auferri iniquum est.*
7 *Testamenti factio aliquibus ex iustis causis denegata.*
8 *L.1.C.de Sac. sanct.ecclesijs.*
9 *Edictū non faciēdi testamentū prohibitoriū est.*

1 CVM non antea iuris ratio quam persona quærenda sit.l.quidā refe rūt.14.in prin.D. de iure codicillorum.& si quæramus an testamē tum valeat, in primis animaduertere debeamus,an is qui fecerit testamentum habuerit testamenti factionem.l.fi quæramus 4.de testamentis.præposterè satis videtur,Iustinianum hunc tit. in quo quibus non est permissum facere testamentum,disputat,post tit.*de testamētis ordinandis*. qui qualiter iustum testamētum ordinetur docet,attexuisse, quo nomine Iustinianum Imperatorē notat præter alios Onotomus hic n. 1.ductus etiā exemplo libri sexti Codicis,in quo tit.*qui testamēta facere possint*,

vel non, præcedit tit. *de testamentis, & quemadmodum testamenta ordinẽtur*, & in Pandectis, si in tit. inscriptione non præcedit, saltim simul, & coniunctim legitur *de testamentis, & qui testamenta facere possint, & quemadmodum testamẽtu ordinentur*. quam lectionem vulgati Codices retinent, quamuis diligentissimus Charondas, & alter Gotthifredus legant: *qui testamenta facere possint, & quemadmodum testamenta fiant*. Sed cum semper eadem res maneat; hæc inuestigatio otiosior sanè est, quam vt quen-
2 quam remorari debeat. † cum etiam quia & dici potest rectè congrueq; satis hos tit. ordinasse Iustinianum, Philosophi sequutũ doctrinã qui initio cuiusq; disputationis illud summopere obseruandum scripsit, vt quidquid sit id de quo quæritur, & disputatio inchoatur, doceamus, pôstea eius qualitates discutiamus, quod & alios bonarum literarum autores obseruasse constat, & nos notauimus in disp. de moræ emẽdatio. nu. 3. Aptè ergo Imperator disputaturus de testamẽ. & eorum qualitatib. qualiter fiant præmisit, nunc autẽ qui illa pos-
3 sint facere docet, † Nec obstat tx. in d.l. si quæramus, quæ non de testam. faciẽd. sed de iam facto, intelligenda est, quod quoties vel iudici vel aduocato proponitur, vt an valeat iudicet, & arbitretur inspicere in primis debet, an qui fecerit testamenti factionem habuerit. deinde, vtrum iuxta iuris regulas sit factum, qua ratione cum prælectiones Iustinianei Codicis, & Pandectarum, non iuris tyrombus, sed iam veteranis conueniant, vt idem Iustinianus profitetur in proœmio Digesti veteris. §. quibus, primo loco de personis, qui testari possunt, deinde de testamẽti solemnibus scriptum est, neque tamen inde arg. sumi debet quin in disputatione conuersus ordo debeat obseruari. Sed iam pergamus.

4 Constat ergo iam ex hac nostra rub. & similibus verbis in Pãdectis, & Codice, & in proœmio, tit. primi. 6. ibi. *è como è quiẽ lo puede fazer*, & magis ex l. 13. ibi. *todos aquellos à quien non es defendido*: eiusdẽ tit. Item & ex prin. huius tit. ibi, *non tamen omnibus licet facere testamentum*, quasdam esse personas quibus actiua testamẽti factio interdicta est, id quod etiam facile deduces ex omnibus huius tit. capitibus, & d.l. 13. p. in quibus plures enumerantur, qui testa-
5 menti faciendi ius non habent. † Quod tamẽ difficile videtur, cum generaliter lege duodecim tabularum cautũ esset, quod *vti quisq; legasset, rei suæ ita ius esset*, Cuius meminerunt I. C. in l. 1. D. ad legem Falcid. Iustianus in prin. inf. illo tit. & Vlpia. in l. verbis legis. 120. D. de ver. sig. & plures, quos nos retulimus in disputat. de mora. n. 202. & Imp. Constantinus in l. 1. C. de sac. sanct. eccles. scripserit, *habeat vnusquisque licentiam sanctiss. mo catholico, venerabili; Concilio decedens bonorum quod optauerit relinquere, & non sint cassa iudicia eius, &c.* cau-
6 tumq; sit, † durum & iniquum videri ingenuis hominibus, maxime tamen sanæ mentis liberam testandi facultatem auferri, l. ex facto. 43 versi. *etenim iniquum*. D. de vulgari. l. 2. D. si quis à par. fuer. ma. & potest induci, l. posthumus. 6. versi. *quid ergo*. D. de inoffi testam.

7 Sed vt hũc remoueas scrupulum animaduerte, bono publico, & vtilitatis causa receptum esse liberam testandi facultatem quibusdam denegari, aut propter imbecillitatem ingenij, aut naturale aliquod vitium, aut quia sic expedire reipublicæ visum fuit vt de singulis personis loquentes sigillatim suis in locis indicabimus, siue vt melius dicamus, priuilegiũ testandi generaliter concessum aliquibus esse, iustè denegatum, vt mox vltra alios interpretes, in prin. huius tit. indicabimus, vt sic iam videas, generalia illa verba d. legis duodecim tab. esse accipienda de illis, quibus nominatim. testamenti factio interdicta non est, †
8 iuxta Acc. interpretationem in d.l. 1. gl. 1. C. de sac. sanct. eccle. vbi verbum, *vnusquisque*, intelligit de habili ad testandum; quæ sane acceptio quamuis in se vera sit, & conueniat etiã d. l. verbis legis, ibi. *vti quisque*, & l. 1. ibi. *si alguno ordenare su testamento*. tit. 4. lib. 5. recop. non tamen explicat intentionem Constantini, in d. l. 1. C. de sac. sanct. eccles. qui voluit, vt is qui a iàs testamentum facere posset, haberet de cætero liberam facultatem relinquendi ecclesijs, aut earum ministris, quod ex suis bonis optauerit, quod tamen ante eundem Constantinum eiusdem legis autorem non erat permissum, vt strenue indicat eruditus Fornerius, lib. 1. selectionum, c. 28. & facile sibi quis persuadere poterit ex illius tit. inscriptione, *de sacrosanctis ecclesijs, & de rebus, & priuilegijs earum*, quasi inter alia, illud eis esset concessum.

9 Ex superiori itaque resolutione, & verbis nostræ Rub. & huius tit. prin. infertur, quod cum edictum hoc non faciendi testamenti prohibitorium sit, omnes qui specialiter prohibiti non sunt, testari poterũt, exceptio enim firmat regulam in contrarium, vt dici solet, & expresse probabis ex reg. l. cum. Prætor. 12. D. de iudicijs. l. 1. D. de ijs qui sunt sui tx. in prin. sup. eo. tit. l. 1. D. de testibus. l qui accusare. 8. D. de accusati. l. mutus. 43. versi. 1. D. de procuratoribus, & in specie probat l. 13. tit. 1. p. 6 sed qui sint illiqui expresse & nominatim prohibiti sunt testari iam audiamus.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Seruus testari non potest, & quare.*
Filius fami. iure ciuili testari non potest, & nu. 14. *&* 28.

2 *Donationes causa mortis legatis æquiparatæ.*

3 *Filius*

3 Filius fam.donare causa mortis potest, patris accedente consensu,& nu.64.
4 Filius familias de bonis castrensibus testatur,& num.69.& 70.
5 Filius familias de bonis quasi castrensibus testatur,& nu.70.
6 Filius fam.ad pias causas testatur;& nu.78.
7 Filius fam.sacris ordinibus insignitus libere testatur,& nu.80.
8 L. qui à latronibus. 13. D. de testamentis, & num.82.
9 Frater fratri ab intestato succedit,& nu. 86.
10 Pater cum fratribus filio succedit.
11 Peculium profectitium à creditoribus paternis distrahi an possit,& nu.88.
12 Filius fam.si testamentum fecerit, & sui iuris decedat,an testamentum conualescat,& nu. 96.
13 Filius fam.in bonis aduentitijs, in quibus & proprietatem, & vsum fructum habet,an possit testari,& nu.98.
15 Filius fam.is est,qui ex iustis nuptijs procreatus sub patris potestate est.
16 Filius fam. est qui adoptione, vel adrogatione sub nostra constituitur potestate.
17 Naturalis filius,filius fam.non rectè dicitur,& inde rectè iure etiam ciuili testatur.
18 Filius,qui ita appellatur,quia matrem habet, si patre orbatus sit filius fam. non est. & potest testari. Fœmina filios in potestate non habet.
19 Matrimonium apud nos liberat filium à patria potest.
20 Ætas non dissoluit patriam potestatem, vnde etiam sexagenarius potest esse filius fam.
21 Filius fam.codicillos facere non potest.& n.27.
22 Codicilli facti ab eo qui se adrogandum dedit,an sustineantur.
23 L.conficiuntur.8.§.si post factum.D. de iure codicill.
24 Codicilli,ius,& causam testamenti sequuntur.
25 Posthumi agnatio rumpit testamentum.
26 Posthumi agnatio quando infirmet codicillos.
27 Codicillos non facit qui testari non potest, & de codicillorum causa.
28 Filius fam. quare iure ciuili non testetur, latè disputatur.
Communis ratio refertur,& improbatur.
29 Testamenti factio publici iuris est.
30 Testamentum nõ valet,sine heredis institutione
31 Heredis institutio pendere non debet ex alieno arbitrio.
32 Patria potestas in his quæ publici iuris sunt non attenditur.
33 L.illa institutio 32.D de heredib.instit.
34 L.si mutus.7.D.de testamentis.
35 Bartoli ratio,cur filius fam.non testetur,donare tamen possit causa mortis.
36 Donationes causa mortis contractibus similes ex Bartolo.
37 Filius fam.contrahere potest.
38 Donationes causa mortis vltimis volũtatibus similes,an in omnib⁹ casibus,& semper,n.39
40 Bartoli ratio reprehenditur
41 Vera ratio proponitur,& explicatur sequẽtibus numeris.
42 Testandi facultas nisi lege concedatur nemini competit.
43 Testamẽti valor & effectus ex morte testatoris
44 Tempore prohibito aliquid fieri vel conferri in tempus prohibitum idem est.
45 Accursij sententia in l.illa institutio.32. D.de hered.inst.expensa & laudata.
46 Platonis de obseruatione testamẽtorũ sententia.
47 Iuris prudentes testatoris insanam voluntatem non obseruant.
48 L. 12. duodecim tabularum de voluntate testatorum.
49 Testatorum voluntates adimpleri omnia iura postulant.
50 Testamentorum in scriptis antiqua obseruatio ex Hebræis & Græcis.
51 Verba legis 12.tabularum quæ manca circunferuntur restituta.
52 Testandi potestas patribus fam.ciuibus Romanis tantum concessa.
53 Filius fam.nõ testatur,quia ei cõcessum nõ fuit.
54 Filius fam.ciuis Romanus est.
55 Vlpiani sententia de prohibitione iuris testandi circa filium fam.quia bona de quibus testari posset non habebat.& nu.
56 Testamentum de rebus proprijs nõ de alienis fit.
57 Patris voluntas non tribuit filio potestatem testandi.
58 Vlpiani sentẽtia hodie attẽto iure Codicis admitti non potest,cum filius fam.bona habeat de quibus testari possit.
59 Filius fam.& si bona habeat,non tamen liberã administrationem.
60 L. Sed Iulianus.8. §. quamquam. D. ad S. C. Maced.
61 Vlpianus dum scribit filium fam. testari non posse,quia nihil suũ habet,accuratè exponitur.
62 Filius fam.non testatur,quia familiam non habet,quam heredi relinquat.
63 Auth.vt liceat matri,& auiæ §.1 collatione 8.
64 Filius fam.quare donare causa mortis sine patris consensu non possit.
65 Peculij ex concessione non censentur concessa donandi facultas.
66 Donatio in dubio non præsumitur.
67 Filius fam.cum donat causa mortis, patrem donare censetur.
68 Filius fam habilis est ad donandum si bona haberet.
72 Filius fam.testatur de castrensibus & quasi castrensi ex Principum indulgentia, non ex permissione peculij.
73 Peculium occupabat pater mortuo filio ab intestato,iure peculij non hereditario.
74 L.filius fam.8.D.ad legem Falcid.
75 L.3.C.de bonis proscriptorum.

76 *Filius fam.qui de peculio testatur,patrem hodie non excludit.*
77 *Iure Regio Nouiori duæ partes ex tribus bonorum filij patri necessariò debentur.*
78 *Cap.licet.4.§.quamuis.De sepulturis lib. 6.*
79 *Filius fam. qui bona habet pro anima sua quid iure communi relinquere poterat.*
80 *Cap.quia nos.9.de testam.*
81 *Filius fam. minoribus ordinibus initiatus iure communi testari potest.*
82 *Capti ab hostibus serui hostium fiunt.*
83 *Capti à latronibus liberi manent, & testari possunt.*
84 *Captiuitas iure gentium introducta, & quare.*
85 *Capti ab hostibus quare liberi manent.*
86 *Parentes iure antiquo in legitima filij successione,eius liberos & fratres excludebant quod postea emendatum fuit.*
87 *Emanuelis Mendez de Castro interpretatio ad nostrum textum relata,& reiecta.*
88 *L.3.§.sed vtrum.D.de minoribus & nu.* 95.
89 *Peculium profectitium non confiscatur filio, paternis alijs bonis confiscatis.*
90 *L.1.§.sed & si morte.D.quando actio de peculio annal.sit.& nu.*94.
91 *Confiscatis bonis propter delictum confiscatur peculium.*
92 *Ratio differentiæ inter confiscationem ob delictum,& aditionem bonorum ob æs alienum.*
93 *Confiscatio subsequitur amissionem vitæ, libertatis,siue ciuitatis.*
96 *L.1.§.sed si filius fam.D.de legatis.3.*
97 *Fidei commissa sola nuda voluntate conualescunt,quia quasi nunc data existimantur.*
98 *Auth. vt liceat Matri & auiæ. §. 1. collatione.8.*
L.fin.§.filijs autem.C.de bonis quæ liberis.
99 *L.Imperator.D.ad S.C.Trebell.remissiue.*
100 *Filius fam.iam hodie iure nouiori Hispano testatur perinde ac si sui iuris esset.*
101 *Filius fam. qui testatur & liberos non habet, de tertia solum modo bonorum suorum parte disponit.*
102 *Filius fam.in tertia hac parte non potest præiudicare patrem in vsufructu.*
103 *L.5.& l.6.Tauri.interpretatæ.*
104 *L.si quando.35.C.de inofficioso testamento.*

1 COLLIGES ex hoc tex. filium famil,& seruum, qui patris & domini potestati subijciuntur non pertinere ad ius testādi.si cōiungas tex.in princ. sup.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Cum autem de seruo nulla sit disputatio, quia constat testandi actum & formulam,item & potestatē iuris ciuilis esse,l.testamenti.3. D. de testam. coniūcta l.verbis legis 120.D.de verb. significatione & quoad ius ciuile attinet seruos pro nihilo reputari. l. quòd attinet. 32. D. dereg. iur.de filio fam.præcipuè hic agit Iustin.docēs *filium fam.etiā patre consentiente testare nō posse.*

2 Quæ sane sententia grandes continet difficultates. In primis etenim obstat, donationes causa mortis legatis & cæteris vltimis voluntatibus similes semper & olim & hodie fuisse tex.in.l.fi.C.de donat.causa mor.tex.vbi latè
3 diximus,in princ.sup. de donat.† Constat tamen filium famil. patre consentiente mortis causa donare posse.l.filius fam.7.§. pari ratione D.de donat.l.tam is 25.§.1.D.de donat.causa mort.ergo filius saltim si patris accedat consensus poterit testari.

4 Secundo contra nostrum tex.obstat.filium famil.militem etiam post missionem de bonis castrensibus testari posse, tex. in l. penul. C. qui testament.facere poss.tex.in.§.illis autem vers. *sed testari* suprà de militari cum alijs quibus consonat l.13. tit.1. par.6.ergo generaliter verum non est,filijs famil. testamenti factionem interdictam esse.

5 Tertio obstat eisdē esse & de bonis quasi castrēsibus quę in togata militia acquisierint testari,permissum tex.in d. l. penul.C. qui test. fac.poss.tx.in l.fin.C.de inoff.testam.tx.in §. fi.sup.de militari.cū pluribus vulgatis.ergo iā fit posse aliquando filios famil.testari.

6 Quarto obstat tex.† In c. licet pater. 4. §. quamuis. de sepulturis, lib.6.ex cuius verbis. ibi.*præter ipsius assensum nisi peculium castrense, aut quasi castrense habeat,aliquid iudicare non potest*..iuncto vulgari argumento à cōtrario sensu,quod in iure fortissimum est, l. 1. §. huius rei.D.de officio eius,cū pluribus alijs,quæ retulimus in disputatione de mora,n.132.saltim patris accedente consensu posse filium ad pias causas testari,manifestè deducitur.

7 Quinto obstat tex. † in cap. quia nos.9.' extrà de testamentis.iuncto tex.in auth. presbyteros.in 2.C.de episcopis & clericis.ex quibus deducitur filios famil.sacris ordinibus initiatos liberè posse testari.

8 Sexto † induci etiā cōtra nostrū tx.cū Acc. & Bartolo ibidē,rectè poterit Martiani respōsum in l.qui à latronibus.13.ibi. *cum liberi maneant.*D.de testamentis.vbi ideò qui à latronibus capti sunt testamentum facere posse probat,quia liberi adhuc manent,ergo & filius famil.quia liber est poterit testari.

9 Septimo cōtra nostrū tx.ibi.*nullis liberis vel fratribus superstitibus.*quibus verbis Iustin. docet,ita demū posse patrē filio intestato succedere,si defuncti,fratres,aut filij non sint,quod & expressius probat.l.fi.C.cōmunia de successionibus.Obstat † tex. in auth. de heredibus
10 abintestato venientibus. §. si igitur defunctus vers.*si vero*,collatione.9.& in auth. defuncto. C.ad Tertullianum.l.4.tit.13.p.6.ex quibus constat patrem simul cum fratribus ipsius prę defuncti filij esse admittendum.

Octauo

11 Octauo † contra nostrum tx. *neq; patris creditores id vendere.* quibus verbis probari videtur, aliud esse in peculio profectitio; quasi id per patris creditores vendi possit. Grauiter obstat difficilis tex. in l. 3. §. sed vtrum. in fin. verb. D. de minoribus. vbi constat quòd si patris bona à fisco occupata sint, peculium filij separatur ex constitutione Diui Claudij. Cuius argumento vulgò traditum est, in confiscatione bonorum patris non venire profectitia
12 filij. Nono † contra nostrum tex. ibi. *licèt suæ potestatis factus decesserit.* obstat generalis regula. l. & si contra. 6. C. de nuptijs, & magis in specie. l. 1. §. sed si filius fam. D. de leg. 3. vbi si filius familias, vel seruus, fidei commissum reliquerit, non valet. si tamen manumissi decessisse proponantur, fideicommissum quasi nunc datum valet: & tamen explorati iuris est: eos demum fidei commissum posse relinquere qui & testandi ius habent. l. 2. D. de leg. 1. ergo euincitur ex. d. §. sed si filius, quod & si filius fa
13 mil. testamentum fecerit, idque nullum sit, eo sub patris potestate defuncto valere tamen si suæ potestatis factus decesserit.

Decimò † contra generalem huius tex. decisionem, & posse filium fam. saltim de his bonis testari, in quibus & proprietatem & vsum fructum habet probare videtur difficilis tex. in authent. vt liceat matri & auiæ in pri. §. res autem. ibi. *licentiam habeant, quo volunt modo disponere.* collat. 8. quæ etiam sententia, iure etiam Codicis probari videtur. in l. fi. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis. vers. *dumtaxat.* vbi Iustin. docet, in illis dumtaxat casibus, in quibus vsusfructus patri quæritur, filium non posse testari. ergò si patri vsusfructus nõ quæratur testari poterit: id enim insinuat dictio illa taxatiua. Quæ sanè duo iura nodum Apollinea solutione dignum, nobis offerunt, quibus accedit. l. Imperator. 50. D. ad Trebel. ibi. *in ea hereditate filio militi comparari debuit.*

14 Sed † his non obstantibus dicendum est verissimam esse nostri tex. sent. vt scilicet filius familias nec patris accedente consensu possit testari, quam etiam expressè probat tex. in l. qui in potestate. 6. & in l. filius famil. 19. D. de testam. l. tam is. 25. §. 1. D. de donationibus causa mortis, coniuncta. l. filius fam. 6. in finalibus verbis. D. de donationibus. l. seniũ. 3. §. 1. l. nemo ex lege. 11. C. qui testam. facere poss. l. fi. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis. idem docet Caius in Institutionibus. lib. 2. tit. 2. Vlpian. in fragmẽtis. ti. 20. l. 13. tit. 1. p. 6. explicat, præter ordinarios in his locis Panormit. cons. 63. prima. p. Fredericus. cons. 298. Oldradus. cons. 110, Conna. lib. 9. c. 4. ex. n. 1. Petr. Greg. 3. p. syntagmat. lib. 42. c. 8. ex. nu. 4. Iulius Clarus. lib. 4. receptarum sent. §. testam. q. 18. Ioan. Villalobos in ærario communium opinionum. litera. F. n. 138. Minchaca. lib. 3. de succes. creat. §. 4. ex nu. 8 Iosephus Gonçalez lib. vnico variarum q. ca. 10. nu. 15. & ca. 12. per totum. Greg. in d. l. 13. partitæ. omnes Tauri læ, maximè tamen nouissimus Ceruantes. ad. l. 5. Tauri. quæ est. l. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ collect. vbi similiter latè Matien. & Azeuedo Gutierrez lib. 2. practicarum quæst. ca. 40. & plura cumulans noster Spino. in gloss. 4. Rubricæ. ex. n. 1. cum sequent. Hæc igitur sententia expressè ex nostro tex. colligitur, filium
15 fam. testari non posse, † dicitur autem filius famil. qui sub patris est potestate. l. nam ciuiũ. 4. D. de his qui sunt sui. l. pronuntiatio. 195. §. familiæ. D. de verb. signifi. estque in potestate patris & sic filius fam. quicumque ex iustis nuptijs procreatus est, is etenim protinus patri est subiectus vinculo patriæ potestatis. l. item in potestate. 3. D. de his qui sunt sui tex. in prin. vbi latiùs explicuimus sup. de pa-
16 tria potestate. † Item & is qui adoptione, vel arrogatione interueniente in nostra constituitur potestate. l. 1. & per totum. D. de adoptionib. tex. in princ. & paragraphis sequentibus. sup. illo tit. qui legitimus filius dicitur, vt sæpè ad multorum iurium explicationem docui. † Ex quibus constat filium naturalem tã
17 tùm quem *bastardum*, vulgus appellat, filium familias non esse, cùm ex iustis nuptijs procreatus non sit, ex dictis iuribus &. §. vltimo. sup. de nuptijs. vbi & in §. quibus connumerari. inf. de hereditatibus quæ ab intestato. latè de his filijs diximus: vnde hac prohibitione is naturalis filius non comprehenditur, & testari rectè poterit, patria potestate non impediẽte, cum in eum non cadat.

18 Item & eadem ratione filius patre orbatus, licet matrem habeat, non est subiectus nec filius familiæ, sed potius pater famil. ex. d. l. nam ciuium. d. l. pronuntiatio. §. familiæ. quia constat fœminas filios non habere in potestate. §. fœminæ. vbi diximus. sup. de adoptionibus. Potest tamen quis patrem habere & non ideo esse filius familias, vt potè si aliquo certo & à iure deliberato modo à nexibus patriæ potestatis solutus & liberatus fuerit, quod quibus modis contingat cum Iustin. docuimus sup. ad tit. quibus modis ius patriæ potestatis solui-
19 tur. † Illis addentes iam hodie communi omnium gentium consuetudine per matrimonium filios famil. effici sui iuris quod apud nos expressa lege cauetur, in comitijs Tauri. ca. 47. quæ est l. 8. tit. 1. lib. 5. nouæ Recop.

20 ÆEtas autem vel tempus non est modus dissoluendi patriam potestatem; quia patriam potestatem, quæ certis & determinatis modis incipit, vt sup. de patria potest. & de adopt. interquos tempus non enumeratur, nec ætas, consequens est, nec propter ætatem, nec senectutem dissolui. quo argumẽto in simili vtitur I. C. in. l. obligationum. 43. §. placet. vers. *nam*

quod

quodalicubi. D. de obligat.& act. sicque rectissimè docuit Accu. in. l. fin. §. pupillus verb. *pupillus*. D. de verb.oblig. filium, qui sexagenarius, vel centum annorum sit, non ideo desinere esse filium famil. qui communiter receptus est, secundum plures quos refert Pinelus in. l. 11 prima. p. nu. 34. C. de bonis maternis.

21 Ex superiori etiam resolutione & nostri textus decisione disertè colligitur nec codicillos facere filium famil. posse, si coniungas tex. in l. Diui. 6. §. 1. vers. *codicillos is demum*. l. confi ciuntur. 8. §. codicilli. D. de iur. codicill. ex quibus constat eum demum codicillos facere posse, qui & testandi ius habet.

22 Sed obstat diff. tex. in. d. l. conficiuntur. §. si post factum, vbi arrogatus, qui per arrogationem filius famil. effectus fuit, ex tex. in princ. sup. de adopt. & testamentum facere non potest, ex. d. §. si post factum. & generali decisione tex. sup. animaduersa, cum & per arrogationem prius factum testamentum irritum fiat, ex d. §. aliquoque inf. quib. mod. testam. infir. l. qui ex liberis. xj. §. qui testamento. D. de bon. possessione secum. tab. vnde consequens erat codicillos eum facere non posse, aut saltim factos non valere, & tamen ibidem illos valere l. C. probat.

23 Sed dicere poteris Iulium Paulum ibi, consideraſſe merum principium codicillorum, retuliſſeque ad tempus ante arrogationem, & coniunxisse cum tempore quo iam iterum sui iuris fuit factus per emancipationem testator ille, & hoc modo cum eos condicillos confirmasset quo tempore testabilis erat, ad illudque referantur, videbis nõ impediri illud iuris principium à testamenti factione ad codicillos, supra deductum.

Neque obstat, rumpi siue irritos fieri ibi debere codicillos, rupto testamento ex reg. l. 1.

24 C. de codicillis. † Quia solent codicilli quandocunque facti, ad testamentum pertinere, & eius sequi ius & infortuniũ. l. 2. §. fi. l. 3. §. vlt. l. ahinteſtato. 16. D. de iure codicill.

Quoniam respon. I. C. considerasse initium codicillorum separatum à testamento, nec ab illo pendere, cum post factum testamentum, ideſt, seorsum & separatim proponat confirmasse ante arrogationem, ideoque testamentum fuisse sublatum arrogatione, ex iuris principijs, nõ item codicillos irritos fuisse factos, non decedente testatore sub arrogatione, sed potius emancipato. Nam nec agnatio posthumi quæ post factum testamentum contingit,

25 † & ipsum rumpit. l. 3. §. ex his. D. de iniusto rupt. l. 2. &. 3. C. de posth. hered. inst. §. posthumi inf. de exhered. l. ber. †

26 rescindit codicillos, si sine testamento subsistant, ex tex. quem sic intelliges, in d. l. abinteſtato. 16. D. de iure codicill. l. 3. §. sed etsi post codicillos. l. is qui vnũ 19. vers. *agnatione sui heredis*. eo. tit. & hac ratione aptissimè quadrat argumentum adiectum à l. C. in d. §. si post factum. vers. *nam & si post humus*. quon tamen ibidem non percipit Acc. verb. *valent*. peinsque errat Cona. li. 5. ca. 6. n. 2. & 3. nam vulgus interpretum eas difficultates prætermisit.

27 Rectè ergo à nobis notatum est, filium famil. non posse codicillos facere. quia nec testari potest, quo etiam argumento vtitur I. C. in l. 3. in princ. vers. *quia pater fam*. in. l. Aristo. 9. D. de iure codicill. iuncta. l. qui testamento. 14 & l. de statu. 15. D. testamentis. & in alijs personis admissum etiam est, ex. l. quædam. 7. in prin. D. de iure codicill. & in l. in bello. 12. §. codicilli. C. de captiuis. codicillorum siquidem vsus receptus est, in fauorem & gratiam tantũ eorum, qui cum testamenti factionẽ habeant, tamen propter facti aliquod impedimentum, aliquando testamenta facere non poterant, vel ne testamentum semel rite & rectè factum ex integro & iterum fieret, si testator aliquid supplere, declarare, aut mutare voluerit, quod facile codicillis faceret, sunt enim codicilli quasi sequela, & appendix quædam testamenti, quã rationem non obscurè colliges ex principio int. de codicillis. ex. d. l. conficiuntur. 8. §. codicilli. D. de iure codicill. ideoque non pertinet ad codicillos qui testamenti faciendi ius non habet, quam rem latissimè tractat Perusinus in. l. 2. D. de legat. 1.

28 Verã autem huius prohibitionis rationem vt interpretes assignent in varias feruntur sententias, & opiniones; & tamen Bart. in d. l. qui in potestate. n. 1. post Acc. ibidem verb. *nihilo magis*. & in. d. l. tam is. 25. §. 1. ver. *patris*. & hic. ver. *permiserit*. putat, ideo filium famil. neque

29 patre consentiente posse testari. † quia cum testamenti. 3. D. de testam. non potest a priuato concedi. l. ius publicum. 38. D. de pactis. facit reg. l. nemo potest. 55. D. de leg. 1. †

30 item etiam, quoniam cum testamentum absque heredis institutione non valeat. l. 1. D. de hered. instituend. §. ante heredis. vbi late dicemus, infra deleg. † pendere autem ab alieno arbitrio

31 voluntates testatorum, nec heredum institutiones debeant, constanter id enim veteres sic decreuerunt l. illa institutio. 32. D. de hered. instituend. cum pluribus alijs, sigillatim ab interpretibus relatis in. l. 1. D. de leg. 2. Coua. in cap. cum tibi. de testam. consequens est, ne aliàs testamentum filij pendeat ab arbitrio & voluntate patris, ex eius voluntate filium non posse testari. iuxta nostrum tex. quam rationem post Bart. & antiquiores, sequuntur nostri in d. l. 5. Tau. & in. d. l. 4. nouę recop. Oino tomus. hic in princ. Spino. giosl. 4. rub. nu. 10. & alij sup. relati.

32 Cæterum ea communis ratio mihi semper displicuit: primo quoniam & si verum sit, testamenti factionem publici iuris esse, non tamen

men inde conuincitur ad eam filium fam. non pertinere, cum constet, vt & idem Bar. ait, in his quæ publici iuris sunt patriam potestatem non expectari, l. nam quod. 14. D. ad. Trebell.

33 Præterea tex. in d. l. illa institutio. cum similibus. inepte ab scribentibus inducitur, hoc etenim in casu quando pater filio permitteret testandi facultatem, non ideo obtenta licentia. & heredibus à filio scriptis, dici potest testamentum hoc pendere à patris voluntate, cum in eius arbitrio non sit collata institutio, nec sit in eius voluntate, heredum declaratio.† Non magis quam si mutus, impetrata à principe facultate testãdi, iuxta. l. si mutus. 7. D. de testam. l. ex facto. 43. D. de vulg. aut ille qui non poterat testari, l. si quando. 35. in princ. C. de inoff. test. fecerit testamentũ quo casu absurdum esset affirmare testamentum illud post principis indulgẽtiam factum, à principis voluntate pendere siue ab arbitrio permittentis.

35 Quare idem Bar. in. d. l. qui in potestate, n. 2. existimat ideo filium famil. mortis causa donare posse, non autem testari, † quia donatio causa mortis, contractibus magis assimilatur, quàm vltimis voluntatibus. vnde mi-

37 rum non est, † si vt quilibet alius contractus à filio famil. celebratus sustineatur donatio, in. d. l. tamis. §. 1. D. de donat. causa mort. coniuncta regula, l. tam ex contractibus. 57. D. de iudicijs, l. filius famil. 39. D. de obligat. & act.

38 Nec obstat siquis obijciat donationes causa mortis longè magis vltimis voluntatibus esse similes, quam contractibus l. omnibus. 9. l. Marcellus. 15. §. Paulus. l. & si debitor. 17. l. illud. 37. D. de donat. causa. mort. l. fi. C. eod. prin. sup. de donat. cum ibidem relatis, & adductis Per Caldam, in. l. si curatorem. verb. *hunc contractum*. Ex nu. 21. C. de in integ. restitutione.

39 Quoniam respondendum est, huiusmodi donationis causa mortis, & legatorum æquiparationem perpetuam non esse, neque semper admittendam, cum pluribus in casibus differant, vt verba tex. in d. principio &. in. d. l. fin. satis insinuant. Hæc autem donatio causa mortis quam filius patre consentiente, fecit in d. l. tamis. §. 1. non legatis, sed donationibus inter viuos comparatur: quia donationes causa mortis ex testament. legatis similes sunt, non verò abintestato, quia eo casu, nulla legatorum comparatio occurrit, l. si filius. 20. versiculo. *intestato*. D. de leg. præst. ergo si is qui donationem causa mortis fecit, testamento facto decedat, neque ibi cum

44 donationis pœniteat, donatio quasi testamento confirmata legatis æquiparabitur argumento. l. cum hic status. 33. §. oratio. D. de donat. inter. l. si mortis. 40 D. de donat. causa mort. abintestato autem hæc æquiparatio nõ admittitur; vnde cum filius famil ex sententia notati tex. & similibus, testamentum facere non possit, & inde intestatus decedat, regula l. intestatus. 64. D. de verbo signifi. & principij. infrà de hered. quæ abintest. cum ibidem notatis, donationibus inter viuos, non vero legatis, comparabitur donatio causa mortis ab eo facta, ideoque ex patris consensu posse eũ donare causa mortis non autem testari, mirum non est.

40 Sed profectò, quamuis ex huiusmodi Bartoli ratione, euincatur, cur patris accedente consensu, filius famil. possit causa mortis donare (quæ tamen an vera sit, ex inf. dicendis ad primum argumentum constabit) non tamen constat cur ipse, nec ex eadem voluntate possit testari. Quare tu considera huius quæstionis duplicem esse inspectionem. Vnã quæ iuris prohibitionis rationem expostulat, Aliam verò quæ patris consensum & permissionem nihilo magis prodesse filio euincit.

41 Igitur vt iam veram rationem prohibitionis huius assignemus, eandem illam verissimam esse contendimus, quam aliquibus ab hinc annis, multis licèt reclamantibus, pro rostris ferè ex tempore disputando constituimus, & paulò post à quorundam calumnijs tota acclamante Academia defendimus, quam vt percipias sequentia obseruabis

42 Primò, testandi facultatem, libereque de rebus suis disponendi licentiam, nisi nominatim vel priuata, vel publica aliqua lege fuerit concessa, nemini competere, quia cum omnis dispositio facta tempore habili, inutilis censeatur, si eius effectus ad tempus inhabile referatur. l. quod sponsæ. 4. C. de donat. ante nupt. vbi Bart. hanc regulam numquam deficere arbitratur; & voluntas testatoris in testamento expressa, tunc locum habeat, & valere incipiat, quando testator decesserit, &

43 non antea, quia suæ voluntatis implementum post mortem confert, l. 1. ibi. *post mortem. Iuan.* D. de testamentis cap. cum Marthæ. 6. §. cæterum vers. *nouissimum*. de celeb. miss. quo in tempore cum ipse testator incapax sit voluntatis habendæ, ex eo quod, vt dici solet, mors omnia soluit, auth. de nuptijs. §. deinceps. collatione. 4. quem multis exornat Sebastianus Medicis tract. mors omnia soluit, Consequens est, vt talis voluntas inutilis iudicetur, vt potè quæ licet sit expressa tempore habili, referatur tamen ad tempus inhabile, in quo constat testatorem, voluntatem aliquam, neque potestatem habere non

44 posse, † idem enim est aliquid fieri tempore prohibito, vel cõferri in tempus prohibitum l. eum qui. 13. D. de iur. om. iud. l. Titio cum more-

45 moreretur. 51. D. de vsufructu. † Vnde Accurs.in.d.l.illa institutio.32.verb *pendere*, ibi. *quod vix in suo permittitur.* D. de hered.instit. insinuat necessariam fuisse confirmationem testamentariæ successionis, quia de iuris rigore dispositio testatoris irrita videtur, cum de bonis disponat, conferendo voluntatem ad tempus inhabile, nempe post mortem, quo iam nullum ius in bonis habere potest: quam Acc.opinionem alijs relatis in optimo casu sequitur Pinel.in.l.2.nu.7.C.de bon. mat. Didac.Perez,& Ferd.Mincha.quos retulit Guillen de Ceruantes. in l. 3. Tau. num. 5. Ioan Matiençó in.l.1.gloss.10.num.17.tit.4.lib.5. recopil.

Cum ergo(vt ex paulò antè dictis constat) nemo de rebus suis possit post mortem suam disponere;vt eius dispositio effectum sortiretur, necessarium fuit generali aliqua lege id
46 omnibus concedi.† & quamuis Plato lib. 11. de legibus, iudicet eos ineptè facere qui tantum tribuant defunctorum voluntatibus, vt omnes etiam nutus morientium, & tantùm non ægri somnia religiosè obseruent,cum quidem plerumque delirent, qui animam agunt;
47 † verùm inter ægri deliria, & testamenta hominis sanæ mentis discernunt legumlatores, qui quidem ratam non habuerunt testatoris voluntatem, quæ vel argueret aliquando defuncti insaniam, vel legibus aduersaretur, l. quidam in fuo.27.D.de cond.institut. l. seruo alieno.116 §.fi.D.de leg.1.l.nemo potest.55. eod.tit. In alijs verò religiosè tutati sunt im-
48 perata mortuorum † Nam veteri duodec. tabularum lege,qua testandi ius omnibus Romanis ciuibus qui patres famil. essent concessum fuit,iuris loco ea habita sunt, l.verbis legis.120.D.de verbo.signific.cuius verba mox
49 referemus,† respondit que Papin.in l.hereditas etiam 50. in fi. D. de petitione hered. & Principali & Pontificali autoritate compellendos esse heredes ad obsequium supremæ voluntatis,& Paulus in l.vel negare.6.D. quē admod.Testamenta ap. publicè expedire ait, suprema hominum iudicia exitum habere,extantque similia alia Iustiniani dicta, quæ retulit Baldui.in protheorijs tit.sup.de testam. &
50 ad leges Romuli cap.26.† & constat quod & si testamentis etiam scriptis vsi sint ante Romanos & plures aliæ gentes: nam & in iure diuino testamentum fecerunt Abraham Geneseos.21.&.25.& Iacob Geneseos 48.& 49.& probauerit Deus locutus ad Ezechiam. Esaiæ. cap. 38. & 4. Regum cap. 20. & ijdem etiam Romani, ante.xij. Tabulas, nam & tempore Coriolani,sua in procinctu testamenta habuere,vt testis est Plutarchus, maior tamen libertas,certiorque autoritas fuit editis duode. tabulis,in quibus decem viri Græcorum exemplo(apud quos, vt ex Isocrate in AEgineti-
co , Plutarcho in Solone constat , testandi facultas peculiaribus legibus fuit permis-
51 sa) ita scripserunt. † (*Pater familias vti legassit super pecunia,tutela ve suæ rei, ita ius esto. Aut, si intestato moritur cui suus heres nec extabit agnatus proximus familiam habeto: si agnatus neceseit gentilis familiæ heres esto*) quod xij.Tabularum caput his verbis legitur,inquibusdam earum fragmentis, quæ post Codicem Theodosianum, Parisijs apud Sebastianum Niuellium.anno.c10.10.xxcvi. excusum habentur. sic etiam retulit Ioannes Rosinus. lib.8.antiquitatum Romanarum ca. 6. pagina.337.Antonius August. libro de legibus & senatus Consultis,in explicatione legum.xij. tabul.pag.168.& pagina. 169. Fulvius Vrsinus in notis legum Regiarum pag.45. quæ apud eumdem Augustinum habentur. his etiã verbis hanc duodecim tabularum legem retulit Cuiacius ad.l.3. iuxta finem. D de testamentis, & Matthæus Vvesembekius in notis ad hunc tit.num.3.antequos Tull. Cicero lib.2.de inuentione,& lib.1.ad Herennium, similibus verbis refert. Hotomanus in præsenti enuntiatione.1.qui in principio infrà ad legem Falcidiam, putat concisè hanc legem ibidem referri, (*vtiquisque legasset, &c.*) vt & apud Vlpianum. in l.1.D.ad leg Falcid.& in. d.l.verbis legis 120.D. de verb signifi. quam etiam lectionem retinuit Balduinus ad leges Romuli, ca.20.& cap. 26. Sed vt constat ex
52 antiquioribus fragmentis iam relatis prior lectio verior est † ex qua sanè, ni fallor, iam apparet ideò filijs famil.testandi ius non esse, quoniam illud expressè patribus tantum familias qui ciues Romani essent concessum fuit, quod etiam probare poteris ex iam citata l. 1. ibi *qui Ciues Romani sunt.* & ibi. *quicunque ciuis Romanus.* D. ad leg. Falcid. coniunctis sup.proximè traditis; quò etiam respexisse mihi videtur Iustinianus in hoc tex. ibi. *statim enim ij qui alieno iuri subiecti sunt testamenti faciendi ius non habent.* vt saltim ex hoc tex. dicendum sit, quòd cum ius testandi nemini competat, nisi cui lege id fuerit concessum, quod etiam non male probabis ex prioribus nostræ Rubricæ verbis. *quibus non est permissum facere testamentum*, & princ. huius tex.ibi. *Non tamen omnibus licet facere testamentum*,quibus,ni fallor Iustin.insinuat, ius
53 testandi illis tantum tribui, quibus id est permissum non alijs; † consequens est filios famil.testamenti factionem non habere,cum lege duodec. tabul. eis non concedatur, vt sic tandem dicamus huius nostri textus rationem & causam à legum veterum autoritate manasse & fluxisse; vt insinuauit eruditus Cona. lib. 9. capit. 4. numero. 4.
54 infine.

Sed tunc non immeritò vrgebis; quare

& hoc filijs famil. non conceditur, qui & ciues sunt Romani. l. nam ciuium. 4. D. de his qui sunt sui vel ali. iur. & ad omnes honores & dignitates admittebãtur, vt pas im constat, & animi iudicio non destituuntur, quoniam vt in rubrica huius tituli diximus, etiam sexagenarius sub patris potestate est, nisi ab ea solutio ei per modos à iure ciuili approbatos contigerit.

Cui obiectioni satisfacit Vlpia. in fragmen
55 tis tit. 20. versi. *filius famil.* quia nempè eo maximè tempore filius famil. non habebat, quæ testamento posset ad heredes transferre, propter antiquam iuris ciuilis regulam quam Iustin. retulit in. §. igitur sup. per quas person. quicquid enim filius acquirebat statim
56 patri acquirebatur. † Cum autem testandi ius illis tantum esset permissum qui de rebus suis disponerent; vt deducitur ex sæpè citata lege. xij. Tabularum. ibi (*rei suæ*) & l. testan de. 13. ibi. *de pecunia sua.* C. de testamentis, auth. ingressi. ibi. *ne ergo de his testantur, vt potè nec domini rerum.* C. de Sac. sanct. Eccles. l. conficiuntur 8. §. si post factum. ibi. *& alienis quodammodo rebus testatur.* D. de iure codicill. l. qui ex liberis. xi §. 1. ibi. *simul & fortunas suas.* D. de bon. poss. secundum tabul. consequens est, filijs famil. id ius datum non esse, quia bona de quibus testari possent non habebant.

Sed adhuc obijcere poteris, si bona non habebant, habere tamen poterant patris voluntate, qua mediante de rebus suis disponerent. Sed hoc nihil mouere debet, quoniam cum nunquam penes filium bona consisterẽt, sed iterum, atque iterum patri acquirerentur, nunquam filius habere potuit de quibus rebus testaretur, nec patris voluntas aliquid
57 prodest, quoniam illa lege duodec. tabul. ei fuit concessum ius testandi, non vt ipse alij id concederet, vt ex relatis. l. constat. ibi. *vti quisque legassit.* & in auth. de nuptijs. §. disponat. ibi. *disponat testator.* & in l. 1. ibi. *voluntatis nostræ iusta sententia de eo &c.* D. de testam. itaque neque alteri committi potest, vt paulò post dicemus, neque de alienis rebus esse; vt omittamus etiam hoc ius testandi, vt publicum per patrem filio concedi non potuisse. d. l. ius publicum. 38. D. de pactis.

58 Sed † longè maior cæteris est, qui nunc restat scrupulus; nãq; & si quæ superius dicta sunt sæculo & ætate Vlpiani sine dubio sint admittenda, quia tunc filius nulla prorsus bona habere poterat de quibus testaretur, hodie verò contrat, & quoad proprietatem semper bona aduentitia, & aliquando etiam & quo ad vsum fructum habere, vt per totum. C. de bonis maternis, & C. de bonis quæ liberis, & §. igitur. cum sequentibus inf. per quas personas & tamen nihilo magis testari potest, ex nostro tex. & l. nemo ex lege. xi. C. qui testamẽta fac. poss. d. l. 13. ti. 1. p. 6. ergo superior ratio non concludit.

59 † Sed respondendum est eadem Vlpiani ratione retenta, quod & si filius familias bona habeat, non tamen eorum liberam administrationem. Vt rectè Theophilus in præsenti, & in §. pater suprà de testamentis, animaduertit, sequitur Petrus Loriotus de iuris apicibus, Tract. de tutelis axiomate. 69. & 70. & expresse probat l. fin. §. ipsum autem filium versi. *filijs autem.* C. de bonis quæ lib. quare consequens est, nec de illis testamentum facere posse, nec etiam de alijs, cum in filio non possit considerari quid iure hereditario possit in heredem transmittere, vnde rectè constitutum est, heredem habere non posse,
60 † ex textu sic intelligendo, in l. Sed Iulianus 8. §. quamquam. D. ad Maced. cum filio mortuo protinus pater eius bona pristino & proprio iure occupet, ex nostro textu verticulo. *quamquam iuri ciuili.* & potest in duci, l. filius famil. 18. verticulo. *sed in proposito.* ibi. *nam cum apud patrem remanent ius pristinum durat, & peculium est. D. Ad legem Falcid.*

61 † Quod si hæc tibi obseruatio non omninò remoueat scrupulum, aliter Vlpiani locum accipias, resolueque Vlpian. d. tit. 20. non tam
62 de proprietate bonorum loqui, † quam de iure familiæ, sic enim loquitur (*filius famil. testamentum facere non potest quoniam nihil suum habet vt testari de eo possit*) suum enim refertur ad id de quo testari potest, nempe ad ius familiæ quod testamento relinquitur heredi, quẽadmodum & suus heres, & luitas in §. sui. inf. de heredum qualit. & inf. de heredita. quæ ab intestato. Idemque Vlpian. paulò post, *quia familiam*, inquit, *mancipare non potest.* cum autem testamento non bona tantum, sed omnia iura familiæ, (quæ filius familias non habet,) relinquantur; seu, vt Vlpian. ait, mancipentur, sequens est, nec hodie filium testari posse; cum & si bona habeat aliquando & quoad proprietatem & quoad vsumfructum, quæ
63 possit inter viuos administrare † ex. d. auth. vt liceat matri & auiæ. §. 1. quem sic accipio cum Viglio & Vvesembekio hic, non tamen familiam, donec pater viuit, vel cum non emancipat. l. pronunciatio. 195. §. familiæ. D. de verbo signifi. ibi. (*Et cum pater famil. moritur quotquod capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrum familiarum nomen subeunt. Idemque euenit in eo qui emancipatus est.*)

Quibus sic constitutis non obstant quæ cõtra nostrum tex. adduximus; non primum ex. d. l. tamis 25. §. 1. D. de donat. causa mort. quoniam omissis opinio. & variis doctorũ sente-
64 tijs, † dicendum est ideò filium famil. prohiberi

beri donare causâ mortis, non quod habilis ad donandum non sit, vt communis putabat, quâ Cuiacius æquitur. in l. 1. & 3. D. de testament. Duare. ad Pandectas, pagina. 869. sed quia nulla bona habebat, quæ posset donare, vt ex sup. relatis constat. Et quamuis solerent parentes filijs peculia quædam concedere, vt toto tit. D. de peculio; eorum tamen proprietas penes patrem erat, & filijs tantum administratio concedebatur, vt deducitur ex l. certum. 65 13. C. famil. hercis. ideoque † expeculij concessione non censebatur permissa donandi facultas. l. filius famil. 7. in principio. D. de 70 donat. ea ratione peculium quod patris est filius perderet, nec videtur generaliter concessum quod specialiter pater non esset concessurus, argumento à contrario ex. l. qui peculium. 47. D. de peculio. l. obligat. generali. 6. D. de pignoribus. & constat in dubio neminem res suas donatorum, † cum ne- 66 mo præsumatur iactare suum, ex l. cum de indebito. 25. D. de probat. quam exornat Tiraquelus in. l. si vnquam verb. *donatione largitus*, nume. 206. C. de reuocand. donationibus Menochius lib. 2. de arbitrarijs cent. 1. casu. 88. per totum, ideo nec patrem filio hoc concessisse: Eaque ratione patris necessarius est consensus quia de eius incommodo agitur, qui si accedat, non mirum si donatio 67 valeat, † atque tunc non tam ipse filius, quam potius eius pater donare intelligitur. l. 2. in principio. l. in ædibus. 9. §. quod filius famil. D. de donationibus. Nec admitti potest opinio existimantium filium non habere legitimam personam ad donandum, 72 idcoque authoritatem patris esse necessariam id enim verum non est ex. d. l. filius famil. 7. versiculo. *quid ergo si iusta ratione*, & versiculo. *non vnquam*. vbi si iusta donandi causa subsit non expectatur patris consensus, 68 † ergo filius famil. non est inhabilis ad donandum. maximè constitutum sit quemcúnque contractum celebrare posse sine permissione patris, d. l. tam ex contractibus. 33. D. de iudicijs. l. filius famil. 39. D. de oblig. & act. est igitur necessarius patris consensus, non vt filius possit donare, sed vt habeat quid donet. Quod si obijcias, ergo hodie poterit donare sine patris consensu, cum habeat bona? Respondebo, adhuc non habere liberam administrationem ex. d. l. vltima. §. fin. versiculo. *filijs autem*. C. de bonis quæ liberis. his exceptis in casibus in quibus & proprietatem & vsum fructum filius habet in quibus rectè poterit donare ex. d. §. filijs autẽ. vers. *dunta xat*, & maigs ex tex. in auth. vt liceat matri. & auiæ. §. res, ibi. *licentiam habeant quo velint modo disponere*. collat. 8. quæ iura sic intelligi aio, & sic soluitur. primum argumentum.

69 Neque † obstat secundum ex d. §. illis autem temporibus, vers. *sed testari*. sup. de militari testam. cum similibus. quibus probatum est, militem filium famil. de bonis castrensibus, & eorum quæ intuitu militiæ acquisiuit posse testari: quoniam vt ex ibidem & toto illo tit. traditis constat, peculiare est in filio famil. milite vt is patria potestate non obstante propter militare priuilegium testari possit: quod quia in eodem loco iam explicuimus & paulò inferiùs aliqua dicemus, iterum inculcare nihil attinet.

Nec magis obstat tertium Argumentum ex. d. §. fin. sup. de militari testamento. quoniam vt ibidem diximus, priuilegium illud filijs famil. militibus concessum à Diuis Principibus, ab eisdem postea extensum est ad veteranos, & ad omnes qui in togata militia versantur, quales sunt numerati, in. d. l. fin. C. de inoff. testam. & in tit. C. de professoribus & medicis lib. 10. & in. l. 1. C. de professorib. qui in vrbe Constantinop. lib. 12. Intellige autem posse testari de bonis acquisitis intuitu militiæ, siue de castrensi peculio, quod definitur in. l. castrense. 11. D. de castrens. pecul. & in l. 1. C. eodem lib. 12. l. 6. titulo 17. part. 4. † ad cuius exemplum inductum est quasi castrense peculium, in quo filius liberam habet testamenti factionem patremque potest excludere, ex l. pen. &. fin. C. qui test. facer. poss. ex. l. 13. tit. 1. p. 6. & expressè probat Iustinianus hic. & Iulius Paulus lib. 3. sent. tit. 4. §. filius. Præterea etiam intellige posse testari, quia hoc expresse ei fuit 71 concessum, ex Principum indulgentia vt hic refert Iustinianus † vt inde videas perperam multos existimasse ex permissione peculij, hoc ius in consequentiam fuisse deductum: quod tamen falsum est: nam quamuis filius bona haberet non tamen inde fiebat, vt testari posset, vt supra ostendimus, namque dum viuebat disponere siue potius administrare poterat, eo tamen mortuo iure proprio pater occupabat, namque filius heredem extraneum habere non poterat, opus ergo fuit principali constitutione, vt ex hoc tex. facile colliges, & ex l. si communis seruus. 18. versiculo. *cum beneficium*. D. de stipulatione seruor. † Indeque erat, vt filio intestato defuncto, pater 73 quoad bona castrensia non diceretur heres, tex. in. l. 1. l. 2. l. proponebat. 9. versiculo. *sed cum nihil*. D. de castrensi pecul. l. 6. C. illo tit. lib. 12. l. in eo. 33. D. de acq. rerum. dom. † Vnde intelliges. l. filius fam. l. 18. D. ad 74 leg. Falcid. siquidem pater non succedit vt heres, & per consequens videbatur non posse Falcidiam detrahere, quam heres detrahit; & tamen I. C. resp. patrem adhuc detrahere posse, quia licet non succedat vt heres, restituit tamen tamquam heres extraneus. † Si- 75 militer

militer intelliges tex. in l. 3. C. de bon. proscrip. vbi peculium castrense non confiscatur
76 propter delictum filij quia patris est, † Cæterùm iam hodie magis frequenter obtinuit, vt filius etiam de castrensi peculio testatus non possit patrem excludere saltim sine causa, & heredem habere extraneum, propter generalem decisionem authentici. Vt cum. de appellatione cognoscitur. §. siue igitur, versic. *sancimus*. & esse communiter receptum testatur Iulius Clarus in receptis sententijs. §. testamentum quæstione. 48. & sic filius famil. à tertia castrensium bonorum parte non excludit patrem, quia iure communi hæc tertia pars erat patri debita in bonis filiorum ex authent. de triente & semisse. §. 1. l. 8. tit. 13. part. 6. & resoluit Ioan. Rojas, tracta. de succes-
77 sionibus, cap. 31. num. 5. † Nouiori verò iure iam duæ partes ex tribus bonorum filij patri debentur. l. 6. Tauri. l. 1. tit. 8. lib. 5. recopillat. vnde de tertia tantum parte peculij castrensis poterit testari, quam sententiam multi probant ex dictis Regijs legibus, ibi. *de qualquiera calidad que sea*. præcipuè Did. del Castillo in d. l. 6. Greg. in l. 6. verb. *padre*. tit. 17. par. 4. quod inferiùs latiùs disputabimus.

78 Præterea non obstat quartum ex d. cap. licet. 4. §. quamuis. de sepulturis, lib. 6. quoniam etsi controuersum sit, an saltim ad pias causas possit filius famil. patris accedente consensu testari, & communi opinione receptum sit, ex decisione d. cap. licet. argumẽto sumpto à contrario sensu, hac in specie filio fam. testandi ius esse, quam opinionem pluribus citatis securè sequitur Couar. in rubr. de testam. 3. nu. fi. Didac. Spino de testam. in Rubr. glos. 4. num. 11. ego tamen magis probo sententiam eorum, 83
qui in contrariam partem iuerunt, quos ijdem authores retulerunt, & defendit Minchaca lib. 3. de successionibus creationis. §. 22. nu. 8. neque obstat textus in dict. §. quamuis, quia vti rectè idem Minchaca obseruat, etsi à contrario sensu deduci videatur posse filium famil. de bonis aduentitijs aliquid pro anima sua si patris voluntatem habeat, relinquere id tamen argumentum ad iuris correctionem indistinctè sumendum non est, iuxta vulgares 84
traditiones, de quibus Nicolaus Euerardus in
79 loco iam citato. † Planè poterit filius famil. qui bona habet si patris voluntatem habeat mortis causa, vel, aliàs inter viuos, quod voluerit pro anima sua relinquere, cui aliàs id non licet, vt supra insinuauimus ex dict. l. fin. §. filijs autem. C. de bonis quæ lib. quod si dixeris, ergo in dict. cap. licet. 4. §. quamuis nihil fauore animæ specialiter cautum est; fatebor libentissimè, namque si aliàs iure communi potest filius ex voluntate patris mortis causa, vel inter viuos donare, vt supra diximus, aliud priuilegium ei necessarium non est. regula l. 1. C. de Thesau. lib. decimo.

80 Non obstat quintum ex dict. cap. quia nos. 9. de testamentis, & authentic. Presbyteros. in 2. C. de Episcopis, & Clericis, quoniam vt constat ex ijs quæ ibidem late scripsit Couarru. & nouissimè Guillen de Ceruantes in l. 5. Tauri ex num. 12. quamuis verum sit filium famil. etiam sacris ordinibus insignitum non liberari à patria potestate, cum is non sit modus inter alios, quibus ea soluitur relatus, à qua sententia nemo discrepat: quia verò omnia bona quæ filius postea acquirit castrensia, vel quasi castrensia reputantur, de illis poterit testari, quemadmodum in alijs militibus etiam Palatinis admissum est, & supra
81 diximus, † quinimò etiam id in clericis minoribus ordinibus tantummodo initiatis procedere, contra Viglium hic num. 18. diserte probant Couarru. & Guillen de Ceruantes, iam relati.

28 Non obstat sextum ex dict. l. qui à latronibus. 13. D. de testamentis, quam ineptè satis acceperunt Accurs. & Barto. ibidem incongruam esse putantes rationem, qua Martianus motus captis à latronibus testandi ius esse scripserit, eò, quòd liberi maneant, quasi inde inferatur filium famil. & damnatum de capitali crimine etiam testamentum posse facere, contra nostrum textum. quia liberi sunt. Sed longè alia est Martiani mens, qui asserit quod cum liberi maneant possunt facere testamentum quasi à deficiente ratione legis, siue potius à natura oppositorum arguat. in captiuis enim ea tantum ratione testamenti factio interrumpitur, quod serui hostium facti sunt. l. 3. ad fin. D. de verborum significatione. † cum ergo à latronibus cap 83
tus, factus non sit seruus l. hostes. D. de captiuis, poterit hac ratione testamentum facere. non tamen ex eo ij, quibus ex alia ratione testamenti factio interdicta est, quia liberi maneant, testamentum rectè facient. Qua autem ratione à latronibus capti liberi maneant quæ est illius decisionis ratio, Doctores ibi non tradunt: quam tamen si captiuitatis originem, & naturam inspiciamus rectè in- 84
telligemus. † Cum enim captiuitas iure gentium introducta sit, ex eo quod eos, quos in bello iustè occidere possumus, nobis seruari posse, vt seruiant, natura dictabat, & eodem iure gentium bella orta, & exinde
85 captiuitates sequutas, constet, † vbi bellum iustum non est, ibi seruitus esse non potest, neque serui appellari, qui in illo bello capiuntur, latrones autem, seu prædones, aut piratæ bellum iustum non gerunt, vti de iure belli capere, & sibi aliquos seruos efficere non possunt, solum igitur hæc seruitutis constitutio ad hostes tradenda est, cum quibus bellum iustum erit, vnde non

mirum si seruare non liceat, quos occidere non licet, quod strenuè præ cæteris explicat Madera libro singul. animaduersionum iuris Ciuilis, cap. 18. ex num. 1. videndus omnino pro interpretat. l. obsides. D. de testamentis.

86 Non obstat septimum ex dict. §. Si igitur defunctus. versic. *si verò*. cum similibus, quoniam iure veteri parentes liberos atque etiam fratres defuncti excludebant, cum in ipsius quoque illi potestate essent; postea autem id Imperatorum constitutionibus immutatum est, & non solum in castrensibus, & quasi castrensibus, verùm etiam in maternis & nuptialibus bonis, & in quibuscumque aduentitijs liberi defuncti parentes fratresque excludunt. l. fin. C. comm. de succeſſ. l. quod scitis. 3. l. quæcumque. 4. C. de bonis quæ liber. d. §. si igitur defunctus. si liberi non extarent, soli fratres admittebãtur patre excluso, quasi eis magis deberetur hereditas, cum patris successio in inferiori gradu essent, quod ius harum institutionum tempore vigebat; post quas nouissimo authenticorum, & legis Partitæ supra relatæ, pater cum fratribus vnà succedit. quod est similiter posterioribus Hispani Regni legibus emendatum, siquidem. l. 6. Tau. fratribus exclusis soli parentes admittuntur, vt nominatim tradit Emanuel Mendez de Castro, in l. cum oportet. 3. parte. nũ. 79.

87 C. de bonis quæ liberis, † cuius tamen interpretatio ad nostrum textum. ibi. *ad parentes eorum iure communi pertinebit*, exponentis, id est, *iure hereditario*. contra glo. & alios huius loci interpretes mihi non tam vera est, quam ea quæ sup. à nobis tradita fuit, versic. *sed respondendum*. num. 59. si quidem constat præmortuum filium neque ipsum patrem heredem habere posse, sed protinus eius bona ad eum pristino, & antiquo iure deuolui, idest, vti ego interpretor, eodem illo iure quo ei omnia per filium quæsita acquirebantur, iuxta d. §. igitur. sup. per quas personas, vbi latius diximus.

88 Non obstat octauum argumentum, quo contendebamus nullam specialitatem considerari in eo quod castrẽse filij peculiũ à paternis creditoribus non distrahatur; cum idem etiam & in profectitio peculio sit admissum, ex d. l. 3. §. sed vtrum. D. de minorib. Cui difficultati post Viglium hic num. 23. Baldui. in §. itaque, in hoc princip. num. 4. respondendum existimo, profectitium peculiũ à paternis creditorib. posse inquietari, ex argumento huius textus, & autoritate Theophili hic, Constantini Harmenopoli, lib. 5. iuris epithomatũ. tit. 2. de testam. eorum, qui alieni iuris sunt versic. *Tertium* qui sic scripsit. *Tertium si cuius ærealieno pressi bona distrahãtur à creditoribus pagani cũ quidem filij peculium simul venditur castrense nequaquam*. quod est nostris regulis maximè consentaneum, est enim hoc iure totum in bonis patris hoc peculium. l. certum. 13. C. fam. hercis. Sed bona non dicũtur nisi deducto ære alieno, vt in vulgatis. † Neque te moueat Vlp. sent. in d. §. sed vtrum. quia in fisco creditore loquitur, cuius etsi multa sint priuilegia quæ passim occurrunt, tamen benignius Princeps cum ciuibus suis agere debet, quàm priuati interse. Ipsius enim interest, ne ciues egeant, & hoc rescripsit humanissimè Adrian. in l. fi. D. de bonis damnat. in l. non puto. D. de iure fisci. Atque ideò etiam si olim, damnati patris bona fiscus occuparet, & propterea etiam filiorum peculia, portio tamen ex benignitate, & pietate, ipsis filijs restituebatur. l. 1. & per totum. D. de bonis damnat. cuius exẽplo ductus Imperat. Claudius, si non partem bonorũ, saltem peculium filijs relinquendum censuit, patris bonis à fisco ob pecuniaria debita occupatis: & illum casum specialem esse in fisco, & eũ ob debita pecuniaria bona oblata sunt ipsius. 90 §. 1. vtrùm verba innuunt. † Verum hanc solutionem conuincit tex. in l. 1. §. sed etsi morte. D. quãdo actio de pec. an sit. vbi Vlpia. scripsit, propter delictum bonis patris confiscatis, peculium similiter ad fiscum pertinere. Cuius tex. grauem esse difficultatem omnes fatentur. Sed dicendum est text. in d. §. sed vtrum. in confiscatione obdebita pecuniaria, loqui, iuxta literam vulgarem, quam frequentius interpretes sequũtur. tex. † in d. §. sed etsi morte. in confiscatione propter delictum paternũ. 92 † Est autẽ elegans differentiæ ratio inter confiscationem propter delictũ, & addictionẽ bonorum propter æs alienum; nam hoc casu cum filius adhuc maneat in potestate patris conseruatur nomen peculij: patre verò dãnato, & patria potestas, & nomen peculij amittitur. † Quia cõfiscatio subsequitur amissionem vitę & libertatis, siue ciuitatis. l. 1. D. de bonis damnat. quibus casibus amittitur & patria potestas. l. fi. D. de cap. diminutione, & ideò confunditur cũ alio patrimonio patris & confiscatur. 94 † Quod si adhuc velis iure ciuili, neque propter paternũ delictũ profectitiũ peculiũ cõfiscari, argumẽto. d. §. sed vtrũ. l. 1. & fi. C. de bon. damnat. l. 1. D. de port. quæ filijs dam, & generalis decisionis authenticæ Bona damnatorum C. de bonis proscriptorum. explicat Cuiacius lib. 6. cap. 23. respondeas Vlpianum in d. §. sed etsi morte. non affirmare peculium publicari, sed illud magis, quod publicatis reliquis patris bonis, vt patris heres conueniri potest de peculio fiscus, verum hoc nomine debet ei cauere filius, qui peculium habet, quemadmodum legato alteri peculio heres qui nudum seruum habet nihilominus de peculio conuenitur, sed cauet ei legatarius. dict. l. 1. §. item heres. D. quando act. de pecul. itaque non sequitur eum qui de peculio

conue-

conuenitur, habere peculium, vt rectè respon-
95 det Baldus iam relatus † iuxta quam resolu-
tionem reducenda sunt quæ copiosè iuxta tx.
in d.§. sed vtrum, post alios scripserunt Meno
chius de recup. possess. remedio. 9. n. 68. cum se
quentib. Caldas in l. si curatorem. verb. *læsis.*
ex n. 119. Emanuel Mendez de Castro in l. cū
oportet. n. 44. n. 59. nu. 84. & n. 88. C. de bon.
quæ liberis. qui plures alios retulerunt.

96 Non obstat nonum ex d. l. 1. §. sed si filius
fam. D. de leg. 3. quoniam optimè satisfaciunt
hic Viglius. nu. 24. Baldus. n. 14. Mynsing. nu.
10. notantes in d. §. sed si filius. potius probari
Iustin. sententiam in vers. fin. huius tx. & I. C.
in d. l. si filius fam. D. de testam. si quidem do-
cet Vlpianus testamentum factum à filio fam.
nullius momenti esse, licèt suæ potestatis fa-
ctus decesserit, & noua eius adsit voluntas.

97 † Aliud autem esse in fideicommisso, quod &
si tunc non valeret, nunc tamen ex sola nuda
voluntate sustinetur. Diuersitatis aperta est ra
tio, siquidem constitutum est, ea quæ ab initio
nulla sunt, tractu temporis conualescere non
posse, igitur cum ab initio testamētum à filio
fam. factum nullū sit, posteà conualescere non
potuit, nec ex noua illa voluntate, quoniā hæc
non sufficit, sed requiritur iusta & solemnis:
ad valorem tamen fideicommissi quęcumque
sufficit volūtas, ideoq; sustinetur, quod à filio
fam. relictum est, si suæ potestatis factus dece
dat quasi nunc datum, vt Vlpian. ait, id est ex
noua eius volūtate. Quod si ab initio vtile fuis
set testam. veluti factū ab eo qui sui iuris erat,
deinde verò irritum per capitis diminutionem
sustineretur vtiq; si is suæ rursus potestatis fa
ctus, priorem suam volūtatem approbauerit,
tex. eleg. in l. qui ex lib. xj. §. test. facto. D. de
bono. poss. secund. tab. quod latius explicabi-
mus in §. nō tamē inf. quib. mod. testa. infirm.

98 Non obstat decimum argum. ex d. auth. vt li
ceat matri & auiæ. §. 1. & d. §. filijs autem. Quo
niam respondendum est, quod etsi varié cōtro
uersum sit, an hodie attentis casibus, in quibus
vsus fructus patri non acquiritur, sed penes fi-
lium manet, filius testari possit, quam quæst. in
vtramq; partē latè disputat Iaso in l. penult.
C. qui testam. fac. poss. ex n. 1. qui communem
opinionem negatiuam defendit. & ibidem De
cius qui contra communem affirmatiuam sen-
tentiam magis probat. quorū argumenta & di-
sputationes trāscribere otiosum sanè esset. Cō
munis opinio intrepidè defendenda est, vt sci-
licet neque his in casibus filius possit testari.
quæ expressè probatur in d. l. penul. C. qui te-
stam. fac. poss. ibi. *in rebus quæ parentibus acqui-
ri non possunt*, & ibi. *siue sine patris consensu bona
possideant.* & ibi, *sed antiqua lex per omnia conser
uetur.* quæ omnia verba satis demonstrant, ne-
que in casibus in quibus & vsusfructus etiam
filijs famil. acquiritur, eos posse testari. Neque
obstat tex. in d. auth. vt liceat matri & auiæ
§. 1. neq; tex. in d. §. filijs autē. qui accipi opor-
tet iuxta verissimas interpretationes, quas hic
99 scripsit Viglius, ex nu. 16. † Textus autem
in d. l. imperator. D. ad Trebellia. quam esse in
terpretandam cum Decio in d. l. penult. nu. 9.
C. qui testam. fac. poss. existimo, neq; in huius articuli prolixiori disputatione amplius subsistendum est, cum iam apud nos longè diuersa sit obseruatio, vt mox dicemus. † Hactenus de prohibitione iuris testandi filio fam. dixisse sufficiat, quoad ius ciuile Roma. attinet: apud Hispanos autem alia & diuersa est obseruatio, nouioribus legibus inducta, siquidem ex l. 5. Taur. quæ est l. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil. iam hodie indistinctè potuerunt filij fami. testari, perinde acsi iam extra patriam potestatem constituti essent, dum tamē legitimæ sint
100 ætatis, de qua statim in. §. sequenti. † Quod ta
men intellige dummodo testentur de tertia tā
tum suorum bonorū parte, de qua ipsi vel in-
ter viuos, vel in vltima volūtate disponere po
terunt. l. 6. Tau. l. 1. tit. 8. lib. 5. nouæ collect.
101 Regiæ. † Quinimo eo casu magis communi-
ter receptum est, eoque iure vtimur, vt fiat si-
ne incommodo & præiudicio patris, & vsus-
fructus ei quæsiti; & ita in terminis statuti fi-
lio fam. testam. factionem concedentis docue-
runt Bald. in l. si quæramus. in fin. D. de testa-
men. Franeus in rubrica de testam. nu. 6. idem
Bald. in l. si quando. n. 2. C. de testam. Imola in
cap. quia ingredientibus n. 28. de testam. Aret.
in tractatu de testam. 2. par. n. 12. Guille. in ca.
Raynuntius verb. *matrem insuper Cleram.* n. 24.
102 de testam. ex nostris † sic interpretantes. d. l.
5. & d. l. 6 Tauri. Greg. in l. 13. ver. *que esta en*
poder. tit. 1. par. 6. Didac. Perez in addit. ad Se
guram. in l. Imperator. n. 38. D. ad Trebel. Pe-
ralta in rubr. D. de hered. instituend. nu. 181.
Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. 1. p. nu. 44. Rojas
de succes. ab intest. ca. 29. ex nu. 23. Pelaez de
Maioratibus. 1. p. q. 1. n. 46. Molina lib. 2. c. 9.
n. 22. Matien. in d. l. 1. glo. 3. n. 18. tit. 8. lib. 5.
recopil. & anteà in d. l. 4. glo. 3. nu. 3. Tellus in
d. l. 5. Tau. n. 6. & ibidem Auendaño. glo. fi. per
tot. disputat Gutierrez eundem etiam sequu-
tus lib. 2. practic. quæst. q. 41. omnium optimè
& nouissimè Ceruātes in cad. l. 5. Tau. ex n. 24
104 † Qui tamen omnes parum considerate
pro sua opinione inducunt l. si quando. 35.
C. de inofficioso testamento, quæ si cum iudi-
cio animaduertatur illud tātum probat, filium
fam. vel. aliās ad testandum inhabilem, cui ta-
men à Principe facultas testandi permittitur;
debere obseruare solemnia testamentorum,
scilicet quoad numerum testium, eorumque
subscriptiones & rogationes, & alia plera-
que, de quibus in tit. sup. de testam. ord. vt cau
tius, & melius intellexisse videntur Bald. &
alij. ibi. Cuiacius lib. 8. obseruationum. ca. 32.

& expresse l.5.tit.1.p.6. Illa tamen sententia, vt sine incõmodo vsusfructus patri quæsiti filius testetur, ab omnibus recipitur, quãuis contrarium defendat Ant.Gom.in l.6.Tau.n.14. Minchaca de succes.progressu lib.1.§.1.n.31. Azeuedo in d.l.4.ex n.12.tit.4.lib.5.reco. & esse non sine ratione refert Molina.d.ca.9.nu. 24. & posse defendi Ceruantes iam relatus, quam & nos si institutum nostrum pateretur libenter disputaremus. Sed iam pergamus.

§. Præterea. 1.

1 *Impuberes testari non possunt, & latè ex n.3.*
2 *Pupillus tutore authore omne negotium rectè gerit.*
3 *Testandi actus multum exigit prudentiæ.*
4 *Impuberibus nullum est animi iudicium.*
5 *Pubertatem variè antiqui constituerunt.*
6 *Pubertas in masculis quartodecimo anno, in fœminis duodecimo expleto incipit.*
7 *L. quod vir. 66. D. de donationib. inter virum.*
8 *Ætas legitima ad testandum pubertas, ad interpret.*
L.5.Tau.l.4.tit.4.lib.5.recopil.
9 *Testandi potestas cur fœminis citiùs permittatur quàm masculis.*
10 *Fœminæ semper sub perpetua tutela.*
11 *Fœminæ citius perueniunt ad illam prudentiam quæ illis contingit.*
12 *L.2.C. de his qui veniam ætat. impetr. vera ratio.*
13 *Natalis die in quo ætas legitima impletur an possit quis testari.*
14 *Dies more Romano incipit à Sexta hora noctis.*
L. qua ætate, 5. D. de testamen.
15 *Dies Roman. in duodecim horas semper diuisus.*
16 *Pupillus tutore authore cur non testetur.*

1 IMpuberes, id est viri minores quatuordecim, fœminæ minores duodecim annorũ testamentum facere non possunt. idem in l. qua ætate. 5. D. de testam. l. 1. § planè. D. de suis & leg. l. si frater. 4. C. qui testam. facere pos. l. 2. C. quando prouo. non est necesse. l. fi. C. de milit. testam. vbi rationem Iustin. scripsit. Caius in institutionibus lib. 2. c. 2. Vlpi. in fragm. ti. 20. vers. *impubes*, consonat. l. 13. tit. 1. par. 6. vbi notat Greg. verb. *el moço*, explicant præter ordinarios Conna. lib. 9. c. 4. n. 9. Duaren. ad tit. D. de testam. ca. de his qui testam. facere poss. pag. 1. Pet. Greg. d. 3. p. lib. 42. c. 8. omnes in l. 5. Tau. & in l. 4. tit. 4. lib. 5. recopil. Caldas in l. si curatorem. verb. *sine curatore*. nu. 61. C. de in integr. restit. minor.

2 ¶Sed obstare videtur, † pupillum saltim tutoris authoritate accedẽte omne negotium gerere posse, vt planè deduces ex tit. D. de authoritate & consensu tutorum. C. eod. & sup. illo tit. in ijs Institutionib. vbi diximus ergo & testari poterit, & de rebus suis in vltima voluntate disponere, est enim nimis absurdum viuos quidem licentiam habere de omnibus rebus suis disponẽdi, morientibus autem huiusmodi adimi licentiam, vt in non dissimili casu considerat Iustinia. in princip. sup. de lege Fusia Caninia tollen.

Sed adhuc dicendum est, quod hic Iustinia. scripsit verissimum quidem esse, & maxima cũ
3 ratione coniunctum, quoniam cum † testandi actus multum exigat prudentiæ, aut saltim iudicij. l. fi. C. de milit. testam. eoque nihil in rebus humanis sit gratius, teste Cicerone.
4 Philippica. 2. † Impuberibus autem nullum sit iudicium, vt hic Iustin. scripsit, Vlpia. in d. vers. *impubes*, & in l. cũ Prator. 12. vers. *natura*, D. de iudi. id est, discretio, vt Accurs. interpretatur, siue vt melius putauit Theophilus, mẽs & prudentia, & testamentum sit mentis testatio, tex. in princ. sup. de testam. consequẽs est, vt is qui mente & iudicio caret, testari nõ possit, & pubertatem requiri, quam iudicium frequentiùs comitari solet, vt testandi ius concedatur. † Pubertatem autem olim non omnes
5 eodem modo constituerũt. Cassiani puberem eum esse voluerunt qui habitu corporis pubes appareret, & ad generandũ habilis & idoneus. Proculeiani eum qui quatuordecim annos expleuit. Priscus eum in quem vtrumque cõcurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. Sed inhonestam inspectionem reiecerunt honestiores Romani. l. 3. C. quando tutor. vel curatores esse desinant. tex. in princip. sup. quib. mod. tut. finit. (licèt eam nunquã Romanis moribus receptam fuisse, eoque nomine Iustinianum mendacij arguens probare nitatur Rebardus lib. 4. var. ca. 10.) & eam annorum tantum numero definiendam esse frequẽtius obtinuit,
6 vt ex Vlpia. deduces d vers. *impubes*. † Statutumque est masculos quatuordecim annorum, fœminas autem duodecim puberes iam esse, vt ex multis vtriusque iuris locis passim obseruare poteris; Et quamuis forsan alij citiùs, alij autem tardiùs iudicij specimen reddant, voluerunt tamen iuris authores, ne ex incertitudine lites excitarentur certum tempus pubertati præscribere. Quæ virilis & fœmineæ pubertatis discretio naturali nititur ratione, nam in illa ætate masculis virile robur, in hac verò fœminis votorum festinationem, & viri potentiam contingere ex Philosophis tradit Macrobius lib. 1. in Somno Scipionis. c. 6. ideoque in ea ætate, & non anteà iustas nuptias contrahunt. tex. in princip. sup. de nuptijs l. 4. D. de ritu nuptiarum. Planè de pubertatis & ętatis legitimę probatione plura, quibus noster tex. exornare poteris scripserũt Caldas in l. si curatorem. verb. *minoribus*. n. 14. & nu. 24. C. de in integ. restit. Menoch. de arbitrarijs. casu. 117. n. 1. & seq. latissimè Mascard. de probationib. conclus. 665. cum sequent.

Vnde

7 Vnde obiter intelligere poteris qua ratione valuerit donatio in l.quod vir.66.D.de donat. inter.cum enim vxor esset impubes,ideſt non viri potens,matrimonium non constitit, & in
8 consequens valuit donatio. Constat igitur ex his quænam dicatur ætas legitima ad testandum in l.5.Tau.& in l.4.tit.4.lib.5.nouæ collect. vt filius famil. testari possit, requiritur enim vt masculus sit quatuordecim annorum, fœmina verò sit duodecim,ex d.l.qua ętate,&
9 d.l.13.tit.1.p.6. † Quod si quæras cur masculo non ante quatuordecimum annum testari permittatur, fœminæ verò duodecimo tantum impleto? Respondebo,quod etsi testam. prudentiam exigat.d.l.fi. C. de milit. testam. & in fœminis prudentia desideretur ex Arist. lib.1. Politicorum cap. vlt. cum semper contra propria commoda laboret.l.4.C. de spon-
10 sali. † eaque ratione olim fœminæ essent sub perpetua tutela,ex Cicer.in oratione pro Mu ræna,& Vlpian in fragm.tit.11.& l.3.C.de legitima tutela.adeò vt sine tutore testari nō permitteretur,ex eodem Vlpiano.d.tit 20.versi. *fœminæ*. Obtinuit tamen eis testari licere in ea ætate,quia licet non sint illius prudentiæ, qua
11 viri præditi esse solent, † ad eam tamen quę illis solet contingere , & quæ earum sensui congruit citiùs perueniunt vt constat experientia, & multis probat Andr. Tiraquell. de legibus connubialibus.glos.6. ex nu. 38. qui est omnino videndus:tantæque prudentię existimantur in ea ætate duodecim annorum,habita earum sexus ratione , quantæ masculi in decimoquarto considerata ea ad quam ipsi so-
12 lēt peruenire, † & hæc est ratio l.2.C.de his qui ven.ętat.impet.vbi Accurs.verb. *octauum*. & in d.l.qua ætate.ver.*completum*.D.de testamen. & eruditè notarunt Duaren. & Conna.
13 iam relati. † Illud autem quod idem Accur. hic,scholio.1. obseruat, vt possit quis testari, eodem ipso die natalis,in quo decimumquartū annum masculus,aut si fœmina sit duodecimū implet,ex d.l.qua ætate,eam habet rationem, quod impuberibus id est,minoribus quatuordecim aut duodecim annis, interdicitur testamenti factio , qui autem ad illum diem peruenit , quamuis non excesserit, neq; impleuerit puberratem,impubes dici non potest, vt argu
14 mentatur.I.C.in l.1.D.de manumiss. † Atq; cum more Romano dies incipiat à sexta hora noctis antecedentis, & desinat eadem ipsa hora noctis sequentis,l.more Romano, D de ferijs.vbi late scripsit Iaso Cotta in memorabilibus.verb.*dies*. Alciat.lib.10.parerg.cap.3. & in l.2.num.6.D de verb.signific.Nauar.in ca. quando,de consecratione, distinct. 5. notabili.1.num.33.Anton.Augustin.lib.4.emendat. cap. 13. ante quos Aulus Gellius, lib. 3. noctium Atticarū,cap.2.iam vides in primo momento diei natalis non expectato momento natiuitatis posse quem testari, vt sit intelligas
15 d.l.qua ætate. † si interim etiam memineris dies Romanos in duodecim horas diuisos fuisse,à Solis scilicet ortu incipientes & desinētes in occasu ; totidemque in horas noctes similiter diuidi, siue in æstate,siue in hyeme licet essent , vel breuiores , vel longiores pro vt tempus ferebat,ex relatis authoribus & Hieronymo Magio lib.1.miscell.cap.15.

16 Quibus sic consideratis nō obstat argumentum , quod suprà in principio induximus , cui cum Hotomano hic enuntiatione. 1. respondeo. ideò pupillis neque cum tutoris authoritate , etiam si alias defectum iudicij impuberis supplere soleat , testandi ius fuisse permissum , ne eorum vita insidijs heredum obiiceretur ; tum quia tutores aliarum actionum periculum præstant , earumque rationem exacta tutela reddunt , huius verò non possunt ; deinde quia testamenta non aliena & precaria , sed ipsorum testatorum prudentia fieri debent : nam testamenta familijs & agnationibus iura sua detrahunt atque adimunt, ob eamque causam facultas in ipsius testatoris persona requiritur,iudicandi æstimandique cur alieno potius quàm cognato remoto , quàm proximo fortunæ suæ tradendæ sint , quæ potestas si tutoribus permitteretur , nūquam alijs, quàm à quibus lucrum sperarent hereditates attribuerent. Igitur in eo pupillorum & filiorum famil. similis est ratio,quod vt hi neque patribus quidem authoribus , sic illi , ne tutoribus quidem suis consultoribus ac probatoribus testandi facultatem habent.

§. *Item furiosi.* 2.

1 *Furiosus testamentum facere non potest.*
2 *Mentis sanitas in testatore desideratur.*
3 *Furoris plurima species.*
4 *Frenetici, dementes, & mente capti non testantur.*
5 *Senex decrepitæ iam ætatis testari non potest.*
6 *Furiosus,cui furor intermittitur tempore intermissionis, quia compos mentis existimatur, testari potest,& num.11.*
7 *Furor superueniens negotium rectè gestum non dirimit.*
8 *Testamentum vt valeat,duo tempora in testatore habilia desiderantur.*
9 *Mutatio status testatoris testamentum vitiat.*
10 *L. 1. §. exigit Prætor. D. de bonorum possessione secund.tab.*

1 FVriosus testamentum facere non potest. Idem in l. 2. in l.filius famil. 16.in l.in aduersa. 17. in l. qui testamento. 20.§. nec furiosus. D. de testamen.l.furiosum.9.C.qui testa-

mentum, facere poſſ. conſonat. l. 5. tit. 5. lib. 3. fori. l. 13. tit. 1. part. 6. explicant relati in §. ſuperiori, & cum alijs Didac. Spino in Speculo teſtamen. in Rubrica gloſſa. 10. Roderi. Suarez allegatione. 1. per totam. Sed obſtat tex. in dict. l. furioſum. & in verſic. *furioſi*. Inf. ex quibus conſtat furioſum eo tempore quo furor eius intermiſſus eſt teſtamentum facere poſſe. Cui difficultati vt ſatisfacias obſerua, eadem illa ratione, qua impuberibus teſtamenti factio fuit interdicta, prohiberi ſimiliter & furioſis, quia, ſcilicet, nullum eorum animi iudicium eſt, & mente omnino carent; idque de
2 notat Iuſtinian. verb. *Item furioſi*; † vnde cum in eo, qui teſtantur non corporis valetudinem deſideremus, ſed potius mentis integritatem. l. 2. D. de teſtamen. l. ſenium. 3. C. qui teſtamen. fac. poſſ. & induci poteſt. l. ſanũ. 27. C. de tranſact. furioſi autem nulla voluntas neque iudicium ſit. l. furioſi. 40. D. de regulis iur. teſtari non poterit.

3 Cum autem variæ ſint furoris ſpecies, vti ex Philoſophis & medicis accuratè poſt Petrum Velleium in l. Diuus. 14. nu. 7. & 8. D. de officio præſidis ſcripſit doctus præceptor noſter AEgidius Ramirez de Arellano, in extemporali explicatione. l. 2. §. ſi à furioſo. ſub. num. 21. & ſequentibus. D. pro emptore, † idem
4 producendum erit, ad dementes, mente captos & phræneticos, & eos homines qui iudicij ſunt expertes, vt deduces ex l. hoc colore. 2. D. de inofficio. teſtamento, iuncta l. in aduerſa. 17. D. de teſtamen. notat Accurſ. hic verbo. *furioſi*, & probant. d. l. 5. fori. ibi: *no fueren en ſu memoria*, & d. l. 13. par. ibi. *deſmemoriado*. & ita nominatim etiam docuit AEgidius Ramirez vbi proximè.

5 Ex quibus, & d. l. ſenium. ibi. *mentis ſyncerità tem*. ſumpto argum. à contrario ſenſu, conuinces idem dicendum eſſe in ſene decrepitæ iam ætatis, quem vulgò *caduco* dicimus, idque eadem ratio exigit, nam qui ſanum iudicium nõ habet, aut mentis integritatem, non pertinet ad ius teſtandi. Quid autem inter mente captum, inſanum, furioſum, phræneticum, & dementem interſit, ad multorum iurium explicationem deduces ex Alciat. lib. 2. pareng. ca. 16. Conan. d. lib. 9. cap. 4. nu. 9. Petro Velleio, & Ramirez iam relatis; & qua ratione probetur furor & mentis captio, poſt ordinarios hic, & Gregor. in d. l. 13. par. tradit Couarr. in 4. 2. p. cap. 2. n. 6. & Roder. Suarez. d. alleg. 1.

6 Neq; obſtat tex. in d. l. furioſum. & in d. verſic. *furioſi*. quæ iura cum probent teſtamẽtum tempore ſanæ mentis factum non ideò vitiari quod poſteà teſtator furere & inſanire cœperit, nihil in contrarium vrgent, ſi quidem iam teſtamentũ illud cordati hominis, & illius qui
7 ſanæ mentis eſt dicendum erit; † neque vitiari poſteà debet, quod furere aut inſanire cæperit teſtator, ſiquidem nouum non eſt negotium recte geſtum ſuperuenientem furorẽ nõ dirimere. l. patre furioſo. 8. D. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. l. quam Tuberonis. 7. in principio. D. de peculio. l. ſi is qui 27. D. de acquir. poſſeſſione cum alijs. quemadmodum etenim conſtitutum eſt omnia quæ ex teſtamẽto proficiſcuntur exitum habere non poſſe, ſi vitioſum habuerint initium. l. omnia. 201. D. de regulis iuris, ideoque ſi quæratur de viribus teſtamenti, in primis eſſe inſpiciendum an qui fecit habuiſſet teſtamenti factionem. l. ſi quæramus. 4. D. de teſtamen. habita tamen ratione temporis, in quo teſtamentum fuit factum iuxta tex. in princip. huius tit. in final. verbis. l. 2. l. 8. l. 19. D. de teſtamentis, tex. in princip. verſic. *quia ſcilicet ab initio*. Infrà tit. ſequenti, Sic etiam & teſtamentum, quod iuſtum habuit initium poſteà infirmari non poterit, & ſi teſtamenti factionem omiſerit ex d. verſic. *Item furioſi*.

8 Sed ſuperiori reſolutioni, itẽ & noſtro textui in verſ. *Item furioſi*. grauiter obſtare videtur tex. in l. 1. §. exigit Prætor. D. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab. vbi duo tempora conſideranda ſunt, quoties de viribus teſtamenti agitur, ſcilicet, mortis & teſtamenti facti, & tamẽ in noſtra ſpecie quamuis teſtator, quo tempore eſſet teſtabilis teſtamentum fecerit, cum verò furioſus deceſſerit, conſequens eſt, alterum eorum temporum fuiſſe inhabile, ſcilicet mortis.

9 Cui difficultati vt ſatisfacias duo caſus conſiderandi ſunt; Vnus eſt cum ob mutationem ſtatus, aut qualitatis, ſiue cõditionis, teſtamentum fit irritum, & hoc caſu res expedita eſt, nam certum eſt vtriuſque temporis rationem habendam eſſe, vt ſi teſtator capite minutus fuerit, nam capitis minutio teſtatoris teſtamentum irritum efficit, l. ſi quis filio. 6. §. irritum. D. de iniuſto rupto. exemplo rem oſtendam. Pone tempore facti teſtamenti teſtatorem liberum & ciuem fuiſſe, ſed mortis tempore fuiſſe ſeruum aut peregrinum factum per deportationem an valeat teſtamentum, & certum eſt non valere, quoniam capitis diminutione irritum conſtituitur. † E contrario
10 ſi ponamus ſeruum fuiſſe aut peregrinum, tempore facti teſtamenti, & tempore mortis fuiſſe ciuem & liberum, neque hoc caſu valebit. d. l. 1. §. exigit Prætor. Alter caſus eſt cum non mutatur ſtatus aut qualitas teſtatoris irritum enim non fit teſtamentum ſicut dicitur in d. l. 2. & dict. l. qui in poteſtate. D. de teſtamentis. ergo licèt ſanæ mentis non fuerit tempore mortis, nihilominùs valet eius teſtamentum, vt notauit Vlpianus in d. §. exigit Prætor. verſic. *ſiquis autem*. non enim ex huiuſmodi cauſis irritum conſtituitur teſtamentum: hoc eſt intelligendum cum proponitur, aliquem

ſuiſſe

fuisse idoneum tempore testamenti tantum, & tunc vnum tempus exigitur; cū verò idoneus tantum fuit tempore mortis duo tempora Vlpian. ex Prętoris sententia exigit, cuius veram interpretationem, etsi eum non referat paucis præsensit Cuia. in notis ad hunc tit. scholio. 1. & latius explicat Duaren. ad tit. D. de testam. c. de his qui testam. facere possunt prope fin. pag. 374.

11 Quibus addendum est, non tantū testamentum illud valere, quod quis ante furorem fecit, verum & illud etiam, quod ordinauit, quo tempore furor eius intermissus fuit, ex nostro tex, & d. l. furiosum, vbi Iustinia. statuit ita demum id valere, si ante quam furor redierit absoluatur, quod & insinuare videtur Iul. Paulus lib. 3. sententiarum. tit. 4.

§. *Item prodigus.* 3.

1 *Prodigus testamentum facere non potest.*
2 *Prodigus quid sit.*
3 *Prodigis ex Athenienſium moribus, & Romanorum legibus curatores dabantur.*
4 *Lex. 12. tabularum prodigi bonorum administrationem agnatis gentilibusq; suis deferebat.*
5 *Antiquata lege 12. tabularum à magistratibus curatores prodigis dantur.*
6 *Iudicis decretum necessarium, vt prodigis bonorum suorum administratio interdicatur.*
7 *Interdictionis bonorum solemnia verba.*
8 *L. 1. D. de curatore furioso, &c. & l. is cui lege 18. D. de testamentis.*
9 *Testamentum à prodigo ante interdictionem factum validum est.*
10 *Prodigus cur non testetur.*
11 *Pubes qui curatorem habet testari potest.*

1 ITem prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest. Idem probat tex. in l. is cui l. 18. D. de testam. l. 13. tit. 1. par. 6. explicat Conna. lib. 9. cap. 4. nu. 9. Minchaca Illustrium quæstionum. cap. 37. nu. 8.

Sed contra nostrum tex. probantem testamentum à prodigo ante interdictionem factū valere, essēq; interdictionem necessariam, vt testamenti factionem prodigus amittat, grauiter obstare videtur, interdictione opus non esse, vt actus à notorié prodigo factus non valeat, quia ipso iure ei suorum bonorum administratio interdicitur, vt inf. late probauimus, ergo testamentum prodigi, etiam interdictione vetustius nullum erit.

2 Cui difficultati vt satisfacias & exactè hūc tex. intelligas, scire debes, moribus olim recep-
3 tum † apud Atheniēses fuisse, testāte Athenęo lib. 4. Cænæ sapientum. c. 20. & apud Romanos admissum referēte Iul. Paulo lib. 3. senten. tit. 4. §. moribus. Vlpia. in l. 1. vers. *moribus* D. de cura. furioso. Cicer. lib. 2. Officior. & in Catone Maiore, vt prodigo, qui euersor bonorum dicitur apud Caium, lib. 1. in instit. tit. 8. & antiquis Hispanis, *desgastador*. l. 5. ti. 11. par. 5. l. 13. tit. 1. par. 6. & neq; modum neq; finem expensarum habet; sed omnia sua bona dilacerando, & dissipando profundit. l. 1. D. de cura. furio. tanquam furioso curator daretur, cui nō esse absimilem profitetur Pomponius in l. furiosi. 41. D. de regul. iuris. Vlpian. in l. is qui 12 §. Diuus. D. de tut. & curat. dat. quia quod ad
4 bona pertinet furiosum facit exitū. † Quod posteà in duodecim tabulas fuisse translatum commemorat idem Vlpian. in d. l. 1. & in institutionibus. tit. 12. §. 1. Iustin. in §. furiosi. sup. de curatoribus, vbi etiam meminit Mynsing. qua l. interdictione prodigo facta, eius bonorū administratio ad agnatos, quemadmodū & furiosi, deferebatur: cuius legis verba hæc extāt. (*Si furiosus existat, agnatorum gentilium q̄, in eius, potestasq; esto.*
5 † Quod ius cum aliquod incommodi haberet, paulatim dissuetudine antiquatum fuit, cæperuntque à magistratibus curatores ipsis dari, non tantum agnati, sed & alij extranei, si id expedire magis videretur, postquam iam illis cum causæ cognitione bonis interdictum erat. l. 1. l. obseruare. 5. l. Iulianus. 10 l. sæpè 13. D. de curatore furios. & d. §. furio-
6 si. † Igitur vt prodigo bonorum suorum administratio interdiceretur, iudicis declaratione opus erat, vt ex proximè notatis vides, cuius
7 olim in interdictione verba hæc fuerūt. (*Quādo tua bona paterna auitaq̄ nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perductis, ob eam rē tibi ea re commercioque interdico.*) ex Iulio Paulo d. lib. 3. tit. 4. vers. *moribus*, Petro Herodio lib. 2. decretorum. tit. 38. Brisson. lib. 5. de formulis, pag. 459. in qua formula pro *ea re* in aliquibus codicibus, ære non male legi obseruat Iacob. Cuiac. ad Iulium Paulum in dict. versic. *moribus*. Ex quibus iam paulatim constare videtur interdictione omnino opus esse, vt gesta à prodigo nullius sint momenti, si absque curatoris authoritate celebrentur, quod & probari videtur ex l. certi condictio. 9. §. quoniam, versic. *sed etsi ei numerauero*. D. de rebus credit. l. is cui bonis. 6. D. de verborum obligationib. l. cui bonis. 3. D. de nouat. l. ex castrensi. 8. in fin. principij. D. de castrensi pecul. dict. l. 1. dict. l. Iulianus, ibi: *eos quibus per prætorem bonis interdictum est*. D. de curat. furioso. l. si curatorem. 3. ibi: *cui à prætore curatore dato bonis interdictum est* C. de in integrum restitutione, & inde ante interdictionem à prodigo facta, gestaque vtilia esse, eamque antecedere vt prodigus commercio priuetur omnino debere, quam sententiam scripsit Accurs. in dict. l. 1. & in dict. l. is cui bonis, vbi probat Bartol. nu. 30. Iaso. nu. 90. Anto. Gomez. 2. tom. variarum. ca. 14. nu. 30. in prin.

est que communis ex multis adductis per Caldas in d.l.si curatorem, verb. *non absimilis*, n.3. & probari videtur in l.5. ibi (*le fuesse dado guar* 11 *dador, y le fuesse defendido del juez del logar, q̃ no vsasse de sus bienes.*) tit.11.part.5. vbi notanter scripsit Gregor. verb. *defendido*.

8 Neq; oberit si mihi obijcias tex. in d.l.1. ibi: (*Lege duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio*) & tx. in d.l. is cui lege 18. D. de testam. ibi: (*Is cui lege bonis interdictum est,*) quibus iuribus probari videtur ab ipsa lege interdictionem fieri, indeq; etiam ante quam à Prætore sit facta agere nihil pro digũ posse; quod & nominatim sibi contrarius scripsit Accurs. in d.l. is cui lege, glo.1. in prin. quem ibi defendit Aretin. & esse probabilem opinionẽ putat Alex. in d.l. is cui bonis, vbi intrepide Donel. n.5. interdictionẽ ab ipsa lege fieri contendit, quos sequuntur multi quorum meminit Caldas iã relatus. n.7. in princ. Quoniam id verum erat, neque aliqua iuducis declaratio exigebatur, quo tẽpore eadem ipsa duodecim tabularum lex bonorum suorum administrationem prodigis, & furiosis, donec resipiscerent adimebat, simulque ad agnatos, & gentiles suos illam deferebat? vt eorum autoritate & prudentia regerentur, vt paulò ante diximus, & grauiter obseruat Conna. d.lib.9. cap.4. num.11. quod ius cum postea fuerit immutatum per magistratus prodigis interdici cœpit, ex d.l.1. D. de curat. furios. quę cum similibus ad vetus ius referenda est. Idemque & expresse deduces ex nostro tex. versic. *sed id quod ante fecerit*, & d.l. is cui. 18. ver. *quod tamẽ*, nam si ipso iure fieret interdictio, nec illud testamentum valeret, quod ante interdictionem factum esset.

9 Quibus addendum est, prodigum non ideò testari prohiberi, quasi iudicio careat, vt multi
10 existimabant, † quæ si vera ratio esset, nec defenderetur testamentum ante interdictionem factum, quod tamen nemo affirmat contra nostrum tex. & similes. Neque præterea, quia testamento eius conditio fit deterior, eiusve patrimonium minuitur, quia quamuis quoad contractus & conuentiones id admitti posset l. Iulianus. 10. D. de curat. furios. cum similibus, in quibus nullam habere videtur voluntatem, ex dict. l. furiosi. 41. quam sic intelligas velim. D. de regul. iuris, hoc tamen periculum in testamentis non est cur timeamus, siquidem eius exitus excurrit in tempus post mortem. Nec mihi magis placet ratio Connani, vbi supra, aientis fauore propinquorum auferri prodigo testamenti factionem, quoniam verius est reipublicæ fauore interdictionem fieri, cuius interest ne quis re sua male vtatur. §. fin. sup. de his, qui sunt sui. Item, & in gratiam ipsius prodigi, ne is in egestatem deducat, vt colligitur ex legibus sup. allegatis, & formula interdictionis, quam supra retulimus. Curatoris autem, datio hoc casu,
11 testandi denegationem non infert: † siquidem minor curatorem habens, qui similis est prodigo iam interdicto, dict.l.3. C. de in integrum restitutione testamentum vtique facere potest, vti colligitur ex generalitate. §. prę tereà. supra hoc titulo, & expresse probat tex. in l. Aurelio. 21. §. Caius. D. de liberatione legata, vbi notat Accursius, verbo, *intra legitimam*, communiter receptus, secundum Cifuentes, in l.5. Tauri. num.4. estque extra controuersiam. Igitur dicendum est, hanc dictam testandi prohibitionem inductã esse in pœnam, & resipiscentiam ipsius prodigi, vt sic cogatur ad sanos se conuertere mores, argum. tex. in cap.1. de sententia excommunic. lib.6. iunctis traditis in eius proposito, à Couarru. in cap. alma mater in princ. n.7.

§. Item surdus. 4.

1 *Mutus & surdus regulariter non testantur.*
2 *Mutus & surdus quare non testentur.*
3 *Mutus & surdus quando possint testari, ex nona Iustiniani lege, iure Regio probata.*

1 VT quæ de mutuo, & surdo hoc loco Iustinia. tradit, iuxta huius tituli inscriptionem intelligas, neque eum incurię aut negligentiæ accuses, sic deducas conclusionem. Mutus & surdus testamẽtum facere non possunt, idem in l. qui in potestate. 6. §. fi. cum l. sequenti. D. de testamen. l. ex facto. 43. D. de vulg. l. octaui gradus. 9. §. fratris. D. vnde cognati. Vlpian. in instit. tit. 20. vers. *mutus*, explicant relati in §.1. huius tit. & Molineus in l.1. nu. 49. D. de verb. oblig. Spino de testam. in rubr. gl. 9. & consonat l.13. tit.1. par.6.

Sed obijcitur noster idem tex. in vers. *nõ semper*, & vers. *vnde nostra*, & magis. l. discretis 10. C. qui testam. facere possunt, & d.l.13. ibi: *el q̃ es mudo, ò sordo*. Ex quarum serie & tenore deducitur, mutum, & surdum aliquibus in casibus posse testari, ergo non est generaliter nostri textus conclusio admittenda.

2 Cui difficultati vt satisfacias, & exactè nostrum tx. intelligas, obserua, antiquo iure, neq; mutũ, neq; surdũ posse testari, nisi à Principe, vt valeret eorum testamentum impetrassent; vt in citatis legibus. Huius rei rationẽ scripsit Vlpian. in d.tit. 20. qui, mutus verba nuncupationis loqui non potest, neque surdus verba familiæ emptoris exaudire. Sed vt rectè notat Cuiac. in d.l.6. §. fi. Hæc ratio tantum locum habet in testamento per æs & libram.

Igitur sit generalis ratio, quia mutus accire & rogare testes, surdus audire sibi testimoniũ perhibentes non potest, accidi enim & exaudiendi sunt testes, authore Iulio Paulo lib.3.

sententiarum tit.3.§.cæcus. Adde etiam, si placet, quod cum duobus tantūmodo modis animi nostri sensa communicare inter nos valeamus, voce & scripto. qui ad vtrumque ineptus est, ne ex rescripto quidem principis testabitur, quia nutu aut signis certum mentis suæ iudicium dare non potest, quod sanè in testamētis requiritur, vt sæpe diximus. Hæc ante Iustin. eius vero seculo & ætate aliquibus in casibus muto, & surdo testamenti factio permissa fuit, quo iure & nos vtimur, ex d.l.13.par. videlicet si mutus & surdus ex casu siue accidenti literas sciat, testari etenim poterit, dum tamen sua manu testamentum scribat: quod si literas nesciat non testabitur, sicuti neq; quando simul est mutus & surdus à natura, à pari enim procedunt. Quod si discretum vitium sit, vt quia quamuis surdus articulata tamē vocc loqui potest: vel è conuerso, quamuis præclusam habet linguam, habet tamē aures apertas & scribere scit, testamenti factionem habebit, quod tu latius ex Iustinianea noua constitutione, & præcitata l. Regia Hispana, quia deducere poteris non amplius subsistimus. Illud tantum notantes, illis in casibus in quibus potest testari posse etiam & codicillos, & legata, & fideicommissa relinquere, argum. l.2. D. de leg.1. non alias, vt nouissimè scripsit Mantica. lib.6. de coniecturis tit.4.nu.2.

3

§. *Cæcus autem.* 5.

1 *Cæcus testamentum facere nuncupatiue potest, & quomodo, num.3.*
2 *Cæcus olim nuncupatiue testari poterat hodiernis solemnitatibus prætermissis.*
4 *Cæcus in scriptis nunquam testari potuit.*
5 *Cæci testamentum an ab heredis institutione incipere oporteat.*
6 *Cæci testamentum valet nouo iure quinque testibus, & tabellione præsentibus.*

1 PRæterea cæcus non potest testamentū facere nisi his obseruatis solemnitatibus, quas Imperatoris lex introduxit, in l.hac consultissima.8.C. qui testam. facere poss. & hic sequitur Iust. & l.14. tit.1. par.6. explicant omnes in l.3. Tauri, maximè Anto. Gomez, ex num.51. late Matien. & Azeuedo in l.2.tit.4.lib.5.recopil. ille glos.8. per totam hic vero ex num.23. Minchaca lib.3. quæstionum illust. cap.103. ex num.9. Spino glos.7. Rub. per totam.

2 Sed obijci potest Iulij Pauli locus lib.3. sententt.tit.3.§.cæcus, vbi scripsit, *cæcus testamentum facere potest, quia accire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes*, quibus verbis Paulus ostendere videtur nihil esse quo cæcus testamentum facere prohibeatur, ergo valebit etiam illis solemnitatibus prætermissis, dum tamen alias iure communi obseruato testetur. Secundo obijci potest tex. in l.2.D. de testam. vbi probatur in testante non corporis integritatem aduersam vè valetudinē attendendam, sed magis mentis sanitatem considerandam.

Sed dicendum est, quod etsi controuersum sit, vtrum ante Iustinianū cæcus testamentum facere posset, quod disputat Mincha. d.c.103. nu.12. Ego tamen cum Iulio Paulo iam relato, testamenti factionem eum habuisse contendo, cum enim nulla lege expresse prohibitus reperiatur, quare eum intestabilem dicemus? 3 contra l.ex facto 43.D. de vulgari. † Quia vero in eius testamento facilius quam in alijs falsitas committi poterat, opportunum fuit, maiorem in eo requiri solemnitatem, quā exactissimā vtique Iustinianus introduxit. Igitur vt cæci testamentum valeat, hæc sunt omnino obseruanda vt cum per nuncupationem volet, (quia † in scriptis nullo iure potest, neque communi, neque Regio, ex sup. allegatis, quamuis contrarium, toiror sanè, quia contra expressa iura loquitur scripserit Spino. d.glo. 7.nu.4.) vocatis, rogatisque ad se septem testibus, & tabellione, si is reperiri queat, sin autē octauo teste scribendi gnaro tabularij vice adhibito, declaret ipse ob quam causam ad se vocati sint, quem velit sibi heredem esse, eumq; indubitabili signo demonstret, & ex quot vncijs, quid in legatis esse, quid in heredis fideicommissum intelligant, atque vt vno verbo dicamus omnia explicet, atque dicat quæ supremæ voluntatis suæ stylo contineri voluerit, aut si ita maluerit dictatam à se & excipiēte alio scriptam, supremi sui iudicij voluntatē prælegi faciat, tum vero his obseruatis eā suæ voluntatis scripturam, vel prius, vel nunc per ipsum tabellionem, aut substitutum eius loco testem octauum, perfectam vno actionis contextu, eodemque tempore à testibus subscribi, subsignarique procuret, quo quidem ita peracto plenum obtinebit robur testantis arbitrium, ex. d. l. hac consultissima, & d.l.14. partitæ.

4

5 Iuxta quas & nostrum tex. etsi controuersum sit, nunquid omnino cæci testamentum ab heredis institutione incipere debeat? frequētius obtinuit illud non ideo vitiari, quod initium ab institutione non habeat, vt cum alijs defendunt Minchaca, & Matienço iam relati, quod longe magis hodie procedit ex l.1.tit.4. lib.5.recopil. ex qua vt testamentum valeat, necessaria non est heredis institutio, qua de re latius inf. ad §. ante heredis, sub tit. de legatis.

6 Sed & quod attinet ad testium numerum iā nostet tex. & d.l. hac consultissima emendati sunt, siquidem hodie quinque testes sufficiunt simul cum tabellione, nec aliæ solemnitates,

quam quæ requiruntur in testamento nuncupatiuo necessariæ sunt, d.l.3. Tau.l.2.tit.4 lib. 5.recopil. & vtrobique explicant nostrates.

§. Eius qui apud hostes. 6. & vltimo.

1 *Captus ab hostibus testari non potest. & n.3.*
2 *Testamentum ante captiuitatem factum semper valet, vel lege Cornelia, vel iure postliminij.*
4 *Initium in testamentis expectamus.*
5 *Fictio legis Corneliæ, & Postliminij.*
6 *Testamentum ritè factum propter superuenientem captiuitatem irritum fit, iure tamen singulari defenditur.*
7 *Codicilli apud hostes facti valent, & qua ratione.*
8 *L. in bello 12. §. codicilli. D. de captiuis.*
9 *Fictiones legis Cornel. & Postliminij hodie in vsu.*
10 *Testamenti factionem qui non habeant remissine, & num. 9.*
11 *Damnatus ad mortem ciuilem vel naturalem iure ciuili Romanorum non testatur.*
12 *Iure Regio Hispano hoc emendatum est.*
13 *Pœnæ seruus iure Authenticorum ingenuus nõ efficiebatur.*
14 *Hodie damnatus ad perpetuas triremes non efficitur seruus pœnæ.*
15 *L. 4. Tau. l. 3. ti. 4. lib. 5. recopilat. exornatæ remissiuè.*
16 *L. Obsides. 11. D. de testamentis.*
17 *Obsides ciues Romani dum apud hostes sunt testari non possunt.*
18 *Obsides apud Christianos an testari possint remissiue.*
19 *Monachus excommunicatus, hæreticus, vsurarius, & clericus de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, vtrùm testari possint remissiue.*

1 TEstamentum eius qui apud hostes est, quamuis redierit non valet, factum tamen † ante captiuitatem, si captus redierit iure Postliminij, si apud hostes decesserit ex lege Cornelia ratum est. Idem deduces ex l. eius qui 8. l. obsides 11. l. lege Cornel. 12. D. de testamen. l. lex Cornelia. 28. D. de vulgari. l. 1. l. captum. 9. C. de captiuis. consonat l. 6. tit. 29. p. 2. explicat præter relatos in prin. huius ti. Greg. Lop. Madera lib. vni. animaduersion. cap. 18.

Sed obijcitur tex. in l. in bello. 12. §. Codicilli. D. de captiuis iuncta reg. l. Diui. §. codicillos is demum. D. de iure codicillorum.

Cui difficultati vt satisfacias obserua, captum ab hostibus ideo testamentum facere nõ posse, quoniam cum eorum seruus fiat, §. serui. sup. de iure person. & alterius iuri subijciatur. l. hostes 24. D. de captiuis, consequens est eum intestabilem esse, ex principio sup. h. t. & l. 3. §. fin. vbi sic argumentatur Vlpia. D. de
4 verb. sig. † nec ad rem pertinet quod postea redierit, siquidem in testamentis initium esse spectandum, sæpe docuimus, tum maxime ex princ. sup. eod. tit. in fi. verbis, & §. præterea sup. & ex tex. in prin. inf. tit. proximo, versi. *quia scilicet ab initio non constitit testamentum.* l. omnia. 202. D. de regu. iur.

5 Nec te turbet tex. in d. §. codicilli, quia scire debes iure singulari fauore eorum qui ab hostibus capiebantur, duas has fictiones post liminij, & legis Cornel. inductas fuisse, prima fingitur captum ab hostibus, & postea reuersum semper in ciuitate fuisse, posteriori eum qui apud hostes obijt perinde haberi ac si eo ipso momento punctoque temporis quo captus & abductus fuit, quasi adhuc Romanus ciuis animam exhalasset, quas fictiones iure singulari fuisse receptas docuit Iustin. in §. si ab hostibus. inf. quib. mod. ius pat. potest. soluit. vbi & in §. interdum. sup. de hered. quæ ab intesta.la
6 tè explicuimus. † Ex quibus deduces quod quamuis stricto iure testamentum prius factũ irritum fiat, propter captiuitatem superueniẽ tem. l. si quis filio. 6. §. irritum. D. de iniusto rupto. §. alio quoque, vbi dicemus. inf. quib. mo. testam. infirm. tamen ex illo iure singulari fictionum sustinetur ex hoc tex. & sup. relat.

7 † Ita etiam & codicilli tempore captiuitatis scripti, qui iure subtili non valebant, l. quæ
8 dam. 7. in prin. D. de iure codicillorum. † d. §. codicilli. in prin. iure singulari, & propter fictionem postliminij defenduntur in d. §. codicilli. versi. *sed quia merum principium eorum.*

9 † Has autem fictiones quamuis non esse hodie inter Christianos necessarias ex communi resoluat. Olano in concordia iuris litera. C. nu. 1. contrarium verius videtur ex d.l. 6. & per totum illum tit. 26. p. 6.

10 In glos. fin. ibi: *Tredecim sunt personæ, quæ testari non possunt.* Recenset Accur. personas quę à testamenti factione arcentur: sed longè congruentius explicat Barto. in l. si quæramus. D. de testam. quem omnes sequuntur, & tu omni no videbis & post eum Duarenus ad illum tit. cap. de ijs qui testamenta facere possunt, vel non possunt.

11 In eadem glossa, ibi: *Item damnatus ad mortẽ naturalem vel ciuilem.* Is ergo testari iure hoc ciuili Romanorum non potest, vt qui pœnæ seruus efficitur, l. eius qui. 8. §. 1. l. qui à latronibus. 13. §. si quis capitali. D. de testam. l. si quis filio exheredato 6. §. irritum. D. de iniusto rupto. l. quidam sunt serui 17. l. qui vltimo 29. l. quod ad statum. 12. D. de pœnis. l. cognitionũ. 5. §. consumitur. D. de variis & extraordina. cognition. tex. in §. pœnæ autem seruus, sup. quibus modis ius pat. pot. solui. l. 15. tit. 1. par. 6. latè differunt Bart. in dict. §. 1. & in d.l. qui vltimo. Bald. in l. fi. num. 15. C. si à non comp. iud.

Anto.

Anto.Natta.consilio 177.num.4. Bald. cons 448.vol.1.Guillelm.Bened. in cap. Raynun. verbo.*mortuo testatore*.1.num.129.Iul. Clarus lib.3.recep.sent.§.testamentum.q. 19. † Iure 12 vero Regio Hispano immutatum est ex l.4. Tau.quæ est l.3.tit.4.lib.5.recopilat. qua generaliter admissum est,vt ad mortem siue ciuilem,siue naturalem, damnati testari possint, item suorum testamentorum ordinationem alijs committere. † Sed in damnatis ad mor 13 tem ciuilem cautum etiam erat iure Authenticorum,siquidem eo iure,nulli ingenui, & liberi nati,serui pœnæ efficiuntur Authentico de nuptijs.§.quod autem collatione.4. Authé tica sed hodie.C.de donat.inter virum, vt in d.l.qui vltimo notat Bart.Alex.in l. ex facto. §.ex facto.nu.6.& ibi Ripa.in §. si quis rogatus in 2.nu.1.D.ad Trebel.Ant. Gom.in d.l. 4.Tauri.nu.3.Greg.in l.4.verbo,*labrands*,tit. 31.partita 7.Couar.in rubr. de testamentis.3. 14 p.nu.26.versi.*iure antiquo*. † Indeque hodie damnati perpetuo ad triremes serui pœnæ non efficiuntur,vt ex eisdem Doctoribus colligitur,& ex Boerio,decis.278. Igitur cum iure authenticorum nullus morte ciuili damnatus,seruus pœnæ efficiatur,testari recte poterit,quod generaliter est hodie admittendum, etiam in damnatis ad mortem naturalem, ex 15 dictis legibus, † Ex quibus plurimæ quæstiones,quæ à nostratibus disputabantur iam cessant,vt obseruant Bernardus Diaz in practica criminali Canonica,ca.129. in fine.Minchaca lib.1.de succeſſ.creat.§.2.num.1. & illustrium quæstionum, cap.96. Couar. in d.3.p. Rubricæ de testamentis nu. 27. Anto. Gom. & cæteri Tauristæ,in dict.l.4. Tau. Molina lib.4.de Hisp.primogenijs,cap.11. nu.20.Matienço,& Azeuedo in d.l.3. nouæ recop.Spino in rub.Glossa.8.Gutierrez lib.2.pract.quæstionum ca.38.& c.39. quos ad varias quæstiones videbis.

16 In eadem glossa. ibi, *Item obses*. Quamuis Accur.Bart.& Antiquiores, accipiant tex.in d.l.obsides 11.D.de testamentis de obsidibus Populo Romano datis, vt ij testari non possint,ex eo quod peregrini sint,& testamentū facere,non nisi ciues Romani possint, l.1.D. ad legem Falcid.quod etiam sequuti sunt Duaren.ad d.tit.D.de testam.cap. de his qui testamentum facere possunt.Cuia.in d.l.obsides.

17 † Vereor tamen ne hactenus decepti sint; cum nulla fuerit in ijs obsidibus dubitandi ratio,ex eo etenim,vt illi aiunt, quod peregrini sunt testandi ius non habent. Intelligenda est ergo illa lex, de Romanis in obsides datis, quos facere non posse testamentum, nisi eis permittatur merito Vlpia.affirmat, sunt enim apud hostes,& in eorum potestate, ita vt si fides ab his qui dederunt non seruetur,vitæ neque eorum potestas apud detinentes esset, ex quo constat eos testamentum facere non posse,quia sunt in hostium potestate,& quidē quasi serui iuxta textum,in l.Diuus Commodus.D.de iure fisci,etsi eis permittatur, nō vt Doctores intelligunt à populo, siue Principe Romano, sed ab eo qui accepit facere posse, quia verè serui non sunt, nisi fides rumpatur.

18 Obsides autem inter Christianos dati ante stamentum facere possint, vide Petrum Gregorium 3.p.Syntag.libro 42.cap.8. nu.7.Greg. Lopez Madera libro vnico animaduersion.cap.8.

19 In eadem glos.ibi,*Item monachus*, An monachus possit testari, latè per Spinō glos. 6. rubricæ,qui plures refert. Item & ex glos.11.cū sequentib. vsque in finem primæ partis rub. disputat de testamento excommunicati,hæretici,vsurarij & clerici de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis,de quibus omnibus disputare,nostrum non fert institutum.

Titulus XIII.

De exheredatione liberorum.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli ad superiores.*
2 *Exheredatio est debitæ successionis, & hereditatis ademptio.*
3 *Exheredare significat quem ab hereditate remouere.*
4 *Exheredatio res in extraneo inepta.*
5 *Abdicatio excludebat filium à paterna familia.*
6 *L.abdicatio 6.C.de patria potestate.*
7 *And.Tiraquellus reprehenditur, qui abdicationem & exheredationem idem esse existimat.*
8 *Liberorum appellatio latissima est.*
9 *In hoc titulo comprehendit eos tantummodo,quibus testator necessario relinquere hereditatem debet.*
10 *Exheredatio in extraneo facta quomodo intelligenda sit.*
11 *Vulgaris tituli inscriptio verior.*

1 INTER cætera quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderā tur principale ius est de liberis, vel heredibus instituendis,vel nominatim exheredandis, ne aliàs si præteriti sint nati iniustum faciant testamentu, posthumi cum primum nascentur illud rumpant l.inter cætera 30. D.de liberis & posthumis,coniuncta l.1.l.3.in prin.& in §.ex his D.de iniusto rupto,cum ergo superioribus titulis de testamentis ordinandis, & quibus non est permissum

missum facere testamentum, quæ sint à iure, præscripta extrinseca testamentis solemnia, item & qui illa possint ordinare; Iustinianus docuerit, opportunè nunc de filiorum institutione, & exheredatione agit, quæ res, vt iustũ sit testamentum, omnino requiritur, & omissa intrinsecum vitium ei injicit, qualiter autem sit concipienda, integro hoc tit. explicatur. Ad cuius exactam cognitionem, & intelligentiam, quid sit exheredatio, & qui liberorum appellatione comprehendantur, explicare oportet.

2 *Exheredatio* igitur nihil aliud est, quam *debitæ successionis & hereditatis ademptio*, quæ definitio etsi generaliter eorum omnium, qui ab intestato succedere possunt, exclusionem contineat in proposito autem ad eam hereditatem restringitur, quæ debetur suis, hoc est, illis qui omissi iam nati nullum testamentum faciunt, non nati agnatione rumpunt. † *Exheredare* 3 enim verbum quamuis generaliter significare soleat, quem ab hereditate remouere, hoc tamen loco ad illam tantum hereditatem refertur, quam liberi, vel posthumi tantum sperare 4 possent ab intestato, & merito quidem, † nã in extraneo quopiam, qui nullo iure posset ab intestato succedere, ineptissima prorsus esset exheredatio, vt fatetur Iulius Paulus, in l. quidam cum filium, 132. versi. *in eo autem*, ibi, *res in extraneo ineptas*. D. de verb. oblig. notat eo loco Barto. nu. 6. latè Mantica. lib. 4. de coniecturis tit. 11. ex nu. 1. Cæteri vero quamuis rectè dicantur exheredari, tanquam tales qui vocantur ab intestato, de qua exheredatione agitur in l. posthumus, 6. D. de inofficioso testa. non tamen eorum exheredatio proficit testamento. prout suorum, de quibus exheredandis in h. t. agit satis denotant illa verba Imperatoris in princip. inf eo, neque præteriti annullãt 5 aut rumpunt testamentum. † Erat & olim huic finitima *abdicatio*, qua similiter filij à re, domo, paternaque familia excludebantur: *abdicare* enim Festus interpretatur familia eijcere, quasi non dicere, idest negare filium. Vtraque in vsu fuit apud veteres, sed abdicatio semper ignominiosa, notæ plena, & quæ in vita quo- 6 que patris fiebat, in dissuetudinem abijt. † l. abdicatio. 6. C. de patria potestate, quam bene explicat Conan. lib. 2. c. 13. nu. 5. Cuiac. in l. multi non notæ, D. de lib. & posthum. exheredatio iustis de causis etiam hodie fit, de quibus inf. ad tit. de inoffi. testam. de cuius forma statim Iustinianum audiemus, in § nominatim. inf. eo, & videbis Angelum Spannochiũ, libro singulari ad legem Gallus, in proœmio 7 particula 13. ex nu. 7. † Ex quibus deduces non rectè abdicationem exheredationem esse, docuisse Tiraque. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 8. nu. 39. causas vero & formulam abdicationis retulit Alciat. lib. 2. disputat. cap. 28. Quintilianus lib. 3. Institutionum oratoriarum ca. 8. in fi. & declamatione 9. & 17. Baldui. ad leges Romuli cap. 17.

8 Prætereà liberorum appellatio quamuis latissime pateat, soleatque significare tam masculos, quàm fœminas, tam natos, quam nascituros, tam primos quàm posteriores, tam naturales, quàm adoptiuos, & denique vt vulgo circunfertur, natorum natos; & qui nascentur ab illis, ex Callistrato in l. liberorum 220. D. de verb. significatione, & iterum in l. si dotali. 48. D. soluto matrim. Vlpia. in l. quid si nepotes. 6. D. de testam. tutel. in l. 3. ad finem. D. de assignan. libert, & in l. cognoscere. 56. §. liberorũ. D. de verb. signifi. l. 1. D. de bonor. possess. contra tabulas, explicant rectè Alexander ab Alexandro, lib. 1. genialium dierum, cap. 15. Tiraquel. in l. si vnquam verb. *Susceperit liberos*. C. de reuocand. don. Pinelus in l. 1. nu. 69. C. de bonis mater. Conan. lib. 10. cap. 1. Angel. Spannochius vbi sup. particula 6. in hoc tamen tit. eos tantum comprehendit, quibus testator hereditatem relinquere tenetur, vel ex legis dispositione, quales sunt filij adoptiui, vel ex ea & naturæ simul, & parentum communi voto, in quibus tantum (vt diximus) intelligi debet exheredatio, quæ cum priuatio sit, necesse est præsupponere ius debitum, ex reg. l. decem. 116. versi. *igitur*, D. de verb. oblig. c. ad dissoluendum. 13. versi. *quocirca*, de despõsat. impub. quod si aliquando extranei exheredantur, intelligẽdum est, habita ratione prius factæ institutionis, ex l. pater. 44. D. de hered. inst. l. Seius 23. D. ad leg. Falcidiam, vt obseruauit Mantica. d. tit. 11. nu. 3. Denique obserua, quod etsi sint qui putent hunc tit. de instit. & exhered. liberor. inscribendum esse inter quos Vvesembeck. longè tamen congruentius vulgaris editio habet, ex his quæ eruditè hic Hotom. obseruat ante primam enuntiationem quem videas.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Filio fam. præterito testamentum est nullum, nec conualescit, etsi vivo patre decedat, & ex numero. 4.*

2 *Filia fam. præterita valet testamentum & admittitur filia per ius accrescendi ad certam portionem.*

3 *Filia poterat inter cæteros exheredari.*

5 *Filius in potestate qua ratione necessario heres institui, aut exheredari debeat, iuxta communem.*

6 *Filius in potestate est suus heres patri.*

7 *Additione dominium acquiritur.*

8 *Dominium per duos esse non potest.*

9 *Exheredatio actus ciuilis excludit initatem ciuilem etiam qualitatem, & num. 21. & sequentibus.*

10 Iustu-

10 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
11 *§. Posteriore, infra quib. mod. testamenta infirmentur vera ratio.*
12 *Exheredatio tacita, quæ inducitur ex institutione heredis extranei, qua ratione filium non excludat.*
13 *§. Posthumi inducitur pro hac ratione, & numero. 20.*
14 *Filius certo indicio, non coniecturato excludi debet.*
15 *Præteritio tacitè inducit exheredationem.*
16 *Præteritio matris inducit exheredationem.*
17 *Filius cui à patre legatum, aut fideicommissum relictum est, oblitus dici non potest.*
18 *L. ita tamen. 27. §. Marcellus, versi. qui rogatus, D. ad S.C. Trebell.*
19 *L. si emancipatus. 16. D. de bon. poss. contra tabul.*
21 *Suus heres quis sit.*
22 *Suitas iure ciuili inducta, iure ciuili remoueri debet.*
23 *Versi.* Sed non ita de filiabus. *in nostro tex.*
24 *Filia sunt heres est patri, quemadmodũ filius.*
25 *Emancipatus sui heredis iura non habet.*
26 *Mater suos heredes non habet.*
27 *Filia, & nepotes liberi non præcessi, quamuis sui heredes sint, minorem tamen suitatem habent, & quare.*
28 *L. cæterum. 8. §. filia D. de iniusto rupto.*
Filios tribus emancipationibus liberatur à patria potestate, filia, & nepos vnica.
29 *Ius accrescendi olim filiabus, & nepotibus non præcessis præteritis concessum, quale.*
30 *Hodie ex nouiori Iustiniani lege discrimen nullum inter filios & filias, & nepotes non præcessos.*
31 *L. inter cætera 30. D. de liber. & posthu. interpretata cum Emanuele Costa.*
32 *Argumentum contra Emmanelis interpretationem.*
33 *Defenditur Emmanelis interpretatio.*
34 *§. Posthumi quoque h. t. ponderatur, pro Emanuele.*
35 *Noua alia L. inter cætera explicatio.*
36 *Filio in potestate præterito datur bonorũ possess. contra tabul.*
L. filium 20. §. fi. D. de bon. poss. cõtra tabul. l. is qui in potest. 15. l. si duo. 16. D. de legat. præst.
37 *Filio in potestate præterito datur bonorũ poss. contra tab. contra superficiem & lignum testamenti.*
38 *L. quod vulgo 19. D. de bonor. poss. contra tab. & eius vera lectio animaduersa.*
39 *Bonorum poss. cum re, & bonorum poss. sine re.*
40 *Remedium Prætorium annale, ciuile vero triennale.*
41 *Remedia plura habere vtile est.*
42 *Bonorum poss. contra tab. remedium rescissorium.*
43 *Rumpi non potest id quod nullum est.*
44 *Nullum quod apparet sæpe in iure nostro rescinditur.*
L. si dolo 5. C. de rescin. venditione.
45 *Emptio & venditio contractus bonæ fidei.*
46 *L. nam etsi sub conditione. 5. §. post defectum. D. de iniust. rup.*
47 *Verbum, nullus, sæpe significat, non quod inualidum est, sed quod re vera non est.*
48 *L. Decem. 116. D. de verb. obligation.*
49 *L. si duobus. 12. §. si prius. D. de bo. poss. contra tab.*
50 *L. etiam. 3 §. si libertus. D. de bonis libertorũ. L. posthumus 12. versi. ad. m. & circa. D. de iniusto rupto.*
51 *Testamentum nullum ob filij præteritionem cõualescit, si is viuo patre decedat, & proximiores legitimi instituti sunt.*
52 *L. filio præterito. 17. D. de iniusto rupto.*
54 *L. Seius Saturninus. 46. D. ad S.C. Trebel.*
55 *L. ex asse. 52. D. ad l. Falcid.*

1 SI filius qui in potestate est præteritus sit, ideſt, neque institutus, neque nominatim exheredatus, testamentum nullum est, nec conualescit, etiamsi filius viuo patre decedat: † filia vero præterita validum
2 est testamentum, ea ad certam portionem per
3 ius accrescendi admissa. † Quæ inter cæteros ritè exheredabatur. Idem deduces ex l. si filius 7. l. Gallus. 29. in princi. & in §. in omnibus l. inter cætera. 30. l. penul. in fi. D. de liberis & posthumis. l. 1. l. filio præterito. 17. D. de iniusto rupto. l. maximum vitium. 4. C. de liberis præterit. Vlp. in fragmentis, tit. 22. versic. *sui*, & ver. *ex suis*. Caio lib. 2. institu. tit. 3. in princip. consonat. l. 10. tit. 7. l. 1. tit. 8. part. 6. & præter ordinarios explicant, inf. referendi.

Sed primò grauiter obstat tex. in dict. l. inter cætera, in prima part. D. de liber. & post. ibi. *Ne præteritis istis rumpatur testamentum.* Ex quibus verbis sanè constat, filio præterito, siue liberis præteritis testamentum valere, aliàs enim rumpi non posset argumento. l. nam etsi sub conditione. 5. versi. *post defectum.* D. de iniusto rupto.

Secundò sic argumentor, filio præterito datur bonorum possessio contra tabulas. l. filiũ. 20. §. fin. D. de bon. possess. contra tab. l. is qui in potestate 15. l. si duo 16. D. de legat. præst. d. l. maximum vitium in princip. sed bonorũ possessio contra tabulas rescindit testamentum. l. illud. 4. D. de bon. poss. cont. l. vt liberis 17. C. de collationibus. Ergo testamentum in quo filius in potestate præteritus est valet. ex d. versic. *post defectum.*

Tertio sic argumentor, ita demum secundũ testamentum primum tollit, si secundum iure perfectum sit. §. posteriore, inf. quib. mod. test. infir. (vbi dicemus) sed secundum testamentũ, in quo filius in potestate præteritus est, rũpit primum,

primum, in quo est exheredatus. l. si duobus, 12. §. si prius. D. de bon. possess. contra tabul. Ergo filio præterito validum est testamentū.

Quarto sic argumentor: ex verbis enunciatiuis non inducitur dispositio, neque institutio. d. l. Gallus 29. in prin. iuncto d. §. in omnibus, & magis ex l. ex facto. 19. D. de hered. instit. l. fin. C. eodem. l. si quis eum 16. §. fi. D. de vulgari. Sed si libertus ita patronum suum hæredem instituat. *Si filius meus me vivo morietur patronus heres esto*, non malè testatus videtur libertus. l. etiam. 3. §. si libertus. D. de bonis liber. ergo libertus qui filium suum non instituit rectè testatur.

Quintò contra nostrum tex. versi. *Adeò quidem*. Objicio diffi. textum in l. posthumus. 12. versi. *idem & circa iniustum*. D. de iniusto rupto. iuncta. l. 3. §. ex his, ibi. *illi iniustum faciūt*. D. illo tit. ex quibus constat, quod si filius præteritus vivo patre moriatur testamentum convalescit, quia cessat ratio ob quam filio præterito nullum est testamentum.

Sextò contra nostrum textum, ibi. *Nemo heres existere possit*. Oppono difficilem tex. in l. filio præterito. 17. D. de iniusto rupto. vbi hoc in casu Papin. scripsit quòd si præteritus filius se abstineat patris voluntas defendetur.

Septimo contra nostrum tex. versi. *Sed non ita de filiabus*, grauiter obstat, nam quæ ratio necessario cogit patrem vt filium masculū vel heredem instituat, vel nominatim exheredem faciat, militat, vt hæc in filiabus obseruentur, cum eodem sanguinis vinculo ei coniungantur, & eadem suitatis iura habeat. l. in suis. 11. D. de lib. & posthum §. sui. inf. de hered. qualit. l. fin. D. de collatione dotis. Ergo institui etiam necessariò debuerant, vel exheredari nominatim. Quæ dubitandi ratio ex eo augetur, quia præteritio posthumæ, ea postea nata, ita infirmat testamentum ac si posthumus esset præteritus & natus, §. posthumi, infrà eodē: ergo longè magis debet infirmari filia nata præterita.

Octauò contra nostrum tex. versi. *Et alijs per virilem sexum descendentibus*, sic argumentor nepos qui à patre non præceditur, suus hæres est auo, eademque habet, quæ filius, sui hæredis iura. §. posthumorum. inf. eod. §. sui. §. ita demum inf. de hered. quæ ab intest, ergo similiter instituī debuit ex ratione Iurisconsulti in l. in suis 11. D. de lib. & posthum.

Nonò contra generalem huius tex. regulā, sic argumentor, filius qui non est institutus, neq; nominatim exheredatus præteritus est, §. eadem hæc inf. de hered. quæ ab intestato. Sed filio non instituto, neque exheredato valet testamentum. l. Seius Saturninus. 46. D. ad Trebell. l. ex asse. 52. D. ad leg. Falcid. l. Papinianus. 8. § si quis mortis. D. *de inofficioso testa.* l. qui filium. 4. D. vbi pupillus educari debeat. l. hæc conditio. 10. D. de condit. & demonstr. (quibus addes Costam. in 3. p. paragraphi ex nu. 39.) ergo & illo præterito.

4 Quibus tamen argumentis non obstātibus, dicendum est filium in potestate necessariò esse heredem instituendum, vel nominatim exheredandum, nec testamentum conualescere eo quod filius viuo patre decedat, quamuis non ita de filiabus, & alijs per virilem sexum
5 descendentibus obseruaret antiquitas. † Nec (saltim quod attinet ad primam nostri textus partem) decidendi rationem ostendere dif-
6 ficile nimis erit, si quidem constat † filium in patris potestate constitutum suum heredē eidem patri esse, habereque illam qualitatem ciuilem quæ eum etiam in vita patris quodammodo dominum facit, dict. l. in suis. 11. D. de lib. & posthum. ideoque licet non sit institutus, post mortem tamen patris dominus quidē fit, ne ergo duo domini eiusdem hæreditatis
7 dentur, (quia † & extraneus institutus heres aditione dominus fit §. fin. inf. de hæred. qualit.)
8 † contra regulam. l. si vt certo. 5. §. si duobus. D. commod. l. quod contra. 141. §. vni. duo. D. de regulis iuris, oportet filium vel instituī, vel nominatim exheredari, vt sic, quo casu institutus non est, per †
9 exheredationem, actum sanè ciuilem, ciuilis etiam suitatis qualitas, quæ eum etiam dominum efficiebat, remoueatur. Quæ est ex antiquioribus & neotheri cis verior & securior huius cōclusionis ratio. Quòd si dicas necessariam non esse exheredationē expressam, quia eo ipso quod pater extraneum heredem instituit, tacitè videtur fi-
10 lium exheredare, dici enim solet † vnius admissionem esse expressam alterius exclusionem, ex d. l. si vt certo. 5. §. si duobus. l. 3. §. ex contrario. D. de acquir. possessione. l. hereditate. 19. §. pater peculij. D. de castrensi pecul. Tex. celebris in l. si inter me & te. 15. ibi. *quia eo ipso*. D. de exceptione rei iud. adiuncta. l. 1.
11 ibi. *sententia*. D. de testamen. † quæ est etiam verisima ratio, paragraphi, Posteriore, inf. quibus mod. testamentum infirm. quia in secundo testamento scriptus heres, quamuis in primo institutus non exheredetur, aut prioris testamenti in secundo nulla mentio fiat excludit primum heredem, & primum testamentū ipso iure tollitur per secundum, quia secundi institutio primi exclusionem inducit. Et potest induci tex. in l. rem legatam 18. D. de adim. leg. † Respondebo benigna interpretatione inductum esse, & quasi dissimulatione, vt eo casu, non tam animum exheredandi & excludendi filium à propria quodammodo successione patrem habuisse dicamus, quam in magna mortis perturbatione constitutum oblitum quidē fuisse & filij non meminisse, quasi si meminisset non sit credendum adeò durum & inhumanum extiturum, vt filium tam stricto sangui-

nis

nis vinculo sibi coniunctum à successione sua, & quæ ex parentum voto filijs paratur repel leret, & deijceret. Solerque induci † tex. in
13 §. posthum. ibi. *ne viderentur præteritæ esse per obliuionem*, infr. eod. Authen. de triente & semisse. §. illud. 1. versi. *quoniam certum est*, collatione. 3. coniuncta. l. scripto. 7. in fi. D. vnde liberi. † Ideoque certo non coniecturato, aut
14 incerto iudicio filios esse exheredandos, satis significat Iustinia. in versi. *nominatim eum exheredet*. Et in §. nominatim. inf. eod. Iurisconsul. in l. sub conditione 18. ibi. *Certo enim iudicio*. D. de bon. possess. contra tab.

Sed adhuc vehementer vrget, eam obliuionis coniecturam tam benignè acceptam non omnino sufficientem videri, nam præterquam quod secundum merum & subtile ius † præ-
15 teritio inducat veram exheredationē, ex sup. à nobis probatis, quibus addi etiam potest textus, in l. si patronus. 12. in principio. D. de
16 bon. libert. argumento etiam est, † quod à matre facta præteritio exheredationem inducit, §. vlti. inf. eod. Deinde & illud mouet, quod
17 † legato aut fideicommisso à patre dato filio, obliuionis cessat coniectura ex d. §. posthumi; quare & testamentum valere oporteret, licet nec institutus, nec exheredatus esset, relicto illi legato, quod tamen absurdum est, ex l. ita
18 tamen. 27. §. Marcellus, versi. *qui rogatus*. D. ad Trebell. defendit Costa in cap. si pater. 1. par. verbo. *instituit*. nu. 1. Sarmiento in l. inter cætera. nu. 1. & vlt. D. de lib. & posthum. & potest
19 expendi celeb. tex. † in l. sic mancipatus 16. D. de bon. possessione contra tabul. si consideres singulari ratione ibi à Iurisconsulto expressa filio denegari bonorum possessionem contra tabulas, non denegandam cessante illa
20 ratione. † Neque ad rem facit tex. in d. §. posthumi, versi. *ne viderentur*, si quidē legatū relictū in eius specie inducit ne filius admittatur per illud ius accrescēdi, de quo mox agem⁹.

21 Igitur (vt paucis paulò superius insinuare cæpimus) dicendum est, cardinem huius rationis versari in maxima illa prærogatiua suitatis, suus enim heres est ille, qui cum sub potestate testatoris sit primum obtinet locum in eius successione, ex §. sui inf. de hered. qualit. §. sui. §. ita demum, infra de hered. quæ ab intest. propter quam quodammodo mortuo patre censetur continuari dominium in filium
22 ex d. §. sui. d. l. in suis. † Quæ suitatis qualitas à iure ciuili introducta, ciuili aliquomodo est remouenda argumento. §. fin. inf. de leg. agnat. tutela. §. quod autē, sup. de ca. dim. ne mortuo patre, filius adhuc esset suus quamuis præteritus in testamento (quia præteritio non est qualitas per quam potest tolli altera suitatis) & ideò ad successionem admittendus, ex regulis iuris, repugnat enim suum heredem esse & non succedere: ergo necessarius fuit certus & constitutus modus remouendæ suitatis propter illam repugnantiam, exheredatio autē exclusio expressa est ab hæreditate, & quæ certissimam suitatis remotionem inducit. Igitur quamuis per institutionem alterius extranei heredis filio planè auferatur hereditas, ex sup. animaduersis, non tamen remouetur illa suitatis qualitas. (quæ in matre non consideratur, vt dicemus in dict. §. fin. inf. eodem) & inde resultat superior repugnantia.

Quod verò attinet, ad versic. *sed non ita de filiabus*, difficilius est veram assequi rationē cū eisdem rationibus idem etiam foret admitten-
24 dum in filia, † quam constat sui heredis iura habere, vt diximus in septimo argum. Varijs tamen omissis opinionibus ego existimo, ideò veteres prudentes statuisse, filia, nepotibusve præteritis testamentum non rumpi, sed eos per ius accrescendi ad certam portionem admittendos esse, quoniam cum (vt paulo ante diximus) ex illa suitatis qualitate quam filij familias habent necessitas institutionis inducatur, non ex sola sanguinis coniunctione, (id
25 quod etiam † tibi persuadebit emancipatus, in. §. emancipatos, ibi. *quia sui non sunt*, inf. eodem. Et magis idem filius fam. † respectu
26 matris, quæ ideò eum instituere aut exheredare nō tenetur, sed eius præteritio habetur pro exheredatione, quia eum non habet in potestate. §. fœminæ sup. de adopt. & inde considerari non potest ius suorum heredum, argumento tex. in d. l. lege Cornelia. 12. in fi. D. de testam. & expressè probat. l. nulla fœmina. 13. D. de suis & legit. & sic intelliges tex. in §. cæteri, versi. *qua de causa*. inf. de hæred. qualit. l. illud 4. §. ad testamenta. D. de bon. poss. cont.
27 tab.) † Quamuis verùm sit, eodem sanguinis vinculo filiam patri coniungi, & nepotes paulò remotiori; qualitas autē suitatis non sic in filiabus & nepotibus, pro vt in filijs masculis admissa fuit, quia filiæ caput & finis familiæ à Iurisconsultis appellantur, in l. pronunciatio. 195. §. fin. D. de verb. signifi. commodiusque eis semper visum fuit ita iura constituere vt plerumque hereditates ad masculos confluerent, teste Iustin. in §. cæterum inf. de legitima agnat. successione, vbi latius eius rei rationem notamus: nepotes gradu vno remo-
28 tiores sunt ab auo, quàm à patribus filij: † Et inde lege duodecim tabul. cuius meminit Vlpia. in fragmentis. tit. 10. in prin. cautum erat, ne aliter filius sui iuris efficeretur, quàm si ter manumissus, ter mancipatus esset: cæteri verò sui heredes, præter filium, tam masculi quàm fœminæ vna emancipatione, manumissioneque sui iuris fiebant, vt idem Vlp. ibi notat, & in l. cæterum. 8. (alias verum) §. filia. D. de iniusto rupto. Caius lib. primo institutionum, tit. 6. Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. p. n. 45. Sarmiento in l. 2. n. 4. D. de liber. & posthum.

hum grauiter Hotom. hic enunciatione 3. Igitur cū non esset in filiabus & nepotibus maxima illa suitas inducta, quæ in filijs masculis admissa: his non institutis vel nominatim exheredatis propter repugnantiam sup. animaduersam nullum efficiebatur testamētum, ideò illis præteritis subsistebat.

29 Quibus tamen quia sanguinis necessitas, & paterna charitas non poterat denegari, ius accrescendi, id est, partis auferēdæ (vt hic Theophilus interpretatur) concedebatur, suis hæredibus scriptis in partem virilem, id est æqualē portionem accrescebant, extraneis verò in dimidiam, vt docent Caius lib. 2. institut. tit. 3. Iulius Paulus lib. 3. sentent. tit. de testamētis. Vlp. tit. 22. sicque intelliges nostrum versic.

30 *Sed non ita de filiabus.* † Hæc tamen differentia inter masculos & fœminas à mera iuris & artis subtilitate, magis quàm à naturæ principijs deducta merito à Iustin. postea abrogata fuit, in præsenti, coniuncto §. sed hæc quidem, inf. eod. Et in d.l. maximum vitium. & iā hoc iure vtimur, vt filia præterita, nepoteve suo herede non minus testamentum nullum sit, quam si filius esset omissus.

31 Neque obstant argumenta in contrarium adducta, non primum ex d.l. inter cætera, quoniam animaduerto illa verba, *Ne præteritis illis testamentum rumpatur*, integrāq; priorem illius tex. partem, non de filijs famil. sed de posthumis, & de ijs qui posthumorum loco sunt accipi omnino debere, quibus quidem præteritis, quamuis ab initio validum sit testamentū, periculū tamen est ne illis natis, agnatione rūpatur, iuxta tex. vbi dicemus, in §. posthumi in §. posthumorum, inf. eodem, filio verò præterito statim ab initio nullū est testamentū ex regula nostri tex. Et d.l. inter cætera. Vbi rectè Caius filium à liberis distinxit, eo quòd solus filius suus heres præteritus inutile faceret ab initio testamentū: liberi autem reliqui possent rumpere. Quum tamen dixit inter cætera quę ad ordinanda testamenta necessario desideratur principale ius de liberis hæredibus instituendis vel exheredandis; non de filia, non de nepotibus suis heredibus intellexit, nam etsi hi per ius accrescendi testamentum quodammodo euerterent, hereditaria portione ab scriptis hæredibus ablata, (vt paulo supèriùs diximus) ex d.l. maximum vitium. & nostro tex. versi. *Sed non ita*. non tamen inteſtatum faciebant parentem, ideoque præteriri potuerunt. Quomodo post alios quos refert, eam. l. inter cætera, interpretatur Costa in d.l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. p. ex num. 35.

32 Sed hic illud videtur monere, d.l. inter cætera in prima parte in filio iam nato, & in potestate constituto accipiendam esse, suadere illa verba. *Inter cætera quæ ad ordinanda testamēta.* Quæ proculdubio respiciant formam & solēnitatē testamenti, ad quā solum pertinet institutio vel exheredatio filij in potestate, vt cōstat ex nostro tex. Et inde intelligi non possunt de institutione aut exheredatione posthumorum, quibus præteritis constat ab initio valere testamentum mero iure, quāuis postea rumpi possit illis natis. Et tamen si pro forma & solemnitate testamēti institutio aut exheredatio posthumi desideraretur, vtique eo præterito tua sponte caderet testamentū, nec ex post facto conualesceret, ex regula nostri tex. coniuncta. d.l. omnia. 201. D. de reg. iur. quo argumento Costæ sententiam à quibusdam nouiter reprehendi audio.

33 Quæ tamen consideratio, licèt non insubtilis, parùm mouere debet, cum enim Caius ibi de rupto testamento loquatur, quod longè differt ab eo in quo filius natus præteritus est, iuxta l. 2. l. 3. §. & ex his. D. de iniusto rupto, cum propriè illum tex. accipere possimus in filijs qui præteriti rumpunt, quales sunt posthumi, & ij qui posthumorū loco habentur, nō est cur impropriè eū accipiamus in filio iā nato qui non rumpit, sed iniustum facit. Neque obstat agi ibi de institutione vel exheredatione quæ pertinet ad solemnitatem testamenti, qualis non est institutio, vel exheredatio posthumorum; Nam etsi hæc ad solemnitatē & formam testamenti non pertineat, ita vt ea non seruata testamentum nullum sit, pertinet tamen ne illis præteritis eorū agnatione rūpatur. † quæ interpretatio planè suadetur ex 34 d. §. posthumi, inf. eod. vbi postquā in princip. huius tit. dixerat Iustinian. solēnitates sup. traditas nō sufficere, sed filiū esse instituendum, vel nominatim exheredandū, adijcit, *posthumi quoque liberi vel heredes instituī debent vel exheredari.* ne eorum scilicet agnatione rumpatur.

35 Quod si superior Costæ explicatio tibi non omnino arrideat, tentari posset Caium in d.l. inter cætera. in 1. par. loqui in liberis natis existentibus extra patris potestatem ex prima emancipatione, quibus præteritis valebit sanè testamentum, tamen quia postea manumissi reuertuntur in patris potestatem, & agnascuntur & rumpunt testamentum ex Vlpiano in fragmentis, d. titu. 23. versic. *Agnascitur suus hæres*, vbi nominatim docuit Iacob. Cuiacius. ideò dixit Caius illis præteritis testamentum rumpi. Quem interpretandi modum verissimum esse, ostendere videtur idem Caius in vers. *namque filio.* vbi loquitur de filio in potestate constituto, & sic ostendit in prima parte de filijs extra potestatem constitutis loqui ex prima emancipatione, nulli etenim alij filij extra potestatem sunt qui rumpere possint. Et magis probabis ex l. cæterum. 8. §. filia vel nepos. D. de iniusto rupto, vbi ideò filiam & nepotem non rumpere testamentum. I. C. ait, quia vna emancipatione

tione exeunt de patria potestate: ergo si vna emancipatione non exirēt testamentū rūperent, vt illas in l. de l. inter cætera.

36 Non obstat secundum argumētum, ex dict. l. is qui in potestate, dict. l. si duo, cum similibus, quibus probatur, filio in potestate præterito dari bonorum possessionem contra tabulas: ergo valuit testamentum. d. l. 5. vers. fi. *post*

37 *defectum.* † Nam huic difficultati, primo respondendum est, bonorum possessionem contra tabulas dari in illis legibus filio præterito contra figuram testamenti, & ad rumpendam illam superficiem & apparentiam, quam habet testamentum in quo præteritus est filius in potestate; si quidem vt Prætor locum faciat huiusmodi remedio, tantum inspicit, an testamentum sit obsignatum, septemque subscriptionibus constet, vitium enim præteritionis est inuisibile & intrinsecum. tex. in l. 2. C. de edicto Diui Had. toll. l. si quis legatum. 6. D. de falsis, illam ergo figuram testamenti rūpit

38 bonorum possessio contra tabulas, † vt sensit Iurisconsul. in l. quod vulgò. 19. ibi. *contra lignum esse.* D. de bon. poss. contra tabulas, cuius hæc est verissima interpretatio. Probat enim ibi Vlp. bonorum possessionem hoc casu dari contra lignum id est contra testamentū, quod tabulis ligneis scribi solebat, vt diximus, in §. nihil interest, sup. de testamen. ordinandis. Vnde constat in d. l. quod vulgò, legendum esse *contra lignum*, vt in Pandectis Florentinis, non *contra legem*, vt in vulgatis & mendosis codicibus, quorum lectionem parum fœliciter conatur defendere Gouearus lib. 1. variar. lect. c. 4. illam autem Pandectarum Florentinarum probarunt Duar. ad t. D. de contra tabul. & lib. 2. disputat. c. 30. Cuia. lib. 11. Obseruat. c. 14. Riminald. in l. postumo nato. n. 605. C. de bono. poss. cōtra tabu. Quæ interpretatio manifeste cōprobatur ex Vlp. d. t. 23. ver. *si septem.* Et di-

39 ximus in § sunt autem. inf. de bon. possess. † Quemadmodū ergo, ex illo testamēto dari poterit scripto heredi bonorū possessio secundū tabulas, quæ tamen sine re, id est, sine effectu erit si filius præteritus heres velit iure ciuili existere, ab intestato, ex Vlp. vbi proximè; ita etiam & filio poterit dari contra tabulas, si tam velit ex d. l. is qui in potestate, &c.

40 Quod si tu subtiliter obijcias ineptum esse remedium hoc Prætorium argumēto. l. in causa. 17. D. de minoribus, cum ipse filius possit iure ciuili, nullum testamentum dicere, quod cum remedium ciuile sit durat triginta annos. l. omnes. 4. l. sicut. 3. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum, remedium autem Prætorium bonorum possessionis contra tabul. durat anno dumtaxat. l. 1. §. largius. D. de succeff. edicto?

41 Respondebo, vtilem nihilominus esse filio bonorum possessionem cōtra tabul. cum quia ea petita cessabit secundum tabulas bonorum possessio, quæ scripto heredi dari poterat, tum quia semper expedit plura remedia habere, maximè hoc casu, quo remedium ciuile currit filio etiam ignoranti, Prætorium vero cum sit vtile non nisi scienti.

42 Neque huic interpretationi oberit si tu obijcias, quod cum remedium bonorum possessionis rescissorium sit, l. 1. l. sed cum patrono. 6. §. bonorum. D. de bon. possess. d. l. vt liberis. 17. ibi. *rescisso testamento.* C. de collationibus. planè constat mero iure valuisse testamentū,

43 quo filius in potestate præteritus fuit, † alias enim rumpi non posset, ex d. l. nam etsi sub cōditione. 5. vers. *Post defectum*, ibi. *Gradum non*

44 *rumpit, quia nullus est.* D. de iniusto rupto. † Quoniam retenta superiori interpretatione secundò respondeo, nouum aut insolens nō esse in pluribus alijs iuris articulis, vt quod est nullum & inefficax rescindatur & rumpatur. Ecce l. si dolo. 5. ibi. *rescindi venditionem iubebit.* C. de rescind. venditione, vbi rescinditur ille venditionis contractus, cui dolus causam dedit. † & tamen constat emptionem & vendi-

45 tionem contractum esse bonæ fidei. §. Actionum, inf. de actionibus, cui si dolus causam dederit nullus est ipso iure, & nec ex eo actio datur. l. & elegāter. 8. D. de dolo: & nihilominus in d. l. si dolo, vbi cōtractus nullus fuit, vel vindicatione, vel conditione sine causa, res auocatur ab emptore rescisso cōtractu. Vt docuit Cuiac. in d. l. elegāter. vbi alia indicat exēpla, in quibus contractus inualidus & nullus rescindī tur. † Neque in contrariam sententiam inter-

46 pretes debuerunt moueri ex d. vers. *post defectum.* decepti ex homonomia verbi, *nullus*, ibi enim non significat Iurisconsul. gradum non rūpi, quia nempè inualidus, † aut inefficax erat,

47 sed potius quia non erat. Proponit enim ibi I. C. defecisse conditionem sub cuius euentu heres extraneus institutus erat, à quo gradu institutionis posthumus erat præteritus, atque ideo cum conditio defecisset ante posthumi natiuitatē, consequens fuit spem illā, quæ interim erat dum pendebat conditio, & incertum erat an esset extitura, deficiente conditione euanuisse, ac perinde iudicari institutionis cōditionalis gradum ac si nunquā fuisset gradus & ideo non est quod possit rupi posthumi natiuitate. † Quemadmodum in nō dissimili cō-

48 ditionali specie respōdit Papinia. in l. decem. 116. D. de verb. obligat. liberationē, & dissolutionē obligationis nō posse cōsiderari, quoties cōditio sub qua cōcepta fuerat defecit & euanuit, nō est enim solutio aut liberatio nisi eius quod aliquo vinculo tenetur. Pari ergo ratione Vlp. in d. vers. *post defectum*, obseruat eo casu gradū nō rūpi, quia scilicet ille qui à princ. apparebat propter cōditionis spē, ea deficiēte euanuit, & iā nō est, sicq; verba illa *quia nullus*

significant id est, quia non est gradus, sicuti in titulo, & in l.1.D.si tabulæ testamẽti nullæ extabunt,id est si aliquod testamentũ non fuerit factum,quamuis aliàs etiam nullæ tabulæ dicantur,id est inualidæ & sine effectu,in l. si filius.19.D.de testamẽtis. In hũc ergo sensum quem aio verisimũ,illã.l. nam etsi, vers. *post defectum*. citasse animaduerto Cuiac. Ad Africanum tract.1. sub. l. si posthumus,& ita explicuisse ad l. 3. scholio vlt. D. de liber. & posthum.Guibertus lib.sing.quæst. c. 20.nu. 17.omniũ optimè & latisimè, præceptor noster dominus Ægidius Ramirez de Arellano in l.2.§.si à furioso n.6.D.pro emptore. Dicẽdum ergo est,testamentũ illud quod quidem iuris ciuilis rigore inspecto nullũ & inualidũ est,& perinde iudicatur acsi non esset, posse adhuc rescindi per cõtra tabulas ex sup.dictis.

49 Non obstat tertium argumentum,ex d.§.si prius.l.si duobus.12.D.de cõtra tabul. Cuius tex.tãta est difficultas,vt vndecim solutiones à doctoribus ei afsignentur in l. si filius qui in potestate.D.de liber.& posthum. quas omnes congerit illic.Iaso.ex n.27. & quatuor decim tradit Sarmiẽto ibidẽ ex n. 2. aliã Decius in l. posthumo nato.n.11.C.de cõtra tab.aliam Viglius in §.ex eo autẽ solo,inf.quib.mod. testa. infirm.ex quibus omnibus ego colligo veram illius textus interpretationem. Dubitat enim ibi Iurisconsultus vtrũ filius exheredatus in primo testamẽto,& præteritus in secũdo possit agere bonorũ possessione contra tab. contra heredes scriptos in hoc secundo testamento, cui quæstioni ea adhibita distinctione respondit. Quod si heredes scripti in hoc secundo testamento, remoto filio à bonorum possessione contra tabulas,haberent hereditatem,id est, si hoc secundũ testamẽtũ tollit primũ, ita quod heredes in eo scripti essent habituri hereditatem,tunc filius contra huiusmodi heredes potest agere contra tabulas bonorum possessione,aliàs verò non,cum primum testamentum valeat,in quo filius est exheredatus iuxta formam nostri tex.& exheredatis non detur bonorum possessio contra tabulas l. non putauit. 8.in princ.D.de bon.possess.contra tab. Tũc autem secundum testamẽtum,in quo filius est præteritus primum tollit(quod quidem quamuis Iurisconsultus nõ explicet,erit ex alijs iuribus soluẽdũ) quãdo filius præteritus est emãcipatus,de quo Iurisconsibi,loqui suadet natura illius tituli,& in secundo testamẽto scripti sunt heredes qui remoto filio rem abintestato essent habituri. Quod si filius præteritus esset in potestate, neque secundum testamentum primum tolleret,neque posset per filium impugnari.

50 Nõ obstat quartum ex d.l.etiam.3.§.si libertus.D.de bon.libert.& quintũ ex.d.l.posthumus.12.vers.*Idem & circa*. D.de iniusto rupto quæ duo iura quia non dissimilem decisionẽ, & rationem habent,pariter & simul discutienda sunt. Quod ergo attinet ad tex.in d.§.Idem & circa,putarunt ibidem Bart.Bald.& omnes sententiam nostri tex.& similium. † limitandam esse,eo casu,quo filio præterito instituti sunt legitimi heredes abintestato venientes, tunc enim si filius viuo patre decedat, quãuis nullũ ab initio esset iure ciuili testamentũ conualescit æquitate prætoria,vt ex eo. tex. expresse deducitur.quam communem interpretationẽ esse dixit Alexander, vbi etiã cæteri notant in l.si pater.n.14.C.de instit. Benedictus in c.Raynut.ver.*In eodem testamento relinquens*.el 1. n. 227. de testam. & ita tenendum est,quamuis cõtradicat Alcia. in l. si filius qui in potestate ex n.24.D.de liber.& posthu.& lib.3.paradox.c.8.quod tamẽ ita intelligendũ est,si & proximiores & omnes abintestato venientes eiusdẽ gradus instituti sunt, quia non est verisimile velle Prætorem cõfirmare testamentũ in præiudicium eorũ,qui abintestato erant successuri argumen. textus in l. Paulus notat 8. D.de prætorijs stipulationibus,& ita obseruauit Berberanus in d.l.si pater.n.86. † 51

Sed tunc videtur obstare tex.in d.§. si libertus.vbi Vlpia.scripsit,ab initio nõ malè testatum fuisse libertum, qui patronum suum ita heredem scripserit:*Si filius meus me viuo moritur, patronus heres esto*. Nam si decesserit filius poterit patronus conditione existente accipere bonorum possess.& tamen constat sine dubio male testatum initio fuisse libertum filiũ prætereũdo,quamuis ex post facto ab eũ tu testati exitum faciat argumento.d. §. idem & circa.Quæ sanè difficultas grauiter torquet interpretes,maximè Alexandrum in d. l. si filius n. 4.& in d.l.Gallus,in prin.nu.6.

52 Sed dicendũ est illud testamentum validum etiã esse in d.§.si libertus, etiam à princ. iure Prætorio attento,neq; contrariũ probat tex. in d.§.idẽ & circa.est enim elegans differentia inter hæc duo iura.tex.enim in d.§.idẽ & circa.procedit quãdo filius fuit præteritus,& venientes abintestato purè,ac simpliciter instituti,tunc enim testamentum est ab initio nullũ, quãuis si filius viuo patre moriatur conualescat ex æquitate Prætoria:cæterum si testator ita concipiat.*Si filius meus me viuo, moriatur instituo mihi heredem proximum abintestato successorem*,dicendum est,hoc testamentum ab initio valere iure Prætorio,iuxta d.§.si libertus quia cum testator expresserit eum casum,quo eueniente testamentum debet conualescere iure Prætorio,expressio illa operatur vt testamentum ab initio eo iure valeat;& ita eũ tex.post Socinum & alios interpretatur Costa in l.Gallus.§.& quid si tantum.1.p.nu.81.

Nõ obstat sextũ argumẽtũ ex d.l.filio præterito. 17. D. de iniusto rupto. quoniam ille

tex.

tex. potius noſtri ſententiam probare, quam ei aduerſari videtur, ſiquidem Papinia. ibi ſcribit filio fam. præterito neque libertates competere, neque legata præſtari, ſi præteritus à fratribus partem hereditatis auocabit, id eſt ſi inualidum teſtamentum dicere velit, ſicque patre effecto inteſtato virilem portionem accipiat: quòd ſi præteritus filius bonis ſe patris abſtinere velit, nihilque contra voluntatem patris afferat, licèt ſubtilitas iuris refragari videatur, id eſt teſtamẽtum illud ipſo iure ciuili nullum ſit, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur, id eſt iure Prætorio ſuſtinebitur fratribus qui rem ab inteſtato ſunt habituri in eo teſtamento ſcriptis heredibus argumento d.§. idem & circa. & d.§. ſi libertus poteſt enim iam hodie filius poſt prætoris beneficium bonis ſe patris abſtinere, tex. in §. ſui, verſi. *Sed his permittit Prætor.* inſ. de hered. qualit. quod latius explicat Coſta in d.§. & quid ſi tantum. 3. p. n. 205.

53 Non obſtat ſeptimum & octauum argumẽtum, quoniam vt latè ſup. ad rationem decidẽdi oſtendimus, longe minor ſuitatis qualitas in filiabus, & nepotibus antiquo iure ciuili cõſiderabatur, indeque minor etiam neceſsitas inſtituendi, vel exheredandi.

54 Tandem non obſunt illa iura quæ vltimò adduximus, ex quibus probari videbatur, filio non inſtituto, neque exheredato valere teſtamentum contra noſtrum tex. Primò etenim tex. in d.l. Seius Saturninus. 46. D. ad Trebel. Vbi Iauolenus præmittit valuiſſe teſtamentum, in quo Occeanus filius teſtatoris fuit præteritus, defenditur ex eo, quod teſtator miles erat, vt Iuriſconſ. refert, erat enim Archigubernus, ſiue præfectus ex claſſe Britannica, & inde miles, quare iure militari frui oportuit, ex l. 1. §. item nauarchos. D. de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. Scitum autem eſt, militem non teneri filium neque inſtituere, neque exheredare, cum eius prẽteritio pro exheredatione habeatur, ex §. ſed ſi in expeditione, inſ. h. t. vbi latiùs dicemus. Et ita obſeruauit Coſta in d.§. & quid ſi tantum prima p.

55 n. 62. † Secundo tex. in d.l. ex aſſe. 52. D. ad leg. Falcidiam. & in d. l. Papinia. 8. §. ſi quis mortis. quoniam quamuis in his filius non inſtitutus, neque exheredatus proponatur, eſt tamen interpretandum ſaltim bonamente filium fuiſſe exheredatum, omiſſamque à Iuriſconſultis his & alijs pluribus in locis eius rei mentionem, quoniam aliud principaliter agebant, vt nominatim ſcripſit Coſta d. prima p. n. 60. An autem ſaltim iure legati, ſiue fideicõmiſſi aliquid filio relinqui ſufficiat, eo nõ inſtituto, neque exheredato? dicemus in §. igitur quartam. inſ. de inoffi. teſtamento.

(?)

§. *Nominatim.* 1.

1 *Exheredandus filius nominatim.*
2 *Exheredari poteſt filia inter cæteros, & nu.* 12.
3 *Exheredatio nominatim facta quando dicatur.*
4 *Demonſtratio certa loco nominis eſt.*
5 *Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta.*
6 *Verbum* videtur, *in noſtro textu denotat improprietatem.*
7 *Exheredatio de omnibus filijs facta valet, ſi quis vnicum habet.*
8 *L. Titius. 25. D. de liber. & poſthum.*
9 *Exheredatio fieri ſub turpi & contumelioſo ſigno poteſt. Inſtitutio non ita, & quæ ſit huius rei differentia.*
10 *L. quoties. 9. §. ſi quis nomen. D. de hered. inſtituend.*
11 *L. his verbis. 48. §. illa inſtitutio. D. de hered. inſtituend.*
12 *Exheredatio inter cæteros, quæ, & quibus verbis concipiebatur.*
13 *Hodie exheredari debet filia nominatim.*

1 FIlium eſſe inſtituendum vel nominatim exheredandum docuit Iuſtinia. ſup. nunc autẽ duobus exemplis ex Vlp. adductis probat, quãdo filius nominatim exheredatus dicetur, quæ deduces ex l. 1. l. 2. l. 3. in princ. l. filij. 17. l. ſi filium 21. l. Titius. 25. D. de lib. & poſt. l. 3. §. nominatim cũ alijs. D. de iniuſto rupto. l. 1. l. 3. C. de lib. præterit. facit tex. in l. quoties. 9. §. ſi quis nomen. D. de hered. inſtituend. & conſonat. l. 3. t. 7. p. 6. & facit. l. 10. t. 3. illa p.

2 Sed obijcitur: validum eſſe teſtamentum in quo filia vel nepos inter cæteros exheredes ſcribuntur, tex. in princ. verſ. *ſed nec nominatim*, ſup. eod. ergo exheredatio nominatim facta non requiritur. Quam difficultatem non diſſolues ſi dixeris aliud ius in filiabus & nepotibus olim obſeruari, quoniam & idem in filijs maſculis procedere docet tex. in d.l. Titius: ergo cont. noſtrum tex.

3 Sed dicendum eſt, certam & nominatam exheredationem requiri, vt filius à patris ſucceſſione remoueatur, certumq; & expreſſum parentis iudicium. l. ſed ſub conditione. 18. D. de bon. poſſeſſ. contra tabul. certa autẽ & nominata exheredatio dicetur, ſermo omnis & locutio dilucidè explicãs perſonã, de qua quis loquitur, & quãuis ſummo & ſtricto iure nominis expreſsio videretur neceſſaria propter verbũ illud *nominatim*, toties repetitũ quod à nomine dictũ non eſt dubium, † vtilitatis tamen

4 cauſa receptum eſt, vt certa demonſtratio loco nominis ſit. ex d.§. ſi quis nomen. Et inde nominatim exheredatus rectè dicetur, cuius nomen, prænomen, cognomen, agnomen, ſiue artificium, aut officium exprimitur. d.l. 1.

& 2. D. deliber. & posthum. & induces. l. nominatim. 88. D. de leg. 3. l. nominatim. 34. D. de cond. & demõst. l. nominatim. 24. D. de manumiss. testamento. † Cũ enim nomina significandorum hominum gratia reperta sint, si alio quolibet modo intelligantur nihil interest §. si quis in nomine, inf. de legatis l. 10. tit. 3 l. 9. tit. 6 par. & induci recte potest tex. in l. certum. 6. D. de rebus creditis. Nihil ergo refert quomodo demonstretur exheredatus, modo de eius corpore constet, semper enim exheredatio nominatim facta videbitur, † Ideoque vt Iustinianus in præsenti ostenderet demonstrationem, siue signum indubitabile veram non esse nominationem rectè adiecit verbum illud, *videtur*, vt & Iurisconsultus in dicta l. secunda, & in d. §. si quis nomen, vsus est verbo, *penè*, quæ verba interpretationem potiùs, & improprietatem significant. l 1. §. deieciſſe videtur. D. de vi & vi armata. §. si quis à non domino, supra, de rerum diuisione. † Et inde valet exheredatio de omnibus filijs facta si vnus tantum testatori filius sit. † dict. l. Titius. 25. D. de liberis, & posthumis, cum pluralis numerus in singularem sæpè resoluatur. l. non est sine liberis. 148. D. de verborum significatione, non tamen è conuerso ritè filium hoc modo exheredat, *Filius meus exheredes esto*, qui plures habet, quoniã singularis numerus nisi ex benigna interpretatione pluralem continere non potest. l. placet. 4. iuncta l. cum quidam. 19. D. de liberis & posthumis. & l. prima. §. si ex fundo. D. de hered. instituendis.

Dicetur etiam nominatim exheredatus filius, licet sub turpi & contumelioso signo, ignominioſaque nominatione demonstretur, dicta l. 3. in principio. D. de liber. & posthumis. † Quamuis longe aliud sit in institutione, dicta l. quoties. 9. §. si quis nomen. D. de hered. institu. cuius rei illa potest commendari ratio, quòd exheredatio ipsa nota sit, & iniuria, qua pater filium afficit. l. Papinianus. 8. ibi. *Ipsius enim iniuria est*. D. de inoff. testam. l. non putauit. 8. ibi. *exheredatione notatos*. l. filium. 20. versi. *sed cum exheredatio*. ibi *ad solam exheredationis notam*. D. de bonor. possessione contra tab. l. quidam. 31. ibi. *vtpote iniuria affectus*. C. de fidei commiss. Cum tamen è contra institutio aut legatum loco honoris ponantur & habeantur, ideo instituti aut legatarij, passim honorarij & honorati dicantur. ex. l. 3. §. hoc autem versi. *nec enim quærimus*. D. de legat. præst. l. Diuus. versi. 1. ibi. *legato honoratur*. D. ad leg. Cornel. de falsis. & l. sed & si susceperit. 32. §. 1. versic. *nec enim verisimile est*. D. de iudicijs. & magis in proposito considero tex. in l. maximum vitium. versiculo. *Sancimus* ibi, *eas honorari*. C. de liber. præteritis. & ex multis tum iuris, tum etiam bonorum autorum locis obseruant Bart. Brison. lib. 4 select. antiquit. cap. 19. Forner. lib. 1. select. ca. 19. vnde non valde alienum visum est eum contumelia & conuitijs insectari, quem quis exheredationis nota & iniuria afficit, vt prudenter considerat Duare. ad tit. D. de liber. & posthum. c. 3. in princ. contrà verò longe esset alienum, quem quis honorifico institutionis aut legati titulo afficit maledictis insectari & appellare, nec enim benè conueniunt honos & contumelia. eaque ratione odio ipsius testatoris receptum esse suspicor, & ne hoc colore quæsito male dicendi, & conuitiandi testatoribus licentia permissa videretur, vt nec legata, nec institutiones notandi heredis, aut legatarij causa valeant, ex. d. §. siquis nomen, & considero tx. in l. turpia legata 57. D. de leg. 1. eaque mihi videtur ratio l. Diui. 6. ibi. *pessimum libertum*. D. de adimend. legat. eo enim ipso quo testator conuitijs afficit legatarium intelligendum est ademisse legatum & honorem. licèt longè aliter intelligat illum tex. simul &. d. l. Turpia legata. Costa. li. 1. select. cap. 3. nu. 1.

Sed repugnare his videtur tex in l. his verbis. 48. §. illa institutio, D. de hered. inst. inter quam, & tex. in. d. §. siquis nomen. sunt qui ex pressam antinomiam agnoscant; sed omissis interpretationibus Cuia. & Sarmenti, in. d. l. 3. D. de lib. & posth. Costæ. supra. d. c. 3. tolerabilior videtur opinio Rogerij ab Acc. relata, in d. §. siquis nomen. vt illa iura sint diuersa, non autem contraria, vt cum maledicto simplici institutio recipiatur, non si cum conuitio, & contumelia, quæ longe grauior offensa est; quæ opinio placuit Duareno ad tit. de hered. inst. cap. quomodo heredes instituen sint. pag. 2.

Sed (vt ad nostrum tex. redeamus) non obstat arg. adductum ex. d. versiculo *sed nec nominatim*. quoniam constat apertè Iustinianum ibi loqui, de filiabus & nepotibus suis heredibus, quibus præteritis, quemadmodum (vt diximus supra in princ. huius tit. eius rei vera perpensa ratione) testamentum valebat, ita & illis inter cæteros exheredatis. sic enim non videbantur per obliuionem præteritæ præteriti ve, neque habebant ius illud accrescendi ad certam partem. §. Posthumi. versiculo. *sed fœminini*. Infra eod. fiebat autem hæc exheredatio inter cæteros vt Theophilus hic tradit his verbis (*cæteri exheredes sunto*) quæ vulgaris erat clausula testamentorum, qua exheredabantur non liberi solùm, sed & parentes, consanguinei, agnati, cognati, affines, & amici. l. Lucius. 53. D. de hered. instituend. sequitur Cuiacius in. d. l. 1. D. hoc tit. quamuis aliter explicet Alciatus. lib. 4 pareng. cap. 6. Sed hodie (vt supra animaduertimus) par omnium conditio est, debent etenim filij; & filiæ, item & cæteri sui hæredes nominatim causa etiam exheredatio-

redationis adiecta exheredari. d. l. maximum vitium &. §. sed hæc quidem vetustas inf. eod. alioqui testamentum erit nullum.

§. *Posthumi.* 2.

1 *Posthumi posthumæque præteriti, præteritæve agnatione testamentum rumpitur.*
Posthumi nominatim exheredari debent.
Posthumæ possunt inter cæteros exheredari, si modo quid eis legetur.
2 *Exheredatio iustam causam requirit.*
3 *Posthumus ingratitudinis causam committere non potest.*
4 *Posthumum nominatim exheredari non posse videtur.*
5 *Posthumus vere ille est qui post mortem patris natus est.*
6 *Posthumus etiam ille qui post testamentum nascitur & quare.*
7 *Posthumorum plurimæ sunt species, remissiuè.*
8 *Posthumus suus quis dicatur.*
9 *Posthumus suus heres nullus est interim dū est in vtero.*
10 *Posthumus retro natus intelligitur.*
11 *Patria potestate deficiente suitas non contingit*
12 *Posthumus alienus quis sit remissiuè.*
13 *Posthumis præteritis testamentum valet, & illis natis rumpitur.*
14 *Filia præterita quare testamentū valet, posthumæ autem agnatione rumpatur.*
15 *Nepotes non præcessi qui iam sui heredes sunt, quare præteriti non infirment testamentum: Præcessi vero agnatione illud rumpant. nondè exponitur.*
16 *L. Posthumus. 12. D. de iniusto rupto, & quara ratione testamentum ibi agnatione posthumi ruptum defenditur.*
17 *Posthumus præteritus natus mortuo patre quāuis decedat testamentum non conualescit.*
18 *Posthumus, vt rumpat testamentū non debet declinare ad monstrum.*
19 *Posthumus, vt rūpat, vt decedat baptizatus & per viginti quatuor horas viuat oportet Iure Regio Hispano.*
20 *Abortu facto non rumpitur testamentum. l. 2. C. de posthum. heredib. instituend.*
21 *Testamentum totum olim infirmabatur si rumperetur ex causa præteritionis.*
22 *Hodie quoad institutionem tantummodo.*
23 *Authentica ex causa. C. de liberis præteritis.*
24 *L. cum ratio. 7. D. de bonis damnatorum.*
25 *Posthumus vtrum possit exheredari attento nouo iure quo causa requiritur?*
26 *Posthumus nominatim exheredatus dicitur quādo indubitabili signo demonstratur.*

1 AGnatione posthumi posthumæve præteriti, præteritæve testamentum rumpitur, ideoque instituendi sunt aut posthumi nominatim exheredandi, posthumæ verò inter cæteros, si modo quid eis legetur. idem deducitur ex Vlpiano in fragm. tit. 23. §. 1. l. inter cætera. 30. in 1. p. D. delib. & posth. l. 1. l. 3. in princ. & in §. ex his. & in §. nominatim l. certum 8. l. posthumus. 12. & ferè per totum. D. de iniusto rupto. l. posthumo nato. 2. C. de bon. poss. contra tab. l. 1. l. 3. C. de posthu. hered. inst. l. maximum vitium. 4. in fi. C. de lib. præt. consonat. l. 20. tit. 1. part. 6. Sed difficilis est hic tex. dum probat posthumi, posthumæve agnatione testamentum rumpi, cum tamen constet, quod etsi filio masculo præterito nullum ipso iure esset testamentum illud autē valebat filia præterita, ex prin. sup. h. t. vbi diximus. quod longè magis in posthuma admittendum videbatur, siquidem illa iam sui heredis iura habet, hæc non antequam nascatur. Præterea difficilis etiam est notter tex. ibi. (*& ea ratione totum infirmatur*) ex l. posthumus. 12 in prin. D. de iniusto rupto, vbi posthumo prę terito nato viuo adhuc parente, ita sustinetur testam. vt ex eo bonorum poss. secundum tabulas dari possit. Deinde fortius stringit tex. in auth. ex causa. C. de liber. præteritis. vbi rupto testamento ex causa præteritionis vel exheredationis omnia in testamento scripta conseruantur.

2 Vlterius, Si ad exheredationem iusta exigitur causa, secundum Iul. Paulum in l. cum ratio. 7. ibi. *ne iudicio quidem parentis nisi meritis de causis summoneri ab ea successione possunt.* D. de bonis damnat. & secundum Iustinianum in auth. vt cum de appellat cognoscit. §. aliud quoque capitulum. coll. 8. vnde sumptus est tx. in auth. non licet. C. de liberis præteritis. Posthumus † autem, vt qui in rerum natura non est, 3 ingratitudinis causam committere nequit. l. si quis in suo. 33. §. fi. C. de inofficio. test. ergo posthumus exheredari non poterit.

4 Denique quod in finalibus verbis scribit Iustin. masculos posthumos non aliter rectè exheredari, quā si nominatim exheredentur, absurdum videtur, cum illi qui nondum natus est, adhuc nomen habere non possit, quod natis lustrico die imponi solet.

Sed his non obstantibus dicēdum est, quod & si filio posthumo: filia ve posthuma, & similiter quolibet ex cæteris liberis siue masculini sexus, siue fœminini præterito, valeat quidē testamentum, eorum tamen agnatione postea rumpitur, in hoc par omnium conditio est. quare posthumi liberi vel heredes instituti debent, vel exheredari. † Est autem post 5 humus ille qui post mortem patris nascitur l. 3. § post humos. D. de iniusto rupto, quasi posthumationem patris natus, quæ est propria & genuina huius vocis significatio.

6 † Quamuis & posthumi frequenter & illi dicantur, qui viuo patre, cæterum post testamē

tum factum nascuntur, habita ratione cogitationis & mentis testatoris, qui putabat se protinus moriturum ante ventris editionem, vel partum, non quod verè posthumi sint, vt colliges ex. l. fi. C. de posth. hered. inst. & propter hanc rationem de illis tanquam de veris posthumis passim loquuntur iuris autores, vt in d. §. nominatim. & in l. si ita quis. 14. §. vltimo. D. de testam. tutela. & in. d. l. posthumus. 12. in princ. D. de iniusto rupto. quamuis & hos esse verè posthumos contendat Cuia. lib. 3. obseru. ca. 4.

7 Præterea quia posthumorum plurimæ sunt species quas post glossam in rub. C. de posthum. hered prosequitur Iaso. ex. nu. 2. Bolognet. ex n. 18. in rub. D. eo. nouissimè Angelus Spannochius lib. singula. ad l. Gallus. in protheorijs. particula. 9. ex n. 1. qui non retulit Tiraquellum. in. l. si vnquam. verb. *susceperit liberos.* n. 70. C. de reuoc. donat. Deciũ. cons. 52 n. 1. & cons. 336 n. 5. Quoad interpre
8 tationem huius tex. attinet, sciẽdum est: alios suos posthumos dici, alios extraneos. † Posthumus suus ille est, qui nunc natus, scilicet post mortẽ testatoris, si testatore adhuc viuente nasceretur in eius potestate foret, & primũ succedendi locum teneret iuxta. tex. quem sic
9 intelligas volo in. §. ita demum. vers. *Posthumi.* inf. de hered. quæ abintestato. † sicque intelligas nullum posthumum esse suum heredem inter imdum est in vtero, quia scilicet eo tempore non est sub testatoris potestate, l. fin. D. de collat. bon. l. fin. D. de assig. libert. & in consequens non est suus heres. §. sui. infrà de hered. qual. § sui infrà de hered. quæ abintest. l. lege Cornelia. 12. insi. D. de testam. Quod si tu subtiliter obijcias, ergo nunc natus, ideſt mortuo patre, non poterit dici suus heres patria
10 potestate deficiente; † Respondebo posthumum intelligi retrò fuisse in rerum natura, id est tempore conceptionis & in patris, siue testatoris potestate, arg. l. si Titius. 6. cum l. seq. D. de suis & legitim. l. qui in vtero. 7. & 26. D. de statu hom. l. intelligendus. 153. D. de verb. sig. quia interim dum nascitur conseruantur ei integra sui heredis iura, l. antiquì. 3. D. si pars hered. pet. l. vtrum. 7. D. de reb. dub.
11 † Et sanè quamuis verissimum sit sine patria potestate ius sui, siue suitatem alicui contingere non posse, receptum etiam est sufficere, vt si non actu, attamen potentia & aptitudine patria potestas consideretur, vt colliges ex. d. l. lege Cornelia. & §. interdum infra de hered. quæ abintest. quomodo in eo qui in vtero est postquam nascatur, per retrotractionem illam fauorabilem, considerari suitas
12 vtique potest. † Posthumus verò alienus quis dicatur scripsit Iustinianus in §. posthumo quoque infra de legatis, vbi dicemus, & interim videbis præter supra relatos Duarenum ad titulum. D. de liber. & posth. cap. de posthumis. Forcatulum dialago. 8. Robertum lib. 1. recept. lect. cap. 3. & lib. 2. animaduers.
13 ca. 1. & 2.

Ex quibus paulatim iam colliges veram decidendi rationem nostri tex. & cur testamentum, in quo posthumus qui suus nascitur præteritus est, valet à principio, eo verò nato rumpatur, quia nempe quo tempore testamentum fiebat non erat suus, & inde cessabat illa necessitas instituendi, de qua supra in principio huius tit. postea verò quo tempore nascitur, cum se inueniat suum (quia intelligitur retronatus) simul & non institutum, aut exheredatum, concurrereque in eo iam incipiat illa repugnantia in suo herede præterito, à nobis supra in principio animaduersa corruit testamentum. Eademque est ratio. l. 3. § ex his cum similib. D. de iniust. rup. & illius differentiæ à I. C. constitutæ inter præteritionem liberorũ, & filiorũ iam natorum in d. l. inter cætera. 30. D. de lib. & post.
14 Sed tunc magis vrget primum argumentum, qua ratione filia præterita testamentum validum erat posthumæ autem agnatione rũperetur? Sed ratio est in promptu & perse nota, cum enim filiarum præteritio pro exheredatione haberetur, non idem in posthumis recipi potuit, videtur enim eas, quæ nondum erant natæ, per errorem omisisse, non quod volebat exheredare, argumento, tex. in. §. sed si in expeditione. iunctis ibi notatis inf. eo. Atque ideo etiam cum inter cæteros exheredabantur posthumæ necesse erat aliquid eis legari, ne aliàs per obliuionem viderentur præterita. iuxta nostrum textum versiculo. *sed fæminini.* d. l. maximum vitium. in fin. verbis & ita post Iaso. resoluunt Viglius & Mynsing. hic.
15 Quod verò attinet ad nepotes, qui iam nati & præteriti non rumpunt, & inter cæteros exheredari possunt, Posthumi verò siue præcessi nepotes nisi nominatim fuerint exheredati testamentũ rũpunt iuxta nostrũ tex. versiculo. *filios & deinceps*, certam insinuarè rationem difficilius est. Iaso fatetur se ignorare. Viglius nihil affert, Balduinus & Mynsing. silentio inuoluunt, Hotom. enuntiat. 4. non satisfacit; Sed, nisi mea me fallit opinio, dicendum est, ideo nepotes posthumos, & deinceps nascituros non licuisse præterire si suorum numero nasci debebant tempore testamẽti, tunc enim suitatis ratio vrgebat prudentes, quia non parabatur istis aliud remedium: nam ius accrescendi præstabatur cum omissio ex certo iudicio præsumeretur, quod in natis nepotibus, id est, non præcessis & suis heredibus, relucebat. Isti verò nepotes posthumi à parentibus præcessi nulla coniectura videri poterant scienter omissi, quamobrem

æquius

æquius visum est, eos admittere in solidum re iecto iure accrescendi. & sic antiquo iure Prudentum solemnitas instituendi plenius exigebatur in non natis liberis, cum tam ad filios quàm ad nepotes & alios deinceps deberet referri. hoc tamen adiecto, vt sexus differentia notaretur, quando testator exheredare vellet, vt constat ex hoc nostro tex. Quod si tu vrgeas, cur igitur illud fuit discrimen inter fœminas & masculos, nihil aliud occurrit, nisi quod masculorum causa propter gentilitatis conservationem, fuit semper antiquis præcipua vt supra initio huius tit. insinuauimus.

16 Præterea non obstat secundum ex. d. l. Posthumus. 12. in principio quoniam obseruo Vlpianum ibi defendere testamentũ æquitate Prætoria, quod ipso iure ruptum erat posthumi agnatione, si is viuo patre de edat, cum eo filio sublato nulliiam fiat iniuria; quã tamen æquitatem accipiendam esse eo tantum casu quo ille qui aliàs rem abintestato habiturus erat, heres scriptus fuerit, plerique putant ex d. l. posthumus. vers. *idem & circa.* quam sententiam receptam profitetur Costa in d. l. Gallus §. & quid si tantum. 1. p. nu. 79. Sarmiento in l. si filius qui in potestate. num. 1. D. de lib. & posth. Duarc. ad titul. de iniusto rupto. cap. de irrito testamento pag. 947.

17 † Quod si posthumus post mortem patris natus sit, quamuis illico decedat, testamentum tamen eius agnatione ruptum non conualescit ex regula nostri textus cum concordanti-

18 bus. † nisi declinet ad monstrum. d. l. 2. &. 3. versiculo viti. C. de posth. heredib. instituend. & ex. l. non sunt liberi. 14. D. de statu hom. & intelliges. l. quod dicitur. 21. D. de lib. & posth. l. 25. tit. 23. p. 4. itaque vt testamentum rumpatur agnatio ne posthu-

19 mi, sufficit vt momento viuat: † & quamis iure communi controuersum esset, an sit necesse nasci tempore legitimo, iure tamen Regio Hispano constitutum est, vt eo tempore nascatur in quo secundum principia Philosophiæ viuere poterat, l. 13. Tau. quæ est. l. 2. tit. 8. lib. 5 recopil. vbi necesse etiam est vt viuat viginti quatuor horas, & decedat baptizatus, aliàs pro non nato habetur; vt late ibidem explicant nostrates, maximè nouissimus Cer-

20 uantes in d. l. 13. Tau. † Vnde si mulier ex qua posthumus aut posthuma sperabatur abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam: nam abortu facto & is qui in vtero erat non nato, non rumpitur testamentum. cum nec procreatus nec conceptus sit existimandus l. qui mortui. 129. D. de verbo signifi. & sic intelliges. d. l. 2. in princ. C. de posthu. hered. explicat Cona. lib. 10. ca. 3. nu. 4.

21 Minus obstat tex. in d. auth. ex causa. C. de lib. præterit. quæ noua lex est, quamuis enim olim ex quacumque causa, etiam præteritionis, aut exheredationis testamento rupto totum illud infirmaretur iuxta nostrum tex. cũ

22 vulgatis. † Hodie tamen iure authenticorum quoad institutionem tantum nullum sit, nam legata & fidei commissa debentur, cæteraque

23 omnia firma permanent, † d. auth. ex causa. auth. vt cum de appellatione cognoscit. §. aliud quoque capitulum, quibus consonat. l. 11. versi. vltimo. tit. 7. l. vlt. tit. 8. p. 6. & est elegans decisio. l. 24. Tau. l. 8. tit. 6. lib. 5. recopi. ibique latissimè explicant nostrates, & sunt videnda quæ scripsit Costa in ca. si pater. 3. par. verb. *censendum.* ex num. 8. de testam. lib. 6. Padilla in l. eam quam. nu. 69 & antea nu. 35. C. de fidei commissis.

His quæ sup. diximus iuxta authenticam. ex causa. C. de liberis præter, addendum est, eius decisionem & similium admittendam esse nisi forsan testator ignorasset vxorẽ prægnantem relinquere, tunc enim agnatione posthumi quoad omnia testamentum rumpetur, idque non ex reg. l. cum acutissimi C. de fidei commiss. quam nonnulli in proposito considerant, sed quia forsan non grauaret, aut tot legatis exinaniret testator heredi tatem, si suspicaretur filium habiturum arg. textus. in l. qui grauiori. D de iure codicillorum. §. sed si in expeditione. ibi. *non ignorans.* infra eodem l. si cum vel in vtero. 10. C. de testam militis. ex quo id expendunt Bart. Paul. & doctores ibi & in d. Auth. ex causa vbi. Iaso. nu. 3. Curtius Iunior nu. 17. dicit communem Ant. Gomez in. l. 24. Tau. nu. 6. sequitur Matien. in l. 8. gloss. 1. nu. 5. tit. 6. lib. 5. recop.

Non obstat quartum, quo docuimus posthumum non posse exheredari, quoniam vltra omnes ego respondeo, quòd si quærimus an possit exheredari posthumus, quo ad effectum excludendi eum ab hereditate, potuit exheredari secundum ius Pandectarum, potuit etiam secundum iura Codicis, & Institu-

24 tionum. Neque huic † opinioni obstat diff. tex. in d. l. cum ratio. D. de bonis damnatorum, quoniam illa verba (*nisi certis de causis iam moueri ab ea successione possunt*) non ad causas ingratitudinis referenda sunt, vt vulgus interpretum putat, sed magis ad emancipationem & exheredationem, quæ sunt causæ iuris ciuilis quibus dissoluitur ius successionis quod filius propter suitatẽ habet, & necessarius aliàs est heres patri: ad quas illa verba esse referenda suadet versiculus ille (*propter quod & in iure ciuili suorum heredum nomen eis inditum est*) suadet etiam vulgaris lectio quæ habet (*certis de causis*) & latius dicemus ad tit. inf. de inoff. testa. interim pro illa lege vide. Cumo. in. l. 3. nu. 18. C. de iure deliber. Fortunium in princ. & Crotum nu. 3. in l. Gallus. 29. §. & quid si tã

tum D. de liber. & posthu. sed non potest hodie secundum nouellas, ex sup. adductis. Si verò quærimus an possit exheredari, quoad effectum muniendi vel solemnizandi testamenti potuit olim, poterit etiam hodie exheredari, sed quia iniusta erit exheredatio si postea natus querelam contra paternum testamentum moueat, illud euertet, si taceat, omni iure firmum erit.

Denique non obstat vltimum, quia iam diximus sup. ad §. 1. certam demonstrationē nominis vice fungi, nominatimq; exheredatū illū esse qui signo indubitabili ostenditur, cū igitur satis nasciturus posthumus demonstretur illis verbis, (*quicūque mihi genitus fuerit filius exheres esto*) & alijs etiā quæ retulit Vlp. in. d. l. 3 §. nominatim. D. de iniusto rupto. rectè poterit posthumus nominatim exheredari.

§. *Posthumorum.* 3.

1 *Nepotes præcisi institui vl exheredari debent. ab auo, ne præteriti agnatione testamentum rũpant.*
2 *Consilium Galli quale esset.*
3 *Legis Velleiæ primum caput.*
4 *Legis Velleiæ secundum caput.*

DEsiderabat is locus longissimos sanè commentarios, & accuratam disputationem prudentissimi illius consilij à Gallo Aquilio & Iunio Velleio de alienis posthumis instituendis rraditi, & à Ceruidio Scęuola illustrati in l. Gallus. 29. D. de li. & posthum. quam quia exactā iam plures præstiterūt, maximè præter alios ordinarios Alci. Ferretus, Eguin. Varo, Coras. Bologn. Gouean. Taurellus. Hotom. & nouissimus Ang. Spannochius, qui ex professo ad eam legē scripserunt, itē & plures alij repetētes, interquos præcipuus noster Costa, in celebri illa disputat. §. & quid si tātum, maximè tamē. 4. p. institutumq; nostrum quæ ab alijs sunt tradita longa hic disputatione inculcare non sinit, leui ac simplici via vtriusque
1 consilij exempla proponemus.

Probat ergo Iustin. in præsenti, non modo filios famil. sed & eos qui in ipsorum è familia demigrantium locum succedendo proximum patri familias gradum obtinebant, nominatim, vel instituere, vel exheredare necesse esse; quæ sententia totidem extat verbis apud Caium. in. l. posthum. 13. D. de iniusto rupto & lib. 2. inst. tit. 8. vers *sed ita nepotes.* & probat Vlpia. in instit. tit. 23. §. *agnascitur.* & eundē Iust. in §. sui vers. *sed vt nepos.* inf. de hered. qua lit. & in §. ita demum infra de hered. quæ ab in testato. Sed contra nostrum tex. ibi. (*idque lege Iunia Velleia prouisum est*) obijcio tex. in d. l. Gallus. 29. in prin. &. §. §. sequentibus vsque ad. §. nunc de lege. ex quibus constat apertè, non à Iunio Velleio, sed à Gallo Aquilio alienos posthumos instituī posse, inductum fuisse.

Cui difficultati vt satisfacias præmitte, antiquo iure alienum posthumum heredem instituī non potuisse, iuxta communes, & vulgares traditiones, de quibus latè, inf. ad pri. de bonorum possessionibus. & quæ post Vigl.
2 hic scripsit Minsyng. ex num. 2. † Igitur cum non leue esset periculum, ne adhuc viuo patre mortuo filio herede instituto post vtriusque mortē natus posthumus nepos, agnascēdo, id est in sui heredis locū intrando testamentum rūperet, prudentissimum Gallus Aquilius cōsiliū induxit, quo nepotes posthumi heredes instituī possent, quod in. d. l. Gallus in principio refertur. Et à I. C. Scæuola sequentibus. §§. vsque ad. §. nunc de lege Velleia, explica-
3 tur. † Sed quia si viuente auo nasceretur nepos, consilium Galli cessabat, imputariq́ue poterat auo, cur testamentum non mutasset Iunius Velleius constituit, vt idem esset & si viuo auo nasceretur nepos, patre vel testamenti, vel quo alio post tempore ante posthumi natiuitatem & aui mortem refuncto, hocque continebat primum caput legis Velleiæ. d. l.
4 Gallus. §. nunc de lege. † Secundo verò capite testatoribus consulebatur, si filios & nepotes iam natos ex eis haberent, vt nepotum ratio circa institutionem & exheredationem haberetur, ne forte contingeret vt filio de medio sublato nepos, in eius locū & suitatis prærogatiuam succedendo, testamentum rūperet, non aliter quàm verus posthumus. iuxta §. posthumi. sup. eo. & hoc est, quod text. noster significat in illis verbis (*ad similitudinem posthumorum*) (habentur enim nepotes isti, quo ad hoc attinet posthumorum loco, sicque intelligi debet noster tex. in prin. &. d. l. posthumorum. & intelliges etiam tex. in. d. l. Gallus. §. ille casus. & l. moribus. 2. §. cæterum. D. de vulgari. l. siquis filio. 34. C. de inofficioso testamento cum pluribus alijs legibus de his Velleianis posthumis loquentibus, huius autem legis, vnum & alterum caput, præter sup. relatos accuratè expositi, Antonius Augustinus libro singulari de legibus & Senatus Consultis. pag. 96.

§. *Emancipatos.* 4.

1 *Emancipati iure ciuili incogniti, iure prætorio admittuntur præteriti per bonorum possessionem contra tab.*
2 *Emancipati instituti habent etiam bonorum possessionem contra tab. & nu. 8.*
3 *Emancipati cur iure ciuili non necessariò instituenti,*
4 *Emancipatione dissoluitur patria potestas.*
5 *Suitas sine patria potestate non consistit.*

6 Eman-

6 *Emancipatione amittitur ius agnationis.*
7 *Emancipatum, quare admiserit Prætor. & quibus remedijs ex testamento & abintestato.*
9 *L. cum emancipatus. 13. D. de bon. poss. contr. tabulas.*
10 *Emancipari hodie instituendi vel exheredandi quemadmodum sit.*

1 LIberi emancipati præteriti iure ciuili testamentum non rumpunt neque annullant sed Prætor eis bonorum possessionem contra tabulas cõcedit. l. 1. & per totum D. de bon. poss. contra tab. facit tex. in. §. emãcipati inf. de hered. quæ abintest. cum ibi notatis, & probat Vlp. in institutionibus. tit. 22. §. *emancipatos.*

2 Sed primo obstat tex. in l. 3. §. siquis ex liberis in primo iuncta. l. si post mortem. 10. fi. D. de bon. poss. contra tabul. & l. si duo. 16. D. de legat. præst. ex quibus constat bonorum possessionem contra tabulas dari liberis emãcipatis institutis, ergo non præteritis, vt Iustinianus hic tradit.

Secundo obstat tex. in §. sed hæc. ibi. (*siue sui siue emancipati.* inf. eo. & in. l. meminimus. 15. §. cum igitur. ibi. *ad similitudinem suorum.* C. de legitimis heredib. quibus in locis probatur etiam iure ciuili nullum esse testamentum in quo emancipatus filius præteritus est. si coniungas tex. in prin. sup. eo. & quæ ibi diximus.

3 His tamen non obstantibus nostri tx. conc. verissima est. cuius ratio à Iustin. traditur ibi, *quia sui heredes non sunt.* quasi dicat, necessitas institutionis, aut exheredationis vt testamentum valeat inducta est, ex illa sui heredis, siue suitatis prærogatiua; vt latè sup. in prin. diximus, & in §. posthumi, & in §. posthumorũ, quæ prærogatiua & qualitas emancipatione tollitur, nã filius, ex iustis nuptijs procreatus in patris potestate est, tex. in prin. de patri po-
4 testate, emancipatione verò ab ea liberatur. † quia patria potestas emancipatione soluitur. §. præterea sup. quib. mod. ius patriæ potest. soluit. l. fi. C. de emancipat. liberorum. notat Vlp. in institutionibus. tit. 10. Briso. lib. 1. le-
5 lect. c. 7. Vacon. lib. 1. declarat. c. 16. n. 12. † sublata vero patria potestate suitas non consistit, §. sui inf. de hered. qualit. §. ita demum inf. de hered. quæ abintest. l. lege Cornelia. 12. in fi. D. de testam. & inde emãcipatus extraneus non verò suus heres reputatur, ex reg. dictorũ
6 iurium. &. §. cæteri inf. de hered. qualit. † & per emancipationem, & sic per illam capitis diminutionem domum & familiam paternam amittit, l. tutelas. 7. ibi. (*desinat esse familia mutata,*) D. de cap. diminut. l. pronunciatio. 195. §. familiæ. vers. *idemque euenit,* & vers. sequenti. D. de verbo sig. & in consequens amittit ius agnationis. l. capitis. 11. D. de suis & leg. §. quod autem sup. de cap. diminut. §. fi. sup. de legitima tutela, ideoque emancipatus heres non exiliit patri abintestato defuncto, ex. d. §.
7 emancipati, vbi latè. † Verum Prætor naturalem rationem & æquitatem considerans intellexit non decere iuris aliquo ciuilis commento veritatẽ natura obumbrari, arg. l. filiũ quẽ pater. 23. (ibi. *ne imagine naturæ,* &c.) D. de liberis & posthum. attenta autem natura tam coniunctum esse emancipatum patri, quam eum qui sub eius est potestate, constat, iura enim sanguinis ciuili ratione perimi non possunt, l. iura sanguinis. 8. D. de reg. iur. d. §. quod autem d. §. fi. & inde emancipatione illa rescisa abintestato vocat emancipatum ad patris successionem per bonorum possessionem. *vnde liberi,* eique similiter emancipato filio præterito pollicetur bonorum possessionem contra tabulas, ad rescindendum scilicet patris iudicium, & testamentum & vt eo rescisso hereditatem abintestato habeat ex illo c. *vnde liberi,* & hoc est quod Iustinianus hic docet, & probat in §. sunt autẽ inf. de bon. poss. & in d. §. emancipati. & in l. sed cum patrono. 6. §. 1. D. de bon. poss. in. l. non putauit. 8. propè finem. vers. *prætoris autem.* D. de bon. poss. contra tab. & sic intelliges tex. in. §. minus vers. *nam neque naturales.* inf. de hered. quæ abintest. & tex. in prin. inf. de leg. ag. succes. ibi (*vel eorum quos vocat Prætor*) & in §. adoptiui. vers. fi. inf. h. t. & in d. l. meminimus. 15. vers. *cum igitur.* C. de legitimis heredibus.

8 Neque superioribus obstat tex. in. d. l. 3. §. siquis ex liberis. cum similibus. quoniam in illis non admittitur filius emancipatus & institutus ad bonorum possessionem contra tabulas ex sua persona, sed propter alios qui præteriti fuerunt vt satis insinuat Vlp. in. d. l. si post mortem. 10. §. Hiqui propter alios. vnius enim præteritio satis est, qui si edictum committat, & emancipatus institutus ad bonorum possessionem contra tabulas admittetur, qui cum semel fuerit admissus, iam non curat petat alius nec ne bonorum possessionẽ cui scriptus alius heres hereditatem petenti cogẽdus est & præ-
9 dia & seruos hereditarios præstare. † ex. l. cũ emancipatus. 13. D. de bon. possessione contratab. quã sic intelligi volo, quod enim ibi Iulianus ait, vt omne ius quod per causam hereditariam scriptus heres nancisceitur, ad eum transferatur quem prætor heredis loco constituit, accipiendum esse ego existimo, siue propter se, vt quia præteritus fuit, siue propter alium, vt quia institutus, bonorum possessionem petat ex. d. §. siquis ex liberis. &. d. §. hi qui propter alios. coniuncta d. l. cum emancipatus.

10 Non obstat secundum ex. d. §. sed hæc quidem. quoniam & si controuersum sit, An hodie testamentum in specie huius tex. valeat mero iure ciuili, licet iure Prætorio rescinda-

tur. Ego existimo idem ius hodie obseruandum esse in filijs emancipatis quod in suis heredibus, sublata iam patriæ potestatis & emancipationis differentia. quæ sententia probari videtur, ex.tex.in.d.§.sed hæc quidem ibi. *siue sui, siue emancipati*, & inde sine iniuria defendi posse, testamentum illud, in quo filius emancipatus præteritus est, nullum esse ab initio, & quidem iure ciuili nouioribus Principum cõstitutionibus receptorsic generaliter accepta. d.l.meminimus.vers. *cum igitur Prætorem*.ibi. (*ad similitudinem suorum.*) & auth non licet. C. de liber.præt.auth.vt cum de appell. cognoscitur.§.aliud quoque coll.8.auth. de heredib. ab intest. veniens. in prin. versus finem.ibi. *sine suæ potestatis*.& in.§. si verò versi. *nullam*. iunctis quæ Acc.scripsit.in.l.Gallus.§.& quid si tantum.verb. *emancipatus*. & ibidem Bar. n. 6.Costa.3.p.n.212.Sarm. n.59. idem Costa, in.c.si patert.1.p.ver.habens.n.19.Rojas.in epithome successionum.c.4.n.4.Cuiac. nouel l.118. quamuis sint plures cum quibus Minsyng.in.§.sed hæc.inf.eo.qui existiment tex. in.d.§.nullam verò, strictè accipiendum esse in successionibus abintestato collateraliũ, sed de hoc nos inf.latius.

§. *Adoptiui.* 5.

1 *Adoptiui liberi instituendi vel exheredandi.& num.5.*
Emancipati si sint ab adoptiuo patre contra eius testamentum non agunt.& nu.6.
2 *Naturalis filius suus non est, indeque neque instituendus neque exheredandus.*
3 *Adoptiuus retinet hodie iura patris naturalis. & .nu.8.*
4 *Adoptiuus dicitur legitimus filius quoties naturali opponitur.*
7 *Naturalis filius adoptatus & emancipatus habet contra tabulas.*
9 *Adoptiuus filius non efficitur familiæ adoptantis.*
10 *Adoptiuus abintestato tantum succedit adoptanti.*
11 *Adoptatus ab ascendentibus naturalibus habet antiqua omnia adoptiuorum iura.*
12 *Arrogatus filius similis adoptiuo.*

1 LIberi adoptiui à patre adoptiuo præteriti eius testamentum rumpunt, sed abeo emancipati contra tabulas patris naturalis tantum impetrant.l.1.in princ. D. de contra tab.l.1.§.liberos.D.si tabulæ testam.nullæ extab.cum alijs.

2 Sed contra nostrum tex.ibi (*secundum eaquæ de naturalibus exposuimus*) ex quibus verbis deduci videtur adoptiuos ad similitudinem filiorum naturalium admittendos esse: obstare videtur, naturales filios cum in patris potestate non sint, §.si. sup.denuptijs.§. quibus connumerari inf.de hered.quæ abintestato, & vbiq; diximus, necessario non esse neq; instituendos neque exheredandos, cum sui heredis iura patria potestate deficiente habere non possint.d.§.sui inf.de hered.qualitate. At hic Iustinianus expresse profitetur adoptiuos instituẽdos, aut exheredandos esse vt naturales, ergo difficilis est noster tex.

3 Secundo contra tex.ibi (*extraneorum numero habentur*) quæ verba probant. adoptiuum quandiu in adoptiua familia est, quoad naturalem patrem attinet extraneum reputari. Obstat tex.in.l.pen.C.de adopti.quo referendus est tex. in. §. sed hodie sup. de adoptionib. §. sed hæc vers. *circa adoptiuos*.inf. h.t.§.sed hæc obseruantur inf.de hered.quæ abintestato. ex quibus constat adoptiuum filium retinere, suitatis, agnationis, & familiæ patris naturalis iura.

4 Sed his non obstantibus verissima est nostri tex.sententia, quam vt tu intelligas, & cognoscas qui filij adoptiui sint, qui adrogati, in quibus similiter quod hic Iustinianus scripsit admittendum esse constat & inf.dicemus, vide bis omnino quæ de his idem Iustin.scripsit in tit.sup.de adoptionibus, vbi & nos latè, & interim, quod magis attinet ad huius tex.interpretationem quod cum filius adoptiuus legitimus dicatur, quasi filius legis, ex.d.l. penul. in prin.col.3.ibi (*& lex per adoptionem assignauit*) & ibi (*& ei solus*) filius naturalis, sicut & pater naturalis quoties adoptiuo opponitur, & cum eo confertur, intelligitur is, quem vulgò legitimum, & naturalem appellamus & exiustis nuptijs quæsitus est, vt facile colliges ex. d.prin.&.d.§.sed hodie, sup. de adoptionibus nostro tex.ibi) *quoad naturalem patrem attinet*) §.1.infi.§.minus, inf, de hered.quæ abintest.ex prin.inf.de successione.libert. versi. *& si quidem*.l.filius senatoris.5. vbi late obseruat Coras.& in.l.vltima, D.de his qui sunt sui. Paleotus lib.de nothis & spurijs.c.18.Briso. lib.12.

5 de verbo sig. † & inde iam constat; quid iuris adoptiuus filius habeat in nostro tex.cum, ad similitudinem naturalium filiorum à Iustin.inducatur, nempe vt eius præteritione testamentum sit nullum, ex hoc tex.adiũcto prin. sup. eo.cum enim per adoptionem efficiatur familiæ & potestatis patris adoptantis, ex prin. sup.de adoptionibus. Vlp.in inst.tit.8 & suitatis prærogatiuam habeat.l.1.§.suos. D. de suis & legit.cũ alijs.cõsequens est instituì vel exheredari debere. Igitur & contra tabulas ei dabitur.l,1.in prin.D.de bon.poss. contra tabu.& abintestato succedet.d.§.1.inf.de hered. quæ abintest,l.1.§.liberos. D.si tab. testa.nullæ extab.habebitque iura agnationis, l. qui in adoptionem.23.D.de adoptionibus.l.1.§. cognationem.D.vnde cognati.l.2. §. parui autẽ refert.

refert. D. de suis & legiti. &. §. per adoptionē inf. de legit. agnat. succes. vnde etiam adoptione filij testamentum antea factum rumpitur. in prin. infra quib. mod. test. infirmentur. l. certum. 8. in prin. D. de iniusto rupto. quia cōstitutum est sui heredis agnatione rumpi testamentum, vt in §. posthumi sup eo. & denique vt Iustin. ait hic filius adoptiuus interim dum durat adoptio habet omnia iura, quæ filium naturalem & legitimum ex iustis nuptijs procreatum habere sup. diximus in prin. huius tit.

6 Quod si soluta fuerit adoptio omnia illa iura quæ filius adoptiuus habebat dissoluuntur, & inde emancipato adoptiuo filio non dabitur bonorum possessio contra tabulas, quam naturali emancipato dari diximus sup. in §. emancipatos, cuius rei elegans scribitur ratio in §. minus. vers. vltimo, & in §. sed ea omnia. ibi. (*adoptione facta*) inf. de heredit. quæ abintestato. l. pen. in prin. vers. *si enim*. C. de adoptionibus. resciso enim illo ciuili vinculo per emancipationem cū nullum ius sanguinis maneat. d. l. qui in adoptionem. 23. D. de adoptionib. fiet omnino extraneus, in eoque loco habebitur in quo erat ante adoptionem d. l. 1 §. liberos. D. si tab. test. nullæ extab. d. l. pen. vers. *cum enim*. & vers. vlt. & in §. sin autē per emancipationem. C. de adoptio. Et in §. At ij. §. eadem. vers. *item adoptiuos*. &. § sed ea omnia. &.
7 §. seq. inf. eodem de hered. quæ abintest. † nisi naturalis filius siue nepos emancipatus, & adoptatus, iterum emancipatus esset, quia eo casu retinet ius naturalium liberorum. l. liberi. 2. D. vnde liberi, & inde præteritus bonorum possessionem contra tabulas haberet, iuxta tex. in d. §. emancipatos sup. eo.

Neque tunc obstant argumenta sup. adducta, non primum quoniam vt sup. diximus naturales filij hic dicuntur, non illi qui ex concubina suscipiuntur, vt in. d. §. fin. sup. de nuptijs, sed potius ex legitimo matrimonio suscepti.

8 Non obstat secundum ex. d. l. pen. cū similibus. ex quibus grādis successionis & iuris cōuersio facta est circa adoptiuos filios, ex illis rationibus, quas Iustin. inibi expressit, & notat Costa in. d. § & quid si tantum 3. p. n. 152.
9 † & iam eo iure vtimur, vt filius adoptiuus non amittat iura familiæ, suitatis, agnationis & patriæ potestatis naturalis patris nec transeat in familiam patris adoptantis, vnde fit vt neque ei suus heres existat, quæ erat antiqui & veteris iuris ratio qua sublata & necessitatem instituendi vel exheredandi tolli necesse
10 est, ex traditis à nobis in prin. &. §. emancipatos sup. eo. † Nec ideo dicere poteris ius adoptionis adoptiuis inane esse, siquidem abintestato adoptiuus heres extat patri adoptatori, ex. d. l. pen. §. sed nec. d. §. sed hodie. d. §. sed ea omnia. l. si te parens. † C. de suis & legit. l. 9. tit. 16. p. 4. notat Rojas in epitome succes. c.
11 16. † quæ tamen tu intelliges nisi in adoptionem datus esset auo paterno, siue materno, nā eo casu integra manēt iura adoptiuorum, & in consequens fiet locus huius tex. decisioni, ex eisdem mribus. & poteris non male inuicere
12 d. l. liberi. 2. in fi. verbis. D. vn. liberi. † Admittetque superiora omnia. siue vlla differentia, & in arrogatis liberis. ex. d. l. pen. §. vl. &. §. itē non aliter. sup. de adoptionibus.

§. *Sed hæc quidem.* 6.

1 *Filij & filiæ in potestate, posthumi, & posthumæ instituti necessario hodie iā debēt, vel nominatim exheredari alias testamentum nullum est.*

2 *Nepotes neptesque instituti debent, si in aui vita concepti sint.*

3 *L. scripto. 6. D. Vnde liberi.*

NOua Iustiniani constitutione nulla prorsus inter liberos differentia est, sed omnes nominatim vel instituti vel exheredari debēt cuiusuis generis, sexus, siue gradus sint. l. maximum vitium. 4 C. de lib. præterit. idemque videtur probari in. l. 10. iuris ibi traditis à Greg. ver. *non valdria*. tit. 7. p. 6. Ant. Gom. 1. tomo. c. 11. n. 34.

1 Ex quibus & nostro tex. in princ. iam infertur non minus fœminas quam mares instituī, vel nominatim exheredari debere, antiquato. §. sed non ita de filiabus sup eo. quod iam in prin. huius tit obseruauimus. statutque Iustinian. ad exemplum antiquæ legis duodecim tabul. quæ vnam consonantiam tam in fœminis quam in maribus admittebat in parentū intestatorum successione, l. lege duodecim tabul. 14. C. de leg heredibus, vbi & in. d l. maximum vitiū. huius iuris rationem Iustin. scripsit.

2 Secundò infertur non minus nullum hodie esse testamentū ab initio posthumis præteritis, qui si viuo patre nati essent sui heredes forent, quàm si omissi essent liberi iam nati & in potestate constituti: idque est, quod Iustin. hic insinuat ibi. *siue iam nati sint, siue adhuc in vtero constituti postea nati sint*) quod tamen est intelligendum, dum tamen si nepos, aut pronepos posthumus posthuma ve in vita testatoris conceptus concepta vè sit, iuxta. l. intelligendus. 164. D. de verb. sig. l. qui in vtero. 7. & 26. D. de statu homin. & probat tex. in. l. si quis filio 6. vers. *non fuisse*. D. de iniusto rupto. aliter enim vt ibi probatur suus heres nunquam futurus erit testatori, cum nec in rerum natura tunc fuisse dici possit, l. 1. §. sciendum. l. Titius. 5. cum l. sequenti. D. de suis & legiti. l. Paulus. 47. § Paulus respondit. D. de bonis libertorum. † vt sic obiter intelligas tex. difficilem

cillium,in.l. scripto. 6. D. vnde liberi si simul aduertas illud quod traditur in.l.si nemo. 12.D.de testament.tutela,& in prin. ibi. (*aut si ex eo nemo heres extiterit*) inf.de heredit. quæ abintest. referendũ esse non ad tempus mortis,sed ad tempus destitutionis & repudiationis heredis scripti, tunc enim intestatus incipit decedere ille cuius hereditas ceditur per heredem scriptum.§.cum autem inf.de heredi tatib. quæ abintest. §. proximus. inf. de leg. agn.successione.l.siquis posthumus.9. §.sed si heres.D.de lib.& posth.Atque cum in specie, d.l.scripto.&.d.§.sciẽdum.quo tempore auus intestatus efficitur iam ille nepos, patre submoto per mortem, à nemine præcedatur in successione aui, retroque intelligatur fuisse sub eius potestate,fiet ei suus heres, ex regula.§.posthumi.&.§.posthumorum sup. & iuxta d.l.scripto,præter hæc videbis Costam in. d.§.& quid si tantum.4.p.ex n.20. Ioan. Robertum.lib.1.receptæ lectionis.c.3.

Tertio infertur nullum esse iam inter emancipatos & suos discrimen, pariter enim instituendi aut nominatim exheredandi sunt, quod latius sup.disimus.in.§.emancipatos.

Quid autem circa adoptiuos liberos obseruandum sit,resoluimus in. §. adoptiui sup.eo.

§. *Sed si in expeditione.* 7.

1 *Miles potest scienter filios suos præterire,& numero.*3.
2 *L.qui iure militari.7.D.de militari testamento & numero.6.*
4 *Militis præteritio pro exheredatione est.*
5 *Querela inofficiosi datur contra militis testam.*
7 *Miles non censetur exheredare liberos quos ignorans præterijt.*

1 MIles in expeditione occupatus præteriens liberos quos se habere sciebat, eos exheredasse intelligitur idem deduces ex.l.qui iure militari. 7. l. si filius.34.l. militis.37.§.miles in supremis. D. de militari testamento.l.si patronus.12.D.de bon.libert. l.sicut.9.cum leg.sequenti. C. de testamento milit.explicat præter alios Iosephus Gonçalez libro singulari var.quæst c.12.n.14.

2 Sed obijci potest idem tex.in.d.l. qui iure. ibi.*& si ignorauerit prægnantem vxorem*, ex quibus verbis colligi videtur,non tantum exheredasse intelligi militem filios quos sciens præterijt,iuxta nostrum tex.verum & quos ignorans omisit.

3 Cui difficultati vt satisfacias obserua regulam in prin.huius tit.in militis testamentis in castris degentis & belli occupationibus intenti non admitti,quia propter simplicitatem ar matæ militiæ,creditur ignorare iuris ciuilis regulas iuxta ea quæ sup.in princ.de militari te

4 stam.scripsimus.† vnde eius præteritio pro exheredatione habetur,iuxta iura sup. allegata,

5 † intellige tamen contra huiusmodi exheredationem,& si olim querela non competeret filio præterito,argumento. l. instituta. 27.§. de *inofficioso testamento*, D. de inofficioso testamento.l.de inofficioso.9.C. illo tit. hodie tamen competere vt notat Acc.in.l.fi.ver.*testamenta*.verſ.*sed hodie*.C.de inofficioso testamẽto.cuius sententiam communiter receptam testantur post Alexandum.n.49.Ripa n.43.in. l.centurio.D de vulgari,Coua.in.c. quia nos. n.7.de testament. Minchaca.de succes. creatione.§.24.n.33.& latè disputans omnino videndus Iosephus Gonçalez d.c.12.ex.n.14.

6 Nec obstat tex.in.d.l.qui iure quoniam obseruandum est,sententiam nostri tex.& similium,quæ probat exheredasse eos filios militem intelligi quos sciens præterijt, admittendam esse,& si ignorauerit, eo tamẽ animo fuerit,vt etiam si quos credidisset se habere exheredasset, adeò sola militis voluntas spectatur, sed hunc tam durum, nec satis paternum animum non temerè conijciemus sed,potius in dubio humaniter credemus nequaquam patrem præteriturum liberos, si sciuisset se aliquos habere,& ex hac coniectura voluntatis paternæ tribuemus ijs ius succedendi perinde atque si nullum extaret testamentum.d.§.miles in supremis,cum igitur in.d.l.qui iure.referat Vlp.militem eo animo fuisse,vt vellet,quisquis sibi nasceretur,exheredem esse, & si ignorauerit vxorem prægnantem,natusque sit posthumus,testamentum non rumpetur, etiam

7 posthumo nato.† Quod si de militis voluntate & animo non appareat, ignoretque vxorẽ prægnantem, eius præteritio non habebitur pro exheredatione, sed filius postea natus testamentum rumpet ex sententia nostri tex. & d.l.si filius. 4.D.de militari.adeò vt nec legata debeantur,neque in testamento scripta maneãt,d.§.miles.& facit.l.qui graui. 11.l.penul. D.de iure codicillorum.l.1.C.de posthum.hered.instituen.limitata hoc casu Aut.Ex causa. C.de liber.præteritis,quod post Viglium dubitat hic Minsyng.n.3.

§. *Mater.* 8. *& vltimo.*

1 *Matris præteritio habetur pro exheredatione.*
2 *Præteritis à matre qua ratione Prætor non succurrat & .nu.4.*
3 *Filij non sunt sui heredes matri.*
4 *Exheredatis nõ datur bonorũ possessio cõtratab.*
5 *Hodie filij à matre institui vel exheredari nominatim debent.*
6. *Consilium Galli Aquilij & Iunij Velleij hodie matribus necessarium.*

1 FIlij à matre,& ab ascendentibus maternis præteriti,habentur pro exheredatis, & ni

de neque

de neque nulla dicunt, neque rumpunt illorum testamenta, sed inofficiosi querelam proponunt, idem deduces ex prin. ibi. *vel omittunt.* inf. de inoff. testam. l. 3. l. filiam. 15. C. eo. l. instituta. 27. §. fin. cum lege seq. D. eo.

2 Sed contra nostrum tx. ibi. (*siue de edicto Prætoris*) obstare videbatur, quod cũ Prætor ea ratione filijs emancipatis remedium bonorum possessionis contra tabulas concesserit, quod non minus filij sint, quamuis extra patriam potestatem, quam illi qui subea retenti suitatis iura habet. §. emancipati. inf. de hered. quæ abintestato, & diximus in. §. emãcipatos sup. si militer & filijs à matre vel auo materno præteritis, id concedere debuit, cum filij matri, ascendentibusq; maternis naturali ratione considerata, non minus quam patri, & paternis ascendentibus coniungantur.

3 Verum ea difficultate non obstante dicendũ est, neq; iure ciuili, neq; iure Prætorio matrifiliũ filiãve, auo materno nepotem neptemve ex filia heredẽ instituere, aut exheredare necesse esse; sicq; ex h. t. limitari reg. sup. in prin. & in §. emancipatos. huius tit. traditã, cuius rei rationem in. d. prin. insinuauimus, quia nẽpe cessat illa suitatis qualitas & prærogatiua in filijs, quod attinet ad matrẽ & lineã maternã. scitũ nãq; est suos heredes nõ habere, l. nullã fœminã. 13. D. de suis & legitimis. §. cæterũ inf. de here. qualitate, quia patria potestas deficit. §. fœminæ sup. de adoptionibus. Cum autem Prætor emancipatis tantum filijs succurrat per bonorum possess. contra tab. emancipatione veluti rescissa, vt diximus. in. d. §. emancipatos; & emancipatio esse non possit, nisi vbi fuerit patria potestas, rectissimè Iulius Paulus in. d. l. illud. 4. §. ad testamenta. D. de bonorum possess. cont. tab. scripsit, filijs à matre præteritis bonorum possessionem contra tab. non dari, quem tex. bene explicat Viglius hic. Belonus. lib. 1. supputationum

4 capite. 2. Alcia. lib. 4. paradox. cap. 12. † Adde etiam si placet, ideò filijs à matre præteritis Prætorem non concessisse illud remedium quoniam cum ea omissio exheredationis vim haberet ex nostro tex. & similibus, & inde esset illis per remedium querelæ consultum, iuxta nostrum tex. in fi. coniuncto. d. prin. inf. de inoff. testamento non putauit Prætor exheredatione notatos ad bonorum possessionem contra tabulas admittendos esse. l. non putauit. 8. D. de bonor. possess. contra tab. & induces regulam. l. in causæ. 17. §. fi. D. de minoribus. cum vulgatis, quibus docemur cessare remedium extraordinarium, vbi competit ordinarium.

5 Sed hodie alio iure vtimur, sublata enim iam agnationis & cognationis differentia, suitatis, patriæ potestatis & emancipationis, ex aut. de hered. abintest. venient. in princ. & §. siquis igitur. impositaque necessitate matri & auo materno, instituendi filium aut nepotem, ex illo auth. vt cum de appell. cognos. §. aliud quoque capitulum in princ. defendi potest, filio à matre præterito testamentum esse nullum iure ciuili, & dari bonorum possess. contra tab. sic correcta decisione huius tex. &. d. §. ad testamenta. vt post alios resoluit Riminaldus in. l. posthumo nato. numero. 531. D. de bonor. possess. contra tab. Greg. in. l. 1. tit. 7. p. 6. quamuis nonnulli con-

6 trouertant. † Vnde consequens est iam legem siue consilium Aquilium, & Velleium hodie in materna hereditate locum habere, quare necesse est, vt auia filium instituendo cogitet ne filio fortè præmortuo nepos succedens testamentum rumpat.

Titulus. XIIII.

De heredibus Instituendis.

IN RVBRICAM.

1 1 *Continuatio huius tituli remissiuè.*
2 *Gerundia important aliquando necessitatem.*
3 *In hac Rubrica gerundium.* Instituendis. *inducit necessitatem.*
4 *Gerundium inducit necessitatem in titulo. D. de liberis & posthumis.*
5 *Heredis institutionem, si testamentum non habeat iure ciuili Romanorum nullum est.*
6 *Codicilli heredis institutionem non habent.*
7 *Heredis ante institutionẽ purè scripta olim nulla. §. ante heredis. infra. de legatis.*
8 *Heredis institutio initium testamenti.*
9 *Hodie quacunque parte scripta valet testamentum.*
10 *Apud Hispanos in vltima parte testamenti scribitur heredis institutio.*
11 *Iure regio sustinetur testam. sine heredis inst.*
12 *Improprie dicitur testamentum quod heredis institutionem non habet.*
13 *Heres ab hereditate dicitur. & nu. 22.*
14 *Heres neque hereditas viuentis non est.*
15 *Hereditas iacens quid sit.*
16 *Hereditas adita efficitur patrimonium heredis.*
17 *Hereditatis definitio exornata & explicata.*
18 *Hereditatis definitio à Cicerone tradita, refertur & improbatur.*
19 *Hereditas, quid diuersum à rebus hereditarijs.*
20 *Ciceronis definitio defensa.*
21 *Heres, quis sit.*
22 *Heres adita hereditate succedit in locum & ius defuncti, & plura iura interpretata.*
23 *Herede nõ adeunte corruit ius testam. & quare.*

24 *Heres,*

24 *Heres, qui semel est semper heres manet.*
25 *Heres, & hereditas, an cum diphthongo scribi debeant referuntur variæ sententiæ.*

1 MISSA hujus tit. ad superiores continuatione quam post Theophilū scripserunt Viglius, Baldui. & Mynsing. hic, pro exacta eius explicatione primò animaduertendum est, † quod quanuis gerundia, participiaq; futuri temporis, non semper necessitatem significare soleant, sed pro vt subiecta materia suadeat, sint accipienda, vt idem Viglius in præsenti obseruat n. 2. & 4. Mynsing. n. 2. latè scribentes maxime Alciat. in rub. C. de edendo, extentque passim in vtroq; iure huius obseruationis infinita exempla, † & inde prudenter & eruditè Acc. in hac rubrica verbum illud (*instituendis*) interpretatus fuerit, ideſt, qui possint & qualiter heredes instituti, quod & satis Iustin. tam in princ. huiusce tit. quàm in sequentibus. §. §. insinuare videtur; ego contra omnes non temere, quod & alij iam adnotarūt, affirmare ausim, hisce verbis nostræ rubricæ necessitatem testatoribus imponi heredem instituendi, † non minus quàm patri in illo tit. D. de liberis & posthumis heredibus instituendis vel exheredandis, vt constat, si coniungas l. inter cætera. 30. eo. illo t. & quæ latè sup. ad princip. de exhereda tione liberorū obseruauimus, & nominatim scripsit post alios Angelus Spannochius libro singulari ad legem Gallus, particula vndecima. n. 2. si quidem constat vt statim dicemus, nullum esse testamentum quod heredis institutionem non habet, & inde cum superioribus titulis de testamenti solemnitatibus, actū sit, deque testatorum personis. & inter illas hæc sit præcipua vt testamentum heredis habeat institutionem, quid obsecro mirum, si hisce verbis hæc necessitas ostendatur, neque obstat si obijcias, ergo relatæ personæ in h. t. heredes semper instituti debent; namque vt est necessarium heredem instituere, ita & liberū est quem velis heredem facere. sed de his hactenus. Ex qua nostra obseruatione iam constat iure ciuili Romanorum nullum esse testamentum, quod heredis institutionem non habet. §. in primis inf. de fidei commiss. hæredit. l. 1. in fi. D. de vulgari. l. proximè 3. vers. *non potest*. D. de his quæ in testam. delent. l. vltima. D. de iure codicillorum cum pluribus alijs relatis. à Minchaca, de succeſſ. creatione. §. 16. & §. 17. ex. n. 1. † eaque nota differt à codicillis. §. codicillis inf. de codicillis. l. Scæuola. 76. D. ad Trebell. l. non codicillum. 7. C. de testamentis. nouissime scribit Pegado Lusitanus in repetitione l. inter cætera. in præfatione 1. p. ex n. 6. maximè n. 14. D. de liberis & posthumis. Petrus Gregor. lib. 42. Syntag. c. 2. nu. 8. ideoque traditum est heredis institutionem caput & fundamentum testamenti esse, l. 1. D. h. t. tx. in procem. tit. 3. p. 6. quod latè deducit Mantica lib. 4. de coniecturis tit. 1. † Eaque ratione factum est, vt neque legata. neque substitutiones, neque libertates si scribantur ante heredis institutionem purè competant, ex Vlp. in institut. tit. 24. §. *ante heredis*. Iulio Paulo lib. 3. sentent. tit. 6. versi. 1. & ita intelliges tex. in. §. ante heredis inf. de legat. quibus iuris communis locis probandum est non ideo inutile testamentum fuisse, quod aliunde quam ab institutione, aut saltim exheredatione inciperet, quinimo valuisse affirmandum est, † fatendum tamen testamentum intelligi esse ab institutione antè tamen relictis & ordinatis non probandis, cum ea omnia pro non scriptis habita fuerint, quod ad interpretationem d. l. 1. D. h. t. & grauiter & eruditè considerat Costa in. 3. §. p. num. 86. & in 3. c. p. verb. *adijciens*. ex. num. 4. † & ita intelligit l. ambiguitates. 24. C. de testamentis quo tex. simul &. d. §. ante heredis, ius illud antiquum correctum est, & receptum legata & quæcunque alia scripta ante institutionem iure valere; quinimo communi omnium gentiū vsu admissum est, vt institutio heredis collocetur & scribatur in vltima parte & ima cera testamenti, vt tradit Bald. in. l. hac cōsultissima. n. 6. C. qui testam. fac. poss. † & ita apud nos obseruat stylus, ex illa clausula (*y en el remanente de mis bienes*) quæ solet apponi in testamentis, cuius praxis meminit Monterroso in praxi, tractatu. 7. fol. 175. *de los testamentos*. & fol. 181. vers. *cabeça de testamentos*.

Apud quos hæc ita demum procedent si testator voluerit successorē & heredem aliquē scribere, iure etenim Regio quo vtimur sine heredis institutione defenditur testamentum l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. cessante regula nostræ rubricæ &. d. l. proximè cum similibus. quod etiam Aristotelis sæculo obtinuisse constat ex eodem. lib. 2. Politic. ca, 7. dum inquit (*nunc autem donare ex testamento licet cuicunque etiam si nullo instituto heredē decesserit*) cuius rei rationem satis constat eā fuisse quæ desumitur ex. l. 1. C. de sac. sanct. eccles. cum alijs pluribus notatis in disputatione de mora sub n. 202.

† Quamuis non ineptè defendi posset eo casu impropriè, & abusiue testamentum appellari sine herede; nam si consideres, testamentum eo inductum est, vt bonorum hereditas alicui deferatur, ita docente Diuo Ambrosio lib. 1. de Abel & Cain c. 7. in fin. & satis colligitur ex definitione heredis, de qua statim agemus, & quia ea ratione, heres & defunctus censentur vna eademque persona scilicet per repræsentationem, vt in princ. huius tit. scholio. 1. notat Acc. Ex auth. de iure iurando. à mor.

do à mor. præstito. in principio versi. *cum vtique nostris legibus*, collatione. 5. & inde magis vt testamentum proprie non sit, sed habeat vim & potestatem codicillorum, vt erudite satis in protheor. huius tit. numero. fin. Galliæ consuetudinem non dissimilem referens obseruauit Baldui. Eoque casu videbuntur illi, qui rem abintestato sunt laturi grauati & rogati, adimplere scripta in eo qualicunque testamento, vt colliges, ex. d. lege Regia, nõ aliter quam si decederet testator codicillis factis tamen sine testamento, vt in specie l. abintestato. 16. D. de iure codicillorum, quod pauci aduertunt.

13 Secundò obseruandum est, heredem ab hereditate dici, non aliter quàm ius à iustitia deriuari inquit Vlp. in. l. 1. D. de iustitia & iure. est enim natura & tempore prior ipso herede; quamuis enim viuo adhuc testatore heres instituatur, effectus tamen & vis institutionis excurrit in id tempus, quo testator mortuus sit, l. 1. D. de testamentis, cuius morte testamentum & institutio confirmantur, l. 4. D. de adim. legat. c. cum Marthæ. versi. *cæterum.* 14 de celeb. missi. cum vulgatis, † eaque ratione neque heres, sicut nec hereditas viuentis est. l. 1. D. de hered. vel act. vend. l. neminem. 27. D. de acquir. hered. quæ est ratio. l. 1. D. pro hered. l. qui hereditatem. 19. l. qui superstitis. 93. D. de acq. hered. † & ideo mortuo 15 testatore antequam heres adeat hereditatem fit quædam collectio, siue quidam cumulus omnium bonorum, iurium & actionum, quæ testatoris fuerunt antequam decederet, quæ collectio dicitur successio, id est ius quoddam quod succedit in bona & iura testatoris iam defuncti, & quandam personam fictam efficit, quæ defunctum repræsentat, ex tex. in princ. inf. de stipulat. seruorum. l. non minus. 31. versi. *hereditatem.* D. h. tit. l. hereditas. 34. D. de acq. rerum dom. l. si is qui pro emptore. 15. in princ. versi. vlt. D. de vsucap. & domina appellatur rerum hereditariarum, vt in. l. 1. versi. *hæc autem.* ibi. *quia hereditati.* D. quis testam. liber esse iuss. fuer. & ita intelliges l. gerit. 87. ibi. *cuius possessio qualis qualis.* D. de acq. hered. & ita verbum. *Successio.* in hereditatis definitione explicat Conan. lib. 10. cõm. c. 5. num. 1. Carol. Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciu. Rom. c. 11. quod vtique verum est interim dum iacet hereditas, & antequam 16 adeatur ab herede. § seruus etiam inf. eo. † quoniam postquam iam adita est, non dicitur amplius hereditas, sed proprium heredis patrimonium tex. in. §. 1. inf. de hered. qualit. l. sed si plures. 10. §. filio impuberi. D. de vulgari. & ita resoluit Acc. in. l. 1. §. veteres verb. *per iocum.* versi. *Tu dic.* D. de acq. poss. quem omnes sequuntur teste Gutierrez in c. quãuis pactum. versi. *omnino seruari.* n. 8. de pactis. li. 6.

17 Ex quibus deducitur veram esse hereditatis definitionem quam scripsit l. C. in. l. hereditas. 63. D. de regul. iur. vbi explicant omnes maximè Petr. Faber & Reuardus. vt sit (*Successio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis*) consonat tex. in. l. nihil aliud. 24. D. de verb. sig. in l. 3. in princ. D. de bon. poss. quam præter sup. relatos, explicant Medicis, lib. 1. de definitionibus c. 79. Vaconius, li. 3. declarationum. c. 48. omnium optime Duar. ad tit. D. de acqui. hered. in princ. quamuis multa vitia ei ineſse contendat Mercerius lib. 18 2. opinionum c. 14. † qui magis probat de finitionem à Cicerone scriptam in topicis, vt sit, *pecunia quæ morte alicuius ad quempiam pervenit, iure, nec ea, aut legata testamento, aut possessione retenta.* Sed rectissime aduertunt Cona. Sigoni. & Dua. vbi sup. eam à Cicerone traditam definitionem non hereditati, siue vniuersitati, aut iuri; sed potius ipsis rebus hereditarijs conuenire, quod etiam agnoscit Petr. Velle. de Gueu. ad Topica Cicer. §. 19. n. 32. 19 &. 39. † cum tamen ius ipsum & vniuersitas illa, & ius succedès separetur à rebus ipsis particularibus hereditatis. §. item extraneus, versi. *pro herede.* inf. de hered. qualit. l. hered. 119. l. bonorum. 208. D. de ver. sig. adiunct. l. 1. 2. &. 3. versi. *hereditatis* D. de bonorum poss. l. hered. 50. in prin. D. de pet. hered. l. 1. versi. *quæ in iure consistunt sicut, hereditas.* D. de rerum diuisione & in §. vnico sup. de reb. corporalib. quod cum non percipiat Seneca lib. 6. de beneficijs. c. 5 irridet eam à Iuris cõsulto obseruatam hereditatis & rerum ipsius differentiam tamquã inanem & nugatoriam, qui cum reprehẽdat quod non intelligit, magis ipse irridendus est, 20 vt considerant præxim è citati. † Quibus egõ addo, non longe à iurisconsultis Ciceronem sensisse, definisse enim videtur hereditatẽ iam aditam & confusam cum heredis patrimonio vt ex ipsius verbis constat, ibi. *quæ ad quempiã peruenit.*

21 Igitur iam constat heredem dici illum qui successit in ius vniuersitatemque bonorũ quæ defuncti fuerũt tẽpore mortis, & sic qui illius hereditatem & successionem ex testamento, vel abintestato adiuit, & in ipsius defuncti ius & locum successit, vt facilè ex relata definitione deducitur, & ex. l. heres. 37. D. de acq. hered. l. sequitur. 4. §. heres. qui in ius. D. de vsucap. l. quædã. 9. §. 1. in princ. D. de euendo adiũcto tex. in auth. de iure iurando à mor. præst. in princ. versi. *vtique.* & l. heres. 42. D. de vsucap. † 22 quæ debet intelligi ordine successiuo, sicut, l. nouatio. 24. in fi. D. de nouatio. nõ obscure etiam colliges ex. l. cum hereditas. 9. C. depositi, nam ante additionem hereditatis, heres institutus non succedit in locum aut in ius defuncti, l. cum heredes. 23. ibi. *adita quidem hereditate.* D. de acq. poss. l. si ex re. 28. §. vlt. ibi.

licet

licet post aliquod tempus. D. de stipulat. seruorum. l. heres quandoque. D. de acq. hered. & sic intelliges, tex. in. l. cum heres. 11. in prin. D. de diuers. & temp. præscript. l. apud Iulianum. 3. §. vlt. in fine. D. quib. ex caus. in poss. eat. ex quo tex. etiam intelliges. §. heres quoque in fi. Inf. de obligat. quæ ex quasi contract. & etiam qua ratione procedat tx. in. §. in extraneis. versi. *nam iure heredis.* inf. de hered. qual. & quod de actionum confu-
22 sione dicitur in. l. debitori. 7. C. de pactis, † ex quibus, ni fallor, fit perspicuum quod sup. diximus nempe hereditatem priorem esse ipso herede, eumque ab ea dici, quod securè nihil referens præter tex. in. §. sed si plures, inf. h. t. docebat Belonus lib. 4. supputatio. c. 18. num. 8. qui debuisset iura à nobis sup. relata adducere, maximè tamen tex. in. §. item extraneus inf. de hered. qualit. quamuis destinatione siue potius designatione testatoris prius quis dicatur heres, quam sit hereditas, quod est habita ratione futuræ aditionis & illius iuris adeundi hereditatem quod habet
23 scriptus heres; † Vnde iam intelliges qua ratione herede scripto non adeunte vis & potestas testamenti soluatur, legataque & cætera in eo scripta non debeantur, ex. l. fine mo. D. de testam. tutel. cum vulgatis. quia cum testamentum herede careat, consequens est iure ciuili defendi non posse, ex ijs quæ sup. animaduertimus. At heres non est nisi adierit hereditatem, neque antea cõfirmatur testamentum, neque in eo scripta valent, quæ est ratio. §. an seruo. ver. *nam & si statim.* inf. de legatis. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caducis toll. l. testamento. 25. cum alijs. D. de manumiss. testamẽto. alioqui si eo ipso quod heres scriptus est, heres esset, adhuc per repudiationem testamẽ
24 tum non solueretur. † cum maneret heres quia semel extitisset, §. restituta. inf. de fidei commiss. hered. l. & si fine. 8. §. sed quod Papin. in fine. D. de minoribus. l. ei qui. 88. D. h. t.
25 quod tamen nemo dixerit. An autem voces istæ, *heres*, & *hereditas*, sine diphthongo scribi debeant, controuersum est? qui putant eas ab illo ver. *hæreo*, descendere, quasi hæres dicatur, qui defuncto proximè hæret, diphthõgo scribunt, quam etiam retinent, qui à verb. *æreo*, trahũt, inter quos Viglius in. §. fin. inf. de hered.
6 qualis. Cona. lib. 20. c. 5. & antea Rodulphus Agricola in notis ad Senecam. declamat. 1. col. 3. sed tunc sine. h. scribi oporteret. Alij verò à nomine. *hero*, deducunt in quorum numero est Acc. in. l. itẽ Mela. 11. §. sed si plures. ver. *hero.* D. ad leg. Aquil. quasi heres idem sit, quod dominus, veteres enim heredes pro dominis appellabant, vt testatur, Iustin. in. d. §. fin. vbi nominatim ita scribit Cuiacius, & lib. 5. obseruat. c. 10. Berrucius lib. 8. de verbo. signifi. ver. *heres*, & tunc sine diphthongo scribẽdum erit, vt Pandectæ Florentinæ obseruant, & omnes fere recentiores, de qua re quia grauiter Fornerius. lib. 1. selectionum. cap. 19. & quia cuicunque liberum est arbitrium amplius immorandum non est.

Principium tituli.

1 *Heredes instituí possunt liberi homines, & serui. serui proprij & alieni instituí possunt.*
2 *Deportatus instituí non potest. & nu. 11.*
3 *Testamenti factio publici iuris est.*
Seruus expers iurisciuilis. & nu. 15.
5 *Litera nostri textus emendatur.*
6 *Instituere heredem quid sit.*
7 *Institutio est futuri heredis facta nominatio.*
8 *Suos heredes instituí, impropriè dicimus.*
9 *Extraneus heres quis in hac tractatione dicatur.*
10 *Instituí omnes possunt, qui non sunt prohibiti.*
12 *Peregrinus quare heres instituí non possit.*
13 *Hispanus an Gallum, aut Italum heredem facere possit.*
L. in vrb. Roma. 17. D. de statu hom.
14 *Indi Hispani dicuntur.*
15 *Seruus qua ratione ex sua persona incapax est institutionis.*
16 *Seruus ex persona domini qui capere potest heres instituatur.*
17 *Dominus personat seruum.*
18 *Deportati seruus heres non instituitur.*
19 *L. seruus 3. §. 1. l. quoties. 9. §. fin. D. hoc tit.*
Seruus proprius heres institutus sine libertate an liber & heres sit, distinguitur.
20 *L. fin. C. de necess. seruis heredib. instit.*
21 *L. quidam. C. de necess. seruis hered. inst.*
22 *Proprius seruus est, in quo quis nudam proprietatem habet.*
23 *Alienus est, in quo quis vsumfructum habet. & de vtriusque institutione.*

1 HEredes instituí possunt tum homines liberi, tum serui tum proprij, tum alieni, sed proprius seruus sine libertate heres institutus & libertatem & hereditatem cõsequitur. idem in. l. non minus. 31. D. h. t. in. l. pen. C. de necess. seruis her. inst. cum alijs quibus consonat l. 2. l. 3. tit. 3. p. 6.

2 Sed primo contra tex. ibi (*tam liberos*) sic argumentor. deportatus libertatem retinet quãuis ciuitatem amittat. §. minor. vbi diximus. sup. de c. dimin. sed is heres instituí non potest, l. 1. C. h. t. ergo.

3 Secundo contra tex. ibi (*quam seruos*) sic argumentor Testamenti factio publici iuris ciuilis est. l. 3. D. de testam. adiuncta l. 1. D. ad leg. Falcid. l. verbis legis. 120. D. de verb. sign. & latè diximus in princ. sup. quibus non est permis. fac. testam. sed eorum quæ iuris ciuilis sunt seruus communionem non habet, l. quod attinet.

attinet. 32. D. de reg. iur. cum vulgatis, ergo heres instituí non poterit.

Tertio contra Iustinianum probantem ex institutione proprij serui sine libertate scripti heredis eo ipso libertatis dationem sub intelligi, obstare videtur tex. in l. seruus. 3. §. 1. l. quoties. 9. §. fin. D. hoc titulo ex quibus constat proprium seruum heredem pure institutum, cui tamen libertas sub conditione relicta fuit, neque libertatem, neque hereditatem consequi ante conditionis existentiam.

Quarto contra nostrum tex. ibi (*quod nō per innouationem induximus*) vbi Iust. probat ante eius sæculum seruum proprium sine libertate heredem institutum, & libertatem & hereditatem consequi, obstat noster idem tex. in verficulo. *ex nostra constitutione permissum est*, & magis in. §. idemque iuris sup. quib. ex caus. manum. non licet. d. l. penult. in princ. C. de necess. seru. hered. instituend. ex quibus id ab eodem Iustiniano nouiter inductum fuisse ostenditur.

4 Quibus non obstantibus dicendum est in vniuersum permissum esse, quemcunque posse heredem instituí, namque cum duo tantum sint hominum genera, quia omnes aut liberi sunt aut serui tex. in princ. sup. de iure personarū, & tam seruos quàm liberos instituí posse Iustinianus in præsenti docuerit, consequēs est omnium esse institutionem permissam;

5 † Sed hic illud notandum est, si verborum proprietatem requiras, (nisi ego fallor) bis peccare Iustinianū in acceptione horum aduerbiorum, *tam*, & *quam*, quia sub dictione, *quam*, constituit quod minus certum & explo ratum est contra horum verborum vsum, quē obseruauit Vlpianus in l. 1. ibi. *tam parentibus, quàm liberis de inofficioso licèt disputare.* D. de inoff. testam. ideoque cautius Theophilus ait (*tum liberos, tum seruos*) cuius etiam dictionis proprietatem & vsum magis retinuit I. C. in l. non minus 31. ibi. *non minus seruos quàm liberos heredes instituere possumus.* D. hoc titulo, ex quo textu noster desumptus est; Verum cum de re & sententia Iustiniani satis appareat, non est cur multum de verborum significatione laboremus, argum. l. non aliter. 67. D. de legat. 3. l. pediculis. 34. §. Labeo. in fine. D. de auro & argen. legato.

6 † Plane heredem instituere nihil aliud est quam statuere quem sibi vult testator successorem futurum, eumque nominare, siue per nuncupationem, siue scripto. l. 1. versi. *institutum.* D. h. t. Verbum enim *Instituere*, à præpositione, *in*, & verbo, *statuo*, cum compositum omnes agnoscant, idem Hispanè significat quod *establecer por heredero.* Vt in rubrica & in summa. tit. 3. p. 6. per translationem dictum, cum statuere legis sit munus. l. legis virtus. 6. D. de legibus. & inde testatoris voluntatem legem appellamus. l. verbis legis. 120. D. de verborum significatione. Authen. de nuptijs. §. disponat. coll. 4. cum vulgatis. explicat optime Duarenus in paraphrasi.

7 D. eodem cap. 1. † Vnde Institutio erit futuri heredis facta nominatio. d. l. 1. D. eo. l. 1. tit.

8 3. p. 6. ex qua definitione fit, † quod elegan ter etiam aduertit Hotoman. in principio superioris tit. enunciatione. 1. impropriè dici suos heredes institui, quia cum hi ipso iure fiāt absque institutione. d. l. in suis. 11. D. de lib. & posth. etiam ante hereditatis aditionem. l. in suis, 14. D. de suis & legitimis. mortuis quidē parentibus non tam dicuntur venire ad nouā successionem ex ipsorum institutione quam veteris, & eius quam viuentibus adhuc parentibus habebant continuationem prosequi: quemadmodum neque exheredatio extraneorum dicitur, vt notauimus in. d. princip. superioris tit. Et inde iam intelliges elegantem differentiam inter suos & extraneos heredes.

9 † si modo scias extraneum heredem in hac tractatione eum nos appellare, qui suus non est. vt dicemus in. §. sui. infrà, de hered. qualitate.

10 Sed, vt Iustinianum hic explicemus, ne superior generalis conclusio fallax sit animaduertendum est, quemcunque posse heredem instituí, si modo non sit à iure prohibitus. Cō stat enim plures esse personas quibus capiendi facultatem ex alieno testamento iura summouerunt, ex l. 1. C. hoc tit. & plurimas enumerat Accur. in. §. legari. infrà de leg. Vlpian. in Institut. tit. 22. Baldui. & Mynsing. hic & l. 4. tit. 3. p. 6. & inde cautiùs dici potest, quēcunque instituí heredem posse si cum eo testamenti factio sit.

11 Ex quibus intelliges tex. in. d. l. 1. C. h. tit. quoniam cum instituendum ciuem esse oporteat, non peregrinum; (peregrinum autē voco qui iuris ciuitatis non est, quod etiam ciuibus contingere solet, quibus maior aut maxima siue minor capitis diminutio contingit, per quā ciuitas amittitur. §. maxima. §. minor. supra. de cap. diminutione. & sic intelliges tex. in. l. sed etsi conditioni. 6. §. solemus dicere. D. h. tit. l. sed si hac. 10. §. liberos. versicul. *si per pœnam.* D. de in ius vocando. explicant Brissonius lib. 1. select. antiqui. cap. 13. Robertus lib. 3. sententiarum cap. 9.) Deportatus autem peregrinus fiat,

12 † amittatque ciuitatem. l. quidam. 17. D. de pœnis. inde heres instituí non potest, iuxta tex. quem male accepit Accurs. in. d. l. 1. C. h. t. quia nempe testamenti factio publici iuris ciuilis est, idest iuris ciuitatis. l. 3. D. de testament. adiuncta l. 1. D. ad leg. Falcid. eaque ratione Vlpianus. d. tit. 22. §. *Dedititiorum.* scribit. Dedititios heredes instituí non posse, quia sunt peregrini. idest non ciues Romani, vt colliges ex §. libertinorum, iunctis ibi traditis supra de libertinis, & in vniuersum

constituit Vlpian. in institutionibus. tit. 17. peregrinum factum vtraque carere testamenti factione: nam iure ciuili fieri aliquid non inter alios quam ciues Romanos potest, idcoque peregrinus heres institutus nihil capere potest, & pro non scripta habetur eius institutio, ex d.l. 1. C. isto titulo.

13 Ex qua obseruatione dici potest ab Hispano in Hispania Gallum aut Italum heredem factum capere non posse ex eo testamento; neque ad rem facit l. in vrbe Roma, (aliàs incipit in orbe Romano) 17. D. de statu homin. nam intelligenda est de illis qui quamuis Romæ non commorarentur prouinciales tamen cum essent, ciues Romani erant, concesso iam illis

14 iure ciuitatis, quod ciuilitas dicitur. † Vel ut dicere poteris de natis, & domicilium habentibus apud Indos, qui Hispanici aut Castellam ciues dicuntur concessa iam illis ex Regum indulgētia Hispanica ciuilitate, quod probat Alciatus lib. 2. disputatio. c. 21. contendens. in d.l. 17. D. de statu hom. legendum esse, *in orbe Romano* non *in vrbe Roma*. cui post alios subscripsit Pinelus. in rubri. C. de bon. mat. 2. par. nu. 11. & de quibus etiam intelliges. l. Roma. 33. D. ad municipal. l. sed & reprobari. 7. §. amplius. versi. *Romæ*. D. de excus. tut. vt si nempe Castellanus inueniatur in eo loco vbi curia Regia est, in patria esse intelligatur, indeque multa fiunt, sed illud maximè, quod constitutum est, in l. relegatorum. 7. col. 3. ver 20 sicul. *constitutum est*. D. de interd. & relegatis, & sic soluitur primum argumentum.

15 Neque obstat secundum, quoniam ex ratione illa peregrinitatis, videbis seruos institui heredes nō posse, quia peregrini sunt, quod cō stat, quia per libertatem ciues Romani efficiuntur, ex. d. §. libertinorum. & tex. optimo, in l. quidam. 5. in princ. ibi, *omnino ciuis Romanus efficiatur*. C. de necess. seruis. hered. inst. nam, vt inquit Sydonius Apollinaris lib. 8. epistola 6. in ciuitate constituti serui ciues nō sunt, quemadmodum neque Barbari: & inde fit propter illam peregrinitatis rationem vt seruus iuris ciuitatis, siue ciuilis, communionē non habeat, quia ciuis non est, propterea que pro nihilo reputatur, quod attinet ad ea quæ sunt iuris ciuilis, dict. l. quod attinet. 32. D. de regulis iur. l. qui testamento. 20. §. seruus quoque. D. de testament. & intelliges l. in personam seruilem. 22. D. de reg. iuris. l. serui. 13. ibi, *ciuiliter non obligatur*. D. de oblig. adiuncto tex. in prin. ibi, *secundum nostræ ciuitatis iura*. infrà de oblig. & intelliges rationem. l. stipulatio ista. 38. §. hi qui versi. *non enim factum*. cū §. seq. D. de verbo. oblig. vnde constat, seruo herede instituto ex sua persona, quæ nulla est iure ciuili. l. 3. §. fin. D. de cap. minutis. institutionem non valere si eius sit seruus qui heres institui non poterat. §. seruus plurium. infrà eod. d. l. non minus. 31. D. hoc tit. l. si mihi. 12. §. regula. D. de legatis. 1. l. debitor. 84. §. seruo alieno. D. de leg. 2.

16 † Nam ex persona domini æstimanda est institutio, sicuti & stipulatio. vt in princip. infrà de stipulatione seruorum, vbi diximus, † & Theophilus recte obseruat, dominum personare seruum, quoniam eius contemplatione institutio facta, aut contractus gestus censetur, vt paulò inferius dicemus in §. seruus autem à domino. & §. seruus autem plu-

17 rium. infrà hoc tit. † quo necessario fit, vt institutio serui deportati sit inutilis. l. si deportati. 7. D. de leg. 3. quia nempe eius dominus heres institui non potest, ex d. l. 1. C. hoc tit. & latè supra diximus.

18 Neque obstat tertium argumentum ex d. l. seruus. §. 1. & d. l. quoties. 9. §. fin. D. hoc tit. quoniam cum datio libertatis semper subintelligatur, quo casu seruus proprius sine eà heres instituitur, idque ex tacita testatoris voluntate consequens est, quia hic de voluntate expressa constat, hereditate purè relicta, libertate in diem, vel sub conditione dilata, ante diei aduentum, vel conditionis existentiam seruum neque libertatem, neque hereditatem consequi; quemadmodum nec ille seruus liber erit aut heres, quem tantum heredem non etiam liberum esse testator voluit, hic enim voluntatis coniectura sumi nequit, cum ma-

19 nifestè refragetur. † Sed hic illud videtur omnino notandum quod de seruo purè herede instituto, cui libertas sub conditione relicta fuit noua sua decisione in l. fin. C. de necess. seruis hered. inst. Iustinianus statuit, nam que si conditio talis sit quæ in potestate serui posita est, ille autem eam neglexerit, minimeque compleuerit, & hereditate eum, & libertate sua culpa defraudari dicemus: sin autem casualis conditio est, & ex fortunæ insidijs defecerit, tunc humanitatis intuitu libertatem qui dem ei omnimodo competere: hereditatem vero, siquidem soluendo sit, ad alios venire quos leges vocant, si non aliquis fuisset substitutus. Sin autem soluendo non sit, vt necessarius heres institutus, simul & libertatem & hereditatem obtineat.

21 † Quartò & vltimo argumento latè post Viglium hic ex num. 7. satisfaciunt Balduinus & Mynsingerius: & in summa sciendum est, posse dominum proprium seruum heredem instituere ex nostro tex. & similibus. quod vtique ita demum plerique accipiendum esse docebant, si à domino liber fieret: sine libertate autem inutilem esse institutionē. Alij verò existimabant, ex institutione interpretandā libertatē datam, cuius sententiæ assertor fuit Attilicinus quē hic Iustinia. retulit, cuius sententia eō antea dubitabilis esset, legis necessitate probata est ex nostro tex. & d. l. quidam. in princip.

princip.C.de necess.seruis hered. instituend. §. Idem iuris supra quib.ex caus.manum.non licet.consonat.l.3.titulo 3.partita 6. inducta ratione tex. in princip. suprà qui testamento tut.dari posl.l.quæro.32.§. Lucius.D. de testamen.tutela.& consonat.l.7.tit.16. par. 6. erit igitur ex huiusmodi institutione liber & heres quidem necessarius ex.§. seruus autē à domino inf.hoc tit.§.necessarij.inf.de hered.qualitate.quod est ampliandū in casu.l.si ita scriptum.12.§. regula. D. de liber. & posthumis.

In versic. Proprius autem seruus. iuncto. §. alienus seruus.2.

22 CVM & proprios & alienos seruos heredes instituí posse paulò superiùs Iustinianus dixerit, quis proprius, quis alienus dicatur nunc explicat; Sanè quia rectè dicimus nostrum id esse cuius alienus est vsusfructus l.rectè dicimus.25.D.de verb.significatione.consequens est seruum proprium illum dici in quo nudam proprietatem testator habet alio vsumfructum habente, ergo is seruus & cum libertate & sine ea heres institutus fiet quidem liber heresque necessarius ex principio suprà eod.& §.1.infrà. de hered. qualit.& intelliges hinc tex.in.l. quoties.9.§. fin.ad finem.D. hoc titulo. Sed hæc libertas ex domini institutione collata alterius vsumfructum non interturbat, sed is perinde eo homine vtetur atque si adhuc seruus esset.l.1.§. fin autem proprietarius.C. communia.de manumissionibus. † Quod si vsufructuarius 23 instituat eum seruum,in quo vsumfructum habet,quia is alienus est,ex nostro tex.in hoc.§. alienus. & alieno seruo inutiliter libertas datur.l.si alienum.50.D. hoc tit. & induces tex. in.l.etsi non adscripta.C.de fideicommiss. libertatib. domini proprietatis,cuius adhuc manet, cuique adquiret, iussu hereditatem adibit.§.alienus quoque infrà eod. & iuxta hæc intelliges tex. in l. aditio.45. §. Præterea.D. de acquirenda hered.

§. *Est tamen casus.* 1.

1 *Seruus proprius adulterij cum domina sua crimine maculatus, heres institui ab ea non potest. & quare num.3.*

2 *Ancillam propriam quam quis cognouit manumittere par est. & num.8.*
L. prospexit. 12. D. qui & à quibus. remissiuè.

4 *Interpretatur noster textus,ibi.*maculatum.

5 *L.Reos.8.C.ad leg.Iuliam.de adult. coniuncta. l.80.Tau.l.2.tit.20.lib.5.Recop.*

6 *Gregorius Lopez reprehenditur existimans innocentem seruum, accusatum tamen de adulterio,heredem esse non posse.*

7 *Legata,pendente libertate, seruo relicta cui acquirantur.*

8 *L.fin.C.communia.de manumissionibus.*

9 *Libido in fœminis, quàm in viris detestabilior; & quare.*

1 INterdum nec cum libertate vtiliter seruus proprius heres instituitur, veluti si adulterij maculatus à domina eiusdem criminis rea postulata manumittatur,aut hæres scribatur.idem in.l.his verbis.48.§.interdum.D.h.t. l.1.C.de colluf.deteg.l.3.tit.3. p. 6. & facit.l. si non lex.83.iuncta glossa.ibi.D.h.t.& l.cum filius.78.§.seruus purè.D.de leg.2.

2 Sed pro dubitandi ratione obijci potest.l. fi.C.communia de manumiss. & tex.in. §.eadem.ad fi.suprà,quib.ex caus. manum. non licet.ex quibus constat,quod si dominus qui cū ancilla sua rem habuit,eam manumittat, ancillæ libertas competit, ergo & seruin specie huius tex. præstari oportet.

3 Sed eo argumento non obstante dicendum est hoc casu neque libertatem, neque hereditatem seruo præstandā,nāque rationis esse videtur,vt qui ob tantum perpetratum facinus ignibus tradendus est l. vnica. C. de mulieribus quæ proprijs seruis se immiss.l.15.t.17.l. fin.t. 19.p.7.prosequitur latè Tellus.in l.9. Tau.n. 10.Ant.Gom.in l.80. Tau.nu.23.Iul. Clarus, lib.5.sent.§.fornicatio.n.20. meliorem conditionem suam facere non possit,nec præmium consequatur ex quo pœnā meretur, argumento.l.non fraudātur.134. aliàs 177. versi.*nemo.* D.de reg.iur.quam rationem etiam adiuuat d. l.3.tit.3.part.6.versi. *Porque fuerte sospecha seria contra ella que era verdad lo que de ella accusaron pues tanto lo amaua que le fazia su heredero.*in ducique potest ratio l.3.C.ad l.Iul. de adulterijs.& l.prospexit.12. D. qui & à quib. quam & latè & eleganter explicat Ant.de Quesada libr.singulari diuersarum quæstionum.ca.16. per totum. ne scilicet colore manumissionis quæsito probandi adulterium facultatem subtrahat domina cū seruus iam liber factus quæstioni subijci non possit.l.1. col.2.§. si seruus. versic.*sed neque libetum.*l.si quis.12.D.de quæstionibus. quamuis illarum legū in specie, & sic quando agitur de probando dominæ adulterio,non cum ipso seruo sed cum alio cōmisso,non tam euaneſcit, quam suspenditur per sexaginta dies libertas,vt ex illis legibus probatur,& ex l.cum filius.78. §. seruus purè.D. de leg.2.

4 † Ex quo tex.simul, & ex l. si quis seruo. 86.D.eo.tit.& regul.l.absentē,ibi.*satius enim est.*D.de pœnis.ego existimo regulā huius tx. admittēdā quoties seruus non tantū fuit accu-

fatus, aut suspectus de adulterio, quia id falso ei potuit imponi ab heredibus, sed si verè reus fuisset adulterij cum domina, quod vt ostende ret Iulianus (nisi ego fallor) seruum adulterio maculatū dixit, sic explicās verb. *accusatū*, de quo in d.l. his verbis. §. interdū D. h. t. vbi Accur. v. *accusatū* reponēdū putat *maculatū*, ductus autoritate huius tex. quod iterum & hic scripsit, probatus ab Hotom. & alijs, & à Brissonio lib. sing. ad legem Iuliam de adulterijs. pag. 193. non quidem ea qua nos ratione ducti † sed ne repugnet reg. l. reos. 8. C. ad leg. Iul. de adult. qua cauetur lege Iulia de pudicitia vetari reos adulterij duos simul marem & fœminam ex eadem causa fieri, sed ordine peragi vtrosque oportere. Quæ tamen iure nostro Hispano correcta est ex l. 80. Taur. quæ hodie extat. l. 2. tit. 20. de los adulterios. lib. 8. Recop. † quo fit, vt seruo innocentiam suā indicante & libertas & hereditas debeatur, quicquid cōtrouertat Gregorius, verbo, *ante quæ fuesse librada*. in. d.l. 3. tit. 3. p. 6. cuius tamē opinatio, quæ & aliorum quoque fuit, ex suprà dictis refellitur & æquitate caret. † Legata autem & fideicommissa quorum dies cesserit interim dum suspensa est libertas propter adulterij quæstionem, non seruo sed potius hereditati vel domino siue heredi, cuius intelligitur esse interim, quæri oportere, si modo dolus heredis absit, in differenda libertate, ex. d. §. seruus. & d.l. si quis seruo. quia attenditur serui status quo tempore cedit dies legati, aut fideicommissi ex. l. si post diem. 5. versi. *si cum dies*. D. quando dies leg. ced. l. 1. C. de caducis tollend. vnde intelliges tex. in. §. an seruo. infrà, de legat. l. quæsitum. 93. §. 1. 2. & 3. & fin. D. de leg. 1. In libertate autem & institutione aliud est quando simul relinquuntur vt in nostro tex. quia simul suspenduntur, & eodem momento simul seruo competere incipiunt, quæstione & iudicio finitis, argumento. l. 3. §. 1. & magis. §. fin. l. quoties. D. h. t. notat Conan. lib. 10. cap. 5. num. 5.

† Neque obstat dubitandi ratio desumpta ex. l. fi. C. communia. de manumission. quoniam vt hic aduertunt Viglius num. 4. Baldui. nu. 2. Mynsing. nu. 6. aliud in ancilla quæ cum domino suo habuerit rem dicendū est, ea enim mortuo domino eo nomine libera fit, quia longe magis hoc iure virorum libidini indultum est; † tum quia turpior multo ac detestabilior est in muliere, quam in viro libido, cum deceat maximè mulieres pudicitia, qua non aliā pretiosiorem dotem habent; tum quia hic partus seruus nascitur. l. partus. C. de rei vin. at mulier tali coitu ingenuitatem inficit. Atque hoc discrimen sensisse videtur Quintus Fabius qui lib. 5. cap. 11. de exemplis differens ait, non idem esse dominum cum ancilla coijsse, quod dominam cum seruo, neque illud quam hoc tam turpe esse. Vnde ius ciuile multum interesse putat, inter adulterium viri & vxoris. argumēto. l. 1. C. de adulterijs. tametsi de iure canonico sit secus nec viro liceat, quod mulieri non licet.

§. *Seruus autem à domino.* 3.

1 *Conclusio huius textus.*
2 *L. testamento. 90. D. h. t. & num. 9.*
3 *L. ex parte. 58. D. de acquiren. heredit. & numero. 11.*
4 *L. si ita scriptum. 13. §. regula. D. de lib. & posthum. & num. 12.*
5 *L. si seruo. 26. D. de adim. legatis. & numero. 15.*
6 *Seruus proprius heres institutus qui in eadem causa manet heres necessarius est, & liber fit.*
7 *Si is, à viuente domino manumittatur, heres est voluntarius.*
8 *Si à domino venditus sit iubente nouo domino ei hereditatem acquirit.*
9 *Seruus proprius, vt necessarius heres sit, ex eodem testamento & hereditatem & libertatē accipere debet.*
10 *Seruus qui necem defuncti vindicauit pro præmio libertatem accipit.*
12 *Seruo proprio herede instituto inutiliter eodem testamento libertas siue hereditas adimitur.*
13 *Ademptio valet, si alienatus fuerit. & differentiæ ratio.*
14 *Hereditas testamento data, eodem testamento adimi non potest.*
15 *Hereditas, & legatum proprio seruo relicta, si is venditus sit nouo domino acquiruntur. contrà Accurs.*
16 *L. verum. 58. D. de manumiss. testam. & l. quoties. 9. §. seruus. D. h. t.*
17 *Ademptio tacita, quæ noua redemptione reuocata fuit, nec libertatem, nec hereditatem adimit.*

1 SEruus à Domino suo heres institutus si in eadem familia permanserit necessarius heres ac liber erit: sin ab eodem sit manumissus, voluntarius. Sin autem alienatus, domino suo iubenti hereditatem acquiret, manebitque seruus idem in. l. sed etsi conditioni. 6. §. si seruum. D. hoc tit. consonat. l. 21. l. 25. tit. 3. par. 6.

2 Sed primo contra tex. ibi, *liber, hereque necessarius*, obijci potest tex. in. l. testamento. 90. D. hoc tit. vbi seruus sub conditione cum libertate heres institutus, si pendente conditione aliunde libertatem meruerit, non est necessarius domino heres, quamuis liceat ei volenti adire.

3 Secundò obijcio text. in l. ex parte. 8. versiculo, *nisi ita institutus*. D. de acquiren. hered. vbi

vbi si proprius seruus sub ea conditione scriptus heres sit, *Cum Titius heres mihi erit, Stichus liber & heres esto*, non esse eum inuitum heredem futurum insinuare I.C. Paulus videtur.

4 Tertiò & grauius contra nostrum tex. in versi. *quod si alienatus.* obstat difficile Iuliani responsum in l. si ita scriptum. 13. §. regula. D. de liber. & posthum. vbi regulam iuris ciuilis esse I.C. docuit, qua constitutum est, hereditatem adimi non posse propter quã liber & heres iussus seruus sit; quinimo quãuis dominus ademerit eodem testamento libertatem nihilominus & libertatem & hereditatem seruum habiturum, ergo & eodem modo in hoc textu dicendum erat, etiam adempta libertate per alienationem adhuc eum liberum & heredem esse.

5 Quartò obstat tex. in l. si seruo cum libertate. 26. D. de adimend. legat. vbi si seruus cui libertas & legatum à testatore relinquebatur, alienatus sit; & postea ei adimatur libertas, quamuis alieno seruo inutiliter adimatur, tamen legatum ad emptorem non peruenturum traditum est, ergo neque perueniet hereditas in casu nostri tex.

Quintò obijci potest l. verum. 58. D. de manumiss. testamẽ. vbi liber esse iussus, & postea alienatus, nihilominus libertatem habet.

6 Quibus difficultatibus vt satisfacias, & nostrum text. intelligas tres casus distinguendi sunt. Primus est quando seruus à domino suo heres institutus in eadem causa manet, ideſt, in eadem seruitutis conditione, in eadem familia, & sub eadem potestate, vt neque scilicet à domino viuẽte manumissus neque alienatus fuerit argumento. l. 1. §. 1. D. si ex noxal. causa agatur, & eorum quæ notat Vlpian. d. tit. 22. §. *quod si.* Is liber & necessarius heres efficitur, iuxta tex. in prin. huius tit. quem sic intelligas, & §. 1. sup. quibus ex caus. manum. non licet. §. 1. infrà de hered. qualit. l. 21. tit. 3. par. 6. in quibus necessarius ob eam causam nominari dicitur, quod velit, nolit, obire hereditatem cogitur, id enim in eorum gratiam institutũ fuit principio qui cum soluendo non essent ignominiam bonorum venditionis in heredes suos deriuare, quàm suæ memoriæ reseruare malebant.

7 † Secundus casus est, quando seruus viuo testatore manumittitur, quoniam cum tunc non vtrumque ex testamento domini cõsequatur, quod est necesse vt heres necessarius fiat. l. testamento. 90. D. h. t. arbitratu suo hereditatem adibit, vt notat idem Vlpian. d. tit. 22. §. *propr. us.* cum sequ. & sic intelliges. l. sed etsi. 6. §. seruum communem. l. si seruo. 84. &

8 d. l. testamento. 90. D. eo. † Tertius & vltimus casus est quando seruus heres à domino institutus, adhuc eo viuo, ab eodem est alienatus, tunc enim quia per huiusmodi alienationẽ destitisse dominum videtur à libertatis datione, iubenti nouo domino hereditatem acquirit, libertatem tamen, ne nominatim quidem adiectam adipiscitur. l. quoties. 9. §. seruus cum libertate. l. seruum. 50. D. hoc tit. l. seruo. 47. l. Iulianus. 86. D. de cond. & demonst. l. quæsitum. 91. §. duobus. versiculo, *seruo legato.* D. de legatis. 1.

9 Neque tunc obstant quæ in contrarium adduximus: non primum de dict. l. testamento. 90. D. hoc tit. quoniam vt ex nostro tex. constat, vt quis necessarius heres fiat, non sufficit ab eodem domino libertatem & hereditatem accipere, sed vtrumque ex eodem testamento consequi omnino requiritur, ea ratione quia tunc proprie necessarius heres dicitur, cum, vt heres possit existere, liber fiat, quasi in eum casum libertate donetur, non in alium ex. d. §. 1. supra quib. ex caus. manum. non licet. estque eo casu testatoris expressa & explicata voluntas non aliter volentis illum ad libertatem peruenire quam si ei heres extiterit, ergo si aliunde libertatem habeat, vt quia ab eodem testatore inter viuos fuit manumissus, vel legis ministerio accepit consequens est, cessare necessitatis rationem, ex nostro tex. & l. si seruus communis. 7. l. si seruo. 84. D. eodem.

10 † Vnde cum in. d. l. testamento. non ex testantis domini voluntate, sed ex Senatus consultis pro præmio seruus libertatem acceperit, quia domini necem vindicauit iuxta tex. in. l. si necem domini. 4. D. de bon. libert. l. qui ob necem. 5. D. qui sine manum. ad libert. peruen. l. 1. C. quib. ex caus. serui pro præmio libert. accip. l. 3. ad fin. tit. 22. part. 4. consequens est, tanquam cessante illa necessitatis ratione, in eius iam esse arbitrio existat heres nec ne.

11 Non obstat. 2. ex. d. l. ex parte. 58. versi. *nisi ita institutus.* D. de acquir. heredit. quia ille tx. magis probat, non tantum illum seruum necessarium domino fieri heredem qui eodem testamento purè & libertatẽ & hereditatẽ accepit, iuxta suprà tradita, verum & eum cui conditione libertas suspensa est, fit enim æquè necessarius vbi libertatis conditio aduenerit. Neque versi. ille, *nisi ita institutus*, aliud probat, qui sanè referendus non est, ad superiora verba, *eius liber & heres sit necessarius*, sed ad proxima illa, *non à coherede sed à semetipso accepit libertatem*, vt sit sensus, quod quamuis proprius seruus ex parte heres institutus (non adita hereditate à coherede) lib. & necessarius heres fiat, & à semetipso libertatẽ accipiat, quemadmodum si solus à principio institutus fuisset, iuxta tex. in l. sed etsi. 6. §. fin. D. h. t. aliud tamen erit si sub ea conditione libertas & hereditas ei fuisset relicta, *cùm mihi quis heres erit Stichus liber & heres esto*, tũc enim nõ à semetipso, sed à coherede libertatẽ & hereditatẽ habet,

bet, id est, non alias liber & heres fit quam extet conditio, sub qua fuit institutus, cuius impletum siue euentus cùm pendeat ex additione coheredis, rectè fit, eo adeûte, ab eo accipere libertatem videri; quemadmodum & illo repudiante tanquam conditione libertatis & institutionis deficiente, neque liberum neque heredem esse, quæ est genuina.d.l. ex parte explicatio & sensus.

12 Nō obstat.3.ex.d.l.si ita scriptū. quoniam omissa opinione Viglij & Mynsing.hîc, dicē dum est, quod si seruus in eadem causa manserit inutilis in eodem testamento siue codicillis libertatis siue hereditatis adēptio erit vt in
13 d.§. regula. † Si vero alienatus fuerit, libertate adempta manebit hereditas nouo domino acquirenda iuxta nostrum tex.ver. *quod si alienatus.* Discriminis ratio est, quia hoc casu cum quo tempore decedit testator & testamentū exitum habere incipit alienus sit seruus, tantū abest vt libertatis ademptio obsit, vt potius prosit, quia cū libertate seruus alienus inutiliter instituitur.d.l.si alienū.49. D.h.t. sicque nulla est repugnantia vt seruus alienus heres instituatur, neque libertas necessaria tunc est, quinimo esset inutilis. Priori vero casu cū seruus proprius testatoris est, qui heres instituitur; aut libertas dāda est tāquam necessariū antecedens, aut inutilis erit institutio ex prin. sup.eod.& inde si eo casu libertas adimi posset institutione manente enasceretur dura & implacabilis repugnantia, quod heres esset seruus & non liber; aut quod à se ipso libertas adimeretur, quod ius non patitur.d.l.sed etsi.6.§.
14 fin.D.h.t. † Præterea quemadmodum hereditas testamento data eodem testamento adimi non potest.l.si certarum.8.§.si eodē, versi. *cum paganus.*l.militis.37.§.veteranus.D.de milit.testam.sic neque libertas quæ institutioni immobiliter cohæret, in seruo necessario heredi instituto, ne aliter admitteremus per consequens & obliquū quod directo non permittitur, iuxta vulgaria principia. Quod si non eodem testamento, sed codicillis libertas adimatur, nequaquam etiam adēptionē admittemus, quia sequeretur statim hereditatis ademptio quæ codicillis frustra fit.l.hereditatē.C.de codicillis.§.codicillis.inf.eo. quod si secūdū fiat testamentum, iam nō erit cur de viribus prioris per hoc secundum sublati quæramus. argumento.regal.§.posteriore.inf.quib.mod.test. infirm. Si autem legata esset libertas & non propter hereditatem data, contrà esset, quia legata nuda voluntate tolliuntur. vt late diximus ad tit. infrà, de ademp. legat.

15 Non obstat.4 ex d.l.si seruo cum libertate. 26.D.de adim.legat. quoniam etsi eius argumento putauerit Accursius hic, verb. *neque liber*, & in eadem l.si seruo.verb. *peruenturum*, differentiam inter hereditatem & legatum constituendum esse, vt hereditas nouo domino acquiratur, seruo herede instituto alienato ex nostro tex.legatum non item ex.d.l.si seruo.ex eo quod difficilius hereditas quam legatum reuocetur ex regula.l. ex parte. 22. D. de adim.leg. longe tamen fallitur, quia verius multo est, quòd quemadmodum per alienationem hereditas seruo data non reuocatur, sed nouo domino acquiritur, cuius iussu adire debet ex nostro tex. ita etiam legatum, vt expresse docet tex.in.l.qui filio. 38.§. seruū. D. h.t. & in.l.si in diem.46.§. 1.(alias.l.seruo.47.) l.Iulian.nostet. 86. D. de condit. & dem. vbi nominatim contra Accursium scripsit Bar.n. 2. neque obstat huic sententiæ tex.in d.l.si seruo. qui loquitur in expressa libertatis ademptione, quo casu cum siue permanserit in domini potestate, siue redemptus fuerit, nec sibi quidem ipse acquirere posset.d.l.si seruo.non poterit nec domino acquirere. Plane seruus his casibus acquirit domino, quibus ipse sibi, si seruus non esset acquireret, vt peruulgatum est & inde in.d.l.si seruo domino legatum nō acquirit. quæ est vera sententia & interpretatio illius tex. quamuis dubitet hîc Mynsing. nu.fin.ad fin. cui tamen parùm fauet regula l. cum quid.3.D.si cert. petat. cuius longè alia est acceptio vt suprà diximus.

16 Non obstat quintum ex. d.l. verum. 58. D. de manum.testam. cui est similis decisio tex. in.l.quoties.9.§.seruus.D.h.t. quæ seruo heredi instituto, alienato, & iterum redempto & libertatem & hereditatem conseruat, sed neque ille tex.in.d.l.verum. neque is in d.§. seruus. nostram decisionem impugnant, sed ma-
17 gis probant † tacitam ademptionē non sufficere, sed adhuc post eam & libertatem & hereditatem durare, si iterum seruus à veteri domino redimatur, qua redemptione reuiuiscero quodammodo dicimus & libertatem & hereditatem ne aliàs vel contra libertatem, vel cōtra testatorem ipsum qui forsan alium non habebit heredem, tacitam volūtatem admittamus: quod idem & in nostro casu admittitur, siquidem etiam post alienationem hereditatem cō seruamus.

§. *Alienus quoque.* 4.

1 *Seruus alienus institui potest heres.*
2 *Seruus alienus adit iussu illius domini, in cuius est potestate additionis tempore. & quare.* numero.8.
3 *Seruus alienus manumissus suo arbitrio adit.*
4 *Seruus acquirit illa domino in cuius est potestate mortis testatoris tempore. & numero.9.*
5 *Seruus alienus cum libertate inutiliter heres instituitur.*

6 Seruo

6 *Seruo alieno directò libertas non relinquitur, rectè tamen per fideicommissum.*

7 *Seruus alienus sub conditione, & in diem rectè instituitur.*

8 *Seruus acquirit hereditatem ei in cuius est potestate additionis tempore.*

9 *L. si post diem. 5. §. si cum dies. D. quando dies leg. cedat.*

Legatum acquiritur domino in cuius potestate est mortis testatoris tempore, & discrimen inter hereditatem & legatum.

10 *Legatum lucrosum semper est.*

11 *Legatum recta via transit in legatarium.*

12 *Seruus prioris domini contemplatione institutus et acquirit hereditatem, quamuis in alterius potestate sit.*

13 *Seruus in dubio sui, non domini contemplatione institutus intelligitur.*

1 CVM non minus alienos seruos quam proprios heredes instituí posse dixerit Iustinian. in princ. sup. eo. ex I. C. in l. 3. in prin. l. non minus. 31. D. h. t. hactenusque de hominis proprij institutione dixerit in superioribus, eosdem ferè casus quos in præcedenti §. circa proprij serui institutionē explicauerat, hic circa alieni prosequitur, † 2 docēs seruum alienum heredem institutum, eius iussu cuius est in potestate aditionis tempore adire debere; † 3 suo verò arbitrio si tunc manumissus sit. idem in l. si seruus. 7. in prin. D. hoc titulo. l. Antistius. 62. §. fi. coniuncta l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. cū seq. D. de acquiren. here. l. debitor 82. §. fi. D. de leg. 2. & magis ex l. 2. §. fin. D. de bon. possessio. secundum tab.

Sed contra nostrum tex. ibi. *debet iussu noui domini adire*, sic argumentor. Si aliqua ratione noui domini iussus requiritur ad adeundam hereditatem ea potissimum quia cum seruus domino acquirat, illius voluntas est necessaria, ne aliàs eum inuitum obliget æri alieno, vt 4 mox dicemus, & manifestum est, † Sed seruus ei domino in cuius est potestate tempore mortis testatoris acquirit, non autem illi qui eius dominium tempore aditionis habet. l. si post diem. 5. §. si cum dies. D. quando dies leg. cedat. ergo antiqui, non noui domini iussus erit necessarius.

5 Cui difficultati, vt satisfacias, & exactē nostrum tex. intelligas obserua, alieni serui institutionem non requirere libertatis dationem, quin potius si directo libertas relinquatur inanem & inutilem esse institutionem. l. si alie- 6 num. 49. in princ. D. h. t. † & ratio est, quia seruo alieno nō consentiēte domino frustra directo relinquitur libertas. l. si seruo. 20. D. qui & à quibus. l. 1. & toto tit. C. de his qui à non domino. per fideicommissum autē vtiliter alieno seruo libertas datur. l. seruo tuo. 9. C. de testam. manum. §. pen. infrà. de sing. reb. per fideicom. relict. l. generaliter. 24. §. si quis alie- 7 num. D. de fideicom. libert. † in tempus autem cum liber fuerit vtilis est institutio alieni serui ex reg. l. in tempus. 62. D. hoc tit. & probat aperte l. seruus. 21. cum. l. sequen. D. de cōd. inst. tex. in. §. 1. suprà qui test. tut. dari pos. 8 † Quod si alienus seruus simpliciter fuerit heres institutus, domino in cuius est potestate tempore aditæ hereditatis acquirit, etiam si millesimam personam ambulauerit ex suprà relatis, & regula. §. item vobis. suprà, per quas perso. vnde consequens est, eius requiri iussum ne aliàs eueniat vt inuitus dominus æri alieno per seruum obligetur, ex ratione. l. qui in aliena. 6. in principio. iuncta. l. mutum. 5. ibi, *& obligari*, & l. more. 8. d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. D. de acq. hered. idq; est quod nominatim hic Iustin. docet.

9 Neque obstat tex. in d. §. si cum dies. quia non in seruo herede instituto, sed in eo cui legatum relictum est, loquitur, inter hereditatem autem & legatum longum est discrimen, legatum sine domini iussu agnoscit seruus, he- 10 reditatem non item huius rei est ratio, † quoniam legatum lucrosum semper est, vt ex eius diffinitione colligitur, quam Iustin. refert in. §. 1. inf. de legatis vbi notant Accur. & Hoto. enunciat. 1. & solet expendi l. D. Hadrianus. 22. D. de vsu & habit. l. qui concubinam. 29. §. si stichus. versi. *qui hortos.* (aliàs. l. qui quatuor. 30.) D. de legat. 3. hereditas verò aliquando damnosa esse solet, & plus incommodi quam commodi afferre; quam differentiam eleganter obseruat I. C. in l. si hereditatem. 32. versi. *nam legatum.* D. mandati. & in nostro proposito Iust. in §. item vobis. sup. per quas pers. Igitur seruus cum agnitione legati domini conditionem meliorem semper faciat, non tantum absque eius iussu, sed etiam & illi inuito poterit acquirere. Planè dies legati cedit à morte testatoris id est legatum deberi incipit, si modo purum sit. d. l. si posti diem. 5. D. quando dies legati ced. l. 1 §. 1. C. de caducis toll. & licet nondum eius dies venerit, nec peti possit † 11 ipso iure transfertur in legatarium saltim nunquam factum heredis, tex. sic intelligendus in. l. à Titio. 51. D. de furtis. l. 34. tit. 9. par. 6. vnde consequens est, vt dies mortis testantis tantummodo expectandus sit, quare si tunc Stichus Mœuij fuerit, tempore autem aditionis iam factus sit Titij, non Titio sed Mœuio legatum debetur. In hereditate autem dies & cedit & simul venit in extraneis heredibus post aditionem. l. cum heredes. 23. ibi. *adita quidem hereditate.* D. de acquir. poss. d. l. si alienum. 49. §. in extraneis. D. h. t. §. in extraneis. inf. de hered. qualit. & inde cū illi qui seruum sub sua potestate habet eo tempore acquiratur hereditas, æquum est ex sup. traditis, eius iussum, & voluntatem requiri.

12 Qua in re illud est omnino notandum, quod si seruus prioris domini contemplatione institutus fuerit, & postea alienatus ante additionē hereditatis, quamuis iussu noui domini aditio fiat ex nostro tex. danda tamen est hereditas priori. ex l. pen. D. de stip. seruorum. l. aditio. 45. D. de acquir. hered. l. cum aliquis. 21. C. de iure deliber. quod si nouus dominus recusauerit iubere compelli poterit, tam ratione quadam naturali. de qua in l. 2. § item Varus. versi culo. *nam hac actione.* & versi. *nam factum quidē.* D. de aqua pluuia arcenda. quam ex iuris rigore, de quo in l. 1. §. 1. D. si quis omissa caus. testam. † in dubio autem intelligemus seruū
13 fuisse institutum sui, non domini contemplatione. l. debitor. 84. §. seruo. D. de leg. 2. l. vlt. C. de vsufructu. quā opinionē nominatim scribit Viglius in §. seruus autem. n. 2. inf. h. t. nam cur ad quēcunq; dominum cum eo ambulare hereditas. d. l. 2. §. fi. D. de bon. poss. secundum tab. cur manumisso sibi acquireretur in nostro tex. nisi quia ipsum voluit defunctus sibi deniereri. quamuis nouissimè contrarium resoluat. Menoch. 2. to. de præsumpt. lib. 4. præsumptione. 22. num. 3.

§. *Seruus etiam.* 5.

1 *Seruus alienus post mortem domini institui potest,*
Seruus alieni posthumi institui potest. & nu. 13.
2 *Hereditas ex die, vel ad diem non rectè datur.*
3 *Seruus qui incapax est personatur à domino.*
4 *Posthumus alienus incapax institutionis.*
5 *L. qui filio.* 38. *D. h. t.*
6 *Mortis dies incertus est, & pro conditione habetur.*
7 *Seruus hereditarius institui potest, & à defuncto domino capacitatem habet.*
8 *Hereditas iacens refert & repræsentat personā defuncti.*
9 *Seruus hereditarius institutus iussu futuri heredis noui domini adit.*
L. hereditas. 61. *D. de acq. rerum dominio.*
10 *Seruus hereditarius ante additionem futuro heredi nihil quærit.*
11 *Seruus non domino inutiliter stipulatur.*
12 *Litera nostri textus animaduersa in versiculo,* Quum etiam, *& eius sensus,*
14 *L. eius seruum.* 64. *D. h. t.*
15 *Posthumus alienus institui potest, contra communem.*
16 *Vera interpretatio, & nouus sensus. dict. l. eius seruum.*

1 SEruus alienus post mortē domini, itē & seruus eius qui in vtero est, institui heres recte potest; idem deducas ex l. non minus. 31. versi. *hereditarium.* l. seruus hereditarius. 52. l. eius seruū. 64. D. h. t. cū alijs infrà referendis. quibus consonat. l. 1. ad fin. tit. 3. p. 6.

Sed contra nostrū tex. ibi. *post domini mortem.* sic argumentor. † Hereditas ex die vel
2 ad diem nō rectè datur, l. hereditas. 34. D. h. t. §. heres. inf. eo. l. 15. tit. 3. par. 6. ergo post domini mortem; & sic ex certo tempore institui seruus non poterit.

3 Secūdo sic argumētor, † cū seruus nullius iuris sit particeps, ideſt personā non habeat in qua ius cōsistat. l. vsusfructus. 26. D. de stip. ser. l. hereditas. 61. §. 1. D. de acq. rer. dom. (hereditas autē nomē iuris sit, vt constat,) vt heres institui possit ex persona domini quodāmodo personatur, & ab eo capacitatē habet. d. l. non
4 minus. in prin. † Sed posthumus alienus heres institui nō pōt. tex. in prin. vbi late dicemus inf. de bon. possess. ergo neq; eius seruus in stitui poterit, in nostro tex. versi. *quin etiam.*

5 His tamē difficultatibus nō obstantibus Iustin. defende, neq, argumenta obstant, quorū priori vt satisfacias, obserua dupliciter nostrū tex. ab interpretibus accipi. Alij existimant seruū alienū institui posse in tēpus, post mortē domini nunc viuentis, iuxta speciem. l. qui filio. 38. in prin. D. h. t. quā interpretationem post Theophilū. qui eam præsensit, sequitur Balduin. quibus nō obstat regula. d. l. hereditas quæ in die certo loquitur, vt & tex. in d. §. he-
6 res. † dies autē mortis incertus est. l. 1. §. dies autē. l. heres meus. 78. versic. *heres meus.* D. de cond. & dem. habetq; vim conditionis sub qua heredē vtiliter institui posse constat. d. §. heres. & ita Accurs. hic explicuit, gloss. 1. † Cæ
7 terum mihi lōge magis placet altera eiusdem Accurs. sententia, existimātis hūc tex. de seruo alieno post domini sui mortē iā sanè defuncti, herede instituto, intelligēdum esse, quem seruū hereditariū appellamus, quæ est aptior, & rationi à Iustin. adiectæ, ibi, *quia & cum hereditarijs seruis est testamenti factio.* magis accommodata, itē & exemplo quod hic in finalibus verbis Imperator subiecit: seruus igitur hereditarius institui heres rectè potest, ex nostro tex. & similibus. Nec obstat nōdum adita hereditate non existere aliquem dominum à cuius capacitate serui capacitas æstimerim. l. si mihi & Titio. 57. §. in eo. D. de legatis. 2. quia seruus hereditarius non refert personam heredis futuri, sed potius defuncti qui iam non est. dict. l. seruus hereditarius. 52. D. hoctit.
8 † Fuit enim id vtilitatis causa & vsu rerum ita exigente introductum, vt hereditas interim dum iacet referat & repræsentet quandam personam, & sane defuncti per quandam fictam & commentitiam repræsentationem, vt in princ. infrà, de stipul. seruor. l. hereditas. 34. & 61. D. de acquir. rer. dom. & in consequens per eam retineatur & conseruetur prima domini capacitas, quæ sententia tandem

post

post multa secula obtinuit, ex d.l. si mihi. §. regula. l. in eo. 33. vers. vlt. D. de acquir. rer. domin. vnde si cum defuncto domino iam fuit testamenti factio, & is heres instituí potuisset, ex eius ficta persona per hereditatem iacentem repræsentata, seruus personatur, capacitatem accipit, vtiliterque heres instituitur.

9 † Quia tamen hereditas iacens, quæ persona fictitia est, & inanimata, neque animum, neq; voluntatem habet, & sine animo & iussu domini seruus nequit adire hereditatem sibi alieno testamento relictam, vt paulò superiùs docuimus ad §. alienus. hoc tit. expectandus erit futurus hæres qui per additionem fiat dominus serui hereditarij instituti. d.l. cum heredes. 23. D. de acquirēda possessione, & posteà iubeat seruo hereditatem adire. ex d.l. hereditas. 61. D. de acquiren. rerum domin. quæ sic est accipienda. Quinimò (nisi fallor) adaptari in hoc casu potest quod de seruo in eadem causa manente, duos tamē dominos successiuè habente in §§. superioribus docuit Iustinian. dici enim potest seruum istum dominum habuisse defunctum, siue hereditatē quo tempore fuit institutus, heredem autem dominum habere
10 quando hereditas aditur, † ante additionem autem factam ab herede seruus hereditarius ei nihil acquirit. l. per hereditarium. 18. D. de acquir. rerum dom. l. seruus. 16. D. de stipul. seru. vbi scribitur ratio, quia interim dominus non
11 est heres, † seruus autem non domino inutiliter stipulatur, domino autem vtiliter. l. stipulatio ista. 38. §. alteri. D. de verb. oblig. §. si quis alij. §. alteri. inf. de inutilibus. vbi diximus, igitur futuri heredis, ideſt, domini iussum expectabit, cui est hereditas acquirenda.

12 Non obstat secundum argumentum, quod iuxta interpretationem posterioris, vel sic. nostri tex. versabitur, circa quem in primis animaduerto, quod etsi in vulgatis codicibus, *quin etiam*, legatur, in emendatioribus autem, *cum etiam*, legitur, quam lectionē retinent Baldui. Hotoma. Viglius, Mynsing. & alij nouiores, quarum lectionum aliquantulum diuersus est sensus, vt obseruat Costa in §. posthumus. nu. 7. & 8. inf. de legatis. Sed retenta lectione, *cum etiam*, sensus est; hereditarium instituí posse mirum non esse, cum extra cōtrouersiam sit posthumi quoque seruum heredem scribi posse, quod sanè difficilius videbatur, quia in primo casu est persona cum qua metiamur capacitatem serui, scilicet, repræsentata per hereditatem;
13 † at in secundo casu cum seruus posthumi sit, videtur non posse referri ad capacitatē personæ repræsentatæ, videlicet domini iam mortui, qui seruus desijt esse illius, & incepit esse posthumi, & in consequens illius qui neque nunc est, neque aliquando fuit: quo casu neque hereditatis est, quia hereditas non iacet iam facta posthumi, & reuera neque posthumi dici potest, quia non est, & ideò nullius es-
14 se probat I.C. in † d.l. eius seruum. 64. D. hoc tit. vnde textus noster desumptus est; quoniā qui in vtero est, neq; heres, neq; dominus est, sed tantum futurus speratur, vt latè inf. ad §. ita demum. vers. *posthumi*. de hered. quæ ab intest. defun. futuri autē heredis aut domini seruus hereditarius non est, neque eius refert personam. l. si seruus. 16. D. de stipulat. seru. Vnde vt hunc nodū dissoluant interpretes in varias ferūtur opiniones, sed frequētius obtinuit, quia iuxta cōmunes traditiones, alienus posthumus heres instituí non potest. tex. in d. princ. inf. de bonor. possess. tex. in d.l. eius seruum. 64. nō de alieno, sed de suo posthumo intelligendam esse, vbi I.C. Iabolenus, & hic Iustinianus promiscuè deducunt argumētum ab institutione hereditariꝝ serui ad institutionem serui posthumi, & è conuerso, quia veritate inspecta seruus posthumi impropriè dicitur secundū præsentem statū, sed propriè propter illam ipsam quæ est, si nascatur futurum eum heredem & dominum, natus autem censetur ipso momento immiscuisse se hereditati, coniuncto & continuato tempore mortis testatoris cum tempore natiuitatis ipsius posthumi. argumento. l. heres quandocumque. 54. D. de acquir. rerum dom. coniuncta. l. in suis. 11. D. de lib. & posthum. l. in suis. 14. D. de suis & leg. heredi. l. omnis hereditas. 138. l. omnia fere iura. 133. D. de regul. iuris. sicque accipiendam esse. d l. eius seruum. præceptores nostri existimabant nō mediocriter eam adiuuari, aientes ex traditis per Costam in d. §. posthumus. n. 7. de legat. omissa interpretatione Fortunij, nu. 16. Sarmienti, nu. 14. in l. Gallus. in princip. D. de lib. & posthum. Sed mea longè distat sententia siquidem
15 aio, non tātum suum, verum etiam alienū posthumum omni iure heredem instituí potuisse, quod non obscure probo in d. princip. inf. de bon. possess. contra receptas hactenus opiniones. † Sensus vero. d. l. eius seruus. illiusque
16 sententia lōgè alia est, vt deducitur ex illa æquiparatione institutionis serui hereditarij, & seruui posthumi, quam etiam hic Iustinian. fecit, vt quemadmodum hereditarius seruus instituitur considerata capacitate prædefuncti domini, quāuis futuri domini heredis instituti iussum expectare debeat, quia ei acquirit, vt ad primum argumentum sup. diximus. quo sanè casu futuri domini capacitas non consideratur, sic & seruus posthumi; esto enim (quod vtique non est concedendum) posthumum nō suum, heredem scribi non posse, id quoad eius seruū attinet nihil impedit, quoniam cum is antequam nascatur serui dominus non sit, sed expectetur, antiquus dominus considerandus est à quo seruus habet capacitatem, cuiusque prædefuncti personam refert, non domini futuri posthumi, atque huc pertinet contextura. §.

seruus autem. §. alienus. & huius nostri tex. in quibus similes casus referuntur: hæcq; est sententia. d. l. eius seruum. & d. l. seruus. §2. D. hoc tit. quam ante me scripsit nemo, quē viderim.

§. Seruus autem plurium. 6.

1 *Servus communis institutus, pro dominica portione acquirit eis, quorum iussu adit, & quare. num. 3.*
2 *Plures heredes si instituuntur indefinitè, pro æquis partibus succedant.*
3 *Portio repudiata in hereditate communi seruo relicta accrescit dominis quorum iussu adit seruus.*
4 *Legati portio repudiata hoc casu pertinet ad heredem.*
5 *Seruus communis qui vnius domini contemplatione instituitur, ei soli acquirit.*
6 *Seruus institui potest si sit illius cum quo testamenti factio sit.*
7 *L. si seruus eius. 81. D. de acquirenda hered. & num. 9.*
8 *L. si deportati. 7. D. de legatis. lib. 3. & nu. 16.*
9 *Instituti si sint illi cum quibus non est testamenti factio, institutio nulla, & testamentum nullum.*
10 *Incapaces instituí possunt, licèt ab eis hereditas auferatur.*
11 *Seruus incapacis institui potest.*
12 *Hereditas ante additionem non quæritur.*
13 *Inscriptio d. l. si seruus. animaduersa.*
14 *Lex Iulia & Papia, exornatur remissiuè, & eius capita.*
15 *Clerici filius incapax est, eius tamen seruus si instituatur capiet, si manumissus aut alienatus sit.*
16 *Connani interpretatio ad l. fin. deportati.*
17 *Reijcitur Connani sententia.*
18 *Alia interpretatio. d. l. si deportati. relata & reiecta.*
19 *Fideicommissa olim à fide & pudore heredis pē debant: in necessariam tamen præstationē postea abierunt.*
20 *Fideicommissa extra testamentum relinqui potuerunt, etiam ab intestato.*
21 *Deportatus ab intestato capere potest.*
22 *Deportatus capiebat legatum & fideicommissum, quamuis ab eo posteà auferretur constitutione D. Antonini.*
23 *L. seruo. 31. D. de fideicommiss. lib.*

1 SErvus plurium heres institutus pro dominica portione cuique eorum cuius iussu hereditatem adierit, acquirit. idem deduces ex l. fin. in princ. D. de vulgari. l. seruus communis. 67. D. de acquir. hered. l. si seruus. 50. D. de legat. 1. l fin. tit. 3. part. 6.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor, si plures instituantur heredes partibus indefinitis, eos ex æquis partibus heredes esse constat. tex. in §. si plures. vbi dicemus infrà eo. ergo idem admittendum erit plurium seruo herede instituto, cum is omnium dominorū persona referat.

3 Sed eo argumento non obstante dicendum est, cōmunem seruum heredem institutū omnibus quorum iussu adierit pro dominica non pro virili portione hereditatem quærere ex nostro tex. & similibus, & regula. l. communis seruus. 47. D. de acquir. rerum dom. l. si cōmunis. 37. D. de stip. seru. estque eorum omnium ratio in promptu, namque cum hereditas quodammodo ipsius serui effici videatur, ea autem, quæ seruus acquirit, dominis pro ratione dominij acquirantur, consequens est nō pro virili, siue æquis partibus, sed pro ratione dominij cuicunque dominorum acquiri, quorum omnium iussus est necessarius, vt omnibus acquiratur, ne alias aliquis eorum propter hereditatem inuitus obligetur, quod ferēdum non est, ex reg. l. qui in aliena. 6 l. more. 8. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. D. de acquir. hered. quod si aliquis dominorum repudiauerit portionem sibi contingentem, ea portio accrescet socio, soci, svè, cuius, quorumve iussu seruus adierit, ex d. l. seruus. 67. D. de acquir. hered. ne aliàs fiat vt pro parte testatus, & pro parte intestatus quis decedat, quod ius nostrū
4 non patitur. l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. §. hereditas. inf. eo. vbi latius. † quod cum in legatis euenire neque metui possit. quod seruo communi legatum est, si alter dominorū omiserit, eius portio non accrescit alteri, sed penes heredem remanet. l. & Proculo. 20. D. de leg. 2. & huc pertinet. l. si seruus plurium. §3. in princ. l. si fundum. 83. §. 1. D. de leg. 1.

5 Id autem quod in hoc tex. Iustin. ait, pro portione dominij fieri hereditatis acquisitionem, ita demum accipiendū est, si modo vnius tantummodo domini contēplatione non fuerit seruus institutus; quia eo casu, licet omnibus quæratur, illi tamen restituenda erit hereditas cuius contemplatione facta fuit institutio, argumēto l. aditio. 45. D. de acq. hered. vbi notauit Accurs. & diximus in §. alienus. sup. ad fi. atque sic intelligenda sunt quæ tradit idem Accurs. in l. fructuario. 47. D. de acquir. rerum domin. & magis in l. si Platius. 47. D. ad legem Falcid. in l. verum. 64. §. si seruo. D. pro socio, & l. penult. D. de stipul. seru. l. communis seruus. 45. vers. *nam bonæ fidei.* D. de acq. rer. dom.

In tex. ibi, Cum quibus testamenti factio est.

5 INsinuat his verbis Iustinianus, id esse omnino considerandum quoties de serui institutione agimus, vt illius sit, qui posset & ipse heres institui, quod iam diximus in princi. huius tit.

& pro-

& probauimus ex l. nō minus. 31. l. si alienum 49. §. 1. D. hoc tit. l. si mihi. & tibi. 12. §. regula D. de legatis. 1.

7 Sed offerūt se se nobis duo Iurisconsultorū respōsa, quibus omnino cōtrariū probatur. Alterū est Tertulliani in l. si seruus eius. 81. D. de acquiren. hered. vbi seruus eius qui capere non potest, vtiliter heres fuit institutus; neque satisfacies si dixeris fuisse posteà alienatum aut manumissum seruum ante hereditatis aditionem: quia certissimi iuris est testamenti factionem adesse oportere, quo tēpore testamentū fit, & heres quis instituitur, vt in §. 1. extraneis. inf. de hered. qualit. d. l. si alienum in §. 1. ibi, siue hi qui in potestate eorum sunt. l. 22. tit. 3. par. 6.

8 Sequens est Iulij Pauli in l. si deportati. 7. D. de legat. 3. cum enim constat deportatos, quia communionem ciuitatis Romanæ nō habent, heredes instituti non posse. l. 1. C. hoc tit. & serui personam à domino esse æstimandam, vt sæpè diximus, & hic scribit Imperator. mirum est docere illo loco. I. C. quod si deportati seruo fideicommissum sit relictum, & is à deportato fuerit alienatus, aut manumissus, vel nouo domino, vel sibi illud acquirere: hæc enim est sententia illius capitis.

9 Sed his non obstantibus argumentis, non aliàs seruum instituī posse quàm si testamenti facti tempore eius dominus posset similiter instituī, dicendum est; neque in contrariam partem mouere debet tex. in d. l. si seruus eius, quoniam & ad eius & ad nostri tex. exactam declarationem obseruandum est, regulam quā ex nostro tex. deducimus, accipiēdam esse de seruo illius, cum quo non est testamēti factio, ideſt, qui heres instituī non potest, quales sunt peregrini, deportati; & illi qui *Apolides* vocantur, in l. sunt quidam. 17. D. de pœnis. & in l. 1. §. hi qui. D. de legat. 3. qui si heredes instituantur, institutio pro non scripta est. l. 1. C. hoc tit. & ideò testamentum erit nullius momenti cum heredem non habeat. de quo latiùs sup. in princ. huius ti. igitur si seruus eius cum quo testamenti factio, non est instituatur inutilis erit institutio ex nostro tex. & §. legari. inf. de legatis. & ex d. §. in extraneis, quæ iura sicut & alia illis similia de testamenti factione accipiuntur, vt expectetur tribus illis temporibus in herede, siue in persona serui heredis instituti, habita relatione ad dominum.

10 † Alij vero sunt, quos *incapaces* appellamus, id est, qui capere non possunt: quamuis tamen capere nequeunt, heredes tamen instituī possunt, licet hereditas eis delata & per aditionē acquisita auferatur, aut ab heredibus ab intestato testatori succedentibus, aut tanquam ab indigno à fisco vt toto tit. D. & C. de his quibus vt indignis, & alia exempla statim subijciemus: huiusmodi igitur homines non prohibentur heredes instituī, quia cum tales sint ad

11 huc cum illis est testamenti factio. † Quare si seruus eius incapacis aut indigni heres instituatur valebit sanè institutio, & testamentum defendetur, sed hereditas quę per eum seruum domino fuerit quæsita auferetur ab eo per fiscum. †

12 Quia verò hereditas ante aditionem non quæritur heredi extraneo. l. cum heredes. 23. D. de acquirenda possessione. l. 1. §. 1. C. de caducis toll. §. an seruo. inf. de legatis. & diximus in §. seruus etiam. & in §. alienus. sup. hoc tit. consequens ita est demum domino quæri hereditatē, si seruus adierit, & inde si ante aditionem fuerit alienatus nouo domino quæreretur hereditas, aut sibi ipsi si fuerit manumissus, iuxta dictum §. seruus. & d. §. alienus. cum ibi notatis. quæ sanè est verissima interpretatio dictæ l. si seruus eius. quamuis eam Bart. & alij non fuerint assequuti. Contentio autem in eius specie de hereditate vendicanda non est inter dominum serui instituti & inter fiscum; sed potius inter fiscum & seruum iam manumissum, aut inter nouum dominū si fuerit alienatus: quòd si alienatio & manumissio fraude vacent, non fiscus sed potius nouus dominus, aut seruus manumissus hereditatē consequentur, & retinebunt, quæ est I. C. mens in dict. l. eius seruum, ibi, *si quid in fraudem legis factum non fuerit.* adiuncta. l. in fraudem. 45. vers. *idem iuris est.* D. de iure fisci. ficque eum tex. accepisse videtur Iaco. de Arena, quem retulit ibidem Castrensis, & hic sequitur Viglius n. fin. licet eorum nemo ita explicet. quamuis con-

13 trouertat Conna. lib. 10. cap. 5. n. 11. † Pro qua interpretatione animaduerti potest legē illam non Tertulliano, vt in vulgatis codicibus, sed potius Terentio Clementi lib. 16. ad legē Iuliam & Papiam esse referendam, vt in emendatioribus codicibus, & obseruarunt Anto. August. lib. singulari de nominibus proprijs Iurisconsultorum, cap. 1. colum. 139. Dionys. Gothifredus & Ludou. Charōdas ad eam

14 legem. † Planè illius legis Iuliæ & Papiæ meminerunt I. C. in l. lege Iulia. 23. in l. lege Iulia Papia. 44. D. de ritu nuptiarum. Vlpia. in institutionibus. tit. 16. §. *aliquando.* Vbi Cuiac. & tit. 22. §. *cum quo*, vers. *idem iuris est.* Couarru. in 4. 2. par. cap. 8. in princip. & singula capita retulit Brisson. lib. singulari de iure connubiorum. pag. 9. Anto. August. lib. singul. de legibus, & Sena. Consul. eo. verbo. qua lege inter alia cauebatur, vt qui Senatorij ordinis esset, si libertinam duxisset vxorem, aut qui cœlebs & orbus, ideſt, qui vxorem non duxisset, sed mallet esse in cœlibatu ex alieno testamento nihil capere posset cum effectu, quia auferebatur ab eo relictum & fisco applicabatur. De huiusmodi ergo personis accipiendam esse Terentij Clementis interpretationem simul & decisionem illius. l. si seruus eius, contendo,

quod

quod & olim iam eruditi obseruarunt, & acce pto id ferendū est Gilberto Regio lib. 2. enan ciophanon, cap. 17. Possetq; similiter iure Ciuili & aliud exemplum scribi ex l. 1. vers. *omnium.* C. de secundis nuptijs. l. 5. tit. 3. par. 6. & apud nos † ex l. 6. tit. 8. lib. 5. Recopilationis. vbi clericus filium heredem instituere nō potest, & si instituatur auferretur ab eo heredi tas tanquam ab indigno & incapace, quare si seruus eius esset à clerico institutus, & ante aditionem alienatus, aut manumissus, locus erit decisioni. d. l. si seruus eius.

16 Rursus non obstat tex. in l. si deportati. 7. D. de leg. 3. quoniam respondet Conna. l. 2. c. 3. nu. 9. & 10. in illius tex. specie deportationē domino contigisse iam facto testamento, in quo eius seruo fideicommissum relinquebatur, sed antequam testator decederet dominus ille qui deportationem passus erat, aut fuit restitutus, aut saltim seruum manumisit, quæ capitis minutio eo tempore non nocuit, quia traditum est media tempora non nocere in d. l. si alienum. §. 1. & in d. §. in extraneis. & in l. sed etsi. 6. §. solemus dicere. vbi notat Accurs. D. hoc tit.

17 Verum hæc interpretatio summa diuinatio est, de seruo enim deportati I. C. ibi sermonem instituit, & qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi ex vulgata regula. l. in delictis. 4. §. si extraneus. D. de noxalibus actionibus. in l. Titius. 26. D. de milit. testam. Item etiam quia si ante deportationē seruus ille fuisset illius qui nūc deportatur necessario confiscaretur, & fisci fieret. ex regula. l. 1. D. de bon. dam. l. deportatorū. 8. C. de pœnis. quod nominatim aduertit Accursius in d. l. si deportati, verb. *adipsum.*

18 Nec magis placet illorum interpretatio, qui existimant fideicommissum relinqui posse deportato,

19 † quia inspecta eius origine non tā à testamento, quàm à fide & pudore heredis pendet, ex princip. inf. de fideicom. hereditat. eorū autem quæ à testamento non proficiscū tur, sed potius à fide, & sic à iure gentium, cōmunionem habet deportatus ex d. l. sunt quidam. 17. D. de pœnis. Nam licet olim illud fuerit quod de origine fideicommissorum dicitur, hodie tamen, & etiam illo sæculo Iulij Pauli Consulti fideicommissa in necessariam præstationem abierant, ex d. princ. Potest que considerari rationem illam quæ in milite erga deportatum à I. C. ibi adijcitur, in vers. *Si miles.* vt miles possit fideicommissum deportato dare, & deportatus illud capere, necessario inferre hoc ideò esse, quia testamentum militis nō pertinet ad ius ciuile, vt in princ. sup. de militari testamento latè deduximus. ergo in contrarium est regula communis, siquidem ius singulare infert ius generale in contrariū. l. quod verò contra. 14. l. ius singulare. 16. D. de legibus.

20 Quare in re admodum dubia tentari posset ideo in d. l. si deportati. potuisse à princ. fideicommissum deportati seruo dari, nihil im pediente regula, nostri tex. & d. §. in extraneis. quia non omne fideicommissum testamēto da tur, cum possit relinqui etiam ab intestato, & extra testamentum. l. recusare. 6. §. meminisse. D. ad Trebell. §. præterea. inf. de fideicommiss. hered. & quamuis cum deportato & eius seruo non sit testamenti factio ex d. l. 1. C. hoc t. coniuncta regula. d. l. non minus. 31. D. eod.

25 † Non tamen inde necesse est sequi, fideicōmissum etiam neque ei posse relinqui extra testamentum: neque vnquam audiui, neque me legisse memini prohibitum ciuibus Romanis fuisse fideicommissum deportatis dari, quamuis certo sciam non posse deportatum fideicōmissum relinquere, quia testamentum facere non potest. l. 1. §. hi qui. vbi illa scribitur ratio D. de leg. 3. & ab Vlpia. in institutionibus. ti. 25. *fideicommissum relinquere*: illud enim quod dicitur in §. legari. inf. de leg. legari tantummodo illis posse cum quibus testamenti factio est ad legata potest restringi, quæ nō nisi testamēto relinquuntur. d. §. præterea, & ideò non mirum si legati datio reguletur à testamenti factione cui adhæret. Nec ad rem pertinet quod legatum relinqui possit codicillis, & ita sine testamento; quia traditum est eum posse facere codicillos cui ius testandi est, vt diximus sup. ad. §. testes. vers. *mulier*, sup. de testam. ordin.

22 Addo etiam, nullibi iuris probari me legisse legatum deportato relinqui non posse; nam quod dicitur in d. §. legari. affirmatiuè, non verò negatiuè accipi potest. nam Latinus Lunianus legatum capere non poterat, & tamen accipiebat fideicommissum ex Vlpia. vbi supra, vers. *Latini.* fideicommissum autem deportato relictum, vt non ipsi sed fisco quæratur cōstitutione Diui Antonini inductum esse, ex fide historiæ memoriæ prodidit Cuiacius in l. si ita. 121. §. in insulam. D. de verb. obligat. quamuis in milite contrarium obseruetur, qui deportatum fidei commissi facit capacem. d. l. si

23 deportati, vers. *si miles.* † Neque repugnat tex. in L. seruo. 31. in princ. D. de fideicommiss. libert. vbi seruo deportati inutiliter relinquitur libertas per fideicommissum, nulla alia ratione quam quia cum deportato non est testamenti factio. Nam licèt multi hæreant, in facili est rationem inuestigare; nam ibi præter quam quod durat deportatio, domini, fideicommissaria libertas non aliter relinqui potuit seruo alieno, quàm si eius domino legatum fuerit relictum. l. post legatum. 7. §. si pater. versic. *si seruum suum.* D. de his quibus, vt indig. l. generaliter. 24. in princ. & in §. si quis alienum seruum. cum sequen. & in l. cum verò. 26. §. si pro non scripto. D. de fideicommiss. libert. & inde cum deportatus illius legati propter

pter libertatē relicti capax non sit, nō mirum si fideicommissaria libertatis datio sit inutilis.

§. Et vnum hominem. 7.

1 *Heredes quot voluerit potest quis instituere, & vnum & plures.*
2 *Vnius hominis vna hereditas.*
3 *Vni plures non sunt heredes.*
4 *Pluralitas vniuersitatem constituit.*
5 *Vniuersitas institui non potest, & nu. 7.*
6 *Vni plures sunt heredes, non tamen insolidum, sed diuisis partibus.*
7 *Ciuitas virum possit institui.*
8 *L. hereditas. 12. C. hoc tit.*
9 *Ciuitas non potest institui, & quare?*
10 *Contraria sententia pluribus autoritatibus comprobatur.*
11 *Concordia Duareni inter duas has sententias.*
12 *Reijcitur opinio Duareni.*
13 *Conciliatio vera.*
S. C. Apronianum.
14 *Verba nostri textus, vsque in infinitum, hyperbolicè scripta, & eorum interpretatio.*

1 ET vnum, & plures homines vsque in infinitum heredes institui posse docet Iustinianus hic.

Quæ sententia primo eam habere potest 2 dubitandi rationem, † quoniam vt non plures sunt vnius hominis hereditates. l. iurisperitos. 34. D. de excusat. tut. † ita neque plures 3 heredes esse poterunt. l. quod contra. 141. §. vni duo. D. de reg. iuris.

4 Secundo sic argumentor, † multorū pluralitas populum, ciuitatem, siue municipium constituit, deducēs ex l. plebs. 238. D. de verb. significat. & l. 1. & per totum. D. quod cuiusque vniuersitatis nomine. † Sed vniuersitas 5 institui heres non potest, teste Vlpia. in fragmen. tit. 22. versic. *nec municipia.* ergo neque plures homines ex quibus vniuersitas constat.

Tertiò sic argumentor. Si plures vsque in infinitum, vt ait Iustin. heredes institui possent, eorum omnium additionem vt testamentum confirmaretur, & heredes existerent requiri constat ex vulgati. At omnes adire impossibile est, ergo erit similiter & impossibilis omnium institutio.

6 Sed his difficultatibus quę non multum vrgent facile poteris satisfacere. Primæ respondeo, plures insolidum heredes institui, simulque integram hereditatem habere impossibile esse, quia cum heres defuncti personam referat Auth. de iureiurando à mor. præst. is autem à pluribus non possit integrè repræsentari, neque plures insolidū heredes institui poterunt. Præterea dominium quod erat penes testatorem in heredem transfertur, vt latè ad rubricā huius tit. diximus, at dominiū hoc penes duos pluresve insolidum residere non potest. l. si vt certo. 5. §. si duobus. D. commoda. tex. in ratione. in d. l. quod contra. §. vni duo. D. de regulis iur. consequens igitur est plures à testatore vocatos non insolidum, sed in tributum esse admittendos, ita vt vnusquisque pro qua parte succedit defunctum referat, quod latius inf. ad §. si plures dicemus.

7 Non obstat secundum quod illā nobis disputationis occasionem præstat, nunquid ciuitas aut municipium institui directo heres possit. 8 † Et sanè ante nouam constitutionem. l. here 9 ditatis. 12. C. hoc t. † ciuitates aut municipia institui non potuisse probari videtur ex Plin. lib. 5. epistolarum, epistola ad Caluisium. cuius authoritatem etsi miretur Baldui. in §. incertis. n. 5. inf. de leg. verisima tamen videtur ex Vlpian. in instit. tit. 22. versic. *nec municipia.* & potest ratione probari, nam cum hereditas nō nisi creatione, aut pro herede gestione acquiri posset ex eodem Vlpia. iam relato, & ciuitas nec cernere, nec pro herede gerere posset, cum incertum corpus sit neque heres poterit esse, vnde neq; ei legari posse constat propter huiusmodi incertitudinem ex reg. d. §. incertis.

10 Contrarium tamen quinimo ciuitatem heredem instituī posse videtur ex regula. §. legari inf. de legatis, coniunctis. l. si quis à filio. 32. §. si parti. l. si heres. 76. §. vicis. l. ciuitatibus. 125. D. de leg. 1. l. ciuibus. 2. iuncta communi interpretatione. D. de reb. dub. l. omnibus. 26. l. ita tamen. 27. in princip. D. ad Trebel. l. legatum ciuitati. 16. cum l. sequen. D. de vsufr. legato. l. municipibus. 96. D. de cond. & demonst. & loco Vlpiani in institu. tit. 24. versic. *ciuitatibus.* & magis ex l. recusare. 6. §. item si municipes ibi, *heredes instituti.* D. ad S. C. Trebell. quam opinionem securè hic admittūt Viglius, Mynsinger. Balduinus, & Cantiuncula, & exemplis multis comprobatur, siquidem eo institutionis iure opulentissimæ hæreditates populo Romano obuenere, vt contestantur proxime citati: & Aulus Gellius lib. 6. cap. 7. Luc. Florus lib. 2. ab vrbe condita. ad fi. Eutropius lib. 4. in bello Numantino.

11 Hanc quæstionem varijs modis dissoluunt authores. Duaren. in dict. l. si quis à filio. 32. §. si parti, ciuitati neque institutionis, neque legati titulo relinqui potuisse existimat, iuxta sententiam Plinij & Vlpiani; neque obstare, ait, quæ in contrarium afferuntur, quoniam pleraque de fideicommissis loquuntur, alia in quibus legati fit mentio, verbum legati quod generale est ad fideicommissum trahi potest, fideicommissum autem ciuitatibus relinqui poterat, quia subtilitates iuris non æque seruantur in fideicommissis, atque in legatis, ideò quibus legatum relinqui non poterat fideicōmissum vtiliter relinquebatur, vt constat ex

eodem

eodē Vlp. in fragm. tit. 25. vers. *Latini.* † Hęc tamen Duareni interpretatio conuincitur ex præcedente ex d.l. ciuibus. d. §. vicis. quæ non de fideicommisso sed de legato loquuntur, & magis ex Vlpia. d. tit. 24. vers. *ciuitatibus.*

13 Igitur dicendum est, ius istud, neque semper certum & qualecumque fuit, sensim immutatum fuisse, iure antiquo ciuitates neque instituti poterant, ex ratione Vlpiani. d. tit. 22. nec eis poterat legari, ex ratione. d. §. legari. verum postea S. C. Aproniano cautum fuit, vt heredes instituti à suis libertis possent, vt referunt Hotoma. & Anto. Augustl. lib. de Sena. consul. verb. *Apronianum.* & contestatur Vlpian. sic intelligendus in l. 1. D. de libertis municipum, alias, vniuersitatum. & vt fideicommissa etiam ab extraneo capere possent, siue vniuersalia; siue particularia. d. l. 1. d. l. omnibus. 26. D. ad Trebel. l. cum Senatus. 21. D. de reb. dub. Vlpian. d. vers. *ciuitatibus.* item & legata, ex eisdē locis, quod primus D. Nerua induxit, idem postea Imperator Antoninus cōfirmauit: tandem generaliter Principis rescripto id ad extraneorum hereditates fuit ampliatum d. l. hereditatis. 8. C. h. t. nec obstat d. l. recusare. §. itē si municipes, quoniā referenda est ad Apronianum & eius permissionem vt d. l. 1.

14 Non obstat tertium argumentum, quoniā ea verba nostri tex. *vsque in infinitum*, hyperbolicè sunt adiecta, non vt sonant, scilicet, vt significaret Iustinia. non esse limitatum, neq; præscriptum heredum instituendorum numerum, sed posse vnum quemque quot voluerit heredes scribere, quemadmodum & hereditatem diuidere in eas quas voluerit partes atque vncias. §. hereditas. inf. vbi mox dicemus. Sic etiam idem Iustinianus in §. ius autem gentium. sup. de iure naturali, dixit contractus esse innumerabiles, & I. C. in l. qui testituere. 68 vers. *si vero.* D. de rei vendic. scribit, posse quem in infinitum iurare, & tamen Accur. ibi animaduertit non esse id temere accipiendum. Sustineretur tamen stricto iure omnium hominum institutio, neque dici posset propter incertitudinem eam vitiari, quandoquidē certum est omnes homines esse institutos; quamuis aditio videatur impossibilis, & ideo periculum sit, ne huiusmodi institutio dementiam & infamiam arguat testatoris, iuxta l. pen. D. de cond. instit. quare dicendum est, tot scribi heredes posse, quot quis voluerit, modo tamē non vagetur vltima voluntas sub incerta dinumeratione.

§. *Hereditas.* 8.

1 *Diuidere hereditatem potest testator in tot vncias, quot voluerit.*
2 *Diuisio ordinaria & solennis in duodecim vncias.*
3 *L. si ita scriptum.* 13. *D. de lib. & posthum. remissiuè.*
4 *Hereditatis, siue Assis partes ab vncia vsq; ad assem: & earum nomina.*
5 *Duodecim in partes cur diuisio solemnis hæreditatis fiat.*
6 *Diuisio hereditatis in partes, omnino necessaria.*
7 *As, libra, & pondo idem significant.*
8 *Assis appellatione hereditas comprehenditur.*
9 *Assis appellatione aliquando integrum, & totum continetur.*
10 *Institutio in parte, siue re certa, nullo alio dato coheredē trahit ad se vniuersam hereditatem & nu.* 16.
11 *Institutus in re certa habetur loco legatarij, & num.* 23.
12 *Institutio heredis non ex coniecturis, sed ex directis, & expressis verbis inducitur.*
13 *Exheredatio in re certa, siue parte hereditatis nō trahitur ad totam hereditatem, & nu.* 30.
14 *Testatum, & intestatum quem esse non repugnat iuri naturali.*
15 *Testatus & intestatus quis fieri potest.*
L. circa. 24. *D. de inoffi. testam. & nu.* 35.
16 *Testati & intestati causa concurrere non potest in eiusdem hominis hereditate, & quare.*
17 *Testamentum actus indiuiduus est.*
18 *Testamentū non potest pro parte valere, pro parte non valere.*
19 *Testamenti præcipua pars heredis institutio.*
20 *Heres repræsentat personam defuncti. & n.* 31.
21 *Heredem repræsentare defunctum pro parte, & pro parte non repræsentare impossibile.*
L. ius nostrum 7. *D. de reg. iuris. & n.* 31.
22 *Institutio heredis sub impossibili conditione, vel mendo facta, valet mendo, siue conditione reiecta.*
L. 1. *§. si ex fundo. D. hoc tit.*
Ius accrescendi qua ratione inductum iuxta cōmunem.
23 *L. quoties.* 13. *C. de hered. instituendis.*
24 *Institutus in re certa dato coherede est legatarius, heres autem si alter coheres repudiet.*
25 *Coheredem non habere, & habere repudiantem idem est.*
26 *Institutus in re certa hoc casu habet ius accrescendi.*
27 *Institutus in re certa quando transmittat ius accrescendi.*
28 *L. hereditas ex die.* 34. *D. hoc tit.*
29 *Institutus in re certa est heres in omnibus bonis quando verbis directis institutus fuit.*
L. cogi. 16. *§. & generaliter. D. ad S. C. Trebell.*
30 *L. cum quidam* 19. *D. de liberis & posthu.*
31 *Fictio naturam imitatur.*
32 *Miles decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
33 *L. hereditate.* 19. *§. filius fam. D. de castrensi peculio.*
34 *Miles quare possit decedere testatus & intestatus*

35 *Testa-*

35 *Testatus & intestatus quamuis quis decedere non possit, ex post facto tamen effici potest.*

36 *Iure Regio potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, secundum Mutiençi.*

1 QVamquam testatori in tot quot voluerit partes hereditatem diuidere non prohibeatur. l. interdum. 13. §. pater fam. D. hoc t.

2 † Solemnis tamen & legitima diuisio in duodecim partes fit, secundum quam, nisi alia testatoris voluntas appareat, intelligi debet partium adiectio ab eodem testatore facta, text. hic. & in l. seruum 50. §. hereditas. D. eod. consonat. l. 16. tit. 3. par. 6.

3 † Et iuxta eam intelgi debet elegans illa Iuliani species, in l. si ita scriptū. 13. D. de lib. & posth. (quam in eleganti etiam casu considerat, in eius proposito omnino videndus, Tiraquell. de iure primogeniorum, quæst. 17. nu. 114. opinione.) similiter accipi debet text. in l. item quod Sabinus. 17. in princ. & in §. vnde. & in l. quæsitum. 18. & in l. quo loco. 20. §. 1. cum pluribus alijs. D. eodem, & in §. si plures vncię, inf. hoc. tit. singulas huius diuisionis, siue distributionis partes singulis nominibus significari docet hic Iustinianus ex Iurisconsulto in d. §. hereditas explicatque Theophilus omnino videndus. Accur. autem circa aliquas errore labitur, vt nouiores hic aduertunt. Quamuis autem à pristinis his vocabulis iam prope desuerimus, & raro videamus in nostris testamētis, assis, vel vnciarum mentionem fieri, sed semper partis vocabulo vtamur vna cum numerali nomine, vt tamen nihil antiquitatis penitus ignoretur; item etiam quia huius rei cognitio ad plurima tum legum exactam interpretationem cōfert, maxime tamen in cōputatione legis, siue quartæ Falcidiæ, & quartæ Trebellianicæ (si eis hodie est locus, quod inferius disputabimus) accipe quæ teneas in ea tractatione.

4 Hereditas cuiuscunque valoris sit, totum vnum veluti corpus, quod *Assis*, nomine continetur, in duodecim vt plerumque diuiditur partes, quas vncias dicimus, singulę autem vnciæ habent propria nomina ab vncia vsque ad assem. *Vncia*, minima pars: siue vna totius *Sextans*, duæ vnciæ, seu duæ partes totius: *Quadrans*, tres vnciæ, quæ faciunt quartam partem totius: *Triens*, quatuor vnciæ, quia ter quater faciunt duodecim: *Quincunx*, quinque vnciæ: *Semis*, id est semias, sex vnciæ. *Septunx*, septem vnciæ: *Bes*, octo vnciæ: *Dodrans*, nouem vnciæ: *Dextans*, decem vnciæ: *Deunx*, vndecim: *As*, duodecim. Vnde autem singulæ hæ partes nomen habeant explicuit Marcus Varro lib. quarto, de lingua Latina, non longè à fine. & qui plura de his vocabulis, deque eorum notis, in rebus pecuniarijs, pondere, numero, vel mensura, videre cupit, post nouiores hic, legat libellum Volusij Mctiani, de distributione Assis, is apud me est post Codicem Theodosianū Parisijs excusum apud Niuellios anno 1586. latius de his, scientissime etiam scripsit Guil. Budeus libro singulari de Asse & eius partibus, plura Alex. ab Alexan. lib. 1. dierum genialium, cap. 11. vbi nonnulla Tiraquellus, Petr. Loriotus lib. de iuris apicibus, tract. de heredib. instituendis, axiomate. 11. Anto. Augustinus lib. 2. emendationum. c. 8. Conna lib. 16. cap. 6. num. 10. Iacob. Cuiacius in d. l. interdum. 13. versic. *Solemnis*. Francisc. Duaren. lib. 2. disputat. anniuers. cap. 36. nouissime Petr. Gregor. 3. par. Syntagmatum lib. 42. cap. 34. de lege Falcidia. Didac. Couar. lib. sing. vet. numismatum. ca. 1. ex nu. 4. Mantica lib. 4. de coniecturis, tit. 9. ex num. 1. Vaconius lib. 5. declarat. cap. 72. num. 5. Ioan. Coras. lib. 2. miscel. cap. 8. num. 12.

5 † Quod si quæras cur magis in duodecim, quàm in quatuodecim, vel viginti, vel plures vncias siue partes diuidatur as, siue hereditas, fatebor libenter non apparere naturalem rationem ad sensum concludentem, sed tamen constare dictam hāc partitionem in duodecim vncias suis partibus, & ad faciliorē, & magis expeditā numerationē esse accōmodatā, esseq; vtilissimā, cōtinet enim, dimidiū, duplū, quartū, sextū & duodecimum. Quę nullus alius numerus vsque ad viginti quatuor continere videtur; hacque ratione motos fuisse iuris authores memoriæ prodidit Claudius Galenus, lib. de cuiusque animi peccatorum notitia, atque medela, cuius verba non citato loco Græcè retulit Duaren. d. ca. 36. quę latina fecit Hierony. Magius. lib. 1. miscel. cap. 25. quæ si cui non placeat aliam videat apud Cuiacium. dict. versic. *Solemnis*.

6 † Vt cumque tamen sit hæc diuisio, in partes etiam minimas fuit omnino necessaria propter institutiones, quæ ex aliquibus partibus solent fieri, vt in §. si plures, inf. eo. quod si minus testator distribuit, potestate iuris in hoc reuoluitur, vt in exemplo Iustiniani, vt puta si duos ex quadrantibus heredes scripserit, nam hereditas eius residua accedit, vt ex semissibus videantur scripti, atq; ita est accipiendū quod supernus diximus, licere hodie & olim etiam partium assis nominibus abuti, rem tamē semper ad assis rationem reuocatum iri, vt pluribus constat ex exemplis in legibus iam relatis, & alijs in Pandectis hoc tit.

7 † Planè As, libra, & pondo idem significant, vnde dipondium, siue dupondius, dicitur hereditas in duos asses distributa, quæ duplicatur, id est in viginti quatuor vncias distribuitur vtilitate suggerente propter testatoris volūtatem, iuxta tx. in d. §. si plures. & in d. l. itē. 17. §. 1. vers. vlt. cum l. seq. & multis alijs in locis. D. h. tit.

8 Denique circa primam hanc huius tex. partem illud, & si leue sit, meminisse iuuabit. Assis

appel-

appellatione in nostris libris hereditationem sæpissimè intelligi ex hoc tex. & l. C. in d. §. hereditas, & in d. l. item. 17. in princi. & in §. 1. vers. *sed si*, cum ll. sequenti. & in l. asse toto. 77. D. hoc tit. & alibi sæpè explicat Connan. vbi sup. † Aliquandoque Asis nomine integrum & totum significari, siue solidum, sic intelliges textum in l. 1. vers. *certè*. D. vt leg. nomine. l. sciendum. 13. §. 1. ibi. *aut ex asse, aut pro parte*. 6. D. qui satisd. cog. l. 1. in princip. vers. *fieri*. ibi. *& si non in asse*. D. de separationibus. & tradunt Brisonius & Berrucius, & alij, de verb. signific. lib. 1.

9

13

In vers. *Neque enim.*

Quia hereditas vniuersumque testatoris patrimonium asis appellatione continetur, vt paulò superiùs dicebamus; si testator vnũ tantummodo heredem insemisse, ideſt sex vncijs, siue dimidia hereditatis parte, scripserit, totus as siue hereditas in semisse est, & ad scriptã portionem iuris potestate reuoluuntur illæ partes, in quibus testator heredem non instituit insinuat, vt hic Iustinianus, *ne* videlicet aliàs *quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat.* Vnde desumitur generale quoddam iuris axioma, institutionem in re certa, siue certa hereditatis portione factam, nullo dato coherede intelligi factam in vniuerso & toto asse. Idem deducees ex decisione. l. cum quidam. 19. D. de liberis & posthumis. l. 1. §. si ex fundo. l. quoties. 9. §. si duo. l. si alterius. 10. l. interdum. 13. §. 1. versic. *Denique*. l. si quis ita scripserit. 23. l. ex facto. 35. versic. *Ita igitur*. l. si quis heres institutus fuerit. 74. D. hoc tit. l. coheredi. 41. §. fin. D. de vulg. idem probat Triphonius in l. hereditate. 19. §. filius famil. D. de castrensi peculio. l. si miles. 6. per argum. ab speciali. D. de testamen. milit. l. si quis priore. 29. D. ad S. C. Trebell. l. quoties. 13. C. hoc tit. consonat. l. 14. tit. 3. part. 6. explicant præter ordinarios hic, & dictis locis. Andr. Tiraquell. tract. *Le mort.* 2. part. quæstio. quarta. ex princip. Conna. lib. 10. cap. 6. Nicol. Bellonus lib. 4. supput. cap. 18. latè Gregor. in dicta l. 14. part. Antonius Gomez 1. tom. cap. 10. ex num. 8. Paz in l. 3. Tau. num. 856. Costa in cap. si pater. 1. par. verb. *In re certa*, nu. 13. & verb. *pupillaris*. nu. 2. Matienço in l. 1. glos. 10. n. 46. tit. 4. lib. 5. recop. Peral-ta in l. heredem meum. n. 59. D. de leg. 2. Sed pro dubitãdi ratione primò sic argumẽtor, si quis in re certa institutus sit huiusmodi institutio non trahit ad se alia bona. sed institutus habetur loco legatarij. l. quoties. 13. C. hoc tit. ergo.

10

31

Secundo sic argumentor. Institutio heredis ex verbis directis & expressis non ex cõiectura testatoris mente inducitur. l. hac consultissima. 21. l. iubemus. 29. l. quoniam indignũ. 15. C. de testam. l. heredes palam. 21. D. eo. l. cum proponebatur. 66. D. de leg. lib. 2. Sed in hoc casu in portione vacante nulla sunt testatoris verba institutionem denotantia: ergo in ea inducì institutio non poterit.

12

Tertiò sic argumentor, si filius ex certa hereditatis parte exheres scribatur, veluti ex triente, aut quadrante, vel ex certo fundo, huiusmodi exheredatio nulla est. l. cum quidam. 19. D. de lib. & posth. ergo neq; institutio valebit, cum nulla differentiæ ratio reddi possit.

13

Quartò contra nostrum tex. ibi. *Neq; enim idem ex parte testatus, & ex parte intestatus decedere potest.* Sic argumentor, testandi actus à iure naturali descendit, vt probauimus ex alijs ad rubricam, sup. de testam. ordin. Sed eo iure non repugnat, quem pro parte testatũ, & pro parte intestatum esse, vt constat in milite, ex nostro tex. versi. *nisi forte miles sit*. l. miles. 6. l. si duobus. l. miles ita. 41. D. de milit. testamento, qui iure naturali testatur, vt diximus in princ. sup. de militari testamento, ergo, &c.

14

Quinto obijci potest difficilis tex. in l. circa. 24. ad fi. ibi. *Pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse videbitur.* D. de inofficioso testamento, ex cuius specie constat fieri recte iure nostro ciuili posse, vt quis pro parte testatus, pro parte intestatus decedat.

15

His tamen argumẽtis non obstantibus vtrũque quod ex hoc tex. deducitur axioma, defendendum est, & institutũ in re certa, vel quota hereditatis, nullo dato coherede, in toto esse vniuersalẽ heredẽ esse: & in iure nostro cõcurrere causam testati, & intestati non posse; prioris posterius rationem præstat, quæ sic explicanda sunt, † quod cum testamentũ actus sit indiuiduus. l. hac consultissima. 21. C. de testam. & latè diximus, in §. sed cum paulatim, sup. de testam. ordin † eius continentia diuidi non potest, ita vt pro parte valeat, pro parte non valeat, vt notabiliter scripsit Cinus in l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. Bar. & Bal. quos refert Decius. n. 1. in d. l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. † cum verò præcipua testamenti pars, & à quo omnis eius pẽdet potestas, sit institutio heredis. vt latè in rubr. huius tituli probauimus, † ea autem ideò sit inducta, vt per personam heredis qui defunctum refert, is quodammodo viuere intelligatur, authent. de iure iurand. à mor. præst. in princip. collatione 4. regul. l. heredem. D. de verbo. significat. l. cum à matre. C. de rei vendic. † Impossibile est vt vnius & eiusdem hominis cautela testati & intestati sit, earumque rerum naturaliter inter se pugna est testatus & intestatus, & pro parte in persona heredis repræsentari, & pro alia parte nullã ipsius repræsentationẽ esse. Vnde elegãter cõstituit Iustin. *hic*, & Vlpi. in d. l. 1. §. si ex fundo. D. de hered. instit. quod si aliquis vel in hereditatis quota, vel in re cer-

16

17

18

19

20

21

recerta, aut quantitate heres sit institutus neque in vacante portione coheredem habeat, integram hereditatem capiat, vniuersalisque iuris possessor fiat, ne alias testator in re illa certa testatus decedat, in cæteris autem bonis intestatus, legitimis cum scripto herede concurrentibus. Est ergo iure ciuili naturaliter impossibile quem & testatum, & intestatum decedere, & in certis bonis heredē habere, in
22 alijs non habere, † Vnde quemadmodum institutio sub impossibili conditione, vel alio mē
28 do facta, non vitiatur, sed vitio sublato pura & perfecta manet. l. 1. D. de condit. institut. l. hereditas. 34. D. h. t. §. impossibilis, inf. vbi dicemus, sic & facta incerta re, aut parte hereditatis, detracta rei, siue partis mentione sustinetur, in hoc tex. & d. §. si ex fundo. qui eleganter hanc considerationem probat, in illis verbis. *Detracta fundi mentione*, & ad hæc reducenda sunt quæ scripserunt omnes hic, & in locis
29 sup. in princ. relatis. Cuman. n. 5 in d. l. 1. D. de cond. institut. Decius, Pet. Faber, & Reuardus in d. l. ius nostrum. Duare. in paraphrasi huius tit. c. quomodo heredes, &c. col. 4. & lib. 1. de iure accresc. c. 2. Costa in c. si pater ver. *In re certa*, & ver. *pupillares*. n. 2. de testam. lib. 6. & quæ de ratione iuris accrescendi tradit Villalonga in repetit. l. re coniuncti in princ. quæst. 3. D. de leg. lib. 3.

23 Ex quibus colligitur interpretatio ad tex. in dict. l. quoties. 13. C. h. t. quoniam omissis varijs interpretationibus dicendum est, regulam nostri tex. procedere quando nullo dato coherede in certa hereditatis portione quis instituitur, quo casu illa institutio ex sup. d. ratione in vniuersa hereditate facta censetur,
24 vbi, † autem institutus in re certa coheredem habet vniuersalem meritò loco legatarij censetur cum defuncti repræsentatio consistat in persona ipsius heredis vniuersalis, non autem in persona instituti in re certa, facit tex. in d. l. cum à matre. C. de rei vind. vnde cum in d. l. quoties. in re certa instituti coheredes vniuersales habuerint iure optimo loco legatarij ha-
25 bentur, † quod vtique ita demum verum est si vniuersalis heres adeat hereditatem, secus verò si eam repudiet, quia tunc qui in re certa institutus fuit loco heredis erit, quia paria sunt non habere coheredem à princ. vel repudiantem habere, l. 2. §. sed & si sint sui. D. ad Tertull. l. vnica. §. penult. C. de caducis toll.
26 cum vulgatis. † Et ita defendenda est Bart. sententia, qui in d. l. quoties. n. 2. scripsit, in re certa institutum vniuersali coherede repudiāte admitti per ius accrescendi ad eius portionem, quam sequuntur Salicet. ibi. n. 9. & communē testatur Imola in d. §. si ex fundo. n. 10.
27 † Quinimo & hoc accrescendi ius ad suos heredes transmittere hoc in casu in re certa instituti scripsit idem Bart. in l. ex facto. *La grā de*, ver. *Ex prædictis infero*. D. h. t. dicit communem Iaso. in d. l. quoties. n. 7. Alex. consil. 58. lib. 3. Ripa in l. re coniuncti. n. 86. D. de legat. lib. 3. quod sanè ego sine scrupulo admitterē, nisi institutus in re certa decederet antequam rem reliquam agnosceret, quia tunc rem tantum ipsam transmittit tanquam legatarius. l. vnica. §. cum igitur. C. de caducis toll. ni tamē transmitteret ius accrescendi, quod sibi competit tanquam heredi.

Non obstat secundum arg. quoniam cum in casu nostri tex. quando quis in semisse vel quadrante heres instituitur, nullo coherede dato, tanquam vitiosa semissis vel quadrantis adiectio remoueatur ex supra dictis, & reg. l. hereditas. 34. ibi. *Vitio temporis sublato pura manet institutio*. D. h. t. perinde habetur acsi ab initio in integra hereditate directò quis fuisset institutus, & inde non ex coniecturata mente defuncti, sed ex verbis expressis illum admitti-
29 ad vniuersam hereditatem dicendum erit. † quod vt verius longè magis conuincas nostri tex. & similium decisionem, ita demum esse admittendam noto, si in re certa siue quota hereditatis per verba mere directa quis fuerit institutus, secus si per verba cōmunia vel obliqua, tunc enim minimè habebitur locovniuersalis heredis. tx. in l. cogi. §. & generaliter. D. ad Trebel. vbi I. C. docuit quod ad hoc vt heres ex Trebelliano adire & restituere compelli possit, debet esse institutus, vel in vniuersa hereditate, vel saltim in re certa per verba directa, quem tex. ad hoc notauit ibid. Bart. idē in l. centurio. n. 18. D. de vulgari. Imola in d. §. si ex fundo. fallentia. 5. Alex. & omnes in d. l. coheredi. 41. §. si.

30 Non obstat tertium argum. ex d. l. cum quidam. 19. D. de liberis & posthumis, quoniam cum fauore institutionis, conseruandarumque vltimarum voluntatum gratia leges ciuiles vitiosam adiectionem institutioni factam ademerint, & pro non scripta esse iudicauerint, in exheredatione, in qua fauor cessat, hāc obseruationem non admiserunt, quinimo factam in re certa, vel certa parte hereditatis vitiosam esse, & ita filium ex parte exheredatum non rectè exheredatum proponi, sed testamē tum esse nullum, quia exheredationes nō esse adiuuandas ex notissimis iuris principijs iam diu placuit, quam rationem ex Scæuola retulit Iul. Paul. in d. l. cum quidam pro qua est omnino videndus Costa, in. c. si pater. 1. p. ver b. *in re certa*. n. 5. & lib. 1. Select. c. 8. nu. 8. qui eleganter interpretatur versi. *Aliamq; causam esse institutionis quæ benignè acciperetur*, quorum verborum non leuis est difficultas. Rectè tamen eam dissoluit Costa, vbi sup.

Non obstat quartum arg. quoniam vt diximus sup. ad rationē decidēdicōstat naturaliter impossibile esse quem pro parte testatum, &

pro parte intestatũ decedere,non magis quam
31 pro parte viuere & pro parte mori,† cũ enim fictio naturã semper imitetur, id quod est im possibile per naturam impossibile est etiã per fictionem.l.Gallus.29.§.si eius.iuncta glossa, & communi opinione. l. filio quem pater 23. D.de liber.& posth.l.si pater.15. D.de adoption.§.minorẽ natu,sup.illo.tit. notat Bar.n. 22.in l.si is qui pro emptore.D. de vsucapionib.& inde cum testator per heredẽ qui in vniuersum illius ius succedit virtute fictionis repręsentetur,& quodammodo viuere intelligatur,vt sup.diximus : consequens est naturaliter etiam esse impossibile pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere. Et ita accipienda sunt Iurisconsulti verba in d.l.ius nostrum.7. D.de reg.iur.ibi. *Earumq; rerum naturaliter inter se pugna est testatus & intestatus.* Quamuis nonnulli verbum illud, *naturaliter.* referendum esse ad testamenti naturam existiment quasi iure naturali testamentorum,id sit impossibile non verò iure naturali communi.

Sed ego existimo harum rerum naturaliter, id est naturali iure inter se pugnã esse natura enim non sinit vt quę pugnãt inter se in eodẽ subiecto concurrant,nulla verò magis pugnãt inuicem quàm aientia & negantia,neq; magis fieri potest vt decedat homo testatus & intestatus quam simul admittere idem esse par & impar. Quæ interpretatio non male poterit suaderi ex eo,quod Seneca lib.6.de beneficijs. c.6.scripsit: *Alioquin iubes me eodem tẽpore amare & odisse,queri & gratias agere , quod natura non recipit?* quod eleganter considerauit Pet. Faber in d.l.ius nostrum.pag.3.

32 Neq; obstat iuxta nostrum tex. & similes, militem pro parte testatum,& pro parte intestatum decedere posse , quoniam id militibus inter alia priuilegij loco datum est:nostra au-
33 tem reg.sic ait.*ius nostrum non patitur*,† Vnde Trifonius scripsit paganum ab initio non posse pro parte testatum pro parte intestatum decedere non magis,quam sine obseruatione legum facere testamentum in l. hereditate. 19. §. filius fam. D. de castrensi pecul. benè itẽ in paganis:quoniam secus est in militibus qui cũ possint pro parte intestati,& pro altera testati decedere si quis ab his ex re certa vel ad tẽpus,vel ex tempore,vel ex conditione, vel in conditionem institutus fuerit. quo tempore aut qua in re miles heredem non scripserit legitimis abintestato locus est futurus.d.l.fimiles.l.in fraudem.15.§.miles. l. miles ita. 41. l. quærebatur.19.§.fi.D.de militari.

34 Huius autem priuilegij ratio illa potest cõmendari quod cum militibus propter nimiam imperitiam eorum omnes iuris ciuilis obseruationes remissæ sint,& cõcessum,vt eorũ voluntates quæ deliberato animo & considerata mente explicantur firmissimi testamenti vicem sortiantur.tex.in prin. & toto tit.sup.de milit.testam. perfecta autem eius voluntas in institutione certæ rei vel partis appareat, hæc erit omnino obseruanda, existimãdumq; in reliquis bonis sine scripto,siue nuncupato here de decederevoluisse,legitimis admissis,qui ex tacita eius mẽte & sententia vocati sunt. Planè cum illa institutio in re certa facta actus sit perfectus & consummatus , & qui expressam militis voluntatem ostendit , eo quòd in alijs bonis non testetur vitiari non debet,sed perin de obseruari acsi in omnibus bonis esset testatus:quemadmodum plura testamenta,siue simul siue separatim confecta si valere voluerit, valebunt , neque prius per posterius , vel (vt est apud Vlp.in d.l.quærebatur. 19. in princ. D.de militari.) superius per inferius rumpetur,& alia id genus efficere potest, quæ paganis nõ conceduntur,& accuratè obseruat Pet. Faber,iam relatus.

35 Non obstat quintum arg.ex d.l.circa,in fin. verbis , quoniam meminisse oportebit regulã huius tex.& d.l.ius nostrum verã esse à prin. non tamen ex post facto,quod eius verbis satis demonstratur:qualitas enim adiũcta verbo debet intelligi secũdum tẽpus verbi.l. Titius. 25.D.de milit.testam.l.in delictis.4.§.si extraneus.D.de noxal.actio.nemo igitur paganorũ potest. dum moritur partim testatus partim intestatus esse : cæterũ postquam iam aliquis decesit ex interuallo fieri potest vna solũ parte testamentum sustineri , & altera corruere vt in exemplo.d.l.circa.vt si filius exheredatus agens aduersus heredes de inofficioso testam. ab vno superatus alterum fortè superet vincatq; iudicio,tunc enim ab initio omnino testatus decesisse defunctus videtur adita quippè fuit hereditas, etiam si deinde emolumentum hereditatis auferatur , nec simile est, cũ ex parte vna ob præteritionem testamentum ab initio validum rumpitur : vt in specie. l.si ego.19.D.de iniusto rupto.l.si posthumus. 14.D. de liber. & posth.nam neq; adiri ex eo potest hereditas , & ipso iure nullum est : at priusquã querela detur,necesse est aditam esse hereditatẽ ex vulgatis,& cum sententia iudicis ad partem tantũ pertineat meritò nõ amplius quã in parte rescindere debet. Hanc limitationẽ expresse scripsit Tryphoninus in.d.l. hereditate.19.§.filius fa.D.de castrẽsi peculio.

36 Aliã deinde huius regulæ limitationẽ post alios notat Decius in d.l.ius nostrũ n.21.videlicet,si ita municipali lege cautum sit vt possit quis pro parte testatus & pro parte intestatus decedere.quæ à Minsing.hic refertur.n. fi. Vnde infertur quod cũ hodie attenta lege. 1.tit.4.lib. 5. recop. possit quis decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus,institutus in certa eam tantum modo rem consequetur,non vero vniuersam hereditatem quia cessat ra-

sat ratio, propter quā ad reliqua bona certæ rei institutio extenditur intelliguntur que eo casu ex tacita mente defuncti in reliquis bonis venientes ab intestato vocati. Quā sententiā nominatim resoluit Matienço in d. l. 1. glos. 10. n. 46. tit. 4. lib. 5. recop. quem videas.

§. Si plures. 9. §. Videamus. 10. §. Et si plures. 11.

1 *Heredes sine partium definitione instituti æquis partibus admittuntur. & num. 3.*
2 *Heredes plures collectiuè nomine instituti vnā tantum partem habent.*
4 *Heredes plures sine partium definitione instituti quæqualiter admittantur, æqualiter cōsentur grauati.*
5 *Plures collectiuè vocati vnius loco habentur. L. interdum. 13. D. hoc tit.*
6 *L. fin. C. de Impuberum & alijs.*
7 *Heres, post aliorum institutiones, indefinitè sine parte institutus, quod ex asse reliquum est, habet, & num. 9.*
8 *L. Quo loco. 20. §. 1. D. de hered. instituend. & n. 9. & 10.*
10 *Heres sine parte scriptus, accipit vacantē, si vacare sciat testator, sin vero, alterum assem.*
11 *Vacans hereditatis pars, heredibus institutis accrescit proportionibus suis.*
12 *Heredibus pluribus designatis partibus institutis quas ad non exhibet, pro rata portiones decrescunt.*
13 *Asse expleto si quis instituatur, alium assem habet & num. 16.*
Asse ex superato si quis instituitur accipit quod supererat vsque ad dupondium.
14 *L. item quod Sabinus. 17. §. Vnde. D. hoc titulo, & num. 17.*
15 *L. cū quæstio. 24. in prin. C. de legatis. & n. 20.*
18 *L. 1. §. si ex fundo. D. hoc tit.*
19 *L. Item quod Sabinus, 17. §. quod si quis dupondium D. hoc titulo, & eius lectio animadversa cum Hotomano.*

VNam & continentem tractationem habet is paragraphus, & duo statim sequētes de partibus videlicet institutionis, & quæ intelligātur factæ si nullæ sint expressæ, & ideo Baldus. & Vigl. hic & alij sub vno contex. eos legūt ex quibus tria tantum generalia præcepta erunt obseruanda.

1 Ecce primum ex prioribus huius tex. verbis. Heredes sine partiū definitione instituti æquis ex partibus instituti intelliguntur: idem deduces ex l. quoties 9. §. heredes. l. Titius. 11. l. Titius. 24. D. eo. consonat. l. 17. t. 3. p. 6. quod idem in legatis est admissum in l. legati. 19. §. fi. D. de legat. 1. l. cū quæstio. 23. §. fi. C. de legatis. §. si eadem res. inf. de legatis.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor, si plures instituantur heredes, partibus non assignatis, quorum alij vno collectiuo nomine fuerunt appellati, non diuiditur inter eos hæreditas æquis partibus, sed qui collectiuè nominantur vnam tantum portionem habent, veluti si testator dicat. *Titius hæres esto: Sempronius & Mœuius heredes sunto.* Probat expresse tex. in l. interdū. 13. in prin. ibi. *Qua detracta semissem fratres filij, semissem Primus haberet.* tex in l. liber homo. 59. §. Titius. D. h. t. tex. in l. triplici. 142. §. Videamus, vers. *vel ita* D. de ver. signif. quod idem in substitutionibus admisit Labeo. in l. si pater filio. 9. D. de vulgari. Iustinianus in l. fi. ver. *alia.* coniuncto ver. *in secunda autem.* C. de impuberum, & in legatis. probat Iul. Paulus in l. si quis Titio. 8. D. de vsufruct. accresc. ergo contra nostrum tex.

3 Hoc tamen arg. non obstante dicendum est, pluribus coniunctim heredibus institutis, nulla facta partium expressione intelligi institutionem factam ex æquis partibus, propter cō iunctionem enim omnes cēsentur vnius loco & vnam tantum habere personam ex l. planè.

4 34. in princ. D. de legat. 1. † Eademq; ratione ex æquis partibus grauati esse intelliguntur nisi nominatim cuique onus sit impositum. l. si heredes. 127. D. de legat. 1. & in obligatione, idem probat tex in l. reos. 11. §. 1. D. de duobus reis. & in sententia idem admittitur, in l. 1. vbi notat glos. ver. *viribus.* C. si plures vna sententia condemnati sunt.

5 Neque obstat arg. sup. proxime inductum, nam quando testator plures personas nomine collectiuo vocat vnius tantum modo omnes vicem habere vult, nisi aliud expresse declaret. quam rem eleganter explicat Vlp. in d. l. interdum. 13. D. h. t. his verbis. *Interdum hæc adiectio, æquè heredes sunto, testatoris voluntatem hanc exprimit: vt puta, Primus, & fratres mei filij æquè heredes sunto: nā hæc adiectio declarat omnes ex viribus partibus institutos, vt & Labeo scripsit: quia detracta, semissem fratres, filij semissē Primus haberet.* Igitur cū aliud non expresserit testator, vt in superiori specie, omnes qui coniunctim collectiuo nomine vocati sunt, quia vnā tantūmodo personam referunt vnā similiter tantummodo hereditatis partē auferunt.

6 Et simul admittuntur. † Quæ sententia vsque adeo vera est, quod & si instituti aut substituti simul vocati disparis sint gradus nihilominus tamen æqualiter, & simul admittantur ad successionem, non ordine gradus, vt in casu d. l. fi. C. de impuberum, vbi substitutis patre cum filijs & Sēpronio dimidia pars competit Sēpronio, alia dimidia patri & filijs simul. tex. optimus secūdū communem intellectū, in d. l. si quis Titio. 8. & in l. si mulieri. 9. D. de vsufru. accres. tex. in c. Raynutius. 16. extra de testamentis, quæ est communis sententia ex multis, quos refert Iaso. in l. Gallus.

§.quidam rectè ex n. 22. D. de liber. & posthu mis. sequitur Vvesembekius hic, & cum alijs. Iul. Clarus lib. 3. sentent. §. testamentum. quæst. 80. Couar. in d. c. Raynutius. §. 2. ex n. 1. & si contrarium asserat Bart. in d. §. quidam rectè.

In versic. *Partibus autem:* Cõiuncto §. *Videamus.* 10.

7 SEquens præceptum est, si duo plures vè instituantur in expressis & constitutis partibus, ita tamen vt totus as non sit exhaustus aut expletus, qui cum illis indefinitè instituantur quod ex asse reliquum est æquabiliter inter se partiẽtur: si vnus solus instituatur ad partem non distributam, siue vacantem admittendus erit. idem in d. l. item quod Sabinus 17. in l. asse toto, 77. in l. ex vncijs. 87. D. h. t. in l. fi. D. de bonorũ possess. secundum tab. consonat tex. in d. l. 17. ver. *Otrosi dezimos.* t. 3. p. 6.

8 Sed pro dubio ratione sic argumentor, pars quæ Titio iam defuncto (quem tamen viuere credebat testator) relinquitur pro non scripta habetur tex. in l. quo loco 20. §. 1. in fi. D. h. t. ibi. *Quia mortui pars pro non scripta habetur*, sed si iam mortuo quadrans, alij dodrans datus, sit, alius sine parte scribatur, is qui sine parte heres institutus est non illam portionem quæ mortuo data fuit, quæ pro non scripta habetur, & vacans dici potest, occupat, sed alterum assem habiturus est, ex d. l. quo loco. §. 1. ergo cõtra nostrum tex.

9 Sed adhuc dicendum est sine partibus institutos post definitas alijs portiones ad vacantes admittendos esse, dum tamen eam vacare sciat testator, secus si ignoret: nam ab eius opi
10 nione & voluntate pendet tota res. † Vnde si imprudens testator vni dodrantem & alteri, (sed iam mortuo) quadrantem reliquerit, tertium sine parte scripserit: quamquam re vera quadrans deficit assi (quia mortuo pars relicta pro non scripta habetur, quia tamen testator assem totum sese explicuisse credidit, hic tertius sine parte scriptus nõ fiet heres ex illo quadrante vacãte, sed omnino habebit alterum assem ex dupondio, hoc est, totius hereditatis semissem: quia creditur testator id voluisse, nã qui nullã putauit assi partẽ deesse nõ potest intelligi ex ea instituisse hunc tertium, quomodo accipiẽdus est tex. in d. l. quo loco. §. 1. vt volunt Accurs. hic, ver. *heres sit*, quo non relato idem probãt Baldui. n. 4. Minsing. n. 1. & noster tex. in ver. *Ea enim pars data intelligitur quæ vacat.* & tex. in §. videamus, ver. *& constat*, inf. & in d. l. asse toto. 77. D. eo. igitur qui à testatore sine parte scribuntur ad
11 vacantem admittẽtur. † Quod si testator tres instituat ex quadrãte siue ex quartis partibus de reliquo vero parte nihil disponat, illa portio quæ vacat singulis illis scriptis heredibus accrescit, habita ratione nõ personarũ, sed portionis, ex qua quisq; fuit institutus, ex d. §. videamus. l. interdum. 13. §. 1. D. h. t. cõsonat tex. in d. l. 17. t. 3. p. 6. & induci potest tex. in § & si ex disparibus, in f. de vulgari. in l. si pater. 9. D. eo. in l. si ita scriptũ. 8. D. de bon poss. secundum tab. in l. si ex pluribus. 9. D. de suis & legitimis, perindeque habetur ac si ex illis partibus, quæ eis accrescũt heredes scripti essent, nè aliàs in illis testator decederet intestatus cõtra paragraphum hereditas. Vbi latè diximus,
12 sup. eo. † quemadmodum & ex diuerso (quia contrariorum eadem est ratio & doctrina) si plures scripti in portionibus sint quas omnes as exhibere non possit, tacitè singulis decrescere constat, vt si (v. g.) quatuor ex tertijs partibus heredes scripti sint perinde habeatur ac si vnusquisque ex quarta parte hæres scriptus fuisset. & d. §. videamus. & d. l. interdum, & l. 18. tit. 3. p. 6.

In versic. *Si vero totus as,* Coniuncto §. *Et si plures.* 11.

13 VLtimum præceptum est: si toto asse certis heredibus nominatim attributo, indefinitè alij instituantur heredes, semissem prioribus adimũt: quod si ex superato asse, id est pluribus vncijs quã duodecim distributis, quisque indefinitè sit institutus, quod dupondio deest habebit: idemq; ius vsq; ad tripõdiũ siue tressim erit admittendum: neq; interest quo loco quis sine parte hæres scribatur an primò, secũdo vel nouissimo. Idẽ deduces. ex d. l. itẽ quod Sabinus. 17. §. 1. cum legibus sequentib. l. si ita scriptum. 47. §. quidam. l. asse toto. 77. l. ex vncijs. 87. D. h. t. d. l. fi. D. de bon. poss. secundum tab. & huc respicit tex. in l. si ita scriptũ. 13. D. de liber. & posthu. l. qui quadringẽta. 2. l. Marcellus. 3. in prin. D. ad Trebel. consonat. l. 17. quæ videnda est. item & l. 18. & l. 19. t. 3. p. 6.

14 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor, si asse expleto quis ita instituatur. *Titius ex reliqua parte heres esto*, in nullã partẽ neque assis, neq; dupondij, neque tressis admittitur, sed eius institutio habetur pro nõ scripta. d. l. item quod Sabinus. §. vnde. ver. *sed si asse*, ibi, *aliter atque*, &c. ergo cõtra tex. hic & d. §. & si plures.

Secundò sic argumentor, si dupondio expleto quis sine parte instituatur non veniet in alium assem, sed trientem habebit. vt Labeo. Aristo. & Paulus notarunt quos refert Vlp. in d. l. itẽ quod Sabinus. §. quod si quis dupondium. D. h. t. ergo contra tex. in d. §. & si plures, vers. *idemque erit.*

15 Tertiò sic argumentor, si asse expleto aliquis in certam partem aut certas vncias nominatim heres scribatur, non admittitur in alium assem, sed secundo datum primo adimitur, tex. difficilis. in l. cum quæstio. 24. in

princ.

prin. C. de legatis: ergo contra nostrum tex.

16 Sed his non obstantibus, dicēdum est quod si asse toto distributo vnciatim inter duos heredes, postea adijciantur duo alij instituti, aut vnus tantum, fiet dupondius, vel tressis, & ita primò instituti duodecim vncias habebunt, inter posteriores verò aliæ duodecim distribuētur, quæ tamen omnes partes iuris potestate ad assem postea reuocantur quamuis sint plurium vnciarum, diximus etenim sup. ex §. hereditas. & l. interdum. 13. §. 1. D. eo. hereditatis diuisionem, siue distributionē in patris familias testatoris arbitrio positam esse, vt in quot voluerit in tot eam diuidat partes, quia generale est testatoris voluntatem in testamētis, nisi legibus refragetur, esse obseruandam.

17 Vnde constat interpretatio prioris difficultatis, qui enim expleto asse ita scripsit. *Titius ex reliqua parte heres esto.* Manifestè ostendit ludicram & inanem institutionem facere, & ex nulla parte eum heredem scribere, quia igitur deficit voluntas testatoris institutio nulla est, deficit autem testatoris voluntas quando eius adest ignorantia, putans enim assem non esse completum, eam quā existimabat vacare portionem Titio dare volebat, igitur cum nulla vacet, quia expletus est as, videtur Titio data pars, quæ nulla est, & sic ex nulla parte heres institutus est. Quam interpretationem licet non ita explicet, scripsit Acc. hic ver. *in dimidiam*, quem cæteri sequuntur. Quod si non adijceret testator, *ex reliqua parte*, sed asse expleto Titium simpliciter, & indefinite heredem scriberet, constat institutionem valere, & Titium in alium semissem venire, qui eo casu solemnē in duodecim vncias hereditatis diuisionem excedere voluit testator, & dupondium facere. Vtrumq; casum ita resolut Vlp. in d. l. item quod Sabinus. §. vnde, vers. *sed si asse.* & consonat d. l. 19. *. 3. p. 6. † Sed hic illud videtur mouere, quod quemadmodum idem Vlp. in l. 1. §. si ex fundo. D. h. t. ita concepta institutione. *Titius ex fundo Corneliano heres esto,* quia nullo dato coherede, verba illa. *ex fundo Corneliano,* vitium inferunt, institutioni: detracta fundi mentione, eam sustinendam scribit, ita & in d. vers. *sed si asse,* illa verba, *ex reliqua parte.* detrahere debuit. Sed longè diuersa est ratio inter vtrumq; casum. In primo constat de expressa voluntate testantis, cui iniectum mendum iuris autoritate remouetur, ne alias pro parte decederet testatus, & pro parte intestatus, quod ius nostrum non patitur, vt latius deduximus in §. hereditas, sup. eo. In secundo vero casu, hæc non militant, & inde qui sine parte, illa conceptione, heres scribitur, perinde habetur ac si ex illis rebus, quæ in rerum natura non

19 sunt, heres esse scriberetur.

Non obstat secundum arg. ex d. §. quod si quis dupondiū, quoniam vt rectè docet Acc. in d. §. etsi plures; ver. *idemq; erit.* I. C. ibi, eandem quam Iustinianus hic doctrinam probat, scribens, quod si quis dupondium distribuit, & tertium sine parte instituit, hic non in aliū assem, sed in trientem veniet, id est, in tertiam hereditatis partem, constat enim has excrescentes vncias, in quas testator hereditatis suæ successionē distribuit, omnes ad verum assem reduci oportere, vt in fin. verbis. d. §. etsi plures. Imp. docet. & Consul. in d. l. interdum. §. 1. in princ. Nam vt non minor est hereditas, quæ ex vncijs sex constituitur, ea quæ duodecim vnciarum est, ita neque hereditatis augmentum est, si ad dupondium perueniatur: igitur cum iuris potestate omnes vnciæ, quæ duodecim excedunt, ad hæc reducantur, si quis dupondio expleto sine parte heres scribatur, testatorem in tres partes hereditatem distribuisse dicemus, quarum duæ priores, quæ dupondium siue bessem faciunt, primo scriptis debētur, posterior alia, quæ trientem facit, nouissimo heredi dabitur. Quæ Acc. interpretatio cō firmari non leuiter poterit admissa opinione Hotom. qui in §. videamus h. t. enuntiatione 3. prope fin. existimat in d. §. quod si quis dupondium. graue mendum inesse in voce, *trientem*, proqua *tressē*, vel, *tripondiū*, substituēdum esse obseruat. Sed cum omni in casu eadem res maneat & qui dupōdio expleto sine parte scribitur, tertiam habeat, an triens. tressis, vel tripondium dicatur quid attinet.

Nō obstat tertium arg. ex d. l. cum quæstio. C. de legatis, quoniam cum Acc. quem omnes sequuntur existimo, testatoris voluntatem in proposita specie attentè considerandam esse, si enim noluit solennem hereditatis diuisionē excedere, & post quam vni assem reliquit, alteri semissem, siue sex vncias scribat, constat posteriori heredi datum, primo ademptum esse, iuxta d. l. cum quæstio. & tx. in l. qui non militabat. 78. §. filijs. D. h. t. quod si asse expleto constet, testatorem dupondium facere, primo datum posteriori institutione, non erit ademptum, sed in tot partes voluisse testatorem hereditatem distribuere dicemus, quot efficiunt nominatæ vnciæ, & vtriq; pro rata decrescere, iuxta speciem d. l. interdum. §. 1. D. de hered. instituend. Hanc solutionē scribit Accur. in d. §. etsi plures, ver. *Idemq;* ad fin. sequitur Angelus n. 3. Minsynge. n. 3. nec discrepat interpretatio Balduini. n. 5. Repetit idem Acc. in d. l. interdum. §. 1. ver. *trientem*, & in d. l. cum quæstio, ver. *migrare*, & ibi late explicat Bald. n. 4. Ex quibus exempla deduces vtriusq; casus, & quomodo hæc testatoris voluntas coniecturari possit, plane intelliges.

§. Heres, & purè. 12

1 *Hereditas ex die incerto, purè, & sub conditione relinqui potest.*
Hereditas ex certo die, vel vsque ad certum, siue incertum diem dari non potest.
2 *Heredis institutio actus legitimus est.*
3 *Actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, & num. 16.*
4 *Institutio, cum heres erit annorum quatuordecim an valeat. & n. 18.*
5 *L. filius à patre. 28. D. de lib. & posthum. L. qui filio. 38. l. in tẽpus. 62. D. hoc tit. & n. 19.*
6 *Miles vsque ad certum tempus, vel ex certo tẽpore heredem facere p. t. S. & n. 22.*
7 *L. Quoties. 9. §. si seruus qui. D. hoc titulo, & num. 23.*
8 *Dies incertus institutioni adiectus tollitur.*
9 *Conditio retrotrahitur ad tempus actus.*
10 *Aditio hereditatis retrotrahitur ad tempus mortis testatoris.*
11 *Dies incertus pro conditione habetur, & n. 19.*
12 *Diei certi adiectio cur ab institutione remoueatur.*
13 *Tempus mensura actuum humanorum, non vero causa.*
L. obligationum ferè. 44. §. placet. D. de obligat. & actio.
14 *Tempus non inducit obligationem, neque perimit legatum, aut hereditatem.*
15 *Heres qui semel est non potest desinere esse heres*
16 *L. actus legitimi. 77. D. de reg. iur.*
17 *Aditio hereditatis neq; diem, neq; conditionem recipit, & quare.*
18 *L. si mater. 33. D. de vulgari & pup. remissiuè.*
19 *Conditionale legatum intercidit si legatarius pẽdente conditione decedat.*
20 *Mortis dies incertus est, & pro conditione habetur.*
21 *Hereditas ad incertum vsq; diem quare non relinquatur.*
L. ex facto 17. in prin. D. ad S. C. Trebel.
22 *L. in fraudem. 16. §. miles. D. de militari testamento.*
23 *Institutio heredis tacitè certum diem recepit.*
24 *L. Extraneum. 9. C. hoc tit. & eius lectio animaduersa.*

1 HEreditas, & pure, & sub conditione & ex incerto die relinqui potest, ex certo autem diẽ vel certũ vel incertum, vsq; diẽdari non potest. Idẽ deduces ex l. hereditas, 34. D. h. t. cõsonat l. 15. tit. 3. p. 6. vbi notabiliter explicat Greg. omnino vidẽdus, & quoad institutionis cõditiones attinet, extat tit. D. de conditionib. instit. & C. de institutionib. & subst. sub cõditione factis, & t. 4. p. 6. rationem huius tx. scripsit. Duare. li. 1. de iure accres. sub c. 2. non longè à fine. Cona. lib. 10. com. iur. ciuil. c. 6. ex n. 1. & plura de conditionib. tradiderunt Costa, lib. 1. & 2. Select. Barmien. lib. 2. Select. c. 1. cum seq. Mantica. lib. 10. de coniecturis. tit. 5. & infiniti, quos cõgerit Spino. de testam. glos. 14. principali. n. 3. Apud quem tamen maximè miror sub nu. 1. illius glos. in hac tractatione conditionem in debiti, furtiuã, sine causa, & similes id genus actiones personales referri, sed lapsus iste typographorum vitio irrepsit, non tanti viri, alias iuris vtriusq; peritissimi.

2 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum tex. sic argumentor, Heredis institutio actus legitimus est, est enim præcipua testamenti pars, vt sup. in rub. h. t. diximus, quod à iure ciuili vires accipit, vt resoluimus in rub. sup. de testam. & latius in prin. sup. quibus nõ
3 est permiss. si his coniungas regu. l. legitima. 6. D. de pactis. † Actus autem legitimi neque diem, neq; conditionem recipiunt. l. actus. 78. D. de reg. iur. c. actus. eo. tit. in 6. ergo heredis institutio, neq; sub conditione, neq; ex incerto die, fieri poterit: sed per temporis, vel con-
4 ditionis adiectionem vitiabitur.

Secundo sic argumentor, qui heres instituitur cũ erit annorũ quatuordecim ex certo tẽpore heres fit, vt constat. sed si mater ita testetur, vt filium suum impuberẽ, cũ erit annorũ quatuordecim, heredẽ instituat, valet testamẽ
5 tum, l. si mater 33. D. de vulgari: ergo.

Tertio obijci potest tx. in l. filius à patre 28. in prin. ver. *heredẽ autẽ*, D. de lib. & posthum. in l. qui filio. 38. in l. in tẽpus. 62. D. h. t. in quibus omnibus institutio facta ex tẽpore valet.
6

Quarto obstat tx. in fraudẽ. 16. §. miles in l. quærebatur. 20. §. fi. in l. miles ita. 42. in prin. D. de milita. testam. in l. certi iuris. 8. C. eo. & d. l. 15. in 2. p. tit. 3. p. 6. quæ omnes posse militem aliquem ad certum vsque tempus, vel ex
7 certo tempore heredem facere probant.

Quinto sic argumentor: Testatoris seruus, cui ex certa die libertas relicta est, hereditas autem purè, adueniente die, & libertatem, & hereditatem accipit, neq; certa illa dies libertati, & perinde institutioni adiecta vitiatur, aut tollitur. l. quoties. 9. §. si seruus qui. D. h. t. ergo ex certa die hereditas relinqui potest.
8 Sexto & vltimo etiam dies incertus institutioni adiectus tollitur, tx. in l. extraneum. 9. C. h. t. ergo inter certum, siue incertum tẽpus nullum est discrimen contra nostrum textum & d. l. hereditas.

Verum his argumentis non obstantibus defendendum est cum Imperatore hic, neq; ex certo tempore, neque ad certum tempus hereditatem relinqui, quamuis sub conditione possit. Plane cum Iustinianus duo aliẽtia axiomata in hoc tx. doceat, hereditatem posse sub conditione relinqui; item & ex incerto die, aliud autẽ negans valere certi tẽporis adiectio
9 nem, quæ cuiusque sit ratio vidẽdũ est. † Prio-

ris illa

ris illa constat, quod vbi semel extitit conditio retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, vt videatur ab initio puram fuisse institutionem ex reg. l. necessario. 8. §. 1. D. de periculo, & com. rei vend. l. potior. 11. D. qui potiores in pig. hab. Si vero defecerit, defunctus intestato decessisse intelligitur. quoniam ad idem tempus mortis, totius iuris sit reductio. l. quod dicitur. 38. D. de militari testam. §. sed
10 hactenus, ver. *quid ergo.* sup. illo t. † Quemadmodum & omnis hereditatis aditio retrotrahitur ad tempus mortis, & qui heres extitit, videtur ex eo tempore defuncto successisse. l. heres quandoq; 54. D. de acquir. hered. l. si ex re.
11 28. §. illud quæsitum. D. de stipul. seru. † Conditioni similis est & æquipollens, dies incertus. l. dies incertus. 75. D. de cond. & dem. itaque ex incerto tempore possum aliquem heredem instituere, quod vbi venerit qui scriptus est, hereditatem adibit, & videbitur à tempore mortis successisse defuncto, cuius voluntati parendum erit, & dies ab eo præstitutus expectandus, quando nihil certo præstituit. quod hereditatis acquisitionem scindat, vel impediat, eam trahi ad tempus mortis, quod adductis optimis exemplis hic explicat Acc.
12 Quare autem certi temporis adiectio ab institutione remoueatur in obscuro non est, quia alias, eo casu cum testator velit institutum ad tempus, vel ex tempore heredem statim esse, sed differri aditionem, quædam nascitur non ferenda repugnantia, cum interim ante tempus, vel postea exacto tempore, decedat pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, contra reg. l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. & §. hereditas, vbi late sup. eo. quæ repugnantia non minus consideratur ratione temporis, quam dispositionis bonorum, ex d. l. miles ita. 41. §. & quia diximus. vers. *his consequens est.* D. de militari test. potestq; non inepte accommodari, reg. l. obligationū fere. 44. §. placet. D. de oblig. & action. & §. at si ita.
13 inst. de verb. oblig † cuius illa potest reddi ratio, quæ ex Arist. desumitur. lib. 4. Physic. c. 10. cum seq. docente omnia quidem fieri in tēpore, nihil autem propter tempus, quia tēpus mensura est actuum humanorum, nō vero causa, quare cum inductio, & sublatio obligationis effectus sanè sunt alicuius: propterea causæ non possunt ad tēpus referri, tanquā ad causam, quia constat nullius rei posse esse causam. Quo arg. vtitur Bal. in. l. vnic. n. 13. C. quando
14 non pet. partes. † Eadem ergo ratione tēpus, neque inducit, neque adimit legatum, in d. §. placet, & multo minus hereditatem in nostro tx. & d. l. hereditas. Ideoq; cum institutus ex tempore, vel ad tempus statim sit heres, non
15 potest nonesse heres propter tēpus. † Itē etiā quia repugnat vt semel factus heres desinat esse heres, l. ait prætor. 7. §. sed quod. D. de minoribus. l. ei qui soluendo. 88. D. h. t. §. restituta. inf. de fideicom. hered. neq; potest opponi exceptio, quod dilata est dies præstituta aditioni, si ad certum tempus quis sit institutus, vel ex tempore propter illam repugnantiam sup. notatam, ne cum testamentum sit, & præsens institutio interim intestatus dicatur, qui testamentum, & heredem reliquit.
16 Neque obstant arg. in contrarium adducta, non primum, ex l. actus legitimi. 88. D. de reg. iur. quoniam respondēdum est, Papinianum in d. l. actus. non docere nullum actum legitimū tēporis, vel cōditionis adiectionem admittere; sed illud dumtaxat, actus legitimos, diem vel conditionē nō recipiētes, temporis vel cōditionis adiectione vitiari: quia illorum dilatio legitimi actus substantiæ repugnat, vt in exēplis, quæ ibi Papinianus refert, inter quæ heredis institutionis non meminit, quamuis hereditatis aditionem commemoret. Ergo quamuis heredis institutio actus legitimus sit, id enim dubitari non potest, quia eius substantiæ conditionis, vel diei incerti adiectio non repugnat, ex ratione à nobis sup. animaduersa, ideo & sub conditione & incerto die fieri
17 potest. † Quod si quæras, quare ergo hereditatis aditio, quæ institutioni est proxima, neq; diem, neq; conditionem recipit. d. l. actus, & passim? Respondebo, hoc ideo, quia per institutionem nulla testatoris repræsentatio inducitur, sed per aditionē hereditatis dumtaxat, per quam id ius quæritur, quod prius sola in spe sustinebatur: & quemadmodum lex non permittit dilationē aditionis hereditatis per cōditionem vel diem, scilicet, quod nemo aliū ad diem, vel sub conditione repræsentare potest; ita quoq; contra admittit dilationē in institutione, quæ suapte natura differt effectum suum ad tempus aditionis, vt non obscurè colligi potest ex his quæ nos sup. resoluimus, & Alc. lib. 3. parerg. iur. c. 8. Pecheio, in c. actus. 50. n. 5. de reg. iur. lib. 6.
18 Non obstat secundum arg. ex d. l. si mater. 33. D. de vulg. cuius tex. etsi maximam difficultatem non ignorem, dum Africanus ibi, matrem pupillaribus tabulis filio impuberi potuisse substituere, docet, contra tex. in prin. inf. de pupill. coniuncto §. fœminæ sup. de adoptionib. quia hæc sententia Iustin. hic non repugnat, vt propria cuicumq; loco quadret disputatio, eam inf. in princ. de pupillari discutiemus, interim si placet videre poteris Coras. in l. si testamento. num. 10. C. de impuberum. Ant. Gom. 1. tom. c. 3. numero. 31. Minchac. de succes. creat. §. 10. num. 414. & optimè omnium Costa. in cap. si pater. de testament. lib. 6. 1. p. verb. *habens.* & in l. Gallus. §. & quid si tantum. 1. p. num. 65. quod attinet ad huius loci enarrationem, paucis agendum est, & resoluendū eius reg. in d. l. si mater,

non vitiari, neq; hereditatem ibi ex certo tempore datam fuisse, quoniam ea institutio, *cum filius erit annorum quatuordecim.* conditionem potius, quam diem continet, quousq; filius decimum quartum adimpleat, & perinde habetur, ac si ita concepta fuisset. *Filius meus heres esto, si is decimum quartum annum adimpleuerit.* Quomodo illam temporis adiectionem in simili casu interpretantur Vlp. in l. si cui legetur. 51. §. hoc legatum. D. de legatis. l. 1. Iul. Paul. in l. non putabam. 47. D. de condit. & dem. Pomponius in l. si Titio. 22. in princ. D. quando dies leg. cedat.

19 Non obstat tertium arg. ex l. filius à patre. 28. D. de lib. & posth. cũ alijs sup. relatis quoniam vt ex hoc nostro tex. deducitur, & ad eum notat Accur, glossa vnica discrimen, constituendum est inter adiectionem certi diei, vel temporis, & adiectionem diei incerti, Certum tempus, vel dies institutioni subiungi nõ potest, ex nostro tex. & ratione à nobis sup. obseruata, dies vero incertus potest, quia pro conditione habetur. d.l. dies incertus. 75. D. de cond. & dem. & probat expresse Iustin. in l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione, ibi. *vel (sub incerto die)* C. de caducis tollend. vbi quemadmodum intercidit legatum, vel fideicommissum sub conditione relictum, si pẽdente conditione legatarius, vel fideicommissarius interciderit. d. §. sin autẽ. & latè deducit Mantica. lib. 11. de coniecturis. tit. 20. sic, etsi ante incerti diei aduentum. l. si cum heres. 4. D. quando dies legati cedat. l. heres meus in 2. responso. D. de cond. & dem. & latè idem Mãtica. d. tit. 20. n. 3. Igitur quemadmodum sub 24 conditione institutio fieri potest, sic & ex incerto die, eadem que ratione, vt in exemplis, d.l. filius à patre. D. de lib. & posthum. d.l. qui filio, & l. in tempus. D. h. t. quas sic interpretatur Accur. hic, Bart. in d. l. hereditas. num. 1. & probat. l. ab omnibus. 104. §. cum quidam. D. de legatis. 1. vnde fit, † quod cum 20 dies mortis incertus sit. l. 1. D. de condit. & dem. fieri rectè ita poterit institutio, *cum quis morietur*, vt in exemplis earũ legũ. Quod tamẽ rectè vbi sup. Bart. intelligit, de morte certi: ita vt dubium sit, viuente instituto herede contingat, nec ne; quod paulo inferius latius 21 dicemus ad d.l. extraneum. C. h. t. † illud modo notantes quod etsi incertũ tempus, ex quo quis incipiat heres esse, institutioni rectè adiciatur, non tamen vt ex eo desinat esse heres (saltim directo arg. l. ex facto. 17. in princ. D. ad Trebel. quam cum Bart. iam citat. sic accipio) nam & hoc iuris regulis repugnans est, cum alias ex illo die incerto, qui tamẽ iam præsens est, vt testator fieret intestatus, & qui semel extitit heres exueret nomen heredis, quorum neutrum iuris principia patiuntur. Verũ quamuis illo incerto die aduenient eius adiectio pro non scripta habenda sit, & pura maneat institutio, ex nostro reg. prius tamẽ quã venerit non est necesse angi, eo incommodo, quod fortasis euenturum non est.

Non obstat quartum ex d.l. in fraudem. 16. 22
§. miles. D. de militari test. cum similib. quoniam ea iura in militibus loquuntur, quivt possunt de vna tantum re testari, seruata in cæteris intestati lege, vt diximus in §. hereditas. sup. h. t. ita & in temporis spatio priuilegium habent, si quidem rectè hoc iure de re ad tempus admittitur argumentatio, vt in d. l. miles ita. §. & quia diximus notat Bart. quem latè exornat Euerardus in Topicis legalibus. c. 86 de re ad tempus.

Non obstat quintum ex d. l. quoties. 9. §. si 23
seruus. D. h. t. quoniam etsi verum sit ex nostra reg. heredis institutionem expresse diem certum non admittere, tacitè tamen eum admittere, quare cum proprius seruus sine libertate heres esse non possit, vt latè in §. 1. sup. h. t. ei autem ex certo die libertas possit relinqui, l. libertas. 31. coniuncta l. ideoq; 34. D. de manumiss. testam. consequens est, vt si ex die liber esse iussus sit, purè autem heres sit institutus ante diei aduentum heres nõ fiat, quia alias & seruus esset eiusdẽ testatoris, & heres, quod nostro iure maximam continet repugnãtiam: dies igitur libertatis morabitur hereditatem in hoc casu, eo veniente & libertatem & hereditatem accipiet. Neque nouum est, aut, insolens, vt actus qui diem expresse non recipit, tacitè illum recipiat, ex d.l. actus legitimi. D. de reg. iuris.

Non obstat sextum & vltimum, ex d. l. ex- 24
traneum: quia variè illum tex. ab interpretibus legi animaduerto, ex Acc. ibidem, & Bald. ex num. 1. qui tres lecturas retulit, vt ex Vig. hic. num. 4. quarum illa mihi verior est, quam vulgati Codices habent hæc in verba: *Extraneum etiam, cum quis moreretur, heredem scribi sibi placuit*, ex quibus cõstat nõ testatori, aut heredi, sed cuidam tertio tempus mortis adiectũ fuisse, vt, *Instituo Titium cum Sempronius moriatur*, quo casu dies incertus, conditionem facit ex sup. obseruatis, & inde non remouetur. Quod si tu subtiliter obijcias iuxta hanc interpretationem indubitabilem decisionem scribi, in d.l. extraneum. Respondebo, ideo cum mysterio de extraneo herede Imperatorem fuisse loquutum, quia ea institutio tanquam conditionalis in suo non admitteretur ex reg. l. suus quoq; 4. D. h. t. l. si pater. C. de institut.

§. *Impossibilis.* 13.

1 *Impossibilis conditio ab vltimis voluntatibus, & libertatibus reijcitur.*

2 *§. fin. Inst. de legatis, & num.* 16.

3 *L. cum*

3 *L.cum heres.4.§.non est statu liber.D. de statu liberis,& num.17.*

4 *L.seruo manumisso.§8.D. de condict.indeb.& num.22.*

5 *L.filius.15.D.de condit.institut.& nu.25.*

6 *L.si Titius.16.D.de condit.institut.*

7 *Impossibilis conditio variis modis dicitur,sed illa propriè impossibilis est,cui natura impedimento est,quo minus existat.*

8 *Conditio propriè illa est,quæ potest existere, & non existere.*

9 *Conditio impossibilis non est conditio, nisi quoad sonum verborum.*

10 *Impossibile est illud,cuius contrarium est necessarium.*

11 *Conditio impossibilis vtrùm vitiaret vltimas dispositiones.an vitiaretur? variè cõtrouersum.*

12 *Impossibilis conditio vitiat contractus, & quare.*

13 *Impossibilis conditio vitiatur in vltimis voluntatibus,& quare.*

14 *Conditiones turpes, & quæ contra honestatem sunt vitiantur in testamentis,& quare.*

15 *L.1.D.de condit. institutionum, & eius litera animaduersa.*

17 *Conditiones impossibiles de facto in vltimis voluntatibus vitiantur contra communem.*

18 *Conditio difficilis non reijcitur ab vltimis voluntatibus.*

19 *Conditio,*si heredi seruus mille dederit, *non est maximè difficilis.*

20 *Conditio,*si heredi seruus millies dederit, *difficillima.*

21 Millies,*idest decies centena millia.*

22 *Conditio impossibilis quam testator putabat possibilem non reijcitur ab vltimis voluntatibus, iuxta communem.*

23 *Communis improbata.*

24 *Manumissi originem suam repetentes, omnia quæ de domo manumissoris, habuerunt, amittunt.*

25 *Suus heres sub conditione potestatiua institui potest non sub alia.*

1 IMpossibilis cõditio in institutionibus & legatis,necnõ in fideicomissis, & libertatibus pro non scripta habetur.Idem in l. si Mœuia. 45.D.h.t.l.1.l.si quis ita institutus.6. l. mulier.20.D.de cond.inst.l.si mihi & tibi, 12.§. 1.l.ab omnibus.104.§.in testamento. D. de legat.lib.1.l.qui dotem.13.D.de dote præleg l. obtinuit.3.D.de cond.& dem. & in matrimonio idem probat tex.in c.fi. de condit. apposit.& consonat tex.in l.3.tit.4.par.6.

2 Sed primo pro dubitandi ratione sic argumentor:Legatum sub impossibili conditione relictum non valet,tex.in § fi.ad fin.ibi, *exceptis*,&c.inf.de legatis,ergo contra nostrum tx.

3 Secundo sic argumentor: si seruo libertas sub ea conditione relicta sit, *si heredi mille aureos dederit*.impossibile est eum id posse præstare,& tamen eo casu conditio non vitiatur, sed vitiat dispositionem, tex. in l. cum heres. 4.§.non est statu liber. D.de statu liberis, ergo contra Iustin.in hoc tex.

4 Tertio sic argumentor,si homo liber ex testamento illius qui eum bona fide possidebat liber esse iussus sit,etsi ex eo testamento liber fiat,aliquid accipere,impossibilis est conditio legato adiecta,quia cum ingenuus aliquis natus sit,non officit ei in seruitute fuisse, & postea manumissum esse,sæpissimè enim constitutum est natalibus non officere manumissionem,tex.in §.fi.sup.de ingenuis. Item quia nihil ciuitati Romanæ semel præstitæ vel addere, vel detrahere secundum manumissionem potuisse certissimum est,l.2. C. de vindicta libertate.Sed si quis seruo manumisso fideicommissum ita relinquat,si ad libertatem ex testamento peruenerit,fideicommissum non valet l.seruo manumisso.§8.D. de condictione indebiti:ergo impossibilis conditio non vitiatur in fideicommissis.

5 Quarto sic argumentor: id posse dicimur quod de iure & honestè possumus. l. nepos Proculo.125.D.de verb. sig. quæ vero contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est.l.filius.15.D.de condit. instit.sed si filius qui est in potestate sub ea conditione à patre institutus sit heres, quam Princeps aut senatus improbat,non conditio,sed potius testamentum vitiatur.d.l.filius,ergo conditio impossibilis institutionem vitiat contra nostrum tex.

6 Quinto sic argumentor.Cõditio quæ in se quidem possibilis erat,sed quia in se se recurrit & reuoluitur,ita vt iuris regulis repugnantibus existere non possit impossibilis est, ex reg.l.vbi repugnantia 149.D.de reg. iuris:sed huiusmodi conditio institutioni adiecta,vitiat institutionem,vt in exemplo, l. si Titius. 16. D.de condit.institutionum,ergo,&c.

7 His tamen argumentis non obstantibus noster tex.cuius literam sup.retulimus,defendendus est,iuxta cuius interpretationem de impossibili conditione plura præter antiquiores,Cuiac.Duare.Donel. in l. impossibilis. 7. D. de verb. oblig scripserunt Mantica, Gomez,Costa,Sarmiento,& alij relati in §. si impossibilis,inf.de inutilib.stipulat. Sanè quamuis variis modis conditio dicatur impossibilis,vt per Accurs. hic glossa. 1. quem latè explicant Areti.Io.Faber, Minsyng. & Oinotomus, & cuius impossibilium conditionum exempla optimè explicat Mercer.lib.1. opinionum.c. 15. ego diuersus ab eis, nouiores sequutus, existimo non esse ita multas earum differentias,& impossibilem conditionem hic interpretor,cui natura impedimento est, quo minus existat. Moueorque ex §. si impossi-

bilis,inf.de inutilibus.d.l. impossibilis. 7. D. de verb.oblig.l.seruum meum. 50.§.si.in non faciendo.D.h.t.in quibus perpetuo adijciuntur exempla illorum,quæ natura fieri non cõcedit,veluti,*si cœlum ascenderis*,aut,*digito tetigeris*, aut, *si mare ebiberis*. Et quamuis exempla non soleant regulam restringere,l.regula, 9.§. & licet municipium D.de iur.& fact. ignorantia,tamen negari non potest, quin explicent, & declarent idque propriè & simpliciter esse impossibile,quod natura fieri non potest,præ 12 ter dicta iura probare videtur tex.in l. si stipuler.25.D.de verb.oblig.Præterea etiam consi dero impossibilem conditionem, si non tam ad sonum verborum respicias, quam ad effectum referas,vix posse conditionis definitione comprehendi,quæ non obscure colligitur ex §.sub conditione, inf. de verb.oblig.vt fit quoties dispositio confertur in aliquem futurum euentum, & cuius natura est suspẽdere, & adesse,& non esse, alias non erit conditio, 13 vt colligitur ex §. conditiones, inf. de verb. oblig.l.cum ad præsens,36.D.si cert.pet. l. si pupillus.9.§.qui sub conditione.D. de nouationib.† Et inde qui promittit aut legat, sub
9 ea conditione quæ necessario est extitura, re ipsa,purè legat & promittit; licet sub quadam conditionis figura ex d.l. impossibilis, 7. D. de verb.obli.ex d.§.si in non faciendo: at illa conditio cui natura impedimento est ne eueniat,non potest nunquam existere, proindeque non dependet à futuro euentu, cum certum sit non euenturam,nam cum eius contraria sit necessaria in sensu negatiuo,consequens est in affirmatiuo esse impossibilem, quod Accur.rectè pręsensit,in d.l.impossibilis,sumpsit
10 que ex Philosophia:id enim est impossibile, cuius contrarium est necessario verum, teste Philosopho li.4.metaphysi.c. 12. veluti sedere & stare aliquem simul,impossibile est contra non sedere & stare aliquem simul,necessario verum est: propterea quemadmodum concepta stipulatio,& facta institutio sub cõditione necessaria, cum eius contraria sit impossibilis,pura est,& non conditionalis, ex d. l.impossibilis,& d.§.si in non faciendo,ad eundem modum dicendum est, sub impossibili cõditione conceptam, vel factam stipulationem non suspendi,sed puram esse, in hunc sane sensum,vt effectus non sit in pendenti,sed statim illusoria credatur,ex defectu voluntatis & cõsensus,sine quibus conuentio non obligat.l.1. §.adeo.D.de pact.l.2.D.de obligat.& act.

11 Quæ ratio si strictius consideretur,non minus in testatore,& in institutione,sub ea conditione,quam sciebat natura existere non posse,quam in contrahente sub eadem conditione,esset recipienda, vt voluntatis defectum, tam in hoc,quam in illo argueremus: ideoque non satis inter omnes conueniisse,plerisque cõtra putantibus argumentũ est verbũ,*obtinuit*, quod extat apud d. l. 3. D. de cond. & dem. quod post varias veterum altercationes præualuisse significat,sententiam existimãtium magis è republica esse eas impossibiles conditiones à testamento reijci,& pro non scriptis haberi.Quod etiam insinuat verb.*placet*, de quo in l.1.D.de cond.instit.vt aduertunt nonnulli,& considerat Donel. in d.l.impossibilis.Obtinuisse autem vt in testamento non dispositio sed conditio vitietur,† cum in conuentionibus contra esse constet,ex §.si impossibilis, inf. de inutilibus, ea ratione videtur, quod in conuentionibus, quæ ex duorum plurium ve mutuo iudicio proficiscuntur, non possit admitti ex errore magis,quam ex certo iudicio, fuisse adiectam conditionem, quam tam promittens, quàm stipulator non esse extituram certè sciebant:ideoque ludere magis & iocari, quàm obligationem contrahere cogitasse creduntur,ex d. l. non solum. † Contra vero in testamentis,quæ non ex mutuis conuentionibus,sed ex solius iam morituri verbis concipiuntur, ex errore potius scribentis, aut ex summa mentis perturbatione, quam ex certo iudicio adiectam, eiusmodi conditionem iuris authores interpretandam existimarunt, dissimulatione magis quodammodo conniuentibus oculis, quàm ex verbis coniecturam voluntatis capientes,nec verosimile voluerunt testatorem eo animo,& iudicio talem conditionem adiecisse, vt in re adeo graui:qualis est testamenti factio(qua nihil in actionibus humanis grauius esse profitetur Cicero Philipp. 2.)ludere voluisse,& iocari testatorem, ad intempestiuam garrulitatem,ne dicam insaniam prorumpentem,cum satius ibi esset, futurum tacere,quàm iocari.Cum etiam accedit, quod non sit credendum, sine testamento decedere voluisse,ex l.3.vers.*nec credendum*. D.de milit, testa.meliusque esse etiam repugnantibus verbis,& mente testatoris, coniecturam erroris capere in ea conditione adijcienda, quàm eam sequi interpretationem,secundum quam testamentum exitum habere non possit, contra reg.l.vel negare.D.quemadmod.testam. aperian.& defunctus sine herede, decederet, quo nihil calamitosius,& miserius hominibus accidere posse, veteres iudicabant vt deduces ex prin.& ibi notatis,inf.ad l.Falcid, atque denique non tam præcipua videtur cogitatio testatoris,qui à nullo interrogatus aut admonitus illam adiecit conditionem, vt dispositio esset illusoria,quam in conuentionibus propter mutuam & reciprocam contrahentium interrogationem & responsionem, vt facilè colliges ex d.l.non solum:atque hæc mihi videtur securior ratio ad adiuuandam, ab Accur. pluribus in locis scriptam,à nobis sequutam & exornatam in d.§.si impossibilis.

Tracta-

14 Tractari etiam & hic solet de conditionibus, quæ propter iuris prohibitionem, aut honestatem, implendæ non sunt, vt etiam tanquam impossibiles reijciantur, & institutionem non vitient, vt in l. si stipuler. 35. l. continuus. 137. § cum quis. D. de verb. obliga. l. cõditiones. 9 l. conditiones. 14. D. de cond. inst. l. 32. tit. 9. part. 6. propter rationem l. filius. 15. in fi. D. de cond. inst. Sed ego existimo hãc non pertinere ad præsentem tractatum de cõditione impossibili, de qua in hoc tex. Nam quamuis conditiones turpes, aut contra bonos mores reijciantur, non tamẽ ideo est quia sunt impossibiles de iure, aut de natura, sed quia conueniens non erat, aliquid turpe, aut contra bonos mores admitti, vt institutio defenderetur: & mihi videtur conditionem reijci, si turpis aut inhonesta sit, quia ea interpretatio sumitur, vt ex errore facta intelligatur, vt sic testamentum valeat & institutio non vitietur, vt paulò superius obseruauimus, & ne heres cogatur quicquam, quod turpe sit, aut
15 eius lædat æstimationẽ admittere. † Et hoc est quod I. C. (sublatenter tamen) insinuat in l. 1. D. de cond. institut. dum inquit. *sub impossibili conditione, vel alio mendo, &c.* sic enim legendũ est, vt in Pandectis Florentinis, & admonet Duare. omnino videndus in Paraphrasi illius tit. c. quæ conditiones. pag. 2. & consentit. Cuiac. in d. l. impossibilis. 7. D. de verb. mendum autem idem est quod vitium, quasi dicat I. C. sub impossibili conditione de natura, aut sub alia turpi, aut inhonesta conceptam institutionem non vitiari: quamuis in codicibus vulgatis non, *alio mendo*, sed *alio modo*, legatur, sicque docet I. C. & sanè aperte vnam & alteram conditionem reijciendam esse, sed non quia ambæ sunt impossibiles. Nec mouere debet tex. in d. l. filius. 15. vbi non conditio, sed institutio vitiatur, quia de eius interpretatione paulò fusius agemus, inf. ad quartum argumentum, quod cum alijs sup. adductis mihil obstat.

16 Non primum ex tex. in §. fi. versi. *exceptis* inf. de legatis, quoniam admissa interpretatione Viglij hic. nu. 3. Baldu. ibi. n. 9. animaduerto, quod in d. versi. *exceptis*. traditur impossibilia legata non valere, alium habere sensum, quam hactenus alij putarunt, etsi enim constet, omnes impossibiles conditiones, tam in heredum institutionibus, quam legatis reijci, vt maneat dispositio pura, ex reg. nostri tex. verum id accipiendum est, vbi ascribitur conditio, cui relinquitur. veluti, *si digito cœlum attigeris lego tibi centum, vel heres esto.* Cæterum vbi adijceretur ipsi à quo relinquitur, veluti, *nisi tu heres digito cœlum attigeris, Titio centum dato*, quamuis hodie post nouam Iustin. legem, quod pœnæ nomine relinquitur valeat. d. §. si olim. l. vnica C. de his quæ pœnæ nomine, hæc tamen dispositio non valet, qua enim fronte exigi potest pœna, eius non facti nomine, quod fieri non potuit. Legatum ergo illic fit inutile non propter impossibilem conditionem, sed quoniam punire voluit testator eum, qui non fecit id quod facere non potuit.

17 Non obstat secundum, ex d. l. cum heres 4. §. 1. D. de stat. lib. decuius vera interpretatione, etsi plura scripserint Greg. in l. fin. verb. *monte de oro*. tit. 4. par. 4, Costa. lib. 1. select. c. 8. & pro eius explicatione Acc. hic, quem frequentius cæteri sequuntur, impossibiles conditiones de facto constituat, easque non vitiari, sed vitiare vltimas volunt. tes, resoluat, quẽ proposito exemplo aurei mõtis probat. l. 4. vbi erudite notat Greg. tit. 4. par. 6. Ego contendo impossibiles conditiones de facto, si quę sunt, perinde tolli, & pro nõ scriptis haberi, vt illæ, quibus quominus existant natura impedimento est, veluti cumquis ita institutus est, si monumentum post mortem testatoris, in triduo proximo eius morti feciſſet, cum monumentum in triduo perfici nõ posset. l. si quis, ita. 6. D. de cond. inst. vel cũ is qui seruos quos Gadibus habebat Romæ morans triduo quo mortuus fuerat, heredem dare mihi damnauerat, temporis enim angustia, quasi impossibile id esse indicat. l. si mihi & tibi, 12. §. 1. D.
18 delegat. li. 1. † Aliud tamen difficili conditione adiecta obseruandum est, eo quod tunc expresse disponentis voluntas deficiat, vt in exemplo d. l. cũ heres. §. 1. vbi Iul. Paul. insinuat prope finem, & *ita Iulianus scribit, quia nec animus dandæ libertatis est.* Quia vero in vulgatis codicibus mendose legitur ille tex. *si heredi mille dediſſet*, quam lectionem tacitè probat Costa. d. ca. 8. in princ. *si heredi millies dediſſet*, legendum admoneo, iuxta Pandectarum Florentinarum fidem, & lectionem Antonij
19 Aug. lib. 2. emendat. cap. 6. in fin. † quæ vt magis constet, obserua, conditionem ita seruo impositam, *si heredi mille dederit.* non ita difficilẽ esse, vt pene impossibilis sit existimanda, cum hæc heredi facilè possent numerari, si peculium haberet seruus, quod sufficere posset; aut si patrem, cognatos ve habeat qui possent pro seruo conditionem implere argumento l. suus quoque. 4. §. puto. D. de hered. inst. glossa notabilis in l. fin. verbo.
20 *dederit*, D. de cond. institut. † Hæc autem (*si millies dederit*) longè difficiliorem, & vt inquit Iulius Paulus, ferè impossibilem esse, & quam constat à testatore seruo ad iectam ne vnquam seruus liber esset argumento l. fin. D. de manumiſ. test. † significatur enim eo verbo (*millies*) is numerus qui à nobis millõ vulgo dicitur, idest, decies centena milia nummorum, quod vel ditissimi liberi hominis patrimonium est, vt ille dixit.

Si dederint superi decies mihi millia centum.
Dicebas nondum Scæuola factus eques:
Qualiter ò viuam? quàm large? quàmque beate?
Riserunt faciles, & tribuere Dei.
In ius ò fallax, atque inficiator eamus.
Aut vine, aut decies Scæuola redde Deis.

Vel si Budei æstimationem probamus, vicies quinquies centena millia aureorum nummorum, quibus hodie vtimur, excedit.

22 Non obstat tertium argumentum ex. d. l. seruo manumisso. 58. D. de condict. indebiti quoniam ex multis quæ circa eius veram sententiam scripserunt Costa lib. 1. select. ca. 9. Sar. lib. 2. select. ca. 1. Gilb. Regius. li. enanciophanon c. 6. constat, Accurs. & frequentius cæteros doctores notasse, cõditionem impossibilem fideicommisso adscriptam, quam testator possibilem esse putabat, non reijci à dispositione, sed potius dispositionem vitiare: proindeque fidei commissum ibi quod præsens iudicandum erat, si testator sciuisset conditionem esse impossibilem, iudicatur esse nullum, quia conditio erat impossibilis, & testator eam possibilem putauit. † Verùm cum 23 obtinuerit conditiones impossibiles haberi pro nullis idque non ex testantium sententia fuerit receptum, sed magis benigna iuris interpretatione, vt latè sup. ad rationem decidendi diximus, testatoris existimatio consideranda non erit, quod nominatim insinuare videtur Iulianus in l. ab omnibus 104. §. in testamento. D. de leg. 1. vbi notauit, conditionem illam si tabulas heredi meo reddiderit, pro non scripta haberi, si tabulæ testamenti faciendi tempore non fuissent; nec æstimauit quod testator videbatur credidisse possibilem esse conditionem. Quo & alijs pluribus argumentis à communi discedunt Costa, & Sarm. iam relati.

24 † Quare pluribus alijs omissis ego veriorem semper putaui eam interpretationem quam vno solo verbo insinuauit Acc. in l. 1. verbo, *domo* in fi. C. de ingenuis manumissis. in. l. de bonis. 32. ver. *non ex re*. D. de liberali causa. & latè exornat Sarmien. d. ca. 1. ex. nu. 27. quippe in d. l. seruo manumisso. non ideo repetit legatum solutum tanquam indebitum quia defecit ex impossibili conditione, sed quia Senatus censuit, vt qui post manumissionem originem repetijssent, ea quæ de domo manumissoris haberent, ibi relinquerent, quod in legatis & fideicommissis à manumissore relictis etiã procedit. Tex. in l. 1. C. de ingenuis manumiss. l. fin. C. quib. ad libert. proclam. non licet. l. 3. D. si libertus ingen. esse dicat. l. 1. D. de iure aureorum annul. & magis in. d. l. de bonis. 32. D. de liberali causa. vnde in. d. l. seruo manumisso. legatum siue fidei commissum non repetitur, quia ex impossibili conditione defecit, legatario existente ingenuo, sed quia repetijt originem suam ex sup. dictis, quæ latius prosequitur Sarmiento omnino videndus.

25 Non obstat quartum ex d. l. filius. 15. D. de cond. inst. quæ mouere non debet, si quidem quod ibi I. C. docet, filium qui fuit in potestate sub conditione scriptum heredem quam Senatus, aut Princeps improbant, testamentum infirmare patris, referendum est ad iuris principium de quo in l. suus quoque. 4. D. de hered. inst. l. si pater. 3. C. de institut. vt, scilicet pater filium possit instituere sub conditione potestatiua. quod tamen Papin. in d. l. filius. intelligendum esse ait, de conditione potestatiua non quacunque, sed de illa tantum, quæ nõ est contra bonos mores.

Vltimò non obstat tex. in. d. l. si Titius. 16. D. de cond. inst. cui satisfacies ex his quæ latè ibi scribit Acc. ver. *inutilem*. quem omnes vbique sequuntur.

§. *Si plures conditiones* 14.

1 *Conditiones plures si coniunctim institutioni adiectæ sint, omnes expleri oportet: si disiunctim ex parte tantum.*
2 *Conditioni nouissimæ parendum est. & nu. 5.*
3 *Cõditionibus alternatiue adiectis, sufficit si vni pareatur.*
4 *Conditionibus alternatiuè, & negatiuè adiectis, omnibus parendum.*

1 SI plures conditiones institutioni adiectæ sunt; coniunctas quidem omnes expleri oportet, disiunctas quidem, ex parte tantum. conclusionem exemplis exornat Iustin. & probauerat I. C. in l. si heredi. 5. & potest induci. l. si plures, 17. D. de cond. inst. l. sub diuersis. 51. in. prin. D. de con. & de. l. siquis ita. 129 D. de verb. oblig. cum plurib. alijs, quibus cõsonat l. 24. tit. 11. p. 5. l. 13. tit. 4. p. 6. & de virtute copulæ plura notantes videdi sunt. Bart. & Iaso. ex n. 1 in l. 1. D. de iust. & iure. Felinus, qui regulam ampliat & limitat. in cap. 2. de rescriptis. Bern. Diaz. reg. 157. Ioan Gracian. nouissimè plures recens. reg. 109. ex nu. 1 omnes enim & ampliationes & limitationes vtriusque regulæ hic descriptæ prosequi superuacaneum otiosumque sane esset.

2 Cæterùm pro dubitandi ratione contra nostram tex. sic arg. si legatum sub pluribus, diuersisque conditionibus relictum sit, non omnibus, sed nouissimæ parendum erit l. quod traditum. 87. cum quatuor legibus sequent. D. de cond. & dem. ergo. &c.

Sed adhuc dicêdum est regulas sup. scriptas in hac nostra tractatione verissimas esse quamuis tamen in h. t. Vigl. Minsyn. & alij de multiplici conditionum differentia plura dicant. quia cuicunque sunt obuia & latè prosequuntur hi quos retulimus in §. heres sup. h. t. non subsistimus, duplicem tantum modo regulã ex

hoc

hoc.§. deducentes. Omnibus cõditionibus cõ iunctim adiectis, quia vnius loco habentur pa
3 rendum esse.† Altera est, disiunctim & alternatiue pluribus conditionibus adiectis, sufficere si vni pareatur; † quod tamen intellige nisi
4 negatiue adijciantur, nam tunc oportet vtrumque fiat d.l. siquis ita. 129. D. de verb. ob. l. si is qui ducenta §. vtrum D. de rebus dubijs. vbi late post Bar. Socinus, & reliqui.

Neque obstat arg. sup. adductum, omissa enim Barto. op. quam hic tacitè reprehendit Viglius nu. 4. & 5. discrimen inter legata, & institutiones, constituendum est, quòd non vocatur testator per posteriorem institutionẽ à superiore velle recedere, sed pleniorem eam efficere, l. si te solum 27. D. h. t. quod non est in legatis, quæ facilius adimuntur, quam hereditas. Vt dicemus in princ. inf. de adempt. legatorum.

§. ij quos nunquam. 15.

1 *Heres institui etiam testatori extraneus, & is qui non nouit, potest. & nu 6.*
2 *Hereditas plerunque propter affectionem relinquitur.*
3 *Testatoris consilium certum esse oportet.*
4 *Incerta persona cur institui non possit.*
5 *Ignorantis nullum certum consilium.*
7 *Nostri textus lectio, peregre natos, non peregrinantes.*

1 HEredem etiã eum quem nec videmus nec nouimus instituere possumus. l. extraneum. 11. C. h. t.

Sed pro dubitandi ratione, sic arg. eos fere
2 semper instituere solemus quorum † merita affectionẽ nostrã prouocarunt, arg. l. nec adie
3 cit. 9. D. pro socio. † præterea certũ consiliũ testatoris esse oportet, & certam institui perso-
4 nã, vt ait Vlp. in frag. t. 22. vbi ob eam † causam negat incertam institui personam posse, l. sciendum. 70. D. de verb. sig. l. quoties 9. §. he-
5 res. D. h. t. l. vnica C. de incertis person. † ignorantis autẽ certũ esse consilium non videtur l. 2. D. de iudicijs. l. si per errorẽ. 17. D. de iurisd. omn. iud. l. cum testam. verbo. *cum errauerit*. C. de iur. & fact. ign. adiuncta. l. 1. & l. qui test. 14. cum l. seq. D. de testam. l. qui graui. 10. D. de iure codicill. ergo ignota testatori persona institui non poterit heres.

6 Sed adhuc dicendum est, quod vbi testatoris voluntas in personam aliquam certam destinata est, neque incertum testatoris consilium neque incerta institui persona dici potest, vnde extraneus penitus ignotus institui potest ex nostro tex. & d. l. extraneum. l. quidam cum filium. 46. D. eo. dum tamen ciuis Romanus sit, habeatque iuris ciuilis Romanorum consortium, iuxta notata in prin. sup. h. t. est enim aliquando latens ac tacitus etiam erga ignotos instinctus, vel propter sanguinis copulam: vel propter eruditionis, aut virtutis celebritatem, quia sæpè virtus cognita, in ijs quos alioqui nunquam vidimus, mirabiles amores excitat sui. Non est igitur opus eum de facie nouisse, aut vllam cum eo habuisse consuetudinem, quem nos heredem facere volumus, ad quam interpretationẽ reducendus est noster tex ibi, † *peregrenatos, non peregrinantes*, legẽdum admonet Theophili autoritas, & probant post Acc. nouiores. Prorsus autem ignotos, quos nec vidimus, & de quibus nihil quicquam audiuimus, non possemus heredes instituere, quia nec eorum meminisse possemus, nedum nomina exprimere, vt elegãti Tullij adducto testimonio Philipp. 2. Baldui. ostendit.
7

Titulus. XV.

De vulgari substitutione.

IN RVBRICAM.

1 *Substitutionis definitio communis, exornata, & defensa nu. 28. & sequentibus.*
2 *Definitio debet conuerti cum definito.*
3 *Institutio secunda sæpè datur quæ non sit substitutio,*
L. quærebatur. 19. §. fin. D. de militari testamento. & nu. 31.
4 *Substitutio fit in fideicommissis & legatis, & plurimis alijs in rebus.*
5 *Substitutio datur quæ non sit secunda, sed tertia quarta, aut quinta vel vlterior institutio.*
6 *Substitutio pupillaris non potest dici secunda institutio, & quare. & nu. 46.*
7 *Substitutus exheredatis quoque filijs potest.*
8 *Substitutionis definitiones plures remissiue.*
9 *Substitutionis vera proponitur definitio.*
10 *Substitutio est actus conditionalis. & nu. 18.*
11 *Conditionalis actus non dicitur propriè talis.*
12 *Institutio & substitutio quidditatiuum. & n. 24*
L. 1. D. h. t. & nu. 23.
13 *Substitutio vere est, & proprie institutio. & nu meris sequentibus.*
L. Mulier. 20. §. fin. D. de condit. institut.
14 *Conditiones vere, non per æquipollens adimpleæ sunt.*
15 *Socini interpretatio ad d. §. fi. l. Mulier.*
Conditio de præterito non est proprie conditio.
16 *Conditio de præterito quamuis non suspendat, dilationem tamen habet, donec verificetur.*
17 *Captatoria cõditio improbatur S. C. & nu. 81.*
18 *Conditionalis actus in sua substantia perfectus est.*
19 *L. 1. D. de donationibus.*

20 Do-

20 *Donatio conditionalis non est donatio & quare*
21 *Legatarius conditionalis, legatarius quare vere non sit.*
22 *Creditor conditionalis, vere creditor.*
23 *Heredis verbum in definitione substitutionis quare adiectum.*
24 *Substitutio est alicuius post alium institutio, quasi sub institutione.*
25 *Substitutio quocunque gradu fit.*
26 *Præceptorum sententiæ sequendæ.*
27 *Substitutio dicitur secunda institutio respectu ordinis succedendi.*
28 *Substitutio aliquando ante institutionem scribitur.*
29 *Miles vnum heredem ad tempus, & alium ex illo tempore instituere potest, quod pagano non permittitur.*
30 *Legata relicta ab instituto, debentur à substituto.*
31 *L. miles ita. 42. D. de militari testamento.*
32 *Miles post aditam hereditatem directò substituit.*
33 *Cumani interpretatio ad. d. l. quærebatur. §. fin.*
L. licet Imperator. 73. D. de legatis. 1. & nu. 40.
34 *Institutus censetur magis dilectus.*
35 *Cumani interpretatio reijcitur.*
36 *Interpretatio communiter in his Scholis admissa.*
37 *Reprehenditur communis hæc interpretatio.*
38 *Vera interpretatio. d. l. quærebatur. §. fin.*
39 *Substitutio in genere significat quamcunque subrogationem.*
40 *Substitutio in specie significat subrogationem quæ in hæreditatibus fit.*
41 *Substitutio omnis post primam institutionem facta secunda institutio dici potest.*
42 *Nuptiæ omnes post primas, secundæ nuptiæ dicuntur.*
43 *Substitutio dicitur secunda institutio respectu effectus.*
44 *Pupillaris substitutio est secunda institutio & quare.*
45 *Miles testari pro filio suo potest, quamuis sibi non testetur.*
46 *L. Miles ita. 42. §. fin. D. de militari testamento.*
47 *L. si filius substituatur. 75. D. de heredib. instituendis.*
L. ex facto. 43. §. Lucius. D. h. t.
48 *Gradus à quo filius præteritus est nullus est.*
49 *Substitutus dici non potest ante quem alij deferri hereditas non potuit.*
50 *Filius subconditione casuali institui non potest.*
51 *L. quoniam in prioribus. 22. C. de inofficioso.*
Grauamen reijcitur à legitima filij, & conditio quælibet.
52 *Legitima relinqui debet filio tit. institutionis.*
53 *Legitima potest relinqui titulo substitutionis.*
54 *Legitima an hodie relinquenda titulo institutionis remissiue.*
55 *Substitutiones quo iure inuentæ sint.*
Substitutio directa non nisi testamento fieri potest.
56 *Iurisgentium quæ sint.*
57 *Substitutionem an princeps, vel Populus tollere possit.*
58 *Substitutiones in primogenijs tot sunt, quot vocationes.*
59 *Primogenij bona Regia facultate alienantur.*
60 *Substitutiones primogeniorum non possunt tolli nisi ex magna publica causa.*
61 *L. si testamentum. 10. C. de testamentis.*
62 *Substitutiones ne vltra certum aliquem gradū porrigantur, an statui possit?*
Auth. de alienatione fideicommissi. §. penultimo.
63 *Affectio vltra quartum gradum ferè nunquam extenditur.*
64 *Substitutiones qua ratione inuentæ.*
65 *Heres defuncti personam refert eiusque loco habetur.*
66 *Herede instituto, vel proximo legitimo nō adeunte hereditas efficiebatur caduca.*
67 *L. Potest. 36. D. h. t.*
§. Licet. Inst quib. ex caus. manum. non licet.
68 *Substitutiones quot sint.*
69 *Substitutiones vulgaris & Pupillaris principaliores, & ad quas reliquæ reducuntur.*
70 *Fideicōmissaria substitutio nō est propriè substi.*
71 *Vulgaris substitutio quæ, & eius formula.*
72 *Pupillaris quæ, & eius formula.*
73 *Exemplaris substitutio.*
74 *Reciproca substitutio, quæ & breuiloqua dicitur.*
75 *Compendiosa substitutio quæ, & eius formula,*
76 *Substitutiones iniquas & iniustas esse videri, & quare.*
77 *Substitutiones introduci è republica fuit.*
78 *L. illa institutio. 32. D. de heredib. instituendis.*
79 *Captatoria institutio quæ.*
80 *L. stipulatio hoc modo concepta. 61. D. de verborum.*
81 *L. fin. C. de pactis.*

QVONIAM omnis quę à ratione suscipitur de aliqua re institutio debet à definitione proficisci, vt intelligatur qd fit id de quodit putetur, ideò de substitutionibus dicturi, Acc. Bart. & alios interpretes in rubrica D. eo. sequuti definitionē premittam' oportet, quā & si variè doctores cōstituant, frequētius obtinuit quæ ab Acc. ibidē traditur. *vt substitutio sit secunda institutio.* quæ deduci videtur ex Caio. li. 2. Instit. tit. 2. Iul. Paulo. li. 3. sent. ti. 4. vers. *heredes.* & in l. ex facto. 43. §. Lucius. D. h. t. l. siquis cum testam. 25. D. de testam. l. Cicero. 39. D. de pœnis. l. precibus. 8. C. de impub. l. 1. ibi *instituti primo gradu, substituti secundo.* D. eod. l. Papin. 8. §. siquis impuberi. ibi. *secundas tabulas.* D. de inoffic. testam. l. neque

l. neque enim. 14. aliàs. l. idem est. 13. §. fin. ibi. *& à primo & â secundo hærede.* D. de militari. & expresse in. l. 1. ibi. *Substitutus en Latin tanto quiere dezir en Romance como otro heredero que es establecido del testador en el segundo grado.* tit. 5. p. 6 & pluribus alijs, tum I. C. tum bonorum authorum testimonijs, in quibus substituti secundi hæredes appellantur, quorũ præter alios meminit Conan. li. 10. c. 7. n. 1. Petr. Greg. 3. p. Syntag. li. 42. tit. 10. n. 2. & ad Horatium. li. 2. sermonum. Satyra. 5. notat Lambinus. Vnde superiorem definitionẽ cõmuniter omnes sequuti sunt. vt constat ex Ias. in Rubr. D. h. t. n. 5. Ripa. n. 2. Zasio Polyto. & alijs. in tract. de substitutionibus. in pri. Ant. Gom. 1. to. ca. 3. n. 1. Couar. in c. Raynutius. § 4. in pri. & pluribus alijs quos retulit Spino. de test. glo. 21. 21. n. 1. Sforcia. in tract. compend. substitut. in prælud. 1. p. quæst. 1.

2 Cæterũ communis hæc definitio in multis peccat. Primo quoniã iuxta vulgares reg. quas in definitionibus obseruandas post Dialecticos scripsit Bart in l. 1. §. dolũ. D. de dolo, constat, integram & perfectã diffinitionẽ cum definito conuerti oportere, ita vt vbi sit definitum, sit & definitio, & è conuerso; † Sed datur 3 secunda institutio quæ non sit subst. vt multis exẽplis patet. vt si dixerit testator. *(Titius hæres esto, Seius hæres esto*, quo casu licet Seius secundo loco vocetur, non erit substitutus, sed vterque tanquã re cõiuncti admittitur, partes nõ initio, sed cõcursu sibi facientes. l. coniunctim. 80. D. de leg. 3. l. triplici. 142. D. de ver. sig. ex reg. l. re coniuncti. 89. D. de leg. 3. cum similibus. & magis ex. l. quærebatur. 19. §. fin. D. de milit. testam. ex quo constat secundum hæredem à milite institutum substitutum non esse, quia aliàs teneretur legata ab instituto relicta præstare. l. l. licet Impe. 73. D. de legat. lib. 4 1. † Secundo contra eam vrget, quoniam certum est substitutionem & in alijs pluribus casibus fieri, veluti in legatis fideicõmissis, & donationibus causa mortis. l. vt hæredibus. 50. D. de leg. 2. l. ei cui. 10. D. de donat. causa mort. l. si legata. 6. C. de legatis. l. vnica. §. fin autem. C. de caducis tollend. l. quoties. 3. C. de donat. quæ sub modo quæ sanè subst. secunda institutio dici non poteit cum titulus legati particularis sit, & longè alius à titulo hæreditatis l. filium. 5. §. sed & si portio. D. de legat. præst. l. siquis pecuniam. 4. §. quanquam D. si quis omissa causa testam. Quinimo & Iureconsulti & legumlatores nostri substitutas arbores dixerunt, substituta pecora, substitutum iudicem, substitutam actionem. l. arbores. 59. l. vel inutilium. 69. D. de vsu fructu. l. infraudem. 45. §. conductor. D. de iure fisci. l. si grege. 22. D. de leg. lib. 1. §. in pecudum. ver. *sed si greges.* Inst. de rerum diuisione, l. 1. §. hæc actio. D. siquis testa. liber esse iuss. fuer. l. fin. D. quod cum eo. l. cum apud Sempronium 20. D. iudicatum solui. & alia plura id genus, vt notarunt Coralius. in Rubr. C. de impũber. n. 1. Duaren. in paraphrasi ad t. D. h. t. pag. 2. a. d finem. Mencha de succes. progressu li. 2. §. 16. n. 13. Vaconius. li. 4. declarat. ca. 60. n. 7. † Tertio communis definitio fallax videtur, eo quod iuxta eam videtur esse 5 non posse substitutionẽ quæ non sit secũda in stitutio, & tamen manifesti iuris est & in, 2. 3. 4. & vlteriori gradu fieri posse. l. 1. in prin. l. quo gradu. 13. l. potest quis. 36. D. h. t. tex. in princ. sup eo. & in l. 2. §. defertur. D. de bon. poss. secundum tab. ergo non conuertitur definitio negatiuè, etenim est secũda institutio, ergo non est substitutio. † Quarto suspecta red- 6 ditur, eo quod sub se comprehendere debet omnes substitutionum species; & tamen pupillarẽ non continet, per quam non testatori, sed ipsi pupillo succeditur in primo gradu. l. 2. in prin. & in. §. quisquis. l. sed si plures. 11. §. ad substitutos. l. patris & filij. 20. D. h. t. l. si pupillus. 42. ver. *impugnat enim.* D. de acquir. hæreditat. l. Papinian. 8. §. sed neque impuberis. D. de inofficioso testam. Plane prima & secunda institutio debet considerari respectu vnius & eiusdem hereditatis; substitutus autem cũ virtute pupillaris non in hereditate testatoris: sed in hereditate pupilli succedat; in qua & si aliquando bona testatoris inueniat, iam nõ cẽsentur nomine paternæ hereditatis, quia per aditionem effecta sunt filij patrimonium. d. l. sed si plures. 11. §. filio. facit. tex. in §. 1. Inst. de heredum qualitate. Consequens est pupillarem quia fit in diuersa hereditate, esse non posse secundam institutionem, neque facere secũ 7 dum gradum. † Quæ difficultas longe magis stringit, si aduertas, exheredatis quoque filijs pupillariter substitui posse. l. 1. §. fin. D. h. t. tex. in §. nõ solum inst. de pupillari. quo sanè casu si ab exhereditate initiũ sumit testamẽtũ l. 1. D. hered. instit. quod necesse est cũ aliàs quæ ante subscripta sunt, nulla sint. d. l. 1. coniuncto. §. ante heredis inst. de legatis. & magis in. l. 3. §. fi. D. de liberis & posthumis. d. l. ex facto. 43. §. Lucius. D. h. t. impossibile est substitutionem pupillarem secundam institutionem esse cum nulla præcesserit institutio. Ex 8 quibus. † & alijs à communi definitione discesserunt plures, varias ipsi effingentes, quæ omnes & si effectu non discrepent, ineptas ramen & non necessarias ad id, de quo agitur explicandum deprehendimus, vnam scripsit Vvesembekius in paratitlis ad tit. D. eo. nu. 2. aliam Cuiacius ad Iulium Paulum relatũ sup. nu. 1. aliam Hotoman. in prin. huius tit. enuntiatione. 1. aliam Balduin. in protheorijs huius tit. nu. 2. aliam Loriotus. de apicibus iuris. tractatu. 14. de substitutionibus, axiomate 5. hãc sequitur Couarr. in dicto. capit. Raynut.

§. 4. nu.

§.4.n.1.Aliam Vaconius d.ca.60.nu.7. aliam Petr.Gregorius relatus sup.nu.1.& sanè quāuis cum res ipsa sine dialectica definitione satis intelligitur,non esset in ea nimis elaborandum.† Ne tamen à cōsuetudine recedere omnino videamur exactiorem nos definitionem trademus,igitur.*Substitutio est institutio heredis in secundo vel vlteriori gradu facta*,Dicimus,*institutio heredis* loco generis;reliqua verba loco differentiæ,sed parumper subsistēdum est,singulaq; eius verba explicanda.Notauimus paulo superiùs dici in definitione nostra. *Institutio*.vt genus,nam institutio & substitutio differunt vt genus & species,omnis substitutio institutio est,non tamen contra.† Sed grauiter obstat, substitutionē esse actū cnōitionalē, l. coheredi.41.§.coheres. ibi. *ac si pure partem & sub conditione partem alteram accepisset*. D.h. tit. l.in ratione.11.§. quod vulgo. in fi. D. ad leg. Falcidi.ergo non est institutio ,† quia actus conditionalis non dicitur proprie talis.tex.in l.1.ibi.*non proprie donatio appellatur*,D. de donation.l.is cui. 41. ibi. *pendente conditione non est creditor*..D.de obligat.& act.notat Bart. in l. 1.nu.32.D.si cert.pet.† Cui rationi & illud accedit,quod non parum mouere debet Modestinum in l.1.D.hoc.tit.Opponere substitutionem institutioni,tanquam si institutio & substitutio species sint diuersæ & separatæ, & vocat institutos qui sunt in primo gradu instituti,substitutos qui sunt in secundo vel tertio. Esseque discrimen inter institutionem & substitutionem deduces similiter ex Rub. C. de institutionibus & substitutionibus sub conditione factis:coniuncta regula vulgari qua docemur coniunctionem , &,semper poni inter diuersa & separata,ita notante Acc.in rub. D. de iur &fact. ig. quod passim omnes admittunt.& inducì etiam potest l. si idem. 7. C.de codicillis.

Sed nihilominus dicendum est substitutionem verè & strictè institutionem esse,quę sententia euidenter probatur. ex tex. eleg. in l. mulier,20.§.fin.D.de cond.instituti.Vbi I.C. Labeo docet,quòd siquis te heredem ita instituit sub conditione (*Si iam heredem eum instituisses:aut quid sibi legasses*)conditio in præteritum tempus collata, intelligitur extitisse si tu eum heredem iam instituisses quocunq; gradu,vel ei quocumque gradu aliquid legasses; vnde sequitur quod substitutus est propriè institutus,& quod substitutio est propriè institutio,† si quidem constat conditiones omnes non per æquipollens,sed proprie & naturaliter,& in specifica(vt aiunt,)forma adimplendas esse.l.qui heredi.44.l. Mœuius.55.l. fidei commissum.76. D.de cond. & dem. quē tex. in d.§. fin. in eam sententiam extollit Iaso. in l.3.§.purè nu.3.& in l.si à primo.n. 14. D. de libe.& posthu.vnde eam merito scripsit Acc. in l.Gallus. in prin. ver. *posse*. D. de liberis & posthu.& in l.1.ver.*moueatur*.C.de edict.Diui Had.Toll. quem præter alios sequuntur Alciat.in.d.l.Gall.in pri.2.lect. n. 30. Aretinus. nu.1.Ripa nu.2.& 3.in l. 1. D. h. t. Coras.in rub.C.de impub.nu.7. Peralta in rub.nu. 18. D.de hered.instituend.Costa in ca. si pater.1. p.verb.*instituendo*.nu.5.de testam. Et quāuis, doctores nonnulli huius nostræ ætatis in contrariam eant, aientes in materia strictè interpretanda institutionis appellatione substitutionem non comprehendi, quæ & antiquorū etiam communis fuit existimatio teste Socino in.l.1.nu.1.& 2.inf.Decio,in rubr.C.de institutionibus n.2.Curtio iuniore in rub. C.de impuberum n.10.Galiaula in.l.Centurio. nu. 510.D.h.t. qui variè conantur respondere d. §.fin.nihilominus tamen à prima sent.& opinione discedendum non est.† Nam responsio Socini iam relati asserentis tex. in d.l. mulier. §. fin. loqui in conditione de præterito quæ proprie conditio non est. l. cum ad præsens. 37. D. si cert. petat. & sic formaliter non est adimplenda,quam solutionē ante ipsum scripsit Cumanus in d.§.fi.sequitur Iaso.in d.l. Gallus.§.& quid si tantum.nu.29.Ruinus. nu.14. † Ex eo displicet,quod præterquam quod cōditiones de præterito,quamuis non suspendāt, sunt ita propriè implendæ ac conditiones de futuro,quia cōmodā dilationem recipiuntdonec probari possit eas vel extitisse , vel defecisse,vt rectè notant Hoto. in §. conditiones. Inf.de verb.oblig.Dec.n.14.Cagnolus n. 31. in l.actus legitimi.72.D.de reg.iur. facit nota bilis gloss.ver.*in certa* vers.*Sed in hoc*.in cap.2. de elect.li.6.l.C.Labeo in d.§.fin.non proposuit speciem in conditione de præterito,quasi non esset idem responsurus in conditione de futuro, sed quia materia conditionis , non admittebat futurum tempus;† quoniam si testator heredem sub ea conditione institueret(*instituo te heredem si tu me heredem instituueris*) dispositio veluti captatoria non valebat, quia Senatus consulto ea fuit improbata,vt institutiones magis ex affectione,quam ex lucri cupiditate fierent.l.1.in fi.D.de his quæ pro nō scriptis habentur,nō verò si in præteritū collata esset conditio iuxta iura quæ sic intelligas in l.hoc artic.29.l.captatorias.70. l. illæ autem. 71.l.Clemens.81.§.fi.D.de hered.inst.cū vulgatis,vnde idem æque esset Labeo in conditione de futuro responsurus,si iure ea adscribi potuisset.Nec magis satisfaciunt aliæ interpretationes Decij in rub.n. 2. C. de inst. Ludouici Gomezij in.c. si pater.nu. 12. de testam.li.6. quas omnes refert & eleganter improbat doctissimus Costa in.d.c.si pater.1.p.verb.*instituendo*.ex n.5.Rectius itaq; dicēdū videtur secundū verborū figurā & proprietatē conditionē illam,*si me heredem instituisti*.expletā dici, *si me sub-*

me substituisti; In d.l.mulier.§.fi.D. de cond. & instit. vt inde etiam constet verè & propriè substitutionem institutionem esse. Quod etiã probari potest ex l.siquis mihi bona.25.§. sed si mandauit.vers.*idemque*.D.de acq hered.l.cũ pater.79.§.ab instituto.in fin.D. deleg. 2. vbi notanter scripsit Accurs.quemadmodũ & *instituere substitutionis*.verb. *substitutionem*. I. C. significari voluerunt.l.Gall.29.in prin.D.de lib.& post. vbi Scæuola in prin. statim hoc modo loquitur (*Gallus Aquilius sic posse instituí posthumos ne potes induxit*) & tamen substitutio est,nã filius in ea specie nepotẽ præcedit.§.in omnibus. in d.l.Gall.& expressè probabis ex l.cũ intesta. 37.ibi.*duo gradus heredũ sunt*.D.de hered. insti. idẽq; cõstat ex l.si pater filio.9. l. si pater im-
18 puberes.25.D. h. t. Quæ sententia admissa nõ obstãt quę sup.n.10.cõtra eã adduximus: non primum quoniã substitutio nõ dicitur simpliciter actus cõditionalis, sed dũtaxat quoad effectũ;neq; obid quod natura sua cõditionẽ admittat minus propriè institutio dicetur,si quidẽ constat actũ cõditionalem in sua substantia perfectũ esse.l.necessario.8.§.si ita res.vbi notat glo.verb.*perfecta*.D.de pericul. & cõm. rei vend.quã exornat Afflictis.decis.280.n.3. Ti
19 raq.de retract linag.§.1.glo.2.ex n.27. † Ne
20 que obest tex.in d.l. 1. D. de donat. † Quia cum donatio ab actu donãdi dicatur & tradit. perficiatur.l.senatus.35.§.donatio. D.de don. causa mor.cõditionalis autẽ donatio à traditione initiũ sumere nõ possit,cõstat rectè I. C.in d.l.1.scripsisse donationẽ conditionalẽ nõ propriè donationẽ esse,sed magis quasi pactũ siue
21 promissionẽ de donando. † Neq; conditionalis legatarius creditor poterit appellari iux. d. l.is cui.41.D.de oblig. & act.cum pẽdente cõditione si decedat neq; spem possit ad heredes suos trãsmittere,iux.l.vni.§. sin autem aliquid
22 sub cõditione.C.de caducis toll. † Secus autẽ in alijs creditoribus cõditionalibus,qui & pẽdente cõditione ad heredes suos transmittũt. § ex conditionali. Inf.de verb.obl.& creditores rectè dicũtur in d.l.is cui. proximè allega-
23 ta. † Planè Modestini sententia in l.1. D. eo. & inscriptio tit.C.de instit.& substitutionib. remorari nos non debent siquidem nouum nõ est vt genus aliquãdo pro specie ponatur,quãuis ergo institutionis verbum generale sit nomen,& comprehendat tanquam speciem substitutionẽ: tamẽ aliquando pro specie accipitur,& opponitur substitutioni tãquã species diuersa & separata. Id frequens est in iure ciuili.Exemplum vnũ est in adoptione.in l. 1. D.
24 de adopt.Aliud est in cognatione.l.non facilè. 4.l.iuris consultus. 10. D. de gradibus. † Sic etiam institutio nomen generale est, & duas species habet,quarum altera institutio dicitur, altera substitutio. Institutio est quę fit primo gradu,substitutio quę fit secũdo vel vlteriori; differunt itaq; gradu non specie,& accidentaliter,non essentialiter, vt docent Bald.Aret.& Iaso.in d.l.siquis mihi bona.25.§. sed si mandauit.Peralta in rubr.n.19.sup.de hered.institu.
25 † Sequitur in definitione verbũ.*Heredis*,quia non quæcũq; substitutio hic definitur, sed substitutio tantum heredis, quo sane verbo facile diluuntur sophismata,quę contra communem definitionem de alijs substitutionibus in legatis,fideicommissis,donationibus &alijs rebus, notari solent, & nos retulimus.sup.n.4.
26 Deinde in definitione dixim⁹. *In secundo*. quia institutio in primo gradu facta non rectè dicetur substitutio,id, vocabulum satis significat,quia substitutio est alicuius post alium institutio,quasi sub institutione.
27 Tandem dicimus, *vel vlteriori gradu facta*. quia non tantum in secundo, verum & in tertio & quarto gradu substitui potest, ex d. l. 1. d.l.quo gradu.13.d.l.potest.36.inf. eod. Hæc in explicatione definitionis quam probamus dixisse sufficiat.
28 Quia verò communis sup.n.1. relata, à præceptoribus nostris sequuta fuit (quod non parum mouere debet.l.dicere.23.D. de recep. arbit.l. pater familiãs.12. D. de priuileg.cred.) quo vtilior hæc nostra disputatio fiat, si eam sequi velis argumẽtis cõtra eã oppositis quorũ aliqua & nostrę obstant definitioni sic satis facies.Primũ quod ex illo exẽplo deduximus, (*Titius heres esto, Seius heres esto*) facili negotio
29 diluere potes, † quia substitutio non dicitur secunda institutio respectu ordinis scripturæ, aut nominationis, sed respectu ordinis succedendi, † quod ex eo apparet quia aliquando
30 substitutio ante institutionem scribi solet. l.si quis ita 28. D. de hered. instituend. l. 2.§. sed etsi ita scripserit inf.hoc ti. l.2.§. siquis ita. D. de bon.possess.secũd.tab.substitutus igitur est, non qui secundo loco nominatur, sed is cui secundo loco hereditatẽ deferri voluit testator.
31 Difficiliores explicatus habet tx.in d.l.quę rebatur.19.§.fi. D.de milit.testam.in quo sanè in primis grande militis ipriuilegium relucet, vt vnum ad tempus heredem instituat, alterum ex tempore quod idem scriptum est in.l. in fraudem.16.§.miles & ad tempus.in.l.miles ita. 42. in princ. D. de militari testamento. l. certi iuris. 8. C. eo. quod institutionis genus paganis non permittitur, sed vitio temporis sublato manet pura institutio, l. hereditas.34.D.de hered.instit.l.15.tit.3.par.6. quẽ secundum heredem ex tempore institutum in d.§. fin. substitutum non fuisse securè docet Accursius ibidem. verbo. *non debere*, ad finem,
32 † indeque non teneri soluere legata,quæ præstare cogeretur si substitutus esset iuxta rescriptum Diui Seueri,de quo in d.l.licet Imperator.73.D.de leg.1.& rationem.l.C.in l. Caio Seio. 13. D. de alim. legat. & in l. legatum.24.

tum.24.D.de adim.legat. Quam Accurs. solutionē. Bart. in d.l. licet Imperator.n.3. Angel. & Ripa in d.Rub.n.6.& 7.relati per Coras. in rubr.C.de impub.nu.5.planè sequuntur.

33 Verùm communis ea solutio expresse confunditur ex d.l.miles ita.42.ibi. *nemine substituto*.vbi Triphoninus l.C.eum qui post tempus heres à milite institui solet, substitutum appellat.quem tex.contra Accurs. considerarūt Socin.& Cum.relati per Coras.d.n.5.Ripa.d. nu.6.Iaso.Alciat.& Bolog. in d.rub. † Vn-
34 de fluit & aliud militare priuilegium, vt scilicet miles post aditam hereditatem directô substituere possit in d.§.fin.& in l. milites. 5. D. illo tit.quod Pagano non licet.l. post aditam. 5.C.de impub.l.4 tit.5.par.6. & sic magis vrget difficultas ex d.l.licèt imperator.

35 Quare Cumanus in d.l.licèt imperator. nu-3.cuius opinionem communiter sequutam testatur præter ordinarios Alciat. de Præsumptio.regula. 2. præsumpt.35. existimat, in d.§. fin. cessare rationem, ob quam regulariter ex d.l.licet Imperator, substitutus legatis ab in-
36 stituto relictis grauari solet. † Hactenus enim admissum est, ideò substitutum teneri, quoniam si institutum, quem testator prædilexerat,& primo loco nominauit legatis onerauit, longè magis credendum est eadem præstari à substituto voluisse,argum.l.Publius.36 §. Titia.D.de condit.& demonst.

37 Sed hæc ratio quamuis ad d.l. licet Imperator admitti possit,non tamen quadrat c.§.fin. quia ea admissa sequeretur quod si secundus heres institutus ibidem fuisset ex minori tempore quàm primus ea præstaret ex ratione. d.l.licèt Imperator.quod tamen est contra generalem illius.§. decisionem. Vnde in his scholijs
38 frequenter recipi solet Curtij iunioris interpretatio in rubrica.n.2.C.de impub. quam ibi sequuntur Coras.nu.5.Ripa.d.Rubr.n.6. Bolognetus. nu. 25. Duaren.in paraphrasi huius tit.pag.4.ad med. & ad tit. de militari testam. cap.6. colum. 2. existimantis ideò non teneri substitutum in d.§.fin.legata ab instituto relicta soluere,quoniam cum institutus heres fuerit, in illius persona relicta effectū habuerūt, cum adeundo legatarijs obligati experit ex §. 43
heres.Inst. de obligat. quæ ex quasi contract. nascuntur.& ita ibi cessat ratio. d. l. licèt Imperator, quæ legata conseruat etiam instituto nō 44
adeunte,ne aliàs non præstarentur. Neque obstat institutum post tempus desinere esse heredem,quia eius obligatio ex solo tēporis transcursu dissolui non potest. l. nemo potest. 55. D.deleg.1.& facit reg. l. obligationum. 43.§. placet. D.de oblig.& act.quod etiam sequitur Sforcia relatus sup.n. 1.oppositione.4.

39 Is tamen communis intellectus ex eo displicet,quoniam Vlp.in d.§. fin. non loquitur vbi primus adiuit,sed cum repudiauit, neq; aditio quæ facti est, non iuris, præsumi debet; quod non obscure.l.C.insinuat, sub dubio quæstioni respondens,ibi (*& arbitror hunc non debere*,) sanè si institutus adiuisset, nullo modo posset dubitari an à substituto deberentur.

40 Igitur dicendum existimo in d.l. quærebatur.§.fin.D.de militari, ideo posteriorem heredem nō teneri ad legata à priori relicta,quoniam repudiata ab hoc hereditas venientibus ab intestato statim defertur, nec nisi tranlacto tempore intra quod primus fuit institutus, ad sequentem pertinet.l. milites. 42. in princip. versic. *& quia diximus*. illo tit. & inde merito inquit Vlpian. noua militis voluntate opus esse vt legata debeantur, à posteriore herede, quia regula.d.l.licet Imperator tunc locum habet, cum repudiante instituto hereditas immediatè defertur substituto, non si deferatur venientibus abintestato : quam nostram interpretationem, post magnam disputationem, post hæc scripta, & auditoribus meis dictata, reperi scripsisse & exornasse doctiss. Iacobum Menochium lib.4.de præsumptionibus, præsumptione. 108.ex n.43.qui late, integro illo cap.regulam.dict. l. licet Imperator exornat.

41 Deinde cōtra communē definitionē nō obstat,quod d.nu. 4. diximus substitutionē quoque & in legatis & fideicommissis dari (quod argumētum vt nos effugeremus adiecimus definitioni nostræ verb. *heredis*, vt diximus nu. 25.in prin.) quoniam responderi potest, verb. *substitutio*. & in genere, & in specie accipi; in genere significat quamlibet in alterius locum subrogationem.repositionem, seu subordinationem, quo sensu accipitur in d. l. vt heredibus,& in alijs iuribus relatis in hanc sententiā sup.d.n.2. 42
† in specie vero significat eas subrogationes,quæ in hæreditatibus fiunt,quas iam substitutiones appellamus, iuxta quam significationem sumitur in definitione cōmuni, & in l.1.& per totum,hunc tit. & similes. Minus obstat & aliud argumentum quod n.5. contra cōmunem induximus, non rectè secundā institutionem tantūmodo substitutionem dici, cū tertio,quarto,quinto & vlterioribus gradibus fieri possit,quo sanè casu nō secūda,sed tertia, quarta,aut quinta institutio dicetur; † Quoniā huic argumento respōdet Accur. in rubr. D.eo. omnē substitutionē post primā secūdā appellari, † quemadmodū omnes nuptiæ post primas secundę dicūtur in tit. C.de secūd. nup tijs.vbi in rubr.& in l.siquis prioris 8.§.talem verb.*secundo thoro*.repetit.sequitur Bar. & cōmuniter omnes teste Ripa & Alciat.ibi. nu.2. Ioan.à Garronibus in illa rubr. C. de secund. nup. num. 6.Aquilinus in l.Centurio.n.3. D. Paulus Leon. tractatu de substitutionibus, in principio. Sforcia iam relatus oppositione. 2. Quam Accur. sententiā ad singularem quæstionem in primogenijs induxerunt Bald. & Salycet.in

cet. in d.§.talem. Tiraquel. Tract. de primogenijs, quæst. 83. Peralta in rub. D. de hered. instituend. nu. 125. Pro qua sententia facit in iure ciuili duos semper reos stipulandi, aut promittendi dici, & si tres, quatuor pluresve sint, vt per totum. D.C. & Institutio. de duobus reis. Secundo facit tex. in l. cum in testamento. 37. D. de hered. instit. vbi Titius post filium & nepotem tertio gradu substitutus in secundum gradum substitutus dicitur. Potestque illa cõmendari ratio, quod quamuis tertio vel vlteriori gradu substitutus, respectu primi tertius vel quartus sit, respectu tamen proximi heredis cui ipse substituitur non impropriè secundus heres appellari potest, & sicuti omnes gradus præcedentes, primi appellantur. l. si plures. 10 ibi (*vt à primo quoque ad sequentem trãslata hereditate*) D. de iure deliberandi. ita & sequentes secundi rectè dici poterunt, quo referẽda sunt 47 quæ de secũdi heredis appellatione retulimus sup. n. 1. Quod si omnem velis scrupulum remouere, ne tibi obijciatur, ineptam esse hanc solutionem Accurs. cum id quod ipse existimat ex interpretatione magis, quam ex verborum proprietate procedat, vt aduertunt Decius. nu. 5. in rubr. C. de secundis nuptijs, Curtius Iunior in rub. nu. 6. C. hoc tit. in definitionibus verò verba maximè propria requiruntur. l. non aliter. 67. §. 1. vbi notat glos. verbo. *ad definitionem*. D. de leg. 3. Bart. in l. omnes po- 48
45 puli num. 59. D. de iust. & iure. † Planius respondere poteris, substitutionem dici secundã institutionem respectu effectus, quia licet fiat in tertio, quarto, vel vlteriori gradu, nisi tamen ad secundum reducatur effectum non habet, quo sanè casu perinde est acsi primo heredi facta fuisset. l. Quandiu. 68. vers. *Is autem*. D. de acquiren. hered. vnde vulgò iactatur dicterium substitutum substituti primo heredi videri substitutum. l. si Titius. 27. l. coheredi. 41. D. de vulgari cum alijs.

46 Præterea non obstat sub huiusmodi communi definitione pupillarem non comprehendi, vt sup. d. nu. 6. probabamus, quod in l. 1. D. eodem sub num. 4. Castren. contendit. quia verius multò est pupillarem secundam institutionem esse, & secũdo gradu fieri. l. cum quidã 4. ibi *& in secundo gradu*. C. de necess. seruis hered. instit. l. 2. §. interdum. ibi. *ex secundis tabulis*. & §. fin. ibi. *secundo quidem gradu*. D. hoc tit. l. Papinian. 8. §. si quis impuberi. ibi. 50
secundas tabulas ei faciendo. D. de inofficioso testamento, quam sententiam defendunt contra Paulum Socinus num. 4. Ripa num. 10. Alexand. num. 4. Alciat. num. 4. in l. 1. D. eodem. Costa in d. cap. si pater. 1. par verb. *eidem filio*. 51
num. 35. Nec obstat pupilli tantum hunc heredem esse & quidem solum, quoniam respondent proximè relati, quod licet patris & filij diuersæ sint hereditates, vnicum tamen est testamentum. d. l. patris & filij. 20. D. hoc tit. cũ alijs. in quo præcedere debet institutio heredis patris, sequique substitutio pupillaris. l. 2. §. prius. D. eodem. & inde rectè potest secunda institutio in eodem testamento facta dici. Nec te turbet quandoque pupillarem substitutionem ordine scripturæ præcedere. d. l. 2. §. Sed siquis ita. quoniam non scripturæ ordinẽ, sed magis successionis expectamus, vt iam diximus nu. 29. & probant Iura ibi citata. Quod etiã est admittendũ, etsi exheredato filio substitutio fiat, quoniam ad exheredationis & pupillaris valorem institutionem paterni heredis præcessisse proponas necessarium est, saltim successionis ordine, ne aliàs ante scripta nulla sint, cum non prius substituto pupillari pupilli hereditas deferatur, quàm ex testamento paterno heredi instituto patris hereditas & delata & adita sit. l. 2. §. adeo. D. eodem Quibus est addendum quod cum miles ex priuilegio possit filio facere testamentum quamuis sibi non faciat. l. in fraudem. 16. §. miles. ibi *Et soli filio, tametsi sibi non fecerit*. l. miles. ita 42. §. hn. in fi. D. de milita. l. 2. §. quisquis. ibi. *ni forte miles sit*. D. hoc tit. hoc casu tale filij testamentum dici substitutio non poterit, cum nulla præcesserit institutio, cuius respectu substitutio dicatur, sed appellabitur testamentũ pupillare, & ita post alios defendit Polytus in præludijs 48
substitutionum. n. 18. † Nec contrariam sententiam probat l. C. in d. l. miles ita. §. fin. vbi pupillare testamẽtum, substitutio appellatur, etiam quo casu nullus patri militi heres fuit. Quoniam loquitur ille tex. quando miles à principio fecit testamentum sibi & filio & ex post facto irritatum fuit paternum, quia hereditas non fuit adita, tunc enim attenta primordiali formula, testamentum filij rectè appellatur substitutio, secus quãdo à principio miles, non sibi, sed soli filio fecit testamentum.

49 Ex qua cõmuni definitione sic à nobis defensa, & ijs quæ supra scripsimus maximè tamen n. 13. colligitur interpretatio ad tex. diff. in l. si filius substituatur. 75. D. de hered. inst. & in l. ex facto. 43. §. Lucius. D. eo. substitutionem, scilicet, de qua ibi factam in persona filij in posse testare qui à primo gradu præteritus fuit, quãuis quo ad figuram verborum substitutio appellari possit, cõsiderato tamẽ exitu testamenti non tam substitutionem, quàm institutionẽ esse, † cum enim primus gradus à quo filius præteritus fuit sit ipso iure nullus, & perinde habeatur acsi scriptus non esset, testamentumque exordium capiat à secundo gradu. l. 3. §. fi. D. de lib. & posth. filius remanet institutus in primo gradu, † neq; substitutus dici potest, cum ante eum nemini vnquam deferri potuerit hereditas, arg. l. 3. D. de acq. hered l. 2. §. de fertur. D. de bon. poss. secun. tab. & potest nõ insubtiliter expendi tx. in l. ex facto. 19. D. de

hered. inst. iuncta glos. verb. *Esset data.* versic. *Responde*, vbi substitutus ei, qui institutus non fuerat pro instituto in primo gradu habetur.

52 Sed hic illud videtur mouere, quod non leuē iniecit scrupulum, quod & si in d.l. si filius. & in d. §. Lucius. primum gradum remoueas, vix tamen defendere testamentum poteris, siquidem reperitur filius institutus sub conditione si primus heres non erit, quæ conditio cum casualis sit filij institutionem vitiare debet. l. suus quoque. 4. D. de hered. instit. l. si pater. 3. C de institutionibus.

Sed eleganter respondendum est, quod cum vitiato primo gradu primus heres esse nō possit, propter vitium præteritionis filij, & regulam. l. inter cætera. 30. D. de lib. & posthu. cū vulgatis, vtique conditio illa remanet necessaria, quæ cùm non reddat dispositionem conditionalem. l. si pupillus. 9. §. 1. D. de nouatio. non vitiat filij institutionem. l. institutio talis 10. §. 1. D. de cond. instit.

53 Ex qua obseruatione vtiliter infertur, quod & si hodie ex noua Iustiniani constitutione in. l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoffic. testam. quælibet conditio etiam potestatiua remoueatur de legitima filij secundum veriorem & magis receptam opinionem, quam scripsit Barto. & alij antiquiores quorum meminit Roderi. Suarez ibidem ampliatione. 1. nu. 1. Guillel. Benedict. in cap. Raynuntius. verb. *reliquit*, numero. 28. de testamen. Aquilinus in l. Gallus. §. & quid si tantum. versic. *quid si nepos.* num. 23. D. de lib. & posthum. Iulius Clarus in §. testamentum, quæstionē. 39. Gregor. Lop. per tex. ibi. in l. 9. tit. 4. par. 6. Menchaca de succeſſ. creatione. §. 10. nu. 196. & nu. 225. & in §. 30. nu. 112. Peralta in l. 1. nu. 10. D. de leg. 2. Anto. Gom. Attom. c. 11. nu. 29. Bernar. Diaz reg. 727. Costa. in 3. §. 1. p. n. 105. & 58 in ca. si pater. verbo. *eidem filio.* n. 28. Moli. lib. 2. c. 1. n. 52. Tamē ex substitutione filij in hoc casu illa conditio. *si primus heres non erit* nō remouetur neque fieri poterit, vt remota illa cō ditione videatur filius institutus in primo gradu cum primo herede, vt notāter scripsit Bal. cons. 504. lib. 5. quem sequuntur Ripa. in l. 1. nu. 6. D. eo. Alcia. ibi. nu. 5. Coras. in rub. n. 10. C. de impuber. Berberanus in d.l. si pater. nu. 56 318. C. de instit. plura eleganter adducens Costa in d. ca. si pater. ver. *eidem filio.* ex. n. 39. probaturq; expressè: nam ex d.l. quoniam in prioribus, illæ demū conditiones remouentur, quę vel grauamen inferunt filio, vel testamentum vitiant quorum neutrum hæc conditio operatur, cum, remoto primo gradu efficiatur necessaria, & neq; testamentum vitient neq; grauamen filio inferat, cum eius institutionē nō differat, quin potius si illa tolleretur, graue damnum irrogaretur filio, si quidem remaneret institutus pure cum primo herede, & in primo gradu, à quo non videretur præteritus, sustineretur que institutio primi heredis extranei, cū quo hereditatem diuidere cogeretur.

54 Quibus finitimum est quod notabiliter iuxta prædictas. l. si filius. & l. ex facto. §. Lucius resoluit Roder. Suarez in d.l. quoniam in prioribus. limitat. 15. quod & si hodie iuxta magis veras & cōmunes opiniones filio legitima portio iure institutionis relinquenda sit authenticorum iure ex. §. aliud quoque capit. sub. auth. vt cum de appellatione cognoscitur, collat. 9.

55 † Nihilominus tamen iure substitutionis sat sit eam ei relinqui; quam etiam opinionem insinuare videtur Accurs. in l. si pater impuberes 25. glos. 1. D. hoc tit. quam ibi, extollit Imola. Alex. in l. inter cætera. ad finem D. de lib. & 56 postum. † quod tamen an etiam hodie procedat attenta. l. 1. tit 4. lib. 5. recop. vbi disponitur heredē institui necessarium non esse vide apud Matien. in ead. l. 1. glo. 10. tit. 4. li. 5. recop. ex n. 50. & plurimos quos diligenter recenset Valdes ad Roder. Suarez vbi sup. † Hactenus iuxta definitionem substitutionis dixisse sufficiat, obiterq; sup. n. 26. vnde dicta sit obseruasse, quod latius scribunt Decius in l. in testamen. in princ. C. de testam. milit. Vigl. hic nu. 4. & 5. Sforcia tractatu de compendiosa in præludijs 1. par. q. 2. Quo autem iure inuenta siue introducta fuerit, aperire difficile nō erit, nā cum subst. præcipua testamēti pars sit, vt cō stat, nec nisi in eo directo, fieri possit. argu. §. codicillis inf. de codicillis. cum vulg. testamentum autem origine & introduct. iuris gentium sit. vt in prin. sup. de testam. ordin. obseruauimus & latè deducit Mencha. lib. 1. de succeſſ. creat. §. 1. ex. n. 1. omnes Tauriſtę maximè Anto. Gom. ad l. 3. Tauri. substitutionem quoque, de qua loquimur, iuris gentium esse resoluendū 58 erit. † sunt enim ea iuris gentium (vt sæpè dicui) quæ quocunque tempore ab humanis gentibus, generaliter, vsu & necessitate exigentibus inducta sunt teste I. C. in l. omnes populi. 9. vers. *quod vero.* D. de iust. & iure. Iustin. in §. ius autem gentium. sup. de iure naturali, & ita erudite notante doctissimo Pin. in rub. 1. par. n. 7. C. de rescind. vendit. quod etiam nominatim in nostro casu resoluit Sforcia vbi proxime. q. 3 † Inde illud non inerudite inferens non posse principē aut Populum statuto substitutionem tollere, quamuis eius possint formam immutare. argum. §. sed naturalia sup. de iure naturali, quod & Cagno. obseruauit. in l. precibus. n. 53. C. de impub. Decius cons. 357. n. 5. & cons. 557. nu. 5.

60 Ex quibus primò vtiliter infeur quod cū in maioratibus & primogenijs, tot sint substitutiones quot sunt personæ vocatæ, ac si vnicuique eorum nominatim, atq; specificè facta fuisset vnaquæq; substitutio vt notanter resoluit Moli. lib. 1. de Hispa primogenijs. ca. 1. nu. 17.

† Quam-

61 † Quamuis regia facultate primogenij bona possint alienari, vt late scribit idem Molin. li. 4. cap. 3. 4. & 5. & super eis transigi & compromitti valeat vt d. li. 4. c. 9. copiosè Moli. scripsit, neque contra huiusmodi alienationē transactionem & compromissum regia authoritate
62 confirmatum possit agi. † Substitutionibus tamen neq; regia authoritate etiam de plenitudine potestatis, absq; aliqua iusta & publica causa poterit derogari, efficivè, ne ij qui ab institutore primogenij vocati sunt admittantur siue ante delatam maioratus successionem siue postquam iam delata est, id Princeps efficere
63 velit, † quod probatur ex tex. in l. si testamentum. 10. C. de testamen. vbi communiter obseruarunt interpretes, vt cum multis resoluit idem Moli. lib. 1. ca. 8. n. 31. cōducunt quæ scribit Palacios Rubios in Rubr. de donat. inter. §. 69. nu. 13. & ad eum notat de regia potestate plurimos scribentes referens Ioan. de Barahona. litera. I. & anteà in introductione, Ru
64 br. n. 7. litera. C. Secundò dubia redditur lex, quam apud Gallos obtinere testatur Pet. Gregor. 3. par. syntagmatum. lib. 42. ca. 10. n. 5. ne vltra quartum gradum substitutiones protendantur, contra Imper. in prin. inf. hoc t. & quæ sup. nu. 11. scripsimus. Sed cum ea Gallica lex ob reipublicæ commune bonum, & ne ea litibus vexetur, fuerit admissa, defendi rectè poterit, ex his quæ iam diu non negligenter nos resoluimus ad l. 3. & 7. nu. 70. C. de murilegulis. li. xj. & comprobari simili alia Iustin. in authen. de restit. fideicommissi. §. penult. vbi alie nationis prohibitiones vltra quatuor generationes extendi non debere tradidit. † quia af
65 fectio vel proximitas sanguinis vltra gradum quartum, nō egreditur, ideoq; vltra ipsum licitæ nuptiæ. c. non debet. de consang. & affinit. quartaq; olim generatio apud Deum, remune rationis, vel vindictæ terrestris terminum cōstituit Genes. cap. 15. vnde vltrà cum defuncti interesse non videntur, vt bona restituantur ijs qui de familia sunt post hūc gradum, & sine iusta causa videtur interdicere alienationem per onus substitutionis quę videtur nudū tūc præceptum de non alienando, quod in iure nō admittitur, sed quamuis hęc ab ea lege Gallica longè non sint, nimis tamen à nostris distant præceptis. iuxta latè obseruata. ad l. filius fa-
66 mil. 117. §. Diui in 2. D. de leg. 1. Quare autem substitutiones fuerint inuentæ satis docet Iustin. in l. vnica, in prin. vers. *sed & ipsis.* C. de
67 caducis tollendis. † cum enim hæres vice defuncti fungatur, & vna atq; eadem persona habeantur fictione quadā iuris. l. heres. D. de vsu cap. authen. de iure iurando à moriente prestito. in prin. hæres enim dicitur qui in locum defuncti succedit eiusq; personam repræsentat, quasi adhuc viuere quodāmodo intelligatur is qui mortem obijt, alio in locum eius suffecto;

68 † euenireque nō semel posset, vt primo loco institutus hæres vel nollet vel non posset hereditatem adire, sicque testatoris bona proximo legitimo non adeunte efficerentur caduca & fisco auferrentur; prudenter testamentorum conditores substitutiones introduxerunt, & quemadmodū possent plures heredes facere. §. & vnum sup. de hered. instituend. ita etiā plures gradus eorum. d. l. potest. 36. D. h. t. tx. in princ. huius tit. qui omnes eo tendunt vt facilius voluntas testatoris exitum habeat, neue sine herede decedat, quod est miserrimū & iniuria plenum. §. licet. Inst. quib. ex caus. manu. non licet. interest enim defunctorum heredē relinquere. l. & quia. 6. D. de interrog. action. Hęc ratio est ob quam. in d. §. licet potest ille qui grande æs alienū cōtraxit sine iniuria creditorum, seruū suum heredē instituere, & in cō sequēs libertate donare, qui seruus futurus erit necessarius heres domino ex d. §. licet & ex §.
69 2. Inst. de heredū qualitate. † & hoc est quod sibi voluit Martia. I. C. in d. l. potest. ibi. *vt nouissimo loco in subsidium vel seruum necessariū heredem instituat.* à quo Iusti. habuit in princ. huius tit. & bene explicat Sforcia iam relatus q.
70 4. † Restat iam tandē vt huic Rub. Colophonem addamus, quod sint substitutiones exponere sed id quā breuissimè præstabimus. Accurs. in Rub. D. hoc tit. quinque genera (idest) species esse dixit, quas ipse enumerat latius. in §. qua ratione verbo. ad exemplum inf. de pupillari substitutione, Glos. verb. *absque liberis.* in cap. Raynūt. de testam. & in. c si pater. versic. *absque deductione.* eo. tit. lib. 6. quas glossas comprobat. l. 1. tit. 5. par. 6. & communiter doctores in Rubr. D. hoc tit. & in Rub. C. eo-Polytus Leonius Sforcia. in tractatibus. de substitutionibus in princ. Petr. Greg. d. li. 42. c. 11. cum multis Matien. in l. 1. tit. 4. glo. 17. num. 1. li. 5. recop. Spino de Testa. glos. 21. num.
71 18. † Quod si quæras cum quinque sint, cur duarum tātum meminerit Tribonia. in. Rubr. D eod. Iustin. sub tit. de vulgari, & pupillari substitutione. Respondebo has duas principaliores alteras ad eas referri, vel exemplo & similitudine, vt exēplaris; vel effectu & resolutione vt breuiloqua & compēdiosa, & ita respondet Iaso. in Rubr. D. eod. n. 3. Ripa. nu. 8.
72 † Apud quos & alios an fideicommissaria substitutio proprié substitutio dici possit, valde controuertitur, sed iuxta magis communem & veram opinionem obtinuit substitutionē non esse quam multis reclamantibus defendunt Decius in rubric. C. hoc tit. nu. 2. Alciat. in rubri. D. eod. ex nu. 10. qui contrarijs argumentis satisfaciunt, quamuis contrarium velit nouissimè defendere Sforcia. vbi sup. q. 5. & disputet Mencha. de succes. progressu. § 11. num. 10. Igitur vt placet Accurs. & communi hæ sunt substitutiones, *vulgaris, pupillaris, exēplaris, re-*

73 ris, reciproca, & cõpendiosa. † Vulgaris est quę à quolibet, & cuilibet fieri potest. & ita cõcipi tur. *Lucius Titius hæres esto si Lucius Titius hæres mihi non erit, tunc Seius mihi hæres esto*: de hac
74 latè Barto. & omnes in l. 1. D. hoc tit. † Pupillaris, quæ tantummodo pupillis fit. cuius ea est forma. *Filius meus heres esto, si heres erit & intra pubertatem decesserit Titius heres esto.*
75 De ea Barto. in l. 2. D. eodem. † Exemplaris quæ ad exemplum pupillaris introducta est. sicut enim per pupillarem prouidetur filio in eo casu, quo sibimet testari propter ætatis impedimentum non poterit, per hanc prouidetur eidem in casu quo non poterit testari propter mentis defectum: & ita concipi solet, vt pupillaris habita ratione dementiæ vel furoris. Hanc speciem disputat Barto. in l. ex facto. 43. D. hoc tit. Bald. in l. humani-
76 tatis. C. eodem. † Reciproca est, in qua sub vnica verborum conceptione plures instituti sibi inuicem substituuntur, ex eo ita dicta, quòd reciprocè est eadem substitutio à persona vnius instituti, in persona alterius instituti repetita, & varijs modis concipi solet, vt ecce si post plurium institutiones dicat testator. *eosque inuicem substituo.* vel. *Titius & Mæuius inuicem instituti, & substituti, mihi hæredes sunto.* & alijs modis, vt per Bartol. & alios in l. Lucius Titius. 45. D. hoc tit. Quæ substitutio quãuis ab aliquibus breuiloqua dici soleat, quia breuibus verbis fit, & sub breuitate multas continet substitutiones, congruentiùs tamen, reciproca dicitur iux. l. iam hoc iure. 4. D. eo. & quia breuiloquæ etymon, compen-
77 diosæ etiam conuenit. † Compendiosa substitutio est quæ sub conditione mortis vel alia, multa complectitur tempora, de qua late Barto. ad l. Centurio. D. hoc tit. Sed vt rectè. Accurs. resolut in rub. D. eo. ibi. *compendiosa quæ fit à milite tantum.* hæc substit. tunc certam speciem constituit, & iure directo omni tempore valet, cũ à milite fit, sequitur. Bart. in d. l. Centurio. n. 2. & est communis iuxta Curtium iuniorem. in l. precibus. n. 44. C. de impuber. & sic est intelligendus tex. in d. l. Cẽturio. 15. D. hoc tit. & quod Accur. scribit in d. §. qua ratione, nam à Pagano. frustra iure directo compendiosè substituitur. l. verbis ciuilibus. 7. l. in pupillari. 14. D. eo. §. fi. inf. tit. 1. expirat enim a lita hæredit. si extraneo fiat. l. post aditam. 4. C. hoc tit. l. 4. tit. 5. par. 6. & adueniente pubertate si filio. d. l. in pupillari §. masculo inf. de pupillari subst. l. 10. d. tit. 5. par. 6. iure autem obliquo & fideicommissi, & à non milite fit, vt cõstat, & rectè in d. Rubr. obseruarunt Alexan. Aretin. Socin. Imola, & Iaso.

78 Illud autem incommodi generaliter dicet non immerito quisquam omnibus substitutionibus inesse; quod quando ante aditam hereditatem locum sunt habituræ in secretum, & arbitrium alienæ voluntatis conferri videtur, cum in arbitrio heredis sit secundis heredibus locum facere non adeundo, vel adeũdo submouere. l. quandiu. 68. D. de acquir. hered. l. post aditam. 5. C. de impub. ergo cum captatoriæ sint bonisque moribus repugnent dicendum est eas legibus improbari. l. captatorias. 70. l. illa institutio. 32. D. de hered. instit. l. 1. D. de his quæ pro non script. hab. Sin autem substitutiones tales sint, quæ post aditam hereditatem initium capiant, locus scriptis heredibus substitutis relinquitur captandæ affectandęq; mortis alienæ, quod iure reprobatum est ex vulgata l. fin. C. de pactis. l. stipulatio hoc modo concepta. 61. D. de verb. oblig. cui incommodo succurrere voluit Imp. Iust. in §. fin autem inf. tit. 1. & satis ostenditur in l. Cicero. 36
79 D. de pœnis. Verum his scrupulis nihil remorantibus intrepidè affirmandum est, substitutionum vlum è republica esse, vtilitateque suggerente fuisse receptum, tum propter rationẽ fugiendi caducitatem, vt cum Iustin. in d. l. vnica. §. sed & ipsis. paulo superius animaduertimus, tum vt testator vberius sibi prospiceret, quod iam etiam considerauimus, & erudite aduertit Duaren. lib. 1. de iure accrescendi. cap. 2. & plura obseruans Anto. Costa lib. singul. quæst. ca. 7. Nec difficile erit iniectos scru-
80 pulos remouere. † Qui enim adducitur ex d. l. illa institutio, tunc demum locum habet quando nominatim & expressè in secretum alienæ voluntatis testatoris dispositio confertur. † veluti, *instituo heredes, quos Titius voluerit*, vel ita. *Seius heres esto, si Titius voluerit*. quæ autem tacitè confertur solet valere, *vt instituo Titium, si Seius in capitolium ascenderit*, ex l. si quis Sempronium. 68. D. de hered. inst. adiuncta. l. non vnquam. D. de cond. & demon. & traditis in l. 1. D. de legat. 2. quo casu dici potest, non tam sub cõditione potestatiuæ, quam potius casuali institutionem factam videri, licèt enim respectu Seij qui in capitolium potest ascendere, vel non ascendere potestatiue videatur, tamen respectu instituti & substituti pendet à casu, & euentu, & inde verissimè dicendum est, ius institutionis, eiusdęq; potestatem ab ipso testatore, non à voluntate instituti pẽdere, cũ & possit ipse heres. etsi maximè velit, nõ posse adire, vel quia morte preuentus, vel à lege impeditus. d. l. 1. in prin. C. de caducis tol.
81 † Nec magis ad rem facit quod de captatorijs institutionibus, quas Senatus improbauit ad substitutiones affertur, qui enim id eis obesse existimant quid sit captare prorsus ignorant. est autem idem quod aucupari, quod ij facere videntur qui alterius bona venantur aut cõcupiscunt, ideoque institutio captiosa illa dicitur si aliqua captio bonorum alterius in ea versetur, vt in exemplis. d. l. 1. D. de his quæ pro non script. hab. vt sic intelligas tex. in l. captatoriæ.

toriæ.67.D.de legatis.1.dict.l.captatorias.D. de heredib. instit. & C. de testamen. militis.

82 † Præterea quod captandæ mortis occasionem substitutiones substitutis præbeant, non satis est vt non admitterentur, cuius rei argumento sunt testamenta, donationes causa mortis, legata, fideicommissa, pensiones, regressus, & similia quibus vtimur. Textus autem in d. l. stipulatio hoc modo concepta mouere non debet, nam,vt ego existimo, non tam vitiatur stipulatio quod occasionem præbeat captandæ mortis, quàm quod auferat promittendi liberam testandi facultatem, quo nihil iniquius est, ex ratione l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.l.ex facto.43.versic.*etenim iniquum*.D. hoc tit. l. 2. D. siquis à par. fuer. manumiss. cum aliis.

83 Deinde in d.l.fi.C.de pactis.non tam propter votum captādæ mortis reprobatur pactū, nam eadem ratione, non valeret etiam consentiente eo,de cuius hereditate agebatur cū adhuc militaret ratio eadem; quàm quia iniquū est agere de hereditate viuentis quę nulla est; maximè eo,de cuius bonis agitur ignorante vt ibidem Imperator obseruat. Ex quibus omnibus iam satis constat maximè è republica fuisse substitutiones admitti. Sed iam quæ Iustinianus de his dixit explicemus..

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Gradus heredum potest quis facere quot voluerit.*
2 *Substitutio vulgaris codicillis fieri potest.*
L.Scæuola.76.D.ad S.C.Trebel.& n.12.
3 *Enunciatiua verba non inducunt dispositionem & num.14.*
L.si ita quis 82.D.de hered.instit.& nu.13.
4 *Instituti & substituti concursus.*
L.Si libertus patrono.41.versiculo quid ergo. D.de bonis libertorum,& nu.16.
5 *L.Iulianus.26.D.siquis omissa causa testamenti.& num.20.*
6 *L.Pater Seuerinam.101.D.de condit.& demonst.& nu.24.*
7 *L.cum proponas.3.C.de hered.instituendis,& num.39.*
8 *Vulgaris substitutio quare sic dicta.*
9 *Vulgaris substitutionis definitio.*
10 *Vulgaris substitutio expressa, vna,tacita alia: & quæ expressa,& quæ tacita sit.*
11 *Vulgaris tacita sub expressa pupillari.*
12 *Codicillis hereditas dari directò non potest.*
13 *Substitutio sine institutione dari non potest contra Bart.*
14 *Legitima successio non præfertur testamētariæ.*
17 *Filius institutus in hereditate paterna, non potest legitimam agnoscere, & reliquum repudiare.*
18 *Limitatio huius doctrinæ.*
19 *Filius in eo quod accipit vltra legitimam rectè potest grauari.*
20 *Impotentiæ & voluntatis casum cōprehendunt verba,*Si heres non erit, *& numeris sequent.*
21 *Specialiter quid exprimi, vel sub verborum generalitate comprehendi idem est.*
22 *Vterque casus comprehenditur,& si substitutus in potestate instituti sit.*
23 *Filius sua contemplatione institutus existimatur.*
25 *L.penultima.D.quando dies legati cedat.*
Vulgaris substitutio vnicum aliquando tantum modo casum comprehendit ex voluntate testatoris.
26 *Voluntatis casum non cōprehendit facta seruo.*
27 *Filio facta si sit Vulgaris an vtrumque casum comprehendat.*
28 *Suitas tollitur per datione substituti Vulgaris,iuxta communem.*
29 *Communis falsa.*
30 *Prætor per beneficium abstensionis non potuit tollere suitatem in filio.*
31 *Heres qui semel est non desinit esse heres.*
32 *Heredem quemadmodum prætor non facit, ita nec desinere aliquem esse heredem.*
32 *Suitatem pater non potest tollere filio.*
33 *Necessitas quando à patre remissa censeatur.*
34 *L.ex contractu.44.D.de re iudicata.*
35 *Substitutus conditionalis est institutus, & ideò non transmittit hereditatem ante aditionem.*
36 *Ius transmissionis potētius iure substitutionis.*
37 *L.vnica.C.de his qui ante apert.tabulas.*
38 *Lex Papia de caducis quid induxerit.*
39 *Necessitas quæ est in seruis, vt velint nolint, adeant hereditatem domini sui, à dominis remitti potest.*

1 POtest ergo quis plures gradus heredum facere, & primis heredibus non adeuntibus fiet sequentibus locus, idem deducitur ex l. 1. & per totum maximè ex l. potest.36.D. h.ti. consonat.l.1.tit.5.par.6.explicantq; hi quos retulimus sup.ad rubricam in princ.

2 Sed primo pro dub.ratione, sic argu. docet Iust.hic.ibi(*in testamento suo*) vulgarem substitutionem non nisi testamento fieri posse: effectus qui ex substitutione resultat,is est,vt si institutus hereditatem non habuerit, ea ad substitutum perueniat,vt constat, sed siquis in codicillis substituat scriptis heredibus,eis nō existentibus commodum successionis defertur substitutis.l.Scæuolæ.79.D.ad Trebell. ergo codicillis substitui potest.

3 Secundo contra nostrum tex. ibi(*Si ille heres non erit*) quibus verbis probatur, non aliàs fieri substitutionem posse,quàm si institutio præcedat.sic argum. ex verbis enunciatiuis nō inducitur institutio tx.in l.ex facto.19.D. de hered.instituend.& diximus in princ.sup.de exhered. libero: sed si quis ita heres instituatur

(*si legitimus heres vendicare nolit hereditatē meā*) illo nō vendicante, tanquam substitutus admittitur. l. si ita quis. 82. D. de hered. instituend. ergo etiam si institutio non præcedat, concipi substitutio potest.

Tertio contra eandem partem dum eis verbis, *si heres non erit*, probatur, non anteà substitutum admitti, quàm certum sit institutū heredem non esse, quod & generaliter probatum est in l. quandiu. 68. D. de acq. hered. † Objicio difficilem tex. in l. si libertus patrono. 41. vers. *quid ergo*. D. de bonis liberto. vbi patroni heredis instituti cum substituto concursus datur, & ambo simul admittuntur.

Quarto contra eadem verba, iuncta cōmuni interpretatione de qua inferius, quæ probat illa conceptione, *si heres non erit*, duplicē casum & impotētiæ, & nolutatis cōprehendi, ideſt, si heres, non erit, quia nō potuerit, aut quia noluerit. l. cū proponas. 3. C. de hered. inst. † objicio tex. in l. Iulian. 26. ibi (*non vt arbitrium eligendi relinquatur.*) D. si quis omissa causa testamen. vbi pater qui institutus fuit, filia substituta, in eum tantum casum substitutum habet quo existere non possit, nō si velit repudiare.

† Quinto obstat etiam insignis Papiniani locus in l. pater Seuerinam. 101. D. de condit. & demon. vbi AElius Philippus Seuerinæ substitutus sub cōditione si Seuerina ei non nupsisset, non admittitur, & si Seuerina nubere non possit, quia defuncta nondum viri potens, & antequam nubilis ætatis esset.

Sexto contra nostrum tex. ibi (*nouissimo loco in subsidium vel seruum necessarium heredem substituere possit*) quibus verbis coniuncta Accursiana expositione probatum est proprij serui instit. non alias quam vltimo loco fieri posse.

† vrget singularis tex. in l. cum proponas. 3. C. de hered. instit. vbi Iulia. vt testatoris libertus institutus fuit, eique substitutus Vitalis, & tamen de viribus substitutionis ibi non dubitatur, sed qualiter & institutus, & substitutus sint admittendi.

Quibus argumentis non obstantibus dicendum est, ea hic repetita inducēdarum substitutionum ratione quam ad rubricā. n. 66. & seq. insinuauimus, licere omnibus quot voluerint in testamento suo heredum gradus facere. Plane quāuis sup. generalia quędā de substitutionibus dixerimus, de vulgari de qua nominatim hic agimus addemus nonnulla † Vulgaris ergo substitutio ita dicta est, quia est communis & in vsu omnium, siue ordinaria & à quolibet & cuilibet fieri potest, argum. l. quidam cum filium. 46. D. de hered. instit. l. Bæbius Marcell. 30. D. de pactis dotalibus. l. talis scriptura. 30. l. si quando. 112. D. de leg. 1. cum alijs, quæ in id notat Goueanus. lib. 1. var. lect. c. 28. Iacob. Cuiac. lib. 7. obseruatio. ca. 20. cuius definitionem ex notatione verbi colligere nō erit obscurum. Est igitur (vt ego existimo)

† *vulgaris substitutio secūda siue viterior institutio directa quæ à quolibet & cuilibet fieri potest.* vt deduces ex latione in d. l. 1. nu. 13. D. de vulgar. Guill. Bened. Couar. Anto. Gom. & pluribus alijs quos refert Spino de testam. glo. 22. principali. nu. 1. † Ea duplex est, expressa vna, tacita altera. Expressa est, quæ colligitur ex verbis siue singularibus, siue specialibus, siue generalibus testatoris, vt in exemplis, quæ hic refert Mynsingerius nu. 3. & 4. Tacita est quæ licet ex propria verborum significatione non deducitur, colligitur tamen aliquando ex mente sensuque tacito, vt si testator dicat, *Titius & Seius vter eorum viuet heres mihi esto.* quo casu si ambo vixerint ambo erunt heredes, si vnus decesserit, alter solus ex asse, quia subest tacita vulgaris substitut. l. Titius & Seius. 24. cum sequentib. D. de heredit. instit. † Aliquando licet nec ex verborum significatione, nec ex tacito sensu descendat, potestate legis etiam contra vim verborum præsumitur, cuiusmodi est illa, quæ sub expressa pupillari continetur, vt si testator filium suum impuberem heredem instituat, & ei, si intra pubertatem tantum decedat substituat Sempronium; quamuis enim ex verbis casus tantum decedentis impuberis deprehendatur, nihilominus præsumitur, vt si filius ante aditionem hereditatis decederet, voluisse testatorem eundem etiam substitutum esse: adest enim per interpretationem legis præsumpta vulgaris quædam substitutio in illa expressa pupillari. l. iam hoc iure 4. D. hoc tit. l. quamuis. C. eodem, hanc doctores omnes tacitam vulgarem appellant, post Accurs. in dict. l. iam hoc iure, & in l. Lucius. 45. D. eodem, & in §. qua ratione inf. tit. 1. cōmuniter sequutum, vt contestantur Spino. dict. glossa. 22. num. 24. sed vt bene aduertunt Polytus, & Zasius. quorum hic meminit Mynsinger. nu. 6. præsumpta magis dici deberet. sed cum idem maneat effectus, diuersis appellari nominibus quid attinet? de effectibus autem huius substitutionis, eiusque potestate, & resolutione videndā sunt, quæ magistraliter docet Bartol. & post eum reliqui in l. 1. D. eo. item & ij qui peculiares de ea tractatus ediderunt, quos iam retulimus ad rubricam sup. eo. & plura per Didac. Spino vbi proxime. † Hac breui præhabita inspectione argumenta adducta diluamus oportet, quæ non obstant. Nō primum ex d. l. Sæuola. 76. D. ad Trebellian. quoniam respōdeo quod etsi verum sit ex pupillari substitutione in codicillis facta, quia directa verba flectuntur in obliqua, commodum hereditatis ad substitutum peruenire, aliter tamen quam si in testamento facta esset cum enim substitutio institutio sit, heredisque designatio in subsidium alius deficientis, quem

admo-

admodum codicillis hereditas non datur. §. codicillis infrà de codicillis. l. non codicillum. C. de testam. l. si idem. l. hereditatem. C. de codicil. l. 2. tit. 12. par. 6. ita neque substitutio directo fieri potest. l. 2. §. 1. & §. vl. D. de iure codi. communia. d. l. Scæuola, ibi. *licèt substitutio inutilis sit.* quod si codicillis fiat, benigna interpretatione flectitur in fideicommissariam; vt heredes abintestato venientes filio intra pubertatem decedente teneantur substituto ex fideicommisso, & tanquam ab intestato hereditatem restituere detracta quarta ex S. C. Trebellia. sicque intelligenda est illa lex. iuxta quam qui plura cupit legat omnino eruditum Molineum in l. 1. §. siquis ita ex. nu. 77. D. de verb. obligationibus. Ioan. Vandum lib. 2. variarum quæst. cap. 12. Vacon. lib. 4. declarationum iur. ciuil. cap. 64. nu. 20. & lib. 5. cap. 69. nu. 6. Costam in cap. si pater. 3. par. verbo. *pupillares.* num. 6. & verbo. *personis.* num. 12. & verbo. *obliqua.* nu. 13. & nu. 38. & latius. verbo. *interdum.* ex nu. 1. quem potuit & à nobis relatos citare Spino. d. gloss. 22. nu. 6. & soluitur. 1. arg.

13 Neque obstat secundum ex l. siquis ita. 82. D. de hered. inst. quoniam & si eius argumento putauerit Bart. ibidem in finalibus verbis, nulla præcedente institut substitut. dari posse. quam sententiam sequuntur Imola ibi, nu. 3 Alex. in l. 1. num. 13. Iaso. num. 32. D. hoc tit. & communem refert Anto. Gom. 1. tomo ca. 3. nu. 2. Verius multò est, cum substitutio sit heredis institutio in secundo vel vlteriori gradu facta, vt latè in rubrica probauimus, eam dari impossibile esse, quin præcesserit institutio, vt satis illa verba nostri tex. in argum. relata denotant. Neque contrariam probat tex. in d. l. siquis ita, omissa enim solut. eiusdem Bart. in
14 d. l. 1. existimantis, † ex verbis illis conditionalibus legitimum heredem tacitè institutum videri, quod & alibi repetit, & defendit Fortun. Garsia. in l. Gallus. in prin. nu. 8. D. de lib. & posth. quæ expresse conuincitur ex. d. l. ex facto. 19. D. de hered. inst. l. fin. vbi notat Iaso nu. 6. C. de hered. instituend. Ancharran. cons. 137. nu. 2. quoniam institutio nunquam inducitur per argumentum à sensu contrario, vt notauit Roma. in l. si cum dotem in prin. nu. 38. D. soluto matrimonio, requiritque pro forma verba clara expressa & dispositiua. l. jubemus. C. de testam. vnde in. d. l. siquis ita. legitimum heredem abintestato succedere, nec cẽ seri institutum aut vocatum tenuit ibi Accur. glossa fin. quem communiter receptum testatur Alex. consi. 13. nu. 10. lib. 4. Iaso. in. d. l. Gallus in prin. nu. 37. Francis. Marcus decis. 320. Dicendum est, vocatum in eo tex. in defectũ heredis legitimi non esse substitutũ cum nulla præcesserit institutio, sed magis institutum sub conditione censeri, vt significat I. C. ibi:

puto deficere conditionem testamenti illo vindicante, quæ sententia omnibus est communis secũdum Alex. consil. 185. num. 10. lib. 2. Ripam, in d. l. 1. D. de vulg. nu. 100. Alcia nu. 61. Poly. 15 tract. de vulgari. 2. particu. nu. 16. † Quod si tu obijcias: ergo eo in casu, successio ab intestato præferenda erit successioni testamentariæ, contra reg. l. quamdiu. 90. D. de reg. iur. l. antea quam. C. com. de successionib. Respondebo, quod cum heres ibi fuerit institutus sub conditione, ante conditionis implementum non fuit ei delata hereditas. l. is qui heres. 13. D. de acq. her. & inde non potest de prælatione illa tractari, quia legitimo herede hereditatem vindicante, institutionis conditio deficit, atque ita quasi nulla esset institutio legitimus suo iure admittitur, ex prin cum ibi notatis infra de hered. quæ ab intest. def. & ita est intelligendus tex. in d. l. si quis ita, quem præter sup. relat. rectè interpretantur Calanc. in d. l. 1. D. de vulg. nu. 23. Costa. in l. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 76. Coua. in cap. Raynutius §. 3. n. 9. de testam. Mincha, de succes. crea. §. 20. nu. 109. & resoluitur secundum argum.

16 Neque obstat tertium, ex. d. l. si libertus. 41 versi. *quid ergo.* D. de bon. libert. quoniam etsi secure doceat Bar. nu. 27. in d. l. 1. D. h. t. dari, ibi singularem casum, in quo & institutus, & substitutus admittantur simul, & concurrant (de quo latius nos in §. fin. inst. eo.) sunt qui putent patronum ibi non retinere legitimam portionẽ ipso iure, sed iudicis decreto, ex reg. l. in ambiguo. 86 §. quoties. D. de reg. iuris, & inde cum iudicis decreto eam consequatur, dici non potest, dari ibi concursum instituti & substituti quomodo eum tex. interpretantur Ripa num. 156. in d. l. 1. D. h. t. Polyt. d. tract. de vulg. 6. partic. nu. 54. Sed verius est, quamuis patronus ibi legitimam iudicis decreto habeat nihilominus tamen ipsum & substitutum ex testamento admitti, & simul concurrere, vt ex illo tex. planè deducitur: quemadmodũ
17 enim, † quamuis filius institutus à patre nõ possit legitimam portionem agnoscere, & reliquum repudiare, iuxta reg. l. 1. & 2. D. de acq. here. docet Bar. in l. quia poterat. nu. 5. D. ad Trebe. & in l. gerit nu. 22. D. de acq. here. receptus ex Dec. in l. 3. nu. 4. C. de impub. etsi substitutum habeat. l. si solus. 79. D. de acquir. hered. † Si concurrant hæc duo, scilicet,
18 quod filius habeat substitutum. & grauetur à patre rem propriam dare, tunc propter affectionem quam potest habere ad rem propriã permittitur et retenta legitima, reliquum repudiare, vt perueniat ad substitutum, vt docet Bar. in d. l. 1. nu. 27. D. de vulga. quidquid contradicat Saly. in d. l. 3. C. de impub. ita & patrono in d. vers. *quid ergo*, Altero vero ex his deficiente non poterit filius, neque patronus hanc separationem facere. si ergo substitutum

non habeat, id ei non licebit, propter inconueniens, hius nostrum. 7. D. de reg. iur. §. hereditas. sup. de hered. instit. quod expresse probatur in d. l. si libertus patrono. 41. ad fi. Quinimo neque alias ei licebit, quasi constet velle substitutum reliquam hereditatem adire, idem enim est vel substitutum non habere, vel habere repudiantē. Cōstat enim, quod etsi onus vel grauamen à legitima portione sit reijcien
19 dum. l. quoniam in priorib. C. de inoffi. † si tamen filius generaliter in omnibus bonis sit in
23 stitutus, in his quæ vltra legitimam relinquuntur rectè grauatur & grauamen subire cogitur. l. scimus. §. cum autem. C. de inoffi. notat grauiter Roderi. Suar. in d. l. quoniam in prioribus ampliat. 6. nu. 2. Cuius doctrinam sequūtur Ant. Gom. Costa & alij quos nouissime recenset Valdes in additionibus ad eundem Suarez.

20 Non obstat quartum, ex d. l. Iulianus. 26. D. si quis omis. cau. testa. quoniam verissimum est huiusmodi verba in substitutione vulgari, *si heres non erit*. duos casus comprehendere, impotentiæ, & noluntatis, ideſt, si heres nō erit, quia noluerit aut quia non potuerit, quod etsi in d. l. cum proponas, non probetur, vt aduertunt Iaso, ibi. nu. 3. Ripa. in d. l. 1. D. eo. nu 89. quia ibi vtrunque casum testator expresit, verissimum tamen est, & constat ex eo, quia
24 prædicta verba, *si heres non erit* in sui generalitate vtrumque casum comprehendunt, † &
21 paria sunt aliquid specialiter expressum esse vel sub verborum generalitate comprehendi, vti probatur in l. si duo ad fi. 52. D. de admin. tut. in l. Prætor. §. 1. vbi glos. verbo, *expressum*. D. de oper. noui enuntia. notat Accur. in l. si quis mihi. 25. §. iulium, verbo, *specialiter*. D. de acq. here. Neque contrarium probat tex. in d. l. Iulianus, ibi: *non vt arbitrium eligendi relinquatur*, nam etsi eius argum. putauerit Bar. nu. 13. in d. l. 1. D. h. t. quem communiter sequutum testatur. Iaso. nu. 23. superiorem sententiam limitandam esse vbi institutæ substituta esset persona, quæ in eius esset potestate, quia tunc casus tantum impotentiæ comprehenditur;
22 † longè tamen verius est, vtrumque casum comprehendi, neque illis verbis (*nō vt arbitriū eligendi relinquatur*) probat l. C. patris repudiationem substitutioni filiæ locum non facere, sed eam pro non facta haberi, quoad conseruationem legatorum primo gradu relictorum, vt rectissimè obseruant Aretin. 8. co. um. in prin. & Socin. nu. 14. in d. l. prima. D. eo. Iaso. in l. si filius heres nu. 30. D. de lib. & posth. Polyt. de vulg. 3. particula. nu. 101. Ratio autem quæ mouere poterat, vt legata primo gradu relicta non conseruarentur, non malè inducitur ex l. §. si proponatur D. si quis omissa causa testamenti, coniuncto. §. Item vobis sup. per quas personas. quotiescumque enim quis & institutus & substitutus est, etsi institutionem prætermittat non tamen incidit in edictum, quasi testator qui eum substituit hanc ei dederit facultatem; quod idem in patre instituto, cui substituta fuit filia dicendum videbatur, hac autē consideratione nō obstante, si de honore proprio omisso propter compendiū alienum malit institutionem pater, quia dolo non caret, legata quæ ab ipso data sunt ex sententia edicti præstaturum eum, rectè respondit ibidem Papin. † quoniam in dubio filius
23 præsumitur institutus propria contemplatione, scilicet vt sibi acquirat, non contemplatione patris, neque vt ei acquirat, l. fi. C. de vsufr. tex. vbi notarunt plures in l. penul. C. de iure delib. vnde fit, quod si in d. l. Iulianus, eiusdem patris contemplatione facta fuisset substitutio, iuxta terminos, l. filio fami. 42. D. de cond. & dem. legata primo gradu relicta pater præstare non cogeretur, vt in specie l. 1. §. si proponatur. D. si quis omissa causa testamēti. Præterea fit, quod si filia sit instituta, pater autem substitutus cum cesset superior ratio, neque aliqua fraus in eo possit cōsiderari, qui quo iure vocatus est admittitur, legata primo gradu relicta præstanda non erunt, vt ex eiusdem Iuliani sententia probat Papin. iam relatus.

24 Non obstat quintum argumentum, ex l. pater Seuerinam. 101. D. de cond. & dem. in cuius explicatione, etsi plura comminiscantur interpretes, vt constat ex his, quæ scripsit De cius consi. 273. col. 2. ad fi. Cagnolus. in. l. 3. D. de reg. iur. Forcatulus in Necyomantia, dialogo 30. nu. 7. Berengarius l. fi. n. 65. C. de posthu. hered. instit. omisso tamen communi intellectu existimantium, ideo ibi AElium Philippum ad legatum non admitti, quia nō fuit substitutus, sed legatum prædij fuit in ipsum trās latum, in pænam filiæ nolentis ei nubere, quare cum decesserit filia Seuerina antequam esset nubilis ætatis, & sic in nulla fuerit culpa cessat pæna, quæ absque culpa non est, ex regu. l. aliud est fraus, 51. D. de verbor. sig. l. fi ideo vltio. C. de his quib. vt indig. quod probari potest ex eo quod vbi quis punitur ob aliquod non factum interpretamur si non fecit quia noluit, non vero si non fecit, quia non potuit, l. siquis in graui, D. ad S. C. Syll. quam interpretationem scripsit Bald. in l. cum proponas nu. 8. C. de hered. instit. quem ibi sequitur Iaso. versi. *tertio limita*. Benedictus in c. Raynutius, verbo. *si absque liberis*, el 2. sub rubri. de vulga. nu. 43. Cagnol. vbi sup. nu. 16. Coras. in l. post aditam. n. 26. C. de impub. Socin. consi. 259. nu. 3. lib. 2. Gratus consi. 114. nu. 7. lib. 1. & secure Spino. de testamen. glossa. 22. principali nu. 33. Qui communis intellectus satis cōuincitur per And. Alcia. in l. 1. nu. 40. Ripa. n. 90. D. de vulgari Berengar. in d. l. fi. nu. 65. C.

de

de post.hered.instituen. qui similiter aliter interpretantur. Ego existimo, superiorem illam sententiam ab omnibus communiter receptã, scilicet, hæc verba, *si heres non erit*, in substitutione vulgari duos comprehendere casus, & noluntatis, & impotentiæ esse limitandam, ex voluntate testatoris, ex qua si aliud appareat à propria verborum significatione recedendũ erit ex vulgatis. Cum igitur illa conditio, si *Ælio Philippo nupsisset* in d. l. pater. expresse posita fuerit in voluntate Seuerinæ, ideſt, si postquam scilicet iam maturè viri potens facta, & plenis nubilibus annis, ei nuberet, siuè nubere voluisset, continet sub se contrariam fauore Philippi, videlicet, si non nupserit, in eodem tamen sensu, ideſt si iam nubilis ætatis
25 & viripotens facta ei nubere recusasset, † ex tex. expresso in l. pen. D. quãdo dies legati cedat, quare cum filia obierit antequam nubilis esse cœpisset, deficit conditio, quia non venit tempus in quo, vel cõsentire, vel repudiare poterat, quæ est nisi ego fallor, verissima sententia illius responsi, cui coniungi potest tex. in l. quod si vir. 66. D. de donation. inter virum, & vxorem.

26 Præterea limitatur eadem communis sentẽtia, si substitutio vulgaris fiat seruo proprio, tunc enim substitutus tantum erit admittendus in casum impotentiæ, quia in seruo nõ datur voluntas, cum heres sit necessarius & inuitus, tex. in §. licet, supra, quibus ex causis man. non licet, §. 1. infrà, de hered. qualit. diximus in §. seruus autem à domino sup. de hered. instituen.

27 Sed an idem & in filio fam. dicendum sit, cũ & ipse sit necessarius heres. tex. in §. sui. infra, de hered. qualitate? non ita sine controuersia recipitur, frequentius tamen illud admittitur,
28 † vt per vulgarem substitutionem ei factã, ius sui, siue suitas tollatur, & ita filius, qui antea erat heres necessarius voluntarius efficiatur, vnde & illud vt in eo vulgaris substitutio vtrumque casum comprehendat, nolũtatis scilicet, & impotentiæ, quam quæstionem, multis adductis disputat Sarmiento, in l. si filius heres. nu. 13. & sequẽtibus, D. de lib. & post. Sed quidquid alij crediderint, verius videtur idem in filio quod in seruo huiusmodi conceptionẽ *si heres non erit*, operari, cum statim & ipso iure filius familias heres mortuo patrè fiat, & in consequens cesset substitutio vulgaris, reg. l. post aditam, 5. C. de impub. coniuncta regula, l. in suis, 11. D. de liberis & posthumis, l. in suis
29 14. D. de suis & leg. hered. † nec admitti potest per dationem substituti vulgaris suitatem sublatam, datamve licentiam repudiandi, l. Iulianus, 26. in principio, D. si quis omiss. causa testamenti, cum quia conditio nunquam disponit, vt sæpè diximus, ex l. ex facto. 19. D.
30 de heredibus instituendis. † Cum quia etiã quod filio suo heredi per benignum beneficiũ Prætoris abstinendi, de quo in l. necessarijs. 57. D. de acq. hered. §. sui. vers. *sed his permittit Prætor*, inf. de hered. qualit. Vlp. in institutionib. tit. 22. §. *inter necessarios*, non tollitur suitas, in hunc sensum, vt desinat esse heres iure
31 ciuili, † cum nihilo magis heres sit, ex regula. §. restituta, infra de fideicom. hered. l. qui soluendo 82. versi. fi. D. de heredib. instituen. adiuncta l. sciendum. 33. D. de manumiss. testamento, & magis, l. cum quasi 30. §. sed etsi quis sine herede. D. de fideicom. liber. quod in hac nostra eadem specie obseruat Theophilus in princi. inf. tit. 1. & induci rectè etiam potest reg. §. quos autem infra, de bonorum poss.
32 † quemadmodum enim Prætor neminem heredem facere potest, ita neque eum, qui iure ciuili iam heres est, vt heres non sit faciet. non est ergo cur maiorem testatori vim tribuamus, quam Prætori tribuitur, argumento. §. Prætorum, supra de iure naturali, adiuncta vulgata regula, l. nemo potest. 55. D. de legat. 1. nec poterit pater iura suorum tollere, quamuis quoad se attinet, possit remittere filio illam necessitatem succedendi, quæ fauore ipsius patris fuerat introducta, ex d. l. in suis cum similib. si coniungas, & alteram non minus cognitam regulam. l. si quis in conscribendo. C. de Epis. & cler. & C. de pactis, sed hoc non facit vt filius desinat esse suus heres.
33 † Quinimo & illud est notandum id quod dicimus, necessitatem à patre remitti ea conditione adiecta, verum esse si ita concipiatur, *si filius noluerit esse heres*, non si simpliciter dixisset, *si heres non erit*, vt expresse probat, l. Cornelius. 69. D. de hered. instituen. l. verba hæc. 12. D. de cond. institut. iuxta quam interpretationem accipienda est. l. iam dubitari. 86 D. de hered. instituendis. neque cõtrariam sen
34 tentiam probat tex. † qui pro ea frequenter allegatur, in l. ex contractu 44. D. de re iudicata. Ideo enim ibi admittuntur substituti, quia fuit concessum beneficium abstinendi, iure Prætorio introductum, per quod necessitas succedendi fuit sublata, & inde non mirum si admittantur substituti, libetum enim fuit substituto non adire postquam beneficium illud impetrauit, verum non statim sequitur suitatem fuisse sublatam, at quod iure ciuili pupilla heres non existat: sed illud magis, vt necessitas fuerit remissa, quod latius animaduertit Sarmiento iam relatus.

35 Illud etiam est antequam hinc abeamus obseruandum, quod cum substitutus heres sit cõditionalis, vt latè deduximus ad rubricam huius tit. consequens est, non antea admitti, quã impleta conditione, hoc est, si heres non fuerit institutus, ex regula. l. cedere diem. 213. D. de verb. sig. mortuo ergo ante aditionem instituto herede substitutus admittetur, cum casus impo-

impotentiæ & conditionis implementum aduenerit, quod sane antiquo iure considerato verissimum est, nouiori vero inspecto aliud est obseruandum, siquidem introductum est instituto intra annum decedente à morte testatoris non fieri locum substituto, sed liberum esse intra illud tempus anni quod super est, heredi heredis vel adire, vel repudiare. l. cum in antiquioribus. 19. C. de iur. delib. & inducta reg. l. fi. C. de here. instituend. vbi scriptum est, heredem heredis primi testatoris heredem esse, & sic iuris interpretatione, non tam extitisse, quàm defecisse conditionem, sub qua substitutus erat vocatus videtur, quasi perinde sit, ac si primus heres adijsset, propter regulã sæpius inculcatam, l. post aditam. 5. C. de impub. adiuncta & alia æquipollentium, qua dicimus nihil interesse, quid ex æquipollentibus fiat. l. fin. C. de donat. quæ sub modo. l. 3. C. de institutionibus. l. Gallus. 29. §. & quid si tantũ
36 D. de lib. & posth. † Ex quibus, & alijs conficitur communis sententia, qua traditur ius transmittendi potentius esse iure substitutionis, quam docet Accur. in l. sed etsi pro dote. §. penult. verbo, *ab intestato*. D. de legatis præstãdis. Bartol. in d. l. 1. num. 20. D. h. t. vbi communem testantur Socinus, nu. 18. Iaso. nu. 41. Alciat. n. 78. idem Iaso. in d. l. cum proponas, nu. 18. C. de heredib. instituend. Anto. Gom. lib. 1. var. cap. 3. nu. 25. Costa in ca. si pater 1. p. ver. *habens*, nu. 22. de testamen lib. 6. & ita tenendum est, quidquid controuertant Angelus, qui contrarium tenet in l. si pater. 40. D. de heredibus instituendis, & consilio. 151. n. 1. & esse veriorem opinionem contendat Ripa, in d. l. 1. n. 138. Ruinus n. 56. D. co. Polytus de vulgari. 3. particula, n. 99. Corasius, in l. post aditam. num. 41. C. de impub.

37 † Quã in re etsi aliqua possem obseruare, illud tamen vnum non omittam ineptè à Bartolo, & communi pro sua sententia quæ verissima est, allegari tex. in l. vnica, C. de his qui ante apertas tab. quæ docet in quem fit transmissio substituto præferri, nam pro eius perfecta explicatione obseruo, quod licet d. l. vni. etiam in succedentibus ab intestato intelligatur ibi, à glossa. verb. *liberos*. in fine, quam probat Bart. n. 3. & communis, quam resoluit Alexan. eodem n. & consi. 101. vol. 3. in l. ventre præterito. D. de acquir. hered. vbi Alcia. n. 36. Bal. in l. si filius heres. D. de liber. & post. Fulgos. consi. 14. Romanus consil. 442. verius tamen est. d. l. vnicam. solum procedere, cum testamentum est conditum, vt verba legis demõ
38 strant, & ex rubrica satis colligitur: † nam lex Papia de caducis, quo magis ærarium fisci locupletaretur, induxit, vt si heres, vel legatarius ante apertas tabulas decederet hereditas, vel legata efficerentur caduca, l. vnica §. in primo. C. de caducis toll. à qua tamen regula exceptifuerũt descendentes vsq; ad tertium gradum, quibus potestas fuit adeundi, etiam ante apertas tabulas. dummodo soli essent instituti heredes non cum extraneis: & dummodo scirent se heredes institutos, quo fit vt his casibus descendentes, neque adire neque transmittere hereditatem possent, sibi iure naturæ debitam: & ideo Imperator Theodosius corrigens hac in parte generaliter legem Papiam, statuit vt omnes descendentes, siue soli sint, siue cum extraneis instituti, siue sciuerint, siue ignorauerint se institutos transmittant heredi tatem ad descendentes. Cuius constitutionis meminit Iustin. in d. §. in nouissimo l. vnicæ. C. de caducis toll. vnde consequitur, eam legẽ transmissionem inducere, eo casu, quo hereditas efficiebatur caduca. Cui & illud est proximum, vt in successione ab intestato intelligi non possit, in qua cessabat caducorum ratio: ergo illa verba, d. l. vnicæ, *aliosque contra auitum vel proauitum desiderium*, non ad substitutos sunt referenda qui secundum voluntatem testantium succedunt, sed ad fisci ærarium, qui hereditate effecta caduca insperato eius commodo fruebantur.

39 Non obstat 6. & vltim. argu. ex tex. in d. l. cum proponas. 3. C. de hered. inst. quoniam etsi is tex. satis difficilis sit in principali decisione, de qua latè inf. in §. fi. huius tit. quoad præsens tamen propositum parum obstat, siquidẽ quamuis verissimum sit frequenter testatores in subsidium seruum suum heredem, vel instituere vel substituere, vt ita eorum firmum maneat iudicium, cum seruus velit, nolit heres sit necessario futurus, ex §. primo, inf. de hered. qual. cum ibi notatis, & in §. licet, sup. quib. ex cau. manum. non licet. & diximus in rub. huius tit. nu. 69. ad fi. quia tamen id ipsorum testatorum gratia prouisum fuit, vt constat, cui ipsi possunt renũciare, vt paulo superius, quid non dissimile resoluentes aiebamus, necessitatem à lege seruo proprio iniunctam remittere poterunt; quæ sanè tunc remissa censebitur. si expresse in eius voluntate id positũ sit, & à testatore expressum, vt si dicat: *Insti tuo* (vel substituo) *Stichum seruum meum, quod si vel heres esse noluerit, vel non potuerit, substituo Sem.* Tunc enim ex necessario, voluntarius seruus efficietur. Meminisse etenim oportet, & nos etiam docuisse illa verba, *si heres non erit*, in vulgari substitutione, casum tantum impotentiæ comprehendere, nisi alter noluntatis à testatore fuisset expressus, cum ergo in d. l. cum proponas. Alexander miles primo loco Iulianum vt libertum suum heredem instituisset, eique substituisset his verbis, (*quod si ex aliqua causa primus heres hereditatem meam adire noluerit vel non potuerit, tunc in locum eius secundum heredem substituo Vitalem*) satis constat necessitatẽ seruo fuisse remissam, & voluntarium heredem

effe-

effectum,& ita quo loco scriberetur, siue primo,siuè nouissimo nihil interesse,& ita soluitur argumentum,& textus.

§. Et plures. 1.

1 *Vnus vni,plures vni, vnus pluribus, & plures pluribus substitui possunt, & harum substitutionum exempla sequentibus numeris.*
7 *Ius substitutionis potentius iure accrescendi.*
8 *Ius accrescendi inducitur ex tacita mente defuncti.*
9 *Expressum præfertur tacito.*
10 *L. quamuis 4. C. de impuberum.*
11 *Breui loquæ, siue reciprocæ substitutionis forma, quæ melius compendiosa dici posset.*
12 *Compendiosa substitutio, vt plures comprehendat substitutiones, æqualibus fieri debet.*
13 *Effectus huius substitutionis.*

1 NOn solum vnus in locum deficientis heredis substitui potest,vt audiuimus in prin sup.h.t. sed & vnus vni & vni plures,& pluribus vnus, & plures pluribus,& ij omnes, qui sunt instituti sibi inuicem substituti,idem in l.fā hoc iure.4.l.potest. 36. D. eo. l.quamuis.4.l.cum quidam 10.C.de impub.l. 13.tit.5.partita.6.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: Substitutio est subrogatio in locum deficientis rei vel personæ facta,vt constat ex late traditis,supra in rub.iuxta explicationem definitionis substitutionis:ergo quemadmodum natura fieri non potest, vt quis plurium vicem sustineat,aut e conuerso, plures vnius locum referant,ita neque per testatorem,quoniam cū lex naturam imitetur.§.minorē, supra de adoptionibus, quod natura fieri non sinit, neque lex,aut eius potestate testator efficiet.

Verum eo argumento non obstante desumpta ex hoc nostro textu cōclusio defendenda
3 est, quarū substitutionū ecce exēpla. † Vnus vni substitui tur,ita,*Titius heres esto, si Titius he-*
4 *res non erit, Seius heres esto*,vni plures: † *Titius heres esto, si non erit, Seius & Mœuius sunto*.plu-
5 res pluribus. † *Titius & Mœuius heredes sunto, si non erunt, Mœuius & Flauius sunto*: pluri-
6 bus vnus. † *Titius & Mœuius heredes sunto, si non erunt, Seius heres erit.* Hæ substitutionū formulæ clarę sunt,vltima obscurior sanè,de qua mox interim circa priores,paucis accipe:quādo vnus pluribus substituitur duplicem esse inspectionem,an copulatiuè,an vero distributiue facta fuerit substitutio. Nam si copulatiuè,ita demum admittetur substitutus, si omnes noluerint,aut non potuerint adire.Si vero distributiue substituatur cuicumque deficienti succedet, argum.l. si heredi plures.5. D.de cond.instit,& §.si plures conditiones,supra de her.inst. Ecce exemplū prioris,*Titius & Seius heredes sunto, si nullus aut nemo eorum heres erit, Mœuius heres erit*:nam ita demum Mœuius admittetur,si nullus, aut nemo adierit.Posterioris sit exemplum: *Instituo Titium,& Mœuium qui si heredes non erunt, Seius heres esto*: quo casu cuilibet eorum,& singulis substitutus succedet arg.l.2.§.1.D. de cond. instit.l. falsa.33.§. fi.D.de cond.& dem.& magis ex l. pen.D.de iniuf.rupto.l.ex duobus.34.§. filium. D.h.t.l. Lucius 78.§.Caio,D.ad Trebell.l.fi.§.filium. D.de leg.2.quæ posteriora duo iura licet in fideicommisso loquantur, quod constat aditionem exigere,vt in prin. & in §.in primis,cum seq.D.de fideicom.hered.l. 1.§. hoc autem,& toto tit.D.ad Trebe. substitutio autem vulgaris per aditionem expiret, l. post aditam.5. C.de impub.tamen eadē nituntur ratione, cū deficiente vno ex institutis impleatur conditio substitutionis,arg.l.seruus,9 §.1.D.si quis cautionib.l. si is qui ducenta.14. §. vtrum.D. de reb.dub.l.quoties.41.D.de vsufr. quia verum est vno non adeunte omnes non esse heredes,& ideò euenisse casum,in quem substitutus vocatus est,ac proinde illa substitutio copulata resoluitur,& distribuitur in plures singulares substitutiones,ex d.l.falsa.33.§.vlti.& l.hoc articulo.29.D.de heredib.instit. quæ ratio communis est,& fideicommissariæ,& vulgari substitutioni,licet temporum fiat distinctio,nempe in vulgari,si ante aditionem deficiat vnus ex institutis,in fideicommissaria autem decedente vno post aditionem factā,sem
7 per enim substitutus admittetur. † Quibus accedit potentius esse ius substituti, quam co heredis l.2.§.si duo.D.de bon.poss.secūd.tab. authen.hoc amplius;ibi:*defertur primo.* C.de fideicommiss.quia nempe substitutus institutus est,quamuis in secundo gradu,& ex voluntate expressa testatoris succedit,tex. in prin.huius
8 tit. † Coheres vero ex tacita & ne decedat defunctus pro parte testatus pro parte intestatus.§.hereditas. vbi diximus sup. de heredib.
9 instit.l.1.§.his itaque.C.de caducis toll. † Et solet expressum tacito præferri.l. cum filio.§. 1.D.h.t.& expressa testatoris dispositio facere cessare dispositionem legis,tex. vulgaris in l.fina C.de pactis conuentis. Nec in contrariū mouere debet tex.in d.l.quamuis. † C.de im-
10 pub.nam quamuis si ad verba respicias vna sit substitutio in genere,nempe vulgaris, respectu filij, & matris, inspecta tamen voluntate testatoris duæ sunt substitutiones,quia censetur ille substitutus distributiue vocatus, & tā matri quam filiæ extra pupillarem ætatem decedenti substitutus Quinimo vt ego ex istimo in specie illius legis tantum agitur,an ille substitutus videatur vulgariter matri? pupillariter autem filiæ? ex respondet Cæsar vtrum ne substitutum intelligi vulgariter,ita vt filia decedente

cedente pupilla mater præferatur iure proprio substituto. sed si egressa duodecimum annum decedat, non dubito substitutum matri præferendum, ex supradictis quæ alij non aduertunt, etsi plura iuxta eam legem adducant, maximè Forcatulus dialo. 31. n. 2. Belonus li. 4 supput. cap. 17.

11 Vltima autem substitutionis formula, quando ij qui instituti sunt sibi ipsis substituuntur sub hac conceptione. *Titius, & Mœuius heredes sunto, eosque inuicem substituo*, vel ita, *Titius & Mœuius vter eorum viuet heres esto*: aut ita: *Titius & Mœuius inuicem substituti heredes sunto*, ineptè ab interpretib⁹ breuiloqua appellatur, eo quòd videnr eam sub breui verborum compendio fieri, nam vt rectè aduertunt noniores, & Duaren. in Paraphrasi huius tit. cap. *de reciproca substitutione*, inde posset compendiosè substitutioni hoc nomen longè aptius quadrare, cum breuior sanè eius sit formula, mutua igitur non male dicetur, ex l. coheredi, 41. §. qui decretas D. h. t. siue reciproca, vt in l. iam hoc iure. 4. D. h. t. eius fit mentio passim, maxime in l. qui plures 23. in l. Lucius. 45. in prin. §. 1, D. eo. l. Lucius 78. § pater, D. ad Trebellia. quamuis tamen proprium hoc nomen, sit adepta, eo quod in se reflectatur, natura sua ab alijs non differt, & cum plures sub se casus possit complecti, habita ratione personarum, quibus fit, item & temporum, vt bonis exemplis exponunt hic Cantiuncula, & Minsyng. vulgatis tamen est, vt ex nostro tex. deprehenditur, & hic omnes notant late Bart. & repetentes in d. l. Lucius. 45. D. eo. à quorum commentarijs & disputationibus, quæ hic desiderā
12 tur petenda sunt, † Illud tamen vnum non omittam. vt plures substitutiones, quam vulgares sub ea comprehendantur, æqualitatem personarum, quibus substitutio fiat, omnino requiri, veluti omnes esse impuberes, vt complectantur pupillares, omnes furiosos, vt exēplaribus fiat locus, nam in personis inæqualibus, illæ tantum substitutiones includentur, quæ in omnibus personis æqualiter verificari possunt, sicque intelliges tex. in d. l. iam hoc
13 iure. 4. & d. l. Lucius. 45. D. eo. † Quod si quæras, quis ex hac substitutione resultet effectus ante hereditatis additionem, cū absque ea fiat locus iuri accrescendi, iuxta l. vnicam. §. his itaque. C. de caducis tollendis, l. vnica, C. quando non pet. partes. respondebo, per substitutionem detrahi iuri accrescendi, argumento l. penultimæ. D. de iniusto rupto. & quod ius accrescendi transmittitur, non sic ius substitutionis, l. si ex pluribus. D. de suis & legit. l. qui plures. 23. d. l. Lucius. 45. §. 1. l. qui habebat. D. hoc tit.

Neque adductum argumentum obstat, quoniam non persona in locum personæ sed gradus in locum gradus substituitur, qui vt ex vna vnus, similiter, & ex pluribus conficitur.

§. *Etsi ex disparib.* 2.

1 *Partes in institutione expressæ in substitutione repetitæ censentur.*
2 *Idem in coheredibus qui per ius accrescendi succedunt, admittendum est.*
3 *Limitatur quando aliud constat ex voluntate testatoris & coniecturæ quadam, ex quibus voluntas præsumatur.*

1 PArtes in institutione expressæ, tacite in substitutione repetitæ intelliguntur, idem deduces & exemplis illustrabis ex l. si in testamento. 3. l. qui liberis. 8. l. si plures. 24. l. coheredi. 41. §. ex his. D. eo. l. 1. C. de impub. consonat l. 3. tit. 5. par. 6.

Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: Heredes substituti instituti sunt, licet secūdo vel vlteriori gradu, vt latè sup. in prin. probauimus ad rubricā. Sed si plures indefinitè scribantur heredes æquis partibus, instituti intelliguntur. §. si plures, 9. supra, de heredib. instituen. ergo & quando sunt substituti admittentur æqualiter.

2 Eo tamen argumento non obstante, dicendum est, facta substitutione reciproca, non ex virilibus partibus, siue habita personarum ratione, sed potius, portionibus consideratis, quæ in institutionibus datæ fuerant, substitutos admitti; quod idem in coheredibus ad portionem vacantem venientibus per ius accrescendi, audiuimus in §. videamus supra de hered. instit. & induci rectè potest l. quoties. 23. D. ad Trebell. cuius rei illa potest commendari ratio, quoniam cum frequenter hereditas propter amorem relinqui soleat, l. neque adiecit. 9. D. pro socio, præsumitur eandem personam substitutam testatorem prædilexisse, quam institutam magis honorarit, argumento eorum quæ traduntur in l. Publius. 36. §. finali. D. de cond. & dem. & in l. licet Imperator. 77. D. de legat. lib. 1. quibus coniungi potest etiam textus in §. Præterea, infra de mutuis. stipulat. l. Titia. 134. §. 1. D. de verborum obligation.

3 Hæc tamen decisio limitanda erit, quoties aliam testatoris mentem, seu voluntatem fuisse appareat, veluti si proprijs nominibus repetitis substituantur, quia tunc ex virilibus portionibus vocati censentur d. l. quoties. 23. eū seq. D. de cond. & dem. l. Turpia. 57. §. vlt. l. si heredes. 127. D. de leg. 1. & sic intelliges tex. in l. si plures, 96. D. de leg. 3. l. si communis seruus. 37. D. de stipul. seruorum. l. ita liber. 8. ver sic. *si partes*. D. de stat. lib. quod si ita fiat, sub nomine proprio, & appellatiuo, quod eorum præ-

præcesserit, quodve demonstrationis gratia fuerit adiectum, inspiciendum est. Altera præsumptio desumi potest, si æqualiter aut grauati aut honorati sunt substituti, argum. d.l. quoties, 23. D. ad Trebel. l. vtrum. §. fin. D. de reb. dub. & obseruat Greg. in d.l. 3. glos. 4. quamuis tẽtari possit ea iura in fideicommiss. loqui, quæ nuda quoque voluntate valent, & ex coniecturis inducuntur. l. cum proponebatur. 66. D. de leg. 2. l. mulier. 4. l. heredes mei, 57. §. cũ ita D. ad Trebel.

§. Sed si instituto. 3.

1 *Substitutus instituto, qui coheredi suo fuerat substitutus, ad vtriusque partem admittitur.*
2 *L. qui habebat. 47. D. hoc titulo, num. 4.*
3 *Exemplum decisionis nostri tex.*

1 SVbstitutus instituto, qui coheredi fuerat substitutus ad vtriusque partẽ admittitur, idem in l. si Titius. 27. l. coheredi. 43. in prin. D. h. tit.

2 Sed obstat difficile I. C. Scæuolæ respõsum, in l. qui habebat, 47. D. h. t. vbi in non dissimili casu omnino contrarium decisum extat. Quo tamen argumento non obstante quod si instituto heredi coherede substituto dato, alius fuerit substitutus sine distinctione ad vtramque partem substitutum admittendum dicendum est, nec ea in re aut ordinem scripturæ, aut ordinem successionis attendendum: habet enim non ex iure accrescẽdi, quicquid alij existiment, sed potius ex vi substitutionis, vtramque coheredum portionem. Sed quia res est tortuosa & subobscura huius tx. & similiũ,
3 accipe exemplum. † Sic testator scripsit: *Titius ex semisse, Sempronius ex alio semisse heredes sunto: si Sempronius heres non erit, Titius & ex parte Sempronij heres esto: si Titius heres non erit, Mœuius heres esto.* Neutro herede, neque Titio, neque Sempronio adeunte ad Mœuiũ vtriusque portio peruenit ex vi substitutionis, quia respectu illius coheredis, videlicet Sempronij, cui non videbatur substitutus: dicitur etiã substitutus in tertio gradu iste Mœuius, interim dum viuit Titius alter coheres, qui Sẽpronio coheredi fuit substitutus, cui Titio substitutus fuit nominatim Mœuius. Deficiente ergo Titio coherede eodemque substituto coheredi, iste substitutus Mœuius adiectus, qui antea erat in tertio gradu, nunc incipit esse in secundo: quoties enim quis plures gradus substitutionum facit, omnes dicuntur secundi, respectu primi, & qui vltimo loco substitutus est, etiam primo substitutus esse intelligitur, tex. in prin. ibi: *tunc substitutus pater fit heres.* inf. de pupillari, & regula. l. fi. C. de hered. instit. vt recte explicat Duaren. in Paraphrasi. D. eo cap. *de effectu substitutionis vulgaris.*

4 Neque obstat tex. in d.l. qui habebat, de cuius interpretatione præter ordinarios plura Alexan. in l. 1. nu. 42. Hierony. Verius in l. ex facto. num. 415. D. eo. Socin. Iunior consil. 94. num. 45. lib. 1. Parisius consi. 73. num. 23. quoniam Cuiac. hic existimat d.l. qui habebat in pupillari substitutione accipiendam, in qua ordo successionis expectandus erit, quod quidã ibidem non latuit Accursium. In hoc alij cõsentiunt, dicentes de pupillari sanè intelligi facta filiæ exheredatæ, iuxta §. non solum, infra de pupillari, quæ ideo nec expresse, nec tacite continet vulgarem, & cum filia præmortua fuerit, extinctum fuit ius substitutionis pupillaris, quia filia non potuit succedere patri à quo fuit exheredata.

Sed melius dici potest, longè diuersam esse speciem huius tex. & similium ab specie, d.l. qui habebat, hic enim substitutus non succedit ex vi substitutionis sibi delatæ, à coherede substituto alteri coheredi, sed magis ex iure substitutionis factæ illi coheredi postea decedenti, cui diximus non minus adiectum fuisse substitutum, quamuis in tertio gradu. At in specie dict. l. qui habebat, illa vxor & coheres non fuit substituta filio, filia autem non potuit transferre ius substitutionis, ex l. Lucius. 45. §. 1. D. eod. l. 1. §. fin autem. C. de caducis toll.

§. Si seruum alienum fin.

1 *Substitutus seruo alieno, quem testator liberum putabat, in dimidiam hereditatis partem vocatur, seruo in alteram dimidiam admisso. & num. 5.*
2 *Instituto, & substitutus simul admitti non potest.*
3 *Vulgaris substitutio expirat adita hereditate.*
4 *L. si pater. 40. D. de hered. inst. & nu. 6. & sequen. eius lectio animaduersa.*

1 QVi seruo alieno heredi instituto, quẽ testator patrem fami. putabat, substitutus est, quamuis domini iussu seruus adeat, in dimidiam tamen hereditatis partem vocatur, exemplum & similem decisionem reperies apud Iulianum in l. si pater fam. 40. D. de hered. instituen.

2 Sed primo pro dubitandi ratione, sic argumentor: Instituto, & substitutus simul admitti non possunt, neque eorum dari concursus, quoniam quandiu instituto admitti potest, substitutus non potest l. quandiu 68. D. de acqui. hered. Sed hic datur instituti, & substituti concursus: ergo contra iuris ciuilis regulas.

3 Secundo sic argumentor: Vulgaris substitu-

tio

tio adita ab instituto hereditate expirat. l. post aditam. 5. C. de impub. At hic per seruum iussu domini adita fuit hereditas, vt constat: ergo substitutus non potuit admitti.

4 Tertio & fortius contra nos est tex. in d.l. si pater. 40. D. de hered. instituendis, vbi hac eadem specie proposita, aliam hereditatis diuisionem Iulianus inducit, docens, semissem tantummodo inter serui instituti dominum, & substitutum esse diuidendum, cum tamen Iustinianus in hoc. §. totam hereditatem æquis partibus inter eos diuidendam statuat.

5 His tamen argumentis non obstantibus in proposita specie iuris ciuilis scriptis regulis repugnantibus instituti, & substituti concursum admitti, probat Bar. in l. 1. nu. 27. D. hoc tit. & magis in summario, d.l. si pater. quam post ordinarios hic, & ibidem explicant Baldus Nouellus, ad l. cum filio nu. 34. & nu. 39. & ibi Socinus Iunior, nu. 159. & nu. 162. Crauetta, ex nu. 230. D. de legat. 1. Alciatus, lib. 1. disputat. cap. 2. Vaconius lib. 6. declarationū cap. 85. Cuiacius lib. 17. obseruationum, cap. 21. & alij infra referendi. Sanè quamuis contra substitutum, & vt is cum instituto seruo non possit concurrere adducta argumenta nō parum vrgeant, item & illud quod in eo quē testator seruum ignorat, illa verba vulgaris substitutionis, *si heres non erit*. eum habeāt ēnsum, si neque ipse heres erit, neque alij cuius iuri post institutionem subiectus fuerit illam acquisierit: vnde cum in hoc casu qui heres scriptus est, etsi sibi non acquirat hereditatē, quia seruus est, acquirat tamen illam domino, in cuius est potestate, satis euenisse conditionem videtur, quæ à principio extitit, quemadmodum ergo ad substitutum excludendum satisfuisset, seruum alteri hereditatem acquirere, in cuius deinde incidit potestatem, sic quoque sufficere debet institutum à principio fuisse in potestate alterius cui hereditatem acquirat, ex Iulij Pauli sententia in l. si iam facta. 11 D. de condit. & demonst. Pro substituto tamen vehementer vrget testatoris voluntas, & verba scriptæ conditionis, quæ iuxta illius opinionem sunt semper interpretanda. l. quo loco. 20. §. 1. vbi notant Accurs. & Bart. D. de hered. instituend. instituit enim testator hunc seruum existimans esse liberum. vnde illa conditio. *si heres non erit*, impleta fuit, quia neque ipse fuit heres neque alium mutata, sed retenconditione fecit heredem. Prætereà cum eū, cui seruus erat tanquam ingenuum heredem scripserit, defecisse testatoris voluntatem videtur, argum. l. si pater. 4. C. de hered. instituend. l. nec professio. 5. C. de testam. Cum ergo & pro instituto, & pro substituto non inæqualiter testatoris voluntas vrgeat, ne forsan integram hereditatem vni dando, alteri cōtra voluntatem defuncti auferretur, mediam viam elegerunt Cæsares tam in dict. l. si pater, & in l. & hoc Tiberius. 41. D. de hered. instituend. quàm hic. quibus consonat, Vlpiani locus in institutionibus, tit. 22. §. vltim. & est similis glossæ partitio in alia specie in l. Nesennius. 34. scholio finali. D. de neg. gest. quam multis exornat Decius consil. 176. num. 6. Andr. Tiraquel. tract. de primogenijs. quæst. 17. opinione. 4. num. 9. vides ergo hic, & in d.l. si pater. propter repugnantiam iuris scripti cum voluntate testatoris benignè, & vt ea quo meliori modo posset defenderetur, sic disponi, vt priora duo argumenta non obstent.

6 Vltimo varijs modis satisfaciunt interpretes, qui non parùm mirantur, in d.l. si pater, alterum tantum modo semissem inter substitutum, & dominum serui diuisum prospicientes, hic autem integram hereditatem & totū assem fuisse diuisum, ita vt dominus serui semissem vnū, substitutus semissē aliū habeat. Omissa tamē Accur. opinione hic ver. *in partē*. quā cōmuniter sequūtur doctores in d. l. si pater. Iaso. in l. cum proponas. n. 22. C. de hered. instituend. Ripa in l. 1. D. hoc tit. n. 116. Berosius in cap. Raynutius. num. 398. existimantis hereditatem in quadrantes diuidi, tres serui domino, alium substituto dari frequentius, vt verisimum, defenditur, quod Theophilus hic scribit. æqualiter inter eos hereditatem diuidendam, vt expresè probabis ex nostro tex. ibi. *Mænius substitutus in partem admittitur*, si coniungas. l. nomen filiarum. 164. §. portionis. D. de verb. significatione, & ex l. & hoc Tiberius. 41. ibi. *Nam diuisa hereditas est*. D. de hered. inst. cui opinioni subscribunt Claudi', Baldui. Viglius, & Minsingerius hic, Alciat. d. cap. 2. Cuiacius. d. cap. 21. Conanus lib. 10. cap. 7. num. 4. Coras. in l. post aditam. num. 35 C. de impub. Minchaca de succes. progressu. §. 5. num. 14.

7 Neque obstat, tex. in d.l. si pater. ibi. *Ita vt alter semis inter eum qui dominus instituti heredis fuerit, & substitutum æquis portionibus dimidiatur*, quoniam omissa Alciati opinione existimantis ideò ibi in duos semisses hereditatem diuisam, & ex his vnum substitutum, item & alterius dimidiam partem habiturum, quoniam substitutus ibi erat etiam coheres serui, & inde tar quam coheres habet vnum semissem, & quadrantem tanquam substitutus ex rationibus suprà animaduersis, quod ipse probat vetusti cuiusdam Codicis autoritate, vbi Sempronium substitutum & coheredem fuisse scribitur: quam lectionem vulgati Codices hodie retinent, & frequenter probant hic nouiores. Ego existimo in d.l. si pater. non alterum semissem tantummodo, sed totam hereditatem integrumque assem fuisse diuisum, quod probatur ex eadem l. si pater. ibi. *Potest dici Sempronium in partem hereditatis admitti*. coniuncto d. §.

b. sed si n' fuerit per tio. adiecta dimidia pars debet.

iuncto d.9.portionis.& magis ex d. l. & hoc Tiberius.ibi. *Nam diuisa hereditas est, &c.* vbi in casu.d.l.*si* pater.diuisam fuisse hereditatem Pomponius scribit.vnde iuxta vetustiores libros Sempronium non coheredē,sed substitutum solum modo fuisse magis probo, & ita retinent nouissimi Codices nuper Lugduni excusi recogniti à Gothofredo,in quibus cohere dis non fit mentio, sed potius nominatim illam dictionem dispungendam monemur.Nec inficias quis ire poterit autoritate versiculi, *ita vt alter semis, &c.* nam rectissimè Cuiac. hic & ibi aduertit,legendum esse,*ita vt as*,qua lectione admissa satis constat sententia illius legis & quadrat sequenti.Erroris causam attulit quod grandioribus literis, vt cætera omnia,ita scriptum esset, *VTAS*. Et inter duas posteriores fortè fortuna punctum incidisset, quod pro dictionum compendijs, non notas pro notis Tribonianus accepit, & legi volebat,*vt Alter Semis*.sed vt posterior pars legis, primæ respondeat,in qua semisses fieri Iulianus dixerat,ita vt as æquis partibus diuidatur, in posteriori legendum iam apparet.

Titulus. XVI.

De pupillari substitutione.

IN RVBRICAM.

1 *Vulgaris substitutio etiam filijs fit.*
2 *Vulgaris substitutio simplex appellatur, quia vnicum tantum casum comprehendit.*
3 *Vulgaris substitutio in extraneo multis casibus accidit,in filio,vno dumtaxat.*
4 *Filius & si abstineat, nomen heredis non ponit.*
5 *Pupillaris substitutio quare inuenta.*
6 *Pupillaris quare sic dicta.*
7 *Pupillus quæ propriè dicatur.*
8 *Pupillaris substitutio contra iuris regulas inducta.*
9 *Voluntas patris,filij voluntas non est.*
10 *Testamentum de proprijs,non de alienis rebus fieri debet.*
11 *Filij hereditas diuersa ab hereditate patris.*
12 *Testamentum ex propria,non ex aliena voluntate pendere debet.*
13 *Pupillaris substitutio iuxta iuris regulas inducta.*
14 *Sine herede decedere iniuriæ & ignominiæ plenum.*
15 *Filius vna veluti cum patre persona est, in princip.nu.*18.
16 *Testamentum patris & filij vnum.*
17 *Moribus inducta fuit pupillaris substitutio.*

NON tantum extraneis heredibus institutis substitutum dare possumus eo,quo diximus modo apud Iustinianum titulo superiori, sed etiam liberis in vnum solummodo casum substituendo, ita dicentes, *Filius meus heres mihi esto, si heres non erit Seius* 1
heres esto, † quæ substitutio simplex appellatur, quia in vnum tantum casum concepta. l.1.l. iam hoc iure. 4. D. hoc tit. & vulgaris, quoniam vulgaris & ordinaria, & apta atque idonea vt cuiuis fiat,tum extraneo,tum filio, 2
vt proximo superiori tit. audiuimus. † Hæc in extraneo multis quidem casibus : accidit vt locum habeat,vt si institutus ante testatorem decedat, si sub conditione eo instituto conditio non existat: si nolit adire. In filio verò vno dumtaxat, si ante patrem testantem decederet,nā si pater ante filium decedat substitutioni non fit locus, quia statim patri sit heres. l. in suis. 11. D. de lib. & posthu. l. in 3
suis. 14. D. de suis & legit. † vsque adeo vt neque abstinendo nomen heredis ponat. l. ne cessarijs. 57. D.de acquiren.hered.§.sui versi. *Sed his permittit Prætor.* inf.de hered.qualit. cō iuncto. §. quos autem. Inf. de bonor.possess. à contrario sensu. nam heredis nomen semel alicui partum,difficulter in alium transfertur. 4
§.restituta, inf. de fideicommissarijs hered. † Qua vulgari substitutionis formula etsi testatoribus satis prospectum esset, cum hereditate adita neque decederent intestati, neque hereditas effici posset caduca, liberis tamen impuberibus nō prospiciebatur,cum eis intra pubertatem decedentibus dedecus & ignominia intestati contingeret, quare alia fuit intro 5
ducta substitutio quæ † pupillaris ob id dicitur,quod non nisi pupillis fiat, id est masculis intra quatuordecim annos:fœminis intra duodecim constitutis,inspecta tamen magis ætate in quam confertur,quam præsenti statu, vt 6
hic aduertunt nouiores, † cum pupillus propriè nondum sit filius familias impubes, quando à patre adhuc superstite, cuius est in potestate,ei pupillariter substituitur, sed qui impubes in potestate esse desijt.l.pupillus. 239.D. de verbor.significatione,quia verò omnis testamēti,& institutionū vis & potestas in id tē pus confertur,quo pupillus futurus est, nēpe post mortem patris,non male pupillaris substitutio dicitur.aliam huius vocis notationem videbis apud Minsing.hic.nu.1.

Eam autem substitutionem regulis iuris ciuilis scripti reclamantibus inductam fuisse, & contra bene fundatam iuris docendi rationem sunt qui putent:tum quòd cum causa & origo substitutionis fuerit, ne scilicet testator sine herede & successore decederet, vt diximus ad Rub.sup.de vulgari, nu. 18. hæc autem ratio in pupillari substitutione locum habere non 8

potsit, cum ei ita demum locus fiat si hereditas adita fuerit. l. post aditam 5. C. de impub. deducitur ex text. in princip. inf. eod. l. 1. D. eo. pater autem, vt pau ò superius dicebamus, filio in potestate relicto intestatus decedere non possit, consequens erat cessare substitutionem aut eam non esse admittendam. Cum etiam, nam cum testamentum sit voluntatis
9 nostræ sententia l. 1. D. de testamen. † dici non potest patris voluntatem filij voluntatem esse, ex subtili & eleganti Baldi sententia
10 in l. captatorias, nu. 7. C. de testam. militis. † Deinde quia de suis debet quis, non de alienis rebus testari, l. de verbis legis 120. ibi. *rei suæ.* D. de verborum significatione. l. conficiuntur 8. §. si post factum, ibi. *Et de alienis rebus quodam modo testatur.* D. de iure codicillorum. authentica ingressi, ibi. *Ideò nec de his testantur vt potè nec domini rerum.* C. de sac. sanct. Eccles.
11 c. placuit. 13. quæst. 2. † hereditas autem filij diuersa est, ab hereditate patris, quamuis vnũ sit testamentum. §. igitur. vbi dicemus, inf. eo.
12 l. sed si plures. 10 §. ad substitutos. D. eo. † Rursus vltimæ voluntates, testamentorumque iura, debent à propria, non ab aliena voluntate pendere l. illa institutio. 32. D. de hered. instituend. vnde Iaso in Rubr. D. h. t. nu. 1. & 2. & in l. 3. nu. 47. D. de legat. 1. & in l. cum quid. 2. lectura. nu. 9. D. si cert. pet. Albericus in Rubr. D. eo. n. 24. pupillaris substitutionis vsum contra iuris ciuilis principia, & ordinarias regulas inductum fuisse testantur, à quibus non longè sunt Costa in ca. si pater, ver. *habens.* de testam. lib. sexto. & Costanus lib. singular. quæstionum, ca. 6. nu. 13.

13 Verum ea re paulò attentiùs considerata, eam è iuris ciuilis autoritate esse dicendum
14 est, † cum enim sine herede decedere, & intestatum quem mori miserrimum & iniuriæ plenum semper fuerit reputatum. l. & quia. 6. D. de interrogat. actionib. cum vulgatis. maximusque honor & vtilitas pupillis sit heredem habere. l. si pupillus. 42. D. de acquir. hered. eo autem bono frui impuberes propter ætatis impedimentum non possent, quia nec testantur. §. præterea, sup. quib. non est permis. cum ibi notatis. opportunum fuit huic malo succurri, cui illud remedium inuenère Iurisconsulti, vt liceret nobis impuberibus nostris, & etiam extraneis quos adrogassemus, & scripsissemus heredes substituere, tamquam eorum, quæ de nobis habebant bonis tantisper penes nos esse deberet potestas, dumde
15 ijs non haberent ipsi testandi facultatem. † Hoc & ex eo fuit admissum, quia iuxta iuris ciuilis subtilitatem, filius vna quasi persona cum patre est. l. fin. C. de impuberum. vnũ horum patrimonium, vna familia. l. pronunciatum. 195. §. familiæ. D. de verborum significatione, vox patris, vox filij esse perhibetur. §. ei verò, inf. de inutilib. stipulat. notat Acc. in l. 3. ver. *nocet.* D. de iure iurando, & induci potest. l. cum scimus. ad fin. C. de agrico. & cen.
16 sit. lib. 11. † Et consequenter vnum & idem est vtriusque testamentum. §. igitur. §. liberis, inf. eo. l. patris & filij. D. h. t. & perinde habetur ac si ipse pupillus testaretur. d. §. igitur, vers. *tanquam si ipse*, & in bonis suis instituisset heredẽ. d. l. sed si plures. 10. §. ad substitutos. D. eo. quinimo si consideres. d. l. verbis legis. 120. ibi. *rei suæ* & coniungas regulam. l. placet. 79. iuxta communem interpretationem. D. de acquiren. heredit. & responsum consulti in l. 1. §. per hanc. D. de rei vend. dicere poteris patrem non tam alij, quàm sibi ipsi substituere, non tam alienam quàm suam familiam ita substituendo relinquere. quare, etsi non ita probent, eam sententiam defendunt Alciatus in rubr. D. h. t. nu. 21. Ripa in l. secunda, nu. 12. eod. tit. Galiaula num. 175. in l. centurio.
17 D. de vulgari. † Id autem non lege aliqua, aut Senatusconsulto institutum fuit, sed à prudentibus excogitatum, & inde ab aliquibus vsurpatum factitatumque, postea communi omnium approbatione & laudatione receptum, postremo moribus introductum vt in l. 2. in princ. D. eod. & in princ. huius tit. ad finem. contestatur Vlpian. & Iustini, & vbique explicant nouiores.

Principium tituli.

1 *Pupillaris substitutio liberis impuberibus in potestate constitutis fit, non alijs.*
2 *L. 2. §. Sed si extraneum. D. hoc titulo, & n. 21. & 30.*
3 *L. Lucius. 45. D. hoc tit. & nu. 35.*
4 *L. Si mater. 33. D. hoc. tit. & num. 43.*
5 *Fœmina filios in potestate non habet.*
6 *L. Miles ita. 41. §. exheredato. D. de militari testam. & nu. 58.*
7 *Emancipatione dissoluitur patria potestas.*
8 *Patria potestas etiam in milite necessaria, vt pupillaris fieri possit, & nu. 58.*
9 *Posthumis quoque pupillaris substitutio fit, & num. 67.*
10 *Posthumi non sunt in patria potestate, nec sui heredes, sed futuri sperantur.*
11 *Exheredatis pupillaris substitutio fit.*
12 *Exheredatio tollit patriam potestatem & suitatem, & nu. 68.*
13 *Pupillaris substitutus ipsi pupillo fit heres.*
14 *Adrogator pater pupillariter filio substituit, & num. 70.*
15 *Pupillaris substitutus adrogato datus eius non fit heres, & nu. 70.*
16 *Patria potestas omnino necessaria vt pupillaris fieri possit, & quare.*
17 *Filius quicquid acquirit patri acquirit iure* Pã *dectarum.*

L.

L. *Placet.*78. *D.de acquir. hereditate præter communem animaduersa.*
18 *Filius vna veluti persona cum patre.*
19 *Amor patris erga filiũ maximus.*
20 *Patria potestas an tempore testamenti, & mortis testatoris requiratur, discutitur.*
21 *Patriam potestatem tempore mortis sufficere putat communis.*
22 *L.Coheredi* 41. *§. cum filiæ. D.hoc tit. & n.*27. *& num.*34.
23 *Patriam potestatem vtroque tempore requiri cõtra communem defenditur.*
24 *§. Extraneo. inf. hoc titulo.*
25 *L.*1. *§. sed si filius fam. D.de legatis* 3.
26 *L. Si minor.*4. *D.de seruis exportandis.*
29 *Pupillaris ex interuallo fieri potest.*
32 *Verbum* modo, *tempus quoque præteritum ostendit.*
33 *Verbum* erit, *tempus futurum & præteritum explicat.*
*L. Plotiana.*18. *D.de iure codicill.*
36 *Liberorum appellatio legitimos tantum comprehendit, & nu.*39.
38 *L. Iam hoc iure.*4. *D.hoc tit.*
40 *Caroli Molinei, & Paleoti interpretatio ad dict. l. Lucius.*
41 *Reprehenditur hæc interpretatio.*
42 *Litera d.l. Lucius, in versic.* aliter, *emendatur.*
43 *L. Si mater.*33. *D. hoc titulo, communis lectio defensa.*
44 *Communis interpretatio, d.l. si mater, relata, & explosa.*
45 *Institui filius à patre illa adiectione non potest.* Cum erit annorum quatuordecim.
46 *Mater rectè potuit olim filium ita instituere.*
47 *Imolæ & Aretini interpretatio relata & reiecta.*
48 *Querelæ an fiat locus adita per substitutum hereditate.*
49 *Filius citra edicti.* Si quis omissa causa, &c. *pœnam potest hereditatem repudiare, si legitime onus fuerit iniunctum vel substitutum habeat.*
50 *Institutus pendente conditione, neque adire, neque repudiare potest.*
51 *Mater hodie non posset instituere filium,* Cum erit annorum quatuordecim, *Saltem in legitima.*
52 *Variæ interpretationes. d. l. si mater. remissiuè.*
53 *Viglij interpretatio relata & sequuta.*
54 *L. Cum ex filio.*39. *D.hoc tit.*
55 *Consilium Iurisconsultorum in d.l. cum ex filio, hodie admitti non potest.*
56 *Pupillaris substitutionis effectus non per omnia habuit quam fecit mater ex Africani consilio.*
57 *Mater an hodie pupillariter substituere possit remissiuè.*
58 *Patria potestas in milite non est necessaria, vt pupillariter substituat iuxta communem.*
59 *Improbatur communis.*
60 *Vera interpretatio. l. miles ita.*41. *§. exheredato. D.de militari.*
61 *Bona testatoris tantum pertinent ad substitutũ in directa militari: secus in pupillari.*
62 *Ripæ interpretatio relata, & reprehensa, ad d. §. exheredato.*
63 *Lectio. d. §. Exheredato. animãduersa.*
64 *Emancipatis nec hodie fit pupillaris substitutio.*
65 *Emancipationis & patriæ potestatis sublatæ differentiæ abinteſtato, non ex testamento.*
66 *Emancipatus ad similitudinem suorum hodie abintestato succedit, non cum qualitatibus suorum.*
67 *Posthumi pro natis habentur quoties de eorum commodo agitur.*
68 *Exheredatio nec suitatem, nec patriam potestatem tollit, vt pluribus ostenditur.*
69 *L.*1. *§. Sed etsi patruus. D.de coniungendis cum emancip. lib.*
71 *Substitutus pupillaris pupilli bona habet.*
72 *Substitutio pupillaris in vna re pupilli tantum facta, ad omnia eius bona extenditur.*

1 NOn intelligas generaliter, & sine distinctione licere parẽtibus omnibus liberis, quos habent eo modo quo diximus substituere, sed his tantum modo quos in potestate habent, & qui adhuc impuberes sint, vt hic docet Iustin. & paucis Theophilus. & deduces ex Caio lib. 2. institut. cap. 4. Cicerone lib. 2. de inuentione Rhetorica. l. 2. in principio: ibi. *Quod sic erit accipiendum si sint in potestate.* Et paulo inferiùs, ibi. *Cæterum emancipatis non possumus.* l. cum ex filio. 39. l. coheredi. 41. §. cum filiæ. D. h. t. l. quamuis. 4. l. si testamento. 7. l. precibus. 8. C. de impub. consonat. l. 5. tit. 5. p. 6. & præter ordinarios in his locis, obseruant, & latè explicant Greg. in d. l. p. verbo. *en su poder.* Anton. Gomez 1. tomo variarum ca. 4. ex nu. 1. Didacus Couar. in ca. Raynutius. §. 5. ex nu. 1. Minchaca lib. 5. de succeſſ. creatione. §. 21 n. 265. & sequen. Simon de Pretis lib. 3. de interpretatione vltimarum voluntatum interpretatione. 2. dubitatione. 1. solutione. 6. in initio. Grassus de successionib. abintestato. §. substitutio. quæst. 23. & Conanus lib. 10. comment. cap. 8. nu. 1. & 8. & nemine (suo more) relato Cuiacius tract. 2. ad Africanum. pag. 23. & alij plures quos refert Spino de testam. gloss. 23. principali. nu. 1. nouissimè Alexand. Trentacin. tract. de substitutionib. 2. p. ca. 9.

2 Quæ tamen communis conclusio grandes & ingẽtes patitur difficultates. Principio etenim iamiam se nobis insinuat eiusdem Vlpiani locus. in l. 2. §. sed si extraneum. D. eodem. Vbi scripsit extraneo impuberi heredi scripto pupillariter substitui recte posse, si modo testator eum postmodo in nepotis locũ adoptauerit vel adrogauerit: Atqui vt vulgatum est, in potestate nostra illi tantummodo sunt

qui ex iustis nuptijs procreantur filij. l. item in potestate. 3. l. nam ciuium. 4. D. de his qui sunt sui. vel alien. iuris, tex. in §. 1. sup. de patria potestate exornat Pinelus. in Rubrica. 2. p. 9. n. C. de bon. mat. l. 1. & 2. tit. 17. part. 4. igitur pupillaris illi, qui extra patriam potestatem est rectè fit.

3 Deinde secundo. Non minus obstat illud satis notum, quamuis non omnibus apertum Iulij Pauli responsum in l. Lucius Titius 45. D. hoc. tit. vbi cum Lucius Titius, legitimum filium & alterum naturalem heredes instituisset, eosque inuicem substituisset; & Titianus legitimus filius, quem pater anniculum reliquerat, post patris mortem impubes decessisset, superstite matre & fratre naturali, quem etiam coheredem habebat; ideo Titiani filij defuncti, ad matrem non ad fratrē naturalem pertinere respondit Paulus, quia in naturalis filij persona, duplex substitutio, id est vulgaris, in casu nō existētis heredis, & pupillaris in casu quo heres esset, & intra pubertatē decederet, cadere non potuit, quia naturalis frater decimū quartum annū excesserat, cuius respōsi hanc esse rationē, non defectū patriæ potestatis, satis ostēdunt illa verba: *Aliter si eiusdem ætatis liberi instituti, inuicemque substituti fuissent, tunc enim altero defuncto intra pubertatem eius successio, non ad matrem, sed ad substitutum eius deuoluitur.* Quibus sane verbis planè insinuat, vtroq; filio impubere existente duplicē substitutionē valere oportere: ergo iā constat patriā potestatem non requiri, quū naturali fiat, qui extra potestatem est ex d. l. item in potestate cum similibus. d. l. 2. tit. 17. p. 4.

4 Præterea non seuius vrget lamigerata illa Sexti Cæcilij Africani decisio lib. 2. quæstionum sub l. si mater. 33. D. eo. quo loco sic ait. *Si mater ita testetur, vt filium suum impuberem, quum erit annorum quatuor decim heredem instituat, eique pupillaribus tabulis si sibi heres non erit alium substituat, valet substitutio.* Cui respō

5 so si vulgatum † illud iuris dicterium adijciatur, quo cautum est fœminas filios in potestate non habere, de quo in §. fœminæ, sup. de adoption. §. cæterum inf. de heredum qualitate & differentia. l. illud 4. §. ad testamēta. D. de bonor. possess. cōtra tabulas. l. nulla fœmina. 13. D. de suis & legit. hered. non obscurū fiet ad pupillarē patriā potestatē nō requiri, cum mater filio suo impuberi quem quidem in potestate non habebat, pupillariter substituerit in d. l. si mater. ibi. *Pupillaribus tabulis.*

6 Vlterius & illud non parum remoratur Iustiniani & aliorum commune placitum quod Triphonino scriptum est. in l. miles ita. 41. §. exhæredato miles. D. de milit. testam. dum docuit militem emancipato filio substituere posse; quodquidem & contra nostrum tex. & vniuersas iuris traditiones videtur, si quidem

7 constat † nulla alia magis re, quam emancipatione patriam potestatem dissolui. §. præterea sup. quib. mod. ius patr. potest. l. vlt. & per totum. C. de emancip. liber. l. 15. &. sequen. tit. 18. p. 4. & tamen absque patria potestate pupillaris substitutio effectum habuit, in d. §. miles. igitur fit eam necessariam non esse. Quē

8 nodum † non dissoluet qui, (vti pupillariter docetur) responderit, valuisse ideo in d. §. exheredato, pupillarem substitutionem, remota etiam patria potestate, quia testator miles fuit, cui hoc est concessum iure militari; quomodo eum tex. interpretatur Acc. in §. non solum. ver. *Id omne*, inf. h. t. quem plurimi sequuntur quorum meminit Costa in d. 1. p. ca. ver. *habens*. nu. 7. Quoniam facile hæc interpretatio conuincitur ex l. precibus in princ. C. de impub. vbi etiam in testatore milite patria potestas ad effectum pupillaris requiritur, quod & latius inf. insinuabimus.

9 Rursus, & quintò hanc, quam nos ex Iustin. sententiam defendimus, illud quod ex Vlp. in l. 2. deducitur in ver. *Posthumis planè possumus*, haud leuiter dubiam reddit, probat enim his verbis. Iurisconsul. nō tantum liberis iam natis, verum & nascituris posthumis, pupillariter substitui posse, quod & alibi non semel est traditum. vt apud Iusti. in §. non solum. in fin. inf.

10 hoc tit. † Certum autem est patriam potestatem in posthumorum persona non esse, quod & apertè probat Iurisconsul. in l. fin. ibi. *De liberis qui sunt in potestate Senatusconsultum loquutum est: ergo de posthumis nihil hoc Senatusconsulto cautum est.* D. de assignand. libertis. l. fi. ibi. *Ante quam nascatur non potest dici in morientis potestate fuisse.* D. de collatione bonorum, idē in §. cū autē, sup. de tutelis. l. 1. §. toties. & §. sed etsi incertū. D. de vētre in poss. mitt. l. Gallus. 29. §. nūc de lege. D. de liber. & posth. l. cū quidā. 30. & §. 1. D. de acq. hered. l. posthumus. 6. D. de inoff. testa. l. posthumo. 11. C. de collationib. l. posthumo nato. 2. C. de bon. pos. cont. tab. l. 3. C. de posth. hered. inst. quibus omnibus locis nō suū heredē posthumū iā esse ante quā nascatur, sed suū futurum esse ostēditur si viuo patre natus esset, quod ideò fit quia ad suitatē patria potestas omnino requiritur, iuxta vulg. § sui. inf. de hered. qualit. & differentia, §. ita demum, inf. de hered. quæ abintesta. cum alijs ibidem traditis, ergo ad valorem pupillaris patria potestas non est necessaria cum & posthumis qui extra eam sunt fieri possit.

11 Sextò his accedere poterit nō solū instituto filio, sed & eidē exheredato pupillarē substitutionem fieri posse, iuxta tex. in l. 2. ibi. *Si heredes instituti sint vel exheredati.* D. h. t. & in l. filius qui si paterna. 41. D. de acqu. hered. in l. cū quidam. 24. C. de legatis. in §. nō solū inf. h. t. in l. 6. ibi. *Maguer le desheredasse de lo suyo*, tit.

12 5. par. 5. † At qui per exheredationē tollitur

suitas

suitas & patria potestas, & filius efficitur ex traueus. l. 1. §. Iciendum D. de suis & legit. hered. quem ibi summè notarunt Bart. & reliqui. & in l. sed si plures. §. ex asse. D. h. t. in l. maximum vitium. C. de lib. præteritis, quinimo & pro mortuo habetur. l. 2. D. quod cum eo. l. si filius fam. C. eo. melior tex. in l. 1. §. sed si patruus D. de coniungend. cum emancipato libet. eius. tex. etiam quem sic interpretandum putat ibidē Acc. ver. *facit.* in l. qui in aliena. 6. §. interdum. D. de acquir. hered. igitur vt pupillaris substitutio effectum habeat patria potestas non erit necessaria.

13 Deinde contra nostrum tex. in vers. *Ipsi filio sit heres substitutus*, quo Iustin. probat substitutum pupillarē pupilli heredem esse, eiusq; bona consequi & hereditatem nācisci: sic argumentor † pater adrogator filio adrogato
14 pupillariter substituere potest. l. 2. §. sed si extraneum. D. hoc. tit. sed pupillaris substi-
15 tutus adrogato filio datus, † nec ipsi fit heres, neque eius bona sed tantummodo quæ patris arrogatoris fuerunt ex substitutione nanciscitur. d. l. sed si plures. 10. in arrogato. D. h. t. l. si adrogator. D. de adoptionib. ergo contra nostrum tex.

16 His tamen argumentis non obstātibus ex bene fundata iurisprudentia hanc à nobis scriptam conclusionem procedere resoluendum est, eius rationem insinuauimus supra ad rubricam, & ex ibidem traditis, item & nostro tex. constat hanc substitutionem non cuicunque, neque à quocunque, sed ei tantum qui sub testatoris est potestate, & ab eo tantum, qui eum sub sua potestate habet fieri posse; quia nimirum in his solum militat ratio qua supra in rubrica hanc substitutionem defendimus, non in alijs: siue filius sit, siue nepos testatoris, aut deinceps alius, siue masculus siue fœmina, dum tamen impubes, cui substituitur. Ergo præter ætatis defectum ad testandum, necessariò, vt pupillaris consistat, patria potestas requiritur, vt hic & in d. l. secunda, semel & iterum inculcant Imperator & Vespasianus, † Hoc ideò quia quid-
17 quid olim quærebat filius, quærebat patri, cuius in potestate erat. l. placet. 78. D. de acqui. hereditate iuxta communem allegationem (à qua tamen cauendum est) neque enim Vlp. ibi probat per filium patri acquiri, vt hactenus interpretum vulgus existimauit, sed illud potius, vt quoties per aliquem, ei cuius est in potestate hereditas, aut quid aliud acquiritur, ita acquiritur vt confestim eius fiat, ne momento aliquo subsistat in persona eius per quem acquiritur) l. prima, D. si à parente quis
23 fuer. manumiss. l. acquiritur. 10. D. de acquir. rerum dom. l. filius. famil. 11. l. si filius fam. 78. D. de verb. oblig. l. quæ legata. 18. D. de regulis iuris. l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.

18 §. 1. sup. per quas personas. l. 5. tit. 17. par. 4. † Quare cum substitueret pupillo pater, non videbatur in alienis, sed in suis bonis heredem scribere, etiam si matris successione, aut aliun de quæsita bona filius haberet, aut post mortem patris intra puberes annos, ipsi obuenirent; quo tempore quia testamenti factionem non habebat. d. l. qua ætate. iustum putabatur licere patri de ijs testari, quoniam, quoad ius testamenti attinet, nondum filius natus esse videbatur. & est præterea tam coniunctus
19 patri, vt idem esse censeatur. §. ei verò inf. de de inutilibus. l. fin. in fin. C. de impub. & alijs. † quare nemo fuit qui ista ætate puero, aut in tanti melius prouidere potuerit, & heredem iustum, dignumque attribuere, quam pater argumento. l. isti quidem. §. vlt. D. quod metus caus. l. vltimæ. in princip. ibi. *Quis enim talis affectus inueniatur extraneus, vt vincat paternum*, C. de curator. furios. & illius non vulgaris poēmatis.

Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.

20 Dubitari tamen non parum ab interpretibus solet, sit ne satis, pupillum cui substitutio fit tempore mortis testatoris esse in eius potestate, an sit necessarium etiam, eidem potestati subditum esse, tempore testamenti in quo substitutio fuerit facta? (in cuius quæstionis solutione, & prius argumentum supra adduc-
21 tum diluetur.) † Et sane glossa. Bart. & antiquiores existimarunt, satis esse, pupillum tempore mortis testatoris, esse in eiusdem potestate, quorum sententia communis est teste Gregor. in d. l. 5. ver. *en su poder.* tit. 5. par. 6. Costa in prima capituli p. ver. *habens.* nu. 5. sequitur nouissimē in vtramque partem disputans Alexander Trentacinquius, tract. de substitutionibus. 2. p. c. 9. ex n. 2. omnino videndus. Quibus fauet tex. in l. 2. §. sed si extraneū. D. eodem vbi si quis instituat heredem eum qui extraneus est, eiq; pupillariter substituat, ac postea arrogauerit, substitutio pupillaris valet, & tamen notissimum est hoc in casu, non tempore testamenti, sed mortis tantum, impuberem extraneum in potestate testatoris fuisse. † Præterea eidem sententiæ non parum fa
22 uet Papin. in d. l. coheredi. 41. §. cum filiæ. ibi. *Aut post testamentum cæpit tenere.* D. eo. vbi scripsit quod si quis filiæ vel nepti, qui locū filij tenuit, vel ante testamentū cæpit tenere substituit, substitutio pupillaris irrita non est, si quis ex his mortis quoque tempore infamilia sit: qua sententia non obscure Papinianus insinuat mortis tantum tempore patriam potestatem sufficere.

23 Sed certē quamuis hæc communis sit sentētia & in iudicando & consulendo ab ea non sit recedendum, in puncto tamen iuris contraria longe verior est, non solum mortis tempore sed & testamenti quoque, patriam potestatem

necessariam esse ad pupillaris substitutio-
24 nis valorem. † Quæ assertio contra communem non male probari potest ex §. extraneo, infra hoc tit. vbi si extraneo à patria potestate fiat pupillaris substitutio nullius momenti est, ergo nec postea poterit valere, quamuis is extraneus testatori subiectus efficiatur, & in eius sit potestate cum nullas ab initio habuerit vires, argumento vulgaris, regulæ. l. quod ab initio. D. de diuers. regu.
25 iuris antiqui. & poterit † in argumentum induci Iurisconsulti Vlpiani responsum in l. 1. §. sed si filius familias, versic. *Hæc vtique nemo credet.* D. leg. 3. vbi testamentum à filio famil. factum, qui tempore mortis sui iuris iam erat nullum esse insinuat Iurisconsultus, quia potestas testandi quo tempore ordinatum
26 fuit, defecit, quo etiam respicit. † simile exemplum l. si minor. 4. D. de seruis exportandis, vbi si minor viginti annis, qui lege Ælia Sentia seruum suum manumittere prohibetur (iuxta vulgaria) seruum suum in hoc Titio vendiderit ac tradiderit, vt Titius eum manumittat, cum viginti annos ipse explesset, nullius momenti est traditio, quia eo tempore facta, quo lex consilio eius quasi parum firmo resistit. Quibus insuper non inepte coniungi poterit, regula. l. si alienum. 50. §. in extraneis. D. de heredib. inst. & in §. in extraneis, eod. titulo, quibus habilitatem tribus temporibus necessariam esse probatum est, cui argumento & alia adiungit Couarru.
27 in dict. §. 5. num. 1. † Tandem vt alia omissa faciam, pro hac parte, addo. tex. in d. l. cohæredi. 41. §. cum filiæ. D. h. t. vbi pupillaris substitutio extinguitur si institutus, cui sit facta exierit à potestate testatoris, & in ea non fuerit mortis etiam tempore, ergo à fortiori fieri ei non poterit qui in eius nō est potestate testamēti tempore. Quinimo expresse duplex hoc tempus requiri probat idem Iurisconsultus ibidem in illis verbis: *Si quis ex his mortis quoque tempore non fuerit in potestate*, quibus sane & testamēti & mortis tēpore patriā potestatem
28 necessariam esse, satis probatum est.

Vltimo vt hæc sententia verior appareat, argumentis è regione adductis satisfacere restat, & quidem quod difficilius hactenus habetur, illud est, quod desumitur ex d. §. sed si extraneum, qui tamen tex. si rectè perpendatur, potius posteriorem hanc sententiam probat, optimè enim eum ibidem accepit Iaso. nu. 16. & sequent. quod ibi extraneus impubes fuerit à testatore heres institutus, & post testamentum fuerit ab eodem testatore loco nepotis adoptatus, & adoptione facta, sequuta sit pupillaris substitutio, † neque enim im-
29 pedit eam ex interuallo fieri, cum scripserit Pōponius in l. si quis eum. 16. §. fin. D. eo. paterno testamento perfecto, alia rursus hora pupillare confici posse, quem Iasonis intellectū frequentius admiserunt doctores frequentioriq; calculo præceptores nostri sequuti sunt. Sed quod eorum pace dictum sit, quamuis isthæc doctrina verisima sit, diuersis tēporibus, & ex interuallo substitutionem pupillarem fieri posse, vt quæ authorem habet Iurisconsultum in d. l. si quis eum. §. fin. D. eo. quia tamen ad tex. in d. §. sed si extraneum diuinationem, aliquam contineat & somnium sapiat, negari non potest cum ex nullis eiusdem tex. verbis coniectura isthæc sumi posset, sed potius vno contextu, vnicoque actu, (vt sic loqui liceat) & paternum & pupillare ordinatum fuisse testamentum.

Igitur reiecta ea Iasonis diuinatione quæ communis postea fuit, † quem ad illum tex. 30
scripsit Lancelotus Politus intellectum longè magis eius verbis arridet, is enim in tractatu de pupillari substitutione, nu. 25. ait, extraneo à sanguine testatoris pupillarem substitutionem fieri rectè potuisse, si modo is extraneus, in nepotis locum fuerit ante adoptatus, sic vt quo tempore pupillaris substitutio fit, iam in testatoris sit constitutus potestate, quem sensum planè accipiunt verba d. §. sed si extraneum. & recipūit doctissimus Emanuel in d. c. si pater, verbo. *habens*, n. 5. Couarru. iam
31 citatus in d. §. 5. nu. 2. † Nec dicat aliquis hanc-met interpretationem, à Iasone antea scriptam fuisse, contendimus enim inter vtrāque id differre, quod voluerit Iaso diuersis tēporibus substitutionem & institutionem factā fuisse arg. d. §. fi. in d. l. si quis eum. Politus verò vtramque vnico contextu fuisse ordinatā, sic vt institutionis & substitutionis tempore quondam extraneus, iam fuerit in potestate testantis; qui sensus planissimus erit, si paulò accuratiùs quam fecerint alij eiusdem paragraphi sed si extraneū. verba perpenderimus. Ait ergo Iurisconsultus. *Sed si extraneum quis heredem scripserit, potuit ei substituere, si modo eum in locum nepotis adoptauerit, vel adrogauerit, filio*
32 *præcedente*, vt enim omittamus † verbum illud *modo*, quod non tantum tempus præsens, sed & præteritum ostendit, auctore Donato in Eunucho, Cicerone lib. 2. de officijs, ibi. *Modo enim hoc malum in hanc rempub. inuasit.* & 6. actione in Verrem. ibi. *Quid dico nuper, imo verò modo, ac plane paulò ante vidimus*, quo ostenditur adrogationem vel adoptionem iam an-
33 tea fuisse factam, † clarius illud explicat verbum, *adoptauerit vel adrogauerit*, quod non tantum futurum tempus, sed & præteritum explicat, vt expresse docuit Celsus in d. l. Plotiana. 18. D. de iure codicillorum sequen. verbis. *Plotiana Celso suo salutem: Lucius Titius his verbis, ita cauit, si quid tabulis alio vè genere, adhoc testamentum pertinens reliquero, ita valere volo, quæro an codicilli qui ante hoc testamen-*

tamentum scripti sunt, debeant rati esse. Iuuentius Celsus Plotianæ salutem: Hæc verba si quid ad hoc testamentum pertinens reliquero, valere volo, etiã ea, quæ ante testamentum scripta sunt comprehendere. Idem etiam in tractatu & doctrina de verbis interpretandis Pomponius postea scripsit dum in l. verbum erit. 123. D. de verborum significatione, ait. *Verbum erit interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat &c.* Igitur his præmissis notamus in d. §. sed si extraneum illa verba: *adoptauerit vel adrogauerit*, non tantum tempus futurum accipere, hoc est, si modo institutione facta eum testator adoptet, sed etiam si ante eam, eum qui aliàs extraneus erat, in sua familia habeat adoptione vel adrogatione mediante. Nec admissa hac verissima interpretatione; obijci poterit decisionem eiusdem §. dubitatione carere, id enim negamus, quoniam, cum superioribus in verbis Vlpianus docuerit, filijs suis & nepotibus, naturalibus impuberibus pupillariter posse substitui, idem & in legitimis, id est adoptatis recipiendum esse probat in d. §. sed si extraneum, cuius hunc verissimum esse sensum, & intellectum à nemine huc vsque sic
34 illustratum contendimus.

Neque obstat textus in dicta. l. coheredi. 41. §. cum filiæ. ibi. *aut post testamentum cæpit tenere*, quoniam vt planissimè ex tex. serie constat ea verba non referuntur ad patriam potestatem, vt videlicet sufficiat eam post testamentum tenere, quoniam vtroque tempore requiri satis probat ibi Papinia. quem sup. induximus in illis verbis: *Mortis quoque tempore*, sed ad id potius vt sufficiat nepotem filij locum etiam post testamentum occupasse, & 38 constare cum in alienam non recasurum potestatem, isque est sensus priorum verborum, *Cum filio vel nepoti qui locum filij tenuit aut post testamentum cæpit tenere.* Constat enim præter alia id quoque ad pupillarem requiri, ne is cui 39 fit in alienam postea recasurus sit potestatem, quia eo ipso irrita fit substitutio, vnde necessarium est eum cui fit, vel filium esse, vel filij locum tenere.

35 Deinde non obstat tex. in d. l. Lucius Titius. 45. D. eod. qua parte Consult. probare videtur in vers. *aliter*, quod si eiusdem ætatis liberi instituti, inuicèque substituti fuissent, reciproca substitutio locum haberet & sic pupillaris, in naturalis filij persona, qui tamen in patria potestate non est. Cuius nodi explicatus, vt nec longi sint, neque difficiliores reddantur plurimas interpretationes missas facio. Verum tamen illam non omittã, quæ ab Accur. iam diu tradita fuit in d. l. Lucius, glossa 2. & à communi ibidem, & alijs in locis sequuta, vt Iulius Paulus in d. versi. *aliter*, casum muret, hodie noua quadam consideratione defenditur: qua vetus illa assertio ideò maximè probatur, quoniam in posteriori parte Iurisconsul. institutos inuicemque substitutos non filios, sed liberos appellauit, quasi discrimen non leue constituendum sit inter filiorum & liberorum appellationem, asserunt enim filij appellatione naturalem ex concubi
36 na etiam intelligi. † liberorum verò non sic, sed ex legitimo tantum matrimonio natos, in quam sententiam expendunt tex. in l. 1. ibi. *ad implendam liberis ciuitatem.* D. soluto matr. cum alijs iuribus, quæ aliud agens pro hac parte adduxit. Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum 5. p. ex nu. 73. in eãdem opinionem allegans tex. in d. l. Lucius, ibi. *aliter si eiusdem ætatis liberi.* Vt inde, præuia hac inspectione dicendum sit, quod dum Iulius Paulus in d. l. Lucius, meminit liberorum, de legitimis tantum liberis intellexerit. Quemadmodum enim si dixisset. *Aliter si eiusdem ætatis liberi legitimi instituti*, &c. Dubium nemini esse posset, longè diuersum casum à priori ibi proponi. sic, institutos & inuicem substitutos liberos appellando.

37 Verum † hæc existimatio, & si aures demulcere videatur, ideòque maxime admittenda sit, quod Acc. Bart. & antiquioribus placuerit, ipse tamẽ illi arridere nullo modo possum, qui video ea admissa superfluam, omnique dubitatione carentem reddi Iulij Pauli sententiã in d. vers. *aliter*, neque enim aliquis tam à iurisprudentia alienus posset inueniri, qui interrogatus, vtrum reciproca substitutio duobus impuberibus legitimis facta & vulgarem & pupillarem substitutionem contineat, in vtrumque factam esse, & effectum habere non res-

38 pondeat. † Expressè id docente Iurisconsul. Modestino in l. iam hoc iure, vers. *nam si pater.* D. eo. *Nam si pater* (inquit ille) *duos filios impuberes heredes instituat, eosque inuicem substituat, in vtrumque casum reciprocam substitutionem factam videri Diuus Pius constituit.* Præterea †

39 hæc opinio sustineri non potest, quoniam etsi fateamur liberorũ appellatione frequẽtius naturales & legitimos cõtineri. iuxta d. l. 1. D. solut. matrim. cum alijs, naturales tantũ modo comprehendi, etiam ea voce nõ infrequẽs est, l. ex facto. 17. §. si quis rogatus. D. ad Trebell. l. cum pater. 77. §. volo. l. Lucius. in 2. §. Damæ & Pamphilo. in fin. D. de legatis. 2. cum alijs, quæ hanc sententiam probans, & promiscuam esse horum verborum, *filiorum*, & *liberorum* appellationem, aliquando naturales tantum sæpè etiam naturales & legitimos significantem, docẽs ex alijs obseruat eruditè Emanuel Costa in dict. 5. paragraphi. p. nu. 74. Deinde etiam conuincitur, quia expressè constat Iulium Paulum, in dict. versi. *Aliter.* ideò diuersam sententiam scriptam in priori parte probasse, quia eiusdem ætatis filij erant, quod si principaliter in ætate eius sententia non

niteretur illa verba omisisset, sat enim erat dicere, *Aliter si liberi instituti inuicemque substituti fuissent*, ex quibus constat non ex eo quod liberi legitimi essent, si eorum alter pubertatem excessisset, pupillarem valere.

40 Vnde Molineus, tertia lectione Dolana, & eo non relato Paleotus lib. de notis & spurijs. ca. 73. & vtrumque referens Caldas in l. si curatorem. verb. *Sine curatore*, num. 90. C. de in integ. restit. existimarunt, vt tex. in d. l. Lucius, dum mentionem facit filij *legitimi* accipiatur de filio adoptiuo, qui propriè legitimus dicitur, vox autem *naturalis* non intelligatur de naturali ex cõcubina, pro vt vulgò solet accipi, sed de naturali ex matrimonio suscepto qui est legitimus & naturalis, quæ sanè acceptio est in iure frequens, vt admonuimus per iura ibidem expressa in princ. sup. de adoptionibus, & in §. 1. vers. *Nec interest*, inf. de hered. quæ abinteſt. & notat Pereyra, dicto nu. 90. Quibus consequens est, vt in versic. *Aliter* Substitutio reciproca facta duobus filijs impuberibus & in potestate constituti, contineat pupillarem in vtriusque persona. d. l. iam hoc iure. l. quamuis. C. de impuber. & altero decedente intra pupillarem ætatem, alter ex substitutione succedens matrem excludat. Nec obstat, quod in priori parte tex. reciproca non contineat pupillarem id enim prouenit ex eo, quod alter ex filijs erat iam pubes, vnde succedit doctrina. d. l. iam hoc iure, quod substitutio reciproca facta puberi & impuberi, eam tantum continet, quæ conuenit vtrique.

41 Sed hæc interpretatio reijci solet, primò, quia videtur diuinare ad primam partem illius textus, in qua non constat alterum filium fuisse maiorem, imò vtrumque fuisse impuberem apparet ex vers. *Siquis eorum postea decessisset intra pubertatem*. Secundò quia supponit, in vers. *Aliter*, hereditatem fratris præmortui ex substitutione ad fratrem pertinere, quasi remota substitutione mater excluso fratre admittatur. Cuius contrarium antiquo iure verius est, quia frater matrem excludebat. §. præferuntur, vers. *frater*, inf. de S.C. Tertull. quo argumento vtitur Cuiacius, lib. 17. Obseruationum, cap. 26. & procedit etiam in fratre adoptiuo. l. si quis intestatus. 7. D. ad Tertullia. vt ex hoc cauendum sit à Costa in cap. si pater. verb. *Si vtrumque*. nu. 7. docente matrẽ non excludi nisi per fratrem vtrinque coniunctũ. Tertiò, quia Iurisconsul. Africanus tractat in d. l. Lucius, de bonis & hereditate pupilli, quod tamen in distinctè non procedit, in substitutione facta filio adrogato, sed cum distinctione. l. Sed si plures. 10. §. in adrogato. D. h. t. & inf. dicemus.

42 Quare his interpretationibus omissis verius est, Africanum in dict. l. Lucius. ab Vlpiano, & Iustinia. non dissentire, sed potius eãdem sententiam probare in d. vers. *Cum in naturalis filij persona duplex substitutio cadere non possit*. Neque obstat vers. *Aliter si eiusdem ætatis*, quoniam cõstat illum suppositititium adulterinũque esse, atque in omnibus correctis & emendatis codicibus desiderari, vt in Florentinis, & alijs ad eorum exemplar excusis, notante Ant. August. lib. 3. emendationum, cap. 1. Vt qui aduersatur notissimis iuris principijs. neque iuxta ea aliquo modo subsistere potest: ergo eo reiecto & explosо, tex. ille nihil obstat.

43 Neque † præterea tertium argumentum ex dict. l. si mater. 33. D. de vulgari. cuius tanta est difficultas, vt ea superatus Lancellotus Politus tractatu de substitutionibus, capit. *De pupillari substitutione*. num. 27. coactus fuerit literam illius tex. mutare & legere, *Si pater*. Quæ tamen lectio, præterquam quod nullius Codicis authoritate firmetur, quũ in omnibus, quos adhuc videre contigerit legatur, *Si mater*, vel eo fundamento reijcitur, quia si admittimus patrem fecisse testamentum cum in eo filius reperiatur institutus, *Cum erit annorum quatuordecim*, ante eam ætatem reperietur præteritus, vnde testamentum esset nullum ex regula. l. inter cætera. 30. in fin. D. de liberis & posthumis, & principio. Instit. de exheredatione liberorum, iunctis ibidem traditis. † Cui difficultati licèt respondeat 44 Accurs. ibi. verb. *mater*, & eius solutionem tentet defendere Bartolus, quem ibi sequitur Iaso num. 1. & num. 9. Alexander in l. Seius Saturninus. nu. 6. D. ad S.C. Trebellianum cõtendens ideò valuisse testamentum, quia filius potuit statim adire, detracta temporis conditione, siue adiectione, quæ vitiosa censenda est ex regula. l. hereditas ex die. 34. D. de heredibus instit. §. heres & pure, sup. eod. tit. † difficultatem non dissoluit, sed potius ineptum reddit Africanum illius legis authorem, qui dubitare nunquam potuit, an à patre substitutio pupillaris possit effici, cum id indubitati iuris sit, his concurrentibus quæ hic Iustinianus recenset.

46 In matre verò quæ testamentum fecit sub illa conditione. *Cum filius erit annorum quatuordecim*. Testamentum defenditur ea ratione, quia eo iure non desiderabatur matrem filium suum instituere ad testamenti validitatem, quia mero iure valebat matre filium prætereunte, licèt ipse posset agere querela inofficiosi, quia matris preteritio exheredationis vicem habebat §. fi. sup. de exheredatione liberorum, tex. in princ. ibi. *vel omittunt*. Inf. de inofficioso testamento. Quo remedio querelæ filius in ea specie agere non potuit, quia nõ competit, nisi contra heredem qui erat l. Papinianus. 8. §. si conditionis. D. de inoffi.

offi.testam.l.filium.20.§.Sed cum exheredatio.D.de bonor.possessione contra tab. Vnde cum ante decimum quartum annum nullus posset adire ex illo testamento hereditatem, nulla querela moueri potuit, & valuit cum effectu, vt tradũt Fulgosius & Iaso.n.4.& in l.filijs matrẽ.C.de inoffic.testam.Cuiacius lib.4.
47 Obseruationũ.c.24.† Ferendi enim non sunt Imola,& Aretinus,qui in d.l. si mater. existimant.filium habuisse coheredem, id namque præterquam quod maximam continet diuinationem, neque ex aliqua illius legis particula inferri potest,euidenter confunditur,nam si filius habuisset coheredem,qui posset adire hereditatem contra eum posset filius querelam mouere,& rem ad intestati causam deducere. l.Papinianus.8.§.fin.D.de inoffic.testam. atque ita corrueret substitutio, & reliqua omnia in testamento scripta,cuius tamen contrarium expresse Iurisconsul.Africanus firmat.ibi. *Valet substitutio.*

48 Nec magis dici potest querelæ locum effici potuisse,per filij repudiationem vt sic delata hereditate ad substitutum,& per eum adita filius contra ipsum posset agere de inofficioso, iuxta tex in d.l.Papinianus. § quarta autem.
49 in fin. † Quoniam hoc procederet vbi filius hereditatem sibi pure delatam propter onus legitimæ inuinctũ vellet repudiare,hoc enim ei licet, si nullus ei sit substitutus, citra edicti pœnam hereditatem abintestato obtinendo, iuxta tex.in l.excusatus.5.l.quia autem.6.§.si patronus.l.præterea.19.D.Si quis omiss.caut testamen. Vel si substitutum habeat adita per ipsum hereditate, posset querelam mouere, quæ ei iure Pandectarum competebat quando erat grauatus in legitima, d. l. Papinianus. 8.§.meminisse vers. *Vnde non malè.* l. quoniam in prioribus.32.C.de inoffic.testam. quo mo-
50 do procedit tx.in d.§.quarta autẽ in fi. † Sed adaptari non potest.dicta l.si mater.in qua filius sub conditione institutus,ea pendente nõ potuit hereditatem repudiare, l. 13 qui heres. 13.l si quis extraneus.21.§ interdum.D.de acquir.hereditate,indeque neque querelam mouere durante minori ætate, longeque minus, cum ad puberem peruenit, cum eo tempore purificata conditione suæ institutionis omnia matris bona ex eius iudicio consequeretur,ex quibus prior difficultas, quam ille tex. habet dissoluitur,constatque qui ibi testamentũ in
51 quo filius præteritus est subsineatur. † quod sanè hodie post nouam Iustiniani legem, quã circa conditiones & grauamina,quæ filiorum legitimis à parentibus adijci solent, tulit,habeturque in l.quoniam in prioribus.32. C. de inoffic.testam.non sustineretur,saltim quoad legitimam, cum enim ab eo omne grauamen reiciatur, & quæcunq; conditio, siue dilatio tollatur,& decisso.d.l.si mater,non admittere tur,nec procederet, cum filius statim possit suam legitimam portionem agnoscere, quoad residuum autem conditionem expectare argumento.l.penul.§ cum autem. C. de inofficio. vti notarunt Cuma.Paulus & Aretinus, in d. l.si mater,& cum alijs Costa in § & quid si tantum 1.p.n.72.estque verissimum quicquid cõ trouertat Minchaca,de successionum creatione.§. 10.n.4.6.

52 Sed adhuc fortior & principalior restat difficultas iuxta pupillarem substitutionẽ à matre factam qualiter eam pupillarem Africanus appellet;& omissis variis interpretationibus ibidem à Bartol. & antiquioribus scriptis, à Corasio in l.si testamento. n. 26. de impuberum & alijs substitut. Ant.Gom.1. tomo.c.3. n.31.& ab alijs quos ibidem refert eius additionator.Minchaca, de successi. creatione.§. 10.n.415.& de successil progressu. §. 14. n.17.
53 † mihi semper placuit Viglij interpretatio in hoc princ.n.6. Iurisconsl. Africanum interrogatum, vtrum mater pupillariter substituere posset, excogitasse formam illam, quæ ab eo ibi refertur, & quodammodo pupillarem substitutionem repræsentat, cum substitutus eo tantum modo casu succedat, quo filius intra pubertatem decedit,nam cum filius proponatur institutus cum erit annorum quatuordecim, ante eam ætatem adire non potest, cum sub ea conditione institutus reperiatur, iuxta ea quæ latè sup.scripsimus,& tex.in l.si cui legetur.71.§.primo. D. de legatis.libro primo. l.Si Titio.D.quan.dies legati cedat, & consequenter, si decedat ante eam ætatem admittitur substitutus,quare cum ex huius modi institutione, quodammodo effectus pupillaris substitutionis resultat, ideò eam pupillaribus tabulis factam Africanus ait. hanc interpretationem sequitur Balduinus hic,verb,*moribus.* Conanus lib.10. cõment.iuris.c.vltimo. Lorioti us de iuris apicibus. tracta. Substitutionum Axiomate.48.Minchaca vbi sup.Costa in prima.§ part.n.65.& in c.si pater.ver.*habens.* nu.
54 4.Qui ad eam † rem inducit simile c. nilium, de quo in l.cum ex filio.39. D. h. t. Vbi cum quis ex filio duos nepotes impuberes haberet,alterum eorum in potestate, alterum emãcipatum,& vellet vtrumque ex æquis partibus heredem habere & si quis ex his impubes decessisset,ad alterum eius partem transferre, ex consilio Labeonis,Offilij,Calcenij,Trebatij,eum quem in potestate habebat solum heredem fecit, & ab eo alteri dimidiam partem hereditatis,cum in suam tutelam veniisset legauit; quod si is qui in potestate sua esset impubes decessisset, alterum heredem ei substituit. Quorum Iurisconsultorum consilium quamuis non satis tutum multi existimauerint,quia nepoti emancipato fuit legata dimidia pars hereditatis,atque ita censebatur præ-

teritus,l.ita tamen.27.§.Marcellus,ver.*quiro gatus*.D.ad Trebellianum. Vnde ei competebat bonorum possessio cõtra tab. eo maximè quia legatum fuit nepoti relictum cum esset pubes,atque ita sub conditione iuxta tex. in d.l.si cui legetur.51.§.1.D.de legat.1.interim præteritus poterit rescindere per bonorum possessionem contra tab.testamentum §. emãcipatos,iunctis ibidem traditis,sup.de exheredat.liberorum.Nihilominus tamen tutum remedium & consilium fuisse dicendum est,longeque vtilius nepoti , ferre præteritionem, quàm agere bonorum possessione contra tab. quia agendo bonorum possessione contra tabulas reddebat se indignum, vt non posset ex pupillari substitutione fratri succedere. l. is qui cõtra tabulas.12.D.de vulgari.l.post legatum.5.§. si principale. D. de his qui.vt indignis.commodius itaque fuit expectare euentũ quàm vti prædicto remedio , & ideò ei denegatur contra tabulas bonorum possessio,argumento tex.in l.si emancipatus.16. D. de bon. possessione contra tab.

55 Hodie tamen consilium illud admitti non posset,cum per d.l.quoniã in prioribus,quæcunque conditio vel dilatio reijciatur.de legitima portione , & ita in simili casu obseruauit Socinus cõsilio.230.n.6.lib.2.quicquid velit Bartolus in d.l.cum ex filio.n.secũdo. Roder. Suarez in d.l.quoniam in prioribus. limitatio

56 ne.1.n.4. † Ex quibus (vt ad rem redeamus) constat matrem pupillarem substitutionem ex defectu patriæ potestatis non effeciſſe , in d.l.si mater,quamuis effectum pupillaris quodam modo illa substitutio referat , ab ea enim vel eo maximè differt , quod in ea bona filij non veniũt,quemadmodum si esset vera pupillaris.l.sed si plures.10.§. ad substitutos. D. de vulgari.sed tantummodo bona matris, quia re vera vulgaris substitutio est , quamuis per illã formulam,vt cum Acc.Bartolo,& alijs, notat Ant.Gom.iam relatus.

57 His proximum est , An hodie , sublata iam patriæ potestatis, & emancipationis differentia,possit mater pupillariter substituere filijs suis impuberibus,rem, in vtramq; partem latissimo sermone disputans,discutit omnino videndus nouissimus Alexãder Trentacinquius, tracta.de substitutionibus.2.p.c.10.

58 Non obstat quartum argumentum ex tex. in d.l.miles ita.41.§.exheredato. D. de militari testam.quoniam (vt sup.diximus) reiecta Acc.interpretatione,in d.§.qua ratione,verb. *id omne*,inf. eo. existimantis in milite patriam potestatem non requiri, ideòque emancipato quoque potuisse pupillariter substituere, quã interpretationem sequuntur Aretinus in l.1. D.de vulgari.n.7.Iaso.n.32.Socinus,in l.Centurio.num.12.D. illo tit.& relati à Costa vbi sup.in dict.c.si pater.1.p.verb.*habens*, num.7.

59 † Verius est in milite etiam patriam potestatem ad pupillarem substitutionem desiderari, vt latè probat Costa ex d.n.7.ex d.l.precibus 8.C.de impuberũ.& induci potest.l.2.ibi.*Ni si fortè miles sit*.D. h. t. & l. in fraudem. 16.§. fin.ibi.*Quia generalis est ista determinatio*. D. de militari testam. Nec contrarium probat d.§.

60 exheredato, † qui loquitur non de substitutione pupillari,sed de directa militari , quamuis enim paganus heredi,qui iam adiuit hereditatem non possit directo substituere.§. fi. inf. h.t.quia semel heres non potest desinere esse heres.§.restituta,inf.de fideicommiss.heredit. vbi dicemus. & vni duo insolidum heredes existere nõ possint.l.quod contra. §. vni duo. D. de regulis iuris. miles tamen hoc efficere potest,l.milites.5. D. de militari testam.latè.

61 Bartolus,& omnes in l.Centurio.D.h.t.† de hac ergo directa militari loquitur ille tx. ideoque in ea ad substitutum tantũmodo pertinet testatoris bona,cum tamen si pupillaris esset, ad eum spectarent omnia bona pupilli:vndecunque quæsita. l. sed si plures. 10. §. ad substitutos.D.h.t.quomodo tex.in d. §. exheredato interpretatur Bartolus in l. neque enim. 14.in fin.principij.D. de militari testam. Romanus,n.10. Decius,n.14.in l.in testamento. La primera.C.de testam.militari. idẽ Decius, n.7.Curtius Iunior.n.6.in d.l.precibus. C.de impuberum,& alijs substitution.

62 Neque ab hac interpretatione recedendum est authoritate Ripæ,qui in l.Centurio. n. 32. existimauit,ideò in d.§.exheredato, ad substitutũ bona testatoris tantummodo pertinuisse , quia filius emancipatus erat exheredatus, vt constat ibi.*exheredato miles & emancipato filio*,secus autem si institutus esset,siquidem omni casu bona testatoris solummodo ea directa militari substitutione deferuntur.

63 † Præterea falsum est,illum tex.in exheredato intelligere,sed potius in instituto,neque contrarium probat ille tex.quoniamverbum, *exheredato*.pertinet ad præcedentem.§. qui ita legi debet. *Quamuis ampla legata reliquerit exheredato*,vt concordet cum l.ab exheredati substituto.D.de legatis.l.1.cũ quidam.C.de legatis , vt rectè docet , & animaduertit doctissimus Viglius,n.1.in §.non solum,inf.eo. tit.& Costa,vbi sup.

64 Relinquitur verisimum esse emancipatis substitutionem pupillarem non fieri , quod correctum non est ex tex.in authentico de heredibus ab intestato venientibus.§. nullam verò.collatione nona.† Quoniam is tex.procedit in successione abintestato ; ex testamento verò durat differentia inter filios emancipatos,& filios in potestate.Acc.ver.*emancipatus*, ver.*Nec obstat*,in l.Gallus.29.§.& quid si tantum.D.de liberis & posthum.recepta per omnes secundum Bartolum.ibi,n.7.

65

66 † Abintestato au-

tato autem licet emancipatus succedat ad suorum similitudinem, non tamen cum qualitatibus suorum, vt sæpè admonui, & scripsi in rubrica inf. de hered. quæ abintestato. c. vnico, in princ.

67 Non obstat quintum argumentum quoniã vt dicemus in §. non solum, vers. *quæ cunque diximus*, inf. h.t. ideo posthumis, licet ante quam nascantur, neque sui neque in potestate sint, pupillariter substitui potest, quia de eorum fauore hic agitur, & pro natis rectè haberi possunt ex regula. l. qui in vtero. 7. & 26. D. de statu hominum. cui consonat tex. in l. 3. tit. 23. p. 4 & bene explicat Pinelus in Rubrica. 2. p. n. 36. in fin. C. de bonis matern. Posthumo ergo antequam nascatur rectè pupillaris substitutio fit ex d. l. 2. ibi: *posthumis planè possumus*. l. paterfamilias. 46. D. h.t. extatque vetus exemplum Coponij qui posthumum heredem instituit, eique Curium quendam substituit apud Quintilianum. lib. 7. c. 6. Et ex Ciceronе in iure noſtro relatum est. mulierem quandam Milesiam cum esset in Asia à secundis heredibus pecunia accepta partum sibi ipsam medicamẽris abegisse in l. Cicero. 39. D. de pœnis. Sed de his latius in d. §. non solum.

68 Neque obstat textum ex tex. in eodem. §. non solum. inf. eo. cum alijs supra congestis, quibus probauimus per exheredationem & suitatem & patriam potestatem tolli, & tamẽ nihilominus constat, exheredatis pupillariter substitui posse Quoniam longè verius est, exheredatum filium in patria potestate durare, vti constanter defendit Iaso. in l. si quis posthumos. §. si filium. ex n. 15. D. de liberis & posthumis, qui pro ea sententia putat tex. expressum, in d. §. non solum, inf. eo. Et in hoc nostro princip & in l. 1. ibi. *Substituere liberis tam heredibus institutis, quam exheredatis possumus*, & in l. 2. ibi. *Si heredes instituti sint vel exheredati*, coniuncto vers. *Quod sic erit accipiendum si sint in potestate*. D. h.t. melior tex. in l. quemadmodum. 7. D. de inofficioso testam. ibi. *Et ponamus eum in potestate fuisse*. Vbi Iulius Paulus de exheredato filio loquitur, & tamen cum in potestate adhuc consistere ait, vti ibi notauit Acc. glossa. 1. & extollit Iason. d. n. 15. Accedit quod cum in tit. sup. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, Iustinianus recenseat modos, quibus filij familias à nexibus patriæ potestatis liberantur, & tamen ibi exheredationis non meminerit, consequens est exheredatione eam non tolli, ex argumento à sufficienti partium enumeratione, quod in iure & frequens & verum est, vt multis cõtendit Euerardus in Topicis legalibus. loco. 96. pag. 549. Deinde facit tex. in d. l. si quis posthumos. 9. d. §. si filium. vbi constat filium exheredatum fuisse, & tamen nepos ex eo iam suus non efficitur heres, neque testamentum ob præteritionem rumpit, quod vtique euerteret, si pater eius per exheredationem patriam potestatem amisisset, eiusque locum ingressus nepos, suitatem adeptus fuisset: quod idem probat tex. in l. si quis filio exheredato. 6. in prin. D. de iniusto rupto. & possunt subtiliter induci iura in l. scripto herede. 11. D. vnde lib. & in l. 1. D. de suis & legitimis heredibus. & in §. cum autem. Inf. de hered. quæ abintestato, defer. in quibus omnibus vt nepoti ex filio exheredato, tanquam suo deferatur auita hereditas, nemini alij prius delatam, Iureconsulti volunt, quod sanè non esset necessarium si suitas filij

69 per exheredationem fuisset sublata. † Nec obstat tex. in d. l. 1. §. Sed & si patruus, vers. *Si pater*. D. de coniungen. cum emancipato liberis eius, cuius tex. argumento diximus exheredatum filium non solum à patria potestate liberatum, verũ etiam mortuum reputari; quoniam animaduerto eum tex. loqui in filio emãcipato exheredato, quẽ iure optimo pro mortuo haberi respondet ibi Iurisconsul. Vlp. videlicet, quod attinet ad edictum illud de coniungendis cum emãcipato liberis eius, cum enim eo edicto filijs emancipatis qui iure prætorio per bonorum possessionem contra tabulas admittuntur, nepotes ex eisdem suscepti, & in potestate aui retenti coniungantur, si filius emancipatus exheredatus proponatur, eum quoad nepotem attinet pro mortuo haberi manifestum est, nullo enim iure admitti potest; non ciuili quia emancipatus est, §. emancipati. Inst. de hereditat. quæ abintest. deferuntur: non prætorio, quia exheredatus. l. non putauit. 8. ibi. *Non putauit Prætor exheredatione notatos ad bonorum possessionem contra tabulas admitti*. D. de bon. possessione contra tab. cæterum extra hunc casum exheredatus mortuus non dicetur; qui intellectus ad d. §. sed & si patruus. probatur manifestè ex tex. in ver. *Si pater*, statim sequenti, vbi Iurisconsul. proponit, quod si filius in potestate sit institutus, vel exheredatus, nepos ex eo non admittetur, ex ratione quam sup. cõsiderauimus, videlicet quia à patre præceditur. Constat itaq; exheredatum in patria potestate retineri indeque ei rectè pupillariter substitui posse, vt in d. §. non solum. Vbi etiam dicemus.

70 Denique non obstat vltimum argumentũ ex d. l. sed si plures. 10. §. in adrogato. D. h.t. & l. si adrogator. 22. de adoption. quoniam vt latè diximus in l. si adrogator, sub nũ. 35. longè minor potestas patri adrogatori, quàm naturali concessa est, is quoad omnia bona substituit impuberi, ille quoad quartam tantum modo, & ea quæ eius occasione ad adrogatum filium peruenerunt. hoc ideo, quia non ita de adrogatore patre lex confidit, vt de naturali, neque æquum fuit tantum eius, tantam potestatẽ in præiudiciũ venientium abintestato tribui.

† Extra

71 † Extra hunc igitur casum regulariter substitutus pupillaris pupillo succedit, atque omnia eius bona occupat, ex nostro tex. & dict. l. sed si plures. 10. §. ad substitutos. nisi forte miles sit qui pupillo substitutionem fecit, potest enim tunc ea solum bona substituto relinquere, quæ à se ad institutum filium peruenerūt, d. §. ad substitutos. Sed hæc substitutio, non tā pupillaris, quàm directa militaris dici posset, ex ijs quæ sup. diximus ad explicationem. l. miles ita. 41. §. exheredato D. de militari testa. Paganus verò in omnibus pupilli bonis substituit, vsque adeò, quod si pater in vna tantum re, aut fundo substituat, ita. *Titius filius meus heres mihi esto, si filius meus heres non erit, aut si heres erit & intra pupillarem ætatem decesserit, Sempronius ex tali re vel fundo heres esto.* Pupillo defuncto ad omnia pupilli bona substitutio trahatur, tex. singularis in l. coheredi. 41. §. si. ad fin. D. de vulg. facit tex. in l. 1. §. si ex fundo. D. de hered. instituendis, cum alijs pluribus adductis in § hereditas, vers. *Neque enim.* de heredibus instituē. & benè explicuit Ant. Gom. 1. tom. c. 4. n. 13. & soluitur argumentum, & tex.

§. *Qua ratione excitati.* 1:

1 *Liberis mente captis cuiuscunque ætatis, sexus, gradus sint substituere parentes possunt, & nu. 21. & per tot.*

Exemplaris substitutio expirat liberis resipiscentibus, & num. 36.

2 *L. qui habent. 3. in principio. D. de tutelis, & numero. 13.*

3 *L. Humanitatis. 9. C. de impuberum, in vers. ic.* liceat parentibus, *& num. 12.*

4 *Exemplaris substitutio quare inuentā, & sic dicta.*

5 *Exemplaris substitutionis definitio.*

6 *Exemplarem substitutionem mater quoque facit, & omnes ascendentes etiam materni, & quare num. 8. & 9.*

7 *Pupillarem mater, aut ascendentes materni non faciunt,*

10 *Exemplarem substitutionem mater non facit, si pater fecit.*

11 *Exemplarem substitutionem parentes secundi gradus non faciunt. si primi fecerint.*

12 *L. Humanitatis, eleganter pro hac opinione animaduertitur.*

13 *Impuberi furioso facta exemplaris, intra pupillarem ætatem valet vt pupillaris, posteà vt exemplaris.*

14 *Exemplaris liberis tantum, quibus legitima debetur, fit, non alijs.*

15 *Exemplaris fieri non potest naturalibus filijs furiosis.*

16 *Exemplarem facit mater filijs illegitimis quibus legitimam relinquere debet.*

17 *Exemplaris exheredatis quoque fit.*

18 *L. Humanitatis. alia in parte explicata.*

19 *Exheredatio non valet si causa ingratitudinis expressa non sit.*

20 *Furiosus exheredari non potest.*

21 *Furiosus quis sit.*

22 *Mente captus quis sit? & num. 25.*

23 *Mente captus is est qui sine furore agitatur, sine mentis alio queuis morbo corripitur.*

24 *Furioso interdicta, interdicta quoque mente captis.*

25 *L. Furiosi. 25. C. de nuptijs.*

26 *Exemplaris substitutio fit filijs quacunque ex causa testari non valentibus.*

27 *Exemplariter substitui qui possint, & num. sequen.*

28 *Fratres furiosi substituendi, prælatis consanguineis, vterinis & de aliorū prælatione in hac substitutione numeris sequen.*

33 *Fratres patrueles qui dicantur, & an necessario substituendi.*

34 *Exemplaris, an matrem excludat remissiuè.*

35 *Soror substitui debet fratri furioso.*

36 *Exemplaris substitutio expirat resipiscētibus filijs, illisque ad furorem non redeuntibus. & numer. 38.*

37 *Cessat, verbum, suspensionem magis, quàm omnimodam extinctionem denotas.*

39 *Exemplaris substitutio expirat natiuitate filiorum furiosi.*

40 *Naturalis filius furiosi an faciat cessare exemplarem remissiuè.*

41 *Exemplaris expirat si pater qui testamentum fecit aliud faciat.*

1 POssunt parentes liberis suis etiam pubertibus amentibus cuiuscunque sexus, vel gradus sint, siue in potestate, siue emancipatis substituere, quibus resipiscentibus substitutio intercidit, idem in l. ex facto. 43. D. de vulgari substitutione. l. humanitatis. 9. C. de impuberum, & alijs substitut. consonat l. 11. tit. 5. p. 6. explicant præter Bartolum, & repetentes in d. l. ex facto, & in d. l. humanitatis, plures quos nouissimè refert noster Spino, in speculo glossa 25. n. 1. Alexander Trentacinquius, tractatu de substitutionibus. 3. p. ca. 1. cum sequentib. & plures hic referendi.

2 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum tex. ibi. *Et si puberes sint*, quæ verba implicatiua impuberes etiam includere videntur, & inde impuberibus quoque pupillarem substitutionem fieri posse, Sic argumentor, si filius furiosus aut mente captus impubes sit, inspecta magis ætate, quam dementia substitutus dandus est. l. qui habent. 3. in princ. D. de tutelis: ergo tunc pupillaris non exemplaris substitutio locum habebit. Secundo contra nostrum tex. ibi. *Certas personas substituere*, quibus verbis Iustin. probat non omnes furiosis filijs substitui

stitui posse, sed certas tantummodo personas, Obijcio tex. in d.l. humanitatis. ibi. *Liceat parentibus legitima portione ei vel eis relicta quos voluerint his substituere.* Vbi generaliter & sine distinctione quemcunque substitui posse scriptum est.

4 Eis tamen argumentis non obstantibus superior conclusio verissima est, nam eadem illa ratione, qua parentibus permissum fuit liberis suis impuberibus quos in potestate haberent, quandiu testari non possent, testamentum facere; inductum simiiter fuit humanitatis ratione, ne amotæ mentis liberi intestati decederent, vt possent parentes eis substituere. Quæ substitutio, quia tunc tantum modo fieri potest, quandiu qui malè affecti sunt liberi propter morbum, non testantur, vt & pupillaris quandiu impuberes sunt; item etiam expirat quando resipiscunt & ad sanam mentē redeūt, vt & pupillaris pubescentibus pupillis, quia in pluribus ad exemplum pupillaris est, exemplaris vulgò substitutio nominatur, magistrale magis quàm elegans nomen; vnde alij, inter quos Viglius hic in princ. Duarenus lib. 2. disputat. c. 7. eam quasi pupillarem dicunt, quēadmodum, & quasi castrense peculium, appellatur illud, quod ad exemplum castrensis inductum est, verum cum eadem res maneat, id quid interest? ergo communi nomine libenter nunc vtar, & vt ea quæ in hac substitutione desiderantur, item & eius effectus explicem, à definitione exordiar, eiusque sigillatim prosequutus verba finem faciam.

5 Varias ergo huius substitutionis definitiones ab authoribus traditas constat, ex Beroio in repetitione. l. ex facto. nu. 108. D. de vulg. Minchaca, de successionum progress. §. 17. n. 1 Alexandro Trentacinquio d. 3. p. c. 1. n. 1. Sed quæ à Couarru. traditur in c. Raynutius. §. 6. n. 1. de testamen. frequentius sequitur ex Alexandro vbi proximè. & Spino dict. glos. 25. n. 2. Qui sic definit: *Testamentum quod fit à parentibus pro filijs puberibus furiosis vel alterius morbi causa testari non valentibus.* Constat hæc definitio suis partibus, genere, quatenus dicimus esse testamentum quod à parentibus fit, quem admodum pupillaris substitutio. l. 2. D. h.t. & passim reliqua verba sunt loco differentiæ sed subsistamus parūper, & sigillatim eius verba discutiamus.

6 Principio ergo dicimus, *testamentum quod fit à parentibus*, vt significemus exemplarem substitutionem à matre quoque fieri posse ab auo, & proauo, & reliquis ascendētibus vtriusque sexus, ex d. l. humanitatis, ibi: *parentibus indulgemus*, coniuncta l. appellatione. 59. D. de verborum signifi. exornat Spino. d. glos. 25. n.
7 6. & latissime Alex. d. 3. p. c. 3. ex n. 1. † Vnde iam colligitur notabilis differentia inter hanc substitutionem & pupillarem, quæ nec à matre, nec ab alijs ascendentibus, qui non habent in potestate eos quibus substituunt fieri potest, l. 2. in prin. D. h.t. de ratione differentiæ scribunt multa Bartol. n. 11. Alciat n. 44. Ripa nu. 64. Beroius. n. 221. in d.l. ex facto. Curt. iunior in d.l. humanitatis. nu. 2. Mincha. d. §. 17. nu. 23. Alexander, & Spino vbi proximè.

8 † Sed illa satis probabilis videtur, pupillum pati defectum omnibus eius ætatis communem, furiosum autem specialem, & ex infortunio præter naturā prouenientem, indeq; huic qui ex infortunio premitur, pinguius succurri debuisse, argum. l. mulierem. 5. C. de adoptionibus. & glossæ vltimæ. in l. Antistius. 62. §. fi. D. de acq. hered. Adde si placet in exemplari substitutione, certas & designatas esse personas, quæ in primis substitui debent, vnde nō mirum, si matriquoq; id permittatur, in pupillari non ita, quoniam licet parenti, quem voluerit substituere, vti deduces ex princ. huius tit. & ex hoc nostro tx. coniuncta d. l. humanitatis, vbi notabiliter considerauit Corasius, num. 4.

9 Atqui cum parentibus liceat liberis suis furiosis substituere, consequens est, tam patrem quam matrem posse filio furioso vel mente capto diuersas substitutiones facere; quinimo, & auum & auiam posse concurrere in facienda substitutione, ita vt eiusdem personæ possint esse quatuor diuersi substituti, docet Bart. in d.l. ex facto, n. 36. & duobus sequentibus. Et omnes tenere asserit ibi Beroius. n. 429. Cor-
10 neus. n. 47. † Cæterum contra Barto. recte docet Baldus. in l. 1. post principium. D. de Senatorib. matri non licere facere exemplarem substitutionem; nisi cum pater eam non fecit. Defendit latè Claudius in d. l. ex facto col. pen. Alciat. n. 42. Viglius hic n. 4. Mincha. d. §. 17. n. 39. & late disputat Alex. Trentacinq. d. c. 3.
11 ex n. 8. † Deinde Auum & reliquos ascendentes existentibus parentibus primi gradus non posse facere exemplarem substitutionem contra Bart. defendit Alexander, in d. l. ex facto. n. 47. Ripa. n. 100. quia cum d. l. humanitatis. præsupponat eum, cui fit substitutio debere esse talem cui legitima debeatur, locum habere non potest, respectu auorum, existente in medio patre, aut matre furiosi. Sed & vtraque Bartoli doctrina conuincitur expressiùs, quia absurdum est quem decedere cum duobus testamentis, contra regulam tex. in l. quærebatur. D. de militari testam. † Neq; l. humanitatis, quæ parentum in plurali mentionem fecit contrarium probat, quoniam hoc non est ita
12 accipiendum, vt omnes parentes simul possint concurrere in faciendo exemplari, sed ita vt suo ordine eis permittatur, patri scilicet, an tequàm matri, & huic prius quam auo, Pro qua sententia eleganter ponderatur. d. l. humanitatis, quæ dum in principio loquitur de facultate

cultate testandi, siue faciendi exemplarem substitutionem, & vtitur, ver. *parentibus*, insinuat eam in habitu (vt dicunt) competere parentibus vtriusq; sexus, & dum in versicu. *vel filia*, ibi. *qui vel quæ testatur*, & in versi. vlt. ibi: *testatori vel testatrici*, tractat de forma testandi, & reducendi ad actum prædictam potentiam, vtatur verbis singularis numeri, significans nō omnes parentes, sed vnum tantum debere exēplarem facere, & vtique prius patrem, argumento sumpto ab ordine literæ, argumento l. quoties. 40. D. de vsufr. & quia iudicium masculi solidius & firmius est. c. forus. 10. de ver. signif. l. in copulandis. C. de nuptijs, & ideo tanquam dignius præferendum, argum. l. 1. D. de senatoribus. Quo fit, vt facta substitutione per patrem, omnia bona filij pertineant ad substitutum ab eo datum, cessante autem substitutione patris, ad substitutum datum à matre, argum. l. sed si plures. 10. §. Ad substitutos. D. h. t. quod latissimè prosequitur Alexander Trētacinq. d. c. 3. ex nu. 8. quidquid velit Bart. vbi sup. ex Iasone ibidem receptus ex n. 48. Ripa, n. 97. Antonio Gom. 1. tomo. c. 6. n. 1, . Benedict. in c. Raynutius tractatu de exemplari, n. 39. contra quem defendit etiam Spino. dict. glos. 25. sub n. 6.

13 Additur in definitione. *pro liberis puberibus*, quibus verbis insinuatur differentia inter hāc substitutionem & pupillarem, quæ non nisi filio impuberi fieri potest, l. 2. huius tit. de vulgari, & latè sup. in rub. & in princip. vnde succedit prioris difficultatis, sup. contra nostrum tex. adductæ explicatio, nam impuberi filio, eidemq; furioso facta substitutio intra tempora pupillaris ætatis, non vt exemplaris, sed vt pupillaris valet, d. l. qui habent. 3. in princ. D. de tutel. nec id solum, verum & illud, quod si minori viginti quinque annis furioso curator datus sit, non vt furioso, sed vt minori curatorem dari, quasi ætatis sit impedimentum, cui magis quàm dementiæ tantisper consulendū est, vti Imperator Antoninus Augustus rescripsit, ita referente Vlp. in d. l. qui habent in fine principij, & rectè, quoties enim duæ causæ concurrunt naturalis vna, altera accidentalis, illa semper prævalet, & in d. l. 3. Bar. notauit.

14 Non tamen intelligas generaliter & sine distinctione licere parentibus omnibus puberibus furiosis filijs substituere, sed illis tantum modo, quibus legitima debetur, vti colligitur ex d. l. humanitatis, ibi. *legitima portione ei relicta*, Nam cum ablatiuus absolutus conditionem importet. l. à testatore. 108. D. de cond. & dem. late post Bart. & antiquiores, ibi Iaso in l. ab emptione. 59. nu. 1. D. de pactis. Bar. in l. 1. n. 11. D. de lega, li. 1. Iaso. nu. 2. Ioan. Anibal. n. 4. 6. Ripa. n. 33. in l. 1. D. soluto matrim. & nouissime Barosa in rubr. illius tit. 1. p. nu. 24. & n. 26. conditio autem in specifica forma debeat adimpleri. l. qui heredi. 44. l. Mæuius, 55. D. de condi. & dem. consequens est huiusmodi esse filium oportere, cui substitutio fit, vt ei legitima sit relinquenda, nominatim docet Spino d. glossa 25. n. 14. Alexan. Trentacin. d. 3. p. c. 4. nu. 12. & c. 5. in princ.

15 Ex qua resolutione primo infertur, naturali filio furioso exemplarem substitutionem patrem facere non posse, cum ei legitima nulla debeatur. l. vxorem. §. pater naturalis. D. de leg. l. 3. l. 2. C. de naturalib. liberis, notat glos. verb. *naturalis* in l. 1. D. de bonor. poss. contra tab. defendunt Alex. n. 28. Iaso. n. 20. Ripa, n. 57. in d. l. ex facto. Aret. & Iaso. in d. l. humanitatis, vbi dicit communem Coras. nu. 7. Polytus tractatu de exemplari substitutione sexta dubitatione. 7. quæsiti principalis, & Zasius, eo. tractatu. n. 4. Mincha. de succes. progressu. lib. 6. §. 17. n. 10. & nemine relato Spino, d. n. 14. & in vtranq; partem disputans Alexander Trentacinq. d. c. 4. n. 12. qui alios plures, qui contrariam sententiam defendunt ibidem refert, eorumque argumentis satisfacit. † Matrem verò illis in casibus, in quibus filijs legitimam relinquere tenetur, quos deduces ex his, quæ scribunt omnes ad l. 9. Tauri, & nos diximus in rubr. de heredit. quæ ab intestato. c. vnico. §. de succes. filiorum naturalium, posse exemplariter substituere dubium non est, & resoluunt indistinctè proximè relati. 16

Exheredatis autem an possit exemplariter substitui: valde dubitarunt nostri. Bar. in d. l. ex facto, n. 18 & plures alij, quorum meminit Guil. Benedictus. in c. Raynutius ver. *si absque liberis*. el 2. nu. 21, exemplarem fieri non posse defendunt, quam opinionem sequuntur alij ab Alex. Trentacin. relati sup. c. 5. nu. 2. ad fi. qui eam opinionem neruosè defendit. Contraria tamen verior est, nam cum hæc substitutio ad exemplum pupillaris fiat ex nostro tex. neq; in hoc aliqua differentia inter eas substitutiones sit, quemadmodum pupillaris exheredatis fit, §. non solum, inf. h. t. fiet & exemplaris, & ita defendunt Curti. n. 12. Coras. num. 9. Corneus. n. 8. Decius, n. 7. in d. l. humanitatis. Angel. Aretinus hic, Couar. in d. c. Raynutius. §. 6. nu. 2. Mincha. libro singulari quæstionum illustrium. c. 106. n. 1. Spino iam relatus n. 17. 17

† Nec contrarium probat d. l. humanitatis, quoniam ibi requiritur legitimam relinqui, non vt exemplaris ab initio valeat, sed ne ritè facta, ex postfacto rumpatur, si filij nomine in tētetur querela, vt probat tx. ibi: *querela nulla*. Quo fit, quod cum testamentum sit solemne, si filius exheredetur, l. inter cætera. 29. D. de liberis & posthumis, poterit ei fieri substitutio exemplaris, valitura sanè, quousq; testamētum per querelam rumpatur. † Verum hæc aliqua exparte immutata sunt. Primò, quia cū exheredatio non valet hodie, nisi causa ingratitudinis 18 19

tudinis expressa sit, authentica non licet. C.
20 de liber. præteritis, & hanc furiosus, † committere non possit, nec poterit exheredari, nec valebit testamentum, quasi non fuerit ritè exheredatus, nisi fortè ante furorem eam committerit, quæ per superuenientem furorem nõ tollitur, l. fi. §. sed cum antiquitus. C. de curat. furios. Deinde hæc immutata sunt ineo, quod etsi exheredatio valeat, coquod sit ante furorem facta, nihilominus sustinetur exheredatio ex authentica ex causa. C. de liberis præteritis, vt resoluit Spino. d. glos. 25. n. 17.

21 Deinde diximus in definitione. *furiosis*, quo verbo significantur, qui rabie quadam mentis,
22 quæ neminem lateat agitantur. † ad differentiam mentecapti, qui mentis defectum patitur latentem, & nulla extrinsecus ostendentem signa, quam differentiam notat Baldus in l. 2. C. de curatore furioso, & in l. furiosi. C. de nuptijs. Corasius in d. l. humanitatis, n. 1. Sicardus n. 2. Decius n. 1. Rippa in d. l. ex facto. nu. 27. Nauar. in c. si quãdo. pagina 30. de rescriptis, licet aliter explicet Alciatus. lib. 2. Parergon. c. 16. Quo fit vt cum tex. in d. l. humanitatis, loquatur in mente capto, qui à furioso differt, non videtur ad furiosum extendenda illius tex. decisio, cum sit exorbitans à regulis ordinatijs, argumento l. præcipimus. C. de appellationibus, quod nominatim docuit Alexander in d. l. ex facto per tex. in l. si furiosi. C. de nuptijs.

23 Cæterum contrariam sententiam, vt exemplaris possit fieri furioso probat tex. in l. fi. §. 1. C. de curato. furioso, & videtur probare tx. in d. l. humanitatis, quæ generaliter loquitur, item & eius ratio: eadem enim illa humanitatis quæ facit & inducit vt mente capto exemplaris substitutio fiat, inducit similiter vt fiat furioso, nam regulariter æquiparari solent, authentico, vt hi qui obligatas se perhibent habere res minoris. §. & hæc dicimus, collatione 6. & inde contra Alexandrum est communis opinio, teste Sicardo in d. l. humanitatis. n. 3. Spino, d. glossa. 25. n. 9. Neque contrarium probat tex. in d. l. humanitatis, quæ in mentecapto loquitur, quoniam ad eius, & aliarũ plurium legum explicationem resoluo, eo nomine in genere sumpto, furiosum etiam contineri, siue furore agitetur, siue alio quouis mentis morbo corripiatur, recte enim Plato in Phædro, furorem esse dixit mentis alienationem, quare dubium non est, mentecaptum, quia sanam mentem non habet, ad furoris genus esse reducendum, & è conuerso, furiosum mente
24 captum dici, † vnde iura, quæ in furioso loquuntur in mentecaptis intelligenda, in his maxime negotijs, in quibus consensus & voluntas sunt necessaria, veluti obligationibus testamentis, matrimonijs iudicandi munere, & his similibus furiosum à mentecapto non esse separandum, multa ex Philosophis, & Medicis, alijsque bonis autoribus adducens, resoluit docte & accurate rem tractans eruditus Ægidius Ramirez de Arellano, in l. 1. §. si à furioso ex n. 21. D. pro emptore. † Nec obstat
25 tex. in d. l. si furiosi, C. de nuptijs nam ex proximè adductis noto, *mentecapti*, nomen, & in genere, & in specie sumi (quemadmodum adoptio in princ. sup. de adoptionibus, & cognatio vt diximus in §. 1. inf. de leg. ag. suc.) in genere sumptum comprehẽdit etiam furiosum, vt in d. l. humanitatis, in specie autem comprehendit eum, quem Latini, *mortonem.* dicunt, qui morbus ex humenti, maloq; temperamento in capite hærenti, prouenire solet, vt ex Galeno tradit Alciatus, d. lib. 2. Parergon. c. 16. vnde quia constitutio Diui Marci, quæ de mẽtecapto loquebatur, quia possit videri non pertinere ad furiosum in specie accepto nomi
26 ne mentecapti, extenditur ad furiosum. † Sed vt omnis scrupulus & ambiguitas cesset, adiecta sunt in definitione postrema illa verba, *vel alterius morbi causa testari non valentibus.* quibus non solum mente capti & furiosi, sed & muti qui testari non possunt, continentur, vt docuit Bartolus nu. 28. receptus ex Iasone num. 39. in d. l. ex facto, Ripa num. 28. Ruino consilio 103. nu. 1. lib. 2. Minchaca illustrium quæstionum c. 37. n. 9. ex quibus fit, phrænetico exemplarem fieri non posse, quia licet intellectu careat. l. ob quæ vitia. 4. D. de ædilitio edict. ideoque testari non possit. l. in aduersa. 17. D. de testamentis, cum tamen is mentis defectus perpetuus non sit, exemplaris ei fieri non poterit, ex tex. in d. l. humanitatis. ibi. *perpetuo sit*, vt defendunt Iaso num. 40. Ripa nu. 81. in dict. l. ex facto Menchaca de successionum progressu. §. 17. num. 188. quamuis contra sentiat Curtius in dict. l. humanitatis. numero. 4.

27 Nonobstat secundum argumentum, ex d. l. humanitatis, ibi. *quos volunerint his substituere*, quoniam illa verba, quæ generaliter prolata sunt, limitari debent, iuxta sequentia vers. *ita tamen*, ibi: *vel si filia, aut alij descendentes ex huiusmodi mentecapta persona sint*, &c. ex quibus verbis constat extantibus furiosi filijs, aut nepotibus, hos non alios substituẽdos esse, aliàs, si præterirentur, in nihilum deducerent substitutionem exemplarem ab auo siue proauo factam, l. 11. ibi. *Pero si este loco a quien dan el substituto ouiere fijo, o nieto o alguno de los otros, que decienden por derecha liña de el deuen los substituyr en su lugar, è non otro.* & sic notat Alex. num. 45. in d. l. ex facto Molina lib. 2. de Hispan. primog. c. 11. num. 13. & cum Bart. & alijs antiquioribus & iunioribus. Spino. dict. glos. 25. ex num. 18. hoc ideo, nam si auus testatur nomine filij furiosi. & furiosus eas personas, vel instituere, vel exheredare deberet, ex causa,

iuxta

iuxta notata in princ.sup.de exhered. liberorum.& princ.inf.de inofficioso testa. aliàs testamentum esset nullum, consequens est, & auum, vel proauum eos similiter debere substituere. An autem si vnum ex his substituat, cæteros prætereat valeat substitutio, vide Alciatum in d.l.ex facto, num.74. Iaso, num. 43. Spino vbi sup.num. 19. quod si filios furiosus non habeat, habeat tamen fratres, hi substitui debent ex dictis legibus, vbi notarunt autores, & Spino & Molina iam relati. Quod tamen ita accipiendum est, vt si pater substitutionem faciat, fratres furiosi consanguineos non vterinos substituat, si vero mater non consanguineos, sed potius, vterinos, vt probat dicta l.humanitatis, ibi: *sin vero etiam liberi testatori, vel testatrici sint sapientes* &c. docet Bart. in dict.l.ex facto.num. 32. receptus ex Ripa. num.88. Alciato num.76. Ant.Gom. tomo.1. c.6.num.6. Vnde fit, quod si pater substitutionem faciat filio qui vterinos tantum fratres habet, poterit ei extraneum substituere, cum vterini non sint eius liberi, vt docuit Beroius in d.l.ex facto, n.410.

29 Fit etiam ex consangineis, & vtrinq; coniunctis, posse patrem quem velit substituere, vt ex communi resoluit Tellus in l. 27. Tauri, num. 6. licet contrarium teneat Ripa, in dict.l.ex facto, num.91. Curtius in dict. l. humanitatis.num.19. moti ex eo, quia fratres substituuntur, quia necessario erant successuri ab intestato mente capto: at in successione ab intestato vtrinque coniuncti consanguinei præferuntur, authentica, itaque, C. communia, de

30 successionibus. † Sed non est recedendum à priori sententia, quæ probatur ex generalitate dictæ l.humantitatis, iuncta l. Iuris Consultus. 10. §. secundo gradu. D. de gradibus. Neque ratio in contrarium adducta obstat, quia lex non respexit ad successionem ab intestato, alias enim iuberet matrem substitui, item & omnes fratres, quorum par causa est in intestatò defuncti successione.

31 Deducitur etiam ex eadem illa resolutione matrem facientem substitutionem, posse similiter inter vterinos, & vtrinque coniunctos

33 eligere, † quod intelligendum est respectu filiorum susceptorum ex secundo matrimonio, vt scilicet, filium primi matrimonij exemplariter substituat filio furioso ex secundo matrimonio, nam susceptis ex primo non po-

41 test substituere propter transitum ad secunda vota iuxta Bartolum in d. l. ex facto. num. 12. Ripa.num.39. Alcia. num. 77. & cum alijs Matien.in l.3.glos.2.num.37.tit.1.lib.5.recopilationis, licet contrarium aliqui, quos ipse ibidem retulit tenuerint.

33 Fratres autem patrueles, quamuis fratres dicantur, quia non simpliciter sunt fratres substitui necessario non debent, vt cum alijs resoluit Spino, d. glossa. 25.num.20 ad finem, item nec fratris filij, quos Hispanè, *sobrinos*, dicimus, ex Bartol.in d.l.ex facto.num.30. communiter recept.ex Alexandro num.10.& pro constanti præsupponit Menochius. lib. 4. de præsumpt.præsum. 46. quamuis contrarium defendant nonnulli, quos retulit Ant. Gom.

34 1. tomo c. 6. num. 7. † qui etiam disputat, vtrum per exemplarem mater excludatur.

35 † furorem vero (cum fratris appellatione contineatur) substitui oportere dubium non est, argumento l. Lucius. 90. §. quæsitum. D. de leg.3.l.tres fratres. D de pactis, dicit receptum Ripa.n.92. in d.l.ex facto. Corneus n.16. in d.l.humanitatis.

36 Quando exemplaris substitutio expiret, dubitari non potest ex nostro tex.in versi. *sin autem resipuerint.* resipiscentibus enim furiosis, & ad sanam mentem redeuntibus finitur.dict. l.11.ver. *pero tal substitucion*, ibi: *la primera*, tit.5. p.6. quod tamen ita declarat Bart, in d.l.ex facto, dummodo filius postea non redeat ad furorem, per tex.in d.l.humanitatis.ibi: *talis substitutio cessat.* † Quæ verba suspensionem magis, quam omnimodam extinctionem denotant argumento l.qui res.94.§.aream. D.de solutionibus.l.inter stipulantem. 84. §. sacram. D.de verb.obligationibus, est communis sententia secundum Zasium, tractatu substitut.c. 3.ad finem. Benedictum in c.Raynutius, ver. *si absque liberis*, in secundo, n.48. Forcatulum in Necyomantia, c.16. Minchaca de success. progress.lib.2.§.17.nu. 48. latè rem pro vtraque parte disputan. Alexand. Trentacin. dict. 3.p. c.6.ex nu.1. licet plures contrarium teneant, inter quos Couar.in d.c.Raynutius.§.6.nu.7.

38 † Sanè si eo tempore quo sanam mentem filius habet testetur, per hoc testamentum, omnino exemplaris extinguitur, etiam si ad furorem postea redeat, ne aliàs, quod in eius fauorem inductum est, in odium torqueatur, contra l.quod fauore, C.de legibus, defendit Alexander Trentacin.d.c.6.n.1.ad fi.

39 Expirat etiam exemplaris substitutio filiorum legitimorum natiuitate.d.ex facto 43. in princ.D.de vulgari.d.l.11.partitæ, ibi, *la segunda es, quando le nace fijo, ò fija*, vbi notabiliter explicat Greg.gloss.10. † An autem per natiuitatem filij naturalis exemplaris expiret, latè disputat pro vtraque parte Alexander Trentacin.d.c.6.ex n. 2. † Quibus denique addere poteris ex eadem lege Regia expirare, etiam & extingui hanc substitutionem, si pater qui pro filio testatus fuit eam alio testamento reuocauit, quod late prosequitur Bart.& cæteri in d.l. ex facto.

§. Igi-

§. *Igitur in pupillari.* 2.

1 *Pupillaris substitutio, vnum testamentum cum paterno & quare.*
2 *Testamentum à duobus in simul fieri potest.*
3 *Testamentum à duobus factum, an à superstite possit reuocari?*
Primogenium à duobus in simul institutum ab alio possit reuocari, nec ne?
5 *Melioratio ab vxore & viro simul facta à superstite potest reuocari.*

1 AD pupillarem substitutionem tedit iã Iustinianus, de qua maxime toto hoc titulo agit, veterem & satis ambiguam dubitationem hic dissoluens, nunquid testamentum, in quo pater filio impuberi pupillariter testatur vnum, an verò duplex esset. Ingens inter Proculeianos, & Sabinianos, agitata sanè quæstio, vt constat ex l. pater fam. 13. versiculo, *me illud.* D. de priuilegijs credit. (aliàs l. 26. D. de rebus auct. iudi. possid.) Imperator verò hic vnum testamentum esse, duarum tamen hereditatum resoluit ex Iuris Cõsulto. in l. patris & filij. 20. D. hoc titulo, quæ pro vtraque parte & opinione solidiora extant argumenta accurate hic Hotom. enuntiatione vnica, omnino videndus, refert (nec enim aliorum integras transcribere paginas nobis cordi est) quamuis ergo quoad materiam & effectum, duo videantur testamenta, quia duo heredes, duæ hereditates, duorum in simul testatorum, testari enim filius videtur, respectu tamen solemnitatis, & formæ, vnum testamentum est patris, & filij, nam sufficit, si septem testes adhibeantur, dict. l. patris. Plane si duo essent, quatuordecim, vel septem iterato rogatos interuenire, necesse esset. Quęcunque etiam pupillus, vel ex hereditate paterna habuerit, vel ipse sibi acquisierit post mortem patris ad substitutum transeunt, diximus late in principio huius tituli, neque bona diuidi possunt, vnave hereditas absque altera adiri l. sed si plures. 10. §. filio impuberi. D. de vulgari: quoad iudicium ergo, quia patris est, vnum est testamentum, quo ad successionem duo, quia duarum hereditatum.

2 Disputant, & quærunt hîc nonnulli, an in eadem charta duo possint testamenta sua conscribere, & vt effici posse contendo, coniungique rectè vna & eadem scriptura à notario posse, vt notant omnes in l. scire debemus. D.
3 de verborum obligationibus, † ita stulte eos facere, qui extrema sua iudicia miscent affirmo, fit enim hoc non sine captionis suspicione: cum sæpè præmorientem à superstite decipi contingat, qui non prohibetur voluntatem suam mutare, argumento legis quartæ. D. de adimendis legatis, quamuis enim Bolognetus, consilio 62. columna 4. cuius sententiã
4 sequitur † Tiraquel. tractatu de primogenijs. scripserit duobus coniugibus simul vna eademque charta, & scriptura primogenium instituentibus altero defuncto, superstitem illud non posse reuocare, quibus fauet celebris Baldi doctrina in l. pro hereditarijs, num. 26. C. de hered. actionibus asserentis donationem causa mortis à duobus factam, ab aliquo non posse alio inuito reuocari, quia alterius interest ne illa dispositio mutetur, quam doctrinam sequitur Iaso in l. quæ dotis num. 45. D. solut. matrimonio, extetque expresse dispositum in regno Nauarræ, marito, & vxore testantibus, aliquo ex his defuncto, eum, qui superest testamentum non posse reuocare, cap. 1. tit. 6. lib. 3. fori legum Regni Nauarræ, ita referente Olano in concordia Antinomiarum. litera. I. sub num. 7. Contraria tamen sententia verior, & receptior est: quam nemine relato hic scripsit Viglius hic num. 2. ante eum Oldradus, consilio 174. Bertrandus consilio. 329.

5 Vnde infertur in praxi, meliorationem à patre & matre simul vni ex communibus filijs factam, à superstite rectè posse reuocari, resoluit communem opinionem cum alijs Couarruuias in Rubrica de testamentis. 2. parte num. 8. & ante eum latè disputans Tiraquellus sibi contrarius, d. tractatu de primogenijs, quæstione 68. Molina de primogenijs Hispan. 4. parte cap. 2. num. 84. Spino in Speculo testamen. glossa. 18. num. 53. Angulo. in l. 2. tit. 6. *de las mejoras*, glossa 2. num. 3. lib. 5. nou. recopil. & in l. 1. eiusdem tit. sub num. 23. Azeuedo, Gutierrez in cap. quamuis pactum in princip. num. 46. & eleganter antiquus Hispanus Roderic. Suarez, post legem, quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, limitatione 5. num. 12.

§. *Sin autem quis.* 3.

1 *Pupillaris substitutio separatim, diuersa in charta fieri potest, & num.* 3.
2 *Vulgaris substitutio continet pupillarem tacitam quæ eosdem fere effectus quos expressa habet.*
4 *L. Cicero.* 39. *D. de pœnis.*
5 *Pupilli educari non debent apud legitimos eorũ heredes.*
6 *Consilio parendi nulla necessitas.*

1 QVoniam solet hæc pupillaris substitutio periculum à substitutis creare, potest pater testator quo magis pupilli vitæ caueat, pupillarem substitutionem

in ima tabularum parte scribere, & proprio lino trajicere, & traiectam consignare, iubereque, ne ante pueri pubertatem vel mortem aperiatur. Simile factum videbis in l. finali. D. de fideicommiss. libertat. in l. pupillares. 8. D. quemadmodum testamenta aperiantur. in l. finali. D. ad Trebell.

Sed pro dubitandi ratione sic argumentor, in expressa substitutione vulgari, *si filius meus heres non erit.* semper inest tacita pupillaris. l. iam hoc iure. 4. D. eodem. l. quamuis. 4. C. de impuberum. quæ eosdem fere effectus, quos expressa habet, siquidem per eam succeditur etiam pupillo, vti in dictis legibus; hæc tamē non nisi in prima testamenti parte palam fit, vt constat ex hoc nostro tex. Ergo inutile est Iustiniani consilium, quum non minus ea vulgari substitutione occasio parandi insidias pupilli vitæ substituto præstetur, quam si expresse facta esset.

3 Verum eo argumento non obstante, vtile valde hoc consilium pupillo esse satis constat, est enim quid testator timeat cum quotidiana rerum experientia admoneat, non omnino vanam esse harum insidiarum formidinem, *quid non mortalia pectora cogit auri sacra fames*, structasque olim à substitutis insidias pupillis indicant impia illa vulgi vota apud Persium, Satyra 2. *pupillum vè vtinam, quem proximus heres impello expungam.* † Nec in pupillo solum, sed & in posthumo periculum posse versari apparet ex l. Cicero. 39. D. de pœnis, vbi Milesia mulier accepta à substituto pecunia partum suum medicamentis abegit, necauitque, & alter tutor cruci olim affixus ab Imperatore, Sergio Galba fuit, quod pupillū 4 cui substitutus erat, veneno sustulisset. † Quę 5 pericula, vt vitarent antiqui prudentes, prudenter satis animaduertunt, ne pupilli educentur apud eos, ad quos pertinet successio eorum legitima l. 1. D. vbi pupillus educari debe. l. 2. C. eodem. l. 19. ibi. *E que sea tal, que en muriendo el moço non aya derecho de heredar lo suyo* ti. 16 par 6 vbi notabiliter explicat Gregorius per omnes glossas, quod si pater hoc consilium prætermittat, non ideo minus valebit pupillare testamentum, ex nostro textu verticulo, 6 *illud palam*: † nulla enim est consilio parendi necessitas, cum quilibet possit apud se explorare, an ei expediat, l. 2. D. mandati. l. cum pater. 79. §. mando D. de legatis, & fideicom. lib. 2. Periculosum tamen pupillo id erit.

Adductum argumentum nihil obstat rectè enim Baldus. & Minsynger. animaduertunt, cum testator pupillarem facit, non semper fieri vulgarem. Deinde si fiat vulgaris, cum in ea tacita pupillaris insit ex præsumpta testantis mente, hæc quoties expressa contraria apparet, cessat, d. l. iam hoc iure. 4. versic. *ita tamen*, quod post Accurs. qui rectè præsensit, obseruarunt hîc iuniores.

§. *Non solum autem.* 4.

1 *Pupillaris substitutio fit exheredatis, defertque omnia pupilli bona ad substitutum, & nu.* 4.
2 *Exheredari impubes non potest.*
3 *L. Miles ita.* 41. §. *exheredato. D. de militari.*
4 *Pupillaris cur exheredatis quoque filijs fiat.*
5 *Pupillaris substitutio non metitur nec regulatur ex institutione.*
6 *Patria potestas fundamentum pupillaris, & tutelæ.*
7 *Pupillaris, quæ exheredatis fit, quibus concipienda verbis.*
8 *Dictio*, mihi, (*quæ in forma pupillaris requiritur*) *si adijciatur quo casu filius exheredatur, an substitutionem vitiet, disputatur.*
9 *Communis vitiare substitutionem docet.*
10 *Heres heredis primi testatoris est heres.*
11 *L. 1. §. si ex fundo D. de hered. instituen. L. coheredi* 41. §. *fi. D. h. t.*
12 *Extensio de casu ad casum admittitur, vbi est eadem ratio.*
13 *Pupillaris ætatis mentio inducit pupillarē substitutionem.*
14 *Pupillarem hoc casu valere defenditur. reiecta dictione*, mihi.
15 *L. si ita scriptum*, 8. §. *qui filio. D. de bonorum possess. secundum tabulas.*
16 *Dictio*, mihi, *non vitiat pupillarem exheredato factam.*
17 *Pupillaris an exheredatis impuberibus hodie fiat.*
18 *Exheredari potest pupillus doli capax, & qui causam exheredationi potuit præbere, & numero.* 21.
19 *Infans ingratitudinis causam committere non potest.*
20 *Impuberes doli capaces puniri possunt.*
21 *Noster textus incorrectus est.*
22 *Exheredari impubes, infans, & posthumus etiā hodie potest.*

1 POtest pupillaris substitutio exheredato quoque filio fieri, quo omnia pupilli bona ad substitutum defert, idem deducens ex l. 1. §. fin. l. si is qui ex bonis 6. l. sed si plures, 10. §. ad substitutos. l. qui habebat, 47. D. eodem l. qui fundum. 86. §. qui filios. D. ad legem Falcid. l. cum quidam. 24. C. de legatis, consonat. l. 6. titulo. 5. l. 3. tit. 9. par. 6. explicarunt latè omnes in dictis locis, & rem disputans Alexander Trentacin. de substitutionibus. 2. p. c. 14.

2 Sed pro dubitandi ratione, primo sic argumentor. Pupillaris substitutio solis impuberibus filijs fieri potest, tex. in l. 2. in princip. D.

hoc

hoc titulo. Principium supra eodem. §. masculo. infra, vbi dicemus. Sed impubes exheredari non potest, l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. testam. ergo nec ei poterit fieri pupillaris substitutio.

3 Secundo contra textum, ibi, *Id omne, &c.* quibus verbis Iustinianus probat, substitutum pupillarem exheredato filio datum, pupilli tantummodo bona occupare, non autem paterna. Obijcio textum in l. miles ita. 41. §. exheredato. D. de militari testamento, ibi, *verum hoc ius*, &c. vbi ea tantummodo bona, quæ à patre ad filium exheredatum peruenerunt, ad eius substitutum pertinere, non vero alia pupilli, Triphoninus probat, sicque expresse omnino contrarium Iustiniano, hic.

4 Sed his non obstantibus, dicendum est, & exheredatis filijs substitui hoc sæculo, item, & ætate Iurisconsultorum potuisse indistinctè, & eo casu substitutum pupilli tantummodo bona occupare, ex supra adductis. Quod si rationem quæras, cur pater huic possit substitutum dare, quem à sua abdicat substantia & hereditate? Respondebo, hoc ideo fieri posse, quia vt ad rubricam supra tituli huius diximus, vtile id est pupillo, ne aliàs impubes defunctus intestato decedat, cum etiam, quia cum per pupillarem ipsi pupillo succedatur, non vero patri, textus in principio huius tituli, ibi: *ipsi pupillo fit heres*, eum heredem institui ad valorem pupillaris necessarium non est. † Nec enim ex institutione virtutem substituendi metimur, (quia posset mater, & pater naturalis substituere: item & emancipato substitui posset, quod
6 tamen dicet nemo) sed magis † ex patria potestate, quæ Iurisconsultorum interpretatione, etiam post mortem patris, vsque ad pubertatem liberorum producta est, vnde etiam tutorum testamento datorum ius manauit, non modo liberis institutis, verum etiam exheredatis, l. impuberi filio. 40. ibi: *Filij verò tutela iure patriæ potestatis, non militiæ præmio mandatur*, D. de administratione tutorum. coniuncta l. Pater, 4. ibi: *Exheredato tutorem dare potest*. D. de testament. tutela. Neque hoc casu iniuria afficitur filius, eo quod pupillariter ei substituatur, sed potius honore, ex paulo superius adductis.

7 Sed hic illud quæritur, quibus hæc substitutio verbis concipienda sit, non enim his certe, quibus heredi filio instituto substituitur, nimirum, *si heres non erit, aut si heres fit*, hoc igitur modo concipienda est: *Filius exheres esto, si filius ante moriatur, quàm in suam tutelam venerit, Titius heres esto.*

8 Sed an quo casu filius exheredatur, adiecta dictione, *mihi*, (quam in pupillari formula retulit Modestinus in l. 1. D. hoc titulo) concipi hæc substitutio possit, ita, *Filius exheres esto, si filius ante moriatur, quàm in suam tutelam venerit, Titius mihi heres esto?* Valde controuersum est, & disputatum inter iuris inter-
9 pretes. † Paulus Castrensis in d. l. 1. num. 3. ad fin. docet vitiari eo casu substitutionem, repetit in l. precibus num. 3. C. de impub. sequuntur relati à Ripa, in d. l. 1. num. 34. Ioan. Coras. in l. cum quidam numero 3. C. de impub. Franciscus Mantica de coniecturis libro 5. titulo 7. numero. 9. & alij, quos refert & sequitur Menochius lib. 4. de præsumptionibus, præsumptione. 34. nu. 16. & 17.

Pro qua opinione facit primo, quia in casu filij exheredati cessant rationes, per quas illa adiectio defenditur in pupillari facta filio instituto. Nam deducta ex regula. l. fi. C. de hered. instituendis. l. siquis filium. 7. §. finali, D. de acquirenda hereditate, vbi alia iura retulit Accursius, videlicet, heredem heredis primi testatoris heredem esse, cessat vbi filius fuit exheredatus, nam cum is non fuerit heres patris, neque substitutus poterit dici eius heres.
11 † Et consequenter cessat altera ratio, quæ deduci solet ex l. prima §. si ex fundo. D. de heredibus instituendis, quæ cum ad confirmationem primæ rationis adducatur, ea deficiente induci non potest, quæ est veluti necessarium antecedens secundæ, hoc modo ordinatæ. Papinianus in l. coheredi. quadragesima prima. §. finali. D. hoc titulo remouet dictionem, *mihi*, quasi inducentem substitutionem in solis bonis paternis, quæ cum coniuncta fuerint cum hereditate filij, efficit vt substitutio in parte hereditatis facta videatur, qua detracta trahitur substitutio ad vniuersum. Hoc tamen dici non potest, vbi filius exheredatur, nam cum nulla bona patris habuerit, ob idque substitutus pupillaris, non possit dici primi testatoris heres, vt nuper ostendimus, non poterit hæc dictio. *mihi*, reijci, quasi inducens institutionem in re certa, atque ita constat Papiniani rationem in d. §. fi. huic casui adaptari non posse, & consequenter vtraque cessante in hoc casu non debet ad eam adaptari & extendi decisio. d. l. coheredi. §. fin, cum similibus ex regul. l. adigere. §. quãuis. D. de iure patronat. & multò magis ex eo,
12 † quia extensio de casu ad casum fit vbi est eadem vel maior ratio l. illud. 32. D. ad legem Aquiliam. §. 1. in fine infra quod cum eo. l. à Titio. 108. D. de verbo. oblig. atque ita vbi non datur eadem ratio non fit extensio. vt in cap. fin. de translatione episcopi.

13 Deinde pro Paulo Castrensi facit. † quia ex mentione pupillaris ætatis, constat voluisse patrem pupillarem substitutionem facere, Accurs. verb. *fideicommissum*. in l. precibus. C. de impub. receptus secundum Socinum. cons. 95. num. 14. vol. 1. Ruinum cons. 103. num. 6. & 19. volumine. 2. Iacob. Menochium. qui

plures

plures alios autores refert & multis rationibus,& argumentis cõprobat, de præsumptionibus lib.4.præsumptione.34.nu.21. cum sequentibus,& sic testamentum ipsi filio.l.Papinianus.8 § sed neque impuberis.ibi.*quia ipsius filij testamentum est.* D. de inoffic.test.Sed cum per dictionem *mihi* testator se referat ad bona sua,testamentum hoc vt filij valere non debuit,quasi factum de bonis patris,quæ nunquam fuerunt filij exheredati, non enim valet testamentum de alienis bonis & rebus factum l.conficiuntur.8.§.si post.D.de iure codicillorum auth.ingressi.C.de Sac. Sanct. Ecclesijs.

14 Contrariam tamen sententiam, & sic substitutionem valere etiam vbi sit exheredato,eoque casu dictionem *mihi* reijciendam esse, non quasi continentem rei certæ mentionem, sed quasi superfluam,argum.l. quoties.9.§. Si duo &l.talem.51.D.de hered. instituen.l. quæ extrinsecus.65.D.de verb. oblig. defendunt Ripa in d.l.1.num.33.Alciat.nu.169. D.h.t.Ioa. Baptist. in d. l. precibus nu.24. C.de impub.

15 † Pro qua opinione in primis allegatur tex. in l. si ita scriptũ.8.§.qui filio.D. de bon.poss. secundum tabulas. ibi. *sicut hereditatem vindicat,perinde ac si verbum hoc mihi adiectum non esset.* qui textus generaliter docet, eam dictionẽ haberi pro non scripta.Deinde,quoniam cùm ex mentione pupillaris ætatis colligatur mẽs patris volentis facere testamentum pro filijs, ex communi suprà proximè adducta,hæc voluntas meliori modo quo possit, est ad effectũ producenda, nec debet vitiari propter adiectionem dictionis superuacuæ.

16 Quare in hoc doctorum & opinionum conflictu,existimo dictionem *mihi*,non vitiare pupillarem,siue instituto filio fiat,siue exheredato, cum l. C. Modestinus generaliter loquatur in substitutione pupillari,quam,ex hoc nostro textu,exheredato quoque fieri posse constat. Neque credibile est Iuris consultos, qui huiusmodi formulam admiserunt, tam notabilem limitationem si vera esset omissuros, Argumento.l. item apud Labeonem.§. ait Prætor.versiculo.*ea enim.* D. de iniurijs. In quam sententiam vltra supra tradita adducor eo argumento: quia quemadmodum obtinuit impossibiles conditiones in testamentis pro non scriptis haberi.§.impossibilis, vbi diximus supra de hered. inst. sic etiam authoritate Galli Aquilij fuit effectum,vt adiectio quælibet cõtra substantiam testamenti reijceretur.l.siquis ita heres.74.D.de hered.instituend.qua ratione procedit tex. in l. hereditas ex die.34.D. illo eodem titulo.quod sanè ius in testamentis benigna interpretatione fuit receptum,quia præsumendum fuit testatorem voluisse potius actum valere, remota inutili adiectione, quàm dispositionem eius corruere;neq; enim creditur quis,viam eligere, qua possint eius iudicia impugnari, quo fit, vt quamuis in hac nostra quæstione dictio *mihi* repugnet naturæ intrinsecæ substitutionis, ea tamen reiecta sustinetur dispositio.

Nec obstat,in casu filij exheredati, cessare rationes à Iurisconsultis traditas,per quas ipsi substitutionem defendebant, nam licet illæ cessent,ex alio tamen capite dispositio sustinetur,scilicet,reiecta adiectione superflua.

Nec rursus obstabit iuxta hanc resolutionem, necessarias non fuisse elaboratas illas I. consultorum rationes,si in promptu erat substitutionem defendere reiecta dictione *mihi*. Nam in casu filij instituti necessaria fuit illa I. consultorum interpretatio, quia per eam poterat adaptari illa dictio pupillari substitutioni;Cæterum vbi filius exheredatur nulla interpretatione ea dictio potest accommodari pupillari, obidque vt sustineatur & valeat, necesse est illam reijcere vt superfluam. Vnde fluit solutio secundi argumenti pro Castrensis opinione suprà adductum, reiecta enim dictione *mihi*, testamentum pupilli intelligitur factum in pupilli bonis,non in alienis.

17 His sic pro exornatione & illustratione nostri textus præmissis, non obstant quæ contra eum adduximus argumenta, non primum, ad cuius explicationem obseruo, controuersum maxime esse apud nostros & exteros, an hodie post nouas Iustiniani constitutiones fieri possit pupillaris substitutio exheredato filio? quam quæstionem duobus casibus constitutis distinctione componunt authores.

18 † Alter est,si pupillus non sit doli capax tunc enim pupillarem ei fieri non posse, frequentius docent Bart. & alij antiquiores, quos congerit Alexander. Trentacinquius. d.2. parte cap. 14. num.6. Minsyngerius hic numero 2.quibus fauet argu.supra adductum, scilicet,impuberem doli non capacem exheredari non posse,ex dict.§. legis vbi glossa & doctores communiter obseruant, & in l.3. D. de iniusto rupto. in l. maximum vitium. §.fin.C.de liberis præteritis,& in §. posthumi supra de exhered. liberorum. vnde cum non nisi impuberi fiat pupillaris, consequens est exheredato impuberi non posse substitui. quod argumentum &si iure Codicis non satis conuincat,cum tex.in d.§. legis non videatur omnino probare infantem exheredari non posse,vt firmat Decius in l.posthumo.1. lect. ad gloss. *nominatim.* C. de bon. poss. contra tab.Portius, & Thobias Nonius in d.§. posthum.Ferd. Minchaca. de succes. progressu. lib.2.§.14.num.126. Inspecto tamen & considerato iure nouiori Authenticorum, cuidens est,cum hodie non liceat parentibus aliquem ex liberis exheredare, nisi is probetur ingratus,

tus, & ipsam ingratitudinis causam nominatim parens inserat testamento, Authent. vt cū de appellatione cognoscitur §. aliud quoque capitulum auth. non licet. C. de liberis præterit. † Vnde cum infans ingratitudinis causam committere non possit consequens est, neque exheredari posse, iuxta communem opinionem quam in dictis locis resoluunt doctores. Alciat. lib. 4. parergon. cap. 10. Mincha ca de success. progressu. lib. 2. §. 14. num. 130. disputat latè Alexā. Trentacinqui. d. cap. 14. num. 7. † Sequens casus est; quando pupillus est pubertati proximus, & iam doli capax quo tempore cum ingratitudinis causam committere possit, poterit etiam exheredari, cum & alias eos puniri iura permittant. l. excipiuntur D. ad Syllanianum. vt cum alijs resoluit Trentacinquius vbi suprà num. 8. † ex quibus, si communem hanc distinctionem admittimus, iam constat, huius nostri tex. decisionem, quæ generaliter statuit, exheredatis impuberibus pupillariter substitui posse correctam nouiori iure esse, in his qui doli capaces non sunt. Ego, ægrè fero has iurium & legum correctiones, si aliter iura interpretari possunt; itaque hic contendo nostrum tex. generaliter loquentem, generaliter intelligendum esse, neque offendor nouis Iustiniani Nouellis quibus causa in exheredatione requiritur, eas enim, † interpretor, pro vt suprà dixi in. d. §. posthumi. Inst. de exhered. liberorum. vbi cum Spannochio & alijs resolui etiam sine causæ expressione exheredationem in impubere hodie defendi posse, quoad hoc videlicet, vt dicamus præcepto iuris ciuilis de filijs instituendis vel exheredandis satisfactum iuxta l. inter cętera. 30. D. de lib. & posthumis. & principium sup. de exheredatione liberorum, atque ita sustineri rectè posse testamentum illud, in quo vel iam natus, vel nasciturus filius, causa ingratitudinis prætermissa exheredatur: quamuis aliud dicendum sit, si rei exitum, & testamenti effectum inspiciamus, quāuis enim tacente filio illud posset sustineri, & perinde tabulas quoque pupillares, iuxta dicenda in §. liberis infrà eodem, non tamen si filius querelam moueat, statim enim id subuertet, cum exheredatio nulla sit quæ causam iustam non exprimit. d. §. aliud quoque capitulum. d. auth. nō licet; ergo ipso iure testamentum subsistit, in quo exheredatur impubes, item & posthumus, quoad figuram videlicet & formam, & in de regulariter quoque pupillaris substitutio exheredato facta, iuxta nostram hanc obseruationem.

Vnde & illud fluit, quod siue mala, siue bona mente quis exheredetur, semper pupillaris substitutio fieri poterit, quicquid post alios disputet Trentacinquius. d. c. 14. ex nu. 9.

Non obstat secundum argumentum, ex d. § exheredato. cui satisfacies ex his quæ tradit Costa in. 1. p. c. si pater verbo. *habens.* ex nu. 7. de testamentis lib. 6. & nos latè suprà diximus in principio huius tituli.

Denique non obstat, si obijcias, exheredato non posse fieri pupillarem ex defectu patriæ potestatis, quam per exheredationem dissolui plures existimant, quoniam vt late diximus in d. principio supra eod. longè verius est exheredatum in sacris paternis durare, ideoq; rectè ei posse substitui.

§. *Quæcunque.* 5.

1 *Pupillaris posthumis etiam sit.*

NOn tantum liberis impuberibus iam natis heredibus institutis vel exheredatis substituere pupillariter pater potest, vt latè suprà cum Iustin. diximus: sed etiā posthumis. idem in l. 2. §. planè. l. pater fam. 46 D. hoc tit. Nec obstat hunc in patris potestate non esse. l. fi. D. de collatione bonorum, l. fin. D. de assignandis libertis. cum alijs adductis in Principio supra huius tituli. Nam qua ratione posthumus dicitur suus in. §. posthumi infrà de hereditatibus, quæ abintestato deferunt, etiam si non sit in potestate, sine qua sui tas non consistit. §. sui infrà de hered. qualit. §. sui. §. ita demum. infrà de hered. quæ abintest. def. eadem dicitur pupillus, & habetur nunc natus, pro nato tempore quo pater viuebat ex regula. l. qui in vtero, D. de statu hominum, quod latius diximus in d. Principio huius tituli, & d. §. Posthumi. Suprà, de exhered. liberorum.

§. *Liberis autem.* 6.

1 *Pupillaris substitutio pars est & sequela testamenti paterni, nec valet nisi paternum priùs fiat, & factum subsistat & nu. 5.*
2 *L. 2. §. sed & siquis. D. h. t. & nu. 8.*
3 *L. in substitutione. 31. D. h. t. & l. Papinianus. 8. §. sed nec impuberis. D. de inoff. testamento. & num. 17.*
4 *L. ex duobus. 34. §. fin. l. & si contra 35. D. h. t. & num 19.*
5 *Pupillaris substitutio vnum testamentum cum paterno.*
6 *Pupillaris substitutio pars & sequela testamenti paterni.*
7 *Pupillaris substitutio facta in testamento imperfecto inter liberos, an valeat, remissiuè.*
8 *Communis conciliatio. l. 2. in. §. Priùs & in §. sed & siquis.*
9 *Reijcitur communis.*
10 *Alia Accursij interpretatio.*
Priùs, aut posterius non est in ijs, quæ coniunctim

sint, & num. 15.

11 *Reprehenditur Accursij interpretatio.*

12 *Antonij Goueani intellectus & litera communis §. sed & si quis, emendata.*

13 *Antonij Goueani intellectus reprobatus.*

14 *Pupillaris, (ante Iustinianum) ante institutionem scribi non poterat & nu. 16.*

15 *Vera interpretatio ex Viglio hic nu. 4.*

17 *Pupillaris substitutio annullatur, in totum paterno testamento infirmato, non si pro parte.*

18 *Testamentum per querelam potest pro parte rescindi.*

Testamentum per ius dicēdi nullum & per cont. tab. in totum infirmatur & differentiæ ratio.

1 PVpillaris substitutio pars est & sequela testamenti paterni, neque alias valet, quàm si paternum testamentum in primis fiat, & factum subsistat. Idem in l. 1. ad finem l. 2. §. quisquis. & §. prius l. si quis eum 16. §. fin. l. quia plures 38. D. eodem l. Papinianus. 8. §. Sed nec impuberis. D. de inofficioso testa. l. penultima. D. quemadmod. testam. aper. consonat l. 10. ad fin. tit. 5. p. 6. explicat Bar. in l. 2. sub nu. 18. & post eum repetentes omnes ibidem D. hoc tit. plena manu Alexand. Trentacinquius tract. de substitutionibus 2. par. cap. 13 ex num. 1.

2 Sed primo pro dubitandi ratione, contra nostrū tx. ibi, *nisi & sibi faciat.* iuncta Accursij interpretatione hic, quatenus Iustinianus probat, prius sibi patrem testamentum facere debere, deinde filio, quod & expresse traditur in d. §. si prius. Obijcio difficilem textum in d. l. 2. §. sed & si quis. D. eodem vbi pupillare testamentum paternum præcesit, quia primò pupillaris substitutus datus fuit, quàm patris heres instituteretur, & nihilominus substitutio valuit.

3 Secundò contra nostrum tex. ibi. *Adeò, &c.* sic argumentor. & si patris testamentum rescindatur, pupillare valet. l. in substitutione. 31 D. eodem d. §. sed neque impuberis in fine ergo contra nostrum textum.

4 Tertiò sic argumentor, si petita bonorum possessione contra tabulas paterni testamenti illud rescindatur, sustinetur adhuc pupillare. l. ex duobus. 34. §. fin. l. & si contra. 35. D. hoc titulo, ergo.

5 Sed his non obstantibus dicendum est, ex his quæ supra ad rubricam huius tituli notauimus, quod cum pupillaris substitutionis vsus, moribus magis, quam iure fuerit receptus in gratiam ipsorum pupillorum, vt sic posset pater pro filio testamentum facere, hoc ita demum fuisse admissum, si pater etiam sibi testamentum faceret; hoc colore, vt tanquam pars paterni testamenti sustineretur testamentum filij, quod per se nulla iuris ratione poterat defendi, sicque vnum testamentum existimatur cum paterno ex §. igitur sup. eod. l. Patris & filij. 20. D. eod. d. §. prius. l. Pater fam. 13. D. de priuilegijs creditorum. l. 1. in principio. D. si

6 cui plusquàm per legem Falcidiam, † Aut saltim se habet tanquam sequela & pars testamenti principalis ex nostro textu & similibus, ideoque non valet, si patris testamentum non valet, aut aliquomodo destruitur, ex reg. Accessorium in 6. l. cum principalis. D. de regulis iuris. quod latiùs Bart. & alij iam relati explicarunt. & hic, celebrem illam quæstio-

7 nem. † An in testamento imperfecto inter liberos facta pupillaris substitutio valeat? de qua latè Trentacinquius. d. cap. 13. ex nu. 2.

8 Non obstant Argumenta, quæ in contrariū adduximus; & Primò textus in d. §. Sed & si quis. Huic enim difficultati respondet Accur. in d. §. Prius verbo. *comprobata.* & hic verbo. *liberis.* tex. in d. §. Prius loqui in filio exheredato, quo casu semper debet præcedere testamētum patris, & sic institutio heredis paterni: si vero filius instituatur semper poterit & præcedere, & subsequi testamentū pupillare, quia in ordine intellectus præcedere intelligitur. hanc solutionem sequuntur Bart. in d. §. prius. & communem testatur Portius in nostro tex.

9 Verum ea explicatio defendi nulla ratione potest, nullam enim reddit congruam differentiæ rationem; Præterea confunditur ex generalitate tex. in d. § prius, qui æquè in instituto filio potest intelligi vnde rectè eam improbarunt Alexand. ibidem nu. 15. Conna. lib. 10. cap. 8. nu. 3.

10 Quare idem Accursius. in l. si quis eum. 16. §. fin. verbo. *Alia.* D. hoc tit. existimat, quod si pater vno contextu sibi & filio faciat testamētum, siue pupillaris præcedat, siue sequatur, nihil refert, quia in his, quæ coniunctim fiunt, non dicitur quid fieri priùs, aut posterius, l. quidam. 14. D. de peculio legato, & ita procedere tx. in d. §. sed & si quis. Si verò pater priùs fecerit filio pupillarem, deinde ex interuallo fecerit sibi testamentum pupillaris non valebit. Atque ita intelligi textum in d. §. Prius ergo quamuis pater qui sibi testamentum fecit, possit alia rursus hora, & ex interuallo facere substitutionem filio d. l. si quis eum. §. fin. non tamen è conuerso, si priùs filio, ex interuallo autem sibi testetur. hanc Accursij interpretationem sequitur Alexan. in d. l. 2. num. 16. & communem testatur Iaso. in prin. d. §. Prius. numero 25. Ioan. Corasius in l. si testamento. num. 47. C. de impuberum. Guill. Benedictus in cap. Raynutius. I. tract. de Pupillari. numero. 58.

11 Sed neque hic intellectus sustineri potest, quia aperte conuincitur ex tex. in. d. §. Prius. qui aperte loquitur etiam si in eadem scriptura ordo scripturæ, institutionis & substitutio nis peruertatur, aut immutetur.

12 Vnde

12 Vnde Anton. Goueanus. lib. 1. variarum iuris lectionum cap. 8. existimat sententiam Iuliani relatam ab Vlpia. in principio d. §. Prius docentis non valere substitutionem quæ præcedit institutionem, paulo post reprobari ab eodem Vlpiano authoritate rescripti Imperatoris quod refert, essequè legendum in illo paragrapho, (*quæ sententia Imperatoris nostri rescripto ad Virium Lupum Britanniæ Præsidem improbata est.*) non vero legendum *comprobata est.* quam lectionem ipse nititur probare cuiusdã adolescentis Bonaudi Nemausensis qui in veteri libro se ita legisse contestatus fuit, mendoque causam dedisse, quod vtriusque verbi primæ syllabæ eadem nota in veteribus libris scribuntur, apice reiecto hoc modo, (in formã pene antisigmatis. Cui sententiæ non parum fauet, versiculus sequens, qui aptè coniungitur præcedentibus secundum Goueani sententiam, & lectionem; secundum vulgarem non item.

13 Cæterum hæc literæ mutatio sine vllius probati Codicis authoritate non temerè admittenda est, neque conuenit versic. *Sed si quis ita fuerit testatus.* vbi ponitur casus & decisio diuersa à præcedenti, vt ostendit aduersatiua. *Sed* & iuxta Goueani lectionem, non erat diuersus, sed idem casus. Neque pro Antonio fa-

14 cit versic. *Constat.* † Si aduertas tempore Digestorum ante heredis institutionem nihil in testamento scribi potuisse, l. 1. D. de hered. inst. iuncto. §. Ante heredis supra delegatis ad quod ius referendum est, quod Vlpia. ait in d. versic. *Constat.* in quo insinuat, quod cum vnũ sit testamentum patris & filij debet ab heredis institutione incipere, & nihil ante eam scribi, & consequenter pupillaris, quæ ante heredis institutionem scriberetur, non valeret. atque ita inducta Vlpiani ratio in versi. *constat enim.* confirmat vulgatam lectionem, secundũ quam dixerat Iuliani sententiam rescripto Imperatorum comprobatam esse, & manet integra difficultas.

15 Ergo his explicationibus omissis, & alia Aciati. in d. §. Prius. num. 2. verior est quam hîc scripsit Viglius nu. 4. sequitur Balduin. nu. 3. Costa. in cap. si pater ver. *Adijciens.* num. 12. de testamentis lib. 6. vt principium illius tex. loquatur generaliter, ponatque generalem regulam, quæ in versic. *Sed & siquis.* limitatur, vt non procedat quando pupillari immediate subijcitur institutio heredis, quia in coniunctis 19 ordo non attenditur, d. l. quidam, 14. D. de peculio legato, l. cum in testamento. 38. §. 1. D. de hered. inst. Itaque si pater pupillarem scribat filio, & alias clausulas scribat, quibus interiectis sibi heredem faciat, non valet pupillaris, vt in principio d. §. Prius. Si autem continuato sermone faciat heredem filio, deinde sibi, valet, vt in exemplo d. §. sed & siquis, quia tunc in ordine intellectus censetur præcedere quod est necessarium ad actus validitatem, ex dict. l. quidam. d. l. cum in testamento. & ijs quæ scribit And. Alciat. tract. de præsumptionib. regula. 3. præsumptione. 42.

16 † Quibus addendum est, quod cum hodie ante heredis institutionem scripta valeant, etiam si non scribatur ante ipsam immediate, valebit, abrogata illa iuris antiqui regula, d. §. Ante heredis cum ibi adductis. vnde iam non procedet textus in d. §. Prius. quinimo valebit substitutio pupillaris, etiam si multo ante institutionem scribatur, dummodo in eo contextu; non in alio & diuerso testamento, vt ante alios obseruauit Raph. Cuman. in. d. §. prius. numero. 3. Costa. d. verbo. *Adijciens,* num. 13.

17 Non obstat secundum ex. d. §. sed neque impuberis. & d. l. in substitutione, quoniam vt rectè respondet Accurs. hic, verbo. *non valet.* veiculo. *secus.* quem alij sequuntur, ideo pupillares tabulæ in dictis legibus non rumpuntur, quoniam paternum testamentum, non in totum, sed pro parte tantum modo ruptum fuit, vt ex eisdem legibus constat: ergo pro qua parte sustinetur patris testamentum, sustinentur etiam & tabulæ pupillares.

18 † Quod si quæras qui fieri possit, vt testamentum pro parte rumpatur, pro parte non rumpatur contra l. si posthumus. 14. in princip. D. de lib. & posthum. & l. penultimæ. D. de iniusto rupto? Respondebo, aliud esse cum testamentum per ius dicendi nullum, aut per contra tabulas rumpitur, quo casu omnino infirmatur: aliud si per querelam, quoniam potest pro parte rumpi, pro parte sustineri, vt in specie. dict. §. Sed neque impuberis. & l. mater decedens. 19. l. circa. 24. D. de inofficioso testament. Diuersitatis ratio est; quia primo casu testamentum peccat in forma & solemnitate, quæ cum sit quid indiuiduum, non potest pro parte consistere, & pro parte non consistere: Secundo verò casu non peccat in forma substantiali, quia ea omnino seruatur exheredando filium tex. in princip. supra de exhered. liberorum. sed rumpitur propter impietatem testatoris, quæ cum versetur circa filium exheredatum pro sua tantum modo parte rumpi potuit.

Non obstat tertium ex, dict. l. ex duobus. 34. §. fin. l. & si contra. 35. D. hoc titulo quoniam cum Accursio hic doceo, eas leges loqui, in testamento rupto remedio Prætorio per bonorum possessionem contra tabulas, quod non rumpit ipso iure testamentum, neque obstat quominus heres existat qui semel extitit: quemadmodum enim Prætor non facit quem heredem

ipso iure §. quos autem. Inst. de bon. possess. ita non potest facere, vt quis desinat esse heres. Arg. §. restituta, cum ibidem adductis, inf. de fid. icommiss. hered. vnde existentia heredis instituti subsistunt tabulæ pupillares, etiã si iure Prætorio testamentum infirmetur.

§. *Vel singulis liberis.* 7.

1 *Pupillaris substitutio potest fieri vel singulis liberis, vel ei qui eorum nouissimus morietur.*
2 *L. Titia Seio. 89. §. Scia libertis. D. de leg. 2. & num. 4.*
3 *Forma pupillaris substitutionis, cum singulis liberis, vel qui eorum nouissimus morietur fit.*

1 QVi plures impuberes filios habet potest vel singulis substituere, vel ei qui eorum nouissimò morietur l. si pater. 25. l. vel singulis. 37. D. h. tit.

2 Sed contra nostrum tex. ibi. *si ius legitimarum hereditatum, &c.* dum probat, quod si facta sit nouissimo liberorum qui morietur substitutio, ipsi liberi inter se non videbuntur substituti, sed legitimam abintestato successionem inter eos conseruari, obijcio difficilem textũ in l. Titia Seio. 89. §. Seia libertis. D. de legatis & fideicom. li. 2. vbi in non dissimili specie reciprocam substitutionem factam docet Iulius Paulus.

3 Quam difficultatem, vt declinent interpretes, valde laborant, & vt tu dissolũas obserua, quod Iustinianus hic docet verissimum esse, & singulis liberis, & ei qui eorum nouissimò morietur impubes posse substitui. Singulis si facta fuerit substitutio id efficiet, nequis eorum intestatò decedat, veluti. *Publius filius meus heres esto, si impubes moriatur, Mæuius esto*: Item *Sempronius filius meus heres esto, si impubes moriatur, Titius esto.* Item *Lucius filius meus heres esto, si impubes moriatur Caius esto.* Quomodo singuli singulis substituuntur totque sunt substitutiones, quot liberi, neque quisquam liberorum exitum intestati facit, sed singuli per substitutum legitimum heredem excludunt. Potestque & vnus singulis substitui ita. *Publius, Sempronius & Lucius filij mei heredes sunto, si quis eorum impubes morietur, Titius esto.* & similiter tot erunt substitutiones, quot liberi, neque intestati causa locum habere potest. Plane si postremò morituro substituatur hoc pacto. *Publius, Sempronius, Lucius filij mei heredes sunto, ei verò qui postremò illorum impubes morietur, Titius heres esto.* vnica substitutio est igitur, qui priores duo impuberes decedunt, intestatorũ exitum faciunt, & vltimus cum Titium substitutum habeat, legitimum heredem excludet.

4 Neque his obstat textus in d. §. Seia. quoniam cum Bar. quẽ teste Minsyngerio hic frequentius iuniores sequuntur, dicendum est, ideò ibi inter legatarios factam fuisse substitutionem, quoniam qui vltimus decessisset, totũ fundum restituere grauatus erat, cum ergo totum fundum teneretur restituere, consequens est, ad eum in primis alteram collegatarij portionem peruenire oportere, alias enim nõ posset illam restituere, vnde sumitur coniectura voluntatis voluisse testatorem eos inuicem sibi succedere; quæ hic cessat cum simpliciter vltimo morienti substitutus datus sit: ergo si in omnibus bonis facta fuisset substitutio, ita videlicet, vt eorum postremo impuberi defuncto aliquis succederet, inuicem omnes substituti, ac per fideicommissum rogati intelligentur, vt sic tota hereditas ipsi substituto restitueretur.

§. *Substituitur autem.* 8.

1 *Pupillaris substitutio & nominatim, & generaliter fieri potest, & num. 4.*
2 *Pupillaris substitutio eam habet partem ex bonis pupillis, quam ex bonis testatoris.*
3 *L. qui patri. 59. D. de acq. hered.*
4 *Pupillaris substitutus non potest paterna bona repudiare & pupilli acquirere.*
5 *L. qui liberis 8. §. hæc verba. D. h. t.*

1 ET nominatim & generaliter filio potest dari substitutus: datus autem per hæc verba, *quisquis mihi heres erit, idem impuberi filio*
2 *meo sit heres.* † Eam partem ex substitutione habebit, quam ex institutione, idem in l. cũ filio. 3. l. in testamẽto. 5. l. qui liberis. 8. in principio & in §. hæc verba. l. sed si plures 10. in principio l. in substitutione. 31. D. h. t. l. fin. C. de impub. l. 5. versi. *otro si.* tit. 5. p. 6.

3 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum textum, ibi. *Illi qui scripti sunt heredes, & extiterunt.* Obijcio difficilem tex. in l. qui patri. 59. D. de acquiren. hered. vbi vides substitui pupillaris heredem ante pupillum præ defuncti, eidem pupillo succedere, etsi neque à testatore fuerit heres scriptus, neque ei heres extiterit.

4 Quo argumento non obstante defendendum est, cum tantummodo qui scriptus est à testatore heres; siue nominatim ita. *Filius heres esto. si impubes morietur, Titius esto*: Siue generaliter ita. *Filius, item Titius, Mæuius, Seius heredes sunto, quisquis mihi heres erit, idem filio meo ante pubertatem morienti heres esto*; & virtute institutionis extitit & adiuit hereditatem paternam, ex substitutione admitti ad pupilli bona. Ergo qui repudiauerit à substitutione remouebitur; neque pupilli bona acquirere pa-
5 terna autem repudiare poterit. † Item neque

que pater qui per filium, neque dominus, qui per seruum virtute patriæ,& dominicæ potestatis heredes fiunt, tanquam substituti admittentur.d.§.hæc verba, nisi in eadem causa, aut seruus instituti & substituti manserint. Emancipatus autem filius sibi, sicuti & sibi similiter acquiret manumissus,aut nouo domino,in cuius est potestate quo tempore ex substitutione adit,vt hic aduertunt omnes, & in locis supra relatis. Quia videlicet neque pater, neque dominus scripti fuerunt. Eodem modo, si heres mortuus fuerit, non admittetur eius heres, cum de illo testator non senserit, neque eum scripserit.d.§. hæc verba. Neque obstat heredis heredem primi testatoris heredem esse. l. fin. C. de heredib. instituend. cum ibi relatis, quoniam id obtinet vbi nō singularis circa primum heredem affectio expectatur, qualis in hoc casu.

Nec te turbet tex.in d.l.qui patri, quoniam vt ibi glossa. 1. obseruat Accursius, ibi heres substituti magis admittitur ex iure accrescendi,& quia non potest separari hereditas pupilli ab hereditate patris in illo casu,ex sententia l.Sed si plures 10.§.filio impuberi. D. hoc tit. quam solutionem expresè probant illa verba d.l.qui patri. *Nam is qui heres extiterit, pupillo quoque heres necessario erit, nam si ipsum inuitum obligat,coniungi eam paternæ hereditati, & adcrescendi iure acquiri cuicunque patris heredi, existimandum est.*

§. Masculo. 9.

1 *Pupillaris substitutio expirat adueniente pubertate.*
2 *Pupillus vltimo die pupillaris ætatis potest testari.*
3 *Pupilaris substitutionis tempus pater limitare potest, prorogare non potest.*
4 *Pupillaris ætas finitur in masculis anno decimo quarto perfecto,in fœminis duodecimo.*
5 *Pupillaris ætas finitur etiam vltimo die non impleto,iuxta Accurs.*
6 *Verba nostri textus.*& si hoc tempus excesserint.*interpretata.*
9 *L.qua ætate.5.D.de testamentis.*
8 *L. More Romano.8. D.de feriis.*
Dies duobus modis accipitur,ciuiliter,& naturaliter.
9 *Dies ciuilis, artificialis, & canonicus appellatur.*
10 *Dies naturalis duodecim horarum semper fuit.*
11 *Ætas pupillaris à quo probanda,remissiuè.*

1 PVpillaris substitutio ætate pupillari finita euanescit,ergo si masculus, quatuordecimū annum, fœmina duodecimū compleuerit, ius substitutionis extinguitur.idem deduces ex l. 2.ibi.*cum eius ætatis liberi sint in qua sibi testamē tum facere non possint,parentes hoc eis faciant.* D. hoc tit.iuncta.l.qua ætate. 5. D. de testamen. ex princip.huius tit.ibi. *liberis suis impuberibus* coniuncto princip.tit. sup. quibus modis tute la finitur,& expressius ex §. fin. ibi.*vel filio puberi,*inf.hoc tit.l.verbis ciuilibus.7.l.in pupillari.14.communcta l. sequenti argumen.ab speciali.D.hoc tit.consonat tex.in l.5.l.10.tit.5. part.6.

Sed pro dubitandi ratione contra nostrum text.ibi.*& si hoc tempus excesserint.*quibus verbis Iustinia.probat, excessisse pupillum ætatem pupillarē oportere, vt substitutio pupillaris euanescat, sic argumētor.Pupillaris substitutio introducta fuit pupillorum fauore, & in eorum gratiam, ita vt quandiu ipsi testari non possent, parentes pro eis testarentur, d. princip.huius tit.cum ibi adductis.

2 † Sed vbi filius attigit vltimum diem pupillaris ætatis,& sic masculus est in vltimo die decimiquarti anni,fœmina in vltimo die duodecimi testari possunt d.l.qua ætate.5.D. de testamentis. ergo eo die finietur pupillaris,neq; eam ætatem pupillos excedere necessarium erit.

Hoc tamen argumento non obstante,verissimum est quod Iustin.hic docet,decisionis ratio in obscuro non est,est enim notissimi iuris cessante legis ratione,legem ipsam quoq; cessare,ex vulgatis, & limitatam causam limitatum producere effectum;vnde cum fundamentum huius substitutionis sit, quia quo tempore quo à patre fit,&effectum habet,filius non potest testari, vbi primum testandi ius consequutus fuerit,cōsequens est testamentū quod illi pater fecit,id est substitutio pupillaris, finiri.Item hæc substitutio patriæ potestatis pars est,ex multis adductis in princi.huius tit.quæ potestas post patris mortem, vltra pubertatis tempus nō extenditur. l. ex facto.43. §. item quæro. D. hoc tit. † Ergo quamuis possit 3 pater substitutionis tempus limitare. l. si ita quis.21.l.qui plures.38.d.§.item quæro. D. h. tit.non tamen poterit ampliare ex d.l. verbis ciuilibus. cum alijs suprà allegatis, nisi forte miles testator sit.d.l.centurio. 15. D. hoc tit. sed tunc non vt pupillaris, sed vt directa militaris, substitutio defendetur, iuxta latè ab interpretibus tradita in d.l. centurio.

4 Quando autem pupillaris ætas finiatur, pro huius tx.& requisiti pupillaris explicationes, maximè dubitarunt authores;Angel.Viglius, & Balduinus hic, tunc demum finiri arbitrantur cum filius decimumquartum annum perfecerit,non antea, idque propter expressa verba tex.sup.relata;*& si hoc tempus excesserint substitutio euanescit.*

5 Accurs.autem in d.l.2.verb.*quatuordecim annos.*ibi.*vsque ad vltimum diem.*contrà sentit,vt scilicet vltimo die pupillaris ætatis substitutio

finiatur. Accurs. sequuntur Paulus ibi num. 2. Bart. in l. in pupillari. nu. 4. & ibi Alexand. 1. col. Lancellotus Politus tract. de pupill. n. 23. & esse communem testatur Costa in 2. par. ca. Si pater. verb. *defunctis*. nu. 2. de testam. lib. 6.

6 Neque contrarium probāt verba nostri textus, sup. relata, dicitur enim pupillus, quoad ius testandi attinet, excedere decimumquartum, postquam vltimum eius attigit diem, textus expressus in l. si frater. 4. ibi. *nam si eam ætatem egressus, licet vigoris nondum emersissent vestigia*. C. qui testam. fac. poss. coniūcta. d. l. qua ætate. 5. D. de testamen. facit reg. l. Anniculus 132. & 134. D. de verbo. signif. Ergo si pridie, vel natali die testamentum sibi scripserit pupillus, infirmabitur pupillaris substitutio; sed quoniam rarò contingit, vt extremo hoc ætatis puncto, & testamentum sibi pueri faciant, & mox decedant, ego cum Viglio arbitror, quod quamuis dici possit cum pupillarem excessisse qui vltimum decimiquarti diem attigit, ex paulò superius dictis, Imperatorem hic id esse secutum, quod frequentius est, argum. l. nam ad ea. D. de legibus, & ipsi etiam pupillo fauorabilius, vt scilicet extendatur secundarum tabularum vigor, quo pupillus testatus deceſsisse videatur. vnde fit, eo testante vltimo die decimiquarti anni, tunc pupillarem euanescere, aliàs eum diem excessisse oportere.

37 Sed quando in eam incidimus tractationem. meminimusque Vlpian. responsi in dict. l. qua ætate. 5. D. de testamentis antequā hinc abeamus, illud quod I. C. Domitius in posteriori illius capitis parte scripsit, valere testamentum factum ab eo qui pridie Kalendarum natalis sui illud fecit. Post Sextam horam noctis, qualiter sit intelligēdum videamus; tum maximè, cum exemplum propositum sit, in Ianuarijs Kalendis, namque cum in eo mēse noctes sint longissimæ, sexta hora noctis, magis videtur pertinere ad diem pridie Kalendas, quàm ad ipsum diem Kalendarum. Quam rem vt interpretes explicent, in varias ferūtur sententias; cæterùm pro vera explicatione animaduertendum est. † Diem duobus modis accipi, 8 scilicet ciuiliter qui incipit à media nocte, & durat vsq; ad dimidiam noctem alterius diei. l. more Romano. 8. D. de ferijs. *More Romano*, (inquit Iulius Paulus) *dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur*. Cap. consuluit. 24. ibi. *licet enim secundum consuetudinem & cōstitutiones legitimas more Romano dies à medietate noctis incipiat, in medio noctis desinat subsequentis*. extrà, de officio, & potestate iudicis delegati: & quamuis Iaso in d. l. more. In prima col. appellet hunc diem naturalem, verius 9 tamen est dici diem † ciuilem, siue artificialem, vt post alios autores tradidit Costa in memorabilibus verb. *Dies*. Horoscius in d. l. more Romano. Pet. Greg. 3. par. Syntagm. lib. 42. ca. 32. nu. 50. Hic dies secundum Ecclesiæ Romanæ morē, ab occasu Solis incipit, & in sequentem occasum finit. cap. 1. de ferijs. exornat Didac. Couarru. lib. 4. varia. cap. 19. quæ obiectua tio vnde originem sumpserit, multa ibi de vigiliarum coetuetudine inter Christianos antiquissima accuratè commemorans Durantus, de ritibus Ecclesiæ Catholicę. lib. 3. cap. 4. per totum. Quomodo Athenienses quoque olim dinumerabant, atque ita officia, indulgentiæ, & id genus alia, connumerantur. † Accipitur etiam Dies naturaliter, ab ortu ad occasum Solis. is semper horarum duodecim fuit, quæ tamen pro lucis augmento, diminutioneque maiores minoresque erant, vt iam relati obseruarunt, & Alciat. lib. 10. parergon. ca. 3. & in l. 2. vbi plura Pet. Rebuffus. D. de verbo. signif. Anto. Augustl. lib. 4. emendat. ca. 13. Conna lib. 3. ca. 12. Nauar. in cap. quando. 1. notabili. nu. 33. de cōsecratione distinct. 5. sicque intelligenda sunt illa Sacræ paginæ verba Ioannis Euang. cap. 11. *Nonne duodecim horæ sunt diei*. Iuxta hæc Sexta hora noctis (vt ad Vlpian. in d. l. qua ætate redeamus) etiam in mense Ianuario mediā noctem significat, vnde hæc est I. C. sententia, quod licet accipiendo diem naturaliter, qui facit testamentum pridie Kalendas Ianuarij post Sextam horam noctis, videatur illud facere ante Kalendas Ianuarij, tamen accipiendo diem ciuiliter, videtur illud facere ipso die Kalendarum Ianuarij, ac proinde valebit testamentum, quia iam attigit vltimum diem decimiquarti anni; iuxta quam interpretationem explicari debent tex. in l. Titius testamento. 25 §. Lucius Titius. D. de liberis & posthum. l. 2. D. de annuis legat. (cui adde Pet. Gregor. d. cap. 32. nu. 50.) l. 1. D. de manumissionibus, vt vno verbo insinuauit doctissimus Brissonius lib. 4. de verb. signific. fol. 152. pag. 2.

11 Cui autem incumbat onus probandi pupillum intra pupillarem ætatem vel decessisse, vel non decessisse: vide Socinum. consil. 89. n. 8. lib. 1. Boerium decis. 38. nu. 30. Decium in cap. in præsentia. nu. 50. ad fin. de probat. Alciat. tract. de præsumpt. regu. 2. præsumptione. 14. nu. 6. Albanum ad Bart. in l. 2. nu. 1. & 2. vbi plures retulit. D. hoc tit. Didac. Couar. lib. 2. variarum. cap. 7. nu. 1. & 6. Costa. in 2. c. p. verb. *defunctis*. nu. 4. & in l. qui duos. §. cum in bello. in princ. nu. 5. D. de reb. dubijs. Antonium Menesses in l. cum acutissimi. num. 50. C. de fideicommissis. inter quos, etsi valde res disputetur crebriùs tamen placuit, substitutum id probare oportere, tanquam suæ opinionis fundamentum.

(*)

§. Ex-

§. Extraneo. 10.

1 *Pupillaris nec extraneo impuberi, nec filio suo heredi puberi fieri potest.*
2 *Fideicommissariæ substitutionis materia remissiuè.*
3 *Compendiosæ substitutionis materia remissiuè.*

1 DEscendit ex iam à nobis obseruatis huius Paragraphi vera explicatio. docet enim hic Iustin. neque extraneo impuberi, neque filio puberi posse pupillariter substitui; quia videlicet in illo deficit patria potestas, quæ maximum huius substitutionis fundamentum est, vt latè audiuimus in Principio huius tituli, in hoc vero cessat ætatis impedimentum, de quo ibi etiam, & in §. masculo. diximus. † Verum quamuis non possit hisce per sonis directò substitui, poterit per fideicommissum, ita vt si intra aliquam ætatem, vel tempus decesserint, restituant hereditatem, vel etiam post mortem suam; sed ea modo rogati, quàuis cõmodum hereditariũ deponant, nomẽ non item. §. restituta inf. de fideicommiss. hered. in quo titulo, quale sit hoc ius fideicommissariæ substitutionis, siue restitutionis audiemus.

2

3 Inculcant hic interpretes Compendiosæ substitutionis tractationem quæ ad Iustinianum non pertinet, ideò missam facimus, commodius enim eam aliquando suo loco enarrabimus, interim videri poterit Bartol. qui per quæstiones ex num. 9. latissimè explicat in l. Centurio. & ibidem repetentes D. hoc tit. integros tractatus de hac (veluti & de alijs substitutionum speciebus) ediderunt Baldus, Bartolus, Fumeus, Polytus, Zasius, & Paulus Leoninus, qui omnes habentur Tractatuum diuersorum Doctorum 8. tomo. 1. par. Accessit nouissimè tractatus Alexandri Trentacinquij de substitutionibus. 4. par. ex nostris plurimos retulit Spino in speculo testam. glossa 24. principali, ex nu. 1. Anto Gom. 1. tom variar. cap. 7. ex nu. 1. plura sparsim doctissimus Emanuel in relectione, cap. si pater. de testamentis, lib. 6.

Titulus XVII.

Quibus modis testamenta infirmetur.

IN RVBRICAM.

1 *Naturam lex semper imitatur.*
2 *Testamentorum vitia alia insita, alia aduentitia.*
3 *Testamenta iniusta quæ.*
4 *Testamenta irrita fiunt aut eodem in statu testatore manente, aut eo capite diminuto.*

1 LEX semper naturam imitatur. l. adoptio. 16. D. de adoptionibus §. minorem natu. sup. de adoptionibus, vnde cum natura ipsa quæ extant res interire sit necesse (neque enim aliquid potest esse perpetuum. l. eũ debere columnam. 32. D. de seruitutib. vrban. præd.) quia & testamenta quoque imaginem quandam naturæ habent, noscuntur, viuunt, & intereunt, quia contraria iuxta se posita magis (vt dicitur) eludescunt, ideò postquam de præcipuis testamenti partibus dictum est, & de eius creatione & ordinatione, nunc quid
2 possit testamentum euertere. † Planè quia testamenta quæ rata non habentur, vel ab initio irrita sunt, vel posteà fiunt, & vltimarum voluntatum vitia alia insita sunt, alia aduen-
3 titia. † Prioris generis est iniustum testamentum, vel cum desunt solemnia iuris, vel præteriti sunt, quos oportuit instituere, vel exheredare. l. 1. D. de iniusto rupto. iuncta l. inter cætera. 30. D. de liberis & posthumis, & principio, sup. de exheredatione liberorum. Vel sanè cum testator ipse, aut qui institutus est, non habet testamenti factionem. de quibus omnibus satis superque disputatum est
4 superioribus titulis † Posterioris generis est testamentum ab initio quidem iustum & ritè factum, sed quod posteà rumpitur infirmaturque. De eo nunc dicere parat Iustinia. hoc tit. qui compendio complectitur, quicquid ferè in Pandectis *de iniusto, rupto irritoque facto testamento.* relatum est, & docet dupliciter id accidere; vel manente suo in statu testatore. veluti per agnationem sui heredis, aut per posterius testamentum, quibus modis propriè rumpi dicitur. Vel etiam non manente in suo statu testatore, vt quia capite minuitur, vel si eo mortuo non adeatur hereditas, tuncq; propriè irritum fieri dicimus testamentum, vti cum eodem Iustiniano suis locis sigillatim dicemus. Consonant huic nostro titulo leges Regiæ. 18. 19. 20. cum sequentibus. tit. 1. par. 6. & præter alios quos inf. referemus, latissime rem prosequitur doctissimus Hispanus Ferdinan. Minchaca, tractat. de successionum resolutione per integros tres libros, maximè lib. 1. ex §. 1.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Testamentum rumpitur agnatione sui heredis, & num. 4.*
2 *L. non putauit. 8. §. siquis emancipatum. D. de bon. poss cont. tab. & num. 8.*
3 *L. filio quem pater 23. D. de liberis & posthumis. l. siquis heres. 18. D. de iniusto rupto, & num. 9.*
4 *Agnatione sui heredis quare rumpatur testamentum.*

5 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.*

6 *Adoptione ita demum testamentum adoptini patris hodie rumpitur, si adoptans exascendentibus naturalibus sit.*

7 *Adrogatione filij, vt olim, ita hodie testamentum rumpitur.*

8 *Fictio cedit veritati.*

1 ECce iam primum modum quo testamentum iure factum infirmatur & rumpitur, siquis, videlicet, extraneum in locum sui heredis adoptauerit, vel adrogauerit. l. 1. l. certum. 8. D. de iniusto rupto. l. 20. tit. 1. par. 6. explicat Ferdin. Minchaca. lib. 1. de succes. resolutione. §. 5. ex nu. 12. Gutierrez in repet. §. sui. Inf. de hered. qualitate. nu. 150.

Sed pro dubitandi ratione primò sic argumentor. Emancipatus filius extraneus est. §. cæteri inf. de hered. qualitate. Sed adoptione filij naturalis emancipati non rumpitur, neque infirmatur testamentum à naturali patre, ante-
2 à factum. † l. filio quem pater. 23. in princip. D. de liberis & posthumis. l. non putauit. 8. §. siquis emancipatum. D. de bonor. possess. contra tabulas, ergo agnatione filij adoptiui, aut arrogati non semper rumpitur testamentum.

Secundò sic argumentor, siquis extraneum instituat, deinde cum vel filij, vel nepotis (filio non præcedente) sui loco adoptet, hac adopt. & sui heredis agnatione testamentum nõ rum
3 pitur. † d. l. filio quem pater. 23. §. fi. l. si qui heres. 18. D. de iniusto rupto. ergo contra nostrum textum.

4 Verum his non obstantibus dicendum est sui heredis vel naturalis, vel ciuilis agnatione testamentum rumpi; decisio apertam habet rationem si repetas quæ diximus in princip. suprà de exhered. liberorum. & posthumi, & in §. posthumorum. illo titulo. quippè quia in suum heredem datur illa dominij continuatio. l. in suis. 11. D. de liberis & posthumis, quę efficit ne aliàs institutus, heres existat, quia vni duo insolidum heredes esse non possunt. l. quod contra. 141. §. vni duo. D. de regul. iuris, & quemadmodum si suus ex iustis nuptijs agnascatur testatori, qui nec institutus sit abeo, neque exheredatus, eius iudicium infirmat, quod hic quoque Iustinian. expressè docet, ibi. *testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis.* (illud enim verbum *quasi*, idem hic exprimit, quod verbum *quemadmodum*, *sicut*, vt rectè percepit Accursius) & I. C. in l. 3. in principio. D. de iniusto rupto: sic si ciuilis filius, & legitimus. † Quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu
5 vero, vt ex d. l. filio quem pater. D. de liber. & posthum. passim docet Barto. in l. si is qui pro emptore. D. de vsucap. eiusdemque iuris & potestatis habetur filius ciuilis, ac naturalis, quandiu manet adoptio. §. adoptiui. sup. de exhered. liberorum. §. in testatorum. versi. *nec interest vtrum naturales sint liberi, an adoptiui.* inf. de hereditatib. quæ abinteſt. def. latè Loã.
6 Gutierrez. vbi sup. num. 150. † Cæterum his, quæ de adoptionis iure agentes sæpè diximus, maximè tamen in d. §. adoptiui, repetiti; omnino aduertes nouiori iure post. l. cum in adoptiuis. 10. C. de adoptionibus. ita demum noui filij specifica adoptione adoptantis patris testamentum anteà factum rumpi, si adoptatus ex descendentibus sit, cum non aliàs in parentis adoptantis potestatem transeat. dict. l. cum in adoptiuis. 10. §. sed hodie. sup. de adoptio. sine qua sui heredis iura nemo consequitur. §. sui inf. de heredum qualitate. quod pro exornatione huius textus nominatim obseruauit Ioan. Gutierrez iam relatus. num. 151. & sequentib. † Arrogatus autem filius semper agnascitur, quia in eo vetera
7 iura manent, cessatque ratio correctionis. d. l. cum in adoptiuis.

8 Non obstant contraria argumenta. Non primum ex d. l. filio quem pater. & d. §. si quis emancipatum. quoniam vt post Barto. in dictis locis, hic resoluunt iuniores, & latiùs explicat Minchaca. d. §. 5. ex nu. 12. ideò exheredatus filius, post deinde emancipatus, & iterum arrogatus agnoscendo non rumpit, quia veri patris adoptiuus filius nunquam intelligitur: ne imagine naturæ veritas obumbretur: cum non de nouo datus, sed magis redditus censeatur: adoptio enim figmentum est ciuile, quod naturali iuri semper cedit. §. fin. sup. de cap. diminut. placuitque legum latoribus semel promeritam exheredationis notam reconciliatione patris non deleri, ne ita facile testamentorum iura subuerterentur, quorũ conseruatio publicè expedit. l. vel negare. 5. D. quemad. testam. ap. quæ cum in extraneo ante adoptionem, vel adrogationem exheredato non militent, testamentum rumpetur. d. §. si quis emancipatum.

9 Non obstat secundum argumentum ex d. l. si filio quem pater. 23. §. fin. D. de liberis & posthumis. & d. l. si qui heres. 18. quoniã cum in eo, qui, cum extraneus esset heres instituitur, & posteà ab eodem testatore arrogatur, cesset ratio, ob quam in specie nostri textus testamentum rumpi cum Iustiniano suprà probauimus, quia potest dici ei satisfactum: quemadmodum nec naturalis filius, qui suus heres testatori agnascitur, si institutus iam fuerit rumpet. d. §. posthumi. ita nec quasi agnatione legitimi, & ciuilis filij rumpetur, quod satis insinuat I. C. Scævola in d. l. siquis heres.

§. Poste-

§. Posteriore quoque. 1. & §. sed, & siquis. 2.

1 Testamentum secundum tollit primum.
2 L. Pactuleius. 92. D. de hered. instituendis, & num. 12.
3 L. 2. D. de iniusto rupto, & l. hac cõsultissima. 21. §. siquis autem. C. de testam. & nu. 50.
4 L. si duobus. 12. §. si prius. D. de bon. poss. cont. tab. & nu. 52.
5 L. si filius. 7. D. de liberis & posthumis, & numero. 53.
6 L. cum in secundo. 16. D. de iniusto rupto, & numero. 55.
7 L. si te solum. 27. § sed si te. D. de hered. instit. & num. 59.
8 L. si quis in principio. 22. D. de legatis. 3. & numero 61.
9 Voluntas testatoris deambulatoria vsque ad mortem.
10 Testator non potest legem sibi imponere à quare cedere non liceat, & ex num. 61.
11 Posteriora derogant prioribus.
12 Testamentum corruit hereditate non adita. & num. 44.
13 Testamenta duo relinquere nemo, nisi miles, potest, & num. 72. & 75.
14 Interpretatio Accursij ad l. fin. D. de hered. instit. relata, & reiecta.
15 Variæ illius legis interpretationes remissiuè.
16 Communis interpretatio.
17 Causa in proœmio posita censetur finalis.
18 Cumanus reprehendit communem interpretationem.
19 L. cum tale. 71. §. falsam causam. D. de condit. & demonst.
20 Cumani improbatio inefficax.
21 Socini argumentum aliud contra communem relatum & explosum.
22 Cõmunis interpretatio alio argumento reiecta.
23 Cumani interpretatio ad d. l. fin.
24 Enunciatiua verba regulariter non disponunt.
25 Enunciatiua verba disponunt per modum rationis prolata.
26 Cumani interpretatio reprehenditur.
27 Verbum, Perinde. inducit similitudinem.
28 Legata quæ iure singulari valent, testamentum non valere supponunt.
29 Alia. d. l. fin. interpretatio, vt non procedat iuxta tuas regulas.
30 Hæc interpretatio reiecta.
31 Imperatores assidentibus Iurisconsultis causas decidere solebant.
§. Sed quod Principi placuit. Instit. de iure naturali.
32 Vera interpretatio. d. l. fin.
33 L. fin. D. de testamentis. remissiuè.
36 L. si instituta. §. fin. D. de officio eo.
37 Testamentum esse nullum, & rescindi implicat.
38 L. si vt certi. 9. C. de testam. milit.
39 Legata qua ratione debeantur in d. l. fin. D. de hered. instituend.
40 L. eam quam. C. de fideicommiss.
43 L. fin. D. de iure codicillorum.
44 L. si nemo. D. de testam. Tutela.
50 Testamentum secundum etiam minus solemne tollit primum, si in eo sunt instituti venientes abintestato.
51 Testamentum hoc secundum, non tanquam testamentum, sed tanquam vltima voluntas defenditur, succedentibus legitimis abintestato.
56 L. si id quod purè. 7. D. de rescinden. venditione.
57 Testamentum quod conditionalem institutionem continet perfectum est.
58 Contractus conditionalis propriè contractus dici non potest.
59 Institutio purè facta non immutatur, alia rursus eodem testamento scripta conditionali, secus si diuerso testamento.
60 Legatum purè relictum immutatur, si subconditione iterum relinquatur.
61 Testamentum primum clausulam derogatoriam sequentium habens non tollitur per secundum etiam solemne.
62 Protestatio deficere voluntatem ostendit.
63 Verba absque proferentis voluntate nihil penitus operantur.
64 Actus simulatus & fictus nullus est.
65 Voluntas prior sequentium derogatoria ita demum tolli potest, si sequentes specialem derogationem prioris habeant.
66 Testamentum primum sequẽtium derogatorium tollitur secundo quod specialem primi mentionem, & derogationem continet.
67 Quinimo satis erit verbis generalibus derogari, cum Couar. contra Accursium.
68 Testamentum primum iuramento confirmatum tolli potest per secundum.
69 Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ.
70 Testamentum quomodo fiat irreuocabile, ex sententia Speculatoris, & Cepolæ, quæ tamen improbatur cum Couarru.
71 §. Sed & si quis priore huius tituli ampliat decisionem paragraphi. Posteriore.
73 Institutus in re certa, coherede non dato in omnibus bonis institutus dicitur.
74 Legata, & alia relicta in primo testamẽto quod secundo tollitur, aliquando conseruantur.
76 Ius accrescendi in militis testamento aliquando locum non habet.

VNam & continentem tractationem habent duo hi paragraphi, quibus Iustinianus sequentem modum, quo testamẽtum iure perfectum rumpitur proponit, & exemplis illustrat, nempè per secundum æquè iure factum. Idem in l. 1. in l. 2. & in l. Si binæ tabulæ. 11.

l. cum

l.cum in secundo.16.D.de iniusto rupto l. pater filio.54.D.de hered. instituend. l. si siquis eam.16.§ si suo. D. de vulgari. l. siquis priore. 29 D.ad S.C. Trebellia. l. Posthumus. 12.§. si Paganus. D. de iniusto rupt. ol. si iure. 18. l. siquis in principio. 22. D. de legatis. lib. 3. l. si mihi, & tibi. 11.§. in legatis. D. de leg. lib. 1. tex. in sui ratione. in l. 4. D. de adim. legat. & in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. cum vulgat. tx. in l. si quis Imperatorem. 6. C. qui testamen. fac. poss. l. omnium. 19. C. de testamen. tex. in l. cum hic status. 33. §. ait Oratio. D. de donat. inter virum. l. hac consultissima. 21. § siquis autem. C. de testamentis, cap. cum Marthe. de celebr. missarum. text. in l. 8. & in l. 21. l. 22. l. 23. tit. 1. part. 6. explicant prætererordinarios in dictis locis, Doctores in l. 2. D. de liberis & posthumis. Ioan. Andreas, in cap. quod semel, de reg. iuris. lib. 6. omnes in capit. 1. de constitutionib. lib. 6. Guido Papæ de cisio. 64. Philip. Corneus consil. 85. nu. 11. Alexand. consil. 122. num. 1. vol. 4. Anto. Gabriel. lib. 2. communium opinionum, tit. de iureiurando, conclus. 1. Iulius Clarus lib. 3. §. testamentum quæstio. 94. Petr. Peralta in d. l. si quis in princip. D. de legatis. lib. 3. Ioan. Oroscius in l. omnes populi. num. 115. D. de iustitia & iure. Didac. Couarr. in rubr. de testamentis. 2. par. num. 19. versi. *Tertio*. Ferd. Minchaca de succesio. creatio. §. 11. num. 10. & §. 17. num. 73. & latiùs de succes. resolut. lib. 1. §. 1. Ioan. Baptista Villalobos in ARrario communium opinionum. litera. F. num. 64. Anton. Gomez in l. 3. Tauri. nu. 92. & sequentibus, & ibi Burgos de Paz. num. 223. Franc. Sarmien. lib. 3. selectarum, cap. 14. Ioan. Gutierrez lib. 2. de iuramento confirmato. ca. 1. Didac. Rodrig. de Aluarado, lib. 3. de coniectu rata mente defuncti, cap. 2. §. 1. num. 7. Ferdin. Loazes in allegatione pro Marchione de los Velez, fundamento. 6. Ioan. Matienço in l. 2. glossa 9. num. 27. & in l. 13. gloss. 1. num. 2. tit. 4. lib. 5. recopilatio. Didac. Spino in speculo testamen. glossa. 30. principali. Mascard. consil. 1283. ex num. 1.

4 Sed primo pro dubitandi ratione obijcio dificile Iul. Pauli responsum in l. Pactuleius Androsthenes. 92. & fin. D. de hered. instituend. Vbi secundum testamentum à Pactuleio factum in quo Nonius Ruffus heres fuit institutus, non tollit primum in quo Pactuleia Magna heres erat instituta; sed potiùs hæc exclusio Nonio virtute primi testamenti hereditatem vindicat & obtinet.

3 Secundò contra textum. ibi. *quod iure perfectum est*, quibus verbis Iustinianus docet, ita demum secundum testamentum primum tollere, si iure perfectum sit, obijcio diffi tex. in l. 2. D. de Iniusto rupto. l. hac consultissima. 21. §. siquis autem. C. de testamen. ex quibus constat testamentum secundum etiam imperfectum primum tollere.

4 Tertiò propositam conclusionem difficilem reddit I. C. Caius in l. si duobus. 12. §. si prius. D. de bon. possess. contra tab. *si prius testamentum* (inquit ille) *extet iure factum in quo filius exheredatus est, sequens imperfectum, in quo præteritus sit filius posteriore testamento præteritus rectè petet bonorum possessionem, &c.* ex quibus verbis apertissime apparet secundum testamentum quantumcunque simplex, & imperfectum primum semper tollere.

Quartò sic argumentor. Si filius qui in potestate est præteritus sit, testamentum ita valet, vt ex eo scriptus heres bonorum possessor effici possit. l. Posthumus. 12. vers. *idem, & circa iniustum*. coniuncta. l. 3. §. 1. D. de iniusto

5 rupto. † Sed hoc casu superius testamẽtum non rumpitur. l. si filius. 7. D. de liberis & posthumis, ergo vt primum testamentum rumpatur, non sufficit, ex secundo heredem existere posse, vt hic Iustinianus expresit illis verbis, (*hoc enim solum spectatur an aliquo casu existere poterit.*)

6 Quinto contra tex. ibi. *aut conditione sub qua instituutus est, defectus sit*, obijcio textum in l. cũ in secundo. 16. ibi. *Si verò Titius Consul non fuit superius testamentum non est ruptum*. D. de iniusto rupto. ex qua lege constat, quod si institutus heres in secundo testamento conditione deficiat, primum non infirmatur.

Sextò sic argumentor, si id quod purè emi, rursus sub conditione emam, posteriore emptione nihil agitur. l. si id quod purè. 7. D. de rescindenda venditione: ergo si heredem aliquem pure scripsero, deinde secundo testamento alium sub conditione, posteriore testamento nihil agam. Nec difficultatem dissoluet, qui dixerit aliud in contractibus, aliud

7 in testamentis obseruari, † nam secunda conditionali institutione, primam purè factam nõ infirmari docet sextus Pomponius in l. si te solum. 27. §. sed si te. D. de hered. instituendis.

8 Septimò contra generalem huius tex. conclusionem quæ docet secundum testamentum primum semper tollere sic argumen. Prior voluntas posterioris derogatoria ita demum vlti ma rumpitur & reuocatur, si in ea prioris specialis mentio fiat, non aliàs. l. si quis in prin. testamenti. 22. D. delegatis & fideicommiss. 3. ergo contra nostrum textum.

9 His tamen non obstantibus verisimum est secundum testamentum perfectum & solemne primum tollere ex Iustiniano hic, & alijs Pandectarum locis sup. allegatis. Decisionis ratio est vsque adeò nota, & omnibus ità obuia, vt in ea constituenda & explicanda, nõ multum subsistendum sit; constat enim testatoris volũtatem deambulatoriam esse vsque ad vltimum vitæ spiritum. d. l. 4. D. de adim. legatis. d. cap.

cum

cum Marthe de celebr. miss. in versi. *Cæterum.* vnde quæ vltimo loco exprimitur & declaratur attendenda & considerandæ est. d. l. 1. C. de Sacrosan. Eccles. † vsque adeò, vt nemo sibi 10 legem imponere possit à qua recedere non liceat, vt latè inf. pro explicatione. l. siquis in princip. testamenti. 22. D. deleg. 3. dicemus, 11 estque id verissimum & obseruandum, † non in testamentis & vltimis voluntatibus solùm, verùm & in alijs actibus, legibus, statutis, rescriptis, priuilegijs, pactis, & omnibus conuentionibus, vt pluribus probat Alexand. d. consil. 122. num. 1. lib. quarto, verum quia huius Axiomatis vera explicatio. ex argumentorum dissolutione pendet & oritur, iam pergamus.

Non ergo obstat primum ex d l. fin. D. de 12 heredibus instituendis, iuxta quam duplicis occurrit difficultatis (quando eius meminimus) explanatio. Prior est, quam cum Iustiniano hic contrahit; qualiter, videlicet, cum posterius testamentum, in quo Nonius Ruffus heres fuit institutus fuerit perfectum, primum non rupit? et si primum ruptum per sequens fuit, qua ratione potuit Pactuleia in primo scripta, ex eo hereditatem adire. Altera & non minor difficultas est, quod cum ex primo testamento fuerit adita hereditas, non potuerint conseruari relicta in secundo testamento, ex quo nemo extitit heres, obstante vulgari iuris regula, qua cautum est, herede scripto non adeunte scripta in testamento corruere & euanescere. l. si nemo. 9. D. de testamen. tutela. l. si is qui tres. §. euenire. D. de excusat. tuto. l. 1. in principio. D. de iniusto rupto. l. 1. in sui ratione. D. de hered. instituen. l. 1. in fin. l. 2. §. quisquis. D. de vulgari. l. proximè. 3. D. de his quæ in testamen. delent. l. quæsitum. 40. D. de acquirend. heredit. l. eum. D. siquis omissa causa testamen. l. filium. 20. in principio, & in §. sed cum exheredatio. D. de bonarum possess. contra tabulas. l. 3. D. de legatis. 1. l. 1. §. 1. D. de legatis. 3. l. heredis aditio. D. quando dies leg. cedat. l. intestatus. 64. D. de verborum significatione. l. si nemo. 142. D. de regulis iuris. l. 2. C. de testamen. manumiss. l. eam quam. 14. l. si veritas. 23. l. ex testamento. 29. C. de fideicommiss. explicant Ferdinan. Mincha. lib. 2. de successionum creatione. §. 16. & §. 17. Ioan. Matiençó in l. 1. gloss. 10. & ibi Alphon. Azeuedo ex num. 86. tit. 4. lib. 5. recopilat. Ioan. Gutierrez lib. 2. practicarum quæstion. ca. 30. cum sequentibus. Quod si primum testamentum, (in d. l. fin. D. de heredibus instituendis) quoad institutionem, sequens quoad legata sustineatur, tunc vltra supradictas 13 difficultates, ea vrget grauissima. † Pactuleium Androsthenem ibi cum duobus testamentis decedere, quod non nisi militibus concessum est. l. quærebatur. 20. D. de militari testamento; & altero quidem sine heredis institutione, quod esse non potest. l. 1. D. de vulgari. §. in primis Institut. de fideicommiss. hereditatibus, cum vulgatis.

Quibus difficultatibus, vt satisfaciant interpretes varias constituunt solutiones. Accursius in d. l. fin. verb. *sed legata.* D. de heredi. instituen. specialem esse illius tex. dispositionem docet, & contra ordinarias iuris regulas. Sed cum specialitatis rationem nullã reddat, audiendus non est.

Quare post eum alij interpretes varias huius specialitatis rationes afferunt: alij verò iuxta ordinarias iuris regulas procedere existimantes multis modis interpretantur, vt præter ordinarios ibi colliges & deduces ex Bartolo in l. demonstratio falsa. §. quod autem. D. de conditio. & demonstrat. & in l. si iure. num. 3. D. de legatis, & fideicommis. 3. Paulo, & Peralta in l. si quis in principio, eodem tit. Viglio in §. fin. num. 3. sup. de exhered. liberorum. Igneo in authent. ex causa. num. 224. C. de liber. præt. & ibi Hieron. Cagnolo ex num. 94. Ripa in l. si vnquam. num. 91. C. de reuoc. donat.

Reiectis tamen multis ad primam difficultatem frequentius respondetur, quod cum causa mutandi primum testamentum in proœmio secundi fuerit scripta, censetur esse finalis, & cum falsa deprehendatur corruit testamentum quasi ex defectu causæ finalis, atque ita manet primum. Quam solutionem scribunt Bartp. Bald. Angel. & Imola ibidem, & in d. l. demonstratio falsa. §. 1. num. 14. idem Bart. in d. l. si iure. n. 2. D. de legat. 3. & est cõmunis Iasoni in d. l. si filius. num. 21. D. de liberis & posthumis, & in l. eam quam. num. 18. C. de fideicommis. explicat optimè Paul. Castrens. in l. siquis in princip. testamenti. num. 82. versic. *septimo fallit.* D. de legatis. 3. & probari videtur in l. 21. ibi. *pues que no era verdadera la razon en que el testador se mouio à hazerle heredero.* tit. 1. Partita. 6. † Ex quo multa notatu digna infert Gregorius ibi, sed generaliter illud colligit ad quod ille textus notabilis est, & frequentissimè adducitur, in practica, causam positam in proœmio alicuius testamenti, siue alterius dispositionis, censeri finalem, notat Bald. in l. 1. nu. 17. C. de falsa causa adiecta legato. Iaso. consil. 1. num. 13. vol. 1. Ludouic. Molina de Primogen. lib. 1. cap. 5. n. 1. latè Tiraquel. tracta. de cessante causa. num. 64. Purpuratus in l. 3. num. 110. D. si cert. petat. Hieron. Cagnol. in l. 1. num. 36. D. de orig. iuris.

Verum à prædicta communi interpretatio 18 ne discedunt Cuman. in d. l. eam quam. nu. 4. Fulgos. num. 5. idem in l. cum mater. nu. 4. C. de inoff. testamen. ea ratione quia etiam si causa, de

19 sa, de qua in d.l.vltima esset finalis, † non tamen propter eam debuit vitiari testamentum ipso iure, sed ope exceptionis. l. cum tale. 71. §. falsam causam, versic. *sed plerumque.* D. de condit. & demonst.

20 Hoc tamen argumẽtum parum efficax est, si aduertas tex. in d. §. falsam causam. procedere in legato relicto ex falsa causa finali, in testamento aliàs valido, & ex quo agi potuit: quod non potest induci ad institutionem falsam ex falsa causa, ex qua pendet totum testamentum: nam cum hoc casu primum testamentum valeat, secundum in necessariam consequentiam debuit vitiari, cum in iure nõ possit quis decedere cum duobus testamentis mero iure validis, vt sup. diximus.

21 Neque communi interpretationi obstat argumentum Socini in d.l. demonstratio falsa. §. 1. num. 9. quo etiam inuoluitur Ant. Menses in d.l. eam quam. num. 51. scilicet, quod secundum communem videtur præsupponi, valere secundum testamentum, etsi non fuisset in eo causa expressa, si modo de ea aliàs cõstare possit, cum non causa, sed voluntas sit attẽdenda, quod tamen falsum est, ex l. quidam cum filiũ 46 D. de hered. instit.

Nam respondeo incommuni interpretatione non præsupponi solam voluntatem suffice re, quin potius requiri, vt falsa causa exprimatur, & quidem in procœmio, ex qua constet, de defectu voluntatis, vt benè notat glossa penultima in d.l. fin. recepta per Greg. in d.l. 21. verbo. *El testador se movio.*

22 Ex alio autem corruere videtur communis interpretatio, quoniam ex ea colligi videtur, quod vbicunque falsa causa exprimitur in procœmio vitiat dispositionem, quod est contra generalitatem textus in d.l. demonstratio falsa, iuncto. §. longè magis inf. de legatis. Præterea, quoniam secundum eam interpretationem, non debuerunt præstari legata ex secundo testamento, quod non valuit.

23 Vnde Cumanus vt vtrique difficultati satisfaciat, contendit secundum testamentum valere, & per illud rumpi primum, hereditatemq; ad Pactuleiam pertinere, quoniam fuit instituta in illis verbis, *quia heredes quos volui, &c.* & Nonius Ruffus substitutus, vnde merito ad Pactuleiam primo loco pertinet hereditas, & legata præstat. Pro qua interpretatione expendit Cumanus verba illa, *perinde acsi in posterioribus tabulis ipsa fuisset heres scripta:*

24 † Facit etiam pro Cumano, quia licet regulariter verba enunciatiua non disponant. l. ex

25 his. C. de testamen. militis. † si tamen per modum rationis proferantur inducunt dispositionem l. fi. §. 1. D. de doli except. l. emptor. 65. §. fin. D. de rei vend. notat Accurs. verb. *rediturus.* in l. si locer. 45. §. 1. D. soluto matrimonio, vbi explicat Barto. num. 4. & est recepta sententia Decio in d.l. ex his num. 34. Parisio consil. 73. num. 36. volum. 3.

26 Hęc tamen Cumani interpretatio reijcitur, eo quòd testator putabat Pactuleiam iam esse mortuam, & consequenter non potest videri instituta, quia in dispositione nunquam includitur persona quam testator putabat esse mortuam, licet ipse velit eam personam includi si viueret, & quãuis verba possint illam personam comprehendere. l. siquis ita §. si quis. D. de testamen. tutela. notat Bart. in l. qui filiabus. num. 4. D. de legatis. 1. Socinus in l. si cognatis. nu. 23. D. de rebus dubijs. quod etiam colligitur ex glossa, verb. *oportet*, in l. Titius. D. de liberis & posthumis, recepta per Iasonem. ibi num. 19. Tiraquel. in l. si vnquam. verb. *libertis.* num. 23. C. de reuoc. donatio.

Præterea contra Cumanum facit, quia verba illa, *quia heredes.* non sunt apta institutioni Pactuleiæ, quinimo indicant ipsam non institui, quia erat mortua; & ideò licèt ex mente testatoris eliciatur coniectura voluntatis pro Pactuleia, hæc sufficiens non est, ad institutionem inducendã deficiẽtibus verbis. l. iubemus. C. de testam. l. 1. C. si tabulæ testamen. Sed & alijs argumentis doctè improbat eam opinionem Socinus in d.l. demonstratio falsa. §. 1. nu.

8. † Nec pro Cumano facit textus in d.l. fi. 27 in vltimis verbis, nam respondeo &, verbum, *perinde* inducere quandam similitudinem. l. quia propter, & ibi Bartolus D. de confirmando tutore. l. 1. vbi notat Accursus, & Bartolus D. de receptator. & hanc similitudinem solum fieri in d. l. fin. quoad legata, vt debeantur, & valeant ac si essent relicta in testamento, ergo potius excludunt institutionem, vt ea non valeant quasi facta in secundo testamento ex regula l. cum Prætor. 12. D. de iudicijs, vt considerat Socinus dicto. numero. 8. qui ad-

28 dit. † quod vbicunque sustinentur legata iure singulari supponitur, institutionem non valere vt in auth. ex causa. C. de lib. præt.

29 Vnde sunt qui putent, decisionem d.l. finalis non procedere secundum iuris regulas, quibus obseruatis, Pactuleia non potuisset admitti ad hereditatem, neque ex primo testamento, quod reuocatum fuit per secũdum, neque ex secundo testamento, in quo instituta non est; atque ita Iac. Cuiac. ibi, ex voluntate testatoris, & beneficio Principis voluntatem contra summum ius adiuuantis admitti ad hereditatem Pactuleiam putat. Cui opinioni suffragantur illa verba, *putauit Imperator ei subueniendum*, & cum ex mero Principis beneficio consequatur hereditatem grauatur onere legatorum, ad quæ summo iure non teneretur.

30 Sed quoniam alijs placet Imperatorem secundum iuris rationem pronunciasse, de causa cognoscens, vt quilibet alius iudex, vt probãt illa verba, *cognitione suscepta*, & inscriptio, quæ

quæ talis est: *Iulius Paulus. Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex primo, seu Decretorum libro secundo* (Solebant
31 enim † Imperatores assidentibus sibi iurecon sultis causas cognitione suscepta decidere, quæ decisio in posterum vim habebat legis, eoq; referendū est quod dicitur in §. sed quod Principi placuit, ibi, *aut cognoscens decreuit*, ex 37
tantque hac de re exempla, in l. Æmilius Largianus. D. de minor. & in l. fi. D. de iur. fis. & in alijs locis adductis per Cuiac. lib. 2. ob. cap. 26) tentandum est, an alia ratione sustineri possit decisio d. l. fi.

32 Et sanè ego existimo ex voluntate testatoris sustineri ibi Pactuleię institutionem, quoniam quoties testator putat, institutos in primo testamento esse mortuos, consequēter existimat illud testamentum esse irritum, cum ex eo hereditas adiri non possit, l. 1. in fi. D. de in iust. rup. iuncta l. quod vulgo. D. de cōtra tab. vnde sequens testamentum non reuocat primum, quia id non est de voluntate testatoris, & consequenter, cessante reuocatione primi, in necessariam consequentiam secundum valere nō potest, ex regula d. l. quærebatur, atque ita primū manet, & heres in eo scriptus consequitur hereditatem eo testamento. manente. Et facit pro hac sententia bonus tex. in l. fi. D. de test. tut.

33 Nec hæc interpretatio in communem incidit, quoniam ea fundatur in falsa causa, quæ secundum hāc interpretationem sufficiens non esset ad irritandum testamentum, in quo falsa causa expressa est.

34 Vnde infertur, quod si in casu d. l. fi. nullum aliud præcederet testamentum institutus in secundo obtineret hereditatem, nō obstante falsa causa ibi expressa, scilicet, quia testator diceret, ideo se eum heredem instituere, quia puta 38
bat alium esse mortuum, quem esset instituturus, quoniam cum hæc voluntas non sufficiat ad inducendum institutionem, ex d. l. iubemus, cum alijs, hereditas non debet pertinere ad eum, quem testator esset instituturus, sed ad eum, quem instituit, in quo non obstante falsa causa, concurrit testatoris voluntas, arg. l. quod meo. nu. 8. §. 1. D. de acq. poss. atque ita semper valebit testamentum, cum primum non præcesserit, vt notat Cuma. in l. si vt certi. C. de test. mil. & antea sensit Glos. in l. cum mater. C. de inoffi. & in d. l. fi. glos. pen. in prima solutione.

35 † Et facit pro hac sententia, quod vbi quis 39
asserit, se aliquem instituturum non potest illi aliquod ius competere ex huiusmodi assertione. l. fi. D. de testamentis. in pulchro casu exornat Castrensis, cons. 137. incipit, *in causa*. lib. 2.

36 † Facit etiam tx. in l. si instituta. §. fi. D. de inoffi. In quo textu explicando mirè variant authores, & Bart. in auth. ex causa, num. 6. C. de lib. præt. & in l. filio præterito. num. 8. D. de iniust. rup. putat filium ibi duplex habuisse remedium, querelæ, & nullitatis testamenti, quasi testamentum sit nullum ex defectu causæ finalis, vt in dict. l. fi. D. de hered. instit. iuncta communi, sequitur Aret. num. 4. in l. 1. D. de testam. & in cons. 24 num. 4. † Sed fallun
tur, quoniam implicat testamentum esse nullum, & rescindi per querelam, regula l. nam etsi. §. versi. *post defectum*, D. de iniust. rup. & præterea, quoniam querela non datur, vbi competit remedium nullitatis. §. tam autem. infra de inoffi. Vnde vere affirmandum est, ibi mero iure valere testamentum, quamuis mater falsa opinione ducta illud fecerit, & ideò necessariam esse querelam inofficiosi testamenti, quod obtinet, siue causa expressa sit, siue non, nam cum non præcederet testamentum, in quo filius fuit institutus debuit valere illud quod fecit, licet falsa causa, expressa, argumento dict. l. quod meo. §. 1. quo fit rectissimè Iuris Consultum. in dict. §. finali concessisse querelam inofficiosi ad rescindendum testamentum, quod alias mero iure valebat, & consequenter, si ille quem testator esset instituturus, si non crederet mortuum, non esset talis persona, cui querela competeret, nullo iure admitteretur ad hereditatem, neque irritaret testamentum, ex eo quod sub falsa causa factum fuisset. Sed nouo iure testamentum in ea specie esset nullum, quia exheredatio debet fieri expressa causa exheredationis, & à iure approbata, alias testamentum nullum est, auth. vt cum de appellatione cog. §. aliud quoque capitulum coll. 8. quemadmodum nullum esset si à patre habente filium in potestate fuisset factum sub illa falsa causa, † iuxta textum in l. si vt certi. 9. C. de test. mil. vbi testamentum redditur nullum, non quia factum est sub falsa causa, sed quia miles, qui putabat, filium esse mortuum, creditur velle testari iure communi, quo præteritio filij in potestate reddit testamentum nullum. l. inter cætera 29. versi. *nanque filio*. D. de lib. & posth. vt bene interpretatur Cotta in l. Gallus §. & quid si tantum. 1. p. n. 4. ex qua resolutione decidenda est quæstio, quam non bene resolutam reliquit Greg. in dict. l. 21. verb. *el testador*. tit. 1. part. 6. in versi. *& facit ista lex*, & hæc quoad primam partem, dict. l. fi. D. de hered. inst.

Quoad secundam verò, quæ pertinet ad præstationem legatorum in secundo testamēto relictorum respondet communis, legata ibi ideo præstari ex testamento ex quo hereditas adita non est, quia falsa causa respicit solam institutionem, & ea sola corruit, non vero legata, quæ salua manent, argumento l. age cum Geminiano. C. de transactio

40 nibus. † Quemadmodum etiam in dicta l. eam quam. conseruatur fideicommissum relictum ab herede scripta, licet ipsa decesserit, non quæsita hereditate, quia testamentum non corruit ex defectu solemnitatis, aut additionis non factæ per heredem, qui potuit, adire, sed ex eo quod institutus ipse corruit, propter errorem testantis in sanguinis coniunctione secundum communem interpretationem, ideoque ea sola institutio vitiatur reliquis saluis manentibus. Quam interpretationem præsensit, glos. in dict. l. eam quam, verbo, *traduntur*. versi. *octauo*. & expressit Bart. in l. si iure. num. 2. D. de legat. 3. Ias. in dict. l. eam quam. num. 17. Imol. in dict. l. fi. D. de heredibus instituendis. numero 8. & in dicta l. demonstratio falsa. §. quod autem. numero. 4. vbi Socinus numero. 9. & testatur receptissimum Minchaca de successionum creatione. §. 16. numero. 22. qui omnes defendunt deberi sola legata ex secundo testamento relicta non etiam ex primo. Et mouentur primo ex eo textu, in quo solum fit mentio relictorum in secundo testamento. Præterea quia non est credendum, testatorem voluisse grauare heredem duplici præstatione, iuxta doctrinam Iurisconsult. in l. Titia cum testamento. 35. §. qui in vita. D. de legatis. lib. 3.

41 Sed prædicta communis non tollit difficultatem, quia etiam si legata, aut fideicommissa non corruerent ex defectu causæ finalis, aut propter errorem testantis circa personam honoratam, cum vtique nullus interuenerit in legatariorum vel fideicommissariorum persona, nihilominus tamen debuerunt corruere, ex eo quod non fuit adita hereditas, ex d. l. si nemo, cum alijs multis supra adductis.

42 Quare pro vera illius textus interpretatione omissis alijs traditis à Peralta in d. l. si quis in principio n. 4. Gom. 1. tom. c. 5. n. 4. ex supradictis elicienda videtur huius difficultatis resolutio, nam cum ex causa expressa per testatorem colligatur eum eius mentis fuisse, vt vellet cum primo testamẽto decedere, si id esset possibile, institutio facta in secundo vitiatur, perindeque habetur, ac si in eo nullus
43 heres scriptus esset, † atque ita res reducitur ad terminos l. fi. D. de iure cod. & legata in eo contenta debentur, tanquam relicta in codicillis, vt bene considerat Bald. in ead. l. fin. versi. *quarto & vltimo*, & sequitur Anchar. cons. 213 ad finem. Neque obstat tx. in versi. *perinde, ac si in secundis talis heres scripta esset*, nam hæc similitudo intelligenda est, quoad effectum, nõ quoad modum, nam cum præcedat testamentum, & hic codicilli sint eius accessorij, heres in effectu tenetur præstare in illis relicta, perinde, ac si in illis institutus esset.

44 Vnde notabiliter infertur explicatio, ad reg. d. l. si nemo, D. de test. tut. cum alijs supra relatis, vt scilicet non procedat, quando præcedente primo testamento institutio irritatur propter voluntatẽ testatoris respicientem solam institutionem, & non legata, tunc enim debentur perinde, ac si relicta essent in testamento, in quo à principio nullus fuisset heres scriptus, iuxta tx. in d. l. fi. idq; colligitur ex tex. qui sic debet intelligi, in l. proxime. 3. D. de his quæ in testa. delent.

45 Infertur etiam, veram non esse communẽ, quæ docet deberi tantum relicta in secundo testamento, cum verius sit relicta quoque in primo deberi, quemadmodum deberentur, si facto testamento codicillos testator fecisset, in quibus noua legata relinqueret, ita docet expresse glos. in §. sed etsi quis, infra hoc tit. quam sequuntur Faber, Angelus, & Platea, Bald. in d. l. fi. D. de hered. inst. Soc. in d. l. demonstratio falsa. §. 1. col. fi. & facit reg. d. l. si iure. D. de leg. lib. 3. Probaturque expresse
46 hæc opinio, d. l. 21. tit. 1. part. 6. † Neque obstant argumenta in contrarium adducta, nam ad primum respondeo, Iurisconsultum ibi respondisse super relictis in secundo testamento, quia de illis poterat iustè dubitari, non de relictis in primo, cum valuerit institutio in eo facta, & ex eo fuerit adita hereditas, iuxta nostram interpretationem.
47 † Non etiam obstat secundum argumentum, quoniam procedit vbi eadem res vel quantitas relinquitur, ne videatur duplici præstatione grauatus heres: tũ etiam, quia non euincitur illo argumento, legata in primo testamento non valere, sed non debuisse valere relicta in secundo, cuius contra-
48 rium expresse ibi docet I. Cons. † Quo fit vt quamuis legata relicta in secundo testamento valere dicantur, si tamen scriptus heres in primo coniecturis probabilibus ostenderit, testatorem eanõ fuisse relicturum, si sciret eum viuere, poterit se defendere à præstatione legatorum, opposita exceptione doli, arg. l. cum tale. 71. §. falsam causam. D. de conditionibus & demonstrationibus.
49 † Vnde inferebat Bartolus in dict. l. demonstratio falsa. §. 1. num. 14. quod si legata in secundo testamento relicta essent magnæ quantitatis eo ipso præsumitur testatorem non reliquisse relicturum, si sciret primum heredem viuere, & poterit se tueri exceptione, sequitur Roman. sing. 232. Igneus in auth. ex causa, num. 224. vbi Cagnol. n. 29. C. de lib. præt. Menes. in dict. l. eam quam, num. 50. disputat latè Ripa in dict. l. si vnquam. nu. 41. C. de reuoc. don. Peralta in dict. l. si quis in principio testamẽti. num. 82. quæ omnia sunt notandissima pro exornatione, & explicatione dict. l. fi. D. de hered. instituendis, & soluitur primum argumentum contra nostrum tex. supra adductum.

50 Non obstat secũdum, ex d. l. 2. D. de iniust. rup. &

rup. & d.l. hac consultissima. §. si quis autem C.de testam quoniam obseruandum est, regulam nostri tex. cum similib. qua cauetur ita demum per secundum testamentum primum tolli, si secundum testamentum æquè solemne & perfectum sit, limitari, quando in secundo testamento instituti sunt venientes ab intestato, quo casu, etsi non tanta adhibita sit solemnitas eorum fauore hoc ita cautum est, & in l.22.vers. *E otro si dezimos*, tit.1.par. 6.conducit elegans tex. in l. si duobus. 12.§. si prius D.de bon.poss.cont.tab.& explicant præter ordinarios in dictis locis. Sarmien. li. 4. select. in l. si filius qui in potestate numer. 1.D.de liberis & posthumis. Didacus Spino. in Speculo testamento. glossa. 20. sub nume. 445. & glos.30. num. 45. Gutierrez qui alios
51 refert.lib.3.pract. quæst. cap.47. † Verum hoc casu legitimi iure communi non succedunt ex testamento, sed ab intestato, quoniã secundum testamentum non tanquam testamentũ, sed quasi voluntas vltima intestati de fenditur, vt expresse docet Iustinianus, in d. §. si quis autem vbi notarunt omnes Gom. in l.3.Tau. n. 97. Lopez in d.l. 22.p. glos.fin. in princ. & est communis iuxta sententiam Grassi tracta.de succes.§.testamentum. q. 54. nume.15.quamuis iure regio Hispano ex d.l. 22.contrarium decisum sit, ibi, *Estonce el testamento postrimero valdria, è no el primero, maguer fuesse fecho acabadamente*, quod bene explicat Gutier. dict.c.47.omnino videndus, qui plures alias satis vtiles & quotidianas quæstiones prosequitur, & explicat.

52 Non obstat.3.argumentum, ex d. l. si duobus. §. si prius. D. de bonor. pos. contra tabulas, quoniam vt latius diximus in principio supra de exhered. liber. ille textus non probat sequens testamentum imperfectum iure ciuili primum tollere, sed iure Prætorio defendi, si instituti sint in eo qui rem ab intestato habituri sunt, & testamentum præter præteritionis vitium nullum aliud habeat, ex tetq; septem signis signatum, & habeat exteriorem figuram integram & perfectam, datur enim eo casu bonorum possessio secundum tabulas, omnibus heredibus scriptis non tamen ij adire poterunt, quia iure ciuili non subsistit,
53 † neq; obstat tex. in l. si filius qui in potestate.7.D.de lib. & post. quoniam satisfacies vt diximus in d. principio. de exh. lib.

54 Similiter, &.4.argumentum ex d.l. posthumus.12.§.idem & circa, D.de iniust.rup.nobis nõ obstat, iuxta ea, quæ dicto loco scripsimus, quæ hic iterum repetere otiosum esset.

55 Succedit ergo explicatio tex. in l. cum in secundo.16. D. de iniusto rupto, quam quinto loco contra Iustin. adduximus, sed elegantem nobis proponit doctrinam & distinctionem ibidem, vt rem comprehendamus, Papinianus illius legis auctor, docens multum interesse qualis conditio posita fuerit, nam si in præteritum concipiatur, veluti, *si Titius consul non fuit*, si quidem ea vera est, cum ex hoc heres sit, superius testamentum procul dubio rumpitur. At si Titius consul non fuit, superius testamentum non est ruptum. Idem etsi ad præsens tempus conditio adscripta est. In futurum verò collatæ conditiones si possibiles sint, & existere possint, licet nõ extiterint, efficiunt vt superius testamentum rumpatur (quæ est etiam Iustiniani sententia hic) si vero impossibiles sint, veluti, *Si Titius cælum digito tetigerit, heres esto*, perinde est, quasi conditio adscripta testamento non sit, quæ est impossibilis; vnde cũ pura institutio censeatur, sequens testamentũ primum absque dubio tollit: ergo cũ hic Iustinianus de conditionali institutione agit, de ea quæ existere possit intelligitur, quia impossibilis pro non adiecta habetur, vt rectè Minsynge. post Balduin. obseruat, hic.

56 Minus obstat textus, quem Accursius hic adduxit, ex l. si id quod pure.7. D. de rescindẽda venditione, est enim inter contractus & vltimas voluntates nota differentia, quam in dict.l.si id quod purè, verb. *nihil agitur*. Acc.
57 scripsit. & hic omnes probant, † quoniam testamentum etiam si conditionalem institutionem cõtineat, perfectum nihilominus per omnia habetur, quamquam negari non possit plenioremvoluntatem prius testamẽtum continuisse, quàm secundum; ibi quippè pura erat
58 institutio, hic conditionialis: † in contractibus autem secus est, quia conditionalis contractus, contractus dici non potest conditione pendente, quamuis eã postea existente ab initio pure celebratus existimetur, l. necessario. 8.§.quod si pendente. D. peric. & com. rei ven Id autem quod dicimus secundam institutionem conditionalẽ, siue sequens testamentũ, in quo conditionalis est institutio primum testamentum rumpere, & tollere, admittendum est, quando diuersis testamentis diuersæ con-
59 ditiones adijciuntur. † Si vero in eodem testamento puræ institutioni subiecta conditio sit, nihil operabitur l. si te solum.27. D. de heredibus instituendis. *sed si te heredem instituero*, (inquit Pomponius) *& deinde eundem sub conditione instituam, nihil valere, sequentem institutionem quia satis plena prior fuisset.* † In legatis
60 tamẽ etiam eiusdẽ rei semper spectamus priorẽ scripturã: vnde quod heres purè dare iussus est, quod ve pure legatũ est, si id ex interuallo sub cõditione legetur, posterius valet, l. nõ ad ea.89. D. de cond. & dem. heredis institutio caput testamẽti est, ex vulgatis, vnde nõ ita faci le immutatur. legata, quãuis nõ nuda sed solẽni voluntate, relinqui oporteat, vt suo loco dicemus, facilius tamen adimuntur, vt cũ Iustiniano dicemus, infra de ademptione legatorũ.

61 Restat vltimæ difficultatis explicatio, ex dict.l.si quis,in prin.22.D.deleg. & fideicommiss.3. ex qua, & altera non minus vtilis nostri textus limitatio oritur, quamuis enim regulariter verum sit, maxime tamen in testamentis, posteriora prioribus semper derogare,ex nostro textu, cum similibus, indeque videretur, quod etsi in secundo testamento, & legato priores voluntatis reuocatio non fieret,nihilominus tamen secundum etiam legatum valere debuisset, qui à posteriori nititur voluntate. † Cæterum cum illa pro-
62 testatione, *cui bis legauero semel deberi volo*, in futura dispositione voluntatem sibi defuturam testator insinuat, argumento l. at si quis. 14. §. plerique filij. D. de relig. & sumptibus funerum.l.qui in aliena. 6. §. Cellus, D.de acquirenda hereditate,l.cum in plures.63. §. locator horrei.D.locati.secunda dispositio nul-
63 la erit, † quia nuda à consensu & voluntate, & in sola forma locutionis & verborum, quæ absque animo nihil penitus operantur.l. in ambiguo.3.D.de rebus dubijs.l.non solum. 31.coniuncta l.non figura.38.D. de obligationibus &
64 actionibus. † Quinimo ea voluntas, quam posteriora verba exprimunt, imaginaria & simulata intelligitur:cum ex priore protestatione consensus, & vera, realisque voluntas in ea deficiat, vnde nullos operari potest effectus, argumento legis. 1. & per totum.C.plus valere,quod agitur,quàm quod simulate concipitur.l.nuda.55.D.de contrahenda emptione,l.emptor. 12. D. de aqua pluuia arcenda, l. & qui sub imagine 10.C.de distractione pignorum, ex quibus constat actus simulatos & fictos nullius momenti haberi, notat Bartolus in l.post contractum, D.de donationibus, & consilio. 65. Decius num.3.in l. imaginaria,D.de regulis iur.grauiter Ripa. in l. nemo potest.numer.65.D.de legatis, libro. 1.ante quem Cuma.in dict.l.si quis in prin.notabili 3. Peralta ex n.118.

65 † Ergo vt secunda voluntas valeat, quæ priori est infirmata, in posteriori prioris specialem mentionem,& derogationem fieri necessarium erit, vt in dicta l. si quis in principio,versiculo,*sed hoc ita*, Hermogenianus expressit,alias voluntas non censetur, ex protestatione antea facta,nihil enim prohibet priorē scripturam,posteriorē corrigere, emēdare,rescindere,l.nihil prohibet.17.D.de adim. legat.

Ex qua obseruatione infertur, quod etsi
66 secundum testamentum primum tollat, iuxta Iustinianum hic,si tamen primum sequentibus derogat, vt quia in eo dixerit testator, *Si aliud testamentum fecero valere nolo.* ita demum secundum primum tollet, si in eo prioris specialis mentio fiat. Ita Accursius verbo,*accipiat*,versiculo, *item quid si dicat*, in dicta l. si quis in principio,Bartolus ibi, numero. 5. Couarruuias in rubrica de testamentis,dicta.2.p.nu.19.fiet autem specialis mentio,si in 2.dixerit testator,*non obstante tali testamento,quod coram tali tabellione feci, hoc valere volo*,Accursius vbi supra, Bartolus num.8. ibi. Iaso. in l. si mihi & tibi. 12. §.in legatis, 2.lectura.colum.penultima.D.delegat. lib.1. Corneus consilio.86.columna penultima,vo-
67 lumine.3. † Quinimo & satis erit si dicat in vltimo testamento se illud valere velle, non obstante quocunque alio testamento sub quacunque verborum forma concepto, vt cum alijs resoluit Couar.iam citatus. Vnde cauendum est ab Acer. qui in d. §. in legatis verbo, *non valebit*.specialem mentionem clausulæ derogatoriæ requiri scripsit, sequitur Cast.15. consi.182.colum.3.vol.1.& late prosequitur Illustris.Cardin. Mantica lib. 12. de coniect. volunt.tit.8.ex n.10.& ante Iul.Clar.lib.3.§. testamentum.q.99.n.5.

68 Ex quibus, & ex regula nostri textus infertur, primum testamentum iuratum, per secundum, cui similiter iuramentum accessit, reuocari rectè posse,nemo enim legem sibi dicere potest, à qua ei recedere non liceat,† vnde quamuis iuramentum, habeat vim clausulæ derogatoriæ posterioris voluntatis, rectè tamen secundo testamento similiter iurato tolletur,vt Bartolus vbi supra,numero. 14.resoluit ante eum Accursius in autentica sacramenta puberum verbo, *extorta*, C. si aduers. vēditionem. plures retulit Couar. d. 2.p.rub. num.15.Gutier.lib.de iuram. confi. 2. parte. cap.1.nu.2.Gabriel. 1.tom.Com. opin.lib.9. pag.604.versiculo, *fallit vndecimo*. Et induci potest Regia l.25.ibi,*Ningun home puede fazer testamento tan firme que lo non pueda mudar quando quisiere*.tit.1.part.6.

70 Vnde improbanda est sententia Speculatoris, titulo, de instrumentorum editione.§. compendiose,versi.*quis iurauerit*.numero. 15. & Bartolomæi Cepolæ.cautela. 117. sub.n.3. existimantium effici posse testamentum irreuocabile,si testator iurasset, se numquam testamētum reuocaturum, & insuper heres in eo scriptus faceret testatori præcipi per cēsuram Ecclesiasticam excommunicationis,obseruare illud iuramentū,& quod ei non contrauenat, aliàs ex nunc,prout ex tunc in ipsum profera tur sententia excōmunicationis, quo facto,inquit Cepola;si postea testator reuocare velit, reperietur excōmunicatus,sicque testari non poterit,ex glo.ver. *& testificādo*,in c.decernimus,de sent.exc.lib. 6. quam multis exornat Spino in Spec.testam.gloss.11.rub.n.57.Nam vt contra Cepol.Couar.vbi sup.resoluit, iuramentum quo quis auferret sibi liberam testādi facultatem,esset contra bonos mores,l.stipulatio hoc modo concepta,D.de verb.oblig.in deq; neque obligaret,neque periurium eo casu com-

su cõmitti posset à testatore, vt defendit post alios Gutierrez d.c.1.& ita soluitur vltimum argumentum.

§. Sed etsi quis priore. 2.

71 Ampliat hic Iustinianus quod superiori. §. docuit, vsque adeo secundum testamentum primum tollere, quod etsi in primo testamento plures simpliciter instituti heredes sint, in secundo autem alius ex certis quibusdam rebus, etiam si testator addiderit, se nihilominus velle, & prius testamentum valere, secundum testamentum primum tollet non obstante prædicta clausula. † hoc ideo quoniam 72 paganus cum duobus testamentis decedere nõ potest, l. si quis priore. D. ad Senat. Con. Trebell. neque impedimento esse secundo testamento scriptum heredem ex certis tantummodo rebus fuisse, † quoniam vt late diximus 73 in §. hereditas, versi. *neque enim.* sup. de hered. instit. & expresse l. Conf. probat in l. 1. §. si ex fundo D. de hered. instit. institutus in rebus certis, nullo alio coherede dato, in omnibus bonis instituti censetur, detracta rerum certarum mentione, perindeque est vniuersalis heres, ac si ab initio in omnibus bonis heres scriptus esset. † Veruntamen hoc casu, 74 vt voluntati testatoris aliqua ex parte satisfieret, voluerunt Imperatores, vt vniuersa, quæ in priore testamento scripta reperirentur in causa fideicommissi essent, teneriquè secundo loco, siue secundo testamento scriptum heredibus in primo testamento scriptis hereditatem restituere retenta quarta Trebellianica, quasi sic ei à testatore iniunctum fuisset. Ergo heredes in primo testamento scripti dodrantem, & sic maiorem partem hereditatis consequentur, non quidem ex primo testamento, quod iam ruptum est, sed ex secundo nomine fideicommissi, quod sane non tantum hereditatem in priore testamento scriptam conseruat, sed etiam legata, fideicommissa, libertates, & reliqua omnia, quæ in eo scripta sunt, nisi aliud testatorem sensisse probatum sit, ex l. quærebatur, in fine. D. de mil. testam. l. Posthumus. 12. §. si paganus. D. de iniust. rupt. notat Mantica. libro. 12. 75 de coniect. vltimarum vol. tit. 1. num. 36. † Plane hæc omnia in pagano testatore procedunt, vt Vlpianus in dict. §. si paganus, insinuat, testatori verò militi longè plus tribuitur, is, etsi nullius fideicommissi meminerit non rumpit prius testamentum, nisi quatenus ei repugnat dispositio posterioris: ergo si parte ex certa in priore testamento instituerit heredem, deinde in secundo testamento alium ex alia parte non irritabitur prius testamentum, aut prior institutio, quia coniectura est eum voluisse vt potest, duo testamenta æquè valida relinquere, idemq; est, si cum ex asse vnum scripsisset heredem, alium 76 dein de ex parte scribat, † quo fit, vt ius accrescendi locum non soleat habere in testamento militari. l. si miles vnum. 6. De milit. testam. l. 1. C. eod. tit. Præterea dubitationem non haber duo militis testamenta valere, si hoc specialiter miles expresserit, vt paulo superius dixi. Si vero in secundo comprehendat, fidei se heredis committere, vt priores tabulæ valeant, idem statuendum est, quod hic in pagano deciditur, dict. l. quærebatur. D. de milit. testam. Hactenus de rupto testamento.

§. *Alio quoq; modo. 3. & §. Non tamen. 4.*

1 *Testamentum irritum fit capitis diminutione maxima, media vel minima testatori contigente, & n. 8.*

2 *Testator qui capite minutus fuit, si sui iuris & ciuis Romanus decedat, conualescit testamentum.*

3 *L. qui ex liberis 11. §. testamento. D. de bon. pos. secũd. tab. & n. 12. & seq.*

4 *Emancipatio capitis diminutio est.*

5 *Emancipatione filij fam. eius testamentum non fit irritum, & num. 18.*

6 *Captus ab hostibus eorum seruus fit, & capite minuitur.*

7 *Testamentum iure factum captiuitate non fit irritum.*

8 *Patribus fam. olim permissum testari non alijs.*

9 *Ciuis Romanus qui non est non potest testari.*

10 *Rumpi testamentum quando dicatur.*

11 *Irritum fieri aliud est, aliud irritum esse.*

12 *§. non tamen. hoc titulo.*

13 *Prætor ex æquitate sustinet testamentum, eius qui sui iuris & ciuis Romanus decessit, & noua voluntate primum testamentum confirmauit.*

14 *Prætor media tempora in testamentis non inspicit.*

15 *Testatoris noua voluntas requiritur quando status mutatio fuit voluntaria, secus si necessaria, & vtriusque rei ratio.*

16 *§. ex eo autem solo, hoc titulo.*
Voluntas sola non reuocat primum testamentum.

18 *Emãcipatione filij fam. militis eius status quoad bona castrensia non mutatur.*

19 *Militis adrogatione eius testamentum non fit irritum.*

20 *Captiuorum testamenta lex Cornelia defendit.*

1 ECce alium modum, quo testamentum iure factum irritum fit, videlicet si testator, vel maxima, vel media, vel minima

nima capitis diminutione interueniente capite minutus sit. Comprobabis & exemplis illustrabis, ex l. quis filio exheredato. 6. §. irritum. cum sequentibus. D. de iniusto rupto. l. conficiuntur. 8. §. si post factum. D. de iure codicil. l. qui ex liberis. 11. §. testamento. D. de bon. poss. secund. tab. cum alijs quibus consonat l. 18. titulum. 1. l. 1. tit. 13. parti. 6.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: Si testator qui capite fuerat minutus, sui iuris, & ciuis Romanus factus decedat, potest institutus heres bonorum possessionem secundum tab. agnoscere, tx. in d. §. non tamen. inf. eo. tx. in d. §. si post factū, tx. in l. 1. §. sed etsi quis, & in d. l. qui ex liberis. 11. d. §. testamento. D. de bon. poss. secundum tab. cū alijs, quibus consonat. l. 19. tit. 1. parti. 6. ergo testamentum irritum effectum non fuit, cum non potuerit postea sola nuda voluntate confirmari, arg. §. ex eo autem solo, inf. eod. à contrario sensu.

Proxima est huic & alia difficultas, quæ contra Iustin. in d. §. non tamen. ibi. *si modo defunctus, & ciuis Romanus, & suæ potestatis mortis tempore fuerit*, quibus verbis docet id solum requiri, vt testamentum irritum factum per capitis diminutionem conualescat, sic construi-

3 tur, † nō sufficit testatorem iuris sui, suæq; potestatis effectū decedere, nisi, & noua voluntate cū eodē testamēto mori velle declarauerit, docet hic Acc. ver. *fuerit*, & I. C. in d. l. qui ex liberis, §. testamento, D. de bon. poss. secund. tab. ergo contra Iust. hic.

4 Tertio sic argumentor: qui emancipatur, capite minuitur. §. minima. supra de capitis diminut. §. præterea, iunctis ibidem traditis,

5 sup. quibus mod. ius pat. pot. soluit. † Sed si filius familias (quibus in casibus iure communi potest testari) testamento facto emancipetur, eius testamentum non fit irritum, dict. l. si quis filio exheredato. 6. §. fi. D. de iniust. rup. d. l. 1. §. sed si filius familias D. de bon. poss. secun. tab. §. sed etsi quis. verf. *denique*. sup. de milita. testam. ergo.

6 Quarto sic argumentor, qui ab hostibus capitur, eorum seruus fit. l. libertas. 4. §. serui. D. de statu hom. l. item ei. 14. in fine. D. ex quibus causis mai. l. hostes. 24. ad fi. D. de captiuis §. serui. supra de iure person. & cum ciuitatem & libertatem amittat, maximam patitur capitis diminutionem. §. maxima. supra de capitis diminut. dict. l. siquis filio exhere-

7 dato 6. §. irritum, D. de iniust. rupto. † Sed testamentum ante captiuitatem factum, captiuitate superueniente, non fit irritum, sed conseruatur & perinde valet, ac si testator capite minutus non esset. §. fi. supra, quibus non est perm. fac. testam. ergo contra nostrum textum.

8 His tamen non obstant. dicendum est, quacunque capitis diminutione contingente testatori eius testamentum irritum fieri, ex nostro tex. & iam relatis. Nam cum lex duodecim tabularum, quæ testandi potestatem permisit, nominatim solis patribus familias ciuibus Romanis eam concesserit. l. 1. in princ. D. ad leg. Falci. l. verbis legis. 120. D. de verb. sig. coniunctis ijs, quæ iuxta veram lectionem illius capitis duodecim tab. diximus in principio. sup. quib. non est permiss. fac. testam.

9 † consequens est, eum qui paterfamilias, aut ciuis Romanus esse desijt, eam potestatem amittere. Quia quemadmodum si quo tēpore quis testatur, aut ciuis Romanus aut pater fam. nō est, eius testamentum non valet, tex. in dict. princ. quibus non est permiss. ita etiam irritum fit, si vel ciuitatem amittat, vel familiam, quia in alterius transeat. dici enim solet, rem'vi tiari quoties deuenerit ad casum, à quo incipere non potuit. l. pluribus. 140. §. etsi placeat. in

10 prin. D. de ver. obligat. † Planè, quāuis quoad effectum irritum fieri testamentum, & rumpi testamentum idem sit, & quandoq; rumpi pro irritum fieri dicatur, attamen singulos casus proprijs rebus distingui (vt Cicero in Topicis testatur) congruentius est. Rumpitur ergo testamentum, quoties in eodem statu testatore manente, infirmatur, vt in exemplis principij huius titu. §. posteriore, §. sed et si quis. irritum fit, quoties testatoris persona, eiusque status diminuitur, vt hic & in iuribus supra initio allegatis. Aliud autem est, si irritum esse testamentum dicamus, quia tunc nullum ab initio fuisse intelligimus, quod satis hic docet Iustin. & I. C. in d. l. nam etsi. 5. §. post defectum, D. de iniust. rup.

12 Non obstat primum argumentum, ex dicto §. non tamen, cum similibus, quoniam eorum decisio nostram potius conclusionem probat, siquidem in illorum ispecie, non iure ciuili, † sed prætorio testamentum sustinetur, quia ergo irritum est testamentum iure

13 ciuili per capitis diminutionem, iuxta nostrum. §. alio quoque. neque institutus heres hereditatem potest adire, necessaria est ei bonorum possessio, quam vtiq; Prætor concedit, dum tamen testamentum septem signis signatum appareat, & testator ciuis Romanus, atque sui iuris effectus decedat, significauerit que, quacunque, nuda etiam, & simplici voluntate, se velle cum eo testamento decedere. † nam Prætor, qui æquitatem semper

14 præ oculis habet, & cuius æquitas multa sustinet, quæ alioqui summo iure ciuili non constant, duo tantum tempora inquirit, facti testamenti, & mortis testatoris, media autem non scrutatur. l. 1. §. exigit Prætor. D. de bonorum possessione secundum tabulas, neque illa mutatio status medio tempore con-

tingens

tingens obstabit heredi, quo minus bonorum possessionem accipiat, siquidem exceptionem eius noua testatoris voluntate elidere po
15 terit dict.§.testamento. † Planè id quod diximus nouam testantis voluntatem requiri, admittendum est, quoties mutatio status fuit voluntaria, vt in adrogatione, secus autem, si necessaria, vt quia maximam, vel mediam capitis diminutionem passus testator sit, tunc enim, si mortis tempore restitutus sit, & ciuis Romanus, & sui iuris factus, iure Prætorio reconualescit testamentum absque noua declaratione. d.l.si quis filio exheredato, 6.§.quatenus: D. de iniuſ. rupt. Discriminis ratio est, quia quando inuitus quis mutat statum, non præsumitur mutare voluntatem suam, secus si volens, quomodo hæc iura interse dissonantia in amicitiam redigunt iuniores hic, (nos paulo aliter, vt in explicatione sequentis difficultatis audiemus.)

16 † Nec obstat tex. in §. ex eo autem. inf. eod. vbi ex simplicis voluntatis mutatione etiam verbis declarata non reuocari testamentum docet Imp. quoniam id eo casu procedit, quando quis vellet sola nuda voluntate illud tollere, citra legis dispositionem, quæ in nostro casu coniungitur voluntati testantis.

17 Non obstat. 2. argum. ex dict. §. testamento, qui ex diametro obstat dict. §. non tamen. hic, conseruari testamentum docet Imp. si testator qui minimam capitis diminutionem passus erat, sui iuris & ciuis Rom. decedat: ibi non aliàs; quàm si codicillis, aut alijs literis eodem testamento se mori velle declarauerit testator: quoniam satisfacies ex ijs quæ accuratè scripsimus in l. si adrogator. 22. ex nu. 29. D. de adop. cuius disputationem & explicationē coniunximus commentarijs tituli, sup. de adoptionibus, ideò hic non subsistimus.

18 Non obstat. 3. argum. ex d. §. fi. & dict. §. sed si filius fam. Quoniam vt rectè Vigl. hic. numer. 2. & in §. penult. ex num. 4. sup. de mili. testam aduertit, siue militis, siue pagani filij fam. de castrensibus bonis testamentum emancipatione non fit irritum in dict. iurib. & in dict. §. sed & si quis, vers. *Denique*. Et in l. miles filius fami. 23. D. de milit. testam. quoniam quoad huiusmodi bona attinet, dici non potest eius statum mutatum, aut eum capite diminutum cum iam antea in his bonis pro patre famil. haberetur. d. § fi. neque hoc casu aliqua noua militis voluntas requiritur, neq; obstat emancipatione castrensis peculij nomen extingui, l. fi. circa fin. D. de inof. testam. hoc enim verum est, nisi de eo ante emancipationem testatus fuerit. Et inter alia etiam priuilegia militaria, hoc etiam durat, vt hoc casu prisini peculij ius maneat, vt pater contra id petere bonorū possessionē nō possit ex manumissionis titulo. l. si à milite. 30. §. patri. D. de mili tari. §. est & alius. D. si quis à paren. fuer. manu.

19 Planè quamuis testamentum à pagano factum arrogatione irritum fiat, conualescatq; si emācipatus decedat, ex noua eius voluntate ex his §.§. in milite verò specialiter, id est constitutum, vt si miles existens, de castrensibus antea fuerit testatus nec adrogatori patri ea acquirātur, nec de ipsis test. factum irritū fiat, vel si irritum fieri dicere velimus quasi ex noua voluntate defendatur. l. miles. 23. l. idem. 24. D. de milit. test.

20 Deniq; nō obstat 4. arg. ex d. §. fi. sup. quib. nō est permiſ. quoniam vt ibidem animaduertimus, sustinetur ibi, & multis alijs in locis, eius qui apud hostes decessit testamentū ante captiuitatem factum fictione legis Corn. quæ captiuorum fauore fingit, eū qui apud hostes decessit, liberū & in ciuitate ante quā caperetur decessisse; perindeq; ei omnia iura illęsa cō seruat, ac si nunquam fuisset captus l. lege Cornelia. 12. D. de testam. l. lex Cornelia. 28. D. de vulg. l. in omnibus. 18. D. de captiuis, latè diximus post Bart. & alios in l. si is qui emptore. D. de vsucap.

§. *Ex eo autem solo.* 5.

1 *Testamentum neque nuda voluntate, neque posteriori imperfecto tollitur.*
2 *Actus ciuiles euertūtur ijsdē modis quibus fiūt.*
3 *L. Sancimus. 27. C. de testam.*
4 *Tempus decennij quando testamentum euertat ipso iure, quando ope exceptionis.*
5 *Temporis maxima vis & potentia.*
6 *L. Eius militis. 35. §. militia missus. D. de milit. testam.*
7 *Testamentum quod iure singulari valet, facile tolli potest.*
8 *L. 2. D. de iniusto rupto.*
9 *Testamentum militare perfectum potest dici, & Primū solenitatibus, & ceremonijs plenū tollit.*
11 *L. Nostram. 30, C. de testam.*
12 *Testator qui consulto testamenti sui incidit filā illud reuocat.*
13 *Hodie an id admittendum, remissiuè.*
14 *L. Clodius Clodianus. 97. C. de acquir. heredit.*
Heres qui in primo testamento perfecto, & in secūdo imperfecto institutus est, si ex secūdo adeat, an primo videatur renunciare.
15 *L. Hereditas. 4. C. de his quibus vt indignis.*
16 *Inimicitiæ supernenientes inter testatorem & heredem, indignum heredem faciunt.*
17 *Voluntate nuda an hodie testamentum possit reuocari, remissiuè.*

1 TEstamentū neq; nuda volūtate, neq; posteriori testamento imperfecto rūpitur, idē in l. 2. in prin. l. si binæ tabulæ. 11. D. de iniust. rup. l. si iure. 18. D. de lega. 3. l. militis 36. §. Veteran. D. de milit. test. l. hac cōsultissi.

ma. 21. §. si quis autem. C. de testam. l. 24. tit. 1. part. 6. Exornant relati in §. Posteriore. supra. h. tit. & Matiençó in l. 1. glos. 10. num. 5. tit. 4. lib. 5. recop. Mascard. de prob. concl. 1283. num. 33. Huius sententiæ † expedita est ratio, quoniam non alias ciuiles actus euertuntur, quàm quibus modis gesti sunt. l. nihil tam naturale. 35. D. de reg. iur. testamentum autem cum nuda voluntate (hoc est non iusta legitima, & solemni) non conficiatur, vt audiuimus per tot. tit. suprà *de testam. ordin.* & sequentes, neq; solo nudo consensu poterit infirmari, quod præter nouiores hic, exornat late Minchaca lib. 1. de succ. resol. §. 2. exnum. 1.

Neq; mouere debent exempla quæ Acc. hic, verb. *perfectæ fuerint*, refert, nam in eis aliquid est præter voluntatis mutationem, quod primum testamentum euertat.

Ecce in l. Sancimus. 27. C. de testam. Vbi Iustin. in versic. *Sin autem.* docet quod etsi † decem annorum transcursus & lapsus, nulla alia innouatione, vel contraria testatoris voluntate apparente, testamentum iure factum non reuocet, si tamen medio tempore contraria testatoris voluntas ostenditur, siquidem perfectissima sit secundi testamenti cõfectio, ipso iure prius tollatur testamentum: Sin autem testator tantummodo dixerit, non voluisse prius stare testamentum, vel alijs verbis vtendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestauerit, & decennium fuerit emensum, tunc irritum sit testamẽtum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali, iuxta cuius tex. interpretationem scripserunt plura (qui omnino videndi sunt præter suprà relatos) Bart. in l. si iure. D. de legat. lib. 3. Guid. Pap. decis. 200. Socin. Iun. cons. 145. lib. 2. Decius consi. 582. col. 1. Fulgosi. cons. 57. idem Socin. Iu. ad rub. D. de acq. posses. n. 126. & n. 134. Clarus. lib. 3. sent. §. testamentum. q. 91. Lopez in l. 22. glos. 2. ad medium. tit. 1. part. 6. & in l. 11. glos. 5. q. 4. tit. 13. par. 6. idem Minchaca de succes. creat. §. 17. nu. 75. pulchrè Coua. in rubr. de testam. 2. par. n. 19. vers. *Nono.* Matiençó, in l. 1. glo. 10. nu. 7. tit. 4. lib. 5. recopil. ergo in d. l. Sancimus. non nuda voluntas primum reuocat testamentum, † sed temporis lapsus, vis & potentia, cuius maximam esse contestantur & Cæsarei, & Põtificij iuris de Præscriptionibus tractatus, & est elegans illud Ouidij lib. 5. de Ponto.

Nullaq; res maius tempore robur habet.

Et lib. 4. de Tristibus.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas.

Et Cornelius Gallus cecinit.

Cuncta trahit secum, vertitq; volubile tempus.

Ouid. lib. 5. Metamorph.

Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas,
Omnia destruitis, vitiataq; dentibus aui,
Paulatim lenta consumitis omnia morte.

Mart. lib. 9. Epigram.

Quid non longa dies, quid non consumitis omni?

Ergo cum omnia tempori cedant, & testamentum quoque cedere necessarium fuit, si aliqua eiusdem testatoris voluntas ei accederet.

Sequens casus adducitur ab Acc. nostro ex l. eius militis. 35. §. militia missus. D. de milit. testam. Vbi Papinianus docuit, primum testamentum sequenti sola nuda voluntate tolli. Sed hic nimis non est immorandum, nam id ita demum Pap. admittit, (alij Codices authorem habent Iulium Paulum) si primum testamentum iure militari cõfectum sit, tunc enim si miles, iam militia missus intra annum aliud testamentum facere cæperit, neq; tamen perficere poterit, primum illud militare tollet, nec mirum, cum enim sola nuda militis voluntate subnixum esset, contraria etiam nuda tolli quid multum. † adde facilius etiam quæ iure singulari constant mutari, quàm quæ iure communi. Vnde si primum testamentum non iure militari, sed communi ordinatum & confectum esset, nudo alio imperfecto à veterano tolli non posset, à milite posset, d. §. militia missus. Ecce discriminis rationem. Veteranus, quamuis intra annum missionis conseruet testamentum iure militari tempore militiæ factum, testari tamen si velit, iure communi id efficere debet, ergo si velit reuocare primum testamentum, quod iure communi valuit, alio æquè solemni efficiet, ex regula nostri tex. & §. posteriore, suprà eod. Quod in milite nõ procedit, nam quocunq; modo testamentum primum fecerit, nouissima voluntate rescinditur, quoniam voluntas quæq; militis testamẽtum est, latè sup. diximus ad titulum. De militari testamen.

Ex his descendit explicatio tertij exempli ab Acc. hic. d. ver. *perfectæ fuerint.* relati, ex l. 2. ibi. *Nisi forte posterius vel iure militari sit factum* D. de iniust. rup. quoniam etsi verum sit, testamentum quod iure militari fit non eas requirere solemnitates & leges, quas exigimus in eo quod iure communi ordinatur, † si tamen proponas militem militari iure testamẽtum nunc condere, non ideo id imperfectum dices, nam quod attinet ad effectum, eodem modo hoc valet, & in eo scripta sustinentur, & conseruantur, ac si in illo scripta essent, quod est ceremonijs & solemnitatibus plenum. Contendo itaque iure speciali, & ex militari priuilegio perfectum testamẽtum esse quod quocunque modo à milite fit, atque ita in d. l. 2. in prin. secundum testamentum perfectum, non verò imperfectum primum sustulisse.

Quod verò ex eadem l. 2. ver. *Vel in eo scriptus est qui abintestato venire potest*, hic iam relato loco Acc. adducit, secundum testamentum imperfectũ, in quo scripti sint venientes abintestato

testato primum iure factum tollere, qualiter sit accipiendum diximus sup.in d.§.posteriore,ad 2.arg.

11 Succedit ergo & aliud exemplum,quod ex l.nostram.30.C.de testam.idem Acc.refert,& desumitur ex l.1.§.si heres.D.si tab. test. nullæ exta l.1.§.si linū.D.de bon. possess. secūd. tab.l.2.D.de his quæ in testam.cōsonat. l. 24. t.1.p.6.Sed in his aliquid est etiam præter vo-
12 luntatis mutationem, † enixè enim eam exprimit testator,qui testamento in scriptis perfectè & solemniter ordinato, consulto postea & ex animo eius inciderit fila,quibus est clausum,satisque videtur animum reuocare,& legitimos abintestato heredes vocare. † Sed id an
13 hodie procedat, latè disputat Tellus Fernandez in l.3.Tau.5.par.nu.15. dicens se quæstionem hanc in facti contingentia habuisse, non esse reuocatum testamentum resoluens; sed eū impugnat Gutierrez rem in vtramque partem disputans,lib.3.pract.quæst.quæst.46.

14 Vlterius in l.Clodius Clodianus. 97. D. de acquir.hered.cuius hic etiam meminit Accur. non rumpitur primum testamentum perfectum,per posterius imperfectum, si enim hoc illud tolleret,potuisset ex eo heres adire, nec de viribus aditionis posset dubitari, quam nullam esse,quia ex imperfecto & inutili testamento facta fuit, vterque. I. C. & Paulus, & Papinianus probant, nec de eo, an testamentum vnum aliud rumpat inter eos contentio est,sed vtrum qui ex secundo adiuit, cum & in 1
primo esset institutus,huic, quod aditioni vires præstabat,censeatur renunciasse,& in hoc contraria sentiunt Papinianus, & Paulus, Ille renunciasse primo testamento intelligi,qui in secundo etiam scriptus est, ex quo adit probat, vnde cum testamentum hoc nullum sit, decessisse Clodianum intestatum pronunciauit Papinianus lib. tertio decretorum, Iulius Paulus aliud putat, quia non intelligitur repudiare eum,qui cum heres esse vellet, ex illo testamento adit, quod non subsistit, ergo vt aditio effectum habeat, & causa testati obtineat,ex primo testamento factam dicendum est,aut saltim posse iterum ex illo adire, cum per posterius non fuerit sublatum, vnde Iulij Pauli sententia æquior & verior multo videtur,& confirmari.l. 19. versi. *Esto es*, iuncta glos.3.ibi.tit.6.part.6. cum non videatur heres iuri adeundi quod sibi ex primo testamento competebat renunciasse ex eleganti eiusdem Papiniani responso in l.quæ fideicommissa.79.D.de leg.lib.3.quod,licet non sic explicet,animaduertit Spino in Spec.glos.30.principali.n.35.& n.36.

15 Demique in l.hereditas.4.C.de his quib. vt indignis,cui consona est.l. 23. tit.1. par. 6. & addes præter.Lopez ibidem.& in l.2.glos.penult.tit. 12.part.6. Barto. in l. heredes §. si quid post.num.3.D.de testam. Gom. 1. tom. cap.10.nu.30.& 3.tom.cap.3.nu.51. Garcia. capit.de tacito fideicommisso.num.22.& 23. 16
Spino.d.glos.30.num.47. iam vides,hereditatem non tantum nuda & simplici voluntate scripto heredi non tolli,† Verum neque literis,codicillis,aut epistolis, sed auferri ibi potius tanquam ab indigno propter superueniētes inter ipsum & testatricem inimicitias; applicariq; eo casu fisco, sicut & in reliquis, in quibus tamquam ab indignis,ab heredibus legata,aut fideicommissa auferuntur,quod rectè etiam, præter proxime relatos animaduertit Matienço in l.1.glos.10.nu.8.tit.4.lib.5. nouæ recop.& alias leges adducens Minchaca d. 17
lib.1.de succeff.resolut.§.4.nu.1.

Ex quibus omnibus exemplis ab Acc.relatis,& nobis exornatis constat, nunquam nudam & simplicem voluntatem primum testamentum iure factum tollere posse, rectè tamen si alia concurrant. Quod an hodie iure Regio Hispano attento procedat,disputant Minchaca.d.§.4.Matienço in d.l.1.glos. 10. nu. 5. & seq.tit.4.lib.5.recop.

§. *Eademoratione.6 & vltimo.*

1 *Principis Maiestas solemnitates omnes supplere solet.*

2 *Testamentum secundum imperfectum etsi in eo princeps scriptus sit heret primum non tollit.*

3 *Princeps legibus solutus,legibus tamen viuit.* 1

AMpliat & hic Iustinianus,quæ in §. *Posteriore scripsit*,neque ex eo secūdum testamentum imperfectum primum iure factum tollere, quod in illo Princeps institutus sit heres;nam etsi eius maiestas iuris solemnitates omnes aliàs supplere soleat. l. omniū. 19.C.de testam.l.5.tit.1.part. 6. † Diuus tamen Imper. Ælius Pertinax, qui vt fuit boni & æqui obseruantissimus, plurimas honestissimasque leges tulit, quadam sua apud Senatum habita oratione voluit,nemini licere aut litis causa,aut nuda voluntate,siue minus solēni testamento Principem heredem facere. Huius Orationis fragmentum, quam in eius vita Iulius Capitolinus retulit, recensent quoque Baldui.& Minsing. hic. res sane iustissima & tanto principe digna,ab alijs postea & exemplo & autoritate comprobata in l. penul. D. de heredib.instit.l.ex imperfecto.13. D.de legatis 3.l.ex imperfecto.22.C.de testam. † licet enim lex Imperij solemnibus iuris Imperatorem soluerit, nihil tamen tam proprium est Imperij,quam legibus viuere.Indigna vox. C.de legibus.l.Princeps legibus.D. eodem. l. 6.tit.1.par.1.quo referendæ sunt.d.l. quis Imperatorem.6 l.cum heredes.7.C.qui testam. fac. possint. Imperat enim Principibus lex

quæ omnium est Regina, l. 2. D. de legib, non quidem Ciuilis, aut scripta in communes vsus, sed diuina illa & naturalis ex rationis iudicio, vt Plutarchus ait, vt latissimè (omitto quæ hic iuniores obseruarunt) scripsit Mendoça lib. 1. disputat. iur. ciuilis. cap. 5.

Titulus. XVIII.

De inofficioso testamento.

IN RVBRICAM.

1 *Exheredare, in hac tractatione, ad omnes parentes refertur.*
2 *Exheredatio remouet liberos à parentum successione.*
3 *Exheredatis Prætor non succurrit.*
4 *Querela qua ratione inducta, & num. 9.*
5 *Liberis omni iure debita parentum successio.*
6 *Continuatio huius tituli ad superiores.*
7 *Exheredandi potestas lege 12. tabularum inducta.*
8 *Iustè fit quod lege permittente fit.*
10 *Querela quo tempore, & qua authoritate fuerit inuenta, & numeris sequent.*
Cuiacij opinio qui lege Glitia inductam fuisse putat.
11 *L. Non est consentiendum 4. D. hoc tit.*
12 *Cuiacij opinio reijcitur.*
13 *Querela centumuirali iudicio inducta iuxta aliã opinionem.*
14 *Reijcitur hæc opinio.*
15 *Centum viri, quare sic dicti.*
16 *Centum viri plures causas iudicabant.*
17 *Centum viri iudicandi, non vero legis condẽdæ potestatem habebant.*
18 *Querela moribus Pop. Romani inuenta dementiæ quæsito colore.*
19 *Dementiæ color quare necessarius.*
20 *Insanus est qui propter animi morbum aliquid contra officium facit.*
21 *L. Cum ratio. 7. D. de bonis damnat.*
22 *Suorum heredum nomen lege 12. tabularum inuentum.*
23 *Acc. interpretatio ad d. l. cum ratio.*
24 *Acc. interpretatio reiecta.*
25 *Vera interpretatio d. l. cum ratio.*
26 *Exheredationis causæ antiquo iure in arbitrio iudicis positæ.*
27 *L. In suis. 11. D. de lib. & posth.*
28 *Querela, an hodie post Iustinianum locum habeat, in casibus in quibus, filius est exheredatus, an verò in his, in quibus exheredationis causa sit expressa? contrariæ sententiæ.*
29 *Querelam causa expressa admittendam non esse secundum Ioannem.*
30 *Contraria sententia in puncto iuris verior.*
31 *Querela non est nomen actionis, sed quædam præparatio ad petitionem hereditatis ex causa de inofficioso.*
32 *Querelæ definitio.*

1 DIXIMVS suprà ad principium tituli de exheredatione liberorum, cum Iustin. ibidem, posse, quoties parentes testantur, liberos suos heredes non scribere, sed *exheredare* (hoc enim verbum, & ad matrem & ascendentes maternos, & patrem militem, in quibus præteritio pro exheredatione habetur. §. penult. §. fi. sup. de exhe. lib. referri rectè in hoc tractatu potest) eoque modo, eisque ab hereditate exclusis firmissimum
2 conficiunt testamentum. † Verùm quia ea arrepta occasione grauiter filios suos parentes lædere solebant, eos in inopiam relinquẽtes, & exheredationis ignominia notantes: cum neque ex testamento, neque abintestato succedere possent; non ex testamento, quoniam nominatim exclusi erant: non abintestato, quoniam hæc successio quandiu testamentariæ est locus, nõ admittitur, & iure ciuili, exheredatis filijs testamentum subsistebat.

3 Præterea † neque iure Prætorio admitti poterant, quoniam Prætor bonorum possessionem contra tabulas liberis tantum præteritis concedit, non exheredatis. l. non putauit. 8. D. de bon. poss. contra tab. tum maxime si mater, aut maternus ascendens testaretur, aduersus quorum testamenta bonorum possessio cõtra tab. non pertinet. l. illud 4. §. ad testamenta
4 D. de bon. poss. contra tab. † Vnde cum eis
5 omni iure parentum sit debita successio, † l. nam etsi parentibus. 14. D. hoc tit. l. scripto. 7. D. vnde liberi. l. cum ratio. D. de bonis damnat. (siue de portio. quæ filijs dam. præs.) diximus late in Rubrica, de hereditatibus, quæ abintest. cap. vnic. in extremum subsidium inductum est, vt liberi, vel parentes (quoniam & parentes quoque & fratribus, turpi persona instituta, querela datur, vt dicemus in princip. inf. eod.) qui queruntur & dicunt inique se exheredatos, vel iniquè præteritos, de inofficio. testam. agere possint, hoc quæsito colore quòd defunctus, cum testamentum ordinaret, sanæ mentis non fuerit. l. 2. D. eo. tex. in prin. inf. hoc tit. & contra pietatis officium testatus fuerit l. 1. tit. 8. par. 6. illud enim lædit qui pietatem illam, quam sanguine & necessitudine
6 coniunctis debemus, omittit, † Qua proposita querela quia si exheredatus obtineat, infirmatur etiam testamentum iure perfectum, & res abintestato deducitur. notat Acc. & ibi omnes in princ. inf. de hered. quæ abintest. def. commodè nunc Iust. post quam in superiori titulo, modos quibus testamenta aut rumpuntur, aut irrita fiunt expressit, eum hic annectit

nectit, quo similiter testatoris iudicium subuertitur.

7 Sed in primis ad exactam eorum, quæ pro exornatione huius tituli explicationem dicemus, illud admonuisse iuuabit, quod etsi antiquo iure considerato, & lege vetustissima Romuli attenta, sequentibus concepta verbis: *Parentum in liberos omne ius esto relegandi, vendendi, occidendi.* Cuius extat vestigiu in l. fi. C. de patria pot. & explicat Balduí. ad leges Romuli. c. 17. Rebard. ad leges duodecim tab. ca. 13. Hotoman. ad easdem leges, pag. 85. Pinelus in rubr. 2. part. num. 7. C. de bonis mat. exheredandi quoque potestas permissa foret, cum minor sit, arg. l. nec in ea. 22. ver sicu. *Sed qui occidere.* D. ad legem Iuliam de adult. l. non debet. 22. D. de reg. iur. quomodo ex ea antiqua lege Iulius Paulus argumentatur in l. in suis. 11. ver sic. *Nec obstat quod liceat eos exheredare, quos & occidere licebat.* D. de liber. & posth. quod etiã & altera duodecim tabularum lege, *Vti quisque legassit rei suæ ita ius esto.* comprehendi docuit Vlpin. in l. verbis legis. 120. D. de verb. signi-
8 fic. † vnde cum lege permittente pater filium exheredaret, eius testamentum subuerti non deberet, arg. l. Grachus. C. ad leg. Iul. de adul.
9 † Quia ea potestate parentes abutebantur ali quando, longe post duodecim tabulas, quo tẽ pore fuerat incognita, sensim fuit & paulatim admissa querela inofficiosi, qua filijs (& alijs quoque personis vt mox dicemus) licet contra testamenta parentum agere, atque ita fuit coangustata amplissima illa potestas exheredandi, etiam iniustè, filios sine periculo rescisionis testamenti: vnde constat temporum hac adhibita distinctione, nullam inter antiquum & nouum ius esse repugnantiam, vt explicuit Fulgos. in l. si non mortis. §. siquis. D. hoc tit. estque de mente Cumani in l. etiam. D. de vulgari, & Cornei in l. maximum vitium. C. de lib. præt. Viglij in §. tam autem. num. 6. inf. h. t. & in hac rubr. in prin.

10 Quo autem tempore, quo ve auctore inuenta fuerit querela, non satis liquet. Cuiac. lib. 2. obseruat. cap. 21. & lib. 3. cap. 8. lege Glitia introductam fuisse querelam arbitratur, motus auctoritate Caij libro singulari ad legem Glitiam, cuius extat fragmentum, vt ex inscriptione apparet † in l. non est enim consentien-
11 dum. 4. D. hoc tit. Vbi cum Caius scripserit, consentiendum non esse parentibus iniuriam aduersus liberos suos testamento inducere, quod plerumque faciunt, malignè circa sanguinem suum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis instigationibusve corrupti; idque ad legem Gliciam scribens notauerit, intelligi potest, hac eadem ex causa legem Gli-
12 ciam querelam instituisse. † Verum hanc Cuiacij sententiam viri eruditi præceptores nostri non admittunt, tum quia huiusmodi inscriptio non satis tuta est, vt ipsius varietas arguit, vt merito suspicetur mendosum eum locum esse Ant. Augustin. libro singulari de legibus & Senatusc. pag. 65. *§. lege Glitia. de inofficioso testamento.* Tum etiam quia cum lex Glitia posset ius nouum inducere, aut antiquum tollere, non erat necessarius dementiæ color, quo quæsito agitur de inofficioso testamento l. 2. D. hoc tit. & tex. in princip. inf. eod. Vlterius, iuxta hanc opinionem filij qui de inofficioso agunt iure ciuili dicerentur parentum testamenta turbare, quod tamen negat Vlpianus in l. non putauit. 8. ibi. *Sicuti nec iure ciuili parentum testamenta turbant.* D. de bon. poss. contra tab.

13 Nec magis admittenda est illorum opinio, qui existimant Cẽtumuirali iudicio inductam fuisse querelam inofficiosi, per textum in l. Titia. 13. ibi. *Si soror Centumuirali iudicio obtinuerit.* l. qui repudiantis. 17. ibi. *Quasi Centumuiri hunc solum filium in rebus humanis esse crediderint.* D. hoc tit. l. maximum vitium. 4. vers. *Cum*
14 *etiam Centumuiri.* C. de lib. præ. † Sed ea iura sententiam hanc non probant, quod vt constet cum Festo Pompeio noto, quod cum Romæ essent triginta & quinque tribus (quæ & curiæ dictæ sunt) Terni ex tribus singulis fue-
15 runt electi ad iudicandum, † qui Centumuiri appellati fuere, & licet quinque amplius quã Centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur Centumuiri sunt dicti: fuerunt hi Centumuiri in quatuor tribunalia, seu consilia distributi, eorumque quatuor iudicia ad Cẽtumuirales causas dijudicadas cogi consueuisse docent Quintil. lib. 12. cap. 5. Plin. Epist. 33. lib. 6. Vnde Centumuirale iudicium, *Quadruplex* vocatur à Plin. Epistola 24. lib. 4. & quod ab eodem Quintil. lib. 11. cap. 1. scriptum est, *Duplicibus Centumuiralibus partem victam.* sic accipiendum est, duobus Centumuiralibus iudi-
16 cijs, seu duabus partibus. † Apud Centumuiros actas fuisse, De inofficioso testamento, Petitionis hereditatis, Ruptorum, Rescissorumque testamentorum causas ex Valerio Maximo lib. 7. tit. 7. Quintil. lib. 4. cap. 7. Plinio Epistola. 8. libro quarto, liquet. Vnde querela inofficiosi testamenti. Item Actio Petitionis hereditatis Centumuirale iudiciũ appellatur in dicta l. Titia, & in l. Petitor. 30. D. de liberat. legat. in l. fin. C. de petit. hered. Apud Cicer. pro Cæcina, *Lucius Crassus iudicio Centumuirali hanc sententiam detulit.* Apud eundem in Bruto. *Scæuolam ex vno scalmo captionis Centumuirale iudiciũ hereditatis fecisse.* Plini. Epist. 4. lib. 6. D. Hierony. in Epist. ad Domnionẽ, & eundem Festum Pompeium, qui Centumuiralia iudicia appellat, quando Centumuiri iudicabant. Ergo ex hoc non sequitur querelam ab ipsis fuisse inuentam, alioqui Vsucapio. Tutela, Testamenti factio à Centumuiris

inuenta,

inuenta,dicerentur,quia de his,& alijs plerisque iudicabant,vt Tullius libro primo,de Oratore,docet his verbis: *Iactare se in causis Centumuiralibus,in quibus Vsucapionum, Tutelarum,Gentilitatum, Agnationum, Alluuionum, Circũluuionum, Nexorum, Mancipiorum, Parietum, Luminum, Stillicidiorum, Testamentorum, Ruptorum, aut Ratorum, cæterarumque rerum innumerabiliũ iura versentur.* Notat Anton. Aug. dicto lib. de legib. cap. *de le. Ebutia.* pag. 33. Iac. Reuar. lib. singulari pro tribunal. c. 20. Cuiacius, lib. 1.
17 Obseruat. cap. 20. † Deinde conuincitur hæc opinio ex eo, quòd centumuiris iudicandi potestas fuit concessa, non cõdendi iura, aut abrogandi iam condita l. 2. §. deinde cum esset, ibi. *Centumuiri litibus iudicandis constituti sunt.* D. de orig. iuris.

18 Ergo cum de origine querelæ non satis cõstet, probabilius videtur eam Pop. Romani moribus fuisse receptam, quæsito colore dementiæ, nam cum testamenta in quibus filij exheredantur solemnia essent. l. inter cætera 30. D. de lib. & posth. tex. in princi. Inst. de exher. liberorum † necessarium fuit iusto colo-
19 re quæsito ea infirmare; hic autem desumptus fuit ex lege duodecim tabularum quæ furiosis interdicit bonorum alienationem, & testamenti factionem. §. præterea. sup. quibus non est permiss. fac. testamentum, quia verò pater qui filium exheredat, vere furiosus non est, ideo eius testamentum non infirmari ipso iure, sed ope querelæ, quasi à demente factum I. C. vo-
20 luerunt, qui † Philosophiæ præceptis imbuti insanos iudicauerunt eos, qui propter animi morbum aliquid faciunt contra officium, licet corpore sani sint. l. 1. §. Apud Viuianum. D. de ædilit. edicto: qua ratione insanus iudicatur pater, qui filios exheredat non agnoscens naturale votum insitum parentibus, de quo in l. nã etsi 15. D. hoc tit. l. scripto. 7. D. vnde lib. cum multis alijs. vt rectè (licet non sic explicet) præsensit Fulgos. in l. Qui de inofficioso. D. hoc tit. in l. fin. nu. 8 D. ex quib. caus. maio. & in l. fin. num. 6. C. vnde legitimi. eam doctrinã confirmans exemplo actionis Publicianæ,
21 quæ datur quasi vsu ceperit, qui re vera non vsucepit. §. namque si cui. inf. de actio. est in eadem opinione Reuard. de auct. Prudentum, c. 12. Viglius. hic in princip.

Cui sententiæ non obstat tex. difficilis in d. l. cum ratio. D. de bonis dam. in versic. *Ac ne iudicio quidem patris nisi meritis de causis summoueri ab ea successio possunt.* Nam etsi is textus probare videatur, iuxta duodecim tabularum leges, filium iudicio patris non posse ab hereditate summoueri, certis nisi de causis, atque ita non fuisse liberam exheredandi potestatem contra suprà dicta, idque iure ciuili inductum fuisse, vt probare videntur illa verba. *Iure ciuili.* Vt notat Cuiacius ad Vlp. tit. 26. lit. B. & colligitur ex verbis seq. ibi. *Suorum heredum nomen eis inditum est.* † Constat enim hoc
22 nomen lege duodecim tabularum fuisse inuentum, ex illa earundem duodecim tabularum fatis vulgari. *In testatorum hereditatis suorum heredum velint, nolint iunto.* Meminit Iust. in §. Sui. inf. de hered. qualit. & in §. in testatorum,
23 infra, de hered. quæ abintestato defer. † Quam inductionem contra superiora sentire videtur glossa in dict. l. cum ratio. dum eum textum refert ad iustas causas exheredationis, de quibus in authentico vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque capitulum. collatione. 8. & in l. 4. cum sequentibus tit. 7. par. 6. Quam Acc. interpretationem omnibus placere testatur Ioannes Ripa. in l. 1. nu. 30. D. de
24 vulgari. † Quæ tamen mihi non probatur, quia siue is textus referatur ad ius legis duodecim tabularum, certum est querelam inofficiosi eo iure fuisse incognitam (vt latè suprà diximus) & securè testari patrem filium exheredãdo sine causa: siue referatur ad ius, quod vigebat tempore Iulij Pauli illius legis autoris; verisimum quoque est, certam causam exheredationis non fuisse necessariam, cum id nouè fuerit inductum à Iustin. in d. auth. quod Iu-
25 lius Paulus præuidere non potuit. † Ergo vt scrupulus ex d. l. cum ratio remoueatur, expositio illius text. est, lege duodecim tabularum filios in potestate suos heredes esse, eoque iure non posse parentum iudicio ab hereditate summoueri nisi ex certis causis, hæ autem erãt *abdicatio exheredatio, emancipatio,* per exheredationem & abdicationem filius summouebatur ab hereditate patris, vt latè suprà ad Rub. & princ. tituli, de exheredat. liberorum. Item & per emancipationem. §. emancipati, inf. de heredit. quæ abintest. iuxta quam interpretationem verbum *causis,* pro *modis* accipiendum est, vt in auth. ex causa. C. de lib. præt. & alibi sæpe: quam interpretationem cum non assequerentur iuris interpretes, pro verbo, *certis,* posuerunt *meritis.* Quasi significaret Iurisc. filium non potuisse exheredari, nisi ex causis
26 quæ exheredationem mererentur, † quæ eo iure certæ non erant & determinatæ, sed in arbitrio iudicis positæ l. 3. §. si emancipatus. D. de bon. poss. cont. tab. l. liberi. C. de inoffic.

Ex eisdem etiam his quæ suprà resoluimus
27 infertur ad eundem Iul. Paul. in d. l. in suis 11. D. de lib. & posth. ex qua probari videtur, querelæ inofficiosi locum non esse Iurisconsultorum tempore, cum Paulus dicat licere parentibus filios exheredare. Nam intelligendum est Iulium Paulum loqui secundum tempora legis duodecim tab. quod significat verbum illud, *licebat*, quomodo eum tex. interpretatur Balduinus ad leges Romuli, cap. 17. Vel secundo responderi potest, licere quidem etiam hodie vt satisfiat formæ legis, & testamentum valeat

valeat mero iure, iuxta l. inter cætera. 30. D. de lib. & posth. non tamen ex hoc excludit beneficium querelæ ad impugnandum testamentum si filius non iustè fuerit exheredatus, neque enim omne quod licet honestum est l. nõ omne. 187. D. de reg. iuris.

28 Præterea animaduerto, quod etsi valde apud nostros controuersum sit, nunquid hodie, post nouam Iustiniani legem in d. §. aliud quoque capitulum, iure Hispano iam relato confirmatam, querelæ inofficiosi testamenti locus sit relictus omnibus in casibus, in quibus filius est exheredatus, an vero eo tantummodo in quo exheredationis causa sit expressa, sintque in ea quæstione interpretes inter se diuisi, alij aientes, alij negantes, vt deduces ex gloss. verbo *pro virili portione*. in §. fi. infra, hoc tit. generaliterque docuerit Martinus, eius vsum ad solos fratres restrictum turpi persona instituta, † Ioannes vero ad filios & parentes causa exheredationis expressa, & ab heredibus non probata; eo argumento, nam aut pater filium exheredat non exprimendo causam exheredationis, & tunc nullum est testamentum, authentica non licet. C. de lib. præt. Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. collat. 8. & eo casu querelæ locus nõ erit cum remedium sit extraordinariũ & subsidiarium, cessans vbi ordinarium remedium cõpetit. §. tam autem. infrà hoc titulo, regula. l. in causæ 17. D. de minor. l. 2. C. de præd. & alijs reb. minor. Aut causam exprimit, & ea probata per heredem valet testamentum d. auth. vt cum de appell. cog. §. siue igitur, & §. si tales. l. 8. tit. 7. part. 6. quam doctrinam scribit Acc. in d. §. aliud quoque capitulum, verbo *nominatim*. & in dicta auth. ex causa. verbo. *irritum*. & in d. §. fi. vers. *pro virili*. sequitur Bart. in dicta authentica, ex causa, num. 12. & in l. filio præterito. 17. num. 18. de iniusto rupto. Alexand. cons. 89. vol. 2. inde deducens filium à matre præteritum habere ius dicendi nullũ, cum non possit haberi pro exheredato ea forma quam lex ciuilis desiderat, sequitur Greg. in l. 1. glos. 2. tit. 7. part. 6.

30 Verùm hæc sententia licèt frequentius probetur, & in hoc regno sine dubio admittenda sit propter l. 10. tit. 7. partit. 6. Contraria tamen in puncto iuris longè verior est, scilicet etiam hodie querelæ locum esse, omnibus in casibus, in quibus de iure Pandectarum locum habebat, siue filius expressa causa exheredetur, siue sine ea. Nam quod dicitur in dicta authentica, non licet. & in d. §. Aliud quoque capitulum, non licere patri filium exheredare, nisi certam ingratitudinis causam expresserit, non ita accipiendum est, vt nullum sit testamentum, si contra fecerit, sed vt subiaceat querelæ, quod benè probat Viglius hic in rubrica num. 6. Andr. Alciat. in l. si filius qui, in potestate, num. 6. D. de liberis & posthumis, ante omnes præsensit Accurs. in l. 1. glos. 1. versiculo. *Sed quid dices*. D. de testamentis.

Denique cum eodem Viglio num. 6. aduerto, querelam inofficiosi testamenti non esse 31 nomen actionis, sed quandam præparationem ad petitionem hereditatis ex causa de inofficioso, quæ cum querela coniungi debet. Est enim causa ipsius petitionis hereditatis, & sic potest congrue definiri, † *Imploratio officij iudicis, qua quis accusat scriptum testamentum, quia se in illo contra officium pietatis, & sine iusta causa exheredatum dicit petitque illud vt iniustum rescindi*. l. Papinianus 8. §. si quis irritum. & §. fin. D. hoc titulo. Proprie enim neque actio est, quia non persequitur ius agentis, nec accusatio, quia non persequitur pœnam, sed est querela quædam iudicis officio petens testamentum rescindi, vt aditioni hereditatis aditus patefiat, testamento rescisso, notat Bartol. post glos. in l. posthumus. 1. n. 3. D. hoc t. & in l. 3. §. si minor. n. 2. D. de iureiur. Glossa, Iaso, & alij in Rub. C. eo. glos. ver. *agere possint*. in princ. infra eod. vnde Græci interpretes vocant petitionem hereditatis ex causa de inofficioso, est enim ratio, causa, & titulus ex quo hereditas petitur, notant in paratitlis. D. eo. Cuiacius, & Vvesembekius Conna. li. 9. com. c. 8. n. 2. Spino in Spec. testam. glos. 20. n. 90. Iuxta quam obseruationem est intelligendus tex. in l. qui de inofficioso. 22. verfic. *qui verò de inofficioso*. D. h. t. & in l. 3. C. de pet. her. quę inducenda est iuncta reg. l. & an eandem. D. de exceptio. rei iudicatæ. & in l. penul. in fi. principij. D. de bon. possess. contra tab. ibi. *ad hereditatis petitionem admittendus est ex causa inofficiosi querelæ*. & in l. si quis filium. 34. ibi. *nulla hereditatis petitione ex nomine de inofficioso constituta*. C. eod. denique eo referenda est. l. 1. C. hoc tit. cum Hug. & Guilliel. ibi relatis à glos. verbo. *teneatur*. quos sequitur ibi. Fulgos. & in l. si quis filiũ. nu. 3. eo. tit. & in d. l. qui de inofficioso. nu. 5. Cuma. in l. Titia Seio. §. Lucius. D. de legatis lib. 2. quemadmodum enim quòd quis in testamento scriptus est heres, causam illi petendæ hereditatis præbet, ita & quòd inofficiose exheredatus, vel præteritus sit: & quemadmodum nec ipsa heredis Scriptura, vel institutio sit, nec ipsa querela actio est, sed actionis causa

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Querela quibus personis detur. & nu. 4. & num. 56. num. 84.*

2 *Querelam moribus inductam probatur ex nostro textu.*

3 *Verbum*, inductum *est*, *ius non scriptum insinuat.*

4 *Que-*

4 *Querela inprimis datur liberis.*
5 *Furiosus quadam tenus iudicatur pater qui filiũ exheredas, & quare.*
6 *Exheredari posse filios iustas ab causas è republica est.*
7 *Exheredationis causæ olim in arbitrio iudicis positæ, hodie certæ & expressæ sunt.*
8 *Exheredationis causæ quæ.*
9 *Exheredari potest filia ob turpem vitam.*
10 *Exheredari non potest filia quæ post 25. ætatis annum, patre eam marito copulare recusante, in suum corpus peccauit.*
Auth. sed si post viginti. C. de inoffic. test. & numeris seq.
11 *Exheredari an possit filia quæ contra parentis voluntatem nuptias contrahit.*
12 *Exheredari posse probatur ex dict. Authen. sed si post. 25.*
13 *L. Paulus. 11. D. de statu hom. & n. 25.*
14 *Matrimonium à filijs sine consensu parentum contractum nullum iure ciuili.*
15 *Matrimonium quod olim vsu fiebat, parentibus deficientibus, non nisi tutoribus interuenientibus celebrabatur.*
16 *Matrimonium illegitimum iure Canonico si à parentibus puellæ sponsis non tradantur.*
17 *Matrimonium contrahentibus sine parentum voluntate pœnæ grauissimæ iure Hispano impositæ.*
18 *Exheredari non potest filia quæ matrimonium sine parentis consensu contraxit.*
19 *Matrimonium solo contrahentium consensu omni iure valet.*
20 *Concilium Tridentinum Sessione 24. de reformatione matrimonij. ca. 1. & nu. 44.*
21 *Matrimonia clandestina semper Sancta Dei ecclesia detestata fuit.*
22 *Matrimonium ex consilio parentum consensum requirit. & nu. 42.*
23 *Matrimonia clandestina, valida sunt, qui cõtra sentiunt & affirmant, excommunicati.*
24 *Matrimonium qui contrahunt contra parentis voluntatem. nulla iusta existente causa, peccant mortaliter.*
25 *Matrimonium iniussu parentis contractum à filijs famil. iure ciuili validum, sed iniustum.*
26 *Nuptiarum maximus fauor.*
27 *L. si vxor. 13. §. planè. D. ad leg. Iul. de adult.*
28 *Emancipati iure ciuili iustum matrimonium contra voluntatem parentum contrahunt.*
29 *Differentiæ ratio inter filios emancipatos, & filios familias.*
L. 3. §. si emancipatus. D. de bon. poss. contra tabulas remissiuè, num. 28.
30 *Emancipata filia, aut aliàs sui iuris effecta propinquorum consensum requirebat.*
31 *L. nuptiæ. 2. D. de ritu nuptiarum. & nu. 41.*
32 Nuptiæ *nomen significat sæpe matrimonium & coniugium ipsum.*
33 *Nuptiæ, propriùs & elegantius significant primum coniugij diem tantis cæremonijs percelebrem.*
24 *Nuptiæ vnde dictæ.*
35 *Nuptiarum dies apud nos Hispanos congruè dicitur,* dia de las velaciones.
36 Nubere *fœminis conuenit.*
Ducere, *viris.*
37 *Promiscua vtriusque acceptio. & animaduersa l. 47. Tauri l. 8. tit. 1. lib. 5. nouæ Recop.*
38 *Nuptias celebrare non omni tempore licebat.*
39 *Nuptiæ nec hodie omni tempore celebrantur.*
40 *Concilium Tridentinum Sessio. 24. de reform. matrimonij. cap. 10.*
43 *Leges imponentes pœnas nuptias iniussu parentum contrahentibus, an iustæ?*
44 *L. 49. Tau. l. 1. tit. 1. lib. 5. nouæ Recop.*
Exheredationis pœna, & aliæ quæ imponuntur clã destinè contrahentibus, an hodie post Concilium admittendæ.
45 *Matrimonium clandestinum hodie, vno in casu post Tridentinum.*
46 *Matrimonium qui contrahunt contra formam Tridentini cum illud non valeat, pœna legis Tauri non sunt puniendi.*
47 *Exheredari potest filius propter aliam causam quam quæ à iure sunt expressæ.*
48 *Exheredationis causa à quo probanda? & num. sequen.*
39 *Negatiua per rerum naturam improbabilis.*
50 *Exheredationis causa quot testibus probanda?*
51 *Feudorum consuetudines extra feudorum causas, authoritatem non habent.*
52 *Querela rumpitur testamentum hodie quoad institutionem tantum modo.*
53 *Querelam proponere debet filius intra quinquennium ab adita hereditate.*
54 *Querela, quomodo & contra quem hodie proponenda post. l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop.*
55 *Querelæ tempus currit minori ætate legitima impieta.*
56 *Querelam proponunt parentes contra filiorum testamenta.*
57 *Patri contra testamentum filij datur Iure Pandectarum bonorum possessio.*
L. 1. §. patrem autem. D. si quis à par. fuer. mãnumissus. & nu. 61. & seq.
58 *Querela non datur parentibus contra testamenta filiorum de castrensibus, vel quasi castrensibus & num. 75.*
59 *Parentibus non minus piè liberorum, quam liberis parentum debetur hereditas.*
60 *Exheredari parentes, & ob quas causas à liberis possint.*
63 *Personam duplicem qui refert, duplex remediũ habere potest.*
64 *L. pater filium. 14. D. de inoffic. testam.*
65 *Patri manumissori dabatur bonorum possessio contra tabulas.*
66 *L. filio. 16. §. contra tabul. D. de inoffic. test.*

67 *Que-*

67 *Querela sæpè alijs quàm intentanti prodest.*
68 *Ius succedendi contra testamentum regulatur à iure succedendi ab intestato.*
69 *Successorium edictum patri datur. in dict. l. pater filium.*
70 *L. siquis filium. 34. C. de inoffic. testam.*
71 *Querela non præparata non transmittitur.*
72 *Cõmunis interpretatio dict. l. si quis filium. relata, & reiecta.*
73 *Querela non potest proponi scripto herede deliberante.*
74 *Successorium edictum non habet locum nisi in iure iam delato.*
76 *Testamentum de bonis castrensibus, & quasi castrensibus à Veterano iure communi factum, Iure Digestorum & Authenticorum querela impugnari potest, non iure Codicis.*
77 *Querela parentibus iure Hispano etsi bona filij castrensia, vel quasi castrensia sint, datur.*
L. 6. Tauri. l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop.
78 *L. 6. tit. 17. par. 4.*
79 *L. verbis legis. 120. D. de verb. significe.*
80 *Militis testamentum iure communi non subiacet querelæ.*
81 *Auth. vt cum de app. cog. §. Iancimus. col. 8.*
82 *Militis filij bona ab intestato occupat pater iure hereditario.*
83 *Iure Regio etiam in bonis castrensibus pater succedit filio militi.*
84 *Fratribus & sororibus querela inofficiosi datur turpi persona à fratre instituta.*
85 *Turpis persona quæ sit, remissiuè.*
86 *Testamentum aliquando pro parte tantum impugnatur.*
87 *L. mater decedens. 16. D. de inoffic. testam.*
§. Sed nostra. Inst. de succes. libertorum.
88 *L. omnimodo 30. C. de inoffic. testam.*
89 *Querela cognatis, vltra fratres & sorores non datur.*
90 *L. fratris. 21. C. de inoffic. testam.*
Querela filijs fratrum contra patrum suorum testamentum an detur, & num. seq.
91 *Querela fratribus aut sororibus etiam turpi persona herede scripta, quando iusta causa eos exheredandi est, non datur.*

ENumerantur hic à Iustiniano personæ quæ, quia aut inique sunt præteritæ, aut inique exheredatæ, de inofficioso agere possunt. & vt constat ex huius tex. serie, & l. 1. 2. & 3. D. eo. l. fratres. 27. C. hoc tit. cum omnibus illorum capitibus. item & ex l. 1. & 2. tit. 8. part. 6. & pluribus alijs plena manu congestis à Spino, in spec. test. glos. 20. principali. ex nu. 1. Et parentum, & liberorum testamentum quo exheredati simus; item & fratrum & sororum, quo turpes personæ, relictis nobis institutæ sunt, inofficiosi arguere possumus; sed de his clarioris explicationis gratia sigillatim suo ordine dicamus.

2 Igitur liberi parentum suorum inofficiosum dicunt testamentum ex proxime relatis, namque (vt diximus ad rub.) cum testamentũ hoc omni iure subsisteret, in quo exheredatus esset filius à patre, & à matre præteritus, esset que omni auxilio destitutus filius, moribus in ductum fuit (insinuante hic Iustin. ibi. *inductum*
3 *est.* † quod verbum ad ius non scriptum refertur. l. 2. in princ. D. de vulg. l. Gallus. 29. in
4 princ. ibi. *inquit.* D. de liber. & posth.) † vt posset filius conqueri, agere que apud Centumviros & postulare, vt rescisso defuncti, quasi quodammodo furiosi, testamento, eius sibi hereditas restitueretur. Non quod verè furiosus esset testator, sed furiosus quadamtenus, quem admodum & furiosus quadamtenus dicitur si reliquias sui corporis in mare abijcere iubeat. l. quidam. 27. D. de cond. inst. & qui campum Martium, aut aliquid huiusmodi testamento reliquit. l. cum seruus. 39. §. fin. (alias est. l.
5 Apud Iulianum. §. constat.) D. de leg. lib. 1. † furiosus namque pater creditur (vt in rubrica diximus) & non ex officio pietatis testari, qui sanguinis ex se procreati obliuiscitur, & liberis suis sine causa inuidet bona à Deo sibi donata, imo & quodammodo contra naturam eum facere creditur, qui contra liberos suos inofficiosus est, cum in semetipsum inofficiosus & inhumanus videatur, ex multis quæ accuratè scripsit diligentissimus Tiraquel. in l. si vnquam. in præfatione ex nu. . C. de reuo-
6 candis donat. † verum quia aliquando filij parentibus existunt ingrati, interdum eorum vitæ insidiantur, vt commemorat Acc. in. l. fin. C. de pact. Iul. in §. illud proprie. ad fin. inf. quod cum eo. & in Auth. de nuptijs. §. mater. estque tex. in l. propter insidias. C. qui accus. non poss. Ouid. lib. 1. Metamorp.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et plura aduersus eos committunt; vt in debito officio & obsequio paterno continerentur, quod vtique maximum esse oportet. l. veluti. 2. D. de iust. & iure. integro titulo, De obsequijs à lib. & libertis, patron. & parent. præst. (diuina oracula omittamus) æquum fuit, debita successione iustis ex causis priuari posse. †
7 & cum olim quæ esset iusta exheredationis causa latissimè pateret, plurimumque posset in hoc iudicis arbitrium ex reg. l. 1. D. de iure delib. Iustin. nouella sua constitutione eas expressit, sub Auth. vt cum de appe. cognos. §. aliud quoque capitulum. col. 8. quas his versiculis comprehendit superior ætas.

8 † *Bis septem ex causis exheres filius esto.*
Si patrem feriat: vel maledicat ei,
Carcer detrusum si negligat: aut furiosum:
Criminis accuset: vel paret insidias:
Si dederit damnum graue: si nec ab hoste redemit:
Testari ve vetet, se iuuet ve malis.
Si mimos sequitur: vilitet ve cubile paternum:

Non

Non orthodoxus: filia si meretrix.

Retulit Gloss.in c.Quintauallis,de iure iur.& ex d.§.Aliud quoque capitulum. transcribit l. 9 4.cum sequentibus.tit.7. par.6.† & quanuis posteriorem causam,quæ ob turpem filiæ vitam exheredationi defert, municipali Saxonum iure non obtinere,quo iure scorta, existimatione non etiam hereditate priuant,referat Vvesembek. ad tit. D. de lib. & posth. nu.5. Hispano tamen iure probatur.in l. 5. d. tit. 7. iuncta interpretatione Greg.glos. 4.5 6. & 7. 10 ibid.quod † limitari debet, quando filia post. 25.suæ ætatis annos, patre differente eam marito copulare,in suum corpus peccauerit, vel sine patris consensu se marito, libero tamen, copulauerit,d.Auth.vt cum de appell. cog. §. Si verò vsque ad vigintiquinque.col.8. Auth. Sed si post viginti. C.de inoffi.test.d.l.5. vers. *Però si el padre alongasse el casamiento.*

11 Sed hic illa incidit quotidiana, & difficilis etiam quæstio,& ad explicationem dict. Authen.Sed si post viginti in illis verbis. *Vel sine patris consensu se marito, libero tamē, copulauerit,* maximè expectans. An si quis liberorum contra parentis voluntatem nuptias contrahat, ab eo exheredari possit.

12 Et exheredari posse primo ex eadem Authe. & corpore vnde sumitur,probari videtur, rectè iam relatis verbis perpensis, nam si eo casu,filiam non posse exheredari Iust. ait, quo post 25.ætatis annum se nuptijs copulauit libero marito,ergo si vel ante vigesimum quintum annum,vel non libero nubat rectè poterit exheredari.

13 Secundò pro hac sententia induci potest celebris tex.in l Paulus x1.ibi. *Viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ.* D.de statu hom. 14 ex quibus verbis deducitur,† matrimonium à filia contractum nullum esse, si patre ignorante, eiusque omissa voluntate celebretur, quod expressiùs probatur ex l.nuptiæ. 2. l. si nepos.9.l.nuptiæ.18.D.de ritu nup.l.in sponsalibus.7.D.de sponsa.l.si vt proponis. 5. l. si vt proponis.7.l.viduæ.18.l. in coniunctione. 20.C.de nuptijs.ex quibus deducitur nuptias non consistere, nisi consentiant omnes qui coeunt,quorumque sunt in potestate. Consensum etiam parentum præcedere debere, & ciuilis & naturalis ratio suadet,docente Iust. in princ.sup.de nuptijs. vbi ex bonis autoribus grauiter & doctè scripsit Baldui.ex num. 21. Conna.lib 8.cap.4.ex nu. 4. Cuiacius. lib.3. obseruat.cap.5.& ad Iul.Paulum.lib.2.tit.19. in princ.Pet.Greg.2.parte syntag.lib.9. ca.3.

15 † Parentibusque deficientibus matrimonium illud, quod apud veteres vsu fiebat, non nisi cum tutoribus mulieris celebrabatur, quibus auctoribus mulier in matrimonium conuenie 23 bat,& cum viro consuescebat, vt ex Macrobio,A.Gellio,Alex.abAlex.referunt benè doc. ti viri Gueuara,ad Topica Cicer. §.8. nu. 1. Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciuiu Roman.ca.9.Rosinus.lib.5.antiquit.Rom.ca. 16 37.† Quod etiam & Pontificio iure statutum videtur, teste Gratiano in cap. non omnis. §. cum ergo.in capite honorantur.cap. hoc sanctum.32.q 2. in cap. qualis. 30. q. 5. Vbi ex multis Sacræ paginæ autoritatibus docet, nō aliàs legitimum esse coniugium, quàm si puel la sponso à parentibus tradatur.

17 Deinde Regijs etiam huius Hispani Regni sanctionibus idem cautum est, ne parentibus inuitis filij matrimonia contrahant, secus si fiat,grauiter in contrahentes animaduertitur. l.2.tit.1.lib.3.fori.l.10.tit.1.l.5.tit.3.p.4.l.1. tit.1.lib.5.ordinam.extatque noua D.Philippi secundi pragmatica, anno 1563. lata in l.1. tit.1.lib.5. nouæ Recop.cuius explicationem præter alios in l.49.Tauri,prosequuntur. Couar.in 4.2.part.cap.3.§.8.Palacios Ruuios in c.per vestras.de donat. inter virum. 3. notab. §.3.cum seq.Suarez in dict.l.1.tit.1.lib.3.fori.Molina lib.2.de Hisp.primog. cap. 16. nu. 16.Gutier.lib.2.pract.quæst.ca.1. & non absimilem sanctionem retulit Ferronus in consuetudinibus Burdegal.tit.4.*de dote.*§.3. idque genera liter apud omnes fere gentes obseruari referunt iam citati.

18 Verùm his non obstantibus dicendum est, non posse hodie exheredari filiam ob id quod parentis prætermisso consensu nubat,vno tantum casu excepto quem infrà aperiam. Quæ sententia vt constet, & superiores omnes leges Iuris communis & Regij verissime intelligantur,constanter defendo † omni iure validum esse matrimonium solo contrahentium consensu celebrato; tum quia contractus est qui ex eorum tantummodo voluntate pendet,tum etiam quia sic est expressum in.l. nuptias.31.D.de reg.iur.l.sponsalia.x1.D. de spō sal.ca.sufficiat.vbi glos.27.q.2.c.1.de conuers.c.cum causa.6.de raptor.l.1.tit.2.p.4. cum pluribus alijs relatis à Couarru. vbi sup. 20 ex quibus † & ex noua Sacros. & œcumenici Concilij Tridentini lege,Sessio. 24. de refor. matrim.c.1.in princ.secure dicēdum est,quod 21 etsi clandestina † matrimonia libero tantum contrahentium consensu facta Sancta Dei ecclesia iustissimis ex causis semper fuerit detestata atque prohibuerit,cap.aliter.cap. nostrates,& per totam.30.q.5.d.c.non omnis.c. honorantur.cap.hoc Sanctum.32.q.2.c. videtur. 22 3.qui matri.accus.poss.c.cum inhibitio. 3. declandest.def.& in 3.Concil.Tolet.c.10.† docuerintque Sancti patres & grauissimi viri, parentum consensum ad nuptiarum dignitatem, & tanti Sacramenti grauitatem esse expectandum. Rata † tamen & vera esse matrimonia huiusmodi,quādiu ecclesia ea irrita non fecit: proindeque damnandos esse illos, qui eos

Sancta

Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant, quiq; falsò affirmant matrimonia à filijs familias sine consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea irrita, vel rata facere posse, cuius iam damnatæ sententiæ authores fuerunt, Cassanæus, Corasius, Molineus, & alij, quos referunt, & refellunt Couarruuias dict. §. 8. in principio, Baeça de non meliorandis filiabus. cap. ca. 18. num. 17. Alphos. Azeuedo in dict l. 1. nu. 48. tit. 1. lib. 5. Recopilat. Ioan. Matiençio in l. 2. 24 glossa. 2. eodem tit. 1. † Quamuis hoc casu filios contrahentes absque parentum voluntate sine rationabili causa, mortaliter peccare cum alijs doceat doctissimus Martin. Nauarrus in Manuali, cap. 14. num. 15. Azeuedo in d. l. 1. num. 49.

Ergo (vt ex his vides) validum & firmum est matrimonium, & si patris prætermissa voluntate sit contractum; 25 † quod ego, non tantum iure Canonico, sed etiam hoc iure Ciuili Romanorum verissimum esse contra plures alios contendo. Habita tamen inter filios, qui in potestate sunt, & emancipatos eleganti distinctione. Qui sunt in potestate eius iniussu; cuius in potestate sunt, nuptias non possunt contrahere, alioqui iniustæ sunt nuptiæ, iniusti sunt liberi; textus (qui hinc verissimam accipit interpretationem) in d. l. Paulus. 11. D. de statu hominum tex. in princip. sup. de nuptijs, eleganter Iulius Paulus lib. 2. sententiarum, tit. 19. in initio. qui publicæ vtilitatis contemplatione illud amissum resoluit, vt quæ uis iniustum sit matrimonium sine voluntate patris contractum, quia non est secundum legum præcepta contractum, validum quippè 26 ut contractumq; nō dissoluatur, † ob publicum illum fauorem qui in nuptijs non semel consideratur in l. 1. D. soluto matrimonio. l. hoc modo. 64. in fine. D. de conditionibus, & demonstrationib. l. 1. versic. *& generaliter.* D. de vent. in poss. mitt. l. cum ratio. 7. §. si plures. D. de portionib. quæ liberis damnatorum præstantur. l. in bello. 12. §. medio tempore. in fin. D. de captiuis. l. 2. D. de iure dotium. l. 2. C. de indicta viduit. toll. iniustas tamen nuptias esse, iniustos liberos, & iniustam vxorē.

27 † De qua intelligendus est Vlpianus (quem vulgus interpretum percipere non voluit) in l. si vxor. 13. §. planè. ibi, (*planè sine iusta vxor sit, sine iniusta accusationem instituere vir potest.*) D. ad legem Iuliam. de adulterijs, nec enim concubinæ, aut eius quæ vxor esse non potest exemplum rectè dabitur, quandoquidem hæ iure viri accusari non possunt. d. l. si 28 vxor. in princip. & in §. Sed & si ea. † Liberi autem emancipati rectè, iure etiam ciuili, iniussu patris nuptias contrahunt. l. filius emancipatus. 25. D. de ritu nuptiarum. dict. l. 3. §. si emancipatus. D. bonorum poss. contra tabulas. (cui omnino adde And. Alciatum lib. 4. parerg. cap. 22. Matiençio in l. 1. gloss. 14. nu. 71. & sequentibus. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopilat. Iacobum Cuiacium lib. 3. obseruationum, capit. 5.) † Huius autem discriminis inter filios in potestate, & emancipatos illa potest commendari ratio, quoniam filij nati ex eo 29 qui in potestate est, similiter sunt in aui patestate. §. 1. suprà, de patria potestate. l. 4. cum sequentib. D. de his qui sunt sui, filioque sublato de medio statim, sui & necessarij heredes eidem auo fiūt. §. sui. inf. de hered. qua lit. §. ita demum. infrà, de hered. quæ ab intesta. deferun. vnde inuito auo efficerentur heredes illi quos ipse exosos habet, quia contra eius voluntatem & concepti, & nati. quod in emancipatis filijs non procedit, cum nepotes ex eis in patris tantummodo, non in aui etiam sint potestate: atque cessat superius inconueniens in filio familias animaduersum. Planè si emancipatus sit filius masculus superius resoluta procedunt. † Si verò filia sit, & minor 30 annis vigintiquinque, morte patris sui iuris effecta est, propter sexus imbecillitatem matris & propinquorum consensum exigimus: quod quidem primum obtinuit in pupillis. l. 1. C. de nuptij. tum in virginibus puberibus. l. in coniunctione. 20. versic. *Sed si sui iuris.* C. eo. item etiam, & in viduis. l. viduæ. 18. C. de nuptijs. Siue igitur sui, siue emancipati liberi nuptias iniussu patris contrahant, licèt illo casu iniustæ sint, ratæ tamen & firmę habentur.

Nec ab hac sententia, quæ hactenus à recen 31 tioribus est admissa, & placuit Iac. Cuiacio d. lib. 3. obseruat. cap. 5. Franc. Connano lib. 8. comment. cap. 4. num. 4. recedendum est propter Iulij Pauli authoritatem in l. 2. D. de ritu nuptiarum. dum ait, *nuptiæ consistere non possūt, nisi consentiant omnes, ideſt, qui cocūt, quorumque in potestate sunt.* vbi non solum iniustas, verum etiam nullas eas nuptias esse scripsit, quæ absque patris sunt voluntate contractæ. Nam etsi huius testimonij authoritas apud nonnullos ex nouioribus tanti fuerit, vt contendant iure Ciuili nullum omnino esse matrimonium patris iniussu contractum; Me tamen non mouet, quoniam animaduerto † quod etsi ali- 32 quando verbum illud *nuptiæ*, matrimonium, coniugium, siue consortium significare soleat, vt in l. nuptiæ. 1. D. de ritu nuptia. notat Pet. Gregor. in d. 2. par. lib. 9. cap. 1. in principio. Connano lib. 4. cap. 4. in princip. id tamen non tam eleganter, & propriè, † quàm pri- 33 mum illum matrimonij diem, tantis ceremonijs percelebrem, qui sponsalibus contractis, cognatorum amicorumq; inuitatione, & magni conuiuij apparatu celebrabatur. Fuit enim inter alia illud nuptiarum solemne, ex quo 34 sibi nomen † inuenerunt, teste Varrone,

vt illo die mulier nupta, id est, obuoluta & tecta velamine duceretur in domũ viri, vnde *nuptiæ & nuptiarum* dies ille fuit appellatus, *nuptialesque faces* Cicero dixit, & *nuptialia dona*, & *nuptiales tibiæ*, & *quotidianis nuptijs* gaudere eam, quę quotidie mutat adulterum, quoniam nuptijs primus fiebat viri & vxoris cõgressus. Itaque nuptiæ à nubendo dictæ sunt, quia mulier nubit, & velamine caput tegit & obuoluit, cap. nec illud. 30. quæst. 5. huius namque vocis, & si varias notationes Festus adferat, superior probabilior est, quam A Elio Gallo, Cincio placuisse idem tradit, quia videlicet flammeo caput nubẽtis obuoluatur, quod antiqui *obnubere* vocabant. Varro autem nuptias ab nuptu, id est opertione dictas lib. 3. de
35 lingua Latina scribit. Sed idẽ est † hinc Sancta Dei Ecclesia quo die vir, & vxor sacerdotales benedictiones à Parrocho, vel ab alio, de ipsius vel ordinarij licentia accipiunt in templo, idem obseruat, vt ex Romano ceremoniali constat. Et apud nos Hispanos congruè satis is nuptiarum dies, appellatur *de las velaciones*. qua in re illud noto, quod etsi congruentius *nubere* fœminis conueniat, *ducere* viris, vt ex bonis autoribus obseruant Pet. Gregorius & Franc. Connanus iam relati. Andr. Tiraq. ad leges connub. gloss. 5. nu. 4. † aliquando etiam
37 viros *nubere*, dixisse antiquos Festus refert, quod & apud nos obseruatur cum dicimus, *el hijo casado y velado*, vt in l. 47. Tauri. l. 8. titu.
38 1. lib. 5. Recopilationis. † Obseruo etiam (vt & obiter illud dicam) non semper & omni tempore nuptias celebrare licuisse: tùm quia illis ominosi aliqui dies habebantur, notante Alexand. ab Alexand. lib. 2. dierum genialium, cap. 5. in princip. & in fine, & ad eum Andr. Tiraquell. Ioan. Rosino dicto lib. 5. antiquit. Roman. cap. 37. cum etiam, quia tristibus, & luctuosis Reipublicæ temporibus nuptiarum illa celebritas vetabatur, quòd indecorum videretur, tantam hilaritatem mœrori publico permisceri. Mense Maio, quo Lemuria, siue Remuria, vt occisi Remi vmbra placaretur, instituta sunt. Mensem item Martium eadem inuasit superstitio, quòd cum eo mense Mars ambierit Mineruæ nuptias, repudiatus est: omnibus etiam Kalendis, Nonis, & Idibus, non fuisse permissum nubere ex Marco Varrone notat Macrobius, lib. 1. Saturnal. cap. 15. Alexand. & Rosinus vbi sup. Connanus dict. lib. 8. cap. 3. in principio, Barnabas Brisonius libro singulari de ritu nu-
39 ptiarum, pag. 5 † Cumque hodie Sacrosancta Romana Ecclesia, alijs tamen ex causis, plures ritus, qui priscis illius sæculi hominibus placuerunt, in nuptiarum solemnitatibus
40 obseruet, horum forsan exemplo statuit † in Tridentino. Sessio. 24. de reformatione matrimonij, cap. 10. vt ante natalem & mortem Christi indictum multorum dierum ieiunium cessationem afferat à nuptijs: quò etiam referendæ sunt prohibitiones, cap. non oportet. cum sequentib. 33. quæst. 4. cap. capellanus. 4. de ferijs.

41 † Aio igitur in dict. l. 2. D. de ritu nuptiarum verbum, illud *nuptiæ* non ad matrimoniũ, sed ad eius solemnia esse referendum, vt & alius eiusdem Iulij Pauli locus lib. 2. sententiarum. tit. 21. de Dotibus indicat, *Dos* (inquit ille) *aut antecedit, aut sequitur matrimonium, & ideò & ante nuptias, vel post nuptias dari potest, sed ante nuptias data eorum expectat aduentum.* Post nuptias dari dotem dixit, cum datur post eas celebratas, & ducta in domicilium viri vxore. Suadet etiam & illius tituli inscriptio, siue Rubrica, *de ritu nuptiarum*, qua ostenditur
42 in eo de solemnitatibus nuptiarum agi. † Fateor itaque ad earum honestatem, solennitatẽ, & iustitiam parentum requiri consensum, non autem ad illarum firmitatem & valorem, quo sensu illustrata dict. l. 2. D. de ritu nuptiarum. nostram sententiam non remorabitur. Relinquitur que ex superioribus & iure Canonico, & Ciuili validum illud matrimoniũ esse, quod à filijs familiàs parentum iniussu contractum
43 est. † Ex quibus (vt dicamus etiam, & id obiter) valdè difficiles, & dubiæ redduntur leges illæ Regiæ suprà adductæ, quæ nuptias contrahentibus absque parentum, siue propinquorum consensu graues pœnas imponunt. † Maximè vero, dicta. l. 49. Tauri. l.
44 1. tit. 1. lib. 5. Recopil. quę exheredationis pœnam contrahentibus clandestine indicunt, itẽ & amissionis, siue multæ bonorum omnium, & vt exules fiant à regno non tantum contrahentes, sed & omnes matrimonio huiusmodi clandestino interessentes. Quarũ legum decisio longè magis dubia hodie redditur attenta noua Concilij Tridentini lege, dict. Sessio. 24. de reformatione matrimonij, capit. 1. qua dispositum est matrimonia clandestina non valere, nullaque omnino esse. Quas quidem leges post ordinarios interpretes in controuersiam vocantes, & pro vtraque parte disputantes latè vexant & discutiunt Couarruuias in 4. 2. par. cap. 6. in principio, ex num. 7. Ludouic. Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 16. num. 16. Ioan. Gutierrez lib. 2. practicarum quæstionum, cap. 1 per totum. Ioan. Segura Daualos in Directorio Iudicum Ecclesiastici fori. 2. par. cap. 15. num. 22. & sequentib. Baeça lib. singularis de non melior. dotis ratione filiab. c. 18. n. 7. & plures alij ab eisdem relati, & nouissimè per Did. Gom. Cornejo in additionibus ad Ant. Gom. eius auum, in d. l. 49. Tauri, scholio vlt. inter quos etsi maximè controuersum sit, an & hodie illarum legum pœ-
45 næ sint admittendę. † Vnico tantum in casu locum habere resoluo, quando scilicet con-

trahen-

trahentes præmissa trina illa monitione, siue bannis, proclamationibus, siue denuntiationibus, vel legitimè non omissis, (hoc est de alterius, quàm Parrochi, siue Ordinarij licentia) matrimonium contraxerunt, seruatis etiã cæteris omnibus Concilij solemnitatibus, veluti si Parrochus (vt non semel vidimus) coniunctis, seu amicis præsentibus complacendi causa, spretisque denuntiationibus aliquos coram legitimo numero testium, matrimonio copulauerit, tale enim matrimonium, licet valeat, vt multis rationibus & auctoritatibus confirmauit omnino videndus (rem enim hanc cæteris omnibus & accuratius, & diligentius scripsit, referens nouissima super ea Decreta Cardinalium Concilij Tridentini interpretationi præfectorum) Ignatius de Salzedo in Practica criminali Bernardi Diaz, ca. 73. clandestinum tamen dici potest, vt cum multis resoluit Didac. Spino in speculo testamentorum, glos. 15. principali ex num. 21. ma
46 ximè sub num. 24. † Nam si aliqui Concilij Tridentini solemnitatibus prætermissis, sine parrocho vel testibus, omissisque bannis in figura matrimonij coeant, quamuis grauiter sint ab Ordinarijs coercendi ex dict. cap. 1. ibi, *necnon ipsos contrahentes grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcepit*; pœna dictarum legum non poterunt coerceri, nam cum eo casu matrimonium nullum sit pœnalis dispositio locum nõ habebit. l. non dubium. 5. ibi, *nullum contractum inter eos videri volumus subsequutum*. C. de legibus. l. ea quidem. 5. C. si mancip. ita fuer. alienat. ex nihilo enim (vt ait Philosophus) nihil fit. Quippe vt locum haberet actum validum fuisse requirebatur; alterutrum enim suf
47 ficit, aut actus annullatio, aut pœna, vt grauiter docet Cumanus, quem ibi Iaso sequitur in l. Prætor ait. nu. xj. D. de op. noui nunciat. vt contra Molinam defendit Segura Daualos vbi suprà. Sed de his iam satis, ad textum nostrum redeamus oportet.

47 Ergo (vt ex his constat) poterit pater filium exheredare aliqua existente causa, ex his quas Iustinian. complectitur in d. §. Aliud quoque capitulum. Sed an præter illas quatuordecim causas iure expressas, nulla recipitur, si æquè momentosa sit? & quamuis communis sententia frequentius doceat ex similibus, aut maioribus causis exheredationem fieri posse etiam si Iustinianus taxatiuè loquatur, in d. §. Aliud quoque capitulum. quam opinionem resoluit Iaso in Authen. non licet. col. 2. C. de liberis præteritis. Felinus in cap. Pastoralis. de rescriptis. Aluarotus, & reliqui Doctores Feudistæ in cap. 1. §. prædictis. & §. porrò, quę fuit princi. causa benefic. amit. in vsib. feud. Alex. cons. 203. vol. 2. Hippolyt. singul. 78. Cassanæus in consuetudinib. Burgundiæ. rubrica de successionib. §. 2. Palacios Ruuios in rep. Rubricę. §. 16. num. 10. & in repet. cap. §. 20. num. 5. quem referens sequitur Ceruantes in l. 6. Tau. nu. 59. Contraria tamen verior mihi videtur, quæ placuit eidem Alexandro, sibi contrario, in d. Authentica non licet. Sequitur doctissimus Gregor. in l. 4. verb. *desheredar*, & ex pressiùs in l. 8. *otra razon qualquier*. tit. 7 par. 6. & probatur expressè in d. §. aliud quoque capitulum. ibi, *Sed quia causas ex quibus ingrati liberi debeant iudicari in diuersis legibus dispersas, & non apertè declaratas inuenimus: quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem visæ sunt: aliquæ verò cũ essent dignæ prætermissæ sunt, ideò necessarium esse perspeximus eas nominatim præsenti lege comprehendere, vt præter ipsas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in huius constitutionis serie continentur*. quę verba cauillari nullo modo possunt: sicuti nec similia. l. 8. tit. 7. par. 6. vbi cum in superioribus easdem illas quatuordecim causas à Iustiniano in d. §. aliud quoque capitulum. scriptas Rex Alphonsus complexus esset, ad finem eiusdem legis octauæ ait, *Mas si por alguna otra razon qualquier, que non fuesse de las sobredichas en estas leyes, desheredasse el padre a su fijo, non le valdria tal desheredamiento*. Ex quibus constat exheredationem alia ex causa, etiam grauiori, fieri non posse: omitto exheredationes odium cõtinere, ideoque restringendas non ampliandas, neq; adiuuandas. l. cum quidam. 19. D. de liberis & posthu.

48 Causam autem exheredationis veram fuisse, an falsam, cui incumbat probare; dubitatur etiam apud nostros, iure Digestorum filius tenebatur probare se fuisse patri gratum, sicque ingratitudinis causam cõmisisse nullã, † quod
49 genus probationis, licèt impossibile videatur, cum negatiuam contineat. l. actor. 23. C. de probationibus, cap. quoniam contra falsam. extrà eod. Bart. in l. si constante. nu. 11. D. solut. matrimonio. Anto. Gomez. 3. tom. cap. 13 nu. 28. & anteâ. c. 12. n. 12. l. 1. tit. 14. p. 3. l. 32. vers. *Pero si*. tit. 11. p. 5. sustinetur tamen, nam si filius probet, se debita obsequia patri prę stitisse, eo ipso probat se non fuisse ingratum, interim dum contrarium non probatur, quod satis apertè significat. l. liberi. 28. ibi, *probationem debent præstare, quod obsequium debitum ingiter, prout ipsius naturæ religio flagitabat, parentibus adhibuerint*. C. hoc tit. Eoque modo accipienda sunt Marcelli verba. in l. nam & his. 5. ibi, *decere immerentem se, & ideò indignè præteritum, vel etiam exheredatione submotum*. D. hoc ti. Nouiori autem heredi, incumbit onus huiusmodi probationis. l. omni modo. 30. ibi. *si tamen non ingrati legitimis modis arguantur*. l. si quis filium. 34. vers. *etsi non heres*. C. hoc tit. d. Authentic. vt cum de appel. cognoscitur. §. aliud quoque. ibi, *nisi forsan probabuntur ingrati*. collat. 8. quod idem & Hispano quoque cõfirma-

tur in l.8.& 10.d.tit.7.& in l.4.tit. 8. part.6. notat Bart.in d.l.actor.nu.6.Anto. Gomez.1 tom.cap.11.num.10.Spino d.glos. 20. prin-
50 cip.num.58.cum sequentib. † Sanè quamuis controuersum similiter sit,quot testibus ingratitudinis causa probetur, duos sufficere cõtendo ex regula.l.vbi numerus.12. D. de testibus.notat expresse Ripa in l fin. quæst. 58. num.198.C.de reuocan.donationib. Nec contrarium probat tex.in cap. vnico tituli, quot testes sint necessarij ad probandam feudi ingratitudinẽ.In vsib.feudorum.qui quinque testes necessarios esse ad ingratitudinis causam probandam,docet in illis verbis, *quod non obtinere sancimus,nisi quinque testibus summæ atque inte-*
51 *græ opinionis,probatum fuerit manifestè*. † Nam consuetudines feudorum extra feudales causas,non habent iuris authoritatem, vt scribit Barto. in l.vt iuris iurandi.7.§.si liberi. ad medium. D. de operis libert.& plures alij quos refert Ludouic.Molina lib.1. de Hispa. primogenijs,cap.7.nu.5.Sebast.Medicis tract.de legib.& statutis.1.p.q.5.Greg.in l.7.glo.fi.tit. 2.par.1.Horoscius in l.de quibus.n.1.D. de legib.Quinimo & in feudis decisio.d.ca. Vnici. contraria consuetudine passim abrogata est, vt testatur Molineus in consuetud. Parisiẽsib. tit.1.§.30.q.20.n.66. licet in Delphinatu seruari testetur Guido,decis.180.

52 Per querelam verò infirmato testamento, quia pater,vel causam non adiecit,,vel iniustã vel si iustam, quam postea heres nõ probauit, respectu institutionis tantũmodo annullatur, reliqua omnia sustentantur. Authen. ex causa. C.de liberis præterit.l.fin.tit.8.part.6.explicat Gregor. pluribus in locis, quorum meminit nouissimus Sebastianus Ximenez Toletanus in Concordantijs vtriusque iuris: in
53 Theorica ad d. Authen.ex causa. † Sed eam non semper proponit filius, præstitutum enim est ei quinquennale tempus continuum, à tempore aditæ hereditatis computandum, quod etiã ignoranti currit. l. contra maiores. 16.l.si quis filium.34.in fi.l.scimus. 36.§.illud.C.hoc tit.l.4.tit.8.par.6.Vbi notabiliter explicat Greg.verb. *entrado en la heredad*. quod si scriptus heres adire hereditatem recuset officium iudicis implorari potest,vt certum tẽpus ei præstituatur,intra quod ideat,quo elapso adire cogetur.d.§ illud. † Hodie cum ex
54 l.1.tit.4.lib.5.Recopil.ad confirmationem testamenti, aditio hereditatis non sit necessaria, si tempus præstitutum heredi elapsum sit aut legitimi heredes adire cogẽtur, aut curator bonis dabitur, contra quem querela possit proponi,vt notat Grego.vbi suprà. Ioan. Matienço in d.l.1.glo.14.nu.40.Ioan.Gutierrez. lib.
55 2.practicarum. cap.32. † Quod si minor sit filius qui de inofficioso agere debet,quinquẽnio legitima ætate impleta,ideſt,vigintiquinque annis elapsis,currere incipit.l. adolescentiæ.2.C.in quibus causis in integ.rest.non est necessaria.l.4.ad fin.tit.8.part.6.& facit.l.8. tit.29.part.3.

Versic.Non tantum autem.

56 NOn modo liberi parentum: sed etiam parentes liberorum testamenta inofficiosi accusare possunt,ex nostro textu.& l.1.l.pater.14.l.nam etsi.15.l.aduersus.30.D. hoc tit. cum alijs cum quibus consonat.l. 1. versic. *e lo que diximos*.tit.8.part.6.Anto. Gomez. 1.to. cap.11.num.36.

57 Verùm hæc sententia iure Ciuili Romanorum (quod interpretamur) grauem continet difficultatem. Nam aut qui decessit, filius famil.erat,& in patris potestate constitutus; & is hoc iure non testabatur. l. qui in potestate. 6.D.de testamentis, latè diximus in Princip. sup.quibus non est permiss.fac. testamentum sicque nulla patri competere poterat querela. Aut emancipatus, & nec hoc casu patri dari potest, nam ius bonorum possessionis ei datur.l.1.§.patrem autem.D.siquis à par.fue. manumiss. quod cum querela non concurrit, quæ nec datur,nec coniungi potest, vbi aliud ordinarium remedium competit.§.tam autem infrà eodem.

58 Secundò pro dubitandi ratione sic argumẽtor,si filius familias testatur cum miles sit, & parentes suos exheredet aduersus eius testamentum nulla querela patri datur. l.si instituta.27.§.de inofficioso testamẽto militis. D. de inofficioso testamen.l.de inofficioso.9.C. eodem.quinimo nec contra testamentum Veterani,siue Pagani,qui de castrensibus,vel quasi testatur.l. fin.C. de inofficioso testam. ergo perpetuum non est,vt Iustin.hic docet, querelam parentibus dari.

59 His tamen non obstantibus, concedi etiam parentibus,si à liberis exheredes fiant, aut tacitè prætereantur,de inofficioso disputare,ex nostro textu & similibus dicendum est, quamuis enim non ita patentibus liberorum,vt liberis parentum debeatur hereditas, propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem; attamen si turbato mortalitatis ordine parentibus superstitibus filios sine descendentibus mori contigerit, non minus parentibus, quàm liberis pie relinqui debet.d.l.nam etsi.l.scripto.7.D.vnde liberi.l.si quis à liberis.5.§.si vel parens.in fine. & §. sequenti.D.de liberis agnoscendis. vbi plura cumulat Lara de Cordoua.exornatque satis eleganter hanc,quam parentibus pietatem debemus Ciconiæ exemplũ,cuius notum est apud And. Alciatum Emblema.lib. singulari Emblematum,ca.30. sumptum ex Oro Apolline Niliaco libro posteriore de Hierogyphicis, vti opina-

opinatur doctissimus Franciscus Sanctius Brocensis in Alciati Commentarijs.d. Emble. 30. vbi pulchre refert, & Pyerius Valerianus in
60 Hieroglyphicis lib.17. † Cæterum quoniam & aliquando vsu euenit iniquè parentes circa filios suos versari paremque amorem non exhibere, cõmittereque, vnde ab eorum successione arceri possint, eos ex nõnullis causis exheredari posse constitutum est, eas expressit Iustinianus in d. Auth. vt cum de app.cog.§. iustum autẽ perspeximus .coll.8. transcripsit tex.in.l.11.ti.7.p.6.iuxta quas eadẽ illa, quæ iuxta filiorũ exheredationem resoluimus suprà in hoc principio obseruãda sunt. ergo si nulla sit causa exheredari pater non debet, si exheredatus fuerit aduersus testamẽtum aget de inofficioso.

61 Nec contrarium argumenta adducta probant; nam etsi verum sit illa verba, d.§.patrem autem.ibi, *& ius antiquum quod & sine manumissione habebat*, interprerari, ideſt, *querelam in officioſi*, iuxta veram sententiam Viglij hic.n. 6.Connani lib.9.comment.cap.9.n.3.Cuiacij lib.8.obseruat. cap. 23. quam nemine relato, sequutus etiam fuit Dionysius Gottifredus in notis ad eundem §.vnde maximè difficilis ille textus est, docens, querelam patri competere sine manumissione, ideſt, sine emancipatione, quæ per intercedentes manumissiones celebrabatur § præterea. sup quibus modis ius pat.potest.soluit.quæ præterea nec ei concedi debuerat, cum bonorum possessionem haberet ex reg.d.§. tam autem. inf. hoc tit. & l. maximum vitium. 4. ibi, *vltimum adiutorium.* C. de liber. præteritis. Pro eius tamen explicatione animaduertendum est I.C. Vlpianum ibi loqui in patre qui contracta fiducia filium emancipat, hoc est ea lege, vt sibi tertiò reuendatur, vt ipse eũ manumittat, & ex manumissione iura patronatus consequatur, vt in §.vnico.de legitima parentum tutela, & in principio sup.de fiduciaria tutel.iuncto.§. Præterea versic.*& tunc ex edicto.* sup. quibus mod ius patriq; potest.soluit. Huic ergo patri duplici iure defertur successio sui filij, tanquam patri, & 63 tãquã patrono; vnde si præteritus sit, habet cõtra tabulas tanquam patronus, vt in principio eiusdem legis primæ: habet etiam querelã tanquam pater, ex ratione, de qua in vers.*nec enim ei nocere debet, quod iura patronatus habeat, cũ sit & pater.* Quæ sanè querela ius antiquum ideò appellatur ibi, quia patri ante manumissionẽ competebat, quod Viglius, Connanus, & Cuiac. vbi sup. rectè intellexerunt.

62 Ex qua verissima interpretatione infertur primò, quid significent illa verba, *ius antiquum quod & sine manumissione habebat*, non enim probant querelam competere contra testamẽtum filij in potestate, cum is testari nõ possit, sed contra testamentum filij emancipati sine fiducia, in quo pater non habebat iura patronatus, † Secundo colligitur, cur detur querela ei qui habet contra tabulas, quia videlicet, duplicem repræsentat personam. Patroni, & patris, & ex vnaquaque proprium remedium habet. Vnde constitues appositissimum exemplum Iulio Paulo in l.quoties. duplici iure defertur alicui successio.91.D.de reg.iuris.

64 Præterea & ex his quoque infertur interpretatio tex.in l.pater filium. 14.D. hoc titu. quæ in multis difficilis est, sed in eo præcipuè qua ratione patri præterito competat querela inofficiosi testamenti, cum contra tabulas ei detur.in d.§. Patrem autem. & in l. Pantonius. illius tituli. D. si quis à par. fuer. manumiss. Qua difficultate inuoluuntur interpretes omnes, vt constat ex Ioan. Gutierrez ibidem.num.8. Ferdin. Minchaca lib. de successio.creat. §. 30. num. 139. † Sed vera interpretatio ex supradictis colligitur, contra tabulas dari ibi, patri tanquam manumissori: quasi patrem autem nullum aliud remedium habere præter querelam. † Nec contrarium 66 probat tex.in l.filio.16. §. contra tabulas. D. hoc tit. quia pater ideò ibi accepit contra tabulas, quia filij patronus erat, vt probant illa verba, *iure manumissionis.*

Est & in alio difficilis d. l.pater filium. scilicet, quod cum per querelam res reducatur ad causam intestati, & filij reperiantur proximiores, excludent auum præteritum, iuxta tex.in Authent. in successione. C. de suis & legitimis. † Nec enim nouum est, vt querela non 67 prosit intentati, sed proximioribus. tex. eleg. in l.Posthumus.6.§.si quis ex his. D. hoc tit. quo argumento id tenuit Albertus relatus à Glo.in d.l.pater filium.verb.*ad querelam.* & in l.si non mortis.25.§.fin.verb. *excluſæ ſunt.* D. eod. Sed hęc sententia falsa est, & conuincitur primò ex eo, quia secundum illam querela nullum commodum afferre potest patri, atq; lex illa verbis non rebus esset imposita, cuius contrarium satis expresse ostendunt illa verba. *pater ad querelam vocatur, & ſuam intentionem implere poteſt.* † Præterea, quia ius succedendi 68 contra testamentum, regulatur à iure succedendi abintestato.§.eadem.inf. de hered. quæ abintest. Sed patri datur querela contra testamentum, ergo & competit ius succedendi ab intestato cum effectu. Nec obstat rem ad causam intestati reduci, quoniam id prodest his, qui aliàs excluſi non sunt à successione; cæterùm excluſi licèt mero iure ius habeant succedendi, repellentur tamen exceptione rei iudicatæ.l.qui repudiantis.17.D eod.

69 Restat & altera difficultas eiusdem.l. Pater filium.D.hoc tit. (vt quando in eã incidimus, eam exponamus) quomodo pater à filijs præcessus eiusdẽ testatoris, querela potuerit agere, cum testator solũ teneretur vel instituere,

vel exheredare filios primi gradus. l. inter cætera. 30. D. de liberis & posthumis. non verò vlteriores, qui quamuis præteriti sint, non rũpunt testamentum. l. siquis posthumos. 9. §. 1. D. de liberis & posthumis. l. si quis filio exheredato. 6. §. 1. D. de iniusto rupto. Sed respondendum est, patrem agere ex successorio edicto, de quo in l. 1. & toto tit. D. de succes. edicto. & in l. 3. §. si emancipatus, versic. *nam etsi tam ignominiosam.* D. de bon. possessio. contra tabulas.

70 † Nec obstat. l. si quis filium. 34. C. hoc titulo. vbi nepos ex filio exheredato ante eam legem omni adiutorio destitutus erat, sanè si per successorium edictum succederet, non diceretur omni adiutorio destitutus. Nam etsi difficultatem non dissoluat, qui dixerit, nepo-
71 tem hunc destitui ex persona sui patris, † quoniam querela non præparata non transmittitur ad heredes. l. posthumus. 6. §. fin. cum l. sequenti. D. hoc titulo, non tamen negare textum, quin ex persona sua per successorium edi-
72 ctum admittatur nepos, † quomodo illum textum interpretatur Accurs. vbique secundùm Paulum receptus in dicta l. si quis posthumos. 9. §. 1. num. 7. Iaso in l. in suis. nume. 46. & num. 47. D. de liberis & posthumis, quoniam hæc interpretatio conuincitur ex eo textu, dum inquit, nepotem omni auxilio destitutum esse, & nonnullos Iurisconsultos hunc articulum inhumanè indecisum reliquisse: essetque vtrumque falsum, si saltem per successorium edictum posset admitti nepos, cui omnem viam agendi contra testamentum ademit I. C. in d. l. siquis posthumos.
73 & in d. l. si quis filio exheredato. † Pro vera interpretatione. d. l. si quis filium. constituo in eius specie, nunquam patri delatam hereditatem, aut ius agendi contra testamentum, eo quod decesit deliberante herede scripto de adeunda hereditate, atque ita non potuit esse certus ex qua causa sibi hereditas deferretur, vt aliàs in l. ventre præterito. 86. D. de acquirenda hereditate. iuncta l. scripto. 7. D. vnde liberi. & l. si filius heres. 16. D. de liberis & posthumis. secundùm veram interpretationem Christophori de Castellion, quam retulimus in §. ita demum. infrà, de heredibus, quæ ab intestato deferuntur, & inde nepos non potuit admitti iure transmissionis,
74 quod nunquam fuit patri delatum, † nec iure proprio ex successorio edicto, quod non habet locum, nisi in iure iam delato. l. 1. in principio. D. de succes. edicto. resoluit cum alijs, licèt non ita dilucidè explicet Didac. Spino in Speculo testamentorum, glos. 20. ex nu. 94. maximè num. 100. Vnde rectè Iustinianus hunc nepotem omni auxilio destitutum esse ait, vt constat ex dicta l. si quis posthumos. 9. §. 1. & dicta l. si quis filio exheredato, & nouè inducit, vt ei subueniatur in specie ibi proposita, quæ diuersa est ab ea, in qua nos loquimur, in qua fuit delata querela proximiori, quo excluso admittitur sequens. Et hoc quoad primum argum.

75 Non obstat secundum. Ad cuius explicationem noto maximè, apud antiquos & iuniores quoque, nostros & exteros interpretes controuersum esse: an testamentum à filio familias de bonis castrensibus, & quasi castrensibus factum subiaceat querelæ? quæstionem varijs in locis tetigit Accurs. in l. Papinianus. 8. §. Papinianus. in l. si instituta. 27. §. de inofficioso testamento militis. D. eodem. in l. de inofficioso. 9. in l. testamentum. 24. in l. fin. C. eodem tit. in eisdem Barto. & reliqui; ex nostris plures alios referentes Iosephus Gonçalez lib. singulari variarum, cap. 12. per totum. Anto. Gomez. 1. tomo. cap. 11. num. 36. Alphon. de Azeuedo in l. 1. num. 54. tit. 8. lib. 5. Recopil. Ioan. Gutierrez lib. 2. practicarum. cap. 96. quos potuit allegare nouissimus Ludouic. Velazquez de Auendaño, qui ingentem Hispanorum copiam adducit in l. 6. Tauri. glos. 7. ex num. 2. In ea quamuis variæ existant opiniones & sententiæ, vltra omnes ego sic rem comprehendo.

76 Testamentum de bonis castrensibus, & quasi castrensibus factum ab eo, qui, quia militia missus est, iure communi conditum erat, querela Pandectarum iure impugnari potuit. dicta l. Papinianus. 8. d. §. Papinianus. Iure Codicis non ita ex d. l. fin. C. hoc tit. verùm nouissimo Authenticorum ex Authentico, vt cum de appellat. cognoscitur. §. Aliud quoque. qui generaliter loquitur, & magis in §. Sãcimus. ibi. *In quibus habent testandi licentiam.* & versic. *Parentes.* in eisdem verbis, & versic. *hu casibus.* & ibi. *de quibus filij testari poterant.* collatio. 8. ad antiquum ius redacta res est, statutumque, in quibus casibus filij familias testari possunt (id ego interpretor *iure communi* propter infrà dicenda) in eisdem teneri parentes suos instituere, aut iusta causa expressa, probanda ab herede postea eos exheredare, alioqui testamentũ querela impugnari posse, quoniam non minus parentibus liberorum, quàm liberis parentum debetur hereditas, cuiuscunque qualitatis bona existant, † Maximè
77 tamen apud Hispanos, apud quos in controuersiam rem hanc vocare otiosum esset, existente. d. l. 6. Tau. d. l. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil. ibi. *de qualquier qualidad que sean*, quæ verba rectè expendunt & exponũt Azeuedo, Gutierrez,
78 & Auendaño iam relati. † Nec huic sententiæ obstant verba. l. 6. tit. 17. par 4. versic. *Porende son quitamente de los que las ganaron, e son mas franqueadas que las otras ganancias, ca los dueños de ellas pueden fazer de estos bienes à tales lo que quisieren, e non han derecho en ellas, ninge las*

pueden

pueden embargar padre, ni hermano, ni otro pariente que ayan, nam etsi illa verba, *pueden hazer lo que quisieren*. Significare videantur liberam disponendi facultatem, argumento. l. verbis legis. 120. D. de verb. significat. verius multò est, ad liberam de his rebus disponēdi facultatem inter viuos esse referenda, & quo magis intelligatur eas nullatenus nec patri acquiri, nec fratribus communicari, etiamsi in patria potestate filij familias adhuc existant. quod euidenter constat, si animaduertas, eam legem esse sub titulo de patria potestate, *del poder que han los padres sobre sus hijos de qual natura quier que sean*. coniungique legibus alijs, in quibus de bonorum aduentitiorum iure disponitur, non de iure restandi, quod si adhuc velis ad id esse referenda, quod & ego non inficiabor, cum sciam de his etiam posse filios familias testari, vt docui cum Iustiniano supra, quibus non est permiss. facere testamentum. ego interpretabor liberam testandi facultatem eis cōcedi, iustam
79 sanè, & legibus amicam, † vt aliàs in eadem specie diximus interpretantes. d. verba legis duodecim tabularum in hac tractatione sępius inculeata, ex Vlpiano in d. l. verbis. 120. D. de verborum significat. *vti quisque legassit rei suæ, ita ius esto*, iustè & prout idem ius Ciuile Romanorum cauet argumento. l. 1. ibi. *iusta voluntas*. D. de testamen. l. nemo potest. 55. D. de legatis. lib. 1. & poteris inducere d. l. fi. C. de inofficioso testam. in. §. In tali igitur. ibi, *sed non quasi militibus quo voluerint modo, sed communi, & licito, & consueto ordine obseruando*. vt interpretantur, licèt non sic explicent, Pelaez de Mieres, de maioratib. 1 par. quæst. 1. num. 23. cum sequentib. Gutierrez, & Auendaño vbi sup. hæc in filio familias veterano de castrensibus, & in filio familias ex priuilegio bona quasi castrensia habente.

80 Si verò filius familias miles adhuc testetur, siue iure communi, siue militari, nulla constituta differentia inter antiqua & noua Romanorum iura existimo, eius testamentum à que relæ periculo liberum esse, moueor expressis legibus, videlicet. l. Papinianus. 8. §. Papinianus. l. si instituta. 27. §. de inofficioso testamēto militis. D. de inofficioso testamento. l. de 85 inofficioso. 9. l. testamentum. 24. l. fin. C. hoc tit. quam opinionem defendunt Imola in l. filio præterito. nu. 35. D. de iniusto rupto. Alciat. in l. centurio. n. 6. & 24. D. de vulgari. Viglius in §. illis autem temporibus. n. 11. & 12. suprà, de milit. testamento. & alij quos refert 86
81 Auendanius. d. glos. 7. nu. 3. in fine. † Scrupulum tantummodo huic sententiæ injcit Iustinianus in generali illa decisione. d. §. Sācimus. versiculo. *In quibus*. Sed aliorum interpretationibus omissis, ego arbitror eius verba intelligenda in filio familias, de castrensibus aut quasi castrensibus testante iure communi eius testamentū, etsi ex d. l. fi. querelæ nō subiaceret, ea tamen hodie impugnabitur, vt paulò ante resoluimus: nō verò in milite qui iure militari testatur, cuius sanè testamētum cum nullis sit solemnitatibus subiectum, vt per totum suprà de militari testamento, neque præteritione parentis, aut filij (quem miles non ignorat) vitiabitur vt ante Imola & alios scripsit Accurs. in d. §. illis autem temporib. verb. *iure communi*, & in Authent. ex causa, verb. *irritum*. versiculo. *Si autem super castrense*. C. de liber. præterit. nec militare priuilegium voluisse Iustinianum antiquare generali decisione. d. §. Sancimus. intelligendum est, vt multis rectè probat Velazquez de Auendaño in dict. l. 6. Tau.
82 glos. 7. num. 6. † Nec huic sententiæ obsta bit, si quis obijciat, quod cum iam pater filij militis bona non iure peculij (vt olim. l. 1. & 2. D. de castrensi peculio.) sed iure hereditario occupet, Authent. de hered. ab intest. venientibus. §. si igitur. collat. 8. dabitur ei querela cō tra testamentum quæ datur ei tantummodo qui ab intestato heres esse potest. l. posthumus. 6. §. si quis ex his. l. mater decedens. D. hoc tit. quoniam argumentum procedit, quo ties ab intestato decedit filius, secus si facto testamento, quo casu ex iuribus superioribus, admitti pater nullo modo poterit.

83 Sed an attenta d. l. Regia. 6. Tauri. hæc admittenda sint, dubitari potest, & frequentius probant nostri ex illis verbis, *de qualquier calidad que sean*, deduci, etiam castrensia bona comprehendi, quo iure vtimur.

Versic. Soror autem & frater.

84 Datur præterea querela inofficiosi testamenti fratribus & sororibus consanguineis. l. fratris. 21. l. fratres. 27. C. hoc tit. l. 1. ad fin. D. eōd. consonat. l. 12. titu. 7. part. 6. l. 2. eiusdem tit. l. 2. tit 8. part. 6. explicat vbiq; Gregor. & in l. 4. glos. 15. tit. 6. par. 7. Bart. in l. ex facto. num. 32. D. de vulgari. Anto. Gomez. 1. tom. Variarum. cap. 11. num. 37. Ferd. Michaca, de succes. creatione. §. 10. num. 553. quod tamen vti in dictis locis exprimitur, intelligendum
85 est, turpi persona herede scripta, († quæ hęc sit præter alios explicat Ioan Lopez de Palacios Ruuios in ca. per vestras. 3. notabili. §. 10. nu. 9. & nu. 10. Did. Castillo. in l. 9. Tau. pag. 59. colum. 3. & pag. 63. col. 3. Nuñez Auendaño de exeq. mandatis. 2. par. c. 26. ad fin.) siue
86 sola, siue coniunctim cum alia † rumpit enim testamentum frater, pro parte turpis personæ, argumento. l. cum duobus. 13. iuncta expositione Accursij verb. *alleges*. C. hoc ti. quod si sola turpis persona instituta esset, & vnus ex pluribus fratribus ageret in totum rumperet per querelā, vt docet Bart. in Auth. de hered. & Falcidia in principio. nu. 26. argumēto

l. Pantonius 3. D. si quis à parente fuer. manumiss. & idem Bart. in d. l. fratris. nu. 8. probat expresse tex. in d. l. 12. tit. 7. par. 6. vbi Greg. verb. *la heredad.* 87 † Nec huic opinioni obstat textus in l. nater decedens. 19. D. eod. tit. & in §. Sed nostra. in fine. infrà, de success. libertorum, quibus probatur, non posse quem rũpere testamentum nisi pro qua parte erat successurus abintestato, quoniam horum iurium regula non procedit vbi querela in odium heredis instituti datur, argumẽto. d. l. Pantonius.

88 † Qua in re prætermittenda non est mirabilis Guillielmi sententia, cuius meminit Salycetus in l. 1. D. hoc tit. 3. quæstio principali. existimantis, quod etsi in descendentibus, & ascẽdentibus, querela cesset, cũ aliquid eis relictũ est (vt late dicemus ad §. igitur quartam. infrà hoc tit.) decisio tamen. l. omni modo. 30. C. dè inoffic. testamento. qua id est cautum in fratribus, quibus aliquid relictum est, locum non habet, quod & Paul. in ead. l. omni modo. sentire videtur, & expressit Iaso in d. l. 1. col. 1. & cons. 7. lib. 1. vbi audacter vocat hanc communem, & solum Angelum habere contradictorem. Sed fallitur, quoniam contraria & verior & communior est & probatur per textum expressum in Authent. de heredib. & Falcidia. §. 1. coll. 1. vbi dicitur eodem modo deberi legitimam fratribus turpi persona herede scripta, quo debetur liberis, & parẽtibus, atq; ita cum æquiparentur sequitur generalem decisionem l. omni modo, hos omnes cõprehendere, quem admodum docet glo. ibidem. verb. *Alijs personis*, quam omnes sequuntur excepto Paulo, & probat Angel. in d. l. 1. & in Authent. res quæ. col. pen. C. commun. delegat. & iuxta eam iudicatum fuisse refert Afflictis decis. 204.

89 Reliqui cognati, vltra consanguineos fratres, aut sorores ad querelam non admittũtur, nam etsi præter liberos, & ascendentes, & fratres, etiam vxori, & cognatis fortasse etiam cęteris benè meritis propter beneficij gratiam, quæ naturalem obligationem parit. l. sed etsi lege. 25. §. consuluit. D. de pet. hered. hereditas quodammodo debeatur, vnde vetus in testamentis consuetudo, vt hac formula exheredarentur. *cæteri exheredes sunto*, quam latissimè patere constat ex §. 1. suprà, de exhered. liberorum. l. Titius. 25. D. de lib. & posthu. l. pater familias. 44. l. Lucius. 53. D. de hered. inst. cum tamen id nullo iure cogente inductum sit, contra defuncti voluntatem admitti nullo modo possunt, 90 † etiam si fratrum filij sint. l. fratris 21. C. hoc titulo. quam tamen sunt qui putent correctam esse, postea quam ex nouella Iustiniani hi in locum parentum suorum subintrãt per repræsentationem Authent. de hered. abintest. vend. §. reliquum. Authent. vt fratrum filij. collatione. 9. & l. 8. Taur. quo argumento inuoluta glos. hic. verb. *Agentes*, nihil certi resoluit, licet videatur inclinare in eam sententiam, quod filijs fratrum cõpetat querela. Pro qua induci potest textus in l. maximum vitium. 4. C. de lib. præt. §. Sed hæc quidem. sup. de exhered. liberorum. vbi æquiparantur ad rumpendum & dicendum testamentum nullum qui æquiparati sunt ad succedẽdum ab intestato; & conducunt tradita ab Alexand. con æl. 88. vol. 1. vbi probat representationẽ quæ conceditur filijs fratrum esse cũ omnibus quas litatibus quas pater eius habebat.

Hoc tamen argumento non obstante contraria sententia verior est, quam idem Accursius scripsit in d. l. fratris. 21. verb. *dicũt*. ibi. *Sed illud in successionibus ab intestato*. C. hoc tit. nec enim semper verum est, quod illi qui æquiparantur in successione ab intestato, habẽt æquale ius rumpendi testamentum. Sic enim videmus parentes & fratres de iure communi æqualiter succedere fratri & filio ab intestato, Authent. defuncto. C. ad Tertull. & tamen contra testamentum pater sine distinctione habet querelam: frater non aliàs quàm si turpis persona sit instituta.

91 Quibus iam denique addes esse ab eodem Iustiniano expressas causas propter quas frater, etiam turpi persona instituta fratrem aut sororem excludere potest, auth. de Nuptijs. §. ingratitudinem. collat. 4. l. 12. tit. 7. par. 6.

§. *Tam autem*. 1. & §. *Sed hæc ita*. 2.

PRo explicatione horum iurium, vide quæ dicemus in §. Igitur quartam. inf. eodem.

§. *Si tutor nomine pupilli*. 2.

1 *Querelam inofficiosi proponere potest, qui alieno nomine iudicium testatoris agnouit. & nu. 3.*

2 *Querelam proponere non potest, qui qualiquali modo iudicium testatoris voluntarie agnoscit.*

4 *Tutela munus est quod quis sibi re inuitus cogi potest.*

5 *L. filius non imperditur. 22. D. de inoff. testam.*

6 *Aduocatus qui potè iudicium testatoris impugnat commodum ex eo testamento percipere nõ potest.*

7 *Aduocatus qui contra iudicium defuncti impugnat, legatum consequi potest.*

8 *Aduocatus aliquando gratis patrocinium præstare cogitur. remissiuè.*

9 *L. qui cum maior. 14 §. si patroni. D. de bonis libert.*

1 QVI non suo, sed alieno nomine necessario defuncti iudicio agnouit de inofficioso recte agere potest, huius cõclusionis bellissima

sima exempla scribit Iustinianus hic, extatq; simile in l.si pars.10.§.1.in fine.& in l. aduersus.30.§.tutores.D.h.t.l.tutorem.22.D.de his quib.vt indig.l.cum quædam.26. C. de administ.tut.l.13.tit.7.p.6.vbi glos.19.

2 Pro dubitandi ratione sic argumentor. qui qualiquali modo iudicium testatoris agnoscit de inofficioso non agit l.Papinianus.8.§.si cõ ditioni.l.nihil interest.12.l.fin. in princip. & §.fin.D.h.t.l.6.tit.8. part.6. Sed tutor qui legatum pupillo relictum,petit defuncti voluntatẽ agnoscit, vt expresse probat Iustinianus in.d.l. cum quædam. ergo remouendus est à querela.

3 Decisionis ratio est,hunc tutorem ideo admitti,quia non suo,sed pupilli nomine testatoris iudicium agnouit,quod ei non nocet, alias damnosum esset officium,quod esset iniquum l.sed etsi.7.D. quemadmod. testam. aperian.

4 † & cum tutela munus sit, quo quis necessitate adstringitur,vt constat per totum.D. de excusat.tutorum quodque quis coactus etiam subit.l. necnon.6.D. de tutorib. & curat. dat. ab his.& necessariò administrare cogitur l.1. D.de administ.tut. Idque præcipuum tutoris officium sit,nihil prætermittere vnde pupillo commodum acquiratur,vt per totum titulum D.de tutelis & rationibus distrah. merito querelæ ius saluum permanet, quemadmodum è conuerso,vt in altero Iustiniani casu, si tutor pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit,& superatus fuerit,ipse tutor quod sibi in testamento eodem legatum

5 relictum est non amittit. † poteritque rectè in hanc rem induci nota & elegans Tryphonini ratio in l.filius non impeditur.22.D. h.t.vt inclinandum sit,non perdere tutorem sibi datum, si secundum testamentum pronuntiatum fuerit,quoniam alij commodum victoriæ parat,& in hac causa nihil ex officio tuto

6 ris, sed totum de meritis pupilli agitur. Aliud autem erit (vt argumentum adductum diluamus)in aduocato & procuratore.iuxta. d.l.fi. hi enim sponte pro alio officium præstant,& sponte etiam agnoscere iudicium testatoris videntur. † Ergo si iussu magistratus, aut ex

7 officio pro pauperibus aut miserabilibus personis exheredatus aduocationem præstiterit

8 (iuxta l.prouidendum.7. † C.de postulando l.10.tit.6.par.6. & id quod dispositum est in l.16.& in l.24.tit.16.lib.2. recopilation.& plurima quæ in proposito scripserunt Couar. libro vnico pract.quæstionum cap.6. num.4. & cũ Menochio,Cassaneo,Boerio, Tiraquel. & alijs. Azeuedo in d.l.16. ex num.1.tit.16. lib.2.recopilat.)parendi necessitas vel contestatio cum excusabit, ex proximè dictis,& quæ considerant I.C.& Imp. in d.l. tutorem, & in d.l.cum quędam.& induces l.si is qui.31. §.si heres.D.eodem.& rationem l. si pater.25. §. si duos. D. de adoptionibus cum alijs quæ hic retulit Glossa,verbo.*Sed etsi è contrario.*

9 † Neque his obstat textus.in l.qui cum maior.14.§.si patroni.D.de bonis liber. vbi Vlpianus scripsit non esse remouendum bonorum possessione liberti,filium patroni,qui aduocationem accusatori liberti præstitit. Nam diuersus est casus, & longè alia ratio, nam in nostro casu approbatione voluntaria ius querelæ amittitur.d.l.Papinianus.8.§. si conditioni.cum alijs supra relatis.& qui sponte causam defendit,satis iudicium agnouisse dicitur,vt autem quis à liberti bonis remoueatur,priuetur que iure patronatus & successionis approbasse non sufficit,sed libertum capitis accusasse, aut in seruitutem petijsse, necessarium est.d.l. qui cum maior.in principio,vnde cum aduocatus non accuset,filius qui aduocationem accusatori præstitit non est repellendus.

§. *Igitur quartam.* 4. *&* §. *tam autem.* 1. *&* §. *sed hac ita.* 2.

1 *Querela vti liberi naturales, adoptiui, nati, & posthumi ita demum possunt, si aliud remedium, nec ad supplementum habeant. & numero.* 10.

2 *Querela etiam vbi nullum, vel irritum est testamentum conceditur.& nu.* 12.

3 *Filius naturalis contra testamentum patris non succedit.*

4 *Querela remedium rescissorium est.*

5 *Filio adrogato querela contra adrogati patris testamentum non datur,& num.*18.

6 *Filius necessario institui debet heres,& nouo & antiquo iure attento,& latè num.*19.

7 *Posthumis querela dari potest, & qua ratione. & num.*28.

8 §. *Igitur quartam.& n.*29.

6 *Auth.nouissima.C.h.t.& nu.*38.

10 *Extraordinarium remedium non conceditur, quando ordinarium competit.*

11 *Actio ad legitimæ supplementum, qua ratione à Iustiniano inducta.& nu.*31.*& seq.*

12 *L. Papinianus.*8.§ *si quis & irritum.D. hoc tit.*

Remedia plura quando concurrere possint.

13 *Appellatio contra sententiam nullam,aut si aliquam iniustam tamen, interponitur.*

14 *Querela cum alijs remedijs vt competat.*

15 *Querela non excluduntur illi,quibus datur bon. possessio prætoria.*

16 *Verbum*, naturalis filius, *quoties adoptiuo opponitur, intelligitur, de naturali & legitimo.*

17 *Adoptiui filij iniuste exheredati querelam habent.*

18 *Adoptio continet adoptionem & adrogationem.*

19 *Legitima, quo titulo relinquenda omni iure sit, & num. seq vsque ad num. 25.*
24 *L. 1. l. 5. tit. 8. par. 6.*
26 *L. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ Recop.*
27 *Legitima Institutionis titulo, quare filio semper relinquenda.*
28 *L. si quis in suo. 33. §. legis. C. de inoff. test.*
30 *Querela olim etiam institutis filijs in minus legitima portione dabatur, & num. 33.*
32 *L. si non mortis. 25. D. h. t. & nu. 37.*
34 *Legitima, vt querela excluderetur, in vltima voluntate relinqui debuit.*
35 *Donatio inter viuos, adiecta clausula vt in legitimam imputetur, vim relicti habet.*
36 *Actio ad supplementum ante Iustinianum, quæ?*
38 *Legitima filiorum quæ olim, quæ hodie?*
39 *Legitima filiorum iure Hispano omnia parentum bona, excepto quinto.*

QVamuis dissonans quodammodo sententia tribus his paragraphis contineri videatur, tu ex eis sic deducas
1 conclusionem. † Ita demum liberis tum naturalibus, tum adoptiuis, tum natis, tum posthumis vti querela licet si nulla alia ratione adipisci hereditatem possunt, nec quicquam eis omnino relictum est; nam si quartam habent, vel minus quarta ad supplementum tantummodo agere possunt. Idem deduces ex l. Papinianus. 8. §. quoniam. & §. quarta. & in l. si non mortis. 25. D. h. t. l. cum quæritur. 6. l. omni modo. 30. l. quæ nuper. 31. l. quoniã in prioribus. 32. l. si quando. 35. §. illud & §. generaliter. l. scimus. 36. in principio & in §. repletionem. & in §. cum autem. C. eodem consonat tex. in l. 5. tit. 8. par. 6. & explicant ij quos paulò inferius recensebimus.

Sed pro dubitandi ratione contra generalẽ horum §§. decisionem & præcipue contra tx. in §. tam autem ibi. *si nullo alio iure ad defuncti*
2 *bona venire possunt*, sic argumentor. † Quoties vel nullum, vel irritum est testamentum conceditur filio contra illum agere, vt nullũ, aut irritum declaretur, vt est vulgare. Sed hoc casu si sit exheredatus potest simul proponere querelam l. Papinianus. 8. §. si quis & irritum. D. h. t. ergo etsi alio iure contra testamentum agere possit filius, nihilominus tamẽ querela ei concedi poterit.

Secundò contra tex. ibi. *naturales filij.* quibus verbis probatur, naturalibus quoque filijs inofficiosi testamenti querelam contra pater-
3 num testamentum competere; † Sic argumentor, filius naturalis quamuis ex voluntate patris testamento facto; & ab intestato succedere possit, non tamen contra testamentũ, vt constat per totum titulum. C. de natur. liber. maxime tamen in Authen. licet. illo tit.
4 estque indubitati iuris. † sed querela remedium rescissorium est, & quò paternum testamentum impugnatur, vt diximus in rubrica superiori h. t. & probat tex. expressus in l. vt liberis 17. ibi. *aut si factum fuerit, contra tabulas bonorum possessione petita, vel inofficiosi querela mota rescisso.* C. de collat. ergo querelæ remedium cõtra paternum testamentum non habebit.

Tertio contra tex. ibi. *Adoptati.* probantẽ, adoptatis filijs querelam contra adoptiuorũ parentum testamenta concedi: sic argumentor, filius adrogatus adoptatus est, l. 1. D. de adoptionib. §. 1. sup. illo tit. vbi docuimus.
5 † Sed adrogato filio querela aduersus adrogatoris testamentum non datur. l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. ergo contra tex.

Quarto contra tex. in §. tam autem. & in §. igitur, ibi, *iure legati.* quibus probatur, vt filius ab inofficiosi querela excludatur, sufficere ei
6 quocunque titulo legitimam relinqui, † sic argumẽtor. Filius necessariò & antiquo & nouo iure institui debet, & ei honorabili institutionis titulo legitima relinqui. l. inter cætera. 30. D. de lib. & posth. coniuncto Authent. vt cum de appell. cognoscit. §. aliudquoque capitulum colla. 8. alias testamentum nullum est: ergo contra nostrum tex.

Quintò contra tex. ibi. *Posthumi.* Vbi Iustinianus docet posthumis etiam querelam dari; Sic argumentor, querela datur exheredatis, vt
7 ex hoc nostro tit. constat. Sed posthumus, qui causam ingratitudinis committere nõ potest, non potest exheredari, l. si quis in suo. 33. §. legis. C. h. t. ergo querelam non habebit.

Sextò contra textum in §. tam autem, ibi. *Sin verò quantacunque pars*, quibus verbis, Iustinianus docet, filium à querelæ remedio excludi, & ad supplementum agere minima etiam ei
8 parte hereditatis paternæ relicta. † Obijcio priora verba d. §. igitur quartam. Vbi non quæ uis sufficit pars ad excludendam querelam, sed quartam relictam esse necessarium est.

Septimò cõtra tex. in d. §. igitur quartã. ibi. *vna quarta eis dari possit.* Quæ verba ostẽdũt, siue vnus sit filius, siue plures vnã tantũmodo quartã eis relinqui vt à querela arceãtur, satis
9 se: † Obijcio tex. in auth. nouissima. C. h. t. & in auth. detriẽte & semisse. §. hæc nos collat. 3. quibus probatur, quatuor vel paucioribus existẽtibus filijs triẽtẽ ex substãtia defuncti, sin autẽ pluribus semissem deberi: ergo non sufficit omnibus qui de inofficioso agunt vna quarta.

Quibus tamen non obstantibus dicendum
10 est. Verissimam esse sententiam quam supra in initio deduximus, cum alio iure possint filij ad defuncti bona venire, aut ad supplementũ legitimæ portionis agere, per querelam non admitti; namque cum querela extraordinarium remedium sit, non debet ei, qui communi iure & auxilio munitus est, tribui, l. in causę 17. D. de minorib. l. nõ est vobis. 2. C. de præ-

dijs & alijs rebus minorum.l.maximum vitiū. 4.C.de lib.præterit.præsertim si odiosum sit,
11 † quod ad naturæ verecundiam introductum esse constat, ex Iustinia.in hoc paragrapho; etsi enim parentes impiè filios prætereant,filij tamen non possunt non impudenter videri parentum conuellere iudicia, maximè tamen demētiæ quæsito colore, cum enim maximus honor,& summa reuerentia parentibus debeatur.l.2.D.de iust.& iure.toto titulo.D.de obsequijs à lib.& libert.præst. Vt eorum pudori consuleretur, item & liberorum macula & nota,qua exheredatione afficiuntur,vitaretur, recte inductum fuit eos alio iure admitti, aut ad supplementum agere, quomodo & parentum voluntates obseruarentur,& filij naturali debito subsidio non fraudarentur. Sanè rectè eos filios facere qui parentum iudicia non conuellunt, elegans testimonium à Val. Maximo libr.7.cap.8. relatum ostendit,à quo maximè laudatur Aphronia probatissima Ebutiæ filia,quòd præterita testamentum matris patientia honorare,quàm impugnare sanctius putauit.

12 Argumenta autem quæ in contrarium adduximus nihil obstant. Non primum ex.d.l.Papinianus.8.§.siquis & irritum. D. h. t. quoniā animaduerto,id quod vulgo circunfertur plura remedia concurrere non posse iuxta eandē personam,sed vnius electione, alterum tolli.l. quod in heredem.9.§.eligere. D. de tributoria actione,l.cum filius.78.§. Varijs.D.de legatis. 2.interpretandum, vbi remedia ex eodem fonte oriuntur,& ad idem competunt, tunc enim electione tolluntur, non quando ex diuersis fontibus & causis, vt in d.§ siquis & irritum, & iuribus similibus mox referendis, idque innuit Iuris Consultus in d.§.eligere,versi. *Planè siquis velit ex alia causa tributoria agere, ex alia causa de peculio audiendus erit.* Vnde interpretor l.contra maiores.16.C.h.t.ibi.*duplicē actionem inferentes*, vt intelligatur, vnam post aliā; aut certe simul,sub conditione tamen dicat filius testamentum nullum, vel si nullum inof-
13 ficiosum. † vt in simili admittitur appellatio,ex sententia Glos. verb.*non obtinere.* versi. *Maximè si appellator.*C. quando prouo.non est necesse.quam ibi notat Baldus num.13.Barto. in l.si expresim. num.4. D. de appellat.Decius in cap. pastoralis nu.2. de exceptio. & in cap.dilecto. num.6.de appella. Boerius decis. 131.num.4.Bancius Tract. De null.§. quot & quibus modis num.11.Paz in praxi.1.tomo.6 par.in procœmio, num.46.

14 Sed adhuc noster tex. difficultatem habet, quùm generaliter doceat querelam non concedi ei qui alio iure ad defuncti bona venire potest,quare vltra alios(quos viderim)existimo, querelam concurrere electiuè, cum actionibus dicentibus testamentum nullum, l.eum. 14.l.contra maiores 16.C.h.t. Neque nouella 115.vt cum de appellatione cognoscitur,querelam sustulit,vt rectè Cuiacius nouella.18.& Viglius in principio huius tituli obseruant. Itaque quod hic dicitur ijs non dari querelam qui alio iure ad hereditatē peruenire possunt, intelligo,testamentariam, & saluo testamento,veluti si ad supplementum agere possint, ex sententia,l.3.l.si pater.12.C. h.t. cum similibus,cum remedijs verò quæ æquè rescindūt testamentum, quin querela concurrat nulla
15 causa est. † Quinimo,& quoniam Iustinianus disertè de eis agit,qui hereditatem consequi possunt, existimo non excludi querela eos,quibus datur possessio Prætoria,quoniam hereditas non est.§.quos autem. Insti.de bon. possess. & minus ideo confert quàm querela, quam nostram sententiam probat l.1.§. Patrem. D.siquis à parente fuerit manumissus.l. pater.14.D.hoc tit.l.in arenam 11.C. eodem.

16 Non obstat 2.argu. quoniam, vt sæpè docui,verbum *naturalis filius*.in iure nostro quoties adoptiuo opponitur de naturali & legitimo ex iustis nuptijs intelligitur, §.adoptiui.supra de exhere.lib. cum multis alijs. † ergo
17 docet Iustinianus, quia quo tempore manet adoptio, filij adoptiui (quos legitimos dicimus)à naturalibus, id est ab ijs qui ex legitimo matrimonio sunt procreati non distinguntur,si iniustè sint à parentibus exheredati,eos per querelam admitti, sed qualiter id hodiè fit intelligendum diximus in dicto.§.Adoptiui.

18 Non obstat.3. ex dicto.§. siquis impubes, quoniam quamuis verbum *Adoptati*.generaliter sumptum comprehendere soleat, tam eos qui cum in aliena sunt potestate & familia adoptantur,quam eos, qui cum sui iuris sunt, quos adrogatos dicimus; in hoc tamen §. eos tantum filios adoptiuos Iustinianus ius querelæ habere intelligit,qui cum filij fam. essent à paternis siue maternis ascendentibus adoptati fuēre iuxta nouam decisionem l. cum in adoptiuis 10.C.de adoptio.Hi ergo si exheredati sunt querelam proponunt, vt paulò superius diximus.Adrogati autem filij, de quibus in dicto.§.siquis impubes ad eam non admittūtur, nisi & de his personis sint, quæ & citra adoptionem & emancipationem queri de inofficioso possunt.Quod si agant, nec obtineant,quartam partem bonorum adrogatoris habent,ex Diui Pij constitutione, cuius mentio fit apud Vlpia. in l. si adrogator. 22. D. de adop.quæ tanquam æs alienum eis soluitur, dicto.§.siquis impubes.ad finem ex præcedenti cautione tempore adrogationis interpositæ.§. cum autem(vbi latè diximus)suprà de adoptionibus.dicta.l. si adrogator (vbi similiter docuimus.)D.eodem. quod benè explicat Costa in l.qui duos.§.cum in bello.versiculo. *posita mortui*.num.4.D.de captiuis Cuiacius lib.1. obser

uatio-

uationum cap.20.& lib.12.cap.16.

19 Non obstat quartum,(quod difficiliores explicatus habet)ex dicta l.inter cætera, & d.authen.vt cum de appel.cog.§.aliud,quoniam & si valdè apud omnes Iuris Ciuilis Romanorũ, item & Hispanorum interpretes controuersum sit,nunquid hodie legitima titulo Institutionis relinquenda sit?an verò quocunque titulo eam filium habere posse sufficiat,vt constat ex his quæ Doctores omnes ordinarijs in locis scripsere, maximè tamen Viglius hic ex nume.1.cum sequen.Eguinarius in d.l. Papinianus.8.D.h.t.Forcatulus in Næcyomantia. Dialog.35.Molineus de inoffi.donat. num.5. Cuiacius ad Iulium Pau.lib.4.sent.tit.5. Ferdinandez in l. in quartam præfatione.2.& 3.D. ad legem.Falcidiam. Lopez in l.5. tit.8. p.6. Clarus.lib.5.recep.senten.§. testamentum q. 38.Suarez in l.quoniam in prioribus ampliatione.1.nu.8.& ampliatione.11.Castillo.in l. 24.Tauri.Paz in l.3.Tauri nu.888.Rojas in libro de succes. ab intestato cap.8. Menesses in l.eam quam nu.74.C.de fideicommiss. Minchaca de succes.creat.§.10.num.193. & num. 400.& §.18.nu.23.& §.20.num.233.Costa in cap.si pater.verbo.*instituit*.ex num. 22. de testam.lib.6.& in l. Gallus §. & quid si tantum. 3.par.ex num.40.D.de lib.& post.Gutierrez 2.par.cap.3.ex num.1.in lib.de iuramento cõfirma. Villalobos in antinomijs legum regni litera L.ex num.75. & Olano in cõcordia verbo.*legitima* lite.L. ex num.13.(qui latissimè explicationem,d.authentici prosequitur.)Matienço in l.1. Glos.10. ex nu.50.tit.4. lib.5. Nouæ Recop.

20 Ego rem sic comprehendo, iure antiquiori Pandectarum inspecto,filio honorabili institutionis titulo legitimam portionem relinquendam,d.l.inter cætera.30.D.de lib. & post.vbi filius præteritus dicitur si non sit vel institutus vel exheredatus,vt in §.eadem,infrà de hereditati.quæ ab intest. deferun. elegans tex.in l.ita tamen.27.§.qui rogatus D.ad S.C. Trebellia.de qua re latè in princip. suprà de exhered.liberorum.

21 Postea tamen iure Codicis inductum fuit sufficere quocunque titulo filio legitimam relinqui.l.omnimodo.30.versi.*& hæc quidem*.C. h.t.tex.hic in hoc §. *Igitur quartam*. quod & postea Autenticorum siue nouellarum iure fuit comprobatum,vti constat ex authentica, nouissima,ibi,*quoquo relicti titulo*.C. de inoffi-

22 cioso testamento † verùm cum non omnes Nouellæ constitutiones vno fuerint editæ tẽpore,sed diuersis,vltimo nouissimoque earum iure res fuit immutata,inductumque,vt iuxta antiqua Pandectarum tempora honorabilis institutionis titulus requireretur, iuxta d. §. Aliud quoque capitulum:ita tamen,vt non sit necesse integram legitimam eo titulo relinqui,sed in quacunque parte institui filium sufficere, ei ad supplementum agendi iure concesso,vt in §. hæc autem eiusdem authentici.

23 † cum tamen iure antiquo hoc casu querelã haberet.l.cum quæritur. 6.l. parentibus.8.C. h.t.quæ ei illo iure non concedebatur si esset exheredatus etiam causa non expressa haberet tamen aliquid titulo legati. ex quibus planè intelliges quid inter antiqua & noua iura interest.

24 Id iure Partitarum non immutatur ex l.5. tit.8.par.6.quoniam etsi Minchaca dict.§.20. num.223.affirmet testamentum in quo relinquitur filio legitima titulo legati, vel alio particulari valere ipso iure, infirmari tamen per querelam inofficiosi testamenti,ex eadem l.5. partitæ ibi.*Entonces podria quebrantar tal testamento*,cuius sententiam laudat Matienço in d. l.1.Glo.10.num.52. nihilominus tamẽ verius est,testamentum filio neque instituto neque exheredato nullum esse, quamuis ei legitima portio aliquo titulo relicta sit,ex.d.l.ita tamẽ

25 27.§.qui rogatus.D.ad Trebell. † & expressa decisione.l.1.ibi. *Pero si el testador sobre dicho quando estableciesse el heredero non fiziesse miente en el testamento de aquel que auia derecho de heredar,heredandolo nin desheredandolo,tal testamento como este non se quebrantaria, pero non vale nin es nada*.d.tit.8. par.6. notanda enim nimis sunt illa verba *heredandolo nin desheredandolo*.quibus expresse probatur nullum esse testamentum in quo filius præteritus est, id est nec institutus nec exheredatus,d.§. eadem. Infrà de hered.quæ ab intest.deferunt.Nec obstat tex.in d.l.5.ibi. *Entonces le podria quebrantar tal testamento*.quoniam omissa Doctissimi Greg.interpretatione Glo.3.existimantis, rumpi & infringi ibi testamentum per ius nullitatis quod filio competit ex.l.inter cætera.30.D de liberis & post.coniuncta l.quod vulgo.19. D.de bon.poss.contra tab.& ijs quæ in eius proposito diximus suprà in princip.de exhered. liberorum verius multo est illa verba interpretanda de remedio querelæ; quia filius ibi exheredatus nominatim fuit,& ei aliquid à patre relictum,vnde querelam habet, quæ remedium rescissorium est.l. vt liberis 18. in princip.C. de collat. aliàs testamentum nullum esset ex d.l.1.eiusdem tit.8. part.6. cuius verba paulò antè retulimus, quæ interpretatio expresè comprobatur ex d.l.5.versi.*Otro si dezimos que dexando*.vbi scriptum est,filium cui aliquid institutionis titulo relictum est, agere ad supplementum posse vt & olim in dict.§. hæc autem cauebatur:ergo in prima parte de exheredato filio cui aliquid relictum erat lex loquitur.

26 Hæc tamẽ omnia, quæ in se verissima sunt, hodie videntur immutata ex.d.l.1.tit.4. lib.5. Nouæ Recopil.ex qua testamenta conseruantur etsi heredis institutionem non habeant,

vnde

vnde necessarium non esse filio titulo institutionis legitimam relinqui tenuerunt multi ex supra à nobis initio huius argumenti adductis, sed male. Veries enim longe est, & hodie etiã filio institutionis titulo legitimam relinquendam, quo cessu pater aliquem heredẽ in suo testamento scripsit, ad hunc enim casum illa noua lex non pertinet. Quod si nullum heredem scribere velit (quod ei licet) quocunque titulo poterit filio legitimam relinquere, quomodo d.l.1. Nouæ Recopilat. ego interpretor ex sententia & mente Greg. Lop. in l.7. verbo. *lo quebrantasse*. tit.8. par.6. Menchaca. d.§.10. num.228.& nu.244.

27 Filio ergo legitima titulo institutionis relinquenda est, cuius ratio non est in obscuro, cùm quia hic titulus sit honorabilior filio. l. Iulianus.26. ibi. *honore proprio omisso*. D. si quis omissa causa testam. l. filium.5.§. sed etsi portio. ibi. *non modo honesto titulo, sed & pleniore honore tribuantur*. D. de legatis præstandis, tùm quia propter ius accrescendi sit vtilior, filio namque instituto si coheres sit datus, qui repudiet hereditatem, eius portio iure accrescendi filio adijcietur, ex his, quæ late diximus in §. hereditas. versiculo. *Neque enim*. supra de heredib. instituendis. considerat Mynsing. hic nu. 3. & latiùs Matiençio in. d.l.1. nouæ collect. Glossa. 10. num.53.& 54.

28 Non obstat 5. Argum. ex d.l. siquis in suo. 33. §. legis. C. de inoff. testamento quoniam vt diximus ad §. posthumi. ad finem supra, de exhered. lib. verum est posthumum, & pupillum infantiæ proximum non posse exheredari, (quia causam ingratitudinis committere non possunt,) sic, vt per exheredationem à successione paternorum bonorum excludantur, iuxta tex. in d.§ legis cum ibi notatis, & l.2. tit.7. l.3. tit.9 par.6. quas ego sic accipio. recte tamẽ posse exheredari exheredationemque valere quoad primordialem attinet testamenti valorem, cùm sit eius obseruata formula, & possit posthumus aut non nasci, aut natus querelam non instituere: natus si eam instituat testamentum statim subuertet, quomodo quod de posthumi exheredatione dicitur est interpretandum hic & in alijs locis, quæ copiosè congessit Ferdin. Menchaca lib.2. de succes. creatione. §.20. ex num.19.

29 Non obstat 6. argumentum, quoniam noster textus in hoc paragrapho Tam autem. versiculo. *sin verò*, & in hoc paragrapho. *Igitur quartam*, accipiendi sunt iuxta Accur. interpre 33 tationem hic verbo. *Igitur*. vt scilicet hic textus in. §. igitur quartam iuxta antiqua iura procedat, textus verò in d. versiculo. *sin verò* iux-
30 ta noua iura. † quam rem vt percipias constituo, olim querelam inofficiosi testamenti non tantum exheredatis concedi, sed & institutis in sua legitima portione, non tamen integra, l. Papinianus. 8. §. quoniam autem. §. quarta. §. siquis mortis l. si non mortis. 25. D. de inofficio. testamento. l. cum quæritur. 6. l. parẽtibus. 8. C. eodẽ. ea ratione quia ob inofficiosum patris iudicium datur hæc querela, (vt latè suprà ad rubricam & principium diximus) quod potest esse etiam in non relinquenda integra legitima sicut priuando omni legitima portione per exheredationem, notat post Bartol. & Paulum in d.l. Papinianus. 8. §. meminisse. Viglius, Baldui. & Mynsing. in §. sed hæc sup. hoc tit. Pet. Gregorius 3. par. syntagmat. iuris. lib. 44. cap. 4. num. 14. Molineus de inof. donat. num. 5. Costa. in 1. §. par. num. 6. Minchaca in l. quoniam nouella num. 7. C. de inof. testamen. & de succes. creatione. §. 30. num. 79. Suarez in l. quoniam in prioribus in euidentialibus ex num. 1. † Post nouas verò Iu 31 stiniani constitutiones, siquid eis relictũ est, querela de inofficioso quiescente, id quod eis deest, vsque ad quartam legitimæ partis suppletur. l. omnino 30. l. quæ nuper. 31. l. scimus 36. §. cum autem. C. de inoff. testamen. d. §. sed hæc ita, sup. hoc eod. tit. l. 5. in 2. parte titu. 8. par. 6. vbi explicuit Gregorius Gloss. 9. idem in l. 11. Glossa. 2. tit. 4. par. 6. & præter suprà relatos Cuiacius ad Iulium Paulum lib. 4. sententt. tit. 5. versiculo. *si filius*. Hotoman. de verbis iuris. verbo *legitima*. Spino de testamentis. Gloss. 17. principali. nu. 32.

32 Cæterùm superiorem resolutionem, & Iustinianum in d. §. sed hæc nostra. sup. eod. difficilem reddit Domitius Vlpianus in d.l. si non mortis. 25. ibi. *aut si minus habeat, quod deest viri boni arbitratu suppleatur*. D. hoc tit. ex quibus verbis probari videtur ius agendi ad supplementum sæculo & ætate Vlpiani cognitum etiam fuisse, quod si admittimus, mendacij reũ Iustinianum facimus, qui se huius noui iuris auctorem hìc, & alibi iactat.

Hunc scrupulum vt remoueant Accursius & reliqui varias confingunt solutiones, vt ex eodem Accurs. in d.l. si non mortis, & in d.l. omni modo. constat. Alex. in l. inter cætera. 30. D. de liberis & posthumis, Sarmiento ibidem sub lib. 4. selectarum num. 1. & 2. Cuiacio ad Iulium Paul. vbi suprà Connano lib. 9. cap. 10. num. 3. Polyto in l. filium quem habentem num. 135. C. fam. erciscundæ. Francisco Gratian in libello, *quod non corrigantur leges Digestorum*. lib. 2. num. 4. num. 20. & num. 33. latissimè Suarez vbi suprà. Minchaca lib. 3. de succes. creatione. §. 30. num. 131. † Ex quo-
33 rum omnium opinionibus & sententijs, veram vt confingamus interpretationem noto primò, vt querelæ locus non esset, integram legitimam filijs relictam fuisse ante Iustinianum oportere, vt ex nostro textu, & alijs
34 paulò superius diximus. † Deinde, eam vltima voluntate relinqui oportuisse non dona-

tione

tione inter viuos ex l. si verò. 8. §. sed si mor-
35 tis D. de bonis libertorum. † vlterius, donationem inter viuos ea adiecta clausula vt in quartam legitimam imputetur, vim relicti habere, l. etiam 3. §. si debita patrono. D. de bonis libertorum, (quo referenda sunt verba. d. l. si non mortis. ibi. *hac tamen contemplatione vt in quartam habeatur.* & in hoc §. Igitur. ibi. *vel viuos.*) & in l. si quando. 35. §. generaliter. ibi. *vt hæc inter viuos donatio in quartam ei imputetur.* C. hoc tit. † Præterea ante Iustinianum,
36 si pater in testamento vel in donatione huiusmodi, adijceret, vt si relictum non sufficeret, ad legitimam vsque portionem suppleretur, actionem ei ad supplementum dari boni viri arbitrio l. 4. de inoffi. testamento. in Codice Theodosiano) id quod hodie ex. d. l. omni modo d. l. 5. titu. 8. par. 6. necessarium non est siue pater iubeat suppleri, siue non iubeat, supplementum conceditur.) † His, veluti in modum præuiæ inspectionis, præmissis: relucet
37 interpretatio. d. l. si non mortis. ideo enim ibi datur supplementum, quia quamuis non mortis causa, sed inter viuos donatio esset, ea tamē lege facta fuit, vt in legitimam imputaretur quo casu vim relicti habet, & si filius voluntati patris obtemperare vult, supplementum petere potest: sin minus querela agens testamentum rumpere, quo casu pater cum intestatus efficiatur, id quod donatum est conferri oportet, vt ibidem ad finem Vlpianus explicuit, Nec tamen inde dicas post nouam decisionem d. l. omnimodo. superfluam esse Vlpiani sententiam in d. l. si non mortis, quoniam noua decisio in testamento tantum loquitur, antiqua in donatione inter viuos, quæ illa lege facta vim relicti habuit. hæc, quamuis non ita, Valdes in additionibus ad Roderic. Suarez. in d. l. quoniam in prioribus. §. 1. litera. E.

38 Vltimum argumentum ex. d. authen. nouissima. C. h. t. & d. §. hæc nos in authentico de triente & semisse. collatione 3. temporum adhibita distinctione dissoluitur. iure enim Pandectarum legitima filiorum erat quarta pars eius portionis, quam quisque filius ab intestato esset habiturus. Textus in d. §. quoniam autem quarta, iuncta Glossa ibidem, in l. Papinianus. 8. D. hoc tit. d. l. parentibus. 8. C. eodem. Postea verò iure nouissimo authenticorum aucta est, quoniam si quatuor sunt, aut pauciores filij ex substantia deficientis triens, id est quatuor vnciæ totius hereditatis, eis præstatur: si plures sint semis debetur. Vt constat ex. d. authentica nouissima, & d. §.
39 hæc. nos. & vbique interpretes notāt. † quod tamen apud nos Hispanos maxima ex parte est immutatum; siquidem ex l. 9. titu. 5. lib. 3. Fori. iam receptum est, vt omnia parentis bona, quinta tantummodo parte excepta, siue vnus filius sit, siue plures, legitima sit, atq; ita parens qui liberos habet de quinta tantummodo parte disponere inter extraneos potest, inter eosdem tamen filios de tertia & quinta, quam siue quas pater vni aut pluribus ex filijs relinquere potest, iuxta decisionem l. 10. Tauri. l. 8. titu. 8. lib. 5. Recopilatio. l. 17. l. 18. Tauri. l. 1. l. 2. titu. 6. d. lib. 5. Recop. notant passim interpretes Hispani. plura Minchaca lib. 2. de suc. creat. §. 20. nu. 192.

Titulus XIX.

De heredum qualitate & differē.

In Rubricam, & Principium Tituli.

1 *Hereditate non adita nihil in testamento scriptū subsistit.*

2 *Heredis appellatio quoscunque successores complectitur.*

3 *Heredes quidam necessarij, quidam sui & necessarij, quidam voluntarij & extranei sunt.*

1 CVM multa superioribus titulis quibus testamenta iure facta infirmantur scripsisset Imp. nihilque in eo scriptum subsistat nisi hereditas adita ab instituto herede fit, l. si nemo. 9. D. de testamen. tutela. l. 2. §. quisquis, versic. *adeo.* D. de vulgari, l. proximè. 3. D. de his quæ in testamento delentur. l. filium. 20. in principio & in §. sed cum exheredatio. D. de bon. possess. contra tab. l. intestatus. 64. D. de verborum significatione. l. eā quam. 14. coniuncta. l. si veritas. 23. l. ex testamento. 29. C. de fideicommis. l. si nemo. 142. D. de reg. iuris. §. posteriore. sup. quib. modis testam. infirm. tex. in principio. Infrà: de here ditatib. quæ ab intest. defer. l. 1. in fine tit. 13. par. 6. (quod iure Regio Hispano. l. 1. titu. 2. lib. 5. ordinamenti, l. 1. titu. 4. lib. 5. Notæ Recop. correctum est, vt sæpè diximus) Heredum autem numero quidam sunt qui necessariò, alij qui sponte adire hereditatem compelluntur, & possunt, de eorum qualitate, & differentia commode nunc tractationem Iustinianus annectit, Ad naturam enim cuiusque rei explicandam, quum primis diuisio conducit.

2 † Planè heredis appellatio, quamuis latior sit, comprehendatque quoscunque successores, etiam honorarios, fideicommissarios, legatarios, ad rogatorem ad quem per vniuersitatem bona transeunt, patrem filij intestati castrensia bona veluti peculij iure occupantem fiscum ex delicto, vel bona vacantia capientem, patrem, dominumve quibus hereditatis emolumentum & commodum acquiritur, bono-

bonorum emptorem, qui à creditoribus bona distrahentibus emerat, vt multis eruditè probat Brissonius lib.8.de verborum significatione, pag.257.alij præterea ex his testamentarij
3 sint, alij legitimi, † præsens tamen heredum differentia, cum ad testamentum maximè pertineat, de testamentarijs tantummodo agendum est, quorum quidã sunt (vt dixi) necessarij alij sui & necessarij, alij extranei, quod Iustinianus hic in principio, & toto hoc titulo explicat.l.21.ibi.*differencia,e,departimẽto ha entre los herederos. Ca algunos à de ellos que son llamados suyos del testador. E otros y,a,que dizen necessarios. E y à otra manera de ellos que dizen estraños*, titulo.3.parti.6. multa Connanus lib.x.comment.cap.5. Coras. lib.3. miscel.ca. 16.& lib.4.cap.10.

§. Necessarius heres.1.

1 *Necessarius heres est seruus proprius heres institutus & num.9.11.*
2 *Seruus à domino ante mortem vel manumissus vel alienatus, necessarius heres non est.*
3 *Restitutioni sub conditione subiectum, ea pendente pleno iure heredis est.*
4 *L.si seruo.84.D.de hered.inst.& num.13.*
5 *L.ex parte.58.D.de acq. hered.& num.14.*
6 *Necessarius heres efficitur voluntarius si sub conditione si velit, institutus sit. & n.15.*
7 *Lex Ælia Sentia seruorum manumissiones in fraudem creditorum impedit. & num.17.& 18.& 19.*
8 *Separatio bonorum impetrari à seruo herede instituto debet, aliàs à domini creditoribus occupantur, & nu.21.*
10 *Huius materiæ de necessarijs heredibus tractatio hodie parum frequens.*
11 *Seruus ab intestato iure ciuili Romanorum existere nunquam heres potuit, licet aliud apud Hebræos.*
15 *Conditio* (Si voluerit) *ex necessario, voluntarium heredem facit.*
16 *Necessitas seruo proprio heredi instituto non remittitur, etiam coherede aut substituto dato, licet in filio contra sit.*
17 *In fraudem creditorum alienata actione reuocatoria reuocantur.*
18 *Libertas quæ semel competit amplius non potest reuocari.*
19 *Lege Ælia Sentia à domino qui soluendo non est seruum vnum proprium etiam in creditorum fraudem manumitti permissum. & quare.*
20 *L.si is qui soluendo.57.D.de hered.inst. Substitutus præfertur instituto aliquando.*
21 *L.1.tit.4.lib.5.Nouæ Recopilationis.*
22 *L.1.§.fin.De separationibus.*

1 NEcessarius heres est seruus proprius, heres institutus, idem in.§.licet. sup. quibus ex caus. manum. non licet. tex. in principio, & §.§.sequent. sup. de hered. instituto. Caius in institutionibus lib.1.titu.3. ad finem, Vlpianus in fragmentis titu.23.l.ait prætor.7.§.non solum autem filius. D. de minoribus. l. lege Cornelia. 12. D. de testamen. l. vxori suæ. 22. D. de donat. inter virum. l. sed si plures. 10. §. quos possum. D. de vulgari. cum alijs multis, quibus consonat d l. 21. titu. 3. par. 6. l. 3. tit. 8. par. 6. latè explicuimus in d. principio, & sequentibus §§. sup. de heredib. instituendis.

2 Sed primo pro dubitandi ratione contra nostrum textum in principio generaliter probãtem, seruum proprium heredem institutũ necessarium heredem esse, sic argumẽtor. seruus à domino suo heres institutus, si ab eodem postea vel manumissus, vel alienatus sit, non est heres necessarius, quia manumissus voluntate sua adire poterit, alienatus iussu noui domini. §. seruus autem à domino 3. sup. de hered. instituendis. l. sed etsi conditioni. 6. §. si seruum. D. de hered. inst. l. 21. l. 25. titul. 3. par. 6. ergo indistinctè heres necessarius non est.

3 Secundò sic argumentor, Id quod vel sub conditione, vel post tempus aliquod restitutioni subiectum est, interim pleno iure heredis est, illiusque qui restituere debet. tex. in l. fin. ibi. *proprietatem tamẽ ei legatam.* D. de vsuf. earum rer. quæ vsu consum. l. si quis sub conditione. 8. D. si quis omissa causa testam. l. species auri. 15. D. de auro & arg. leg. & nostris ferè in terminis textus elegans in l. generaliter. 29. §. sub conditione. D. qui & à quib. manu. liberi non fiant. *Sub conditione seruus legatus* (inquit Caius) *pendente conditione pleno iure heredis est.* induci rectè potest generalis regula. l. nõ ideo minus. 66. D. de rei vindicatione notant in optimo casu Palacios Ruuios in l. 56. Tauri. n. 2. Gomez in l. 50. Tau. num. 76. Pinelus in l. 1. 2. par. nu. 5. C. de Bonis Mater. & alij quos refert & sequitur Molina lib. 1. de Hispan. primogenijs, c. 19. num. 4.

4 † Sed si seruus, cui fideicommissa data est libertas, cum libertate heres, (cuius interim pleno iure est) heredem scripserit, necessarium non fieri heredem respondet Iulius Paulus in. l. si seruo. 84. D. de hered. instituendis, ergo.

5 Tertio sic argumẽtor, si aliqua ratione proprius seruus à domino institutus, heres necessarius est, quia ab eo inæstimabilem libertatem accipit, quare æquum est, vt qui ex miserrimo omnium statu ad eam eripitur pro tanto beneficio, id benefactori retribuat, argumẽto huius nostri textus in versiculo. *Pro hoc tamen*, & d. l. si seruo. 84. D. de hered. inst. Sed eo casu quo purè scribitur heres, non à domino sed à semetipso libertatem [illegible] equitur. l. ex

parte.

parte.§8. ibi. *Sed à semetipso accipit libertatem.* D.de acq.hereditate.ergo necessarius non fiet heres.

6 Quartò sic argumentor, si testator propriũ seruum sub ea conditione *si velit* heredem scribat,necessarius non est seruus heres.l. Cornelius.69.D.de hered. Instituendis.l. verba hæc 12.D.de cond.institution.ergo indistincte verum non est,proprium seruum heredem instituendum necessarium semper heredem esse.

7 Quintò sic argumentor, seruorũ manumissio infraudem creditorum facta lege AElia Sentia nulla est.textus in principio.sup.Quibus ex causis manum.non licet,vbi latiùs diximus, Fit autem proprij serui institutione vt creditores fraudentur, qui ex huius diuenditi pretio,suum consequi potuissent, quum seruorum non mediocre olim esset pretium,sed pro artificij,ingenijque excellentia diuersum.l.1. §.Ne autem quantitas, C. de communi seruo manumisso.ergo eius institutio nulla erit, quũ Iustinianus hic non distinguat vilem testator instituerit,an pretiosum.

8 Sextò contra nostrum textum ibi. *Quæ post mortem patroni sui sibi acquisierit ipsi reseruentur.* quibus verbis probat Iusti. quæ seruus post mortem patroni sui acquirit,ipsi reseruari.Sic argumen. quod seruus heres institutus post mortem domini sui acquirit, non ipsi reseruatur,sed patroni creditoribus addicitur,separatione non impetrata,l.1.§.fin.D.de separatio. ergo,contra nostrum textum.

9 His tamen non obstantibus verisimum quidem est quod hoc loco Iustinianus docet seruum proprium à domino suo heredem institutum,necessarium ei futurum heredem,ex iuribus suprà allegatis,& l.& si sine.8.§.Sed quod Papinia.D.de minoribus.l.1.C. de necess. seruis.hered.inst.l.1.C.qui manu.nõ poss. Adeò vt si eam hereditatem respuat pœna coerceatur.l.cum quidam.4. ibi. *qui si hoc facere tentauerit,etiam puniendus est.*C. de necess.seruis hered.inst. † Planè,vt rectè hic Mynsingerius in principio ex Balduino notat, cum prima hæc heredis species ob sublatam inter Christianos seruitutem hodie propè sit abolita,nihil opus est de ea multa verba profundere, tum maximè quùm ea quæ ad huius loci enarrationem attinent,latè suprà ad titulum,quibus ex caus.manum.non licet, & de hered.Instit.prosequuti simus.

11 Illud autem hic omnino obseruabis, quod etsi ex testamen. seruus proprius necessarius heres domino sit,idque maxima cum ratione, præcipuè vbi nullus alius futurus erat heres, ne alias defuncti bona de lapide emerentur, quod quam ignominiosum veteribus fuerit,facile ex Ciceronis orationibus, pro Publio Quintio,& Erasmo,in adagijs, Chiliadis.2.centuria.10.adagio.77.& Chiliadis.3. centuria.1. adagio.67.colligere licet, Ab intestato tamen seruus heres esse nunquam potuit, nam legitima hereditas ab intestato defertur iure ciuili, & quod ad id attinet seruus nihil est. l. quod attinet.32.D. de regulis iuris licèt apud Hebræos vernam habuisse aliquod ius succedẽdi domino suo sine liberis defuncto,satis colligatur ex illis verbis Geneseos.xv. c. *Mihi autem non dedisti semen,& ecce vernaculus meus, heres meus erit.* Cum tamen qua ratione seruus necessarius heres dicatur, satis superq; Iustinianus hoc loci explicet,quia omnino siue velit, siue nolit post mortem testatoris protinus liber & heres fiat, & nos latè in dictis locis dixerimus,ea iterum inculcanda non sunt.

12 Non obstant argumenta contra nostrum tex.adducta,non primum ex. d.§. seruus autẽ à domino.sup.de hered.instituendis. cui satisfacies adhibita distinctione, quam ibi scripsimus ex nu.6. oportet enim vt necessarius heres institutus seruus sit cum in eadem causa,& familia durare.

13 Non obstat secundum ex. d.l. si seruo.84. D.de hered. inst. quoniam vt diximus in d.§. seruus,num.9.vt quis necessarius heres domino sit,vtrumque & libertatem, & hereditatẽ ex eodem testamento consequi oportet. l. si seruus communis.7.d.l.si seruo.84.l. testamento.90.D.de hered.instituend. vnde cum in. d. l.si seruo,ei ex fideicommisso deberetur libertas à domino, necessarius heres non erit, qui enim etiam inuito defuncto poterat libertatem extorquere,is liber esse iussus, non magnum videtur à defuncto beneficium cõsequi, imò nihil commodi sensisse, sed magis debitã sibi accepisse libertatem.Nisi adhuc penderet conditio fideicommissi,quæsi postea eueniret is,qui factus est necessarius heres,fieret voluntarius, non vt desinat heres esse,sed vt ius in eo mutetur successionis.

14 Non obstat tertium ex.d.l.ex parte.§8. D. de acquir.hered.(de cuius interpretatione plura diximus in d.§.seruus.num.11.)quoniam illa verba.*Sed à semetipso accipit libertatem*, iuxta proxime præcedentia intelligenda sunt, quo casu seruus solus,aut pure ex parte heres est instutus,quamuis siue velit,siue nolit adire hereditatem debeat iuxta regulam nostri textus à semetipso tamen quodammodo & hereditatem,& libertatem accipere videtur, quia ad testamenti confirmationem(quæ, vt in rub.huius tituli diximus,ab aditione pendet)altẽrus aditio nulla est necessaria,quẽadmodũ eo casu, quo sub conditione,*si alter heres erit proprius seruus heres instituitur*,nã cũeo casu,vt cõditio existat,quũ omnino requiratur & ita alterius aditiò in primis sit necessaria,à coherede quodãmodo dicemus eũ & libertatẽ,& hereditatem cõsequi,isque est sensus.d.l.ex parte,in primo & in secundo casu,in vtroq; tamen à domino qui

qui eum instituit, libertatis & hereditatis commodum accepisse dubium non est.

Nō obstat quartum, cui rectè respōdet Acc. hic. verb. *& necessarius.* quòd hic Iustinianus docet limitandū esse, quādo dominus, aliquam seruo arbitrij libertatē vltrò dederit, vt si scripserit *seruus meus si volet heres esto.* nā quamuis hæc verba in volūtario herede conditionē nullā faciant, potest enim is vel nolle hereditatē, ad necessariū tamē alioqui heredē conditionē faciunt, vt si is nolit, heres nō existat. d.l. Cornelius. d.l. verba. quemadmodū si filio adijciatur, potest enim hæc necessitas remitti à testatore, & facilius intelligitur remissa. quā seruo, † nam si detur coheres, vel adijciatur substitutus potest filius fami. nō esse heres latius diximus in principio suprà de vulgari substitutione, quod in seruo satis nō est, d.l. ex parte. 48. D. de acq. hereditate. l. eius qui in prouincia. 41. D. de reb. cred. & si cert. petat. quamquam satis sit, vt nec liber nec heres fiat in fraudem creditorum, tex. in d. §. licet. ibi. *si modo ei nemo alius ex eo testamento heres extiterit.* sup. quib. ex caus. man. non licet.

Non obstat quintum, ad cuius explicationē sciendū est, in vniuersum edixisse Prætorem non esse ratū quod in creditorū fraudē fieret, l. 1. & toto tit. D. de his quæ in fraud. credit. l. 1. & toto titulo. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. cred. l. videamus. 38. §. in Fabiana. D. de vsuris. l. 1. & per totū. D. si quid in fraud. patroni. §. itē si quis in fraudē. 6. infrà de actionibus l. 7. cū sequēt. t. 15 part. 5. plura adducit Maynus lib. 2. actio. ex c. 8. cum seq. Paz in praxi. 3. tomo. c. 2. §. 3 per totū, cū enim debitores possessionē, aut distractionē bonorū suorū metuentes, solerent res suas in fraudem creditorum alienare, & interuertere, quæ alienatio ipso iure valida erat, & efficax, eaque dominium in accipientem transferebatur, æquum fuit & valdè necessarium creditoribus succurri, quibus culpa aut negligentia obijci nulla poterat, ne ex sua fraude & dolo debitor commodum consequeretur, vnde actione reuocatoria (quæ *Paulina*, siue *Pauliana* à Paulo Prætore, vt placet Vuesembekio dicta fuit.) à Prætore proposita prouisum fuit, qua traditione rescissa res alienatæ reuocantur, & inde licet creditoribus eas petere perinde ac si traditæ non essent, sed mansissent semper in bonis debitoris, d. §. item si quis in fraudē, (vbi latius dicemus, & cum Iustiniano pluribus illud Prætoris edictum discutiemus) † Antiquior Prætoris hoc edicto lex *Ælia Sentia* vt Balduino placuit est & iuxta libertates in creditorum fraudē factas sic statuerat, ne datæ valerent. Singulari sanè ratione quoniam libertas quæ semel competit reuocari non potest, l. ait Prætor. 7. §. sed quod Papinianus. D. de minorib. §. semel, sup. quib. ex caus. man. non licet. §. si is qui, inf. de eo cuilibert. caus. bona addicuntur. idemque ne si semel valeret creditores fraudarentur, cum amplius non posset reuocari, necessarium fuit à principio nullam esse, † vnde rectè Vlpianus in fragmentis titulo 1. perfectam appellauit legem Æliam Sentiam, quæ non solum prohibuit fieri, sed & factum annullauit. Nec tunc obstat noster textus, iuncto. d. §. licet. sup. quib. ex caus. manum. non licet. l. 1. C. de necess. seruis hered. inst. l. qui soluendo. 42. l. si is qui soluendo. 57. D. de hered. instituendis, in quibus libertas data in fraudem creditorum valet, nunquamque reuocatur, quoniam eadem illa lege Ælia Sētia qua libertates fraudandorum creditorum gratia datæ impediuntur, testatorum gratia admissum fuit, vt vel seruum suum necessarium heredem scribere debitor posset, qui liber fiat, hereseque ei solus & necessarius existat, si modo nemo alius ex eo testamento heres extiterit, aut quia nemo scriptus sit, aut quia is qui scriptus est, qualibet ex causa heres non extiterit, vt sic testatorum famæ consulatur, quibus aliàs si sine herede decederent, maxima infamia irrogaretur, vt superiùs diximus, & Iustinianus aduertit in d. §. licet, eoque pertinet. l. & quia. 6. D. de interrogat. actionib. l. vel negare. 6. D. quemadmod. testam. aperi. l. primo gradu. 23. D. quæ infraud. credit. Vnde intelliges textum in d. l. qui soluendo. 42. vers. *quod si vterque viuat.* vbi plurium seruorum institutio non valet in fraudem creditorum, quia scilicet vnus sufficit, qui defuncti famæ consulat. † Præterea intelliges textum in. l. si is qui soluendo. 57. D. de hered. instituendis, vbi substitutus liber præfertur seruo instituto, si per eius institutionem creditores fraudantur, quia ita demum lex Ælia Sentia serui vnici infraudem creditorum conseruat institutionem, si modo nemo alius ex eo testamento, heres possit existere, vnde cum possit substitutus admitti, quando institutus nolit, vel non possit, consequens est à substituto incipiendum esse, quæ est elegans limitatio. l. quandiu. 68. D. de acq. hereditate.

Ex qua resolutione illud iam deduci videtur, quod quum hodie attenta l. 1. tit. 4. lib. 5. Nouæ Recop. etiam absque heredis institutione, testamentum valeat, neque ideo nullum sit, quòd institutus repudiet, consequens videtur, neque vnicum seruum posse creditorum fraudandorum gratia heredem fieri, quasi iam cessauerit ratio obquam eius institutio hic, & alibi, sustinebatur. argumen. §. illis autem temporibus. & §. sed hactenus, sup. de militari testam. Sed adhuc dicendum est, decisionem, nostri textus & similium non esse correctam, cum duplici ratione nitatur; vt conseruentur legata, & defunctus cum herede decedat, qui eius personam referat, & sub cuius

nomine bona veneãt, ergo quãuis prior correcta, sit, manet tamen posterior, & inde manet quoq; decisio. §. affinitatis supra de nuptijs.

22 Nõ obstat 6. ex. d. l. 1. §. fi. D. de separationibus, cuius explicationẽ antea quã adducamus, rectè Acc. nostrũ verbo, *commodum*, hic obseruasse, noto, iure optimo factum esse, vt seruus proprius qui in hoc grauatur, vt siue velit, siue nolit heres sit, itẽ vt bona sub eius nomine de lapide emãtur, in hoc releuetur & beneficio afficiatur, vt quæ post mortẽ domini sui acquisierit ipsi reseruẽtur, ex vulgari Regula. l. eum qui. 30. D. de iureiur. vbi plura idẽ Acc. adducit, quòd est maximũ libertatis hereditariæ cõmodũ, vt acquisita sibi cõseruet, nec ea possint creditores in vẽditionis necessitatẽ pertrahere, etiã si defuncti bona ipsis nõ sufficiãt, quod seruo singulari quodã beneficio, cõcessum est, nẽpe separationis, in d. §. fin. si priusquã defuncti bona, cũ suis cõfusa ac permixta sint bonorũ separationẽ impetrauerit, vt rectè hic Accur. ver. *reseruentur*, aduertit, quẽ cæteri sequũtur; hac enim confusione facta obtinere nequibit, nisi minoris ætatis beneficio restituatur ex. d. §. finali, coniunctа. l. ait Prætor. 7. §. non solum autem. D. de minoribus, quamquam hodie generaliter omnibus heredibus tribuatur aliud simile, nempe inuentarij, quod Iust. introduxit, vt cum eo audiemus ad. §. Sed nostra beneuolentia, infrà, hoc titulo.

§. *Sui autem necessarij*. 2.

1 *Sui & necessarij heredes sunt liberi qui in familia proximum à patre fam. gradum obtinent.*
2 *Difficillima iura contra nostrũ textũ adducta.*
3 *Suos in heredes dominium bonorum pater norum continuatur.*
4 *Filia & nepotibus præteritis validum erat testamentum vsque ad Iustiniani tempora.*
5 *Sui heredes qua ratione necessarij instituendi.*
6 *Hereditas suis heredibus obuenit: à suis petitur: inter suos diuiditur, & nu. 36. & 37.*
7 *Suis heredibus necessaria vsucapio, & nu. 38.*
8 *Suus heres quis esset quum ab Angelo Politiano esset quæsitum, infœliciter obmutuit.*
9 *Suitas non nisi ex Romanæ iuris prudentiæ libris potest explanari.*
10 *Suitatis definitio ex Iustiniano hîc.*
11 *Suitas quomodo consideretur quoad causam iuste statu, obiterque difficillima iura explicata.*
12 *Sui heredes liberi legitimi, & adoptiui, vsque ad Iustinianum.*
13 *Suos heredes fœminæ non habent.*
14 *Patria potestas necessaria ad suitatem quo tempore sit?*
15 *Proximitas quoad suitatem respectu eiusdem lineæ consideratur.*
16 *Sui heredes quare sic appellentur? & nu. 18.*
17 *Suitatis nomen veteribus Iure consultis inusitatum aptum tamen est ad docendum.*
20 *Sui, qua ratione necessarij quoq; heredes dicãtur.*
21 *Transmissio ex potentia suitatis, qua ratione inducta admittendaque etiam post abstensionis beneficium, quamdiu filius se bonis non abstinuit. num. 22.*
23 *Suorum longè maior ante abstensionem, quam necessariorum obligatio.*
24 *Abstensionis beneficium à Prætore quare inductum.*
25 *Abstensionis beneficium suitati non præiudicat.*
27 *L. in suis. 11. D. de lib. & posthumis. & nu. seq.*
28 *Filio suo herede præterito ab initio testamẽtum inutile secus in alijs suis heredibus, vsque ad Iustinianum.*
29 *L. cæterum. 8. §. filia vel nepos. D. de iniusto rup.*
30 *Emancipationibus tribus, filius à patria potestate olim exibat, filia vel nepos vna, vnde minor suitas in his, quam in illo, & quare.*
31 *Dominium bonorum paternorum quo casu patre testato decessit, inæqualiter in suos deriuatur, secus eo intestatò defuncto, 32. & 33.*
34 *Hereditas iacens prout est persona ficta, quæ defunctum repræsentat, suis heredibus existentibus non datur. & nu. 35.*
36 *Hereditas tacẽs, quæ vniuersitatem patrimonij, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit, significat, datur suis etiam existentibus.*
38 *Vsucapio pro herede an suis heredibus existentibus detur, vsque ad num. 49.*
L. nihil. 2. C. de vsucap. pro herede, & num. sequentibus.
40 *Sui heredis existentia non impedit quin alius tertius pro herede vsucapere possit, cum Doctissimo Gabriele Henriquez contra communiorem, & nu. seq.*
43 *Vsucapio etiam in suis sine possessione non procedit.*
44 *Possessio sine apprehensione neque in suos transfertur.*
45 *Dominium etiam sine apprehensione multis in casibus transfertur.*
46 *Quasi possessio sine apprehensione tranferri potest.*
47 *Patronus qui nunquam præsentaui tueri potest in quasi possessione sui prædecessoris.*
48 *L. si homo. 45. D. de vsucapionibus.*

CElebris, nobilisq; est hic Iustiniani locus in suitatum (vt nostri loquuntur) materia, & quo magis quàm alio totius iuris ciuilis Romanorum, (cuius ea vox propria est, l. cum ratio. D. de bonis dam.) eius vis & potestas explicatur, de ea plura diximus in §. ita demum. Infrà de heredibus, quæ abintestato defer. vbi eadem ab Imperatore inculcata est sententia, ideoque hic paucis agemus. † Ergo 1 sui & necessarij heredes dicuntur liberi qui in familia

familia proximum à patre familiàs gradum obtinet: sui quia hereditatem tamquam suam: necessarij quia iure antiquo retinere cogebantur. Sententia hæc pluribus Pandectarum locis probatur, tum maxime l. lege Cornelia. 12. D. de testam. l. in suis. 11. l. Gallus 29. cum multis alijs ibi. D. de liberis & posth. l. si quis filio exheredato 6. in princ. D. de iniusto rupto. l. 1. in princip. & seq. §§. D. de suis & legitimis. §. sui. d. §. ita demum infra. de hered. quæ abintest. vbi alia adduximus, quibus consonat. l. 21. tit. 3. p. 6. prosequitur præter alios longioribus commentarijs Gutierrez in peculiari huius. §. repetitione.

2 Sed pro dubitandi ratione contra priorem huius textus partem qua Iustinianus probat ad suitatem patriam potestatem requiri, & in ea vt is, qui suus esse vult, primum gradum & locum obtineat, sequentia difficillima obstant. Primò textus in l. si filius heres. 16. D. de liberis & posthumis. Secundò tex. in l. qui in aliena. 6. §. interdum. D. de acq. hered. Tertiò textus in l. siquis filio exheredato. 6. vers. *planè*. D. de iniusto rupto. in l. scripto. 6. D. vnde liberi. l. 1. §. sciendum. D. de suis & legitim. §. cum autem. infrà. de hered. quæ abintestato deferuntur quibus omnibus in locis nepos à patre præcessus suus heres est auo. Quartò, nec patriam potestatem ad suitatem requiri, satis probat posthumus, qui extra eã est. l. fin. D. de collat. bon. l. fin. D. de adlig. libertis, & tamen sui heredis iura habet. d. §. ita demum. versic. *posthumi*. infrà de hered. quæ abintest. defer.

3 Quinto contra nostrum textum ibi. *Sed sui quidem heredes. &c.* coniuncto Iulij Pauli loco; (vnde iste sumptus est) in d. l. in suis. 11. D. de lib. & postumis, quibus probatur in suos heredes mortuo patre, ita dominium continuari. vt magis eos liberam bonorum administrationem consequi, quàm nouam hereditatem adipisci dicamus, vnde etiam non instituti ipso iure heredes, ideſt domini sunt, sic argumen-

4 tor, † si in omnes suos heredes dominium ipso iure ita continuaretur vt licèt non essent instituti heredes & domini nihilominus essent, fieret, filia & nepotibus suis heredibus præteritis paternum siue auitum testamentum ab initio nullum esse, acsi filius masculus esset omissus. Hoc tamen est falsum, cõstat enim sæculo & ætate Iulij Pauli, & reliquorũ omniũ I. C. vsque ad tempora Iustiniani his præteritis, filia videlicet & nepotibus, validum & firmum existere testamentum illis tatum modo per ius accrescendi ad certam portionem admissis, eodem Iustiniano teste in l. maximum vitium. 4. C. de liberis præteritis. & in principio, vers. *Sed non ita de filiabus*. suprà de exheredatione liberorum, ergo in suos heredes indistinctè, etiam non institutus nec domi-

5 nium nec hereditas continuatur. Discursus. † ille legitimus est, maior enim patet ex verissima Bart. sententia in. d. l. in suis, numero 7. docentis, ideo testamentum nullam ab initio esse, filio familias præterito, quoniam cum is rerum paternarum ipso iure dominus sit, alius à patre institutus earundem dominus effici non potest, ex ratione. l. si vt certo. 5. §. si duobus vehiculum. D. commodati. l. quod cõtra. 141. §. vniduo. D. de reg. iuris, ergo similiter id eueniret filia, nepotibus ve præteritis, cum similiter sui heredes patri & auo sint ex hoc. §. sui, &. §. ita demum infrà de hereditat. quæ abintest. def. quod cum non sit admittendum, vt paulò superius diximus, consequẽs est in suis heredibus dominij continuationem non dari.

6 Sextò pro dubitandi ratione sic argumentor, in suis heredibus datur hereditas, iacens, ergo non cõtinuatur, Patet antecedens, nam si iacens hereditas in suis non esset, nec diceretur eis obuenire in l. & quia plerumq; . x. D. pro socio. in l. lege obuenire. 130. D. de ver. significatione iuncto. §. intestatorum, infra de hered. quæ abintest. deferunt. nec ab eis peti, in l. 3. D. de petitione hered. nec inter ipsos diuidi, in toto titulo. D. & C. familiæ erciscundæ, eis tamen obuenit, abeis petitur, & inter eos diuiditur, ergo continuata non fuit.

7 Septimò sic argumentor. Si in suis semper daretur dominij continuatio necessaria eis non esset vsucapio ex titulo proherede cum vsucapio sit dominij acquisitio. l. 3. D. de vsu cap. illud autem quod continuatum esset non posset acquiri. §. sic itaque discretis, infrà de actionibus. Sed necessaria est hæc vsucapio. l. 3. §. filium D. pro herede, vbi Iulianus scripsit, rem sibi à patre donatam filium titulo pro herede vsucapere non posse, quia causam suæ possessionis mutare non potest, vt paulò superiùs in eadem. l. 2. §. quod vulgò, idem Iulianus dixerat, & probat l. 3. §. illud D. de acqui possessione, ergo semota ea ratione potuisset filius pro herede vsucapere, alias deterioris conditionis esset filius, quam extraneus quod tamen ferendum non est ex ratione. l. si filius qui patri. 12. D. de vulgari versic, *Etenim ius dicenti propositum est liberos oneribus hereditarijs non sponte susceptis liberare, non iunctos ab hereditate remouere.* l. 3. §. si emancipatus versiculo, *cum rescissio quò magis admittatur, non quo minus adhibeatur*. D. de bon. posse. contrà tab. l. quod fauore. C. de legibus, ergo dominium non continuatur.

8 His tamen non obstãtibus verissima est sententia & conclusio nostri tex. Ad cuius explicationem, quùm suitatis tractatus de iuris apicibus (vt dici solet) sit, qui sunt sui heredes cum Iustiniano hic vt explicemus opportunum erit, quod sanè difficile esse definire, vel

eo constare potest, quod Politiano euenisse fertur, is enim dum senex iactaret se in glosse matis iuris Ciuilis, non solum Accursio non cessurum, verum eum se superaturum, interrogatus à Socino seniori, quis suus heres esset, infœliciter obmutuit, referunt præter plures alios, Alciat. lib. 4. de verb. significatione ad finem. Contius, libro singulari, *de hereditatibus & bonorum possessionibus quæ abintestato deferuntur*. pagin. 18. Spanochius libro singulari, ad. l. Gallus, particula. 9. nume. 42. nec id mi-
9 rum † nec enim nisi ex Romanæ iuris prudentiæ libris explanari potest, quùm nullæ aliæ gentes fuerint apud quas hoc suorum & necessariorum heredum discrimen cognitum fuerit. Verum (nisi ego fallor) quoad testati causam attinet, desumi definitio ex Iustiniano hic
10 potest, & ad hæc pauca verba arctari † *Sui heredes sunt liberi, qui in potestate morientis fuerunt, & quos mortis eius tempore nemo proximiore gra-*
11 *du antecessit.* † quoad intestati verò causam, inspicere solemus, an tempore quo destituitur testamentum nemo proximiore gradu antecedat, vnde Papinianus respondit filium exheredati filij, licet mortis aui tẽpore non esset proximus in potestate, postea tamen suum abintestato existere posse, si cũ extraneus repudiat hereditatem nemo illum nepotem in potestate præcedat, quod accidet si filius exheredatus decedeat, extraneo deliberante. l. siquis post humos. 9 D. de liberis & posthumis. l. siquis filio exheredato. 6. D. de iniusto rupto. l. scripto 7. D. vnde liberi l. 1. §. sciendũ. D. de suis & leg. & tex. in §. cum autẽ infrà de hered. quę ab intestato, quæ iura difficillima alias hinc verissimam accipiunt interpretationem.

12 Sed subsistamus parumper, & sigillatim diffinitionis verba percurramus, diximus, *Sui heredes sunt liberi.* siue naturales, hoc est ex iustis nuptijs procreati, siue adoptiui. l. 1. §. suos. D. de suis & legit. §. intestatorum ad fi. infrà de hered. quæ abintestato def. Dixi- 16
mus, *qui in potestate*, videlicet patria, quam ciues Romani, antiquissima Romuli lege, cuius verba à Caio, Balduino Reuardo & alijs relata, passim circumferuntur, in eos solos liberos habebant, quos ex iustis nuptijs procreauerant, siue primi gradus essent, vt filij filiæ, siue secundi, vt nepotes neptes ex filio siue vlterioris, vt pronepotes & proneptes ex filio descendentes, similiterque & in eos quos adoptauerant, hi enim in patriam potestatem redigebantur, apud Iustinianum libro. 1. harum institut. titulo de adoptionibus, & sui efficiebantur, dict. §. suos vsque ad Iustinianeam constitutionem, qua extranei in adoptionem dati, non transeunt in patriam potestatem nec sui intelliguntur, impuneque prætereuntur, & præteriti nec rumpunt, nec rescindunt, seu per querelam seu-
per contra tabulas bonorum possessionem, vno tantum casu iura suorum heredum habent, si pater adoptiuus intestato decesserit, cæteris legitimis iuribus ad familiam huius legitimi patris denegatis. l. cum in adoptiuis. 10. §. sed ne articulum. C. de adoptionibus, & apud antiquos Hispanos in l. 9. titulo 16. part. 4. quamuis hodie paulò aliter se res habeat.

13 † Ex his etiam verbis, *qui in potestate* constat fœminas suos heredes habere non posse, aut desinere habere propter capitis diminutionem cum liberos in potestate habere non possit. l. illud. 4. §. ad testamenta. D. de bon. possess. contra tab. l. nulla fœmina. 14. D. de suis & legitimis. §. fœminæ suprà de adop. §. cæteri, infrà hoc titulo quare filius matri extraneus heres est, non suus.

14 † Diximus, *Qui in potestate morientis*, nã eo tẽpore, quo defunctus moriebatur oportet in potestate fuisse, hoc quoad causam testati, secus quoad causam intestati, vt paulò superius animaduertimus, quãuis quoad posthumos qui in vtero mortis tempore gestantur receptum fuerit vt in eorum commodum pro natis habeantur, sintque nati sui heredes, quemadmodum si in potestate morientis nati forent, §. posthumi. infrà de hered. quæ abintest.

15 Denique adiecimus *Proximiore gradu antecessit.* quod de eadem stirpe seu linea accipiendum est, alioqui nihil oberit nepoti exaltero filio mortuo, alter filius superstes, quominus suus dicatur, quia proximiore quidẽ gradu in potestate illum antecedit, sed non in eadẽ stirpe, serie, seu linea, quamuis in descendentibus propriè stirps appelletur. Cur autem filius ille superstes non antecedat gradu hunc nepotem, in causa est, successio lege duodecim tabularum prodita, quæ sequentes admittebat, vt accuratè explicuit Contius iã relatus ex pag. 19. maximè pag 32.

Explicuimus breuiter qui sint sui heredes aliter quàm hactenus fecerint alij, dicamus vn de hoc nomẽ eis inditum fuerit, quod facilius non est definire. Sed frequentius placuit, vt suus heres quis dicatur, quasi sui ipsius heres, quia cum in vita patris quodammodo sit dominus, & eo mortuo, non tam alienarum rerum quàm suarũ dominium consequatur, sui ipsius heres esse videtur, vti explicuerunt Curtius Iunior in l. qui se patris, numer. 2. C. vnde liberi. Viglius in hoc §. sui in prin. Ioan. Coras. lib. 3. miscel. capit. 16. Alciat. lib. 4. de verborum significatione, pag. vltima, quo sensu *adsertorem suum* dixit Seneca lib. 5. de beneficijs, capite. 7. confirmaturque hæc opinio ex. d. l. in suis in illis verbis, *qui etiam vivo patre quodammodo domini existimantur*, & in illis *itaque post mortẽ patris non hereditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem*

conse-

consequuntur. ex quibus suorum heredum nomen deduxisse Iustinianum videtur in hoc. §. sui. ibi. *Sed sui heredis ideo appellantur, quia domestici heredes sunt & vivoquoque patre quodammodo domini existimantur.* & extat Vlpiani locus in l. 1. §. Iargius ibi. *quia arctandi non erant, qui penè ad propria bona veniunt.* D. de successor. edicto. & alter eiusdem Iulij Pauli in d. l. cum ratio. ibi. *velut ad debitam successionem eos vocando.* D. de bonis damnatorum, & alia addu cens probat Brisonius lib. 17. de verborum sig nificatione, pag. 620,

17 † Ex his *Suitatis* nomen fluxisse videtur, est-q; suitas qualitas illa secundū quā quis dicitur suus heres, quod nomen licèt sit veteribus Iureconsultis insuitatum, vt fatentur omnes scribentes, & Vlp. ipse videatur illud perhorruisse, dum pro *suitate* vsurpat nomen istud *ius sui* in l. 1. §. vltimo. D. de liberis agnoscendis, tamen non videntur reprehendendi nostrates qui illud inuenerunt ad docendum satis accommodatum, quandoquidem & *Lentulitatem* & *Appietatē* dixit Cicero. Epistola 36. *vllā Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me existimas, quam ornamenta vitutis?* & Asinius Pollio, *Patauinitatem* redolere Liuium censuit, & Vlpianus etiam ausus fuit *Peregrinitatem* dicere in l. sed si hac. 10. §. liberos. D. de inius voc.

18 Sed vt ad nomen *Sui heredis* redeamus, notationem illam, quā paulò superiùs scripsimus, sunt qui non admittant, eo quod filius etiam viuo patre suus heredes dicatur, in l. Gallus. 29. §. etiā si parente &. §. videndū D. de liberis & post. & vbiq; notat Bartolus, & tamen tūc nulla ratione sui ipsius heres dici potest, quare existimant suum heredem dici filium respectu patris quasi propius & domesticus heres, quod probari videtur ex tex. in l. penultim. §. videamus versiculo, *& vereor ne hactenus filio suo profuerit factum heredis scripti.* D. de bonor. poss. cont. tab. l. nepos 18. coniuncta Acc. expositione ibi verbo. *filius suus.* D. deleg. præst. in quibus Triphoninus. & Africanus Cōsulti filium suum dicunt, ideſt, proprium testatoris & in potestate retentum, vt notat & explicat Cuiacius ad Vlpianum. tit. 26. in princ. Deinde huic opinioni fauere videntur, Scæuola in l. quo tutela. 74. §. nemo. ibi. *nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei quem in suis heredibus cum moritur habuit, habiturus ve esset, si vixisset.* D. de reg. iur. & Sextus Pompon. in. l. verbis legis. 120. ibi. *legasse rei suæ*, & ibi, *tutelas quoque constituendi.* D. de verborum significatione, ex quibus responsis administis constat, filios quibus pater tutorem dat, ratione patriæ potestatis, rem ipsius patris dici, quod & probauit Vlp. in l. 1. §. per hanc. D. de rei vindicatione docens ex eodem Pomponio filium à patre adiecta causa ex iure Romano posse vindicari, est enim res ipsius patris.

19 Vnde vt diuersæ hæ, iuxta verbis notationem, opiniones concilientur, & difficultates cessent, vtramque rationem coniungendam esse existimo, cum imperatore Iustiniano in hoc. §. sui. ibi. *sed sui quidem ideo dicuntur quia domestici heredes sunt, & vivoquoque patre quodammodo domini existimantur.* Cuius posterioribus verbis serui excluduntur, qui etsi domestici sint heredes, ex §. 1. supr. de his qui sunt sui, coniuncto. §. 1. suprà hoc titulo ex quibus constat eos in dominio & potestate testatoris domini esse, nullum tamen ius eo viuo ad eius bona habent, filius ergo etiam viuo patre suus heres dici ex his potest, non attento tempore præsenti, sed futuro euentu, quo pater moriatur viuo filio: quomodo intelliges. d. l. Gallus. §. etiam si parente, & §. videndum. D. de liberis & posthumis. Atque hæc iuxta definitionem & notationem sui heredis dixisse sit satis, iam pergamus, adijciamusque nonnulla iuxta indultum suis heredibus necessarijs à prætore abstensionis beneficium, cuius hic Iustinianus in versiculo. *Sed his permisit Prætor.* mentionem fecit.

20 Ex hac † patris & suorum heredum interse coniunctione rerumque omnium communione factum est, vt necessarij essent heredes, quicumque essent sui. l. necessarijs. 57. D. de acquirend. hered. l. nam nec. 89. D. de legatis libro. 1. & apud Vlpianum in fragm. titulo. 22. verficulo. *Inter necessarios.* Necessarij verò ideo dicuntur (vt iam suprà diximus) quia omnino siue velint, siue nolint tam abintestato quàm ex testamento ex lege. xii. tabularum heredes fiunt, nam qui semel vel tacito animo hereditatem alicuius adijt, velit nolit est heres nec potest repudiare. §. extraneis, infrà eodem. Vbi dicemus. Sic quoniam mortuo patre, filius aut alius suus heres continuatione quadam fiebat dominus & possessor rerum paternarum, vt nullo momento iacuisse putaretur hereditas, sed eodem temporis puncto & reliquisse eam pater, & accepisse, aut potiùs habuisse eam filius putaretur, non licebat isti filio abdicare à se hereditatem; quam iam tunc agnouerat, aut legis authoritate adeptus erat,

21 † Quare etsi paulò post patrem nulla declaratione suæ voluntatis facta decessisset transmittebat eam hereditatem ad suos legitimos heredes & successores, perinde ac si eam sponte sua iam adijsset, l. apud hostes. 8. C. de suis & leg. hered. quamuis extranei heredes nisi aditam non transmittant, vt rescripsit Imperator Gordianus in l. si fratris 3. C.

22 de iure delib. † Postea verò successit ius Prætorium, quo permissum illis est abstinere hereditate, textus hic, & in dicta. l. necessarijs, nec ideo tamen minus putandum est, eos

esse heredes continuo post mortem patris, vt & antea erant, vt si decedant ipsi priusquam certam de eo animi sui significationem dederint, transferant eam hereditatem ad posteros, nam donec declarauerint velle abstinere paterna successione, heredes sunt, & reputantur esse, eoque pertinet quod scribit Vlpianus in. l. 1. §. qui sunt in potestate. D. si quis omissa causa testamenti. *qui sunt in potestate statim heredes sunt ex testamento, nec quod se abstinere possunt quicquam facit.* Significat enim eos nihilominus heredis nomen retinere, sed nudum, & sine re. l. 2. §. liberi versiculo *Sed si sint sui heredes.* D. ad Senatus Consultum Tertul. quia sicuti Prætor, heredem non facit. §. quos autem, infrà de bon. possess. ita nec ei heredis nomen adimit. & hoc est quod dicitur, non decedere sine herede, qui suum etiam abstinentem reliquit. l. cum quasi 30. §. sed etsi. D. de fideicommiss. libertatibus. quam explicat Connan. lib. 10. commentar. cap. 5. num. 8. nam totum illud tempus quod mortem parentis, & repudiationem intercurrit, videtur fuisse heres, nec in perniciem libertatis abstinere potest, in dicto. §. sed

23 etsi. † Sed tantum, vt ne ære alieno patris obruatur, vt hic Iustinianus ait. *vt potius parentis, quam filij bona possideantur à creditoribus*; quibus verbis perspicuum fit maiorem fuisse obligationem in suis heredibus, quàm in seruis heredibus institutis, hi enim apponebantur tantum, vt famæ defunctorum consuleretur, & suo nomine bona venirent, cæterùm non obligabantur hæreditarijs creditoribus, nisi quatenus soluendo erat hereditas, vt superiori paragrapho admonuimus. At sui heredes insolidum cogebantur, etiam de suo alienum patris debitum dissoluere, vt quemadmodum viuo patre quærebat omnia filius, ita etiam mortuo quæreret, & donec aliquid deberet pater nihil haberet filius, quod posset dicere suum, nam & æris alieni magnitudo quæ defunctum infamabat, eiusdem nominis & fa-

24 miliæ heredem afficiebat, † quod Prætores pro æquitate sua correxerunt, & licentiam permisere filio, abstinendi patris bonis, vt ne creditoribus eius teneretur, arbitrati (vt cum Connano arbitror ergo etiam) satis esse filios ad liberandum ære alieno patrem adduci pudore, & verecundia illa, qua afficiuntur si patris bona proscribantur. Nam & eam ob causam, vt par est credere, Asychys rex Ægyptiorum instituit, vt sepelire mortuum debitorem non liceret, nisi de creditorum voluntate. Sepeliendi enim patris desiderium filijs aut cognatis allaturum necessitatem paterni æris alieni dissoluendi. Itaque vt ex Theophilo Viglius, Mynsingerius & alij notarunt, satius esse statuerunt Prætores, patrem quam filium, mortuum quàm viuum, nō sentientem quàm sentientem iniuria affici, faciuntque ex necessario voluntarium, si se abstinere velit. In dubio secundum receptiorem sententiam creditores adhuc coguntur immixtionem filij probare, priusquam aduersus filium de paternis bonis experiantur, ergo dum filius tacet in suspenso sunt suitatis

25 iura.

† In his tamen quæ ad sui heredis vtilitatem pertinent ius abstinendi iuribus suitatis minimè præiudicat, vt hic Plateanus & nouio res aduertunt, quia bono heredis introductum est hoc beneficium, ideoque in eius dispendium retorqueri non debet, l. quod fauore. 6. C. de legibus, quamuis ea commoda quæ ab ipsa hereditate proueniunt, & adiunctionem quamdam ad damni oblationem adferunt excipiantur, qualia sunt nomina in hereditate reperta, quæ si heres prosequi velit, etiam ære alieno dissoluendo obligabitur ex consequentia necessaria. l. secundum naturam. 10.

26 D. de regul iuris.

His sic pro nostri textus explicatione auditis, quò magis eius materia percipiatur, vt quę in contrarium adduximus dissoluamus oportet, quæ sane nihil obstant: *non primum ex* l. si filius heres. 16. D. de libe. & post. cui satis facies ex his quæ plena manu scripsimus, ad §. ita demum, infrà, de hered. quæ abinteſt. defe. ex nu. 6. cum sequentibus.

Non obstat sequens ex d. l. qui in aliena 6. §. interdum. D. de acq. hered. cuius etiam disputationem eodem loco ex. n. 39. prosequimur.

Vlterius explicationem difficilium I. C. responsorum in d. l. si quis filio exheredato. 6. vers. *plane*, cum alijs tertio in argumento suprà adductis, prosequuti similiter sumus in d. §. ita demum, ex num. 43.

Vbi num. 45. & 44. an postumi sui heredes patri sint, quæ fuit difficultas quarto loco adducta similiter explicamus, quæ ibi dicimus, totidem hic essent repetenda verbis, nisi repetitio molesta foret.

27 De inde non obstat quintum argumentum, ad cuius explicationem illud incidit disputandū, nūquid Iustiniani is locus, itē & Iulij Pauli in d. l. in suis. xx. D. de liberis & posthumis, de omnibus suis heredibus indistincte sit accipiendum & quod dicitur in suos heredes dominium continuari, intelligendum sit, de sua herede masculo qui in primo gradu patriæ potestatis sit, an verò de reliquis omnibus suis heredibus? item & illud an omnibus suis he-

28 redibus præteritis abinitio nullum sit testamentum, an verò filio tantum præterito? Et † vt à posteriori hac quæstione (quam etiam in principio suprà de exheredatione liberorum prosequuti sumus) ex cuius solutione prioris pendet explicatio initiū faciamus, verissimum est, solo filio suæ herede præterito

testa-

testamentum fuisse inutile, non ita in alijs suis heredibus obseruatum, quibus præteritis initio testamentum valebat, vti locupletissimus testis est Iustinianus in Principio vers. *sed non ita de filiabus*, suprà de exhered.lib.in l. maximum vitium.4.C. de hb. præterit. antequem Vlp.scripserat in Frag.titulo. 22. vers. *ex suis heredibus. Ex suis heredibus* (inquit Vlpianus) *filius quidem neque heres institutus, neque nominatim exheredatus non patitur valere testamentum. Reliquæ verò personæ liberorum, velut filia, nepos neptis, si præteritæ sint, valet testamentum.* has personas apud veteres I.C.& Imper.vsque ad sua tempora potuisse præteriri, nec iure ciuili cõtra testamentum quo præteriti essent aliud auxilium habuisse, quam ius quoddam accrescendi, quod patrem famil.non faceret intestatũ, recte superioribus locis monet Imp. quod & obseruauit antiquus Ioan.de Imola.in.l.sed si conditioni.6.§.nepotes D.de hered. inst. & in l.fi.ad fi.D.de cond.inst. quẽ ab aliorũ calũnijs defendit Costa in.l.Gallus.29.§.& quid si tantum ex. nu. 26. omnino videndus, exactè enim & diligenter rem explicans, accurate probat nullum iniure ciuili testimonium esse, quo possit probari, filia, aut nepotibus suis he
29 redibus præteritis inutile esse testamentum † quinimo pro hac opinione bellissimè inducit & interpretatur eundem Vlp. in l. Cæterum. 8.§.filia vel nepos. D.de iniusto rupto. Vbi in filia & nepote suis heredibus pariter loquutus significauit, vtrosque à parente præteriri potuisse, dum sentit potuisse dubitari, an testamẽtum quod initio constitisset illis præteritis, eorumdem emancipatione rumperetur? *filia* (inquit) *quum emancipatur, vel nepos, quia vna emancipatione exeunt de potestate testamentum non rumpunt.* quo in loco artis delicias ostendit Vlpianus, quum enim constaret inter omnes valere testamentum filia & nepote suis heredibus præteritis, significauit id rumpendum fuisse in ipso emancipationis tempore (quod tamen nemo crederet) si modo tribus eman-
30 cipationibus de potestate exirent † quemadmodum exibat filius.l. liberos.3.§.1. D.de ca. diminutione coniuncta.l.fi.C.de adopti. & §. præterea.suprà.quib.mod.ius pat.post. solui. AGellius lib.5.noctium Attic.ca. 19. Alciat. lib.4.parergon.c.3.nam quum singulæ emancipationes vel eodem die, vel intermisso tempore fieri solerent, vti scribit Iulius Pau. li. 2. receptarum sententiarum tit.25.vers. *Singulæ emancipationes, vel eiusdem vel alijs testibus fieri possunt, vel eodem die vel intermisso tempore*, oporteret filiam vel nepotem post primam emancipationem ad potestatem reuerti vt de nuo emanciparentur, iuxta ea, quæ Caius scripsit lib.1.t.6.sicq; eueniret vt agnatione sui heredis testamẽtum rumperetur, vt in initio eius dẽ l.Certũ.8.idẽ Vlp.scripserat: *certũ est* (ait il
31 le) *adoptione vel adrogatione filij filiæ vtestamẽtũ rũpi, quoniam sui heredis agnatione solet rũpi.* id q; ita iuris ciuilis subtilitas exigebat argum. l. postumus.12.in princip. D. de iniusto rupto, verũ quia nõ tribus, sed vna emãcipatione cæteri sui heredes præter filiũ, exeũt de potesta te, testam.nõ rũpunt, quæ est illius loci verilsima interpretatio, iuxta quã intelligendus quo q; est idẽ Vlp.infragm. t. 23. vers. *agnascitur.* vbi cũ paulò superius dixisset agnatione sui heredis, qui neq; esset institutus, neq; exheredatus testam. rumpi subijcit statim, *Agnascitur suus heres, aut agnascẽdo, aut adoptãdo, aut in manũ cõuentiõedo, aut in locũ sui heredis succedẽdo, velut nepos mortuo filio, vel emãcipatio, aut manumissione, ideſt, si filius ex prima secũda ve mãcipatione manumissus reuersus sit in patris potestatẽ*, quẽ locũ si coniũgas eidẽ Vlp.d.t.22.vers. *ex suis heredibus*, quẽ suprà retulimus, planè cõuinces, lõge minorẽ suitatis qualitatẽ in filia & nepotibus esse, quã in filio, hic nõ nisi tribus mancipationibus exit de potestate, illi vna tãtùmodo: vnde fit, vt illis præteritis nõ in totũ infirmetur test. sed per ius accrescẽdi admittãtur, filio verò præterito statim nullũ sit. Quòd si vrgeas quæ sit causa vt filius nõ nisi tribus, filia autẽ, vel nepos vna mãcipatione exeãt de potestate curq; hoc ita inductũ fuerit, vt in filijs maior & potẽtior suitatis sit qualitas, quã in filiabus & nepotibus? quoad filias, nihil aliud occurrit, nisi quia cum per eas non ita ius agnationis, gentilitatis & familiæ cõseruetur l. pronunciato.195.§.familiæ. D.de ver. sign. commodius semper visum fuit vt hereditates ad masculos, quam ad fœminas fortiori iure pertinerent. §. cæterum infra.de leg.ag.suc. cum ibi adductis. Quoad nepotes, eos quamuis virilis sexus sint, & familiæ, & agnationis conseruatores, non tamen tanto sanguinis vinculo coniungi neque ita auis & maioribus coniungi vti filios, quod si tibi id non placet, quod tu melius dixeris, libenter accipiam.

† Ex quibus paulatim fit, Iulij Pau. respõsum in d.l.in suis xi. D.de liberis & postumis non generaliter de omnibus suis heredibus esse accipiẽdũ, vt voluit Costa.d.3.§.p.n.55.sed potius de suis heredibus masculis primi gradus, ideſt, filijs, vt præceptor Bart. ibi insinuare & sentire videtur sub num. 7. & plane probabis, si verba illius capites attentè perpenderis, ex quibus manifestè constat in filio suo herede Iulium Paulum loqui: principio etenim ait (*in suis heredibus euidentius apparet continuationem dominij eo rem perducere. vt nulla videatur hereditas fuisse*) quæ sane continuatio in alios suos heredes præter filium eo iure non dabatur, vti deduces ex superiùs consideratis; si enim in filiam, & nepotes suos heredes continuatio hæc daretur, necessariò deberent institui, aut nominatim exhere-

dari, alioqui testamentum esset nullum eis præteritis, ex ratione d. l. quod contra. 141. §. vni duo. D. de regul. iur. d. l. si vt certo. 5. §. si duobus vehiculum. D. commodati, aliàs enim fieret vt pater duos heredes in solidum haberet, extraneum videlicet quem suo testamento scripsit, item & filiam seu nepotem suum heredem, qui ipso iure heredes fierent. l. in suis.
32 14. D. de suis & leg. her. † Nec obstat si dixeris, huiusmodi continuationem & in suos heredes filias & nepotes dari, quo casu abintestato eis successio defertur. §. 1. infrà de hered. quæ abintest. def. & ita accipiendum esse tex. in d. l. in suis. 14. coniuncta l. 1. D. eod. illo tit. de suis & legit. nam & si hoc ego non negauerim: non tamen inde fit ex testamento, ideſt, quoties pater extraneum heredem instituit, filia, aut nepote suis heredibus præteritis, hanc continuationem admitti, cum si daretur continuatio resultaret absurdum, à nobis animad
33 uersum, quod tamen ferendum non est.

Deinde Iulium Paulum dicto loco de filio suo herede tantum, non etiam de alijs loqui, probat versiculo. *Vnde filius.* vbi docet, vsque adeò continuari dominium in filium patre mortuo, vt eo viuo nullum inter vtrumque discrimen esse videatur, quemadmodum etenim genitor pater familias dicitur, sic & genitus filius familias appellatur, itaq; sola illa nota genitoris à filio separatur & distinguitur quasi aliàs dominiũ vtriq; commune esset, vn de patre mortuo in filiũ non nouũ dominiũ, nouam ve hereditatem, sed magis liberã bonorum administrationem descendere dicendum sit, quæ omnia filio suo heredi, non cæteris cõueniunt, itẽ neque illa *hac ex causa, licèt non sint heredes instituti domini, tamen sunt.* quod vtique in filiabus & nepotibus dici non potest. & ita
34 soluitur. 5. argum.

Non obstat sextum, quo probabamus in suis heredibus hereditatem iacentem dari, inter suos diuidi, suisque obuenire; quoniam longe verius est, neque hereditatem iacentem dari in suis heredibus, ex his, quæ de dominij continuatione latè suprà diximus, & notabili Accur. opinione in l. cum hereditas. 9. verbo. *Successeritis.* iuncta additione. C. depositi, quã late exornat Gomez. in 1. tomo variarum
35 cap. 9. nu. 17. & alij plures relati à Ioanne Gutierrez hic. nu. 98. Quæ † tamen sententia intelligenda est in hereditate pro vt est persona ficta quæ defunctum repræsentat, de qua loquitur textus, in l. non minus. 31. versiculo. *hereditarium.* D. de hered. instituendis in l. hereditas. 34. l. hereditas. 61. D. de acq. rerũ. dom. l. si is qui pro emptore. 15. infine. D. de vsucapionib. l. mortuo. 23. D. de fideiuss. diximus plura in rubrica supra. de heredib. instit. & est Iustiniani nostri bonus locus in §. seruus etiam alienus. Sup. illo eodem titulo. ratio est, quia (vt sæpiùs diximus) in filium continuatur dominum bonorum paternorum, neque per momentum vacat, atque ita non est necessaria illa persona ficta, quæ defunctum repræsentet, interim dum heres acquirit domi-
36 nium rerum hereditariarum, quæ hereditas iacens appellatur. † Cæterum si accipiatur hereditas pro vniuersitate patrimonij, quæ per mortem alicuius ad alium peruenit, hæc etiam in suis heredibus datur, l. & quia plerumque. 10. D. pro socio, *& quia plerumque* (inquit Paulus) *vel à parente, vel à liberto, quasi debitum nobis hereditas obuenit.* §. in testatorum. infrà. de
37 hered. quæ abintestato deferunt. † in qua significatione hereditas peti dicitur, in titulo D. de petitio. hered. & diuidi in tit. D. familiæ herciscundæ. iuxta quam doctrinam intelliges verba. d. l. in suis. ibi. *nulla videatur hereditas fuisse* & ibi. *non hereditatem percipere videntur.* nam verbum *videtur*, quod fictionem denotat l. 1. §. deiecisse. D. de vi & vi armata. l. qui actionem. 15. iuncta l. minus. 204. D. de regul. iuris ostendit in suis heredibus non dari hereditatẽ fictè, vel pro vt est persona ficta, verè tamen pro vt significat res hereditarias, dari & solui-
38 tur sextum argumentum.

Non obstat septimum quoniam & si cõtro uersum sit, an in suis heredibus vsucapio proherede detur? putaueritque Bart. in. d. l. in suis nu. 2. filium suum heredem non posse vsucapere tit. pro herede rem in bonis patris relictam & abeo sine titulo possessam, quod antea docuerat Accu. in l. 1. verb. *existimauerit.* D. pro herede. ibi. *& hoc si est extraneus, secus in suo.* quem sequuntur plures relati à Gom. d. 1. tomo ca. 9. nu. 18. Pinelo in rub. C. de bonis mat. 2. p. n. 37. quibus expresse fauere videtur. tex. in l. nihil. 2. C de vsucapione pro herede. *nihil pro herede* (inquiunt Diocletianus & Maximianus) *posse vsucapi, suis heredibus existentibus magis obtinuit.* Idque idem prior argumentationis suprà adductæ pars probare videatur; Contraria sententia longè verior est, ex d. l. 2. §. filiũ D. pro herede, cum alijs in posteriori parte syllogismi adductis, vt hic defendit Viglius n. 4. Nec incontrarium adducta obstant, quoniã licet dominium in filium continuetur ex nostro tex. & d. l. in suis. hoc tamen procedit in rebus, quæ patris erant, in quibus non est necessaria vsucapio, l. sequitur. 4. §. Iana. D. de vsucap. d. §. sic itaque discretis. infrà de actionibus: non tamen in alienis. l. nemo plus. 120. D. de reg. iuris. & ideo in his vsucapio est necessaria, quam ex sua persona incipere potest filius titulo pro herede, quia licet, quo ad eum non detur hereditas jacens pro vt persona ficta, datur tamẽ hereditas, pro vt significat patrimoniũ, & vere heres est; ac proinde filius rẽ alienã inuentam in hereditate patris vsucapiet titulo pro herede.

Deinde

Deinde non obstat tex.in.d.l.nihil.2.C.de
39 vsucap. pro hered. cui respondet ibi Fulgosi. in ea nõ negari, vsucapionem pro herede suis; sed tantum probari, non posse alium vsucapere titulo pro herede existentibus suis heredibus. hoc ideo, quia non potest alius dici heres in bonis patris existente suo, in quem ipso iure transit dominium rerum hereditariarum. ex.d.l.in suis nostro tex.&.l.2. C. vnde liberi qui putatur expressus ad comprobandum 44 hanc interpretationem. quæ & Viglio hic placet, & à pluribus, quorum Pinelus sup. meminit, sequuta est.

40 Verum ego cum doctissimo præceptore meo egregio Gabri. Henriq. primario Iuris Cæsarei apud nostros Salmanticenses interprete, in Scholijs ad.d.l.in suis. D. de liberis & posthumis. cõtrarium sequor, existentiam sui 45 heredis non impedire quin alius tertius possit, res ex ea hereditate pro herede vsucapere, quoniam argumẽtum deductum ex, d.l.in suis. & ex.d.l. 2. C. vnde liberi. hoc solum euincit nõ posse alium dici heredẽ, dum existit heres suus, non tamen inde sequitur, cessare vsucapionem pro herede, quæ contingit vbi quis 46 vere heres rem alienam in hereditate inuenit, quam putans hereditariam per legitimum tẽpus possedit, vsucapit enim eam titulo pro herede, vt cum Castren.in.l.1.D.pro herede bẽnè explicat Gom.d.c.9.n.18. Hoc nihil impedit quod quis existat suus heres patri, & nihilominus alius qui verè heres sit patri, apud quem deposita vel commodata erat res per patrem illius sui heredis possit eam vsucapere titulo pro herede.

41 Nec obstat, quod in filium ipso iure fuerit translatum dominium rerum paternarum vbi cunq; existentium, adeo vt nullus in illis possit dici heres, quoniam in specie proposita nõ vsucapiet iste quasi heres patris, sed alterius qui rem patris tenebat; & quamuis eius rei dominiũ ipso iure fuerit translatum in filiũ, hoc tamen operatur vsucapio, vt auferat dominiũ vero domino & tribuat vsucapienti, vt latè probauimus in rub. suprà de vsucapionibus. Quo fit, vt hoc casu, existentia sui heredis nõ possit impedire vsucapionem ex titulo pro
42 herede. † Sanè siquis extraneus vellet vsucapere res hereditarias, eo quod diceret se heredem patris, & iustissimo errore duceretur, quo casu procedere videtur titulus pro herede, l.non solum.33.§.quod vulgo.vers. *hoc amplius*. D. de vsucap. licet id posset procedere cõtra heredem extraneum, non tamen contra suum, quia propter dominij continuationem efficit, vt alius heres esse non possit. l.2.C. vnde liberi. explicat Sarmiento in.d.l.in suis. numero.10.

43 Sed adhuc restat scrupulus ex. d. l. nihil.2. C. de vsucap. pro herede. sed tentari posset, in ea lege solum probari existentiam sui heredis non sufficere ad vsucapionem ex titulo pro herede, quia licet hæc existentia alios inultos in iure operetur effectus l. si filius qui patri. 13. D. de vulgari. l. apud hostes. 8. C. de suis & legitimis. ad vsucapionem tamen non sufficit existentia, sed requiritur actualis immixtio, & apprehensio possessionis, sine qua non procedit vsucapio, l. sine possessione. 25. D. de vsucap. & quamuis † in filiũ suum heredem cõtinuetur dominium ipso iure, non tamen possessio, vt contra glossam in.d.l.in suis. verbo. *quodammodo*. obseruat idem Acc. in. l. cum miles. verbo. *coniunctim*, versiculo. *sed contra in possessione*. D. ex quib. caus. maio. quã probat Bart. in eadem l. in suis. n. 5. Cuiaci. in fine. Iaso. nu. 30. & nu. 31. Satmiento. nu. 11. Corasius lib. 3. miscell. cap. 12. & cap. 13. hoc ideò, quia † cũ dominium sit iuris, facilius transit ministerio iuris sine apprehensione, vt apparet in multis casibus, quos enumerat glossa, in.l, si ager. 51. verbo. *recte*. D. de rei vindicatione quam possessio quæ plurimũ habet facti, l. 1. D. de acq. possess. & factum etiam desiderat, l. cum heredes. 23. eodem titulo. † Ex quibus confirmari 46 potest celebris Baldi doctrina in.d.l. in suis. in principio, docentis, quasi possessionem iurium incorporalium in successorem transire sine apprehensione, nam cum ea iura non possint corporaliter apprehendi, principium. sup. de reb. corporalib. & incorp. ius ciuile facilius intellectualem illam quasi possessionem in successorem transfert, quemadmodum dominium, † 47 ex qua doctrina Lambertinus tract. de iure patronatus. 1. p. lib. 2. q. 3. art. 22. defendit patronum qui nunquam præsentauit, tuendum esse in quasi possessione iuris præsentandi ex persona sui prædecessoris qui præsentauit, quia cũ hoc ius incorporale sit, trãsit in successorẽ sine apprehensione, vt refert Frider. de senis 48 cons. 102. incipit. *nobilis quidam*. † Pro qua etiam sententia induci etiam potest, textus. in.l.si homo. 35. D. de vsucapionibus, præmisso ad inductionem furtum non fieri sine possessione l. 1. §. Scæuola D. si quis testam. liber esse iuss. fuerit. Et tamen in.d.l.si homo, legatarius agit actione furti, ante apprehensionem rei. quia cotinet casum specialem, scilicet vsus fructus legati, qui cum seruitus sit. §. vnico. supra de rebus corporalibus & incorporalib. possideri non potest, l. seruitutes. 14 D. de seruitutibus. atque ita potest legatarius furti agere ratione iuris vsus fructus quẽ habet in seruo, quod ius intelligitur sine apprehẽsione in eum translatum, eo ipso quod præstitit cautionem, vt significat. l. C. in vers. *quod sic accipiendum est*, secundum veram interpretationem glossæ, ibi. verbo. *possit*, in fine, quam bene defendit Cuiaci. ibi. ex quibus omnibus relinquitur contra Bart. in.d.l. in suis, n.

2.suum heredem vsucapere posse pro herede; neq; obstare tex.in d.l.nihil.quæ iuxta superiorem explicationem accipienda est. Neque tex.in.l.penult.§. vltimo. D. pro suo.nam vt rectè notat ibi Acc.scholio vltimo. filius cæpit possidere patre viuente extraditione per patrem facta,atq; ita non vt heres possidebat rem alienam,sed pro suo.

§. Cæteri, qui testatoris. 3.

1 *Extranei heredes sunt testatoris iuri non subiecti & num.5.*
2 *Caij l. C. locus, de extraneis heredibus explicatus,& nu.6.*
3 *Episcopalis dignitas liberat filium patria potestate, cum tamen suorum heredum iuribus non priuat.& nu.7.*
4 *Episcopus filius fam.si præteritus sit paternum testamentum nullum dicit.*

1 A Sufficienti partium enumeratione ex superioribus in hoc textu qui extranei heredes sint probat Instin.nam cum heredes omnes aut necessarios esse,aut suos & necessarios;aut extraneos docuisset in prioribus initij huius tituli verbis,superioribusque in locis qui sint necessarij, qui sui & necessarij explicuerit,ex his infert,reliquos qui testatoris iuri subiecti non sunt extraneos heredes appellari, consonat d.l.21.versiculo. *E estraños herederos son.*tit.3.p.6.explicat Connanus. d. lib. x.cap.5.num.9.

2 Sed pro dubitandi ratione primò obijcio Caij locũ libro posteriori Iustitutionum tit. 3.ad finem.*extranei* (inquit) *sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunque pro abitrio suo scribit heres.*ex quibus verbis satis constat emancipatos, quos hic inter extraneos Iustin. connumerat,cum proximo gradu sanguinis testatori iungantur, item & filios matri, non extraneos, sed suos heredes esse. Caij opinionem sequi videtur Valer. Maximus lib.7.dum inquit.Q. Metellum plures celeberrimos eiusdem nominis viros præterijsse, vt extraneum heredem instituerent. & Plinius in Panægyrico etiã vocat extraneos heredes,qui sanguine iuncti non sunt testatori.quibus accedit non vno respectu, nec vna relatione,sed multiplici dici extraneũ,vt multis adductis exemplis, & testimonijs probat doctissimus Barnabas Brisso.lib.6.de verb.sig. pag.215.

3 Secundò sic argumentor.† Episcopalis dignitas liberat filium fam.à patria potestate.tx. in auth. Sed episcopalis dignitas. C. de episc. & cler.& in summa.vers.*la tercera.*tit. 18.p.4. notat Bart.in.l.patre furioso. ad fin. vbi laso n.43.dicit communem. D. de his qui sunt sui vel alieni iur.vnde testatoris patris iuri episcopus filius subiectus non erit; At is non amittit suitatem tex.in auth.constitutio quæ dignitatibus.§.illud per totum. collat. 6. Gomez.1. 4 tomo.ca.9.n.11. † Vnde & illud est, quod si episcopus filius fam.prætereatur in testamento,habeat ius dicendi illud nullum Castrensis in.l.si filius qui in potestate.n.16. D. de liberis & postu.ergo & qui testatoris iure subiecti non sunt,sui heredes existere ei possunt.

5 His non obstantibus verissimum est, omnes qui non sunt sub potestate testatoris extraneos heredes esse,vt triplici exemplo idem Iustin.hic probat,in filio emãcipato,(sic enim cum Theophilo hic exaudiendus est ille versiculus. *Itaque liberi quoque nostri qui in potestate nostra non sunt heredes à nobis instituti, extranei heredes nobis videntur.* in liberis quoad matrẽ, in seruo à testatore viuente manumisso. quorum omnium planam rationem esse intelliges,si memineris eorum quæ in primo & secũdo huius tituli paragrapho diximus rationem suitatis & necessitatis explicantes, quæ à dominica & patria potestate descendit, quæ cũ in emancipatis,in filijs quoad matrem, in seruis à domino manumissis deficiat,& suitatem, & necessitatem deficere est consequens.generaliterque eos omnes extraneos heredes dici, ad illorum differentiam, quia non domestici sunt,sed ex alia familia ad familiam, id est hereditatem accersuntur qui nihilominus veteri Quiritum more testatorum nõnumquam nomen assumebant,perindeque habebantur,ac si in defuncti familiam, & potestatem, quasi viuo adhuc eo adoptati fuissent.notat Alciatus. lib.4.disp.c.1.

6 Nec Caij locus repugnat, quoniam propinquitatis gradum vocat,quo quis testatoris,subijcitur potestati, is enim solus est,qui sit prope testatorem, vt est filius, aut mortuo filio nepos.§.sui.sup.eodem titulo.iuncto. §.ita demum.infrà.de hered.quæ abintest.defer. quãuis enim nepos viuente filio sit auo suo propinquus,idest agnatus, & sanguinis iure coniunctus, non tamen est illi propinquus, quia impedimento est filius,ne auum possit pertingere; atque isto pacto accepisse mihi videtur Caius propinquitatis nomen,non illo vulgari & communi, quo significat consanguinitatem.Quare, ne hoc relinqueret ambiguũ subijcit, *sed eos, quos pro arbitrio suo scribit heredes,* idest quoscunque ipse potest pro arbitrio scribere heredes,aut non scribere;at suos necesse habet instituere,vel exheredare quia præteriti infirmant testamentũ,vt sæpius audiuimus.

7 Non obstat secundum argumentum cui multis modis respondet noster Hispanus Gutierrez in repetitione.d.§.sui.sup.eodem, ex nu. 21. cæterum ille mihi semper sanior intellectus fuit,fauore filij quum fuerit inductum vt propter superuenientem dignitatem à patria potes-

poteſtate liberetur, ex. d. §. illud, & l. 7. tit. 18. p. 4. ne id in eius præiudicium cedat contra regulam. l. quod fauore. 6. C. de legibus. l. vnic. §. accedat. C. de rei vxor, actione, capit. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. fauorabilia ſuitatis iura non amittere. quod præſenſiſſe videtur Bart. in l. 3. num. 6. D. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. cuius opinionem communem dicit Iaſo in l. 2. in principio. n. 22. D. de vulgari. Gomez. 1. tom. cap. 9. num. 13. Couarr. in cap. quia nos num. 5. de teſtam. & ex ea plura vtiliter inferens Gutierrez. in d. §. ſui. ex numero. 30.

§. *In extraneis heredibus.* 4.

1 *Extraneus heres teſtamenti, mortis, additioniſque tempore inſtitutionis capax eſſe oportet. & quare. num. 7. & ſeq.*

2 *Seruus qui iure ciuili incapax eſt, ex domini perſona æſtimatur.*

3 *L. ſi ſeruus eius. 81. D. de acq. hered. & l. ſi deportati. 7. D. delegatis. 1. & numero. 12. remiſſiuè.*

4 *Additionis tempus in heredibus potiſsimum expectandum & nu. 13.*

5 *Catoniana regula adhereditates an pertineat, & num. 14.*

6 *Sui quoque heredes tribus temporibus an capaces eſſe debeant & nu. 15. & 16.*

11 *Media tempora non nocent.*

13 *L. in tempus. 62. D. de heredibus inſt.*

1 EXtraneus heres niſi teſtamenti, mortis, additioniſque tempore habeat teſtamenti factionem inutiliter inſtitutus eſt, medij verò temporis ratio non ducitur. l. ſed & ſi conditioni. 6. §. ſolemnis. l. ſi alienum. 49. §. in extraneis. vbi plura alia iura retulit Glo. verbo. *hereditatem*. D. de her. inſtituendis. conſonat textus in l. 22. tit. 3. p. 6. explicat Connanus d. lib. 10. cap. 5. nu. 9. ad fin.

2 Sed pro dubitandi ratione primò ſic argumentor. Certiſsimi iuris eſt quoad teſtamentaria iura (quæ publica ſunt l. teſtamenti. 3. D. de teſtamentis) ſeruos caput non habere l. quod attinet. 32. D. de reg. iuris. & ex domini perſona eorũ inſtitutiones cenſeri, quod Iuſt. hic inſinuat illis verbis. *ſine iſ qui in poteſtate eorum ſunt*. & antea in. §. ſeruus autem plurium. ſup. de hered. inſtituendis. l. Non minus. 31. l.

3 ſi alienum. 49. §. 1. † D. de hered. inſtituendis. l. ſi mihi & tibi. 12. §. regula. D. de legatis. lib. 1. Sed ſi ſeruus eius qui capere non poteſt heres inſtitutus ſit, poſt mortem eius ab eo vel manumiſſus vel alienatus, vtilis eſt inſtitutio, acquiriturque hereditas vel ipſi ſeruo manumiſſo, vel nouo domino. l. ſi ſeruus eius. 81. D. de acq. hered. l. ſi deportati. 7. D. delegatis. lib. 3. ergo tria tempora quæ in noſtro textu enumerantur, vt extranei inſtitutio valeat, ne ceſſaria non ſunt.

4 Secundò ſic argumentor, Ius heredis potiſsimum additionis tẽpore ſpectatur, quia tunc omnis defuncti voluntas rata conſtituitur l. ſi patrem. 52. §. qui fideicommiſſariam, verſiculo. *cum enim*. D. ad S. C. Trebell. ergo priuſquã hereditas ad quem pertineat, pertinere ve poſſit, non oportet de cuiuſquam cõditione (hoc eſt vtrum capax, an incapax ſit) quærere. l. nõ oportet. 52. D. de legatis lib. 2. cum & in tempus capiendæ hereditatis inſtitui incapax poſſit. l. in tẽpus. 62. D. de heredibus inſtituendis.

5 Tertio ſic argumentor. Catoniana regula definitum in legatis fuit, id legatum quod ſi teſtamenti facti tempore deceſsiſſet teſtator inutile foret, id quandocunque deceſsiſſet, non valere, l. 1. D. de reg. Catoniana. ſed Catoniana regula adhereditates non pertinet. l. 3. D. illo titulo. ergo & ſi inſtitutus heres teſtamenti tempore decedente teſtatore incapax eſſet, nihilo magis infirmabitur (ſi mortis teſtatoris tempore capax ſit) eius inſtitutio.

Quarto ſic argumentor prioribus huius tx. verbis ibi. *in extraneis heredibus*, &c. docẽs Iuſt. extraneos heredes tribus temporibus capaces eſſe oportere vt eorum inſtitutio conſiſtat, & effectum habeat, inſinuat aliud in ſuis & neceſſarijs dicendum eſſe, alias fruſtrà extraneos à

6 ſuis ſepararet. † At & in ſuis quoque capacitas tribus hiſce temporibus requiritur, teſtamenti, mortis, & additionis; ergo nullum inter eos diſcrimen eſt, poſterior argumentationis pars manifeſte probatur ex §. neceſſarij. & §. ſui. ſup. h. t. coniuncto hoc noſtro tex. & his quæ de ſerui extranei inſtitutione agentes notauimus ſupra in primo arg. namque cum neceſſarij heredes ſint ſerui in teſtatoris familia ad eius mortem vſque manentes, ſui, qui eius poteſtati ſubiecti ſunt, quique in ea obtinent primum locum, non poteſt quis eſſe vel neceſſarius, vel ſuus heres teſtatori, quin & cum eo tribus illis temporibus ſit teſtamenti factio.

7 Verum his argumentis non obſtantibus dicendum eſt, veriſsimam eſſe concluſionem ſupra ex noſtro tex. deſumptam, eſſeq; inter ſuos, & extraneos heredes diſcrimẽ quod hiſce in paragraphis Iuſtin. demonſtrat. Ideo autem vt ex Florentino in. d. l. ſi alienum. §. in extraneis. deducitur, tribus ijs temporibus, teſtamenti, mortis, additioniſque hereditatis in inſtituto herede capacitas deſideratur, quoniam teſtamenti tempore vires ſumit inſtitutio, mortis & additionis effectum ſortitur, ad quæ reducenda ſunt quæ de quadruplici teſtamenti perfectione ſcripſit Baldus in. l. 1. D. de teſtamentis, ſequitur Guiliel. Ben. dictus in cap. Raynutius. verbo. *teſtamentum*. 1. in fine & verb. *mortuo itaque teſtatore*. 1. extrà. de teſtamentis. exornat Matienço in. l. 1. glo. 14. nu. 1. tit. 4. lib. 5.

8 lib.5.nouæ recop.† Planè si testamenti tempore institutus heres testamenti factionem non haberet, quamuis ex postfacto eius iuris efficeretur particeps, sine dubio institutio nō cōualesceret, quæ est species Licinij Rufini libro secūdo regularū in.l.quæ abinitio.210.D. de regul.iuris.vbi erudite Faber,& in. l. quod initio.29.& in.l.omnia.201. illo codē titulo. *omnia enim* (inquit Ianolenus) *quæ ex testamēto proficiscūtur ita statim euentus capiunt, si initiū*
9 *quoque sine vitio ceperint.*† quoad mortis testatoris tēpus attinet expeditū est, quia tunc esse cūinstitutio habere incipit,& vltimū accedere, cum ab instituto hereditas aditur.d.l.si patroni. 12. §. qui fideicommissarium. vers.*cum enim*.D.ad S.C.Trebell.coniunctis à Matien
10 ço animaduersis d.glos.1.n.3.† duo hæc posteriora iuris fictione vnum idemque reputantur, si consideres l.heres quandoque.54. D.de acquir.hered.cum enim quandocumque heres adeat à die mortis testatoris adijsse credamus, ex tuncque successorem extitisse, rectè factū est, vt vtroque tempore testamenti factionē eum habuisse necessarium sit, ne aliàs extremum aliquod inhabile & inutile,habili, & vti
11 li coniungeretur. † Media autem tempora inter institutionem,& mortem aditionem ve, quamuis inter ea testamenti factionem institutus amiserit,non nocent, l. sed & si. 6.§.solemus.D.de hered.instituendis.vbi plura adducit Accur.

12 His sic obseruatis argumenta in contrarium adducta nihil obstant.non.1.ex tex. in. d. l.si seruus eius.81.D.de acq.hered.&.d.l.si deportati.7.D.de legatis lib.3.quoniam eis rectè satisfacies ex his quæ à nobis sunt tradita in. d. §.seruus autem plurium.ex n.7.ad. 23. sup.de hered.instituendis.in eadem enim maneo sententia,quam ibi tradidi, quæ & hic esset inculcanda nisi repetitio molesta foret.

13 Non obstat secundum argumentum quoniam & si verum sit,ius heredis eo maximè tēpore inspiciendū quum adit hereditatē ex Florentino & Iustiniano,duobus tamē prioribus tēporibus testamēti,& mortis considerari animaduersæ rationes expostulant;nisi forte sub conditione capiendæ hereditatis, & intempus quo illam accipere possit instituatur, valet enim tunc institutio, non in præsens, sed in illud tempus quo capax erit,ex eoque,non ex præsenti vires sumit;idq; (vt Modestinus in.l.in tempus 62.D.de hered.inst.scribit.) ex benenolentia & æquitate,laxato iuris rigore, nempe illud quod ex regula Catoniana profluit,vt hic,enunciat. 2. Hotomanus animaduertit.Gregorius in.d.l.22.verbo. *temporales*. vbi aliàs etiam regulæ huius tex.limitationes scribit,tit.3.p.6.iuxta quam plura etiam scripserat in. l. 19. eiusdem tit. & in.l.32.glo.3.q. 39.tit.9.p.6.Sarmiento lib.5.selectarum ad.l. Gallus.in prin.n.4.&.7.D.de liberis & postumis.Molina lib.2.de Hispan.primog.ca.7.n. 42.addendi d.l.in tempus.

14 Non obstat tertium,ex l.3.D de reg. Catoniana, ad cuius explicationem &si multa hic adduci possent, omnia tamē libens prætereo, eo quod rem vno verbo explicuerit Balduinus noster sub nu. 2. Papiniani sententia hæc est, *Catoniana regula non pertinet ad hereditates*, non quasi aliud ius in hereditatibus sit, sed de his non fuisse conceptam regulam Catonianam, quia nec opus fuit; quod per alias leges idem in hereditatibus dudum fuisset statutū, ad hæc reducenda sunt,sicque concilianda multa quæ iuxta eam legem scripserunt Cuiacius. lib.4.obseruat.c.4.qui pro.*hereditates*, reponē dum existimat, *libertates*. quem tamen reprehendit Robertus lib.1.animad.c.13. sed ab hu ius calumnijs se defendere conatur idem Cuiacius sub nomine Antonij Mercatoris lib.1.notatorum aduersus Robertum. c. 13.plura etiā Guillel.Onziaccus in quæst. iuris Philosophicis lib.2.cap.16.nu.2.& nouissimè noster Doctor Ioannes Pareja in Otio quadrimestri.1. p.ex num.14.

15 Non obstat quartum,quoniam &si controuersum sit,inter antiquum Ioan. & Accursiū, qui eum retulit hic verbo.*tria tempora*,& in.d. l.si alienum.§.in extraneis.verbo. *hereditatem*, nūquid in suis etiam & necessarijs heredibus, tria hæc testamenti,mortis,& aditionis tempora vt eorum institutio consistat inspicienda sint,frequentiusque placuerit,si ex testamento succedat requiri,secus si abintestato exreg. §.cum autem.Infrà.de hered.quæ abintestato defer. vt rectè hic iuniores resoluunt Baldui. n.1.Vigl.n.1.Hotoman. enūciat.1.Minsyng. nu.2.&. 3. in suis & necessarijs otiosa est hæc disputatio,& cum iudicio à Iustiniano prætermissa,nam si cum suis,vel necessarijs aliquo tē pore non fuit testamenti factio,neque suos,neque necessarios eos tunc æstimare oportet.

16 † Planè si aliquis ex his, qui sui aliàs heredes testatori futuri fuissent,testamenti tempore ciuis Romanus non esset, vt quia deportatus l.1.C.de hered.instituendis; mortis tamē, quia iam restitutionem meruerat l.fin. C. desen.pass.suitatis iura consequutus sit,succedere etiam ex testamento posse non dubito; idque ipsorum etiam testatorum gratia admittendum,quum alias quadam veluti quasi agnatione testamentum infirmarent. Apud nos id sine scrupulo admittendum est propter expressa l. 22. tit. 3. part.6. verba. *los herederos* (inquit textus) *à que dizen suyos, assi como los que desciendan del testador, maguer à la sazon que los estableciessen fuessen à tales que non pudiessen ser puestos por herederos de otri, si al tiempo que el padre, o el abuelo muriessen, non ouiesse este embargo podrian auer la herencia de ellos.* vt ibi

notan-

notanter explicat Greg.glos.1.ex ea plura in praxi vtilia inferens.

§. Testamenti autem factionem. 5.

1 *Testamenti factio & facultatem faciendi testamenti, & ex alieno testamento capiendi significat, & num.2.*
3 *Testamenti factionem quem non habere, indignũ & incapacem esse differunt.*

TRibus temporibus habere testamenti factionem extraneos heredes oportere vt eorum institutio consistat cum superiori paragrapho docuerit Iust. quando quis testa-
1 menti factionem habeat hoc loco docet, † ergo quamuis vox hæc. *testamenti factio*, non modo testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testamento facultatem significet, l. filius fam. 16. D. de testamentis. & apud Vlp. in frag. tit. 22. §. *Heredes.* textus in. §. Testes. ibi. *cũ quibus testamenti factio est*, vbi notauimus num. 4. sup. de testamentis. §. legari. inf. delegatis testamenti factionem cum habuisse dicemus, non solum qui testamentum facere potuit, (quod constabit ex titulo vbi latè prosequimur sup. quib. non est permiss. facere testamentum.)
2 Sed etiam & illum qui ex alieno testamento, vel ipse capere potest. vel alij acquirere, licet non possit testari. quod ex Pomponio in. d. l. filius fam. exemplis Iustinianus hic illustrat, & bene explicat Connanus. lib. 9. comentat. c. 3. n. 1. &. 2. & plura eruditè (quibus hic paragraphus posset exornari) congerens Brissonius lib. 6. de verb. sig. folio. 218. pag. 2. ver-
3 bo. *Factio testamenti.* † Verum quoniam iuxta eandem rem incidere mẽtio solet, de eo qui testamenti factionem non habet, de incapace, & de indigno, magnum inter eos discrimen esse noto, cum erudito Hotomano hic, enunciatione. 1. Testamenti factionem non habere, ideſt, heredem institui non posse, vt luti deportatum & reliquos qui iuris ciuilis Romanorũ participes non sunt, quorum institutio si scribatur, pro non scripta est. Incapax & indignus testamenti factionem habent, ille tamen non capiendi ius, veluti cælebs qui per legem Iuliam & Papiam hereditatis & legati incapax est, hic capere quidem potest, sed non cũ effectu: quia quod cepit retinere non potest, vt in multis exemplis tituli D. quæ vt indignis. vnde constat ineptè vulgum eosdem indignos, & incapaces appellare.

§. Extraneis autem heredibus. 6.

1 *Sui & extranei heredes in multis differunt, hoc men omnibus commune, vt agnitam hereditatem præter restitutionis beneficium, non amittant. Deliberare possunt heredes expediat eis adire, vel non adire, & late omnibus sequentibus numeris, maximè ex num.4.*
2 *Heres cum cretione institutus deliberandi tempus à testatore habet, & nu.5.*
4 *Minor aduersus repudiationem non restituitur. vt explicatur num.8.*
6 *Deliberandi tempus olim arbitrarium, hodie certum est.*
L.2. D. de iure deliberandi.
8 *L. quod si minor. 25. §. Scæuola. D. de minoribus & num. sequentibus.*
9 *Minor etiam in lucris prætermissis restituitur, & num. 15. &. 16.*
10 *L. fin. C. de repud. hereditate, & numero. sequentibus.*
11 *L. siquis suus. 8. D. de iure deliberandi. &. numero. 22.*
12 *L. nam quod. 14. §. 1. D. ad S. C. Trebell.*
13 *Interpretatio Panormitani ad. d. §. Scæuola. & d. l. fi. C. de repub. heredit. & reprehensa, numero. 20.*
14 *Suus qui repudiat, non tam non acquirere, quã acquisitum perdere dicitur.*
16 *Acquisitionis occasione qui non vtitur, non dicitur patrimonium diminuere.*
17 *Minor qui primogenitum repudianit restitui potest contra Greg & alios nu. 18.*
19 *L. 45. Tauri. l. 8. tit. 7. lib. 5. nouæ recop.*
21 *Vera interpretatio. d. l. fin. C. de repudi. hered.*
26 *Absentio facit, vt si nõ iure ciuili, saltim Prætorio qui esse desinat heres.*
27 *Restitutionis in integrum, quæ minoribus conceditur materia, vtilis & necessaria, & luculenter sequentibus numeris explicata.*
28 *Definitio in primis necessaria, & quæ eius vis & effectus ex Cicerone & alijs.*
29 *Restitutionis in integrum definitio, communis. L. quod si minor. 25. §. Restitutio. D. de minoribus. & num. 37.*
30 *Communis definitio reprehenditur, & num. sequentibus.*
32 *Restitutio frequentius cum fructibus fit, & in integrum & pristinum statum reponit, & num. seq. maxime num. 40.*
33 *In fraudem creditorum alienatacũ fructibus restituuntur, & reuocantur.*
34 *Restituitur res in integrũ in edicto quod vi aut clam; & vnde vi, & num. 35.*
38 *Restitutionis in integrum definitiones plures remissinè.*
39 *Restitutionis in integrum vera definitio nouè proponitur, & explicatur.*
41 *Minor sicuti nec in damno, ita nec in lucro morari debet, & nu. 37.*
42 *Reputationes quæ in iure nostro dicantur.*
43 *Authentica. Idem est de Nestorianis. C. de hæreticis. & nu. sequentibus.*
44 *Restitutio gratiæ sine fructibus fit: secus in restitutione institiæ. iuxta communem.*

45 Com-

45 *Communis exploditur.*
47 *Elegans eius rei distinctio & explicatio.*
48 *Cap. ad nostram. xj. de rebus eccles. & num. sequent.*
49 *Eius textus varij intellectus remissine.*
50 *Interpretatio Emanuelis Costæ.*
51 *Reijcitur interpretatio Costæ.*
52 *Vera illius capituli sententia.*
Feudi natura fructus restitui non patitur.
53 *Fructus percepti tantummodo restituendi in hac minori restitutione contra communem, & numero. 54.*
55 *L. patri. 28, §. item si pecuniam. D. de minorib. fructuum & usurarum dissimilis ratio.*
56 *Minor restituit emptori pretium cum usuris, si pretium extet, non aliàs.*
57 *Minoribus. xxv. annis, siue masculis sine fœminis restitutio in integrum conceditur, & quare.*
58 *Minor industrius, & diligens utrum restituendus sit, & nu. sequentibus.*
59 *L. 1. C. qui & aduersus quos.*
60 *Minori iuris perito, utrum restitutio concedenda.*
62 *Minor restituitur si lapsus sit aut circumscriptus non aliàs.*
63 *Minor debet probare se minorem, & læsum.*
64 *Læsionis probatio non est minori necessaria quoties actus sua natura perniciosus est minori. licet Bartolus contra sentiat.*
65 *Restitutio non nisi legitime, ideſt, causa cognita concedi debet, & infra legitimum etiam tempus.*
66 *Restitutionis legitimum tempus quod sit. L. fin. C. de temp. in integ. restitut.*
67 *Restitutionem intra legitimum tempus peti satis est, & si lis intra illud non finiatur, iuxta cõmunem, & nu. 69.*
68 *Lectio. d. l. fi. ibi.* finiendam, *emendatur, ex aliquorum sententia: quæ tamen reijcitur, numero. sequentibus.*
70 *L. fin. C. si maior factus, alien. &c.*
Minor cõtractum nullum, si post legitimam ætatem quinquennio tacuit. non impugnat.
71 *Restitutionis tempora à momento in momentum expectantur.*
72 *Momentum pro breui temporis punctο accipitur.*

1 PRosequitur in hoc. §. Iustinianus & alias differentias quæ inter suos & extraneos heredes sunt; Extranei adeũt hereditatẽ: sui se se immiscent: Extranei repudiant; sui abstinent, quamuis characterem suitatis semel impressum vix à se abdicare possint; extranei sic repudiatione heredis nomen exeunt, vt heredes nunquã fuisse videantur. Hoc verò vtrisque commune est, quod si semel hereditatem adierint nunquam aditæ hereditatis pœnitere illis liceat, nisi vel militiæ fauor, aut minoris ætatis priuilegium, aut grande ęs alienũ, quod heredem latere poterat, post aditam hereditatem emerserit, aliud suadeat, quare arbitrari intra præfinitum tempus poterunt, liceat ne eis adire vel repudiare, quæ est huius paragraphi sententia l. scimus. xxii. C. de iure deliberandi. l. fin. C. de repud. hered. & integro t. 6. p. 6 plures infrà qui rem prosequuntur suis locis adducemus P. Greg. 3 p. syntag. lib. 46. c. 2.

2 Sed in primis pro dubitandi ratione contra nostrum tex. ibi. *Exsraneis heredibus deliberandi potestas est.* coniuncta. d. l. fi. vers. *Et hæc quidem.* C. de iure deliberandi. l. 1. D. eodem; quibus omnibus probatur tempus intra quod extranei heredes adire debeant, vel repudiare teneantur ab Imperatore, alijs ve iudicibus concedendum esse. Sic argumentor. Heres præfinitum à testatore tempus habet intra quod adire vel repudiare debeat: ergo vt ei à Prætore præfiniatur necessarium non est; Antecedens probat Vlpianus in fragmentis tit. 22. versi. *Cretio.* & versi. *heredes scripti.* vbi antiquã Institutionis formam refert ex qua præstitutum tempus heredi fuisse intra quod adire deberent constat. *Cretio* (inquit Vlpianus) *est certorum dierum spatium quod datur instituto heredi ad deliberandum, vtrum expediet ei adire hereditatem, nec ne, velut.* TITIVS HERES ESTO. CERNI TOQVE. IN DIEBVS. CENTVM. PROXIMIS. QVIBVS. SCIERIS. POTVERIS QVE. NISI. ITA. CREVERIS. EX HERES. ESTO.

3 Secundò contra tex. ibi. *nisi minor sit viginti quinque annis.* sic argumentor. minor qui repudiauit, vel omisit heredinatem, eoq; ipso læsus est, aduersus repudiationem non restituitur. l. quod si minor. 25. §. Scæuola. D. de minoribus, ergo, neq; aduersus aditionem restitui debet. † Hisce tamen argumentis non obstantibus verisimum est, extraneo heredi spatium ad deliberandum dari, post quam tamen hereditatem amplexus fuerit, nisi minor, aut miles sit non liberari, idq; etiam in suis heredibus admittendum ex dictis legibus. Verum quoniam is paragraphus duas continet partes, alteram qua ius deliberandi concedit, aliã qua minoribus succurritur, si temerè damnosam hereditatem susceperint, quò magis res percipiatur de vnaquaq; sigillatim agendum est. Ergo vti ex prioribus nostri tex. verbis, & l. 1. & toto tit. D. &. C. de iure deliberandi constat, heredibus institutis ius deliberandi concessum est à Prætore, vt possint arbitrari vtrum adire velint hereditatem, an repudiare; spatium enim eis conceditur defuncti rationes & instrumenta hereditatis conspiciendi, l. Aristo. 5. D. de iure deliberandi. l. Aristo. 28. D. de acq. hered. ne aliàs ære alieno, quod inhereditate erat, opprimerentur. solebant namq; veteres ab heredibus integra debita consequi, legata verò tantum ad dodrantẽ ratione illius quasi con tractus aditionis tempore celebrati,

4 l. 3. §. fin.

l.3.§.fin.D.ex quib.causis in poss. eatur. l.si-quis absentis.5.§.heres.D. de oblig. & actio. § heres.infra.de oblig.quæ ex quasi contract. nascunt.notauit Accur.in.l.his consequenter. 18.§.1.verbo.*Sed & cũ monumentum.* ver.*præscriptis verbis.* D.fam. hercis. quam dicit singularem Iaso in.l.nemo potest. nu. 20. D.de legat.2.Curt.iunior.in.l.1.n.65. D. si cert. petat. relati à Costa in. ca.Si pater.verbo. *Trebellianicæ.*n.10.ex.de testam.li.6. ne ergo heredes lucrosam hereditate n opinantes decipe rentur,& vltra vires hereditarias tenerentur, quod sane iniquum erat, rectè hoc ius delibe-
5 randi fuit concessum, † primò à Prudenti- 10
bus testatoribus,(vt ex Vlpiano.d.tit.22.cõstat.) qui cum cretione heredes instituebant, ea lege vt intra diem cretionis cernerent,aliàs exheredes essent. cernere autem erat verba cretionis dicere ad hunc modũ.C V M.ME. MÆVIVS.HEREDEM.INSTITVERIT. EAM. HEREDITATEM. ADEO. CERNO QVE.Notat Vlpianus iam relatus, & exornat Brisonius.li.7.de formulis.fol.670.Viglius in.§.fin.n.5. infra.eodem.Alciat.li.3.disputct.c.6. Duaren. in Paraphrasi ad t.D.de acq.hered.c.2. circa fi 11
6 nem.Reuar.de auth.prudentum.cap.8.† Verum quum non omnes heredes cum cretione instituerentur,vt ex eodem Vlpiano, & Brisonio.iam relatis constat;nec præterea legitimis heredibus esset prospectũ,humanissimè Prætores hoc iuris deliberandi beneficium proposuerunt,in quorum potestate erat positum, quem diem præstituerent l.1. D.de iure deliberandi.licèt postea Iustinianus anni tempus, si ab Imperatore peteretur, nouem mensium si à iudicibus,concesserit,in. d.l. fin.§. & hæc quidem.consonat l.2.titulo.6.p.6.Quod iure antiquo Romanorum verũ arbitror, intelligẽ dumque opinor,si sine cretione Institutus esset heres,nam qui cũ cretione institutus erat, spatium à testatore definitum habebat.ex Vl
7 piano dicto loco.† vnde intelliges. l.2. D. de 12
iure deliberãdi,vbi Iulius Paulus scripsit,paucioresquã centum dies non esse dandos, quod idem d.l.2.tit.6.p.6.probauit,nam si testator, cuius præcipue vltimam voluntatem custodiri,effectumque habere interest, tempus illud concedit, idem Prætorem concessurum ratio suggerit.Sed cum plenius,pinguiusque beneficium Iustinianus noua illa constitutione,cuius mentionem sequenti.§.facit, heredibus indulserit,de hoc iam satis,secundum argumentum iam diluamus.

8 Quod sanè difficillimos explicatus habet, quoniam &si quoad nostrum tex.attinet, dici posset minorem.xxv.annis, quemadmodum indamnis restituimus, hoc est cũ temere damnosam hereditatem adijt,sic etiam & in lucris restituendum,cum lucrosam omisit vel repudiauit,ex priore d.l. quod si minor.25.§.Scæ-
9 uola.D.de minoribus, parte; † quia placuit 13
in lucris prætermissis, eum etiam restituendum.l.ait Prætor. 7. §. l. non omnia.45. D.de minoribus.l.minoribus.13.C. de in integ.restitutione quod verò Iulius Paulus in.d.§.Scæuola. versic.*Si verò.*scribit,non ita facilè enodatur; inquit enim, minorem omittentem vel repudiantem bonorum possessionem, vel hereditatem,siquidem omnia in integro, sint, omnimodo audiendum esse: Si vero iam distracta hereditate, & negotijs finitis.ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat,repellendum. Quam differentiam Iusti. respuit in d. l. fin.C.de repud. hereditate.In qua difficultate explicanda vehementer laborat Accursius vtrobique præcipuè in. d. §. Scæuola. verbo.*repellendum.* octo interpretationes scribens. ex quibus illa magis placet. Duareno in paraphrasi tituli. C. si vt omissam hereditatem, &c. vt fateamur Scæuolæ sententiam nouiori Iustiniani constitutione esse sublatã: idquod etiam sine scrupulo admisit Eguinarius Varo in eodem. §. Scæuola. quibus fauere videntur verba. d. l.fin.in principio.ibi. *hoc corrigentes sancimus.* † Sed non est cur temere, & sine causa tale legum correctionem admittamus.cum præterea verba illa,*hoc corrigentes sancimus.*ex communi omnium sentẽtia referantur ad.l.siquis suus.8.D.de iure deliberãdi.quamuis enim heres maior vigintiquinque annis,semel repudiatam hereditatem reuocare non possit.l.sicut.4.C.de repud.hereditate,tamẽ in suo herede singulare ius animaduertitur ex.d.l.siquis. vt possit abdicationem reuocare sine præfinitione temporis, interim quod res hereditariæ non fuerint distractæ, quod tamen ius Iustinianus temperauit, in. d. l. fin. præfinito tempore trium annorum vt ibi omnes agnoscunt,& aduertit latè explicans Valla de rebus dubijs. tract. 6 Cuiacius in notis ad nostrum hunc paragraphum,versiculo. *Ni si minor.* † inde explicans l. nam quod. 14. §.1.D. ad S. C. Trebell. (cui omnino addendus est.) quod non potuit percipere Gratianus lib.2.de conciliatione legum. numero.29 tradens ex.d.l. vltim, non corrigi,sed potius declarari,quod ex Scæuola Iul.Paul.refert in. d.§.Scæuola,quum enim ibi scribat minorem audiendum rebus in eodem statu manentibus sine temporis præfinitione;præscribitur tempus à Iustiniano intra quod audiri poterit in. d.l.fin.C.de iure deliberandi.Sed (vt vides)lõgè fallitur opinione,cum non ad Scæuolæ sententiam,sed potius ad regulam d.l. siquis suus illa Iustiniani constitutio referenda sit.

13 Vnde in his scholis à præceptoribus nostris frequenter recipi solet Panormitani concordia,in cap.exparte.de restitutione spoliat. vt sententia Scæuolæ admittenda sit in repudiatio-

diatione hereditatis extranei,& eo casu distinctione illa vtamur, an res in integro sint; an vero iam distractæ, sine illa vero distinctione adiri tatur suus heres, ad reuocandam repudiationem, vel omissionem hereditatis,vel bonorum possessionis. Pro qua interpretatione inducitur d. l. fin. ibi. *signis suus.* sequitur Costa in.l.Gallus.§.& quid si tantum.2.p.ex numero.53 &(vt vulgò creditur) non discrepat Couarr. lib. 1. variarum cap.5.num.2.&. 7. cuius meminit Menochi. de recup. poss. rem.10.numero.114.possumus autem doctrinæ rationem inter suum & extraneum heredem in eo constituere,† quòd suus heres mor 14 tuo patre non tam ad nouam successionem, quàm ad continuationem dominij venire intelligitur,diximus latius in.§.sui.sup.h. tit.atque ideò repudiando hereditatem, aut omittendo bonorum possessionem, non tantum non acquirere,sed & acquisitum perdere dici- 15 tur,† ac propterea non mirum si ei competat beneficium restitutionis, quantumuis rebus venditis & distractis ex.d.l. vltima. C. de repud. hered. coniuncta regula l.si ex causa. 10.in principio(alias l.9.)l.in causæ. 14.§.interdum.ibi. *ne rem suam perdat,aut re sua careat.* coniunctis duabus legibus sequentibus. D. de minoribus, & his quæ in proposito late adducunt Alex. cons. 77. numero.7.vol.5.Gomez lib.2.vari.ca. 14. numero. 6. Pinelus,in. l.2.C.de rescind.vend.2.p.cap.1.numero. 33. Caualcanus libro de tutore & curatore num. 16 123.& num.151. † In extraneo autem repudiante,aut omittente ea non viget ratio, cum tantum dicatur acquirendi occasione non vti, & in consequens patrimonium non diminuere,aut rem suam perdere argumento l. alienationis verbo.28.§.qui occasione, vbi latè explicat Rebuffus. D.de verbor. significatione. & solet induci l.qui autem.6.D.quæ in fraud. cred.vbi Vlpianus scripsit,non videri eos patrimonium diminuere,qui hoc agunt ne locupletentur. Secundum quam distinctionem solet temperari regula l.ait Prætor.7.§.fi.l. non omnia.45.D.de minoribus,vt ita demum minor restituatur propter omissum lucrum si res fuerat integra,non tamen rebus iam distractis & venditis,ex Panor. Couarr.Costa,iam relatis,cum quibus est Menochius.d n.114.& videtur admittere Caldas in l. si curatorē, verbo.*læsis.*n.45.C.de in integ.rest vbi num,48. constanter affirmat necessariam esse Panormitani interpretationem ad. d. l. fi. C. de rep. hered. vt singulare ius in suo herede agnoscamus.

17 Ex qua perpensa ratione dubia redditur Lopez opinio in. l. vltima. verbo. *despues.*tit. 6. par.6.existimātis minorem.xxv. annis ad successionem primo genij, siue maioriæ vocatū, si repudiauerit, aut omiserit successionem, & aduersus talem repudiationem in integrum restitui desiderauerit,repellendum esse propter d.§. Scæuola. quapropter, propter substituti admissionem repellit minorem repudiantem. Et tamen constat in institutionibus primogeniorum & maioratuum plures gradus vocatorum & successorum fieri,vt conseruetur institutoris memoria.

Cæterum(vt iam vides)magis est ex regula nostri tex.&.d.l.vltima.C.de repud.hered. 18 cui consonat.l.fi.tit.6.p.6.hunc minorem aduersus talem repudiationem esse audiendum, quod & probat.l.2.C.de in integ. rest.l. 1.&. 2.C.si vt omis. hered. & potest induci. l. & si fine.8.in prin.D.de minoribus.& ita hunc minorem restituunt Tiraquel.de primog.q.26. nu.6.& cum eo securè Molina. lib. 3. de Hispan.primog.cap. 2.n.25.Mieres de maioratibus.3.p.q. 18. num. 8. quos non vidit Caldas in.d.l. si curatorem.d verbo.*læsis.*nu.45. contra Greg. pugnans ex.d.l.vltima. † Qui om- 19 nes possent etiam animaduertere sententiam hanc probari ex.l.45. Tauri. quæ hodie est l. 8.tit.7.lib.5.nouæ collect.regiæ.ex qua mortuo possessore maioratus,statim legis ministerio transfertur in successorem dominium & possessio, ac propterea quando minor repudiat, vtique amittit & perdit quod suum factum iam erat, & in eius bonis positum, & in consequens euidentius procedit ratio superius adsignata ad.d.l.vltimam, quinimo in tali repudiatione,& curatoris autoritatem,& iudicis decretum interuenire oportet ex.l.1.D.de reb.eorum.l.si curatorem 3.C.de in integ.restitutione,quia frequentius bona maioratuum consistunt in prædijs,& alijs rebus immobilibus perpetuò duraturis,quod esse vtile in praxi animaduertit Caldas.iam relatus,qui rationibus pro Gregorio adductis satisfacit.

Hoc licèt in se verissimum sit, & omnino 20 admittendum,quod tamen attinet ad componendum dissidium Scæuolæ & Iustiniani, illa Panormitani interpretatio ab alijs postea probata,illud magni habet incommodi, quod relinqueretur in potestate substituti,illudere minorem,& eum à restitutionis beneficio excludere, nempe distrahendo, aut diuidendo bona hereditaria. Item & præterea quia illa ratio venditionis, & alienationis id posset inducere,vt alienatio à substituto facta non rescinderetur,non verò efficere vt restitutio locū non inueniret,si à minore esset postulata, quia eò casu posset consequi per restitutionem pretiū redactum ex venditione l.in integrum.23.D. de minoribus.tum maximè quia in restitutione concedenda, id tantum venit in cognitionem Prætoriam, si minor sit,& lapsus aut circumscriptus, vt in proposito aduertit Caldas d.verbo *læsis.*numero.47.col.3.quas rationes cum maturius considerasset Costa olim

hic Sal-

hic Salmanticæ legens ab ea interpretatione receſsit, quam priùs probauerat in d.l. 2.§.parte nu.63.

21 Quare reiectis & computatis his & alijs interpretationibus, quas impugnant Emanuel Coſta, & Caldas Luſitani iam relati, Iaſo & iuniores in d.l.vltima triplici veluti diſtinctione oportet vt euoluamus totam illam deciſionem Iuſtiniani in d.l.vltima, vt fecit Cuiacius in notis adhunc titulum, verſiculo. *niſi minor.* Baldui.in Iuſtinia.lib.3.pag.397.& eos ſequutus præceptor noſter pluribus colendus nominibus egregius AEgidius Ramirez de Arellano in ampliſsimo Regioque Valliſoletano iuridico conuentu Sexdecimvir nobiliſsimus, Regiuſque conſiliarius ornatiſsimus, in priuatis ad l.2.C. de in integrum reſtitutione ſcriptis.ſub num.37.quæ publicè hic Salmanticæ nobis excipientibus dictauit. Et cum admittendum ſit tres caſus Iuſtinianum conſti-

22 tuiſſe, obſeruandumquoque eſt, † in principio illius l. vlt. loqui de ſuo herede maiori. xxv.annis paternam ſucceſsionem recuſante per beneficium abſtenſionis, (de quo multa diximus in.§.fui. ſup. hoc tit.) qui cum olim poſt recuſatam hereditatem, rebus tamen nõdum diſtractis ſine præfinitione tẽporis poſſet audiri.d.l.ſiquis ſuus.8.D.de iure deliberandi.ſi reuocare abdicationem deſideraret, Iuſtinianus tempus trium annorum præfiniuit, vltra quod non audiatur ſi iterum admitti, ad recuſatam hereditatem poſtulauerit, & eo caſu, reſtitutio in integrum locum non habet, cum ſit maior qui recuſauerit.

23 Alter caſus † qui à Iuſtiniano proponitur de ſuo herede eſt, minori tamen xxv. annis, qui ſi hereditatem recuſauerit, & res adhuc in eodem ſtatu maneant triennium habebit, computandum tempore iam impleto quadriẽnij, de quo in l.vltima.C. de temporibus in integ.reſtitut.& ſic durat vſque ad.xxxii ætatis annum; & nec hoc caſu reſtitutione in inte-

24 grum opus eſt. † Vltimus caſus eſt, quando ſuus heres minor abſtinuit ſe, & adhuc durante minori ætate res fuerunt diſtractæ, vtrumque enim concurrere neceſſe eſt, vt colligitur ex.d.l.vltima. & eo caſu reſtitutione in inte-

25 grum opus eſt, vt ei ſuccurramus. † Hac caſuum diſtinctione obſeruata facile iam intelliges in hoc ſolo vltimo poſſe conſiderari diſsidium inter Scæuolam & Iuſtin. & tunc puto dicendum Iuſtin.in vniuerſo illo contextu, d. l.vlt.& in omnibus illis ſpeciebus, idem thema retinuiſſe, putà hereditatem non eſſe occupatam, per ſucceſſorem, aut ſubſtitutum, quod ibidem tentauerat Accurſ. & probat Fulgoſius ab alijs receptus in d.§.Scæuola, namque ſi occupata eſſet proculdubio non erat cur temere & generaliter Iuſtin. reſpueret Scæuolæ rationem, ſi ad eam referendam contendas, d.l.fin.C.de repud.hered. Nam ſi heres nõ ſolum poſtularet reſtitui finitis iam negotijs, & litibus quibus hereditas erat implicata; ſed & ad pecuniam aſpiret & anhelet, quam ſudore & induſtria ſubſtitutus ſibi parauit, ratio, & æquitas exigunt repellendum eſſe, iuxta.d §. Scæuola. Cæterum ſi cõtendat tantum per reſtitutionem admitti. & res hereditarias diſtractas reuocare, & quidem non à ſubſtituto, ſed potius à curatore bonorum inſtantibus creditoribus venditas, iuxta l.1. D. de curatore bonis dando. non eſt cur minorem repellamus ex regula l.2.C.de in integ. reſt.l.1. & 2.C.ſi vt omiſſ.hered. Nec dicat aliquis hoc diuinare eſſe non interpretari, quoniam hæc interpretatio neceſſaria eſt, & quæ neceſſario deducitur ex themate à Iuſtin. retento in d. l. fin. putà quando hereditas occupata non eſt per ſucceſſorem, vt ex ſerie legis conſtat, *ſiquis ſuus* (inquit Iuſtinianus Ioãni Præfecto Prætorio ſcribens) *recuſauerit paternam hereditatem, deinde maluerit eam adire; cum fuerat indiſtinctè ei remiſſum, donec res paternæ in eodem ſtatu, permanent, hoc facere, & poſt multum temporis licebat ei ad eandem hereditatem redire: hoc corrigentes iuuenimus, ſiquidem res iam venditæ ſunt, vt nullus aditus ei ad hereditatem reſeruetur, quod & antiquitas obſeruabat, ſin autem res alienatæ non ſunt, ſiquidem maior annis conſtitutus eſt, & tempore reſtitutionis nulla ei ſuperſunt, intra trium annorum ſpatium tantum modo, huiuſmodi ei detur licentia. Sin autem vel minor eſt, vel in vtili tempore conſtitutus; tunc poſt impletum quadriennium (quod ſpatium pro vtili anno, qui reſtitutionibus dabatur, præſtitutum eſt) aliud triennium eis indulgeri, intra quod poteſt rebus in ſuo ſtatu manentibus adire hereditatem, & ſuam abdicationẽ reuocare. Quo tempore tranſacto nullus aditus penitus ad paternã hereditatem ei reſeruetur, niſi forte adhuc eo in minore ætate conſtituto res venditæ ſint. Tunc enim per in integrum reſtitutionem non denegatur ei adire hereditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis ſatisfacere.* hactenus Iuſtinianus. † Nec

26 ad rem facit, quod ſuo herede exiſtente aduerſus eum creditores hereditarij experiri poſſint, vt ex Salyceto & Gozadino reſoluit Caldas in d.l.ſi curatorem.verbo. *ſine curatore.* nu. 30. nam illud erit recipiendum antequam ſuus heres ſe abſtinuerit; per abſtenſionem enim ſi non iure ciuili heres eſſe definit l.cum quaſi, 30.§. ſed ſi ſuus. D.de fideicomm.libert. diximus in d.§. fui. ſaltim iure Prætorio, & quoad effectum amplius heres non eſt ex. d.§. fui. infi- ne.

In vers. *Nam huius ætatis hominibus, sicut in cæteris omnibus causis, deceptis; ita & si temerè damnosam hereditatem susceperint, Prætor succurrit.*

27 Opportunus locus vt aliqua, hisce in nostris ad iuris ciuilis Romanorum Institutiones commentarijs, de minorum xxv. annis restitutione dicamus, quibus Tyrones moniti & instituti difficillimæ, simul atque vtilissimæ, praxi vsuque forensi quotidie euenientis & occurrētis materiæ nodos dissoluere possint:

28 † quod planè præstabimus rei definitione proposita, & per singulas partes discussa, cum enim definitio ad id totum quod disseritur in primis sit adhibenda, quæ quasi inuolutū euoluit id de quo quæritur, quod definitur explicat, & quid sit ostendit quam breuissimè, ac cuiusque rei proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè Ciceronem lib. 1. de Oratore. 1. de Finibus. 2. de Inuentione, & in Topicis. Quintilianum quoque lib. 7. cap. 4. Aristotelem lib. 1. & 2. Topicorum. Agel. lib. 4. ca. 1. pet. Velle. de Gueuara ad Topica Ciceronis. §. 2. ex nu. 3. & §. 19. nu. 1. cognita definitione penitus rem intelligi consequens est. Hanc,

29 † de qua sermonem instituimus non tam facilè constitui, quam intelligi rectè docuit Petrus Rebuffus. 2. tomo. ad leges Gall. rubrica, de restitutionibus, & releuamentis numero. 3. Eam tamen descripsit Bartol. in l. qui proprio 46. §. item quæritur. num. 2. D. de procuratoribus in l. quod si minor. 25. §. restitutio. D. de minoribus. 25. ann. in l. ab hostibus. 15. §. sed quod simpliciter. num. 5. D. quib. ex causis maiores. vt sit *in pristinum statum repositio*. sequuntur communiter interpretes in dictis locis, & in l. 1. & 2. C. si aduers. transact. & in l. 1. C. de ten. pass. & receptam profitentur post Maur. & alios qui speciales tractatus de rest. scripserunt Medi. tract. de acq. conser. & amittend. rerum dom. glos. 2. p. 3. num. 189. Tiraquel. de retractu *lignagier*. §. 1. glos. 14. num. 74. & §. 32. glos. vnica. n. 69. Costa in l. Gall. §. & quid si tantum. 2. p. n. 87. D. de lib. & post. & nouiss. Caldas ad l. si curatorem. verbo. *implorare*. n. 3. C. de in integr. restitut. minorum. Proqua cōmuni definit. inducī solet Iulij Pauli responsum (vbi restitutionis definitionem vulgo creditur notari) in d. l. quod si minor. 25. d. §. restitutio. docentis, sic restitutionem faciendā esse, vt vnusquisque in integrum ius suum recipiat; nec discrepare videntur. l. 1. ibi. *que le torne algun pleyto o alguna postura, en el estado primero en que ante estaua*, & ibi. *en el estado que era ante que lo diessen*. l. 8. ibi. *deuele tornar en aquel estado en que era ante*. & vtrobique obseruat Greg. tit. 19. par. 6.

30 Sed lōgè fallūtur opinione hi qui hactenus sibi persuasum habēt & hāc esse verā restitutionis quæ minoribus cōceditur definitionē, & præterea eā in d. l. quod si minor. §. rest. describi intrepidè testātur, tū quia ijs quibus bona definitio constare debet, caret, cū quia alia mēs est Iulij Pauli, in d. §. quod si minor. §. resti. vt mox dices, quā putauit cōmunis. Primò

31 † ergo cōmunē hāc definitionē incōgruā esse asseuero quia cæteris alijs restitutionibus quæ ex alijs edictis cōcedūtur & cōpetūt cōuenit, nec propria est huius edicti de minoribus quibus à Prætore ratione tātū minoris ætatis elargitur l. 1. ibi. *nā cū inter omnes constet fragile esse & infirmū huiusmodi ætatis cōsiltū, &c.* D. de minoribus, & in proœmio titulo 19. ibi. *porque non an entendimiento cumplido en las cosas assi como les seria menester. par. 6.* Et constat restitutionem, quæ ratione doli, & ex eius edicto, vel de eo quod metus causa vel ex alijs iustis causis, in generali, ex quibus causis maiores. tribuitur, rem in pristinum statum reponere, l. sed & partus. 12. D. de eo quod metus causa; quinimo & illud vice prouerbij apud nos iactatur, *tantum reddit restitutio quantum abstulit læsio*, meminit post Bar. in d. l. qui proprio. D. de procurat. Tiraq. d glos. 14. num. 75. Mincha. lib. 3. quæst. vsufreq. cap. 65. nu. 2. Cauallcanus decis. 14. num. 1. Caldas. d. verbo. *implorare*

32 num. 14. & optime, † nam vt commemorat Vlpianus in l. in condemnatione. 124. §. 1. D. de reg. iur. cum verbum, *restituas*, in lege inuenitur, & si non specialiter de fructibus additū est, ramen etiam fructus sunt restituendi, consentiunt Caius, Paulus, & Pomponius, in l. plus est 22. in l. restituere. 35. in l. restituere. 75. in l. apud Labeonem. 246. §. fin. D. de verbo. signi. l. 10. ibi. *deue cobrar todo lo que le auian tomado, e aun la fama e la honra que ante auia*. tit.

33 10. p. 7. & in l. 2. tit. 9. eiusdem. p. † Sed ne exemplis res egeat paucis agam; In edicto de ijs quæ in fraudem creditorum facta sunt restituendis, res cum causa & fructibus redintegratur. hait Prætor. 10. § per hanc. 2. & §. partum D. de his quæ in fraud. cred. consonat. l. 11. ibi. *Tornada deue ser la cosa que algun deudor maliciosamente enagenasse, en aquel estado que ante estaua con los fructos*. tit. 15. part. 5. † In edicto *nequid in loco publico, vel itinere fiat*. l. 2. §. fi. versi. *restituas*. ibi. *restituere videtur qui in pristinū statū reducit*. D. nequid in loco pub. cui adde, l. 22. t. 32. p. 3. In

34 † interdicto *quod vi aut clam*. l. semper. 15. §. in hoc ver. *effecto*. D. quod vi aut clā, l. cū prætor. 81. D. de verb. sig. In interdicto *vnde vi*, l. 1. §. qui autē deiectus. D. de vi & vi arm. notat Menoc. in anteludijs de recuperanda pos. num. 4. & vt generaliter dicā siue personali actio. siue reali restitutio petatur

tatur semper fit cum fructibus & omni causa. l.videamus.38.§.in Fabiana, vers.*nam & verbum restituat.* D.de vsuris,l. Præterea 20. D.de rei vend.l.cum fundus.31.D.de reb. cred.l.facta.60.l.cum autem 23.versic. *Iulianus ait.* D. de ædil.edict.quæ omnes restitutiones ab hac nostra longè distant,cum illæ ex mero iure & iustitia descendant,hæc autem iuris rigoribus laxatis,æquitate suggerente, minoribus concedatur.

36 Vides igitur communem definitionem vel eo solum argumento, quod alij quàm rei definitæ conueniat, fumescere, nec tam generice tradi debet,quin & differentia constet,vt post alios quos retulit, notat Caldas. d. versiculo. *Implorare.*nu.4. & cum Philosopho obseruauimus noua nostra disputatione de mora,nu.26.

37 Item & præterea communis allegatio, d.l. quod si minor.§.restitutio.D.de minoribus,vt à Iulio Paulo ibi.*restitutio* hæc nostra definiatur,falsa est, cum consultus ibi, non definiat, sed potius effectum restitutionis in integrum explicare incipiat, & quando restitutio facta videatur exponat,tunc demum scilicet, cum tam minor restitutus, quàm ille, qui cum eo contraxit integrum ius suum recuperant, vt sic emptor pretium cum vsuris habeat, & minor rem quam vendidit cum fructibus & omni causa,vt d.§.restitutio,& in.l. patri. 28.§.si pecuniam.versiculo.*Item ex diuerso.* illo titulo consonat l.2.tit.25.par.3. & d.l.8.tit.19. par. 6.quem tex.sic illustrat Vitalis, lib.1. variarũ lect.cap.17.num.4. cuius rei ratio in obscuro non est,cum per restitutionis beneficium, res redeat & reuocetur ad suam æquitatem quæ non patitur minorem restitutum in lucro dãno ve morari,l.1.C.de reputat.ibi.*sicut nec in damno ita neque in lucro,* & induci potest l. nã hoc natura.18.D. de cond. indeb. consonat.l. 17.titulo.fin.part.7. commendant Fornerius lib.3.select. cap.15.pag.16. Duarenus ad edictum de minorib.pag.79. Et Eguinarius in d. §.restitutio.

38 Relinquitur: † ergo ex his communem definitionem probari non posse, Vnde optimè ab ea recesserunt Rebuffus, relatus sup.in prin.& Caldas d.versiculo. *implorare*, num.3. cum seq.qui alias refert,& refutat,nouam quã dam assignans, num.5. Aliaque in his scholis vulgò circunfertur ex eodem Iulio Paulo,lib. 1.senten.tit.7.versi.1.desumpta, & à Cuiacio in Rub.D.de in integ. rest.luculenter explicata à nostrisque præceptoribus libenter admissa,vt sit, *redintegrandæ rei,vel causæ actio*, quã, quia generalis est,& restitutionibus omnibus quarum sup.nu. 31. meminimus, congruit ad edictum perpetuum de in integrum rest.libẽter admitto; non sic ad hunc nostrum in quo peculiari ratione illã elargitur Prætor, vt paulo inferius dicemus.

39 Quare omissis alijs ego existimo sic congrue definiri hanc restitutionem posse, vt sit *Redintegratio causæ minoribus lapsis vel deceptis legitimè concessa.* Quæ ni fallor omnes huius restitutionis qualitates comprehendit. Dicimus enim loco generis. *Redintegratio causæ.* quia omnes restitutiones id efficiunt, vt res in pristinum statum reponatur, vt latè sup. obseruauimus.Adiecimus *quæ minoribus.*loco differentiæ,cum aliæ cuiuscunque ætatis hominibus ex iusta causa dentur.l.1. ibi. *si qua mihi iusta causa videbitur.* D.ex quib. caus.mai. Itẽ. *lapsis vel deceptis.*notamus, vt intelligas non semper cum minoribus gesta per hanc redintegrationem rescindi, sed tunc demum, cum vel sua facilitate, propter ætatis infirmitatem vel aduersarij dolo propter eius calliditatem circumuenti sunt,l.1.D.de minor.Tandem. *legitimè concessa.* addimus, quia non nisi causa cognita, & infra legitimum tempus minoribus succurritur.d.l.1.ibi. *vtique quæ ea res erit animaduertam.*iuncta.l. fi.C. de temporib.in integ.rest.l.8.tit.19.par.6. vt mox sigillatim explicabimus.

40 Ex qua vera definitione. ibi. *redintegratio causæ.*& ex ijs quæ latè sup.[illegible]ero.32.obseruasti, iam deduces, hanc restitutionem cum fructibus fieri debere, & elegãter probat Paulus in d.§. restitutio. ibi. *prædium cum fructibus reddere.*l.si patri.28.§. si pecuniam. versiculo.*item ex diuerso.*l.minor.41.§.1.l. si res.51. D.de minorib.l. si prædium. 16.C. de præd. min.l.1.C.si maior fact.ca.1. de in integ. rest. l.1.l.8.tit.19.par.6.notarunt Octauianus decisione Pedemontana. 160. Caualcanus decis.14. Antonius Gamma, decisione Portugalensi.212.Octauian. Simoncelus lib.3. de decretis.tit.7.inspectio.1. Marcus Aquilinus ad. §. & quid si tantum, versiculo. *quid enim si aqua.*ex numer.126.latè Couar. lib.1.var.cap. 3.Arius Pinelus.in l.2.3.par.cap.1.de rescind.

41 † Ita tamen vt sicut in damno minor, ita nec in lucro moretur.l.1. C. de reput. l. ait prætor.7.§. non solum versiculo. *planè.* D.de minor. obseruant Guillel. For. lib.3. select. cap.5. & eleganter Paulus in,l. qui res.94.§. huic applicatur.D.de solutionibus. quod enim cum minore gestum est rescindi ita debet, vt ex vtroque latere, tam scilicet minoris quam aduersarij qui cum eo contraxit fiant mutuæ & reciprocæ compensationes, sic vt quemadmodum minori contra venditionem restituto, res cum fructibus restituitur, sic emptori pretium cum vsuris reddatur, ex iuribus paulò ante adductis, & Iulio Paulo lib.1. sentent. titulo.9. versiculo penultimo vbi Cuiacius: † quæ in titulo.C. de reputationibus (quem sic intelligas velim) reputationes dicuntur, tradunt Cuia.Duarenus, & Vvesembekius in pa

ratitlis ad tit. D. de minoribus Berrucius de verb. iur. lib. 16. verbo *reputationes*, & Rebuffus ad l. 5. pag 63. D. de verbo. sig. cum enim æquitatem naturalem sequutus auxilium restitutionis minoribus prætor concesserit, ita id administi oportuit, vt iniquitas nulla inde subori retur. Arg. l. meminerint. 7. C. vnde vi. habebit igitur omnibus reputatis expensis scilicet vtilibus & necessarijs, minor prædium & emptor pretium cum vsuris, ex d. l. minor. 41. §. 1. ibi. *reputatis*. l. si prædium. 16. ibi. *& sumptus meliorati prædij*. C. de præd. min. ex adductis à Garcia tractat. de expens. & meliorum. c. 18. Vaez lib. 1. de iur. emphyteut. quæst. 26. Cald. verbo. *implorare*. nu. 14.

43 Sed certe hæc omnia euertere videtur tex. in auth. Idem est de Nestorianis. ibi. *restituenda quidem, sed absque ratione fructuum*. C. de hæreticis, quam transcripsit. l. 3. ibi, *mas de los fructos e de los esquilmos non los deuen dar cosa*. titulo. 26. p. 7. l. 7. ibi. *mas los fructos non los pueden demandar*. titulo. 7. par. 6 quibus in locis hæretico ad fidem conuerso licet bona restituantur, non tamen fructus.

44 Cui difficultati, vt satisfaciat communis, discrimen constituit inter restitutionem quæ ex mero iuris rigore fit, quæ iustitiæ est, & restitutionem quæ ex Principis benignitate & æquitate nascitur, quæ gratiæ dicitur; vt in restitutione iustitiæ, quæ plenior est, & efficacior vt notat Bar. in l. cũ quis. 38. §. fiquis pro reo nu. 2. D. de solutio. fructus & omnis causa restituatur; Nõ sic in restitutione gratiæ, quæ sine fructibus fit, probat tex. in d. auth. Idem est. quam sic communis interpretatur; teste Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum num. 21. D. de lib. & posth. & ibi. Fortun. nu. 162. Galiaula. nu. 64. Croto. nu. 56. & defendit Costa. in 2. §. p. nu. 71. & seq. Greg. in l. 2. tit. 32. p. 7. verbo. *primer estado*. latè Coua. lib. 1. variarum. c. 3. nu. 15. retulit Pinelus in l. 2. 2. par. cap. 4. nu. 20. C. de rescind. vend.

45 Sed profecto communis hæc sententia falsa est. Primo quia id discrimen restitutionis gratiæ & iustitiæ nulla lege probatur; quinimo cum vtraque sit restitutio, ex vi & potestate restitutionis fructus venient, d. l. videamus. 38 §. in Fabiana. D. de vsuris, d. l. in condemnatione. 124. versiculo. *cum verbum restituas*. D. de vsuris, cum adductis sup. nu. 32.

46 Secundo, quia & in restitutione gratiæ fructus & omnem causam comprehendi satis probat l. 1. l. fi. §. fin. C. de sen. pass. ibi. *vt autem scias quid sit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris te restituo*. Et in de ab hac communi recesserunt Iaso. in d. §. & quid si tantum. num. 64. Decius in d. l. in condemnatione, num. 2. qui tamen incongruè Respondent. d. authen. Idem est, vbi in rest. fructus non veniunt.

47 Quare alijs omissis interpretationibus de quibus per Rebuff. in l. plus est. 22. col. 3. D. de verbo significatione illud resoluendum est, in iustitiæ restitutione semper fructus venire, ex. d. §. restitutio, cum alijs. sup. latè obseruatis. In ea autem quæ ex gratia fit, cum ex principis benignitate & indulgentia suboriatur, verba restitutionis consideranda esse, namque si generalis sit, & in infinitum concepta, hoc modo, *restituo te in integrum*. plenissima & latissima est. d. l. 1. & fi. §. fi. C. de sen. pass. l. 1. D. eodem. ideoque patriam potestatem & cætera omnia restituit, vt in iustitiæ definitione notamus; secus si finita sit & specialis, quia hæc strictè accipienda est, vt pœnæ tantum gratiam faciat, & reditum in patriam restituat. l. cum patrem. 2. l. tutor. 4. l. si ademptis. 5. l. In insulam. 6. C. de sen. pass. hãc etiam interpretationem satis insinuat Accurs. in §. cum autem verbo. *statum*. suprà qui. mod. ius patriæ potest. soluitur & ita eleganter obseruat Iacob. Cuia. in notis ad tit. suprà quib. mod. ius patriæ potest. soluit. verbo. *restituti fuerint*. & probat d. l. 2. ibi. *fueras ende si señaladamente le manda entregar todo lo suyo*. tit. 32. part. 7. ex quibus iam intelliges, dict. authen. *Idem est de Nestorianis*. vbi fructus in restitutione hæretico ad fidem conuerso ideo non restituuntur, quia specialis & finita quoad bona, absque ratione fructuũ & administrationis concessa restitutio fuit, vt deduces ex illius textus serie, cui hæc omnino addes. Et illud, quod si adhibita causæ cognitione Princeps aliquem vt non culpabilem restituisset, eiusmodi restitutio cum fructibus facienda esset, vt quæ iustitiæ non gratiæ iam esset, ex iam citatis.

48 Secundò superiorem resolutionem difficilem reddit Pontificis Innocen. Tertij decretum in capite ad nostram. xj. ex. de reb. Eccle. vbi restitutione postulata concessa, feudum absque fructibus monasterio restituitur; & tamen explorati iuris est, Ecclesiam in restitutionibus iure minoris fungi, cap. 1. cap. auditis. 3. de in integ. rest. cap. 1. eodem tit. lib. 6. l. Orphanotrophos 30. C. de episc. & cleri. l. 10. tit. 19. par. 6. & vtrobique glossa, & in l. respublica. 4. verbo. *solet*. C. quib. ex caus. maior. exornant latè explicantes, Couar. lib. 3. variarum cap. 17. num. 4. Costa in 2. cap. 1. verbo. *Ipsis pauperibus*. num. 4. Medicis. d. tractatu de acquir. rerum dominio. glo. 2. par. 3. num. 195. & nouissimè Caldas in. d. l. si curatorem. verbo. *minoribus*. nu. 60.

49 Quem nodum vt dissoluant Interpretes mirum est, quam sese torqueãt, vt post Host. Ioan. Andr. Imol. Abb. Barbaciam, Mantua. & Bero. ibi. & in d. cap. 1. de in integr. rest. Iaso. nu. 66. & Alciat. num. 70. vbi sup. videbis apud Costam in. d. §. & quid si tantum. 2. p. num.

nu.75.Cotta.d.lib.1.var.cap.3.ex nu.3.Pinel. d.c.4.ex nu.14.in d.l.2.C.de rescind. vbi Meneses nu.50. Minchaca illust. controuers. lib. 3.cap.fin.nu.6. † Tandem doctissimus Emanuel.d.nu.77.post alios existimabat.d. cap.ad nostram.intelligendum esse in extra ordinaria & gratiosa restitutione,in qua iuxta communem adductam sup. num. 44. in prin. quam & veram agnoscit Minchaca.d. cap.fi. nu.8. fructus non veniunt,idque forsan ne duæ speciali 50 tates & gratiæ concurrerent,contra regul.l.1. C.de dotis promiss.eamque redintegrationem ex gratia cõcessam fuisse autumat ex eo,quod post lapsum quadriennij, temporisque ordinarij fuerit concessa.vti constare videtur.ibi.*post multos postmodum annos*, quæ verba hunc habent sensum, non quem putauit Bernard.ibi. eodem verbo.Præterea in idem suadetur Costa eo quod videat Pontificem enorme dispẽdium requirere vt rest.concedatur,quod vtiq; si ordinaria & ex iustitia fuisset non requirere tur,cum pro modico damno minoris instar restituatur,ex reg.d.c.1.de in integ.restit. & ab Accurs. & alijs obseruatis in l.2. C.si aduers. 51 vend.pign. † Sed hunc Costæ intellectum merito reprehendunt Ferdi.Mincha. & Pine. vbi suprà tum quia si gratiæ restitutio fuisset, potius rescriptum,quam iuris decisio esset,& causæ terminatio;& tamen constat ex illis verbis,*appellatione postposita* causam ex iustitia tractatam fuisse arg.cap.pastoralis. 53. de appellat.Tum etiam quia iuxta communes traditiones Ecclesia ibi,ex capite nullitatis egit, & sic non ex particulari gratia.

52 Omnium igitur opinionibus relictis longe verior videtur à Minchaca obseruata in d.c.fi. n.9.& à doctissimis viris latenter sequuta, vt sit ille tex.accipiendus in feudi datione & cõcessione,vt constat ex tex. ibi. *Bernardo laico concesserunt in feudum*,quæ ab emptione maximè distat.§.adeò.infrà de locat. & conduct.l.1 & per totum.C.de iure emphy. in qua restitutio ad ipsam rem recuperandam læso vltra dimidiam datur ex d.cap.ad nostram,quod ad id singulare est. Neque tamen fructus veniunt, quos qui accepit pro obsequio domino in multis præstando lucratur, & propter onera,quæ si occasio eueniat subire debet, in quorum cõpensationem illos suos facit,vt ibi aduertit Põtifex.dum ait, *cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore*, non enim dixit pro expensis,vt in l.emptor.56.D.de rei vind. neq; pro sumptibus, vt in l.sumptus.49. in l.infundo. 39.D.eod.neque pro cultura & cura,vt in §.si quis à non domino suprà de rerum diuis. sed pro labore,quem ægre subiturus est,qui alteri obsequium præbet,cum quo fructus compensantur,ideoque ex feudi natura in restitutione non veniunt.

53 Habes, igitur † vt iam vides ex his quæ sup.disputasti,hanc restitutionem cum fructibus faciendam esse,sed vtrùm omnes qui percipi potuerunt,an verò tantum percepti, reddi debeant,controuersum est? Item etiam an à litis contestatæ tempore, vel à die contractus computatio facienda sit:sed aliorum opinionibus omissis resolues,fructus perceptos tantùmodo à die contractus & alienationis restituẽdos esse,idque ex generali regula.d.§. restitutio,& d.§.Item ex diuerso,& d.l.si prædium, C.de præd.min.quod vtique & ciuili, & naturali rationi est consentaneũ,cũ id vnusquisque restituat quod ex illo negotio ad eum peruenit beneficio impetrato.vt d.§.restitutio, estque expressus textus in d.l.minor. 41.§. prædia. ibi. *Cum quantitate fructuum perceptorum.* Vnde ferendi non sunt qui existimarunt à litis contestatæ tempore fructuum reputationem esse faciendam, interim tamen possessorem illos lucrari,qui bonam fidem habet.l.Bonæ fidei 48.D.de acq.rer. dom. cum vulgatis, & ita censuisse Neapolitanum senatum teste Francisco Marco.quæst.21.par.1.Rebuff.2.tomo ad leges Gallicas, Rubr. de restitutionib. glos.3.num.31.resoluit Caldas.d.l.si curatorem.verb.*Implorare*.nu.13. ad medium. & videntur sentire Couar.d.l.1. cap.3. ex num.8. Pinelus in d.l.2.2.par.cap.4.nu.5. & 30. Qui tamen longè falluntur, cum restitutio ita facienda sit vt minor, & qui cum eo contraxit ad æqualitatem reducantur,& vnusquisque restituat id quod ad eum peruenit occasione negotij gesti habita ratione traditionis, ex sæpè repetitis sup.maximè.nu.6. Memores præterea esse debuerunt.l.ait prætor. 23.§. item ei. ibi.*Fructus quoque ab alio medio tempore percipitos.*l.nec non.28.§.In pactione. D. quibus ex caus.mai.vbi is qui ex clausula generali Prætoris.*Siquamibi iusta causa videbitur integrum restituam* restitutionẽ meruit, cõsequitur fratris medio tẽpore perceptos à die rei amissæ vsq; ad tẽpus restitutionis impetratæ. Fortius igitur hæc in minoris restitutione admittemus ex reg.d.§.restitutio,& iam adductis.

54 Restituet ergo † emptor minori fundum cum fructibus à die contractus perceptis, neque de illis quos percipere potuit, maiori cultura & cura adhibita tenebitur,quicquid contendat Accurs.in d.l.patri.28.§.item ex diuerso.verb.*Cum fructibus*.D. de minoribus quem sequuntur eius opinionem extollentes Lud. Roma. singulari. 534. & Francis. Cremens. singul.135. quorum meminit Bernard. Diaz regul.219.& cum pluribus Ioan. Gracian regul.316.num.13. Octauia. decis. Pedemontana.160.numero.12.& securè Francis. Caldas, dicto verbo.*Implorare*.num.13. in principio. Sed non video qua ratione id autument, expressè contradicente Vlp.in d.l. minor. 41.§. prædia, ibi. cum quantitate fructuum per-

ceptorum. D. illo titulo, de minoribus. Item & vera restitutionis definitione, & obseruatione l. primæ. C. de reputat. cuius supra tam crebrò
55 meminimus. † Nec mouere debet tex. in §. si pecuniam. ibi. *Quas percipit aut percipere potuit.* in d. l. patri. 28. cuius argumento, illam disiunctionem *aut* in coniunctionem resoluens contra regulam. §. si plures. verb. *Aut separatim* sup. de hered. instit. eam opinionem tentauit Accurs. Nam longe dissimilis est ratio vsurarum & fructuũ, cum in illis qua legitimæ sunt, certæ sint semper, non sic in fructibus, quæ maiorem curam & diligentiam requirunt, vt satis constat. Vnde illa opinatione Accursij & communis non omnino reiecta existimarem, desidiosum emptorem, qui ob ignauiam & rusticitatem ex fructuoso fundo nullos fructus collegit, de percipi solitis rectè teneri, quæ nõ est inelegans, dictorum iurium obseruatio.

56 Quibus pro coronide addes, quod quemadmodum minori emptor fundum cum fructibus restituit, sic minor emptori pretium cum vsuris reddere debet, ex d. §. restitutio. ibi. *Et pretium recipere.* iuncto. §. Prædium. d. l. patri. l. tutor. 49. §. 1. in fi. D. illo tit. l. si fundus. 13. §. quamquam. D. de reb. eorum d. l. vnica. C. de reput. l. vtere. 14. C. de præd. mino. Idemque ideò ne cum alterius iactura locupletetur, vetante generali regula. l. nam hoc natura 18. D. de cond. indeb. & magis. l. ait prætor. 7. §. non solum versic. *planè.* & d. l. quod si minor. 25. §. Scæuola. ibi. *Ad partam pecuniam laboribus substituti veniat repellendum.* D. de minorib. Igitur si minor locupletior factus non sit, neque ad vsuras tenebitur. l. si fine. 33. §. Interposito. D. de adm. tut. d. §. Item ex diuerso. ibi. *Iuuenis autem eatenus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior est,* quæ vera est illorum verborum interpretatio. Vnde si pecunia non extet ne ad eam quidem minor obligabitur. d. §. interposito, si vero extet non tamen in vtilitatem minoris conuersa, eam tantum restituere debet. d. §. item 11.

57 Præterea † & secundò ex vera nostra definitione, verb. *Minoribus* obseruabis, de his minoribus nos loqui, qui vigintiquinque annorum natu minores sunt, siue masculus, siue fœmina sit l. 1. D. de in integ. restit. l. 1. D. de minoribus, iuncta l. 1. D. de verb. signifi. l. minor. 50. §. fin. D. de minorib. quibus lex *Lætoria,* (qua hæc ætas legitima appellata est, vt ad l. 1. D. de dolo, & D. de minori. scripsit Iacob. Cuia.) lapsis aut circumscriptis subueniebat, quia vt ibi scripsit Vlpia. fragile & infirmum est huiusmodi ætatis consilium. Humorũ enim, qui hac in ætate vigent, & corporis perpetua agitatione ac perturbatione adolescẽtiũ animus perturbatur ac agitatur. Vnde Arist. adolescẽtes nõ esse moralis Philosophiæ idoneos auditores ait; quia verò hæc corporis continua perturbatio conquiescit cũ adolescentes ad statũ hunc peruenerunt, qui & crescendi & pubertatis finis est teste Galeno, ideo rerum suarum administrationem recipiũt, & eorum nomine quæ antea gesta sunt ad petendam restitutionem annũ vtilẽ habent, & ex Iustin. constitutione quadriennium continuum, ex d. l. fi. C. de temp. in integ. restit. pet. & latius, inf.

58 Igitur auxilium hoc in integrum restitutionis minori vigintiquinque annorum ætati conceditur. d. l. 1. D. de in integ. restit. ibi. *sine ætate.* l. 1. ibi. *auxilium quod ætati imperitur.* l. si intra ætatem cui succurri solet. 6. C. de in integ. restit. & d. l. 1. D. de minor. & in proœmio tit. 19. iuncta l. 2. par. 6. Sed cum auxiliũ hoc huic ætati ideò concedatur, quia facilis est multisque captionibus supposita apud interpretes quæri solet, an minori industrio & diligenti, resque suas bene gerenti, lapso aut circumscripto beneficium hoc concedendum sit, & Bartol. in l. 1. nu. 2. & 4. C. qui & aduers. quos. & ibi. Duar. Virgin. ad constit. Anconit. glossa. 7 nu. 32. & 36. Francis. Auiles in cap. Prætor. ca. 33. glos. *a menos costa.* nu. 4. Bembenut. & alij quos communem dicens eos sequutus retulit Caldas in d. l. si curatorem, verbo. *Læsus.* nu. 35. in principio. existimarunt hunc minorem prudentem, sagacem, & industrium quamuis lapsum aut circumscriptum restituendum non fo
59 re. † Cui sententiæ astipulari videtur tex. in dict. l. 1. C. qui & aduers. quos. ibi. *Diligens pater familias fuerit, actibusque publicis industriũ se docuerit.* Iuncta illius tit. rubr. Præterea vrget ratio tex. in dicta l. quod si minor. 25. §. nõ semper ibi. *Ne magno incommodo huius ætatis homines afficiantur, nemine cum eis contrahente, & quodammodo commercium eis interdicatur.* Fieret enim si minor industrius & diligẽs mercibus emendis aut vendendis, aut alteri negotiationi præpositus restitueretur: vt cum eo contrahere vellet nemo, tum etiam quia cum ratio & causa restitutionis concedendæ facilitas, & rerum ignorantia, quæ plerumque minorem ætatem comitari solet fuerit, & hæc in prudenti & industrio minori cessaret, cessabit itidem & restitutio, vt in vulgatis.

60 Ex qua † resolutione infertur Doctori, Iurisq; perito minori vigintiquinq; annis lapso circũscriptoue in integrũ restitutionẽ concedendã non esse, qui enim diuinarũ atq; humanarũ rerũ notitiã, iusti atque iniusti scientiã, & subinde omniũ rerũ peritiã profitetur, rei à se gestæ imperitiã qua frõte poterit allegare? cui & illud posset obijci de quo Seruium Q. Mucius obiurgabat; *Turpe esse patritio & nobili viro & causas exercenti ius, in quo versatur ignorare,* meminit Pompe. in l. 2. §. Seruius. col. 8. versi. *Namque.* D. de origin. iur. longeq; inter se profitesio, & desideriũ differebat, vt ad aliud inquit Dioclet. in l. professio. 6. C. de muneribus patri-

patrimon.lib.10.vbi hanc ſententiam ſcholio primo ſcripſit Accurſ.ab adductis ſup. nu.proximo libenter admiſſo,& ab Angel.Saly.Bal. Paul.Iacobino,& alijs in d.l.1.C.qui & aduer. quos ſequuto,quem & receptum communiter teſtantur Ant.Gomez d.2.to.c.14.n.5.in fin. princip.Quintil.Mandoſ.tract. de minori ætate,cap.5.q.6. Et Guillel. Philoſoph. quæſt.c. 53.num.4. Boër.deciſ.350.n.6. & cum multis Caldas.d.verb.*læſis*.num.35.ad fin.

61 Sed profectò neutra harum opinio ſuſtineri poteſt,ſi quidem conſtat beneficium reſtitutionis in integrum minori vigintiquinque annorum ætati dari,ac propterea nulli adoleſcenti quantumuis rem ſuam bene gerenti,qui ſe intra illam ætatem læſum aut circumſcriptum monſtrauerit denegandum.l.1. in fin.D. de minorib. Illud enim quod minor ſit prudens,ſagax,induſtrius, & Iuriſperitus efficit, vt non facile credendum ſit eum fuiſſe circunuentum, ſed ſi deceptus nihilominus probetur,hoc reſtitutionem non excludet, cum in claris coniecturis locus non ſit,vt dici ſolet,& in ſpecie noſtra ſcripſit Alexand. Imperat.in dict.l.1.C.qui & aduerſ.quos,cuius hic eſt germanus ſenſus, cui & congruit.d. §. non ſemper; Nec ob id quod in hiſce hominibus legis ratio ceſſare videatur, eius beneficium ceſſat, cum ſic demum eos reſtituat,ſi vel ſua facilitate,vel aduerſarij dolo ſe læſos oſtēderint, quo caſu cum legis generali præſumptione & veritas concurrit. Vnde eos reſtituendos magis probat Bald.in dict.l.1.C.qui & aduerſ.quos, & neruoſe defendit Sarmient. lib.3. ſelect.ca. 12.per totum,& hoc iure vtimur.

62 Rurſus † in definitione diximus. *Lapſus aut circumſcriptus.* Vt intelligas non ſemper cum minoribus geſta eſſe reſcindenda, ſed cū vel ſua facilitate negligenter ſunt in cauſa verſati, vel dolo aut calliditate aduerſarij manifeſta apparet circumſcriptio; ita vt id quod habuerunt omiſerint ac minuerint,aut quod poterant acquirere prætermiſerint, alioquin ſi decepti aut lapſi non ſunt,non ſunt reſtituen-

63 di, † Igitur probabit minor qui reſtitutionis auxilium implorat ſe minorem eſſe, vt vidiſti ſup.n.57.item eſſe lapſum aut circumuētum inueniri,vt ex his verbis definitionis iam colliges,& ſatis probat.l.1.& magis.l.ait prætor.7.§.non ſolum in primo.ibi.*Si minorē ſi,& ſe circumuentum doceat*.l.verum.12.§.ſciendū.l. quod ſi minor.25.§.non ſemper.l. non omnia. 45.D.de minor.l.minoribus.5.C. de in integ. reſtit.l.nam poſtea.9.§.ſi minor.D.de iure-iurand.l.2.ibi.*probando el daño*.l.6.in fin.ibi.*la ſegunda que la hizo a ſu daño*,tit.19. par.6.l.3.ibi. *o pruenan que les fue hecho daño*, tit. 25. part.3. Hancque regulam iudex, vt non paſsim minoribus ſubueniat,ſed cauſa cognita, præ oculis habere debet quam præter ordinarios ſummè commendant Corneus conſilio.1135. num.4. lib.2.Socinus,conſilio.57. lib.4. late & vtiliter Caldas in d.l.ſi curatorem.verbo.*læſis*.

64 † *Notabis*.tamen hanc læſionis probationem neceſſariam non eſſe quoties actus ſua natura perniciosus eſt minori,vt in ſpecie.l.1. C. de in integrum reſtitutione, d.l. ait prætor.7.§. non ſolum in primo.l.minor.37.D.de minoribus.l.interdum.20.verſic.*hoc enim ipſo*.D.eod. obſeruat eleganter Accurſ.in dict.l.1. verbo. *impertitur*,quem extollunt ibi Bal. Paul. & Iacobinus,num.4.Alexand.num. 3. & in l.ſi intra,6.verbo. *renuntiatum*. C. illo tit. & in d.§. non ſolum.verbo,*doceat*, & magis in l.ſi iudex 42.verbo.*vnicuique*.D.de minorib.communis teſte Speculatore de in integ. reſtitutione.§. 2.nu.27.Abb.in c.auditis.nu.8.in ca.ſuſcitata. n.2.eod tit.Matth.de Afflict.deciſ.314.num. 13.& deciſ.390. num.5. Anto. Capicio deciſ. 109.num.8. Octauia. Veſtrio in praxi Curiæ Roma.lib.8.cap.3. nu.7. Suarez allegatione. 20.num.8.poſt Bart.in l.vlti n.10.C.in quib. cauſ.in integ.reſtit. & ita tenendum eſt, licet qualemqualem læſionis probationem, etiam hiſce caſibus requirat Bart. parum ſibi conſtans in d.§.ſi minor.n.7. idque magis probēt ibi Bald.& reliqui, Ant.Nata conſ.343. Mauricius de in integr.reſtit.cap.50. Virgin. ad cō ſtit.Anconit.gloſ.8.nu.96. Boer. deciſio.79. nu.6.Roland.conſ.53.n.42.lib.2.à quibus cauebis.

65 Denique † in definitione notamus *legitime conceſſa*,quibus ſignificamus non paſsim reſtitutionem eſſe concedendam,ſed cum cauſæ ſufficienti inquiſitione & indagatione, probatione læſionis & minoris ætatis,vt paulo ante docuimus,num.16.& ſeq. & ſatis probant illa verba edicti. *Vtique quæ ea res erit animaduertam*.in l.1.D.de minorib.& generalis illa clauſula,*ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur*, ab Vlp. in

66 l.1.D. quibus ex cauſ. maior. relata: † Item & infra legitimum tantummodo tempus,& à lege in id præfinitum, quod olim præter legitimam ætatem.25.annus vtilis erat, hodie vero quadriennium continuum,noua Iuſti. lege & ſanctione minoribus indultum in l.fin.C. de temp.in integ.reſtit.cui eſt conſona.l.8.ti. 19.par.6.Ordinatio Luſitan.lib.3. tit.86.§.fi. notat Specul.in tit.de reſtit. in integ.§.4. ex num.1.& cum multis Caldas.verbo. *infra legitimum tempus*.ex n.1.Infra quod & lis inchoari & finiri debet,vt in d.l.fin.ibi.*ad interponendam conteſtationem finiendamque litem*.Et in Clemen.1.de in integr.reſtit.ibi.*Et cauſa reſtitutionis huius modi finiri debet infra quadriennium*.

67 Sed quum † quadrienniū à Iuſtiniano conceſſum fuerit ſubrogatū in locū anni vtilis,vt in initio.d.l.fin. Imperator profitetur, & is, vt reſtitutio peteretur, non vt terminaretur indultus eſſet, vt conſtat,& probabis argu-

mento. l. properandum. C. de iudic. sapiat que subrogatus naturam eius in cuius locum subrogatur, vulgata. l. si eum. 10. §. qui iniuriarum. D. si quis cautionibus, cum alijs, nõ video qua ratione Imperator. intra id tempus & litem inchoari & finiri iubeat. Quare admissum est, sat esse si intra quadriennium restitutio petatur, & si eo lapso infra triennium, de quo in l. properandum finiatur; quod vsus & praxis cõmunis obseruat, & non male probat. d. l. 8. ibi. *E tal demanda como esta puede fazer el menor, fasta que sea de edad cũplida de veynte y cinco años. E aun en quatro años despues de esso.* Et in prædicta ordinatione Lusitanorum, ibi. *pera pedir a dita restituiçam.* Et ibi. *E nam à pedindo no dito tempo, jamays à nã podera demandar.* Quod & in Gallia admitti testis est Rebuffus, 2. tomo ad Il. Gallicas, pag. 140. & potes inducere. l. fin. C. de repud. hered. ca. 1. ibi. *postulat se admitti.* è in integ. restit. lib. 6. † Nec tex. in d. l. fin. ibi. *finiendam*, contrarium probat, cum illius litera mendosa circunferatur, & illius loco, legendum sit, *faciendam*, neque aliter cõstare potest quod Iustinianus ibi statuit, se in locum vtilis anni, quadriennium concedere, infra quẽ restitutionis litem contestari sat erat, argumẽto d. l. intra vtile. 40. D. de minoribus, quem tex. post Rebuff. iam citatum, sic mutat & accepit Caldas, vbi proximè nu. 1.

68

69 AEgre tamen ego has literarum inuersiones fero, maximè cum nulla manuscripti Codicis authoritate firmatur, contrariumque vulgata contextura suadet, vnde hanc acceptionem & sententiam probare non possum, quæ itidem exploditur ex verbis, dictæ Clementinæ 1. ibi. *Finiri debet infra quadriennium*, quæ illam non admittunt. Igitur resoluendum est, minorem auxilium restitutionis infra quadriẽnium. l. fin. petere debere, cuius regula limitanda erit quando non proprio facto, sed vel iudicis vel aduersarij potelationibus tempus lapsum sit, quod ei nocere non debet, argumento. d. l. intra vtile. vbi post Accurs. id sic obseruãt Bartol. & reliqui gloss. verb. *Finiri.* in d. Clement. 1. Et induces, cap. 1. illo tit. in 6. ibi. *negligenter omiserit.* & l, petenda, 6. C. de tempo. in integrum restitu. l. fin. C. de adulterijs. l. quinquaginta. 41. D. de excusat. tut. licet regio iure sufficiat quamcunque restitutionis petitionem facere intra quadriennium, quod & praxis obseruat.

Minor ergo qui se læsum esse dicit restitutionem, toto tempore minoris ætatis, & intra quadriennium à Iustiniano pro vtili anno indultum, postulare potest, non postea, ex proximè dictis. † Sed grauiter obstat tex. in l. fi. C. si maior fact. vbi ad rescisionem eorum contractuum, qui in minore ætate gesti sunt quinquennium conceditur, quemadmodum; & quadriennium in d. l. fi. C. de temp. Sed si recte & attentè hæc consideres facilis erit explicatus, si quidem ex Rubricis deduces. d. l. fi. C. de temp. quadriennium concedere ad petendã in integrum restitutionem eorum contractuũ qui in minore ætate sunt facti, validi tamen, etsi in eis minor sit læsus, nõ si nulli sunt, quia eo casu restitutio in integrum non est necessaria. l. si curatorem. C. de in integ. l. 2. l. si quidẽ 16. C. de præd. min. cum alijs, quo casu vt contractus sine decreto, & legitima solemnitate factus qui nullus fuit, talis declaretur ad proponendam querelam quinquennium datur in d. l. fin. C. si mai. fact. quo lapso diuturno illo silentio contractus antea nullus roboratur, inducitur que quædam ratihabitio, dicitur que nouus contractus celebratus, per quem minor alienationem à principio nullam iam maior factus comprobauit, vt obseruant gloss. Bart. & cæteri illius loci interpretes in d. l. fin. C. si maior fact. Paul. in l. 1. C. eod. & cum pluribus Pereyra dicto verbo, *infra legitimum.* num. 21. Iacob. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 152. Octauianus Simoncellus lib. 3. de decretis. tit. 8.

70

71 Tandem, vt iam receptui canamus notabis, hæc tempora, intra quæ minoribus succurritur, vt suprà vidisti à momento in momentũ spectanda esse. l. denique. 3. §. minorem. ibi. *à momento in momentum.* D. de minor. l. 2. ibi. *veynte y cinco aõs cumplidos, quãto tiempo quiere que le mengue ende.* tit. 19. part. 6. quibus in locis obseruant gloss, & ord. interpretes & astipulatur. d. l. fin. ibi. *ex quo vigesimi sexti anni*

72 *dies illuxerit.* C. de tempo. † itaque cum momentum pro breui temporis puncto accipiatur. glos. verbo. *momento*, in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Bart. in §. si duo l. si fundus 16. D. de pignorib. Cuiacius lib. de præscriptionibus cap. 1. in princip. Cæsar Contardus in l. vnica C. si de momentan. possessione, num. 3. notab. 1. Ioan. Parladorius lib. 1. rerum quotid. cap. 9. num. 2. qui Kalendis Ianuarij anni millesimi quingentesimi sexagesimi sexti hora duodecima Meridiei natus fuit, & in contractu lapsus est anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo in eadem die Kalendarum Ianuarij post vndecimam horam, antequam tamen duodecima sonet rectè restitui ex legitimo tẽpore potest, ex d. §. minorum. cum alijs. Et induces. l. maiores. 3. ibi. *Quia non videtur maior esse septuagintá annis, qui annum agit septuagesimum.* D. de iure immunit. notarunt Conanus. lib. 3. cap. 12. num. 6. Ioan. Robertus lib. 1. Sententiarum, cap. 2. Francis. Duaren. ad titulum. D. de minoribus versic. *minorem.* & ad tit. qui testamen. fac. possunt cap. 2. Ioan. Mercer. lib. 2. opinionum ca. 4.

Hactenus de restitutione minorum.

§. Sed

§. Sed nostra beneuolentia. 7.

1 *Inuentarij introducendi causa.*
2 *Inuentarium heres conficere tenetur, & nu. sequenti.*
3 *Inuentarij materia remissiuè.*
4 *Inuentariũ plures conficere tenentur, remissiuè.*
5 *Inuentarij definitio proponitur, & explicatur sequen. num.*
6 *Inuentarium intra quod tempus confici debet.*
7 *Inuentarium manu publici notarij confici debet & ab ipso herede subscribi. nu. 9.*
8 *Inuentarium vocatis, & citatis, creditoribus, & legatarijs fieri debet, & eis absentibus, tribus saltim testibus.*
10 *Inuẽtarium cum heres conficit, quid debeat protestari.*
11 *Inuentario legitime confecto onus probandi plura bona fuisse, incumbit actori, non heredi.*
12 *Inuentarium diuini nominis inuocationem, & Sanctissimæ Crucis signum habere debet: sed horum prætermissio illud non vitiabit.*

REdeamus iam ad Iustinianum tempus est,
† Is ergo cum apud veteres esset receptum, vt heredes creditoribus solidum persoluerent, nonnunquam autem contingeret, & hodie etiã eueniat, vt plura defunctus debeat, quam relinquat, vnde heredes maximo afficiuntur dãno, quod erat in causa, vt anxij sæpè & moratores in adeunda hereditate essent, neque eis tempus deliberandi satis esset, postquè multum temporis illãm recusarent, efficerenturque intestati defuncti, totum hoc deliberandi ius, quæque illi occasionem præbuere immutauit, inducto inuẽtarij compendio, quo nihil hodie, neque consultius, neq; vsitatius est, satisque ab eodem Iustiniano commendatum in l. fin. C. de iure deliberãdi, cuius hæc est summa, item & nostri textus, † vt heres institutus intra nonaginta dies, quibus se institutum scierit, si res propinquæ sint, vel intra annum si longe absint, inuentarium omnium hereditariarum rerum tabularijs testibusque præsentibus conficiat, ipse sua manu id subscribat, vel à certo tabulario adhibitis testibus subscribendum curet, atque hoc modo pro earum tãtum rerum ratione creditoribus teneatur, quartamque Falcidiam retinere possit: quod si deliberare heres malit, antiquoque deliberandi beneficio vti, à principe annum, à magistratibus nouem mensium spatiũ impetrare possit. † De hoc inuẽtarij beneficio plura plena manu adducit hic Angel. Aretinus, & interpretes omnes antiquiores, iuniores que, & in d. l. fi. C. de iure deliberandi, quam & nostrum hunc textum ex nostris transcripsit. l. 5. cum sequent. tit. 6. par. 6. vbi plura cumulauit Gregor. Lopez, ediderunt autem plures peculiares tractatus, quos & infinitos ex nostris, & cæteris retulit Didac. Spino in Speculo testam. glo. 35. nu. 1. qui tamen non vidit Ioan. Matiençø. gl. 3. Alphon. de Azeuedo ex num. 18. in l. 1. tit. 3. lib. 5. nouæ recopil. Gaspar de Baeça de decima tutoris, cap. 1 nu. 41. Ioseph. Mascard. de probationib. conclus. 939. Pet. Gregor. 3. par. Syntag. iuris. lib. 46. ca. 2 ex nu. 1. apud quos, & quæ personę conficere inuentarium teneãtur; & quæ eius sit vtilitas videre poteris, nos omnia prosequi, nec institutum, neque otium finit, ea quæ præcipua sunt cum Minsing. qui reliquis luculentius digessit, adducemus.

4 Planè inuentarij definitio latè patet, provt plures eius sunt species, iuxta personarum quę illud facere tenẽtur qualitates. Aliud enim est heredis, aliud tutorum vel curatorũ, aliud creditorum orphanotrophi, aliud fisci, aliud prælatorum, vt latè per iam relatos, sed quæ ad tractationem hanc pertinet ita potest constitui.

5 † *Inuentarium est descriptio bonorum omnium defuncti citatis quorum interest ex forma Iustinianeæ constitutionis facta.* Priora verba sunt loco generis reliqua omnia loco differentiæ, & integra definitio probata d. l. fi. & l. 5. tit. 6. par. 6. Diximus, *descriptio bonorum omnium defuncti,* quoniam omnes res mobiles, & immobiles, iura & actiones, tum quæ ipsius defuncti erant, cum etiam alienæ, in hereditate tamen inuentæ, vt depositæ, commodatæ, res pignori datæ, & aliæ id genus describendæ sunt, vt prædicta iura probant, & cum alijs resoluit Didac. Spino. d. glo. 35. nu. 32.

6 † Debet autem inuentarium hoc intra triginta dies postquam tabulæ sunt apertæ, vel delatam quis sibi hereditatẽ cognouit exordiũ capere; deinde opus est illud intra alios sexaginta dies modis omnibus impleri, ac perfici, si tamen bona sint præsentia: alias tota hereditate, vel illius parte maxima in alia prouincia existente vnius anni spatium ad inuentarij conscriptionem per instructos procuratores absoluendum datur. d. l. fin. §. sin autem. dubius. dict. l. 5. versicu. *E deuen começar a fazer este inuentario*, &c. Quamuis si intra priores triginta dies non inhoetur, finiatur tamen intra reliquum temporis, non ideò vitietur. Augeri autem vel minui à iudice tempus non poterit, vt cum alijs docet Didac. Spino. vbi sup. num. 27 & 28.

7 † Confici præterea debet manu notarij publici. d. l. fin. d. l. par. ibi. *Que se deue escriuir por mano de algũ escriuano publico.* Nec priuata scriptura sufficit: imò etsi heres annotationem defuncti ipsius manu de bonis suis ostẽdere posset, ab hoc tamen beneficio excluderetur, debet enim inuentariũ originem accipere in persona heredis, non defuncti. Vt in d. l. fin. §. Sin autem. notat Baldus quod & ex eo suadetur,

8 † quoniam vocari debent creditores, legatarij, cæteriq́ue, ad quos ea res pertinere potest-

si modo præsentes sint, aliàs loco absentium tres testes adesse sat erit, vt expresse in d.l. fi. & d.l.5. cautum est, & vbique omnes notant.

9 † Subscriptio præterea ipsius heredis necessaria omnio est, si ipse scribere sciat, eo verò scribere nesciente alium, vt adhibeat necesse est, qui suo nomine subscriptionem faciat, nihil in eo negotio esse, vel iri factum dolo malo. d.l. Part. versic. *E en la fin de tal carta*, &c. Quamuis Gregor. ibi. verb. *De su mano*. Existimet apud nos huiusmodi heredis subscriptionem non esse necessariam, consuetudine q; solutam esse, cuius opinioni, & ego accedo.

10 † Cum tamen ipse heres in fine huius descriptionis rerum hereditariarū protestationem coram iudice faciat, nulla alia bona præterea, quæ ibi descripta sunt inhereditate esse, neque inueniri, quod si aliqua ex post facto ad eius deuenerint notitiam, illa palam profitebitur, vti ex Bart. & alijs resoluit Dida. Spino. dict.

11 glos. 35. nu. 40. cui ego addo vtilissimum illud heredi futurum, quia cum solemniter inuentarium fiat, adest pro herede faciente iuris præsumptio, ostenso inuentario plura in hereditate non esse bona: vnde onus probandi transfundetur in aduersarium. d.l. fin. §. licentia. C. de iure deliberan. inuentarium enim fuit inuentum ad probandas huiusmodi exceptiones negatiuas, quæ aliàs censerentur improbiles. l. fi. C. de reb. cred. tradit Iaso. in l. Titiæ textores. n. 17. D. de leg. 1. Sequitur Pet. Barbosa in l. ma

12 ritum. 13. nu. 26. D. soluto matrimonio. Addit item. d.l. fin. §. fin autem. C. de iure deliber. ad inuentarij initium venerabile signum Crucis præponi opus esse, Lex verò Regia, non id tantum, sed & sanctissimum Dei nomen, Patris, & Filij, & Spiritus sancti præhabita inuocatione scribendum, sed vt in dictis locis & nostri, & exteri resoluunt harum rerum omissio nocere non debet, quod & generaliter nos suprà in harum Institutionum procœmio admonuimus. Reliqua quę ex magno hoc Inuentarij beneficio commoda fluunt, cum latissimè suprà relati prosequantur, plus immorari institutum nostrum non patitur.

§. *Item extraneus.* 8.

1 *Hereditatis acquisitio & repudiatio nudâ testificatione fieri non potest, & num. 9.*

2 *Bonorum possessio non nisi coram iudice agnosci potest, & nu. 19.*

3 *Heres cum cretione institutus, non nisi solemnibus verbis adire poterat.*

4 *L. potuit. 5. ibi.* ipsius actus & voluntas necessaria est. *C. de iure delib. & nu. 46.*

5 *Heres qui adit causam suæ additionis intelligere debet.*

6 *Pupillus, tutoris interueniente authoritate, hereditatem adire potest, latè n. 20. cum seq.*

7 *Pupillus causam suæ additionis intelligere non potest.*

8 *Mutus nemo nascitur, quin & surdus etiã sit.*

9 *Aditio hereditatis confirmat testamentum iure ciuili Romanorum.*

10 Acquirere *hereditatem genus sub se comprehendens plures acquisitionis species: quemaddum* admittere, *comprehendens amissionis modos.*

11 *Hereditas acquiri multis modis potest, remissiuè.*

12 *Additionem hereditatis in animo & nuda voluntate consistere quomodo accipiendum, & latè num. sequen.*
L. pro herede. 20. in princip. D. de acquir. hered. & num. 16.

14 *Animum interioresque actus lex positiua quando iudicat.*

15 *Heres qui animo solo adijt, vtrum in foro conscientiæ teneatur.*

16 *Gerere pro herede, quando quis dicatur, & nu. sequent.*

18 *L. pro herede. 18. §. Papinian. D. de acq. hered. L. 11. tit. 6. part. 6.*

20 *L. Pupillus si fari. 9. D. de acquir. hered. & l. seruo inuito. 65. §. si si pupillo. D. ad S. C. Trebell. late discutiuntur, num. sequen.*

21. *Accursij interpretatio ad eas leges.*

22 *Reiectus Accursij intellectus.*

23 *Alius intellectus communis, & improbatus. num. 25.*

26 *Verus & germanus sensus.*

27 *Adiri hereditas olim poterat, & additione, & cretione.*

28 Cretio *quid sit? & eius formula remissiue. numero. 29.*

30 *Cap. ius Quiritum. 1. distinctione.*

31 Cretio, *quatenus à* gestione pro herede *differat.*

32 *Nostri tex. interpretatio. vers.* quoquomodo.

44 *Infans tutore authore possessionem acquirere potest, & hereditatem pro herede gerendo, & num. sequen.*

38 *Iasonis inexcusabilis error ad d.l. pupillus. insinuatur.*

39 *L. 1. §. adipiscimur. D. de acquir. possess.*

40 *L. Si pupillus absens. 2. D. rem pupilli saluam fore.*

41 *Hereditatis aditio est actus legitimus, qui per alium expediri non potest.*

42 *L. per procuratorem. 90. D. de acqu. hered. & num. 50.*
L. 1. §. est hoc præcipuum. D. de offic procurat. Cæs.

43 *Stipulari alter ãlteri non potest.*

44 *Seruus publicus, id est in publicum emptus.*

55 *L. non aliter. 18. D. de adoptionib.*

46 *Accursij interpretatio ad l. potuit. 5. C. de iure delib.*

47 *Pupilli appellatio simpliciter prolatã comprehendit*

hendit eum, qui maior est infante.

49 *Tutor sine pupillo neque adire hereditatem, nec pro herede gerere potest, licet bonorum possessionem agnoscere possit.*

51 *L.si infanti.18.C.de iure delib.*

52 *Accursij interpretatio ad dict.§. si pupillo. explosa.*

53 *L.mutum.5.D.de aquir.hered.*

54 *L.1.vers.*mutus. *D.de hered.instit.l.pater.93. §.1.& §.fin.D.de acquir.hered.*

55 *L. Antistius. §. fin.D.de acquir.hered.*

56 *Mutus & surdus, quando acquirere hereditatem possint.*

57 *Repudiationem hereditatis in nuda voluntate consistere quomodo sit intelligendum.*

58 *Recusatio extra iudicium fit.*

59 *Omissio hereditatis, quid sit.*

60 *L.3.§. In amittenda.l.quemadmodum.8.D.de acquir.possess.& num.sequen.*

INsignis locus & qui breuissimo sub verborum compendio integrum ferè de acquirenda & omittenda tractatum, qui in Pandectis. lib.29.tit.2.& in nostro C.lib.6 tit.30.quàm latissime patet, complectitur. Vnde vix potest ad minorem redigi summam, quum notabilia plura nos doceat, quæ & nos plusquam in aliorũ §§. enarratione immorari admonent. Sed vt nostrum prosequamur institutum eccle sententiam Iustiniani.

1 Extraneus heres † potest vel facto, idest, gerendo pro herede, vel nuda testificatione hereditatem acquirere, quin & hac sola repudiare potest: surdus autem & mutus pro herede gerendo acquirunt. Desumptus est is §. ex plurib⁹ l.C.locis sed præcipuè ex l.mutum. 5.l. pro herede.20.l.gerit.88. D.de acquir. hered. consonat tex in l.11.tit.6. par. 6. & quamuis ab interp.quorum bonam partem inferius recensebimus explicetur, tũ maximè præter ordinarios sunt omnino videndi qui rem copiosissimè, item & vtiliter prosequũtur Pet.Gregor.Tholos.3.par.Syntag.lib.46.ca.4.cum sequen.Iosep.Mascard.volum. 1. de probation. concl.40.vsque ad conclus.53.& qui neminem non refert Didac. Spino in Spec.testam. glo. 33.principali. Sed quo magis textus is per singulas explicetur partes, adducemus quæ præcipuè obstant.

Primo ergo contra textum.ibi. *Ad legitimã hereditatem vocatus*, sic argumentor. Qui iure Prætorio succedit legitimo iure successor fit, vt toto tit.inf.de bon.possess.coniuncto.§.cõstat.ibi. *magistratuum edicta.*& §. Prætorũ quoque edicta, sup. de iure naturali gent. & ciuili.

2 Sed is † nec pro herede gerẽdo, nec nuda voluntate hereditatis suscipiendæ fit heres, aut bonorum possessor, sed coram Prætore solemniter agnoscere debet l.1.l.puberem.12.l. suũ heredem.13.C.de iure delib.cõiuncta.l.fi. C. qui admitti ad bon.possess.& §. Impetẽda. inf. de bon.possess.ergo contra nostrum textum.

Secundò contra textum.ibi, *nuda voluntate.* Sic argumentor: vt quis heres fiat non sufficit eius nuda voluntas, sed & ipsius etiam factum est necessarium, vt multis exemplis I.C. probant in d.l.pro herede.in d.l.gerit. ergo nuda voluntas non sufficit.

Tertiò contra eandem partem tex. sic argu

3 mentor, † cum cretione heres institutus nõ tantum voluntate, sed etiam præscriptis & solemnibus verbis adire debet ex Vlpia.in Institutionib.tit.22.vers. *cernere.* ibi. *Cum me Mæuius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cerno*; iuncto vers. *cum cretione.*cũ cretione(inquit Vlpia.) *heres institutus, sicut cernẽdo fit heres, ità non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit; ideoque etiam si constituerit nolle se heredem esse, tamen si supersint dies cretionis, pœnitẽtia actus cernendo fit heres.* Exornat doctissimus Barn.Brisso.lib.7.de formulis.pag. 670. Ergo cum certa & solemnia verba, sint necessaria, nuda voluntas non sufficiet.

4 Quartò contra nostrum tex.in d. vers. *nuda voluntate.*sic argumentor, non solũ quum quis adit cum cretione, vel sine cretione hereditatem prẽter voluntatem verba sunt necessaria, sed etiam & quando pro herede gerit.l.potuit 5.ibi. *Sed ipsius actus & voluntas fuit necessaria.* C.de iure delib. Ergo contra nostrum tex.

5 Quintò cõtra nostrum tex.ibi. *dũmodo sciat*, &c. Quibus verbis probatur, adeuntem hereditatem causam suę additionis intelligere oportere, videlicet, an sit heres ex testam, an abintestato, an sit necessarius, an volũtarius, quod & alibi scriptũ est.l.is qui heres.13.l. is qui putat.15.l.si is ad quẽ.22.ver. *nam vt quis.*l.heres institutus. 32. pater.l.93.D.de acq.here. Sic ar-

6 gumẽtor. † Pupillus, si tutoris accedat autoritas adire hereditatẽ potest.l.more. 8.l. pupillus si fari.9. D.de acq.her.l.obligari.9.§.pupillus.D.de auct.tut.§.neq; tamẽ.sup.illo ti.l.cũ in vna.17.§.tutor.D.de appellat.l. curatorem 19. D. de auct.tut.l.impuberi, in princ. D. de tut.& cura.datis ab his.d.l.potuit.5.l. si infanti.18.C.de iure delib.l.fi.ibi. *& solemnitati iuris vbi tutor exigitur.*iũct.gl.fi.ib. *vel dic tertio.*

7 C.de in lit.dand.tut. † Sed pupillus causam suæ additionis intelligere non potest.l.1. vers. *Impubere.* C.de fall.moneta.§. Pupillus.inf.de inutil. stip. & magis in proposito text.in d.l. pupillus si fari.ibi. *neq; enim scire, neq; decernere huiusmodi ætas potest, non magis, quã furiosus.* D. de acq.hered. Ergo etiam si is qui adit causam suæ additionis, & acquisitionis ignoret additio valet.

8 Sextò contra nostrum tx.ibi: *eum qui surdus vel mutus natus est,* & ibi. *si tamen intelligit quod agit*: quibus probatur, surdum ita natum intelligere posse, quod agit. Sic argumẽtor. Ex Philosopho-

† b. scire debet qua ea eaã hereditas adueꝛ pertineat

† b. ãtatis eoꝛ q videat ignoret

losophorum traditionibus (quarum Bald. meminit in l. mutum. 5. De acquir. hered.) & ipsa experientia optima rerum omnium præceptrice, constat, neminem nasci mutum, quin & surdus quoque sit, sed is intelligere nō potest, vt patet, ergo nec poterit hereditatem adire. Septimo contra nostrum textum in illis verbis, *sicut autem nuda destinatione extraneus heres fit, ita contraria destinatione statim ab hereditate repellitur.* Sic argumentor. Aditio hereditatis non ex nuda voluntate, sed ex verbis & factis constat, vt multis suprà ostendimus, ergo nec repudiatio; patet consequentia, tū quia (vt vulgo circumfertur) contrariorum eadem est ratio & disciplina, cum etiam, quia nihil tā naturale est, quàm eo genere quidquā dissolui, quo colligatur. l. nihil tam naturale. 35. D. de regu. iur. & induci optimè potest difficilis tex. in l. quemadmodum. 8. D. de acquir. poss.

9 Verum his argumentis non obstantibus cū Iustiniano hīc defendendum est, extraneū heredem facto, id est, pro herede gestione, & verbis, idest aditione, & nuda etiam voluntate hereditatem quærere posse, ijsdemque modis illam omittere, & repudiare. Quæ res quo magis constet obseruandum in primis est, heredi tatis aditionem vsque adeo iure ciuili Romanorum necessariam, vt nisi ea mortem testatoris (quæ testamenti confirmatio est, capite cū Marthe, versic. *cæterùm.* de celebrat. miss.) sequatur, quidquid in testamento scriptum est, inutile sit, late diximus in §. posteriore. supra quibus modis testam. infirm. notat latè Dida. Spino in Speculo testamentorum, glo. 33. nu. 1. & nos etiam in Rubrica sup. hoc tit. vbi tamen Typographorum forsan lapsu, esse aditionem hereditatis caput testamenti scriptum est, quum id non de aditione, sed de institutione circumferatur, vt in rubri. sup. de heredib. instituen. adnotauimus (quāuis hodie alio iure vtamur, & quoad institutionem, vt ibidem diximus, & quoad aditionem, vt in principio. infrà de hered. quæ ab intest. def. scripsimus.)

10 † Viterius obseruandum est (quod similiter & in hoc tit. copiosè ostensum est) quasdam esse voces, quibus I. C. admissionem & exclusionem hereditatis significant, quæ tamen omnes (si Angelo in rubrica. D. de acquirend. heredit. Matth. Vvesemb. in Paraphrasi illius tituli, & Iacob. Cuiac. in l. auxilium. D. de minorib. credendum est) duabus illis à Triboniano in inscriptione illius tituli. 2. lib. 29. Pandectarum positis, comprehenduntur, iuxta lectionem, quam illi probant, videlicet, *De acquirenda vel amittenda hereditate.* qui eo mouetur argumento, quod *amittere*, genus sit cōprehendens repudiationem, recusationem, abstentionem, omissionem, *acquirere*, item sit genus sub se cōplectens cretionem, aditionem, immixtionem pro herede gestionem, de quarum vocum peculiari significatione, (ne prolixos commētarios faciamus) pręter ordinarios scribentes in d. rubr. consulendi sunt, qui de verbis iuris, & eorum significatione scripserūt. † Planè acquisitio hæreditatis, vt ad Iustinia. accedamus magis, quæ multis modis inducitur, vt copiosè Ioseph. Mascard. d. concl. 40. cum sequentib. obiter Iacob. Menoch. lib. 12. de præsumpt. quæst. 48. num. 16. † Vsque adeo in animo & voluntate consistit, vt Iustinianus hic nos docet, vt eam non tam esse facti, quàm animi ex Iuliano dixerit Vlpianus in d. l. pro herede. 20. D. de acquir. heredi. Vnde fit, vt solus animus etiam non declaratus per factum exterius acquisitionem hereditatis inducat, vti ex d. l. pro herede notauit ibi Accur. ver. *quam animi.* Idem in l. si quis mihi bona. 25. §. sed quid si mandaui; verbo. *habeat,* & in l. per procuratorem. 84. glo. 1. D. de acq. her. & in l. 2. D. de interrog. act. sequuntur Bart. in d. l. pro hered. & ibi Cuma. num. 4. idem Bart. in disputa. 10. in solutione quæstionis. num. 1. & plures alij ab And. Tiraquel. relati tractatu, *le mort saisit le vif.* 7. part. declarat. 3. num. 2. Gualdensis de arte testandi. tit. 11. caut. 1. num. 2. pro qua sententia præter textum in d. l. pro herede. ibi. *pro herede autem gerere, non tam esse facti quam animi,* & nostrum hunc §. ibi. *etiam nuda voluntate suscipiendæ hereditatis heres fieri,* inducitur optimus tex. in l. si auia. ibi. *ex sola animi destinatione pater tuus heres fieri poterat.* C. de iure deliberandi.

13 Verum contrarium sententiam, solum animum non sufficere, ad hoc vt hereditatis aditio inducatur, nisi per actus exteriores declaretur, tenet idem Accurs. in l. mutum. 5. glo. 1. in d. l gerit. glo. fi. & hic, verb. *nuda.* Bart. n. 6. in d. l. gerit. vbi Aret. col. 2. testatur hanc esse com. Guill. Benedic. in c. Rainut. verb. *in eodem testamento,* el primero. num. 387. & alij relati à Ioan. Horoz. in l. 2. D. de offic. Procur. Cæsar.

14 Qui articulus, etsi latè ab interpretib. discutiatur, pendet tamen ex alterius resolutione, nunquid lex ciuilis, siue canonica in actu merè interiori potestatem habeat? quem latè examinant Mart. Nauar in princip. n. 24. de pœnit. dist. 5. Couar. in reg. peccatum. 2. par in princ. n. 6. Iacob. Menoch. lib. 2. de arbitrar. centur. 4. casu. 360. ex quorū cōcordi opinione & sententia admissum est, quod si animus, actusque interior intelligibili nullo exteriori signo apparet, lex positiua nullam in eo habet potestatem; secus si exterius animus prodeat per verba aut facta, quoniā, etsi talia sint, & ita occulta, vt probari nullo modo possit, actus is sub legis potestate incipit esse, quia lex semper dicitur esse certa, de ijs, quæ per rerum naturam certa sint, licet homines ea ignorēt. l. cū quidā 30. §. fuū heredē. & §. quod dicitur. D. de acq. hered. §. conditiones, inf. de verb. oblig. ergo, quamuis

t. g. testatoris obitu firmatur

quamuis actus sit ita occultus, vt probari nullo modo possit, est tamen sub legis potestate, vt iam relati admonuerunt, plurima notatu digna, ex ea resolutione inferentes.

15 Sed nos illud deducimus, quod si aditio nullo signo exteriori foras prodijt, ex huiusmodi aditione non tenebitur heres, si verò exterius animum demonstrauit heres, quamuis ita occultè vt non possit probari, teneatur, vti contra Bald. ibi notauit Aret. nu. 1. in l. mutum. 5. D. de acq. her. vnde, & illud fit, quod Barto. in d. l. pro herede. docuit eo casu in foro cõscientiæ, teneri heredẽ creditoribus satisfacere, sequitur Cuma. ibi n. 4. Ange. in l. gerit. n. 4. 5. & 6. Roma. n. 2. Iacobin. in l. 2. n. 2. D. de interrog. act. Cuius tamẽ cõtrarium tenuit idem Barto. in d. l. gerit. sequuntur Aret. col. 4. ibid. Angel. hic. n. 2. & alij relati ab Orozco, sup. hanc sentẽtiam ego magis probo, vt etsi per verba etiã hereditatem quis adierit, tamen ita occultè, vt probari non possit creditoribus non teneatur; videtur enim adire sub ea cõditione, si hereditas sibi fuerit vtilis. Planè illa verba. d. l. pro herede, *non tam est facti quam animi*, non electiuè, vt Accurs. ibi interpretabatur, sed comparatiuè sunt accipienda, videlicet aditionem magis consistere in animo, quam in facto.

16 Docet Iustin. hic, vers. *pro herede*. Eum pro herede gerere, qui rebus hereditarijs tanquam heres gerit. Sanè cum quis expresse id profitetur, expedita res est, quum verò voluntatẽ suã non aperit, quid statuendum, neq; Iustinia. in hoc. §. neq; Vlpia. in d. l. pro herede. explicãt Accurs. in d. l. pro herede, verb. *quid*, vers. *melius ergo*, ex rerum & personarũ qualitate perpendendum ait, sequitur Bart. in d. l. gerit. cõmunem testatur Maranta in l. is potest. n. 58. D. de acq. her. Natta, cons. 448. n. 12. Greg. in
17 l. 11. verb. *dene dezir*, tit. 6. par. 6. † Cæterùm quamuis rerum & personarum qualitatem attendere opportunum sit, illud etiam sine scrupulo admittendũ videtur, vbi heres gerit aliquod negotium, ad hereditatẽ pertinens, animo adeũdæ hereditas gessisse eum videri: nam aut heres præsumitur huiusmodi actum facere nomine proprio, aut nomine hereditatis, scilicet, vt eam sibi obliget. iuxta l. 3. §. hæc verba. D. de negot. gest. & tũc succedit iuris regula, quod in dubio presumitur nomine proprio facere. l. & magis. 4. D. de solut. quam bene explicat Iacob. Menoc. lib. 2. de arbitr. centur. 5. cas. 493. quam sentẽtiam probasse videtur Vlpia. in d. l. pro herede, vers. *& ideò*, ait. *solent testari liberi, qui necessarij existunt, non animo heredis se gerere, quæ gerunt, sed aut pietatis, aut custodiæ causa, aut pro suo*. Quę verba d. lex Regia transcripsit, quę cum exigant protestationem apertè sentiunt in dubio, actum videri gestum tanquã ab herede. Quã sententiã probat Barto. in d. l. gerit. nu. 24. in fin. communem testatur
18 Corneus cons. 310. n. 2. in vol. 3. † Nec huic sententiæ obstat tx. in d. l. pro herede. §. Papinianus. ibi. *Itaq; tũc pro herede gerere dicendũ esse ait, quoties accepit, quod citra nomen & ius heredis accipere non poterat*: quoniam is tex. loquitur in filio, qui se patris hereditate abstinuerat, vnde cum mutatio volũtatis non præsumatur. l. eum qui 22. D. de probat. late Iacob. Menoch. lib. 4. præsumpt præsumptio. 140. n. 32 non videtur filius à præcedenti abstẽtione recedere, nisi faciat actum, qui fieri nõ potest citra ius, & nomẽ heredis, facit. l. 1. C. de repud. hered. Cęterùm si filius, vel alius extraneus heres institutus adhuc nõ declarauerit suã voluntatem, tũc procedit superior doctrina & sentẽtia, iuxta quã accipiẽda videtur. d. l. 11. tit. 6. par. 6. quę lex, ibi. *pero, porq̃ de tal vsança como sobredicha es, no nazca ende dubda, è si la fizo cõ intencion de ser heredero, ò non: este à tal, deue dezir, è affrontar manifiestamente, ante algunos homes, como lo faze por piedad, è non con voluntad de ser heredero*. quatenus exigit protestationem in casibus ibidem relatis, vsq; ad vers. *pero si*, explicanda sit, vt protestatio sit necessaria, in illis verò ex illo vers. ad fin. vsq; adductis, nõ sit necessaria, sed vtilis causa, scilicet dubitationis tollendæ, quæ pro nostri tex. exornatione adduxisse sit satis, missa iã alia faciamus, quę etsi hùc spectent, copiosè tamen à Mascard. & reliquis citatis prosequuntur.

19 Non obstãt argumenta in cõtrarium adducta. Non primum, quoniã vt late scripsimus, tum in rubr. tũ in §. vlt. tit. inf. de bon. poss. hęc vna inter alias inter bon. possessionẽ, & hereditatem, differentia est, quod bonorum possessio non nisi Prætore præsente, & pro tribunali sedẽte agnosci possit, hereditas nuda, (id est, non solemni, vt ego interpretor) voluntate, verbis, vel factis, vtcumq; ostensa, quod hic, & alibi Accurs. docet communiter receptus, estque verissimum, ideoque ne sæpius eadem repetamus, amplius non insistimus.

Minus obstat secundum argum. ex d. l. pro herede, & d. l. gerit. cui fit satis, ex his, quę paulo superius, iuxta nostri, & illorum etiam textuum explicationem adduximus, eruntq; non nulla necessariò paulo inferius in quinti argumenti explicatione inculcanda.

Quæ ad tertij explanationem attinent, & de solemni cretionum formula & aditione prę scriptis illis verbis facienda, *cum me Mœuius heredem instituerit, eam hereditatem adeo cernoque*, commodius quoque ibi afferemus.

Quemadmodum, & quæ pertinent ad l. potuit. 5. C. de iure delib. iam pergamus.

20 Ergo non obstat quntum ex l. pupillus si fari. 9. cum alijs supra adductis. D. de acq. hered. qui sane tx. difficillimus nimis est, propter omnino contrarium. l. C. Metiani responsum in l. seruo inuito. 65. §. si pupillo. D. ad. S. C. Trebellia.

Trebellia. quorum dissidium quo magis appareat vtriusq; Consulti verba referre & proponere libuit. Ecce Iulium Paulum: *Pupillus si fari possit, licet huius ætatis sit, vt causam acquirendæ hereditatis nõ intelligat, [quamuis enim nõ videatur scire huiusmodi ætatis puer, neq; enim, scire neq; decernere huiusmodi ætas potest, nõ magis quã furiosus] tamẽ cum tutoris autoritate hereditatẽ acquirere potest, hoc enim fauorabiliter ei præstatur.* Metianum iã audi, *Si pupillo infanti restituere hereditatẽ, quis rogatus sit, si sponte adierit, etiã seruo eius & ipsi pupillo, tutore autore restituere hereditas, siquidẽ eo quod fari nõ potest, nõ magis ea res impedietur, quã in muto pubere volẽti, sibi restitui hereditatẽ, &c.* Ex quibus verbis, & quæ sequũtur constat, etiã infantem tutoris interuenien te autoritate, ex fideicommisso sibi restituendam hereditatem acquirere posse, contra vero in d.l. pupillus ita demum pupillum, etiam tutoris interueniẽte autoritate, adire posse, si fari possit, idque fauorabiliter ei præstari.

21 In qua difficultate † Accurs. in d.l. pupillus si fari, verb. *pupillus*, & in d.l. potuit, glo. 1. existimat, infantem etiam qui nullo modo fatur cum tutoris autoritate, acquirere hereditatẽ posse. Neq; obstat tx. in d.l. pupillus si fari, (inquit Accur.) quia subaudiendũ est verbum, *maximẽ*, ita, vt sensus sit: Pupillus maxime si fari possit cum tutoris autoritate hereditatẽ acquirit, vt ita tã Paul. in d.l. pupillus, quã Metianus, in d. §. si pupillo probẽt infantis verba, necessaria nõ esse ad eũdã hereditatẽ. Quæ tamen

22 † Accur. solutio admitti nullo modo potest. Primo, quia violat verba, d.l. pupillus. Secundo, ex tx. in d.l. potuit, ibi, *sed ipsius actus, & volũtas necessaria est*: si enim pupilli voluntẽ in aditione spectamus quomodo absq; verborũ prolatione eam aperiemus, siquidem constat, verba in id esse inuenta, vt mentem dicentis ostendant, vulgata. l. Labeo. in fi. D. de supellect. leg. Vnde vt dissidiũ

23 † hoc cõponant interpretes distinctionẽ cõstituũt, inter infantem qui fari potest, & illũ, qui infans omnino est, & I. C. Metianũ, de infante, qui fari iã potest, & aliquẽ habet intellectũ, licèt minimũ, loqui existimat, vt is tutore autore pro herede gerere posset, si enim nullũ intellectũ haberet, neq; posset fari, non posset tutore autore

24 hereditatem adire. † In cuius intellectus confirmationẽ facit, antiquo Digest. iure solũ tutorem infantis nomine hereditatem adire non potuisse, idenim nouè statutum fuit ab Impp. Theodos. & Valẽtiniano in l. si infanti. 18. ver si. *parẽte vero.* C. de iure delib. Igitur Cõsultus in d. §. si pupillo. sentit solum tutorem nomine infantis cõpellere heredem posse vt sibi hereditatem restituat, id quod deducit ex similitudine iuris ciuilis, & iuris Prætorij, quoniã si infans fuisset heres institutus posset iure ciuili, tutore autore, hereditatẽ adire, & etiam eius tutor solus nomine ipsius infantis petere bonorum possessionẽ. l. tutor. 8 ibi. *quia tutori petere permissum est, nõ etiã repudiare.* D. de bon. possess. l. bonorũ. 7. C. qui admitti. quod igitur Cõsul. ait posse infantẽ tutore autore adire, intel

25 ligendum est, de infante qui fari potest. † Sed neque hæc interpretatio mihi placet, apertè enim cõfunditur ex tex. (in d. §. si pupillo. ibi. *si quidem in eo qui fari non potest*, & ibi, *neq; pupillus ipse id desiderare possit, cũ fari nõ possit* quibus verbis satis ostenditur, Consultum de eo infante, qui fari omnino non potest loqui.

26 Quare pro huius rei perfecta intelligentia discrimẽ cõstituendum est inter aditionẽ, quæ verbo fit, & pro herede gestionem: pupillus enim si fari possit, tutore autore, quoquomodo potest hereditatem acquirere iuxta tex. in d.l. pupillus. si vero fari non possit, non aliàs, quã pro herede gerendo, cum tutoris autoritate, vt eleganter probat tex. in d. §. si pupillo, ibi, *siue enim heres institutus esset, non dubiè pro herede tutore autore gerere posse videtur.* Igitur horum Iurium intellectus est vt pupillus, qui iã fatur siue verbis, siue pro herede gestione hereditatem acquirere, cũ tutoris autoritate possit: si vero fari non potest solũmodo pro herede gerendo interueniente tutore illam nãciscetur, non per aditionem verbis factam, qui est horum Iurium verus & elegans sensus.

27 † Qui vt magis constet, pro perfecta huius rei explicatione sciendum est, duobus modis olim acquiri hæreditatem extraneis, verbis, & aditione, vel cretione, & facto, ideſt, pro herede gestione, vt in exẽplis. d.l. pro herede. d.l. gerit. D. de acq. her. & hic. *Cretio*, autem licet, quod fit, non assequantur Accurs. & antiquiores in l. cretionum. 5. C. de iure delib. neq; ex nouiorib. Viglius hîc, & Alciat. lib. 3. disputãt. ca. 7. † erat tamen spatium centum dierum,

28 quod dabatur instituto heredi, vt deliberaret, vellet, nec ne, hereditatem acquirere, cernere enim dicebatur, quasi decerneret heredẽ se esse velle, quo censu accipitur tx. in d.l. pupillus si fari, vers. *neq; enim scire, neq; decernere talis ætas potest non magis quam furiosus*, & in d.l. is qui heres. 13. §. substitutus. D. de acq. her. *Substitutus quoque similiter*, inquit Vlpian. *si ante repudiat quam heres institutus decernat de hereditate nihil*

29 *valebit repudiatio.* † Formulam autem cretionis tam ex parte instituentis, quam heredis instituti, iam supra adduximus in §. extraneis supra hoc tit. explicat Iacob. Cuiac. ad Vlpian. tit. 22. & lib. 7. obseruat. ca. 41. Anto. Goueanus. lib. 1. varia. lectio. ca. 25. Anto. Concius. lib. 1. disput. c. 12. Fran. Hotom. hîc, Prateius de verbis iuris, verb. *decernere*, & verbo. *crescere*. Dida. Couarru. lib. 4. varia. ca. 10. & ante omnes D. Isidorus. lib. 5. Etymolog. ca. 24. extatque in C. Theodos. integer titulus 1. libri. 4. & multa apud Barn. Brisonium. lib. 7. de verb. sig. pag. 670.

† Vnde

30 † Vnde vt id obiter aduertamus in.c.ius Quiritium.1.dist.pro verbo, *curationibus*, reponendum est *cretionibus*, vt Cuia. Prateius & Coua. sup.notarunt. † Differt autem cretio à gestione pro herede, vt qui cernere debuisset 31 non posset pro herede gerere, neque è conuerso, vt Vlpian.d.tit.22.vers.*extraneus*, docuit in hæc verba, *Extraneus heres, siquidem cum cretione sit heres institutus cernendo fit heres: si vero sine cretione pro herede gerendo*, ad quod mihi respexisse videntur Consulti Vlpia.& Paul. ille in l.pro herede.22.hic vero in l. gerit. 88. D. de acquir. hered. vbi pro herede gestio animo fit declarato, re & facto, non verbis.

32 Sed obstat tex.noster, hic, ibi, *quoquo modo voluntatem suam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hereditate*, vbi gestionem pro herede verbis fieri posse, probat Iustin. contra prædictã obseruationem. Verum quod & latius inf. nos dicemus, id Iustinia. fecit sui temporis rationem habens, quo hæc differentia, & scrupulosa cretionum solemnitas sublata erat per l.cretionum.C.de iure deliber.

33 Iuxta † hanc igitur veteris iuris obseruationem planè intelligendus est tex.in d.l. pupillus si fari, vt si pupillus fari possit, quoquomodo possit acquirere hereditatem & cernendo si cum cretione sit institutus, & pro herede gerendo, si sine cretione, & ob id generali *acquisitionis* vocabulo vtitur: si vero voce careat, tantum pro herede gerendo fiet he-
34 res, vt in d.§.si pupillo. † Et cõfirmatur hæc distinctio ex eo, quia infans etiãsi fari nõ possit capax est possessionis acquirẽdę tutore autore quæ facti dicitur.d.l. 1.§. adipiscimur, & d.l.quamuis.31.§ infans.D.de acq. poss. Satis enim est ad acquirendam hanc possessionẽ, & pro herede gestionem, quod infans rei insistere & de facto gerere possit pro herede quamuis non intelligat quid agat, nam ab acquisitione huius actus naturalis, nullus cuiuscunq; ætatis sit censetur excluſus argumento. l. ea quæ ciuiliter. D.de acquir.rer.dom.

35 Sed obstat tx in d.l.gerit.& in d.l.pro herede.vbi pro herede gestio animi dicitur esse, nõ facti, & inde videbatur infantem, qui nullũ animi iudicium habet, non posse, neq; pro herede gerendo hereditatem acquirere, neq; prętereà possessionem, quæ etiam animo acquiritur.l. quemadmodum.D.de acq.poss.l.fere D.de regul.iur.l.3.§.in amittenda.D.de acq.poss.

36 Respondendum † tamen est, iudicium & intellectus, quæ in huiusmodi actibus requiruntur, suppleri per tutorem fauorabiliter & vtilitatis causa, vt in d.§.infans, ibi. *vtilitatis enim causa hoc receptũ est*. Atq; hoc subtiliter innuere mihi videtur I.C.in d.§.si pupillo, vers. *si vero enim heres*, vbi non simpliciter ait infantẽ pro herede gerere, sed videri, vt denotet improprietatẽ, vulgaris. l. 1. §. deiecisse videtur. D. de vi, & vi arm. magis enim tutor, pro herede gerit, qui consensum, & iudicium supplet.d.§. infans, quàm pupillus, qui nudum factum gestionis præstat.

37 Eadem † ratione interpretandus est text.in d.l.pupillus, ibi. *fauorabiliter ei præstatur*, fauor enim ibi etiam fuit necessarius in pupillo, qui fari poterat, & cum cretione erat heres institutus, nam cretio non tantum verba, sed etiam animi iudicium desiderabat, vt colligitur ex relatis Vlpia.verbis, ibi, *cernitoq; in diebus cẽtum proximis, quibus scieris, poterisque.* ad quæ verba proculdubio, respexit Paul.in d.l.pupillus, ibi *neque enim scire, neque decernere talis ætas potest*, quia oportebat heredẽ intelligere causam suæ additionis, vt in d.l.is qui heres, cũ seq.& in d.l. si is ad quem.d.l.heres institutus. d. l. si pater. D.de acq.her.notarunt Ant.Fara.tract.de essentia min.ætatis.cap.24.n.3. Iaco. Cuiac.ad Africanum.tit.1.pag.2. Vnde videbatur, pupillum non posse cernere hereditatem, quam uis fari possit, sed hoc fauorabiliter ei præstatur tutore supplente defectum iudicij.

38 Hinc etiam conuincitur inexcusabilis error Iaso.in d.l.pupillus.n.2.& in d.l.potuit. n. 4. qui ex d.l.pupillus si fari. à cõtrario sensu colligebat, quod si pupillus fari posset, & intelligeret quid ageret, posset, sine tutore hereditatem acquirere. Quod tamen falsum est, & contra d.l.more, & d.§.neq; tamen, sup.de autorit. Neq; tx.in d.l.pupillus si fari.mouere debet à contrario sensu: nã prætereà quod à cõtrario sensu, argumentum deduci non debet, cum sit cõtra iura expressa, iuxta vulgatã.reg. l.2.C.de condit.inser.l.cõuenticula. C.de Epi sco.& cleric.notandum est in d.l.pupillus, nõ simpliciter permitti pupillo, qui intellectum non habet cum tutoris autoritate hereditatem acquirere, sed fauorabiliter hoc ei præstari ex supra dicta ratione. Vnde à contrario colligitur, quod si intellectum haberet pupillus, posset suo iure sine vllo fauore hereditatem acquirere, dum tamen id autoritate sui tutoris fieret, propter rationem. l. præcedentis.

39 † Neq; prætereà pro Iaso facit tx.in d.l.1.§ adipiscimur, vbi filius pupillus qui intectum habet, potest sine tutore possessionem acquirere: secundum quem intelligenda est generalis traditio tx.in d.l.quamuis.31.infans, vers. *pupillus*. D.de acquir.poss. vbi pupillus sine tutoris autoritate possessionem nanciscitur. Nam respondendum est illud in acquisitione possessionis, quæ cum nullam habeat annexam obligationem, potest per solum pupillũ expediri ex reg.tex.in princ.sup.de auto.tut. Hereditatis vero acquisitio cũ contineat obligationẽ, vt in l.more.8.D.de acq.her.ibi. *hereditas antẽ quin obliget nos ære alieno, plusquã manifestum est*, non potest à solo pupillo expediri.

40 Sed contra interpretationem d.l.pupillus.

&d.

a-b ut ff. nulla possessio nisi animo & corpore possit acquiri.

& d.§.si pupillo. iam obijcio eiusdem Vlpian. sententiam in l. si pupillus absens. 2. D. rem pupilli saluam fore, vbi per seruū proprium, vel publicum potest stipulatio interponi nomine pupilli, hæc tamen stipulatio non minus quā cretio pro forma, & solemnitate verba requirit. l. 1. in prin. l. 5. §. stipulatio. D. de verb. obl. l. 1. vers. *verbis*. l. obligamur. D. de oblig. & act. eaque verba solēnia esse debent, tx. in §. in hac re inf. de verbo. vnde videbatur cretionis verba posse per alium proferri, & hereditatē infanti acquiri, etiam eo cum cretione instituto.

41 Verū † respōdendum est, hereditatis aditionē actum esse legitimū, iuxta tx. in l. actus legitimi. D. de regul. iur. qui per alium expediri non poterat, vt obseruat Cuiac. lib. 7. obseru. ca. 18. & probat Vlpian. in l. nemo alieno. 166 D. de reg. iur. ibi, *nemo alieno nomine lege agere potest*. id est, legitimum actum exercere, vt ex Vopisco, & Cornelio Tacito probat Barnab. Brisson. lib. 4. select. ca. 20. & contra glos. & antiquiores malè interpretantes, docent Petr.

42 Fab. & Iacob. Rebar. † Ex qua obseruatione obiter interpretor tx. in l. per procuratorem. 90. De acq. her. vbi per procuratorē hereditatem adiri posse probat Paul. & Vlp. per argu. ab speciali in l. 1. §. est hoc præcipuū. D. de offi. procu. Cæs. vbi præcipuū esse in procuratore Cæsaris, quod eius iussu seruus Cæsaris adire hereditatem possit, etsi Cæsar heres instituatur, miscendo se opulentæ hereditati procurator heredem Cæsarem faciat Vlpia. notauit. Cui est similis tx. in. l. 15. tit. 6. part. 6. defendit optime Cuia. lib. 1. obser. c. 34. Hotom. lib. singul. quæst. q. 32. pag. 217. quamuis contradicat Duaren. lib. 2. dispu. cap. 17. Vnde fit quod cum hereditatis aditio actus legitimus sit, neque verbis, neq; facto per alium celebrari possit, ex d. l. nemo alieno. Stipulatio vero potest per seruum vtilitatis causa interponi, vt in d. l. 2. D. rem pupil. saluam for.

43 Sed huic interpretationi. d. l. 2. obijcitur vulgata reg. tex. in l. stipulatio ista. 38. §. alteri. D. de verb. in l. multū interest. in fin. C. si quis alteri vel sibi, in l. 3. C. de inutil. stipul. l. si genero. C. de iure dot. in §. alteri. §. si quis alij inf. de inutilib. l. 7. tit. 11. par. 5. quibus cautum est alteri per alterū stipulari nō posse: igitur neq; seruus in d. l. pro pupillo stipulari poterit.

44 Sed huic difficultati (omissis antiquorū erroribus, & adductis ab Andr. Tiraqu. tracta. de iure constituti. 3. par. limit. 30. nu. 4. dicēdum est *seruum publicum*. dici in d. l. 2. in publicum emptum, nam cum nemo possit alteri stipulari, cuius iuri subiectus non esset, ex d. §. alteri. & cum sæpē eueniret, vt pro absentibus, aut pupillis, aut Reipublicæ nomine stipulari, aut transigere oporteret, quod quia per alium fieri non posset præfecerunt antiqui Romani huic muneri seruum publicum non vnius aut alterius, sed omnium & singulorum, & publicum & communem, vt pro ommibus & singulis stipulari & acquirere rectè posset, quē Tacitus lib. 2. actorem publicum vocat, Sueton. in Iulio, actuarium. I. C. seruum publicum vt alio in proposito accurate obseruat Conan. lib. 2. ca. 2. n. 2. Gouea. lib. 1. lectio. ca. vlt.

45 † Vnde obiter interpretor tex. in l. non aliter. 18. D. de adoptionib. in §. cum autem. sup. cod. in l. generali. C. de tabular. lib. 10. in cap. quamquam, verb. *seruo publico*, de vsur. in 6.

46 Secundo contra superiorem † interpretationem nostri tex. obijcio. Impp. constitutionem, in d. l. potuit. 5. C. de iure delib. ibi. *Sed ipsius actus, & voluntas fuit necessaria*. quibus verbis significari videtur non solum nudum factū per pupillum heredem institutum præstari deberi, ac per consequens non posse eam voluntatem per tutorē suppleri, dictio enim *ipsius*, id ingenuè demonstrat arg. l. Papinian. 8. ibi. *ipsius iniuria est*, D. de inoffic. testam.

47 Sed respondendum est, tx. in d. l. potuit. procedere in pupillo qui maior est infante, cuius voluntas desideratur ad gestionem pro herede, quoniam igitur fuit proposita, species Imperatoribus in minore grandiusculo, qui aliquē intellectum habebat, responderunt ipsius voluntatem necessariam esse, quia pupilus velle creditur cum tutoris autoritate. l. pupillus. 189. D. de reg. iur. quem tex. sic. interpretātur Accurs. ibi glos. 1. in 2. solut. & dicit receptum Si card. nu. 3. Maranta. n. 143. in l. is potest. D. de acq. hered. Benedict. in cap. Rainutius, verbo. *mortuo itaque*, in primo. n. 136. de test. Alex. n. 9. Iaso. n. 14. Dec. in. 1. lect. nu. 5. & in 2. nu. 35. in l. bonorum. 1. C. qui admitti. Pro qua interpretatione facit, quia cum infans scientiam & iudicium non habeat, vt experientia docet, & probat tex. in d. l. 1. vers. *impuberem*. C. de falsa moneta, & in d. §. pupillus inf. de inutilibus, & tx. in d. l. potuit. voluntatem requirat, in pupillo, apertè ostendit de eo pupillo loqui, qui & velle & scire potest, quod significat ille tx. in vers. *nam siquid nesciente eo tutor egit, illi hereditatem non potuit acquirere*, à contrario sensu.

48 Vrget † magis pro hac interpretatione, quia appellatio pupilli simpliciter prolata regulariter, eum comprehendit, qui maior est infante, vt probat tex. in d. l. quamuis. D. de acquir. possess. in §. infans, versi. *pupillus* vbi cum docuisset Iul. Paul. infantem non posse acquirere possessionem sine tutore sufficit pupillum posse, quod necessario intelligendum est de eo qui intellectum habet, iuxta tex. in d. l. 1. §. adipiscimur in fin. D. de acquir. poss. Vnde cauendum est ab Accur. in d. l. pupillus si fa ri, qui eum tex. accipiebat in infante quem sequitur Salice. n. 2. Bal. n. 5. Fara. in d. ca. 25. & optima ratione nititur defendere Rebard. in l. 1. col. 3. D. de reg. iuris.

Ex

49 Ex qua † verisima interpretatione tex.in d.l.pupillus,& superiori obseruatione primo infero,tutorē solū sine pupillo non posse pro herede gerendo acquirere hereditatem, actus enim vel gestio pro herede in persona pupilli vel infantis est necessaria, quod subtiliter obseruasse videtur Consul.in d.§.si pupillo.dum ait tutorē solū posse agnoscere bonorū poss. ea(vt ego arbitror)ratione, quia cū actus non sit legitimꝰ potest per aliū exerceri3.l.§.à municipib.& §.acquirere,D.de bon.poss. vbi bonorum possessionē per alium,vel per se metipsum acquiri posse probatum est,& in l.tutor. D.eod.& in l.si quis alicui.48.D. de acq.her. Sanè si in acquisitione hereditatis idem esset id exprimeret.I.C.arg.tex. in l. itē apud Labeonē.15.§.Prætor ait,versi. *ea enim*, D. dein iur.vt ergo ostēderet actū gestionis in pupillo necessariū esse,expressit posse eū tutore autore pro herede gerere,tutorē autē solū bono
50 rū possessionē petere.† In quo sensu expendi potest pro hac parte d.l.per procuratorē. 90. D.de acq.her.ibi.*acquiri*, quod verbū aptū est cōprehendere aditionē,& pro herede gestionē.Secundo facit d.l.potuit ibi. *ipsius actus & voluntas fuit necessaria*,vbi actū heredis instituti
51 in adeūdo requirit,tx.† Deniq;facit Vrgētius d.l.si infanti.18.ver.*parente*,C.de iur.delib.vbi nouè scripserūt Impp. solū tutorem infantis nomine acquirere posse hereditatē,idq; etiam colligitur ex ver.*si autē*,vbi docēt Cæsares,in eo qui maior est infante iura vetera obseruari, vt scilicet is cū tutoris autoritate, & possit & debeat hereditatē adire,inde significātes in infante contrariū iure veteri obseruari, vt aduert Pet.Fab.in d.l.5. D. de reg. iur.Fulgo.numero. 2. in dicta. l. potuit.idem Fulgos.Paul. & Ias.num.5. ad l.si infanti alios retulit Fara.
52 in d.c.25.nu.5.† Vnde iterū cauendum est ab Accur.in d.§.si pupillo.verbo.*gerere posse*, qui præpostere intelligens eum tex. dicebat solum tutorem sine infante posse pro herede gerere,quē probat Corneus,in d.l.potuit.n.4.& in infante qui nullum habet intellectum veluti vnius, vel duorum annorum securè docet Paul.in d.§.si pupillo.num. 4. idem Paul. nu. 3.Ias.num.4 in d.l.potuit, & receptum tradit Alex.in l.bonorū.2.nu.9.C.qui admitti,Molin.in l.1.nu.28.D. de verb.oblig Cuia.lib.1. obs.c.34.& in l.4.§.pupillus.D. de vsucap. & sui immemor Faber in d.l.pupillus.D. de reg. iur.qui omnes malè allegāt tx.in d.l.si infanti, ver.*parēte*.C.de iur.delib.nō aduertētes ibi cō
53 stitui ius nouum.Secundo ex prædicta obseruatione,& d.l.pupillus si fari interpretatione, interpretanda est Vlp. sententia, in l.mutum 5.D.de acq.her.ex qua communis interpretū turba,confundens aditionem hereditatis cum gestione pro herede,malè colligit mutum surdum,& prodigum posse hereditatem adire ea ratione,quia sola voluntas in adeunda hereditate,requiritur ex Iust.hic.

Quæ tamen sententia licet vera sit post sublatam cretionum solemnitatem,tempore tamen illius legis quo nondum lata erat,l.cretionū.27.C.de iur.delib.proculdubio est falsa cū sine verbis fieri nō possit aditio,vt sup. ostendimus,palam autem est mutum cretionis verba proferre non potuisse,sicuti neq; stipulari. in l.1.D.de verbo,oblig. Vnde subtiliter notandum est Vlpianum in d.l.mutum,cum mysterio separasse mutū & surdum à prodigo, & docuisse in versi.*eum cui lege*. prodigum posse adire hereditatem, quia verba cretionis proferre poterat:mutum verò & surdum,quia vocem non habebant, pro herede gerere posse, in principio eiusdem legis.vt rectissimè interpretatur Gouean.d.lib,1.lect.c.25,&Hotom. hic.& Faber.in d.l.5.col.3.ad fi.D.de reg.iur.
54 † Hinc etiam interpretor tx.in l.pater. 93.§. 1.& vlt.D.de acqu.hered.Præterea interpretor generalia verba l.1 versi. *mutus*. D. de hered. inst. quæ lex necessario coniūgenda est cum d.l.mutum vt quæ ex eodem loco desumpta sit,scilicet ex Vlp.lib. 1.ad Sabinum, vti indicant inscriptiones.

55 Tertio ex eadem obseruatione deducitur, veram esse Martiani sententiam , quæ refertur & probatur in l. Antistius. §. finali, D.de acq. hered. docentis , furiosum hereditatem extranei acquirere non posse , patris , vel domini recte posse , & quamuis aliqui I. C. in contraria fuerint sententia , vt refert Imp. Iust.in l.fi.§.sin autem,in 2.C.de curatore furiosi.Marcelli tamen verior est , quæ etiam probatur in l.in negotijs. 5. D. de reg.iu.iuncta l. ex malefieijs §. heres. D. de oblig. & action.& ratio differentiæ inter hereditatem extranei,& patris vel domini hæc est,quia cū hereditas extranei solum acquiratur aditione, vel pro herede gestione , vt supra diximus, & in vtraque animus sit necessarius, furiosus qui voluntatem habere non potest,vulgata l. furiosi. D.de reg. iur. neutro modo poterat hereditatem acquirere. Neq; obstat , quod infans qui intellectu caret possit cum tutoris autoritate pro herede gerendo hereditatem acquirere,vt sup.docuimus,nā benignius in iure agitur cum infante,quam cum furioso.l.1.§.furiosum, D. de oblig & actio. d.l. in negotijs, quod & innuit Iust.in d.§.pupillus inf.de inutilib. ibi:*non multum à furioso distat*. Hereditas vero patris vel domini ipso iure acquirit sine aditione.l.in suis.11.D.de lib.& post.l.in suis. D.de suis & legit. §. sui. supra h. t.§. sui.infrà de hereditatibus,quæ ab intest.l.21.tit.3. par. 6. & hac ratione furiosus hereditatem patris vel domini rectè quærit,quia nō ex eius volūtate,sed ex legis dispositione pendet acquisitio , arg. tex. in l. furiosus. 45. D. de obliga.

& act. quam rationem præsensit Iustinian. in d.l.fi.§.sin autem. C. de curat. fur. & soluitur quintum argumentum.

56 Non obstat † sextum, ex d. Bald. doctrina, in d l. mutum. cui satisfacies ex his, quæ paulo super. iuxta illam l. num. 53. scripsimus. Planequod Iustin. hic versi fi. docet, mutum posse, item & surdū pro herede gerere, & hereditatem sibi quærere, ita demū verum est. si quod agunt, intelligant, non aliàs, quod & ingenuè Imp. fatetur. Nec obstat mutū, & surdum, ita natos, frequentius intellectu carere, id namq; & nos agnoscimus, cæterum, si vel industria, vel casu quod agant intelligant (vt aliquando nostris hisce temporibus vidimus) eos hereditatem acquirere nihil prohibet.

57 Non obstat septimū, & vltimum arg. quoniam vt latè sup. ex n. 12. obseruauimus, acquisitio hereditatis, nuda quoq; volūtate fieri potest, idest, voluntate simplici, nulla solemnitū, aut præscriptorum verborum formula explicata, olim quidem si sine cretione quis institutus esset, hodie etiam si cum ea scriptus, nuncupatus ve sit, post nouā d.l. cretionū. C. de iur. delib. decisionē, quam hic Iustin. probasse iam

58 obseruauimus. † Ergo extraneus heres sola destinatione repellere hereditatem potest. l. recusari. 95. D. de acq. her. vbi Paulus ait, recusari hereditatem non tantum verbis, sed etiam re posse, & alio quouis iudicio voluntatis. l. recusare. 6. D. ad S. C. Trebel. vbi Vlpia. ait recusare non tantum præsentes, sed etiam absentes, vel per epistolam posse. Nuda ergo repudiatio fit, vel testatione in iure, l. 3. l. 4. C. de repud. here. vel recusatione, quæ fit quoquo modo, & quibuscunq; verbis etiam extra iudicium, vt colligitur ex dd. ll. & obseruāt hic Ia co. Cuia. vers. *nisi minor*. Hotom. enuntia. §. idē Iacob. Cuia. in Paratit. ad tit. D. de acq. here. quamuis contradicat Franc. Manti. lib. 12. de coniect. tit. 14. docens, vtriusq; vocis promiscuam acceptionem esse, ex l. fi. C. de repud. here. Repudiant igitur, vel recusant heredes ex

61 tranei hereditatem. abstinent vero sui, vt in §. extraneus. sup. h.t. & est abstēsio forma sperendæ hereditatis à Prætore suis heredibus da

59 ta, de qua late in §. sui. sup. §. h.t. † Inter omissionē autem & repudiationē illud interesse putat I. Cuiac. in Paratitlis. D. de acq. hered. & in l. auxiliū. D. de minor. quod repudiatio declaratio sit volūtatis, cæterū omissio, silentiū & taciturnitas, quia omittere dicitur, qui intra tēp' prefinitū, nec adit, neq; repudiat hereditatē aut bonorū possessionē sibi delatā, sed tacita dissimulatione tēpus labi permittit, quā differentiam, videtur adnotasse. I. C. in l. quod si. 25. §. Scæuola. D. de minor. vbi notat I. Cuia. & l. 1. §. vlt. D. vt lega. nom. caueatur, l. vnica. C. quādo non pet. partes, quæ iuxta explicationem nostri tex. obseruasse sufficiat.

In glossa, verbo, nuda voluntate, ad fi. ibi. Sic, & aliàs. D. de atqui. poss. l. quemadmodum.

60 Accur. † quo magis explicaret, quod de repudiatione hereditatis hic Iustinian. docet, simile possessionis adduxit ex l. quemadmodum. 8. D. de acq. poss. vt quemadmodum quę animo & corpore acquiritur, amitti nisi animo & corpore non potest, ita hereditas, quæ adiri solo animo & nuda etiam voluntate potest, repudiari nuda quoque possit voluntate, qua de re latius quum supra dictum sit. Id autem quod Accursius de possessione adducit nimis sit difficile, quī sit intelligendum audiamus oportet. Ergo Iulij Pauli sententiam in. d.l. quemadmodum, (cui coniungenda est. l. 6. tit. 30. p. 3.) vbi scribit, *quemadmodum nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest, ita nulla amitti, nisi in qua vtrumque in contrarium actum est*, difficillimam esse ostendit aliud eiusdem Iulij Pauli responsum in. l. 3. §. in amittenda. D. de acq. poss. *In amittenda possessione affectio eius qui possidet* (inquit Paul.) *intuenda est, itaque si in fundo sis & tamen nolis eum possidere, protinus amittes possessionem: Igitur amitti & animo solo potest, quamuis acquiri non possit.* Nulla sanè est inter. I. C. pugna magis nota, nulla interpretum commentarijs vexata magis, nam prę ter ordinarios iuris interp. vtrobique, & in. l. fere 153. D. de reg. iur. explicant Cuiac. in notis ad tit. infrà. de interdict. liter. C. Fran. Conu. lib. 3. c. 9. n. 4. Matthæ. Grinald. de ratione studij. c. 16. Ludoui. Carondas. lib. 2. verosimil. c. 5. Vacon. à Vacuna lib. 2. declarat. iuris. cap. 42. Ant. Contius lib. 1. disp. ca. 11. Gilbert. Regius lib. 2. enanciophanō. c. 19. Theodorus & Belonus in tract. de antinom. & ear. dissolut. ex Hispanis Greg. Lopez. in. l. 12. titu. 30. p. 3. Ant. Gomez in. l. 45. Tau. nu. 109. Ferdi. Minchac. cōtrouers. illust. c. 69. Exquorum scriptis deducuntur variæ ad hæc iura interpretationes, quarum plerę que ab antiquioribus scriptæ, à iunioribus, vt nouæ traduntur,

61 † Quo morbo laborat interpretatio quædam quæ in his scholis circūfertur, vt scilicet. d. l. quemadmodū procedat in modo amittēdę possessionis, cū quis vi expulsus est, quo casu non sufficit, vt quis corpore egrediatur possessionē, sed oportet vt animo quoque desinat possidere. Cæterū extra hunc casum, cum scilicet quis voluntariè amittit possessionem, sufficit quod animo nolit possidere, etiam si in fundo sit, vt in. §. in amittenda, & in summa cū quis corporali possessione prius expulsus est requiritur vt animus quoque accedat. At vero vbi expulsus nō est, sed sponte vult amittere, sufficit quod animo cōstituat se nolle possidere.

62 † Quæ interpretatio comprobatur primò ex inscriptione. d. l. quēadmodū, &. d. l. ferè. 153. quæ vtrāque ex Iulio Paulo, lib. 65. ad Edict. desumptā ostendit, & cōtestantur Ioan. Vvol

fang.

fang Freymon. in Symphonia iuris chronologica. 2. part. pag. 611. col. in prin. Ant. Augusti. li. fig de nominibus proprijs. I. C. cap. 1. col. 191, ad fi. quo loco & libro, vt ex indice Labitti colligitur, interpretatur Iul. Paulus edictum, *de vi & vi armata*, & edictum, *Nequid in loco publico*, vbi damni mentio fieri solet, atque ita ostendit, eis in legibus agi de ea possessione quamquis per vim amittit. Confirmarique potest ex. l. clam possidere. 6. §. qui ad nundinas, & l. sed si nolit. 7. quæ iura præcedunt. d. l. quemadmodum, & ostendunt in ea agi depossessione qua quis spoliatus est, vi vel clã, dum abesset, quo casu non sufficit egressio corporalis, sed vt is qui discessit corpore, animo quoque amittat possessionem. Verum † hæc interpretatio in effectu incidit in interpretationem Acc. hic, & indd. ll. distinguentis. Vtrũ is qui amittit incipiat à corpore, vt tunc animus etiam sit necessarius: si verò ab animo nõ requiratur corpus. Quæ communiter recepta sunt, vt omnes agnoscunt, & magis in specie scribitur ab Aretino in. d. §. in amittenda. nu. 43. vers. *vnde potest*. Ludou. Char. & Fran. Cõnanam relatis. Vnde vt & falluntur qui eam quasi nouam adsignant, ita etiam dum eam ad hæc iura concilianda præstare putant. Quãuis enim agnoscam verum esse in particulari casu d. §. qui ad nundinas, necessarium esse animum & corpus ad amittendã possessionẽ adhũc tamẽ solum casum restringere & coarctare decisionem. d. l. quemadmodum, cõtra omnem iuris rationem videtur, conuinciturque superior interpretatio primò ex illis verbis, *nulla possessio*, quæ generalia sunt, neque debent ad particularem casum restringi. Præterea iuxta prædictam interpretationẽ inepta maneret æquiparatio I. C. inter acquisitionem & amissionẽ possessionis, quãuis enim quis vi coactus amittat, numquam tamen vi coactus acquirit.

63

64 Quare † vera huius difficultatis resolutio mihi petenda videtur ex illis verbis dict. l. quemadmodum, ibi. *Nisi in qua vtrumque in cõtrarium actum est*, non enim requirit tex. corpus & animum ad amissionem possessionis, nisi quod vtrumque in contrarium fiat, quamuis enim ad aliquid faciendum requiratur voluntas, & corporis ministerium, tamen ad non faciendum, corporis operatio non est necessaria, sed ex sola voluntate vtrumque fit in contrarium solo animo. Ecce adpingendum & animi, & corporis (veluti animi instrumenti) operatio necessariò requiritur ad non pingendum corporis operatio minime requiritur, sed sola animi sufficit, exẽplum hoc (quia exẽplis res clarior fit) planius proponam. Ad pingendum actus volũtatis, vt pictor ad hoc vt pingat, velit pingere: nec id sufficit, nã etsi millies diceret, volo pingere, vtique nõ pingeret, nisi voluntas imperet potentiæ mortuæ, vt manus ad faciendi lineamẽta moueat, nec hoc satis est, nisi potentia motiua moueat manus vti instrumentũ ad pingendum, & manus tamquã animæ instrumẽtũ operetur. Ad non pingendũ necessario requiritur actus voluntatis, vt pictor dicat, nolo pingere, sed hoc non sufficit, nam licet dicat, nolo pingere, si tamen potentię motiuæ moueãt manus ad pingendũ certe adhuc pingitur, necesse est igitur, vt actus voluntatis imperatus intercedat, hoc est vt pictoris voluntas imperet potentiæ motiuæ, ne amplius moueat ad pingendũ, id quod si fiat, amplius non pingitur. Quemadmodum ergo ad pingendum, animi & corporis operatio necessaria est, ità ad possidendũ vtraque requiritur. Et quemadmodum ad non pingendũ corporis operatio nõ requiritur: nõ ità ad possidendum nulla corporis operatione opus est, sed sola animi operatio, sufficit. Exẽpli causa, vult quis possidere, necesse est vt secum dicat volo possidere, itẽ requiritur vt voluntas imperet potentiæ motiuæ, vt moueat pedes ad intrãdum in fundum, & manus ad colendum: præterea necesse est, vt manus, vti instrumẽta operentur. Ad non possidendum, hęc vt in cõtrarium fiant, necesse est, hoc nempe modo, in acquirenda possessione, ait voluntas, volo possidere: in amittenda ait, nolo possidere. In acquirẽda, voluntas imperat potẽtiæ motiuæ, vt moueat manus ad colẽdũ: in amittẽda, ne moueat manus. In acquirenda potẽtia motiua mouet manus vti instrumentum ad colendum. In amittenda non mouet manus ad colendum: In acquirenda manus motæ mouent rustica instrumenta ad colendum. In amittenda non mouent manus aliqua instrumenta, ecce quẽadmodum omnes modi qui in acquirenda possessione seruantur, in amittenda in contrarium agũtur iuxta dictã. l. quemadmodum & d. l. ferè, latius prosequitur Vacon. d. c. 42.

Titulus. XX.
Delegatis.

In Rubricam & principium tituli.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Legata non nisi testamento relinqui quo modo intelligendum.*
3 *Legatorum tractatio in tres partes ob prolixitatem in Pandectis diuisa.*
4 *Iustinianus quo ordine eã hoc titulo prosequitur*
5 Lego, *verbum latissimam habet significationẽ in. xii. Tabulis, & multis alijs in locis.*
6 Lego, *verbum postea. Prudentum interpretatione singulas tantum res relictas comprehendit.*
7 *Partitio, quid sit?*
8 *L. verbis legis, 120. D. de verb. signifi.*

1 INitio † huius tituli multa prę fantur alij, quæ mihi videntur inutilia & superuacanea huiusmodi est quæstio de tituli continuatione, quæ cum ab imperatore in fronte proponatur, asserente se ideo de legatis nunc loqui post tractatum de testamentis, quoniam & hæc testamenti pars
2 sunt, & olim † non nisi in testamentis relinquebantur. §. præterea inf. de fideicom. hered. id est vt ego interpretor, non abintestato (quē admodum & fideicommissa) quamuis codicillis testamento confirmatis darentur. §. codicillis inf. de codicil. qui veluti appendix siue sequela testamenti considerantur. l. quod per manus. 10. D. de iure codicil. quo irrito facto, similiter corruūt & legata. l. eam quam. 14. C. de fideicommiss. l. si nemo. D. de test. tutel. & D. de reg. iuris, & hanc habeat rationem, quā audis, intempestiuam tractationem, & contra §. fi. sup. per quas pers. nob. acq. immeritò dices. Præterea † non minus ineptiunt quando
3 prolixè disputant cur in Institution. & C. sub vna rubrica & titul. hęc tractatio comprehendatur, in Pandectis autem in tres libros diuidatur, quorum primo præcipuè agi quidam volunt de rebus quæ legari possunt, an non: in secundo de personis quæ quibus vtiliter legent: in tertio de verborum & rerum, quę quidem ad legata pertinent significatione, cum prolixitas operis causa fuerit huius diuisionis sicuti in Pandectis Florentinis Tit. D. de ver. obliga. hac de causa in duas partes distributus est. Et sane cum in illis tribus libris, tota ferè legatorum ratio explicetur, sigillatimque, & pluribus verbis plures facti species commemorentur, eas non putauit Iustini. in hoc iuris cōpendio referendas, contentus summis rei capitibus, ac præcipuis regulis, quas per generales quosdam veluti Aphorismos hic digessit, quę
4 methodus decet grauem legum latorem. † Eo ordine quid sit legatum, docet §. 1. deinde quotuplex sit. §. 2. quæ sit natura legatorum propria, vsque ad §. non solum, quæ res legari possint, vel, non possint, fusissimè, vsque ad §. legari. 24. exinde quibus legari possit vel non vsque ad §. ante. 30. Postremo qua forma legata relinquantur vsq; ad finem.

5 Verum † antequam legati definitionē cū Iustinian. in §. 1. inf. explicemus, illud ad exactam huiusce tractationis intelligentiam admonuisse iuuabit, iure antiquissimo. XII. tab. verbum. *Lego* latissimam habuisse significationem, vt heredis quoque institutionem comprehenderet. l. verbis legis. 120. D. de verbor. signific. latè post alios. Caldas, in l. si curatorem, verb. *sine curatore*, ex n. 12. C. de in integ. restitu. & quāuis, nonnulli existimauerint ex proprietate sua verb. *Lego*, hoc non comprehendere, sed potius ex interpretatione. l. C. deducta ex mente legis. XII. tab. non ex verbis, contrariū verius est, etenim *Lego*, idem est quod decerno, ordino, siue mando, vnde ex generalitate sua quamcumq; ordinationem comprehendit, vt ibidem docet Alcia. & satis expresse. I. C. Pomp. † latissima tamen hæc sig
6 nificatio, postea contracta fuit ex communi. I. C. vt tantum cōprehendat res singulas relictas, non vniuersum ius trāslatum, eoq; nomine differt ab hereditate quæ est successio vniuersalis. l. nihil aliud. 24. D. de verb. sign. l. hereditas. 63. D. de reg. iur. nec res singulæ per institutionem, nec vniuersæ per legatum acquiri possunt, quò pertinet. l. si alterius. 10. D. de hered. inst. l. heres. 37. D. de acq. hered.
7 l. quædam. 9. §. nihil interest. D. de edendo † quamuis vniuersarum rerum partitio legari possit, teste Vlp. tit. 24. ver. *sicut singuli*, quæ
8 species *partitio* appellatur. † Ferendi tamen illi non sunt qui putant, latissimam hanc significationem quæ in l. XII. tab. refertur. d. l. verbis, posterioribus legibus contractam fuisse, eoq; pertinere verisic. illum. *Sed interpretatione coangustatum est &c.* quoniam Pomp. ibi aperte loquitur de restrictione facta circa facultatem testandi per legem Falcidiā & alias similes, non autem agit de restrictione significationis ver. *Lego*, vt eruditi obseruarunt.

§. *Legatum.* 1.

1 *Legati definitio.*
2 *Legati definitio à Iustiniano tradita competit etiam fideicom. & n. 11. & seq.*
3 *Donatio propriè est, quæ à mera liberalitate proficiscitur, & n. 14.*
4 *Legatū frequentius relinquitur ob benemerita & num. 13.*
5 *Legatū a semetipsum quādo relinquitur & n. 15*
6 *Legatum à legatario etiam aliquando relinquitur, & n. 16.*
7 *Legatū aliquādo a testatore præstatur & n. 17*
8 *Legati dominiū recta via transit à morte testatoris)*
9 *Legatum qualiter sit donatio.*
10 *Legatū nō nisi in vltima voluntate relinquitur*
11 *L. & fideicommiss. 87. D. de leg. 3.*
12 *L. legatum. 36. D. de leg. 2.*
19 *Legatū ab herede præstari qua ratione dicatur.*
20 *Legatum propria auctoritate legatarius non capit. & quare.*
21 *Legatū propria auctoritate aliquādo quis capit.*
22 *Legatum liberationis qualiter legatarius ab herede consequatur.*

REcte † Iustinianus tractatum de legatis à definitione exorditur dicens. *Legatum est donatio quædam à defuncto relicta ab herede præstanda*, quam habuisse videtur paucis tamen additis à Modestino. in l. legatum. 36. D. de leg. 2. consonat. l. 1. titul. 9. parti. 6.
1 Sed pro dubitandi ratione, Primo † sic argumentor, omnis bona definitio conuerti debet cum

cum definito, notant omnes per tex. ibi. in.l. 1.§.dolum. D.de dolo, & est vulgare: sed hæc definitio legati competit etiam fideicommisso, vt cõstat, & probat expresse.l.& fideicommissum.87.D.delegat.3.ergò.

3 Secundo sic argumẽtor † illa propriè dicitur donatio, quæ à mera liberalitate proficiscitur, neque præter eam aliam causam habet l. 4 1.D.de donat. sed legatum † relinquitur propter benemerita l.neq; adiecit 9.D. pro socio, ergo non est donatio cum à mera liberalitate non proficiscatur.

5 Tertio sic argumentor, † non tantum relinquitur legatum præstandum ab herede, sed & à semetipso capiendum.l. Titia cum testamento.34.§.1.iuncta gloss.ibi.D.de leg.2.ergo cõtra nostrum tex.ibi. *ab herede præstanda.*

6 Quartò, sic argumentor, † potest legatum etiam à legatario relinqui.§.1.inf.de sing. reb. per fideic.relict.ergo contra definitionem.

7 Quintò, sic argumentor, † præstatur aliquãdo relictum legatũ ab eodem testatore.l. Lucius.22. D. de leg.2. l. filia x1.C.de leg.ergo non est necessarium ab herede præstari.

8 Sextò, sic argumentor.† Dominium rei legatæ transit recta via à morte testatoris in legatarium.l.legatum ita.80.D.de leg.2.l.à Titio.64.D.de furtis, ergò non est necessarium vt ab herede præstetur.

Septimò sic argumẽtor, legatũ liberationis validum est tot. tit. D.de liberat. leg. §.siquis debitori, inf. sed hoc casu legatarius non ab herede, sed à testatore liberationem cõsequitur, ergo contra nostrum tex.

His tamen impugnationibus nõ obstãtibus proposita à Iustin. definitio defendenda est, quæ omnibus suis partibus cõstat, & recte rei cõuenit definitæ, vt latè omnes hic obseruãt, & repetentes in.l. 1. D. de leg.1.& alij multi quorũ plerosque retulit Caldas in.l.si curatorẽ ver. *sine curatore*, ex.n.18.C.de in integ. rest-
9 tit. Dicitur in definitione. † *Donatio*, loco generis, plures enim donationes sunt vt cõstat ex serie titulorũ de donationibus. D.& C.nõ 12 tamen vellem intelligas ideò donationem hic dici legatum, quia species sit donationis, sed quia liberalitas est, semperque causam lucratiuam continet, vt donatio.l.si hereditatem. 32. §.1.D.mãdati.l.si cui fundus.54.in fui ratione. D.de leg.2.l.qui quatuor.30.aliàs. l. qui concubinam.29.vers. *qui hortos*. D.de leg. 3. l. Diuus.22.D.de vsu & habitat.l. vnic. §. lucratiuas.C.de impon.lucrat.descript.li.x. & sic intelliges tex.in. §. sed etsi rem.§.ex contrario, inf.l.proprias.C.eod.& alia iura similia: & in de recte Iustin, non simpliciter dixit, legatum 13 esse donationem, sed donationem, *quandam*, idest, quodammodo donationem, quo sensu
10 paulò ante explicauimus.† Reliqua verba *à de functo relicta ab herede præstanda*, sunt loco diffe-

rẽtię, ea enim nota ab alijs donationibus & liberalitatibus cognoscitur quod hæc non nisi à defuncto, idest, nõ nisi in vltima voluntate relinquitur, & regulariter ab herede tradi debet vt infra dicemus ad quintum argumentum.

11 Neq; † obstant argumẽta supra adducta. Nõ primum ex l.& fideicommissum.87.D.de leg. 3. cui vt satisfaciant interpretes plura cõminiscũtur, est autem crebrius illud admissum à nouioribus, nostræ definitioni (vt fideicõmissum à legato separetur) addendũ esse, *quod legis modo*, idest, imperatiuè testamento relinquitur, ex Vlp.in Instit.tit.24. de leg. nam fideicommissum precatiuè relinquitur vt ait idem Vlp. tit.25.de fideicom.in princ. ita Duar.in paraphrasi ad tit.D.de leg.1.in prin. Verũ ego existimo Iustin. definitionẽ congruam & absolutam esse, nullaque parte carere vt iam ostendimus, nãque cum idẽ Iustin. legata fideicommissis æquauerit, & fideicõmissa legatis vt diximus in.§.nostra inf.eod. eam definitionẽ scripsit quæ legata & fideicommissa complecteretur. Neq; tunc obstat tex.in.d.l. & fideicõmissum, qua mouẽtur plures, vt etiã I.C. tẽpore, idem fuisse admissum credant. Quoniam vltra omnes quos viderim animaduerto longè aliam esse Iulij Pauli sententiam, quàm hactenus omnes crediderunt, quod vt constet obiectuo.d.l.& fideicõmissum.87.D.de leg.3.delumptam esse ex Iulio Paulo libr.4.ad leg. Iul.& Pap. vt vulgata ei affixa indicat epigraphe. Qua lege si eruditis viris credimus, cauebatur, vt qui Senatorij ordinis esset, si libertinam duxisset vxorem, aut qui cœlebs & orbus, idest, qui vxorẽ non duxisset, sed mallet esse incœlibatu aut filios non procreasset, ex alieno testamento nihil capere cum effectu posset, quia ab eo auferebatur, & fisco applicabatur. Sensus ergo est, quoad dictam legem Iuliam & Papiam attinet, & fideicõmissum, & mortis causa donationem legati appellatione comprehẽdi, idest quod quemadmodum enumeratæ personæ legati erant incapaces sic & fideicommissi & mortis causa donationis. Atque † nũc etiam iam intelliges, quare Modest. in d.l. legatum, dixerat, legatum esse donationem testamento relictam, vt scilicet sic legatum à fideicommisso separaret, quod & abintestato relinquebatur, legatum non item, ante nouam Iustiniani legẽ, vt colliges ex. §. præterea, & ibidem traditis inf. de fideicommissarijs hereditatibus, quod quia ipse immutauerat, & quacumque vltima voluntate legata iam relinquuntur, non tantum testamento, scienter Iustinianus omisit.

Neque † obstat secundum argumentum quoniam etsi verum sit ob benemerita frequẽtius legata relinqui, nõ tamẽ inde liberalitatis & donationis nomẽ amittunt, vti expresse cõstat ex eadem.l. neque adiecit. 9. D. pro socio,

vbi donationes omnes, siue mortis causa siue non mortis causa ob benemerita accedere etiã

14 docet Vlp.quod † autẽ in.d.l.1. D. de donat. inquit Iulia. donationem ex nullà causa fieri, de causa quæ iuré donantẽ cogere possit intel ligendũ est,iuxta.l.donari.82.D.de reg. iuris, &.D.de donat.quamuis enim benemerita naturaliter obligent. l. sedetsi lege. 25.§. consuluit.D.de petit.hered. cũ tamẽ illorum satisfactio siue remuneratio non pendeat ex aliqua obligatione legali, sed ex quadam honestate & debito morali,vt appellat D.Thom.2.2.q. 106.ar.4.concessio tunc rectè dicetur liberalitas ex.d.l.donari, & legatum licet ob beneme rita fiat non minus donatio erit, iuxta nostrã definitionem.

15 Neque obstat tertium ex dicta.l.Titia. 34. §.1.D.de leg.2.Cui facillimè satisfacies,si me mineris,inter alia legatorũ genera illud olim maximè invsu fuisse quod per præceptionem dicebatur.§.sed olim,inf.eodem.quod vni tantum ex heredibus dari poterat, vt aliquid ex hereditate præcipuum haberet, dicebaturque per præceptionẽ quasi per ante captionẽ, quoniam à se ipsis capiebatur,veluti si testator ita scriberet. *Titi filis è medio præcipito domumillã, prædium illud,aureos centũ.*l.fin.D.de pec. leg. vel aliter.*Præcipito,tibi que habeto fundum meũ Titianum.*l.prædia.27.§. liberto. D. de fundo inst.l.prædijs.91. D. de leg.3.l. Fortidianum. 7.C. de leg. heres ergo à se ipso quod sibi per præceptionem relinquebatur accipiebat, iudicis officio per actionem familiæ erciscundæ,ex Iul.Paul.lib.3. sent. tit. 7. Theoph.in. d.§.sed olim,neque inde dicere potes huius legati generi definitionem nostrã non quadrare,siquidemverisimũ esset,à defuncto relictũ esse,& ab herede quãuis à semetipso prẽstari.

16 Non obstat quartum ex.§. 1. infra.de sing. reb.per fidei.relictis,quoniam vt ex litera constat tex.ille non in legato sed in fidei commisso loquitur, planè per fidei commissum possunt, & testatoris & heredis & legatarijs res relinqui,dum tamen, neplus quisquàm rogetur alij restituere, quã ei relictum sit à testatore,nã quod amplius est inutiliter relinquitur. l.1.§.si is qui quadringenta. D.ad S. C.Treb. l.ab eo.9.C.de fideic.Inquo veterũ interlegata & fideicommissa discriminum,aliquale vestigium extat,cum fideicommitti à quocúque possit,legari non nisi ab herede, de quo latius inf.suis locis agemus.

17 Non obstat † quintũ ex d.l.Lucius 22.&d. l.filia xi.Cui difficultati vt satisfacias notaplures esse qui existiment illa verba definitionis, *ab herede præstanda* supposititia & adulterina esse,& ab aliquo imperito homine adiecta,siquidẽ & apud Modest.in.d. l. legatum. 37. D.de leg.desiderantur, apud Theoph. hic, & antiquũ Græcum Harmenop.li. 5. epit. iur.ciuil. c. 10. quod multi hic notarunt & relati per Caldas vbi sup.d.n.18.quorũ sententia probatur ex.d.l.Lucius,& ex.d.l.filia. l.3. D. de liber.leg.& ex.l.cum in substitutione.77.D.de leg.3.vbi libertas directo seruo relicta dicitur legatũ,& tamẽ ab herede nõpræstatur.§.pen. 18 infr.de sing.reb.per fideic.rel.† Ego verò contra existimo superiora verba congruẽter definitioni adiecta esse,licèt enim aliquando ab ipsis testatoribus adhuc viuis res legatæ legatarijs tradantur,regulariter tamen ab heredibus præstari solent. planè generales definitiones ad generales casus,non ad singulares adaptari debẽt,vt notat Acc.in.l.omnis definitio.203. D.de reg. iur. & constat ex.l. nam ad ea.5.D.

19 de legibus, † tum etiam quia si proprietatem verbi,*præstanda*,ex bonis auctoribus obseruare velimus,planè constat ex Cicerone & alijs non tantum dici legatum ab herede præstandũ,eo quòd eius possessio ab eo tradi debeat, sed quia manet semper obligatus heres ne dãnum legatario in re sibi legata fiat, quæ obligatio durat à quocunque legatum traditum sit,in qua significatione frequenter hoc verbũ vsurpatur,vt cum dicimus venditorem rei vẽditæ vitium præstare debere, idest prohibere atque efficere ne emptor damno afficiatur.

20 † Ergò regulariter legati natura est,vt debeat semper de manu heredis accipi,neque liceat legatario illud propria authoritate capere. l. 1. D.quod legat.quamuis enim legatarius statim rei legatæ dominus efficiatur, vt dicebamus sup.in sexto argumẽto,ideoque realem actionem habeat ad eam consequendam. §. nostra, inf. eod. vbi dicemus, quia tamen inciuile est quemquam ius sibi dicere.l.1.C.ne quis in sua causa,cautum fuit nemini propria authoritate licere rei suę possessionem ab alio detentam occupare,sed per iudicem exposcere,regula.l. extat.13.D.de eo quod met.caus.l.siquis in tã tam.C.vnde vi,cũ alijs.hacquè generali ratione prohibitam legatario fuisse legati occupationem insinuare videtur tx.in.d.l.1.D. quod legat.sed ego aliam addo, ne legatarius,rẽ sibi legatam propria auctoritate occupans,quartæ Falcidiæ detractionẽ effugiat,debet enim semper quarta legatorum pars penès heredem remanere vt inf.per tot.de leg.Falc. † quamuis 21 nonnulli sint casus,in quibus propria auctoritate rẽ sibi relictam licet acquirere legatarijs, de quibus vide Menoch.de adipisc.poss. rem. 2.nu.42.& n.71.Bernard.Diaz & eius additionat.Salzedo reg.407.& nos in.§.sed olim,inf. & soluitur.5.& 6.argumentum.

22 Non obstat, † septimum argumentum ex toto titulo. D. de liberatione legata. §. siquis debitori,inf.eod.nã & in hoc legato liberationis est quid legatarius ab herede cõsequatur, cũ enim ipso iure liberatio nõ contingat,exceptione proposita liberatur, si ab herede petatur res

tur res sibi relicta: si verò non petatur poterit aduersus heredem agere, vt eum liberet per acceptilationem d. 3. §. nunc de effectu. D. de liberat. leg. & latius dicemus in d. §. si quis debitori inf. eod. soluiturque argum. & tex.

§. Sed olim. 2.

1 *Legatorum differentiæ quoad verborum solemnitates sublatæ sunt, & num. 6.*
2 *Legatorum genera olim quatuor.*
3 *Legatum per* vendicationem *quale, & quibus verbis, & quales effectus haberet.*
4 *Legatum per* damnationem, *quomodo fieret & cuius effectus esset.*
5 *Legatum per* sinendi modum, *quale olim.*

1 QVamuis † antiqua legatorum genera quorũ hic meminit Iustin. quoad verborũ solemnitates penitus fuerint sublata, vt hic & in l. in legatis. 20. C. eod. l. 1 in princ. C. com. leg. quia tamen huius antiquitatis obseruatio ad plurium iurium interpretationem maximè confert, cum plura eius [2] adhuc extent vestigia † Sciendum est, olim quidem legatorum quatuor genera fuisse. per, *vendicationem*, per *damnationem*, *sinendi modum*, & per *præceptionem* explicant Caius institut. lib. 2. tit. de leg. Vlp. in fragm. tit. 24. vers. *legamus*. Iul. pau. li. 3. sent. t. 6. de leg. ex alijs Pereyra, relatus in. §. 1. sup. eod. ex quibus sic ea interpretamur.

3 Per † vendicationem legabatur his verbis. *Do*, *lego*, *capito*, *sumito*, *sine habeto*. legabanturque illæ tantummodo res quæ vtroque tẽpore ex iure Quiritum testatoris fuerunt, mortis, & quando testamentum faciebat, præterquam si pondere, numero, mensurave continerentur, in quibus satis erat si vel mortis dũ taxat tempore eius essent ex iure Quiritum. In hoc legati genere traditio heredis expectãda non erat, sed ipse legatarius propria auctoritate possessionem poterat accipere & vendicare: fortitur enim ex effectu nomen hoc legati genus, præterea habet in rem actionem l. cum filius. 76. §. varijs. D. de leg. 2. l. huiusmodi. 81. §. fin. D. de leg. 1. quæ appellatur *vendicatio*. l. actionum genera. 25. D. de oblig. & action. §. appellamus, inf. de actionibus, & de hoc intelligendus est tex. in l. à Titio. 64. D. de furtis. l. legatum. 80. D. de leg. 2. quibus probatur dominium rei legatæ recta via à morte testatoris in legatarium transire, ex quo superior vendicatio & realis actio resultat.

4 Per † damnationem legabatur sic, *Heres meus damnas esto dare: Dato: facito: heredem meum dare iubeo*,, poterantq, per damnationem omnes res legari, etiam quæ non essent testatoris, dummodo tales essent quæ dari possunt, ideò earum dominium transferri, nascebatur que hinc legatario aduersus heredem actio in personam, quæ dicitur, *ex testamento*, vt hic admonet Theoph. & nos infra ad. §. nostra. Planè quamuis horum legatorum differentiæ vt sup. diximus sint quoad verba sublatæ, in aliquibus tamen durant ad coniecturandam testantis voluntatem, nam vbi legatum alternatiuum est vindicationis electio est legatarij. l. plane. 34. §. pen. D. de leg. 1. l. si is cui. 19. l. Lucio. 23. D. de leg. 2. l. si Titio fundus. 10. D. de vsufr. leg. in quib. notabis illa verba, *do*, *lego*. nõ esse dubia, vt male putant glossa & omnes ibi. sed potius vendicationis esse vt Vlpianus d. tit. 24. docet. Si verò verba sunt damnationis. heredis est electio. textus in. d. l. si is cui. 2 p. l. si ita relictum. 44. §. fin. D. de leg. 2. l. qui concubinam. 29 aliàs. l. qui quatuor. 20. §. fin. D. de. leg. 3. hinc etiam intelliges textum cuius interpretationem authores non sunt assequuti. in. l. si Titio & ei. 7. D. de leg. 2. vbi ideò cessat ius accrescendi inter legatarios, quia erat legatum damnationis in quo testator censetur partes à principio diuidere, & ad heredem habere respectum si contingat legatum in persona alicuius deficere, & hæc est ratio illius tex. ibi. *quia duobus heres dare damnatur.*

5 Sinendi modo † legabatur ita. *Heres meus dãnas esto sinere Lucium Titiũ sumere illam rem sibi que habere*, legarique eo modo poterant tam testatoris propriæ res, quam heredis eius, quia videlicet in his heredis patientiam prodesse legatario multum poterat, non sic in alienis, & licet tamen heres rem legatam non cogebatur præstare, vendicationem tamen prohibere nõ poterat, aptusque erat hic legãdi modus si res legata apud illum esset cui legabatur, competebatque ex testamento actio si res penes heredem esset, si apud ipsum legatarium, hereseque vti non sineret, exceptio.

6 De legato † præceptionis diximus, ad §. 1. in 3. arg. Hæc ergo omnia legatorum genera quoad verborum solẽnitatem attinet penitus esse Principum constitutionibus sublata docet hic Iustin. quas quamuis se non scire testetur hic Acc. extant tamen in d. l. in legatis. 20 C. eod. quæ Constantinum, Constantium, & Constantem auctores habet.

§. Nostra autem. 3.

1 *Legatarius tres actiones pro legati persecutione habet, realem personalem, hypothecariam. & n. 6*
2 *L. Cum filius, 76. §. varijs. D. de leg. 2. & n. 10.*
3 *Vendicatio dominium præsupponit.*
4 *Personalis actio domino non datur, & num. 9.*
5 *Pignus, nec hypotheca in rebus proprijs non consistit, & num. 11.*
7 *Iustinianus quid noui iuxta legatorum actiones induxerit.*
8 *L. creditoribus. 4. D. de separat.*

1 SVblatis † antiquis legatorum generibus eorũque differẽtijs, tres actiones pro eorum persequutione, competũt *personalis, realis, & hypothecaria.* l. 1. C. com. de leg.

Sed primo pro dubitandi ratione sic argumentor. Actionum genera duo tantummodo sunt in rem & in personam. l. actionũ genera 25. D. de action. & oblig. sed ante Iustin. varia
2 actionũ genera legatarijs competebat. † l cũ filius 76. §. varijs. D. deleg. 2. ergo & in rem & in personam legatarij agere poterant. ideoq; fit nihil noui Iustin. induxisse.

3 Secũdo sic argumentor, † reivẽdicatio domi niũ præsupponit. l. in rem. l. 23. l. officiũ. 9. D. de reiuend. §. omniũ inf. de act. quod post mortem testatoris transit ab adita hereditate in legatarium. d. l. à Titio. 74. D. de furtis. l. 34. t. 9.
4 p. 6. ergo † cũ dominus legatarius sit, personalem actionẽ eum habere impossibile est, quæ ex quodam cõtractu vel quasi contractu oritur, nec ei dari potest qui vẽdicationem habet & dominus est, reg. §. sic itaq; discretis, inf. de actio. l. fi. D. vsufruc. quemadm. ca.

5 Tertio † sic argumentor, legatarius dominus est rerũ legatarũ (vt diximus) ergò hypothecariam habere non potest. Patet consequentia, neq; enim pignus, neq; hypotheca in rebus proprijs consistit. l. si rem. 29. D. de pign. actione l. neq; pig. 45. D. de reg. iur. ergo.

6 Verum † his non obstantibus dicendũ est, è benè fundata & noua iuris prudentia legatarijs tres has actiones competere realem, personalem, hypothecariã, quod vt constet animaduerto, ante Iustin. ex varijs legatorum generibus de quibus paulo superius diximus, varias quoq; actiones legatario cõpetijsse. Nã, ex legato vindicationis in rem actio cõpetebat, vt obseruauimus & probat d. l. plane 34. §. pen. D. de leg. 1. l. Lucio. 23. D. de leg. 2. item & actio ex testamento quæ personalis est. l. quod legatur. 38. D. de iudic. l. huiusmodi. 84. §. fin. D. deleg. 1. Ex legato per damnationem actio tantũ, ex testamẽto personalis dabatur, quod innuit. tx. in. l. 1. C. com. de leg. Quod si per sinendi modum legatum esset relictum & actio personalis & exceptio dabatur ea adhibita dist. quam retulimus in. §. sed olim ad fi. Itẽ & realis actio vt probat d. l. 1. Caius lib. 2. Iustin. tit. deleg. ver. *nã & propriã rem.* Legato autem per pręceptionem relicto, iudiciũ familiæ erciscũdæ locũ habebat vt diximus in. §. 1. ad 3. & probat. l. qui filiabus §. fin. D. deleg. 1. l. cũ
11 pater. 79. §. euictis. D. de leg. 2. l. heredes. 26. §. fi. cum. l. seq. l. si ita legatum. 43. l. inter cohæredes. 45. l. rẽ pignori. 29. D. fami. erciscund. Exquibus cõstat omnia iura quæ ante Iustin, legatarijs & reales & personales actiones concedebant, in vendicationis & sinendi modo legato intelligenda esse, non verò in legato damna-
7 tionis aut præceptionis. † Vnde cum hodie post nouam. l. 1. C. com. deleg. quæ hic refertur, omnibus legatis quibuscunque verbis relictis vna sit natura, liceatq; iam legatarijs, per actionem realem personalem & hypothecariam quod sibi relictum est persequi, quid noui Iustin. induxerit iam relucet, nam præterquam quod omnibus & realem & personalem actionem cõmunẽ fecit, nouè similiter & hypothecariam tribuit. tex, hic, & in d. l. 1. quæ antea nõ dabatur, sed tantum solẽnis quædam in rem missio contra tertiũ possessorẽ si heres
8 soluendo non esset. d. l. 1. † Neque obstat tex. in. l. creditoribus. 4. D. de separat. vbi Papinianus ætate ius pignoris legatarios habuisse apparet, quoniam ille tex. non de pignoris conuentionalis iure, siue hypothecæ, quod à Iustin. hic inducitur, loquitur, sed de prætorio pignore quod legatarius semper habet, legato in diẽ vel sub conditione relicto, nisi ei satisdetur ab herede de legato die vel conditione aduenientẽ soluendo. l. filio, in fine. D. vt legator. nom. coniuncta. l. non est mirum. D. de pignor. act. & soluitur primum argumentum.

9 Neque obstat secundum, quoniam varijs omissis interpretationibus respondeo, non esse generaliter verum neque perpetuum actionem personalem domino non dari, quemadmodum enim in odiũ furis quò pluribus actionibus teneatur, domino personalis actio datur d. §. sic itaque discretis. d. l. fi. in fi. D. vsufruc. quemadmodum caueat. ità etiam aliquando domino, quoties super re propria contraxit, præter realem, quam habet ratione dominij, personalis quoq; datur, ecce, dominus deposuit, commodauit: habebit sane postea tanquã dominus vendicationem. l. officium. 9. D. de rei vendicatione l. depositi. 36. D. de peculio. l. pen. D. depos. & ratione contractus actionem personalem. l. 1. D. depos. &. D. commodati, legatarius igitur propter dominium, realem habet actionem & ratione quasi contractus quem heres adeundo celebrauit. §. heres infrà de obligation. quæ ex qual. contr.
10 personalem. † Neque obstat si dicas has actiones esse cõtrarias, earum namque contrarietatem exercitio, non origine fatemur, concursu enim vna aliam tollit, debetq; legatarius qua vti malit eligere. l. quod in heredem. 9. §. eligere D. de tributoria. l. huiusmodi. 84. §. fi. D. de leg. 1. l. cum filius. 76. §. varijs. D. deleg. 2. soluiturq; secundum. Neq; obstat tertium quoniam † respondendum est hypothecariam hanc actionem dari legatarijs, non quidem in rebus sibi legatis in quibus ratione dominij neque pignus neque hypotheca consistere potest, sed aduersus alias res testatoris, quod satis probat. d. l. 1. C. commu. de legat. ibi. *in res mortui*, & ibi. *contra res testatoris*, est que is vnus ex pluribus casibus inquibus legis authoritate pignus & hypotheca tacite con-

cite contrahitur soluiturque argumentum & textus.

§. Sed non vsque. 4.

1 *Legatorum & fideicommissorum hodie vna causa. & conditio.*
2 *L. 1. D. delegat. 1.*
3 *Legatorum & fideicommissorum etiam hodie non nullæ differentiæ.*

1 LEgata & fideicõmissa quorũ diuersa olim in multis natura fuit, hodie per nouã Iusti. legẽ hic & in l. 2. C. cõmun. de leg. vna iã est, & similis causa & condicio, ita vt quod de est legatis hoc ex natura fideicõmissorũ repleatur, & siquid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura.

2 Sed † obstat ex diametro difficilis tex. in l. 1. D. deleg. 1, vbi suo sæculo & ætate per omnia legata fideicom. exæquata esse docuit Vlpia. ergo nõ est id noua Iustin. lege effectum. Cui difficultati vt satisfacias obserua, quod etsi olim plures essent inter legata & fideicom. differentiæ quæ in primis vel nomine dissen-
3 tiebant (quod & adhuc hodie † retinet nam legata dicuntur, quæ verbis directis imperatiuis, & legis modo reliquuntur. l. quoniam indignum. C. de testa. siue verba referantur ad grauatum siue ad honoratum: fideicommissa autem quæ verbis precarijs testantis voluntatem declarantibus. §. fin. inf. de singu. rebus per fideicom. relict. Vlp. infrag. tit. 24. &. ti. 25. in principio.) quas latè hic prosequuntur interpretes, & in d. l. 1. D. de leg. 1. Hodie tamen per omnia sunt exæquata noua hac Iustini. constitu. Neque obstat tex. in d. l. 1. quoniã varijs omissis interpretationibus obseruo, ex eius inscriptione quę est *Vlpian. lib. 67. ad edictum.* verum collige sensum si coniũgas. l. 1. D. quod legat. quæ eundem Vlp. eodem loco habet authorem, vt sensus sit, quod quemadmodum Prætoris illo interdicto inhibebatur legatario, nequid legatorum nomine præter voluntatem heredis occupasset, quod si occupasset vt resti tueret, ita etiam & in fideicommissis dicendũ sit, quæ quantum ad illud interdictum attinet similia illo sæculo erant legatis, vt quod Prætor in legatis edixit, eadem quãdoque de fideicommissis interdicta censeantur. Ideò autem hæc Vlp. interpretatio fuit necessaria, quia cũ interdictum. *Quod legatorum*, pœnale esset, non ampliandum, sed magis restringendum videbatur, quod tamen ob identitatem rationis ampliauit Vlpianus d. lib. 67. ad edictum. cuius fragmentum quod extat. d. l. 1. D. de leg. 1. incongrè â Triboniano ibidem collocatur, cum pertineat ad titulum D. quod legatorum.

§. Non solum. 5.

1 *Legari possunt res testatoris, heredis, & alienæ. & num. 7.*
2 *L. seruum filij. 46. in prin. D. deleg. 1. & num. 15. & sequen.*
3 *L. Stichus. 39. D. de manum. testam. &. nu. 26. & seq.*
4 *L. vxor, 20. C. de leg. & nu. 28. & 35.*
5 *C. filius noster. 5. de testa. & nu. 36.*
6 *L. cum alienam. 10. C. de legat. & nu. 62.*
7 *Testari non de alienis, sed de rebus proprijs permissum.*
9 *Aliena res legata non est in obligatione &. nume. 11.*
10 *L. nec emere. C. de iure delib. l. inuitum. C. de contrah. empt.*
11 *Legatario cui res aliena relinquitur, personalis tantum actio datur.*
12 *Alienam rem qui legat, eum alienam esse scire oportet? quod tamen limitatur seq. nu.*
16 *Aliena res si legatur, in qua quis aliquod ius habet, ius illud tantum legatum censetur. & n. 18. & nu. 28. cum sequen.*
17 *Pater in castrensi peculio filij quod ius habet.*
19 *Legatæ rei dominium recta via à morte testatoris transit in legatarium: nisi res aliena sit. nu. 20. & nu. 21. & 22.*
23 *Vera interpretatio. d. l. seruum filij, in princ.*
24 *Legatum à principio inualidum ex post facto nõ conualescit.*
25 *L. fin. D. de castr. pecul.*
26 *Legabantur per* vindicationem, *quæ vtroque tempore, testamenti, & mortis, testatoris erant.*
27 *Legatum per* vendicationem *quibus verbis relinqueretur.*
28 *L. quod in rerum. 24. §. 1. D. de legat. 1. & numero 34.*
32 *L. vnum ex familia. 69 §. sed si fundum. D. de legat. 2.*
33 *L. Sticho. 30. D. de vsufructu. legato.*
36 *Legatum rei alienæ iure Canonico non valet iuxta communem: quæ tamen falsa ostenditur sequen. nu.*
38 *Verus intellectus. cap. filius noster. 5. de testam.*
39 *Legari non possunt res sacræ, sanctæ, religiosæ, neque earum æstimatio debetur, nu. seq.*
40 *Alienas res legatas inuito domino legatarius retinere non potest.*
43 *Commercium alicuius rei esse quomodo intelligatur. & latè seq. nu.*
44 *Legatum eius rei cuius non est cõmercium nullum: & distinguitur. nu. 50. & seq.*
45 *Dotalis rei legatum valet, quoad æstimationẽ.*
46 *Minoris. xxv. annorum res si legata sit, quando valeat legatum, quoad ipsam rem, quando quoad æstimationem.*
47 *Ecclesiæ res si legetur valet legatum quoad æstimationem.*

48 *Innocentij interpretatio. ad d. cap. filius noster reprobata.*
49 *Primogeniorum bona alienari absque Regis facultate non possunt: & inde neque legari.*
51 *L. sed si res. 40. l. filius fam. 111. §. siquid alieni. de leg. 1. & num. seq.*
L. mortuo bone. 50. §. Labeo. D. de legat. 1.
53 *Iacobi Cuiacij interpretatio ad hæc iura & recepta num. 54.*
55 *L. fideicommissa. 11. §. si seruo alieno. D. de leg. 3.*
56 *Lectio. l. sed si res. 40. D. de leg. 1. animaduersa.*
61 *L. multum. D. de verb. oblig.*
62 *Legatum rei alienæ quam quis propriam existimabat, non valet, & quare: quod tamen limitatur. nu. seq.*
66 *L. vnum ex familia. 69. §. si rem. D. de leg. 2.*
68 *L. Stichus. 36. D. de vsuf. legato.*

1 QVænam † res legari possint, ex hoc textu, explicat Iustin. illud in primis generaliter docens non solum testatoris vel heredis res, verum etiam & alienas posse legari. Idem in l. cum seruus. 39. (aliàs. l. apud Iulianum. 40.) §. constat. l. omnibus. 140. §. in testamento. versi. *etiam.* D. de leg. 1. l. pecunia. 12. l. vnum ex familia. 67. §. si rem. D. de leg. 2. l. cum alienam. 10. C. de lega. cum alijs quibus consonat. l. 10. titu. 9. part. 6. & explicant latè præter ordinarios in locis infra referendis. Franc. Mantica. de coniect. lib. 9. tit. 9. Menoch. de præsumpt. 2. par. li. 4. præsump. 116. per totam.

2 Sed primo † pro dub. ratione &c argumẽt. siquis rem alienam legauerit, ita demum legatum valet si eiusdem rei dominus efficiatur. l. seruum filij. 46. in princ. D. de leg. 1. ergò indistinctè non valet rei alienæ legatum.

3 Secũdo, sic argumẽt. † si testator ita scripserit. (*Stichus seruus meus, si eũ heres meus alienauerit liber esto.*) non valet legatum quia in id tempus confertur quo alienus futurus est. l. Stichus, 39. D. de manumil. test. ergò contra nostrum tex.

4 Tertio sic argument. siquis vsum fructum alicuius rei habens, illam legauerit, inutile est legatum. l. vxor. 20. C. de legat. l. quod in rerum. 24. §. 1. D. de leg. 1. ergo &c.

5 Quarto † obstat difficilis tex. in c. filius noster. 5. de testam. vbi expressè cautum est rei alienæ legatum non valere.

Quinto sic argument. si res aliena legetur cuius commercium non sit, legatum non valet. tex. in d. §. constat. tex. hic. in versi. *sed si talis.* l. 13. tit. 9. part. 6. ergo generaliter verum non est rei alienæ legatum consistere.

6 Sexto sic argument. † si alienam rem tamquam propriam quis legauerit, ex ignorantia testatoris legatum nõ valet. tex. hic vers. *quod autem.* d. l. cum alienam. 10. C. h. t. ergò.

7 Quibus tamen † non obstantibus superior nostri tex. conclusio, verissima est, generaliterque admittenda, asserendumque rei alienæ legatum semper valere, non quidem vt res ipsa aliena legata per legatarium obligetur, ita vt necessario dominus eam præstare debeat, id enim esset iniquum & repugnans iuris nostri principijs, quibus cautum est nemini quod suum est inuito auferri posse. l. id quod nostrum. D. de reg. iur. † Neque ex generali illa 8 facultate lege xii. tab. testatoribus permissa colligi aliud potest, siquidem non de alienis, sed de rebus proprijs testari permissum fuit, ita referente l. C. in l. verbis legis. 120. D. de verb. sign. & in l. 1. D. ad leg. Falcid. Iustin. in princ. eo. tit. & in Authe. de nupt. §. disponat. collat. 4. † Vnde consequens est rem alienam 9 legatam non esse in obligatione, ita vt repugnante domino sit legatario præstanda, sed vt institutus heres grauatus sit rem emere & legatario præstare, itaque res ipsa testatoris eiusdem bona in obligationem deducuntur, & in his, 10 non in alienis legatum consistit. † Vnde præter generalem facultatem testatoribus concessam de rebus suis post mortem suam disponẽdi, relucet præterea hac in re quid aliud singulare, videlicèt institutum heredem (quod aliàs ius non patitur) rem emere compellendum esse contra regulam. l. nec emere. C. de iure deliber. l. inuitum. C. de contrah. emptio. cum similib. Cum tamen emptionis & venditionis contractus, sicut & cæteri alij ex duorum pendeant voluntate, mentis, videlicet. & vendentis. l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verbo. signif. & dominus rei vendere compelli non possit. d. l. nec emere. d. l. inuitum, si vel nolit vendere, vel in modico pretio vendat veram æstimationem rei legatæ præstando liberabitur heres. l. non dubium in fi. l. qui concubinã, aliàs incipit. l. qui quatuor. §. fin. D. de leg. 3. Ex quibus colligitur † quod cum res aliena legata in 11 obligationem non cadat, neque eius respectu aliqua obligatio considerari possit, sed ea tantum quæ in herede consistit, quamuis generaliter pro omnibus legatis post nouam Iustini. sanctionem in l. 1. C. communia de legatis. & in §. nostra autem supra eod. tres competant legatarijs actiones pro legatis persequendis, realis, hypothecaria & personalis: hoc tamen in casu personalis tantum modo locum habebit aduersus heredem pro persequutione rei vel eius æstimatione. † Elegans tamen est in 12 specie nostri textus, adhibenda distinctio (vt res hæc paucis possit comprehendi,) videlicet quod si testator sciat rem quam legauit aliena esse valeat legatum, si verò existimet suam tunc non valeat quæ scientia à legatario probanda est ex nostro tex. in vers. & *verius.* l. verius. 21. D. de probat. † Sane hæc distinctio nõ 13 admittetur quando testator rẽ heredis legat. l.

vnum ex familia.69.§. si rem tuam. D. de leg. 2.ex eleganti ratione quam ibidem sequentibus verbis I.C.expressit. *Si rem tuam. &c.* aut si testator in re heredis quam legat partem habeat.l.cū filius.76.§. dominus. D. de legat.2.

14 † Præterea neque vbi legatum relictum est personæ coniunctæ vel dilectissimæ testatoris.l.cum alienam.10.C.de leg. & latius infe-

15 rius dicemus.His sic † breuiter pro explicatione nostri textus constitutis, expedit vt in contrarium adductis satisfaciamus. Quæ non obstant.Non primum ex tex.in d.l. seruum filij.46.in princ.D.de lega. 1. cui respondet Accurs.ibi Gloss. 1. legatum rei alienæ indistinctè valere, quando testator rem prorsus alienam,ideſt,in qua nullum ius habebat alicui legat, sicque interpretandum esse nostrum tex.

16 & iura similia.† Cæterum si leget rem alienā, in qua habeat aliquod ius,non rem alienam deberi,sed ius tantum quod habet legare videri. l.serui electione.§.fin.l.si domus.71.§. fin. D. de legat.1.l.Sticho. D.de vsufruct.leg. docent Bart.& communis.in d.§.fin. Couar.in Capite filius noster.nu.2.extrà de testam.Ant. Gomez.1.tomo vari.c.12.nu.15.Grassus. de successionib.§.*legatum*.quæst,14.nu. 9. vnde pater in d.l.seruum filij.legando seruum peculij, solum videtur legasse ius quod habet in seruo peculiari.ideoque vt seruus ille debeatur exi-

17 gitur quod dominium eius acquirat.† Neque obstat, quod pater nullum ius habere dicitur in peculio castrensi.l.2.ad Maced.l.3.C. de castrensi peculio lib.12.quia intelligitur de præsenti,in vita filij.Cæterum in spe ius maximū habet, cùm si filius præmoriatur nullo facto testamento, ipse iure peculij, ideſt tanquam propria bona occupet castrensia.l.2.D. de castrensi pecul.l.intelligis.C.eod.tit.lib.12. d.l. seruum filij.declarat eleganter Pereyra in l. si curatorem habens.verbo.*Læsis*.nu.93.C.d. in integr.restit.quam interpretationem sequuntur Dynus,Bald.Paulus,& Iaso.nu. 15. in d.l. seruum filij.ita ampliantes regulam. d.l. si domus.§.fin.vt non solum procedat quando testator habet aliquod ius in rem iam radicatum sed & quando ius illud est in spe,legādo enim rem,solum ius illud futurum censetur legasse vt in d. l. seruum filij, iuncta Gloss. Verùm

18 hæc † Accu. interpretatio, merito displicuit Bart.o.Cumano,Floriano & alijs.in d. l. seruū filij.Primò,quia regula illa quod quis legando rem solum censetur legare ius, quod habet in re,obtinet quando ius est iam quæsitum vt in d.§.fin.vel in spe probabili, vt ex communi resoluunt Ant.Gomez & Grassus vbi sup. ius autem quod habere potest pater in peculio castrensi, non consistit in spe probabili, nec est verosimile de hoc iure patrem cogitasse,cum sit contra communem parentum & naturæ votum.l.quam etsi parentibus,D. de inoffi. test.l.scripto.D.vnde liberi,quia hæc spes patris esset de hæreditate viuentis, quæ non solum in patre, verum & in alijs reprobata est, tanquam turpis.l.1.§.si impubere.D.de collatione bon.l.2.§.fin.D.de vulgari.l.2.§.1.D.de hered.vel actione vendita & ideo non præsumenda l.merito. D.pro socio.

19 Vnde † succedit interpretatio in scholis passim vt noua admissa existimantium, quod in d.l.seruum filij,exigitur apud patrem manere peculium, non ad valorem legati tanquam de re aliena facti, valet enim à principio tanquam de re aliena,si enim potest rem alienam cuiuscunque extranei legare(vt hic) nulla ratio impedit quin possit & seruum filij legare, exigitur ergo ad dominij translationem, quasi velit Consul.ad hoc vt dominium ab adita hereditate trāsferatur in eum cui seruus peculij castrensis à patre legatus est, requiri quod filius viuo patre nullo facto testamento decedat,& sic peculium apud patrem maneat,quia licèt regulariter dominium recta via tranleat in legatarium.l.à Titio.D.de furtis.d. l. seruū filij.§.1.l.si tibi homo.§.cum seruus.D.de leg.

20 1.† hoc locum non habet quando res aliena legatur.l.magis puto.§.si fundus. D. de reb. eor. & ideo dominium rei castrensis à patre legatæ in legatarium non possit transire,quia res aliena est respectu patris,l.nota.D.de castr.pecul. l.3.C.eo. tit. lib. 12. tamen quia mortuo filio ab intestato in vita patris dominium illius peculij ita acquiritur patri quasi retro dominus fuerit.l.proponebatur.9.l.de hereditate. 19.§. pater. D.de castr.pecul.quia ex ea iurisfictione dicitur habuisse dominium tempore quo legauit,transit eo casu dominium in legatarium. Pro qua interpretatione facit versiculus, *cum enim filius*.vbi I.C.eam adducit decisionis rationem,quod fingitur,patrem retro dominū in seruo legato habuisse,ita prius d.l.seruum filij interpretatus fuit Io.de Imola.ibi.nu.1.in fine.† Sed aperte conuincitur ex litera.d.l.seruum filij:ibi *consistet legatum*.ex quibus verbis

21 apparet ad valorem & existentiam legati requiri,quod peculium apud patrem manserit, ineptum enim est interpretari, *consistet legatum*,id est dominium transit,sequeretur enim ea legata non consistere quæ per damnationem relinquuntur, cum in illis non transiret dominium ante heredis traditionem vt diximus in §.sed olim.sup.eod.† Deinde quia ipsi præsupponunt valuisse à principio legatum in d.l.seruum filij quasi de re aliena, ergo fuit tale legatum relictum per damnationem, alias enim non valeret legatum dum res fuit aliena, cum res aliena solum per damnationem vtiliter legaretur,vt ex Vlp.& alijs diximus sup. ergo quamuis pater fingatur dominus tempore testamenti, imò quamuis vere dominus esset non potuit dominium in legatarium trans-

22 fire

sire ante aditionem heredis, eorum enim quæ per damnationem legantur, licet propria sint testatoris nō transit dominium in legatarium ab adita hereditate, vt eleganter probauimus in d.§,sed olim.

23 Quare † his & alijs omissis pro vera difficultatis interpretatione constituo. Vlp.in d. l.seruum filij duas proposuisse regulas circa legatum factum à patre de re peculij castrensi filij.Prior est posse patrem rem filij castrensis peculij legatumque mero iure consistere & hoc in prio.Secunda proponitur in vers. *& si vivo patre.* scilicet quod si legatum factum à patre de re castrensis peculij filij non valeat à principio vt de re aliena, aliqua scilicet ratione iuris obstante,& viuo patre decedat filius, & peculium maneat penes patrem,confirmatur legatum.Nam cum filius nullo facto testamento decedit, retro fingitur patrem dominium rei legatæ habuisse,scilicet tempore testamenti. Quando autem inutile fit legatum serui peculij castrensis,non aperit Vlp.nec id necessarium fuit:nō enim in eo quæstio erat, sed in eo,an à principio inualidum propter occupationem peculij conualescat, & respondit conualescere,Sed nos ex iuris principijs facilè dicemus,tunc esse inutile legatum, quando pater seruum peculij castrensis per vindicationem legauit, vel quando iuris errore ductus existimauit,seruum peculij suum esse & ita legauit,his enim casibus non consistit à principio legatum, & tamen si peculium occupet mortuo filio ab intestato conualescit,quia iuris fictione censetur dominium eo tempore habuisse,vt in d.l.seruum filij.l. proponebatur l.de hereditate.19.§. pater. D. de castren.

24 pecul.† Neque huic interpretationi obstat l. 1.D.de reg.Caton.§.an seruo.inf. hoc tit. vbi legatū à principio inualidum tractu temopris non conualescit id vetante regula Catoniana,quia hæc Catonis regula in proposito non obtinet, propter fictionem iuris retrotractiuam,inducentem scilicet testatorem,quo tempore testabatur dominum esse rei legatæ, vnde tale legatum eadem fictione valet à principio nec potest dici conualescere,& hanc difficultatem ex regu.Catoniana voluit Vlp.vita re.in versic.*cum enim filius.* Vnde si in specie d. l.seruum filij pater ex institutione filij peculium consequeretur,quia eo casu cum non occupet iure peculij,sed tanquam hereditatem l.2.D.de cast pecul.non fingitur retro,idest à tempore acquisitionis dominium habere,inutile esset legatum cum deficiat ratio qua mouetur Vlpiā.ita Gloss.Bart.Alex.Paul. & com 29
munis in d.l.seruum filij à qua immerito rece
25 dit laso ibi. nu. 10.† Nam.l. fin. D. de castr. pecul. vbi probatur patrem ex institutione quoque succedentem retrofingi dominium habuisse, procedit speciali libertatis fauore vt consequatur libertas à patre relicta vt cū tex. acceperunt Alex.in. d. l. seruum filij. Imola. in l.cum vir,colu. 6. D. de vsucap.& sic soluitur. 1.argumentum.

26 Non obstat † Secundum argumentum ex d.l.Stichus seruus meus.39.D. de manum. testamento. ad cuius explicationem obserue quatuor olim legatorum genera fuisse, Per vēdicationem, per damnationem,sinendi modum,& per præceptionem,quæ retulit Iustinia.in §.sed olim(vbi & nos diximus) sup.hoc tit. Vlpia.in fragm.tit.24.verficulo. *legamus.* Caius in Institutionibus tit.de leg. Iul. Paul. sub eod.tit.6.de leg. lib. 3.sententiarum. Ex quibus omnibus constat inter alia illud esse præcipuum discrimē horum legatorum, quod per vendicationem illæ tantummodo res,quæ vtroque tempore ex iure Quiritum testatoris fuerunt, & mortis tempore & quando testamentum faciebat,legari poterant, præterquam si pondere,numero,mensuraue contine rentur,in quibus satis erat si vel mortis dumta
27 xat tempore essent ex iure Quiritum. † Huius præterea generis legatorū præcipua verba,notaque formula erat. *Do,lego, capito,sumito,tibi habeto.* Vnde cum in d.l.Stichus.vtrumque legatum tam in prima quam in secūda parte relatum,per vendicationem relictum esset, esset que præterea rei alienæ,rectè Consul. illud inutile fuisse respondit, constat enim ex eius verbis eum in vēdicationis legato loqui. ibi *liber esto.*de quo etiam intelligendus est tx. in versic.*at quid in legato.*eodem enim modo legatum relictum fuit, quod rectè inquit l. C. inutile fuisse legatum, inutilemque libertatis datione, quia quemadmodum seruo alieno inutiliter directò libertas datur. l. seruo tuo. C.de testam.manum.sic & inutiliter,per vendicationem res aliena legatur soluiturque secundum argum.

28 Præterea † non obstat Tertium argumentum ex d.l.vxor. 20. C. de legat. d. l. quod in rerum 24. §. 1. D. delega. 1. vtrobique enim respondit Acc.nostri tex.regulam obtinere quando rem prorsus alienam,idest,in qua nullum ius habet,alicui legauit testater, tunc enim redimenda est, vel totius rei æstimatio præstanda. Cæterum si leget rem, in qua aliquod ius habet,solum censetur ius illud legare l.serui electione.5.§.fin.l.si domus.71.§. vltimo.D.de leg.1.l.qui tabernas. D. de contrah. empt.docent Glossa Bart.& communis. in d. §.fin.vbi Duar.eleganter disputat. Couar. in cap.filius noster.nu.2.extra de testam. Anto. Gomez.1.tom.variar.cap.12.nu.15.Grassus. de successi.§.*legatum.*quæst.4.nu.9. † quod in d.l.vxor.& in d.l.quod in rerum.§. 1. extendi putat,scilicet si ius quod habet in re eius morte finiendum sit,vt vsusfructus.§.finitur. inst. de vsufr.l.corruptionem.C eod.tit.quæ extē-

sio

sio ad d.l.si domus.§.vltimo recepta est cõmuniter ex Bart.Bald.Iaſ.& alijs. in d. l. quod in rerum .§.1.Bart.Bald.Paulo,Salic.& reliquis. in d.l.vxor.Couar. & Anto. Gomez vbi ſup. Graſſo.d.quæſt.14 nu.12. Vnde quia in d. l. vxor.teſtator habebat ius in re, ſcilicet vſum fructum non videtur legata ipſa res,ſed ſolum ius,& quia hoc morte eius extinguitur, inutile redditur legatum.Verum † hæc interpreta
30 tio & impropria ad l. vxor.& in iure falſa eſt. Primo quia verba illa *non potuit*. aperte indicant non fundari Imperatorem in eo, quod qui ius habet in re legata ſolum cenſetur ius illud legare, dixiſſet enim, *non præſumitur*, aut *non voluit*, qui enim habet ius in re poterit ſi velit,& voluntatem exprimat vniuerſam rem legare.vt Bart.& communis fatetur.in. d.l.te-
31 ui electione.§.fin.D.de leg.1. & probatur. in l.Meuius.68.§.fundo.l.cum filius.78.§. domi nus.D.de leg 2.De inde † quia verius eſt regulam d.l.ſi domus.§.fin ſolum obtinere, vbi quis habet in re ius aliquod, tranſmiſsibile tamen ad heredes:ſecus ſi eius morte finiretur. Primo quia quilibet præſumitur leges ſcire. l. leges ſacratiſsimæ.l.fin.C.de legib. vnde cum ſciat ius illud ſtatim eo mortuo finiendum,nõ eſt veroſimile voluiſſe illud tantum legare argumento.l.quoties. D.de reb.dubijs. l. ſi quan
32 do,109.D.de lega.1.De inde † facit tex. in l. vnum ex familia.§.ſed ſi fundum.verſi. *quod ſi talia*.D de lega.2.vbi ſi is qui grauatus eſt vni de familia fundum reſtituere, legauerit eundē fundum alicui extraneo,heres eius hoc legato cenſetur grauatus, præſtare æſtimationem & tamen habebat ius eius morte periturum Vlti
33 mo † facit tex.in l.Sticho.30.D.de vſufr.leg. vbi qui vſumfructum fundi habet,legãdo fundum ſolum cenſetur legare ius,quod ſe credebat habere,ergò ſi ſciuiſſet ad ſe proprietatem non pertinere apertè indicat Conſul. valiturum legatum.& ita contra communem docuerunt Fulgoſius in.d.l.vxor.Cuman. Imola & Duar.in d.l.quod in rerum.§.1. D. de leg. 1.
34 Nec † ita tenendo obſtat tex.in d.§.1.quia ibi is qui vſumfructum habebat, apertè eundem vſumfructum legauit,ideoque cum eius morte extinctus ſit.d.§.finitur inutile redditur legatum,ſecus autem eſſet ſi rem,in qua habebat
35 vſumfructum legaſſet, vt iam diximus † Neque obſtat tex.in d. l. vxor patrui. quia illud reſcriptum dirigitur ad dominum rei legatæ. vnde ſolum ſignificat in eius damnum,& vt ei noceat,non potuiſſe vſumfructuarium res alienas legare;non tamen inde probatur non valere tale legatum tanquam de re aliena,in præiudicium ſcilicet,& vt noceat heredi, hoc enim falſum eſſet ex noſtro rex.ita Fulgoſ. Duar. Cumanus,& alij ſup.& ſoluitur tertium argumentum.
36 Non obſtat † quartum argumẽtum ex tex. difficili in d.cap.filius noſter.de teſtam. quoniam etſi eius difficultate interpretes oppreſſi,maximè tamen iuris noſtri ciuilis profeſſores exiſtimauerint de iure Canonico legatum rei alienæ non valere,quod nominatim ſcripſit Gloſ.in d.l.cum alienam.C.de legat.vbi Iaſo.Alex.& Corneus.Gloſ.etiam in. d. cap. filius noſter.vbi Imola & Abb.idem Abb.in ca. cum eſſes.nu.19.de teſtam. & alij plures quos refert Couar. in d. cap. filius noſter. num. 6.
37 † Contraria tamen ſententia verior & receptior eſt,iure quoque Pontificio vtile eſſe rei alienæ legatum ex cap.ſi epiſcopus 12.q.5.& quia hæc ciuilis diſpoſitio iuſtiſsima eſt, cum domino rei nullum irrogetur præiudicium, teſtator autem poſsit heredem iuſte grauare in eo quod ab eo accepit.l.ab eo.l.eam quam. C. de fideicom.ita ex pluribus reſoluit Corneus. in d.l.cum alienam.nu. 10. Minchaca & Couar.vbi ſup.Fortunius de vlt.fin.iur. illat. 12.
38 Vnde † plures interpretationes ad eum tex tum,retulerunt Abb.Imol.Couar. & Canoniſtæ in.d.c.filius noſter Bart.Iaſo. Salic. Corneus.& alij. in d. l. cũ alienam. & in d. l. cum ſeruus.§.conſtat.D.de leg.1.Menchac.& Fortun.ſup.Mantic.lib.9.de coniect.tit.10. à nu. 6.Quibus relictis veriſsima vt appareat primo aduerto illam decretalem epiſtolam fuiſſe deſumptam ex Regiſtro Diui gregorij. lib. 4. epiſt.indict.1. epiſt. 4. ex qua conſtat,ea quæ iuris alieni ſine ſpecifica nominatione legata proponuntur in.d.cap.filius noſter fuiſſe cali
39 cem electrinum, & puerum cuidam eccleſiæ dicatum. Secundo † aduerto generali regula noſtri text.valere ſcilicet legatum rei alienæ, non comprehendi res ſacras licet alienæ ſint, ex noſtro tex.verſi.*ſed ſi talis*.d.l. cum ſeruus. §.conſtat.D.de leg.1.iuncta.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. D. de verbo. oblig. & dicemus ſtatim latius. Tertio conſtituo res quæ legatæ proponuntur in d.cap.filius noſter. ſacras eſſe,ſacræ enim ſunt quæ rectè per Pontifices Deo dicatæ ſunt.l.in tantum.6.§.ſacræ l.
40 ſacra.9.de rerum diuiſ.§.ſacræ ſup.eo.tit.Vnde † rectè Gregor. in d. cap. filius noſter decreuit,Eccleſiam legatariam non poſſe res alterius Eccleſiæ ſibi legatas retinere, tum quia legatum fuit inutile vt ſtatim apparebit, tum quia etſi vtile fuiſſet,inuito domino rei legatæ,retinendi ius non habet legatarius, cum in eius præiudicium non valeat legatum, vt diximus,& probat.l.vxori (ſecundum eius veram intellectum de quo ſup.) C.de legat. Tacite quoque ſignificauit Gregor.Fauſtinum teſtatoris filium & heredem non teneri ad æſtimationem rei legatæ præſt.ndam Eccleſiæ legatariæ,& rectè, quando enim non valet legatum rei alienæ quia eius cõmercium non eſt, neque æſtimatio eius debetur.tex. hic verſic. *ſed ſi talis*.d.§. conſtat. certum eſt autem ideò

in.d.

in d.c.filius noster non valuisse legatum quia res erat sacra,idest,calix electrinus, sacrarum autem rerum nullum commercium est.d.l.inter stipulantem.§.sacra.D.de verb. obligatio.

41 † Neque obstat huic interpretationi versi. & *quidem*,& versi.*sed quia lege Dei*.&c.quibus significauit Gregor.contrarium obseruari de iure ciuili. Quia his verbis noluit Pontifex discrimen aliquod constituere inter ius Canonicum & ciuile,sed tantum voluit ineptam iuris allegationem excludere,contendebat enim Ecclesia legataria, se ius habere retinendi res sibi legatas ex generalitate nostri tex. Greg.autem vno verbo hanc allegationem exclusit, scilicet,quod etsi id assereret ius Ciuile,eo casu obseruandum non erat ratione de qua sup. soluitur que quartum argum.

42 Nō obstat. † Quintum ex posteriori nostri tex.parte & d.l.cum seruus. §. constat. D. de leg.1.Quoniam superioris generalis regulæ in principio nostri tex descriptæ,primam limitationem proponit Imp.Iustin.in d.§.sed si talis.desumptam ex I.C.in d. §. constat, videlicet,ita demum rei alienæ legatum vtile esse,si eius rei commercium sit alias neque æstimationem deberi,vt in exemplis relatis hic & in

43 d.§.constat † *Commercium* autem propriè permutatio dicitur. l. ex hoc iure. vbi Glos. & Bald.D.de inst.& iure.quod enim ex alterutra parte in permutatione datur *merx* appellatur l.1.D.de rerum permut. & inde commercium appellatur permutatio quasi hinc inde merx. Cæterum qua in locum permutationis successit emptio & venditio.l.1.D. de contrahed.empt.cæpitque & commercium pro iure emendi & vendendi vsurpari. teste Vlp. in fragm.tit.19.& quia deinde emptionis verbo omnis alienatio continetur.l.statu liberi à cæteris.§.Quintus.D.de statu lib.eo verbo commercij omnes contractus tam nominati,quam innominati veniunt.vt in Rub.C. de commercijs & mercat. Alciat.in d.l.ex hoc iure.n. 18. Vnde commercium earum rerum non esse interpretamur,quæ vsibus hominum dominioque subijci,& in contractum, aut obligationem deduci,alienari, & acquiri non possunt, vt in d.l.cum seruus.§.constat l.sed Celsus.6. l.si in emptione. §. omnium. D. de contrah. empt. l. 1. §. 1. D. quæ res pign. l. fin. D.de action. empti. & alibi sæpè docent Hotoma.& Prateius. de verbis iuris. verbo *commercium*.

44 Hanc † autem limitationem Iustin. veram esse intelligas, quando rei legatæ nullum omnino commercium sit;si enim talis sit res,quæ aliquando possit in contractum, aut in obligationem deduci,licet ad eam obligationem aliquæ requirantur solemnitates,valebit legatū,

45 saltim quoad æstimationem. † Vnde licet res dotalis simpliciter alienari non possit,l. 1. & seq.D.de fund.dot.tex.in principio,sup. quibus aliena licet,si tamen legetur,æstimatio debitur,vt docent Paul.Aretin. Alex. & Ias. in d.l.cum seruus.§.constat. Bald.Nouelus.de dote.7.parte.nu. 22. licêt contrarium defendat Glos.in l.dotalem.D.de testa.milit.quam communiter reprobari testatur Fortun. de

46 vlt.fin.iur. illat. 22. † Item licet res minoris nō possit simpliciter alienari,requiritur enim quod decretum iudicis cum causæ cognitione interueniat.tit.de reb.eor.& C.de præd.min. tamē legata debebitur si iudex decreuerit rem posse vendi,quòd si iudex id non decernat succedit æstimatio.vt receptum omnium consensu tēstatur.Couar.in d.cap.filius noster, num. 5.de testam.Grassus. d.§.*legatum*. quæst. 14.

47 n.m.17.† Item res Ecclesiæ quæ sine debita solemnitate non alienantur ex text.in.Cap.si quis presbyterorum cap.nulli. de reb. Eccles. cap.sine exceptione.12.q.2.legari possunt,& earum æstimatio debebitur.vt communem fatetur Iaso.in l.cum alienam. C. hoc tit. Corneus.consi.22.vol.1.Couar.vbi sup. Mincha. de succes.progr.§.7.num.7.licet contrarium

48 velit Gloss.in cap.si episcopus.12.q.5.† Vnde probari non potest, intellectus Innoc. ad tex.in d.cap.filius noster.de testam. qui ideò ibi inutile fuisse legatum,etiam quoad æstimationem putauit, quòd res legata erat alterius Ecclesiæ:hoc enim non sufficeret,nisi & sacra

49 fuisset,vt superius probauimus. † Bona autem maioratus quia alienari non possunt sine expressa principis facultate vt ex pluribus resolui t Molina.lib.4.de Hispan. primog. cap. 3. cum sequentibus si alicui legentur, neque eorum æstimatio debebitur.vt ex d.l. cū seruus. §.constat.D.de legat.1.resoluit Mieres.de maioratib.4.parte. q.40. quæ sententia & mihi placet.licet contrariam defendat Couar. in d. c.filius noster.nu. 3. de testam. & distinguat Greg.in l.10.Glos.3.& in l.13.versi. *fin mandado*.tit.9.par.6.

50 Secundo † hanc limitationem veram esse intelligas quoties rei legatæ commercium nō est in communi,quia nemo potest eam acquirere,nam si in communi sit eius rei commercium,in particulari autem non,puta,quod heres aut legatarius aliqua ratione prohibetur talem rem acquirere,vt in exemplis.l.1.C. non licere habitator. lib. 10. l. in quorum. D. de pignor.l.1.D.de colleg.illicit.l.moris.§. peti. D.de pœnis. maxime controuertitur an æstimatio saltim debeatur,& siquidem ipse heres à quo legatum est, commercium non habeat recte conueniunt omnes non impediri legatum,sed aut ipsam rem aut æstimationem deberi.l.mortuo boue.50.§.Labeo. D. de leg.2. l.multum.34.D.de verb.oblig. Quod si is cui legatur commercium non habeat neque rem, neque æstimationē deberi probat tex. in d.§.

Labeo.

51 Labeo. & in d. l. multum. Sed † obstat ex diametro textus. in l. sed si res. 40. l. filius familias. 111. §. si quid alicui. D. de leg. 1. & in l. fideicommissa. 11. §. si seruo alieno. D. de leg. 3. vbi apertè probatur saltem æstimationem deberi.

Cui difficultati satisfacit communis. distinguendo causas, quibus impediri potest legatarius rem sibi legatam acquirere vt si propter corporis vitium aut aliam probabilem causam commercium non habeatur, putà, quia muto legatur militia cantoris, vel claudo militia cursoris, vel seruo militia, debeatur æstimatio, si testator sciens vitium legauit, & ita interpretantur d. l. sed si res. & cætera iura: quod si propter aliquod delictum illius rei commercio priuatus sit legatarius. puta, quia hereticus vel Iudæus Iuxta. l. 1. C. ne Christianum mancipium. l. siqui Orthodoxæ. C. de hereticis legati, persequutio etiam quoad æstimationem ei denegatur. vt in. d. §. Labeo. quem hoc casu accipiendum testatur. hic. Glossa. verbo. *nec æstimatio*. Glossa in. d. l. multum. & in d. l. sed si res. & vbique communis, neminemque huic interpretationi aduersari testatur Bodeus hic & receptam tradunt Alexand. & Ias. ex. nu. 25. & 34. in d. l. cum seruus. §. constat. Socinus Iunior consilio. 104. num. 4. Gregor. in l. 13. Glossa. 10. tit. 9. part. 6. & Molina lib. 1. de Hispa. primog. cap. 13. à nu. 85.

52 Sed hæc † communis interpretatio nunquam placuit ex sequent. Primo. quia expresse diuinat. ad d. §. Labeo. Secundo, quia corrumpit literam dicto. §. siquid alicui. ibi. *propter aliam quamcunque*. quæ verba generalia & geminata comprehendunt omnes causas, ex quibus legatarius commercium rei habere non possit argumento Glossæ communiter receptæ. verbo. *quouis*. in Clementina. 1. de re iudicata. † Vnde Cuiacius. hic. versiculo.

53 *adipisci*. & in. d. l. multum. de verb. oblig. indistinctè veram esse affirmans sententiam I. C. in d. §. Labeo. sigillatim respondit iuribus in contrarium adductis. & primò, ad textum. in d. l. filius familias. §. siquid alicui. ibi legatum fuisse relictum capaci vt constat ibi, *licitè relictum*. & extrinsecus accidisse propter aliquod corporis vitium vel legati quantitatem quod id legatarius habere non possit, & eo casu æstimationem deberi; sequitur hic Ho-

54 tom. enuntiat. 3. † Sed longè falluntur quia illa verba *licitè relictum*. intelliguntur respectu rei legatæ, quia talis res relicta proponitur quæ licite legari potuit. Secundò Respondet

55 † ad. textum in d. l. fideicommissa. §. si seruo. quod ibi debetur æstimatio propter ipsius rei legatæ qualitatem, erat enim militia in qua speciale est, vt debeatur æstimatio vt in. d. §. Labeo. l. Titia Seio. D. de leg. 2. tale enim legatum potius in quantitate, cuius capax est legatarius, quàm in corpore consistit. Sed conuincitur ex versiculo. *ex his* eiusdem. §. vbi eam doctrinam generaliter extendit ad omnia relicta quæ præstare non potest. Tertiò

56 satisfacit. † d. l. sed si res. delendo secundam negationem in versiculo. *ei cui*. vt litera sit. *ei cui ius possidendi sit*, & sensus quod vtile sit fidei commissum, si res cuius commercium legatarius non habet, ab eo per fideicommissum relinquatur ei qui eius commercium habet, & hic sensus est in se verissimus. nam & vtile legatum est, si legatarius commercium habeat, licet heres non habeat d. §. Labeo, & vtilis stipulatio si stipulator rem promissam acquirire possit, licet promissor non possit. d. l. multum. de verb. oblig. Sed admittenda non est hæc Cuiatij emendatio, cum in vetustissimis manuscriptis Pãdectis Florentinis, & vulgatis codicibus legatur, *ei cui ius possidendi non sit*. licet eam probet Vvesembekius hic numero 3.

57 Quare † pro vera interpretatione constituo. Primo Consultos in iuribus oppositis apertè loqui de re relicta per fideicommissum ei qui eius commercium non habet. vt constat ex. d. l. sed si res. ibi. *per fideicommissum relinquatur*. & ex l. fideicommissa. §. si seruo. ibi. *denegari debet fideicommissi petitio*. & idem probatur. in d. l. filius familias. §. si quid alicui, ibi. *illo verò relictum*. verbũ enim, *relinquo* precarium est, & ideo inducit fideicommissum. l. Lucius. 78. §. filium in verb. *relinquo*, iuncto, ibi, *ex fideicommisso* D. ad Trebel. d. l. fideicommissa. §. si seruo, in verb. *relinquatur*, iuncto ibi, *fideicommissi persecutio*. D. de leg. 3. docet Cuia. in notis ad Paulum, lib. 4. Sent. tit. 1. vers. 6. Consultus autẽ in d. l. mortuo boue. §. Labeo. D. de leg. 3. de re per legatum relicta, ei qui eius commercium non habebat, vt constat ibi, *legari tibi posse*, &c. † Secundo cõstituo in quæ

58 stione proposita plurimum interesse, an res relicta sit per legatum, quo casu, si is cui relicta est eius commercium non habeat, nec æstimatio debetur, an relinquatur per fideicommissum, tunc enim, quia fauorabiliora sunt legatis fideicommissa, vt in d. §. sed non vsque, sup. eodem, licet res ipsa præstari non possit fideicommissario propter eius incapacitatem; debetur tamen æstimatio: idque apertè probatur in d. l. fideicommissa. §. si seruo. vers. *ex his*.

59 D. de leg. 3. † Vnde dicendum est. in d. §. Labeo, nec æstimationem deberi, quia agitur de legato, in iuribus autem contrarijs deberi, quia agitur de fideicommisso, ita eleganter interpretatur Duar. in d. l. sed si res, & in d. l. multũ interest. qui errore labitur. dum interpretatur in d. l. sed si res, eum quem Consultus appellat legatarium fuisse eundem fideicommissarium, cui res fuit relicta, ibi enim duo non

habe-

habebant commercium eiusdem rei alienæ & vni legata fuit, ab eodemque alteri per fideicommissum relicta, & respondet Consultus, æstimationem deberi, quamuis enim si legata esset ei, qui non habebat commercium, neque ab eo fuisset per fideicommissum relicta, nec æstimatio deberetur, vt in d §. Labeo, quia tamen fideicommissum maiori fauore nititur,
60 præstatur eo casu æstimatio. Vnde † ibi proponitur elegans ampliatio ad d. §. si seruo. & ad d.§. si quid alicui. nimirum, quod non solum si ab herede relinquatur per fideicommissum res, cuius commercium non habet fideicommissarius debetur æstimatio, sed & quando prius legata fuit, ei quoque qui eam possidere non poterat, ab eoque fideicommissum relictum, & ita fauore fideicommissi subsequentis valet prius legatū, aliàs non valiturū,
61 neque quoad æstimationē. † Ex qua interpretatione deducitur, primo, regulā d.l. multum. D. de verb. non solū obtinere in stipulatione, sed indistinctè procedere quoq; in legatis, cōtra glos. & commu. Secundo deducitur nostri tex. limitationem extendendam ad eas res quarum cōmerciū est in cōmuni, sed id non habet legatarius, vt in d.§. Labeo soluiturq; 5. argu.
62 Tandem non obstat 6. & vltimu argum. ex posteriori nostri tex. parte, vers. *quod autem.* & d.l.cū alienam C. de leg. quoniā respondendū est ex ignorantia testātis rei alienæ legatū inutile fieri, si enim testator errore ductus rē alienā, quam suā esse existimabat legauerit, quia præsumitur & ex tacita atq; connecturata mēte ipsius non habuisse animum grauandi heredem, si sciret, rem alienam esse, eamque non legaturum, argumento. l. vnum ex familia, 67. §.
63 si rem. D. de leg. 2. ideo legatum non valet. † nisi tam fauorabile legatum sit, quod verisimile esset testatorem, quanuis sciuisset rē alienam nihilominus legaturum, tunc enim non spectata scientia vel ignorantia, valebit indistinctè legatum, vnde quia legatum libertatis fauorabile est, valet etiam si testator ignorauerit seruum alienum esse l. Paul. in prin. D. de fi
64 deicom. libert. † eademque ratione verius esse puto, legatum ad pias causas de re aliena valere, non obstante testatoris ignorātia, vt contra glos. in c. filius noster, de testam. resoluit communem Mincha. de succes. progre. li. 3. §.
65 27. n. 41, Gras. d. §. legatum q. 14. n. 5. † Idemque admittendum erit, si legatum rei alienæ coniunctæ personæ relinquatur, quia eius fauore præsupponimus testatorem, etiam si sciuisset alienā, nihilominus legaturū, ita probatur in d.l.cū alienā, quæ autē hoc casu dicenda sit coniuncta persona, explicant glos, & DD. ibi Menoch. de arbitra. casu. 146.

65 Neque huic interpretationi primo obstat tex. in d.l. vnum ex familia. 67. §. si rem D. de legatis. 2. vbi aperte probatur, testatoris errorem non infirmare eo casu legatum nec constitutioni D. Pij à Iustiniano hic relatæ locum esse. Quoniam respondendum est. Consultum ibi loqui de re aliena, quæ tamen propria erat heredis instituti vt constat ibi, *te here de instituto*, quam indistincte legando, siue sciat, siue ignoret, potest testator heredi suo præiudicare, quia perinde potest rem heredis legare, ac si vere fuisset propria vt hic, ita glo. in d.§. si rem. Barto. Peral. & commu. Cou. in d.c. filius. n. 3. de testa. Ant. Gom. 1. tomo. variar. c. 12. nu. 14. Grassus. d. §. legatum. q. 14. n. 7. ac proinde nostra interpretatio solum est accipienda in legato rei alienæ, quæ nec heredis fuerit, ex d. §. si rem. idque aperte significauit noster tex. cum enim in prin. docuisset, rem alienam, & heredis legari posse, in hoc versi. solum limitat, quod de re aliena dixerat, legatum autem de re heredis, eisdem regulatur præceptis quibus legatum de re propria.
67 † Vnde licet testator legando rem sibi communem cum extraneo solum censeatur legare partem quam ipse habet. l. serui elect. §. fin. D. de lega. 1. & diximus sup. tamen si communis sit cum herede etiam heredis parte censetur legare. l. cum filius. 76. §. dominus. D. de leg. 2. vbi Bart. & communis. Roman. singul. 733. Coua. d. n. 3. Decisio autē d. §. si rem. limitanda est, quando pluribus heredibus institutis legatur res vnius ex heredibus, quam testator ignorabat alienā esse, tunc enim solū proportione dominij consistit legatum, pro cohe redū autē partibus est inutile, vt ex l. si tibi homo. 86. §. si fundū. D. de leg. 1. notabiliter do-
68 cuit Ant. Gom. d c. 12. n. 13. Nec † secūdo obstat difficilis tex in l. Sticho. 36. D. de vsuf. legato. vbi testator legauit proprietatem fundi alieni, cuius ipse vsumfructum habebat nepotibus suis, & sic coniunctæ personæ, & tamen respondet Consul. solum videri, testatorem legasse quod se credebat habere, & ita significat inutile esse legatum propter ignorantiam testatoris licet coniunctæ personæ fuisset factum, quoniam respondendum est legatū rei alienæ, nō obstante ignorantia testatoris, in fauorem coniunctæ personæ valere, quando simpliciter testator alienam rem propriam esse credebat, & ita obtinet d.l. cum alienam, secus, si respectu alicuius causæ iam extinctæ existimabat propriam esse, tunc enim inutile est legatū etiam si coniunctæ personæ sit relictū, vt in specie. d.l. Sticho. in qua Stichus putauit, proprietatē à se legatā propriam esse ratione vsusfructus, quem habebat, & quia ij, quibus erat proprietas finito vsufructu, restituenda in vita sua decesserunt, ita eleganter glos. verb. *ex stipulatu.* in l. si domus. 71. §. de euictione. D. de leg. 1. & ibi communis, secundum Alex. nu. 30. Ias. nu. 31. Paul. & Corn. nu. 4. in d.l. cum alienam. Couar. in d. cap. filius noster. num.

nu.4. Grassum.d.q.14.nu.4.licet aliter soluat Fulgos.in d.l.cum alienam.

§. Sed etsi rem obligatam. 6.

1 *Heres rem legatam quam defunctus pignoratam sciebat luere tenetur, nisi vt id legatarius faceret testator cauit: distinguitur.n.4.*

2 *Legans rem, in qua ius aliquod habet, id tantum legasse videtur.*

1 HEres rem legatam quam defunctus oppignoratam sciebat luere cogitur, nisi vt id legatarius faceret testator cauit. Idem in l. si res obligata. 60. D. de leg. 1. l. Mœuius. 66. §. fundum. D. de legat. 2. l. licet. 5. D. de dot. præleg. l. qui post testamentum. 3. C. de lega. l. prædia. 6. C. de fideicommiss. l. 11. tit. 9. part. 6.

2 Sed pro dubitādi ratione sic argumētor: qui aliquā rem legat ius tātum quod in ea habet legasse cēsetur. l. serui electione 5. §. fi. l. quod in rerū. 24. §. 1. l. si domus. 71. §. fi. D. de leg. 1. l. qui tabernas. 32. D. de contrah. ergo qui rē alteri obligatam legat, id solum quod ex soluto ære alieno supereſt legasse videtur, & inde nō heres, sed potius legatarius redimere debet.

3 Cui difficultati variè respōdēt interpretes, eorū tamen opinionibus omissis respōdendū est, regulā tx. in d. l. serui. §. fi. cū similib. cessare quando testator planè totius rei legatę dominium habet, alius autē ius aliud, nō tamē dominij, tū enim legando simpliciter rē, quia totā censetur legare, non solū præsumitur dominium quod habet, sed & alterius ius legare, vt in exēplo d. l. Mœuius. 66. §. fundo. Vnde cū dominus rē propriā pignori obligando, nō desinat totius rei obligatę dominus esse. l. rescriptum. 12. D. de distract. pign. l. pignus. 8. C. de pign. act. eam post modum legando censetur totam legasse simul, cum iure creditori competente: vnde & illud consequitur, quod cū non videatur totam rem soluere, qui rem obligatā soluit. l. qui decem. 72. §. qui hominē. D. de solut. vt heres liberetur, & rem tradidisse videatur, necesse habet eam à pignoris nexu luere, & liberatam legatario præstare.

4 Verum hoc ita demū admittitur si testator rem suā obligatā sciebat, secus vero si ignorabat, quia hoc casu luitionis onus incūbit legatario, tx. hīc, & in d. l. si res obligata. d. l. prędia. d. l. 11. par. nisi verisimile sit eriā sciuisse, ob pignoratā eodē modo legaturū, vt quia cōiunctæ personæ, vel admodū dilectæ legauit, vel ad pias causas, aut pro libertate reliquit, his enim in casibus indistinctè heres eam luere cogitur. d. l. prædia, & diximus in legato rei alienæ, scilicet, in §. non solum per tex. in d. l. cum alienā. 10. C. de lega. Est & alter casus, in quo indistinctè similiter heres rē luere debet, quoties videlicet æquiualenti pretio oppignorata est. d. l. si res obligata, secundū literā vulgarem. d. l. 11. part. quāuis in puncto iure controuerti possit. Pensiones autem vel seruitutes, quæ insunt rei legatæ semper ad legatariū pertinent. l. si pendentes. 27. §. si quid. D. de vsufr. l. idem Iulianus. 41. §. etsi heres, vers. *præteritum*. D. de legat. 1. ita enim hæc insunt, vt semper cum onere suo videantur legata.

§. Si res aliena. 7.

1 *Lucratiuæ duæ causæ concurrere non possunt, & nu. 8. & sequen.*

2 *Seruus quicquid acquirit domino acquirit.*

3 *L. si seruus. 108. §. si id quod D. de leg. 2. & num. 12.*

4 *L. Titia Seio. 87. in princ. D. de leg. 2. & n. 13*

5 *L. non quocunque 84. in princip. D. de leg. 1. & num. 14.*

6 *L. huiusmodi. 86. §. Si Titio. D. de legat. 2. & num. 15.*

7 *L. Planè. 34. §. sed si duorū. D. de leg. & n. 16.*

8 *Acquisitionis causæ, aliæ lucratiuæ aliæ oneroſæ, & quæ sit lucratiua, quæ onerosa.*

9 *Oneroſæ causæ iuxta eandem rē concurrere possunt, & num. 11.*

10 *Dominium vnius eiusdemq; rei respectu duplicari non potest.*

13 *Tessera frumentaria quid sit, eiusque legatū simile legato quantitatis.*

17 *Pretium succedit loco rei.*

18 *L. Huiusmodi. 86. §. 1. D. de leg. 1.*

1 SI quis rei alienæ sibi legatæ dominium ex onerosa causa nactus est, petere legatum potest: qui ex lucratiua, nequaquam. Idem deduces ex tex. in l. huiusmodi. 84. §. qui seruum. l. si serui. 108. §. Stichum. D. de leg. 1. l. Mœuius. 66. §. 1. D. de leg. 2. l. nutu. 21. §. 1. D. de leg. 3. l. omnes. 17. l. ex promissione. 19. D. de oblig. & act. l. inter stipul. 83. §. si rem. D. de verbor. oblig. l. si reus. 6. D. de fideiuss. l. in perpetuum 61. D. de solutionib. l. 43. tit. 9. par. 6. conducit

2 tex. in l. planè. 34. §. 1. D. de leg. 1. Sed primo pro dub. ratione sic argumentor, quicquid seruus acquirit domino acquirit. l. acquiritur. 10. §. 1. l. etiam inuitis. 32. D. de acquir. rerum dominium, eadem vox & persona esse intelligitur. §. ei vero inf. de inutil. † Sed si res mihi

3 legata sit antequam mihi tradatur, ab alio sit seruo meo donata, & inde mihi acquisita, nihilominus ex testamento agere possum. l. si seruus. 108. §. si id quod. D. de legat. 1. ergo duæ causæ lucratiuæ concurrere possunt.

4 Secundo obstat difficilis tex. in l. Titia Seio. 87. in princ. D. de legat. 2. vbi si tessera frumentaria mihi legetur, eiusdēq; ex alia causa lucratiua dominus effectus sim, possum eam etiam ex testamento petere.

Tertio obstat tex. in l. non quocunq; 84. in

princ. D. de leg. 1. vbi si eadem res mihi legata duorum testamentis fuerit, quamuis eam ex vno habeam, ex alio eam consequi possum.

6 Quarto obstat tex. in l. huiusm. 86. §. si Titio Stichus. D. de leg. 1. vbi si Titio Stichus aut Pamphilus legatus sit, vtrũ eorum mallet, quo casu vterq; est obligatus, posteaq; testator vnus Pamphilum Titio donauerit, manet Stichus obligatus.

7 † Quinto obstat tx. in l. plane 34. § sed si duorũ D. de leg. 1. vbi si duorum testamẽtis eadẽ res mihi legetur ex altero æstimationẽ ex altero rem cõsequi possum quibus casibus duæ lucratiuæ causæ concurrunt.

8 Quibus vt satisfacias obserua, acquisitionis causas in iure nostro alias lucratiuas dici, aliquas vero onerosas, lucratiua causa dicitur, quando gratis aliquid nobis obuenit, ita vt nihil nobis accipientibus absit. l. 1. §. lucratiuas. C. de imp. lucrat. descri. veluti *legatum fideicõmissum donatio ius accrescẽdi*: onerosa verò è cõuerso appellatur, vbi non gratis accipimus, sed aliquid nobis absit quod vicissim repẽdimus, vt *emptio, permutatio, & alij contractus*. l. 4. §. si quis autem ex causa. 26. D. de doli excep. dos etiam onerosa causa dicitur. d. l. ex promissione.

9 19. D. de obl. & actio. † Inter has ergo causas longa differentia est, nanq; si quis ex onerosa rei sibi debitæ dominium nactus sit ex lucratiua adhuc actionem habet contra debitorẽ vt ei æstimatio soluatur. d. l. si seruus §. Stichũ. d. d. l. ex promissione. Quod si ex lucratiua dominiũ acquirat rei illius, quę ex altera lucratiua causa similiter debebatur ei. ipso iure extinguitur obligatio, etiam quoad æstimationem

10 † Huius rei ratio euidens est, quoniã vnius rei dominiũ duplex esse nõ potest, ac sicut plures vnius rei domini in solidũ esse nõ possunt. l. si vt certo. 5. §. si duob. D. cõmod. ita vnus sępius eiusdẽ rei dominus fieri nõpotest. l. 3. §. ex plurib. D. de acq. pos. §. sed si rẽ inf. eod. §. sic itaq; inf. de actio. ideoq; propter impossibilitatem debitor liberatur, quã rationẽ insinuauit, I. C. Afric. in d. l. si seruus. §. Stichum. ibi. *Nec bis eadem res præstari possit.*

11 † Quod si tu subtiliter obijcias, ea ratione attenta, neq; eũ qui ex causa onerosa rẽ habet, ex lucratiua petere posse cum ei non possit duplicari dominium. Respõdebo, hunc ad rem non agere, quia iam eã habet, sed ad æstimationem speciali ratione: quia cum ei pretium absit, res quoque abesse intelligitur. l. Labeo. 14. D. de verb. signif. quę ratio cessat in eo, qui ex lucratiua causa dominium acquisiuit, vt in d. §. Stichum considerat etiam Afric. ibi. *quia nec quicquam absit.*

12 Neque obstant in contrarium adducta argumenta. Non primum ex d. §. si id quod. Omissa enim Accurs. solutione hic, verb. *in eundem* quam communiter sequuntur DD. verior est, quam idem præsensit in d. §. si id quod, verbo. *ex testamento*. videlicet non probari ibi duas causas lucratiuas cõcurrere posse, sed per donationem factam seruo eius rei, quę domino lega ta fuit, quãuis statim dominiũ ei quęratur, etiã inuito & ignoranti, non tamen fuisse extinctã actionẽ ex testamẽto, quę domino cõpetebat: cũ enim vtilius sit rem ex testamento habere, quã ex donatione, si dominus malit ex testamẽto habere, quam ex donatione iniquũ esset heredẽ donãdo seruo legatarij liberari quẽadmodũ nec ille liberatur, qui rẽ domino inuito soluit. l. 4. l. inuito. C. de solutio. quę est verissima sententia illius tex. ad quã reducenda est. l. si is, qui Stichũ. 18. D. de oblig. act. & l. quid ergo. 52. §. si quis duos. D. de legat. 1.

13 Non obstat secundũ ex d. l. Titia Seio. quoniam regu. huius tex. de duobus causis lucratiuis obtinet in eadem re, id est, specie, puta fundo, homine, veste: cessat autem in quantitate, quæ bis, & pluries diuersis testamẽtis relinqui potest, & ex vnoquoq; solida exigetur, cũ hoc casu cesset ratio ob quã lucratiuarũ causarum concursus impeditur. Planè tesserę frumentarię legatũ, de quo in d. l. Titia. l. legato quantitatis simile esse deduces, ex illius vocis significatione, quã ex alijs adducunt, Briso. Hotom. & Prateius de verbis iuris, verb. *Tessera*. ex quibus constat, tesserã inter alia significare tabellam ligneã quadratam certa insignitã & nota tam forma, quę dabatur insignũ his, qui ius habebat petendi frumentũ publicũ, vt ea videlicet demonstrata, principiq; exhibita frumentũ proportione consequeretur, vnde, quia necessario ex ipsa rei natura ab herede emenda erat, nec poterat à testatore vel herede præstari. testator legando tesseram, eam videtur quãtitatem legasse, qua à Principe vel republica comparari solet. l. mortuo boue. 49 §. 1. D. de leg. 2. l. etsi susceperit. 52. §. 1. D. de iudicijs. idque est, quod l. C. in d. l. Titia Seio, ait: *quoniã tale fideicommissum magis in quantitate, quam in corpore consistit.*

14 Nec † obstat tertiũ ex d. l. non quocũq; quoniam similiter reg. huius tx. limitãda est quoties ex vna causa reuocabiliter acquiritur res, tũc enim nõ prohibetur dominus ex alia causa lucratiua agere, cum id nostrũ dici nõ possit cuius dominiu ànobis abfuturũ speratur, quod etiã optimis exemplis comprobat Africanus in d. l. si seruus. 111. §. Stichum, & induces rationem l. qui sic soluit. 55. D. de solutionib.

15 Nec obstat quartum ex d. l. huiusmodi. 86. §. Stichum, qui loquitur in legato alternatiuo, in quo cum diuersæ sint res, alius enim est Stichus, alius Pamphilus. quamuis vterq; in obligatione esset, vnus tamen solum modo erat in solutione, vnde dici non potest dari lucratiuarum causarum concursus, in persona legatarij, liquidem alia est persona, quæ ex causa donationis, alia quæ ex causa legati acquiritur, nostrer autem textus duas lucratiuas

causas

causas in eãdem rem concurrere posse probat, secus si in diuersis.

16 † Non obstat quintum ex dict. l. planè. 34. §. si duorum, qui textus, licet indistinctè loquatur, accipi tamen debet, iuxta distinctionem Iustiniani hic, versic. *hac ratione*, videlicet, quod si ex duorum testamentis aliqua res alicui debeatur, interest, vtrùm rem, an æstimationem consequutus sit, nam si rem habet agere non potest, quia iam habet eam ex causa lucratiua, si æstimationem consequutus sit agere possit, & quamuis in reddenda diserimínis ratione dissentiant interpretes, dicendum est, quod quando legatarius consequitur rem ex priori testamento, si ex secundo velit agere, debet petere eandem rem, quam habet, nam licet æstimatio sit in executione, ideſt solui possit, res tamen ipsa est in obligatione, id est petenda est, l. si seruum. 91. §. effectus. D. de verborum obligationibus. l. debitor. 84. in fine principij. D. de legatis. 3. notat glosla hic verbo. *consequi*, quod inconueniens ius nostrum non patitur, cessat autem, quando ex priori testamẽto consequutus fuit legatarius, non rem, sed æstimationem, quia cum ex secundo rem petat, non petit
17 idem quod ipse habet. † Neque obstat, pretium loco rei succedere. d.l. si rem, & pretium 25. D. de petione hered. & sic qui pretium siue rei æstimationem habet ipsam habere videri, quia illa regula procedit in iudicijs vniuersalibus, secus autem in iudicijs particu-
18 laribus. l. Imperator. 70. D. de leg. 2. † Neque huic distinctioni obstat tex. in d.l. huiusmodi. 86. §. 1. D. de leg. 1. vbi eadem res duobus testamentis fuit legata, & legatarius ex priori consequutus pretium excluditur à petitione rei, ex secundo testamento. Quoniam respondẽdum est, hanc distinctionem Iustin. obtinere quando verè sunt duo legata valida, & distincta duorum testatorum, tũc enim quærimus de potestate agendi, suppositа vtriusq; voluntate, at in d. §. 1. vnicum fuit legatum diuersis testamentis relictum, & sic quæritur de voluntate, vtrùm scilicet secundus testator multiplicare legatum voluerit, vnde cum secundus testator heres esset primi testatoris, qui ex iudicio eius tenebatur rem in secundo testamento relictam post duos menses præstare, legando purè eandem rem, præsumitur per hoc legatum solum voluisse cõmodum repræsentationis legatario præstare, id est, vt statim ex hoc testamento possit agere.

§. *Ea quoque res.* 8.

1 *Futurum quod nondum est, esse tamen sperатur legari potest, ineſtque tacita conditio, si nascatur, explicatur sequen. num.*

3 *Legatum rei quæ nondum est, quamuis tacitam conditionem habeat si nascatur, aut res in esse producatur, non tamen est conditionale.*

1 QVæ nondum sunt, futura tamen sperántur, rectè possunt legari, ineſtque legatis tacita conditio, *si nascantur, aut in rerum naturam producantur.* Idem in l. quod in rerum 24. in princip. D. de leg. 1. l. etiam. 17. D. de leg. 3. l. 1. versic. *ineſt*. D. de condit. & demonstrat. l. nec emptio. 8. D. de contrah. emp. l. & quæ nondum. 15. D. de pignorib. l. interdum. 73. D. de verb. oblig. cum alijs quibus cõsonat. l. 20. tit. 11. part. 5. l. 12. tit. 9. part. 6. Ex quibus constat, & in legatis, & in cõtractibus, quod nondum est, futurum tamen speratur rectè duci posse. † Illud tamen obseruandum
2 est, per vendicationem ea non relinqui, vt ex relatis iuribus constat, & nominatim docet Caius lib. 2. Instit. ti. de leg. quia cum quo tempore legantur non sunt in dominio testatoris, neque in legatarium transferri poterant.

3 Planè † quamuis tacita insit conditio *si nascantur*, d.l. 1. non tamẽ legatum conditionale est, ex regula. l. conditiones. 99. D. de condit. & demonstrat. propterea que non impeditur transmissio. l. quod pure. 6. §. 1. D. quando dies legat. ced. quæ non admittitur quoties cõditionale est legatum. l. vni. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. & ita intelligitur tex. in d. l. interdum. ibi. *dilationem capit*. l. cum certus. 5. D. de tritico, vino, & oleo
4 legato. † Quare si fructus nõ nascantur, nihil heres præstare tenebitur, vt in dictis iuribus, nec sequetes anni expectandi sunt, quia de primo tantum anno legatum est intelligendũ argumẽto tex. in l. boues. 79. §. hoc sermone. D. de verb. sig. nisi culpa heredis interuenerit in primo illo anno, tunc enim propter suam culpam ad interesse tenebitur, agumento. l. si iactum retis. 12. D. de actionib. empt.

§. *Si eadem res.* 9.

1 *Iuris accrescendi materiam Iust. hic methodicè proponit.*

2 *Ius accrescendi locũ habet, duobus re cõiunctim, disiunctim vè relicta, vno ad eam perueniète.*

3 *L. si Titio aut Seio. 16. D. de leg. 2. & nu. 35.*

4 *L. Titius. 11. l. interdum. 13. in princ. D. de heredib. instit. & num. 36.*

5 *L. 3. in princ. l. sicut. 5. D. de adim. leg. & n. 40. & sequent.*

6 *L. si Titio & ei 7. D. de leg. 2. & num. 55. & sequent.*

7 *L. fin. §. Seio. D. de leg. 2. & n. 74. & seq.*

8 *L. plane. 34. §. cisi coniunctim, D. de leg. 1. & num. 34. & 77.*

9 *L. Huiusmodi. 84 § si Titio, & Mœnio. D. de leg. 1. & num. 80.*

10 *L.si duobus.16.in princip.in.§.fin.D.de legat. 1.& nu.88.*
11 *L. mulieri & Titio.74.D.de condit. & demonstra.& num.93.*
12 *L.sed etsi.3.§.sed etsi cõiũctim.D.de leg.præst. & num.98.*
13 *Ius accrescendi locum habet inter coniunctos cõiunctione legali.*
14 *L.& Proculo.20.D.de leg.2.& n.99.*
15 *L.cum singulis, pennlt. D. de vsufruct accrescend.& nu.108.*
16 *Iuris accrescendi materiam qui disputent.*
17 *Coniunctio duplex, alia legis, alia hominis, & quæ legis,& quæ hominis.*
18 *Coniunctio hominis triplex, Realis, Verbalis, mixta.*
19 *Coniunctio Realis, quæ, quæ verbalis, & quæ mixta.nu.20.& 21,& nu.104.*
22 *Coniunctionis quoties fit mentio, mixta, quæ cæteris potior est intelligitur.*
Ius accrescendi non esse inter re coniunctos, sed potius ius non decrescendi, bonis probatur testimonijs.
24 *L.1.§.interdum.D.de vsufruct.accres.*
25 *Interpretatio Bart.ad eum tex.*
Ius accrescendi vtrũ in vsufructu sit & n.113
26 *Ius accrescendi etiam inter re coniunctos.*
27 *Ius accrescendi definito.*
28 *Ius accrescendi qua ratione in hereditatibus inductum sit.*
29 *Ius accrescendi in legitimis hereditatibus, quare inductum.*
30 *Ius accrescendi in legatis, qua ratione inductũ.*
31 *Heredibus etiam inuitis deficientium portiones accrescunt, non ita legatarijs, nisi reali, vel mixta coniunctione iungantur.*
32 *Coniunctio Verbalis ab initio partes inter legatarios facit: Realis, concursu, quid in mixta iuris sit sequentib.numeris discutitur.*
33 *L.coniunctim.80.D.de leg.3.*
34 *Legato damnationis coniunctim relicto partes ab initio legatarij habent, & non admittitur ius accrescendi,& nu.69.& num.76.77.& sequentibus.*
35 *Alternatiua, disiungit, tribuitq; vnicuique integrum, ac si solus esset nominatus.*
37 *L.fin.C.de impub.& alijs substit.*
38 *L. Lucius.90 §. Lucius Titius testamento. D. leg.2.*
Distributo nomine vocati perinde admittuntur, ac si proprio nomine vocarentur.
39 *Collectiuo nomine vocati vnius loco habentur.*
40 *L.si quis eum.16.in princ.D.de vulg.*
Interpretatio communis l.sicut.5. D. de adim. leg. [50. & 53.
41 *L.Iulianus.15.D.de hered.instit.& nu.47.&*
42 *Reprehenditur communis intellectus.d.l. sicut.*
43 *Indefinita verba æquipollent vniuersalibus.*
44 *Relatiuum,* quod, *totum refert & demonstrat,* & 46.
45 *Dictio,* quoque, *repetitiua præcedentium.*
46 *Alia interpretatio.d.l.sicut.*
47 *Pronomen,* Idem, *habet implicitam copulam, & potius auget quàm minuit.*
48 *L.si pluribus.D.de leg.1.*
Translatio legati, an coniunctio sit, quando diuersis orationibus, duobus eadem res relinquitur, ex coniecturis eliciendum est, quæ n. sequentib.proponuntur.
49 *L.non ad ea.89.D.de condit.& demonst.*
50 *Legata adimuntur facilius, quàm hereditates, & quare, ex illustrissimo Franc.Mantica.*
51 *Legata quẽadmodum nõ nisi verbis relinqui possunt, ita ipso iure non nisi verbis adimuntur.*
52 *L.ex parte 22.D.de adim.leg.*
Legata tacita voluntate reuocantur.
55 *Indignus, qui non ad suam, sed ad fisci vtilitatẽ capit, facit partem,& nu.57.*
Communis interpretatio.l.si Titio,& ei.7.D.de legatis.2.
56 *Verbum,* capere, *ad indignum referri solet.*
58 *Indignitatem nemo, nisi solus fiscus opponere potest.*
Ius tertij nemo alius opponere potest.
59 *Refellitur communis.d. l. si Titio & ei. interpretatio.*
Ius accrescendi in hereditatibus fiscus impedire non potest,& quare? secus in legatis.n.62.
60 *Ius accrescendi ante aditam hereditatem, non post aditam locum habet.*
63 *Deportatus omnino legati incapax est ideò ei relictum coniuncto, aut heredi accrescit, non fisco contra Bart.*
64 *Ponderatio d.l.si Titio.contra Bart.*
65 *Lanceloti Polyti intellectus ad d. l.si Titio.*
Ius accrescendi locum non habet, diuersis rebus relictis.
66 *Ius accrescendi locum non habet summis siue quantitatibus relictis, iuxta communem, quæ sequentib.num.improbatur.*
67 *L.qui duobus.22.D.de condit. & demonst.*
68 *Dicta.l.si Titio & ei. inducitur cõtra Polytũ.*
69 *Dict.l.si Titio. & verus sensus & intellectus.*
Ius accrescendi regulariter admittitur in legatis per indicationem relictis, secus si per damnationem.
70 *Dicta. l. si Titio & ei. corrigitur ex nostro textu.*
71 *L.si is qui duos.30.D.de liberat.legata.*
73 *Lex Papia de quibus incapacibus loqueretur.*
74 *L.planè 34.§.si duobus.D.de legatis.1.& nu. 81.& 87.*
75 *Portio accrescit portioni, non personæ.*
76 *Ius accrescẽdi cessat, cũ scit testator in alicuius ex legatarijs legatum ab initio nullum esse.*
79 *L. vnica. §. & cum triplici.C.de caducis tollendis.*
83 *Interpretatio Iac.Cuia.ad l.huiusmodi 84.§.Si Titio,& Mœuio.D.de leg.1.*
84 *Reprehenditur Iac.Cuiac.interpretatio.*

85 *Noua d.§.Si Titio interpretatio.*
86 *Ius accrescendi cessat, quoties si legatarij cõcurrerent, alter rem, alter æstimationem haberet.*
88 *Ius accrescendi cessat in legatis quæ habẽtur pro non scriptis, quoties legatarij ab initio non solidum, sed partes habent, & explicatur sequẽt.*
93 *Ius accrescendi cessat inter diuerso iure succedẽtes, veluti si vnus iure communi, alter speciali admittatur, iuxta communem, & num. 98. quæ sequen. numeris improbatur,*
94 *Ius accrescendi admittitur, etiam in vsufructu inter mixta coniunctione coniunctos.*
95 *Dictio*, quandiu *temporalem exclusionem significat.*
99 *Ius accrescendi inter coniunctos coniunctione legali locum non habet, & contra communem & nu. sequent.*
100 *Ius accrescendi in heredibus institutis non ratione coniunctionis, sed alia admittitur.*
101 *Ius accrescẽdi in legitimis successionibus, quare admittatur.*
103 *Ius accrescendi locum non habet inter legatarij heredes ad quos legatum non agnitũ transmißum est.*
105 *L. si duobus 41. D. de leg. 2. l. 1. §. 1. D. de vsufru. accrescend. & num. seq.*
106 *Ius accrescendi locum habet, legato vsufructu, seruo communi, secus si proprietas sit legata & quare.*
107 *Vsusfructus quotidie nascitur, & quotidie cõstituitur.*
108 *Ius accrescendi locum non habet, quoties eadẽ res duobus diuersis testamentis relinquitur, nisi iuris fictione pro vno habeantur.*
109 *Ius accrescendi cessat, quando eadem res à diuersis tamen heredibus relinquitur.*
111 *Elegans limitatio regulæ huius tex.*
112 *Vsusfructus pluribus legatarijs relictus in vnaquaq; persona diuersus & distinctus vsus fructus est.*
113 *Ius accrescendi in vsufructu an admittatur.*
114 *Ius accrescendi locum non habet in vsufructu inter verbis tantum coniunctos cum Accur. contra communem, secus in proprietate, & quare. num. 119.*
115 *L. inde Neratius. 4. D. de vsuf. accrescen.*
117 *L si duobus. 2. D. de vsufr. accrescend.*
120 *Ius accrescendi in vsufructu locum habet in mixta & reali coniunctione, & quare?*

1 CElebris est hic Iustiniani locus, & qui in difficillima tractatione iuris accrescendi inter reliqua iuris Ciuilis caput extulit, & longissimos sanè commentarios exigebat, sed eos non fert nostrum institutum, ne tamen eo colore tam aridè, & ieiunè eius disputationem percurramus, vt hactenus fecerunt alij paulò latius agemus. Sed ecce sententiam tex.

2 Si eadem res duobus coniunctim, disiunctim vè legata sit, si ambo perueniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, vno vero deficiente tota alteri conceditur. Idem deduces ex l. 1. in princip. & in §. 1. §. idem ait. §. idem est §. interdùm. l. inde Neratius 4. versic. *toties.* & §. 1. l. si tibi proprietas 5. l. idem est. 7. §. si mihi. l. si quis Titio 8. l. interdũ. 11. D. de vsufru. accres. l. si quis ita. 66. D. de heredibus instit. l. si duobus. 16. §. fin. l. si pluribus. 33. l. planè. 34. §. si duobus. D. de legatis. 1. l. si duobus 41. l. Mœuio. 42. D. de legat. 2. l. coniunctim. 80. l. re coniuncti. 89. D. de legatis. 3. l. quidam relegatus. 6. §. fin. cum duabus legibus sequentibus D. de rebus dubijs. l. triplici. 142. D. de verb. sign. l. vnica §. vt autem, & §. is ita. C. de cad. toll. cum pluribus alijs, inf. referendis, quibus consonat. l. 33. tit. 9. part. 6. explicant referendi inf.

3 Sed contra † nostrum tx. sic argumentor, si testator ita legauerit, *Titio, aut Seio heres meus dato*, cõstat disiunctim eis esse legatum ex illa dictione, & verbo, *aut*, cuius planè natura est seiungere, & separare, sed hoc casu, si ambo perueniant ad legatum, nõ scinditur inter eos, sed vterq. perinde petere poterit, ac si ei soli legatum foret, l. si Titio aut Seio. 16. D. de lega. 2. ergo contra nostrum tex. qui concursu vtriusq; legatarij partes fieri probat.

4 Secundo sic argumentor. † In materia iuris accrescendi certissimum est, idem in legatis quod in hereditatibus admitti, vt infernus audiemus. Sed si quis ita dicat: *Titius heres esto, Caius, & Sempronius heredes sunto*, concurrentibus omnibus constat, inter eos non scindi, aut diuidi hereditatem, sed semissem Titium, alterum semissem Caium, & Sempronium habituros. l. Titius. 11. coniuncta. l. interdum. 13. in princ. D. de hered. instituend. ergo contra nostrum tex. in versic. *si ambo.*

5 Tertio contra nostrum tex. & exemplum propositum in vers. *disiunctim*, sic argumẽtor. Cum eadem res, quę vni relicta erat alteri legatur, inducitur potius trãslatio legati, quam coniunctio tex. in l. si quis eum. 16. in prin. D. de vulg. l. 3. in prin. l. sicut. 5. D. de adimẽ. lega. ergo quamuis legatarij concurrant, non omnes sed vnus tantum legatum habebit.

6 Quarto contra nostrum tex. in versi. *vel alio quoquo modo defecerit.* sic argumentor: Si Titio & ei, qui capere non potest, decẽ legata sunt, quamuis incapax non admittatur, neque partem legati habeat, nihilo magis Titius illud integrum habet, sed quinque sola illi dantur. l. si Titio, & ei 7. D. de legatis. 2. ergo contra nostrum tex.

7 Quinto contra tex. ibidem obijcio difficile. l. C. responsum in l. si. §. Seio. D. de legatis. 2. vbi legatum relictũ Seio, & eius vxori Marcellæ sub cõditione. si Seius qui primo heredi substitutus erat heres nõ extitisset, cõditione existente, etsic Seio herede facto, pro dimidia

tantum parte acquiritur Marcellæ collegatariæ, cum tamen ex ratione & verbis nostri tx. totum legatum ei acquiri videretur, siquidem ad legatarium, eundemque maritum Seiũ pertinere non potuit, ex ratione l. legatum. 119. §. 1. D. de legat. 1. quia nempè à semetipso nõ potuit legari, quo in casu totum legatũ pertinere ad collegatarium præter generalem regu 12
lam huius tex. nominatim docet Consultus in d. l. planè. 34. §. si duobus. D. de leg. 1.

8 Sexto, bifariam contra nos sermonem I. C. instituit in d. l. planè. §. si coniunctim notans, quod si coniunctim duobus aliquid legetur, non concursu, vt apud Iustin. hic, sed ab initio partes fiunt. Item etiam, quod etsi in alterius collegatarij persona portio non cõsistat nihilo magis alteri accrescit contra regulam huius 13
nostri tex.

9 Septimo, & non leuius obstat difficilis tx. in l. huiusmodi. 84. §. si Titio & Mœuio. D. de leg. 1. vbi si Titio & Mœuio, Stichus qui Titij erat, legatus sit, pars tantum Stichi Mœ- 14
uio debetur, alia autem pars, quæ Titio non acquiritur, ex reg. l. proprias res. C. de legatis. Mœuio non accrescit.

10 Octauo † grauiter obstat tex. in l. si duobus. 16. in princip. D. de legat. 1. dum I. C. præ 15
supponit ibi, portionem eius qui in rerum natura non est, non accrescere collegatario, cum contrarium omni iure obseruatum fuisse doceat Iustinianus hic, & nominatim, in l. vnica. §. in primo. C. de caducis tollend. I. C. in l. quo loco. 20. §. fi. D. de hered. instit. Quæ quidem difficultas augetur ex eadem. l. si duobus. §. fi. vbi ferè in eadẽ specie in legato, relicto Titio & posthumo, qui ante quam nascatur vere in rerum natura non est l. quod in rerum. 24. 91
in princip. D. de legat. 1. l. sed si plures. 10. §. quos possum. D. de vulg. ius accrescendi locum habere respondet Consultus, idemque probat textus. in l. quidam relegatus. 6. §. fin. cum duabus legibus sequentib. D. de reb. dub.

11 Nono & grauius contra nostram sententiã, & Iustiniani decisionem insurgit Papinian. in l. mulieri, & Titio. 74. D. de conditionib. & demonstrationib. vbi constat Titij portionem defeciſſe propter conditionis defectum, vt cõstat ex eius verbis, ibi: *nec si Titius, qui conditione defectus est*, conditio enim illa, *si non nupserit mulier*, quãuis habeatur pro adimpleta quoad ipsam mulierẽ, etsi non nubat, quia beneficio legis remittitur. l. cum tale. 71. §. si arbitratu, & §. Mœuio. l. sed si hoc. 62. §. fi. l. hoc modo. 63. D. de condit. & demonst. tamen quoad portionem Titij omnino deficit sequutis nuptijs. l. 1. C. de indicta viduitate, & nihilominus quãuis Titius conditione defectus fuerit eius portionem mulieri non accrescere contra notissimas iuris regulas dicitur, sed tantum vsusfructus partem mulierem habituram. Quæ difficultas augetur, dum ait Papinianus, quod neque Titij repudiatio mulieri prodesse potest: nam si beneficio legis tantum sequitur mulier, quantum haberet si conditioni paruisset, ergo repudiatio ei prodesse debet, quia si conditioni paruisset mulier, vtiq; portio Titij repudiata ei accresceret.

Decimo † contra nostrum tx. non minus vrget. l. sed etsi 3. §. sed etsi coniunctim. D. de legat. præstand. quo in loco I. C. scripsit, quod si cõiunctim alicui ex liberis & tertio relictum legatum sit in testamento quod per bonorum possessionem contra tabulas, ruptum fuit, quãuis tertio legati portio non præstetur (quia ex liberis non est, quibus tantũmodo conseruantur legata) nihilominus filio non accrescit.

Vndecimo † sic argumentor: Inter coniunctos coniunctione legali ius accrescendi locum habet, vt mox dicemus, sed domini communis serui coniuncti sunt coniunctione legali, quia ad legatũ siue relictum simul admittuntur. l. seruus cõmunis. 67. D. de acq. her. † & tamẽ si legatum seruo communi relinquatur, & alter ex dominis repudiet portio repudiata alij non accrescit. l. & Proculo. 20. D. de legat. 2. ergo contra nostrum tex.

Duodecimo & vltimò sic argumentor, inter coniunctos cõiunctione verbali, locus est iuri accrescendi, vt statim audiemus, sed si duobus coniunctim æquis partibus vsusfructus relictus est, & aliter non admittatur, portio deficiens collegatario non accrescit. l. cum singulis penultima. D. de vsufru. accresc. ergo contra nostrum tex.

His tamen argumentis non obstantibus verissima est conclusio, quam ex hoc nostro textu desumpsimus, verum † quia quando in hanc iuris accrescendi tractationem incidimus, ex difficilioribus sanè totius iuris ciuilis, & non omnes eius disputari à nobis articuli sigillatim possunt, pro eorum explicatione, & huius rei elucidatione præter ordinarios hic, & repetentes in d. l. re coniuncti, & in l. vnica. C. quando non pet. partes pet. accrescere videndi sunt Vld. Zasius lib. singul. respons. ca. 18. Andr. Alciat. lib. 4. Paradox. ca. 8. & cap. 9. Ioan. Robert. lib. 2. sentent. ca. 24. & 25. Ant. Goueanus. lib. animaduers. tract. iuris accrescen. Forcatulus in Næcyomantia dialog. 59. Petr. Loriotus, de apicibus iuris, tract. 6. de coniunctis & disiunctis. Petr. Gregorius. 3. par. Syntagm. lib. 46. tit. 11. cum seq plura vtiliter Iacob. Menochius, de præsumptionibus. lib. 4. præsumptione. 36. num. 21. præsumptio. 39. num. 83 præsumptio. 49. num. 17. præsumptio. 14. num. 4. præsumptio. 61. num. 2. præsumptio. 86. ex num. 1. præsumptio. 149. præsumpt. 158. & 159. & præsump. 201. nu. 94. Gregor. Lopez in d. l. 33. glo. 6. & 8. tit. 9. par. 6. Anton. Gomez. 1. tom. variar. cap. 10. per totum.

totum. & nouissime Didac. Spino in Speculo testamentorum. glossa. 9. principali, qui sub num. 1. infinitos authores ex nostris quoque refert. Et qui omnium optimè rem prosequitur Francis. Duaren. lib. 1. & 2. de iure accrescendi. Verùm quo lucidiùs quæ iuxta nostrũ textum dicturi sumus percipiantur, pro rei ex
17 plicatione primò præmittendum est, † duplicem coniunctionẽ esse ex qua ius accrescẽdi resultat: *Alteram legis, Alteram hominis.* Coniũctio legis dicitur quoties plures à lege Ciuili, vel Prætoria simul & coniunctim ad eandẽ rem vocantur, cuius exempla passim reperies in l. 1. §. 1. D. de vsufruct. accrescen. in l. seruus communis. 67. D. de acquir. hered. l. 3. §. fi. D. de bonor. possess. l. si ex pluribus. 9. D. de suis & legit. l. vnica. C. quando non pet. part. petent. accresc. de qua coniunctione agemus
18 in resolutione vndecimi argumenti † Coniunctio vero hominis dicitur quoties ab homine pluribus eadem res relinquitur, vt in exemplo nostri textus, & similiũ. Hæc triplex est, *Realis tantum; Verbalis tantum: Mixta re & verbis.* d. l. re coniuncti. 89. D. de leg. 3. d. l. Tripli
19 ci. 142. D. de verb. signific. Realis † coniunctio illa est, quæ re tantũmodo legatarios coniungit, veluti. *Titio fundum Cornelianum do lego.* Mox in alia oratione. *Seio fundum Cornelianũ*
20 *do lego.* Verbalis, † quæ ita concipitur. *Titio & Seio fundum Cornelianum æquis partibus do le*
21 *go.* † Mixta autem quando re, & verbis simul legatarij coniunguntur hoc modo. *Titio, & Seio fundum Cornelianum do lego.* Colliges ex d. l. re coniuncti. d. l. Triplici, nostro. §. si eadẽ res Accursio in dictis locis, & in l. 1. §. fi. D. de vsufru. accrescen. Bart. n. 6. in d. l. re coniuncti. Duaren. lib. 1. de iure accresc. cap. 6. & sequen-
22 tibus. † Mixta, cum cæteris potior sit, quoties in iure coniunctionis fit mentio, semper subintelligitur, ex regula. l. quæritur. 10. D. de testam. hom. probat. l. 1. in princip. & in §. interdum. D. de vsufru. accrescen.

23 Planè † cum realis coniunctio in diuersis orationibus fiat, & concursu legatarij partes faciant, non ex verbis testatoris. l. coniunctim 80. D. de leg. 3. l. Inde Neratius. 4. D. de vsufr. accres. qui re coniuncti sunt, aliquando nõ cõiuncti, sed disiuncti appellãtur, vt in l. 1. §. Interdum. D. de vsufru. accresc. l. vnica. §. his ita. C. de caduc. toll. & maximè in hoc nostro tx. ibi. *Siue disiunctim*, & ibi. *Disiunctim, ita Titio hominem Stichum do lego, Seio hominem Stichum do lego.* Quo fit, vt altero ex his deficiente nõ admittatur per ius accrescendi, sed per ius non decrescendi. dict. l. vnica. §. Vbi autem. versic. *Sin verò*, ibi. *tunc non vacuatur pars quæ deficit, nec alijs accrescit*: Quem textum ad hoc expendit Bartol. in dict. l. re coniuncti, num. 20. & est recepta sententia, vt post Iason. & Ripam ibi, latè defendit Petr. Peralta in l. & Proculo. num. 37. D. de legat. 2. Francis. Duaren. lib. 1. de iure accrescendi, cap. 11. Eleganter insinuare videtur Vlpianus in l. etsi paciores. 4. ibi. *Si plures quàm tres, decrescere de ea parte ex qua heres factus est.* D. si pars. hered. pet. Iustinianus in §. videamus, versic. *Et ex diuerso.* ibi. *Si plures heredes scriptis in portionibus sint, tacitè singulis decrescere.* Cuius rei ratio in obscuro non est, quia videlicet in proposita coniunctionis specie, cuilibet in solidum res relinquitur, vnde nihil est, quod ei possit accrescere, ex dict. §. Vbi autem. ibi. *Quia sermo testatoris omnibus prima facie solidum ad signare videtur.* l. si mihi & tibi. 12. ibi. *Ex meo legato.* D. de legatis. 1. l. vtrùm. 8. ibi. *Quasi abinitio tibi solido relicto.* D. de rebus dubijs ea enim coniunctionis realis natura est, vt tota res singulis data sit, partem autem, siue partes legatarij per concursum faciant. d. l. cõiunctim, & latiùs inf. dicemus.

24 Verum † his grauiter obstat difficilis textus in l. 1. §. interdum. D. de vsufruct. accrescend. vbi inter coniunctos re datur ius accrescendi.

Cui tamen Bart. in d. l. re coniuncti. n. 21. respondet specialiter procedere in vsufructu, qui cum semel acquisitus fuerit legatarijs, diuisus est semel, vnde si postea alter partem suam repudiet verè dicitur accrescere, quam solutionem firmans communem defendit ibi dem Bolognetus, num. 238. Sed repugnant
25 verba † dictæ. l. 1. dict. §. interdum. ibi. *Quod & in proprietate contingeret.* Vbi quo ad ius accrescendi idem constituitur in proprietate, vt altero ex re coniunctis repudiante, alter eius partem acquirat per ius accrescendi: & illud solum speciale est in vsufructu, vt post acquisitam portionem possit alteri accrescere, si postea deficiat repudiatione, vel capitis diminutione, ex Iurisconsulti ratione. ibi. *Vsusfructus quotidie constituitur, & legatur.* Quod secus esset in proprietate, quæ semel acquisita, etsi postea repudietur non pertinet ad coniunctum per ius accrescendi. l. aquam 16. §. fi. D. quemadmodum seruitus amitt. tradit Bart. in d. l. re coniuncti. nu. 49. resoluit Iaso. num.
26 233. † Vnde contra Bart. & communem dicendum est, inter re coniunctos etiam in proprietate dari ius accrescendi. l. hac scriptura. 26. §. fin. l. si separatim. 30. D. de conditio. & demonstrat, reiecta interpretatione eiusdem Bart. in d. l. re coniuncti. nu. 22. qui post Accurs. vtrobiq; exponit verbum *Accrescere* pro *non decrescere.* Item & ex eo, quia cum re coniuncti per concursum diuidant, & partes faciant, & vnusquisque alterutrius legatũ diminuatex nostro tex. & mox dicendis, si alter repudiet non impropriè dicitur accrescere ius non diminuẽdi portionẽ suã. Nec contrarium probat tex. in d. §. Sin autem. versic. *Sin verò.*

quia non simpliciter dicitur deficientem portionem non accrescere, sed non ita accrescere, vt alterius qui primus accepit legatum augere videatur.

27 Secundò † præmittendum est ius accrescendi, quod ex tribus illis coniunctionibus resultat, & nascitur, variè definiri per repetentes in d.l. re coniuncti. & in d.l. 1. C. quando non pet. part. Sed eam ego definitionem semper probaui, vt sit, *ius retinendæ nanciscendæve portionis coniuncti deficientis*, quæ comprobatur ex l. qui ex duabus. 53. §. 1. D. de acquirend. heredit. d.l. vnica. C. quando non petēt. partes. d.l. vnic. §. his itaque. & §. sin vero. C. de caducis tollendis. Diximus autem *nanciscendæ, retinendæve portionis*. Vt ita non solùm *ius accrescendi*, verùm etiam *ius non decrescendi* comprehenderemus, quod (vt diximus) proprius locum habet, vbicumque partes non ab initio, sed concursu fiunt, quæ iuris accrescendi & non decrescendi differentia à Iustiniano primò fuit obseruata, in d. §. Vbi autem, cum tamen à veteribus prudentibus hæc non tam subtiliter obseruarentur, qui & accrescere dicebant, etiam quoties pars non decrescebat. d. §. interdum. cum alijs sup. relatis.

28 Qua † autem ratione accrescendi, & non decrescendi ius fuerit inductum, quamuis quo ad hereditates pertinet in obscuro non sit, ex d.l. qui ex duabus 53. §. 1. D. de acquir. hered. Accrescit enim coheredi pars hereditatis deficiens etiam inuito in successione testamentaria, nequis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus contra regulam. §. hereditas. sup. de hered. instit. ex ijs quæ ibi latè dixi-

29 mus. † In ea & in legitima, quia absurdum est eiusdem vniusque testatoris hereditatem partim agnoscere, & partim repudiare. d.l. vnica. §. his itaque. C. de caducis tollendis. cum enim heres vice defuncti fungatur, & vna eademque persona fictione quadam iuris habeatur, authentic. de iureiurando à mort. præst. cum alijs relatis suprà ad Rubricam de hered. instituend. atque ita quodam modo ad huc viuere intelligatur is qui decessit alio in locum eius suffecto, & in his fictionibus Prudentes semper naturam imitentur. §. minorem Instit. de adoptionibus absurdum sanè similiter videbatur quemquam defunctum fingi in rerum natura esse pro parte tantum, cum verè id esse non possit, quā rem latè exornat Franc. Duaren. lib. 1. de iure accrescen. cap. 2. (etsi quoad ius accrescendi legitimarum successionum, iuxta nostram sententiam infrà sub vndecimo argumento alia sit obseruatio.)

30 † Cæterùm quoad legata (de quibus nunc loquimur) non satis constat, dicendum tamen est, ex tacita defuncti mente induci, namque in legato duobus coniunctim, partibus distributis, relicto, constat eum voluisse inter legatarios rem diuidere, quo casu vterque admitti vellet. l. si Titio & Mæuio. 61. §. Iulianus. D. de legatis. 2. Idemque quando re tantum coniunguntur, præsumpta similiter testantis mens hoc inducit, vt pariter admittantur scindaturque inter eos legatum, quia non est verisimile voluisse heredem suum ita grauare, vt bis eandem rem præstaret argumento. l. vnum ex familia. 67. §. si rem. D. de legatis. 2. l. Sticho. 36. D. de vsufru. legato. quare vbi alter non admittitur, ex eadem voluntate collegatario portio accrescit: vel non decrescit, quia quasi substitutus ex eadem voluntate testatoris intelligitur. d. §. Iulianus. Vnde ad eum cum eodem onere portio accrescit ex eodem. §. & dict. l. vnica. §. vbi autem. C. de caducis tollendis. † Illud autem est omnino 31 inter hereditates, & legata maximum notandum discrimen, coheredibus etiam inuitis deficientes portiones ex relatis rationibus accrescere: non ita collegatarijs, quia in eis non militant. Nisi mixta vel reali coniunctione iungantur, tunc enim cum non accrescat portio, quia ab initio totum legatum legatarius habet dict. §. vbi autem. ad finem. isque legatum pro parte scindere nō possit. l. neminem. 4. D. de legat. 2. integrum legatum ex iure non decrescendi habebit. ad quæ reducenda sunt quæ latè repetentes tradiderunt in d.l. re coniuncti. maximè Ioan. de Villalonga qui duodecim cumulat rationes in præludijs illius repet. & alij in d.l. vnica. C. quando non pet. partes petentib. accres.

32 Vlterius † præmittendum est, quod etsi variè inter interpretes nostros hic, & in dictis locis controuersum sit, nunquid in his coniunctionibus, ex quibus ius accrescendi resultat ab initio, an verò concursu partes fiant; crebriùs placuit, in verbali coniunctione partes ab initio à testatore designari. d.l. re coniuncti 89. ibi *quoniam semper partes habēt legatarij*. D. de legat. 3. In reali, concursu fieri, tex. hic. ibi. *Si ambo perueniant ad legatum scinditur inter eos legatum*, coniuncto tex. ibi. *Sine disiunctim*. & ibi. *Disiunctim*. l. inde Neratius. 4. D. de vsufr. accres. quia cum sermo testatoris partes legati non distribuat solidum vnicuiq; tribuere videtur ab initio. d.l. vnica. §. Vbi autem. versic. *Sin verò non omnes*. C. de caduc. tollen.

In mixta † quæstionis est; Celsus in d.l. 33 coniunctim. 80. D. de legat. 3. & in hereditatibus & legatis coniunctim relictis partes concursu fieri docet Vlpian. ab initio partes fieri in hac eadem coniunctione probat. in d.l. plane. 34. §. si coniunctim. D. de legat. 1. Celsi sententia in d.l. coniunctim. verior est, quæ in mixta cōiunctione est intelligenda, quidquid inuoluat Zazius lib. 1. singul. intellect. & responsorum. ca. 18. qui perperam putabat eam in reali

in reali tantùm loqui. Sed cum in ea, non coniunctim, sed disiunctim & separatim legetur, tex. hic, & in d.l. vnica. §. Sin autē disiunctim. C. de caducis tollendis, d.l. si separatim. 30. D. de condit. & demon. malè loqueretur Celsus si de reali coniunctione verba faceret & coniunctim legari diceret: loquitur ergo de mixta quæ cum participet de natura simplicium, & à coniunctione verbali orationis coniunctionem accipiat, à reali quidem nihil aliud accipere potest, nisi vt concursu partes fiant. † Neque obstat tex. in d.l. planè. §. si coniunctim, quoniam omissa interpretatione eorum, qui putarunt de verbali coniunctione eum tex. loqui, quæ conuincitur ex suprà in versi. *verum quo luciduis.* notatis. Item etiam, & ex exemplo ibi ab Vlpiano relato, in versicu. *Vt puta.* quod mixtæ coniunctioni magis cōuenit, respondendum est Vlpianum ibi loqui in legato damnationis, in quo illud semper fuit obseruatum, vt si coniunctim legatum esset relictum, semper partes haberēt legatarij, vt docuit idē Vlpian. in fragmen. tit. 24. Caius in Instit. lib. 2. tit. 5. Cuius rei rationem scripsit Iacob. Cuiacius ad Africanum tracta. 5. ad l. qui vsumfructum. §. vsusfructus. D. de vsufruct. quia videlicet in legatis damnationis, heres qui dare damnatus est, singulis diuisim dare damnatus videtur. prosequuntur Forner. in d.l. triplici. 142. D. de verbor. signifi. Baldui. in Iustiniano lib. 1. fol. 113. ergo in d. §. si coniunctim. ideo legatarij partes ab initio habent quia legatum fuit damnationis, quod ex eo colligitur, quia statim ibidem Vlpianus docet, eos in quorū persona legatum non consistit, partem facere, id est impedire ius accrescendi, quod huius generis legati proprium est, si coniunctim relinquatur, vt latius infrà ad sextum, & anteà ad quartum argumentum dicemus. 34

35 His † pro exornatione nostri textus auditis, vt argumenta, quæ contra eum adduximus diluamus oportet. Principio igitur non obstat primum ex d.l. si Titio aut Seio. 16. D. de legatis. 2. loquitur enim Iul. Paul. ibi in longe alia disiūctione, quàm nos, Iustin. enim hic disiunctim illis legari ait, quibus eadem res diuersis orationibus relinquitur, vt in versiculo. *Disiunctim* explicat, quos tamen constat, quia ad eandem rem vocati sunt, re coniunctos esse d.l. re coniuncti. admittique, ex ratione suprà animaduersa, si concurrant viriles partes sibi facientes, ex nostro tex. ibi. *Scinditur inter eos legatum.* cum similibus, itaque hi quamuis disiuncti sint, re tamen sunt coniuncti. Iul. Paul. vero in d.l. si Titio aut Seio. in eis legatarijs loquitur, quos nec res, nec oratio coniungit, vt concurrere possint: Sed potius alternatiua disiungit ita vt duo rei credendi efficiantur, here de electionem remorante, & ita vnusquisque solidum legatum habeat, non quidem ratione coniunctionis, quæ nulla est, vt constat, sed ex voluntate testatoris, qui vnicuique solidum dari voluit, duosque reos credendi fecit, quo casu heres electionem omitteret, l. cum quidam. 24. D. de legat. 2. quemadmodum & duos reos debendi quando ita legauit, *Lucius Titius heres meus, aut Mœuius heres meus decem Seio dato.* Potest enim Seius cum vtro velit agere: ita tamē vt si cum vno actum sit, & solutum, alter liberetur. l. si ex toto. 8. §. si ita scriptum. D. de legat. 1. l. ille aut ille. 25. in prin. D. de legat. 3. ratio est, quia alternatiuæ natura est vnicuique tribuere actum in solidum. Authent. si quando. in fine. C. de constit. pecun. tex. in l. 2. vbi notat Bart. & omnes. D. de duob. reis. quia vnicuique legatario testator dare voluit, & vniuscuiusque heredis fidem sequutus fuit. l. eandē 9. in prin. versi. *Testamento.* D. de duob. reis. Ergo si in d.l. si Titio aut Seio. eligat heres, is quem elegerit præferendus erit, vt consultus docet, & notant Barto. & Paul. in l. penul. nu. 2. C. de verb. sig. Iaso. in d. §. si ita scriptum. nu. 14. Si verò non eligat, quàm cito potest, propter illius moram vterque legatarius admittitur ex d.l. cum quidam. quo casu cum vterque admittatur ex legis dispositione ab eo tempore alternatiua operabitur effectum suum, & legatarij censebuntur duo rei credendi. Vt Iul. Paul. in sinuat, ibi. *atque si ipsi soli legatum esset;* & soluitur primum argumentum.

36 Non obstat † secundum argumentum ex d.l. Titius. 11. l. interdum. 13. in prin. D. de hered. instit. quoniam respondendum est; Ideò inter Titium primo loco heredem institutum, Caium, & Sempronium statim vocatos pro virilibus portionibus hereditatem non diuidi, quamuis re coniuncti essent, & simul ad successionem venirent, iuxta regulam nostri textus, quia Caius, & Sempronius re & verbis coniūcti loco vnius habentur, ex dictis iuribus, & ex l. fin. versi. *Alia applicata.* & versi. *In secundo.* C. de impub. l. si pater filium. 9. D. de vulg. l. si quis Attio. 8. D. de vsufr. accres. ideoque inter ipsos hereditas & legatum non pro virilibus portionibus scinduntur, sed semissem Titius, & alium semissem Caius, & Sempronius habebunt.

37 † Nec huic interpretationi obstat tex. in d.l. fin. in prin. coniuncto versi. *Nobis autem.* Vbi si quis duobus heredibus institutis, eos filio suo impuberi, vna cum tertio substituerit, & testamenti verba ita composuerit, *Quisquis mihi heres erit, & Titius filio meo heres esto,* tres substitutos vnumquemque in trientem vocatum esse docet Imp. quod † idem alio in casu probauerat Scæuola. in l. Lucius 90. §. Lucius Titius testamento. D. de leg. 2. quoniam maximum est discrimen vocentur plures nomine distributiuo, an verò collectiuo. Primo casu omnes æqualiter admittuntur, quia perin 38

de est, ac si proprio nomine vocarentur; cum propter diuersitatem, quam includūt in distri- 43
butione non possint repræsentare vnitatē intellectui, vt in verbo, *Quisquis*; *vter*, *quilibet*; 44
vterque, & ita loquitur tex. in d.l. fin. in prin.
39 & in d.§. Lucius Secundo † verò casu quando nomine collectiuo plures vocantur, cum 45
omnes propter sermonis vnitatem quasi in vnum sint corpus redacti, tantum habere debet disiunctus, quantum plures coniuncti, atque ita quia perinde est, ac si duo æquis partibus fuissent instituti duo semisses inter eos fiunt, nostri textus obseruata generali regula.

40 Cui præterea † non obstat tertium argumentum ex dicta l. si quis eum. 16. in prin. D. 46
de vulg. l. si quis ita 3. & magis ex l. sicut. 5. D. de adimen. leg. quibus iuribus varijs modis satisfacere conantur Accur. Bart. & alij in d.l. si cut, & in l. non ad ea. 89. D. de condi. & dem. & in l. 2. D. de his quæ pœnæ nom. & in d.l. re coniuncti. vbi Bart. n. 3. latissime Iaso. n. 24. idem in l. si Fortidianum, 7. C. de lega. Andr. Alciat. lib. 7. parerg. cap. 8. Duar. lib. 1. de iure accrescen. ca. 7. Iacob. Menoch. de præsumpt. 2. par. lib. 4. præsump. 173. per totam. Illustris sim. Franc. Mantica, lib. 12. de coniect. vltim. volunt. tit. 4. ex nu. 1. Anto. Gomez 1. tomo Variar. cap. 10. num. 24. Couar. in Rubr. de te stam. 2. par. num. 21. Frequentius tamen in eā itum est sententiam, quæ ab Accurs. in d.l. sicut. verb. *ademptionem*. tradita est, tex. illum nō 47
esse intelligendum quoad totum legatū quod non adimitur primò & transfertur in secundum, sed quoad dimidium quod censetur datū secundo legatario, repetit eandem solutionem Accur. in d.l. 2. verb. *translatio*. D. de ijs quæ pœnæ nomine, sequitur Barto. vtrobique & est communis Iasoni, in d.l. re coniuncti. n. 24. Ripæ n. 21. Polyto n. 10. Couarru. d. n. 21. An
41 to. Gomez d. nu. 24. † Pro qua communi opinione expendi potest tex. in l. Iulian. 15. D. de hered. instit. vbi cum sic scripsisset testa- 48
tor. *Titius ex parte dimidia heres esto; Seius ex parte dimidia: ex qua parte Seium instituī, ex eadem parte Sempronius hæres esto.* dubitatumque esset vtrum in tres semisses diuidere voluerit hereditatem, an vero in vnum semissem Seium, & Sempronium coniungere, coniunctos eos in vnum semissem esse respondet Vlpia. Fauet etiam Accur. tex. in d.l. si pluribus. 33. §. quod si separatim. versi. *Sin autem*. D. de leg. 1. tex. in l. triplici. 142. D. de verb. signi,

42 Verùm † communis hæc resolutio falsa est, est enim longè verius. d.l. sicut, de translatione totius legati intelligendum, vt admonet Theoph. in d.§. vnico. Instit. de adempt. legato. & alij relati à Couarr. vbi sup. Duare. d. ca. 7. Zasi. in d.l. si pluribus nu. 14. quod expresse probatur primo, ex generalitate eiusdē 49
tex. qui generaliter loquitur, & totius legati ademptionem, non partis tantum insinuat;

† cum per indefinita verba loquatur, quæ generalibus æquipollent. l. si pluribus. 45. D. de leg. 2. Deinde † probatur ex illo relatiuo, *quod*, demonstrante & referente totum, l. Stichum qui meus erit. 6. D. de leg. 1. Vlterius

† per tex. in §. vni. inf. de adempt. leg. vers. *transferri quoque*, maximè expendendo dictionem, *quoque*, quæ est repetitiua præcedentium in quibus Iustin. de totius legati ademptione agit. Denique inducitur l. translatio. 6. eod. ti. de adem. legat. vbi verbum, *translatio*, in omnibus speciebus ibi expressis, ad integri legati translationem refertur.

Quare † alij existimant distinguendum esse, an secundo legatario legatum relictum sit per relatiuum, *quis*, vt tunc cēseatur ademptū primo, & translatum in secundum, vt in d.l. sicut: an simpliciter per pronomen *idem*, quia tunc vterque censetur admitti ad legatum, vt in d.l. re coniuncti. & in hoc §. si eadem res. & iuribus similibus. Ratio est, quia pronomen *idem*, habet implicitam copulam, quæ potius auget quàm minuit. vt probat Alciat. lib. 7. Parerg. cap. 8. Quam solutionem sequuntur plures relati à Iaso. in d. l. re coniuncti, num. 24. Zasio in d.l. si pluribus. num. 11. & vt veriorē amplectitur Francis. Balduin. & Eguinar. in d. §. vnico. de ademp. leg. Corasio in d.l. testamēto, nu. 2. & 3. C. de impub.

Sed contra † eam facit d.l. sicut ibi. *Id Seio do lego*. quibus verbis inducitur ademptio & translatio legati à primo in secundum legatarium. Deinde & secundo obstat d.l. Iulianus. ibi. *Ex qua parte Seium instituī, ex eadē parte Sēpronius heres esto*. vbi versa vice quamuis institutio per relatiuum, *quis*, & relatiuum, *idem*, facta fuit, nihilominus ambo ad eandem concurrunt partem, eandemque inter se diuidunt, quod idē probat tex. in d.l. triplici. 142. vers. *Lucius Titius ex parte dimidia*. D. de verb. signi.

Hæ † igitur opiniones cum defendi non possint, nihilque certum constitui, propositā quæstionem in statu coniecturali versari dicēdum est, & ex multis, quæ à doctoribus suprà initio quæstionis, num. 40. relatis, maximè tamen à Menoch. d. præsumpt. 137. Mantica, d. tit. 4. traduntur, totum hoc à testatoris voluntate dependere affirmandum I.C. Paul. teste in d.l. si pluribus. D. de leg. 1. vbi in legato duobus relicto, verba faciens sic ait. *Quod si separatim, si quidem euidentissimè apparuerit ademptione à primo legatario facta, ad secundum legatum testatorem conuolasse solum posteriorem ad legatum peruenire placet: Sin autem hoc minimè apparere potest, pro virili portione ad legatum omnes venire, scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est, vtrumque eorum solidum accipere voluisse, &c.* † Ergo si testator voluit legatarios eiusdem rei coniungere partes habebunt: si ve-

rò à

rò à primo in secundo transferre nihil primus habebit. In dubio autem si res legata primo, deinde legetur simpliciter secundo, inducitur inter eosdem coniunctio, vt in nostro tex. cũ similibus. Si verò legetur secundo, cum commemoratione primi legati. veluti, *quod Titio legani id Seio do lego*. inducitur adẽptio in persona primi legatarij ex d.l. sicut. 5. D. de adimendis legat. l. non ad ea. 89. versi. *nisi cum cõcommemoratione superioris legati posterius scriptũ fuerit*. D. de condit. & demonst.

50 Nec † huic distinctioni obijcias. d.l. Iulianus. ibi. *Ex qua parte Seium instituit ex eadem parte Sempronius heres esto*. Vbi licèt eadem pars quæ Seio data fuit, sub commemoratione prioris institutionis Sempronio relinquatur, nihilominus non inducitur ademptio aut translatio. sed potius in vnum semissem Sempronius & Seius coniuncti sunt. Quoniam magna potest considerari inter hereditatem & legatum diuersitatis ratio. videlicet hanc ademptionem in legatis tacitè subintelligi vt I.C. Caius docet in d.l. sicut in fin. ideò autem legata tacitè adimi possunt. l. 3. §. fin. D. de adimen. legat. quia, & tacitè etiam relinqui possunt. l. nutu. 21. D. de legat. 3. l. cùm proponebatur. 64. D. de legat. 2. l. & in epistola. 2. C. de fideicom. hereditas autem sicut non potest dari nisi verbis expressis. l. heredes palã. 21. in prin. D. de testam. l. iubemus. 22. C. eod. tit. l. 1. D. si tab. testam. ext. ita nec tacitè adimi potest. quoniã eadem est contrariorum potentia. l. is potest. 13. D. de acquir. hered. l. nihil tam naturale. 35 D. de reg. iur. quam rationem insinuasse videtur Iul. Paul. in l. ex parte. 22. D. de adimend. legat. vnde per secundam institutionem factã sub commemoratione prioris, non intelligitur prior in totum reuocata, quia talis reuocatio & ademptio est tacita, quæ non sufficit vt hereditas adempta videatur, cum tamen in legatis sufficiat. quam rationem cõsiderat Illustrissimus Card. Mantica, dicitque se eam dum publicè d. l. re coniuncti. interpretaretur excogitasse.

51 Sed † quod pace tanti viri dictum sit, hæc noua differentiæ ratio admitti non potest: nã vt verum agnosco hereditatem non nisi directis, & ciuilibus verbis relinqui posse, ita similiter quoque in legatis verba requiri contendo, quamuis in fideicommissis non ita, vt Iustin. admonuit, & ibi latius nos diximus in §. sed olim. suprà hoc titu. & Vlpianus probat in Institutionibus, tit. 25. in princip. vbi Iaco. Cuiacius notauit. Eman. Costa lib. 1. selectarũ, cap. 25. num. 3. & pluribus eruditissi. Barna. Briso. lib. 7. de formul. pag. 698. & pag. 748. vnde ex d.l. nihil tam naturale. D. de reg. iur. non sufficere tacitam ademptionem, sed expressam vt legatum omnino non debeatur, di-
52 cendum est. † Nec offendor. d.l. ex parte & multis alijs legibus, in quibus legata tacita voluntate reuocantur, vt si inimicitiæ inter testatorem & legatarium sequutæ sint, quod latè prosequitur idem Franciscus Mantica d. lib. 12. tit. 2. & tit. 5. Iacobus Menochius d. lib. 4. de præsumption. præsumptione 167. cum sequent. quoniam Iulius Paulus ibi non dixit legatum propter inimicitias subsequutas non deberi, sed legatarium illud petentem exceptione doli mali submouendum esse, quo satis insinuat legatum ipso iure deberi, quamuis exceptione repelli possit. Fideicommissa vero quæ sola nuda voluntate relinqui possunt, nuda etiam omnino perimuntur, vtrumque probat Vlpianus in l. si quis ita 3. §. fi. D. de adimendis legatis.

53 Vnde † omissis etiam alijs rationibus ab eodem Francisco Mantica scriptis planiùs cũ erudito Francisco Duaren. d. lib. 1. cap. 7. verba. d.l. Iulianus. ibi. *ex qua parte, &c.* interpretor, commemorationem primæ institutionis non referri ibi ad ius ipsum hereditariũ, quod primus Seius habebat, sed ad partem ad quam Sempronium vocabat: cum enim duos instituisset heredes Titium, & Seium, vtrumque ex semisse, velletque postea Sempronium similiter instituere, ne is concursu trientem hereditatis haberet iuxta regulas iuris decrescendi. §. si plures instituuntur, suprà de heredibus instituen. cum ibi notatis. quia prædilexerat Titium primo loco vocatum, eique nihil auferri voluit, ad quam partem Sempronium vocaret, satis illis verbis expositum, *ex qua parte, &c.* voluit enim æqualem partem Sempronii cum Seio habere; Quare si ita dixisset testator. *Quam hereditatem Seio reliqui, eandem Sempronio relinquo*, quia ad ius hereditarium Seio datum Sempronius censeretur vocatus translatio & ademptio induceretur.

54 Hæc, † quando ex verbis testatoris, vel his quæ dixit ante vel post testamentum constare potest, vtrum voluerit legatum adimere in totum, vel pro parte quo casu eius voluntas obseruanda est ex vulgatis. Quod si ex verbis testatoris qualis fuerit eius voluntas probari non potest, ad coniecturas recurrendum est, quæ ex varijs fontibus, & figuris causarum deduci possunt; Inter cætera tamen personarum qualitas inspicienda est: nam si primus legatarius est valde coniunctus testatori. non est verisimile eum voluisse legatum adimere in totum. Idem si valde amicus, aut benemeritus. Versa vice, si primus legatarius esset aduersarius vel inimicus testatori, facile potest capi coniectura vt voluerit legatum facere derisorium, & consequenter totum adimere, vt latius notarunt exornantes Francis. Mantica, d. lib. 12. tit. 4. ex num. 8. Iacob. Menoch. d. lib. 4. præsumpt. 173. quos videbis, & sic soluitur tertium argumentum.

55 Non

55 Non obstat † quartum, ex d.l. si Titio & ei.7.D.de lega.2.cui communiter doctores respondent,loqui in indigno,cuius portio non omnino dicitur vacare, cum ipse capiat, non ad suam,sed ad fisci vtilitatem. l. ex facto.53. §.Iulius Longinus.D.de vulg. ita Bartol.in d. l.si Titio & ei.quem sequuntur omnes interpretes secundum Petr.Peral.& Franc. Sarmiē to.ibidem num.5.testatur communem Iaso.in l.huiusmodi.§.Si Titio.D.de lega.1.sub num. 10.Ioan.Crotus.num.72.Ioan. Ripa, nu.140. in d.l.re coniuncti.Anto.Gomez, 1.tomo,ca. 10.num.30.Gregor.in l.33. verbo. *accrescendi.* tit.9.part.6. qui omnes intelligunt verbum illud,*capere*, cum effectu: vt quamuis indignus capiat, non tamen videatur capere cum effecta,quia statim aufert fisc us ab eo. argu.l.non videtur.52.D.de reg.iur.& l. aliud est capere. 79.D.de verbor.signific.

56 † Nec nouum est aut insolens verbum, *capere*, ad indignos referri, l. miles. 52. §. mulier. D. de militari testamento,iuncta l. mulierem. D.de his quib.vt indig.

57 Ex qua † quidem communi interpretatione colliges portionem quæ ab indigno auferetur non accrescere collegatario, ratio est,quia huiusmodi portio non omnino deficit, cum fiscus in locum indigni succedat. l. cum fisco. 9.D.ad Senatusconsultum Syll. docet Bartol. in d.§.si Titio.facit tex.in l.si seruus plurium. 50.§. si quis ante.D.de legat.1.& in l. cum tabulis 16.§.fin. D. de his quib.vt indig & ipse ad fisci vtilitatem capiat,d.§.Iulius Longinus vnde cum portio non omnino deficiat non erit locus iuri accrescendi, iuxta doctrinam Bartol.in d.§.si Titio.& glosſ. in l. si duo pa-

58 troni.verb.*iurasse*. D. de iure iuran. † quam multis exornat Tiraquel.in l.si vnquam. verbo.*reuertatur*.num.351.C. de reuocan. donat. neque enim collegatarius indignum repellere potest,& portionem eius sibi per ius accrescēdi vindicare;quia nemo indignitatem opponere potest,nisi solus fiscus,iuxta celebrem doctrinam Accur. in l.his consequenter.18.§.1. verbo.*non pertinere*.D. fam.herciscundæ. Vbi docuit neminem ius tertij opponere posse, quam doctrinam pluribus extollunt eam sequuti,& exornantes Bald. in l. hereditas. nu. 8. Paul. & alij in l.1. C. de his quib. vt indig. idem Paul.in l.fororem.D.eod.Bart.Socin,& omnes in l.2.D.de except.rei iudic. Iaso.in l. 2.n.6.C.de iure emphy.Aret.in l.ab hostibus. §.si vir.D.sol.matr.Romanus sing.471.Boer. decis.25.in fin.Baldus Nouellus de dote.8.p. priuileg.31.Iul.Clar.lib.5.recep.senten.§.Homicidium.versi.*probatur etiam*, num.22. Anto. Gomez,tom.3.cap.3.nu.51.& in l.22. Taur. num.24. Vbi eleganter loquitur in iure tertio ex pacto alieno non quæsito. Couarr. de sponsalib.2. part. cap.6. §.8. num.23. & num.28. Costa in cap.si pater.verbo. *vxorem*. num.12. de testamen. lib.6. Francis. Mantica de coniect.mente defuncti.lib.12,tit.5.num.20.

59 Hæc † tamen communis ad d.l. si Titio & ei.interpretatio,quamuis verā in se doctrinam contineat, eius verbis non quadrat, vt mox insinuauimus;præterea quamuis in legatis defendi posset,in hereditatibus tamen procedere non potest:nec potest fiscus qui ab indigno herede hereditatis portionem aufert,

60 ius accrescendi impedire, † quod ante aditā hereditatem locum habet,non post aditam & acquisitam portionem, quo tempore amplius non potest alteri accrescere l. 1.§. interdum. Vbi glosſ. verb. *amittit*. D. de vsuf. accresc.l. aquam.16.§.fi.D.quemadmodum seruit.amit. fiscus autem non aufert portionem hereditatis ab indigno,nisi post eam acquisitam, cum non possit propriè auferri,quod adhuc acquisitum non est. Vnde in d.§.Iulius Longinus.in dignum heredem manere dicitur, & si fiscus ab eo bona auferat, quod esse non posset nisi

61 adita esset ab eo hereditas. † Ex quo sequitur,quod si indignus decederet ante quā posset hereditatem adire, vel eam repudiaret sine vlla fraudis suspicione, fisco locus non esset, vt docet Bart.arg.illius legis,in l. eius qui delatorem.§.fin.D.de iure fisci.Greg.Lopez in l. vlti.verb.*cosas*.tit.7.par.6.Socin.nu.30. in l.1 D.de vulg.Polytus, tract. de vulga.3. par. nu. 79.Ioan.Corat.in l. post. aditam. num.50. C. de impuber.post Paulum & alios in l.hereditas.C.de his quib.vt indig.Boe. in praxi eod. tit.num.17. & facit tex. in l. necessarios. ibi, *si se hereditati immisceant*.D. ad Syllan. melior tex.in l.2.D.de his quib.vt indig.ibi. *Impuberis adierit hereditatem*.& ibi.*acquisitum est*.probat tex.in l.cum fisco.D.ad Syllan. iuncta l.si nemo.D.de testamen.tut. Vnde cum fisco locus esse non possit necessario accrescere debet coheredi coniuncto; cessat enim in hoc casu ratio illa nempe,quod portio omnino non deficit cum capiat ad fisci vtilitatem, quia constat omnino deficere;cum ipse ab ea non propter indignitatem,sed quia hereditatem adire

62 omisit excludatur. † Et inde quamuis in legatis fiscus qui ab indigno aufert impediat ius accrescendi,tamen in hereditatibus illud impedire non potest;cum non eadem concurrat ratio; quia cum legatum ignoranti acquiratur etiam ante agnitionem.l.cum pater.79.§.surdo.D.de leg.2.l.filius fam.D.de testam.& per eum statim fisco deferatur, quamuis postea legatarius legatum repudiet sine vlla fisci fraude,nihilominus causa fisci potior erit, quia satis est quo tempore quo dies legati cesserit, fisco acquiri potuerit arg.tex.in l. si post diē. 5.§.fi.D.quand.dies leg.ced. in l.si Pamphilo. 10.D.de option.leg.in l.quæ legata.D. de regulis iuris.

63 Ex

63 Ex quibus † sequitur exemplum à Bart. positum in d.l.si Titio & ei, de deportato, omnino falsum esse, nam cum deportatus sit omnino incapax, legatum in eius persona nũquã potuit consistere & pro non scripto habetur, l.1.C. de hered. inst. vnde fiscus auferre non potest.l.si in metallum.3. De his quæ pro nõ scrip.haben.l.in metallum.12. D. de iure fisci. & ideo portionem deportati coniũcto accrescere debere docent omnes, exploso Accurs.error ibi, in d.l.1.& in l.si deportati seruo, D. de legat.3. Socin.cons.22.num.13.lib.1. Ema. Costa in d.cap.si pater, vbi suprà.

Dixi suprà † Bartol. interpretationem in
64 legatis indignis relictis veram, non tamen conuenire d.l. Si Titio & ei. hoc ideo, nam I.C. ibi, negat ius accrescendi, *quia duobus heres dare damnatus est, & alter capere non potest*, Sanè si de indigno loqueretur, non quia capere non poterat cessaret ius accrescendi, sed quia capere videretur ad fisci vtilitatem, sicque non deficeret ibi omnino eius portio, vt suprà diximus. Præterea verba illa *capere non potest*, in proposito de quo tractabatur indigno conuenire nõ possunt, nam quamuis quo ad effectum indignus capere non videatur, tamen quo ad excludendum ius accrescendi, de quo ibi tractatur, verius est indignum capere posse, arg.l.cæpisse.140.D.de verb.signi.licèt alij acquirat. imò non alia ratione tunc excluderetur ius accrescendi, nisi quia indignus acquirere posset.

65 Vnde † Lancelot. Polytus in d. l. re coniuncti.nu.49.singulariter interpretatur textũ ind.l.Si Titio & ei.ius accrescendi ibi locum non habuisse per omnimodam diuisionem, & separationem, quæ versatur inter ipsa corpora nummorum, quæ facit vt non vna res, sed diuersæ relictæ censeantur, vnde quemadmodũ diuersis rebus relictis ius accrescendi non admittitur.l.huiusmodi.84.§.quibus. D. de leg.1
66 † ita & summis, siue quantitatibus relictis, quam etiam opinionem tenuerunt Socin.reg. 213.nu.16.Alciat. qui eam extendit ad omnes res consistentes in pondere, numero, vel mẽsura, in d.l.re coniuncti.nu.14. & num.33. & in l.si mihi & Titio.num.5.D. de verbo. Duare. lib.1.de iure accres. cap.3. latissimè. defendit Ferd. Minch. lib.1. de succes. creat.§. 10. ex num.93.

67 Sed † verius multò est in summis & quãtitatibus ius accrescendi locum habere vt rectiùs docuit Bart.in d. l. re coniuncti. num.7. Salicet.in l.vni.§. fin autem disiunctim.C. de cad.toll.Alex.cons.5.vol.2.est communis secundum Iaso.in d.l.re coniuncti.num. 37. pro qua opinione facit tex.in l. qui duobus 22.D. de cõdit.& dem.quãuis ille tex.euitari possit, cũ ibi quãtitas nõ fuerit legata, sed in cõditione posita, quæ cũ diuidi nõ possit tota in persona coheredis adimpletur; melius ergo hæc cõmunis probatur per tex.in l. qui quartã 15. §.fi.D.de leg.1.facit etiam generalis decisio & sententia nostri tex.iuncta l.1.D.si cert.pet.

68 Deinde † Polyti interpretatio conuincitur ex.d.l.si Titio & ei.si eius rationẽ perpendas, neq; enim ideo dicitur cessare ius accrescẽdi quia *decẽ duobus dare damnatus est heres*, quæ propria huius interpretationis ratio fuisset, sed generaliter, *quia duobus dare damnatus est*, planè significat I.C. idem esse, etsi nõ summa, sed species legata fuisset. Nec præterea verum est, quãtitate legata, non vnã eandẽque rẽ, sed diuersas legatas videri, nã licèt hoc verũ sit si ad ipsa corpora nummorum respicias, tamẽ si summã ipsam legatã consideres, vnica summa vtriq; legata fuit.d.l.qui quartã.§.fin. ibi. *vnã summã*.l.eũ qui ita. 53.l.scire debemus. 29. D. de verb.oblig.l.siquis testamento.82. D.de legat.1.quæ summa inter legatarios numero diuiditur.l.cum Stichus.29.D.de solut.

69 Verissima ergo † illius legis interpretatio est.Iul.Paul.ibi loqui in legato per damnationem coniunctim duobus relicto, in quo & partes ab initio fiebant, & non erat locus iuri accrescendi, si quidem pars deficiens nõ accrescebat coniuncto, sed iure ciuili in hereditate remanebat, ex lege autẽ Papia fiebat caduca vt sup.diximus in ratione decidendi, versi. *In mixta*. Quæ interpretatio, satis consonat d.l. Si Titio.ibi. *quia duobus heres dare dãnatur*. Vnde fit, quod si in d.l. Si Titio. legatum fuisset, per vindicationem relictũ portio eius qui capere non potuit accresceret coniũcto, quia in huius legati genere locũ habet ius accrescẽdi, docente Vlp.in Instit.d.t.24.versi. *Optimum*. Quinimo vt generale quid tradamus omnia iura quæ inter collegatarios ius accrescẽdi admittũt, sunt in legato vindicationis intelligen
70 da, vt ibidẽ Cuiac.agnouit, † Infertur etiam quod cũ legatorũ differentiæ omnes noua Iustin.sanctione in l.1.C. communia de legat.§. sed olim.§.nostra suprà, eod. sublatæ fuerint; Item & per eundem cessant caduca, in l.1. in princip.C.de cad.toll.hodie in specie d.l.si Titio, decem Titio darentur iure accrescendi admisso. Rectèque Iustinianum in nostro textu generaliter & sine distinctione ius accrescendi inter quoscunque legatarios admisisse.

71 Verum † contra hanc interpretationem, & superiorem legatorum differentiam obstat difficilis Textus in l,si is qui duos.30. D.de liberatione leg. qui in legato damnationis loquitur, vt constat ibi, *damnauerit heredem*. & tamen pars non capiẽtis accrescit collegatario, vt constat ibi, *cui commodum hoc lege competit*. quem textum post Accurs. & Bart.intellexerunt omnes ibi, de collegatario cui per ius accrescendi commodum portionis deficientis à lege defertur.l.si in testamento. 5. ibi. *per legẽ defertur*.D.de vulg.

72 Cæte-

72 Cæterum † longè falluntur opinione Accurs. Bart. & reliqui qui existimant illa verba. d.l. si is qui duos. 29. ibi. *delegari debet is qui nihil capit, et, cui hoc commodum lege competit*, ad collegatarium referenda esse, est enim multò certius de fisco, cui per legem Papiam portio legati caduca deferri solet intelligenda, iuxta. l. vni. §. 1. & §. & cum lex Papia. C. de cad. toll. & quæ docuit Vlpia. in Institut. tit. 17. & d. tit. 24. Neque enim de alia lege loqui potuit Paul. tum maximè, cum eius responsum in. d. l. si is qui duos. desumptum sit ex eodem lib. 75
6. ad leg. Iul. & Papin. vt indicat vulgaris inscriptio & obseruat Ant. August. lib. singul. de
73 nominib. I. C. cap. 1. Colum. 204. in fi. † Neque obstat siquis dicat legem Papiam solum deferre fisco legata caduca, idest, quæ ex post facto deficiebant, non verò ea quæ ab initio consistere non potuerunt & pro non scriptis habebantur. d. l. vni. §. 1. C. de cad. toll. l. quo loco. 20. §. fin. D. de hered. instit. d. l. si in metallum. 3. ibi. *pro non scripto est neque ad fiscum pertinet.* D. de his quæ pro non script. hab. vnde cùm in. d. l. si is qui duos. portio incapacis in eius persona consistere nunquam potuerit, nõ ad fiscum sed ad collegatarium pertinere debere. Respondendum enim est. Iul. Paul. ibi. vt ex inscriptione constat tractare de eo qui per legem Papiam capax non est, nempe de cœlibe. iuxta. l. 1. C. de infirman. pœnis cœlib. legatum autem cœlibi relictum non haberi pro non scripto, sed ab initio consistere, licet ex post facto si intra centũ dies legi non pareat, idest, non contrahat efficiatur caducum, & fisco acquiratur. vt in d. tit. 17. in princip. docuit Vlpia. & sic soluitur quartum argu.

74 Neque obstat † quintum ex. d. l. fin. §. Seio. D. de leg. 2. cuius textus grauissima est difficultas, dum I. C. Scæuola præsupponit portionem legati quæ in persona heredis consistere non potuit, iuxta tex. in l. legatum. 116. §. heredi. D. de legat. 1. Marcellæ collegatariæ non accrescere contra sententiam Vlpian. in l. plane. 34. §. si duobus. D. de leg. 1. *si duobus* (inquit.) *sit legata res, quorum alter heres institutus sit à semetipso ei legatum inutiliter videtur: ideòque quod ei à se legatum est ad collegatarium* 77
pertinebit. Nam respondent interp. in eo tex. necessario intelligendum esse, portionem quoque Seij, heredis existentis, quæ in eius persona defecit, Marcellæ accrescere, sed ideo hoc in eo textu non exprimi quia principalis quæstio in eo loco non erat, an habeat locum ius accrescendi? quia de hoc dubitari non poterat: sed an legatum dimidiæ partis Marcellæ relictum deberetur: rationẽ dubitandi fuisse quia conditio apposita in persona Seij, videbatur repetita in legato Marcellæ. iuxta tex. in l. mulieri & Titio. 76. D. de condition. & demonst. vnde cum Titius conditione defectus esset, Marcella quoque conditione defecta videbatur. Huic tantum quæstioni (aiunt Doctores) respondet Scæuola, legatum scilicet Marcellæ dimidiæ portionis non deficere ex his quæ in d. §. Seio. scripserunt Paul. & Cuman. Socin. in. d. l. mulieri & Titio. Aretin. cons. 1. ex nu. 12. Cæterùm pro constanti habet Scæuola alteram portionem accrescere debere. Quam interpretationem communiter doctores in eo loco scripserunt iuxta Iaso. nu. 97. Ripam num. 55. in d. l. re coniuncti.

Sed merito † eam improbat Ferd. Mincha. d. lib. 1. de succes. creat. §. 10. num. 98. nã si Scæuola ibi dimidiam portionem Marcellæ concedit, ergò alteram dimidiam videtur denegare ex reg. l. cum prætor. 12. D. de iudicijs. Præterea quæstio illa, an Marcella conditione defecta videretur, non solum pertinet ad portionẽ sibi legatã, sed etiã ad portionẽ sibi accrescentẽ, quia si propriam portionẽ per defectum conditionis retinere non posset, non accresceret ei altera portio, quoniam portio accrescit portioni non personæ. l. si Titio. 33. in fi. D. de vsufruct. l. si totam. 83. D. de acquiren. her. ergò. si in d. §. Seio. ius accrescendi locum haberet, cur solum proponeret. I. C. quæstionem in portione legata & non etiam in portione altera accrescenti, cum in vtraque eadem dubitandi ratio esset.

76 Reiecta † igitur communi interpretatione dicendum est, ideo in d. § Seio. ius accrescẽdi, non admitti portionemque deficientem in persona Seij, quia heres extitit & sic conditione defectus fuit, ad Marcellam collegatarium non pertinere neque illi accrescere, quia textus ille in legato damnationis loquitur, in quo vt sæpè diximus ius accrescendi non admittitur. Mouet legandi formula, qua in illo textu vsus fuit testator. *Seio si mihi heres non erit & vxori eius Marcellæ legemi libras quindecim dari volo.* denotat enim factum heredis, quod peculiare est in legato damnationis. vt cõstat ex Vlp. d. tit. 24. in prin. Caio lib. 2. Instit. tit. 5. Barna. Briso. lib. 7. de formulis. pag. 698. versi. *per damnationem.* & sic soluitur quintum argumentum.

77 Neque † obstat sextum ex. d. l. plane. 34. §. si coniunctim. D. de leg. 1. nam quod attinet ad primam partem quatenus Vlpian. ibi docet ab initio non autem concursu partes fieri, suprà ad rationem decidendi qualiter intelligendum sit diximus: & ex ibi notatis, & paulo superius animaduersis colligitur similiter quare legati pars quæ in persona serui testatoris consistere non potuit, quia sine libertate ei relictum fuit, l. seruis. 4. C. de lega. collegatario coniuncto non accrescit. Omissa namque cõmuni interpretatione Glo. ibi. quã sequutam contestatur eo loco Iaso. nu. 13. Polytus in d. l. re coniuncti. numero. 48. Menchaca. lib. 3.

de

de succes. progress. §. 23. num. 64. alia Aretini. in d. §. si coniunctim. quam sequuntur Ripa. in d. l. re coniuncti. num. 140. Crotus num. 70. Alia Cumani, alia Polyti vbi suprà, alia Duar. lib. 1. de iure accresc. cap. 18. Alia Ant. Gouea. eod. tract. fol. 144. alia Loriot. de apicib. Iuris, tract. de coniunctis axiom. 45. Cum Doctissi. Iacob. Cuiac. ad Vlpian. d. titu. 24. versicul. 1. dicendum est eum tex. in legato etiam damnationis loqui, in quo (vt sæpè diximus) cessat ius accrescendi, quod ex eo patet, quod textus ait, quod si coniunctim legetur partes ab initio fiunt, quod sanè ex eodem Vlpia. iam relato; in legato damnationis tantummodo contingebat. † Addo quod etsi tex. ille in legato dãnationis non loqueretur, in quocunque alio legati genere in proposita specie idem erat respondurus Vlpian. vt ius accrescendi cessaret, nam cum testator ibi sciret legatum seruo proprio sine libertate. relictum inutile esse d. l. seruis. neque ex post facto conualescere posse. §. an seruo. inf. hoc tit. vtique nõ alia mente persona serui in legato apposita videtur, nisi vt partem faciat, & impediat ius accrescendi, nã si testator voluisset, vt totum ad collegatariũ pertineret, si in persona serui legatum non cõsisteret, cum sciret consistere nunquam potuisse totum ab initio collegatario legasset: † vnde cum Iustinian. in d. l. vni. §. & cum triplici. C. de Cad. toll. de legato relicto ei qui in rerũ natura non esset, tractaret ad effectũ iuris accrescendi, adiecit legatum fuisse ab ignorante testatore, plane significans aliud esse si à sciente legaretur, quia tunc potius illudere legatarium censetur arg. l. non solum. 31. D. de obli. & actio. & sic soluitur textum argumentum.

Neque obstat. † Septimum ex. d. l. huiusmodi. 84. §. si Titio. D. de legat. 1. in cuius explicatione valde laborant interp. inquirendo, cur ibi, totus Stichus Mæuio non debetur, nã si legatum in persona Titij collegatarij quia dominus erat consistere non potuit ex reg. §. sed & siquis rem legatarij. infrà eod. totum ad Mæuium collegatarium coniunctum pertinere debebat iure accrescendi ex regul. nostri tex. † Quæ difficultas ex eo augetur ex tx. in d. l. plane. 34. §. si duobus. D. de leg. 1. vbi legatum in persona alterius ex collegatarijs consistere non potest si heres extiterit, eadem ratione, quia cum res legata hereditaria iam esset, non potuit titulo legati ei relinqui. l. legatum. 116 §. 1. D. de legat. 1. & tamẽ totum collegatario accrescit. † Cui difficultati omissa interpretatione Bart. ibidem, quam licèt communiter sequutam testetur eo loco Iaso. num. 10. Aretinus. in d. l. si pluribus. D. de leg. 1. Ripa. in d. l. re coniuncti. num. 140. eam tamen, recte improbauit Cuman. ibi, latius Mencha. de successionum creatione lib. 1. §. 10. num. 102. qui interpretationem Polyti eo nõ relato magis probat, quam ipse scripserat. d. l. re coniunct. num. 49. omissa similiter interpretatione. Duaren. lib. 1. de iure accrescendi cap. 18. quam hic sequitur Eguinarius pag. 171.

† Tentari posset ideò ibi ius accrescendi cessasse, quia legatum illud per damnationem relictum fuit, in quo iuxta superiorem doctrinam ius accrescendi locum non habet. Quod ex eo possumus coniecturari, quod ibi res aliena relicta fuit, quæ non nisi per damnationem relinquebatur, ex eodem Vlpiano d. tit. 24. in principio Caio. d. tit. 5. quomodo eum tex. interpretatur Cuiac. iam relatus. † Sed vereor ne non omnino conuincat hæc coniectura, cũ ex S. C. Neroniano legatum rei alienæ per vendicationem etiam rectum defenderetur, vt d. tit. 24. versic. *per præceptionem.* contestatur Vlpian. & aduertit Cuiac. ad Iul. Paul. lib. 4. tit. 1. versi. *tam nostras.*

Quare † vltra alios quos viderim ego existimo noua & eleganti ratione cessare ius accrescendi in d. § si Titio. quoniam hoc tunc locum habet, quoties si legatum consisteret in vtroque legatario, ambo in eandem rem, non verò in diuersas concurrerent. d. l. huiusmodi, §. quibus. & noster tex. in principio. ibi. *si eadem res.* igitur si possibile fuisset in. d. §. si Titio. vt legatum etiam in persona Titij (qui Stichi dominus erat) consisteret, & quod ambo ad legati petitionem admitterentur, non tamẽ in eandem rem, concurrerent: nã Mæuius accipere debebat partem Stichi, quam à domino redimere debebat hæres. iuxta. §. non solum sup. hoc tit. Titius verò collegatarius si possibile fuisset, vt in eius persona legatum rei propriæ consisteret, non acciperet alteram partẽ Stichi, quia cum eam iure proprio & tanquam dominus haberet, non poterat ei amplius dari ex causa legati, d. §. sed & siquis rem legatarij. sed ipsius partis æstimationem heres dare debebat. iuxta. l. fideicommissa. 11. §. si seruo. D. de lega. 3. & sic alter partem serui, alter vero alterius partis æstimationem accipere debebat, & per consequens non in eandem rem, sed in diuersas concurrerent, eo casu quo possibile fuisset in vtroque legatario legatum cõsistere; Vnde fit quod quamuis in persona Titij non consistat, portio tamen eius collegatario non accrescet. † Quæ interpretatio confirmari potest, ex Bart. in. d. l. re coniuncti. num. 8. docente ius accrescẽdi cessare quoties si legatarij concurrerẽt, alter rem, alter verò æstimationem haberet, quam doctrinam sequuntur Iaso. in. l. si pluribus. num. 15. D. de leg. 1. Crotus. in d. l. re coniuncti. nu. 36. Duaren. de iure accresc. lib. 1. cap. 7. Loriot. vbi suprà axiomate. 11.

Neque † tunc obstat tex. in d. l. planè 34. §. si duobus. ideò. enim locum ibi habuit ius accrescendi, quia heres nullo iure retinere poterat

terat portionem: non iure legati, quia in persona heredis non consistit: non iure hereditario, quia testator legando rem heredi videtur eam abstrahere à iuribus heredis, & velle vt iure hereditario eam non habeat, quod enim legatur ab ipsa hereditate separatur. d. l. legatum. 116. D. de legat. 1. ibi. *legatum est delibatio hereditatis.* & quamuis legatum ipsum non valeat tamen voluntas hæc testatoris volentis, vt heres rem illam iure hereditario non capiat valere debet, iuxta textũ in d. l. planè in principio & ideò portio quam hæres retinere nullo iure potest, collegatario accrescere in necessariam consequentiam debet, & sic soluitur septimum argumentum

88 Neque † obstat, octauum. ex d. l. si duobus. 16. in principio. D. de legat. 1. quoniam omissa Accursij & Bart. interpretatione in eodem loco asserentium ideò ibi ius accrescendi cessare, quod legatum fuit ei, qui in rerum natura non erat, esse tamen sperabatur, quæ maximam continet diuinationem, & expressè conuincitur ex. §. fin. eiusdem leg. dicendũ est, ideo solam partem legatario deberi, quoniam cum altera portio relicta fuerit ei, qui in rerum natura non erat, vt constat ex tex. ibi. *Quamuis alter in rerum natura non sit.* habetur pro non scripta. l. penultima. D. de his quæ pro non script. hab. in legatis autem, quæ habentur pro non scriptis, quoties legatarij ab initio non solidum, sed partes habent, ius accrescendi cessat, quod præter Duar. d. lib. 1. ca. 18. obseruarunt hic Eguinarius, Balduinus. in Iustiniano pag. 436. Robertus. lib. 2. sententiarum capite. 24. † quod quamuis ipsi admittant, siue realis tanrum, siue verbalis tantum sit coniunctio, ego sanè sine scrupulo vbi fuit tantum verbalis coniunctio probo, namque si & Titio & ei, qui in rerum natura non est, legatæ fuerint partes viriles, perinde habetur ac si is qui in rerum natura non est, neque nominatus, neque scriptus in testamento fuisset. d. l. penultima, quare vt fictio idem operetur in casu ficto, quod veritas in casu vero, nihil amplius in hoc casu accipere debet Titius, quàm haberet si alter collegatarius neque scriptus neque nominatus in testamento fuisset. Igitur cum si is; qui in rebus humanis non erat, nominatus non esset, sed Titio rei tantũ dimidia portio legaretur, nullo iure posset totam rem petere is qui scriptus sit, cùm pro nõ scripto & nominato alter habeatur, iure optimo cessat ius accrescendi. † Ex quo colligitur quod si legis fictionem sequamur fingentis, cum, qui in rerum natura non est, nominatum vel, scriptum non fuisse, necessario fateri oportet inter legatarios nullam intercedere coniunctionem, cum is qui nominatus non est in testamento, mihi verbis coniunctus esse non possit.

89 90

91 Planè † quoties legatarij solidum ab initio habent, vt in reali tantum vel mixta coniunctione veluti si mihi & ei, qui in rerum natura non est legatum sit, isque perinde habeatur, ac si nec nominatus neque scriptus fuisset, quia tamen sermo testatoris mihi collegatario solidum ab initio tribuit. d. l. vnica. §. vbi autem. verficulo. *sin verò non omnes.* C. de caducis tollendis, ego solidum consequi potero ex proprio legato, quia tunc nihil mihi accrescit, sed magis dicitur non decrescere, ex quibus constat si rectè superiora consideres. d. l. si duobus. in coniunctis verbis tan

92 tum accipiendum esse. † Neque obstat textus, in §. fin. eiusdem legis, qui apertè loquitur in verbali coniunctione, & tamen locum habet ius accrescendi in eo textu quoniam textus ille loquitur in posthumo, qui quamuis natus non sit, est tamen in rerum natura. l. vel si viuo. 7. D. de suis & legitimis, vnde legatum ei relictum non habetur pro non scripto, sed consistit ab initio. d. l. vtrũ. D. de rebus dub. cessantque in eo superiores rationes, & sic soluitur octauum argumentum.

93 Neque † obstat nonum. ex. d. l. mulieri & Titio. 74. D. de conditio. & demonst. quoniam respondet Bart. in d. l. re coniuncti. nu. 43. ex Accurs. ibidem. verbo. *proderit* ideò ibi cessare ius accrescendi quia mulier admittitur de iure speciali ad suam partem & contra voluntatem testatoris: sequuntur Iaso. num. 180. Ripa. 144. in d. l. reconiuncti. Salicet. & Baldus in. d. l. 1. C. de indict. viduitate. toll. Alciat. lib. 6. paradox. cap. 8. Duare. lib. 2. de iure accresc. cap. 20. Ioan. Gutierrez. in l. vnica. nu. 38. C. quando non petentium partes. Ioannes Annibal. in. l. nemo potest. num. 491. D. de legat. 1. Quæ interpretatio probatur in. l. 3. §. sed etsi coniunctim. D. de leg. præst. quam suprà decimo loco contra nostrum textum adduximus & sic esse intelligendam communis arbitratur.

94 Verùm † quicquid velit Accurs. longè verius est in d. l. mulieri & Titio ius accrescendi locum habuisse, vt rectissimè docuerunt Paulus & Cumanus ibi. Iaso. & Ripa vbi supra, ibidem Crotus. num. 72. Polytus. n. 74. Costa. in l. cum tale. §. si arbitratu. limitat. 4. num. 6. Ioan. Robert. lib. 2. sentent. cap. 27. Peralta. in l. & Proculo. 20. D. de legat. 2. quæ sententia in primis probatur ex generali regula nostri textus, qua probabimus inter coniunctos coniunctione mixta etiam in vsufructu ius accrescendi admittendum esse. l. 1. & per totum, D. de vsufructu accres. † Secundò ex textu. in. d. l. mulieri & Titio. in ver

95 si. *quandiu*, vbi. I. C. à cõtrario sensu significat, mortuo Titiò vel capite minuto, totũ vsumfructum mulierẽ habiturã: nã dictio illa, *quandiu*, tempo-

temporalem, non verò perpetuã mulieris exclusionem à portione Titij significat, arg. tex. in l. siue manifestus. 10. §. tam diu. D. de condict. furt. Tertiò ex versi. *tantum.* vbi tantum mulieri concessum esse dicitur quantum haberet si conditioni paruisset, sed si cõditioni paruisset mortuo Titio, vel capite minuto ius accrescendi locum haberet. l. 1. §. interdum. D. de vsufr. accresc. ergò.

96 Nec † hanc interpretationẽ impugnabis si dixeris, quod si ius accrescẽdi locum haberet, cum Titius conditione defectus fuerit, totum vsumfructum mulier ab initio habere debuisset. l. vnica §. sin autem aliquid. C. de cad. toll. quoniam respondeo, quod licet Titius verè cõditione defectus fuerit, mulier tamẽ nõ potuisset hoc allegare. & ad eius portionem admitti: cum enim ad propriã portionem legis beneficio admittatur, quasi cõditioni paruisset, & sic quasi nõ nupsisset, allegando postea portionẽ Titij esse defectã, necessario allegaret se esse nuptã, & sic tanquã cõtraria allegans nõ esset audienda, l. 2. C. de furtis. quia nõ potest ad eũdẽ vsumfructũ, & tanquã nupta, & tanquã nõ nupta admitti. l. Titiæ si nõ nupserit. 99. D. il 99
lo tit. quem tex. ad pulchrum casum expendit Couar. lib. 1. varia. cap. 19. nu. 9.

97 Neque † iterum obstat, quod si in d. l. mulieri ius accrescendi locum haberet, repudiatio Titij mulieri prodesse debebat, cuius contrarium Papin. asserit ibidem ad finem, quoniam animaduerto mulierem in eo textu, idem consequuturam quod haberet si conditioni paruisset. Si igitur mulier non nupsisset, sed conditioni parere vellet, id efficeret præstando cautionem Mucianam. Auth. cui relictum. C. de indict. viduit. toll. quæ cautio in eo legato vsusfructus necessaria esset, si conditio verè esset adimplenda, quia si remoto beneficio cautionis mors mulieris expectanda esset, lega- 100
tum vsusfructus deberi non posset. l. heres meus. 79. §. quamuis D. de condit. & dem. l. Titio. 58. D. de vsufr. in legato vero Titij cũ conditio illa, *si mulier non nupserit.* sit casualis, quoad Titium non nisi morte mulieris adimpletur. l. hoc genus. 105. D. de cond. & dem. neque cautionis Mutianæ remedio Titius vti posset. l. auia. 77. §. Titio. D. illo Tit. cùm igitur viuente muliere conditio scripta pendeat, vtique Titius repudiare non posset pendente 101
conditione. l si ita scriptum. 45. §. si sub conditione. D. de leg. 2. & repudiatio tanquam nulla mulieri non prodesset, vnde neque prodesse debet si mulier nupserit, cum perinde habeatur ac si non nupsisset. Quæ omnia sunt notandissima ad. d. l. mulieri & Titio. D. de cond. & demonst. & sic soluitur nonũ argumẽtum.

98 Neque † obstat Decimum ex d. l. 3. §. sed etsi coniunctim. D. de lega. præst. cuius argumento notat Bart. in d. l. re coniuncti. d. num. 43. & sequuntur plures relati supra proxime, eum, qui succedit & habet legatum de iure speciali contra voluntatem testatoris non habere ius accrescendi, sicque interpretans. d. l. mulieri & Titio. Quoniam verius est non ideò ibi cessasse ius accrescendi, quia legatarius qui ex liberis, vel parentibus testatoris erat, ad legatum de iure speciali admittitur, sed quia Prætor in illo edicto solum conseruat legata, quæ specialiter & expresse liberis & parentibus testatoris relinquuntur, ea vero quæ extraneis personis relicta sunt, licet eorum commodum liberis & parentibus acquirendum esset, veluti si seruo eorum legatum esset, illo edicto non conseruantur, vt docet I. C. in d. l. 3. §. hoc autem. ex quo constat in d. §. sed etsi coniunctim. portionem collegatarij extranei quæ accrescere debebat coniunctæ personæ ideſt liberis vel parentibus, non conseruari illo edicto, quia eis expresse & speciali ter coniuncta non fuerit. Quæ interpretatio planissima erit si coniungas eum tex. cum. §. proxi. præced. & sic soluitur decimum argumentum.

99 Neque obstat vndecimum ex textu in. l. & Proculo. 20. D. de lega. 2. Ad cuius explitionem animaduerto quod etsi frequenter ab interpretibus traditum sit inter coniunctos coniunctione legali ius accrescendi locum habere, id tamen commentitium est, & ab interpretibus contra morem loquendi I. C. admissum, apud quos ea coniunctio nusquam legitur.

Neque obstat inter duos dominos eiusdem serui heredis instituti admitti, & inter eos qui ad eãdem successionem siue ex testamẽto siue ab intestato à lege vocantur, d. l. seruus cõmunis, cum alijs in argumento relatis. Quoniam illud non procedit ratione alicuius coniunctionis, sed ex diuersa causa, † In successione quidem ex testamẽto ex illa vulgata, ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus contra reg. l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. cum alijs quæ adduximus ad. §. hereditas sup. de hered. inst. quæ sola ratio efficax est ad inducẽdum ius accrescẽdi inter eos, inter quos nulla omnino coniunctio cadit. vt dicit Bart. communiter receptus. n. 25. in d. l. reconiũcti. quã ad. d. l. seruus communis considerauit ibidem Acc. & alij sequuntur † In successione ab intestato procedit ius accrescendi, non ex aliqua coniunctione sed ex natura successionis, quia legitima successio semper defertur seruata gradus prærogatiua Auth. defuncto. C. ad Tertull. Authentica post fratres. C. de legitimis heredibus, §. 1. §. si plures. vbi dicemus, infrà de legit. agn. successione vnde salua gradus prærogatiua, portio vacans non potest ad vlteriorẽ agnatum transire, sed existentibus in eodem gradu accrescere debet. d

l. si expluribus. 9. D. de suis & legit. qua etiam ratione & in bonorum possessione contra tabulas ius accrescendi admittitur, ex iuribus re-
102 latis: † Item & in querela inofficiosi testamenti. l. si ponas. 23. §. fin. D. de inofficioso testamento quia hæc remedia eodem ordine, & ijs demum dantur, quibus & successio ab intestato competit. l. non putauit. 8. §. fin. D. de bonorum possess. contr. tab. §. eadem hæc infra de hereditatibus quæ ab intest. Vnde quoties huiusmodi rationes deficiunt, & ex sola coniunctione induci debet ius accrescendi, non alia quàm coniunctio testatoris sufficit, nec satis erit plures ad eandem rem simul à lege vocari, vt satis constat ex tex. in d. l. & Proculo. vbi dominis à lege legatum seruo communi relictum simul defertur, & tamen non
103 habent ius accrescendi † Est & aliud exemplum in pluribus heredibus eiusdem legatarij ad quos legatum non agnitum transmittitur, qui quamuis à lege ad legatum illud simul vocentur & admittantur, non tamen habent ius accrescendi. l. legatarius. 38. D. de
104 legatis 1. † Quæ interpretatio ad d. l. & Proculo. planior fiet, si consideres præter hæc nullam rationem esse quæ ius accrescendi inducat, nulla enim inter dominos ibi adfuit cõiunctio, vt Proculus ibi ait. *Non enim coniunctim, sed partes legatas* non realis, quia domini ab initio partes habent, non concursu, quod necessarium erat in reali coniunctione, non etiam verbalis, quia neque in persona serui coniunctio aliqua considerari potest, cum in vna tantum persona considerari non possit coniunctio. dicta l. re coniuncti. ibi. *si duobus*. tex. hic. ibi *duobus legata sit.* neque in personis dominorum quia verba testatoris ad eos non diriguntur, verbis enim coniuncti sunt hi, quos sermo testatoris coniungit l. vnica. §. hoc ita tam varie. ibi. *propter vnitatem sermonis*. C. de caducis toll. l. triplici. 140. ibi, 108 *quos nominum complexus iungit*. D. de verb. significatione, quare inter dominos ad quos testatoris verba, siue sermo non dirigitur verbalem coniunctionem cadere impossibile est. Præterea quia in hac coniunctione dominorum personas non inspicimus, quia non quærimus cui acquiratur, sed cui honor habitus sit arg. l. 3. §. hoc autem. ibi. *adquem testatoris verba diriguntur*. D. de legat. præst. sed magis ipsius serui personam. l. 1. §. 1. D. de vsufruct. accresc. in quo vt diximus verbalis adesse con-
105 iunctio non potest. † Verum hanc nostram resolutionem fortiter impugnãt difficilia duo Papini. & Vlp. reposita, quibus in eadem causa communis seruus ius accrescẽdi admitti oportere probatum est, illius in. l. si duobus. 41. ibi. *perinde ac si meo & alterius seruo legatum esset*. D. de legat. 2. huius in d. l. 1. §. 1. D. de vsufru. accrescendo.

Sed si rectè consideres Papin. verbi proximè relata, non de communi seruo, sed de duobus seruis meo & alterius intelligenda sunt, tunc enim cùm serui coniuncti sint ex personis eorum domini ius accrescendi habẽt. Quæ interpretatio euidentior erit, si casum illius versiculi conferas cùm superiori in prin. tx. proposito, cui similem esse ait I.C. similitudo autem in hoc consistit, quod quemadmodum inter duos seruos eiusdem domini est locus iuri accrescendi: ita quoque in duobus seruis diuersorum dominorum.

106 Vlp. † autem in d. l. 1. §. 1. etsi expressè à Celso in d. l. & Proculo. dissentire putauerit Cuiac. li. 8. obser. c. 35. & ad Afric. tract. 5. fol. 69. communis tamen vt eos componat distinguit, inter legatum proprietatis & vsusfructus vt post Acc. ibid. docet Bart. in d. l. & proculo. & in d. l. reconiuncti. num. 59. vbi communem testatur Ripa. num. 204. Crotus. nu. 125. Huius discriminis varias rationes adduxerunt interpretes in dd. locis. & Ioan. Robert. lib. 2. sent. c. 24. Duare. lib. 1. de iure accresc. cap. 13.
107 † Vera tamen differentiæ ratio est, quod cùm legatum vsusfructus non perficiatur in prima acquisitione, sed contineat plures acquisitiones successiuas, quia quotidie constituitur & acquiritur, l. 1. §. fin D. de vsuf. accres. l. si vsusfructus. 6. D. de vsufr. leg. quotidie quoque de nouo seruo acquiritur, & per eum domino: si igitur tempore nouæ acquisitionis non possit acquiri alteri domino propter repudiationem, vel ex alia causa, tunc in totum acquiritur alteri ac si illius tantum seruus esset. iuxta. l. 1. §. communis seruus. D. de stip. seruor. quod secus est in proprietate legata, quæ cum vno eodemque tempore acquiratur, quo vterque dominus capax sit, vti non possumus, regula. d. §. communis seruus. & sic soluitur vndecimum argumentum.

Non † obstat duodecimum, & vltimum argumentum. ex d. l. cum singulis. 12. D. de vsufru. accres. cuius tex. grauissima est difficultas, dum inter legatarios quibus idem vsusfructus relictus est, ius accrescendi non admitti probat. Sed respondet Bart. in d. l. re coniuncti. num. 1. ad finem. legatarios ibi fuisse omnino disiunctos, quia licet eadem res fuerit eis relicta, fuit tamen in diuersis testamentis. Superior tamen resolutio procedit quando ab eodem testatore vsusfructus fuit duobus relictus in diuersis orationibus: est communis interpretatio Iasoni. num. 23. Ripæ. nu. 27. Polyto. num. 2. Ratio est quia ex diuersis testamentis ius coniunctionis non contingit docente Vlpian. in l. si sub conditione. 16. ad fi. D. quibus modis vsusfructus amittatur. nisi illa testamenta iuris interpretatione, pro vno habeantur. l. patris & filij. 20. D. de vulgari. §. igitur supra de pupillari coniuncta. l. cohe-

coheredi. 41. §. coheres in fi. illo tit. Hæc, licet in se verissima sint, non tamen conueniunt. d. l. cum singulis. ex qua non constat plures testatores fuisse.

109 Vnde † idem Bart. d. num. 1. ideò ibi in vsu fructu ius accrescendi cessare arbitratur, quoniam eadem res fuit legata, à diuersis tamen heredibus nominatim, vt constat ibi. *Cum singulis ab heredibus singulis.* & magis ex l. cum alius 13. statim sequenti ibi, *Cum alius ab alio herede vsumfructum vindicet.* quo casu nulla interuenit coniunctio, non verbalis, quia separatim legatum fuit; non etiam realis, quia ab initio partes habent legatarij, quia singuli heredes pro portione hereditaria tantum censentur grauati, regula l. pro hereditarijs. 2. C. de hered. actio. l. si fundum. 81. §. si libertus. D. de legat. 1. atque ita non habet vnusquisque ex legatarijs integram rem legatam, vt concursu partes fiant, sed rei partem separatam & diuisam, idque significat text. in vers. *non minus quàm si æquis portionibus duobus eiusdem rei fructus legatus fuisset.* Hanc Bart. solutionem communiter receptam testantur in d. l. re coniuncti. Alex. col. 1. Alciat. n. 8. Bologn. nu. 71. Ripa. nu. 18. Pet. Loriotus. de apicib. iur. Tract. de coniunctis axioma 2. Fran. Duaren. lib. 1. de iure accresc. ca. 10. Menchaca. de succesio. progres. lib. 3 §. 23. nu. 26.

110 Ex qua † obseruatione elegans colligitur limitatio ad regulam huius tex. dum de re coniunctis loquitur, vt non procedat quando eadem res in diuersis orationibus diuersis relinquitur legatarijs, non ab vno herede sed à diuersis, tunc enim vnusquisque partem habet, & si eam repudiet non accrescit alteri, sed manet penes heredem: induci potest. Vlpi. sententia in l. quid ergo. 53. §. si quis duos. D. de leg. 1. coniuncta. d. l. si sub conditione. 16. D. quib. mod. vsufr. amit.

111 Sed † hæc interpretatio quamuis communis sit, & in se vera, non tamen tollit illius legis difficultatem, dum ait non minus seperatos videri legatarios, quàm si duobus, æquis partibus legatum esset; & tamen in hoc casu constat legatarios non separatos, sed coniunctos appellari verbis tantum in d. l. reconiuncti. ibi. *item verbis non etiam re, Titio & Seio fundum æquis partibus do lego.* Præterea Papinia. in d. l. cum singulis. verbis. *non minus.* ponit casum dissimilem primo, ergo necessariò fatendum est in secundo casu non à singulis heredibus vt in primo, sed ab vno herede legatũ fuisse, aliàs enim non dissimilis sed idem casus esset. Deinde ratio ab Vlpiano sequenti. lege adiecta. *cum alius ab alio herede vsumfructum vendicet.* non congruit huic interpretationi, nam secundum eam non vsumfructum sed partem vsusfructus vendicare vnusquisque debet.

112 Quare pro vera illius textus interpretatione animaduerto Papinianum in eo loco de vsufructu legato loqui, cuius ea est natura & conditio vt inter legatarios diuisus, in vna quaque persona diuersus & distinctus vsusfructus constituatur, adeo vt alter alterius pars dici non possit. l. stipulatio ista. 38. §. sed si quis. D. de verb. oblig. ibi, *licet diuersi sint fructus.* l. si id quod. 15. D. de duob. reis. l. si cum duorum. 32. ibi. *quoniam nulla communio iuris esset.* vbi notat Accurs. verb. *communio.* D. de stipul. seruorum. Idem Accurs. in l. repetit. 5. verb. *heredibus.* D. quib. mod. vsusfruct. amit. docet Bart. in d. l. si id quod. nu. 1. & in d. l. stipulatio. §. si quis ita. n. 1. & in l. si vsusfructus. nu. 2. D. de nouat. † Cum igitur in d. l. cum singulis vsusfructus ab initio diuisus in partes fuerit inter legatarios, non solum in secundo casu, quando æquis partibus legatum fuit, sed etiam in primo quando a singulis heredibus relictus est, vt sup. diximus, diuersus vsusfructus in persona vniuscuiusque ex legatarijs cõstitutus videtur. Vnde fit vt nec cõiuncti sint, nec ius accrescendi habeant, quia in diuersis rebus nec coniunctio, nec ius accrescendi cadit. l. huiusmodi. 84. §. quibus. D. de leg. 1. Ex quo patet vim illius legis in hoc consistere, non an à singulis heredibus, vel ab vno vsusfructus legatus sit, sed in hoc solum an diuisus inter legatarios ab initio fuerit, & hoc significare voluit. I. C. Vlpia in l. cum alius seq. dum ait ideò cessare ius accrescendi, *quia alius ab alio herede vsumfructum vendicat.* quasi dicat, non partem eiusdem vsusfructus vnusquisque accipit quod necessarium erat ad inducendum ius accrescendi, sed vsumfructum simpliciter vendicat, quia vnius vsusfructus alterius pars non est.

114 Ex qua † verissima interpretatione infero verisimam esse antiquorum sententiam quorum meminit Acc. in l. 1. in prin. verb. *partis rei*, vers. *quidam tamen.* D. de vsuf. accres. existimantium inter coniunctos verbis tantum nõ habere locũ in vsusfructu ius accrescẽdi. Quam opinionem ideò omnes reprobant, quia inter vsumfructũ & proprietatem in hoc casu nullã videtur posse constitui congruã differentiæ rationẽ, vt præter Acc. d. loco cõstat ex Bald. in l. si tibi eo. tit. Florian. in l. quoties. §. vniuersorũ. D. de vsuf. Ripa. nu. 68. Bologne. n. 238. Ioãne de Villalonga. fol. 29. in d. l. reconiuncti.

115 † Sed antiquorum opinionẽ acriter defendũt aduersus cõmunẽ Belucius. nu. 30. Crotus. nu. 34. & Politus. nu. 45. in d. l. re coniuncti: Portius hic. n. 11. Duar. lib. 1. de iure accresc. c. 10. Mencha. lib. 1. de succes. creatione §. 10. num. 122. & lib. 3. de succes. progressiu. §. 23. nu. 27. Quibus expressè fauet textus in. d. l. cum singulis, secundum superiorem nostram interpretationem.

116 † Deinde inducit potest tex. in l. inde Neratius. 4. ibi. *toties ius accrescendi*

esse, quoties in duobus qui insolidum habuerunt, concursu diuisus est. D.de vsufru. accresc. ergo inter coniunctos verbis tantum, cum non concursu sed ab initio diuidatur, non erit ius accrescendi. † Præterea facit tex. in l. 2. illius tit. ibi *ius accrescendi heredes non habere, nam videri vsumfructū constitutum, non per cōcursum diuisum.* † Nec iura quæ pro communi opinione adducit Bologne. vbi sup. aliquid faciunt nempe text. in lege. 1. §. idem ait, & in §. idem est, & in §. interdum, eod. tit. quæ cum solum loquantur de coniunctis, de potentiori coniunctione intelligenda sunt, nempe de mixta & non de verbali tantum argum. l. quæritur. 10. D. de statu hominum. Rationem autem differentiæ inter vsumfructum & proprietatem hac in re inuenire facile non est, omnes enim quas huius nostræ opinionis auctores scripserunt, parùm sufficientes ad tantum, & tam magnum discrimen constituendum mihi videntur. † Vnde illis omissis vera differentiæ ratio ex à nobis obseruatis ad d. l. cum singulis apparet: nam licet proprietas duobus æquis partibus pro indiuiso detur, eadem tamen res manet. l. rectè dicimus. 25. §. 1. l. locus. 60. D. de verb. significat. At vsufructu à testatore per partes diuiso inter legatarios diuersi vsusfructus constituuntur, quæ res necessariò, vt dixi mus, ius accrescendi impedire debet. † Ex quo patet cur coniunctio realis tantū, vel mixta ius accrescendi etiam in vsufructu inducat, nam cum in his coniunctionis nō fiant partes ab initio, vt in verbali, sed concursu vsusfructus diuidatur. l. coniunctim. 78. D. de leg. 3. d. l. inde Neratius. Si alter non concurrat, apparet vsumfructum nunquam fuisse diuisum, sed integrum apud legatarium manere. Quæ sunt notatu dignissima pro explicatione totius ferè tit. D. de vsufr. accresc. & sic soluitur argumentum & tex.

§. *Si cui fundus.* 10.

1 *Aliena re legata, cuius proprietatem quis ex causa onerosa vsumfructum ex lucratiua consequutus fuit, proprietatis æstimationem quis consequitur.*

1 SI is, cui fundus alienus legatus est, proprietatem ex causa onerosa, vsumfructum ex lucratiua adeptus sit, solius proprietatis æstimationem consequetur. l. non quocumque. 82. §. fundus. D. de leg. 2. & conducit sententia tex. in §. si res aliena, sup. eod. l. 45. l. 44. tit. 9. p. 6. concludit autem Iustinianus, quod si legatarius qui acquisiuit proprietatem ex venditione, & vsumfructum ex consolidatione, iuxta. §. finitur supra de vsufructu. petat fundum ab herede, non male agit, neque dici potest eū plus petere contra §. plus inf. de act. quia quamuis heres non teneatur ei æstimationem præstare vsusfructus, cum in eo duæ lucratiuæ causæ concurrere non possint, tenetur tamen æstimationem proprietatis fundi præstare, cum illam habeat legatarius ex titulo oneroso, nec legatarius petendo fundum, videtur necessario etiam petere vsumfructum cum fundus sine vsufructu rectè dicatur. l. rectè dicimus. 25. D. de verb. sign.

§. *Sed si rem legatarij.* 11.

1 *Propria res legari nemini potest.*
2 *Meum quod iam est amplius meum effici non potest.*
3 *Propria res sub conditione legari potest, & alijs in casibus, nu. 5. & seq.*
4 *L. 1. D. de Reg. Caton.*

1 RES propria nemini legari potest nec si dominus eam alienauerit legatū conualescit. Idem deduces ex. l. cum seruus. 39. aliàs. l. apud Iulianum. 40. §. si Titius. l. cætera. 41. §. tractari. D. de leg. 1. l. Mœuius. 66. §. fundo. vers. *Sin autem.* D de leg. 2. l. cum quis decedens 37. in pr n. D. de leg. 3. l. proprias res 13. C. de legat.
2 † Rationem hic scribit Iustini. quia quod proprium est ipsius legatarij amplius eius fieri nō potest, l. 3. §. ex pluribus. D. de acquir. poss. l. non. vt ex pluribus. 159. D. de reg. iuris. §. sic itaque inf. de action.

Verum hæc decisio sequentibus modis intelligenda est. Primò, vt procedat vbi res pro
3 pria alicui pure legatur, nam † sub conditione relinqui potest. d. §. tractari. l. mea res. 98. D. de condit & dem. facit. l. existimo. 61. D. de contra. empt. aliàs si purè legata sit, & si eam ex post facto heres alienauerit, nihilo magis conualesceret legatum, quia à principio non con
4 sistit. tex. hic & d. §. tractari. † Neque contrarium probat tex. in l. 1. ad finem. D. de reg. Caton. vbi si alicui res propria legetur valet legatum si eam viuo testatore alienauerit, quoniā cum cōmuni respondeo legatū ibi fuisse relictū sub cōditione si legatarius rē viuo testatore alienasset, & ob id tex. inquit quod si testator statim decedat non potest deberi legatum
5 cum iā conditio non possit impleri. † Secundo si res propria quæ legatur sit alteri obligata vtile erit legatum, vt heres eam luere teneatur. l. si tibi homo. 88. in princ. D. de leg. 1. d. l.
6 Mœuius §. fundo. † Tertio, si vsusfructus sit apud aliū, similiter heres emolumētū vsusfructus præstabit. d. §. fundo. † Quarto, si res propria à legatario possit auelli nō erit inutile legatū. l. non quocūque. 84. in prin. D. de leg. 1.
8 † Quinto si testator in illa re propria legatarij aliquod ius habeat, similiter valebit legatum propter illud ius quod tunc censetur remittere. l. si domus. 74. §. fin. D. de leg. 1.

§. Siquis

§. Siquis rem suam. 12.

1 *Suam rem, tanquam alienam, siquis legauerit valet legatum.*
2 *L. si pater. 4. §. quoties. D. de manumiss. vind.*
3 *Veritas opinioni præfertur: aliquando opinio veritati.*

1 SIquis rem † suam, quam alienam legatarij ve esse putabat legauit, valet legatum. Idem probabis ex l. vnum ex familia. 67. §. si rem. D. de leg. 2. Decisionis ratio est, quia plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione. l. 2 §. si à pupillo D. proemptore. l. regul. 9. §. qui ignorauit. D. de iuris & fact. ignor. l. si pater. 4. § quoties D. de manumiss. vind. cũ
2 alijs. quod verũ †. intellige quando in veritate nõ deficit aliqua volũtas, vt hic, & in d. §. quoties, vbi siquis seruum propriũ quẽ alienũ esse putabat manumittat, valet manumissio, namque si alienũ manumittere volebat, longe magis manumitteret proprium: & ob id testator leget rem propriam, tamquam legatarij valebit legatum, quia credimus similiter fuisse legaturum si sciuisset. suam. Idque in vltimis voluntatibus admittimus, quia eas, vt exitus habere possint, latius interpretamur. l. in testamentis, 12. D. de reg. iur. iuncta. l. vel negare.
3 5. D quemad. test. aper. † in contractibus verò hanc interpretationem non sumimus sed totum actũ inutilem iudicamus l. 3. §. subtilius D. de condict. caus. dat. induces. §. impossibilis de hered. inst. & §. si impossibilis inf. de inutil. stip. In his autẽ quæ solo animo consistũt quia omnimoda requiritur certitudo, opinio veritati præfertur. l. is qui putat, 15. de acquir. hered. item etiam vbi publica vtilitas dictat, vt opinio præualeat, tunc veritas non attenditur. §. sed cum aliquis sup. de testam.

§. Si rem suam. 13.

1 *Alienatio voluntaria legati à testatore facta illud perimit, secus si necessaria sit, cum distinct. de qua seq. nu.*
3 *Alienationis appellatione pignus continetur.*
4 *L. si maritus. 12. C. de donat. inter virum. L. cum hic status. 32. §. si maritus. D. de donat. inter virum.*

1 SI testator rem suam quam legauerat, totam vel partem eius alienet, siquidem nõ adimendi animo, adhuc consistit legatum si adimendi animo, legatum inutile est. Cum autem Iust. in. id testantis voluntati totum tribuat, nec ea qualiter explicetur aperiat, ex cõmuni opinione sic distingue. Si alienatio fiat ex causa voluntaria censetur legatum reuocatũ. l. rem legatã. 18. D. de adim. leg. l. 17. in fi. l. 40. tit. 9. par. 6. quamuis inutilis sit alienatio. l. legatum. 24. §. pater. D. de adim. legat. Si ex causa necessaria durat legatum. l. fideicommissa. 11. §. si rem. D. de leg. 3. dict. l. 17. tit. 9. p. 6.
2 † nec si testator rem quam voluntariè alienauit redimat, legatum conualescet, si nouam testatoris voluntatem legatarius non probauerit. l. cum seruus. 15. D. de adim legat planè, vt dicemus ad tit. inf. de ademptione legat. legata nuda voluntate tolli possunt. l. 3. §. fin. D. illo tit.
3 In text. ibi. *pignori dedit.* Quamuis † pignoris datio alienationis species sit. l. fin. C. de rebus alien. in nostra tamen materia non videtur testatorem animo adimendi legatum pignoris datione alienasse, tum quia verum dominium apud ipsum manet. l. pignus. C. de pignor. actio. tum quia plerunque necessario res pignori datur: necessaria autẽ alienatio ademptionem non inducit. d. §. si rem. d. l. 17. part.
4 † Neque obstat. tex. in l. si maritus. 12. C. de donat. inter virum, vbi donatio inter virum & vxorem quæ post mortem vim legati habet. l. donationes. 25. C. illo tit. per pignoris specialem dationem reuocatur. Quoniam respondendum est quod cum illa donatio non antea valeat, quinimo omni iure improbetur, quam testatoris voluntate vel expressa vel tacita confirmetur. d. l. donationes. l. cum hic status 32. D. eod. ille autem qui eãdem rem quam donauit pignori dedit, non videatur illam confirmare, quasi confirmatione cessante illam videtur reuocasse, nisi de contraria voluntate constet, & sic intelliges. d. l. cum hic status. §. si maritus ea.

§. Siquis debitori. 14.

1 *Liberationis legatum vtile est, & quibus rationibus.*
2 *Suum est quod quis debet.*
4 *Debitor est à quo inuito pecunia exigi potest.*
5 *Liberationis legatũ pluribus modis relinquitur.*

1 QVia † & incorporales quoque res legari possunt, constat quod si creditor debitori suo liberationem legauerit vtile legatum erit, exindeque neque debitorem neque heredem eius, aut, qui heredis vicem habet conueniri posse. l. 1. l. 3. §. & tot. tit. D. de liber. legata. Dubitandi ratio illa esse potuit, quod res
2 sua legari legatario videbatur, † suum enim cuiusq; est quod quis debet. d. l. 1. & l. scribit. 34. D. de auro & argen. leg. Præterea obligatio non dissoluitur, nisi ijsdem modis, quibus con-
3 tracta est l. nihil. 35. De reg. iur. † Cæterum quia nõ corpus sed quãtitas in legato est, inducũ est, vt siue heres petat exceptione repellatur, siue non petat agere vltro legatarius possit vt heres eum liberet. tex. hic. d. l. 3. l. legaui.
4 25. D. de liberat. legat. † Plane debitorem

interpretamur à quo inuito exigi pecunia potest.d. l. debitor. 108. l. creditores. 10. D. de verb.significatione ergo.si debitor aliqua perpetua exceptione se tueri possit, tunc legatum inutile erit.l.si creditor debitori.13.D.de
5 liber.legata.Pluribus † autem modis liberationem posse legari constat, sed præcipuus est cum chirographum,quo debitum continetur legatur.d.l.3.§.1.l.seruum filij.44.§. eum qui chirographum.D.de leg. 1. Aliud si est testator pignus sibi pro debito obligatum legauerit debitori,tunc enim ab eo debitum peti poterit,quia solum ius pignoris censetur remissum l.1.§.1.D.deliberat.leg.l.16.tit.9.part.6. vbi notanter explicat Greg. Ant. Gomez, 1. tomo.cap.12 nu.82.

§. *Ex contrario.* 15.

1 *Legatum à debitore creditori rei debitæ factum inutile est,quod tamen sequentib. num. explicatur.*
7 *Legatum,si peruenerit ad casum,à quo incipere non potuit vtrum vitietur?*
8 *L.debitor.82.in princ.D.de leg.2.l. verbis legati.5. D.ad l.Falcid.*

1 CVm legatum † continere vtilitatem semper debeat, vt in definitione diximus, recte hic docet Iustinianus quod si debitor creditori suo quod debet legauerit, & nihil plus sit in legato quam in debito inutile legatum erit, cum nihil amplius per legatum habeat. Idem deduces,ex l.si creditori.28.D.de leg.1. l.debitor.82.D.de leg.2.l.legaui.25.§. fin.D. deliber.leg.Quæ decisio sequent.modis explicanda est.Primo † vt non procedat quando le
2 gatum potest habere vtilitatem,modo,tempore,conditione,vel loco,vt hic,& l. fin autem.
3 29.D.de leg.1.Item † valebit si debitum erat in specie propter commodum rei vindicationis quæ creditori acquiritur.l.si mulier. 3.§. si
4 rem.D.de leg.3.Præterea † si ex legato consequitur creditor vt interrumpat præscriptionem à debitore inchoatam iuxta.l.cum notissimi§.sed & siquis.C.de præscrip.30.vel. 40.
5 ann.Deinde † hoc legatum quamuis sit inutile,respectu creditoris,erit tamen vtile respectu heredum,vt si vnus sit grauatus soluere, is tantum præstet illud debitum l.non solum. 7.
6 §.sed etsi duobus.D.de lib.leg. Plane † propter commoda repræsentata potest creditor legatarius grauari.l.si deportati.7.§.fin. D.de legat.3.& Falcidia locum habet.l.1.§. siquis creditori.D.ad leg.Falcid.est enim hoc interusurium medij temporis in consideratione. l. ait Prætor.§.si cũ in diem.D.quæ in fraud. cred. licèt non possit legatarius creditor grauari quando commodum rei vendicationis solum habet.d.§.si rem.

In eod.tex.versic.*quod si vino.*

7 Grauis † fuit inter veteres prudentes contentio. An legatum quod semel competit, si in eã causam peruenisset à qua incipere non potuit,
8 id circo inutile fiat? Papin. † in l. verbis legati.5.vers.*quod si dies.* D.ad leg.Falcid. non fieri irritum docet: Paulus autem præceptori suo apertissimè aduersatur in l. debitor. 82. vers.*quod si vino* D.leg.2.qui mouebatur eo argumento quod hic Iustinianus retulit, videlicet quod dispositio quæ tempore præsenti valet,si perueniat ad eum casum à quo incipere non potuit omnino extinguitur. l. pro parte. 11.D.de seruitut.cum alijs. Verum Papin.sententia,quam hic Iustinianus probat longè verior est, sæpissimè enim ea quæ vtiliter gesta sunt durant, licet superueniat casus à quo initium habere non poterant.l. in ambiguis. 66. §.non est nouum.D.de reg.iur.l.is cui. 18. D. de testam.ca.factum legitimè,de regul. iur.in. 6.Neque obstant iura quæ cõtrarium probãt, nam non procedunt quando actus superueniens tendit ad eundem finem, vt hic & in d.l. verbis legati.Necobstat.d.l.debitor,vers.*quod si vino*,quoniam omissis opinionibus dicendũ est Iul.Paul.illius legis authorem tenuisse opinionem Papiniano contrariam, cum autem Iustinianus hic,explosa Paulo Papinianum probauerit,Pauli opinio reijcienda est,vt hinc eorum negligentia incusanda qui Pandectarum centones composuerunt,vt hic aduertunt Baldu in.Hotom.& Eguinar.

§. *Sed si vxori.* 16.

1 *Dos soluto matrimonio quando vxori restituẽda*
2 *Dos a viro vxori legari potest, vtileque legatum est.*
3 *Dos,etiam non numerata,si quantitati expressa legetur,valet legatum.*
4 *Debitum legatum expressa quantitate debetur, etiam si debitum non sit,& num.seq.*
6 *Conditionis* si non nupserit. *disputatio vtilis, ob maximam frequentiam,& insignes difficultates.*
*Conditio.*si non nupserit,*obseruanda est. & n. sequent.*
7 *Voluntas testatoris semper est seruanda, & numero 26.*
8 *L. Auia.77.§. Titio.l.mulieri & Titio. 74. in princ.D.de cond.& dem.& n.16.& nu.30.*
9 *L.sed si hoc.62.§.fi.l. cum tale. 72.§. Mæuiæ. D.de cond.& dem.l.Quæsitum.31.D. qui & à quibus,& nu.36.*
10 *L.Titio.96.§.fi.D.de cond.& dem.l.fin. D.de statu liberis,& nu.38.*
11 *L.legatum.17.l.filiæ.22.D. de annuis leg. & num.40.*
12 *L.non dubium.14.D.de leg.3.& nu.42.*
13 *Auth.*

13 *Auth. Cui relictum. C. de indict. viduit. toll. & num. 43.*
14 *Conditio, si non nupserit, reijcienda est. & nu. sequentib.*
15 *Matrimonia libera esse debent.*
16 *L. heres meus. 79. §. fin. D. de cond. & dem. & num. 33.*
17 *L. intestato. 3. §. si quis libertam D. de suis & legitim.*
18 *L. reprehendenda. 5. C. de inst. & substit.*
19 *L. hoc modo. 64. §. quod si ita scriptum. D. de cond. & dem.*
20 *L. quoties. 22. D. de condit. & dem. & numero 42.*
21 *L. cum ita. 63. in prin. D. de con. & dem.*
22 *Matrimonia vt ciues Romani contraherent, maximè eorum legislatores studuerunt, & numero 46.*
23 *Pœnis, præmijsque propositis ad virtutem & honitatem ciues allicienda sunt.*
24 *Cœlibatus Romanis, reliquisque nationibus dedecori fuit.*
25 *Leges Ælia Sentia, Papia Poppæa, Iulia de maritandis ordinibus, & earum capita remissiuè.*
26 *Conditio, si non nupserit, qua legereijciatur controuersum, & plures opiniones remissiuè.*
27 *L. adigere. 6. §. lege Iulia. D. de iure patronatus.*
28 *L. Iulia de Maritandis ordinibus, conditio si non nupserit, reiecta fuit, vnde variæ leges intelliguntur.*
30 *L. 1. C. de indict. viduit. toll.*
Conditio, si mulier non nupserit, tertio adiecta quando reijciatur. & nu. sequentib.
33 *L. heres meus. 79. §. fin. D. de condit. & demonstr.*
34 *Filij fam. iure ciuili iniussu patris matrimonium contrahere non poterant.*
36 *Conditio, si à liberis impuberibus non nupserit, quare non reijcienda.*
38 *Libertatis fauor nuptiarum fauori præfertur, & quare.*
40 *Legatum relictum subconditione,* donec nuberet *an præsens, an conditionale sit.*
41 *Legatum relictum sub ea conceptione,* quoties cunque vidua erit, *quando præstandum.*
45 *Viduitatis conditio seruanda est.*
47 *Nuptias secundas contrahere licitum, minus tamen honestum.*
48 *Mulieribus maximè pudicitia expedit.*
49 *Mulieri siquid relinquatur, si caste vixerit, vtrum lucretur, si nuptias contraxerit?*
50 *Secundò nubentium pœnæ sublatæ sunt, non tamen illæ quæ in gratiam filiorum primi matrimonij inductæ sunt. & nu. 51.*
52 *Conditio, si non nupserit, viduæ iniuncta, propter solam voluntatem testatoris obseruanda.*
53 *Conditio, si non nupserit, virgini. & ei quæ nunquam nupsit iniuncta, reijcitur. & num. 54. & 56.*
55 *Conditio, si nupserit, virgini adiecta. lege Iulia remissa, tam in primis quàm in secundis nuptijs, intelligitur, contra Costam.*
57 *Viduitatis conditio arcet personam cui iniungitur à relicti petitione, intra primum annum, etiam præstita cautione de non nubendo quodam iure Regio admittendum sit, sequen. numeris, disputatur.*
58 *Imperatorũ leges in Hispania, nisi quatenus ratione nituntur, non obseruantur.*
62 *Viduitatis conditio etiam in viris obseruanda.*

1 QVamuis † soluto matrimonio vxori dos restituenda sit. l. 2. D. solu. matrimonio olim quidem iure Digestorum annua, bima, trima die, ideſt in tribus annis scilicet in quolibet anno tertia pars dotis. Iure codicis, & Regio mobilia statim, immobilia transacto anno, l. vni. §. exactio. C. de rei vxor. actione l. 31. tit. 11. p. 4. explicat Anton. Gomez in l. 50. Tauri. num. 46. nouissimè Petr. Barbosa, in d. l. 2. 1. par. ex num. 2. indeque videretur dotis legatum à marito vxori factum inutile esse ex
2 ratione. §. ex contrario sup. eod. † quia tamen plenius est legatum, quam de dote actio propter commodum repræsentationis, & alia quæ considerat I. C. in l. 1. C. de dote præleg. Accurs. hic, verbo, *plenius.* Mynsing. & alij, hic ideò legatum valet.

In versiculo. *Sed si quam non accepit dotem.*
3 Collige † generaliter ex hoc tex. quod siquis legat alicui debitũ quod se debere existimat, si nullam quãtitatem exprimat legatum est inutile propter incertitudinem: si verò quantitatem exprimat valet: in dote probat tx. in l. cũ scriptũ. 6. & in l. fi. D. de dote præleg. l. 3. l. fi. C. de falsa caus. adiect. leg. † & in omni alio de
4 bito. l. legaui 25. in fi. D. de lib. legat. quæ iura sic intelliges, & l. si sic legatum. 78. §. 1. D. de leg. 1. ratio est quia falsa demonstratio non vitiat legatum. l. penult. D. de manumiss. test. d. l. 3. C. de falsa causa. Deinde quia non dos, sed pro dote certæ res demonstratæ sunt. d. l. cum scriptum. Itaque valet hoc legatum. *Titio decem quæ illi debeo,* quamuis nihil debeã l. 2. C.
5 de falsa causa, diuersum † est si testator leget alicui, *quod sibi Titius debet,* vel eidẽ legatario leget *quod sibi ipse legatarius debet,* nam siue exprimat, siue nõ exprimat quantitatẽ semper legatum est inutile. d. l. si sic legatum. §. 1. & est ratio, nam qui decẽ legat quæ sibi debentur, si debitori legat, videtur ei tantum voluisse legare liberationem, si verò alij legat tunc vide-

tur legare actionem ad ea decem petenda: plane nec liberatio in eo intelligi potest, qui non tenetur, nec actio aduersus eum qui nihil debeat. & inde hoc legatum inutile est: secus est quando testator legat decem quę se debere putat semper enim illa decem de suo patrimonio abesse voluit. sicque intelliges nostr. tex. & iura sup. citata.

6 Frequens est † vsu forensi quotidie occurrens, & nostris his in scholis publicis priuatisque disputationibus maximè agitata quæstio, nunquid si maritus vxori legatum aliquod reliquerit, ei tamen adiecta conditione *ne nubat*, legatum vtile sit? quæ quia conuenit nimis huius §. materiæ, & ijs quæ in eius proposito & antiquiores & iuniores interp. adducunt, à me vero luculenter pluribus ab hinc annis pro nostris in extemporali quadam disputatione fuit discussa, non grauabor eam hic intexere; quo magis difficillimi nodi huius cõditionis, *si non nupserit*, quæ late per Pandect. & Cod. volumina sparsi sunt maximamque ansam interpretibus semper præbuerunt, explicentur. Quod facilius præstabo generali quæstione proposita videlicet. *Vtrum conditio* si nõ nupserit, *testamento, aut alteri dispositioni adiecta adimplenda sit, an vero reijcienda?*.

7 Et huiusmodi † conditionem omnino adimplendam esse, non respuendam probare in primis videtur generale iuris axioma, quo iactatur, testantium voluntates semper esse seruandas. l. in conditionibus 19. l. pater. 101. cũ alijs illius tit. D. de condit. & demo. l. vbi purè. 19. D. ad Trebell. l. non aliter. 67. D. de lega. 3. cũ 15 infinitis alijs, quæ retulimus in disputatione demora. n. 202. Sed expressa est hoc casu testãtis mens, & voluntas, qui non aliter legatariũ, siue heredem relictum habere voluit, quàm si conditioni pareret, & non nuberet, ergo obseruari hæc conditio debet.

8 Secundò † eadem pars probatur ex. l. auia 77. §. Titio l. mulieri & Titio. 74. in prin. D. de cond. & dem. l. 1. C. de indict. viduit. toll. vbi relictum Titio sub cõditione, *si mulier non nupserit*. non aliter ipse lucrabitur, quã conditione adimpleta, & muliere non nupta, quod si ea 16 nupserit, Titius conditione defectus legatum amittet, ergo.

9 Tertio huic sententiæ † fauent. I. C. in l. sed si hoc. 62. §. fi. vers. *quod si ita scriptum*. l. cum tale. 72. §. Mæuiæ, vers. *non idem probatur*, D. de condit. & dem. l. quæsitum 31. D. qui & à quibus, vbi conditionem *si non nupserit*, reijciendã non esse, probatum est.

10 Quarto pro eadem † opinione induci non male potest eleg. tex. in l. Titio. 96. §. fi. D. de cond. & dem. & in l. fin. D. de statu liber. vbi si serui vsusfructus, vel ipse seruus mulieri relinquatur, quoad vidua erit, vel donec non nupserit, & eidem seruo libertas si nupserit mulier: ea nupta seruus liber fit: igitur conditio viduitatem inducens non reijcitur.

11 Quinto † confirmatur hæc pars ex l. legatum. 17. l. filiæ. 22. D. de annuis leg. vbi legatũ Atiæ relictum, quamdiu vidua erit, vel donec filia nubat, nuptijs finiri probarunt I. C. ergo conditio explosa non fuit.

12 Sextò huic † sententiæ accedit Caius in l. non dubium 14. D. de leg. 3. vbi non dubium esse ait, quin si vxori legatum sit. *si non nupserit*, idque alij restituere rogata sit, cogenda est, si nupserit, restituere, quibus verbis satis probatur, eam conditionem non explodi.

13 Septimò & vltimo † & in hac sententia est Iustinianus in d. auth. de nuptijs, §. quæ verò nunc sequitur, collat. 4. & in auth. cui relictũ. C. de ind. viduit. tol. vbi cui relictum quid fuerit à coniuge, vel à qualibet persona, sub conditione, ne secundas ineat nuptias, intra annũ petere non potest, post annum vero præstita cautione, de non nubendo, ex quibus omnibus, satis conuincitur, conditionem, *si non nupserit*, obseruandam esse, non reijciendam.

14 Sed † contrariam sententiam non leuioribus probatam argumentis constat, quinimo eam legem institutioni, legato, aut fidei commisso adiectã, *nequis nubat*, aut alia quælibet qua viduitas iniungatur, aut nuptiæ interdicantur, esse pro non scripta habendam, & ea reiecta puram manere dispositionem, pro qua etsi plura construi possent argumenta, sequentia tamen fortiora sunt. Primum est, & alterum non minus generale iuris vtriusque dicterium, 15 † matrimonia libera esse ab omni metu, & impedimento debere. c. gemma. 29. c. requisisti. 17. de sponsalib. l. Titia. 134. in fi. D. de verb. oblig. l. 39. ti. 11. par. 5. cum alij relatis à Coua. in 4. 2. par. cap. 3. §. 7. n. 5. Sed ea conditio matrimonia moratur, & nuptijs impedimentum infert, igitur reijcienda est, vt planè probat tex. in d. l. sed si hoc. 62. §. fin. in princ. l. cũ ita 63. l. hoc modo. 64. l. cũ tale. 72. §. si arbitratu. d. l. mulieri & Titio 74. ibi. *si mulier nupserit*. d. l. auia 77. §. Titio, ibi. *si nupserit mulier*. in l. Titiæ. 100. cum alijs. D. de cond. & demonst.

16 Sequẽs † argumentũ est, ex elegãti Papin. sent. in l. heres meus. 79. §. fin. D. de cond. & dem. vbi etiã eo casu quo cõditio *si non nupserit* alij quã legatario adiecta est, reijcitur. & tamẽ nullũ tũc præstat impedimentũ cũ tertiæ personæ nõ interfit legatariũ, legatũ cõsequi, igĩtur magis reijcietur conditio, eidem legatario scripta, quod idẽ probat. d. l auia. §. Titio, vbi conditio, *si mulier non nupserit*. Titio adiecta, si is eidem tundũ restituere debet, reijcitur, vt mulieri fideicommissariæ succurratur.

17 Tertio † pro hac parte vrget tex. in l. intestato. 3. §. siquis libertam, vers. *Sed si intra certum tempus*. D. de suis & legit. vbi etiam si ad certum tantum tempus nuptiæ impediantur, prohi-

prohibitio excluditur,& conditio tollitur.

18 Quartò, † iuuari potest,ex l. reprehenden da.5.C.de instit.& substi. quo loco conditio, *relinquo te heredem si à viro diuerteris*, reijcitur, & ea spreta mulier heredem habet, igitur & explodetur illa, *si non nupserit*, cum vt prior reijciatur,aliqua posset iusta causa subesse quę tamen non admittitur,nulla verò vt impediantur nuptiæ.

19 Quintò, † adduci potest tex in,l.hoc modo. 64. §. quod si ita scriptum. D. de cond.& de.vbi conditio localis nuptiarum prohibitiua vt puta,*si Salmanticæ mulier non nupserit*,nõ admittitur, igitur magis ea quæ generaliter matrimonio impedimentum inferat respuenda erit.

20 Sexto accedit † difficilis Iuliani locus in.l. quoties.32.D.decond. & dem. inqua l. scripsit,legatum,sub conditione,*si non nupserit*, mulieri relictum,si eius fideicommissum sit,vt Titio restituat,si nubat, si mulier nupserit legatum illud eam petere posse,nec esse cogẽdam fideicommissum præstare:quod ideo fit, quia semper nuptiarum impedimentum reijciendum est.

21 Septimò & † vltimo,idem verum ostenditur:nam & conditio affirmatiua. *si nupserit*, si aliquomodo matrimonium impediat, reijcitur,vt quia certæ personæ nubere mulier iussa est l.cum ita.63.in princ. D. de cond. & dem. ergo longè magis tolletur illa,qua omni mo-

22 do nuptiæ prohibentur. † Relinquitur igitur ex his quæ proximis num. notamus conditionem hanc (*si non nupserit*) in testamento aut alia dispositione adiectam,obseruandam nunquam esse,sed pura manente dispositione pro non scripta habendam. *Quæ conclusio,etsi ex*, relatis sup.n.7.& seq.non parum difficilis videatur,rationem tamen in obscuro non habet, siquidẽ apud omnes constat, maximæ olim Romanis curæ fuisse,omni ratione prospicere neciuium,populiq; tot bellis exhausti frequentia ciuitas destitueretur& subinde minimè succrescentibus qui demortuorum locum replerent,sensim dilaberetur:id quod & abunde testantur leges ab illis latæ, quas proculdubio respexisse mihi videntur. I.C.in l.1. D. solut. matri.l.hoc modo.64.in fi. D. de cõd. & dem. l.1.vers *& generaliter*.D.de vent.in poss. mit. l.cum ratio.7.§.si plures. D. de port. quæ fil. dam.l.in bello.12.§. medio tempore in fi. D. de captiuis l. 1. D. de iure dot.in l.2.C.de in-

23 dict.viduit. Nam † vt in benè constituta republica pœnis & præmijs propositis homines ad virtutem & bonitatẽ impellere, allicereq; vehementer legislatores student.l. 1. vbi eleganter expoeta notauit Accurs. D. de iust. & iur.l.& virtutum.4.C.de stat.& imag. tex. in proœmio Partit.& in.l.3.tit.1.p.1.in.l. 2.tit. 1.p.3.Sic in omnium optimè fundato Romano populo leges, quibus notis & honoribus ciues ad matrimonia, prolemque suscipiendã

24 inuitarentur,passim rogabantur, apud † quos tam cælibatus probrosus erat,vt præter infamiæ notam, qua qui matrimonium non contrahebant aspergebantur, in grauissimas eos incidere pœnas ex bonorum authorum testimonijs constet,sed nec Romanis solum,sed & alijs nationibus cælibatũ dedecoris fuisse post Petr.Crinit.de honest.disciplib.4.cap.15.testatur Did.Coua.in.4.2.p.cap. 8.in prin. n.5.

25 Inde † latæ fuerunt leges illæ, *Ælia Sentia, Papia, Popæa, Iulia de maritandis ordinibus, Iulia Miscella*,& aliæ,quibus omnes ad vxores liberorum procreandorum causa ducendas coègerunt, & cælibatui pœnas irrogantes, maritos eò maioribus priuilegijs, & prærogatiuis donauerunt,atque præmijs affecerunt, quò plures liberos susstuliissent,& quicquid coniugiorum ineundorum libertati obstaret amoliti sunt,quarum meminerunt Vlp.infrag.tit. 13. cum seq.& ibi ad eum Iac. Cuiac. idem lib. 3. obs.ca 12.Fran.Duare.lib.1.disp.c.40. & seq. And.Alciat.lib.3.dispunct.c.3.& in.l.ter emixa D.de verb.sign.Bris. lib. sing. de iure connub.p.9.Pardulph.Prateius, Franc. Hotom. & Ant.Aug.ad veteres Pop. Rom.leges, siue de legibus,capite, *de Papia Popæa*, & *de Ælia Sentia, Iulia Miscel. & Iulia de mar. ord.* D. Isidor.libro. 5. etymolog.c.15.relato, in c.quædam.2.distinct.A.Gell.lib.2.noct.ca.15.Alex. ab Alex.lib.4.c.8.& c.22.& ad eum Andr. Tiraq.Ioan.Rosin.lib.8.antiquitat.Roman.cap. 18.Francis.Connan.lib.8. cap.1. num.6.Did. Couar.d.c.8.n.5.quos videbis latè eas leges interpretantes,& ex eis plures alias illustrãtes.

Vnde & illud est,quod etsi alioqui suprema rum voluntatum obseruationi plurimum ijdẽ Romani tribuerent (vt sup.n.7.in prin.diximus)tamen conditionem istam (*si nõ nupserit*) testamentarijs dispositionibus adiectam sperni,& pro non scripta haberi voluerunt. Qua

26 vero lege ea fuerit reiecta,apud omnes adhuc sub lite est.Ego verò,omissa opinione Roph. Cumani in. d. l. sed si hoc. §. fi.existimantis.l. Ælia Sentia huiusmodi conditionem sublatã fuisse,quem secure sequitur.Costa.in.d.§.fi arbitratu,tchol.1.in.n.1.explosa etiam alia opinione Bris.li.3.c.3.referẽtis id ad l. Iuliã Miscellam quam sequutus nouissimè fuit Cuia.li. 1. notat.c. 1. quas retulit eas improbans Did. Spino.glos.14.n.71. Reiecta similiter & alia noua sententia Ioan.Roberti d.lib. 1. animad. c.1.propè fi.qui hoc legi Papiæ tribuit,quem improbat Iacob.Cuia. sub nomine Ant Mercat.lib.1.not.c.1. semper sequutus fui eorum opinionem qui l. Iulia de maritandis ordinibus eam conditionem sperni probarunt, inter quos Iac.Cuiac.innotis ad Vlp. tit. 16. vers. *neutri legi*..& ad Iul.Paul.lib. 3. tit.4. versic.

conditiones contra leges, Ant. Aug. de legib. C. *de*
27 *lege Iulia de marit. ord.* pa. 2. ad fi. † quibus ma-
xime fauet tex. in. l. a ligere. 6. §. lege Iulia. D.
de iure patron. vbi Iulius scripsit, l. Iulia de ma
ritandis ordinibus remitti iusiurandum, quod
liberto in hoc impositum est, ne vxorem duce
ret, libertæ ne nuberet, id quod ab eisdem au-
28 ctoribus latè probatum est: ex qua † vera ob
seruatione infero intellectum ad tex. in. l. sed
si hoc 62. §. fi. ibi. *legem locum non habere*, & in
d. l. hoc modo. 64. ibi *an fraus legi facta esset*, &
sequentib. verbis, quibus legis mentio fit, &
in d. §. si arbitratu, ibi. *eamque legis sententiam vi
deri*, & in d. l. mulieri & Titio. 74. ibi. *tantum
eum beneficio legis*, & in l. heres meus. 79. §. fi.
ibi. *quod in fraudem legis*. D. de cond. & dem.
quorum iurium verum intellectum, ordinarij
interpp. non iunt assequuti, constat autem ex
proximè notatis, dum in illis conditio. *si non
nupserit*, reijcitur, ea omnia ad l. Iuliam de mari
tandis ordinibus referenda esse.

29 Quibus † sic præhabitis nihil quæ retuli-
mus pro contraria parte argumenta, oberunt.
Non primum, nam etsi verum sit testatoris
voluntatem semper obseruandam esse, ex d. l.
in conditionibus, cum similib. id vtique planè
procedit, cum ea voluntas iusta est, iuris ciui-
lis legibus & rationibus consentanea, ideo
enim testamentum, *voluntatis nostræ iusta sen-
tentia*, ab Vlp. in. l. 1. D. de test. definitum est,
quia illud iuxta leges ordinari debet non con
tra eas; Neque enim testator efficere potest,
quin leges in suo testamento locum habeant.
l. nemo potest. 58. D. de legat. 1. l. 32. tit. 9. p.
6. Vnde cum, (vt paulò ante notauimus) ob
Reipublicæ vtilitatem & commune bonum,
vt liberis ho minibus ea abundet, cautum sit,
ne aliquo modo nuptijs impedimentum infe-
ratur, conditio, *si non nupserit*, à testatore scrip-
ta, pro non adiecta habetur, vt quæ nomina-
tim l. Iulia fuit reprobata, cui resolutioni adiũ
ges, priuatam testamentorum vtilitatem, Rei
publicæ causæ cedere debere arg. l. vn. §. fin.
vers. *sed quod communiter*, C. de cad. toll. coniun
ctis quæ latè tradunt interpp. in. l. 1. per tex.
ibi. D. tolut. matri.

30 Præterea † non obstat secundum arg. ex. d.
l. 1. C. de indict. viduit. toll. d. §. Titio. & d. l.
mulieri & Titio. quod difficiles explicatus nõ
habet, siquidem constat ex conditione vidui-
tatis tertiæ personę adiecta, vt in prędd. ll. nul
lum impedimentũ nuptijs inferri, neque enim
eo quod Titius lege non lucretur, mulier cui
conditio posita fuit, matrimonium morabi-
tur, vnde factum est, vt eo casu cõditio isthæc
non reijciatur, sed quod contractis à muliere
nuptijs, Titius cõditione deficiat, in. d. l. 1. &
d. l. mulieri & Titio, vt latè probat Costa in.
d. §. si arbitratu, limit. 4. ex. nu. 1. atq; † illud
31 etiam sequitur, vt si tunc Titius, rogatus esset
illud legatum sub conditione, *si Seia non nupse
rit relictum*. eidem Seiæ restituere, remittere-
tur lege conditio, vt Seiæ fideicommissariæ
succurratur; nam vtiq; si conditio valeret, mu-
liere nubente deficere, sic etiam fideicommis-
sum intercideret, & inde ne mulier ad viduita-
tem inducatur, conditio remittitur, in persona
legatarij ex. d. §. Titio. quem exornat Costa
in d. §. si arbitratu, ampliatione. 5. ex eleg. l. 2.
§. idem Iulian. versi *idem quærit*. de dot. prę leg.
32 † Ex quibus, nouissimè (ni fallor) interpretor
tex in. d. l. mulieri & Titio, vt si in illius casu,
Titius, cui & mulieri, si ea non nupsisset, vsus
fructus relictus fuit, grauatus esset, partẽ sibi
relictam eidem mulieri restituere, proculdu-
bio mulier nubendo integrum vsum fructum
haberet, ex Papin. sent. in. d. §. Titio, quod est
elegans & notabile ad tex. in. d. l. mulieri &
Titio, & ante me aduertit nemo quem vide-
rim. Sed certe † maximè superiori resolu-
33 tioni obstat tex. in. d. l. heres 79. §. fin. D. de
cond. & dem. vbi conditio etiam tertiæ per-
sonæ adiecta, & si legatarius nihil ei sit gra-
uatus restituere reijcitur, contra tex. in. d. l.
1. d. l. mulieri, & d. § Titio. Verum omissis in
finitis alijsquæ hac in re ab interpretibus tra-
duntur dices, ideo in. d. §. fin. conditionem
(*si non nupserit*) tertiæ personæ adiectam reij
ci, quia in fraudem legis Iuliæ scripta fuit,
ferunt enim Titio patri centum relicta sub
conditione, *si filia quam in potestate habebat
non nupsisset*: vnde † cum iure ciuili filij qui
34 in potestate erant iniussu patris matrimo-
nium contrahere non possent, l. 2. l. 9. l. 18.
D. de ritu nupti. l. in sponsalibus. 7. D. de
sponsalibus quod si extra potestatem essent
& parentis prætermisso consilio nuptiæ fie-
rent iniustæ habebantur, iniustiq; liberi erant
licet eas iam factas lex non rescinderet l. Pau-
lus. 11. D. de stat. hom. l. si vt proponis. 5. &
7. l. viduæ. 18. l. in coniunct. 20. C. de nupt.
eleg. Cuiac. li. 3. obs. c. 5. Fran. Cona. li. 8. c. 4.
nu. 4. omnes in. § 1. vbi opti. tex. sup. de nupt.
& si aliter componant Coras. li. 1. miscell. ca.
17. & in. l. qui liberos. 2. p. in princ. D. de ritu
nupt. Couar. in. 4. 2. p. c. 3. §. 8. Decius in. l. nu-
ptias. D. de reg. iur. Costan. li. 1. q. iur. c. 12. Re
bar. li. 4. variorum. cap. 16. Pater. in. d. §. fin. me
tu pœnæ amissionis legati, vel difficillimè,
vel nullo modo filiæ nuptijs assentiretur, sie-
que ea conditione non reiecta fraus legi fie-
ret, & inde ea cõditio in fraudem legis ad im-
pediendas nuptias adiecta nullam vim habet.
35 Quod si tu vrgeas ex versi. *vel filio fam.* in d. §.
fin. cui superior obseruatio non conuenit, si-
quidem ibi filio fam. fuit leg. relictum sub con
ditione, si pater eius vxorem nõ duxisset, quo
casu etiam in fraudem legis eam adiectam fuis
se, commemorat Papin. Respõdebo tibi, neq;
id sine ratione esse, si quidem constat, alia etiã

Roma-

Romana lege omne quod per filios acquirebatur patri acquiri.l.placet. 78.D.de acq. hered. iuxta. com. allegat. l. 1. D. si à par. quis fuer.manumiss. cum alijs. igitur cum si pater nupserit,filius conditione deficiat,& sic legatum amittat,& in consequens eius etiam emolumento pater priuetur,merito illa conditio. *filio relinquo centum si pater eius matrimonium non contraxerit*,in fraudem legis, est,idem est ac si eidem patri sub eadem conditione relictum esset, & inde reijcienda ex sup.obseruatis. † Deinde ne quæ tertio loco adduximus 36 obstant; Nam tex. in.d. l.sed si hoc.§.fi.versi. *quod si ita scriptum*. &.d. l. quæsitum. quibus probatum est,viduitatem temporalem iniungi posse,neq; id esse contra legem Iuliam,cõmunem eam existimationem non probant, vt eleganter contra eam defendit Costa,in.§.si arbitratu,limitat.8 ex.nu.3.optimis adductis rationibus & argument.ideo enim illa conditione adiecta *si à liberis impuberibus non nupserit*.legem locum non habere,neque contra eam fieri,notarunt consulti,quia cura liberorum magis quam viduitas eo casu iniungitur, in quo iustissimè legis Iuliæ sententia temperata est, nam cum ea,conditiones, quæ viduitatem inducerent,sobolis procreandæ gratia substulerit,(vt supra obseruauimus)rationem impuberum liberorum habere debuit,quos iam natos non minus interest rei publicæ educari.quam alios procreari;arg.l.1.§ si ea,in final.verbis. 37 D.de vent.in poss.mit.tex.vero † in.d.§.Mæuiæ.versi. *Non idem*.longè aliud probat, quam hactenus communis existimauit,non quidem viduitatem temporalem incertam tamen iniungi posse, sed potius legato sub conditione, *si non nupserit*, relicto diem certum aut incertum adijci posse,vt si mulieri sub conditione, *si non nupserit*,aliquid post biennium, vel post mortem reliquero;remota enim viduitatis cõditione ex legis Iuliæ prohibitione, dies qui legato adiectus est vel certus vel incertus non remittetur,quomodo præter communem, d. §.Mæuiæ interpretatur Costa. d.limitat.8.ex 38 num.8.Addendus.d.§.Mæuiæ. Nec † magis vrgent,d.l. Titio.96.§.fi.& d.l.fi. in quarto argumento relatæ quibus reiecta interpreta.Raph. Cuma. in.d. §.fi.quem optimè conuincit Emanuel in d.§.si arbitratu, limitat.10. nu. 2. &.3.cum communi satisfacies,ideo in illis legibus conditionem reiectam nõ fuisse, sed omnino obseruandam respõdisse Consultos,quia seruus vxori si non nupsisset,relictus,liber esse iussus fuit si mulier nupsisset,vnde libertatis fauor nuptiarum fauori præfertur, vt in.d. §.fi.clarè Paul.Consult.innuit ibi. *si mulier nupserit liberi erit,quia potior est legato libertas*.atqui libertatis rationem hoc casu habere, & eius respectu sententiam legis excludere elegantem habet rationem, comitat enim nuptijs impedimentum ideo inferri non potuisse, vt sobole procreata Respublica augeretur(vt diximus) igitur cum nuptiæ fine prole esse possent: per libertatem autem nouus Reipublicæ ciuis agnasceretur,l.1.§.illo.C. de lati. lib. toll.libertatis ratio optimo iure habenda fuit. quod licèt non sic exornent notarunt Bar.in. d.§.fi,Iaso.in.l.1.num. 13. C. isto tit. eleganter Emanuel proximè relatus, & nouissimè Did.Spino,glossa.14.prin.ex.num. 77. Vnde 39 † & illud fit,quod si in prædicta specie seruus non sibi ipsi, sed alij relictus fuisset, ex legis sententia mulierem,& si nupsisset seruum sibi legatum retenturam constanter probaremus, cum vtique tunc nullus libertatis fauor sit qui legem Iuliam remoraretur,quod & probat d. l.quoties.22.D.de cond.& dem.

40 Rursus. † quintum argumentum ex. d.l. legatum.17.& l filiæ.22. D. de ann. legat. facillimè dissolues,licèt enim ex eis legibus omnes post Accurs. crediderint, legatum Attiæ relictum,donec nuberet,ea nubente finiri, & inde securè docuerint, conditionem quandiu vitam duxerit vidualem, efficacem fuisse omni iure; longe verius est,nequaquam ibi probari legatum annuum finiri debuisse cum primũ Attia nuberet, quin potius contrarium; neq; controuersia quæ inter consultos ibi refertur de eo fuit,an Attia nubente legatum extingueretur,sed vtrum vnum dum taxat legatum esset quinquaginta,an plura in annos singulos, vt ex illius verbis satis deprehenditur, quòd autem Trebatius & Labeo hoc intellexisse videantur planum est;nam si (vt communis agnoscit) vnum duntaxat legatũ.50. esse crediderunt, necessariò intelligebant adiectionem,*donec nubaret*,non valere; quippe si puellæ legauerim. 50. aureos, & adiecerim,*vt eos quocunque nubat heredi meo restituat*,&si nupserit puella neq; pœna committetur, neq; conditio restitutionis existet,quinimo post nuptias legatum mulier contra testatoris voluntatem propter legem retinebit.Sicque illa adiectio,*donec nubat*,ostendit legatum esse annuũ, aliàs enim induceret ex testantis voluntate,vt sequutis nuptijs. 50. annui ad heredem redirent,& inde Trebatius & Labeo dixerunt legatum præsens deberi. non vt significarent vnum legatum esse. 50.sed magis,adiectionem illam, *donec nubat*, pro non scripta habendam esse,vt matrimonium nõ remoretur,sicq; præsens dicitur arg.l. 1.D.de cond. & dem. Vnde Iabolenus non eos omnimodo reprehendit, sed notat,rectius fuisse dum in annos singulos legatum esset;illi enim legatum, quod pro constanti habebant esse annuum,præsens esse dixerunt,respectu adiectionis *donec nubat*.quia tamen legatum annuũ est præsens respectu prioris anni, conditionale respectu sequentium l. si in singulos. 4. D. de annuis leg. optimè Iabolenus

bolenus ait, legatum esse annuum, deberique absolute, in annos singulos, idest quandiu
41 Attia etiam nupta viueret. Neque † te turbet tex. diff. in. d.l. filiæ. 22. nam omissis varijs opinionum procellis, quas & refert & refutat eleg. Emanuel in loco citato limit. 9. ex num. 9. dices, conditionem illam, *quotiescunque vidua erit*. non ita exponendam esse, quandiu vel, quotannis in viduitate permanserit, vt perperam Accurs. & communis accepit, vt sic necessario illum tex. accipere debeamus, in filia quæ iam vidua erat quo tempore legatum fuit relictum, sed magis in filia virgine vel nupta, cui pater quotiescunque vidua esset, idest in omnes viduitatis casus centum annua legauit, vnde non ante legatum ei debebitur, aut eius dies cedet quam vidua filia sit, iuxta significationem huius vocis, *vidua*, de qua late & eleganter. Alciat. in. l. malum. 242. §. viduam. D. de verb. significatione. sicque annus non à morte patris sed à viduitatis tempore fuit numerandus, nec in prima tantum viduitate filia legatum habebit, sed & in omni ex illa dictione (*quotiescumque*.) Constat igitur tam in. d.l legatum quàm in. d.l. filiæ nihil contra legis sententiam factum fuisse cum illic legatū, ex interpretatione Iabol. non solum præsens sit sublata illa adiectione donec oubat vt existimabant Trebatius & Labeo, sed & perpetuum in annos singulos, hic vero testator, siue pater siue extraneus, status vidualis tātum mi sertus fuerit, & matrimonium fieri desideraue rit, cum viduitatis casus, quos legati conditio expectabat, antecedens matrimonium necessa rio exigerent.

42 Difficiliores † sanè explicatus Sextum argumentum habet ex, d. l. non dubium. 14. D. de leg. 3. qua lege probari videtur. conditionem quæ nuptijs impedimentum afferre potuit seruandam esse, siquidem Caius notat vxorem cui sub conditione, *si non nupserit*. aliquid est relictum, quæ & rogata fuit relictum restituere; fideicommissum præstare si nupserit cogendam esse, quod quidem durum videtur, ex suprà obseruatis, item & propter omnino contrarium Iuliani responsum, in l. quoties. 22. D. de cond. & dem. vbi in eadem specie oppositum Iulianus respondit. Quarū legum inimicitiam vt interpretes componant varias assignant resolutiones. Relictis tamen Accursij opinionibus, qui iura illa nequaquā intelligere potuit; Reiecta & noua alia conciliatione Ioa. Robert. li. 1. animaduersionum, cap. 3. quem eruditè refutat & reprehendit Iacob. Cuiacius sub nomine Anton. Mercatoris lib. 1. notatorum. cap. 3. quæ antiquioribus placuit sententia tenenda est, vt proposito in casu, quando mulieri aliquid relinquitur sub conditione. *si non nupserit*, & grauatur per fideicommissum relictum illud restituere, distinctio adhibeatur an legatum restituere simpliciter rogata sit, an vero non simpliciter, neq; purè; sed sub conditione, *si nuberet*. Primo enim in casu, cum mulier, cui aliquid relictum est sub viduitatis conditione rogata est legatum, quod accepit restituere pure & simpliciter; tunc quia viduitatis conditio ei remittitur, legatumque purè accipit ex legis beneficio, compellitur etiam si nupserit, id fideicommissario restituere, ex. d. l. non dubium. 14. quæ omni dubio procul sic accipienda est, vt eius verba clare demonstrant. Quod si fideicommissum non simpliciter à muliere esset relictum, sed eius fideicommissum fuisset, vt si nuberet, legatum restitueret non valeret fideicommissum, quia nuptijs impedimentum afferret, ex. d. l. quoties. 22. Atqui cum posterior huius distinctionis & sententiæ pars in, d. l. quoties, satis probetur; prior ex simili à I. C. Caio in. d. l. non dubium, versiculo, *heres quoque*, adducto non male confirmatur; voluit enim Caius ibidem notare, quod sicuti heres sub iurisiurandi conditione institutus, à quo simpliciter legata & fideicommissa relicta sunt, obligatur legatarijs & fideicommissarijs, si remissa à prætore iurisiurandi conditione bonorum possessionem secundum tabulas agnouerit, l. quæ sub conditione. 8. in vers. *voluit*. & in. §. quoties. D. de cond. institut. l. siquis inquilinos. 112. §. fin. D. de leg. 1. l. hæc scriptura. 26. D. de cond. & dem. l. 1. §. ad eos. D. ad leg. Falcid. Sic & mulier cui legati conditio illa (*si non nupserit*) legis beneficio remittitur, legatum agnoscens fideicommissum præstare compelli tur. Clarius tamen suam sententiam posset I. C. confirmare, ex simili institutionis factæ mulieri, sub illa conditione. *si non nupserit*. quæ quamuis reijciatur, & inde legis beneficio hereditatem purè delatam mulier habeat, legatis tamen & fideicommissis eam obstringi dubiū non est, vt si purè fuisset instituta, vt patet & notat Bart. in. l. 1. nu. 11. D. de cond. institut. Indeque pariter eodem modo consequens esse quod de muliere legataria restituere grauata docuit, si quidē nō minus à legatario, quam ab herede fideicommissum potest relinqui, tex. in princ. infrà de sing. reb. per fidei. relict. cui interpretationi mire astipulatur I. C. Marcelli exemplum, in. l. siquis. Titio. 41. vers. *quis enim*. D. ex qui. caus. maior. quod Illustrat Cos ta in. d. §. si arbitratu. ampliat. 6. num. 4.

43 Conuincitur ex his omnibus quæ à nume. 14. notamus, *conditionem si non nupserit*, reijciē dam esse, tuncque magis stringit difficultas se ptimo & vltimo loco adducta ex auth. cui relictum, C. de indict. viduit. toll. &. §. quæ verò nunc sequitur, sub auth. de nuptijs, collat. 4. quibus conditio viduitatis approbata est, non solum si à præmortuo coniuge, verum & si ab extranea

extranea qualibet alia persona superstiti marito, aut vxori imponatur, ita vt non aliàs legatarius legatum habeat, quàm si cautionem de non nubendo præstiterit, quorum
44 † iurium decisionem præter Bart. & alios ibi latè sunt prosequuti Ioan. Francisc. Ripa. in. l.2.numero.54.D.soluto matrimonio.Coras. lib.3.miscell.c.1.in princ.Forcatulus in cupidine iuris periti.cap.1.num.7.Ioan.Robertus, lib.1.animaduersionum. cap. 1. & duobus sequentibus. Borninus Caualcanus de vsufructu mulieri relicto. ex num. 91.Marçoardus. de cælibatu sacerd. non abrogando. 1. p. cap. 10.& sequentibus.Emanuel Suarez, inter cõmunes.2.tomo.lib.19.pag. 456. Costa in. §. si arbitratu. limitatione.fin.Couar. in 4. 2.p.ca. 3.§.9.num.11.Gregorius Lopez sub. l. 3. tit. 12.p.4.Ant.Gomez ad.l.14.Tauri.num. 8.& 1.tomo variarum.cap.12.num.78.&.2.tomo. cap.11.num. 34. Pinelus in.l.4.num.17. C.de bonis maternis.Matienzo ad.l. 3.glos. 2.num. 14.tit,1.lib.5.nouæ recopilat. Didac. Spino. de testamentis.glos.14.ex num.51. & nouissi
48 mè Ildefonsus Azeuedo.in.d.l.3.nouæ recop. sub num.10.& antè hos Andr. Alciatus. in.l. boues.§. hoc sermone.ex.num.141.de verborum sign.addendi omnino dictæ authenticæ.
45 † Cui difficultati aliorum prætermissis sententijs & opinionibus Respondendum est, viduitatis conditionem,quoad secundas nuptias attinet personis illis quæ iam semel matrimonium contraxerunt nouiori iure iniungi iam recte posse,ex d.auth.cui relictum. & d.§.quæ vero nunc seq. Correcta & emendata sententia & authoritate legis Iuliæ cuius sup. sæpè meminimus,quæ est vera & communis sentẽtia & opinio probata ab illis quos sup nu.44. retulimus.
46 Neque † obstabit si mihi obijcias iniustam & iniquam esse hanc Iustiniani decisionem quæ secundas nuptias prohibet,in quibus publica versatur vtilitas ex.d.l.in bello.12.§.medio tempore. D.de cap.cum relat.sup.num.4. & inde tanquam publicæ vtilitati contrariam obseruandam non esse,ex D.Isidori sententia in cap.erit autẽ lex.4.dist.cui cõsonat.l.4.l.8. l.9.l.18.tit.1.p.1.exornat Cona.lib.1.cõ.cap.
47 7.Nam tibi † respondebo, quod & si verum sit,licere mulieribus omni iure secundas contrahere nuptias,ex Apostolo.1.ad Corint.ca. 7.&.c.Euphemium.2.q.3.c.pen. & vlt.de secundis nupt.l.3.tit.12.p.4.l.5.tit. 1.lib.5.ord. l.3.tit.1.lib.5.nouæ recopil.vbi exornant nouiores Hispani,Cona.in.4.2.p.cap.3.§.9. nu. 4.Bar.& alij.in.l.1.& sequen.C.de secũd.nup. Corneus cons.21.colum.3.vol.1.Cona.lib.8. cap. 7. numero. 4. Ioan. Coras. lib.3.miscell. cap.1.num.6.latè Ioan. de Garronibus in. d.l. 1.de secund.nupt.Minus tamen honestè id,& apud Romanos & apud omnes gentes fiebat, vt infinitis bonorum authorum testimonijs confirmarunt Conan.iam relatus,Tiraq.in.d. l.boues.§.hoc sermone.ex nu.141.Sylua nuptial.lib.1.amp.1.numero.30.Marçoard.tract. de cælibatu sacerd.non abrogando. 1.part.ca. 10.inter quæ illud eleg. est, quod de Didone refertur.

Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

Hæc enim cum post mortem Sichæi mariti, de coniugio Æneæ cogitaret, secundas nuptias culpam vocat, à qua non longe est Martial.li.6.Epig.de Telesina.

Quæ nubit toties,non nubit,adultera lege est.
Offendor mœcha simpliciore minus.

Vbi adulteram legitimã dicit eam quæ prioris mariti thorum posteriore marito polluit. quia,quamuis inhonestè, lege tamen permittente faciebat, & accedit Iustinianus in authentico de non elig.secund.nub.§.optimum. collat. 1. & in authentico neque virum quod ex dote. in princ. col. 7. & August.in.cap.fi. 31. q. 1. & magis in. c. hac ratione. illa quæs.
48 Vnde cum † pudicitia mulieribus maximè expediat l.1.§.secũdo loco.D.de post.l. Mulier. 22.§.cũ proponeretur.D.ad S.C.Trebell. ex. in.§.fin.infrà de noxalib.actio.factum est, vt etsi è republica sit liberorum procreatio, vt sup.ex.num.4.eiusq; matrimonia contrahi interdum,longè tamen magis pudicitiam & honestatem in republica conseruari, vti eleganter ex Bald.& alijs tradit Socin. in. l. hæc conditio.10.4.notab. D.de cond.& dem.Sylua nup. d.ampliat.1.num.30. & Marçoardus vbi sup. Quare quemadmodum quando duæ rationes naturales concurrunt, illa prævalet quæ magis è republica est,sicq; maiori naturali etiam vi nititur, vt vides in vsucap.& in exheredatione, & alijs in exemplis,quorum latior mẽtio à nobis fit in. l. 3. &. 7.C. de murilegulis. lib. xi. num. 69. & potes inducere optimum tex.in l. Stichum. 95.§.naturalis ibi. *nam vinculum æquitatis.* D.de solut. Sic cum vtilius sit in republica pudicitiam conseruari, quam liberis hominibus,ex corruptis moribus natis repleri,optimè Iustin.conditionem viduitatem inducentem admittit, respectu viduorum, & illarum personarum quæ iam semel contraxerunt,vt erudite Sylua nup.& Marçuard.superius notarunt conueniunt quæ in optimo casu,post And.Tiraq.in legib.connub. l. 10.ex. nu.31.Car.de Grassalis tract.quæ sint regalia Franciæ,notat Ioan.Garcia Hisp.tract.de nobilit glos.48.§.2.ex.nu.1.
49 Ex qua verissima ratione infertur, vxorem cui à præmortuo coniuge aliquid relinquitur,sub conditione,*si caste vixerit* non posse legatum consequi secundas nuptias contrahendo,vti ex communi sententia defendit Anto. Gomez in l.14.Tau.num.9.Couar. in.4.2.p. cap.3.§.9.num. 12. And. Tiraq. in .d. 9. hoc

sermo-

sermone.num.149.Bornin.de vsu fructu.mul. relict.num.114.Marcuar.in.d.ca. 10. contrarium tamen tenet.Bar.in.d.l. mulier. 22. §.cũ proponeretur.arg. illius tex. & l. castitati. 9. C.ad leg.Iul.de adult.l.consensu.8.§. siqua igitur.C.de repud.ca. in Nycena. 31. dist. cuius opinionem tunc maximè non excluderem cũ à patre, vel coniuncto vel penitus extraneo ea conditio adijceretur; subsisterem vero si à marito vel filio adiecta fuisset quibus secundo nubendo mulier maximam infert iniuriam; vt in d.auth.de non elig. secund. nub. §. prospeximus ibi. *quoniam omnibus simul secundis nuptijs fecit iniuriam.* collatione.1. & in authentico.denuptijs.§.soluto.in prin.ibi. *& nõ procreatam sobolem sequentibus contristare matrimonijs.* collatione. 4. & in authentico neq; virum quod ex dote.versi.1. ibi. *siquidem aliquis coniunctorum seruauerit pudicitiam.* collatione. 8. & in l.fi. ibi. *sed pudicitiã suam intactam sequet.* C.quando mulier tutelæ off.fung. poss. quomodo Bart.opinionem acceperunt Ang. Bal. Paul.& Alex.& alij quorũ meminerunt.Ant. Gomez.in.d.l.14.Tau.d,num. 9. Coua. in.d. §.9.nu.12.Marien.in.l.3.tit.1. li.5.nouæ recop.sub glossa.2.num. 14. sitq; suppleri possunt quæ resoluimus in. §. iuris præcepta.nu. 27. sup. de iustitia & iure. Quam verissimam
50 † rationem non excludes etsi dixeris, quod cum hæc viduitatis conditio, & legatum sub ea relictum pœna sit in odium secundi matrimonij, si quidem per trãsitum ad illud mulier, aut vir ex d.auth. cui relictum relicto priuatur, reijcienda erat, vt & aliæ quæ in odium secundo nubentium statutæ fuerunt in.l.1.&.2. C.de secund.nuptijs, ex recepta omnium opinione in.d.ca.fi.de secund.nupt. quam expressè probarunt & leges Regiæ, & interpp.num.
51 47.sup.adduct.Namque † (vt & id obiter etiã dicamus) hac in re meminisse oportebit, pœnas impositas in odiũ secundi matrimonij omnino esse sublatas: quas verò incurrit mulier in gratiam filiorum primi matrimonij incorrectas manere vt illi, quos retulimus latè confirmant, & nouissimè Ioan. Matien. in. d.l.3.
52 glos.2.nu.1.& 44. Quod † & si tunc tu vrgeas superstitem coniugem relicto sub conditione viduitatis priuari nuptias contrahendo, non esse in fauorẽ filiorum primi matrimonij; ego respondeo, neq; pœnam legalem esse, sed præmium obseruationis voluntatis testatoris; iniquum quippe esset vxorem contra eius voluntatem relictum consequi, quando ab ipsa lege conditio ob aliam aliquam iustam causam nõ
53 respuatur, vt satis ex notat.n.7.in prin.& nu. 29.sup.deduces,& eruditè aduertit Ioann. de Garronib.in rub.C.de secund. nupt. tract. de pœn.secund.nubent.nu.9.in fin.& Ioan.Matien.d.glos.2.nu.14.

Ex his igitur quæ latè sup.probauimus, itẽ & ex.d.auth.cui relictum obseruabis quod cũ primas nuptias maxima pudicitia & castitas comitetur, ex.d.§.cum proponeretur, & alijs proximis numeris sup. relatis, item & publicus reipublicæ fauor, in muliere, siue virgine, siue iã à viro cognita (extra matrimoniũ) eius decisio admittenda non erit. Quare in ea viduitatis conditio, reijcietur, & purum legatum erit, quam opinionem tenet Acc.hic verbo. *contractis*, idem in auth.hoc locum. gl. fin. C.si secund.nupser.mul.& in.l.quoties. verb. *posse*. D.de cond.& dem. Tradunt Bar. & omnes, in.d.l.sed si hoc. 61. §. fin. D. de cond.& dem. estque recepta sententia ex Bald.hic.nu. 3.Fulgos.n.2.Iaso.in prin.& Marcuard, in d. cap. 10. qui omnes in virgine sine dissensu id
54 admiserunt. † In muliere verò quæ matrimonium nunquam contraxit idem scripsit Gl.in. l.cum tale.72.§.Mæuiæ. verbo. *eam confestim.* ad fi.D.de cond.& dem. quem etiam sequuntur Fulg.nu.2.Corneus, nu.3.latè Costa in.d. §.fi.arbitratu.limit.fin.ex num.4.

55 † Illud autem quod noue contra communẽ defendere conatur idem Costa, d.nu.4. legatũ virgini relictum sub conditione, *si non nupserit* neque hodie præsens esse, & conditionem pro non scripta habendam non esse, sed virginem cauere debere heredi, de secundo non nubendo, quia negatiua conditio non ad primas dũtaxat nuptias, sed ad omnes omnino referri debet l.hoc genus. 105. coniuncta gl. ibi. verb. *nubendo*. D.de cond.& dem. quam ab omnibus sequutam testatur Hippol. Riminal. in rub. num. 19.C.qui admitti.probare non possum; nam aut testator dixit. *lego Titiæ virgini centũ si secundo non nupserit*, & eo casu omnino dubio procul. d. auth. Cui relictum. arg. dicendum est, Titiam cauere debere se secundo non nupturam: aut dixit testator: *lego Titiæ centum si nõ nupserit*, quia cum in hac specie conditio reprobata sit à lege; & ipso iure extincta ampliusvires aut effectum habere non poterit, arg.l.quires. 98.§.ream. D.de solut.& l.iure ciuili.24. D.de cond.& dem. quibus & illud addes, nouam decisionem dictæ auth. quæ ius antiquũ corrigit, limitandam potius, quam extendendam esse, vt in vulgatis.

56 Relinquitur ergo ex superioribus conditionem viduitatis in vidua obseruandam esse, nõ in virgine, & si iam nupserit, non dum tamen fuit à viro cognita, neque mulier facta, vt in d. auth. cui relictum admiserunt omnes, & notauit Decius in, rub.nu.4.C. de sec. nupt. neque
57 in muliere quæ numquã nupsit. Difficile † tamen & maxima animaduersione dignum est, quod in.d.auth.cui relictum, in versi. *intra annum quidem non petat.* Iustin. statuit, prohibens & arcens personas viduas à relicti petitione quamuis maximè cautionem de non nubendo offerant, intra primum annum. Quod quidem

58 † decre-

58 † decretum sine ratione esse non desunt qui existiment, indeque in his Hispanis regnis non esse obseruandum, in quibus Impp. leges non seruantur, nisi quatenus ratione nituntur, vt eleg. cum alijs notat & obseruat Ioan. Lopez de Palacios Rubios in repetitione Rubricæ de donat. inter vir. & vxor. in præludijs. n. 16. vbi nouissimè in additionibus Ioan. de Barahona infinitis relatis, litera. I. & litera K. longè tamen fallitur Costa, qui id existimauit in d. §. si arbitratu. limitatione. fi. numero. 32.

59 Nam † Oldrad. Iacobin. & alij, quos retulit Ias. in. d. auth. cui relictum num. 5. asserunt ideo viduam intra annum relictum capere non posse, nec habere fructus illius temporis, quia eo tempore magis à nuptijs videtur abstinere metu pœnæ l. 1. & 2. C de secund. nupt. quàm vt voluntati defuncti pareat, vnde præmio digna non est l. siquis in graui. 3. §. vtrum D. ad S.C. Syll.

60 Verum † hæc ratio meritò iunioribus displicet: primo quia cum hodiè mulier impunè infra annum luctus possit nubere, nec ob id alias patiatur pœnas, ex. d. c. penul. & vltimo de sec. nup. & sup. iam diximus. quinimo retinet quæ sibi maritus testamento reliquit, nisi viduitatis conditio fuerit adiecta, vt in illis iuribus notarunt interpp. & obseruat Ioan. de Gatronib. in. d. l. 1. num. 53. C. de sec. nupt. correcta ratione dict. auth. cui relictum circa anni dilationem, & ipsa lex correcta videretur, iuxta. gl. sing. in l. 1. D. de leg. tut. l adigere. 6. §. quamuis. D. de iur. patron. quam multis exornat And. Tiraq in. tract. cess. causa, nu. 137.

61 Præterea † conuincitur, nam cum constet virum intra annum à morte vxoris nubentem nullis pœnis esse obnoxium, auth. de nupt. §. primæ. coll. 4. illius authenticæ ratio quæ generalis est, tam respectu viri quàm vxoris: superiori resolutioni non quadrat.

62 Quare nos qui huius legis rationem ex honestate & pudicitia quam in repu. conseruari oportere notamus, deduximus, eidem honestati totum tribuendum censemus, noto ergo, quod quemadmodum minus honestè mulier facit, quæ secundo nubit, vt iam latius dixi, sic & vir, pro vt ex Lucano deducitur, apud quē li. 3. Iulia in somnijs Pompeio apparens se se indignatam ostendit, quod ille secundas nuptias apetiuisset, his verbis *Coniuge me lætos duxisti Magne Triumphos.* &c. Iustini. in. d. authen tico neque quod ex dote. §. nuptialibus, ibi. *siquidem aliquis coniunctorum seruauerit pudicitiã.* col. 7. Marcoard. vbi sup. c. 10. num. 6. Item & quemadmodum quanto citius mulier nubit, tanto inhonestius facit, vti ex pœna constat, quæ maior est intra annum quam post annũ d. l. 1. & sequentib. C. de secun. nup. ita & vir maiorem pudorem incurrit, intra annum, quã si post annum nuberet; vnde ille cui relictum est, sub conditione *ne nubat*, intra annum potius abstinere censebitur, vt pudori suo parcat, & ne honorem amittat, quam vt voluntati testatoris satisfaciat, vnde cum quodammodo coactus sui ipsius timore id facere videatur, arg. l. isti quidem. 6. §. quod si dederit. ibi. *cum vtris bonis iste metus maior quam mortis esse debeat.* D. quod met. caus. quam exornat Menochi. lib. 2. de arbitr. cent. 4. cas. 377. num. 19. & cas. 396. num. 7. præmio dignus non est, etiam ii in cõsequentiam testatoris voluntatē adimpleat, arg. d. l. siquis in graui. 3. §. vtrum. D ad Syll. & eorum quæ notat Bartol. in. l. vt vim. num. 8. D. de iust. & iure. Greg. Lopez. in l. 3. tit. 16 part. 2.

§. Si res legata. 17.

1 *Legatum, quod in specie consistit perit periculo legatarij: secus si in genere, aut quantitate numero.* 2.

1 DE interitu rei legatæ, & cuius periculo pereat agit hic Iustinianus. ex quo. &. I. C. in. l. non amplius. 16. §. 1. l. Titiæ. 36. §. si alteri. l. cum res. 49. §. pen. &. §. fin. D. de leg. 1. l. si ex legati causa. 23. D. de verborũ oblig. & alibi, ex quibus tex. iste sumptus est. &. l. 18. tit. 11. p. 5. l. 41. tit. 9. part. 6. generaliter obserua heredem si sine eius facto res legata perierit, liberari, quando legatum est certæ speciei, non quia legat. rius dominus sit, vt ei res perire debeat. l. à Titio. D. de furtis. l. pignus. 8. C. de pignor. act. sed quia heres debitor est speciei, qui re perempta liberatur. l. quod

2 te mihi. 5. D. si cert. pet. † nisi legatum sit generis, aut quantitatis, namque cum genus perire non possit. l. incendium. C. si cert. pet. peribit periculo heredis, quod qualiter sit intelligendum præter ordinarios hic, explicãt Bart. & omnes. in. d. l. quod te mihi. & in. d. l. si ex legati causa. Ant. Gomez. 2. tomo. cap. 12. numero. 31.

§. Siquis ancillas. 18.

1 *Ancilla cũ suis natis legata, & si mortua sit nati debentur.*

2 *Ordinario seruo cum vicarijs legato, vicarij debentur, & si ordinarius mortuus sit. & qui ordinarij & qui vicarij serui sint.*

3 *Seruo cum peculio legato, illo mortuo, manumisso, vel alienato nihil debetur.*

4 *Fundo instructo legato, alienato, an & instrumẽtum debeatur.*

L. si cui fundum. 5. D. de fundo instructo.

1 DE accessione rei legatæ hic agitur tres quæ proponuntur in hac materia generales conclusiones. Altera † est, quod si cui

si cui ancilla cum suis natis legata sit, ei etiam si ancilla mortua sit, nati debentur: idem in.l.si ancilla.62.l.si ancillas.63.D.de leg.1.l.at si ancilla. 3. D.de pecul. leg. vbi ratio decisionis scribitur.ibi. *quia duo legata sunt separata.*

2 † Idem iuris eadem ratione admissum est, in legato ordinarij serui, cum suis vicarijs, l.sed & si.4.D.de pecul.leg.vicarij autem serui dicũ tur qui in aliorum sunt peculio, ordinarij quo
3 rum in peculio illi sunt. Sequens est. † Seruo cum peculio legato, mortuo, manumisso, vel alienato nihil deberi, l. 1. l.2.& per tot.D.de pecul.leg.quia accessionis loco peculium est, quod congruit perimi, principali perempto. c. accessorium.de reg.iur.lib.6.l.cum principalis.D.eod.cur autem legatum in vicario cõ sistat, etiam ordinario mortuo, in peculio non item, explicat.hic.Hotom.num.3.

4 Vltima est.† Cui fundus instructus, vel cũ instrumento legatus est fundo alienato nihil deberi.l.1.D.de fund.instr.nullamque in his legatis esse differentiam. Neque obstat tex.in.l. si cui fundum.5.D.de fund.instr.quoniam, quãuis plures inextricabilem antinomiam inter hæc iura cõtrahi existimauerint, dixerintque Iustin. dormitasse Eguinar.& alij. Tu sic resolue. quod vbi legatur fundus instructus, vel fundus cum instrumento, si postea fundus alienetur, censetur reuocatum legatum instrumenti pertinentis ad ipsum fundum, vt hic. &. in. d. l.1.&.d.l.si cui.in.1.parte. Cæterum quia legato fundo instructo continetur non solum instrumentum fundi, sed etiam patris fam. l. 2. C.de verb.signi.quamuis censeatur reuocatũ instrumentum fundi, non tamen censetur reuocatum instrumentum patris fam. quia non erat accessorium, ad fundum. & ita procedit.d. l.si cui.ad fi.dum dicit, *ex cæteris poterit esse legatum.*

§. *Si grex.* 19.

1 *Grege legato quod adijcitur, vel diminuitur, legatario accrescit, vel decrescit.*
2 *Gregem quot animalium capita efficiant, remissiuè.*
3 *Gregis vsufructu legato, quando intercidat?*

1 DE grege legato hic agit Iustinia. & in summa docet quod si alicui grex legatus sit, & aliquid gregi vel adiectum vel diminutum fuerit legatario accrescet vel decrescet, sumptus est ex.l.grege.21.l.si. grege. 22.D.de leg.1.quid gregis appellatione contineatur docet tex.in.l.legatis.63.§. pecoribus.
2 D.de leg.3. † quot animalium capita gregem efficiant vide in.l.oues.3. D. de abigeis. &.in l.19.titul.14.p.7.vbi explicat Greg. idem in.
3 l.35.gloss.2.tit.5.p. 5.† Quare autem gregis vsufructu legato, si ad eum numerum oues peruenerint, vt grex dici non possit vsusfructus intercidat.l.si. D. quibus mod. vsusfruct. amit.explicat hic Hotom.enunt. 1. & in proposito huius tx.videbis omnino.l. rerum mixtura.30.in princ.D.de vsucap.& quæ scripserunt Alc.Rebuf.& alij.in.l.Neratius.85.D.de vsucap.

§. *Si peculium.* 20.

1 *Peculio legat. eius accretio, decretio vel viuo testatore contingens, ad legatarium pertinet.*

1 DE Peculij legato generalia quædã hic proponuntur, extat autem integer tit. in pandect. de pecul. leg. sed illud est præcipuum, legato peculio omnem eius accretionem decretionem vè viuo testatore contingentem. ad legatarium pertinere. l. deniq; 8.§.vtrum.D. illo tit. ratio est quia peculium vniuersitatem continet, quæ neque accretione, neque decretione interimit, sed eadem semper manet. Præterea rationem differẽtiæ quã hic scripsit Iustin. in versi. *quod si post mortem.* & in versi. *quod si extraneus.* sic explica; peculium extraneo legatum cedit à morte testatoris.l.vnica.§.cum igitur.C.de cad.toll. & ideò quod fuerit tempore cedẽtis legati, idest morte testatoris debetur, non vero quod postea acquisitum fuerit, nisi auctum sit ex ipso peculio vt fœtus animalium, & partus ancillarum & similia. At libertas seruo relicta non cedit nisi ab adita hereditate & inde quicquid ante aditam hereditatem auctum in peculio fuerit, id pertinet ad seruum manumissum vndecunque quæsitum sit.d.§.vtrum.

§. *Peculium autem.* 21.

1 *Peculium legatum quando præsumatur, quid vè ex præsumpta testatoris mente comprehendatur remissiuè.*

1 AN peculiũ legatum præsumatur, quid vè ex præsumpta testatoris voluntate legato peculio contineatur, acquid ex eo deducatur, & quando extinguatur ex hoc tex.deprehendes & ex.l.si peculium.6. D.de pec.leg.l.vn.C.de pecul. eius qui mer. expli- cuit latissime & nouissime. Menoch.de præsumpt.2.p.lib.4.præsum.155.per tot.eũ vide.

§. *Tam autem.* 22.

1 *Legari incorporalia possunt.*
2 *Nomina debitorum, an comprehendãtur bonis legatis.remissiuè, & an nomine exacto, legatum reuocatum existimetur.*

1 DElegato rerum incorporalium agit hic tex.ex quo in summa deduces.legatũ incorpo-

corporalium rerum valere, veluti vsusfructus, seruitutis, nominum debitorum, optionis, & aliorum iurium: idem deduces ex l.cætera.41. in princ.l.seruum filij.44.§.eum qui chirographum.l.si sic legatum.78.§.1.l.legatum ita erat 108.D.de leg.1.l.fideicommissa.11.§.si rem suã D.de leg.3.l. ex legato.8.C.de legat.ex Iul. Paul.lib.3.tit.6.versic.*finendi modo.* huc pertinet tit.D.de seruit.leg.ti.D. de vsu & vsufruc. leg.l.si nomen.4. cum l.sequ. D. de hered. vel act.vendita,& consonat tex. in l.15.tit.9.p.6. vbi alia citat Greg. qualiter autem sit intelligenda exceptio Iustin. hic versic. *nisi.* vide in d.§.1.§.si rem suam.quam distinctam comprobat.d.l penul. † An autem nomina debitorum
2 comprehendantur legatis bonis vide Alexan. cons.68.num.5.lib.6.Corneum.cons.49.lib.3. Paris.cons.82.dubio.2.lib.2.Puteum.decis.20. lib.3.Et de legato nominis,quando ipsius crediti ex act.reuocatum ademptúmve intelligatur,pulchrè Menoch.de præsumption.2.tom. lib.4.præsum.168.

§. *Sed & tale legatum.* 23.

1 *Facta legari possunt.*
2 *Facere quis, præcise compelli quis potest.*

1 EX hoc tex.colligunt generaliter doctores non tantum res quæ ab ipso herede dari debẽt, sed etiã facta legari posse, exempla deduces ex Iustin.hic & Iul.Paul. in l.mortuo boue.50.§. fin.D.de leg. 2.& magis ex l.fideicommissa.11.§.si in opere. D.de leg. 3.Caio lib,2.cap.13.Vlpia.in fragm. d.tit.24.
2 Iul.Paul.lib.3.sent.tit.6.vers. *damnari.* Item † & illud, quod quamuis regulariter ad factum præcise compelli possit nemo, fauore tamen vltimarum voluntatum si testator heredis industriam elegit,vt in exemplo d.§.si in opere. facere quis compelli poterit, quod præter ordinarios,hic.& in d.§.fin.& in d. §.si in opere. latè explicat Bart. in l. stipulationes non diuidũtur.71.ex n.36.Alex.n.26.Iaso.n.32.D.de verb.oblig.eos vide.

§. *Si generaliter.* 24

1 *Generaliter legato relicto electio legatarij est, si per vindicationem relictum sit: secus si per damnationem.& nu.2.*

1 DE legato generis siue generali hic cõcise nimis Iust.breui sub verborum compendio rem satis diffusam perstringens: ad eius explicationem præmittenda sunt,quæ de generis gradibus erudite post Zas.lib.1.singul.resp.c.1.Ioan.Robert.lib.2.sen.c.14.Myns ing.hic scripsit. & accuratè explicat Balduin.
2 Deduces ergo legato †generaliter relicto,electionem legatarij esse. idem ex l. legato generaliter.27.l.si domus.71.in prin.l.si seruus. 111. §.cum homo.D.de leg.1.l.2.versic. *sed homine.* D.de opt. legat.quibus omnibus eorum exemplа transcribens consonat l.23. vbi notabiliter explicat Greg.tit.9.p.6.Ant.Gom.1.to. c.12. n.32.cõferunt quæ tradit Menoc. de præsum. 2.to.lib.4.præs.107.in prin.& 129. cum tamẽ plura sint in Pandectis loca quæ heredi electionem tribuant, etsi quæ omnia explicet generalis definitio tradi non possit; accipe quæ verior est. In legato generali per vindicationem relicto legatarij electio est, iuxta tex. hic cum similibus. sin autem per damnationem relinquitur heredi competit electio, quia ad eum verba dirigunt: sicque intelliges nostrum tex. ibi.*nisi aliud testator dixerit.*

§. *Optionis.* 25.

1 *Optione legata, legatarij,item & eius heredes(si ipse non optauit)eligere possunt.*
2 *Electione semel facta variare non licet.*
3 *Sorti quando & quibus casibus dubiæ quæstiones sint committendæ,remissiuè.*

PRoximus est superiori, optionis tractatus, qui similiter in Pandectis latè patet per totum titu. D. de optione leg. iuxta quem veteri antiquato iure in summa disces,
1 Cui † optio legata est,etiam heredibus eius, si viuus ipse non optauerit, optionem deberi: pluribus autem legatarijs, vel heredibus legatarij dissentientibus sorte qui optet eligendũ:
2 † Electionem autem semel factam amplius mutari non posse,neque variare licere: idem deduces ex l.serui electione.5. in princ. D.de leg.1. vbi latè Bart.& omnes. & in l.1. & sequentib. D.de opt.leg.l.fin.C. com. de leg. consonat l. 23.l.25.tit.9.p.6.vbi vtiliter explicat Greg.& latè Menoc.de præsump.2.to.lib.4.præs.150.
3 *In textu.* ibi.*Fortunam esse.* † Quando & quibus casibus quæstiones dubiæ, successiones & electiones,sorti sint iure nostro committendæ,vide omnino Andr.Tiraqu.qui latè & eleganter plura cumulat, de Primog.q.17. opin. 1.Petr. Greg.3.p.syntag.lib.34.tit. 5. per tot.

§. *Legari.* 26.

1 *Testamenti factio duplex, activa, & passiua.*
2 *Legari potest illis,qui ex alieno testamento vel sibi,vel alijs capere possunt.*
3 *Legatum testamenti pars est.*

1 AD huius tx.explicationem præmitte,† testamenti factionem duplicẽ esse, *activam* aliam, aliam *passiuam*: Testamenti factionem activam eos habere dicimus qui testamentum facere possunt, qui sint isti diximus cum Iustiniano supra ad titulum quibus non est permiss. facere testamentum, & ex-

tat.l.13.tit.1.par.6. Pasiuam verò illi habent, qui ex alieno testamento vel ipsi capere possunt vel alij acquirere.§.testamenti.sup.de hered. qualit. de his latè ad titu. sup. de heredib. instit.& videbis.l.1.tit.3.par.6. tales sunt furiosus,mutus,posthumus,infans, pupillus, & seruus alienus,† eis ergo,& si qui sunt alij similes, quia testamenti factionem habent,ideſt,ex testamento,vel sibi,vel alij acquirere possunt,re ctè legamus ex nostro tex. cui est similis. l.1. versi.*otro si dezimos.* tit.9.par.6. Explicat Pet. Greg.3.par.Syntagm.lib.42.ca.33. Ratio est, † quod cum legatum sit testamenti pars, testamentum autem legis actio sit.l.3.D.de testam. diximus.in rub.sup.eod. legis verò actio ciuiũ Romanorum propria sit , cum peregrinis nihil commune habeat , sequitur,vt peregrinis, deportatis , in metallum damnatis,& alijs huiusmodi,quos in vnum veluti faciſculum congesit hic Accur.non posit legari. l. si seruo. 101.§.1.D.de leg.1.l.4.§.1.D. de his quæ pro non scriptis hab.l.1.C. de hered.inst.

2

3

§. *Incertis. 27.*

1 *Incertitudo omnem vitiat dispositionem.*
2 *Incertis personis legari quare non possit.*

1 QVIA † incertitudo omnem vitiat actum & dispositionem , siue contractus sit,siue vltima voluntas , siue sententia , incertis personis legari non posse hic & sequentib. §§. pluribus adductis exemplis explicat Iustin.consonat.l.Paulus. 4.& 5. & vide.l.quidam relegatus.6.l. si ita fuerit. 11. l.si quis ita. 15. cum alijs ibi. D. de reb. dub.l. quoties.9.§.heres. D. de hered. inst. cum alijs pluribus,quibus consonat.l.10.cum sequentib. tit.3.l.9.tit.9.p.6.docuerat Vlp.in fragm. tit. 24.versic.*incertæ personæ*.Iul.Paul.lib.3.sent.t. 6.versic.*legatum*. quæ res quia latissimè patet, & ac nec vix literam referre possumus præter ordinarios hic,& in dictis locis videas doctores in l.duo sunt Titij.D. de testa. tut. in l.id quod pauperibus.C.de Episc.& cler.Grego.in l.20. ti.3.p.6.Sarmien.lib.2.select. c.3.nu.4.Ioann. Gutier.de iuramen.confirm.1.p.c.64.Couarr. in c.cum tibi.n.14.de test.latè Costa in c.si pater , vbi omnes.1.p.verbo.*pauperes*.ex n.1.Tiraquel.de priuil.piæ causæ.priuil.56.Pet. Gregor.3.p.syntag.lib.42.ca.33.nu.7.Menoch.de præsump.2.p.lib.4.præs.25.& præs.107.quos non vidit Didac.Spino.in spec.testamen.alios adducens latè prosequutus glo. 10. ex num.1.

2 Quare autem † incertis personis legari non possit , ex dictis in §. legari. planè intelliges, nam cum tempore testamẽti (quod semper attenditur . §. in seruo.infra)ignotum sit, vtrum incerta persona cui legatur, testamenti factionem habeat an non: & alioqui certum esse debeat consilium testantis, Vlpian.d.tit.24.Paulus.d.lib.3.cap.6.vt incertis personis non posset legari iure fuit inductum : quæ generalis definitio suas recipit ampliationes & limitationes , quas ex supra relatis deduces , & inter alias eam quam hic in vers.*sub certa verò demonstratione*. Iustinian. proponit,& I.C.in l. si seruus legatus. 108. l. huiusmodi. D. de leg. 1.§. quidam relegatus.6.D.de reb. dub.

§. *Posthumo. 28. coniuncto versic. Sed nec huiusmodi,& versi. Posthumus autem.*

1 *Posthumus alienus an institui posset,an vero ei legari,remissiuè.*

1 LAtissima † sese nobis de posthumi alieni institutione disputatio offerebat, de qua omnes in l.Gallus. 29. D. de lib. & posth. & nouissimè integrum volumen edidit Angel.Spannoch.lib.singulari ad l. Gallus. & latè nos ad §.posthumi.& §.posthumorum supra de exheredat.liber.& latius ad principium inf.de bonor.poss.non insistimus,eadem enim sæpiùs inculcare quid attinet ?

§. *Si quis in nomine. 29.*

1 *Nomina significandorum hominum gratia reperta.*
2 *Nominibus pluribus nuncupari honestum semper fuit.*
3 *Nominum quatuor species.* Prænomen , nomen,cognomen,agnomen.
4 *Nominis omissio aut error cum de corpore constat , legatum non vitiat.*

1 CVM † nomina significandorum hominum gratia reperta fuerint,teste hic Iustin. & Impp. in l. ad recognoscendos. 11. C.de ingen.& manumiss.vnde apud Roma

2 nos, † & alias etiam gentes pluribus nominibus appellari honestum fuit , vt pluribus adductis eleganter notarunt Andr.Tiraq. ad Alex. ab Alex.lib.2.dierum genial.c.19.Menoch.de arbitrar.cas.318.per totum,Petr.Greg.3. par. syntag.lib.32.c.8.Conna.lib.2.c.11.Ioan.Rosinus lib.7.collect.antiquit.Roman.c. 8. Briss. de formulis lib.8.pag.836.& sequenti.Quæ tamen omnia † in quatuor species diuiduntur. *Prænomen , nomen , cognomen , agnomen* , vt *Publius Cornelius Scipio Africanus*. Prænomen est quod nomini præponitur , vt *Publius*, nomen quod familiæ originem declarat , vt *Cornelius*, cognomen quod nomini subiungitur veluti proprium, vt *Scipio* , agnomen quod extrinsecus addi ab aduentu solet,vt *Africanus*. Honoratam à testatore personam,vel heredis vel legatarij

gatarij titulo suo nomine nuncupari iustũ fuit, item vt eius certum esset iudicium. † Si tamen de eius corpore constare potest, nominis omissio aut error non nocet, ad idem est tex. in l. si in nomine. 4. C. de testam. l. si innomine. 32. D. de verb. oblig. l. in venditionibus. 9. C. de contrah. empt. quia rei demonstratæ frustra demonstratio adijcitur. l. 1. §. fin. in fine. D. de dote præleg. & optima exempla deduces ex l. his verbis. 48. §. fi. D. de hered. inst. l. patronus. 34. §. Sempronio, & §. libertis. D. de leg. 3. l. qui habebat. 29. D. de reb. dub.

§. *Huic proxima.* 30.

1 *Demonstratio falsa legatum non vitiat, & quare. num.* 2.
3 *Demonstratio falsa, quando aliàs de corpore non constat, legatum vitiat.*
4 *L. si pater. 4. l. nec apud. 7. C. de hered. instit.*
5 *Demonstratio quando conditionem inducat.*

1 QVemadmodum nominis error legatum non vitiat cum de persona constat, † ita neq; falsa demonstratio legatum illud corrumpit. Idem deduces ex l. si ita legatum. 12. l. demonstratio. 17. l. falsa demõstratio. 33. l. quibus diebus. 40. §. qui dotalem. l. cũ dotalẽ. 72. §. falsam. cũ seq. D. de cõd. & demõst. l. nominatim. 34. illo t. l. si sic legatũ. 78. §. 1. D. de leg. 1. l. Quintus Mutius. 11. D. de auro, & arg. leg. cõsonat l. 19. l. 20. ti. 9. p. 6. explicat Ant. Gomez. 1. to. cap. 12. nu. 74. Sarmien. in l. cum quidam. num. 1. D. de leg. 2. Costa lib. 1. select. cap. 1. nu. 7. & cap. 2. cap. 4. & cap. 5. Petr. Greg. 3. p. syntagm. lib. 42. cap. 32. num. 52. & sequentib. Cuiac. lib. 2. obs. cap. 39. Decisionis
2 ratio est: † Quoniam *demonstratio nihil aliud est quam signum adiectum pro maiori declaratione rei vel personæ.* vt hic docet Theophil. Vlp. in l. quoties. 9. §. si quis nomen. ibi. *quod penè nihil à nomine distat.* D. de hered. inst. Vnde remota illa demonstratione credimus similiter testatorem fuisse legaturum. d. §. falsam in 1. cum ipsam demonstrationem adiecerit, tanquam gratia clarioris declarationis, facit d. l. 1. in fine. D.
3 de dot. præleg. † Hæc autem procedunt quando demonstratio certo corpori adijcitur, nam si incerto corpori addatur non valet legatum, quia demonstratione remota non constat quid legatum sit, ita colliges ex d. l. nominatim. ex d. l. si sic legatum. §. 1.
4 † Neque si falsa demonstratio consanguinitatem respiciat vitiabitur legatum vt nonnulli putarunt ex. l. si pater. 4. l. nec apud. 7. C. de hered. inst. nam contrarium probat d. l. falsa. ibi. *si fratrẽ dixit.* & d. l. nominatim. Neque obstat d. l. si pater. d. l. nec apud. nam in illis iuribus magis fuit falsa opinio ex partu suppositio, vel alia simili causa inducta, quam falsa demonstratio.
5 † Notabis tamen quod si per relatiuum *quis vel qui.* & verbum futuri temporis demonstratio fiat, tunc inducitur conditio cuius defectus actum vitiabit. l. Stichum qui meus erit. 6. D. de leg. 1. Neque obstat tex. in l. scribit. 36. §. fi. D. de de aur. & arg. leg. cui satisfacies ex traditis per Costam d. lib. 1. cap. 6. Cuiac. d. cap. 39.

§. *Longè magis.* 31.

1 *Causa falsa adiecta legato illud non vitiat, nisi conditionaliter proferatur. num.* 2.

PRo explicatione huius tx. qui sumptus est ex d. l. demõstratio. §. 17. quod autem. d. l. cũ tale. 72. §. falsam causam. D. de cõdit. & demon. videndi sunt quos supra proximè retulimus, ex eo duas colliges conclusio-
1 nes. Alteram † falsam causam legato adiectam illud non vitiare, quod argumento sumpto à maiori ratiocinatur Iustin. nempe quod longè minus vitiare debeat falsa causa quam falsa demonstratio, quia sit minus necessaria, nam sine aliqua demonstratione legari non potest, ne aliàs propter incertitudinem legatum corruat, sine causa ex mera liberalitate legari potest, legata enim causa non requirunt, vt diximus in §. 1. supra eod. quemadmodum neque donationes, quod insinuauit Papin. in d. §. falsam. ibi. *quæ ratio legandi legato non cohæret.* idest legatum consistit absque vlla legandi ratione, causam autem in proposito accipimus pro significatione rationis, quare res quæque legetur, & generaliter causam dicimus *quid præteritum vel instans quo impellimur, vt aliquid disponamus.*
2 Aliam, † quamcumque causam conditionaliter prolatam, vt in exemplo huius tex. & d. §. quod autem, veram esse oportere, aliàs legatum vitiare.

§. *An seruo.* 32.

1 *Heredis seruo legari non potest, quemadmodum nec ipsi heredi.*
2 *Heredis seruo legatum, & si postea alienus sit, non conualescit, & quare.*
3 *Heredis seruo conditionaliter legari potest. Catoniana regula ad conditionalia legata non pertinet.*
4 *L. pen. §. illo. C. de necess. seruis.*
5 *Domino serui heredis instituti legari rectè, & purè, & sub conditione potest.*

1 DVplicem † similiter hinc colliges conclusionem, alteram ex priori parte, videlicet, heredis seruo purè legatum, quamuis testatore viuo de potestate ipsius exierit, nõ valere, hæc eam habet rationẽ: quia quẽadmodũ heredi à semetipso legari non potest, authore Vlp. in inst. d. ti. 24. l. & quidẽ. 18. l. lega-

tum. 116. §. 1. D. de leg. 1. ne eadem persona sibi ipse debeat quod ius non patitur. l. 2. D. de stipul. seru. l. heres. 31. §. quod si stipulator. D. de fideiusso. vnde descendit ratio l. sicut. 75. l. Stichum. 95. §. aditio. l. penult. D. de solution. ita seruo heredis legari non potest, quia videtur ab herede sibi ipsi legari. Neque † tale legatum ex postfacto conualescit, si forte tempore aditæ hereditatis seruus liber reperiatur, vel in alium sit translatus, obstat enim regula Catoniana, quæ etsi initio ad vltimas voluntates pertineret, postea tamen ad omnes actus tracta fuit, vt omnes ex præsenti statu vires caperent, non ex fortuito & incerto futuri temporis euentu penderent. l. quod ab initio. 29. l. quæ ab initio. 210. D. de reg. iur. l. 2. §. fi. D. quod iussu. l. 1. & per totum. D. de reg. Caton. de qua latè Cuiac. lib. 4. obseruat. c. 4. Connan. lib. 10. cap. 5. num. fin. idem Cuiac. ad Vlp. d. tit. 24. versi. penult. Balduin. lib. 3. ad Iustin. pag. 486. Hotoman. lib. 2. quæst. cap. 3. Anton. Gouean. lib. 2. variar. lect. cap. 29. quæ tamen † procedit cum legatum purum est, si enim conditionale fuerit & tempore existentis conditionis seruus ille reperiatur liber, vel in aliũ sit translatus, legatum debebitur, quia ad cõditionalia legata Catoniana regula non pertinet. l. cætera. 41. §. tractari. D. de leg. 1. diximus ad §. sed etsi rem legatarij, supra. eod. Neque † obstat tex. in l. penul. §. illo. C. de necess. seruis, nam quamuis illum textum aliqui referant ad ad causam alimentorum, quo casu legatum seruo heredis relictũ debebatur. l. seruus. 17. D. de alimen. leg. l. seruo alieno. 113. §. 1. D. de leg. 1. melius textus ille intelligi poterit, si dixerimus non imponi ibi heredi necessitatem præstandi legatum, sed magis ipsum hortari vt legatum præstet ne impius videatur testatori, argum. l. si liber constitutus. 9. C. de condict. ob causam. l. cum affirmes. 8. C. de lib. causa.

Sequens conclusio est, domino † serui heredis instituti, vtroque modo legatum, & purè, & conditionaliter valere, sed iussu ipsius adeunte seruo extingui: rationem reddit hic Iustinian. & confirmabis ex l. à filio. 25. l. quæsitum. 91. D. de leg. 1. & sic explica quod quãuis in priori casu, considerato tempore testamenti detur confusio legati & hereditatis, tamen in hoc casu omnino est separata causa legati ab hereditate, cum in potestate serui non sit sua aditione confundere legatum cum hereditate, quando quidem vltra serui voluntatem ad adeundam hereditatem domini etiam iussus requiratur. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. D. de adquiren. hered. l. 3. C. de hered. inst.

§. *Ante heredis.* 33.

1 *Testamenti caput & fundamentum heredis institutio est iure ciuili Romanorum, secus nouo iure, nu.* 4.
2 *Heredis ante institutionem antiquo iure quicquid relinquebatur nullum erat.*
4 *Exheredatio initium testamenti esse solet.*
5 *Scripturæ ordo maximè considerandus.*

1 CVM caput † & fundamentum testamenti sit institutio heredis. l. 1. D. de hered. inst. ex eaque robur ac firmitatem sumat. l. quod per manus. 10. D. de iure codicil. licèt effectum non nisi ex adita hereditate accipiat. l. si patroni. 55. §. qui fideicommissam.
2 D. ad Trebell. antiquo † iure quicquid ante eam scriptum erat nullius momẽti habebatur, ita hic docente Iustinian. ex Vlpian. in fragm. tit. 24. versic. *ante heredis.* Iul. Paulo lib. 3. tit. 6. in princip. explicat Costa in 3. §. par. num. 86. & in 1. cap. par. verbo. *adijciens.* ex num. 4. exheredatione excepta quæ ante heredis institutionem facta valebat. l. 3. §. filius versic. *ante heredis.* D. de lib. & post. & sic intelliges tex. in l. 1. ibi. *plerumque.* D. de hered. inst. † erat enim &
3 exheredatio testamenti caput, cum sine ea facta extranei institutio non valeret. l. inter cætera. 30. D. de lib. & posth. quod quia iniquum erat, satisque absurdum ordinem quidem scripturæ sequi, sperni verò, voluntatem testatoris, Iustin. immutauit hic. & in l. ambiguitates. 24. C. de testam. † quæcumque igitur scripta ante heredis etiam institutionem firma iam sunt, quinimo vt obseruabimus ad rubr. sup. de hered. inst. generali omnium gentium vsu in imacera scribitur, teste Baldo in l. hac consultissima. n. 6. C. qui testam. fac. possunt. cuius praxis apud nos meminit Monterroso, in praxi. tract.
5 7. fol. 175. & fol. 181. Planè † quamuis ex hoc tex. & d. l. ambiguitates, & l. præposteri. 25. C. de testam. ordinem scripturæ non esse obseruandum constet, id tamen verum est, quoties aliter de voluntate testatoris constat, namque si de voluntate dubitetur non leuis ab ordine scripturæ sumitur coniectura, cum primus nominatus cẽseatur magis dilectus. l. quoties. 34. D. de vsufruct. l. qui soluendo. 60. D. de her. inst. l. generaliter. 24. §. proinde. versic. quis ergo. D. de fideicomm. liber. quod latè explicat Euerar. in topicis legal. c. 1. ab ordine. plura Ioseph. Mascard. de probat. 3. to. concl. 1229. n. 20. & n. 24.

§. *Post mortem.* 34.

1 *Legari post legatarij, heredisve mortem olim nõ potuit, hodie potest.*
2 *Legari, cum heres, vel legatarius moreretur olim poterat.*

3 *In*

3 *Interpretatio nostri tex. in vers.* Pridiè quam heres.

CVM parem † iam fideicommissorum legatorumque naturam esse tuo sæculo voluisset Iustin. vt dotuit in §. nostra autem. sup. eod. aliud quod interea antiquitas obseruat discrimen noua hac sua lege sustulit, quæ extat etiam sub titu. C. vt actio. ab hered. & contra hered. incip. cap. 1. cui adde Bar. in l. ita stipulatus. magna. num. 42. D. de verb. obligat. Gregor in l. 12. glos. 2. tit. 11. par. 5. & quæ diximus, & notant omnes in §. post mortem. infra de inutilib. stip. namque etsi olim fideicommitti post mortem heredis, aut legatarij potuisset. l. si fuerit. 5. §. fin. D. de leg. 3. l. filius fam. 114. §. apud Marcellum. D. de leg. 1. l. fidei commissa. 11. §. filio. D. de leg. 3. Vlp. in fragm. tit. 25. versic. *fideicommissum*. l. 1. §. si emancipato. D. de collat. bon. legari autem non item, vt hic, & apud eundem Vlpian. d. tit. 24. Paulum d. lib. 3. tit. 8. de legat. quod hic Iust. immutauit. Plane † quamuis legata post mortem relicta non valerent, relicta tamen cum heres moreretur vel legatarius valida erant, ex eod. Vlpian. & Paul. & l. pecunia. 12. §. fi. D. de leg. 2. l. heres meus. 78. D. de cond. & demon. l. extraneum. 9. C. de hered. inst. similiter stipulatio post mortem facta non valebat. d. §. post mortem. infra de inutilib. & tamen cum quis moreretur rectè stipulari poterat. §. ita autem inf. de inutilib. † Neque obstat noster tex. in vers. *pridie quàm heres aut legatarius moriatur*, nã quando testator relinquit fundum legatario cum morietur, verificatur legatum in vita, videlicèt in vltimo vitæ spiritu, moriendi enim momentũ vitæ attribuitur. l. qui duos. 18. §. 1. D. de manum. testa. viuentes enim morimur, ac neque moriens est mortuus, neque mortuus est moriens. At quando testator dixit. *relinquo Titio fundum priaie quàm morietur*. si subtiliter aduertas non potest verificari illa conceptio ni si post mortem, neque enim sciri poterit ante mortem quis dies ille fuerit, & consequenter tanquam post mortem legatum hoc relictum non valebat, quemadmodum etiam libertas cũ seruus moreretur inutiliter relinquebatur. l. libertas. 17. de manumiss. ex ratione quam in l. fi. illius tit. proponit I. C. similiter neque vsus fructus ex ratione quam in d. l. heres meus. §. quamuis. insinuat I. C. si coniugas tex. in l. Titio. 57. D. de vsufruct.

§. *Pœnæ quoque nomine.* 35. *& fin.*

1 *Pœnæ nomine legari hodie posse, secus tamen, hodie, quomodo intelligendum, & numeris sequentibus.*

4 *Turpitudo, & impossibilitas legatum vitiat.*

1 VEteri iure † antiquato ex noua hac Iustiniani lege pœnæ nomine legari, & legatum adimi, ac transferri, dum conditio nec impossibilis, nec prohibita, nec illicita sit, potest. l. vnica. C. de his quæ pœnæ nom. explicat eleganter Cossa. lib. 1. select. cap. 12.

2 Sed grauiter † obstant plura l. C. Responsa, quibus etiam olim pœnæ nomine legata relinqui posse probatum est, nempe. l. 1. & 2. D. de his quæ pœnæ nom. l. multa. 6. l. in testamen. 27. D. de cond. & demon. l. 1. §. item si ita. D. ad leg. Falc. l. si penum. 24. D. quando dies leg. ced. l. 1. D. de penu. legat. ergo noua Iustiniani lege id confessum non fuit.

3 Huic † difficultati respondet communis sæculo & ætate I. C. quorum responsis vtimur, valuisse quæ pœnæ nomine relinquebantur, non autem antiquiori ætate, ad quam Iustinianum respexisse putant Doctores. Sed absurda est hæc interpretatio, frustra enim Iustinianus reprobaret quod iam erat satis reprobatum. Conuincitur præterea ex Vlp. in fragm. ti. 24. §. *pœnæ causa*.

Quare dicendum est quædam fuisse quæ nullam iuris efficaciam per se habebant, quibus si pœna adijceretur non valebant, & ita procedit tex. hic, vt colliges ex eius exemplis, si enim testator iuberet, vt heres filiam suam in matrimonio Titio daret, huiusmodi testatoris voluntas non obligat heredem, quia matrimonia libera esse debet. l. Titia. 134. in prin. D. de verb. obl. c. Gẽma. de sponsi. & inde si pœna adijceretur, pœna similiter erat inefficax. Cæterum si voluntas testatoris erat efficax, pœna similiter poterat adijci, sicque procedunt iura in contrarium allegata. Quare autem pœnæ nomine non posset relinqui explicarunt hic Velemb. num. 2. Mynsing. eod. num. 2. Hotom. enunt. 1.

In versiculo. *Exceptis.*

4 Vides, † turpitudinem vel impossibilitatem, legatum nomine pœnæ relictum vitiare, contra reg. §. impossibilis. sup. de hered. instit. Verum tu satisfacies, quod quando testator ita dicit, *lego Seio fundum si talem mulierem fuerit adulteratus, etsi hoc adulterium non commisserit amittat decem*, de primo legato reijcitur turpitudo, & per consequẽs reijciuntur omnia quæ sequuntur, quæ omnia illa post legatum perfectum sequuntur resoluuntur in conditionem.

(?)

TITVLVS XXI.

De ademptione legatorum & trãslatione.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio Tituli.*
2 *Ademptionis legatorum definitio.*
3 *Voluntas testatoris expressa ipso iure legatum adimit.*
4 *Voluntas tacita doli exceptionem inducit ad legati ademptionem.*
5 *Ademptio legatorum fit reliquis omnibus testamenti partibus manentibus, & pure & sub cõditione concipitur.*
6 *Translationis legatorum definitio.*
7 *Ademptionis verbum generale est.*
8 *Huius Rubricæ lectio animaduersa.*

1 ACcvrsvi huius tituli ad proximũ superiorem continuatione, quam omnes interpretes tum hic, tum in Pandectis probant, admissa; de ademptione & translatione legatorum disputaturi, quid ademptio, quid item translatio
2 sit discutiamus oportet. † Ademptio igitur est *relictorum per contrariam testatoris voluntatem pura siue conditionalis reuocatio.* Loco generis diximus, *reuocatio*, alia verba addimus differentiæ loco: iuxta quæ notabis non solum expressam testantis voluntatem data legata
3 perimere, sed & tacitam siue præsumptã. † Illa directis & ciuilibus verbis fit, & ipso iure legatum extinguit. l. si ita sit. 14. D. de leg. 1. si in eodem testamento fiat, vt ibi notat Bart. & post eum omnes in § 1. inf. maximè Pet. Ricar.
4 n. 19. Hæc autem † fit inductione, inimicitijs, aut voluntaria relicti alienatione & doli exceptionem aduersus petentem producit. l. 3. §. vlt. l. rem legatam. 18. l. cum seruus. 15. D. h. ti. iuncta l. apud Celsum. 4 §. præterea. D. de doli excep. l. militis. 37. §. pen. D. de milit. test. vtraq; verbis legis. 12. Tabul. *vti pater fam. legasset rei suæ ita ius esto.* confirmatur: *legandi* enim verbo omne testatoris præceptum continetur. Vtraque †
5 fit reliquis omnibus testamenti partibus integris manentibus, & purè & sub conditione concipitur. l. datum. 17. C. de lega. quæ definitio (vt existimo) ademptionis legatorũ essentiam optimè ostendit, explosa Pet. Ricard. iam relati. n. 1. quæ superflua verba (quibus congrua definitio carere debet) continet.
6 Quę † omnia & de translatione dicta esse velim, intelligas, si loco verbi (*reuocatio*) reponas (*mutatio*) quæ definitio omnem translationem alijs verbis additis amplectitur; quæ quatuor modis contingit, vt docet Paul. in l. translatio.
7 6. D. h. t. & latius inf. nos disputabimus. † Est autem (vt vides) *ademptionis* verbum generale, & translationem quoque continet, nam cum quid transfertur, & adimi quoque necesse est, in eoque tantum translatio ab ademptione distat, quòd hęc prior fit translatione, sic vt trãslatio prorsus fieri non possit, nisi præcedente ademptione, cum è conuerso ademptione facta, non sit opus confestim translationem subsequi, quando testator adempta legata vel reti-
8 nere potest. † Vnde etiã est quod textus Noricus hunc titulum inscriptum simpliciter *de ademptione legatorum.* habeat, & Theophil. optimus institutionum interpres ita legat; *de translatione.* qui si oporteret, vix, aut ne vix quidem omisisset. Sed ego veterem inscriptionem defendo vel illa solum ratione, quod sine ademptione pure relictum, transferri in eandẽ personam possit. d. l. translatio. d. l. datum.

Principium tituli.

1 *Ademptio legatorum, siue testamento, siue codicillis facta firma est. & n. 7. & 38.*
2 *Adẽptũ dici nõ potest, quod nõ est datũ, & n. 22.*
3 *Approbatum quod semel est, amplius reprobari non potest.*
4 *Voluntas mutata non præsumitur, neque quenquam seipsum reuocare.*
5 *Pugnantia in testamentis ea vitiat. & numero. 24.*
6 *Codicilli ex testamento firmitatem & robur accipiunt. & n. 25.*
8 *Voluntas testatoris semper obseruanda.*
9 *Voluntas testatoris deambulatoria vsque ad vltimum vitæ spiritum. & n. 23.*
10 *Voluntas prima posteriori mutatur.*
11 *Legem sibi imponere nemo potest à qua recedere non liceat.*
12 *Testamentum primum iuratũ, vtrum per alind postea possit reuocari. & n. seq.*
13 *Iuramentum quod non vergit in æternæ salutis dispendium, nec alterius detrimentum semper est obseruandum.*
14 *Iuramentum confirmat actus aliàs inualidos.*
15 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates validum.*
16 *Testamentum secundum tollit primum etiam iuramento firmatum.*
17 *Iuramentum contra bonos mores non obligat. & num. 19.*
18 *Iuramentum sequitur naturam actus cui adheret.*
20 *Testator qui iurauit testamentum si illud reuocet an periurus sit?*
21 *Codicillis, sicut dari legata possunt, ita etiam & adimi.*
24 *L. vbi pugnantia. 145. D. de reg. iuris.*
26 *L. heredes palam. 21. §. siquid. D. de testamen. & num. seq.*
30 *Totum dicens nihil excludit.*

33 Le-

33 *Legata adimuntur ipso iure, vel eodem testamẽto, vel alio æquè solemni.*

34 *Fideicommissa quæ nuda voluntate relinquuntur, nuda quoque tolluntur.*

35 *L. generaliter. 24. §. si petitum. D. de fideicomm. libertatibus.*

36 *L. si quis eum. 16. in prin. D. de vulg.*

37 *Noster textus. ibi.* siue Codicillis firma est.

39 *Ademptio legatorum, etiam sine scriptura coram duobus testibus fieri potest.*

40 *Ademptio legatorum quando ex coniecturis præsumatur, & inducatur.*

1 ADemptionem legatorum siue eodem testamento, siue codicillis factam firmam esse Iustin. probat in prima huius tx. parte, cui similis est. l. 1. §. sed consulto. D. de ijs quę in testam. delent. l. si ita scriptum sit. 14. D. de leg. 1. l. 3. §. fi. cum alijs seq. D. h. t. l. datum. 17. C. de legat. consonat l. 39. tit. 9. p. 6. l. 1. ti. 12. p. 6. explicant præter ord. tum hic, tum in Pandectis eod. tit. & in d. l. si ita scriptum, Bart. & cæteri in l. heredes palam. 21. §. si quid post. D. de testam. Cephalus consi. 68. n. 13. lib. 1. plura adducit Illustris. Francisc. Mantica lib. 12. de coniect. vlt. volunt. tit. 2. & sequ. Ioseph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 909. & vol. 2. con. 1281. Iacob. Menochius lib. 4. de præsumptionib. præsumptione. 169. cũ sequent. Pet. Gregorius. 3. p. Syntag. lib. 42. tit. 33. ex n. 41. Antonius Gomez. 1. tom. cap. 12. num. 56. Ludouicus Molina lib. 1. de Hispan. primogenijs, ca. 9. num. 56. & num. 57. Didac. Rodriguez de Aluarado lib. 3. de coniect. mente defuncti, ca. 2. num. 34. ad fin. Didac. Couarr. in rubr. de testam. 1. 2. par. ex num. 12. & ante eum Ferdinand. Menchaca lib. 3. de success. creatio. §. 25. & plures de vi & virtute codicillorum tractantes, more suo, plena manu congerit noster Didac. Spino in Speculo testamentorum. glo. 32. nu. 1. & nu. 17.

2 Principio tamen quod Iustinianus de firmitate ademptionis legati eodem testamento factæ docet, difficile est, nam si datum in testamento dici potest nihil, nisi in vltimo puncto testamenti, ergo ademptum vel translatum, quod datum non est dici non potest. l. decem. 116. in fi. D. de verb. oblig. l. manumissiones. 4. D. de iustitia & iure. Deinde, quod semel † placuit amplius displicere non potest, cap. quod semel. 21. de reg. iur. in 6. §. semel cauta. sup. quibus ex causis manumittere non licet: ergo semel in testamento datũ adimi nõ poterit. Præterea † nemo in continenti se corrigere præsumitur. l. penult. C. per quas person. cap. inter dilectos. 6. versic. *cæterum*, de fide instrumentorum, & dici solet neminem præsumi contra factum proprium venire, cum in dubio voluntas non censeatur mutata, cap. maiores. 3. §. *Dormiẽtes*. de baptismo. cap. licet. 7. de procurat. lib. 6. & qui muratam voluntatem defuncti dicit probare tenetur. l. 3. l. cum qui. 22. de probationibus. l. Lucius Titius. 22. in fi. D. de leg. 2. quia à voluntate recedere non præsumitur. l. non ad ea 88. D. de condit. & demon. At si fundus adimi posset testator se ipsum impugnaret & corrigeret. Quod tamen negandum est, ergo fundus ademptus non est. Rursus, † datio ademptioni vel translationi repugnans & contraria est, sed vbi repugnantia in testamento adest, neutrũ valet. l. vbi repugnantia. 149. (vel. 189.) D. de reg. iur. ergo ademptio firma non est vt Iustinianus probat.

Secundò & illud axioma nostri tx. codicillis legata adimi vel transferri posse difficultatem habet, si enim codicilli ideò valent, † quia testamento sunt confirmati. l. quod per manus. 10. D. de iure codicill. qualiter ipsum testamentum euertunt, & data in eo extinguũt, cum absonum sit principale ab accessorio infirmari.

7 His tamen nihil obstantibus verius multo est eod. testamento & codicillis data legata adimi posse, vt Iustinianus hic probat, & confirmant

8 iura sup. nume. 1. adducta, cuius rei ratio † in obscuro non est, cum constet testatoris voluntatem, quæ in testamentis semper obseruanda est. l. in conditionibus. 19. D. de condit. & demonst. cum alijs congestis à nobis in disputatione de morę emendatione, sub cap. potuit. 4.

9 de locato. n. 202. vsque † ad vltimum vitæ spiritum durare, & ambulatoriam esse. l. quod si iterum. 4. D. hoc tit. l. cum hic status. 33. §. pœnitentiam. D. de donat. inter vir. l. 1. C. de sacr. sanct. Eccles. ibi. *quod iterum non reddit arbitriũ.* l. 1. ibi. *post mortem.* D. de testam. ca. cum Marthæ. 6. col. 4. iuncta glos. verb. *non valet.* de celebr. miss. ca. vltima voluntas. 13. q. 2. Indeque

10 liberum † est priorem sententiam posteriore commutare, rescindere. §. posteriore. sup. quib. mod. test. infir. l. fideicommissum. 27. C. de fideicommiss. l. cum proponatis. 3. C. de codicillis, hucque pertinet Pomponij responsum in l. si mihi & tibi. 12. §. in legatis. D. de leg. 1. *in legatis*, inquit, *nouissimæ scripturæ valent, quia mutari causa præcedẽtis legati, vel in diẽ, vel in conditionẽ, vel in totũ aũptione potest, sed etsi sub alia & alia conditione legatum ademptũ est nouissima*

11 *adẽptio expectanda est.* Et † dicere solemus testatorem legem sibi, à qua recedere non liceat, imponere non posse. l. Lucius Titius. 40. §. Lucius Titi⁹. D. de fideicom. liber. l. si quis in prin. 22. D. de leg. 3. neq; supremi iudicij libertatem esse arctandã. l. si fratres. 53. §. idem respondit. D. pro socio. Quæ est huius rei & nostri tex. vera decidendi ratio, quam & omnes comminiscuntur in præsenti, & in rub. huius tituli, & obseruat eleganter Did. Spino iã relatus. n. 6. & seq.

12 Antequam tamen hinc abeamus illud opportunè quæri potest, num testator qui iure iu-

rando præstito prioris testamenti non se pœniturum promisisset, quia dicimus eius voluntatẽ vsq; ad mortem ambulatoriam esse illud reuocare posset:& primum testam. iuratum per sedum non reuocari communiter tenent Docto 19
res omnes Canonistæ,& author extitit Speculator.tit.de instrumentorum editione.§.*compẽdiose.*§.*quid si quis iurauit*.n.25. quem sequũtur
13 plurimi relati ab inf.referendis. † Pro quibus facit primò iuramentũ quod nõ vergit in æternæ salutis dispendium, aut tertij detrimentum semper obseruandum esse ex reg.c.cum cõtingat.28.de iure iur.c.quamuis pactum, de pact. lib.6.cum alijs ex obseruatione huiusce iuramẽti neq; animæ,neq; tertio præiudicium fit.igitur testator primum testament. iuramentum 20
14 non reuocabit.Secũdò,† quia iuramentũ actus alias inualidos & nullos cõfirmat,& eos irreuocabiles facit,iuxta iura præallegata,& tx. in authen.sacram.puberũ.C.si aduers.venditionẽ.c. si vero.8.c.debitores,de iur.iuran.Tertiò argu
15 gum.† de cõtractibus ad vltimas volũtates,firmum & validũ est.l.seruum filij.46.§. cum qui chirographũ.D.de leg.1. tx.in prin.inst. de lege Fufia Caninia tol.cu alijs à nobis adductis in 21
d.disput.de morę emendat.n.151.& n.203.Sed iuramentum contractus retractabiles & reuocabiles,irreuocabiles facit.d.authen.sacram.puberum:ergo & testam.reuocabile aliàs,iure iuran.præstito irreuocabile fiet.

16 Oppositã tamẽ sententiã,quinimo per secundũ testam.primũ iuratũ reuocari tenet gl. in c. vltima voluntas.13.q.2.quam sequuntur omnes legistæ:quibus primò fauet id quod sup. n. 8.docuimus, testatoris voluntatẽ ambulatoriã 22
esse,indeq; non obstante tali iuramento appositio in primo testamẽto de eo non reuocando,
17 mutari per secundũ poterit.Secũdò † huiusce modi iuramẽtũ de prima volũtate nõ mutãda, cũ auferat liberã testãdi facultatẽ, cõtra bonos mores esse.l.stipulatio hoc modo cõcepta. 61. D.de verb.obl.(cui adde l.28.& 33.tit.11.p.5.) ergo testatorẽ nõ ligabit.c.nõ est obligatoriũ. 58.de reg.iur.lib.6.& addere poteris l. non dubiũ.5.C.de legibus cũ concordantibus. † Ter
18 tiò iuramentũ sequitur naturã actus cui adhæret,easq; recipit leges & cõditiones,quas & cõ 23
tractus ille siue dispositio,quibus adijcitur. l. si quis iurato. 16. D.qui satisd. cog. l. si quis pro eo.57.D.de fideiuss.l.fi.C.de non num. pecu.c. quẽadmodum.25.de iur. iuran. (quibus adde à nobis notata,in d.disputatio.de moræ emendatio.sub nu.76.) Sed testamentum,illud habet, quod dum testator viuit illud mutare potest, vt notauimus.d.n. 9. ergo & iuramentum eius leges sequetur.Ex quib.existimo veriorẽ mul 24
to hanc esse sententiam, iur.iuran. exploso rectè testatorem voluntatem priorem commutare posse,quam sequuntur,& intrepidè amplectuntur Bar.Bald.Paul. & infiniti alij scribentes relati à Petro Ricard.in rubr. huius tit. nu. 3.Iul.Claro lib. 3. receptarum sententt.§. testamentum,q.94.Dida.Spino vbi sup.gl.1.30.n. 53.& ita tenendum est, neque in contrariũ adducta pro opinio. Speculatoris aliud suadet.† Nõ primũ,cui planè respõdeo, nõ solũ iuram. non valere cũ vergit in æternæ salutis dispendiũ,aut alteri⁹ detrimẽtũ, sed etiã quãdo cõtra bonos mores naturales,aut ciuiles est. d.ca.nõ est obligatoriũ,cũ ibi notatis,vnde cũ liberi arbitrij facultatẽ testatori restringi inutile sit, nõ mirum si nihil eo casu oporetur, esseteque iniustitię vinculũ sispõtaneũ arbitriũ arctaret, ꝙ esse non debet.c.quãto.18.de iu.iur.qua sola cõsideratione,& reliqua argumẽta dissolues:& his addes,† quod etsi opnionibus sit obtutum, antũc testator periurus sit crebriori & verisori sentẽtia contra Bar.obtinuit, eo casu testatorẽ periurij labẽ cõmittere,indeq; absolutè,vt illã excuset,à iuramento esse petendã,etsi absq; ea secundũ testamentũ valeat, scripserũt latè disputantes Pet.Ricar.iam relatus.n.17.Iul.Clarus.n.4.Dida.Spino.n.63. & eleganter Didac. Couar.in rub.de testam. 2.p. nu.15.

Sed & illud† (vt redeamus ad tx.) quod Iust. de codicillis scripsit,vt illis data legata adimi & trãferri possint,vltra adducta su.n.8.clarã rationẽ habet,si enim codicillis legata dari & relinqui posũt,per totũ.D.C.& Inst.de codicillis, & t.12.p.6.quare & eis non adimentur, aut ab alio ad aliũ tranferrẽtur, cũ contrariorũ eandẽ esse rationẽ,parẽq; argumẽtationẽ cõstet,tex. in prin. sup. de his qui sunt sui, cum adductis à Nicol.Euerardo in centuria legali.loco.75.

Ex omnibus his ergo iã apertè relinquitur & authoritate & ratione probari,quod Iustin. de adẽptione legatorũ scripsit in prima nostri tx. parte,cui adducta sup.ex n.2.nihil obstant,nõ primũ quia etsi fateamur re vera & effectu fundũ nõ videri datũ,donec testator viuit, cũ post mortẽ incipiat valere testamen.nõ antea.d.l.1. ibi:*post mortẽ suã*. D.de testam.& d.ca.cũ Marthæ.6.col.4. ibi.*quia testatoris obitu cõfirmatur*. de celeb.miss.habito tamẽ respectu ad verba & mentẽ testatoris satis dicitur fundus datus & legatus, pariter ergo cõtraria mente & verbis testatoris adẽptus vel trãslatus dicetur. Illud† autẽ quod statim adiũximus,de c.quod semel,de reg.iur. li.6.cũ alijs, faciles explicatus habet,si quæ sup.n.9.diximus repetas,hac enim in materia perpetuo meminisse oportebit, quia quo vsq; vltimũ testator emittat spiritũ,liberũ arbitriũ habet,legem sibi imponere nõ posse à qua recedere non liceat.d. l. si quis in princ. testamen.D.de leg.3.

Magis autẽ vrget d.l.vbi pugnãtia. 149. D.de reg.iur.cui omissa Iacobi interpretatione, quã refutat Io.Faber hic.n.3.cum Acc.in gl.*firma*. respõdeas quẽ sequũtur Faber.n.4.Pet.Ricar. num. 18. d. l. vbi pugnantia. illum sensum habere,

bere, neutrum quod testamento scriptum est valere cum pugnans testatoris voluntas in eo inuenitur,& ne exemplis res egeat paucis agā. Scripsit testator, *si Titius heres erit, Seius heres esto, si Seius heres erit, Titius heres esto*, inutilis est 29 institutio, quia conditio existere non potest, notante Iuliano, in l. si Titius. 16 D. de cond. inst. erat enim hoc casu pugnantia propter verborum perplexitatem, & implicationem, repugnat namque & Titium,& Seium simul,in- 30 solidum existere heredes, argume. l. si vt certo. 5. §. si duobus vehiculum, ibi, *& ait duorum qui dem in solidum dominium vel possessionem esse non posse*. D. commod. At in nostro casu nulla est mentis aut verborum implicatio, cum suprema hæc voluntas quæ legatum adimit certa & indubitata sit,& effectum rectè sortiri possit prima cessante, quæ posteriore immutatur ex latè sup. sæpè obseruatis, quod (vt vides) in casu d.l. si Titius, esse non potest, cum prima posteriori & posterior primæ repugnet, neutraque valere possit, cum conditionem existere, impossibile sit.

25 Rursus difficile non est argum. d.l. quod per manus. 10. D. de iure codicillorum, neq; enim Iustinianus hic probat testamentum per codi- 31 cillos infirmari, quod absonum esset, vt in argum. notauimus, sed data in testamento, posse codicillis mutari, adimi, vel transferri, heredis institutione salua manente, quæ & caput ipsius est. l. 1. D. de hered. inst. § ante heredis. sup. tit. 1. tx. in proœ. tit. 3. part. 6. licèt hodie sine ea testamentum valeat. l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ collect. regiæ: neque codicillis celebrari directò potest. l. 2. §. fi. D. de iure codicillorum. d.l. quod per manus. 10. l. hereditatē. 2. C. eodem. l. hereditas 4. C. de ijs quibus vt indignis, l. non codicillum. 14. C. de testamentis. §. codicillis, in frà de codicillis, l. 2. tit. 12. par. 6. plura adducit Didac. Spino. d. gloss. 32. ex n. 8.

26 Sed grauiter huic sententiæ,& Iustinia. ad- 32 uersatur Vlpian. in leg. heredes palam. 21. §. si quid post. D. de testam. vbi condito testamento nihil mutari potest, nisi aliud æquè solemne fiat: ergo legata codicillis adimi vel transferri non poterunt.

27 Cui difficultati † Placentinus, cuius meminit gl. in d. §. si quid post. verb. *omnia*. respondet, testatoris voluntatem alia æquè solēni posse immutari, vt ibi, & in l. hac consultissima. 21. §. penul. C. eod. vel si codicilli testamento sint confirmati, quia tunc pars ipsius existimantur, l. quidam referunt. 14. ibi. *quod codicilli pro parte testamenti habeantur*. D. de iure codicil. & inde eis rectè relicta in testamento immutā tur, argumento l. nihil tam naturale. 36. D. de reg. iur.

28 Sed planè † hæc solutio conuincitur ex l. 3. §. fi. D. hoc tit. l. militis codicillis. 37. §. veteranus. D. de testam. militis, cum alijs, quibus cō stitutum est posse testatorem legatum testamento relictum, nuda voluntate reuocare, quæ est communis sententia. ex Couarr. & alijs iam relatis.

Quare † Bart. d. §. si quid post. nu. 3. quem omnes fermè interpretes sequuntur ibidē existimat eum tex. de heredis institutione intelligendum esse, vt hæc non nisi æque solēni voluntate mutari possit iuxt. dicta sup. nu. 26. Falsum † tamen id est, vel illo verb. *si quid*, quod non solum ad institutiones, verum etiam ad legata est referendum, cum ille qui totum dicit, nihil excludat, cap. solitæ. 6. §. nos autem, ibi, *nihil excipiens qui dixit quodcunque*, de maior. & obedient. cap. si Romanorum, vers. *Dicendo verò*. dist. 19. l. Iulia. 66. D. de leg. 3. vbi notat Bar. Secundò refellitur, quia id dubitare l. C. non poterat, ad institutionem mutandā, solemne aliud testamentum esse necessarium, quare de legatis,& alijs relictis, institutione salua manēte, Iurisconsultum dixisse intrepide est asseuerandum: quod & suadent illa verba textus, *obscurius*, quibus constat in omnibus quæ testamento relinquūtur Vlpianū loqui,& insinuāt exempla ab eodem eo loci relata.

† Vnde Iacob. Cuiac. & Fran. Hotoma. putarunt, illius paragraphi verba esse Massurij Sabini, quem Vlpianus interpretabatur, atq; ita cum tempore Sabini non esset inuentus codicillorum vsus, mirum non est si Sabinus statuerit, legata nō posse adimi nisi testamento ęquè solemni. Quæ interpretatio suaderi potest, ex illius inscriptione, quæ *Vlpiani est lib. decimo ad Sabinum*. meminisse etenim oportebit, iuniores I.C. solitos fuisse antiquorum scripta interpretari, cōfirmando, declarando, siuè quod deerat addendo, interdum etiam reprehendendo, testis est Anto. Augustl. lib. 1. emend. cap. 9. quem & alios, sequuti retulimus in nostra disputatione de mora, sub num. 154.

Verum † hæc opinio triplici argumento refellitur. Primo quia summè ad eum textum diuinat. Secundò nam Tribonianus, qui summa diligentia & industria ius cōposuit, Sabini verba eo loci referre non potuit, sed Vlpiani ex quo lib. 10. ad Sabinum lex illa extracta est. Tertiò, quia diligentissimi aliàs antiquitatis in dagatores, in annorum digestione labuntur, cū codicillorum vsum Augusti tēporibus primus Lucius Lentulus introduxerit (si Iustiniano in principio, inf. de codicillis credendum est) Massurius autem Sabinus multis post lapsis annis, & Tiberij Imperatoris ætate floruerit, vt ex Pomponio in l. 2. col. penul. versi, *Hi duo*. in fi. D. de orig. iur. & Ant. Augustl. lib. sing. de nominibus proprijs I.C. c. 1. in princ. deduces.

33 Omnium igitur erroribus explosis vera huius rei interpretatio est, iure ciuili receptum esse legatum ipso iure non posse adimi, nisi eodem testamento, l. si ita scriptum. 14. D. de leg.

34 r. vel alio æquè solēni, iuxta sup. dicta, licet † de fideicommissis contra, quæ nuda voluntate adimuntur. l. 3. §. fin. dict. l. ex parte. 22. D. eod. titu. d. §. veteranus. Tolluntur autem legata opposita doli mali exceptione, vt constat, nō quidem propter codicillos, vel aliam minus solemnem voluntatem, sed propter regulam l. qui cum alio. 20. §. non solet. D. de reg. iur. l. 4. §. præterea. D. de dol. exceptione. notauimus in rubr. & obseruat Costa in lib. 1. Selectarum. c. 25. n. 3. Cuius rei ratio in obscuro nō est, si aduertas, legata non nisi solemni voluntate relinqui, fideicommissa autem, nutu, vel quacunque mentis significatione. l. cum proponebatur. 66. in fin. D. de leg. 2. l. heredi. 130. ibi. *sola enim voluntas seruatur in fideicommissis.* D. de leg. 1. l. nutu. 21. D. de leg. 3. cum alijs. Vlpian. in fragm.

35 tit. 25. in princip. vbi Iacob. Cuiac. ex quib. † eundem Vlpianum intelliges, in l. generaliter. 24. §. si petitum. D. de fideicom. libert. vbi scripsit non tantum verba fideicomissi, sed & mentem testatoris tribuere solere libertatem fideicommissariam, neque in eis formula aliqua, vt peterentur obseruabatur, vt in legatis, ex Vlpian. d. tit. 25. Ex quibus omnibus constat, rectè Vlpian. in dict. §. si quid post, dixisse, testamento facto nihil ex eo posse mutari, nisi omnia ex integro fiant, quibus verbis non solum ad institutiones, sed & ad legata & cætera quæ in testamento relinquuntur planè respexit, fideicommissis exceptis, qua ex supra scripta ratione, non solum codicillis, verum quauis alia nuda voluntate tolluntur.

36 Nec superioribus obstat tex. in leg. si quis eum. in princ. D. de vulg. & pup. vbi Pomp. testatur ademptionem legatorum fieri codicillis testamento confirmatis, sicut in eodem testamēto, sed ademptio legatorum testamento fit ipso iure, vt in dict. l. si ita scriptum. ergo & in codicillis ipso ire adimentur. Nam respondeo, peculiari ratione ademptionem, ipso iure fieri in codicillis testamento confirmatis, quia tunc eorum ius à testamento pendet. d. l. quod per manus. & partes ipsius dicuntur. d. l. quidam referunt. quod fit vt legatum codicillis testamento confirmatis, cum veluti sub conditione videatur datum in testamento, non ope exceptionis, sed ipso iure tollatur, d. l. si quis eum. iuncta d. l. si ita scriptum.

37 Vltimò † non obstat tex. noster. ibi. *sine codicillis firma est*, iuncta reg. l. iam hoc iure. 4. D. de vulg. vbi Iustinianus probare videtur, legata adimi posse codicillis etiam non confirmatis, sicut testamento, quia aduerto Iustinianum loqui, iuxta sua tempora, quib. omnis legatorum, & fideicommissorum differentia sublata erat. l. 1. & 2. C. comm. de leg. §. nostra. §. sed non vsque. sup. tit. 1. Atque ita sicuti fideicommissa nuda voluntate ipso iure adimuntur, ita etiam hodie & legata, quam interpretatio-

nem confirmabis ex illis verbis textus *sine non contrarijs, sed alijs quibuscunq;*.

38 Relinquitur ergo iam ex his quæ obseruauimus, & ex hoc nostro tex. ademptionem legatorum siue eodem testamento, siue codicillis facta, firmam esse, & ipso iure iam perimere legata, iamque siue expressis verbis, siue contrarijs, aut alijs quibuscunque fiat, vt Iustinianus insinuat, neq; interest, an ea verba legatum præcedant, an subsequantur, voluntas enim adimere volentis paginā vtrāq; facit. d. l. si mihi & ti-

39 bi. 12. §. fi. D. de leg. 1. † adeò quidem vt satis sit eam voluntatem vel nudis verbis sine scriptura, duorum integrorum testimonium fide cō probari, argum. l. si iure. 28. D. de leg. 3. sufficit enim tacita volūtas, vt opposita exceptione legatum extinguatur; quā mutatā ex varijs cōiecturis censeri potest. † Veluti ex capitali

40 simultate, quæ nulla fuerit recōciliatione compósita. l. 3. §. non solum, cū l. sequen. l. ex parte 22. D. hoc titulo, cum alijs quæ adducit Aluarado, de coniecturata mente defuncti. cap. 3. nu. 51. Vel si legatarius testatore mortuo eius vxorem compresserit, gloss. in l. fideicommissum. 27. verbo. *probata*. in fi. C. de fideicommiss. quā sequuntur omnes ibidem, & Antonius Gom. in l. 51. Tauri. nu. 80. Dicta. Aluarado d. lib. 2. cap. 2. in principio. num. 35. conducunt quæ scripsit Didac. Couar. in cap. Raynutius, in principio. nu. 7. de testamentis. Gregor. per textum, ibi in l. fin. verbo. *Si le faze desbonra en su muger* tit. 24. part. 4. & l. 4. versicul. *o si el fijo yoguiesse con su madrastra*. tit. 7. par. 6. Vel si testator rem legatam viuus alij donauit, nec distinguitur vtrum propter necessitatem rei familiaris, an mera voluntate donauerit, vt si necessitate donauerit legatum debeatur, si nuda voluntate nō debeatur. Hæc enim distinctio in donantis munificentiam non cadit, cùm nemo in necessitatibus liberalis existat, l. rem legatam 18. D. hoc titu. l. 17. versicul. *Mas si el fazedor del testamento*. l. 40. tit. 9. par. 6. Secus autem erit, si eam vel vendiderit, vel pignori dederit, quia tunc adempta non censetur, si non adimendi animo id fecisse heres probauerit, leg. fideicommissa. 11. §. si rem. D. de legatis. 3. textus in §. si rem. suprà. titul. 1. dict. l. 17. & dict. leg. 40. partitæ, obseruat post alios Didac. Spino, de testamentis. gloss. 8. ex numer. 6. & alij relati suprà. numer. 1. Hæc de ademptione legatorum. Quæ de translatione hic disputari poterant, pro exornatione versiculi. *Transferri.* adduximus suprà in §. si eadem res, ex numer. 40. de legatis. Iam pergamus.

Titulus

TITVLVS XXII.
De lege Falcidia.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Falcidia quid sit.*
3 *Falcidia vnde dicta.*
4 *Plebiscita legis vim habere cœperunt post legem Hortensiam.*
5 *Principium Instit. de lege Falcidia, pro rostris disputatum ab authore, magnam ei peperit gloriam.*

1 DIXIMVS † cum Iustinia. superiori titulo quemadmodum legata adēptione, vel translatione minuantur succedit alterius minutionis inspectio, videlicet quæ per legem Falcidiam inuito etiam testatore fit, quæ titulorum connexio & placuit Accursio, cæteriſque omnibus interpretibus, estque in se verisima, & sanè otiosa altior de hac re inuestigatio: satis enim apparet rectè post disputationem de legatis hunc titulum collocari, vti Iacob. Cuiac. & Matth. Vvelembekius in paratitlis ad hunc titulum in Pādectis prænotarunt, ante eos noster idem Iustinianus in l. 2. §. de legatis autem. C. de veteri iure enucleando. contentit Illustris. Franciscus Mantica. lib. 9. de coniect. vlti. voluntatum, tit. 13. in principio.

2 Verū † locus hic exposcit, vt declaremus, antequam titulum aggrediamur, quid sit Falcidia: eius definitionem omnes ferè prætermittunt autores, duobus exceptis Ioanne Bologneto, & Petro Greg. ille in rub. nu. 5. D. eodem sic definit. *Falcidia est constitutio modificans liberam testādi facultatem à lege duodecim tabularum concessam de rebus legatis, eas resecando, vt vltra dodrantem in legatis erogare testator non possit.* hic verò. 3. part. Syntagm. lib. 42. c. 34. nu. 4. sic. *Falcidia est quarta pars bonorum defuncti, quæ deducitur & completur ex legatis, quibus onerata est supra dodrantem hereditas.* Sed earum definitionum neutra rei explicat essentiā, quare ego sic aio: *Falcidia est pars quædam hereditatis portionabiliter ipso iure competens, authoritate legis vim capiens ad particularia relicta, nec non eorum quæ ipsorum vice funguntur hereditariorum dodrantem transcendentium, in heredis & testatoris fauorem introducta.* In cuius definitionis explicatione amplius non subsistimus, quia ex paragrapho primo huius tituli, cum sequentibus ad Iustinianū eam prosequimur.

3 Falcidiam † à *falce*, dictam putauit Accursius in princip. inf. eod. verb. *Falcidia*, & in l. 1. D. hoc tit. Bart. ibi. Alex. num. 10. Polytus in l. filium quem habentem C. fam. hercisc. quæ, eo quod legata resecat. l. 1. l. lineam margaritarum. 16. l. Plantius. 29. D. hoc tit. Sed longè est verius à Caio Publio Falcidio Tribuno Plebis, qui tempore Augusti adhuc Triumviri eam rogauit sic fuisse appellatam, teste D. Isidoro lib. 5. Etymolo. cap. 15. à Gratiano in suo Decreto relato, sub c. quadam. 1. distinct. consentiunt Hotoman. Baldui. Mynsin. Cuiacius, Fguinarius, Brissonius, Ant. Augus. Petrus Greg. & reliqui huius labij homines, accedit Card. Mantica d. tit. 13. num. 1. Did. Spino. gloss. 8. n.
4 84. qui alios plures refert. † Sed obstat nō Legem, sed potius Plebiscitum appellari debuisse, cum Tribuno plebis interrogāte fuerit lata. §. plebiscitum. sup. de iure naturali gent. & ciuili. facilis tamen est explicatio si aduertas (omissis Accursij, & aliorum sententijs) plebiscita post legem Hortensiam legis authoritatem habere cœpisse, d. §. plebiscitum. ad finem. l. 2. §. deinde cum esset in ciuitate lex. D. de orig. iuris, indeque huiusmodi plebiscitum, sicut & alia plura legem fuisse appellatum, vt rectè iam relati hic & passim adnotarunt. Cui autem bono hęc Falcidia lex fuerit inducta latius infrà ad huius
5 tituli principium prosequemur, † cuius interpretationem in magno hoc nostro terrarum orbe celeberrimo Salmāticensi gymnasio, extemporali licèt disputatione, in petitione cathedræ harum Iustinianearū Institutionū Nonis Maij, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquarto, sic pro votis omnium habuimus, vt inter præstantissimos sex alios petitores, maiori scholasticorum numero (prout moris est) publici earum professoris munus nobis fuerit iniunctum, quod licet in se magnum sit, longè tamē maximum quùm tales extiterint antagonistæ: doctissimus videlicet Doctor dominus Didacus de Vera, & coætaneus noster, & maxima amitia coniunctus, cui ex suffragiorum numero, nonaginta quatuor obtigerunt, quùm tamen nobis ex quatuorcenta quatuor quæ extiterunt, centum & tria de viginti fuissent suffragati, itaque præstantissimum virum viginti tribus superauerimus, reliquis omnibus inter quinque alios eruditissimos competitores diuisis, & dominus enim Licentiatus Sanctius Flores, nunc in magno D. Bartholomæi Collegio alumnus, & earumdem Institutionū interprete quinquaginta nouem accepit, quinquaginta vnū Dominus Licētiatus Matthæus de Samaniego in magno etiam D. Iacobi Zebedæi (vulgo Cōchensi) Collegio collega: Dominus Licentiatus Didacus de Landeras antiquior nunc alumnus in magno Diui Bartholomæi collegio, Primariusque Iuris Ciuilis professor suffectus egregio Doctori Didaco Henriquez eius cathedrę emerito, quadraginta sex. Viginti dominus Licentiatus Philippus de Castro in altero etiam Magno Diui Iacobi (vul-

go

go Achiepiscopi Toletani) collega; cui proximus dominus Licentiatus Frãciscus Marquez de Garceta in magno 3. Saluatoris (vulgo Onetensi) collega, & nunc Codicis Iustinianei publici apud nos professoris, decem & septem sortitus fuit. Cum doctissimis contendisse viris maxima laus est, eos superasse longe maior gloria, & quam nulla temporis iniuria poterit ex hominum memoria delere. Cum ergo huius principij de lege Falcidia pro rostris habita disputatio eam nobis pepererit effeceritque vt, quem etiam iterum postea triumphantem vidit, tunc victorem Populus salutaret, vt laxiori stylo id prosequamur veluti suo iure exposcit. Sed iam ad Iustinianum.

Principium tituli.

1 *Falcidia impositus fuit modus legatis, restricta amplissima legandi potestate legibus. 12. tabul. concessa.*
2 *Falcidiæ legis sententiam, authoritatem, & effectum qui prosequantur.*
3 *L. 1. D. ad legem Falcidiam, & latè n. seq. maximè. n. 22. & n. 62.*
4 *Falcidia in militis testamento locum non habet, & n. 30. & n. 44. & n. 51.*
5 *Falcidia heredis gratia inducta. & n. 40.*
6 *Falcidiæ legis beneficium non habet heres qui inuentario non facto hereditatem adijt, & n. 64.*
7 *Falcidiam prohibere testator potest. & numer. 53. & 63.*
8 *Falcidiam ex legato filio relicto extraneus heres non deducit, & n. 67.*
9 *Falcidiam heres qui integra legata soluit retinere non potest, & n. 68.*
10 *Falcidia ex legatis pijs non detrahitur, & n. 31. & n. 42. & 69.*
11 *Falcidia ex rebus alienari prohibitis non detrahitur, & n. 70.*
12 *Falcidia in dote prælegata, neq; in instrumentis dotalibus non admittitur, & n. 71.*
13 *Falcidia in legatis seruorum qui postea manumittendi sunt locum non habet.*
15 *Voluntas testatoris pro lege obseruatur lege. 12 tabularum, qua amplissima testandi potestas fuit concessa.*
16 *Testandi amplissima potestas quam ob causam in primis cæperit coangustari.*
17 *Furia lege quid cautum iuxta amplissimam legandi facultatem.*
18 *Furia lex quare insufficiens appellata.*
19 *Voconia lex quid statuerit.*
20 *Voconia lex insufficiens quemadmodum & Furia.*
21 *Falcidia lex, & eius primum, & secundũ caput, & n. 22. & 23.*
24 *Fraus pœnam aut damnum significat, & sine fraude capere, est impunè capere.*
25 *L. Capite quinto. 25. D. ad l. Iul. de adulterijs.*
26 *Falcidia lex testatorum gratia inducta fuit.*
27 *Falcidia an hodie iure regio Hispano attento necessaria sit, & n. seq.*
28 *Cessante ratione legis cessat lex. & nu. 41.*
29 *Legis ratione correcta, corrigitur etiam lex.*
30 *Legata etiam non adita hereditate, debentur ex militis testamento.*
31 *Legata pia, etiam non adita hereditate debentur.*
32 *Legata, quando testator Falcidiã probibet, etiam non adita hereditate debentur.*
34 *L. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilationis, & nu. 38. Correctio legum semper euitanda.*
35 *Legata, etsi hodie conseruentur non adita hereditate, testator tamen efficitur intestatus.*
36 *Falcidia lex iure regio Hispano Partitarum probata.*
37 *Falcidia locum habet iure communi, etiam vbi legata non adita hereditate conseruantur, & sic etiam ab intestato.*
39 *Lex, quando pluribus rationibus mouetur, & si vna cesset, non cessat.*
42 *Authentica, similiter. C. ad legem Falcid.*
43 *L. Stichum. 95. §. naturalis. D. de solutionibus.*
44 *L. In testamento. C. ad leg. Falcid. & C. de testamen. milit. & n. seq.*
48 *Priuilegium nemini debet esse nociuum.*
49 *Militis heres vltra vires hereditarias non tenetur.*
51 *Falcidia in militis testamento locum habet, quãdo ipse conficit inuentarium, iuxta communẽ, quæ tamen reprehenditur. nu. seq.*
53 *Authentica. sed cũ testator. C. ad legem Falcid. L. quod de bonis. 15. §. frater. l. Seius, & Aggerius. 27. D. ad legem Falcid. & n. seque.*
58 *Falcidia an cesset ex tacita testantis voluntate, & n. sequen.*
59 *Legatum integrum præstari ex voluntate testatoris semper colligitur.*
62 *Falcidiæ legis primum & secundum caput.*
64 *L. fin. §. si quis autem temerario proposito. C. de iure deliberandi.*
65 *Præsumptio iuris & de iure per contrariam cõfessionem eius in cuius fauorem inducta est, elidi potest.*
69 *L. 1. §. ad municipum. D. ad leg. Falcidiam.*

1 PRobat Iustinianus liberam legandi facultatem lege 12. tabularum testatoribus concessam Falcidia lege fuisse relictã, ita vt eis non liceret vltra dodrantem aliquid relinquere. Cuius legis Falcidiæ sententiam authoritatem & effectum, plena manu explicat Iustinianus hic, & in omnibus paragraphis huius tituli. & in authentico, de heredibus & Falcidia. §. 1. & sequen. latè Vlpianus & cæteri Consulti, in l. 1. & sequen. D. hoc titulo. Imperatores in l. 1. & alijs. C. eod. & apud nos in tit.
2 11. part. 6. latè explicarunt † præter ordinarios interpretes in dictis locis. Duaren. in paraphrasi ad titulum. D. eod. & lib. 1. disputationũ. cap. 10.

cap.10.Goueanus in Rub.D.eodem. Cõnanus lib.9.cap.10.Cuiacius,ad Iulium Pau.lib.3.sen ten.tit.fin.Zas.in Cathalog. legum antiquarũ. de lege Falcid.fol.40.Anton.Aug.lib.singulari de legib.cap.de lege Falcidia. Prateius ad ve teres P.R.leges,eodem verbo. Alex.ab Alex. lib.6.dierum genial.ca.15.& nominatim principium huius tituli explicat idem Cuiacius in §. 1. sup.quib. modis testamenta infirmentur. Viglius in §.sed etsi quis.nu.8.illo titulo. Coras.in l.filium quem habentem.num.12.C.familiæ herciscundę.Menchaca de successionum creatione,lib.1.§.8. num.1.cum sequen. And. Alciatus,lib.5.Parergon.cap.23.plurima addu cit Pet.Gregorius.3.part.Syntagm.lib.42.ca. 34. Illustriss.Card.Francis. Mantica,lib. 9.de coniecturis.tit.13.ex num.1.Franc.Sarmiento lib.2.Selectarum.cap.7.Didac. Spino in Speculo testamentorum,gloss.8.principali. ex n. 81.cum sequen.& alij plures nominatim, infra in huius tituli enarratione recensendi.

3 Sed contra † tex.nostrum grauiter obstat l.1.D.eodem.vbi I.C.sic scripsit. *Lex Falcidia lata est,quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit his verbis: Qui ciues Romani sunt, qui post hanc legem rogatam,testamentum facere volet ius potestasque esto, vt hac lege sequenti licebit.* Ergo vt ex his verbis constat, lege Falcidia non solùm non fuit libera legandi facultas coarctata,quinimo nouè concessa.

4 Secundò † contra nostrum textum illud obstare videtur,nam si (vt hic Imp. docet) testantium fauore & gratia, lex Falcidia inducta fuit,in militis testamento esset admittenda,qui bus omnia iura in testamentis maximè fauent, vt constat ex vulgatis titulis.D.& C.de testamen.militis:sed in militis testamento lex Falcidia non admittitur,vt probat tex. in l.si post missionem.17.l.ad veterani. 40.l. si miles.91. D.ad legem Falcid.l.Marcellus. 3.§.quod autem.D.ad Trebellianum. l. in testamento.12. C.de testamento militis.l.in testamento.7.C. hoc.titul.l.4.tit.11. part.6. ergo non testantis
5 fauore inducta fuit. † Sed potius ipsius heredis,quod & expressè probat Paulus in l. potest.71. ibi. *Quia ea lex heredis causa lata est,nec fraus ei fit si ius sunm diminuat heres.* D.hoc titu.

6 Tertiò † contra nostrum textum obstat l. fin.§.si quis autem temerario proposito. C .de iure deliber.vbi heres qui beneficio inuentarij omisso adijt hereditatem legis Falcidiæ benefi cium non habet, sed in solidum legatarijs tenetur.

7 Quartò † contra textum hic, obstat textus in authentico,de heredibus & Falcidia.§.si verò expresim.collatione.1.in authentica,sed cum testator.C. hoc titulo.in l.6.tit.11. part. 6. ex quibus constat legi Falcidiæ locum non esse quando testator eam expresse prohibuit: ergo.

8 Quintò † contra nostrum textum obstat l.sciunus.36.§.sancimus.C.de inoffi. testamen. vbi si pater,aliquid filio suo relinquit titulo legati ex huiusmodi legato extraneus institutus heres Falcidiam non habet.

9 Sextò † obstat textus in l.error.9.C.ad legem Falcidiam.vbi heres qui integra legata solui t Falcidiam retinere non potest.

10 Septimò † obstat textus in authentica, similiter.C. eod. vbi de legatis pijs Falcidia non detrahitur.

11 Octauò † obstat textus in authentica, sed & in ea.C.hoc tit.vbi ex rebus alienari prohibitis Falcidia non detrahitur.

12 Nonò † obstat l.cum dotem.57.D.ad legẽ Falcid.& l.si prædiorum.16.C.eodem. in quibus in dote prælegata, neque in instrumentis dotalibus Falcidiam esse admittendam cõstat.

13 Decimò † & vltimò obstat l. si seruus tibi legatus.33.D.ad legẽ Falcidiam.l.Papinianus. 8.§.quarta autem.D.de inofficioso. ex quibus constat,legatis siuè relictis seruis, qui postea manumittendi sunt,ex huiusmodi legatis quartam Falcidiam non detrahi.

14 His tamen † non obstantibus argumentis, verissima est sententia sup.ex hoc nostro textu desumpta,quam vt exactè explicemus, nostri textus verba in primis vt figillatim percurramus oportet.Inquit ergo Iustinian. *Superest vt de lege Falcidia despiciamus*,&c.omissa explicatione glossæ hic circa huius verbi notationẽ iã enim sup.in rub.n.tertio diximus, Falcidia vnde dicta sit,& à quo lata.

15 † Animaduerto,quod cum leg.12.tab.latissima testatoribus concessa esset facultas & potestas sic vt quoquomodo de rebus suis disposuissent eorũ voluntas semper esset pro lege obseruanda iuxta textũ vulgarem in l.verbis,120. D.de verborum significa.l.1.h.tit.& textũ nostrũ,auth.de nuptijs.§.disponat.coll.4. Indeq; factũ vt in testamentis semper voluntas testatoris pro lege obseruaretur, nec ab ea aliquo modo recedere liceret,vt planè probat tx.in l. 1.C.de Sacros.Ecc.(iux.cõ.allegat.) l.1.C.cõmunia de legatis.l.quidã cum testamentũ.5.C. de necessarijs seruis heredibus instituendis.l.3. C.de liber.præter.l.cũ quæst.23.C.de legatis. l.cũ virum.18.C.de fideicom.l. filiũ quem habentẽ.C.familię herciscundæ.cũ pluribus alijs quæ plena manu retulimus in disputatione
16 de mora, numer. 202. Indeque † fieret vt multoties testatores omnem suam substantiam legatis erogarent, proindeque recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire, inteſtati morerentur; necessarium fuit huic incommodo ipsorum testatorum gratia mederi, ob publicum etiam fauorem, qui etiam simul in testamentis conseruandis animaduertitur, §. primo, suprà, quibus ex causis manumittere non licet, textus

tus in principio, versiculo. *Vnde.* suprà de heredum qualitate. §. adhuc autem, inf. de bonorum possessionibus. §. hoc rescripto, infr. de eo cui libertatis causa. l. vel negare. D. quemadmodum testamenta aperiantur. l. & quia. 6. D. de interrogatorijs actionibus.

17 † Fuit ergo lata *Lex Furia*, qua cauebatur ne quis legatarius suprà mille asses acciperet, quod si plus caperet quadruplum eius quod accepisset redderet, cuius legis neminit Imp. hic, & Cic. in orat. pro Lucio Cornelio Balbo, & in 3. actione in Verrem, Vlpianus in fragmentis. tit. 1. versic. vltimo, & tit. 28. versic. *intestati.* explicarunt Theophilus, Otoman. Balduinus & Mynsingerius hic. Idē Otomanus in indice legum Romanarum. cap. ad legem Iuliam. Ant. Aug. Pratreius & alij suprà relati, de legibus Romanis, verbo. *lex Furia*. Alexand. ab Alexan. lib. 6. dierum genialium. cap. 15. Paulus Manutius, de legibus Romanis. fol. 28. Carolus Sigonius libr. 1. de antiquo iure ciuium Romanorum. c. 12.

18 Sed † hæc lex facilè eludi poterat, & testamentum destitui, quia numerum legatariorum non diffiniebat, & ita euenire poterat vt multiplicato numero nihil heredi relinqueretur. Vnde Iustinianus hic legem Furiam insufficientem esse scribit. Cum igitur ea lex insufficiens

19 esset, lata deinde fuit † *lex Voconia*, quæ vetabat eum, qui esset census, hoc est, qui centum millia sestertium possideret, vt hic explicarunt nouiores, plus cuique legare, quam ad heredem peruenire. Quam legem refert Cicero tertia actione in Verrem, & lib. 2. de finibus. Dion Historicus libro 56. Diuus Augustinus libro 3. de ciuitate Dei, Agelius lib. nono Noctium Atticarum. cap. 13. & lib. 17. cap. 5. Carolus Sigonius, & alij relati supra.

20 Verum † nec hæc quidem lex sufficiebat, ea enim salua euenire poterat, vt si plures legatarij essent vnus dumtaxat aureus ad heredem peruenire, veluti si is qui centum aureos in bonis habebat, nonaginta nouem legatarijs singulos aureos reliquisset, atque ita legi satisfaceret, ad heredem tamen non nisi vnus aureus perueniebat, quique pro minimo lucro recusare hereditatem posset, vt hic Iustinianus obseruat, & in non dissimili specie, in §. sed quia, infra de commissarijs hereditatibus.

21 Cum igitur † vtraque lex, & Furia, & Voconia, insufficiens esset ad rei consummationem, lex Falcidia lata fuit, quæ primo capite liberam testandi facultatem cōcessit, renouans legis. 12. tabularum dispositionem, quam lex Furia, & Voconia sustulerant, vnde eleganter notat Hotoma. hic legem 12. tabu. nec modū, nec finem legatis imposuisse, legē Furiam, & Voconiam modum solum, legem autem Falcidiam & modum & finem.

22 Vnde ex his intelligitur text. in dict. l. 1. D. eodem. ibi. *quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit*: siquidem verum est, eandem etiam & antea l. 12. tabul. fuisse concessam, quia tamen illis legibus Furia & Voconia coangustata erat, rectè inquit Vlpia. eandem facultatem lege Falcidia datam fuisse, quia Furia, & Voconia sublatis iterum fuit restituta, quod animaduertit ibi Cum. num. 3. Alc. dict. lib. 5. parergon. ca. 23. Dua. ad illum tit. c. 1. & lib. 1. disput. c. 10.

Secundo verò † cap. eiusdem legis Falcidiæ libera illa legandi facultas vsque ad dodrantem coarctata fuit, ita vt hereditatis quadrans apud heredem remaneret, vt huius lucri spe heres adeat, & legata præstet quæ eo non adeunte corruerunt, sicuti & cætera omnia quæ in testamento scripta sunt, iuxta tx. in l. 1. in princ. D. de iniusto rup. l. si nemo. D. de testamētaria tutela. cum alijs. Vsque † ad dodrantem tamen libere potest & testator legare & legatarius capere, iuxta tx. in d. l. 1. D. hoc tit. ibi. *eam pecuniam sine fraude capere liceto*, idest impunè, corrigitur enim lege Falcidia lex Furia quæ vt supra diximus in quadruplum multabat legatarium, qui supra mille asses acciperet, quomodo eam legem interpretatur Gouea. vbi sup. fraus enim pœnam aut damnum significat, text. in leg. aliud est fraus. 131. D. de verbo. signifi. sic enim & apud Horatium libr. 1. Carminum. Oda. 28.

Negligis immeritis nocituram
Postmodo te natis fraudem committere.

Interpretandum enim est, damnum quod natos tuos sequetur.

Sic & in l. Romuli. *Monstrosos partus sine fraude cædunto*, idest, *impune*, & in alijs antiquis legibus, quas commemorat Balduinus iam relatus.

Vnde similiter interpretanda est l. capite quinto. ibi, *sine fraude sua iure liceat*. D. ad l. Iuliam de adulterijs.

26 Igitur † vt ex superioribus, & Iustiniano hic. ibi. *idque ipsorum testatorum gratia prouisum est*. constat legem Falcidiam testantium fauore inductam, ne intestati morerentur, si forte scriptus heres adire hereditatem recusaret, videns nullum aut minimum lucrum sibi ex hereditate deferri: vt ergo heres adeat, & legata præstet lucrum quartæ ei per Falcidiam proponitur.

27 Vnde cum hodie ex leg. 1. titul. 2. lib. 5. ord. quæ habetur in leg. 1. titul. 4. libr. 5. nouæ recopil. conseruetur testamentum, & debeantur legata, etiamsi testator heredem non scripserit, vel quamuis scriptus heres hereditatē adire recusauerit, iam hodie non videtur necessaria lex Falcidia. Quam sententiam defen-

defendit Antonius Gom. 1. tom. varia. c. 12. nu. 11. & ita in supremo senatu iudicatum fuisse testatur Padilla in l. eam quam. num. 109. C. de fidei commissis. sequitur Azebedo, d. l. 1. tit. 4. nu. 121. lib. 5. nouæ recopil. Spino in Speculo testamentorum. gloss. 8. n. 90.

28 Pro qua sententia facit vulgare illud argumẽtum à cessante ratione legis, de quo in ca. cum cessante. de appell. l. adigere. §. quãuis. D. de iure patronatus. §. illis autem. §. sed hactenus inst. de testam. militis, quod latè dilatauit Tiraquellus. tract. cessante causa. per totum, Euerardus in Topicis legalibus. cap. 80. igitur cum ea ratione lex Falcidia inducta esset, vt spe lucri inuitatus heres adiret hereditatẽ, sicq; testamentũ & legata conseruarentur, cum hęc aditio hodie non sit necessaria ex dictis legibus Regijs cõsequens est similiter & legem Falcidiam cessare.

29 Cui argumento † & illud proximum est, quia correcta ratione legis, & lex ipsa correcta censeri debet. capit. miramur. 7. de seruis non ordinandis, iuncto text. in capit. à multis. de ætate & qualitate, notat glossa, verbo. *prouidentia*. in leg. 1. D. de legitimis tutoribus, cum pluribus alijs plena manu congestis à Tiraquel. loco sup. rela. ergo ratione legis Falcidiæ correcta, & ipsa lex correcta censeri debet.

30 Tertiò pro hac † sententia facit, quia in militis testamento lex Falcidia cessat. l. 1. §. denique. l. Marcellus. §. quod autem. D. ad Trebell. cum alijs supra relatis in initio disputationis, quod ex eo prouenit, quia legata conseruantur etiam non adita hereditate, l. miles ita. 42. §. fi. D. de testamento militis, notat Ripa in d. l. 1. §. denique. colum. 1. D. ad Trebel. Cum ergo in omni testamento pagani iam hodie ex iure regio illa ratio militet, debet etiam idem ius militare iuxta regulam tex. in §. 1. in fi. infra. quod cum eo, & in l. illud D. ad l. Aquil. cum vulgatis.

31 Quartò pro hac † sententia induci potest simile argumentum, quia de legatis pijs Falcidia non deducitur, ea sola ratione, quia hereditate non adita debentur, & cessat in eis legis Falcidiæ ratio, ex l. nulli, vbi notat Bald. C. de Episc. & cler. text. in authẽ. similiter. C. hoc titu. tradit cum multis Beroi. in cap. in præsentia num. 45. de probatio. ergo idem dicendum erit hodie in omnibus legatis, cum iam sine aditione conseruentur.

32 Quintò huic † sententiæ accedit, quia vbi testator prohibet Falcidiam legata debentur etiam non adita hereditate, vt in Authen. de heredib. & Falcidia. §. si vero expressim & in authen. sed cum testator. C. hoc titu. notat Bartolus in l. nemo potest. nu. 5. D. de leg. 1. Greg. l. 6. versi. *señaladamente*, titu. 11. part. 6. Cum ergo voluntas testatoris hodie sine aditione conseruetur, dicendum est cessare Falcidiam, disputat Gutierrez dict. leg. nemo potest. numero. 306.

33 Sed † his non obstantibus contrariam sententiam scilicet legem Falcidiam hodie non esse sublatam, defendunt Burgos de Paz. in l. 3. Tauri. num. 962. Padilla. d. l. eam quam. n. 109. Mol. lib. 1. de primog. c. 17. n. 10. Parla. lib. 1. rerum quot. c. 11. Ioan. Matien. in l. 1. gloss. 19. n. 5. 11. & 18. tit. 4. lib. 5. recopil.

34 Pro qua sententia facit, quia credibile non est vna illa l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. tot titulos, tot que Iuris Consultorum responsa corrigi, maxime, quia cum dictæ leges Regiæ correctoriæ sint debent intelligi vt quã minimum lædant ius commune, etiamsi sic intellectæ minimum operentur, iuxta text. in l. 2. C. de noxalibus actionibus, & regulam, cap. cum expediat, de electione in 6. notat Bartò. in l. omnes populi. num. 55. D. de iust. & iure. Præcipuè cum d. l. Regia etiam si ad hoc non extendatur, plures alios effectus operetur, de quibus latissimè agit Burgos de Paz dicta l. Taur. 3. ex num. 899. cum sequentibus, Matien. Azebed. & Gutier. ad eandem legem.

35 Secundò, pro † hac sententia facit, quia quamuis legata conseruentur prædictis legibus Regijs non adita hereditate, adhuc tamen testator decedit intestatus, quoad heredis institutionem, quæ non leuis iniuria est, iuxta tex. in d. §. 1. sup. quibus ex causis manumittere nõ licet, cum similibus, atque ita non omnino cessat etiam hodie ratio legis Falcidiæ, iuxta tex. hic, ibi, *ob id quod plerunque intestati moriebãtur*, ergo non debet Falcidia cessare.

36 Tertiò huic † sententiæ accedit, legem Falcidiam approbatam esse, integro titul. 11. part. 6. ergo etiam hodie seruabitur iuxta tex. in l. 1. Taur. quæ vult, leges Partitarũ seruari in causarum decisionibus. † Quarto hæc sententia

37 probatur, quia si quis omissa causa testam. possideat ab intest. hereditatem conseruantur legata, & fideicommissa ab intestato. l. 1. in princi. l. quia autem. 6. D. si quis omissa causa testamenti, & tamen adhuc deducitur Falcidia, iuxta textum in l. duo heredes. 118. §. 1. l. qui seruus 25. l. quia autem. 6. §. fin. l. penultima. D. si quis omissa causa testamenti. l. 1. §. ad eos. D. ad legem Falcidiam, ergo lex Falcidia non debet censeri sublata, ex eo quod herede scripto nõ adeunte legata, & cætera in testamento contenta confirmentur: facit l. filius famil. 18. D. hoc titul. vbi etiam ab intestato lex Falcidia locum habet.

38 Vnde † interpretandæ sunt illæ ll. Regiæ in versiculo. *estonces*, vbi dispositum est scripto herede non adeunte hereditatem ad legitimum peruenire, vt scilicet successor iste ab intestato possit ex legatis, si forte dodrantem excedant, Falcidiam deducere, quem-

ad-

admodum scriptus heres posset si hereditatem adiuisset.

39 Quinto facit † quia vbi lex ex pluribus causis inducitur, cessante vna, si tamen reliquæ subsistant lex manet illæsa, & incorrecta. vt eleganter docet Accur. in l. tam is. §. 1. versicul. *item nunquid*, verbo, *patris*, D. de donatio. causa mortis, vbi notauit Immo. colum. 1. idem Accur. in §. minima, verbo. *vel contra*. in fin. vbi notat Ang. sup. de cap. dimi. notant Alex. & Ias. num. 10. in l. si conuenerit. D. de iurisdict. omn. iud. idem Ias. in l. vt liberis, num. 16. C. de collatio. Tiraq. d. tracta. cessante causa, limit. 22. num. 4. tex. in l. liberorum. 11. in prin. D. de his qui notantur infam. §. affinitatis, sup. de nupt. sed lex Falcid. inducta fuit ob plures rationes, non tantum vt conseruarentur legata adita hereditate: ergo licet hæc ratio cesset, & correcta sit, tamen supersunt aliæ rationes propter quas inducta est, quæ incorrectæ du-

40 rant. Lex enim † Falc. inducta etiam fuit fauore publico, vt testamenta conseruarentur, iuxta dict. l. & quia. D. de interrogatorijs actionib. d. l. vel negare. D. quemadm. testam. aperian. Item, & fauore heredis, vt non nudo nomine heres sit, sed propter institutionem quartæ cõmodum consequatur, vt obseruat hic Otoma. enuntia. 2. & probat l. C. in dict. l. potest. 71. hoc titul. & tex. in procem. titul. 11. part. 6. ibi: *Ca desaguisada cosa seria auer nome de heredero, y no le venir de ay pro ninguno.* vbi summè no 45
tat Greg. Lop.

41 Ex quibus facillimè constat solutio ad priora duo fundamenta pro contraria sententia adducta à cessante ratione & à correctione legis, quæ quidem non procedunt cum supersint aliæ rationes, quibus lex innitatur. Quam sententiam vno verbo resoluit in Trebellianica Ant. Gom. d. 1. to. c. 12. nu. 11. & Burg. de Paz d. l. 3. Taur. n. 960.

42 Non obstat 3. argum. pro contraria opinione adductum ex authentica similiter. C. hoc titul. qua probatur in pijs legatis Falcidiam locum non habere, quod mero piæ causæ fauore admittitur, neglectis omnibus rationibus propter quas Falcidia deducitur: cui sententiæ, & interpretationi accedit regula text. 46
in l. sunt personæ. D. de religiosis. cap. in præsentia. de probatio. ergo ex legatis pijs non deducitur Falcidia, quia fauore religionis debentur legata ab intestato, cessat ibi fauor heredis testatoris, & iuris publici, ac per consequens omnes rationes ex quibus Falcidia deducitur. At vero quamuis hodie in omnibus legatis prima illa ratio subsistat, quod scilicèt 47
cõseruentur hereditate non adita, cæteræ tamẽ deficiunt: atque ita non militat omnino eadem ratio hodie in omnibus legatis, quæ est in legatis pijs.

43 † Quo in proposito soleo etiam ego sæpè considerare elegantem Consulti rationem in l. Stichum. 55. §. naturalis. D. de solutionibus. ibi. *Nam vinculum æquitatis quo solo sustinebatur conuentionis æquitate dissoluitur.* quibus verbis docuit, contingere aliquando posse vt aliqua obligatio, aut lex naturalis alia potentiori, & efficaciori naturali obligatione, vel lege tollatur, vnde etsi maximus fauor adsit in vltimis voluntatibus conseruandis, ne homines intestati decedant, quod iniuriosum valde est, longe tamen maior animaduertitur in religione conseruanda, & pijs causis defendendis, vt consequens inde deduci nõ possit ad alias paganorum dispositiones, in quibus plures rationes Falcidiã admittunt, quarum etsi vna deficiat ob alias Falcidia defendenda est.

44 † Vlterius non obstat argumentum deductum ex dicta l. in testamento. C. hoc titulo, & C. de testament. militis: pro cuius resolutione sciendum est, difficilem esse dispositionem illius text. nam cum fauore testatoris fuerit Falcidia introducta, iuxta nostrum textum, ibi: *Idque ipsorum testatorum gratia prouisum est.* videbatur magis concedenda in militis testamento, cui magis in iure fauetur, vt est vulgare. Quam difficultatem tetigit Christophorus hic. num. 1. qui duas retulit solutiones, aliam etiam scripsit Menes. d. l. eam quam num. 109.

† Sed huic argumento responderi potest, ideo legem Falcidiam in militis testamento locum non habere, quia contra testantis mentem, & voluntatem inducitur, l. qui quod per legem. 46. l. Titia. 85. ibi: *quoniam contra sententiam matris familias lex Falcidia induceretur.* D. hoc titulo. l. 1. C. eodem, l. si patronus. 20. §. de illo. D. de dona. vbi notat Bar. idem Bart. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ig. & in l. 1. D. de condict. indeb. vnde cum nuda, & simplex voluntas militis semper tantum attendatur. l. 1. D. de testamẽto militis. cum vulga. mirũ non est, Falcidiam in eius testamento locum non habere, qui nullis ciuilibus legibus, aut regulis astringitur.

Sed † planè conuincitur, nam cum in fauorem, & gratiam testantium lex Falcidia lata fuerit ex nostro text. ne scilicèt, intestati morirentur, eueniret vt quod in militum gratiam constituit lex, scilicèt, vt plena & integra legata præstentur, hoc in eorum grauissimum odium reflectatur contra iuris regulam.

Quare his omissis dicendum est, quod cum militis fauore inductum fuerit, vt in eius testamento Falcidia cesset, quasi antecedens necessarium dicendum est, voluisse legem, heredem cogendum esse adire, & legata præstare, ne quod eius fauore inductum est,

est, in eius damnum retorqueretur, contra regulam capit. quod ob gratiam. 61. de regulis iuris in 6. l. quod fauore. 6. C. de legibus. facit regula vulgaris l. illud. D. de acquiren. heredit. l. quidam consulebant. D. de re iudicata. l. 2. D. de iurisdictione. l. ad legatum. l. ad rem mobilem. D. de procuratoribus. cum alijs. Quam interpretationem, & rationem post Christophorum hic probat Mynsingeri. numer. 6. & ante eum Iaso. in l. 1. §. denique. numer. 4. D. ad Trebellia. vbi Rip. nume. 2. Claudius in l. nemo potest. colum. 1. D. de leg. 1. Decius in d. l. in testamen. n. 7. Menchaca de succes. creatione. d. §. 8. num. 3. & sequen.

48 Nec obstat, † quod militis priuilegium nemini debet nocere, iuxta text. in l. cum filius. 29. D. de testamento militis, & regu. l. nec auus. C. de emancipat. liberorum. capit. ex tenore, de foro competenti, at ex hoc priuilegio grauaretur heres, nam præterquam quod Falcidiam non deducit ex aditione teneretur solida soluere legata, etiamsi hereditas non esset soluendo, ex l. quæ dotis. D. soluto matrimonio, l. more. 8. D. de acqui. here dit. notat Eguinarius hic, verbo, *pro nullo aut minimo lucro.*

Nam † hæc difficultas resoluitur ex dicta l. in testamento, vbi habetur heredem militis non teneri vltra vires hereditarias creditoribus, aut legatarijs respondere, per quem text. id resoluunt Decius, vbi Paulus, & Iaso. idem Iaso in dict. §. denique. numero. 7. Mencha. dicto §. 8. numero. 3. Corras. in l. filium quem habentem. numer. 23. C. familiæ herciscundæ. 49

50 Pro qua sententia considerari potest txt. in §. ergo. versicul. *sed si recusabat*, infrà de fideicommissarijs hereditatibus, & in l. quia poterat. 4. D. ad Trebel. quæ iura expendit Decius in d. l. in testamento. & potest etiam induci text. in l. nam quod. 14. §. non omnis. versicul. *nec enim.* D. ad Trebellianum. Reliquum ergo est ex superioribus Falcidiam in militis testamento cessare mero ipsius fauore, non quia in eius testamento legata ab intestato debeantur, vnde cessat superior argumentatio, per quam ex dicta l. in testamento. contendebamus, hodie Falcidiam sublatã esse.

51 Quibus antea quam hinc abeamus illud addendum est, institutum à milite, si inuentarium fecerit posse hodie Falcidiam retinere, quam opinionem tenet glosa in authentica de heredibus, & Falcidia. §. quia vero, verbo. *militari.* sequuntur plures relati per Alexandrum in d. l. 1. §. hoc autem. D. ad Trebell. communis Corneo. d. l. in testamento, secundum Molineũ ibi. in additionibus ad Decium in fine. Socinus d. §. hoc autem. num. 8. Decius in l. precibus. nu. 20. C. de impuberum, mouentur ex tex. in authen. de heredibus, & Falcidia. §. penul. versi. *siue militari.*

52 Sed verior contraria sententia est ex d. l. in testamento. cum similib. quæ cum correcta nõ sit dicendum est ex earum legum generalitate Falcidiam cessare, quamuis heres fecerit inuentarium. In qua sententia fuerunt antiquiores, quos retulit glos. d. verb. *militari.* Alex. num. 1. hoc num. 8. in d. §. hoc autem, Decius. nu. fin. in d. l. in testamento. Molineus ibi, & Corneus iam relatus, & fere omnes satisfaciunt d. §. quia vero. cum interpretatione glossæ finalis ibi, quam tamen ipse Accursius non tenuit, sed pro ea est tex. in l. 4. versi. *otro si dezimos.* iuncta l. 7. in prin. tit. 11. p. 6.

53 Deinde † vltimum argumentum quod adduximus pro contraria sententia ex d. Auth. sed cum testator. cum similib. nihil obstat. Ad cuius interpretationem animaduerto, illius tx. sententiã difficilem esse ex l. quod de bonis. 15 §. frater. D. hoc titul. l. Seius, & Agerius. 27. eodem titu. quibus iuribus cauetur Falcidiam deducendam esse etiamsi testator eam prohibuerit, quia publice interest homines cum testamentis decedere.

54 Cui † difficultati vt occurrat Accur. hic verb. *ipsorum.* respondit tex. in d. l. quod de bonis, & in d. l. Seius, & Ager. correctos esse decisio. d. Auth. sed cum testator. quam solutionem receptissimam esse scripsit Menchaca. d. §. 8. n. 1. & videtur probari in d. l. 6. tit. 11. p. 6.

55 Sed † cum iura vetera certissima innitantur ratione deducta scilicet ex d. l. vel negare. D. quemadmodum testam. aper. d. l. & quia. D. de interrog. actio. maximam difficultatem habet. d. Auth. sed cum testator. quam grauissimã esse reputat Alcia. lib. 5. Parergon. cap. 25. nouam aliam interpretationem adducens, quę tamen non est sufficiens: nec alia Bart. in d. Aut. sed cum testator. num. 1. quam sequitur hic Angel. n. 1. sed communiter reprehenditur teste Christophoro hic. n. 4.

56 Quibus † omissis vera interpretatio est ea ratione hodie posse prohiberi Falcidiam quia ex prohibitione nec testator lædit, nec publica vtilitas, nam quamuis heres nolnit adire hereditatem, propterea tamen testator ab intestato nõ decedit, quia hereditas defertur personis enumeratis in d. authen. de heredibus, & Falcidia. §. si vero expresim: qui poterunt adire hereditatem, & eorum aditione confirmabitur testamentum, perinde ac si institutus adiuisset, quod probat tex. in d. §. si vero expressim, iuncto §. si quis autem, & §. si vero. in fi. atque ita interpretatur Bar. in d. Auth. sed cum testator. num. 1. & in alijs locis relatis per Menchacam, de succes. creat. §. 8. num. 2. vbi resoluit hanc esse communem opinionem. † Ad solutionẽ ergo superioris argumenti, dicendũ est, quod quamuis hodie conseruentur legata

57

non adita hereditate, non tamen inde sequitur, Falcidiam cessare, vt sup. in primo fundamento huius partis ostendimus, quia adhuc testator decedit intestatus, quoad heredis institutionē, & læditur publica vtilitas, ex quibus rationibus Falc. sustinetur, at vero cū prohibetur à testatore nec publica vtilitas, nec ipse testator læditur, quia decedit cum herede, ex d. §. si vero expressim, cessat igitur Falcidia cum testator illam prohibuit, non quia legata conseruantur non adita hereditate, sed propter expressam illam prohibitionem, & vt voluntas testatoris prohibentis habeat locum, & ex ea non sequatur, vt legata corruant, & non præstentur.

58 Illud tamen iuxta nostrum text. in illis verbis, *ipsorum testatorum gratia*, iuncta Accur. interpretatione, eodem verbo, pro exornatione d. Authe. sed cum testator. inuestigandum est, an quemadmodum expressa testantis voluntas cessationem legis Falcidiæ inducit, sic etiam eadem inducatur tacita voluntate defuncti? Quod sanè in iure nostro nouum, & insolens videbitur, vt non idem possit testatoris voluntas, quocunque modo colligatur, cum soleant leges voluntates testatorum subtiliter inuestigare, & eas obseruari iubeant, vt in l. in conditionibus primum locum. D. de cond. & dem. cum sexcentis alijs similibus relatis à nobis in dict. disput. de mora. num. 202. Tiraq. in l. si vnquam, verbo, *libertis*. num. 52. Si ergo testator semper videtur nolle detrahi Falcidiam, cum non detrahatur eius voluntate, sufficere quidem deberet hæc voluntas absque expressa prohibitione, cum potestas adsit & voluntas, quæ duo simul omnes humanos actus perficere solent. l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi. vnde videbatur, tacitam prohibitionem sufficere, nec expressam esse necessariam.

59 Quinimo † cum semper sit expressa prohibitio Falcidię eam nunquam esse admittendam videtur, contra ea omnia quæ superius dotuimus, & Iustin. hic obseruat. Nam cum testator mihi legat decem, dubium non est decem velle præstari, cum nemo credatur dicere id quod non sentit, iuxta text. in l. Labeo. §. idem Tubero. D. de supellectili legata: sunt ergo mens & verba expressa, ne minus decem soluantur. Nulla igitur maior expressio est attenda, quàm illa, quæ legi Falcidiæ, & diminutioni apertè ex propria verbi significatione repugnat.

60 Deinde † huic dubitationi & illud accedit, quia iuxta communes interpretationes quando testator integrum legatum soluere iussit, hoc sufficit vt expresse Falcidia prohibita videatur, iuxta glossam in l. decem. D. de fideicommissarijs libertatibus, communiter sequuntam ex pluribus, quos retulit Sarm. lib. 2. select. cap. 7. num. 11. sed quid interest si mihi decem, vel integra decem relinquantur? nihil profectò, & tamen in dict. authenti. sed cum testator. aliam expressam prohibitionem requirit.

Cui † difficultati quæ grauissima est, & Iu- 61 stinianum hic non parum difficilem reddit, respondendum est legem Falcidiam generaliter semper esse admittendam ob superiores rationes à nobis iam traditas, nec eam cessare ex tacita voluntate, sed expressam semper requiri: quia licèt testator legans decem videatur voluisse non minus decem dari, & magis legatarium ea decem quam heredem habere, argumento l. 1. D. de donatio. causa mortis, & in princ. supr. de donationibus, quia tamen sæpè de facultatibus suis amplius quam in his est sperant homines, iuxta tex. in §. in fraudem. supr. quib. ex causis manumittere non licet, forsan testator maiorem summam bonorum relinquere existimans heredem ita legatis grauauit, id fortè non facturus si nihil relinquere se heredi intelligeret, quem magis quam legatario dilexisse est existimandus. l. licet Imperator. D. de legat. 1. quod si testator expresse Falcidiam prohibeat, vel integra legata solui iubeat iam cogitasse videtur fieri posse, vt nihil heredi relinquatur, vel aliquid subesse posse, quod integram solutionem redderet difficilem, ideò non otiosa est illa specialis prohibitio, quæ in casum Falcidiæ facta videtur, facit text. in l. sed etsi ideo. D. hoc titul. cum non ex verbis generalibus, sed specialiter ad istam cogitationem descenderit: & hæc fuit ratio quare specialis prohibitio est necessaria, neque in ista specie sufficiet generalis voluntas, quæ in alijs iuris partibus ab speciali non differt, quod optimè colligitur ex text. in Auth. de hered. & Falcidia. §. hæc autem, collat. 1. ex cuius verbis, & ex §. si vero expressim, qui statim sequitur constat hāc ob causam necessariam semper esse expressam prohibitionem testantis, quam etiam requirit tx. in d. Authen. sed cum testator, eleganter obseruat Sarmien. d. lib. 2. Select. c. 7. n. 12.

Quibus † sic constitutis non obstant 62 in contrarium adducta. Non obstat primum argumentum ex dict. l. 1. D. hoc titul. qua magis probari videtur lege Falcidia potius esse permissam liberam legandi facultatem, quam coarctatam, quæ antea lege duodecim tabularum competebat. Quoniam ex his quæ latè supra diximus ex numero. 15. ad 26. constat prioris huius nodi dissolutio, illis hæc sunt addenda, quod etsi Franciscus Duarenus libro primo disputationum. capit. 38. legis Falcidiæ quatuor articulos faciat, nulla tamen probabilis ratio est, quare à Iulio Paulo recedere debeamus, qui in dict. l. 1. D. hoc titul. duo tantum eius capita constituit, quorum

rum verba cum in vulgatis codicibus satis corruptè legantur, non erit inutile paulò emendatius referre. Primum ergo ita se habet: *qui cives* (pertinet igitur hoc Plebiscitum ad omnes) *Romani sunt*, (nec enim alij testandi ius ciuile habent, latè in principio. & §. fin. sup. quibus non est permiss. facere testam.) *qui eorum post hanc legem rogatam testamentum* (nam hoc solo, aut codicillis testamento confirmatis, poterant olim relinqui legata, vt diximus in initio rubricæ. supr. de leg. (*facere volet, vt quam* (aliàs *eam*) *pecuniam* (hereditariam, scilicet) *quasque*, (aliàs, *easque*) *res*, (etiam extra hereditatem positas) *dare*, (per modum vindicationis) *legare*, (alijs legandi formis) *quibusque volet, ius, potestasque esto, vt hac lege sequenti licebit*. Hoc primo capite confirmatur (ne putetur abrogatum) ius duodecim tabularum, ita tamen vt sequenti capite determinatur, cuius in priori fit mentio, & tollitur lex Voconia, quæ cum qui census esset, plus cuiquam legare vetabat, quàm heredi relinqueret, vt iam diximus num. 19. Secundo capite modum legatorum constituit lex his verbis: *Quicumque ciuis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico*, (testamenti scilicet. l. 3. D. de testamentis) *dare, legare volet, ius potestasque esto, dum ita detur legatum, ne minus quam partem quartam hereditatis, eo testamento heredes capiant* (hoc est, vt heredes lucrentur. l. qui pretio. 8. l. si mulier. 12. D. de donat. cau. mort. & capiomib. & habeant liberam.) *eis quibus quid ita datum legatumve erit eam pecuniam sine fraude sua*, hoc est, sine pœna quadrupli ex lege Furia aut dodrantis diminutione, ex lege Voconia, vt diximus n. 24. & obseruat Ant. Goue. in d. l. 1. Iacob. Cuia. lib. 7. obseruat. cap. 33.) *capere liceto, isque heres qui eam pecuniam dare iussus, damnatus erit eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est*.

63 Vlterius non obstat secundum argumentum ex d. l. in testamento. 12. C. de testam. milit. & 7. C. ad legem Falcid. cui latè supra satisfactum est, ex nu. 44. cum sequentibus.

64 Succedit † tertij argumenti explicatio iuxta l. fi. §. si quis autem temerario proposito. C. de iure deliberandi, & illius quæstionis dissolutio, nunquid heres, qui inuentarij confectionē omisit, legis Falcidiæ beneficio, & commodo priuetur? quæ sanè cum per Iustinianum in d. §. si quis autem. & apertius in authentico de heredibus & Falcidia. §. sancimus, versic. *si vero nō fecerit inuentarium*, collatione. 1. decisa sit, non multum immorandum erit, est enim ex dictis iuribus id iamdiu sine controuersia admissum, vt heres qui inuentarium non fecit ex integro debita legata, & fideicommissa creditoribus, legatarijs, & fideicommissarijs soluat, licèt puræ substantiæ morientis transcendant mensuram, præsumit enim eo casu lex non sine malignitate tam salubre inuentarij beneficium heredē omisisse, æquumq; esse omnibus ex integro respondere, quod idem & iure regio Hispano expresse cautum est, in l. 5. in princ. & magis in l. 10. tit. 6. & in l. 7. tit. 11. part. 6. Iacob. Menochius. lib. 3. de præsumption. præsumptio. 11. num. 18. latè Couarru. in cap. 1. de testam. nu. 14. & 15. latè Franc. Sarm. lib. 2. Selectarum. cap. 7. num. 7. & num. 8. Did. Spi. in Spec. testamen. glossa. 35. num. 47. † Hæc tamen præ- 65
sumptio, quæ à lege eo casu inducitur, plura videlicet bona fuisse, quibus possit heres omnibus respondere elidi contraria probatione per confessionem eorumdem legatariorū poterit, vti testatum reliquit Paulus Castrensis in l. in ratione. §. quod vulgo. D. ad leg. Falcidiam. sequitur, & extollit Bartholomæus Cæpola, tract. cautelarum, cautela. 7. hoc ideo, quia licèt aduersus præsumptionem iuris, & de iure probatio non admittatur, iuxta ea quæ latè & doctè adducit Iaco. Menochius. li. 1. de præsumptionibus, quæstione. 60. rectè tamen per confessionem eius cui fauet ipsa præsumptio, vt dicta cautela 7. adnotauit Cæpola, & multis exē plis probat Iacob. Menochius dicto libr. 1. q. 61. omnino videndus, & neminem referens Didacus Spino. d. glos. 35. num. 48. & soluitur tertium argumentum.

66 Non obstat † quartum ex dicta authe. sed cum testator. C. hoc tit. cum alijs supra allegatis, cui satisfacies ex his quæ late supra adduximus, ex num. 53. cum sequentibus, quibus omnino coniunges quæ doctissimè in eius proposito scripsit doctissimus Franciscus Sarmiento lib. 2. Selectarum interpretatio. cap. 7. ex num. 9. nouissimè Illustrissimus Francis. Mantica. lib. 9. de coniecturis vltimarum voluntatum. tit. 13. num. 7. & magis ex num. 15. Iacobus Menochius, li. 4. de præsumptionibus, præsumptione. 198. per totam. & consilio. 164. n. 25. lib. 2. plurima Antonius Gabriel. lib. 4. conclusionum. titul. ad Trebell. conclusione. 1. per totam.

67 Non obstat quintum argumentum, ex l. scimus. 36. §. sancimus. C. de inoffici. testament. quoniam etsi regulariter institutus heres, legatis vltra dodrantem grauatus quartam Falcidiam, deducere possit, ex nostro text. & similibus, id tamen locum non habet, nec admittendum est in legitima filijs titulo particulari legati, vel fideicommissi relicta, ex dicto §. sancimus, ibi, *nulla Falcidia interueniente*, consonat text. in sui ratione. in l. quarta. notante ibi Gregorio, verbo, *legitima*, & expresse in l. sexta, versiculo; *eßo misimo seria*, titulo. 11. partita. sexta. quod sane maxima cum ratione inductum fuisse dices, si memineris regulæ. l. quoniam in prioribus. 32. C. de inofficio. testament. cui conuenit l. 11. titulo. 4. part.

6. ex quibus cum omne grauamen à filij portione reijciendum sit (vt notum est, & bene explicarunt præter ordinar. Anto. Gom. 1. tomo. cap. 3. nu. 17. & nu. 18. & cap. 11. nu. 24. & nu. 25. Ludou. Mol. lib. 2. de Hisp. prim. cap. 1. nu. 31. Franc. Sarmiento. lib. 4. Select. in l. 3. §. purè. nu. 10. & in l. multi non notæ. n. 5. D. de lib. & post. Ioan Gut. lib. 3. practi. quæstionũ, quæstione. 55. n. 7. & 8. & q. 57. n. 9. & q. 61. vt interim missa faciamus, quæ in doctissima illius legis repetione scripsit noster Roderic⁹ Suarez, & ad eum nouissimè adducit eruditus Iacobus Valdes) consequens est, neque lege Falcidia minui posse, aliàs parẽtes legitima portione filijs iure naturali debita priuare possent, quod tamen nullo modo ferendum est.

68 Non obstat sextum, † ex l. error. 9. C. ad legem Falcidiam, pro cuius explicatione vide quæ infra scribimus in §. is quoque. 1. sub numero trigesimo secundo, & trigesimo septimo, quibus modis re contrahitur obligatio, & vide l. 6 in 2. p. tit. 11. par. 6.

69 Non obstat † septimum ex Authent. similiter. C. ad legem Falcidiam. Quoniam animad uerto, inter alia pijs causis concessa priuilegia, hoc præcipuum esse, ne ex legatis illis relictis quarta Falcidia detrahatur, idque nouis Imperatoris Iustiniani constitutionibus relatis in l. si quis ad declinandam. 49. §. hæc tamen omnia. C. de Episco. & cler. auth. de ecclesiasticis titulis. §. si autem heres. collatione. 9. cõcordad text. in l. 4. titul. 11. part. 6. latè prosequitur amplians & limitans And. Tiraqu. tracta. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio. 26. Emanuel Costa. in cap. si pater. 2. part. verbo. *Trebellianicæ*. nu. 20. de testam. lib. 6. alios adducit Did. Spi. in Spec. testam. glos. 8. num. 92. Diximus id nouis Imperatoris Iustiniani legibus fauorabiliter pijs causis generaliter inductũ fuisse, quoniam ante eum ad earum quoque legata lex Falcidia pertinebat. l. 1. §. ad municipum. D. ad legem Falcidiam. iuxta vulgatam lectionem, quam omnes frequentius retinent, *ad municipum quoque legata, vel etiam ea quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet* (inquit Iulius Paul.) quam lectionem magis probant Costa & Didac. Spino iam relati. Contrà tamen sentit eruditus Iacob. Cuia. in notis ad Iulium Paul. lib. 4. tit. 3. versic, *lex Falcidia*. & iterum in notis ad Iustinia. sub hoc titulo de lege Falcidia. §. fin. & lib. 10. obseruationum. cap. 34. ad finem, existimans dictum §. ad municipum, sic legendum esse; *ad municipum quoque legata non etiam ad ea quæ Deo relinquũtur lex Falcidia pertinet*. Iacobo Cuiacio nimis fauet, (quãuis ipse nullius manuscripti libri authoritate nitatur) dictum paragraphum fragmentum esse Iulij Pauli libro singulari ad legem Falcidiam, vt constat ex epigraphe omnibus codicibus ad l. 1. D. illo titulo affixa, & contestantur Antonius Augustinus, & Vvolfangus Freimonius, eundemque Iulium Paulum, d. lib. 4. sententiarum. tit. 3. versicul. *lex Falcidia* scripsisse, *lex Falcidia, itemque S. C. Pegasianum, deducto omni ære alieno, Deorumque donis, quartam reliduæ hereditatis ad heredem vult pertinere*, vt existimari non possit Iulium Paulum iuxta eandem rem contraria scripsisse. Quam sententiam & opinionem Iacobi Cuiacij, vel eo solum argumento, ego nunc probo. Moueor præterea, quia & Dionysius Gothifredus in accuratissimis quas nuper ad Pandectas scripsit notas, eãdem addu cit in dicto §. ad municipum.

Non obstat octauum ex textu † in dicta 70
authentica, sed in ea. C. ad legem Falcidiam, quoniam respondendum est, Falcidiam cessare, non solùm quando testator eam expressè prohibuit, verum quando ex natura rei id deducitur, veluti si testator eam expressè álienari prohibeat, ex hac enim prohibitione deprehenditur, voluisse testatorem huiusmodi bona integra, & sine aliqua diminutione, vel diuisione in familia manere. In quam sentẽtiam celebris est tex. in d. authentica. sed in ea, & in authentico, vt sponsalitia largitas. §. si quãdo, collatione. 9. concordat tex. in l. 6. tit. 11. par. 6. vbi latè prosequitur Gregor. Lopez. glos. *que la non pudiesse vender*. Ex quibus infertur Falcidiam in primogeniorum bonis admittendam non esse, vt nominatim in Trebellianica etiã loquuti, id ad miserunt Baldus in d. authen. sed in ea. n. 1. Angelus in authentica de heredibus, & Falc. §. sive ro expressim. Paris. consilio. 9. nu. 14. lib. 2. Anto. Gabriel. lib. 4. communium opinionum tit. ad Trebell. concluſi. 9. Franc. Piscina de statutis excludent. fœminas n. 54. Pet. Peralta. in l. 3. §. qui fideicommissam. num. 38. D. de heredibus instituendis, Ludouicus Molina. lib. 1. de Hispanor. primogenijs, ca. 17. nu. 18. Melchior Pelaez de Mieres, tractatu de maioratibus. 4. p. q. 1. num. 5. nouissimè Iacob. Menoch. li. 4. de præsumptionibus. præsumptione. 198. nu. 25. & 35. & consilio. 80u. lib. 8. consiliorum, & qui neminem refert Petr. Grego. 3. p. Syntagmat. li. 42. cap. 34. n. 10.

Non obstat † nonum ex l. cum dotem. 57. 71
D. ad legem Falcidiam, & l. si prædiorum. 16. C. eodem. Neq; obstat decimum ex l. si seruus tibi legatus. 33. D. ad legem Falcidiam. l. Papinianus. 8. §. quarta autem. D. de in offici. testamento, speciales enim in eis proponuntur casus, in quibus lex Falcidia cessat, alios annectit hic Mynsingerius. n. 13. Petrus Gregorius. dict. num. 10. & seque.

& l. & titul. 11.
part. 6.

§. t E cum

§. *Et cum quæsitum.* 1.

1 *Falcidia in singulis heredibus locum habet, & numer.* 5.
2 *Falcidia testatorum causa inducta.*
3 *Falcidiæ ratione vnum tantum quadrantem heredes omnes licèt plures sint retinent, & n.* 9.
4 *Falcidiæ beneficium substitutis etiam prodest, & numer.* 10.
6 *L. nemo potest.* 52. *D. de leg.* 1. *remissiuè.*
7 *Hypothesis huius paragraphi.*
8 *Ius accrescendi portionem cum suo onere, & commodo coniuncto defert.*
10 *L.* 1. *§. Marcellus. D. si cui plus quàm per legem Falcidiam.*
11 *Conditionis implendæ causa datum vtrùm in Falcidiam imputetur.*
12 *Falcidiæ in ratione ea tantum imputantur quæ iure hereditario capiuntur: secus in Trebellianicæ, & eius discrimen. & n. seq.*
L. in quartam. 90. *D. ad legem Falcidiam.*

SI plures † sint heredes instituti, quilibet ex sua portione poterit Falcidiam deducere, licèt alterius coheredis portio nõ sit grauata. Idem in l. in ratione. 11. §. si filio. l. in singulis. 76. D. hoc tit. præter ordinarios hic & in dictis locis explicant late Bar. in l. qui fundum. §. coheres. D. eodem. Viglius in §. sed & si quis. n. fi. supr. quib. mod. testamen. infirm. Alciat. lib. 5. parerg. cap. 24. & lib. 6. paradox. cap. 4. n. 3. Ioan. Coral. in l. filium quem habentem, nu. 48. & 51. C. fam. hercis. Franc. Duar. lib. 2. disputat. cap. 10. Franc. Hotom. in §. sed quia. inst. de fideicomm. hered. Iacob. Cuia. in l. qui non militabat. 78. D. de heredib. inst. & lib. 8. obseruat. cap. 4.

2 Sed † superiorem conclusionem difficilem sequens argumentum ostendit; Falcidia lex in testatorum præcipuè gratiam inducta fuit, ne videlicet scriptis heredibus hereditatem adire recusantibus intestati morerentur; tx. in prin. ibi. *Idque ipsorum testatorum gratia prouisum est, ob id quòd plerumq; intestati morierentur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo, aut minimo lucro hereditates adire.* Sed in huius §. specie timeri id non potest: Titio enim herede recusante, cuius pars legatis vel exhausta, vel suprà modum onerata fuit, eius portio Seio coheredi accrescit. §. fin. iunctis ibidem traditis. inf. de S. C. Orfic. ergo ratione cessante Falcidiam in casu nostri tx. cessare, dicendum est.

3 Secundò † sic argumentor, siue vnus institutus sit, siue plures, vnus tantum hereditatis quadrans apud eum, eósve, non duo remanere debet. tx. in princ. ibi. *vt siue vnus heres &c.* ergo in singulis heredibus non est legis Falcidiæ ponenda ratio.

4 Tertiò † sic argumentor, quod in heredib. primi gradus, idest institutis, hic Iust. & Caius in d. l. in singulis. admittunt, in substitutis quoque admittendum expressè profitetur in l. in ratione. 11. §. si filio. ibi. *ita plures substituti, subducta persona pupilli, reuocandi sunt ad intellectum institutionis.* D. h. tit. Sed in substitutis singulis ratio legis Falcidiæ non ponitur, quinimo, qui sup. modum oneratus est. nulla facta deductione integrum legatum, integráve legata soluit. l. 1. Marcellus. D. si cui plus quam per leg. Fal. ergo contra nostrum tex.

His tamen † non obstantibus in singulis he- 5
redibus legis Falcidiæ ratione imponendâ esse verissimum est, quoniam quum (vt latius supra in prin. diximus) non tantum testatorũ, verum & heredum quoq; gratia inducta, & ob fauorẽ publicum admissa sit, ne eius beneficio, & commodo heredes defraudentur; item etiam, & vt seruetur eiusdem testatoris voluntas, eo modo quo expressim disposuit, qui dum nominatim Falcid. non prohibuit, satis vtiq; intellexit le- 6
ges in suo test. locũ habituras, argu. † l. nemo potest. 5. (cui consonat l. 32. ti. 9. p. 6. exornat Mol. lib. 1. de Hisp. prim. c. 19. nu. 14. Did. Spino in Spec. testam. in rub. 2. p. n. 2.) D. de leg. 1. vtrũq; ex heredibus institutis quartam suę hereditariæ portionis partẽ habiturũ voluit, quinimo quod vltrà legauit eiusdem leg. Falc. secundo capite ipso iure nullũ fuit, aut saltẽ cõtra legis prohibitionẽ relictũ, vt mox ad glo. nostrã dicemus. Verum quoniã Iust. noster in illis verbis. *Et cum quæsitum esset*, & ibi. *placuit posse retinere.* controuersum hoc ius fuisse insinuat, quò magis quæ iuxta eum adducenda sunt percipiã
7 tur hypothesim ad hunc §. sic constitues. † Mæuij hereditas cccc. aureorum erat, testator instituit Titium, & Seium, vtrumque ex semisse, legauit nominatim à Titio, iubens eum dare Sempronio ducentos, vel centum octoginta; à Seio verò nihil speciatim legauit, vel certè parum legauit, quòd semissem eius dumtaxat in partem dimidiam diminueret, sic vt ei adhuc fortè integri sint ducenti aurei, paulóve minus. Testatore defuncto, Sempronius legatarius cum Titio agebat integrum petens legatum; Titius cum ex soluto legato nihil suæ partis, siue portionis esset habiturus reliquum, quartam partem ex suo semisse, hoc est aureos quinquaginta volebat beneficio legis Falcidiæ deducere, ita quòd Sempronius non plus quàm centum quinquaginta nomine legati esset habiturus. Ex aduerso Sempronius legatarius, satis esse factum à testatore legi Falcidiæ, cum non vltra dodrãtem totius hereditatis suæ legauerit, dicebatque alia quæ nos contra Iustiniani sententiam adduximus. Igitur hac quæstione orta responsum est, suæ quemque partis, in qua heres scriptus esset, quartam ex lege Falcidia retinere posse, neque ideo quòd Seius in-

tegrum semissem habet, impedimento iderit Titio, quominus quadrantem suæ institutionis retineat, ex rationibus quas sup. pro Iustiniani constitutione, & Caij sententia considerauimus. † Illud tamen omnino animaduertendum est, quod si pars exhausta legatis (id est semis Titio datus) ab herede repudiata per ius accrescendi ad coheredem peruenerit, cuius pars grauata non erat, non fit confusio vtriusque partis, & inde poterit nihilominus Seius Falcidiam deducere, quemadmodum heres Titius qui repudiauit posset hoc ideò quia portio quæ per ius accrescendi defertur, cum suo onere venit. l. vnic. §. his itaque. C. de caduc. tol lend. ergo & cum commodo similiter accedet, c. qui sentit. de reg. iur. lib. 6. vnde quemadmodum heres si non repudiasset Falcidiam deduceret, ita coheres cui accrescit debet eam deducere. Et è contrario, si portio non grauata grauatæ accrescat proderit legatarijs, & sic heres Falcidiam neque ex sua persona deducet, ex eod. Caio in l. quod si alterutro. 78. D. hoc tit. Iulio Paulo in l. 1. §. si coheredis. D. hoc tit. ex quo magnam in hac quæstione controuersiã fuisse deprehendes, hanc tamen distinctionem, vt 6 veriorem, fuisse approbatam. Ex quibus † vides priora duo argumenta contra Iustinianum adducta fumescere; illud enim quod Imperat. ait vni, aut pluribus heredibus quadrantem vnum totius patrimonij sufficere, procedit si legata simpliciter, aut ab omnibus relicta sint; aliud certè si vnus dumtaxat grauetur nominatim, is enim quartam eius portionis exqua institutus est retinere non prohibetur, ex iam adductis.

10 Difficilis † tamen adhuc est Vlpiani locus in d. l. 1. §. Marcellus. D. si cui plus quàm per leg. Falcidiã. namque si (vt supr. diximus) substituti ad intellectum institutionis reuocandi sunt, quemadmodum in hoc §. & in d. l. in singulis. in singulis heredibus lex Falcidia ponitur, sic & in substitutis ponenda est, quod tamẽ ibi negat Vlp. ex Marcelli sententia. *Marcellus ait*: (inquit Vlp.) *qui quadringenta in bonis habebat impuberem filium heredem instituit, eique substituit Titium & Seium, nihil à pupillo testator legauit, sed à Titio trecenta. Vtrùm ducenta (inquit) præstabuntur, an centum quinquaginta, nam trecenta nullo modo eum præstare, mihi videtur verius, non amplius eum parte sua erogare compelli; certe nec minus.* Huic difficultati varijs modis satisfacit Accu. ibi. ver. *minus*. & multa in proposito scribit Bart. in d. l. qui fundum §. coheres. cæterùm mihi illud verius videtur, Vlpi. eo loco Marcelli sententiam existimantis contributionem faciendam esse retulisse, eam tamen paulo inferiùs improbasse, in versi. *Sed causa cognita*. nam si Titius pupillo substitutus nec ex testatoris, nec ex pupilli bonis amplius primo semisse habeat Falc. locum habebit, secus si forsan, vel quia Seius repudiauit iuxta speciem. l. quod si alterutro. 78. D. illo ti. vel quia ampliores facultates à pupillo habuit, tunc enim integra trecenta legatarium habiturum, idq; significat Vlp. in illis verbis. *Sed causa cognita Falcidiam locum habere, & legatorum modus facit, & æris alieni onus.*

11 Ad Accur. hic verb. *Posse retinere*. Quærit † Accursi. vtrùm datum causa conditionis implẽdæ, in quartam partem, quam beneficio legis Falcidiæ deducit imputare teneatur? & imputandum non esse respondet, cui fauent expressa iura in l. quod autem. 74. cũ duabus sequentibus. l. in quartam. 90. D. ad leg. Falci. ex quibus constat in hanc quartam hereditatis, quam per leg. Falc. heres habet eas tantum res imputari, quas iure hereditario quis capit, non quas iure legati, vel fideicommissi, aut causa conditionis implendæ. Secus autem est in quarta Trebellianica quæ ex vniuersali fideicommisso deducitur (vt latè inf. titul. sequen.) quoniam, in eam omnia quæ ex voluntate defuncti quocunque 12 tit. vniformiter capiuntur, imputantur. In † exquirenda autem differentiæ ratione grauiter laborarunt interpretes, vt constat ex eod. Ac. verb. *imputatur*. Bart. n. 6. Paul. col. 1. Imol. col. 2. Paulo de Monte Pico, num. 100. Ripa. n. 12. Berengar. n. 6. art. 1. Bologn. n. 204. in dict. l. in quartam. Coras. in d. l. filium quem habentẽ. 3. p. ex n. 45. C. fam. hercis. Hotom. in disput. de quarta Pegasi. in Schol. ad d. l. in quartam. enũciat. 3. Alc. lib. 6. paradox. cap. 4. Duar. lib. 2. disputat. c. 10. receptior tamen est † quam idem 13 Accur. scripsit in d. l. in quartam. ideo in quartã Falcidiam ea sola imputari quæ iure hereditario capiuntur, quia longè plus grauatur heres cum creditoribus ipse teneatur, vnde succedit regul. l. eũ qui. D. de iur. iur. l. 1. §. deniq;. D. de aqua quoti. & æsti. Secus in Trebellianica vbi onera diuiduntur inter heredem, & fideicom. §. sed quia stipulationes. & §. si quis vna. vers. *altero*. inf. de fideicomm. hered. † Verum hæc ratio ex eo displicet, quia nullũ heredis onus po 14 test considerari respectu eius portionis quam per leg. Falcidiam consequitur, cum omne æs alienum ex hereditate deducatur ante quam legata præstentur, & quarta deducatur. §. fi. infr. h. t. l. in imponenda. 6. l. irritum. 8. C. eod. l. 2. ti. 11. p. 6. quo argumento à cõmuni recessit Corasius. Quare † ea opinione, & alijs multis omissis, & quam nouissimè Iacob. Cuiacius dict. lib. 8. obserua. cap. 4. scripsit, existimans dispungenda esse verba dict. l. in quartam, ibi. *quod conditionis implendæ*: illa mihi magis placet, quæ vt noua ab Alcit. Ripa, Duar. iam relatis, & Matthæo Vvesembe. in paratit. D. eodem. num. 5. traditur. quia per legem Falcidiam ipso iure vsque ad dodrantẽ legata resecantur, ita vt si plus legatum sit ipso iure non valeat, vti expresse deducens ex ge-

minatis

minatis verbis d.l.1.D.ad leg.Falcidiã, quæ supra in princip. num.62. retulimus. quo fit,vt cum legata non valeant nisi intra dodrantem sint,quadrans iure hereditario penes heredem remanere debet,ac per consequens quæ alio iure capiuntur in illam nõ sunt imputanda. At †
16 in quarta Pegasiana sine Trebellianica aliud iuris est,quoniam S. C. non prohibuit vltra dodrantem fideicommitti,sed si id fieret,per quartæ retentionem prospexit heredi;vnde omnia quæ quocunque titulo capiuntur in eam portionem imputari debent, satis enim fit S. C. si quoquomodo quarta apud heredem remaneat.
17 Quod si quæras, † qua ratione lex Falcidia ipso iure resecat legata,non ita S.C.fideicommissa cum vtraque quarta introducta sit ad hoc vt heredes ad adeundam hereditatem inuitentur, Iustin.teste in princip.sup.eodem, & in d. §.sed quia.infr.de fideicommiss.hered.Respondebo,hoc ideo cautum, quia maius periculum in herede,qui Falcidiam deducturus erat,versabatur,cum nullo modo posset compelli adire, & inde oportunum fuit maiori cum præmio inuitare.Cæterùm S. C. Pegasi.non tanto hoc præmio inuitauit,quia inuitus per fideicomm. compelli poterat adire.

§. *Quantitas autem.* 2.

1 *Falcidiæ quartæ in subducendæ ratione mortis testatoris tempus expectandum.*
2 *Mortis patris tempus inspicitur quoad legitimæ, & prælegatorum tertij, & quinti rationem ineundam,&c.n.*3.
4 *§.Si peculium.*20.*Instit.de legatis.&.n.*9.
5 *L.cum quo.*56.*D.ad l.Falc.& nu.* 12.
6 *Legatorum seruandorum causa heres adire hereditatem non compellitur,& quare.n.* 15.
7 *Legatorum dies cedit ab adita hereditate.*
8 *Falcidia ipso iure resecat legata.*

1 IN subducenda † legis Falcidiæ ratione tempus mortis testatoris inspiciendum est, ita vt ad illud quantitatem patrimonij redigamus,& quod post testamen. vel accesserit vel decesserit non legatarij, sed heredis lucro vel damno sit. Idem in l.in ratione.30.in principio,&in §. certis verò corporibus. ad fin. l. in quantitate. 73. D. hoc titul. consonat
2 l. 3. titul. 11. part. 6. quemadmodum † & in legitima filij tempus etiam mortis patris inspicitur. l. cum quæritur. C. de inofficioso testamento, & in legitima patroni.l. 2.§. fin. ad finem. D. de bon.libert.cum pluribus alijs ab Antonio Gomez adductis in l.
3 23. Tauri in principio. Vbi idem quoque † & in melioratione tertij & quinti cautum est, & in l.7.titul. 6. libro. 5. nouæ recopilat. explicant præter ordinarios interpretes Hispanos in d. l. 23. Tauri. Matien. & Alphons. de Azebedo in d. l. 7.nouæ recopilat. Burgos de Paz consi.14.num.62. Ioann. Gutier. libr.2. pract. quæstionum.quæstion.60.And. de Angulo.in d.l.7. nouæ recopil. Ferd.Mench. de succes.creat.lib. 1.§.1.num.16. Melchior Pelaez de Mieres de maioratib. 1.part. quæs.52. per totam.nisi in casu l.29. Taur.l.3.tit.8.lib. 5.nouæ recop.vt notant proximè adducti; & nouissime Dida.Gomez Cornejo in addition. ad Anto. Gomez,ad d.l.23.Tauri,sub num.1. in principio.

4 Sed pro dubitandi † ratione primò sic argumentor. Quod ante aditam hereditatem acquiritur non ad heredis,sed ad legatarij vtilitatem pertinet.§.si peculium.20.versi.*quod si post mortem.*sup.de legat.ergo patrimonij quantitas respectu mortis considerandæ non est ad legis Falcidiæ rationem.

5 Secundò † sic argumentor. Si hereditarius debitor soluendo non sit tempore mortis testatoris,postea tamen soluendo efficiatur, & hereditas augeatur, proficit hoc legatarijs, l. cum quo.56. D. hoc tit. ergo contra nostrum textum.

6 Tertiò † contra tex.ibi. *liberum est non adire hereditatem,* quibus verbis probat Iustinian. heredem scriptum legatorum seruandorum causa hereditatem adire compelli nõ posse, sic argumentor.Legata fideicommissis exæquata sunt.§.sed non vlque.sup.de legat. Sed is cuius hereditas fideicommissis grauata est hereditatem adire compellitur.§.ergo.inf.de fideicommiss.hered.l.si quis omissa.17. D. si quis omissa causa testamẽ.ergo & is à quo legata plura relicta sunt adire cogi & compelli poterit.

Sed † his non obstantibus verissimam esse
7 nostri tex. conclusionem dicendum est,eiusque rationem non in obscuro, tum quia legatorum dies non ab adita hereditate,sed à morte testatoris cedit.l.si post diem.5. in principi. cum alijs ibi. D. quando dies legati vel fideicomm.cedat.l.1.§. in nouissimo. C.de caducis
8 tollendis. cum etiam † quia legata ipso iure per legem Falcidiam resecantur l. lineam margaritarum.16.D.hoc.tit. l.1.§. si quis.D.quod
9 legator. vnde † consequens est, eo tempore quo cedunt,idest mortis testatoris per legem Falcidiam resecari,ergo si qua legata reperiantur quæ mortis testatoris tẽpore non cedant, Falcidia ex eis non deducitur mortis inspecto tempore,sed quo cedunt,ex quo colligitur vera interpretatio.d.§. si peculiũ. in quo ideò nõ consideratur,respectu legati, tempus mortis, quia legatũ de quo ibi cedebat ab adita hereditate,vt colligitur ex eod.txt.ibi. *quia huiusmodi legati dies ab adita heredidate cedit.*& l.heredes 7.§.fi.cum l.seq.D.quand.di.legat.ced.l.vni.§. libertatibus.C.de cad. toll. cuius conclusionis rationem assignat l. nam cum libertas. 8. D. quando dies leg. cedat. *nam cum libertas* (inquit Vlp.) *non prius cõpetat,quàm adita hereditate;*

te;æquissimum visum est,nec legati diem antecede re,alioquin inutile fieret legatum, si dies eius cessis-
10 *set antequam libertas competeret.* verum † licèt superior ratio ad decisionem huius §. vera sit, interpretatio tamen ad d.§.si peculium. accom modari non potest,vbi non agitur de lege Falcidia,sed de acquisitione fructuum legati,quod videbatur ob id multo minus acquiri legatario, quia dies legati ab adita hereditate cedebat. Ve
11 rùm † adhuc defendenda est superior ratio, quia quicquid acquisitum est ante id tempus, quo incipit deberi legatum omne id lucrum le gato cedit, quemadmodum in ijs quæ in vita testatoris acquiruntur exprimit idem text.vn de cum adita hereditate cedat, omnia acquisita ante eam diem acquirentur legatario, cum à morte testatoris,post eam diem acquisita, non acquirantur.

12 Non obstat † secundum argumentum ex dict.l.cum quo.cui Accur.ibid.verb.*extitit.* no stri tex.regulam procedere, quando agitur de æstimandis rebus hereditarijs, illum verò tex. quando agitur de æstimandis rebus debitoris, cuius bona non erant soluendo. sequitur ibi Bart.nu.1.Cuma. Ang. & Paul. num.3. & ita firmat tenere doctores Faber hic, & obseruat Angel.num.1.estque verissima sententia:ratio autem differentiæ est, quia quando æstimatur res hereditaria,æstimatur res certa & determinata, quæ an postea augeatur, vel diminuatur curari non debet, cum à principio fuerit æstimata: at verò quando æstimatur nomen debitoris qui non erat soluendo, quod sæpè solet fieri,iuxta l.Nensenius.22.l. quærebatur. 82. D.hoc tit.dubius est euentus. & si æstimetur ante rationem legis Falcidiæ æstimari debet prout est,argum.l.cum Titio.55.D.h.tit. vnde si bona illius debitoris postea augeãtur hoc legatarijs proficit,ita explicuit Bart.in d.l. cũ quo.nu.1.&obseruant post eum Doctores secundum Alexand.nu.4.Ex qua ratione deduci tur quod si à principio debitor esset soluendo, & eius debitum æstimaretur prout erat, licèt postea efficiatur nõ soluendo, nihilominus pe riculum ad heredem pertinebit,'ex d.l.in ratione,quia cum à principio certa æstimatio esset facta,ex eo quòd debitor efficiatur non soluendo non erit variatio facienda,vt obseruant Bar to.& cæteri in.d.l.cum quo.

13 Verùm † hæc ratio mihi displicet, quia si inspicias tempus mortis in neutro casu est dubietas,aut incertitudo,in primo debitorem nõ esse soluendo, in secundo soluendo esse; si inspicias futurum euentum in vtroq; est dubius, cum ille qui soluendo non est possit effici soluendo,& è contra.

14 Quare † proprior mihi videtur ratio, quia cum æstimatur nomen debitoris, certum est quid testatori debeatur, quamuis debitor soluendo non sit, vnde quamuis bona debitoris augeantur,non tamen dicitur hereditas augeri, cum re vera id ipsum hereditatis esse & ad cõsequendum actionem haberet,licèt inanẽ propter inopiam debitoris.

15 Non obstat † tertium, quoniam magnum est in hoc casu inter legata, & fideicommissa vniuersalia discrimen: ideo enim legatorum seruandorum causa heres adire non cogitur, quia iniquum esset alieni emolumenti causa he redem ad hereditaria onera subeunda inuitum adigi;qua de causa nec fideicommissorum particularium causa cogi heredem videmus.l.nam quod.14.§.fin.D.ad S. C. Trebell. d. l. si quis omissa.Constat autem omnia hereditatis onera in fideicommissarium vniuersalem transferri.l.1.illo tit.§.restituta.inf.titul.1. in legatariũ verò non transferri,ex quo perspicuum est, si heres legatorum causa adire cogeretur, nullo eum suo bono,sed damno vel maximo ad eam rem coactum iri: ergo eodem modo legatarij cum herede paciscuntur, vt creditores hereditarij solent. l. iuris gentium. 7 .§. finali. D.de pactis,l.primo gradu.23.D.quæ in frau. creditorum.

§. *Cum autem ratio.* 3.

1 *Falcidiæ rationem æs alienum antecedit.*
2 *Bona dicuntur quæ deducto ære alieno supersunt.*
3 *Falcidiæ in ratione deducitur à testatore heredi debitum.*
4 *Funeris impensa Falcidiam, & omne aliud debitum antecedit. Et referuntur qui de priuilegio funerariæ actionis varijs in locis tractant.*
5 *Funerariæ actionis priuilegij ratio.*
6 *Sepulcra extrui ne defunctorum corpora insepulta maneant naturale debitum est.*
7 *Funus, si pietate non sit qui faciat, iudex facere tenetur.*
8 *Funeris impensa quoscunq; creditores siue priuilegiarios,siue hypothecarios, & tacitos & expressos antecedit.*
9 *Funeris impensa etiam expressos anteriores hypothecarios antecedit, contra Accurs. quod etiam iure Hispano procedit, contra Ioan. Matiençø.*
10 *L.30.Tauri.l.fin.tit.6.lib.5.nouæ Recopil.& num.12.& 15.*
11 *Funeris impensa necessaria priuilegium habet, non immoderata.*
12 *Funeris impẽsa apud Hispanos lege Regia taxata L.2.tit.5.lib.5.nouæ Recopil.*
13 *Funeris impensam vt quis recuperare possit an protestatio sit necessaria.*
14 *Funeraria actione quod in defuncti morbum & infirmitatem expensum est recuperari potest.*
16 *Falcidiæ rationem pretia manumissorum seruorum antecedat.*

Falcidiæ

1 FAlcidiæ † rationem æs alienum, funeris sumptus, & pretia seruorum manumissorum antecedit; ex eo quod supereſt quadrans heredi, dodrans legatarijs attribuitur. l. in quantitate. 73. §. vlt. D. hoc ti. l. in imponenda. 6. C. eo. consonat l. 1. & 2. tit. 11. par. 6. explicantque latè mox referendi. Decisio hæc
2 expeditam habet rationem, siquidem bona † intelliguntur quæ deductis omnibus hereditarijs oneribus supersunt. l. Papinianus. 8. §. quarta autem. D. de inoff. testam. l. mulier. 73. D. de iure dot. l. si quis seruum. 8. §. fin. cum l. seq. D. de leg. 2. l. non possunt. 11. D. de iure fisci. l. subsignatũ. 39. §. bona. D. de verb. sign. l. fi. §. fin autem æs alienum. C. de bon. quæ lib. d. l. in imponenda. l. 8. ti. 33. par. 7. vbique notant interpretes, qua ratione ab hereditate separatur, vt
3 latè infra ad rubr. tit. de bon. possess. Quo † in numero ponendum est, si quid heredi testator debuerit. l. qui fundum. 87. §. si quis heredem. D. hoc tit. l. irritum. 8. C. eod. sicuti si debitor creditori heres existat, & confusione liberetur, tamen locupletiorem hereditatem percipere videtur, adeoque ei quominus Falcidia fruatur computandum erit quod debuit. l. 1. §. si debitor. l. quod autem. 74. D. eod. d. l. 2. ti. 11. par. 6.

4 Deducitur † etiam ante Falcidiæ rationem funeris impensa, ex dictis iuribus, quæ adeò æri alieno comparatur, vt etiam omne creditum antecedat, nec id tantum cum quis funus illius fecit cuius bona nunc diuiduntur, sed & si alicui quem ille sepellire, & funerare tenebatur. l. quæsitum. 2. D. de priuil. credit. coniuncta l. at si quis. 14. versi. fin. l. quod si nulla. 28. l. si fiscus. 31. & magis l. impensa. 45. & per totũ tit. D. de religios. & sumptib. fun. Iul. Paul. lib. 1. sent. tit. vlt. §. fin. consonat l. 12. tit. 13. par. 1. omnino videnda. & l. 30. versi. fi. tit. 13. p. 5. cuius impẽsę & actionis funerarię priuilegiũ post ordinarios in dictis locis, maximè Rip. in d. l. 2. & Ioan. Bapt. Asinium in d. l. impensa. latè tractant Bar. & cæteri in l. 1. oppositum. 4. D. sol. matrimon. ijdem in l. fin. §. in computatione, vbi latius Monticulus ex nu. 118. C. de iure deliber. Vanderan. de priuileg. creditor. ca. 3. Rebuff. ad l. Gall. 1. to. rubr. de sentent. prouisional. ex n. 69. Gaspar Cauallinus li. 2. milleloq. c. 677. Conrad. lib. 3. de studio aduoc. fol. 60. Pet. Dueñas reg. 397. Anto. Gomez, & cæteri ibidem ad l. 30. Taur. Greg. Lopez in dd. ll. Partitarum, Ioan. Matiençó, & Alphonsus de Azebedo ad l. fin. ti. 6. lib. 5. nouæ Recop. & in l. 7. tit. 16. gl. 5. n. 2. eod. lib. 5. Ioan. Gutier. in l. nemo potest ex nu. 91. D. de leg. 1. Albornoz lib. 1. artis contract. tit. 17. sub cap. 3. Ioan. Garcia Gallecus lib. de expensis, cap. 8. Anton. Gama decisione Portugalliæ. 318. & Iosephus Ludouicus decisione Perusina. 78. 2. part. Mascardus conclus. 804. num. 26. vtiliter & nouissimè Anton. de Ayora de partitionibus. 2. par. quæst. 2. per totam, & relatus Ioann. Gutierrez lib. 2. practicar. quæst. quæstione 70. cum duabus sequentibus, qui sunt addendi d. l. impensa. & l. 30. Tauri. & Andr. de Angulo in d. l. fin. tit. 13. *de las mejoras.* lib. 5. nouæ recopilat.

5 Huius † verò priuilegij & prærogatiuæ ratio, primò ex iure diuino deducitur, eo enim nomine laudatur Thobias, vt patet cap. 1. 2. & 14. Thobiæ. & lib. 2. Regum. cap. 2. & ex aliis
6 quæ congerit Albornoz dict. cap. 3. Interest † etiam religionis sepulcra extrui curare, ne defunctorum corpora insepulta maneant, quod esse naturæ debitum probat Aristot. lib. 1. Rhetoricorum ad Theodecten. cap. 13. Plato lib. 4. & 12. de legibus. Cicer. lib. 2. de legibus. & lib. 2. Tusculan. quæst. I. C. in l. 1. §. interdictũ. D. de mortuo inferẽdo. l. si quis. 12. l. at si quis. 14. §. sed interdum. l. sunt personę. 43. D. de relig. & sumpt. fun. Vnde † si non sit qui pietate commotus funus defuncto faciat, ad iudicem
7 spectat curare vt sepulturæ tradatur. d. l. 12. ver si. *è otro.* ibi. *que el judgador las fizieſſe.* tit. 13. par. 1. & videtur d. l. si quis. 12. §. fin. & præcipue ne mortuorum ossa & cadauera vexentur, aut sepultura commoda fraudentur, vt latè præter citatos sup. nu. 13. exornat Menoch. casu 387. Boër. decis. 316. grauissimisque pœnis eos qui sepulchra violauerint punire ex hac religionis ratione, vt diximus tract. de delictis. sub num. 87.

8 Ex qua † naturæ & religionis ratione item & publicę vtilitatis causa cum funerarię actionis priuilegium oriatur, quoscumque alios creditores, siue priuilegiarios, siue hypothecarios tacitos, aut expressos præferre si cum eo concurrant, intrepidè tenendum est, ex d. l. impensa. 45. ibi, *semper.* & ibi. *omne creditum*, & d. l. 12. ibi. *en qualquiera manera que las deua.* tit. 13. p. 5. & d. l. 30. ibi. *que otro deudo.* tit. 13. p. 5. coniuncta. l. 1. §. & generaliter. D. de leg. præstand. Quod similiter probatur ex d. l. at si quis. 14. §. si colonus. D. de relig. & sumpt. fun. coniuncto §. itẽ Seruiana. ibi. *nihil interest.* inf. de act. quorum argumento planè constat, & tacitis, & expressis etiam hypothecis funerariam præferri; quam sententiam defendit Ant. Gom. ex Bart. & aliis in l. 30. Tauri. n. 2. Greg. licèt trepidãter, in d. l. 12. & in d. l. 30. Ioan. Garcia in d. c. 8. n. 19. & 23. resoluit, licèt non sequatur Ioann. Matiençó in d. l. fi. gl. 3. n. 2. & in d. l. 7. glos. 5. num. 2. constanter Cauallinus dict. cap. 677. & Monticulus, in §. fuerat, num. 202. infra de actionibus. Borninus Caualcanus tractat. de tutore. cap. 9. num. 95. & num. 218. & Dueñas. d. reg. 397. priuilegio. 7. Ioann. Gutierrez in d. q. 72. num. 5. lib. 2. pract. quæst. Azebedo, & Andr. de Angulo. in d. l. fin. tit. 6. lib. 5. Recopilat.

9 Et inde † cauendum est ab Accursio in d. l. impensa. qui in expressis hypothecis contrarium defendit, quem sequuntur Zas. n. 3. Ripa. n. 7. in d. l. 2. D. de priuileg. credit. Fanus de pignorib. 5. par. membro. 2. nu. 28. Vanderan. dict. cap. 3. colum. 7. Connan. lib. 4. cap. 17. num. 5. quinimo hodie atttento iure Regio, de quo in d. l. 30. Tauri, quæ est. l. fin. ti. 6. lib. 5. nouę coll. lect. hanc funeris impensam nullis creditoribus præferendam defendit Ioan. Matienço in locis proximè relatis. Sed longè omnes fallun tur opinione, & expressè refelluntur ex d. l. impensa. & d. §. si colonus. Neque reg. l. eos. 9. C. qui pot. qua ipsi innituntur eos mouere debuit, quæ ob magnam illam religionis, & misericordiæ rationem & fauorem cessat, & tempe rata est, quam etiam violari vidimus in specie l. assiduis. C. qui pot.

10 Neque apud † nos contrarium probat d. l. 30. Tauri. & l. fin. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. qua cautum est funeris impensam ex quinto bonorum deducendam, vnde cum constet bona dici deducto ære alieno. l. subsignatum. 39. §. bona. D. de verb. sign. l. mulier. 73. D. de iure dot. videtur omne æs alienum funerariã actionem præire, quo argumento labitur Matien. & anxius est Ioan. Gutierrez in d. l. nemo potest. num. 95. D. de leg. 1. & nouissimè lib. 2. pract. quæst. quæst. 72. nu. 5. Sed facilis est explicatio si duos casus distinguas, nam aut defuncti bona soluendo sunt & creditoribus omnibus & filijs, & tunc procedit d. l. 30. Taur. quoniam in primis omne æs alienum deducetur, post deinde quod reliquum erit inter filios diuidetur, & ex quinta parte funus soluetur: aut is qui decessit soluendo non est, & eo casu ante omne æs alienum funeris impensa deducitur, & quod reliquum est creditoribus alijs præstabitur. ex d. l. impensa. ibi. *omne creditum solet præcedere cum bona soluendo non sunt.* & relatis supra. sicque resoluit Couarr. in cap. Raynaldus. §. 3. num. 2. de testamentis. Rojas in epito. succes. cap. 9. nu. 23. Ioan. Garcia. d. cap. 8. n. 20. & licet morosè Ioan. Gutierrez. d. q. 72. num. 5. Azebedo & Angulo iam relati.

11 Hæc autem † quæ supra obseruauimus & funerariæ actionis priuilegium locum habent non in quocumque sumptu in funus impenso, sed in eo tantum qui necessarius fuerit, habita ratione personę & facultatum defunct. l. si quis 12. versi. *Sumptus.* l. at si quis. 14. §. funeris causã & §. hæc actio. D. de religios. & sumptib. l. 1. §. fin. cum l. seq. D. ad l. Falcid. l. funeris. 37. D. de religios. & expressè in d. l. 12. tit. 13. part. 1. ibi. *aquéstas despensas sean fechas mesuradamente catando la persona por quien son fechas.* vbi Gregor. verbo, *la persona.* explicant & exornant funeris necessarias impensas, omnes hi quorum supra mentio facta est. Vnde † cum hodie mo-

12 dus funerum sumptibus, in his quæ ad pompã spectant, impositus sit. l. 2. tit. 5. lib. 5. nouæ Recopilat, eius decisioni standum erit, quæ originem habuit à l. 12. tab. cuius meminerunt Ioann. Garcia Gallecus. d. cap. 8. nu. 10. Iacob. Rævardus ad easdem ll. c. 15. Baldui. c. 31. Ant. August. cap. 44. Pet. AErodius lib. 3. Rerum iudi. tit. 21. c. 3. & iuxta quam accipiendus nunc erit tex. in l. 2. in princ. D. de priuileg. credit. & in d. l. impensa. cum relatis, & in l. Papinianus. 8. §. quarta. D. de inoffi. test. in l. quod in vxorẽ. 13. C. de negot. gest. in l. in restituenda. 4. C. de petit. hered. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. & in §. fin. inf. hoc tit. & magis in d. l. 30. Tauri. & in d. l. fin. tit. 6. lib. 5. recop. ibi. *la cera y gastos del entierro.* In sacrificijs autem & oblationibus nihil immutatum fuit. d. l. 2. tit. 5. lib. 5. neque in his quæ ecclesiasticis personis præstantur. Qua de re videndus est Abbas in c. fi. de rebus ecclesiæ. An autem funeris impensa sit nouemdiale, & annale, vide Doctores sup. citatos. maximè Ioann. Garcia d. c. 8. n. 18.

13 Rursus † aduerte, ea quæ de hoc priuilegio & funeraria actione resoluimus admittenda esse, quando is qui in funus impendit tanquam negotiorum gestor, & recuperandi animo fecit; secus si misericordiæ, religioni, aut pietati tribuens erogauit, quia tunc hanc actionem nõ habet. d. l. si quis. 12. §. Prætor ait. d. l. at si quis. §. interdum. §. plerique. & §. idem Labeo. D. de religiosis. d. l. quod in vxorem. 13. ibi. *quasi recepturus.* C. de negotijs gest. d. l. 12. ibi. *si dixere que las faze por piedad.* & ibi, *mas si las fizieſſe con intencion de las cobrar.* tit. 13. par. 1. vbi Gregor. verbo, *piedad*, & resoluunt Dueñas d. reg. 397. n. 3. Asinus. in d. §. sed interdum. Ioseph. Lud. d. decis. 78. in prin. 2. p. Oportebit igitur testari quemque quo animo funerat ne postea patiatur quæstionem. vt in d. §. sed interdum. animaduertit I. C. & Doctores proximè citati. Quod si omiserit, quamuis in dubio misericordiæ & pietatis causa impensam factam probãdũ sit, ex dd. ll. & l. si pater. 33. §. fi. D. de donat. quam in proposito expendit Ioann. Coras. in l. cum quid. num. fin. D. si cert. petat. Iudicis tamen arbitrio in est relinquendum, qui ex varijs circunstantijs rem æstimabit. ex dict. §. interdum. versiculo *igitur.* & tradit Iosephus vbi supra, & Ioannes Petrus Ancharranus lib. 1. familiarium quæstionum, capite. 52.

14 Illud præterea † antequam hinc abeamus erit obseruandum hac eadem funeraria actione & eius priuilegio ante omne æs alienum, quod in defuncti morbum & infirmitatem, ex qua decessit, impensum est, exigi posse. l. legatum. 3. vbi Accurs. C. de religios. d. l. in restituenda. 4. C. de petit. hered. ex quibus & ex alijs ita obseruat Iaso. in d. l. fi. §. in computa-

putatione.nu.1.C.de iure deliber.Ludou.Gomez in reg. Cancell. de infirm. resignantibus quæst.9.priuil.5.Ant.Gomez & alij in d.l.30. Taur.Ioann.Matien.in d.l.fin.tit.6.lib.5.glos. 3.n.4.Ioan.Gutier. qui alios plures refert lib. 2.pract.quæst.72.& melius Azebedo.in d.l.fi. 15 nu.4.& seq. Ayora d.quæst.12.n.15.Quod † tamen,quod attinet ad d.l.30.Tauri.cautè erit accipiendum,quoniam etsi huiusmodi infirmitatis impensæ priuilegio funeratiæ actionis fruantur, non sunt tamen ex quinto bonorum defuncti deducendæ, ex quo impensa funeris omnino deducitur, quicquid in contrarium voluerit testator ex d.l.30.Tauri.sed deducentur ex corpore bonorum,vt debitum ab ipso testatore contractum,vt notanter in præcitatis locis aduertunt Ayora & Alphõsus de Azebedo.

16 Pretia † quoque manumissorum seruorum ante Falcidiæ rationem detrahenda sunt.l. Papinianus.8.§.quarta autem.versi.*Sed an & libertates.* D.de inoffi. test.l. si seruus.34. cum seq. D.h.tit.l.decem.6.iuncta l.generaliter. 24.§.si quis alienum.& §.si cui.D.de fideic.liber.consonat tex.qui distinctionibus adhibitis rem bene explicat in l.2.tit.1 .par.6.probans Accur. doctrinam hic,verbo,*Seruum.* ibi. *Vel dic.* pro cuius explicatione in prima eiusdem scholij parte,quatenus depileatis seruis, & eorum manumissione agit videbis omnino quæ Franc. Connan.scripsit,lib.2.comment.c.6.num.7.& quæ Erasm.Roterod. Adag.Chiliad.2. cent.1. adagio.27.ad pileũ vocare adducit. Finis iã sit.

TITVLVS XXIII.

De fideicõmissarijs hereditatibus, & ad S. C. Trebellianum.

IN RVBRICA.

1 *Coniunctio tituli. & num.4.*
2 *Fideicommissi desinitio.*
Fideicommissa quatenus à legatis differant.& n. 5.& 6.
3 *Fideicommissa quare sic appellata.*
7 *L.& fideicomissum.85.D.de leg.1.*
8 *L.hereditatis appellatione.138.D. de verb. significat.*
9 *Fideicõmissa alia vniuersalia,alia particularia.*
10 *Fideicommissaria hereditas quæ dicatur.*
12 *Fideicommissarius quis sit.& n.11.*
12 *Fideicommissorum materiam qui explicuerunt.*

1 MISSA † Rubricæ continuatione quã rectissimè mihi exposuisse Accurs. & post eum cæteri, hîc præcipue Cantiuncula visi sunt, illud animaduerto, fideicommissum ab Vlpiano in 2 frag.tit.25.ita definitum esse, vt sit † *quod non ciuilibus verbis.sed precatiuè relinquitur,nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur,sed ex voluntate datur relinquentis,* cuius definitionis partes superfluum erit hic adamussim percurrere, cum infr. in huius titu. prosecutione singula eius verba singularibus commentarijs explicanda sint. Sed & Vlp.idem in tit. 24.de leg. ita legata à fideicommissis separauit, vt legatum sit *quod legis modo*, id est imperatiuè testamento relinquitur, ea verò quæ *precatiuo modo* relinquuntur, fideicommissa vocentur. Suidas tamen vt Vvesemb.hîc recenset legata à fideicommissis ea ratione distinguebat, quod illa ex testamento seu iure testamenti & directo immediatè relinquãtur : hæc vero mediatè ex fide factoque 3 & quasi per manum heredis. † Quo factum fuit vt fideicommissa fuerint appellata, quod ex fide tantum heredum penderent,vt constat ex huius tit.prin.& §.fin.& ex his quæ eruditè adnotauit Brisso.Hotom.Verru.& Prateius de 4 verbis iuris,verbo,*fideicommissum.* Et † licet à Pandectarum compositoribus promiscuè sub rubro de legatis fideicommissorum etiam iura tractentur, iustin.tamen qui has institutiones tyronum gratia conficiendas curauerat, licet nouissima constitutione legata in oneribus fideicommissis exæquasset, separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractationem inire decreuit, vt natura vtriusque iuris cognita facile possent permistionem eorum eruditi subtilioribus auribus percipere, vt ipse antea protestatus fuerat in §.sed non vsque.versic.*sed ne in primis.* sup. de leg.:id quod à legum architypo Triboniano in Codicis etiam compositione.6.factum est.Ex quibus omnibus † 5 euidens argumentum deduci potest ad probandum, non idem esse legatum & fideicommissum, si enim idem essent non separatis titulis de eis ageretur,quinimo neque diuersis nominibus appellarentur.l. si ijdem.7.C.de codicil. l.quod si nepotes.C.de testamen.tut. §. fi. sup. 6 qui testam.tut. † Vnde innumeras inter legata & fideicommissa differentias (quas in causa esse dicit, vt de eis diuersis titulis tractaretur) refert Cuiac.in paratit.C.de fideicomm.& optimè Franc.Duaren.lib.2.disput.anniuer.ca.9. & And.Alciat. lib.3.parer.c.1.

7 Nam quod † Vlpian. ait,legati appellatione fideicommissum etiam comprehendi in l.& fideicommissum.85.de leg.3. iam apud omnes constat quoad peculiarem tantum legis Iuliæ & Papiæ tractatum accipiendum esse, vt ex epigraphe colligitur,vt sit sensus,quod quemadmodum legata illis legibus certis personis prohibebatur relinqui,& relicta fisco applicabantur, id etiam iusta interpretatione ad fideicommissa extendatur, in quibus eadem viget prohibitionis ratio, ne fraus legi per testatorẽ fieret vna via inducẽtem id quod alia sibi neutiquam

tiquam permittebatur, contra iuris regulam. Qua etiam consideratione hereditatis appellatione bonorum possessionem comprehendi dixit l.C.in l.hereditatis appellatione.138.D.de verb.signif. quamuis alias diuersa hæc sint, vt constat ex §.quos autem. inf.de bonor.possess. & l.qui in aliena.6.de acq.hered.vt doctè adnotauit Balduin. ad ll.de iure ciuili.pag.99.in fin.

9 Sunt autem fideicommissa (vt alias diuisiones interim omittamus, quas tradit Alexand. in l.grege.de leg.1.Menes.in rubr. C.de fideicommiss.num.2. & 12.)in duplici differentia: alia enim sunt vniuersalia, hoc est ad hereditatem spectantia, quibus totum patrimonium vel eius partem heres alij restituere rogatur. Alia vero particularia, quibus non pars hereditatis, sed rei singulæ relinquuntur, de his in seq.tit.Iustin.scribit,de illis vero tanquam dignioribus in hoc edisserit,neque enim rectè antequam de vniuersalibus dictum fuisset ad singularia fideicommissa descendere posset,iuxta l.1.D.de rei vendic.

10 Ex quo † iam intelligi licet, cur hæc rubrica inscribatur de fideicommissarijs hereditatibus,dicitur enim fideicommissaria hereditas ea quam alij restituere heres per fideicommissum vniuersale rogatus est, & fideicommissarius is cui ea hereditas restituitur, qui etiam aliquando Trebellianus fideicommissarius appellatur. l.etiam.15.§.1.D.vt legat.Quo nomine interdum heres quoque fideicommisso oneratus appellatur in l.quamuis.51.D.de iudic.licet is aliquando fiduciarius heres dicatur.l. si postulante.67.§.fin.l.Seius Saturninus.46. D. ad Trebell. & eodem modo fiduciaria hereditas pro fideicommissaria ponatur in l.certi condictio. 9.§.1.D.si certum petat.notant Brisson.& Prate.de verbis iur.verbo,*fiduciarius*. Estque hoc

11 † fideicommissum vniuersale hereditati propesimillimũ,& fideicommissarius cui per eum restituitur hereditas in effectu heres quodammodo esse videtur,vt constat ex l.si filius. §. 1.D. quod cum eo.& ex d.l.si postulante.§.penul.l. si heres ab eo.68.D.ad Trebel.l.item veniunt. §.1.D.de pet.hered.l.1.§. de illo. vbi latissimè Ripa.1.not.D.ad Trebell.& Menes.in rub.C. de fideicomm.num. 20. facitque etiam tx.vbi nos dicemus in §.restituta.inf hoc.tit.

12 In † rubricam ibi, *ad S.C.Trebellianum*.abesse approbatis codicibus hæc verba tradit Cuiac.in notis ad hunc tit.sed authores cæteri ea recipiunt,& sanè maximè huic titulo conueniunt, in quo Iusti.Trebelliani S.C.decretum & inuentum latissimè & refert & explicat in §.restituta,cum seq. vbi nos etiam dicturi sumus: illud pro coronide adijcientes præter ordinarios interpretes hic, & in titu. C.de fideicommiss.& D.ad Trebel. huius tituli, & sic fideicommissorum materiam latè pertractasse Vlpian. in fragm. tit. 25.Paul. lib. 4. sentent. tit.1.Guillelm.Bened.in cap. Rainunt.verbo, *si absque liberis*.& l.2.C.de fideicommiss.à nu.1. Duaren.lib.2.disput.cap.9.& 10.& in l.si quis à filio.§.si patri.de leg.1.Anton.Gomez lib.1. variar.cap.12.Mantica de coniect.lib.7.titu.1. Grego.Lopez in l. 14.tit.5.par.6 Mencha.de succes.creat.lib.3.§.23.n.14. & de succes. progres.lib.3.§.24.per tot. Spino in Specul. test, glo.27.princip.Crassum de succes.§.fideicommissum.qui in 4.quæst. plurimas inter vniuersalia & particularia fideicommissa differentias recensет. Videndus etiam pro huius rubr. expositione est Nicol. Bellenus lib.3.supputa.c. 19. & qui plurima plena manu scripsit Marus Ant.Peregrinus,qui de fideicommissis magnũ nunc in lucem emisit volumen; & quæ ad taciti fideicommissi pertinent tractationẽ post post Anton Gomez in l.9.Tau.Greg.in l. 13. tit.7.par.7.Couar.in 4.2.p.cap.6.§.8.Did. Simancas de hereticis.c.9.nouissimè Ioan.Garc. Gallecus in miscellanea de tacito fideicommisso,post tract.de expensis.

Principium tituli.

1 *Fideicommissa initio infirma,vsque ad tempora D.Augusti.& latè ex nu.9.*

2 *Fideicommissa iure naturali gentiũ inspecto valere.& nu.16.*

3 *Obligatio naturalis ex fide præstita oritur.*

4 *Fideicommissa lege.12.tabularum, confirmari videntur.*

5 *Verbum,*lego,*omnes relictorum causas comprehendit.*

6 *Fideicommissa à D.Claudio ad iuris necessitatem redacta.& n.17.& quare.n.19.*

7 *Incapax nec fideicommissum capit.& num.28.*

8 *Incapaci restituere rogatus, si fidem suam accommodauerit,relicto priuatur.& nu.32.*

9 *Fideicommissa cur necessitatem non inducerent olim.& latè nu.seq.*

10 *Verba precatiua non inducunt necessitatem.& quæ sint verba precatiua.*

11 *Legata imperatiuis verbis semper relinquebantur.*

12 *Ciceronis locus lib. 2. de Finibus de fide Sexti Peducei.*

13 *Fideicommisso subiecta si abignorante emantur, quamuis alienari prohibita sint, quare acquirantur.Subtilis ratio.*

14 *L.Fideicommissaria libertas.46.D.de fideicom. libertat.& num.seq.*

17 *Fideicommissarius Prætor appellatus qui de fideicommissis ius dicebat.*

18 *Fideicommissorum cognitionem Romæ Consules quando haberent.*

20 *Iurisiurandi contemptores grauiter animaduertendi.*

21 *L.1.D.de legatis.1.*

22 *L.qui vsumfructum.3.D.si vsusfr.petat.*

23 L.

23 *L pecuniæ verbum.* 178. §. *actionis. D. de verb. signific.*
24 *Fideicommissa iure Digestorum vtrùm efficaciter peti possent, & num. seq.*
25 *Persequutio, quid sit.*
26 *Officium iudicis nullam actionem præsupponat.*
27 *L. in fraudem.* 27. *D. qui & à quibus manumiss.*
30 *Fideicommissa olim incapacibus relinqui poterant, hodie non posse.*
31 *Incapaces relictorum qui essent.*
32 *Fideicommissum qui incapaci restituere palàm rogatur, illud retinere si fidem non accõmodauit rectè potest.*
33 *Falcidiam non detrabit heres qui tacitam fidem de restituendo incapaci accommodauit.*
34 *L. si deportati.* 7. *D. de leg.* 3. *& n. seq.*
37 *Deportatus olim fideicommissorum capax erat.*
39 *Incapaci restituere rogatus, in foro conscientiæ cui restituere tenetur.*

1 FActurus † Iustin. fideicommissorum interpretationem, ab initijs eorum originẽ repetit docẽs primis tẽporibus infirma fideicommissa fuisse, quia scilicet nemo inuitus id cogebatur præstare, de quo rogatus erat, cum fideicommissa nullo vinculo iuris, sed tantum fide & pudore eorum qui plerumque his qui capere ex testamento non poterant restituere rogabantur continerentur, quousque Diuus Augustus ea ad iuris necessitatem reduxit, Consulibusque primùm, deinde Prætoribus suam hac de re authoritatem interponere iussit.

2 Quæ tamen † Iust. relatio in multis peccare videtur, & in primis falsum præsupponere, dum olim infirma fuisse fideicommissa ait; etenim si illud verbum, *olim*, ad ius naturale gentium retuleris proculdubio comperies fideicõmissa valere debuisse, quippe quia eo tempore fides omnimodo seruari debebat, & graue erat illam fallere. l. 1. D. de pact. l. 1. D. de const. pec. & gentes, vt ait Ouid. 1. Metam.

Sponte sua sine lege fidem rectumque colebant.

Scilicet, quia tunc venerabile quiddam & immaculatum putabatur fidelitas, & iusiurandũ validissimũ, ac testimonium maximũ erat sua cuique fides, vt ex Dion. Halicarnas. lib. 2. ad fi. refert Zas. in l. 2. circa prin. D. de orig. iur. & ex vtroque Claud. Cantiunc. hic. AEquitas enim naturalis cũ in multis versetur, in eo maximè vt fides conseruetur, quæ cum sit *dictorũ conuentorumq; constantia & veritas*, vt inquit Cicer. lib. 1. de Offic. indeque appellata quod fiat quod dictum est iustissimè eo iure seruari iubebatur, vt constat ex d. l. 1. de pact. l. non minorem 20. C. de transact. l. ex empto. 11. vers. *nihil*
3 *magis*. D. de act. emp. c. 1. de pact. † obligatioq; naturalis ex fide præstita oriebatur, vt post alios eruditissimè adnotauit Franc. Duar. in d. l. 1. de pact. vers. *hinc*, rectè Ferdi. Mendoça in disp. de pact. lib. 1. c. 4. per tot. Si vero † ad ius
4 ciuile Romanorum dicas Iust. dum olim infirma esse fideicommissa dixit spectasse, tunc grauius obstabit quod imo validissima appellari debuerunt, cum 12. tabul. legẽ antiquissima vti quis legassit super pecunia tutelave suæ rei ita ius esset, qua latissimam facultatem datam hominibus de rebus suis quoquo modo vellent disponendi dixit Vlpian. in l. verbis legis. 120. D. de verb. sign. & in l. 1. D. ad l. Falcid. eoque etiam respexit Iust. in authen. de nuptijs. §. disponat. coll. 4. vbi disponentis voluntatem legẽ esse & pro lege obseruandam esse dixit. Neq; dicas † legem illam cum vtatur verbo, *legassit*;
5 ad legata tantum, & non ad fideicommissa pertinere, etenim certius est sub illo verbo, *lego*, non solum in l. 12. tabul. sed etiam postquam illa lex interpretatione coangustata est semper in genere sumpto retineri amplam illã significationem & comprehendi legata fideicommissa, & cæteras omnes species relictorum. l. & fideicommissum. 85. D. de legat. 3. l. æquis. 39. D. de vsuris. l. vxorem. 39. §. legauerat. 39. D. de leg. 3. l. filium. §. si legata. iuncta l. 1. D. de leg. præstand.

6 Rursus & quod Iust. ait, tam hic quàm in §. fi. inst. h. t. & princ. de codicill. D. Augusti temporibus fideicommissa iuris necessitatem habere cœpisse conuinci videtur ex tx. in l. 2. §. capta. D. de origin. iur. vbi Pomp. scribit D. Claudiũ primum prętores duos creasse, qui de fideicommissis ius dicerent, id quod etiam Sueton. in eo. scribit. c. 23. illud addens eum demandasse hanc iurisdictionem per prouincias potestatibus, ex quo probari aperte videtur præstandorum fideicommissorum necessitatem non ab Augusto, sed à Claudio potiùs impositam fuisse, cum is primus iudices hac de re (vt diximus) constituerit.

7 Tertiò, & vltimò † illud in hoc principio difficilius videtur, quod Iust. tradit fideicõmissa ab his primum inuenta fuisse, qui cum alicui hereditatem, vel legatum relinquere non possent lege prohibente, fideicommittebant illorum qui capere ex testamento poterant hereditatem, vt sic per eos hereditates, vel legata ad incapaces peruenirent. Etenim illud certũ est relicta personis capere prohibitis, ne quidẽ fideicommissi iure valere. l. 1. C. de hered. inst. l. 3. de his quæ pro non scrip. l. omnibus. 26. D. ad Trebel. l. nemo. 58. de leg. 1. eo quod nusquã permissum fuisse videtur incapaci relinquere per mediam personam capacis, & si maximè is vellet fidem adimplere, & hereditatem restituere.

8 Quinimo † eo ipso quod hæres fidem suam accommodasset huiuscemodi fideicommissum ei vt indigno ablatum fisco addicebat etiam eo iure quod est in Pandectis, vt appareret ex l. 1. in princip. l. non intelligitur. 3. l. penult.

nult. D. de iure fisci. l. prædonis loco. 49. de petit. hered. l. cum tacitum. 3. de probat. l. cum quidam. 17. l. Diuus Pius. D. de vsuris. l. ex facto. 43. §. Iulius Longinus. D. de vulg. l. beneficio. 59. D. ad leg. Falcid. & Impp. constitutionibus. l. 3. C. eod. & iure Hispano. l. fin. titu. 7. par. 7.

9 His † non obstantibus dicendum est, antiquis temporibus omnia fideicommissa infirma fuisse, vt Iustin. hic verisimè scribit, quoniam licèt naturali iure fides omnimodo seruari deberet, postea tamen ciuilibus constitutionibus nulla restituendi necessitate heres tenebatur, sed imò eam testator ab eo videbatur auferre, qui hoc totum in eius voluntate collocabat, illiusq; potestati precatiis verbis rem cõmittebat, quod autem relinquitur alterius arbitrio nullam inducit obligationem, vt probat tex. in l. in venditis. 12. C. de contrah. emp. melior tx. in l. sub hac conditione si volam. 7. D. de obligat. & actio. & in l. stipulatio. 17. de verborum.

10 Præterea † illud quoque in causa fuisse videtur, quia non debuit heres ex eo solo quod à testatore rogatus fuisset, vinculum iuris subire, rogare enim nunquam necessitatem importat, vt constat ex tex. in cap. 1. vbi notat Felin. num. 2. de offic. deleg. quemadmodum nec ea verba quæ commendationis aut consilij causa proferuntur. l. fideicommissa. 11. §. 2. de leg. 3. l. l. cum pater. 79. §. mando. D. de leg. 2. quas rationes erudite apposuit Vvesemb. hic, egoque pro eis expendo tex. in §. fin. Inst. de sing. reb. & in l. 14. tit. 5. par. 6. vbi verba quæ fideicommissis adscribuntur omnia precatiua sunt, & id omne quod relinquitur voluntati heredis committẽtia, quomodo etiam accipiendum est verbum, *mando*, quod ibi reperitur, neque enim imperatiuum est, vt probat tex. in l. 1. & 2. C. communia de leg. sed potius precatiuum, significat enim committere, quod nos Hispanè dicimus, *encargar*, vt docet Laurent. Valla lib. 5. elegan. cap. 68. & tex. in d. l. 14. tit. 5. par. 6. idemque de verbo, *volo*, admittendum est, significat enim idem quod *cupio*, vt aduertit Cuiac. in notis ad d. §. fin. Hotom. & Brisson. de verb. iuris, verbo, *fideicommissaria verba*. Anton. Gomez. 1. to. variar. cap. 12. num. 1. Gregor. in d. l. 14. glos. 1.

11 Secundò † pro eadem sententia considerari potest, ideo legata semper firmitatẽ habuisse, quia verbis imperatiuis relinquebantur, vt constat ex Vlp. in frag. tit. 24. & ex l. quoniam indignũ. C. de testam. vnde manifestè intelligitur fideicommissa ideo olim non valuisse, quia precarijs verbis, & sola fide & pudore heredum continebantur.

12 Ex quibus † iam perspicies quare à Cicerone lib. 2. de Finibus post medium, Sexti Peducei æquitas & fides laudetur, quod vxori Caij Plotij hereditatem quam restituere rogatus erat reddidit, compelli enim ad id nullo iure poterat nondum eo tempore ad necessitatem iuris redactis fideicommissis.

13 Secundo † deduces rationem illius receptæ apud omnes sententiæ, quæ habet ementem rem fideicommisso subiacentem, ignoranter, dominum illius effici irreuocabiliter, quam latè probat Alex. consil. 329. alias 185. incipit, *viso themate*, volum. 2. etenim si credimus Rainald. Corso lib. 3. indag. cap. 7. num. 8. hoc ex eo prouenit, quod cum infirma fuisset fideicõmissorum natura, & contra ius ac libertatem heredis qui iam dominus effectus est. Emptio verò iure gentium & naturali firmitate ac omni lege fauente munita, & quælibet res de facili ad suam naturam reuertatur. l. si vnus. §. pactus ne peteret. in fin. D. de pactis. mirum non est si fideicommissa quę olim infirma erant ad pristinam redeant infirmitatem, & sic emptio valida & firma remaneat.

14 Tertio ex eadem obseruatione † pendet interpretatio ad difficilem tex. in l. fideicommissaria libertas. 46. D. de fideicom. lib. si prius breuiter animaduertas tex. illum sibi repugnare, dum in princ. ait, valere libertatis dationem in heredis voluntate collocatam: postea verò in versi. *quod si ita*, contrarium expressè docere videtur, quæ difficultas adeò grauis est, vt Accurs. putet l. C. in vers. *quod si ita*, illud quod in princ. dixerat correxisse, quod tamen alij nõ admittunt variè tex. illum interpretantes, vt constat ex Costa. 2. select. cap. 21. & 22. Sarmient. 2. select. cap. 6. nu. 8. Robert. lib. 2. sentent. cap. 10. Cuiac. lib. 2. obseru. cap. 2. quorum tamen intellectus reprobat Ludou. Texeira in l. vtrum. §. cum quidam. de reb. dub. qui tandẽ num. 10. illam opinionem veriorem putat, vt principia illius tex. loquantur in fideicommissaria libertate, vt ex verbis apertè colligitur, quæ valet collata in heredis voluntatem: at vers. *quod si ita*, in directa quæ si eo modo relinquatur non valet, illam differentiæ rationẽ reddens quod propter pinguius commodũ iuris patronatus, quod ex libertate fideicommissaria quam ex directa hæres consequitur magis illam præstare velle credendus est quàm hanc ex qua nullum ferè commodum ei resultat. Sed cum vtilius sit heredi nullam libertatem præstare, vel si velit seruum manumittere plenius ius consequatur, imposita libertate seruo proprio, superiorem rationem minime admittẽdam putaui. † Sed potius id ex nostri tex. declaratione pendere, etenim cum fideicommissa olim sola fide heredum consisterent, neque possent heredes inuiti compelli ea præstare quousque tempore Augusti fuerunt ad necessitatem iuris redacta, vt hic dicitur, eueniebat vt conditio *si voluerit*, si à testatore fideicommissaria libertate exprimeretur,

tur, remitteret hæredi illam iuris necessitatem, & eius voluntati committeret libertatem fideicommissariam restituendo eam primæuæ origini, ita vt valeat, non tamen heredem obliget, quod tamen ideò in legato vel directa libertate admitti non potuit, quia cum in eis soluendis semper imponatur necessitas hæredi, conditio *si valuerit* directæ libertati vel legato aduersatur, cum non possit poni in voluntate debitoris an debeat, vt in d. l. sub hac. D. de oblig. & actio.

16 Ex quibus omnibus † & ex pluribus alijs quæ adduci poterant iam liquido constat quā verè Iustinianus scripserit infirma olim fuisse fideicommissa, neque enim eo quod naturali iure ex fide præstita eorum obseruatio suaderetur, ius ciuile eis obligationem inesse voluit propter eas, quas superius adduximus rationes, quemadmodum neque nudis pactis, neq; aduersus ingratos concessit, vt post alios refert Couarru. in cap. cum in officijs. num. 9. extra de testam.

17 Non obstat secunda difficultas. Pro eius solutione considero D. Augustum primum, vt Iustin. hic ait, fideicommissis vinculum, & necessitatem iuris tribuisse, cum & ipse in persona Lentuli, vt constat ex princ. inf. de codicillis. eius fideicommisso vltro paruisset, cumque Consulibus iussisset suam hac de re authoritatem interponere, quod quia æquum videbatur, & iustum, vsu item hominum id exigente à D. Claudio duplex proprius Prætor, qui de fideicommissis cognosceret, creatus fuit, cuius authoritate & imperio heredes, qui improbè fideicommissa restituere recusarent, compellerentur, ex quibus postea Diuus Titus vnum detraxit, vt constat ex d. l. 2. §. capta. de origin. iur. quæ vt nostro tex. non aduersetur cum distinctione temporum accipienda est, vt adnotauit Ferretus in notis ad hunc titu. Menes. in rubr. C. de fideicommis. num. 1. & 2. Atque ita vnus tantum prætor remansit, quem quia de fideicommissis ius dicebat fideicommissarium appellabant, vt constat ex hoc tex. & ex l. is cui legatum. 92. D. de condit. & demonstrat. l. 2. C. qui potiores. l. Licinius. D. quibus ad liber. proclam. l. quæsitum. 78. §. penult. de legat. 3. l. 4. ad fi. D. qui & à quibus. ex Vlpian. in fragm. titu. 25. vbi Cuiac. litera. F. & Brisson. de verbis iuris, verbo, *fideicommissum*. In prouincijs verò præsidum & potestatum de hac re iurisdictio erat, vt constat ex supradicto Vlpiani loco, & ex Suetonio in Claudio, cap. 23. & ex l. cum etiam. C. de rebus creditis. Præses enim vice omnium Romanorum magistratuum fungebatur. l. ex omnibus. 10. D. de offic. præsid. Sed neque Romæ solus prætor hanc cognitio-
18 nem habebat, † cum Vlpia. vbi sup. eam etiam Consulibus assignauerit, quod vt exactius intelligi possit constituendum est, prætoris fideicommissarij iurisdictionē vsque ad certam summam taxatam fuisse supra quam Consulum de fideicommissis cognitio erat, quod luculēter Quintilian. expressit lib. 3. instit. orat. cap. 6. his verbis. *Non debes apud prætorem petere fideicommissum, maior enim prætoria cognitione summa est.* & ex eo adnotauit Vvesemb. hic, num. fin. Ioann. Horosc. in d. l. 2. de orig. iur. num. 92. Menes. ad rubr. C. de fideicom. n. 1. Hoto. & Mynsing. hic.

19 Et sanè † iustissimis de causis sanctissimi principes vim inesse fideicommissis voluerunt, quid enim magis esse poterat inhumanum quam iudicia defunctorum ad effectum non perduci, in quorum conseruatione publicus interdum fauor versatur. l. vel negare. D. quemadm. testam. aper. & cum nihil sit quòd magis hominibus debeatur, quam vt liber sit voluntatis stylus. l. 1. C. de sacrosanctis Eccles. cur non eorum perfidię & peruicaciæ limitem imponerent, qui scientes se nullo iuris vinculo, vt suam in his de quibus rogati essent fidem liberarent vrgeri posse, testatorum voluntatibus illuderent, præstitam fidem nauci floccique pendentes, quæ etiam hostibus seruari debet, præsertim quia vt Iustinian. hic commemorat interdum etiam iurisiurandi religionem qua adigebantur insuper habebant, salute principis per quam rogabantur, & eius per consequens authoritate contempta, vnde propter iuramenti religionem æquum videbatur fideicommissa ad iuris necessitatem reducere. l. cum pater. 77. §. filijs matrem. de legat. 2. authent. de iureiuran. à moriente præstito. Grauissimè † enim puniri iubebantur, 20 qui cum per salutem aut genium principis aliquid se facturos promitterent, postea id non obseruauant, vt constat ex tx. in l. si duo. 13. §. fina. D. de iureiuran. vbi fustibus castigari iubentur, & eorum frontibus signum inscribi, quo constaret propter periurij petulantiam castigari, vt docte declarauit Alciat. 4. disputat. cap. 2. Duaren. de in lit. iurando. num. 54. Ræuard. 2. var. cap. 3. Mantua in glossario iur. class. fi. 14. cap. 27.

21 Neque † deinceps licuit heredibus sæua se prerogatiua verborum excusare, quod non directis, sed precarijs verbis essent onerati, etenim vt solus Vvesemb. hic num. 2. optimè animaduertit, quando is qui præcipere & iubere potest rogat, rogatio vim præcepti & potest & debet habere. l. 1. vbi notat glo. verbo, *quemadmodum*. D. quod iussu, quam sequuntur, & maximè commendant Bartol. in tract. de tyrannide. nu. 21. Bald. in l. si mandatur. col. 1. C. quod cum eo. Oldral. cons. 209. num. 11. & alij plures quos refert Menses in l. 3. C. de transactionibus. numero. 3. adstipulaturque illud Ausonij Galli ad Theodos. carmen, dum ait.

Scri-

Scribere me Augustus iubet & mea carmina poscit,
Pene rogans, blando vis latet imperio.

Vnde non absonum à ratione fuerit fideicommissorum soluendorum necessitatem imponere cui testator qui in re sua dominus erat & moderator, quique iubendi relinquere poterat, iubere videatur dum rogat.

Ex quibus ni fallor declaratum remanet quo tempore, quo authore, quaque de causa fideicommissorum olim infirma natura, robur, & firmitatem cœperit obtinere cõuersaque fuerint in assiduam, & ordinariam iurisdictionem.

21 Vnde inferri poterat interpretatio ad tex. in l. 1. D. de legat. 1. vbi Vlpia. ait per omnia exæquata esse legata fideicommissis, vt sit sensus legatis fideicommissa exequari, ibi ab Vlp. quoad valorem & firmitatem, scilicet, quia post Augusti tempus fideicommissa non minus quam legata firma esse cœperunt, nisi aliam Vlpiani fuisse, sup. in §. sed non vsque. n. 3. de leg. iam obseruassem.

22 Secundò † interpretor tex. in l. qui vsumfructum. 3. D. si vsusfruct. pet. vbi Iulianus illũ cui ex fideicommissi causa restitutus fuit vsusfructus, possessorem tantum, non dominum appellat, aitque non legitimè vsumfructum eius factum, scilicet, quia cum fideicommissa non lege aliqua aut S. C. sed tantum ex iurisdictione & authoritate prætoria firmitatem habuerint, vt sup. diximus, prætor autem dominum facere non potsit. l. 2. ibi, *vice heredum.* D. de bon. possess. §. quos autem. inf. eod. cum similibus, non potuit per fideicommissariam restitutionem vsusfructus, verus & legitimus dominus effici fideicommissarius, vt doctè animaduertit Anton. Gouean. lib. 1. variar. cap. 5. num. 5.

23 Tertiò, ex † supra dicta obseruatione infero declarationem ad Vlpian. in fragmen. tit. 25. dum docet, fideicommissa non per formulam vt legata petenda, item ad eundem in l. pecuniæ verbum. 178. §. actionis. D. de verb. sig. vbi ait, fideicommissa non habere iuris ordinarij executionem, sed extra ordinem peti eorumque exactionẽ, neque actionem, neque petitionem vocari (hæc enim nomina ad reales & personales tantum actiones referuntur) sed persecutionis verbo comprehendi, quod idem etiam probare videtur tex. in l. minor. 41. D. de minor. ibi. *quia paratam ex causa fideicommissi persecutionem*, &c. Huius enim rei ratio est, quod cum omnes actus ex l. 12. tab. descendentes, suas haberent peculiares formulas, easque in albo Prætoris descriptas, à quibus recedere nõ licebat, vt in l. 1. C. de form. subl. & ibi glo. verbo, *aucupatione*, quæ formulæ vocabantur legis actiones, vt constat ex l. 2. §. deinde ex his. D. de orig. iur. explicant Brisson. lib. 5. de formul. p. 430. Horoman. quæst. illustr. ca. 32. & plures alij quos inf. in rub. de act. referemus. quidquid eo modo non petebatur, & quidquid ibi non erat comprehensum: *iuris extraordinarij, & persecutionis*, verbo continebatur. Quo fit vt cum fideicommissa post l. 12. tab. in iudicium deduci cœpissent, vtpote quæ ante Augusti tempora, vt iam resoluimus, nullam firmitatem habebant, non potuit in illis formularum conceptio obseruari, vt innuit tex. in d. l. pecuniæ. & l. C. in l. actio. 49. D. de neg. gest. neque *actionis* nomen eorum petitioni accommodari, sed persecutionis, licet verum sit largo modo actionis verbo etiam persecutionem contineri. l. actionis. 34. D. de verb. sign. quam hoc modo declarat Alciat. ibi. n. 2.

24 Vnde iam † ex supradictis clarè perspicitur quid dicendum sit in illa quæstione, iam dudum ab interpretibus agitata post Acurs. hic, verbo, *nullo vinculo.* & in l. 1. in glos. 1. D. de leg. 1. scilicet, vtrùm saltem Digestorum iure fideicommissa efficaciter peti possent, & sanè glo. hic ait non per viam actionis, sed per officium iudicis petenda esse, quam sequitur Angel. & Faber hic, Cynus in l. 2. C. communia de legat. & contra infinitos defendit Alciat. lib. 2. paradox. cap. 10. & in d. l. pecuniæ. §. persecutionis. in fin. Menchac. de success. creat. lib. 2. §. 17. num. 126. Vvesemb. hic, num. 5. Et † in 25 primis pro hac sententia expenditur tex. in d. §. persecutionis. vbi pro fideicommissis non actio, sed persecutio datur, persecutio autem nihil est aliud *quam imploratio officij iudicis quod contra eos datur, qui nulla actione ordinaria tenentur, sed sola æquitate, & ex bono & æquo*, vt notat Bart. in l. 1. num. 10. D. de iurisd. omnium iudicum. cuius opinionem dicit communem Curtius Iun. ibid. num. 6. Mainus lib. 1. actio. cap. 2. Alciat. in d. l. actionis. verbo. 34. D. de verb. sign. & probat tex. in l. qui per collusionem. §. 10. de act. empt. l. Quintus Mutius D. de annuis legatis. l. 4. vbi glo. C. depositi. l. hereditas. in fin. D. de petitione hæreditatis, vltra quæ iura ego expẽdere soleo tx. in l. in causa. 17. de minor. quæ cum loquatur de in integrum restitutione, quæ per officium iudicis conceditur. l. quod si minor. §. fin. de minor. tunc demum eam admittendam dicit quando alia actio non sit, igitur cum persecutio, & sic officium iudicis competat pro fideicommissis, consequens est actionem non posse competere.

26 Secundò, † pro hac sententia expenditur tex. noster, & tex. in d. l. 2. §. capta. D. de orig. iur. vbi proprij magistratus fuisse constituti dicuntur, vt de fideicommissis ius dicerent cũ tamen si per viam actionis petenda essent apud quemlibet ordinarium iudicem ea de re agi suf ficeret, egoque hoc argumentum noua confideratione confirmo ex illis nostri tex. verbis deducta, *iussit consulibus authoritatem suam de-*

ueeps

iuceps interponere, quæ manifestè probant, non ex iure residenti apud partem, & sic per viam actionis, sed ex concessione iussu & authoritate iudicis fideicommissorum ius dimanare, quod propriū est officij iudicis nobilis quod nulli actioni deseruit, vt tradit Bar. in d.l.1.D. de iurisd.om.iudic.num.12. receptus communiter ex Curtio Iun. ibid. num. 84. Ias. nu. 11. Zas. num. 7.

27 Tertiò, pro † eadem opinione adducit Vvesemb. hic, num. 5. tex. in l. in fraudem. 27. D. qui & à quib. manum. vbi is cui ex fideicōmissi causa debetur impropriè, & veluti ex quadam interpretatione inter creditores refertur id quod notat verbū illud, *placuit*. quo ibi vtitur I. C. quo longam ea de re controuersiam fuisse demonstratur. l. placet. 5. C. de S.S. eccles. js. quod tamen excludere videtur Consultus Vlp. in l. creditores. 10. & in l. creditorum. 11. D. de verb. signi. vbi absque vlla difficultate eos inter creditores recipit, quibus ex qualibet actione siue persecutione honorario vel ciuili iure debetur quales fideicommissarios esse nemo dubitat. Quam sententiam vt veriorem admittentes non magnam nobis difficultatem facient octo argumenta, quæ pro contraria adduxit Crotus in d.l.1. num. 17. ff. de legat. 1. vbi glos. Bartol. Angel. Alexand. & Paul. illam etiam neruosè defendunt, & cōmunem appellat Ripa num. 20. & ab ea non recedendum affirmat Menes. in rub. de leg. 2. num. fin. eis nanque rectissimè satisfacit Alciat. lib. 2. parad. c. 10. & d.l. pecuniæ. §. persecutionis. & post eum Mencha d. §. 17. nu. 26.

28 Superest † nunc vt difficultati tertio loco propositæ satisfaciamus & eius occasione verum sensum Iustin. hic declaremus, dum originem fideicommissorum illam fuisse docet, vt quibus non poterat directò hereditas vel legatum relinqui per fideicommissum relinquerentur ab his qui capere ex testamento possent, quod (vt sup. retulimus) difficillimum videtur propter eas quas suprà adduximus argumentationes quibus probari videbatur nusquam permissum videri incapaci relinquere per mediam personam capacis præsertim cum is qui fideicommissum accipit ipsi testatori succedat, vt in l. vnum ex familia. 69. §. si de Falcidia. vbi notant omnes. ff. de leg. 2.

Vnde varij varias ad nostrum textum interpretationes assignant, ex quibus in eam frequentius itum est, quod licet Iustinian. hic dicat fideicommissa ab illis primum inuenta fuisse quæ non poterant incapacibus relinquere, non tamen inde concedit heredem grauatum potuisse impune fideicommissum incapaci restituere, sed imo eo ipso quo detegeretur eum fidem suam accōmodare de restituendo incapaci, vt indigno ei auferebatur que fisco addicebatur vt in iuribus in argumento relatis. Et quod hic dicitur Augusti tempore fideicommissa ad iuris necessitatem fuisse redacta de illis intelligendum est quæ capacibus personis & quæ directò possent accipere, erant relicta.

29 Verùm † hæc solutio admittenda non est, cum verius longe sit olim ante Augusti tempora potuisse per fideicommissum incapacibus relinqui; ita vt si heres vellet vltro fidem seruare, & fideicommissum præstare posset non solum impune, sed imo maxima etiam cum probitatis laude id facere. Quod non obscurè significasse videtur Iustin. hic, & apertius colligitur ex Ciceronis loco lib. 2. de Finibus superius relato. Ex quo deprehenditur per fideicommissum vltro restitutum consequutam fuisse mulierem quod directo capere non potuisset propter legem Voconiam, quæ vltra certam partem capere mulieres vetabat, vt cōstat ex ipsi' verbis quæ refert idē Cic. 3. Verri. Dio. lib. 46. A. Gellius lib. 16. c. 5. Florus lib. 41. & exornat Anton. August. de legibus cap. fin. Balduin. ad ll. de iure Ciuili par. 6. Cuiac. in notis ad tit. vt suprà de leg. Falcid. schol. 3. & conducit mirum in modum Quintiliani locus lib. 9. institut. oratoriarum cap. 11. vbi (ad legem Voconiam respiciens vel ad Papiam potius quæ viro prohibebat, vt docet Vlpia. in frag. tit. 15. & 16.) sic ait, *nam quia per leges institui vxor non poterat heres, id fuerat actum vt ad eam bona per hoc fideicommissum pervenirent.*

30 Quare superiori † interpretatione relicta verior solutio videtur ea quæ ex Vvesemb. hic colligi potest num. 3. vt scilicet Iustin. hic fateatur fideicommissa incapacibus relicta olim valuisse, hodie tamen contrarium dicendum esse, neque enim eorum mentio hic ponitur, quasi huiusmodi relicta nunc valeant contra legum, quarum in argumento meminimus, prohibitionem: sed vt inde ortus & incrementa fideicommissorum perspici & intelligi possint.

31 Vnde † animaduertendum est quod postquā ad iuris necessitatē fideicommissa redacta fuerunt, & iuris exequutionē habere cœperunt, sicq; eorum vsus percrebuit in relinquēdo incapacibus quales erāt peregrini, vt Theoph. hic ait, Latini, Iuniani, vt tradit Anton. August. C. *de lege Iulia Norbana*, deportati vt constat ex l. 1. C. de heredib. instituend. spurij, vt docet textus in l. humanitatis. 8. cum Authen. seq. C. de natur. liber. & Accurs. hic, verb. *quibus*. & ciuitas etiam vel Respublic. quæ olim nihil capere ex testam. poterat, vt constat ex Plinio lib. 5. in epistola ad Caluitium. & lib. 10. in epistolis ad Traianum de testamento Largi. Vlpiano in fragmen. titul. 22. Atque ita leges quæ pœnam incapacitatis infligebāt manifestè fraudarentur & eluderentur cum

per fideicommissum acciperent quod directo capere prohibebantur contra regulas tex. in c. cum quia de reg. in 6. & l. si sponsus. 5. de donat. inter & l. quæritur. D. de bon. lib. fuit receptum vt deinceps incapacibus minime eo modo relinqui liceret, quod si fideicõmissa palam relinquerentur & heres ea præstaret fisco adiudicarentur. l. si postulante. §. fin. D. ad Treb. l. 1. in princ. D. de iure fisci. l. cũ quidam. §. in tacito D. de vsuris. quod non ita fiebat si heres qui palam & aperte erat rogatus ad restitutionem non processisset, quia tunc apud ipsum remanebat hereditas, vel legatum sine vllo onere restituendi l. 3. in prin. & §. si quis palam D. de iure fisci, l. in tacitis. 106. l. Lucius 126. §. in testamento. C. de leg. 1. notat Bald. in l. eam
32 quam. n. 21. C. de fidei. At † vero quando non manifeste & palam, sed clam & tacite heres à defuncto de hereditate vel legato restituendo fidem suam accommodauerit, etiam si, ad restitutionem non processerit, ei tamen tanquam ab indigno auferuntur vniuersa bona quæ restituere rogatus est, quia legi fraudem facere velle videtur, id quod aperte probat tex. in d. §. in tacito & in d. l. 3. in prin. & in d. §. si quis palam. l. cum tacitum D. de proba. & cætera alia iura quæ sup. in argumento retulimus. Est
33 que † adeo certum tacita fideicommissa incapaci relicta fisco vindicari, vt nec quartã quæ beneficio legis Falcidiæ aut potius Pegasiani. S. C. conceditur posset heres deducere aut retinere l. heres. D. de his quib. vt indig. l. beneficio. 59. D. ad l. Falcid. l. 3. C. eod. & tradit post Vlp. Cuiac. d. tit. 25. vbi hoc ius Plautiano S. C. inductum affirmat.

34 Ex quibus omnibus licet nullus interpretũ hîc huius rei meminerit noue aut certe dilucidius quam alij explic. difficile. I. C. Respõsum in l. si deportati. 7. D. de leg. 3. quod maxime scribentium ingenia torsit dum docet fideicõmissum deportato relictum validum esse, alias enim seruo eius neutiquam posset relinqui cũ certa sit iuris ciuilis regula, quæ habet vt quibus ipsis legare non possumus eorum quoque seruis minime legare possimus. l. si mihi & tibi. 12. §. regula. D. de leg. 1. l. non minus 31. l. si alienum. 49. §. in extraneis. D. de her. inst. §. in extraneis sup. de hered. qual. l. 2. t. 3. p. 6. quod tamen expresse negare videtur tex. in l. 1. C. de her. inst. l. quidam sunt. 17. D. de pœnis. cũ pluribus alijs ex quibus constat deportatos & perconsequens eorum etiam seruos nihil posse ex testamento adquirere, sed quod eis datur
35 haberi pro non scripto. Neque dissolues † difficultatem si cum Ruyno in l. si seruus eius n. 56. de adqui. her. respondeas quod ait. d. l. 1. haberi pro non scripto relictum deportato esse intelligendum quoad eius commodum; sed tamen valet quoad hoc vt fiscus auferre & vindicare possit quemadmodum etiam dicit tex. in d. l. si deportati. etenim explicatio ista hęc vio lẽta est & falsa, quia id quod pro non scripto haberi dicitur nũquã valorẽ habuit neq; ad fiscũ pertinere potest sed apud scriptos vel legitimos heredes deberet remanere. d. l. quidam sunt. l. si in metallũ. 3. D. de his quę pro nõ scriptis iũcta l. vni. §. in primo. C. de cad. toll. notat eleganter Eman. Costa in prima capit. parte verb. *vxorem*. n. 17. & alijs fundamẽtis dãnat Duare. in d. §. regula. Connan. lib. 2. cõment. c. 3. n. fi. Vnde manet integra difficultas cur relicta deportatis habeãtur pro nõ scriptis atq; ita nullo tempore valeãt in d. l. 1. cũ cõtrarium affirmet tex. in d. l. si deportati & in omnibus iuribus superius allegatis in quibus fideicõmissa incapacibus relicta valere & fisco applicari vidimus.

36 Quare † præter Connan. & Duaren. vbi sup. varie tex. in d. l. si deportati explicant authores vt cõstat ex Alex. Salice. Ial. & alijs in d. l. 1. C. de her. inst. & ex nouem interpretationibus quas ad eã retulit Marc. Anto. Aquili. in l. 1. in prin. à n. 128. D. de ver. oblig. & AEduard. Caldeyra lib. 4. variar. lect. cap. 3.
37 n. 35. sed illis † & alijs reiectis verior resolutio est hereditates, legata vel alia relicta quæ directo ex testamẽto proueniũt deportatis relinqui nõ posse, quod si relinquerẽtur pro nõ scriptis haberi ficq; accipiendũ esse tex. in d. l. 1. cũ similib. neq; obstare tex. in d. l. si deportati cũ similibus quæ fideicõmissum valere insinuãt dũ fisco applicari docẽt, ea etenim erat primæua fideicõmissorũ natura vt incapacibus vãlide & vtiliter relinqui possent, vt noster tx. probat & sup. explicuimus: quia eorũ origine cõsiderata nõ tã ex testamẽto dari quã ex fide & pudore heredis rogati procedere videbantur, ficq; nihil ex alieno testamẽto capere videbantur: vnde cum deportato relictum fideicõmissum valeret, nihil mirũ si eius quoq; seruo relictũ valeat in d. l. si deportati. Adiuuatq; hãc quã inter legata & fideicõmissa differẽtiã constituo, quod Latinis Iunianis quibus legatũ vt incapacibus relinqui nõ poterat fideicõmissũ tamẽ datũ valebat vt cõstat ex Vlpia. infrag. t. 25. vers. *Latini*, itẽ etiã quod ciuitates & municipia quæ neq; hereditatẽ vel legatũ capere ante S. C. Aprohianũ poterant vt sup. ex Plinio retulimus & constat etiam ex Vlpian. infragm. tit. 22. vers. *neque municipes* attamen fideicommissa recte accipiebãt vt defendit Duar. in l. si quis à filio. §. si parti D. de leg. 1.

38 Neque † supradictis aduersatur quidquã tex. in d. l. si deportati vers. *si miles*, vbi cum speciale ius in militis persona ad hoc, vt ab eo fideicommissum deportato relinqui possit, referat Paulus contrarium in cæteris statuere videtur; Respondeo namque singulare ius quod ibi militi conceditur non in eo

verlari

versari vt fideicommissum quod miles deportato reliquerit à principio valeat: quia hoc in paganis etiam receptum erat, sed in eo potius consistit, vt ex litera constat vt capere sine periculo caducitatis & cõfiscationis posset, quod idem licet olim in paganis militaret ante Augusti tempora vt sup. ex Ciceron. Quintil. & alijs comprobauimus, postea tamen ad cohibendum nimiam incapacibus relinquendi licẽ tiam introductum fuit fideicommissa deportatis & similibus data fisco vendicari, quod forte quadam constitutione D. Antonini effectũ fuit quam ex Basilico & alijs argumentis de esse in tit. de interd. & relegat. coniectatur Cuiac. illius verba recensens in l. ex ea parte. 121. §. in insulam pag. 2. litera D. D. de verborum. Atque hic est verus supradictorum iuriũ sensus quem si scripsit non tamen ita apposite explicuit Duare. in d. l. si mihi & tibi. §. regula. D. de legat. 1.

39 Tandem † illud adijciendum est maxime apud authores controuerti vtrum ne heres qui tacitam fidem accommodauerit de restituendo incapaci teneatur in conscientiæ foro restituere bona fisco, aut vt Soto putat, lib. 4. de iustitia & iure, quæst. 5. art. 1. col. fi. his qui alias ab intestato venturi erant? & ego non teneri magis admitto, quia in pœnam tacitæ fidei bona ab herede auferuntur & fisco vendicantur, pœna autem in conscientiæ iudicio non obligat, quo vsque iudicis sententia sequatur vt apud omnes receptissimum extat: vnde hanc sententiam vel ex hoc argumento certissimã appellat Couar. in 4. 2. par. cap. 8. §. 5. num. 9. Dida. Perez in l. 22. tit. 3. lib. 1. ordin. additio ad Bernar. Diaz in pract. crimin. cap. 58. quid quid in contrarium nitatur Bartol. in l. fin. nu. 9. D. de his quib. vt indig. & eũ sequutus Gregor. Lopez, Anto. Gomez, Ferdinan. Menchaca, & alij quos enumerat Anto. Menesius in Rubr. num. 12. C. de fideicomiss. & *post eum* Rojas de succesio. ab intest. cap. 20. nu. 152.

§. *In primis.* 1.

1 *Fideicommissum vniuersale, & singulare fieri potest, purè, in diem, & sub conditione, & nu.* 23.

2 *Fideicommissa etiam ab intestato relinquuntur, & num.* 20.

3 *Fideicommissa â nuda defuncti voluntate pendent, & nu.* 21

4 *L. in testamento.* 38. *D. de fideicommiss. libert. & num.* 22.

5 *Hereditas ex die, vel ad diem dari non potest.*

7 *Fideicommissum vbi in testamento relinquitur, heres quare sit necessarius.*

8 *Fideicommissum, quando institutus non adijt, legitimi heredes soluere non debent, iure communi, secus iure Regio, & nu.* 19.

9 *L. eam, quam.* 14. *C. de fideicommissis, & num. seq.*

13 *L. cum pater.* 79. *§. filius. D. de leg.* 2.
L. coheredi. 41. *§. cum filiæ. D. de vulg.*

16 *Fideicommissa etiam ex testamento imperfecto quando debeantur.*

17 *Legata in minus solemni testamento relicta, an in foro conscientiæ debeantur.*

18 *Authentica ex causa. C. de liberis præt.*
L. 24. *Tauri. l.* 8. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ recopil.*

1 FIdeicommissum ita relinqui debet, vt aliquis directis verbis heres institutur, & alteri hereditatem, partemve restituere vel pure, vel ex conditione, vel ex certo die rogetur. Ergo si testamentum imperfectum sit nec fideicommissum quidem debetur, idem in l. ex ea. 29. D. de testamentis l. 1. §. 1. versic. *hoc vtique.* l. fideicommissa. 11. l. ex imperfecto. 23. D. de legat. 3. l. eam quam 14. l. si veritas. 23. l. ex testamento. 29. C. de fideicom. cõsonat. l. 14. tit. 5. par. 6. plura adducit Did. Spino in specul. testam. glossa 27. ex num. 10.

2 Sed iam † aduersus hanc sententiam insurgit tex. quem post Accurs. cæteri omnes authores huic nostro refragari fatentur in §. præterea Inf. hoc eod. titulo in quo tantum abest vt fideicommissa necessario requirant testamẽti solemnitatem, quod imo pro regula traditur posse ea ab intestato relinqui, vel in codicillis, quibus etiam conuenit tex. in l. conficiũtur. D. de iure codicillorum in §. non tantum & in §. codicillis inf. eod. l. 14. tit. 5. par. 6. l. 12. titu. 1. ead. par. Augeturque hæc eadem difficultas ex tex. in §. fin. inf. hoc tit. & in l. fin. C. de fideicomm. vbi nemo dubitauit fideicõmissa fuisse in minus perfecta voluntate relicta & tamen ea valere & præstanda esse Iustinianus affirmat.

3 Secũdo † obstat quod in fideicommissis sola voluntas testantis inspicitur vt probat tex. in l. cũ virũ. 16. C. de fideicom. in lege penult. D. de leg. 1. l. eũ proponebatur. D. de leg. 2. l. si deicõmissa. 11. §. Itẽ siquis. D. de leg. 3. l. vbi pure. 19. §. te rogo l. heredes. 57. §. cum ita. D. ad Treb. cũ alijs, ergo frustra heredis institutionẽ & testamẽti perfectionẽ requirit Iustin. hic.

4 Tertio † grauius obstat difficile Iul. Paul. Responsum in l. in testamento 38. D. de fideicom. lib. vbi ancillæ in minus solẽni testamẽto libertatem & fideicõmissa quædã reliquisse testatorẽ apparet & nihilominus ad ea soluenda compellendos ibi filios. l. C. ait qui ab intestato successerunt, ergo non bene Iustin. hoc exigit quod recto iure quis heres institutus tur ad hoc vt fideic. valorem fortiantur.

Tandem quarto loco aduersus nostrum textum dum ait posse fideicommissum sub

conditione vel ex certo die relinqui & etiam pro parte, quod & probat tex. in. §. sed quia infra cod. in l. mulier. §. si heres & §. fi. in l. facta. §. si sub conditione cum innumeris alijs. D. ad Trebell.

5 Obstare † videtur tex. in §. heres sup. de hered. inst. vbi ex die certo hereditas dari non potest & tex. in l. 1. §. si ex fundo. D. de her. instit. & in l. coheredi. §. fin. D. de vulg. vbi non valet institutio heredis in re certa, vel ex parte hereditatis facta sed trahitur talis institutio ad totam hereditatem, ne videatur testator pro parte intestatus & pro parte testatus decessisse contra iuris reg. quæ habetur in l. ius nostrum 7. D. de reg. iur. in. §. non autem & §. hereditas de her. inst. confirmaturque ista hęc dubitandi ratio ex eo, quia fideicommissarius vniuersalis heredi simillimus est l. 1. §. de illo. C. ad Trebell. l. si filius. D. quod cum eo. igitur quemadmodum heredi ex die vel ex parte hereditas dari non potest, ita etiam in fideicommissario idem dicendum est.

6 † Quibus tamen non obstantibus dicendum est, quo casu quis in testamento fideicommissum relinquere vult, in primis recto iure heredem instituere debere, quem possit rogare, vel purè, vel sub conditione hereditatem, vel totam vel partem restituere: Id enim generaliter cautum est, vt quæ in testamento scripta sunt subsistāt, heredis institutionem illud in primis habere oportere. l. 1. in princ. D. de hered. instit. cum similib. licet enim testandi facultas iure gentium fuerit inducta vt præter alia iura confirmat tex. in l. 1. ibi, *nihil enim est quod magis hominibus debeatur.* C. de S. S. Eccles. solemnitas tamen iure ciuili positiuo præfinita fuit vt notat Bart. in l. interdum de cond. indeb. receptus Ias. in l. ex hoc iure nu. 56. de iust. & iure & alijs quos late congerit Pet. Domini. de num. test. in testam. requis. c. 2. à num. 6. Iul. Clar. lib. 3. senten. q. 1. & optime Cuia. in l. 3. ad fi. D. de testam. quæ sane solemnitas præcise obseruanda fuit ne alias omnia in testamento relicta corruerent vt colligi potest ex tex. in l. si vnus. 7. C. de testam. in l. 1. iuncta expositione glos. verb. *iusta.* D. eod. in l. 1. ibi. *vbi solemnia iuris defuerunt*, D. de iniust. rup. in princ. ibi, *aut, non iure fecit*, inf. de heredit. quæ ab intest.

7 Ex quo † primo intelliges tex. nostrum dum ad hoc vt fideicommissa relinqui possint requirit vt recto iure aliquis heres instituatur, ea enim verba significant id est cum omnibus solemnitatibus à iure requisitis sine quibus heredis institutio valere non poterat, expressit autem heredis institutionem, tum quia sine ea nihil in testamento scriptum valebat iuxta tex. in d. § ante heredis, pro. tit. 3. pa. 6. itē etiā quia si heres nemo esset scriptus in test. nemo quoque esset quem testator grauare posset de restituendo, vnde quia idem esse videtur nemi nem scriptum esse heredem vel eum qui scriptus sit hereditatem non adire quia vtroq; casu omne ius testamenti corruit. d. l. 1. de iniust. rup. d. pri. de her. quæ ab intest. l. si nemo de reg. iur. & de testam. tut. etiam herede scripto non adeunte vniuersale fideicommissum omni no euanescet vt communem appellans defendit Ias. in l. eam quam num. 10. & 21. C. de fideicommiss. Vacon à Vacuna lib. 4. declarat. iur. decla. 58. ea nempe ratione quia cum heres tempore quo adijt hæreditatem videatur quē dam quasi contractum celebrare, cuius virtute adsoluenda legata & fideicommissa manet adstrictus. l. apud Iulianum. §. si pupillus. D. quibus ex caus. in poss. l. ex maleficijs. §. heres. D. de obligat. & act. §. heres, inf. de obligat. quæ ex quasi contractu, qui non adijt nulla ratione
8 tenebitur † neque heredibus ab intestato venientibus præstandi onus incumbere poterit, cum hi neque expresse neque tacitè reperiantur rogati. l. ex testamēto. 29. C. de fideicom. melior tex. in l. si quis testamento. 83. D. de legatis. 2. vbi Paulus scriptum reliquit, quod si pater à filijs quos heredes scripserat fideicommissa præstari voluisset & postea testamento ex aliqua causa irrito constituto filij ijdem ab intestato successerint fideicommissum ex testamento præstare compelli non possunt, licet hodie secus. l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recop. 9.
9 sed his † grauiter repugnat textus in l. eam quam 14. C. de fideicommissis, vbi omnino contrarium rescriptū est. Cui varias interpretationes post Bart. & reliquos assignant Alciat. lib. 1. disputat. cap. 9. Duaren. lib. 2. anniuersar. disput. c. 5. Anton. Gouean. lib. 1. var. lect. cap. 1. Vacon. à Vacuna lib. 4. declarat. iur. decla. 58. Raynal. Corsus lib. 3. indagat. ca. penult. & Franc. Hotoman. qui particulares in eam legē notas scripsit. Sed vsque ad Azonis tempora ea receptior fuit quā tradit glos. ibi. verbo *simpliciter* & verbo, *tradantur* ea scilicet ratione irrito constituto testamento fideicommissum in illius legis specie deberi quod fuerit à venientibus ab intestato repetitus, vt ostendunt illa verba, *sic data est vt esset etiam à successoribus ab intestato postulanda.*

10 Sed † post Azonis tēpora vt fulg. ibidē affirmat. n. 5. cōmuniter reijci cæpit quod secūdū eā omni prorsus dubitādi ratione illa decisio careret, & lōge alia ratione fuisse motū Impera. apparet ex versi. *quod rescripsimus*, ad quā proculdubio superuacuū esset recurrere si fideicōmissum ab intestato fuisset repetitū, neque etiam verum fuisset simpliciter fideicommissum relictum quod tamen tex. docet in illis verbis, *cum tamen simpliciter, &c.*

11 Vnde ipse † Azo aliter hunc nodū tētauit dissoluere docēs in specie illi⁹ tx. ideo heredes ab intestato teneri eo quod institutio valere

non

non potuit propter errorem testatoris in conIunctione cum herede scripta iuxta regulam. tex. in l. si pater tuus. 4. in l. neque apud. C. de hered. instit. l. quoties 9. D. eod. l. neque professio. 7. C. de test. l. aufertur. 46. D. de iure fisci, qui sane error licet ipsi heredi noceat non tamen potuit fideicommissarijs nocere; quia cum testator grauauerit eam quam sibi coniunctam putabat, credendus est etiam omnem successorem grauare voluisse ad quem ipsius hereditas posset peruenire, idque ea voluntatis cōiectura suadente quod nihil sit quod possit testatori imputari qui prouidisset sibi si non valituram institutionem existimaret quam illius text. expositionem receptā testatur Alb. ibi. num. 3. Fulgos. 8. Salice. 1. Corneus & Ias. col. 2. Mayner. in l. si nemo nu. 2. de reg. iur. Ripa in l. 3. in princ. nu. 26. de leg. 3. Sed nihilominus ab ea pluribus rationibus discedunt supra relati interp. quas recensuit Menes. in d. l. eam quam nu. 3.

12 Quare † dicendum est in illius tex. specie fideicommissum à filia non fuisse relictum, sed vt Hotom. & Gouean. vbi sup. recte explicāt impersonaliter, & vt I. C. loquuntur *in rem*. sic enim testator scripserat, *si puella intra pubertatem decedat volo illi & illi restitui* quo fideicommisso omnem teneri successorem in dubium non venit: atque hoc significant illa verba, *cū tamen simpliciter testamento facto nonnullos ei voluerit substitutos*, simpliciter enim rogare dicitur qui neque hūc neque illum rogat & qui non à certo herede, sed sine determinatione relinquit, quo casu omnis ad quem hereditas peruenerit grauatus intelligitur arg. l. si pater in fi. de fideic. libert. & eiuld. tex. in vers. *tūc enim*,

13 quæ interpretatio † à Iacob. de Arenis olim scripta & à Gouean. postea vsurpata & luculentius exposita non apte à fulgos. conuincitur per text. in l. cum mater. 79. §. filius matrem de legat. 2. ibi etenim, fideicommissum non fuit impersonaliter relictum, sed nominatim iniunctum matri secundum vtranque lecturam glos. ideoque mirum non est si ipsa fideicommissum præstare cogatur, iuramentum autem & enixæ voluntatis preces non hoc operantur vt omnes obligent successores sed eos duntaxat qui rogati sint, siue ex testamento, siue ab intestato successerint, sicque illa verba exponenda sunt quibus ille tex. vtitur. Cū enixæ voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ videātur, quæ ita declarauit Gouean. vbi sup. num. 10. Rober. lib. 1. sent. c. 21. Eman. Suarez lib. 1. obser. ca. 8. Sed

14 neque † magis oberit dicere videri fideicommissarijs heredibus imputandū, qui cū puellā adire non coegissent, cū tamē hoc facere possent iuxtata tex. in l. quia poterat ad Treb. postea à veniētibus ab intestato volebāt vendicare. Namq; vt Gouea. idē vbi sup. cōsiderat, tūc se prætor interponere solet cū fideicōmissario aliter prouideri nō potest, quod cessat vbi veniētes ab intestato rogati reperiūtur, à quibus cū fideicommissarij petere possint nihil fuit opus ex testamēto hereditatē adiri, nihilque etiā inuenitur quod eis obijci possit aut imputari: neq; obstat † illa argumentatio, quæ de-

15 duci potest ex tex. in l. coheredi. 41. §. cū filiæ ver. *nec aliud* de vulg. non debere codicillorū iure, veniētes ab intestato grauari, cū non censeātur rogati illā scripturā sustinere, quā testator voluit vt testamentū valere, quod tamen negat, d. l. eā quā, si vera est ea quā defendimus interpretatio. Respondendū etenim est id nō procedere vbi testator iure codicillorū & meliori modo quo posset voluit testamentū valere: id quod in d. l. eā quā voluisse. argumento illud est quod verbis precarijs simpliciter substituerit ita vt omnem successorē grauaret. Ex quibus iam intelliges difficillimā illā decisionem & constabit esse ibi singularem casum in quo relicta in testamento irrito vel minus solemni & ex quo adita non fuerit hereditas ab intestato debentur, cui alios adungit Accurs. ibi verbo. *traduntur* & plures Ias. num. 21. Menes. nume. 24. Cuia. consult. 32.

16 Ex quibus † omnibus apparet certissimam esse nostri tex. regulā nūquamq; deberi fidei commissa ex testamento imperfecto nisi in eo clausula codicillaris adsit, per quā veniētes ab intestato reperiantur rogati vt probat tex. in d. l. ex testamento. 29. C. de fideicomis. ibi. *si non ab intestato quoque succedentes rogati probentur* & d. l. eam quam, secundum verā quam tradidimus interpretationem ex tex. in d. l. cohered. §. cum filiæ, ibi, *nisi hoc expressum est*. l. si iure. 11. C. de testam. man. l. vlt. de codicil. l. 3. de mil. test. & tex. sic intelligēdus in l. Lucius 89. §. fi. D. de leg. 2. nos inf. latius discutiemus.

17 Illud † nunc aduertentes adeo hoc certum esse, vt neque in foro cōscientiæ teneatur heres legata aut fideicommissa ex imperfecto testamento præstare, vt contra magis communem opinionem resoluit Couarruuias in cap. cum esses num. 6. extra de testament. † Sed du-

18 bitari potest vtrum si à principio recto iure quis fuerit institutus postea tamen testamentum ex causa exheredationis subuertatur, fideicommissa in eo relicta præstari debeant: & sane quod ad ius antiquum attinet nihil omnino in eo testamento scriptum debebatur, adeo vt & ea quæ soluta fuissent reperi possent vt docet tex. in l. Papinianus. 10. §. fin. D. de inof. testamento quod tamen hodie contra obseruari debet propter nouissimam dispositionem text. in authentica ex causa. C. de lib. præter. cui similis est de iure nostro tex. in l. 24. Tauri & in l. 8. titu. 6. lib. 5. noui ordin. quæ decisio licet nullius rationis prætextu subniti videatur Alciato de præsumpt. reg. 1. præsump.

12. plures tamen habet & non inelegates quarum aliquas scripsit post antiquiores Raynal. Corsus lib. 1. indagatio. cap. 23. Iul. Clar. latissime illius tex. declarationē prosequutus lib. 3. sent. §. testamentum. q. 52. cum seq.

19 Rursus † & illud silentio prætermittendum non est videri hodierno iure tex. nostri dispositionem correctam propter tex. in l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. quæ est lex. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recopil. etenim cum in eis sancitum sit testamentum sine hæredis institutione valere fatēdum est fideicommissa quoque posse eo modo relinqui, vt ea aquocunque successore præstē tur non tanquam ex testamento sed tanquam ex vltima voluntate.

20 Non † obstat primum argumentum ex d. §. præterea cum similibus, fatemur namque fideicommissa posse relinqui codicillis & ab intestato, id tamen intelligendum esse quando testator voluit ab intestato decedere & codicillos facere non autem testamentū, eo enim casu fideicommissum recte relinquitur vt optime considerauit. I. C. in l. conficiuntur. 8. in l. siquis cum testamentum. 3. in l. illud. §. tractari vbi expresse hanc distinctionem adhibuit Papin. D. de iure codicill. At vero tex. noster tunc procedit quando testator testamentum fecit & veluti ex eo fideicommissa deberi voluit, quo casu vt testamentum valeat heredis institutio, & plena quæ intestando adhiberi solet, solemnitas requiritur, alias enim nihil in testamento scriptum valet iuxta iura quæ superius allegauimus. Neque obstat tex. in l. fi. C. de fidei. & in §. fi. inf. h. tit. si aduertas ex minus solemni testamento fideicommissa præstari ex ratione quam inf. trademus in explicatione. d. §. fin.

21 Rursus † neque obstat secundum argumentum ex eo deductum quod in fideicommissis sola voluntas spectari soleat & debeat, Respondeo enim regulam illam non ita accipiendam esse, vt valeat fideicommissum in testamento in quo nullus heres scriptus est, neque iuris solemnitas obseruata, relictum, hoc enim aperte noster tex. respuit & iura similia, sed ita potius vt si adsit testamētum rite & recte peractum, & solum dubitetur de inducendo fideicommisso in aliquo casu vel extendendo ad alium non expressum, tunc licet directa institutio vel legatum ex coniecturis aut præsumpta defuncti voluntate non possit admitti. l. iubemus C. de testam. fideicommissum tamen quia in eo maxime attenditur defuncti volūtas recte inducatur & admittatur vt aperte ostendunt iura superius allegata quæ ita intelligenda esse tradit Bursatus cons. 227. lib. 3.

22 Non obstat tertium ex tex. in l. in testamēto. 38. D. de fideicom. liber. constat enim ibi imperfectum fuisse testamentum filioque qui in testamento erant scripti ab intestato successisse & nihilominus respondet I. C. fideicōmissa ab eis præstanda esse etiam si nihil ab intestato pater petijsset.

A qua difficultate vt se liberaret Accurs. ibidem schol. fi. plurimas interpretationes comminiscitur, ex quibus illa & verior & receptior videtur, quæ docet textum illum in consequentiam adduci non debere eo quod singulari iure nitatur iuxta. l. quod cōtra D. de reg. iur. reg. quæ exorbitant eo. 3. tit. li. 6. ius autem singulare in eo consistere vt propter affectionem quam testator erga alumnam habebat inducatur ibi clausula codicillaris ex cuius virtute etiam si testamentum minus solemne fuerit, relicta in eo à venientibus ab intestato censeatur repetita. d. l. ex testamento. cum alijs quæ superius adduximus, testatoris autem affectio quæ huic præsumptioni locum facit ex illis verbis detegitur *alumnæ suæ*, & ex illis *quam pater dilexisset* & non obscure ex illis *pios tamen filios, &c.* quæ ego solus ita explico vt pios ibi appellet Consultus filios, respiciens ad pietatem & amorem quem ipsi patri exhibere tenerentur, eius voluntati audientes & obsecundantes, proprie enim pietatis verbum ad reuerentiam & amorem paternum refertur vt apud omnes in confesso est. Ex quo apparet lapsum fuisse Andr. Tiraq. in tract. piæ causæ in præfatione num. 26. putantem pietatis causam ibi, ea ratione considerari quod de libertatis datione tractetur sicque illum tex. autem reputantem ad probandum pijssimam esse libertatis causam: quam interpretationem ad d. l. in testamento approbarunt Bart. & reliqui ibidem. Salicet. Alex. & Ias. in l. non dubiū C. de test. idem Ias. in D. l. eam quam num. 18. & plures alij quos Menes. recensēt in l. cum testam. num. 4. C. de iur. & fact. ign. & vltra eos Iacob. Cuia. & Franc. Hotoman. in l. ex ea scriptura. 29. D. de testam.

23 Vltimo † non obstat vltimum argumentum ex. §. heres su. de her. inst. admitto enim heredem ex certo die vel ad certum diem aut ex parte institui non posse, nego tamen idem in fideicommissario deberi obseruari, quoniā licet his aliquando similes sint in hoc tamen maxima est differentia, directus enim heres ex die certo vel ex certa temporis portione nequit institui, ne vnus idemque testator pro parte testatus & pro parte intestatus reperiatur, fideicommissario autem nihil vetat eo modo relinqui, quoniam nullo casu hereditatis ius & defuncti repræsentatio in suspenso est, cum semper scriptus heres qui restituit heres maneat & apud eum directæ actiones & heredis nomen resideat vt considerarunt hic Faber. Angel. Claud. & cæteri & probat tex. in §. seq.

§. *Resti-*

§. Restituta. 2.

1 *Hereditate restituta omnes actiones fideicommissario & in fideicommissarium transeunt, & num. 10.*
2 *S.C. vim legis habent.*
3 *Heres quis lege effici potest.*
4 *Heres qui semel est, non potest desinere esse heres: & num. 5. & n. 42.*
6 *Actiones pœnales non transeunt in heredem, neque in fideicommissarium, & num. 46.*
7 *Actiones nisi cedantur in aliquem transire non possunt, & n. 47.*
8 *Debitorem mutare compellitur nemo, & quare, & num. 50.*
9 *L. fin. D. de transactionibus, & n. 51.*
10 *S.C. Trebelliani causæ, & initium.*
11 *S.C. Trebelliano actiones non ipso iure tolluntur in persona heredis, sed exceptionis auxilio.*
12 *Fidcicommissarius loco heredis est, vnde statutum loquens in herede ad fideicommissarium vniuersalem extendi potest, num. 13. & 14. & 43.*
15 *Fideicommissarius transmittit hereditatem ex potentia iuris deliberandi.*
16 *Fideicommissario competit beneficium Edicti. D. Adriani.*
17 *Querela inofficiosi datur aduersus fideicommissarium vti aduersus heredem.*
L. 1. C. de inoffi. testam.
18 *Ius accrescendi fideicommissario non competit cum Iacobo Cuiacio contra communem.*
L. Papinianus, 43. D. ad S.C. Trebell.
19 *Fideicommissarius qui defuncti necem non vindicauit, fideicommisso priuatur.*
20 *Fideicommissario nec sepulchrorum, nec patronatus iura competunt.*
21 *Fideicommissum restitui filio fam. & seruo etiam sine patris, aut domini iussu potest, & quarè.*
L. seruo inuito. 65. in princip. D. ad Trebell. & nume. seq.
27 *Fideicommissario actiones vtiles quæ competunt an ciuiles, an verò Prætoriæ sint, & n. seq.*
31 *Noster textus, in versiculo.* Vtiles actiones dare cæpit.
34 *Fideicommissarius restituta sibi hereditate non habet dominiũ directum, sed ius dominio proximum, quod nostri, vtile dominium appellant.*
37 *Fideicommissarius cui purè relictum est fideicommissum illud transmittit, etiam non restitutum & quare.*
39 *L. si mulier. 60. §. ex asse. D. de iure dotium cedi possunt, quæ possunt ad heredes transferri & num. 40.*
47 *Ferd. Minchaca lapsus,*
49 *L. si heres pecuniam, 73. D. ad S.C. Trebell.*
L. hero à debitore. 22. de fideiussoribus.

CVm fideicõmissorum ea sit natura vt non directò ex volũtate testatoris ad honoratum perueniant, sed obliquo & interposita demũ heredis rogati restitutione, quæ vel re vel verbo solet celebrari vt probat tex. in l. restituta. 37. D. ad Treb. optime Iustin. postquam formã, qua fideicõmissa relinqui deberẽt expo suit, modo quo præstari debeãt docet, illud in
1 hoc. §. præponẽs † restituta hereditate adhuc heredis nomẽ apud grauatũ manere, actiones autẽ ei & aduersus eũ cõpetentes, ex S.C. Trebelliani dispositione in fideicõmissariũ trãsire, ita vt si nõ directò vtiliter tamẽ, quasi heres agere posset & cõueniri, quã eand. nostri tex. sententiã scripsit. I.C. in l. 1. D. ad S.C. Treb. in l. postulante 44. §. 1. eod. tit. l. 1. & tot. ti. D. de fideic. her. pet. & docuit etiã Vlp. infrag. ti. 25. Paul. li. 4. sent. tit. 2. & nostrati iure cõfirmauit tex. in l. 14. tit. 5. pa. 6. & præter ordinarios in supradictis locis nostri tex. decisionẽ ad varias easque difficillimas iuris quæstiones adducunt interp. quos in discursu referemus.

2 Sed in primis, † quod tex. noster primo loco tradit heredẽ grauatũ etiã post restitutionẽ, ex Trebelliano celebratã adhuc heredẽ manere, subuertividetur ex eo, qp S.C. ciuilis legis vim habere nemo ambigit, vt cõstat ex tex. in l. nõ ambigitur. D. de legib. l. ius autẽ ciuile 7. D. de iust. & iure. §. S. C. sup. de iure natural.
3 Sed sic † est quod heredes per legẽ aut similẽ iuris cõstitutionẽ fiũt. §. quos autẽ inf. de bon. pos. igitur facta per Trebel. restitutione debuisset ipso iure fideicõmissarius, heres effici & actiones nõ solũ vtiles, sed directas quoque percipere. Neq; difficultatẽ effugies si dixeris hoc fieri nõ potuisse, quoniã cũ scriptus semel
4 heres extiterit † minime potuit amplius heres esse desinere l. etsi sine. 8. §. sed quod Papin. D. de minor. l. ei qui soluẽdo. 88. D. de he. inst. l. ex facto. 43. §. Iulius Lõginus. D. de vulg. cũ similibus, etenim certius lõge est eã iuris ciuilis & S.C. (quod ius ciuile est) potestatẽ esse,
5 vt effecere valeat † quod qui semel extitit heres ab hereditate in totũ remoueatur & amplius heres nõ maneat vt cõstat ex tex. in l. in substitutione. 31. iuncta glos. elegantissima & cõmuniter recepta ibidẽ verb. *fortè*. D. de vulgari & pup. & ex his quæ tradit Aretinus cõs. 143. Mantua in glossar. c. 72. n. 2. quam rationem dubitandi ad nostrum tex. licèt non ita apte declarauerint insinuarunt tamen Faber hic nu. 3. Bellon. n. fi. Cuia. in notis adhũc tit. lit. F. Menoch. lib. 2. de succes. resolut. §. 11. n. 14. Secundò non magis verũ videtur quod Iustinia. docet, facta scilicet restitutione omnes actiones tã actiuas quã passiuas in fideicõmissariũ transire; Tum quia vt glo. hic scho!.

pen. Fab. nu. 4. & Claud. Cantiunc. in fin. ani-
6 maduertunt, pœnales † actiones in heredes non transmittuntur. §. 2. inf. de perp. & temp. l. ex iudiciorum 20. de accusa. l. omnes. 25. D. de oblig. & acti. igitur neque in fideicommissa rium transferentur ex vulg. reg. tex. in l. ex pluribus. 43. D. de adm. tut. & tamen illo ver. *omnes*, nihil excludi videtur. Cum etiam quia non solum pœnales verum quod magis est nullæ omnino actiones fideicommissario adquiri potuerunt, ex eo quia quemadmodum rerum corporalium sine traditione nulla est adquisitio nulla translatio. l. traditionibus cum sim. C. de pactis. ita res incorporales quales sunt actiones. l. vlt. vers. *ideo*. C. de long. tem. præs.
7 princ. sup. de reb. corp. † sine cessione solemniter facta in alterum transire non possunt. l. 3. iuncta. glos. ibi. verbo, *status*. D. pro socio, quia actiones adeo nostris ossibus inhe rere dicuntur vt à nobis auelli non possint l. quis ergo casus. 17. l. si Sticho. §4. D. de peculio l. 3. C. de nouatio. Ergo cum in nostri tex. specie nulla cessio facta proponatur ex sola restitutione non potuerunt actiones in fideicõmissarium transferri.

Denique obstare videtur quod quemadmodum aliud pro alio inuito creditori solui non potest iuxta regulam. l. 2. §. mutui datio in fi.
8 D. si cert. pet. ita etiam † nemo debitorem mutare compellitur vt docuit. I. C. in l. si mandato 45. §. 1. ver. *aut si nolit*. D. mand. & impp. in l. eum à quo 16. cum authentica sequenti. C. de solut. & sane iustissime ne alias duriorẽ plenum, que aduersarium creditor experiri cogatur cõtra. I. C. Respõsum in l. 1. D. de alien. iud. Ex quo manifeste euinci videtur saltem passiuas actiones non debuisse in fideicommissarium transire, sed eas apud heredem grauatum omnimodo remansuras, qui adeundo hereditatem quendam quasi contractum celebrat cuius virtute legatarijs manet adstrictus. l. ex maleficijs. §. heres. D. de obligat. & act. l. apud Iulianum. §. final. D. quibus ex caus. in poss. eatur. §. heres infra de obligat. quæ ex quasi contractu. vnde quantumuis postea hereditatem restituat non debuit hereditarias actiones quibus antea tenebatur exuere, id
9 quod † aduersus Iust. hic aperte insinuare videtur tex. in l. fin. vers. *idem respondendum*. D. de transact. quo loci Papinianus ait, quod si heres institutus post restitutam hereditatem cũ hereditario debitore transegerit, fideicommissarius exceptione transactionis excluditur quod satis argumenti præstat ad probandum in eum non fuisse hereditarias actiones translatas, alias enim heres institutus tanquam de re aliena neque transigere neque disponere potuisset iuxta tex. in l. si cum emptore. 17. vbi notat glos. D. de pact.

10 Quibus † tamen non obstantibus, pro vera nostri tex. ratione animaduertendum est, post Augusti tempora vbi primum fideicommissa iuris authoritatem habere cæperunt vt supra in princ. declarauimus cum testatores non solum partem, sed & totam hereditatem per fideicommissum plerumque relinquerent, heredes scripti, apud quos facta restitutione nullum commodum remanebat, adire hereditatem recusabant, ne, dum nullum lucrum sperant litibus & oneribus hereditarijs se implicarent, videntes cum qui semel heres fuisset semper heredẽ fore futurũ, neq; inuitis creditoribus liberũ eis fore obligationes semel suis ossibus infixas in personã fideicõmissarij trãsferre, vt docet tex. in l. 2. C. de pact. & in l. 2. C. de her. vel actione atq; ita seruatæ fidei gratiain damnũ incidere, qua de causa Neronis tẽporibus Trebellio Maximo & Anneo Seneca (suffectis vt omnes tradunt) Conss. S. C. (quod à Trebellio *Trebellianum* appellatum fuit) sublata fuit heredum dubitatio illorumque timori subuentum constituendo vt heres simul cum hereditate quam restituebat onera quoque hereditaria transferret, vt sic deinceps fideicommissarius conuenire & conueniri posset atque si ipse heres scriptus fuisset, id quod noster tex. luculenter enarrat, & ipsius S. C. verba referens antea dixit Vlp. in l. 1. D. ad Treb. explicant Baldu. Hotom. Mising. hic, Anto. Aug. de legibus & S. C. cap. de Trebel. Brison. de verbis iuris verbo Trebellianum Marcalius in tract. de fideic. quæst. 3. cum seq.
11 cum † quibus illud adnotandum est non fuisse. S. C. obligationes iam apud hæredes consistentes, id enim aut non potuit, aut certe non voluit, sed remedio exceptionis eis & simul fideicommissarijs succurrit. etenim heredes si conueniantur exceptione vti possunt, quod si agant per exceptionem repelluntur vt scripsit Vlpia. in d. l. 1. §. quamquam & Iulian. in l. ita tamen 27. d. eod. tit. & si quid creditoribus ab herede fuerit persolutum id omne à fideicommissario repetet, l. 1. C. ad Trebell. explosis iam scrupulosis illis stipulationum ambagibus, quibus heres siquid creditori hereditario soluisset sibi reddi à fideicommissario stipulabatur: & ex contrario fideicommissarius sibi præstari quidquid à debitoribus hereditarijs exegisset, quarum formam appositissime Theop. in. recenset & eo non relato Balduin. num. 4.

12 Illud † igitur ex suprà dictis apparet post. S. C. Treb. commoda omnia & incommoda in fideicommissarium transferri eumque quodammodo heredem esse, quod omne noster tex. aperte probat & Caius insinuat in l. facta. D. ad Trebel. dum ait facta fideicommissi restitutione omnes res statim in bonis fieri eius cui restituta est hereditas, & Paulus dum hereditatis restitutionem successionem

nem quandam esse dicit, quia ex ea fideicommissarius obligatur, in l. non enim. 38. D. eod. tit. quod est proprium hereditatis. l. more. 8. D. de acquirend. hered. & denique hanc inter heredem & fideicommissarium similitudinem manifestè ostendit text. in l. si filius. 5. §. 1. D. quod cum eo. ibi. *effectu enim quodammodo heres est*, tex. optimus in l. postulante. 44. §. 1. ibi. *& haberi heredis loco*. l. 2. versic. *nam heres*. ibi. *vt te suo loco constituat*. l. si heres ab eo. 68. ibi. *heredis vice fungi eum cui fideicommissum relictum est*. D. ad S. C. Trebe. suntque etiam ad hoc idem expressa iura in l. item veniunt. §. 1. de pet. hered. in l. sicut. §. 1. D. quib. mod. pigno. vel hip. solui. in auth. de hered. & Fal. §. inordinatum. col. 1. & in l. 1. §. de illo. D. ad Trebel. vbi Ripa notab. 1. nonnulla congessit.

13 Vltrà † quæ ego animaduerto hoc adeo verum esse vt optime dixerit Barto. in d. §. de illo. nu. 1. quod lex vel statutum loquens in herede potest per interpretationem rectè ad fideicommissarium vniuersalem extendi, cuius sententiam communem dixit Ias. ibidem. nu. 2. qui tamen non meminit illius notabilis doctrinæ, quam tradit Paul. in l. restituta. D. ad
14 Trebel. docens † libellum conceptum in herede defendi & excusari posse si postea qui se heredem scripserat probauerit hereditatē sibi fuisse ex Trebell. restitutam, quod aduersus Bald. in l. si non lex. §. temporibus. D. de here. instit. verissimum esse, defendit Iaso. in l. fin. nu. 4. C. qui admitti. & pro singul. refert in l. sed & si possessori. §. sed etsi. 4. notab. D. de iureiuran. & in facti cōtingentia defendit Corneus consil. 18. lib. 3. quos hanc sententiam sequutus refert Catel. Cota in mem. iur. verb. *fi-*
15 *deicommissarius*. Rursus argum. nostri tex. † & similium docent interpretes non aliter atque heres directus transmittit hereditatem ex beneficio iuris deliberandi, de quo in l. cum in antiquioribus. C. de iure delib. ita etiam & fideicommissarium vniuersalem transmissurum, vt notauit Glos. verb. *retenturum*, in l. cum filio, vbi Bart. col. fin. & Iaso. nu. 184. D. de leg. 1. idem Iaso. in d. §. de illo. num. 5. & latè docuit Anto. Mene. in Rubr. C. de fidei. nu. 21. & alij plures quos adducit Guillel. Bened. in ca. Raynutius. verb. *in eod. testam. el primero*. n. 160. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 174.

16 Dubitabilius † autem est an quemadmodum heredi instituto missio in possessionem bonorū conceditur ex forma & beneficio tx. in l. fi. C. de edict. Diui. Ad. ita id quoq; in persona fideicōmissarij admittatur, in qua quæst. plurium casuum distinctionem cōstituens Doctissime post glos. ibi ex verb. *ex parte*, & reliquam scribentium turbam resolutionem scripsit Anto. Gomez lib. 1. variar. ca. 5. nu. 30. & fusius Iacob. Menoch. d. rem. 4. ex nu. 166. qui licet plurimos authores adducat non tamen meminit Marci Mantuę in Glossar. iuris classi. 4. cap. 9.

17 Denique † hinc etiam nascitur decidendi ratio ad textum alias difficillimum in l. 1. C. de inoffic. testam. vbi constat aduersus fideicommissarium vniuersalem inofficiosi testamenti querelam filio competere, non secus atque aduersus heredem solet, scilicet quia restituta hereditate in eū omnia iura hereditaria transeūt, & vicē heredis obtinet, vt optime ibi interpre
18 tes omnes agnouerūt. † qua etiā de causa omnes existimant ius accrescendi, quod heredi cōpetit. l. re cōiuncti de legat. 3. §. si ead. res sup. de legat. etiam in fideicommissarium transire, quod tamen optimis rationibus inficiatur Cuiac. lib. 2. obseru. cap. 12. certius arbitratus deficientem portionem coheredis, heredi qui alteram portionem hereditatis sponte agnouit, & restituit accrescere, non autem fideicōmissario ne hic plus habeat quam testator eū habere voluit. Nec obstare textū qui contrarium expresse docere videbatur in l. Papinianus. 43. D. ad Trebel. rectissime enim respondet illum procedere eo casu quo heres nō sua sponte, sed compulsus & coactus adijt, hunc enim indignum esse constat, qui ex voluntate defuncti vel occasione eius quidquam quasi heres consequatur, quod compulsus adeundo iam quantum in ipso fuit irritam defuncti voluntatem effecit: quam obrem omni eo priuatur, quod haberet si hereditatem non adijsset: vnde est quod neque Falcidiam habeat, neque præceptiones, neque mortis causa capionem, neque ius accrescendi. l. ita tamen. 27. §. si spectam & §. si præceptis. l. si patronis. § adeo. D. ad Trebel. l. is, cui. 34. D. de cond. ind.

19 Est quoque † ad comprobandam hanc similitudinem quam inter heredem & fideicommissarium Iustin. constituit optimum argumentum quod videamus, quod quemadmodū heres scriptus defuncti necem non vindicans hereditatem amittit eaque fisco applicatur. l. 1. C. de his quibus vt indignus tot. tit. D. ad Syllan. (quod & in successore ab intestato procedit. l. si sequens gradus. 15 §. fin. & in bonorum possessore. l. necessarios. 5. in prin. D. illo tit. l. 13. tit. 7. par. 6. l. 1. tit. 3. lib. 5. ordin.) ita quoque fideicommissario non vindicanti necem defuncti bona, quæ ex fideicommisso obtinuit erunt, vt iure adnotauit Corasius in Rubrica. num. 13. C. de impuberum. quem Menes. sequitur in d. Rubric. C. de fideicommis. nu. 23. qui rectè respondet Mætiano qui contrarium probare videbatur in l. si antequam. 23. D. ad Syllan.

20 Sed licèt † hæc ita sint aliqua nihilominus reperiuntur, quæ licèt heredi competant fidei commissario tamen non conueniunt, vt sepulchrorum iura. l. quia perinde. 42. D. ad Trebel. item ius patronatus libertorum. l. li-

berti. C. de oper. liber. 4. si operarum iudicio. 29. D. eod. tex. optimus in d. l. si patroni, vbi Glos. schol. 1. Menes. vbi sup. num. 24. cum sequent. latè probat hoc idem in iure patronatus Ecclesiastico admittendum esse, quod idē Anto. Gomez defendit quem ipse non refert lib. 1. varia. cap. 5. nu. 29. & erudite prosequitur Emanuel Costa in 2. cap. par. verb. *Trebellianice*, àn. 4. Ludou. Moli. lib. 1. de Hisp. primogen. cap. 24. per totum præcipuè. num. 5. Crassus de success. §. fideicommissum. quæst. 52. & 53. Vltra quas differentias ego alias etiā considero, quæ maxime ad nostri tx. interpretationem spectant.

21 Quarum † prima est, quod licet à filio vel seruo heredibus institutis non aliter quàm patris vel domini iussu præcedente adiri hereditas possit. l. qui in aliena. 6. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. l. filius fam. 91. D. de acquir. here. quibus conuenit text. in l. 15. tit. 6. part. 6. attamen filius vel seruus cui ex fideicommisso iuxta formam nostri tex. restituenda est hereditas, possunt absque vllo patris vel domini iussu petere, vt sibi restitutio fiat, & sufficit quod ratihabitio eorum subsequatur. l. si legatus. 30. §. si filio. l. seruo inuito. 65. in princip.

22 D. ad Trebel. quod † tamen per quam durū esse videtur, & omni ratione destitutum cum vt Iustinia. hic ait fideicommissarius restituta hereditate heredis loco sit, & cum non minus in hereditatis restitutione quam in aditione iussu præcedere deberet, cum vtroque casu æque æris alieni obligatio contrahatur. l. restituta. 37. §. 1. l. non enim. 38. cū sequen. D. ad Trebel. & sic militet ratio. d. l. is qui in alie

23 na, ibi *ne æri alieno pater obligetur*. neq; † quid quam difficultatem eleuat. l. C. in d. l. seruo inuito, dum ait hoc ideò ita constitui quod hereditatis restitutio similis sit bonorum possessioni, in qua etiam placuit ratihabitionem suffice re. d. l. qui in aliena versic, *sed in bonorum*. l. 1. C. qui admitti. Nam †

24 imo diuersa hæc sunt nō similia, cum constet bonorum possessionē iuris prætorij esse, & à prætore concedi, vt probat tex. in princip. inf. de bon. possess. & tamen restitutio hereditatis iure ciuili fit cum fuerit Trebelliano. S. C. inducta iuxta nostrū tx. & iura similia, & S. C. iuris ciuilis pars sint l. ius autem. D. de iust. & iure cū alijs, quę supe

25 rius adduxim': ex quo † illud quod magis est) sequi videtur quod cum aditio hereditatis ea ratione iussum præcedere requirat, quod iuris ciuilis sit, vt notat Glos. in l. 1. verb. *ciuitatis*. D. de adquir. rerum dom. in bonorum autem possessione, quod iuris prætorij est ratihabitio sufficiat iuxta communem sententiā quā resolut Alexan. in d. l. 1. nu. 17. Curt. Iun. nu. 333. Alcia in l. 2. nu. 8. de leg. 1. necessariò dicendū erat restitutionē Trebelliani quæ iuris ciuilis, vt aditio hereditatis est pari ratione ratihabitionem nō admissuram. Quare † pro huius difficultatis resolutione aduertendum est quod licet verum sit restitutionem hæreditatis à bonorū possessione differre eo, quod illa iuris ciuilis sit, hæc prætorij, adhuc tamen recta est similitudo quam inter eas facit Consult. in d. l. seruo inuito, & ideò in vtraque sufficit ratihabitio quoniam in vtraque non iura directa directò transeunt quemadmodū in heredem. l. cum heredes. 23. de adquir. possess. l. 1. in princ. ad Trebel. sed vtilia. tantum, vt in bonorum possessore probat tex. in §. quos autem inf. de bon. poss. l. 1. & per tot. de possess. here. pet. & in fideicommissario docet noster tex. in versic. *post hoc*, ibi. *vtiles actiones*, & nos statim latiùs declarabimus. Vndè merito talia iura cum ex vtilitate & æquitate dentur ead. etiam æquitate, & vtilitate suadente suspēdi potuerunt vsque ad patris vel domini ratihabitionem, quod in here. admitti non potuit quoniam cum ea iure ciuili directo & statim post aditionem obliget, & semel heres effectus pater vel dominus amplius non posset onera hereditaria respuere, vt docet noster tex. periculum esset ne si posteà ratum habere noluisset inuitus æri alieno adstrictus remaneret, vnde eius iussus omnino præcedere debuit.

27 Secundo † ex supra dictis alia differentia colligitur inter heredem & fideicommissariū nempe quod in heredē directæ actiones transferuntur, in fideicommissarium autem vtiles tantum & licet tex. in l. actio 55. de neg. gest. videatur insinuare nihil inter directas & vtiles actiones referre adhuc tamen plurimæ sunt inter eas differentiæ quas post Gloss. prosequuntur DD. in l. ex legato. 18. C. de leg. Vnde disputant Doctores vtrùm hæ vtiles actiones quæ fideicommissario conceduntur, Prætoriæ sint an ciuiles? & sane tex. noster in versic fin. expressè eas prætorias esse videtur cō stituere, cum doceat à prætore concedi & prę stari solere, quo argum. hanc sententiam defendit Cuman. in d. l. 1. Fulgos. in l. qui se patris. nu. 7. C. vnde liberi.

28 Verum † contrariam in hoc sententiam & sic has actiones ciuiles esse plurimorum iurium authoritate defendit post Bar. in d. l. qui se patris, col. pen. & alios quos refert. Ias. in l. 1. nu. 28. cum sequent. ad Trebell. & latissime Ferdin. Mencha. lib. 3. de success. resolut. §. resolut. §. 11. nu. 22. pro qua ego nostrum quoq; tex. expendo dum ait. S. C. Trebell. quod est pars iuris ciuilis (vt iam sæpè admonuimus) cautum fuisse vt actiones in fideicommissariū transferrentur id quod etiam ostendit in §. si quis vna inf. hoc tit. ibi, *ex Sena. Consul. actiones transferuntur*, & in l. 1. ibi, *ex quo actiones transeunt*. D. de fideicommiss. here. pet. iuncta ratione considerat. nu. 31. vbi sup. qui ait illam dictionem. *Ex.* denotare consideratione causam immē-

mediatam.l.1.§.ex incendio. D. de incendio ruina.naufrag.l.1.C. si seruus extero, ergo cū à iure ciuili dentur, ciuiles non prætoriæ erūt
29 appellandæ. Secundo facit † quod Trebelliani beneficium non debet in aliorum iniuriā & præiudicium extendi iuxta regulam text. in l.impuberi 40. D. de adminiſt.rut.in l. neque aug.C.de emancip.lib.extenderetur autē si actio quæ contra defunctum erat ciuilis atque ita perpetua in persona fideicommissarij efficerentur tēporalis quales sunt omnes prætoriæ, vt mox ostendemus & in maximum præiudicium creditorum obligationis qualitas ex heredis persona mutaretur, quod esse non debet.l.2.§.ex his. D. de verborum. l. cui fundus.55.in fine. D. de condit. & demonstr.
30 Vnde post Iaſ.Mencha.vbi sup. ita ait † hāc quæstionē componendam, vt si actiones apud defunctum prætoriæ & temporales erant eodem modo in persona fideicommissarij consistent, quod si erant perpetuæ & ciuiles tales quoque in fideicommissarium transferrentur, vt sic neque creditoribus præiudicium fiat, neque ex persona heredis vel fidicōmissarij qui facta restitutione heredis loco cōstituitur qualitas obligationis mutetur.
31 Qua † opinione retenta non oberit noster tex.in quo contrariæ fundamentum consistebat: nam reiecta interpretatione Ang. de Perusio in l.in suis. col.9. D.de lib. & post. & alia Bart.in l.2.ad finē.D.de fideic.hered.pet.quas rectè conuincit Iaſo. vbi supra mihi verissima videtur eiusdem Iaſ.interpretatio ibidem, qui docet illa nostri text.verba, *prætor vtiles actiones dare cæpit*, non significare eas prætorias esse & ex prætoris iurisdictione venire, id enim perquam falsum esset cum Trebell. S. C. earum translatio fuerit inducta, sed id tantum probare quod cum Senatus indistincte actiones in fideicommissarium transferri iusserit, vt constat ex nostro textu, & ex d.l.1.Prætor cuius officium in iure interpretando consistebat.l.ius autem ciuile. D. de iustit. & iure vtiles actiones dare cæpit quasi declarando hanc fuisse S.C.voluntatem, quod haud dubie Iustinia. hic insinuare videtur, qui cum supra indistincte actiones ex S.C. fideicommissario dari dixisset, subdit posteà, post illud vtiles à prætore dat as.
32 Vel certè † nō minus verè & magis subtiliter respōderi potest ea verba nostri tex. *Prætor vtiles actiones dare cæpit* omissa Belloni declaratione h.num.6. ita esse accipienda, vt ad illum prætorem referantur, cuius propriū munus & officium erat de fideicommissis ius dicere, de quo in huius tit.princ.Iust.& nos cum eo latius egimus, is enim prætor.S.C. authoritatem & decretum sequutus & quasi quidam illius executor ex sentētia Treb. vtiles actiones fideicommissarijs præstabat, quod apertius expressit Theophil.hic dum ita hunc vers sic.fin.nostri tex.enarrat *& deinde Prætor S.C. hoc subsequens, &c.* & ita declarauit Socin. in d. l.1.ad Trebel.nu.9.Menchaca.d. nu. 22. circa finem & sensisse videtur Eman.Costa in 3.cap. verb. *censendum*.nu.4.
33 Neque † quis putet huius rei inuestigationem inutilem fuisse quasi nihil interfit ciuiles sint vel prætoriæ actiones quæ in fideicommissarium pertranseunt, etenim vt sup. probauimus quæstionis effectus maximus est, vt Iaſo.& Mencha. vbi supra considerant, scilicet quia si admittamus prætorias esse anno tātum quemadmodum & ipsum prætoris imperium claudentur, si vero ciuiles olim perpetuo competebant, & hodie non nisi longissimi temporis præscriptione tollentur, vt aperte Iustin. docuit in princip. infra de per. & temp. act. qui tamen in nostro casu contrarium statim docere videtur in versic. *aliquando* dum ait aliquas esse actiones prætorias, quæ in perpetuū extēduntur, quales sunt illæ quas bonorū possessori cæterisque qui heredis loco sunt prætor accommodat, sed id ita intelligendum est, vt procedat in fideicommissaria hereditatis, & possessoria bonorum petitione, de quibus sunt integri tit. D.de possessoria & fideicommissaria hered. pet. hæ enim actiones licet prætoriæ sint durāt tamen perpetuō, quoniam ad exemplum petitionis hereditatis ciuilis conceduntur, non vero loquitur textus ille in alijs actionibus hereditarijs, quibus defunctus tenebatur, has enim si concederemus tanquam prætorias in fideicommissarium transferri statim sequeretur eas annales esse iuxta d.princ. & resultaret maximum illud inconueniens, quod sup. considerauimus.
34 Denique alia † etiam est differentia inter heredem & fideicommissarium, quod in illum adita hereditate, directum dominium quale apud testatorem erat transfertur, vt probat tex.in d.l.cum heredes.23. D. de acquir. possess.vbi omnes adnotarunt: in hunc vero non nisi duntaxat vtile (vel vt Duaren. dicendum contendit lib.1.disput.c.17.) ius quoddam dominio proximum, quale est illud quod superficiario vel emphiteoticario conceditur. l. 1. D.de superficie.l.1.D.si ager vectigalis, quod in quo à directo differat tradunt DD. in l. si quis vi.§.differentia.D.de adqui.possess.quam opinionem admittere Accurs.videtur in d.l.1. verb.*fruct*.D.ad Trebel.& Iaſ.ibi.1.lect.n.14 & 2.n.24.& communem dicit Ripa.n.17.Socin.col.fi.in fine, & alij quam plurimi quos refert Mencha.d.§.11.nu.16.Crassus.§. fideicōmissum quæst.24.qui ex eo mouētur quod cū ei vtiles tantum actiones prestentur, vt supra resoluimus, ita quoque vtile tantum dominiū habebit, pariterque quia cum heres qui semel adijt perpetuo heres sit, atq, ita dominus iuxta tex.

ta textum in §. fi. sup. de her. qual. l. his verbis. 48. iuncta Glos. 6. D. de her. inst. non potuit fideicommissarius etiam, idem dominium habere obstante regula textus in l. quod contra. §. vni duo. D. de reg. iuris, & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. D. commoda. quibus ego
35 † rationibus illam quoque adijcio quod dominium directum, his tantum modis quęratur quos Vlpian. scripsit in fragm. tit. 19. versi. *singularum*. inter quos restitutio hereditatis non connumeratur, & etiam expendo aureum Iuliani responsum in l. 3. D. si vsusf. petatur, vbi illi qui ex fideicommissi causa aliquid adepti sunt, non verè dominium, sed possessionem duntaxat habere dicuntur.

36 Quod forte † esse in causa videtur, vt eis non ciuilis & directa hereditatis petitio, sed fideicommissaria solum concedatur, & vt non heredes sed quasi heredes, esse eos dixerit textus & iura similia, quibus ego argumentis permotus non temere Contrariæ sententię Soci. Ripæ & Mencha. vbi suprà subscriberem, qui non satis validis fundamentis certius opinantur directum dominium in fideicommissarium transire.

37 Vltimo † alijs omissis ea notabilis inter fideicommissarium & heredem, differentia constitui potest, quod heres regulariter hereditatem non aditam nō transmittit. l. vni. §. in nouissimo. C. de cad. toll. l. quoniam sororem. C. de iure delib. quod & in bonorū possessore procedit. l. 3. §. adquirere. D. de bon. poss. l. emancipata. C. qui admitti. cum tamē certum sit fideicōmissarium etiā ante factā sibi restitutionē vniuersale fideicōmissum ad heredes transferre: quod apertè constat ex tex. in l. cogi. 16. §. idem Metianus. vbi Glos. verb. *successerint*. l. Seius Saturninus. 46. l. postulāte. 45. D. ad Trebel. optim. tex. in l. cum secundum. 3. C. de fideic. cuius argumēto hanc sententiam verisimam & certissimā esse aduersus Azon. & alios tenuit ibidem Ant. Menes. à nu. 1. & ante eum post Bart. in l. cum filio. D. de legat. 1. latè cōprobarat Ripa ibi. n. 73. Ias. à n. 105. Ant. Gomez lib. 1. var. c. 5. n. 9. Coua. in ca. Raynaldus. §. 1. nu. 3. extra de testam. à quibus mutuatus est Crassus. d. §. fideicommissum quæst. 3. n. 4.
38 & fusius quęst. 45. & 46. Cuius † discriminis duplex ratio à Gometio & Menes. vbi suprà perpenditur, quod scilicet heres antequam adeat nullum ius ad hereditatem habere videatur. l. precia rerum. 63. D. ad l. falcid. quam ad hoc multum commendat Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 23. D. de lib. & post. Guillel. Benedict. in ca. Raynutius verb. *si absque liberis*, el segundo. n. 65. extra de testam. & post plures quos refert Ant. Gom. d. 1. lib. var. cap. 9. nu. 1. cum tamen fideicommissarius ex ipso testamento actionem habeat pro fideicommisso statim atque aditur hereditas, & antequam adeatur ei aduersus heredem, vt adeat & restituat, officium iudicis competat quæ omnia rectè ad heredes transmittuntur. l. vnic. C. vt actiones ab hered. l. non solum. D. de in integ. rest. vnde ignoro quo pacto Crassus & ab eo relati interpretes, vbi suprà quæst. 42. affirmare audeant fideicommissarium nullum ius ad fideicommissum ante factam restitutionem habere. Verum supra dicta omnia impugnare videtur textus difficilis in l. si mulier. 60. §. ex
39 asse. D. de iure dotium dum aperte † negat ante factam restitutionem cedi fideicommissum posse, cum tamen certum sit ea omnia quæ ad heredes transmitti possunt posse quoque per cessionem transferri. l. ex pluribus. 43. D. de adminis. tute. iunctis his, quæ ad illius declarationem congerit Andr. Tiraquel. de retract. linag. §. 26. Glos. 1. à num. 45. Zanchus in l. heredes mei. §. cum ita. 4. par. n. 475. D. ad Trebel. Coras. lib. 6. mis. cap. 14. & lib. 3. cap. 3. Menes. in d. l. cum secundum. num. 5.
40 sed huic difficultati Respondeo † considerans hic omnia quæ ad heredes trāsmitti possunt, eadem quoque statim cessionem admittere cum in multis exemplis hæc assertio fallax reperiatur; neque contrarium probare textum. d. l. ex pluribus, cuius regulam affirmatiue tantum procedere scilicet vt quidquid cedi possit, possit & transmitti, non vero è contra; rectè docuerunt supra relati interpretes, qui tamen non satis conueniunt in assignanda ratione ob quam fideicōmissum transmitti possit, non cedi vt constat ex his quæ Menes. scribit vbi sup. num. 4. quibus ego reiectis
41 † eam veriorem existimo, quod cum vniuersalis fideicommissi restitutio actiuas & passiuas actiones secum trahat, hæ in alium transire non possunt, quam in eum cui ex testamento hereditas restituitur, vt noster textus insinuat. & melius Vlpian. in d. l. 1. in fine. D. ad Trebel. ibi, *ex testamento*. quo fit vt alij fideicōmissum cedi non possit ne Trebelliani forma offendatur quæ priuatorum pacto derogari non potuit. l. fin. D. de suis & legit. quamuis Crassus perperam contrarium affirmet, vbi supra quæst. 44. & conducit optim. tex. in. l. sed etsi ante. 10. versic. *quia non ita* D. ad Trebell. quod inconueniens in transmissione non militat cum iuris interpretatione id fideicōmissario datum videatur, quod eius heredi restituitur, qui vna atque eadem cum fideicommissario persona censetur, aut hend. de iureiur. à mori. præst. in princ. coll. 5. cum alijs.

42 Sed ist hæc † nunc circa nostrum tex. adduxisse sufficiat, & ad argumenta initio contra Iustinianum hic perpensa deueniens breuiter constituendum arbitror negari nō posse quin Trebel. S. C. & alia quælibet lex ciuilis potestate absoluta efficere possit, vt qui semel extitit heres amplius heres non permaneat iuxta alle-

ta allegatam Accur. sententiam in d.l. in substi-
tutione. D. de vulgari, affirmo tamen noluisse
Trebel. hoc inducere, ideoque rectè docuisse
nostrum tex. restituta hereditate eum, qui re-
stituit nihilominus heredem permanere, res-
piciens scilicèt illam certissimam iuris tradi-
tionem, quæ habet non posse institutum he-
redem heredis nomen sibi postquam adiuit in
fixum ejicere. d.l. & si fine. §. sed quod Papinia
nus. D. de min. cum alijs sup. allegatis. Atque
istam fuisse. S. C. mentem docet Barto. in l. ex
asse. nu. 3. & Alexan. nu. 4. D. ad Trebel. Faber
hic. nu. 3. Bellonus. nu. fin. Vvesembe. nu. 4. &
43 Cuiac. in notis litera. F. atque inde † nasci-
tur, quod cum restituta per Trebell. hereditate scriptus heres maneat, fideicomissarius nun
quam heres appellatur, sed tantum heredis lo-
co esse dicitur tam hic quam in l. postulante.
44. §. 1. ad Trebellia. in l. si filius. §. 1. D. quod
cum eo cum similibus sup. allegatis, quia vnius
testatoris duo insolidum heredes esse nō pos-
sunt. l. quod contra. 184. §. vni duo. D. de regu.
44 iur. & hinc † etiam descendit, quod apud he-
redem semper iura directa consistunt, & vti-
les tantum actiones in fideicommissariū trās-
feruntur, vt docet noster textus, & textus
l. penult. §. fin. in fine. C. ad Trebellia. no-
tat post alios Ripa in d.l. 1. §. de illo. D. ad Tre
bellia. Aymon Craueta in l. 1. num. 162. D. de
legat. 1.

45 Ex quibus † conuinci potest Mencha. er-
ror qui lib. 2. de succ. resol. §. 11. nu. 13. sup. di-
ctæ difficultati satisfaciebat respondens ideò
non potuisse heredem scriptum quantumuis
restituta hereditate heredis nomen amittere,
quoniam cum fidei commissa ex prætoris iu-
risdictione penderent, vt constat ex huius tit.
princip. non potuit prætor, fideicommissariū
heredem constituere. §. quos autem infrà de
bon. possess. & ideò cum quasi heredem effe-
cit. Etenim licèt verum sit ante Trebell. S. C.
ex sola authoritate prætoria fideicommissa de
pendisse, post illud tamen iam non ex præto-
ris iure, sed ex Treb. decreto restitutio celebra
batur, quod ideo heredē fideicommissariū non
fecit, non quia non potuit, sed quia noluit, vt
ex supra dictis colligitur.

46 Neque magis † obstat ijs si aduertas veris-
sime docuisse Iustinianum hic omnes actiones
tam passiuas quā actiuas in fideicommissariū
transire neq; obesse, quod pœnales actiones
non transeant, nam cum illæ nisi lite contesta
ta, in scriptum heredem, etiam non transferan
tur. l. omnes. D. de oblig. & act. mirum esse nō
debet, quod fideicommissario non dentur in
quem verum est omnes actiones transire scili-
cet, quæ iure ciuili heredi, & in heredem com
peterent, vt noster tex. ostendit, nō vero alias
quę transmitti ad heredes non poterant, vt op
time Fab. hic & Angel. nu. 3. insinuarunt.

47 Neque item † magis stringit illa conside-
ratio, quod hic non debuerūt actiones aliquæ
fideicommissario quæri, cum illę sine cessione
transferri non possint, quæ in nostri tex. spe-
cie minime requiri videtur, nam respondeo cū
Ripa. in d.l. 1. n. 9. & alijs ibi & hîc ministerio,
& authoritate S. C. effici & operari, vt absque
vlla cessione actiones in fideicommissarium
transferantur, licèt aliàs quando ab homine
transferuntur cessio earū omni modo sit ne-
48 cessaria. Vel † dici subtilius potest ipsam-
met hereditatis restitutionem fideicommissa-
rio factam cessionis vicem sortiri, nam here-
ditatis appellatione iura quoque, & actiones
contineri dubiū non est. l. nihil. 24. D. de verb.
sign. l. hereditas. 63. de reg. iur. quæ licèt solæ,
sine cessione transire non possent, vt in iuri-
bus in argumento relatis, tamen cum vniuersi
tate bonorum rectè per solam restitutionem
fideicommissario adquirentur argumento tx.
in l. quædam sunt 62. D. de acqui. rer. dom. &
in ca. ex literis extra de iure patron. quemad-
modum videmus per aditionem ad heredem
transire. l. cum heredes. 23. D. de adq. possess.

49 Neque supra dictis † refragatur tex. in l. si
heres pecuniam. 73. D. ad Trebel. & in l. heres
à debitore. 22. D. de fideiuss. vbi probari vide
tur non aliter actiones trāsferri posse in fidei-
cōmissarium, quam si particularis earum ces-
sio interuenerit. Respondēdum etenim est ea
iura extra nostri tex. terminos loqui cum pro
cedant non in actionibus, quæ à testatore des-
cendunt, sed in illis quæ posteà ab herede ad-
quisitæ & comparatæ fuerunt, quas verum est
sine cessione in fideicōmissarium nō transire,
quia ex bonis defuncti non pendent. l. qui ita
66. §. si damnum. D. ad Trebe. notat Ripa vbi
sup. Angel. hic. nu. 4. Balduin. in §. sed quia sti-
pulationes, nu. 10. infra hoc tit.

50 Denique vltimo † argumento satisfacio
animaduertens, verum esse neminem compel
li debitorem mutare, id tamen in nostro tx. ea
de causa locum nō habere, quoniam restitutio
hereditatis non ex volūtate heredis, sed ex fa-
cto, & dispositione Trebelliani celebratur,
quod rectè potuit efficere, vt creditores here-
dis loco fideicōmissarium cōueniant, in eum-
que tanquā verum debitorē suas actiones in-
tendant, vt notarūt post ordin. hîc Bald. & Sa
licet in l. 2. C. de pact. Cuman. & Paul. in d.l. 1
D. ad Treb. quos refert. & sequitur Ripa ibid.
51 nu. 11. Ias. l. 1. lect. n. 6. neq; magis † nostri tx.
traditionem impugnat tex. in l. fi. de transact.
nam omissis multiplicibus doctorum traditio
nibus, tam ibi quàm in l. li cū emptore. D. de
pact. & in l. 3. C. de nouat. & in l. facta. §. si he-
res. D. ad Treb. quærentium quando pactum,
vel transactio venditoris hereditatis, vel here-
dis grauati, noceat emptori aut fideicommissa
rio, & an simplex sciētia debitoris sufficiat, vel

necess-

necessarium sit quod ei fiat denũtiatio ad hoc, vt soluens heredi vel venditori liberetur vel non, ego contendo pacta & transactiones ab herede grauato ante restitutionem facta fideicommissario semper & prodesse & nocere. l. si post. 22. D. de const. pecun. l. sicut. 8. §. 1. D. quib. mod. pig. sol. notat post alios Costal. in l. si tibi. §. cũ possessor. D. de pact. & facit opti. tex. in l. cum hereditas. 36. D. ad Trebell. At post restitutam hereditatem expeditum est non nocere. d. §. si heres. Si debitor cum quo pactum initur sciat fideicommissum restitutum esse: neque obstat tex. in d. l. fi. ibi etenim propter probabilem ignorantiã debitoris pactum, eum liberat & fideicommissario præiudicat, qui tamẽ poterit aduersus heredem pro quantitate in pactum deducta actionem intendere. l. 2. §. non tantum & §. fecisse. D. de her. vel act. vend. notat Glos. in cad. l. fin. quam Bart. Paul. & cæteri communiter sequuntur. & ratio est, quia licet debitorem paciscentem iusta ignorantia securum reddat; heres tamen non potuit esse securus, quoniam licet restituta hereditate actiones directas retineat, & solum vtiles transferat, vt suprà docuimus; tamen quia directæ, quæ apud eum post restitutionem consistunt inefficaces & inutiles remanent, vt probat tex. in d. l. 1. §. quãquam, & ibi omnes. D. ad Trebel. quicquid exegerit restituere compelletur. soluiturque hic text.

§. Sed quia heredis. 3.

1 *Pegasianum S.C. quartæ partis hæreditariæ retentionem heredi, totam restituere grauato cõcessit, & num. 12. cum sequen.*
2 *Pegasiani S.C. sententiam, & interpretationem qui prosequantur.*
3 *Pegasiani S.C. plures leges quæ quartæ detractionem concedunt, esse referendas, etsi nulla illius in eis mentio fiat.*
4 *Pegasiani S.C. authoritas in Trebellianũ trãslata fuit, vnde illius infrequens in libris nostris mentio. & num. 34. & sequen.*
6 *Quartam partem hereditatis quam heredes restituere grauati detrahunt, non Pegasianam, sed Falcidiam esse pluribus probari videtur. & explicatur. nu. 32. & sequent. contra Anto. Contium.*
7 *L. Mulier. 22. §. fi. D. ad S.C. Treb. & nu. 40. cum sequent.*
8 *L. 1. §. de illo. D. ad S.C. Trebel. & nu. 41.*
10 *L. in quartam. 90. D. ad leg. Falcid. & nu. 44. cum sequent.*
11 *Trebellianica an ex fideicommißis particularibus deduci possit, & nu. 40. & nu. 50. L. 1. in princ. D. ad S.C. Trebel. & nu. 52.*
12 *Pegasianum S.C. qua ratione inductum.*
13 *Labor inanis quem nulla præmia sequuntur.*
14 *Testamentorum fauore, item & heredum inductum fuit S.C. Pegasianum, & nu. 17.*
15 *Ab intestato etiam Quarta Pegasianæ detractio locum habet, & num. 16.*
18 *L. quamquam. 10. C. ad leg. Falcid.*
19 *Trebellianicæ, siue Pegasianæ quartæ detractio. vtrùm hodie nouo iure Hispano admittenda? & num. sequent.*
21 *Quartas duas vtrùm quis hodie detrahere posset. & olim, & num sequent.*
22 *Quartæ vnius ademptio aliàs excludit.*
25 *Quartæ Trebellianicæ detractionem vtrũ testator prohibere possit. & nu. seq. vsq; ad n. 30.*
31 *Pegasianæ quartæ definitio ex Franc. Hotom.*
38 *Falcidiæ appellatio vtrùm propriè Trebellianicam complectatur.*

1 CVm Trebelliano † S. C. & actionum transactione, quę eius virtute inducebatur non satis sibi cautum putarent homines, neq; vellent, quãuis omni litium metu liberati, hereditates adire quas viderent fideicommissis exhaustas, nullũ vel minimum lucrum sibi allaturas atq; ita fideicommissa extinguerentur (tradit Iustin. hic) Vespasiani Aug. temporibus Pegaso & Pusione Cõsulib. aliud S.C. factum, quo vt huic malo iretur obuiam, fuit cautũ vt ei qui rogatus esset hereditatẽ restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atq; ex l. Falcid. iam olim ex legatis retinere, concessum fuerat, addens posteà ex singulis quoq; rebus quæ per fideicommissum relinquebantur eandem retentionem permissam fuisse. quæ Iu-
2 stin. relatio † vltra ordinarios interpretes hic latissimè declaratur ab Hotom. Berr. & Ant. Aug. in l. de S.C. ca. de *Pegasiano*. Briso. de verbis iuris. verb. *Pegasiano* Bereng. Fern. in præfationib. ad l. in quartam præfat. 3, Franc. Hotom. in eruditissima illa disputatione, quã de quarta Pegasiana conscripsit. Ant. Concio li. 2. succisiuar. lect. c. 4. Fran. Duar. lib. 2. disput. c. 10. Ant. Gom. lib. 1. varia. ca. 5. nu. 2. Ferdin. Mench. de succ. resol. lib. 2. §. 11. nu. 12. Eman. Costa in 2. c. part. verb. *Trebellianicæ*. n. 2. & n.
3 8. & † de hac quarta, quę à Iustiniano hic Pegasiano. S.C. inducta dicitur debet accipi tex. in l. 1. §. denique in l. nam quod. 14. §. qui compulsus in l. cogi. §. Mætianus & §. seq. in l. si heres. 68. §. si totam cũ sexcentis alijs. D. ad S.C. Trebel. in l. 1. & tot. tit. C. eod. in l. successores C. ad leg. Falcid. in l. 1. §. hodie. D. si cui plus
4 quam per leg. Falci. apud † quas tamen mirari possemus nusquam Pegasiano hanc quartam attribui, nisi in comperto esset Iustinianũ omni Pegasiani authoritate, in Treb. translata §. sed quia stipulationes inf. hoc tit. expresse Triboniano & cæteris iuris cõpilatoribus præcepisse ne vllam aboliti iam Pegasiani mentionem, in iure relinquerent, vt constat ex l. 2. §. quintus, versic. *solum autem*. C. de vet. iur. enuc.
5 vnde † deinceps Trebelliano non tantum

actionum

actionum translatio, sed & hæc Pegasiani detractio connumerari cæpit.l. iubemus. C. eo. tit.& ex eius nomine Trebellianica appellari in cap.Raynutius de testam. in cap.si pater eod.tit.lib.6.& nostrati iure in l.fi.tit.5. par. 6.& in l.fin.tit.11.ead.par.

Verum licèt hæc ita sint,adhuc tamen tex. noster multiplici difficultate debellatur, & in primis † quod Iustinianus docet Pegasiano 6 S.C.heredibus permitti,vt quartam ex fideicommissis deducerent, impugnari videtur ex tex.in l.filius familias. 18. in l. Titia. 85. in l. pater filiæ.54. D.ad l.Falcid.in l.2.C. eod. in l.si quis priore.29.D.ad Trebel.in l.coheredi 41.§.cum filiæ, versic. *quod si heredem*. D. de vulg.in l.cum filio 11.de legat.1.in l.vnum ex familia.69.§.si de Falcidia.D.de leg. 2. in l. in testamento.C. de testamen. milit. in §. si quis priore.sup.quibus modis testam.inf.cum plurimis alijs,in quibus apertissimis verbis hanc, de qua agimus quartam non Pegasianam neque ex Pegasiano ortâ, sed Falcidiam potiùs, & Falcidia lege inductam ostendunt l.C.quibus accedit quod Paul.lib.4.sent.ca.3. & Vlpian.in frag.tit. 25. Pegasiani inuentum aliud fuisse commemorât,adeo expresse hanc quartam,Falcidiæ tribuentes, vt vel eorum testimonio aduersus Iustin. affirmare quis possit, eam ex sola lege Falcidia fluxisse.

Secundo † aduersus eandem nostri textus 7 partem expendo bellissimum.l.C.Vlpia. caput in l.mulier.22.§.fin. D. ad Trebell. vbi is qui rogatus est partem hereditatis, quam per legatum acceperat, alij rursus restituere quartæ detractionem non habet. Ergo perperâ Iustinia.hic quartam ex fideicommissis, quæ restituuntur,affirmat Pegasiano S.C.deduci per missam. Neque quis dixerit, tex. illum ea ratione procedere, quod non fuerit quasi heres grauatus is qui fideicommissum restituit, atque ideò S.C.locus esse non potuit,tunc enim 8 grauus obstabit † tex. in l.1. §. de illo. D. ad Trebel. vbi fideicommissarius alteri restituendo Trebelliani beneficio potitur, & heredis vices in omnibus explet, quod tamen negat tex.in d.§.fin.

Tertio non magis † verè noster tex.docere videtur detractionem,quæ ex fideicommissis propter Pegasianum inducitur ad exemplum, & similitudinem illius deductionis esse excogitatam, quam lege Falcidia ex legatis iâ olim retinere concessum fuerat: nam vt interim innumeras differentias omittam, quas inter has quartas adnotare interpretes solent,vt constat ex his quæ scripsit Bereng. Fernand. in d. præfatione. 3. num. 4. falsam esse nostri tex. æquiparationem,vel ex ea constabit,quæ 10 colligitur ex recõdito † illo Mârtian respon so,quod extat in l.in quartam.90.D.ad l. Falcid.scilicet vt in Falcidiam ea solum, quæ iure hereditario capiuntur imputentur;in Pegasianam verò(siue vt omnes loquuntur Trebellianam)ea omnia quæ ad heredem quocumque iudicio testatoris peruenerunt.

Vltimo contra vltimam nostræ decisionis partem, qua eam quartam, quæ ex fideicommissis singularium rerum deducitur, eandem esse docet Iustin.ac illam,quæ vniuersalia fidei 11 commissa diminuit,obstare videtur † tex. in l.1.in princ.D.ad S.C. Trebel. vbi cum præcessisset de lege Falcidia tractatus ait Vlpian. se explicito tractatu de particularibus fideicommissis agere incipere de vniuersalibus, sic tacite insinuans, fideicommissa particularia ad titulum de lege Falcidia pertinere, atq; etiam in eis Falcidianam detractionem, non Pegasianam locum habere, ergo cum ad singularia fideicõmissa Falcidia, ad vniuersalia vero Trebelliana pertineat, non eadem, vt Iustinianus ait ex illis,atque ex his sed diuersa potius retentio conceditur.

Quibus tamen † & alijs quæ adduci pote 12 rant non obstantibus, ego verissima esse omnia, quæ Iustinianus scribit, ostendere conabor,illud prius animaduertens Senatusconsulto Pegasiano in hac quartæ detractione testamentorum fauori,& conseruationi consultum esse,ne aliàs heredes ob nullum,aut minimum lucrum hereditatem adire recusarẽt, vt noster tex.ait:sicque testamentum corrueret, iuxta 13 iura vulgaria. Est † enim inanis labor,quem nulla præmia sequuntur. l. item â substituto, 13.D.de leg. præst. & ideò nemo sibi heredis nomen assumere vellet, quod frustra retinendum putaret.l.hæc stipulatio.§.1. D. vt legatorum,notat Paul.Castren.in l.1. D. ad Trebell.quæ etiam pro hac nostri tex.ratione expendi potest,dum in fine ait, eam quoq; mentem S.C. Trebel.(quod de transferen. actionibus egit)fuisse, vt magis deinceps defunctorum voluntates conseruarentur. Quæ † eadẽ 14 ratio in causa etiam fuerat,vt de legatis per legem Falcidiam,& de institutionibus more maiorum similes quartæ Falcidianæ scilicet, & legitimaria deducerentur, vt ex Iustin. colligitur in prin.sup.ad l.Falcid.& in §.igitur quartam sup.de inoffic. testam. & in nostra specie optimè adnotauit Hotom.in disput.de quarta Pegasiana in princ. Nempe, quia cum Reipublicæ interest vltimas voluntates morientium exitum habere.l.vel negare.5.D. quemadmodum testamenta aperiantur, in hoc totis neruis inuigilarunt Legislatores,vt constat ex l. si quando. 35. C. de inoffic. testamento. ex l.1.C.de Sacrosanct.Eccles.ex authen. de nuptijs.§.disponat.coll.4.cum pluribus alijs,quas in eandem sententiam adducit Bereng. Fern. in comment.ad l.in quartam,præfat.1.num.1.

15 † Quæ tamen ratio haud leuiter impugnari ex eo videtur, quod exploratum sit, non solum

lum testamẽtarios heredes, sed & omnes illos qui ab intestato legitimo, vel honorario iure succedunt huius quartę detractionem habere, l. recusare. 6. §. 1. D. ad Trebell. l. filius fam. 18. D. ad l. Falcid. l. & sine scriptura. 5. C. ad Trebellia l. filij. 16. C. fam. erciſc. l. fin. C. quando dies leg. ced. cum alijs.

16 Vrget que etiam † quod si heres testamẽto scriptus ab intestato possideat hereditatẽ, & ex edicto, *si quis omissa causa*, legata, vel fideicommissa præstare compellatur, adhuc tamẽ huius detractionis beneficio gaudet. l. duo heredes. 18. §. fi. l. cui seruus. 25. D. si quis omiſſa cauſ. testam. l. fin. C. eodem. tit. l. 1. §. ad eos. D. ad leg. Falcid. Ergo manifestè conuincitur Pegasianam quartam ob testamentorũ conser uationem inductam minimè fuisse, neq; vt heredes eius spe ad hereditatem adeundam inuitarentur, cum etiam his qui sine testamento succedunt tribuatur, quorum aditione testamentum, quod nullum est confirmari non potuit, argumento. l. nam etsi. 5. D. de iniust. rup.

17 Cui difficultati † reiecta Bereng. vbi sup. n. 7. & aliorum interpretatione, respõdendum est, non solum testamentorum fauore, sed heredum quoq; cõtemplatione hanc quartam introducta fuisse, ne nudo nomine heredes sint, & si adirent hereditatem nihil ex ea consequerẽtur. vt tradit Couar. in ca. Rainaldus in prin. extra de testam. Polytus in l. filium quem habentẽ. n. 40. C. fam. hercis. Rui. in l. nemo potest. col. 14. in princ. de leg. 1. Bolog. in rubri. D. ad leg. Falc. n. 9. Moli. lib. 1. de primog. c. 17 n. 3. qui tamen meminisse debuerũt tx. ad hãc sententiam expressi in l. potest heres. 71. ibi. *quia ea lex heredum causa lata est*. D. ad leg. Falc. cui similis est de iure nostro tx. in procem. ti. 11. par. 6. ibi. *Ca desagnisado seria; de auer nome de heredero è non le venir ende pro ninguno*, quo fit vt quamuis in ea quarta, quæ ex fideicommissis, ab intestato relictis detrahitur, prior illa ratio nostri tx. non militet, ex alia tamen rectè eorum iurium decisio sustineatur, argum. §. affinitatis. sup. de nupt. & l. liberorũ. §. 1. D. de his

18 qui not. infam. Atq; hinc † patebit interpretatio ad tx. in l. quamquam. 10. C. ad leg. Falc. vbi non solum heredi fiduciario Pegasianæ detrahendæ ius competit, verumetiam ipsius heredi, siquidem ille ante restitutionem decesserit, quod si Iustiniani rationem attendas, negandum videbatur, nam adita à rogato hereditate, iam testamentũ vires acceperat, neq; erat cur ipsius heres deductionis beneficium haberet, at si aliam causam contemplemur constabit quartæ emolumentum ibi rectè concedi, ne absq; re, & absque aliquo commodo, vacuũ & nudum heredis nomen remaneat.

19 Secundo hinc etiam † opportunè descẽdet illius admodum controuersæ quæstionis resolutio, vtrũ hodierno iure, quo per tx. in l. 1. ti. 2. lib. 5. ordin. quæ est l. 1. tit. 4. lib. 5. nou. recop. sine heredis scripti aditione legata fideicommissa, & cætera in testamento relicta vires habent, Pegasianæ deductio abolita, & antiquata fuerit. Et Herclè, si nostrum tx. inspiciamus cum eius ratio scilicet, vt testamẽtum per aditionem heredum conseruetur per supra dictas leges cesset, & correcta sit, hanc quoq; quartam cessare & correctam esse affirmandũ foret, ex vulgari regula. l. adigere. §. quamuis de iure patro. l. quod dictum. 33. D. de pact. c. cum cessante de appell. & meliori tex. in c. mi ramur, de seruit. non ordin. iuncto tex. in ca. à multis. de ætate & qualit. & alijs argumentis, quæ pro hac opinione retulit Burgos de Paz

20 in d. l. 3. n. 959. Verum † quoniam non ea tantum de causa (vt resoluimus) detractio ist- hæc inducta fuit, sed illa alia simul, ne nullum lucrum, & emolumentum heres grauatus de restituendo consequatur, & quoniam semper euitari iurium correctio debet, ita vtiliter nostrates leges superius adductæ declarãdę sunt, vt is qui ab intestato succedit, cuiq; permittitur bona etiam hereditate non adita obtinere, possit Falcidiam, & Trebellianam deducere, non secus ac scriptus heres potuisset: quam sententiam quoad Falcidiam attinet nos lucu lenter (ni fallor) defendimus in princip. ad legem Falcid. & nunc eandem in Trebellianica quoque probamus cum Anto. Gom. 1. lib. variar. cap. 12. num. 11. Burgo Pacifico vbi sup. num. 962. Ioan. Parlador. lib. 1. rerum quotidianarum. cap. 11. Ludou. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. ca. 17. à nu. 9. & Anto. Padilla in l. eam quam. n. 109. C. de fideicomis. quamuis contrarium relatis alijs defendat Matien. in d. l. 1. glo. 14. nu. 7.

21 Vlterius ad hanc quoq; partem spectat definire, quid in ea quæstione asserendum sit, qua controuertitur, an illis quibus legitima portio debetur, si fuerint de restituenda hereditate grauati, liceat simul cum legitima Pegasianam quartam deducere; & ego cum videam nostrũ tex. eam inducendæ Trebellianæ rationem fuisse, docere, ne heres ob nullum, aut minimum lucrum adire hereditatem recusaret, & ne nudum tantum heredis nomen haberet, atque adeo eis demum quadrantis retentionem permissam, qui supra dodrantem grauati fuerint. Et hæc omnia cessent, in eo qui legitimam potest detrahere, constanter affirmarem Trebellianicæ ius ei minime concedendũ, aut si Trebellianicam malit neutiquã aditum habere ad legitimam. Pro qua opinione expressa sunt iura. in l. iubemus. 6. C. de Trebel. in l. quamquã 10. & in l. si vt allegas. C. ad legem Falcid. vbi Impp. perspicuè scribunt, filios aut patres de restituendo grauatos, retenta ex S. C. beneficio quarta, reliquum dodrantem restituturos.

22 Neq; mirũ sanè; est enim, † omniũ quartarũ perpe-

perpetua regula, vt vnius adeptio, alias omnes excludat, l. Papinianus. 8. §. meminisse in fi. cum §. seq. D. de mortis. l. 1. §. penul. D. si cui plusquam, per leg. Falci. l. filium quem habentem. C. fam. herc. ibi: *supra quartam habens redde re compellitur.* l. coheredi. §. cum filiæ. D. de vulgari, ibi: *salua Falcidia cogentur.* Et præterea facit optimus tex. in auth. res quæ C. communia de leg. ibi: *aut si legitima non sufficit.* expensus vt per Bald. ibi. num. 22. Fulgos. num. 3. Paul. num. 5. & Iaf. num. 3. huius opinionis argumenta, omni solutione maiora appellat. & pro ea consuluisse refert Oldrad. consi. 205. quam etiam re ad vtramque partem optimè disputata, veriorem resoluit Hotom. lib. sing. quæstionum. quæst. fin. & in disp. de quarta Pegasia. pag. 30. eamque iure ciuili communem & certissima esse, cum plurimis quos refert affirmat Bereng. in d. l. in quartam præfat. fin. latissimè Menchac. de succes. progres. lib. 3. §. 26. numero. 33. cum seq. & nostro iure confirmatam tradit Greg. Lopez per tex. ibi. in l. 12. tit. 5. parti. 6. cui etiam adstipulatur Parlador d. lib. 1. quotid. c. 11. num fi. licet receptior sit & † praxi in vniuerso terrarum orbe obseruata glo. distinctio in d. §. meminisse docentis, quod aut filius purè grauatus est, & tunc vnicam tantum quartam deducit, aut sub die vel conditione, & tunc vtriusque detractionem habere possit, quæ sententia (eo modo, quem Berengarius, & Hotom. vbi sup. scripserunt) à Pontificibus recepta est, in cap. Rainutius. & cap. Rainal. extra de testamentis, & ab ea iudicando nefas esset recedere, vt tradit Iaso, vbi supra, & Couarru. in d. c. Rainutius. §. 11. n. 5. Fabian. in authē. nouissima à n. 197. C. de inof. Ioan. Horos. in l. si adrogator. nu. 7. D. de adopt. Costa in c. si pater, verbo, *ab}q; dedactione*, num. 3. de testam in 6. Menes. in d. authentica, res quæ à num. 35. Doctor Spino, in Speculo glos. 27. num. 22. Anton. Gomez, affirmans etiam iure regio locum habere, in l. 3. Tau. num. 82. vbi additio plures alios addu-
24 cit. Sed cum iure nostro † omnia bona excepto quinto sint legitima filij. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 17. & 27. Tauri, defendi non male posset filiū grauatū de restituenda hereditate, solū legitimā deducere posse, quod tētauit Greg. vbi su. & in l. 1. & fi. t. 11. par. 6. Cuius opinionē satis cōfirmant, quæ Bald. tradidit in cōs. 44. l. n. 2

25 Rursus superior nostri tex. ratio præstat etiam non leue fundamentum, pro communi opinione, qua docemur, Pegasianam à testatore prohiberi minime posse, vbi extraneus heres scriptus est. Etenim si Pegasiano Senatusconsulto, publicæ vtilitati, quæ in conseruatione testamentorum versatur consultum est, & etiam heredum cōmodo, & emolumento prospectum, vt supra resoluimus apparet, non pos-
le heredes à testatore eo præmio spoliari, vel ex vulgari regula tx. in l. nemo potest. 58. D. de legat. 1. l. ita autem. 5. §. Iulianus. D. de admin. tut. l. fi. D. de suis, & leg. heredi. l. neq; ex prætorio. 28. D. de reg. iur. Pro qua sententia, † vltra prædictū arg. est tex. in l. Titia. 85. D. ad leg. Falc. vbi quarta ex fideicōmissis etiam cōtra testantis voluntatem deducitur. Neq; parum facit † tx. in l. quod de bonis. 15. §. finali. D. ad leg. Falc. vbi in Falcidia (cuius cum Pegasiana fere in omnibus similis ratio est) aperte Papin. scripsit à testatore neq; minui, neq; auferri posse, deinde facit tx. † in l. 1. §. inde Neratius. D. ad Treb. vbi Vlp. scribit heredē prohibitum à testatore quartam deducere, si non detrahat nō tamen hoc illum propter testatoris interdictum facere, sed pro sua sponte & liberalitate quippe qui testatoris voluntatē impunè posset ea in re cōtemnere, quibus argumentis hanc opinionem defendit Bart. in d. l. nemo potest. n. 7. receptus Ripæ ibi. n. 43. Alcia. lib. 6. para. c. 19. licet disputando non male contraria defendi posset cum Hotom. in disput. de quarta Pegasi. pa. 38. † Sed hæc quidē iure antiquo ita obtinebāt, hodie tamen post quam ex nouissima constitutione tex, in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. expressè cōstitutum est Falcidiæ detractionē vetari à testatore posse, dubitabilius est, an idē in Trebl. recipiendū sit, & eius prohibitionē nō magis hodie, quam antea valere, tenet glo. in d. auth. sed cūtestator, verbo, *cessat*, cuius opinio communis est ex Roman. ibi. col. 2. additione ad Bart. in d. l. nemo potes. & Crot. ibi. n. 3. Alex. in l. Marcellus. n. 8. D. ad Treb. Mench. de succes. creat. §. 8. n. 5. & de succ. progr. §. 26. n. 26. vbi pro hac sentētia allegat tx. in l. fi. t. 11. par. 6. & eā rationē quod dispositio tex. in d. auth. sed cum testator, cū correctoria sit. & nouum ius inducat, nō potest ad Treb. extendi, sed in Falcidia de qua loquitur duntaxat accipi debet. Sed nihilominus † verior est contraria sententia videlicet, hodie Trebellianicam à testatore prohiberi posse, quam defendit glo. in authētico de her. & Fal. §. si vero. expressim, verb. *substitutis*, & in §. sed quia, ver, *liceat*, inf. h. t. sequitur Bart. in d. l. Marcellus. n. 7. & cōmunem appellat Cou. in c. Rainal. §. 3. nu. 6. & multis alijs relatis, Mēcha. d. nu. 26. & de succes. resolut. §. 11. nu. 25. Gualdens. de arte testand. tit. 5. caut. 31. I. Gutier. in repet. d. l. nemo potest. n. 323. qui numeris sequentibus huius partis argumenta recensēt, optimè Ant. Gom. 1. tom. var. c. 5. n. 11. & melius Bereng. in præfat. 4. ad d. l. in quartam.

Quibus † omnibus alijs interim quæ adduci possunt omissis, illud pro coronide adijciā aptissimè hanc de qua agimus quartam deferri posse Fran. Hotom. in d. disput. de Pegasiana in princ. dū ait, *quartam pegasianam esse quam heres institutus de fideicommissaria hereditate, cuius*

maiorem dodrante partem alteri restituere rogatus est, Pegasiani S.C. beneficio sibi retinet, quæ definitio quam congrua sit satis ex superioribus cõstat, & ex inferius dicẽdis etiam apparebit.

Neq; his ita constitutis quidquam aduersantur ea quæ in princ. contra nostrum tex. adduximus argumenta, & sanè † non primum: nã licet eius timore Ant. Conc. non dilutæ eruditionis autor. d. l. 162. successiuarũ. c. 4. existimauerit quartam, quæ de fideicommissis deducitur non fuisse Pegasiano S.C. inductã (quod vt ipse ait, tantum de cogendis heredibus per tractauerat) sed legem Falcid. quæ in legatis loquebatur ad fideicommissa, quæ postea eãdem iuris necessitatem habere cœperunt, pri. sup. h. tit. Principum rescriptis & prudentũ interpretationibus correctã, & extensam fuisse, quemadmodũ dicitur in l. filius fam. 18. D. ad leg. Falc. vbi probatur Diuum Pium legem Falç. & in intestatorũ hereditatibus propter fideicommissa induxisse. Adhuc tamen † nostri tex. sententiã magis probo, dũ ait Pegasianum hanc quartã induxisse, neq; temere cũ Concio solo cõtrarium aduersus Iusti. & aduersus tot, ac tantos autores, qui eũ tuentur affirmare ausim. Neq; moueor quod in iuribus in argumẽto adductis, & in infinitis alijs semper quarta, quæ de fideicõmissis deducitur Falcidia nũcupetur, neq; vnquam Pegasiano tribuatur, nam id duplici ratione cõtingit. Prima, quia † Iustiniano adeo inuisum S. C. Pegasianũ fuit propter captiosas quas continebat stipulationes (de quibus in §§. seqq. dicemus) vt eius vim totã in Treb. transfundi, & nomen ex omnibus Digest. libris exulare Tribon. & cæteris Pandect. Archetipis præceperit, vt constat ex l. 1. §. solum autem. C. de vet. iure enucl. authentico de hered. & Falci. §. etenim in legatarijs collat. 1. §. sed quia stipulationes, inf. hoc tit. qua de causa verisimile est, eos hoc præceptũ exequentes, semper hanc quartam, Falcidiã appellasse, etiam si aliquando apud veteres Iurisconsultos Pegasiana diceretur.

Secunda † autem ratio & meo sane iudicio certior ea esse potest, quam obseruat Hotom. de quarta Pegasiana pagi. 1. Duarenus de lege Falcid. c. 7. Eguinar. Baro. lib. 5. manua. tit. 5. & cum alijs quos refert Costa in c. si pater. 2. parte, verbo, *Trebellianicæ*. num. 24. scilicet, quod cum Pegasianum hanc quartam non inuenerit, sed tantum lege Falcidia inuentam in legatis, ad fideicommissa ex paritate rationis extenderit & applicauerit, vt constat ex nostro tex. & similibus, recte potuit, quinimo & debuit à nomine autoris Falcidia nuncupari, prout, in supradictis iuribus nuncupatur, & prout Iacob. Cuiacius tradit lib. 8. obserua. ca. 4. His ergo consideratis, iam liquet Concij sententiam ea iura, parum aut nihil iuuare, & nostro tex. minime contradicere, pro quo vlterius & aduersus † Concium expendo tex. in l. si sponsus. 5. §. si quis rogatus. D. de donat. inter. & alia iura, quæ adducit Brisson. de verborum. signi. lib. 3. verbo, *commodum* in primo, vbi quarta pars, quæ ex fideicommissis deducitur Senatusconsulti commodum appellatur: faciuntq; in optimum argumentum Iul. Pauli verba. lib. 4. recep. sent. c. 3. vbi ita ait: *qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, repetere eam non potest*. Ex quibus omnibus luce clarius apparet, certissimum esse quod noster tex. ait. S. C. Pegasianum Falcidiam quartam in fideicommissis induxisse, neq; id, vt vult Concius, decreta Principum, & prudentum autoritatem effecisse. † Nam quod ait tx. (quem ipse pro se allegat) in d. l. filius famil. intelligendũ est, vt ipsa verba demonstrant de fideicommissis ab intestato relictis. ad ea enim Diuus Pius legem Falcidiam extendit, quia Pegasianũ solum de his fuerat loquutum, quæ ex testamento relinquebantur, vt constat ex nostro tex. ibi, *sed quia heredes scripti*, & ibi, *atque ita extinguebantur fideicommissa*.

Quibus † sic peroratis iam quodammodo præiudicium illi quæstioni factum videtur, quam hic & alibi passim mouere interpretes solent, vtrum ne Falcidiæ apellatio in supra alleg. iurib. & in similibus alijs, in quibus ponitur pro ea quarta quæ ex Pegasiano, de fideicommissis deducitur proprie stet, an improprie? Et sane si verum est quod diximus Pegasiano non tam nouam quartam inuentam, quã legem Falcidiam ad fideicõmissa auctam manifestè constat, propriè sub Falcid. Treb. cõplecti. id quod eodẽ quo nos argumento defenderunt Alcia. in rub. ad leg. Falcid. nu. 3. Socin. in rub. ad Treb. n. 7. Rip. in d. l. in quartam. nu. 6. & cum alijs quos refert Eman. Cost. vbi suprà num. 23. Explosa sic † contraria sententia, glos. in Auth. vndè si parens, verbo, *Falcidiæ*, C. de inof. quam tamen perperam sequuntur Angel. in auth. de hered. & Falc. §. si vero expressim. col. 1. Iaso. in l. Marcellus. n. 23. D. ad Treb. Aret. in l. cum filio. 4. notab. de leg. 1. & cõmunem appellat Mencha. de succe. resolu. §. 11. nu. 6. qui tamen numeris seq. certo distinctionis fœdere has opiniones ad concordiam reducit, & aliter Baldui. hic. schol. 1. & omnino videndus Bereng. in præf. 3. ad dictam. l. in quartam, vbi plurima, in quibus hæ quartæ conueniunt, & differunt, singulariter prosequitur.

Sic ergo † prima dubitandi ratione declarata, vt ad secundã deueniamus oportet, quæ expeditam habebit resolutionem, si aduertamus quod l. C. ait, in d. l. mulier. 22. §. fi. D. ad Treb. eum qui rogatus est partem hereditatis, quam per legatum acceperat alij restituere, quartã nõ posse deducere, ea de causa procedere, quod

in eo

in eo omnes rationes deficiant & cessent, propter quas Pegasianum Falcidiam in fideicommissis induxit: nam cum ad solos heredes respexerit, eisq; quartæ deductionem permiserit, ne illis non adeuntibus testamentum corruat, vt noster tx. ait, & ne heres, qui adijt nudo tantum nomine heres remaneat, vt sup. cõsiderauimus, & is cui certa pars hereditatis legata est, non heres, sed legatarius sit, atque ita eius repudiatio nihil ad testamentum faciat, rectè docuit Vlp. eum nequaquã Pegasiani commodo gaudere debere, qua etiam de causa omnibus fideicommissarijs, qui rursus de restituẽdo fideicõmisso rogantur (quod fieri posse tradit tx. in §. præterea, inf. hoc tit.) huius etiam quartæ detractionem minime concedendam docuit tex. in l. Falcidia lex. 47. §. numquam. D. ad leg. Falc. in l. 1. §. denique. in l. ex asse. 28. in l. debitor. 59. §. fin. in illis verbis, *non qua si heres, sed quasi mater.* D. ad Treb. cui simillimus est tex. in l. cum filio. 11. ibi. *non vt heres, sed vt pater.* & melior tx. vbi eã, quam tradidimus ratione I.C. assignat, in l. si patroui. 55. §. 2. ad Treb. ibi. *cum enim semel adita est hereditas, omnis defuncti voluntas rata cõstituitur*, hoc est, (vt ego cum Hotom. explico in de Pegasia. pag. 2.) quod cũ Pegasianũ hoc vnũ spectet vt testamẽtũ aditione sustineat, si qua ratione id iã factũ est ei satisfactũ est, neq; amplius præmiũ eius obtinẽdi causa proponitur, quod iam
41 semel accidit. † Neq; sup. dictis repugnat tx. in l. 1. § de illo. D. ad Treb. quã etiã in argum. allegauimus, nã in eo tx. nõ probatur, fideicõmissarium restituentẽ quartam posse deducere, neq; in hoc heredis loco esse, sed in eo tantum, quod quemad modũ heres restituẽdo trãsfert ex Treb actiones, ita etiam transfert & fideicõmissarius: & quãuis tx. in d. l. mulier. §. fi.
42 † hoc quoq; negare videatur, dum ait, quod vt Treb. locus sit, necessariũ est vt quis quasi heres rogetur, atq; ita apertè insinuet, ad fideicõmissarios Treb. etiam non pertinere. Respondeo tamen cũ Aymone Craueta, & alijs, quos ipse refert in Rub. de leg. 1. num. 78. in eo tex. Treb. mentionem loco Pegasiani appositam, idq; suaderi ex illis finalibus verbis, *ideoq; nec quarta retinebitur*, quæ si textus de Treb. loqueretur, rectè adaptari nõ possent, cum retentio quartæ non ex Treb. sed ex Pegasiano potius, vt noster tx. docet, fuerit admissa: vel dici facilius potest verum esse, ad hoc vt Treb. sit locus requiri, vt quis quasi heres rogetur, ideo autem fideicõmissarium Treb. beneficio gaudere, vt in dicto §. de illo, quia est rogatus tan quam heres; si non directus, vtilis saltem, & qui heredis iura ferè in omnibus habet, vt sũ. diximus in §. restituta.

43 Remanet ergo † ex prædictis, vere loquutum Iustinianum hic dum ait, quartã ex omnibus fideicommissis, quæ restituũtur posse deduci, neque contrarium probare tex. in d. §. finali. qui particulari ratione procedit, quæ etiã in alijs pluribus casibus reperitur, in quibus quoque quartæ detractio nõ admittitur, quos enumerat Bereng. in d. l. in quartã, præs. 3. n. 8.

44 Ad solutionẽ autẽ † tertij argumenti deuenientes, respondeo, optimè, & secũdum iuris regulas, Iustinianum hic docuisse Pegasianam quartam ad similitudinem Falcidianæ fuisse introductã, sic enim videmus vnam alterius nomine appellari, sic vtramq; ad eundem finem induci, sic & in alijs plurimis conuenire, quæ Hotom. in disput. de Pegas. in pr. & Bereng. vbi sup. à nu. 1. retulerunt: neque obstat, quod in aliquibus differant & dissimilis earum detractionum ratio sit, vt in argumento dicebamus, id namq; ex eo prouenit, quod cum Falcidia de legatis & Pegasiana de fideicommissis, deducenda esset & legata à fideicõmissis in nõnullis casibus discreparent & diuersam naturam haberent, necessario & in quartis eadem discrimina debuerunt constitui, vt videre est in omnibus differentijs, quas passim autores adducunt, quasq; Bereg. cumulat, vbi sup. ex num. 4. Sed omnis nunc difficultas consistit in assignãda differentiæ ratione, ad tx. in dicta l. in quartam. 90. D. ad leg. Falc. vbi in Treb. ea omnia imputari docet Martian. quæ ad heredem quocunque iudicio testatoris peruenerunt, cum ad Falcidiam ea solũ pertineant, quę
45 iure hereditario capiuntur † Et Azo hoc inde prouenire existimabat, quod heres qui ex legatis Falcidiam retinet omnibus hereditarijs oneribus manet adstrictus, heres vero fiduciarius pro exigua parte dumtaxat, scilicet pro rata sui quadrantis, vt in §. sed quia, inf. hoc ti. in l. 1. §. pen. D. ad Treb. vnde illi, qui maiora onera sustinet, æquum fuisse ait, illa solum in quartam imputari, que iure hereditario capiũtur, huic vero qui minora, omnia quæ vndecũque ex iudicio testatoris peruenerint. † Bart.
46 vero ex alio fonte discriminis rationem deducit, arbitratus ex verbis legis Falcidiæ, & S.C. Pegasiani pendere, eo quod vt ipse ait, lex Falcidia præceperit, vt quarta pars hereditatis penes heredem relinqueretur, atque hãc ob rem id tantum quod iure hereditario percipitur deduci, cum tamen Pegasianum nullũ verbum de hereditate prorulerit, sed solum illud cauerit, vt de fideicommissis quarta portio re
47 tineretur. † quas tamen & alias antiquorum tationes optimè confutauit Hotom. in not. ad eandem l. in quartam enuntiat. 3. Alciat. lib. 6. paradox. c. 4. qui aliter hoc ænigma dissoluũt & aliter Duarenus ad titulum de lege Falcidia. c. 8. pag. mihi. 1225. & in lib. 2. disput. c. 10. Antonius Concius lib. 2. succes. lect. c. 5. Frãc. Vimanus in paradoxis ad legem Falcia. ca. 12. in princi. Carondas lib. 2. veros. c. 4. Vive semb. & Balduinus hic nume. 2. quorum om-

48 nium † expositiones Iacob. Cuia. irridet lib. 8. obseruat. c. 4. docens aduersus hucusq; receptam omnium sententiam, quinimo aduersus Martianum ipsum nullam in quartæ deductione inter legata, & fideicommissa, differentiam reperiri, cuius temerarium iudicium sequutus videtur Antonius Concius lib. 1. disput. c. 3. sed rectissimè reprehendit & conuincit Antonius Faber, lib. 6. coniecturalium. c. 4. Quare
49 in re † tã lubrica & obscura, ne (quod Alex. & Berengar. faciunt in d. l. in quartam, c. 2. art. 1. num. 6. ad finem) ad miserabile asylum legis non omnium. D. de legib. confugiamus. Ego interim, dum aliquid melius affertur, probo, Alcia. Duar. Vvei. Balduin. & Fabri. vbi sup. sententiam, qui ea ratione dicent supradictum discrimen inter has quartas versari, quoniam Falcidia lex non solum in heredum gratiam induxit, quod quartam ex legatis dodrantem excedentibus deducere possent, sed testatoribus etiam interdixit, ne vltra substantiæ suæ dodrantem legata relinquerent, quod si secus fecissent, infirma esse voluit legata, quatenus dodrantem excederent, & ipso iure resecari, vt constat ex l. 1. in principio. l. lineam margaritarum. 26. l. quoties. 67. l. in quantitate. 73. §. fina. D. ad legem Falci. l. 1. §. 2. D. quod legatorum princip. suprà ad l. Falcidiam. At vero Pegasianum S. C. non restrinxit fideicommittentis facultatem, vsque ad dodrantem, sed
52 id solum cauit, vt liceret heredibus, vltra dodrantem hereditatis, iussis restituere, exemplo legis Falcidiæ, quartam ex fideicommissis detrahere, vt tex. noster diserte probat. Quo fit vt legata & alia particularia relicta in Falcidiam imputari non possint: quæ iam sola legis potestate, & ipso iure integra & perfecta erat, & à dodrante iam inde ab eo tempore, quo institutio facta est, non aliam ob causam separatam, quam vt ne legatis diminuatur, & ne quæstioni postea locus esse possit, ex quibus rebus deduci eam, ac confici oporteat. At vero in Pegasianã, ea omnia cõputentur quæ quocũq; titulo capiũtur, quoniã eaprius quã retineatur, heredi acquisita dici non potest, & quoniã satis Senatusconsulti voluntas impletur, si quoquomodo quarta hereditats apud he-
53 redem remaneat, cum illud (vt diximus) retinendi tantum quadrantis ex hereditate restituenda potestatem heredi fecerit, non vero (vt lex Falcidia) testatori totius hereditatis fideicommittendæ facultatem eripuerit, vt docte scripsit Anton. Fab. d. lib. 6. coniect. capit. 3. in principio, & nos etiam suprà probauimus. in §. & cũ quæsitũ. n. 13. sup. de l. Falc.

50 Superest vt quartæ argumẽtationis † difficultatẽ diluamus, quę illus exposcit quęstionis disputationẽ, vtrum quarta de fideicommissis particularibus pet Falcidiam deduci debeat, an per Pegasianum in cuius decisione variant interpp. & adhuc sub iudice lis est. Sed ego tã de particularibus, quàm de vniuersalibus fidei commissis Pegasianũ loquutũ asseuero, nostri tx. autoritatẽ sequutus, cui nõ satisfaciunt interpretationes, quas Socin. tradit in rub. ad Treb. n. 7. euidẽtissimè enim à Bolog. impugnantur in rub. D. ad leg. Fal. n. 26. & vltra nostrum tx. pro eadẽ sententia expendo, quod cũ eo tempore quo lex Falci. lata fuit fideicommissa infirma fuissent, vt sup. in princ. resoluimus, & docet Bolog. vbi proximè num. 19. & Duar. de leg. Falc. c. 7. & lib. 2. disp. c. 2. Gou. in rubr. ad leg. Fal. in fi. impossibile est, quod ad ea pertinere potuerit, atq; ita hanc opinionem defendit Duar. ad ti. de leg. Fal. c. 1. Ang. Aret. & Theoph. hic post Acc. ver. *permissa*, & alij plures, quos recẽset Ema. Cost. in 2. c. par. ver. *Trebellianicæ*. nu. 16. Mencha. de succ. pro-
51 gre. lib. 3. §. 26. n. 20. Licet † perperam contrarium tenuerit idẽ Acc. sibi aduersus hic, ve. *perinde*, & in Rub. C. ad Treb. & C. ad l. Falc. & glos. in c. si pater, ver. *Trebellianicæ*, de testam. in 6. Ripa in d. l. in quartã. Bereng. in præf. 3. n. 6. vers. *secundo nõ obstat*, & ante eos Bart. in l. siquis seruum, §. fi. D. de leg. 2. & alij, cum quibus est Costa, vbi sup. qui hanc opinionem, & veriorem & communem appellat, pro qua de iure nostro stat tx. in l. fi. tit. 11. parti. 6.

Neq; tx. nostro, & ei quam defendimus sen-
52 tentiæ † obstat tx. in l. 1. D. ad Treb. nã omissis duabus interpretationibus Bolog. vbi sup. n. 29. verè respondendum arbitror, illa ver. *explicito tractatu*, &c. quæ difficultatẽ faciunt nõ esse referenda ad superiorẽ tit. legis Falcidiæ. sed ad Vlp. libros, quos de fideicommissis scripsit, desumpta enim ea lex 1. fuit ex Vlp. lib. fideicõmiss. 3. vt ex eius epigraphe, & inscriptione colligitur, atq; ita verissimus illorũ verborũ sensus hic est, Vlp. postquã in suis libris de particul. fideic. pertractauit, ad tractatũ & disputationẽ vniuersaliũ fideicõmissorum trã sitũ facere, fateor tamen Costæ, & aliorũ opinionẽ hodie defendi posse, postquã legata & fideicõmissa particularia fuerũt exæquata, §. sed nõ vsque, sup. de leg. l. 2. C. cõm. de leg. & aduertit Ias. in rubr. 2. lect. n. 6. ad Treb. Aut
53 quod verius † puto, postquã omnis Pegasiani autoritas in Treb. transfundi cœpit, & hoc ea ratione, quod cũ Treb. de fideicõmissarijs tantũ hereditatibus loqueretur, vt constat ex l. 1. eodẽ tit. & his quæ dixi in præcedẽti, minime ad particularia fideicõmissa potuit extẽdi, quibus Treb. natura nõ cõueniebat, vt subtiliter cõsiderauit Costa, vbi su. Vnde necessario relinquitur quartã, quæ singularia fideicõmissa diminuit, ex Pegas. quidem descendere, hodie autẽ regulis Falcidiæ esse iudicandã, quod satis est obseruatione dignum, vel propter differentiam, quam inter has detractiones ex d. l. in quartam sup. resoluimus.

§ post

§. *post quod S.C.* 4.

1 *Paraphrasis huius textus.*
2 *Legatarius partiarius, quis, remissiuè.*
L. nomen filiarum 164. §. partitionis. D. de verb. sign. remissiuè.
3 *L. vbi purè. 19. §. 1. D. ad S.C. Trebel.*
4 *Legati partitionis formula.*
5 *L. 1. C. ad S.C. Trebell. & numeris sequentibus vsq; in finem.*

1 REtenta † ex S.C. Pegasiano quarta, do cet Iustin. hic, heredem olim omnia one ra hereditaria subire, illum autem, qui ex fideicommisso reliquam hereditatem recipiebat legatarij partiarij loco esse, atq; ita ipso iu re nihil oneris ad eum pertinere indeq; cum hoc nimis asperum videretur cœpisse stipula tiones (quæ solebant inter heredem & legata rium partiarium fieri) interponi etiam inter fi deicommissarium & heredem, vt sic lucrum & damnum hereditatis postea inter eos pro rata parte commune esset. Quam prisci iuris histo riã retulit quoq; I.C. Vlp. in fragm. ti. 25. ver. *ex Pegasiano*, & Paul. lib. 4. Sent. tit. 3. vbi ita ait (*Inter heredem & fideicommissarium cui ex Pe gasiano restituitur hereditas, partis & pro parte sti pulatio interponitur, vt heredi instituto pro quarta actiones, pro cæteris vero portionibus fideicommis sario competant*) atque hoc idem Iustin. noster repetit. in. § sequẽ, versi. *at si plus.* & Theoph. hic elegantissime verba, quibus supra dictæ sti
2 pulationes cõcipiebãtur declarat † Quis autẽ partiarius legatarius esset, & qualiter partitio nis legatũ, conciperetur luculenter explanauit Vlp. vbi sup. tit. 24. vbi Iac. Cuiac. qui & in præsenti ad hoc genus legati pertinere, tradit textum l. nomen filiarum. 164. §. partitionis. D. de verborum sign. quemadmodum & Cicer. locum, libro. 2. de legibus, quem etiam cum alijs pluribus ad hanc rem pertinentibus explicat Antonius Concius. lib. 2. succesiuarum lection cap. 12. & omnino hac in re videndus Franciscus Hotomanus, & Barnab. Brisson. de verbo. significatione, verbo. *partia*
3 *rius*, & verbo, *legatarius partiarius.* † Qui tamen Brissonius perperam ad partitionis legatum pertinere docet tex. in l. vbi pure. 19. §. 1. D. ad Trebell. quoniam ibi Paulus illa verba à testatore prolata, *Te rogo Luci Titi, vt hereditatem meam cum Titio partiaris.* fideicommissum potius quam legatum continere docet, & merito, cum verbum illud, *rogo*, ad fideicommissa tantum applicari potuerit. §. finali. inf.
4 t. 1. & in partitionis † legato hæc formula ob seruaretur, *Mœuius heredes meus cum Titio hereditatem meam partito diuidito*, vt docet Vlpianus.
5 Sed aduersus † hæc omnia obijci potest Seueri & Antonini reseriptum, quod extat in l. 1. C. ad Trebell. vbi, nullis interpositis stipulationibus, hereditaria onera pro rata parte ad fideicommissarium spectant, quinimo & heredi repetitio conceditur, si vltra suam partem aliquid creditoribus hereditarijs persolue
6 rit. Neq; difficultatem † effugiet, quicum Accur. Bal. Fulg. & Salic. ibi, respondent, cã illius tex. rationem esse, quod iam tunc constitutũ fuerat, vt heres, & fideicommissarius pro rata incommoda hereditatis subirent, vt in §. sed quia stipulationes, inf. hoc tit. atque inde heredem integra debita soluentem videri fideicommissarij negotium egisse, ideoque actione negotiorum gestorum quidquid pro nouẽ
7 vncijs præstiterit recuperare. Etenim † interpretatio isthæc falsum præsupponit, cum Seuerus & Antonin. sub quibus lex illa fuit lata multo ante Iustin. viguerint, atque ita eorum tẽpore nõ pro rata (hoc enim nouè Iust. induxit), sed vniuersa onera agnoscere deberet heres, qui quartam ex Pegasiano deducebat, vt
8 constat ex nostro tex. qui † item simili morbo laborat, dum docet, easdem stipulationes partis, & pro parte inter heredem & legatarium partiarios esse necessarias, ad hoc vt huiusmodi legatarius hereditarijs debitis esset obnoxius, cum videamus simpliciter, & absque vlla stipulationum mentione, ad illũ pro sua parte onera pertinere tradidisse Paul. I.C. in l. si quis seruum. 8. §. fin. & Papin. in l. cũ filius. 78. §. 1. D. de leg. 2.

9 Sed varij † solutionibus, quæ à DD. adduci solent omissis, illa sit verissima supra dictorũ iurium interpretatio, quod licet in eis nulla stipulationum mentio reperiatur, ex nostro tamen tex. & ex Vlp. & Paul. in sup. allegatis locis, ita illa iura, necessario adiuuanda, & supplẽda sint, vt in eis terminos habiles, ideſt. prædictarum stipulationum solemnitatem interuenisse dicamus, arg. tex. in l. qui in testamento. 20. D. de testa. & melioris tex. in l. Gallus in princ. D. de liber. & posth. in qua similiter filij institutio à Gallo filiẽtio prætermissa ex alijs iuris regulis subauditur, quæ interpretatio licet obscurè ab Acc. hic insinuatur, verb. *solebant*, eamque Baldui. Vvesemb. Minsyng. & alij non respuunt.

§. *Ergo siquidem.* 5.

1 *Summa huius paragraphi.*
2 *Fideicommissarium aliquando heredis, aliquando legatarij loco esse, quomodo accipiendum.*
3 *Trebellianum S.C. cum Pegasiano, an concurrere posset?*
4 *Legatorum onus an pro rata, an in solidum ad fideicommissarium spectet? & num. 5.*
6 *L. 2. C. ad S.C. Trebell.*
7 *Hereditatis emptæ & venditæ stipulatio quomodo conciperetur? remissiue.*

ELeganti verborum serie Iust. hic. Trebelliani, & Pegasiani naturam complectitur, quam in superioribus §§. latius expo-
1 suerat. Docet ergo. quod † si heres ex defuncti voluntate quartam, aut ea amplius haberet, reliquum hereditatis fideicommmissario, ex Senatusconsulto Trebellian. restituebat & actiones hæreditariæ pro rata parte in vtrumque dabantur: At vero si supra dodrantem fuisset grauatus, vel etiam integram hereditatem restituere iussus, tunc ex Pegasiano eo sponte hereditatem adeunte, siue retenta quarta, siue non retenta, omnia onera hereditaria sustinebat, à quibus tamen, si quartam retinebat partis & pro parte, toto vero asse restituto emptæ & venditæ hereditatis stipulationibus interpositis eximebatur. De his omnibus cum iam latissimè actum à nobis sit, nūc Laconismo vtentes paucula quædam per
2 stringemus. Quorum illud primum † est, constare iam ex hoc tex. quid Iustin. significare voluerit in §. restituta sup. hoc tit. dum ait, eum, cui hereditas restituitur aliquando heredis, aliquando legatarij loco haberi. videmus namque, fideicommissarium ex Trebelliano omnis hereditas restituitur cum omnia commoda & incommoda hereditaria recipiat, atque ideò heredem adire recusantem possit, vt adeat, & restituat, compellere (vt statim dicemus) merito heredis loco haberi. l. 1. §. de illo. D. ad Trebell. l. 1. §. si filius. D. quod cum eo. illum vero cui ex Pegasiano dempta quarta restitutio fiebat, cum pro parte duntaxat onera susciperet, vt hic & in § præced. aptissime legatario partiario accommodari, quod optimè prænotauit Accur. & post cum cæteri in
3 d. §. restituta. Secundo illud † animaduerto, tunc demum olim Trebellianū locum habuisse, quando ex voluntate testantis pars quarta apud heredem relinquebatur; etenim si totam hereditatem restituere grauatus contra defuncti iudicium ipse Falcidiam (vel id in quo plus dodrante rogatus erat) deducebat, non ex Trebelliano, sed ex Pegasiano Senatusconsulto restitutio hereditatis eo casu celebratur, vt diserte docet Iustin. hic, ex quo ego non minus apte colligo non potuisse iure Digestorū Trebellianum Senatusconsul. cum Pegasiano concurrere, quod & Iac. Cuiac. adnotauit in Nou. 1. col. 12. & apertissimum redditur ex tex. in §. sed si recusabat, inf. hoc tit. vbi eo dum taxat casu quo quis coactus nullo suo lucro, nec dāno adijt hereditatem, ait Iustin. posse vtrumque Senatusconsult. in hereditatis restitutione concurrere: quod satis ostendit in alijs actibus contrarium militasse, quinimo & noster tex. hoc probat, nam si posset Trebellianum cum Pegasiano concurrere, cum ex Trebelliano actiones in fideicommissarium restitutione facta transirent. d. §. restituta, frustra stipulatio-
nes ad hoc præstādum adhiberentur, vt in spe
4 cie d. §. sed si recusabat. Tertio cōstituo † occasione nostri tx. in dubium reuocari posse communem illam, & praxi apud omnia tribunalia receptam sententiam qua docemur, legatorū onus non pro sua tantum parte, sed integrè & perfectè ad fideicommissarij personam spectare, cuius opinionis fuit autor Accurs. in l. 2. schol. 1. C. ad Trebell. & in l. 1. §. penult. & fi. D. eod. & in §. sed quia stipulationes, verbo. *actionibus*. inf. hoc tit. eamque dd. passim recipiunt, vt constat ex Guid. Papę, qui commu-
5 nem esse dicit in quæst. 296. & in cons. 8. † Sed mihi per quam falsa videtur, & disputando cō trariæ magis accederem, scilicet vt non aliter legata, atque cætera hæreditaria onera pro rata parte inter heredem & fideicommissarium diuidi debent, quod mihi tex. noster suadet, dū ait quod quarta ex voluntate testatoris apud heredem remanente, actiones hereditariæ in eum & fideicommissarium, pro rata parte dabantur, atqui negare non possumus quin actio quæ prolegatis competit hereditaria fit, nō secus atq; ea quæ pro debito datur vt innuit tx. in l. legatū. 119. D. de leg. 1. & probat apertius tx. in l. hereditariarū. 39. D. de oblig. & action. & vtiliter tradit Bal. in cōs. 172. vol. 1. atq; inde legatarium creditorum loco esse docet tx. in l. is cui. 41. de act. & oblig. l. in quantitate.
6 73. §. 1. D. ad leg. falc. Sed † & facit pro hac sententia apertissimus tx. in l. 2. C. ad Treb. vbi planissime statuitur & successionis onera & legatorum præstationem pro competenti tantum portione ad fideicommissariū pertinere, quem tex. perperā Acc. & qui eum sequuntur autores corrumpunt vt docet Hotom. in disp. de Pegasi. pag. 34. qui elegantissime hanc sententiam aduersus communem defendit & iuribus quæ eam comprobare videntur respōdet.
7 Vltimo illud adijcio † de emptæ & venditæ hereditatis stipulatione cuius tex. noster meminit & quibus illa formulis conciperetur late tractasse Theoph. Cuia. & Baldui. in d. §. restituta & optimè idem Cuia. in lib. 2. obs. c. 30. I. Minsing. & aliqui ex neotericis hic, qui tamen non considerarunt, quod cum S. C. iuris ciuilis pars essent. l. ius ciuile. 6. de iust. & iure. §. S. C. sup. de iure nat. difficile videri potest, quod noster tex. ait in heredem qui restituit hereditatem, iure ciuili actiones competere, in fideicōmissarium verò ex S. C. Trebell. cum sic ostēdat hoc à iure ciuili differre. Quæ tamen difficultas rectè perpenditur & dissoluitur ab Eman. Costa in cap. si pater 3. par. verbo. *censendum*. num. 4.

§. Sed si recusabat. 6.

1 *Heres qui coactus adit beneficio quartæ priuatur*
2 *Adire hereditatem compelli potest nemo.*

3 *Here-*

3 *Hereditatem adire, qui eam restituere granatus est, potest cogi: secus si legatis granata sit, & quæ differentiæ ratio. num. 4.*

5 *Fideicommissarius hereditatem adire compellere toties heredem potest, quoties actionum transfusio datur.*

6 *Hereditatem iam repudiatam, ex iustis causis adire potest quis cogi.*

7 *L. qui totum. 45. D. ad Senatusconsult. Trebell. & num. 8.*

9 *Heres qui hereditatem restituere granatus est Hispano nouiore iure cogi non potest, & quare. L. 1. ad fin. tit. 4. lib. 5. nouæ recop.*

1 PRoponit hic † Iustinian. caput aliud Pegasiani. S. C. quod aduersus eos heredes constitutum fuit qui ita erant formidolosi, vt neq; indemnitate per Trebellian. inducta, neq; quarta, quam eis in aditionis præmium, Pegasianum concedebat, contenti, adhuc adire hereditatē recusabant, aitque illos ex Pegasiano cogi & cōpelli solere nullo suo lucro nec dāno hereditatem adire & restituere, quo facto in fideicōmissarium omnes actiones ex Treb. migrabāt, atq; ita vtrūq; S.C. in hac specie concurrebat, Pegasianum, quo adire cogebantur & Treb. cuius virtute actionū translatio fiebat, quam nostri tex. sententiam idem Iustin. probat in. §. seq. & optimus tex. in l. 4. in l. ille à quo. 3. in l. nam quod 14. §. cōpulsus in l. recusare. in l. ita tamen. §. qui suspectam D. ad Trebel. in l. non iustam. C. eod. cū alijs quam plurimus quibus de iure nostro cōueniunt tex. in l. 14. tit. 5. part. 6. & in l. fi. tit. 11. ead. par. & tradit Vlpia. in fragm. tit. 25. vers. *si heres.* Explicantq; præter ordinarios in sup. dictis locis. Ant. Gom. lib. 1. var. c. 5. nu. 3. Ferd. Minch. lib. 2. de succ. resol. §. 11. à num. 30. Emanuel Costa. d. verb. *censendum.* à num. 2. & alij quos inf. referemus.

2 Sed pro dubitandi ratione † adduci potest vulgaris reg. tex. in l. nec emere. 16. C. de iure delib. in l. 3. §. inuito. D. de bon. pos. vbi cōstitutum est neminē vrgeri & compelli posse dānosam hereditatē vel bonorum possessionem accipere, quod adeo est certum, vt cōtra Acc. & interpp. omnes noue (& meo iudicio rectè) doceat Gouea. li. 2. varia. lect. c. 3. illorum iurium traditionem non solum in extraneis heredibus, verum & in suis etiam, & necessarijs procedere. igitur iniqua videtur, nostri textus quin potius Pegasiani decisio, dū scriptūhere dē inuitū & reluctantē suspectā hereditatē adire cōpellit. Quæ difficultas eo grauior reddi tur, quoniā vt iam satis sup. testati sumus Falcidiæ legis & Pegasiani S.C. institutum perquā simillimum est, & tamen nullibi in iure reperimus, eum qui plus nimio legatis onustam hereditatem adire recusat, ad aditionem compelli vt bene considerauit Bereng. Fern. in d. l. in quartam, præf. 3. num. 4.

3 Sed facilis est huius † difficultatis euasio eo quod licet Pegasianum ad adeundum compellat, nō tamē ex ea aditione heres damnūvllum subire cogitur, qui omnia hereditatis iura statim. ex Trebel. in fideicommissarium transfert, cuius damno & periculo adijt, vt elegātissimè docuit tx. in d. l. 4. cū alijs quos sup. allegauimus, in quibus hac etiam de causa merito heres quartæ commodo priuatur, neque enim iustū fuit vt lucrū sentiret, is qui nullum onus haberet. l. secundū naturam, de reg. iur. Neq;

4 Idē † dici potuit in hereditate legatis exhausta, non enim iure ab herede exigere legatarij potuissent vt hereditatem suspectam inuitus adiret, qui, & si maxime vellent, hereditaria onera & incōmoda in se minime susciperc poterant, quo fit, vt neque hi quibus res aliqua seu species per fideicommissum relicta est, heredis cogendi ius habeant l. nam quod. 14. §. non omnis. D. ad Treb. vbi eum demum. l. C. ait cogere posse suspectam hereditatem adire & sibi restitui, ad quem actiones transire possunt, proindeque illum tantum compelli restituere qui hereditatem rogatur restituere.

5 Ex quibus omnibus † non malè hanc generalem regulā constituemus, vt quoties actionum transfusio detur, ibi & compulsio fideicommissario concedatur, quæ adeo vera est, vt vel infimæ conditionis persona eum qui in dignitate est, cogere possit l. sed & qui. 5. l. ille à quo. 13. §. tempestiuum D. ad Trebel. fiscus etiam, municipium, necessarij heredes & hi qui abintestato succedunt, patroni, pupilli, incapaces, & absentes quinimo & quod plus est, patres per filios cogi possunt. l. recusare. 6. §. si filio §. item si municipes §. meminisse & §. sed & in filio l. ita tamen. 27. §. si patronus. l. sed cum. 12. versic. *neque pupillum.* l. cogi. 16. §. hi qui solidum & §. si pater. D. ad Treb. Sunt præterea plures aliæ nostri tex. extensiones & limitationes quas qui velit legat Nicol. Vigel. lib. 34. digest. c. 3. caus. 2. illud tamen

6 silentio † non inuoluam non solum recusantem heredem, verum eum etiam qui iam suspectam hereditatem expresse repudiauerat ex iustis causis, solere à prætore compelli adire & restituere, vt probat elegantissimum Hermogeniani responsum in d. l. nam quod. §. sed & qui repudiauit, & tradit late Costa. dicto ver. *censendum.* n. 2. rectè hinc interpretans tex. in l. qui plures. 38. §. etsi à patre. D. de vulg. & omnino videndus Iaco. Cuia. in not. ad §. extraneis, sup. de hered. qual.

7 Quibus ita constitutis † iam facile intelligere licebit difficilem tx. in l. qui totā. 45. D. ad Treb. quæ in duobus obscurissima ab omnibus reputatur. Primo dum docet, eum qui granatus est de tota hereditate restituēda, si hūc obsequiū defuncto præstare velit, ex Treb. restituere; hoc enim aperte cōtradicit tx. in §. ergo. ver.

go.vers.*at si plus*.vbi Iustin. tradit (& nos etiã cum eo docuimus) heredem qui totam hereditatem restituere iubetur, etiam si quartam nolit detrahere, ex Pegasiano restituere, emptæ & venditæ hereditatis stipulationibus interpositis. Secunda vero illius tex. difficultas cõ sistit in inuestiganda ratione responsi, I. C. dũ ait heredi qui absque quadrantis detractione integram hereditatem restituere cupit vtilius esse vt coactus à prætore adeat & restituat, quam si id sua sponte faciat.

8 Sed hæc (vt dixi) ex superioribus manifesta redduntur, & prima difficultas non obstat, nam licet eius timore Vvesemb. hic num. 6. & Balduin. in §. seq. putet in eo tex. Tribon. id quod postea Iust. lanxerat, appositisse, non verò quod Iurisconsultorum tempore obseruabatur, ego certius arbitror Modest. ibi non dissentire à Iustin. in d. versic. *at si plus*, non enim dixit heredem de tota hereditate graua tũ ex Trebelliano restituere, sed *quasi ex Trebelliano*, scilicet, quia quamuis vere & propriè in illa restitutione Pegasianum interueniret, tamen cum interpositis emptæ & venditæ hereditatis stipulationibus idem in effectu conse queretur heres, & eod. modo actiones in fidei commissarium trãsferret, ac si ex Trebelliano restitutio celebraretur, vt in d. §. restituta, qua si ex Trebelliano videbatur restituere; illa nã que dictio, *quasi*, plerumque nõ veritatem, sed similitudinem & improprietatem significat. l. 2. vbi omnes. D. de inof. l. 1. de tranſact. l. cũ quasi de fidei. lib. rubr. & prin. infrà de oblig. quæ quasi ex contr. Quod autem ibi Consultus subdit vtilius esse heredi si coactus adeat, eam mihi rationem habere videtur, quia licèt sponte sua adeundo per Pegasianum in fideicommissarium onera refunderet, id tamen non aliter fiebat, quam si illæ emptæ & venditæ hereditatis stipulationes interponerẽtur, quæ tamen ei qui coactus adibat, necessariæ non erant, cum hic ipso iure & non quasi ex Trebel. vt in primo casu, sed vere & realiter per Trebellianum actiones transferret, iuxta nostro tex. & iuxta elegantissima Iul. Paul. verba lib. 4. Sent. tit. 3. vers. *totum*. vbi Cuia. hanc interpretationẽ sentit, quam etiam subobscure insinuat Vvesem. d. n. 6.

9 His tandem † illud adijcio nostrum tex. & iura similia iam hodie apud nos antiquata esse per tx. in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordin. l. 1. in fi. tit. 4. lib. 5. nouæ recop. qua iubetur vt grauatus heres qui hereditatem recusat, illam non compellatur adire, sed potius ipse fideicommissarius ex sua persona adeat, & sibi hereditatem retineat quam legem nostram æquissimam, & ad adimendos iuris ciuilis anfractus, & ineptos circuitus maxime necessariam tradit Greg. Lopez in l. fi. tit. 5. part. 6. versiculo. *apremiar*.

§. *Sed quia stipulationes*. 7.

1 *Paraphrasis huius tex.*
2 *L. 3. C. ad Trebell.*
3 *Dignius trahit ad seminus dignum.*
4 *Repetere potest heres quartam quam ignoranter fideicommissario soluit & nu. 10. vsq; ad. 14.*
5 *Actiones, vtrum pro rata diuidantur inter heredem & fideicommissarium. & num. 14. & 17.*
7 *Pegasianum Senatusconsultum in Trebellianum translatum fuit, & quare.*
8 *Pegasiani Senatusconsulti stipulationes quare captiosæ dicantur.*
9 *Heres potest etiam hodie ex Pegasiano restituere ex Eman. Costa opinione.*
15 *L. Et sine. 5. C. ad Senatusconsul. Trebell.*
16 *Iul. Paul. locus. lib. 4. sententiarũ. tit. 3. versic.* Lex Falcidia.
17 *Inuentarium vtrum fideicommissarius confice re teneatur*
18 *Inuentarij confectio prodest, & nocet omnibus quorum interest.*
19 *Inuentarium non conficiens an amittat quartã Pegasianam, remissiuè.*
20 *Pegasianæ quartæ in subducenda ratione, quod tempus expectandum, remissiuè.*
21 *Funeris impensa ante Pegasianam vtrum deducatur, remissiuè.*
22 *Fideicommissarius, an hæres sumptus in hereditarijs rebus conseruãdis soluere debeãt, remissiuè*
23 *Quartæ nomine quæ quantitas olim & hodie cõtineatur; remissiuè.*

1 ENarrata † in superioribus §§. Trebelliani & Pegasiani. S. C. natura & differentijs quæ inter vtrumq; versabantur, id hic Iustin. docet quod hodie Pegasiano reiecto, & eius autoritate Trebelliano attributa, iam semper hereditates per fideicõmissum relictæ, per Trebellianum restituũtur, ita vt pro rata portione actionibus inter heredem & fideicommissarium diuisis, quarta à restituente possit retineri, quinimo & repeti si integram hereditatẽ per errorẽ persoluerit: quod si quadrante nõ detracto velit totã hereditatẽ præstare, vel coactus eam restituerit non ex Pegasiano, vt olim, sed ex Trebelliano absque superuacuis illis & captiosis stipulationibus omnes omnino actiones ipso iure in fideicommissarium trãsferet. Quæ noua Iustin. decisio apertè confirmatur per tx. in l. 2. vers. *Solum antẽ*. C. de vet. iure enũc. & de iure nostro in l. fi. ti. 11. par. 6. & ex ea intelligi potest tex. alias difficilis in l. 3. † C. ad Trebell. vbi quarta quæ ex fideicõmissis deducitur, quãuis Pegasiano inuẽta Trebell. tribuitur, itẽ & tx. in cap. Rainutius. & in c. Rainaldus extra de tes. & in c. si pater eod. t. lib. 6. vbi Trebellianica nũcupatur habito respectu ad hanc trãslationẽ quã Iustinianus

nianus hic recenset. De cuius explicatione late tractant Doct. quos in superioribus §§. adduximus, & quos inferius afferemus.

3 Sed ego quo † me breuius ab eius declaratione expediam nonnullas difficultates aduersus nostrum tex. obijcio. Prima quod non iuste videatur Iustin. Pegasiani autoritatem in Trebellianum transtulisse, quin potius contrarium omnino facere deberet, tùm quia vt ipse hic affirmat Pegasianum, Trebelliano posterius fuit, & visitatum est, vt posteriores leges ad se antiquiores trahant l. non est nouum. 26. cum seq. D. de legi. Cum etiam quia plura & vtiliora remedia quã Trebel. induxit (vt sup. retulimus) atque ita tanquam magis dignum, debuit ad se Trebellianum minus dignũ transferre, vt inquit tex. in c. 1. de conse. Eccl. vel alta. lib. 6. glo. in c. quod in dubijs eod. tit. in antiquis, & notat in specie Ias. in rub. D. ad Treb. 2. lec. nu. 5.

4 Secundo † aduersus tex. qua parte probat heredem, qui cum posset quartam retinere integrum fideicommissum persoluit posse postea eandem quartam repetere quasi indebite solutam, obstat difficilis tex. in l. 1. & in l. fin. C. ad leg. Falc. in l. si sponsus. §. si quis rogatus D. de donat. inter l. patrẽ 19. D. quæ in fraud. cred. l. si patronus D. de donat. & expressa Iul. Paul. verba lib. 3. Sent. tit. 3. quibus manifestè probatur, illum qui totam hereditatem restituit cum Falcidiam, vel Pegasianam retinere debuisset repetere eam nõ posse, eo quod tam non plus debito soluerit, quam plenam fidẽ & obsequium defuncto accommodauerit.

5 Tertiò non magis verè † loquutus Iust. videtur, dũ ait, deducto à fiduciario herede quadrante, pro rata portione actiones inter eum & fideicommissarium diuidi, refragatur enim Diocl. & Maximia. Imperat. rescriptum in l. & sine Senatusconsul. ad Treb. vbi apertè docemur quartam ab herede retinendam esse, ære alieno deducto, hoc est vt quarta apud eum totius oneris expers esse debeat. prout. ibi declarunt glos. schol. 2. & Salicet. in num. 1. Alex. in l. 1. §. sed si quadringenta. D. eod. & alij quã plurimi quos refert Eman. Costa in 2. ca. part. verb. *Trebellianicæ*. nu. 1. qui hunc tex. difficilem & mirabilem appellat.

6 Efficieturque † argumentum hoc pene indissolubile si adieceris Iulij Pau. verba. d. tit. 3. vbi sic ait. *Lex Falcidia itemque S. C. Pegasianum deducto omni ære alieno, Deorumque donis, quartam residuæ hereditatis ad heredem voluit pertinere.*

7 Sed his † difficultatibus non obstantibus verissima est nostri tex. decisio, merito enim Iustin. Pegasiani authoritatem in Trebellianum transtulit, non è contra quoniam etsi posterius erat & plura remedia introduxerat, captiosas tamen illas & legum simplicitati contrarias stipulationes continebat, propter quas iu stissimè antiquatum fuit, vt tex. noster declarat, & docet Portius in §. restituta. nu. 5. sup. hoc tit. Ripa in rubr. ad Trebel. nu. 4. Ias. ibidem 2. lect. nu. 5. & alij Doctores passim adnotarunt, qui tamen non aperiunt in quo illarum stipulationum captio consisteret, quin potius Accurs. hic verbo. *quibusdam.* se id ignorare ingenuè fatetur. Sed ego † cum Baldui. 8 hic arbitror ideò has stipulationes captiosas appellatas, quoniam eis interpositis heres qui lites & iudicia fugiebat pluribus litibus inuolue batur: etenim cum creditoribus hereditarijs illi res erat, & deinde cum fideicommissario agere ex stipulatione debebat, vt quod eis solusset reciperet, quod omne & citius, & commodius operari potuit actionibus ipso iure in fideicommissarium translatis prout ex Trebelliano transferuntur iuxta tex. in d. §. restituta. Vnde iam constat in heredis scripti fauorem hanc Pegasiani in Trebellianum transfu 9 sionẽ factam à Iustin. fuisse, atque inde † nõ insubtiliter (sed nescio an vere) defendere Eman. Costam vbi sup. nu. 9. Quod cum liceat cuilibet iure pro se introducto renuntiare poterit hodie heres si velit, se in antiquam subeundi onera hereditaria necessitatem reponere, & quarta deducta atque ære alieno de bonis defuncti in se retento residuum bonorum fideicommissario præstare.

10 Quo autem † secundæ argumentationi contra nostrum tex. adductæ satisfaciam animaduerto heredi pro quadrantis detractione plura remedia in iure concessa fuisse, potest namque retentione vti, vt constat ex nostro tex. ibi. *nostra autoritate retinere*, & ex l. heres. 21. D. ad Trebel. l. post mortẽ. 12. C. de fidecom. l. qui solidum. 78. de leg. 2. l. 3. D. de vsur. cuius iuris ea (vt Hotom. arbitratur in disp. de Pegas. pag. 38) vis est, vt fideicommissariæ res ipso iure minuantur arg. tex. in l. seruus 30. D. de actio empt. Rursus & familiæ erciscundæ iudicium eius petend. causa, & competit. l. sed & eius. 24. l. si ex asse 40. D. fam. erciscu. l. ita tamen. 27. §. si ex Trebelliano. D. ad Trebell. Et 11 denique † si cum posset quartam retinere totam hereditatem restituerit, quasi plus debito soluerit ad illius repetitionem admittitur, vt noster tex. ait & tex. in dicta. l. heres. 21. ibi. *Sed posse eum possessionem rerum hereditariarum repetere.* Et in l. 1. §. hæc stipulatio. D. si cui plus quã per leg. Falc. ibi. *quia etsi repetis potest id quod solutum est*, à quibus non dissentit tex. in l. si quis cum. 39. & in l. qui exceptionem 40. §. si pars. D. de cond. indeb. Vbi pro rebus quas exigere vel retinere à fidei commissario heres potuisset illi repetitio conceditur.

Neque his obstant iura, quæ in argumento adduximus nam reiecta longissima interpre- 12 tum inquisitione, vtrum † Falcidia sit debita

legatarijs & fideicommissarijs naturaliter vel non,& sic vtrum semel soluta repeti vel non repeti possit,de qua vltra ordinarios in l.1.D. de condit.indeb.& in l.cum quis. C. de iur. & fact.igno.latè agunt Mich.Crassus,de succes. §.*Falcidia*.quæst.1.Lud.Vital.in lib.2.Var. c. 22.& reiecta Claud. Canciunc. interpretatione hic,qui motus illo Pauli loco superius citato putabat,olim heredem quartam semel solutam,repetere non posse hodie vero ex noua hac Iust.constitutione posse,quod est contra tex.in d.l.heres,& iura similia.Ego certius arbitror cum Bald.Minsing. & alijs interpretibus hic.cum glos.in d.l.heres,& in d.§.hæc stipulatio in hoc casu ad hanc distinctionem recurrendum esse,quod si heres sciens † & prudens se quartam retinere posse integram hereditatem restituerit tunc repetitionem non habeat,quòd non tam plus debito soluisse quam plenam fidem defuncto accomodasse credendus sit,vt docent iura contraria quæ in hoc casu intelligi debent:si vero facti errore ductus, vel quod non bene rationes initæ essent, vel ob aliã similem causam,Falcidiã non detraxerit,& integre fideicõmissum præstauerit, tũc repetitio ei concedatur,sicut in nostro tex. & similibus conceditur,qui in hoc duntaxat casu procedunt, quæ interpretatio & distinctio apertissimis verbis à Valente I.C. describitur in l.si heres.68.§.si totam.D.ad Trebell.& ab Imp.in l.error. C. ad leg. Falc. in hæc verba. *Error facti quartæ ex causa fideicommissi non retentæ repetitionem non impedit:is autem qui sciens se posse retinere vniuersum restituit conditionem non habet.* Et conducit optimus tex. in d. l. si sponsus.§.si quis rogatus in fin. D. de donat. inter. & tex. sic interpretandus. in l. 1. C. ad Trebell. 13

Denique non † obstat tertium quod contra Iustin. hic adduximus argumentum, pro cuius resolutione constituo esse nostrum tex. velut expressum pro communi Doct.sententia quæ habet quartam, quæ ex fideicommissis deducitur non bonorum, sed hereditatis portionem siue(vt ipsi loquuntur) eotam esse;atque ita pro rata commoda & incommoda hereditaria ad eam pertinere, iuxta receptam Bart.& aliorum traditionem per tex. ibi in l.si quis seruum.8.§.fi. cum l. sequen. D. de leg.2.fulciturque superior communis opinio, vltra nostrum tex.in illis verbis:*pro rata portione*,per tex.optimum in l.mulier.22.§.fin. in l. si legatus 3.§.si filius fam.vers.*multum interest*. Et in §.si quis vna inf.hoc tit.in quibus iuribus eo tantum casu docemur quartam quæ ab herede detrahitur,ab hereditarijs oneribus immunem esse,quando illa à testatore ipso,& ex eius voluntate in certare, vel pecunia heredi assignatur;secus vero constituitur in ea quam quis pro suo iure & contra præsumptam testatoris voluntatem vi,& authoritate S.C. detrahit,& adipiscitur;quoniam in hac specie onera pro parte sustinet.Tandem pro hac eadem nostri tex.sententia facit.tex.in l.1.& in l.2. C. ad Treb.& de iure nostro tex. in l. fin. in fin. tit.11.part.6.ibi.*Otrosi dezimos que el es siempre tenudo de pagar su parte de las deudas que deuiesse el testador, quanto le copiesse a pagar por razon de esta quarta parte.* Per quæ iura, hoc, tanquam certissimum & indubitatum iuris principium tenet glos.hic,verb.*actionibus*, & post glos. & Doct.in supradictis iuribus Paul.de Montepico in l.in quartam.c.nu. 23. Socin. Iun. cons. 122.n.4.lib.1.Craueta,cons.19.nu.16.& cum alijs Eman. Costa.d.verbo.*Trebellianica*.nu. 1. Et quos ipse non refert Cuia.in notis ad hunc titulũ litera.G.& Hot.in disp. de Pegas. pag. 37.qui hinc rectè conuincunt rancidam illam glos.& doctorum cantilenam,quæ habet, verum esse pro rata quadrantis onera debitorũ ad heredem spectare,legata autem integrè à fideicommissario persoluenda esse, quod nos etiam latiùs falsum esse ostendimus in §. ergo si quidem,quæ cum ita sint † omnis nunc labor consistit in assignanda solutione ad tex. in d.l.& fine,qui manifestè probare videtur quartam,quæ apud hæredem manet,non hereditatis,sed bonorum potius eotam esse, atque ita ad eam nihil alieni æris pertinere, quam sententiam illius tex. argumento sequitur Acc. hic,verb.*quartam*.Et Vvesemb.nu.3. qui tex. noster dum ait pro rata actiones inter heredem & fideicommissarium diuidi, violentam quamdam quinimo & falsam interpretationẽ assignat.Quare priori opinione admissa, ego cum Ema.Costa vbi sup.nu.2.ad tex.in d.l.et si fine,respondeo non probari ibi,quod omnes existimant quartam sine onere esse retinendam,sed in illis verbis,*Vltra quartam ære alieno deducto*,id solum significasse Imp. posse heredẽ scriptũ vltra suã quartã,de reliquo dodrante(id est de reliquis nouẽ vncijs hereditatis) æs alienũ deducere,atq; ita fideicõmissarijs nõ dodrantẽ hereditatis sed dodrantẽ bonorũ deducto,scilicet ære alieno restituere.Quæ interpretatio eam rationem habet,quod cum olim heres qui ex Pegasiano quartam retinebat omnia onera hereditaria subiret, nisi interpositis stipulationibus sibi consuleret,vt sup.diximus in §.post quod,eueniebat interdum vt creditores,qui debitorem mutare compelli non poterant,ipsum heredem impeterent ab eoquè,debita exigerent,quæ ipse postea virtute interpositarum stipulationum à fideicommissario repetiturus erat,verum quia tutius est non soluere,quam solutum repetere.l.3. de compens. & quia semper circuitus euitari debet, is modus restituendæ fideicommissariæ hereditatis a I.C.inuentus est,vt heres vltra suam quartã onera etiã hereditaria deduceret,atque ita ipse 14 15

solus

solus in se satisfaciendi creditoribus officium & obligationem susciperet. Atq; hoc est, quod insinuare voluit tex. in dicta. l. & si fine, & quod † docuit Paul. dicto lib. 4. Sent. tit. 3.
16 versiculo. *lex Falcidia*, qui dum ait quartã Falcidiam, & S.C. Pegasianum deducto omni ære alieno ex residua hereditate ad heredem pertinere iuxta superiorem obseruationem accipi necessario debet, scilicet vt æs alienum deducatur, tam in vna, quam in alia quarta ad hoc vt heredi, eius persoluendi onus incumbat. Nã alioqui si dicamus Paul. ibi probare voluisse vtramque quartã quotam bonorum esse, pro culdubio iuris regulis eius sententia aduersabitur. Ex quibus constat quartam Falcidiam quotam hereditatis esse. l. in quartam 91. D. ad leg. Falc. Quamuis quoad superiorem effectũ æs alienũ ante deducatur. l. in imponenda. C. ad leg. Falc. l. in quantitate 73. in fin. D. eod. Quæ tamen æris alieni deductio iam hodie necessaria non erit cum per nostrum tex. ipso iure onera inter heredem & fideicommissarium pro rata portione diuidantur, neque possit heres vel extra quadrantem à creditoribus conueniri.

Constat igitur † ex prædictis eum qui quar
17 tam aduersus voluntatem testatoris deducit pro eius rata oneribus hereditarijs quinimo & legatis obnoxium manere; fideicommissarium autem pro reliquo dodrante, vnde optime adnotauit Ange. hic, num. 13. tam heredem, quã fideicommissarium teneri inuentarium facere, ne vltra vires hereditarias teneantur iuxta l. fin. vers. *etsi præfatam*. C. de iure delib. & fuit Bart. hæc sententia in l. in ratione §. quod vulgo num. 10. D. ad leg. Falc. & post eum communiter recepta teste Iaf. & Ripa. num. 7. Socin. 3. in l. 1. §. si is qui quadringenta. D. ad Treb. quos etiam Hotom. sequitur in d. disp.
18 de Pegas. p. 33. qui tamen ibidem † meritò eũdem Ang. hic, num. 14. & alios authores irridet, qui anxiè torquentur in inuestigando, vtrum inuentarium ab herede factum prosit & fideicommissario, cum satis constet inuentaria eiusmodi quæ adhibitis tabularijs fiunt publicam fidem & authoritatem obtinere. l. 1. & passim C. de tabul. l. vlt. C. arbi. tut. & generaliter ijs omnibus & aduersus eos omnes prodesse quorum interest. l. 2. D. quemadm. testamen. aper. vbi docemur eiusmodi instrumenta etiam publica censeri. Denique idem Hotom.
19 † tibi aperiet an heres qui inuentarium non confecit Pegasiana priuetur, de quo apud Doctores non leuis controuersia est, vt constat ex Angel. hic. num. 17. Ant. Gomez. 1. tom.
20 var. cap. 5. nu. 12. Et ex eodem † disces quod tempus in Pegasiano quadrante æstimando attendendum sit, & an quemadmodum † impen
21 si funeris ante Falcidianæ quartæ rationem deducitur, ita etiam & ante Pegasianæ detrahatur. † Et vtrùm sumptus in conseruandis &
22 meliorandis rebus hereditarijs facti ad heredẽ vel fideicommissarium pertineant. † Et quænam fuerit quantitas quæ olim, & quæ hodie
23 quartæ nomine de fideicommissis deducitur. De his enim omnibus interpretes hic prolixè satis disputant, quas ego ne, dum refero & refello longior sim, quam par est, tibi Hotom. qui hoc luculenter præstitit laudasse contentus, vlterius iam pergo.

§. *Nihil autem*. 8.

1 *Totius ad totum, vt valet argumentum, sic & partis ad partem.*
2 *Dubitandi noua ratio ad nostrum text.*
3 *Pegasiano vt locus sit, pars, quæ apud heredem remanet, quadrantem explere non debet.*
4 *Fideicomissarius particularis cogere heredem hereditatem adire recusantem an possit, & numero 5.*

1 QVod † in sup. §. Iust. constituit, elegan
ter hic declarat docens ex Trebell. hodie faciendam esse restitutionem, nulla differentia adhibita an ex asse institutus hereditatem totam, an eius partem, vel an ex parte heres scriptus totam eam partem, aut partẽ partis restituere rogetur. Quæ sententia ab omnibus interpretibus hic ex illa vulgari regula comprobatur, qua docemur idem iuris esse de toto quoad totum, quod de parte quoad partem. l. quæ de tota 75. de rei vend. l. qui scit. 25. vbi glo. plura iura adducit.
2 D. de vsur. Qui tamen † non callent quæ fuerit Iustin. hic dubitandi ratio, atque ita ego existimo, quod cum olim inter Trebellianum & Pegasianum hoc interesset, quod illud tunc locum habebat quando non plus quãm dodrantem hereditatis rogatus erat heres scriptus restituere, illud vero quando quis hereditatem totam, vel saltim plusquam dodrantem reddere iussus esset §. ergo, si quidem sup. hoc tit. vult Iustin. demonstrare iam nunc hoc discrimen locum non habere, semperque ex Trebelliano faciendam esse restitutionem, siue quis totam hereditatem, siue illius partẽ, siue partem partis, quam accepit restituturus sit.
3 Est tamen † illud aduertendum quod in speciebus à Iustin. relatis semper constituendum est, partem quæ apud heredem remanet quadrantem non explere, atque ita Pegasianæ locum esse, alias namque minus recta esset totius ad partem adæquatio, cum de tota hereditate quarta detrahi posset, de parte vero non ita, si alia pars ei quę restituitur similis, vel paulo minor apud heredem superforet.

4 Sed vrgere † aduersus tex. nostrum videtur quod is cui pars duntaxat hereditatis per fideicommissum relinquitur, non potest heredem

redem adire recusantem, compellere. l. nam quod 14.§.non omnis.D.ad Treb.cum tamen is cui tota hereditas relinquitur rectè possit §. sed si recusabat sup.hoc tit.(vbi latissime adnotauimus)atque ita non cad.vt tex. noster docet obseruari possunt in restitutione partis, quæ in restitutione totius hereditatis obseruantur.

5 Sed huic difficultati † obuiam eunt Ang. Baldui. Vvesem.Minsin.& alij interpretes hic citato Vlp.responso in l.cogi. §. si quis heres. D.ad Treb.& in l.1.§.sed & quoties. D. eod. vbi fideicommissarius partis hereditatis rectè heredem compellere ad adeundum potest ita vt non partem,sed totam hereditatē restituat & omnes omnino actiones in fideicommissarium transfundat,cui reliqua heredis pars velut iure accrescendi quæritur.

§. *Si quis una.* 9.

1 *Quartam qui ex voluntate testatoris deducit, pro rata onera hereditaria non subit: secus si legis autoritate retineat,& quare.*
L.1.§.sed si quadringenta, D.ad Trebel.
2 *Supplementum Quartæ retinet, cui integra re-*
3 *licta non est.& pro rata supplementi onera subit.nu.4.*
5 *Quartam siuè à testatore, siuè à lege habitā amittit, qui coactus adit.*

1 CONstituit in hoc §. Imper. † singularem differentiam inter eum qui ex legis autoritate quartam deducit,& eum qui ex testatoris iudicio aliqua re deducta siue præcepta quę quartam contineat reliquam hereditatem restituere grauatus est,nempe quod illi pro rata cum fideicōmissario onera & actiones cōmunicantur,huic verò quantumcumque sit quod præceperit,actionibus omnino in fideicommissariū transeuntibus,nulla onera obtingūt, non aliter ac si ex legato rem illam accepisset. Quæ decisio eleganti I.C.responso confirmatur & declaratur in l.si legatus 3.§.si filius,ver sic.*multum interest*.D.ad Trebel.& ei similis illa altera Iustin.decisio æquè extat in l. quoties pen.C.de hered.inst.vbi & is qui in re certa institutus est,generali coherede accepto,legatarij etiam loco habetur,neque hereditarijs actionibus agere potest,vel cōueniri, certum est etenim legatarios nulla onera subire.l.si hereditatem.;2.vers.*nam legatam* D.mand. & sanè iustissimè heres qui re certa vel pecunia retēta residuum hereditatis iussus est restituere, legatarij loco habetur,cum è diuerso, vbi certa quantitas vel res per fideicommissum relinqueretur,fideicommissarius etiam legatarij vice esset,vt notat Bald.hic,& probat tex. in l. si heres ab eo 68.D.ad Trebell. & dicemus in prin.inf.tit.prox.

2 Neque tex.† nostro aduersatur quod Vlp. ait in l.1.§.sed si quadringenta.D. ad Trebell. docens heredem qui ducenta ex testantis iudicio & voluntate retinuit creditoribus & legatarijs teneri, id namque ea ratione procedit, quod ducenta illa maiorem quarta summam efficiebant,atque ita si fideicommissarius legatarijs soluendo non sit,heres in subsidium pro ea quantitate quam vltra quartam habet ab eis potest conueniri.Quo casu nostri tx. traditionem,fallere Bart.& interpretes cæteri ibidem adnotarunt;absque iudicio tamen:quoniam Iustinia.hic in ea tantum specie nominatim loquitur in qua apud heredem res quæ quartam solam continet retinetur;vnde si excedat non negat quin in id quod excedit legatarijs tenea tur,vt rectè notat Cuiac.Baldui. & alij neoterici hic. Cum quibus & illud animaduerto post glo. verb. *quartam*, & Ang.nu.4.Quodsi
3 res † vel summa, qua retenta heres reliquam hereditatem restituere iubetur, quadrantem non expleat,tunc ei vel petere, vel retinere supplementum conceditur,vt optime scripsit I.C.in l.1. §. si heres præcepto. ibi. *retento eo quod deest*.D.ad Trebell.Cui conducit tex. in
4 l.omnimodo. C. de inoffi. Sed in hoc † casu cum supplementum non ex voluntate, sed imò contra voluntatem testatoris capiatur, atque ita in eo non sit legatarij loco, pro eius rata onera patietur heres vt aduertit glos. & post eam cæteri in d.§.si heres,& Baldui. hic.

5 In eo tamen † quarta,quæ ab herede ex defuncti iudicio retinetur, & quæ ex Pegasiani authoritate deducitur conueniunt quod vtrāque perdit (vt Iulianus ait in l.ita tamen.27. §.si præceptis. D. ad Treb.) hæres qui iussu prætoris & coactus adijt.

§. *Præterea.* 10.

1 *Fideicommissa abintestato relinqui possunt, & quare & nu.8.*
2 *Legata non nisi ex testamento relinquūtur iure ciuili Romanorum,& nu.7.& 17.*
3 *Fidei committi à fideicommissario etiam potest, & à quocunque qui à testatore honoratus est.*
4 *Falcidia,& Pegasiana abintestato,an deducantur.*
5 *Grauari legatis, fideicommissisve non potest qui honoris,lucri,aut commodi nihil accepit.*
6 *Codicillis legata relinqui possunt.& nu.16.*
9 *L.ab exhercdati substituto.129.D.de leg.1.*
10 *L.cum filio.11.D.de leg.1.*
11 *Fideicommissa minus solemni testamento relicta à legitimis heredibus cur non præstentur.*
12 *L.si Titio & Mœuio.63.§.Iulianus.l.cum pater.79.§.cum existimaret.D.de leg.2.l.3.D. de iure cod.*
13 *Fideicommissa abintestato vtrum remotiores etiam heredes præstent?& nu.seq.*

15.L.1.

15 *L.1.§.fin.D.de legatis.3.& eius lectio animad uersa.*

ABundè satis, qualiter fideicommissa testamento relinqui, & relicta restitui deoeant, in superioribus explanauit Imper. Nunc verò, vt perfectissima huius tractationis cognitio, & numeris omnibus absoluta remaneat, illud supradictis adiungit, † licere
1 morientibus eos qui sibi quocumque iure abintestato successuri sunt, necnon & fideicommissarios ipsos, de tota hęreditate, vel eius parte restituenda grauare, licèt legata nisi ex testamento non valeant. Quam tex. nostri decisionem commendat & explicat cum plurimis quos refert, Ferd. Mench. de succes. creat. §. 17 à num. 133. Eman. Costa in 1. c. p. verb. *institut* à num. 11. Ant. Faber lib. 4. coniect. ca. 15. interpretes omnes in l. 1. & in l. eam quam. C. de fid. & in l. 1. D. de leg. 1. illamque dum tradit posse fideicommissa ab intestato relinqui expressis verbis confirmat Vlp. in fragm. tit. 25. versi. *fideicommißum* Paul. lib. 4. sent. tit. 1. versi. *codicillis* & tex. in l. 1. §. hoc autem &. §. bonorum in l. recusare, 6. §. meminisse. D. ad Trebell. in l. 3. & in l. & sine. C. eodem in l. 2. C. de codic. in l. fin. C. quan. dies legat. in l. si Titio. §. Iulian. D. de leg. 2. in l. filius fam. 18. D. ad leg. Falc. in. d. l. eam quam 14. in. l. & in epistola. 22. in. l. ex testamento 29. C. de fidei com. in. §. non solum & in. §. codicillis inf. de codi. quibus nostrati iure conuenit tex. in l. 22. tit. 1. p. 6. in. l. 3. & 5. tit. 9. eadem p. Dum
2 verò † docet legata non nisi ex testamẽto valere, fulcitur per tex. in. l. ab exheredati substituto. 136. de leg. 1. in. l. codicill. 91. de leg. 2. in §. 1. infrà de codic. (iuxta vulgarem eius interpretationem, quam tamen ibidem reprehendimus) & apertiùs per tex. in l. legatum. 37. de leg. 2. & per Vlp. verba in fragm. tit. 24. vbi, legatum ita definitur, vt sit *donatio testamento relicta*. ac proinde manifestè probatur illud abintestato relinqui non posse.

3 Vltimò † postrema tex. nostri pars qua à fideicommissario etiam, fideicommitti posse docemur expressim, corroboratur authoritate tex. in. l. 1. §. illo in. l. si patroni. 55. §. qui fideicommissariam in. l. ex asse D. ad Treb. l. penult. §. cum autem. C. eod. cum pluribus aliis, quibus adstipulatur tex. in. l. abeo. 9. C. de fideic. in. l. 5. cum seq. D. de leg. 3. in. l. coheredi. 41. §. quod si heredem D. de vulg. in l. 3. tit. 9. p. 6. in prin. inf. de sing. rebus. vbi non à fideicommissario solum, sed à legatario quoque hærede hæredis, & omni eo qui aliquid ex defuncti iudicio accepit fideicommitti posse traditum est.

4 His igitur † iuribus nostri tex. decisio vndique vallatur & quod Iust. hic dixit ita elegan ter extenditur vt non solum fideicommissa ab his qui abintestato vel per fideicommissum succedunt relinqui possint, sed vt in eis etiam ita relictis actiones ex Trebelliano transferri & quarta Falcidia ab herede retineri queat nõ aliter atque si ex testamento restitutio celebraretur, in quo tamen articulo, duo obiter animaduertenda sunt. Primum in hæreditate quæ ex testamento restituitur quadrantis detractionem ex S. C. Pegasiano, in ea vero quæ abintestato, ex Diui Pij constitutione permitti. §. sed hæredes sup. hoc tit. l. filius familias. 18. D. ad leg. falc. ibi. *dixi legem falcidiam inductam esse à Diuo Pio etiam in intestatorum successionibus propter fideicommissa.* Secundum fideicommissarios de restituendo grauatos licet actiones ex Trebelliano transferant quartam tamẽ non posse deducere ex ratione tex. in. d. §. qui fideicommissariam & ex his quæ nos latius scripsimus in. d. §. sed quia heredes.

Sed licet hæc ita sint, adhuc tamen difficilis tex. nostri sententia reddi, pluribus argumentationibus potest, & vt eam omittam quæ confiatur ex. §. 1. suprà hoc tit. quoniam illam. ibi plena manu resoluimus.

5 Nunc denuo † aduersus Iust. hic primo obijtio vulgarem traditionem tex. in d. l. ab eo. C. de fideicom. in. l. 1. versi. *cum enim.* C. cõmun. de leg. in. l. plane. 97. §. fi. de leg. 1. in l. peto. 71. §. mater in fine. de leg. 2. in. l. sed & si fic. 6. §. 1. D. de leg. 3. in. l. 7. tit. 9. p. 6. in quibus iuribus vno ore fatentur cõsulti eũ cui à testatore nihil relictũ est cuiq; ex eius iudicio nihil lucri nihilq; honoris obuenit, nõ posse legatis aut fideicommissis grauari. Sed sic est quod hi qui abintestato succedunt nihil ex defuncti voluntate consequuntur, quippe qui non ab eo sed à lege ipsa ad successionem vocẽtur & admittantur, prin. inf. de legit. agnat. suc. l. 1. D. vnde cogn. vnde & legitimi heredes dicuntur in l. 3. §. de illo. D. pro socio. ergo perperam nost. tex. ait, intestati heredes posse fidei commisso grauari. Cum pro commodo quod alicui ex legis potestate & dispositione defertur grauamen imponi non possit l. si arrogator 22. versi. *cæterum.* D. de adopt. Secundò nõ
6 † minus falsa videtur Iustit. sententia dum ait legata non nisi ex testam. valere cum videamus, Codicillis etiam relinqui posse. l. si tibi. 38. §. 1. D. de leg. 1. l. Titia. 35. § fin. de leg. 2. l. quidam referunt. 24. D de iur. cod. & codicil. in testamentum sed diuersam & separatam à testamento dispositionem esse. l. non codicillum. l. si idem. C. de iure codic. §. penul. inf. de
7 codicil. Redditurque hæc eadem † nostri tex. pars, ea consideratione difficilior, quod quamuis Digestorum tempore legata fideicommissis exæquata non fuissent, intellecta (vt recentiores volunt) aliter quam sonat tex. in. l. 1. D. de leg. 1. negare tamen non licet nostri tex. tempore iam omnes omnino legatorũ &

fidei-

fideicommissorum differentias exoleuisse noua illa Iustin.constitutione quæ extat in. l. 1. & 2.C.cõmun.deleg. in. §.sed non vsque sup. de leg.quod tamen tex.noster aperte contradicit,cui non satisfacit eorum solutio qui putant ius antiquum hic à Iust.referri,hoc enim apertè respuunt illa verba.*cum alioqui legata,nisi ex testamento non valeant* quæ cum præsentis temporis sint,id ius quod in vsu est manifestè demonstrant.

8 Propter quas † difficultates mirum est quã variè tex.nost.ab interpretibus accipiatur,sed ego vt Iustin.tuear, quod ad primam attinet breuiter animaduerto, verum esse eos tantum grauari posse qui fuerint in aliquo à testatore honorati, nego tamen abintestato venientes nihil à testatore accepisse,quoniam licet certum sit eos ex dispositione legis admitti, concurrit tamen cum ea tacita defuncti voluntas, atque iudicium qui creditur sponte suas illis hereditatem reliquisse quam non ademit,quãque in alios cum posset non transtulit, cuius ratione rectè ab eis fideicommissa relinquere potest,vt appositissime scripsit Paul.in l. conficiuntur.7.versi.*sed ideo.* D. de iur. codicil. & melius Vip.in l.1.§.sciendum.D.de leg. 3. dũ generaliter tradit eorum fidei cõmittere quẽ posse ad quos aliquid peruenturum est morte eius vel dum eis datur vel dum eis non adimitur:quam sententiam & solutionem post glo. verbo *restituat.*scripserunt interpretes omnes eamdemque repetijt idem Acc. in l. si docueris.C.de fideic.& communem resoluit Peralt. in Rub.de her.inst.num. 41. Estque adeo vera vt procedat etiam illis qui abintestato iure honorario succedant quidquid glos. quam alij sequuntur contrarium voluerit in l.2.§.2.verbo *meruit.*D.de collat. bon. quam rectè per tex. nostrum & per tex.in l. 3.D.de iure codic. & in.l.si pater.47.§.fi.de fidei.lib.conuincit Peralt.in.l.heredem num.34.de legat. 2. & Menes.in d.l.ab eo num.4.iux. quæ † primò in-
9 telligi debet difficilis tex. in l. ab exheredati substituto.129.D.de leg. 1. vbi postquã Paul. tradiderat à legitimo herede filij exheredati fideicommissa relinqui non posse hæc verba subiungit *quod & legitimi eo iure præstare cogun tur,quasi si scripti essent,*apertè insinuans ea de causa à legitimis heredibus fideicommitti licere,quod & si non expresse,tacite tamen scrip-
10 ti videntur.Secundò † ex eadem, nostri tex. decidendi ratione lucem accipit,aliàs obscurissimus tex.in.l.cum filio.11. D. de leg. 1. vbi si filio vel seruo alieno legatum vel hereditas detur pater vel dominus in quorum sunt potestate,recte fideicommisso grauantur,quoniam licet relictum filio vel seruo, patri, vel domino ex potestate legis adquiratur.l.qui lib.8.§. 14 hæc verba. D.de vulg.l.3.§. hoc autem. D. de legat.præst.concurrit tamen cum ea,si non expressum, tacitum saltem testantis iudicium, qui in dubio se cum legis dispositione conformare videtur arg.l.si duo 38.D.de adq. hered. ac propterea iniunctum patri vel domino fideicommissum seruatur vt ex mente Bart. in. d.l.cum filio explicat cõmunis quam resoluit Socin ibidem num.6.Ripa.28.& contra Aretin.defendunt Ruinus col.3.Aimon in.1. par. à num.75.

11 Tertio hinc † etiã intelliges tex.in §.1.sup. hoc tit.in.l.eam quam in.l.h veritas in.l.ex testamento,cum plurib.alijs.C. de fidei. vbi ex minus solemni testamento,fideicommissa præstari non debent,id enim ea ratione procedit, quod licet eo quoque casu ad legitimos heredes successio pertineat, cum tamen erga eos nullum tacitum neque expressum iudicium testantis concurrat, qui potius quantum in se fuit alijs suam hereditatem reliquerat, fideicommissum exoluere non tenentur. Quarto
12 & † vltimo ex eodem fonte procedit interpretatio ad tex.in.l.Titio & Mæuio.63.§.Iulian.in.l.cum pater.79.§.cum existimaret. D. de leg.2.in l.3.§.1.D.de iure codic.vbi non solũ is qui à defuncto grauatus erat,sed coheres etiam eius si alterius portio deficiat, & is qui præter spem defuncti ad ipsius hereditatem ab intestato vocantur,fideicommissa prestare tenentur; nempe quia hi quoque tacita eius voluntate videantur succedere, vt notat Baldui.Canciunc.Minsin.& alij interpretes hic.

13 Sed difficilior † est articulus ille, vtrum nostri tex. decisio habeat locum in venientibus abintestato,qui cum eo tempore quo defunctus decessit,in remotiori vel inferiori gradu essent, postea proximioribus repudiantibus vel decedentibus, primum in successione locum habere cæperunt,& an fideicommissa illis iuncta ab his quoque debeantur? Et sane si defunctus ad vlteriores voluntatem suam porrexerit,deberi dubium non est, vt probat tex.in.d.l.1.§.sciendum.D. de leg. 3. si autem simpliciter eos qui abintestato sibi successuri sunt grauauerit, hic opus hic labor est. Nam hoc in casu illos tantum qui in proximiori gradu erant cum defunctus fideicommissa relinquerit teneri,cæteros autem minime eorum præstationi obnoxios esse.voluit glos.in.l.non iustam verbo *repetitum.*C.ad Treb. Et glos. fin. in d.§. Iulian. quas receptas appellat Ias. in auth. ex causa. C. de lib. præt. & in. l. licèt Imp.num. 39. D. de leg. 1. facitque pro hac sent.tex.velut expressus,in.d.l.1.§. fi. de leg. 3.& quod hi successores,cum præter spem defuncti & fortuitò admittantur dici non possunt ex tacita eius voluntate honorati, atque inde nullo onere affici debent. Sed nihilominus † contrariam sententiam & sic in supradicta specie fideicommissorum præstationem in quoscunque heredes quantumuis remotos

tran-

transire, ego semper veriorē iudicaui, quā & Curtius defendit in d.auth.ex causa n.63.& si bi contrarius Iaſ.in.l.1.§.hoc autē in vtraq; le ctura.D.ad Treb.& cū alijs quos refert Pinel. in l.1.1.p.n.73.C.de bon.mat.& Menes.in d. l.ab eo n.6. Estque pro ea manifestū.I.C.responsum in.D.l.3.D.de iure codic.& in.l. si pater.47.§.fi.D.de fideic.li.& in.l.tit.9.p.6.vbi notat Greg.verbo *despues de el.* in quibus iuribus eum qui codicillis abinteſtato factis,fideicommiſſa relinquit, perinde habendum esse traditum est ac si omnes heredes grauasset, ad quos legitima eius hereditas vel bonorum possessio esset peruentura. Et sanè rectiſsimè,nā si admittimus defunctum oneraſſe proximiorem,& sic magis dilectum veriſimile est multò fortiùs illum remotiores in gradu,quos minus diligebat grauare voluiſſe arg.tex. in. d.l. licet Imp.74.Eamque fuiſſe defuncti voluntatem prælumendum eſt,vt nón amplior hereditas ad inferioris gradus agnatos quam ad proximos peruenirет arg.l.Publ.36.§.Titia D de
15 cond.& dem. Neque obstat † tex. quem pro contraria opinione adduximus,in.d.l.1.§ fin. nam vt optime Canciun. Hotom. Baldui. & Minsing.adnotarunt.hic. num. 1. & ante eos glol.ibidem verbo.*non deberet.* quam cæteri cōmuniter sequuntur, tex. ille ea ratione docet remotiores ad præstationem fideicommiſsi non vrgeri, quoniam defuncti voluntatem eā fuiſſe apparuit,qui non ſimpliciter illud ab eo qui abinteſtato ſuccederet reliquit,ſed nominatim à primi tantum gradus heredibus vt cōstat ex illis verbis *ab eo qui primo gradu,ei ſuccedere potuit.* licet Ant. Faber magis ſubtiliter quam vere contendat, eo quoque caſu fideicommiſſa à cæteris ſucceſſoribus eſſe præſtanda,putans,male ſcriptum eſſe tex.in d.§.fi. ab eoque negationem remouendam, lib.4. coniect.c.15.quem omnino vide.

16 Supereſt vt ſecundam † difficultatem contra noſtrū.tex.adductā diluamus quod vt præſtem,ad tex.in.d.l.ſi tibi in.d.l. Titia & in d.l. quidam referunt,paucis reſpōdeo iura ea procedere in codicillis teſtam.confirmatis, in quibus quia pars teſtamenti videntur & eius vicem obtinent,rectè legata præſtantur vt nos dicemus in §.non tantum infrà de codic. & late probat Duar.li.2.diſput.c.9.Cuiac.ad Paul. lib.4.c.1.noſter vero tex.dum dicit legata nō niſi ex teſtam.valere id non excludit, qui tantum ſignificare voluit quod licet fideicommiſſa codicillis abinteſtato relinqui poſſent, legata tamen non poterant vt poſt glos.in.l.1. D. de leg.1.& alios quos refert,tradit Menchaca de ſucce.creat.17.nu.127.

17 Neque magis obſtat † quod cū omnes diff. legatorum & fideicommiſſorum ſublatæ ſint ex d.l.2.C.comm.deleg.Iuſt.tamen id negare hic videtur cum doceat fideicommiſſa abinteſtato,legata non niſi ex teſtamen.valere, nam licet hac difficultate oppreſsi Angel.Fab.Baldu. & alij. hic doceāt differentias ſupradictas etiam poſt Iuſt.vigere,& alij aliter interpretētur,vt conſtat ex.22.declarationibus quas cōgeſsit Min.vbi ſup.à.n.133. ego certius arbitror quod licet Iuſt.verbis de præſenti vtatur ius tamen antiquum refert & quod ante ſublatas differentias obſeruabatur.ita enim Imp. in his inſtitutionibus materiam legatorum & fideicommiſſorum tractat quaſi adhuc inter ea diff.rentiæ durent quod ſe facturum prædixerat in.§.ſed ne in primis ſup.de legat. ideoque hanc differentiam hic notauit licet ea iam conſtitutione ſua fuerit ſublata id quod in his regnis præciſe dicendum erit propter l.1.tit.2.li. 5.ordin.quæ eſt lex.1.tit.4.li.5.recop.licet in ſtricta diſput. defendi poſſet hanc diff.adhuc non eſſe ſublatam vt latius diximus in. §. ſed non vſque ſup.de leg.

§. *Et quia prima.* 11.

1 *Fideicommiſſa etiam ex minus ſolemni voluntate præſtanda,ex heredis confeſsione, & ex nu.5. cum ſequentibus de huius rei vera ratione.*

2 *Legata aut fideicommiſſa ex minus ſolemni voluntate non debentur.*

3 *Fideicommiſſa etiam abinteſtato relicta quinque teſtium numerum deſiderant.*

4 *Iuris iura diſconditio à Prætore cur remittatur & nu.17.*

12 *Hereditas ex minus ſolemni teſtamento, nullo iure adiri poteſt.*

1 DEſumptus † eſt hic tex.ex noua illa Iuſt. conſtitutione,quæ extat in. l. fi. C. de fideicomm. eoque docemur compelli heredem poſſe, fideicommiſſa ſibi iniuncta, etiam ſine ſcriptura,vel in minus ſolemni voluntate præſtare,ſi modo delato ſibi à fideicommiſſario iuramento ſe grauatum fuiſſe declarauerit,aut ſacramentū ſubire noluerit;vel ſi poſtquam ſe fideicommiſſo adſtrictum negauerit,cōfiteatur quidem ſed præſtandum non eſſe contendat, quod fuerit in minus valida diſpoſitione rogatus,quam deciſionem difficilē & mirabilē interpretes omnes appellant, & varij varia dum eius ratione inquirunt cōmiſcūtur,vt cōſtare poterit ex his,quæ poſt ordinatio. hic & in d.l.fin.tradit Bart.n.11.& cum eo cæteri repetentes ibidem in l.nemo poteſt.de leg.1.Alciat.in.l.verba contraxerunt geſſerunt. D. de verb.ſig.& in li.1.paradox.c.4.Dida.Cou.in. c.indicante n.1.extra de teſt.Ferratu.in neciman.iur.dialo.14.à nu.3.Ferd.Mencha.de ſucceſ.creat.li.3.§.23.à nu.7.Cuia.in parat. ad ti. C.de fideicommiſ.Iuan. Gutierr.in.d.l. nemo poteſt.ex nu.244.vſque ad nu.264. cōcordat. l.25.t.11.p.3.vbi notat & ſuiter explicat Greg. gloſ.

glos. 4.l. 14.tit. 5.p.6.vbi Greg.glos. 1. idem
2 glos. 1.in.l.34.Tit.9.p.6. Sed grauiter † obsta re videtur, ex imperfecto testam. & ex minus solemni voluntate, neque legata neque fideicommissa præstanda esse, etiam si principi relicta fuerint. l. ex imperfecto. C. de test. l. ex imperfecto. D. de leg. 3. §. fin. sup. qui mod. test. infirm. l. 1. l. si veritas. 19. l. ex testam. 29. C. de fideic. cum pluribus alijs, quas in. §. 1. huius t. adduximus. ergo contra iuris regulas Iust. respondit heredi ius iurandum deferri licere, illumque se omissæ solemnitatis exceptione defendentem audiendum non esse. Recipitque
3 † difficultas isthæc augmentum non leue ex eo quod exploratum sit, fideicommissa quantumuis abintestato codicillis relicta, quinq; saltem testiū nu. desiderare l. fi. C. de codicil. l. fi. C. de fideic. l. 1. tit. 12. p. 6. l. 32. tit. 16. p. 3. ergo ex eorum defectu corruere omnino debebant. l. si vnus. C. de testa. neque vllius iuramēti aut confessionis remedio iuuari. l. si non special. ibi. *nullo iure testamentum valet*. C. de test.
4 Denique facit ideo fuisse † iuris iurandi conditiones à prætore remissas in. l. quæ sub conditione. 8. D. de cond. instit. l. non dubitamus. D. de cond. & dem quod non oporteat viam per iurijs aperiri, quodque aliqui homines ita vsque ad religionis contemptum faciles sint adiurandum, vt dum lucrum captent, nihil Dei vltionē vereātur, alij vero ita diuini numinis vsq; ad superstitionē timidi vt malint quæ sibi relicta sunt perdere quā sacramentū iustū licet & honestū subire. Ergo pari ratione Iust. hic heredibus ius iurandū deferri, neutiquā pati debuisset; aut saltim si recusarent, nō debuerat eos tanquā confessos ad soluendū coarctare, cū possent iuramentū ex supradicta causa nolle suscipere, cūq; eos tantū manifestæ turpitudinis & cōfessionis reos esse dixerit Paul. (in. l. manifestæ. 38. D. de iureiur.) qui nolunt nec iurare, nec ius iurandū referre, atq; ita ad hoc vt recte nostri tex. cōstitutio procederet, permittēdū heredibus fuisset, fideicōmissarijs deferentibus, referre ius iurandum quod tamē
5 Iust. negat. Quibus † difficultatibus adeo nostra decisio premitur vt vix posse veritatis portum appellere videatur, & Principio Acc. hic scholio fin. illam nostri tex. ratione inuenit, vt ea de causa ex minus solēni voluntate iusserit Imp. hic fideicōmissa præstari, quod tale fuerit defuncti iudiciū, vt voluerit cū minus perfecto elogio decedere, secus autem esse eo casu dicendū, quo cum ipse solemniter voluisset testari ex aliquo accidēti vires testamenti defecerunt, vt in. d. l. si veritas cum similibus. Quā sentētiā Acc. idē repetijt in. d. l. fi. & ibi. Bart sequitur nu. 2. & Ias. num. 12. & communem dicit ibi Menes. nu. 1. & Mencha. d. §. 23.
6 num 7. † qui tamen cum Forcat. d. dialo. 14. eam aperte conuincit per tex. in. l. nemo potest. 78. de leg. 1. in. l. Codicillis. 91. §. Luci. D. de leg. 2. ex quibus constat, nō posse testandi formā iure ciuili statutā, voluntate morientiū
7 immutari. Vnde ipsemet † Acc. hic & in. d. l. fin. supradictæ solutioni parū acquiescens, in eam tandē magis inclinat, vt verum sit ex minus solēni volūtate nec fideicōmissa deberi, vt in iuribus cōtrarijs, hic autē ea ratione ab Imp. sancitū, vt heredi exceptio defectæ solēnitatis nō prosit, quia non à principio illā opposuit, sed cū semel perfidia tentus fideicōmissa negasset, postea falsus voluit ad iuris subtilitatē recurrere, vnde in pœnā mēdacij tenetur. quæ opinio antiquioribus omnibus hic mirum in modum placuit; & eā in iudicijs seruari asserit Fulgos. in. d. l. fin. nu. 7. Menes. nu. 1. & ab omnibus receptam Cou. in. ca. indicante nu. 1. extra de testam. potestq; nō male ea ratione corroborari, quod videamus plurima alia inmēdacij odiū singulari iure inducta reperiri, vt satis cōstabit ex. l. fi. D. de rei vend. in l. itē si verberatū. §. hæc actio. D. ad leg. Aquil. in l. item veniūt 20. §. cū prędiximus. D. de petit. hered. & in. §. fi. infrà de obli. quæ ex quas. contractu. (vbi nos quoq; alia adduximus) iūctis his quæ tradit Cou. in 1. di. var. c. 1. nn. 2. Porcius lib. 1.
8 conc. cōclus. 30. Sed † hanc rationē priori peiorē appellat Mench. vbi sup. nu. 8. & optimis argumētis post recentiores. hic conuincit Forcatul. in loco superius citato, cui, & Alciat. lib.
9 1. paradox. c. 4. nō † magis probatur alia Bart. (licet communi interpretum calculo recepta) traditio in. d. l. nemo potest n. 11. docentis tam hic quam in. d. l. fin. ideo fideicommissa ab herede præstari, quia non ex vi vltimæ voluntatis quæ minus solemnis erat, sed ex contractu à defuncto cū herede celebrato fideicommissarius agebat, scilicet, quod testator stipulatus fuerit ab herede restitutionem fideicommissi
10 fieri & heres spoponderit: Sed præter † diuinationis vitium eo argumento hæc Bart. sententia reprobatur quod ex nostro tex. & ex. d. l. fi. aperte constet hic de morientium, nō de viuorum actibus quæri, & quod non potuit per testatorem, fideicommissario ius aliquod virtute stipulationis adquiri. l. stipulatio ista.
11 §. alteri. D. de verborum. Quare † Forcat. vbi sup. nu. 10. & eo non relato Bald. hic schol. fi. veritati propius accedentes constituunt, hic ea ratione heredem fideicommissa à se relicta, fuisse, iurantem, vel iurare recusantem ad eorum solutionem compelli, licet dicat testamentū minus solēne fuisse, quoniā cum ipsemet hereditatem ex eodem adierit, ferendus non est si iudicium & voluntatem quam ipse, quo ad sui commodum approbauit, & legitimā duxit, minus legitimam & perfectè postea dicat, vt sic onera solui non debere causetur, contra reg. tex. in. l. vnica. §. pro secundo in fine. C. de cad. toll. cum alijs. Sed ratio hæc † quā hi
12 auctores

auctores nouandi studio tradiderūt mihi deterior superiorib⁹ videtur; qui certo certius scio, hereditatē ex imperfecto testamēto adiri non posse. l. si is ad quē. 22. l. cū quidā 30. l. sed etsi de sua 34 in fin. l. falsus. 46. D. de adq. her. imò neq; bonorum poss. l. 2. C. de bon. poss. secūd. tab. Præterea quia secundū eorum sentētiam, tx nostri decisio locum nō haberet, in his qui abintestato grauātur cum hi nullū approbent testamentū, quippè qui absq; eo ex legis dispositione ad hereditatē vocentur; quod tamen tex. noster apertè negat in illis verbis. *neq; ex quinque testiū numero.* ex quibus constat tractari hic de illa specie, qua fideicommissa intestato venientibus codicillis iniuncta sunt.

13 Sed videamus † an ne magis probari possit noua alia Mencha. opinatio vbi sup. nu. 10, docentis, hoc totū pendere ex eleganti discriminis ratione, quę etiā hodie inter legata & fideicōmissa viget, vt in illis legitimus testium numerus pro solemnitate substātiali requiratur, in his verò pro probatoria duntaxat; vnde si per iuramentū, aut alia forma. de his cōstiterit hęc deberi, illa vero non ita & arbitror defendi nō posse, nam secundū eum integra adhuc manet difficultas. d. l. si veritas & d. l. ex testamento. Præterea quia non tutū est inter legata & fideicōmissa hodie differentias cōstituere contra. l. 1. & 2. C. com. de leg. Rursus quia tex. in l. non dubiū C. de testam. solemnitatē testiū in legatis posse per agnitionem heredis suppleri probat, atq; ita manifestè insinuat, nec in eis testes formā necessariam inducere.

14 Quare ego † in re tā lubrica & obscura eximij præceptoris. D. Gab. Enriquez Primarij legū in hac Salmāticensi Academia interpretis vestigia sequutus, considero tres species in materia fideicōmissorum quę in minus solēni voluntate relinquuntur posse constitui. Quarum est prior quando testator minus solemne fecit testamentū, neq; ex parte eius aut heredis vltra progressus est, quo in casu non est cogendus heres legata aut fideicommissa præstare, sic intellecta. l. ex imperfecto & l. ex testamēto. cum alijs in argumento relatis.

15 Secunda † species est quando heres vltrò & confessus & amplexus est defuncti voluntatem minus solemnem, & in ea compellēdus relicta præstare, nulla legata sint an fideicommissa, adhibita differentia, vt decisum extat in d. l. si veritas. C. de fideicō. ibi. *nec amplexus defuncti voluntatem relicta dedisti.*

16 Tertia verò † species est quā ex facto emergentē hic & in d. l. fi. decidit Iustin. quando testator ritè vel non ritè testamento peracto, extra ipsius causam fideicōmissum reliquit, & heres de eo soluendo fidem suā dicitur astrinxisse, licèt de hoc neq; ex scriptura neq; ex legitimo testium numero cōstaret, quam speciē nouē Iustin. decidit, Radamanti iudiciū à Platone lib. 12. de legib. relatum, sequutus, constituens vt si fideicōmissarius iusiurandum deferat heredi, quem non ex minus solēni voluntate (vt perperam omnes docuerūt) sed extra causam testamēti rogatum cōtendit, & ille recuset iusiurandum subire, pro confesso habeatur, & maiori ratione si iure fideicōmissa à se relicta, atq; ita ad eorum præstationē coarctetur, neq; se possit ob non seruatā in relinquendo iuris solemnitatem defendere, hæc enim ei hoc in casu non prodest, quia fideicōmissarius præter testamēti causam rogatū eum asseuerat totius rei decisionē ipsius iuramēto relinquēs, quo delato, si ipse grauatū se dixerit aut ob recusationē, præsumptione legis pro cōfesso habeatur soluere cōpellitur, cū prædicto modo iam satis de volūtate moriētis constiterit, quę sola in fideicōmissis ius facit. l. pen. D. de leg. 1. & iniustū sit fidē ab herede defuncto datam decipere. l. 1. D. de const. pec. quod vt insinuet Iust. adducit prima fideicōmissorum cunabula à sola fide heredū pependisse. Et quod fuerit heres extra causam testamenti rogatus in illis verbis demōstrat. *neq; scriptura, &c.* & in illis, vel nemo penitus, testis interuenerit, & in illis *quod nihil tale à testatore audiuit.* ex quibus constat omne negotium inter heredem & defunctum absq; aliqua testamenti vel codicillorum confectione celebratum fuisse. 17

Ex quo fluit † etiam ad secundam rationē dubitandi solutio, quia hic ideò Iustinianus iurisiurandi delationem permisit, quoniam non aliter fideicōmissarius ius suum persequi poterat propter probationum inopiam, & quoniā aliter deperiret voluntas testatoris fidei heredis commissa, ideò autem non potuit heres ius iurandū actori referre, vt in d. l. manifestè, quoniā de conscientia propria heredis agebatur, quo casu relatio locum non habet, vt probat tex. vbi notant omnes in l. Marcellus. §. 1. D. rerum amot. ibi. *cum iniquum sit de alieno facto alium iurare.* & aduertit Vvesemb. hic nu. 13.

Titulus XXIIII.

De singulis rebus per fideicommissum relictis.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Fideicommissum à legato quatenus distet.*

1 DIximus † in explicatione rubricæ superioris tit. sub n. 9. fideicōmissorum alia vniuersalia, alia particularia esse, cumq; superiori titulo de vniuersalibus satis cū Iustin. actum sit, eū nunc sequuti de particularibus adijciemus paucula, fideicommissum autem † à legato lōgè distat, licèt inter vtrūq; 2

nullum esse discrimen putauerit Did. Spino in spe. testam. glo. 27. nu. 9. asserens fideicõmissa particularia legata esse per fideicõmissum relicta; quasi legatorum species aliqua fideicõmissum particulare sit, quod tamẽ expressè cõuincitur ex Iustin. in §. sed olim sup. de leg. & ijs quę nos ex Iul. Paul. & Domit. Vlp. adduximus ibid; tũ etiam quia legata non nisi ab herede relinqui possunt, vt ex definitione quã in prin. sup. de leg. Iust. proposuit fideicommissa verò particularia nõ ab herede tantũ, sed & à legatario, & alijs etiã relinquũtur, tx. in prin. inst. hoc tit. ergo si fideicõmissa quantũuis particularia legata appellari nõ debẽt. Rectè Pet. Greg. 3. par. syntag. li. 42. c. 32. n. 55. legata ait, quæ legis modo ab herede relinquuntur, siue per vindicationẽ, pręceptionem, dãnationem, sinendi modũ, siue partitionẽ, (de quib. omnibus speciebus siue legatorũ generibus latè suprà. d. tit. de leg.) id est, quæ verbis directis, ciuilibus; fideicõmissa verò particularia quæ siue ab herede, legatario, fideicõmissario aut quocũque alio à testatore honorato oblique, verbis precatiuis & inflexis relinquuntur rei alicuius singularis, certivè corporis, siue quãtitatis; sequitur sine scrupulo Marc. Ant. Peregri. tract. de fideicõ. q. 1. n. 5. & ex Iusti. nostro. in huius ti. pri. Quũque particulare fideicõmissũ modus quoq; sit, quo rerũ dominia nãcisci possimus recte Iustin. inter eos illum recenset.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Fideicommissum singulare ab herede, legatario, fideicommissario relinqui potest.*
2 *Legata à legatario an hodie possint. & nu. 3.*

1 Fideicommissum † rerum singularũ tum ab herede, tũ à legatario relinqui potest, quinimò & à fideicõmissario, mortis causa donatario, & quocũq; alio, qui à testatore honoratus est. Caius in Instit. li. 2. c. 7. idem deducens ex l. coheredi. 41. §. quod si heredẽ. D. de vulg. l. vt heredibus. 50. l. cũ pater. 79. §. 1. & §. Titio fratri. D. de leg. 2. l. si fuerit. 5. §. 1. D. de leg. 3. l. Publi. Mæui 36. §. 1. de cõd. & dem. l. ab eo 9. C. de fideicom. cõcordat. l. 3. tit. 9. p. 6. Vbi Greg. glo. 4. 5. & 8. & in l. 4. glo. fi. eiusdem tit. Ant. Gom. 1. tom. c. 5. nu. 43. & c. 12. nu. 54. & nos in §. prætereà sup. tit. proxi. vbi idem Imp. probat. Sed pro dubitandi ratione
2 † cõtra textum ibi, *quamuis à legatario legari non possit.* Sic arguitur, inter legata & fideicõmissa, hodie nulla, ex pluribus quę olim erant, extat differentia. §. sed nõ vsq; sup. de leg. vbi diximus. Sed à legatario fideicommitti potest ex nostro tex. ergo. & ab eo poterit legari.

3 Huic difficultati † respõdet Accur. hic verbo. *non possit.* & in l. 1. glo. magna. D. de leg. 1. Iusti. in hoc tx. secundũ antiqua iura loqui, & illis admissis differẽtijs quę ante ipsum erant, quasq; ipse sustulit, noua illa sua decisione. l. 2 C. com. de leg. Sed eius solutionẽ facilè conuincens ex nostro tx. verb. *legari non possit.* quę verba satis ostendũt & olim & hodie hac in re eodem iure vti. Accedit legati definitio ab eodẽ ipsomet Iusti. tradita, vbi enixè ostendit, neq; hodie à legatario, sed ab herede tantũmodo legatum relinquendũ esse. Ergo ea solutione, & alijs omissis quas in d. l. 1. D. de leg. 1. & ordinarij interp. & repetentes prosequũtur. & Anton. Menes. in d. l. ab eo. ex nu. 1. C. de fideic. ex his quæ notauimus in §. prętereà. n. 17. sup. de fideicom. her. dicendũ est, quod etsi sublatę iam sint differẽtiæ omnes inter legata & fideicommissa noua eiusdẽ Imp. lege, adhuc tamen earũ restant vestigia nonnulla, quę penitus nõ sunt saltim ex libris Institutionũ reiecta, quo magis vetus illud cognoscatur ius, inter alia hæc vna, neque hodie imperatiuis verbis à legatario legari posse, nec quod sic relictũ sit legatum existimandum, ne aliàs definitio corruat, quod si factum fuerit iure fideicommissi ex d. l. 2. C. com. de lega. relictum sustinebitur, quia verborum differentiæ sublatæ sint, maximè apud nos ex d. l. 3. tit. 9. par. 6.

§. *Potest autem.* 1.

1 *Fideicommissum nõ solum rei testatoris, sed & heredis & legatarij, & fideicommissarij relinqui potest.*
2 *Fideicommisso nõ potest quis plus grauari, quã à testatore habuit.*

1 REpetit hic Iustin. † quæ in §. non solũ. & sequenti, sup. de leg. in eorum tractatione scripserat & docuerat, ergo quemadmodum legatũ rei testatoris, heredis, siue alterius cuiuscumq; cõsistit, sic etiam & fideicõmissum eiusdem heredi, legatario siue fideicõmissario iunctũ, quam sententiam probant. l. sed si 40. D. de leg. 1. l. cũ alienã. 10. C. de leg. l. heredũ. 25. C. de fideic. Paul. li. 4. sent. tit. 1. vers. *non solum.* consonat. l. 4. l. 10. tit. 9. p. 6. explicat Concius. lib. 1. succes. c. 12. Peralta in l. heredem. nu. 26. D. de leg. 2. & nos latè in d. §. non solũ IN VERS. *Hoc solum.*

2 Fideicõmissario † onus imponi potest non tantũ dandi, verũ etiam restituendi, ita tamen nisi ei dãnosum fit. l. libertates. 16. l. Paulus. 39 D. de fideicõ. liber. nam quod quis pluscũq; ex testamẽto cæperit restituere rogatur adimplere non cogitur. l. filius fam. 114. §. vt quis heredẽ. D. de leg. 1. l. 1. §. si is qui. D. ad Trebel. l. 3. & 7. tit. 9. p. 6. absurdũ enim esset plus oneris quã honoris imponi, aut vltra æstimationem eorũ bonorũ quę testator onerato reliquit. l. debitor. 59. §. ea quę dotẽ. D. ad S. C. Trebell. d. l. ab eo. 9. l. pater. 14. C. ad leg. Falcid. Vnde, quę aliunde, quam ex testatoris hereditate veniũt in fideicõmissum nõ cadũt. l. mulier. 22. §.

cum

cũ ꝓponeretur. D. ad Treb. l. fi Titius. 96. D. de leg. 3. cuius tamẽ regulę nõnullas limitationes adduxit hic Accur. verb. *inutiliter*. quas Baldus. hic. & Mynsing. exornantes prosequuntur, nos alio properantes non insistimus.

§. *Libertas quoque.* 2.

1 *Libertas per fideicõmissum alienis etiã seruis relinqui potest: directo non ita, & quare. n.* 2.
3 *Fideicommissaria libertas proprij serui cur sustineatur.*
4 *Fideicommissaria libertas quando alieno seruo imponenda, elegans distinctio.*

1 LIbertas quoq; per fideicõmissum dari & relinqui potest, nõ tãtũ testatoris seruo, sed & heredis, legatarij, vel fideicom. l. libertates, C. libert. de fid. l. alieno. l. Paul. & per tot. tit. D. de fideicõ. liber. l. deliberi. 6. C. eod. l. 6. ti. 9 p. 6 illud autẽ notabis testatoris seruis etiã directo posse libertates relinqui, alienis nõ item l. seruo. 9. C. de test. manumis. l. 2. C. de his qui
2 à non dom. hoc ideò, † quia cũ libertates quę directo relinquuntur per legatũ relinquendæ sint, idest (vt sæpe diximus) legis modo, & imperatiuè, pro imperio de alienis seruis statuere nihil possumus, quid inter vtrãq; libertatẽ, & directã & fideicõmissariã intersit plane dedu-
3 ces ex. §. qui autẽ statim sequẽti. Et quãuis † videretur frustrã testatorẽ heredem suũ rogare, eiusdem testatoris seruũ vt manumittat, cũ & testatoris & serui fauor animaduerti videatur, si manumissio ab eodẽ fieret; placuit tamen & heredis & serui etiam fauore dispositionẽ de-
4 fendi. Ergo † si testatoris seruus manumittẽdus sit, vel qui ipsius sit heredis, libertas debetur. Si verò seruus sit legatarij, & is legatũ agnouit, quãuis seruus pluris sit, heredi eũ ad manumittendum præstare cogitur. l generaliter. 24. D. de fideicom. lib. quod si legatũ nõ agnouit, cogi nõ potest. d. l. deberi. 6. Idẽ & in legatario qui manumittere rogatur admittendum est. Quod si alienus seruus sit nec heredis, nec legatarij, heres manumittere semper tenetur, legatarius si tanti eum emere possit, quãti est id quod ex testamento accepit, nec ideò excusari poterunt, quod dominus seruum vendere nolit (nec enim cogi poterit) emendi enim opportunitas expectanda est, interimque pendet libertas. tex. hic. & in d. l. deberi.

§. *Qui autem.* 3.

1 *Orcinus libertus quis, & quare sic dictus, & quibus calibus fiat.*
2 *Orcinus libertus, libertus testatoris, & libertus nullius dicitur.*
3 *Directa libertas seruis proprijs tantummodo relinquitur.*
4 *Libertas fideicommissaria ius patronatus manumissori tribuit.*

1 MAnumissus † à testatore directo, eius fit libertus; manumissus per fideicõmissum, manumissoris. l. his quibus. 7. C. de fideicom. lib. l. directis. 10 C. de test. man. ille Orcinus libertus appellatur, quasi testatoris orco demissus, seu, vt Apeleius loquitur, qui iã in peculio Proserpinæ, & in Orci familia numeratur libertus; Theophil. Charonianũ eũ appellat, quasi dicas libertũ Orci, seu mortis, seu Plutonis cui fabulæ inferorũ regna tribuerãt, erat enim Orcus, mors, vel locus mortuorum, vt apud Plaut. in Asinar. *Bene vale, apud Orcum te videbo.* obseruant latius Hotom. Brisson. Prateius, & reliqui qui de verb. sig. scripserũt. verbo. *Orcus.* & verb. *Orcini liberti.* Alex. lib. 3. die. genial. c. 25. ad fin. Conna. lib. 2. c. 4. n. 5. Pet. Greg. 2. p. Synt. lib. 14. c. 5. n. 14. & c. 7. n. 11. Tiraq. in l. si vnquã. verb. *libertis.* n. 124. C. de reuo. donat. itaq; qui mortui domini manumissoris libertus fiebat, quia abeo directo libertatẽ acceperat, Orcinus libertus in libris nostris appellatur, tx. hic. & in l. duo socij. 8. D. de hered. inst. l. dominus seruũ. 22. D. de pec. leg. l. 2 §. per contrarium. D. de dot. præleg. & passim alibi. Inde est (vt Vlp. ait in l. qui statu liberi. 2 D. de stat. lib.) statu liberũ ea conditione esse, vt siue alienetur, siue vsucapiatur, siue manumittatur nõ perdat spẽ Orcini liberti, obtingẽte eius cõditione in quam statutam & destinatã libertatem habet, in libertatẽ eripitur, & tã quã testamẽto manumissus testatoris libertus efficitur. Prætereà † qui ob necẽ detectã do
2 mini prẽmiũ libertatis cõsequitur Orcinus fit libertus. l. qui obnecẽ. 5, D. qui sine manumis. quã quia ex S. C. consequitur nullius libertus dicitur in l. si necẽ. 4. D. de bon. liber. (quomodo duę hę leges quę in speciẽ pugnare vidẽtur cõciliandæ sunt, cum erudito Brisso. lib. 13. de verb. signif. pag. 2. fol. 468.) Orcini liberti testatoris funus pileati sequebantur, vel in ipso lectulo cadauer vẽtilabant. l. 1. §. Sed & qui. C. de lat. liber. tol. eorũ (vt diximꝰ) testator patronus habetur. l. dñs Sticho. 23. D. de pec. lega.
Directa † libertas opponitur fideicõmissarię.
3 Directa libertas dicitur, cũ seruũ suũ testator ipse se mortuo liberũ esse iubet, nec ab alio dari libertatẽ mandat. l. quidã. 19. D. de man. testam. quæ statim ab adita hereditate solius testatoris volũtate cedit. l. si legato. 11. §. 1. D. illotit. hæc accipi, nisi ab eo qui testamenti & mortis tẽpore testatoris fuerit, non potest. l. seruitus. 35. D. de testam. manumis. testamẽti propter regulã Catonianã; mortis quia libertas alieno seruo sine domini facto dari non potest. l. in seruo. 9. C. de testa. manumis. quamuis Vlp. in l. si serui. 30. eo. ti. docuerit, si serui qui apud hostes sunt, liberi esse iussi sint, ad libertatem eos peruenire, quãuis neq; testamẽti, neque mortis tẽpore, testãtis, sed hostiũ fuerint. hoc ideò, quia spe quadã saltim testatoris erãt,

4 Quod si non directo, † sed per fideicõmissum seruus manumittatur, & libertatẽ accipiat, etiã si testatoris sit, nõ testatoris, sed eius qui manumisit libertus fit, quęres cõmodo nõ caret, siquidẽ libertum habere inæstimabile est ius. l. naturalis. 5. §. fi. D. de præs. ver. & qui manumisit liberto debet officiũ tutoris, & quodãmodo patris, vnde patronus dicitur, vt ex iuribus patronatus apparet, quę singularia sunt, vt ex ti. 14. li. 37. Pandect. & tit. 4. li. 6. Cod. cõstat, & prosequitur Pe. Greg. 2. par. Synt. li. 14. c. 8

§. Verba. 4.

1 *Fideicommissa quibus verbis relinqui in vsu maximè fuerit.*
2 *Fideicommissa ex quibuscunque verbis valent, & ex coniecturis inducuntur, quæ remissiuè proponuntur.*

1 PErtinet hic. §. (qui pro coronide à Iusti. in fideicõ. tractatione attexitur) ad hũc & proximè præcedentẽ tit. cũ enim eod. Imp. teste, fideicom. omnia primis tẽporibus infirma essent, quia nemo inuitus cogebatur præstare id de quo rogatus erat, quia quibus non poterant legata vel heredit. relinquere, fideicõmittebãt eorũ qui poterant ex testam. capere, vt ea postea restituerent, & id nõ directis & ciuilibus verbis, sed precatiuis præstabãt; & quãuis quo cũq; sermone relinqui etiam possent. l. fideicõmissa. 11. D. de leg. 3. quædam tamen verba in fideicõmissorum vsu maximè habebantur, videlicet, *Peto, Rogo, Volo, Mando, Fidei tuæ cõmitto, Cupio des, Opto des, Credo te daturum, Desidero des*, & alia similia quę defuncti voluntatẽ demonstrabãt quorum plurima retulerũt hic iuniores, maximè tamen Baldui. ex. n. 22. Brisson. lib. 6. de verb. signif. fol. 228. pag. 2. & latiùs (vbi omnia ferè cõgerit) l. 7. de Formulis & solẽm. Pop. Ro. pag. 746. & pag. 747. Quędam tamen & si maximè in vsu haberẽtur, negandum non est quin & alijs vti possit, cũ in vniuersum statuerint Imp. vtile & validum esse omne verbum significãs testatoris legitimũ sensum, ex ratione. l. nutu. D. de leg. 3. l. vnum ex familia. 69. §. si omissa. D. de leg. 2. l. & in epistola. l. verbum. C. de fideicom. & magis in l. 2. C. cõmu. de leg. Ergo quia ex quibuscunque verbis fideicom. induci potest, quinimò & ex coniecturis; magnaq; fuit veterum Iurisconsultorum diligẽtia, & acre iudicium in colligẽda ex ambiguis verbis voluntate, quorum exẽplum oportet nos sequi, & eo nomine perlegere multa eorum responsa, itẽ & posteriorum quoq; Prudentum, videndi omnino sunt qui rem accuratè exornant & illustrant, & plũrimas cumulant coniecturas ex quibus fideicommissi inductio sumi potest Pet. Grego. 3. par. syntag. lib. 42. c. 28. Illustriss. Card. Fran. Mantica lib. 8. de coniect. tit. 1. & 2. Ioseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 773. cum duabus sequentibus. Iacob. Menoch. lib. 4. de præsumptionib. præsumpt. 67. 68. 69. & 72. cum multis alijs, quos in proposito consulere poteris præter Bart. & repetentes in l. verbis ciuilibus, & in l. Cẽturio. D. de vulg. & pup. substit.

Titulus XXV.

De codicillis.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Codicilli lata testamenti significatione cõtinentur, siue ante, siue post illud confingantur.*
3 *Codicilli nullo facto testamento, testamenti vicẽ exhibent.*
4 *Codex quid significet, & num. sequentib.*
5 *Commodatum in codicibus & pugillaribus consistere, qua ratione dicatur.*
6 *Parsimoniæ species in codice scribere.*
7 *L. chartæ. 4. D. de bon. poss. secund. Tab.*
8 *Codicilli à codicibus dicti, & eorum definitio, & qui de eorum materia scripserint.*

1 QVoniam vniuersitas bonorum (de quorum per eã acquisitione ex ti. 10. huius lib. 2. Iusti. agere cæpit) etiã codicillis dari potest, non qui de vt hereditas, sed tanquã fideicõmissum. §. codicil. inf. eod. l. 2. §. fi. D. h. t. postquã dixit satis de testam. & de heredibus instituẽdis, & substituendis, qui potissimũ testamenta sustinẽt ne ruãt, si hereditatẽ acquirere & amplecti velint, de iure codicillorũ annectit, qui teste Vlpia. in l. 1. §. hoc interdictũ. D. de tab. exhib. Iul. Paul. lib. 4. sent. tit. 7. lata † testamẽti significatione
2 cõprehenduntur, & ad causam testamẽti pertinẽt, si testamẽtum sequãtur, vt aliquid suppleãt, aut emẽdent, vel etiã si præcedãt, nec testamẽto infirmẽtur. l. 1. §. ad causam. D. quẽad. test. aper. d. §. hoc interdictũ. l. 3. § siquis codicill. D. de S. C. Syll. & pro parte testam. habẽtur. l. pen. D. quẽad. test. aper. l. quidã referũt. 14. D. de iure cod. & ex eo vires capiunt, siue cõfirmati, siue nõ cõfirmati sint. l. si quis cũ testã. 3. §. vltimo. D. de iure codic. & si forte † ab
3 intestato cõficiãtur vicẽ testamẽti exhibẽt. l. abintestato. 16. D. de iure codi. Nam & abintestato, nullo facto testamẽto rectè cõficiũtur. §. nõ tãtum. inf. eod. d. l. abintestato. l. quia autẽ. 6. D. siquis omis. caus. test. *Codex* † siue *Candex* dicitur truncus, vel stipes arboris crassior quæ
4 à radice supra terram assurgit, cui cortex detrahitur, Columell. li. 4. c. 8. *nec tã celeriter radiculæ inueterato tã codice nascuntur*; vnde robustus codex pro supplicij genere, apud Plaut. in Pœnulo, *ego tã detrudã ad molas, inde porro ad puteũ, atq; robustiũ codicẽ*, & apud Fest. Põp. est locus quo deijciebantur malefactores. & *Codices*. vt

Varro

Varro.li.3. de vita Pop.Ro.apud Noniũ scribit, antiquitus *plures tabulas cõiunctas dicebãt*, A quo in Tyberi *naues codicarias appellabant*, quę erãt grauiores & firmiores, è codicib⁹, hoc est crassioribus trũcis cõfectę. Salust. *& quãquam ad id naues codicariæ, occulte per hyemẽ fabricatæ aderãt.* Ex codice tabulas antiqui faciebãt, scriptioni illita cera aptas, hinc codicis nomẽ proprie significat chartas, quibus quod inaratur facile deleri potest, vt reponatur aliud, nõchartas simplices quę à papyro nomẽ retinent, licèt non ex papyro fiãt, sed ex pãniculis, quibus semel tantũ fungi possumus. vnde obiter
5 † intelliges qua de causa cõmodatũ quidẽ cõsistit in codicibus, & pugillaribus in l. in commodato. 17. §. sicut. D. cõmod. quę negãtur esse in supellectili. l. supellectilis. 6. versic. fi. D. de supell. leg. sed non in eo chartæ genere cuius abusus est, nõ vsus aut parsimonię † species
6 est in codice scribere, nã & eius scriptura quoque breuior, vt Cassiod. artigraphũ se profitetur in pugillarẽ codicẽ in gratiã eorũ qui breuitatẽ amant redegisse. Chartæ, vt & mẽbranę nomẽ ambiguũ est. nã vel chartę aut mẽbranę simplices eo significantur, vel pugillares chartacei, aut mẽbranei, quã multiplicẽ pellẽ Martialis vocat, in disticho inscripto, Homero in
7 pugillaribus mẽbraneis, & † ita l. chartę. 4. D. de bo. pos. sec. tab. (de cui⁹ interpretatione, nõ nulla sup. in §. nihil autẽ interest. 8. sub n. 4. de test. ord.) noua charta est pugillar purũ in quo nõdũ quicquã scriptũ est, deletitia vetus quod scripturã variã refert & recipit frequenti delectione. In his stylus scribit, vt Hieronym. ait ad Principiã virginẽ in illis calamus. Est verò maiestas & diuturnitas maior scripto si quid exares in his hoc est in codicibus, quã in chartis, aut mẽbranis simplicib⁹, sicut mẽbranis quoq; maior quã chartis. Inde testamẽta codicib⁹ cõscribebãtur. §. sed & vnũ. 9. sup. de test. ordi. Iuuena. *Nã codice ſeuo, heredes vetat eſſe ſuos*, & l. 3 §. si tabulæ. D. de tab. exhib. Inde codices Argentariorũ, Numulariorũ, Rationũ, vt multis in locis apud Brisson. lib. 3. de verb. sig. fol. 87.
8 A Codicibus † codicilli dicti sunt, & cũ testamẽtum codicem appellemus; codicillos (qui & multa plura alia significãt) dicimus eã scripturã qua quis vltimã suã voluntatẽ mandauit, nõ tantã solẽnitatem desiderãtem, quãtam testamentũ, quos si plenè definire velis, ita definire dẽbeas. *Codicilli ſunt inteſtatorũ, vel teſtatorũ voluntates quædã nudæ, nullis ſubnixæ ſolẽnibus iuris.* quę definitio, siue descriptio qa ex his quę Iustin. hoc in tit. docet, & scribit, satis explicatur, & necessariò nos ad cũ dicturi sumus, hic amplius non subsistimus. huic titulo & similibus cõsonat tit. 12. p. 6. vbi in proœm. & l. 1. Rex Alphons. eadẽ quæ nos superiùs scripsimus fere cõplectitur. Explicãt Cõna. li. 9. cõment. c. 6. Pet. Greg. 3. p. Synt. li. 43. c. 1. Hispanos autores rẽprosequẽtes & explicãtes refert Did. Spino in spec. testam. glo. 32. principali. nu. 1. Mantica. de coniect. lib. 1. tit. 8.

PRINCIPIVM TITVLI.

1 *Codicillorum origo & initium.*
2 *Codicillis teſtamẽto cõfirmatis relicta ipſo iure debentur, & n. 4.* (*ri, & n. 8.*
3 *Codicillos is demũ facere poteſt, qui poteſt teſta*
5 *Interpretatio noſtri tex. in illis verbis.* Filia Lẽtuli legata quę à iure non debeat soluit.
6 *Eiuſdem verſiculi vera lectio animaduerſa.*
7 *Voconia lex, & eius prohibitio, & iniuſtitia.*
9 *Conſilio Sapientum olim Principes de magnis rebus Decernebant. Idemque, & apud Hiſpanos hodie lege cautum.*

1 COdicillorũ † initiũ & originẽ adeo copiose, & luculenter hic Iusti. recensẽt, vt nihil vel eximi vel addi amplius debeat. Summa totius huius princip. hęc est. Vsus codicillorũ ab Aug. primũ in L. Lẽtuli persona receptus, de Trebatij aliorũ; I.C. sentẽtia comprobatus; propter lõginquas peregrinationes, quibus cõ modè fieri testam. nõ poterant, ab eodẽ Imp. cõfirmatus est. Iusti. tamẽ hęc relatio in aliquibus peccare videtur, primò in illis verbis, *& filia Lẽtuli legata quæ iure nõ debetat ſoluit*, quoniã cũ hi L. Lẽtuli codicilli testamẽto fuissent cõfirmati, vt ex hoc eo. prin. cõstat ibi. *Nã cũ decederet in Africa ſcripſit codicillos, teſtamento cõ*
2 *firmatos*, &c. id autẽ † quod relinquitur codicillis testamento cõfirmatis antiquo etiã iure valere cõstet, vti scripsit Caius lib. 2. Instit. c. 7. Vlp. in l. 3. in prin. D. de testa. tu. l. siquis eũ 16. in princ. D. de vulg. l. Diui. 6. §. fi. l. quidã referũt. 14. D. de iure codici. perperã Iusti. Lẽtuli filiam legata quæ non debebat soluisse affirmat. Deinde lõge maiorem scrupulũ illa verba inijciũt, *ſiquis teſtamentũ facere nõ poſſet, tamẽ codicillos poſſet.* cũ in eis insinuet, eã vtilitatẽ codicillorũ esse, vt qui à testamẽti factione arceã
3 tur, possint tamẽ codicillos facere. † Quod tamẽ planè falsum est ex. l. Diui. 6. §. codicillos is demũ. l. cõficiũtur. 8. § codicill. D. de iure codicil. & induci solet. l. 2. D. de legat. li. 1. His tamẽ difficultatibus † facilè satisfacies, primæ,
4 rectè Iusti. hic docuisse Lẽtuli filiã legata quę nõ debebat soluisse, nõ quidẽ ea ratione, qua hic putauit Acc. ver. *nõ debebat.* Scilicet. quia eo iure legata nõ debebãtur nisi testamẽto relicta essent, id enim est perquã absurdũ, & contra Caiũ & alios I.C. sup. relatos, nam licet in codicillis etiã testamẽto cõfirmatis directo hęres scribi nõ posset (vt audiemus in §. codicillis. inf.) legata tamen in eis, & tutelę & libertates relinqui poterãt: ergo quod Imperator ait,
5 † filiã Lentuli legata ipso iure nõ debuisse, id est, quia ius codicillorũ nõdum erat receptũ, vt rectissimè Cuiac. in not. adhunc tx. animad tertit, & quemadmodũ ante eiusdẽ Lentuli tẽ-

pora (ex cuius persona etiã fideicõmissa cæperunt, vt hic Iustin.) & ante eiusdẽ Augusti ętatẽ, siquis heres fideicõmissum præstaret, quod ab eius tantũ fide & pudore pendebat, & soluisset vltrò, antequã fideicõmissa in necessariã præstationẽ abijssent, dici tunc posset, id sanè soluisse, præstitisse quod nõ debebat, iuxta tx. in d. prin. sup. de fideicõm. hered. coniũcta. l. debitor. D. de verb. sig. sic & eum qui codicillis rogatus legata præstare, illa præstitit, ante quã illorũ vsus admissus esset. Vereor tamen, † ne noster is textus mẽdosè circũferatur ibi, *& filia Lẽtuli legata quæ iure non debebat soluit.* quã lectionem vulgati omnes codices retinẽt, quibus consentiũt iuniores omnes, inter quos etiã Cuiac. vno excepto Fran. Hotom. qui sic corrigendũ ait, *& filiæ Lentuli legata quæ iure non debebat soluit.* vt intelligatur, Augustũ à L. Lentulo heredem institutũ fuisse, rogatumq; vt hereditatem filię suę (Lentuli scilicet) restitueret, quę propter legẽ Voconiã directo institui nõ poterat heres; Augustũ autem quę recto iure non debebat, soluisse. Sic enim apud M. Tullium, li. 2. de Fin. Q. Fadius Publiũ Sextilium heredem scriptũ rogarat, vt eã hereditatem Fadię suæ filiæ restitueret. Quã rem † vt exactè intelligas, meminisse iuuabit, Cæpione & Philippo iterum Coss. anno Dcxxiiij. Quintũ Vocon. Saxã Trib. Pleb. legẽ tulisse, ne qui cẽsus esset virginẽ ne ve mulierẽ supra quadrantẽ bonorũ suorũ heredem institueret; plusvè cuiquã legaret, quã ad heredem heredesvè peruenirent; Ne fœminæ vltra consanguineos abintestato succederent. Cice. Verri. 3. de senect. de Fin. 2. Dion. li. 56. A. Gell. li. 7. ca. 3, & lib. 17. c. 5. D. Aurel. Aug. lib. 3. de ciui. Dei. c. 21. vbi inter secundũ, & tertiũ Punicũ bellum latã scribit, & de ea sic ait, *qua lege quid iniquius dici, aut cogitari possit ignoro*: Florus in epitome li. 41. vbi. *Volumnius* legitur pro *Voconius*. Iul. Paul. lib. 4. sent. tit. 8. *Fœminæ*, inquit, *ad hereditates legitimas vltra cõsanguineas sorores non admittuntur, idq; iure ciuili, id est Voconia rogatione videtur effectũ.* Ergo cũ in fraudẽ huius legis hoc fideicõmissum à L. Lẽtulo D. August. iunctũ fuisset, rectè inquit Imp. legata quæ iure non debebat vltro præstitisse. quod latiùs exornare poteris ex his quę eruditiss. Ant. Aug. scripsit lib. singul. de legib. c. de lege Vocon. pag. 150. & sequentib. Faciliùs secũda † difficultas dissoluitur, rectè enim omnes hic, ab Accur. verb. *non posset.* ad nouissimũ vsq; Oynot. interpretantur, *testamentũ facere non posset.* propter facti videlicet impedimentum, cũ enim codicillorũ vsus propter longinquas peregrinationes, in quibus testamẽta mutari cõmode nõ poterãt inductus, & cõprobatus esset, esset q; ciuiũ Rom. qui ad testamenti solẽnitatem necessarij erant penuria; nec facile esset in aliena regione, reliqua iuris solẽnia, quę in testamentis desiderãtur obseruare, euenìebat vt is qui aliàs testamentũ in ciuitate facere posset, absens nõ posset testari, rectè tamẽ codicillari, rẽ cæteris meliùs expressit Iul. Paul. in d. l. conficiũtur. 8. §. codicilli. *Nõ tamẽ hoc ita intelligemus* (inquit ille) *vt exigamus potuisse eũ eo tẽpore, quo scripsit eos codicillos, testamentũ facere (quid enim si sufficientiũ testiũ facultatẽ nõ habuit?) sed si iure testamẽti factionem habuit.* Est tamẽ † illud quod ex verbis nost. tex. *Dicitur autẽ Augustus cõuocasse sapientes viros.* deducitur & alias multis alijs in locis insinuatur. l. humanũ. C. de legi. l. omniũ. C. de test. satis memorabile, olim Principes non temerè quicquã statuisse sine cõsilio sapientiũ quo nomine Diõ historicus Neruã Imp. laudat refert que Aelius Lãprid. Alex. Seuerũ nullã cõstitutionẽ sacrasse sine viginti Iurisperitis, & doctissimis & sapiẽtissimis: deniq; dissertissimis, nõ minus quinquaginta. Eoq; etiã nomine & nos duos etiã Hispaniarũ Principes laudare possumus, à quibus idẽ cautũ est, Alph. Nonũ, & Philippũ Secundũ; ille in l. 9. tit. 1. p. 1. sic ait. *E otrosi deuẽ guardar, q̃ quando las fiẽren nõ aya ruydo, ni otra cosa q̃ los estorue, o embargue, e q̃ las fagã en cõsejo de omes sabidores, e entendidos, e leales, e sin cobdicia. Ca estos à tales sabran conocer lo q̃ cũuiene, al derecho, e à la Iusticia, e a la pro comunal de todos.* & rursus in l. 17. eiusd. tit. de emẽdatione iuris agẽs, *aya Ju acuerdo, cõomes entẽdidos, e sabidores de derecho*, &c. hic verò in l. 8. tit. 1. lib. 2. nouæ recopil. statuit ne aliàs nouas leges fieri, aut antiquas abrogari, emẽdarive posse, quã si Sexdecim viri clariss. & doctiss. qui in supremo totius regni Hispani cõuẽtu sunt, in eadem sint sentẽtia & opinione, aut saltim nõnullis dissentientibus, duę illorum partes.

§. *Non tantum.* 1.

1 *Codicilli siue abintestato, siue facto testamento valent etiã non confirmati, nisi mutata voluntas sit, & n. 3. cũ sequentib. & n. 11. & seq.*
2 *Codicilli pars sunt & sequela testamenti.*
5 *Codicilli vel directis, vel precarijs verbis concipiuntur.*
6 *Codicillis etiam abintestato fideicommissa relinqui possunt*
7 *Codicilli abintestato facti per se subsistunt, nec posthumi agnatione rumpuntur, & an idem hodie admittendum sit. l. 1. tit. 4. li. 5. recop. n. 9*
8 *L. 1. C. de codicillis.*
9 *L. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recop.*
10 *L. 24. Tau. l. 8. tit. 6. lib. 5. nouæ recop.*
11 *L. Ante tabulas. 5. D. de iure codicil.*

1 † Codicilli siue abintestato facti, siue ab eo qui postea testatus nullam eorũ mentionem fecit, nisi mutatam eius voluntatem appareat, valent. Idem deprehendes cõmixtis Iul. & Paul. responsis in l. si quis. 3. §. testamento. l. ante tabulas. 5. l. conficiuntur. 8. l.

§.l.abinteſtato.16.D.de iure codic.l.non idcir co.4.l.ſiue initio 6.C.codē.l.1.l.2. tit.12.p.6.

2 Sed in primis † produbitādi ratione ſic argumētor.codicillus pars eſt, & ſequela teſtamēti,& quid ei acceſſoriū, & quod ſine teſtamēto non valet d.l.ante tabulas. 5.l. quod per manus.10.D.de iure codic.l.1. C. de codic.ergo abinteſtato relinqui nō poterit. ¶ Deinde

3 † cōtra tex. ibi. *Papinianus ait,nō aliter vires habere,quā ſi ſpeciali poſtea voluntate confirmentur.* ſic argumētor. etiā ſi codicilli teſtamēto non cōfirmētur,ex teſtamēto vires capiūt, vt Iulia.placuit in l.ſiquis cū teſtamētū.3.§. fi. De iure codic.ergo etiā Papi.ſęculo eorū cōfirma

4 tio nō erat neceſſaria. ¶ His tamē † argumentis nō obſtātibus,& ex teſtamēto, & abinteſtato codicillos relinqui poſſe dicendū cū Iuſtin.eſt,ex quo iā progreſſus & incremētū codicillorū apparet,nā cū primo tēpore vim ex teſtamēto antè facto ſumerēt, vt ex huius tit. prin.cōſtat,nūc tanta ijs authoritas attributa eſt,vt ſuis ipſi viribus nitātur, ſuaq; ſponte,ac perſe ipſi valeāt.Planè quāquā Iul. Paul. in l. cōficiūtur 8.in prin.D.de iure codic.quatuor modis codicillos cōſici dixerit, nā aut in futurū cōfirmātur,aut in præteritū,aut perfideicō miſſum teſtamēto facto, aut ſine teſtamento abinteſtato:ad duos tātūmodo reduci poteſt,

5 nā aut † directis verbis fiūt,aut fideicōmiſſarijs.Qui directis verbis fiūt ſine teſtamēto nō valēt,nā vires ex eo capiūt, & legata in ijs data quaſi ex teſtamēto vim obtinent,l.ſi ita 38. ibi.*licet legatū codicillis explicetur,tamē ex teſtamento valet.* D.de cond.& dem.atq; huc pertinet quod dicitur,ex teſtamēto codicillos pendere,& ab eo robur & firmitatē accipere. Qui verò fideicōmiſſarijs verbis fiunt, abinteſtato fieri poſſunt,d.l.3.l.8.l.16.D.h.t.cū & fideicō miſſa etiā abinteſtato relinquātur §. pen. ſup.

6 de fideic.hered.l.fi.C.h.t.Ideo † autē fideicō miſſa abinteſtato codicillis dari poſſunt, quoniā(vt idē Iul.Paul.refert)creditur ſpater fam. ſpōte ſua ijs relinquere legitimā hereditatem vti latiùs in §.præterea ſup.de fideic.hered.ad notauimus. quocirca grauare eos poteſt,quos hereditate ſpōte relicta honorauit.l. cum filio fam.11.D.de leg.1.conducit ratio I. C. in l.ſi fuerit.5.& in l.ſed etſi ſic.6.D.de leg.3.l.abeo. C.de fideicōmiſſ.Poſſunt ergo codicilli & ante teſtamētū fieri,& poſt teſtamētū,l. ſiue initio.6.C.de codicill.& vna cū ipſo teſtamēto,

l.fin.§.illud planè.C.eodem, & abinteſtato,vt hic,& ſimilibus in locis. Sed hic illud notabis

7 † (vt primū iā diſſoluas argumētū) codicillos abinteſtato(ideſt nullo teſtamento facto)relictos vicē teſtamēti exhibere,& per ſe ſubſiſtere,vnde poſtumi agnatione nō rūpuntur, l.3. D.h.t.l.3.t.12.p.6. quia pater fam. qui teſtamēti factionē habet,& codicillos fecit perinde haberi debet, ac ſi omnes heredes eius eſſent vocati, ad quos legitima eius hereditas, vel bonorū poſſeſsio peruētura eſſet,& is quoque ſcriptus, qui poſt codicillos factos natus

8 eſſet. Quod ſi facto † teſtamēto codicilli fiāt, quia tūc dicūtur appēdices teſtamēti, aut ante facti ſint,(ſiue ea cōfirmētur,ſiue nō cōfirmētur iuxta mox dicēda)rupto teſtamēto, & codicilli etiā rūpūtur,quomodo intelliges tx.in l.1.C.de codici.niſi in codicillis poſt teſtamētū eſſent expreſſe rogati venientes abinteſtato,quia tūc rupto teſtamēto codicilli valent,l. ex teſtamento.24.l.eā quā.14.C.de fideicommiſſ.ſicq; intelliges tex.in d.§. præterea.ſup.

9 de fideico hered. ¶ Vnde cū hodie † ex l.1.ti. 4.lib.5.nouæ recop.quocunq; in caſu hereditas teſtamēto adita nō fuit,vel quia ſcriptus heres noluit,vel nō potuit adire, legitimi heredes abinteſtato vocati cēſeātur,hereditatemq; iure legitimo vindicēt,& legata omnia in teſtamento ſcripta cōſeruēt, vt ex eiuſdē legis verbis cōſtat,ibi. *valga en quāto a las mādas y otras coſas que en el ſe cōtienem,* & ibi. *y entonces herede aquel que ſegun derecho y coſtūbre de la tierra auia de heredar.* dicēdū videtur codicillos ſiue ex teſtamēto,ſiue abinteſtato factos,quo caſu teſtamentū rūperetur firmios eſſe, cū ex diſpoſitione d.l.1.videātur grauati heredes abinteſtato, ſicut ſi teſtator eos grauaſſet.atq; ita nō pro-

10 cedere deciſionē d.l.1.C.de codicill.quæ ſentētia † confirmari etiā nouè poterit, ex.l.24. Tauri.eſt l.8.tit.6.lib.5.nouæ collect.Reg. qua cautū eſt, etiā ex cauſa præteritionis vel agnationis rupto,irrito ve facto teſtamento, cōſeruari nihilominus prælegata & meliorationes à parentibus factas tertiæ, ſiue quintæ partis bonorū,nā cū idē, quod in d.l.1.titu.4. reſpectu legatorū diſpoſitum erat vt videlicet cōſeruarētur,etiā ſi defunctus efficeretur inteſtatus, quia vel neminē heredem fecit, aut ex eius teſtamēto nemo heres extitiſſet, admiſsū etiā ſit in d.l.24.Tau.& d.l.8. tit. 6. quo caſu ob filiorū præteritionē vel exheredationē,teſtamētū corruat,cōſequēs eſt, hoc etiā caſu factos codicillos non infirmari. vti licēt non ſic probet,animaduertit doctiſsi.Hiſpanus Greg. Lopez in l.3.ti.2.gloſ.*nāça deſpues.*p.6. & poteſt cōfirmari ex his quæ in cōſeruatione prælegatorū ſcripſit eruditus Anto. Gomez in d. l.24.Tauri.n.24.Ioan.Matien.in d.l.8.gloſ.1.

11 nu.8.tit.6.li.5.recop. ¶ Non obſtat † poſterior difficultas,pro cuius explicatione animaduerto valde cōtrouerſum eſſe, nūquid codicilli ante teſtamentū facti, eo poſtea facto confirmari deberent? & ſæculo AEmilij Papin. ſpecialē cōfirmationem eſſe neceſſariam probat Iuſtin.hic,cuius verba ſup. adduximus,ex tatque Papiniani hæc ſententia in d.l.ante tabulas.5.D.de iure codicillor. *Ante tabulas* (inquit ille) *teſtamēti,codicilli facti, nō aliter valēt, quā ſi teſtamento quod poſtea factū eſt,vel codicil-*

tis cõfirmẽtur; aut voluntas eorũ quocunq; iudicio retineatur. quã tacitè approbasse videtur Iul. Paul. in l. impuberẽ. 22. §. qui codicillos. D. ad leg. Corn. de falſ. & Imp. Diocle. in l. ſiue initio. 6. C. de codici. quod quidẽ ſine ratione admiſſum nõ videtur, præſumi enim poterat codicillos reuocatos per teſtamẽtum poſtea factũ, niſi illos expreſſe cõfirmaſſet teſtator, argumento. §. poſteriore. ſup. quib. mod. teſt. infirm. & eorũ quæ latè ibi nos cõgeſsimus. Cõtrariũ tamẽ, quinimo ſpecialẽ cõfirmationem nõ requiri Diuis Seuero & Antonino placuit, quia potiùs pro codicillis eſt præſumptio, vt cõfirmati teſtamẽto exiſtimẽtur, niſi ſint ſpecialiter reuocati, l. 1. C. de teſt. manumiſſ. Verùm† id quoq; admiſiſſe Papinia. indeq; nihil 12
noui nec ab Imp. reſcriptũ, nec à Iuſtinia. hic cõſtitutũ, ſuadere videtur eius verba in d. l. ante tabulas ibi. *aut volũtas eorũ quocunque iudicio retineatur.* quæ reſcripto Imp. ſatis conformia videtur, vt aduertũt hìc Hoto. & Cuiac. licèt omiſerint reliqui eiuſdẽ notæ & labij interp. vnde illud fit ineptè Iuſtinianũ hic Papin. ab Imp. emẽdatũ fuiſſe, docere videtur. Quo nomine Iuſtinia. reprehẽdẽdus ſit. Papinia. in d. verſi. *aut voluntas.* priorẽ mutaſſe ſententiã exiſtimauit Hotom. & frequẽtiùs ibidẽ interpretes ſequũtur. Sed perperã, nec enim credẽdũ eſt Papinia. excelſi ingenij virũ, eã initio protuliſſe ſententiã, quã ſtatim corrigere oporteret, ex l. nam ad ea. D. de cond. & dem. Quare
13 † Iac. Cuiac. cuius nomine ſuppreſſo idẽ quoque Hotom. probat, illa verb. *aut volũtas eorũ quocunq; iudicio retineatur.* à Tribonia. interpolata eſſe exiſtimat, ne aliàs Papin. aduerſetur Paul. in d. §. codicil. Sed ea verba retinenda eſſe magis placet, cũ & apud omnes etiã codices extẽt, moneat Iuſti. hic Papin. expreſsè confirmationẽ exegiſſe, fuiſſeq; olim ius illud vulgatiſsimũ Plin. lib. 2. epiſt. ad ſuũ Anniũ ſcribẽs profiteatur. (cuius verba Balduin. hìc n. 3. retulit) voluit enim Papinia. ante tabulas codicillos factos, poſtea cõfirmãdos eſſe, ſiue expreſsis verbis, ſiue quocunq; alio iudicio, aliàs non valere nec contradicit Iulian. in d. l. 3. §. fin. Paul. in d. l. abinteſtato. 16. verſi. *ad teſtamentũ.* in quibus cõfirmatio non requiritur, cũ de codicillis non ante tabulas, ſed poſt illas factis loquãtur. Hodie ergo poſt Diui Seueri & Antonini reſcriptũ iã eo iure vtimur, vt ſemper intelligãtur codicilli in teſtamẽto vel præcedenti, vel ſequenti ipſo iure confirmati, niſi appareat eos teſtatorem reuocaſſe.

§. *Codicillis autem.* 2.

1 *Codicillis hereditas dari adimive iure directo nõ poteſt. & per totum, maximè. nu. 3. & 4.*
2 *L. Aſſe toto. 76. D. de hered. inſtit. & nu. 5.*
3 *Codicillis teſtamẽto cõfirmatis ſi hereditas data ſit, perinde eſt, ac ſi teſtamento daretur, & n. 7.*
6 *Hereditas iure ciuili verbis directis in teſtamento relinquenda, non per æquipollens ſiue verbis obliquis.*
8 *Codicillis vtrũ hodie iure directo hereditas dari poſsit; contrariæ ſentẽtiæ referũtur: & noua adhibetur p rei explicatione diſtinctio vſq; ad n. 12*
13 *Codicillis per fideicommiſſum hereditas relinqui poteſt: & quare nu. 14.*
15 *Codicillis conditio inſtitutioni teſtamento factæ nec adijci, nec adimi poteſt, nu. 16.*
17 *Codicillis quibus verbis per fideicõmiſſũ hereditas relinqui, & olim poſſet, & nunc poſsit vſque in finem.*

COdicillis † hereditas dari, adimi ve, niſi fi 1
deicõmiſsi modo non poteſt: inſtitutioni autẽ factæ, neq; conditionẽ, neq; directã ſubſtitutionẽ licet adijcere. idẽ in l. 2. §. hereditas. l. Diui Seuerus. 6. in p. l. quod per manus. 10. l. illud. 13. §. tractari. D. hoc. tit. l. 2. l. ſi idem 7. C. eod. l. non codicillum 14. C. de teſtam. l. hereditas. C. de his quib. vt indig. l. quidam 5. §. ſed cum veteres. C. de neceſſ. ſeru. hered. inſt. l. Scæuola. 76. D. ad S. C. Treb. cũ multis alijs quibus cõſonãt de antiquo Partitarũ Hiſpaniæ iure, l. 104. ibi. *Fuera: ende que non puede eſtablecer en ella heredero, nin mudar otro, nin deſheredar à ninguno de ſus fijos en ella. Ca eſtas coſas deuẽ fazer en teſtamẽto acabado.* t. 18. p. 3. poteſt induci. l. 23. iũctis ibidẽ traditis à Gre. gloſ. 4. 5. & 6. t. 1. p. 6. ſunt expreſſa iura. in l. 7. & in l. 8. ti. 3. p. 6, l. 2. ti. 7. p. 6. & expreſsius in l. 2. ti. 12. p. 6. (quãuis nouiori iure aliud inferiùs reſoluẽdũ ſit) explicãt, vt infinitos alios quos hi adducũt miſſos faciã, Ioan. Matien. in l. 2. gloſ. 9. ti. 4. lib. 5. nouæ recop. Did. Spino d. gloſſ. 32. principali. ex. num. 8. & in optimo caſu & quæſt. nos in §. ſed cũ paulatim. ex nu. 36. ſup. de teſt. ord. eleganter Ludoui. Molina lib. 2. de Hiſp. primogen. cap. 8. ex num. 28.
2 Sed produbitandi ratione obijcio Papin. reſponſum in l. Aſſe toto. 76. D. de hered. inſt. vbi cũ quis ita ſcripſiſſet, *quẽ heredẽ codicillis fecero heres eſto,* & deinde Titiũ heredẽ codicillis inſtituiſſet, eius inſtitutionẽ valere Papin. ait à quo nõ lõgè eſt Vlp. in l. inſtitutio talis. 10. vbi eadẽ refertur ſpecies. D. de cõdit. inſt. cum alijs ab Accur. in d. l. aſſe toto. gloſſ. fin. adductis: ergo hered. codicill. directò dari poteſt.
3 Eo tamen † argumento non obſtante dicẽ dũ eſt, codicil. hered. directò nec dari, nec adimi poſſe. cuius rei rationẽ Imp. hic ſcripſit ne alias cõfundatur teſtamẽtorũ & codicillorum ius; qua eadem ratione nec exheredatio vtiliter in codicillis relinquitur, nam cum is teſtamenti finis ſit, vt eo quis ſucceſſorẽ poſt mortẽ ſuam relinquat, &, vt bonorũ hereditas alicui deferatur, vt ex D. Ambro. lib. 1. de Abel & Cain cap. 7. ad fi. ſup. ad rubr. de hered. Inſt. num. 12. diximus, ſi idem codicillis effici poſſet, eorũ & teſtamentorũ iura cõfunderentur, & quem-

& quemmadmodum testamentū non est quod heredis institutionē nō habet, vt ibidē latè ostendimus, ita non potest non esse testamentū si illā contineat, vt scripsimus in rub. su. de test. ord. Rectè etiam Imp. Const. in l. si idem. 7. C. eod. *si idem codicilli quod testamēta possent cur diuersum his instrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis ac potestas vna sociasset?* & ante eū Diocle. & Maxi. Imp. AA. argumentantur, nō codicillū, sed test. testatricē facere voluisse, institutionem & exheredationem factā euidenter probare. in l. nō codicillū. 14. C. de testa. ea ergo nota test. à codicillis separatur, quæ † Imp.
4 rationes tū maximè admitrēdæ sunt, cū absq; testamento codicilli cōficiuntur; testamento enim condito, siue ante siue post codicillos eis hereditatē dari non posse, ideò Papin. scripsit, in l. q permanus. 10. D. h. t. *ne per codicillos qui ex testamento valent, ipsum testamentū, quod vires per institutionē heredū accipit cōfirmari videretur.* explicant & exornant Ioā. Matien. d. glos. 9. n. 21. & qui latiùs deducit, & multas alias rationes cumulat Ferd. Mincha. de succe. creat. lib. 3. §. 25, ex num. 2.

5 Nec † adductum argum. ex d. l. asse toto. aliquid obstat, nam vt eo loci idem Papin. ait, licèt codicillis dari hereditas non possit, ideò illis data, ea formula (*quem heredē codicillis fecero, heres esto*) sustinetur, quia ex testamento data videtur, consentit Vlp. in d. l. institutio talis. 10. ibi. *nec videtur hereditas codicillis data quod interdictū est, verùm cōditionalis est hæc institutio quæ testamento data est.* induci possunt d. l. si ita scripsero. D. de cond. & dem. cum alijs ab Accur. in d. l. asse toto. glos. fi. adductis. & quæ resoluit Petr. Peral. in l. 1. n. 46. D. de legat. 2. de institutione facta illius personæ quā quis scripsit vel nominauit in priuata quadā schedula proprio vel alieno chirographo signata, diximus in d. §. sed cū paulatim. n. 40. de testa. ord. & præter ibi relatos probant cum multis alijs Lu. Mo. lib. 2. de Hisp. primog. c. 8. n. 11. & 12. Ioā. Gutierr. lib. 2. pract. q. c. 41. num. 3. & 4.

6 Verū † quāuis superior doctrina verissima sit, quod tamen attinet ad tx. in d. l. asse toto, & Romanorū ius omnino tuta non videtur, requiritur enim pro forma in testamēto directa institutio, & vt heres proprio nomine à testatore vel scribatur, vel nuncupetur, iuxta latè scripta in d. §. sed cū paulatim & in § hereditas versi. *neq; enim.* sup. de he. inf. ergo per æquipollens fieri, sufficere nō debet, vt cōtendunt Laso. in l. hac cōsultissima. §. fi. C. qui test. fac. pos. Per. Peral. in rub. n. 170. D. de hered. inst. Tellus Ferdinan. in l. 31. Tau. nu. 3. & expressim videtur probari in l. 37. Tau. ibi. *quando el testador nōbrada, e señaladamēte hizo heredero.* quę lex habetur in l. 11. tit. 4. li. 5. reco. His accedit tx. in l. heredes palā. 21. §. 1. ibi. *vel nomen legatarij quod non scripserat.* D. de test. vbi quāuis facto testamento, alia scriptura, id est codicillis, possit testator, quod ambiguū, siue dubiū est explicare, itē & legatarij nomen indicare, non tamen heredis.

7 Sed † adhuc recedendū non est à superiori interpretatione. d. l. asse toto: nec obstat institutionē verbis directis faciendā, heredēq; proprio nomine nuncupandū, satis enim expressa & nominatim ostenditur, cū indubitanter designatur, iuxta ea quæ d. n. 40. resoluimus & adduximus in §. nominatim sup. de exher. liber. quo etiā modo d. legis Tau. verb interpretanda sunt, cū Molina. Ioan. Gutierr. & alijs iam adductis, & ab eisdem citatis.

8 Est tamen in proposito elegans examinānda, aut saltim insinuāda q. numquid hodie directo hereditas codicillis dari possit? art. sanè dubi⁹ & anceps post nouas Regni Hispani leges, quibus testamentorū, & codicillorū solēnitates exæquatæ sunt, nēpe l. 3. Tau. l. 1. & 2. ti. 4. nouæ recop. vnde quasi omnib. rationib. à nobis sup. n. 3. adductis deficiētib. hereditatē codicillis directò hodie dari posse probandū videbatur, quā sententiā insinuasse videtur. Gre. Lo. in l. 5. ver. *como el heredero.* tit. 8. p. 6. docens patrē posse iure Regio in codicillis declarare, vt legitima in testamēto relicta valeat iure institutionis, licèt iure cōmuni contrariū crebriori calculo esset receptū. expressius probat inl. 2. v. *herederos.* t. 12. p. 6. Bur. de Paz in l. 3. Tau. n. 1338. Ioā. Matien. in l. 2. glos. 9. n. 20. t. 4. li.
9 5. nouæ reco. † Contrariā tamen frequētiùs nostrates probant, ante omnes Rod. Suar. in l. quoniā in priorib. 1. limitation. n. 23. Tell⁹ Ferdin. in d. l. 3. Tau. n. 25. Fer. Mincha. de succes. crea. li. 3. §. 25. n. 7. & 19. & qui exactè rē dispu tat Lud. Mol. li. 2. de Hisp. primog. c. 8. n. 29. & noster Did. Spin. d glos. 32. nu. 26. & 27. & nouissimè Guillen de Ceruantes Hispalen. in d. l. 3. Tauri. n. 151. & sequentib. qui contrariæ partis argumētis, post Lud. Moli. iam relatum
10 satisfacit. † Ego ex his quæ superiori. §. admonui, & in hoc ex n. 3. resolui, sic existimo, q si quis nullo facto testamēto, codicillos faciat, directò etiā in eis hereditatē dare poterit, cū eorū & testamētorū eadē sit solēnitas, vt ex dictis legib. Regijs qui rectiùs sentiunt, resoluūt Verū quoniā codicillorū institutioni, item & substantiæ heredis institutio repugnat, constanter asserem eo casu hos non codicillos, sed testamentum nuncupandum, habent siquidem eius solemnitates, & quod magis est, heredis institutionē, ergo testamentū erit. Quāuis enim olim si quis codicillis heredē fecisset, nec tam quā testamētū eius dispositio defenderetur, ex d. l. nō codicillū. 14. C. de test. hoc. ideo, quia lōgè diuersa vtriusq; solemnitas, vt cōstat. cū hodie eadem iam sit, dispositionem valere fatendum est, eamque non vt codicillum, sed vt testamentum defendendam ex his, quæ Bald.

& Saly-

& Salyc. notant per tx. ibi in l. testam. 17. C. de test. neq; enim testamentum ideo infirmari debet, quòd diuersis illud conficiens nominibus appellauit. Quod sanè verũ erit, & sine scrupulo admittendũ; quoties nuncupariuè codicilli fiunt, quo casu eorũ, item & testamenti
11 vna eadẽq; est solemnitas. Quòd si † in scriptis codicilli fiant, quorũ & testamenti longè alia est solemnitas, vt contra plures defendit Ioan. Matien. in d. l. 2. glos. 9. n. 4. 5. & seque. sine dubio dicendum est institutionẽ factã in codicillis iure directo valere nõ posse, rectè tamen per obliquum, iuxta nostrũ textũ & d. l. Scæuol. 76. D. ad Senatus. C. Trebell. Factum
12 † autẽ testamentum si vel ante codicillos, vel post codicillos fit, intrepidè affirmo codicillis (si codicilli sint) hereditatẽ testamento relictã nec adimi, nec minui posse, quia testamentum primum non nisi alio æque solẽni tolli potuit iuxta latè scripta in §. posteriori. su. quib. modis test. infirment. quamuis & eo casu in vim fideicõmissi huiusmodi institutio valeret ex, ead. l. Scæuo. in ver. *Nam per fideicommissum.*

13 Quãuis tamen † hereditas directò codicillis iure ciuili Romanorũ nullo modo dari possit, per fideicom. rectè potest, ex hoc nostro tex. & d. l. 2. C. eod. cum alijs sup. n. 1. adductis.

Sed pro dubitandi ratione sic argumentor, nihil impedit quid ex æquipollentibus fieri: sed per fideicommissum adimit quis hereditatẽ instituto heredi, & eã fideicommissario tribuit, vt constat ex toto tit. su. de fideicom. hered. ergo cũ codicillis adimi hereditas non possit, ex prioribus nostri tx. verbis, nec per fidei commis. adimi poterit. Deinde substitui codicillis non potest, text. hic, ergo nec fideicommitti, cum fideicommissum substitutio sit, vt constat ex substitutionum speciebus, & diuisionibus quas suprà in rubrica de vulgari proposuimus. ergo, &c.

14 Verùm † his & alijs non obstantibus, dicẽdum est, ideo codicillis perfideicõmissum hereditatem dari posse, quia inter fideicommissariam hereditatem siue successionẽ, item & hereditatẽ directo relictam plurimã maximæq; sunt differentiæ, vt latissimè ostendimus in rubrica, principio & §. 1. sup. de fideicom. hereditat. cessantq; hoc in casu omnes illæ rationes quas sup. n. 3. adduximus, Fideicõmissarius etsi heredis loco habeatur, heres tamen non est; nec ille qui ex testamento adiuit, & per fideicõmissum codicillis relictũ restituit heres esse desinit, ergo testamentorũ & codicillorum iura non conturbantur hoc casu. Nec dici potest fideicõmissariam substitutionẽ, substitutionẽ esse, quoniã cum substitutio institutio sit, habeatq; locũ deficiente primo, siue vlteriori gradu facta, vt latè sup. ad rubricam de vulgari: fideicommissum autem siue particulare singularis rei, siue vniuersale totius hereditatis ab herede præstandum sit, toto tit. sup. de fidei commissarijs heredit. aut saltim hereditate adita ab eo qui grauatus est illud præstare, consequens est, dici substitutionẽ non posse, ex Bal. & alijs quorum Did. Spino meminit. d. glo. 32 nu. 20. nihilq; impediri quin codicillis fiat. ex quibus si petatur quarta pars hereditatis penes heredem remanebit. l. 2. §. fi. D. de iure codicillorum. l. 2. tit. 12. p. 6. ne aliàs nudũ tantũmodo heredis nomẽ sit. §. sed quia sup. de fidei
15 com. hereditatibus. Heredis † autẽ institutioni testamento factæ conditionẽ per codicillos ideo adijcere non licet ex nostro tx. & l. pen. D. de condit. inst. l. diui. 6. D. de iure codicill. quia indefectu conditionis de adẽptione hereditatis testatorẽ cogitasse intelligitur voluitq;
16 eã adimere, quod iure nõ licet. Sicut † autẽ cõditionẽ heredi purè in testamento instituto in codicillis adijcere non licet, ita & ex diuerso cõditio apposita in testamẽto in codicillis adimi, seu remoueri non potest, sic enim videretur hereditas purè dari, quod lege prohibitum est, nisi forsan liberorũ fauore, vt post Angelũ hic. Mynsin. animaduertit.

17 Id tamen † quod cũ Iustinia. docemus posse hereditatẽ perfideicõmissum codicillis relinqui, ita demũ verũ est, si verbis aptis ad fideicõmiss. relinquatur, cuiusmodi referũtur in §. verb. s. de singulis rebus in d. l. 2. tit. 12. p. 6. Nã si vtus esset testator verbis directis, scilicet. *Titius heres esto,* non solũ non valet iure directo institutio iuxta nostrũ tx. in prima parte, verũ nec valet iure fideicom. d. l. Scæuola. 76. D. ad S. C. Treb. l. non codicillũ. 14. C. de testa. l. verbis ciuilib. D. de vulgari. §. masculo 1. de pupil. resoluit Cou. in c. Raynutius. §. 9. n. 13. & 15. Ro. Sua. in l. quoniã in priorib. limitatione 1. n. 23. C. de in officioso testam. Menchaca de succes. creatio. lib. 3. §. 25. nu. 19. & insinuant Vvesembeki. & Hoto. hic & probare videtur d. l. 2. v. *mas si vsasse de tales palabras.* d. t. 12. p. 6
18 Contrariũ † tamẽ, quinimo hereditatẽ quę iure directo nõ valet codicillis relicta, iure fidei cõmissi valere, probari potest. l. illud. §. 1. D. de iure codicillorũ defendit Hippolyt. Riminaldus in l. precibus. n. 422. C. de impub. Costa. in 1. cap. par. verb. *obliquæ,* nu. 17.

19 Vnde in hac cõtrouersia aliorũ omissis distinctionib. sic statui potest, si testator voluit testari & directis verbis aliquẽ codicillis instituit, iure ciuili Romanorũ, nec iure directo, nec iure fideicõmissi institutio sustinebitur, ex prima opinion. n. 17. relata. Hodiè ex d. l. 3. Tauri. & alijs n. 8. adductis, iure directo institutio sustinebitur, quãdo scilicet nullũ aliud fecit testa. diximus nu. 10. & 11. Si verò voluit codicillos cõficere nõ testamentũ, quãuis nõ valeat iure directo institutio valet, tamẽ invim fideicõmissi, ex hoc nostro tex. quẽ sic Eguinarius interpretatur, & dicta leg. Scæuola. 76. D. ad Trebe-

bell.quomodo etiam rem accipiunt Greg. in d.l.2.titu.12.par.6. latiùs Minchaca.d.§.25.

§. Codicillos.3.

1 *Codicillos plures relinquere quis poteſt, teſtamentum vnum, num.2.& quæ differentiæ ratio, ibi,& nu.3.& quid hodie iure Hiſpano n.4.*

5 *Codicilli ſi ſint contrarij, quibus eorum fides adhibenda.*

6 *Codicilli, qui nullam ſolemnitatem requirunt, quot teſtes habere debeant.*

7 *Codicillorum, & teſtamenti nuncupatiui hodie vna ſolemnitas.l.1.tit.4.lib.5. nouæ recopilationis.*

8 *L.3.Tau.l.2.tit.4.lib.5.recop.verſiculo.* Y en los codicillos.

9 *Codicillorum in ſcriptis, ſolemnitas non immutata.*

10 *Fœminæ in codicillis teſtes eſſe non poſſunt.*

MAximã, quæ eſt inter codicillos & teſtamentũ differentia, cũ ſuperiori paragrapho Iuſtinian. enarraſſet, aliàs nunc ſubijcit: illam in primis, † nõ vnos modò, ſed & plures codicillos licere facere, idem inſinuauerat Papinianus in l. ante tabulas. 5. D. de iure codicillorũ, docens codicillos codicillis inſequẽtibus cõfirmari poſſe, expreſsius Marcianus in l. Diui. 6. §. codicillos. eod. titu. Impp. in l. 1. & 3. C. eod. ſcribunt per poſteriores codicillos, nihil de ſuperioribus detrahi, niſi his contrarij ſint. l. 3. ibi. *E puede vn bome fazer muchos codicilos, e non deſata el vno al otro.* tit. 12 par. 6. explicat Pet. Peralta in l. ſiquis in principio. nu. 6. n. 9. & 10. D. de legatis lib. 3. Burgos de Paz in l. 3. Tauri. num. 1343. Ioan. Matienço in l. 2. Gloſ. 9. n. 26. lib. 5. nouæ recopilat. Cum tamen plura † teſtamẽta vnius hominis eſſe non poſsint. l. quærebatur. 19. D. de militari teſtam. tex. in §. poſteriore ſup. quibus mod. teſtamẽta infirm. vbi latiſsimè proſecuti ſumus, quæ verò ſit hoc in caſu inter teſtamentũ & codicillos differentiæ ratio, inſinuare non erit difficile, ſi memineris eorũ quæ in d. §. Poſteriore adnotauimus. Teſtamentũ plenã & perfectã continet diſpoſitionem heredis inſtitutionẽ, eius virtute inducitur repræſentatio defuncti, vnaquè quodam modo efficitur vtriuſque perſona; & heredis, & teſtatoris, ideoque, & quia hereditas dominium tribuit (diximus latè in rub. ſup. de heredibus inſtituendis, & in §. fin. de here. qualitate, & in §. quos autem infrà de bonorũ poſſeſſionibus) vni duo inſolidum heredes eſſe non poſſunt, l. quod contra, 141. §. vni duo. D. de reg. iuris, nec enim ratio naturalis id patitur; quemadmodum, nec plures eandem rem ſimul poſsidere. l. 3. §. ex contrario, D. de acq. poſſeſſione nec dominiũ inſolidũ penes duos eſſe. l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus vehiculum. D. cõmodati, cum alijs quæ adduximus & maturè conſiderauimus pro vera & exacta interpretatione Iuſtiniani in principio ſup. de exhered. liberorum & notat eruditus Pet. Faber. in. l. ius noſtrum. 7. D. de reg. iuris: ergo cum teſtamẽtum ſine heredis inſtitutione non ſit, (docuimus ſæpè,) nec duos heredes, ideſt ſucceſſores in vniuerſum ius, relinquere quis poſsit) etiam ſi miles ſit, ſaltim eodem tempore, vt cum Petro Fabro ego ſentio) nec duo teſtamẽta relinquere poſſe conſequens eſt, vnde poſteriori (dum tamen æquè perfecto) prius tollitur. d. §. poſteriori. In codicillis † contrà eſt, qui nõ ſuper vniuerſali iure & ſucceſsione, ſed ſuper aliqua eius parte cõficiuntur, vt ex rubrica huius tituli, cõmemorauimus. Hodie † cum inſtitutio heredis in teſtamento neceſſaria nõ ſit, l. 1. tit. 4. lib. 5. recopil. latè ſup. ad rub. de here. inſt. & codicilli eãdem, qua teſtamentum nuncupatiuum, conſtent ſolemnitate. l. 2. ad fin. d. titu. 4. lib. 5. nouæ recopilat. quæ antea erat l. 3. Tauri. an plures quis relinquere poſsit codicillos dubitari non immerito poteſt. Sed ego ex his quæ in d. l. rubrica de here. inſtituẽdis cum Franciſco Balduino docui, & in §. codicillis ſuprà eod. rem ſic cõprehendo. Quoties quis teſtatur, nec tamen heredẽ inſtituit, hoc non teſtamentũ poteſt appellari, ſi rectã dicendi rationem amplecti velimus, nec enim magis poteſt eſſe teſtamẽtum ſine heredis inſtitutione, quàm ſi velis defendere Titium hominem eſſe, etiam anima rationali (vt cum logicis & phyſicis loquar) carentem. Eſt igitur vltima voluntas, quamuis abuſiuè legibus noſtris Hiſpanis teſtamentũ nuncupetur. Dicas quo malis nomine, teſtamentũ quod præceſſit, aut in ſcriptis fuit conditum, & eo caſu nõ niſi alio teſtamento ſiue in ſcriptis ſiue nuncupatiuè facto & ordinato tolli poteſt, ex regula. d. §. poſteriore. quæ immutata non eſt: aut nuncupatiuè, hoc ſi heredis inſtitutionem habeat, codicillis (etiam ſi iam eadem ſolemnitate ordinentur) non tollitur; ſiue enim antè, ſiue poſt teſtamentum conficiantur etiam hodie eius ſunt pars, ideoquè illud non infirmant, ſed potius ab eo pendent, & militat adhuc ratio l. quod per manus, 10. D. de iure codicillorum. Quod etiam ſine ſcrupulo ego admitterem, etſi qui teſtamentum fecit, illud in quo heredem inſtituit, non teſtamentum, ſed codicillos appellet, (neque enim illud infirmatur eo quod conficiens alio nomine nuncupet,) ergo ſi codicillos alios poſtea faciat in quibus ſimiliter & heres aliquis ſit inſtitutus, perinde primi ſequentibus tollẽtur, ac primũ ſequenti teſtamento abrogatur, eãdem ratione, quia & priores, & poſteriores codicilli, nõ codicilli ſed teſtamentum ſunt. Quod ſi vel in neutris, ſiue nullis inſtitutus heres fuerit, omnes

nes valebũt ex regula nostri textus; quæ obtinet siue testamento facto, siue ab intestato ve
5 lit quis codicillari. † Nisi contrarij codicilli sint, nec appareat quisnã prior sit, aut posterior, neuter enim tunc valet ratione incertitudinis, iuxta Glos. Bart. Bald. & omnes in l. cũ proponatis. C. eod. nisi dicamus alterum dare quid, alterũ id ipsum adimere, quia adẽptio frequentius dationẽ sequi solet, & tunc quo adimitur codicillus vires habebit. Bald. in d.l. cũ proponatis. Sin verò eodẽ die facti sint codicilli, & in vno legetur fundus Titio, in altero idẽ fundus legetur Seio, quia tales codicilli nõ sunt contrarij, sed diuersi, ideo vnus per alium non tollitur, sed ambo valent & legatarij concursu partes facient, quia censentur coniuncti re, & ad eũdẽ fundũ vocari, Glossa. Bart. & cæteri d. loco & in l. si Fortidianũ. C. de legatis. Si tamẽ contraria voluntas defuncti, alteri adimere, & in alterum transferre volentis probetur, aliud fuerit dicendũ ex §. transferri. & ibi notatis. sup. de ademptione legatorum.

6 Aliã † deinde Iustinia. inter codicillos & testamentũ notabile differentiã posterioribus huius tex. tit. & libri verbis describit. *Et nullã solemnitatem ordinationis desiderant.* Testamentũ enim est voluntatis nostræ iusta sententia, id est ciuilis, solemnis, pluribus ceremonijs & circunstantijs ordinanda. l. 1. & toto titulo. D. de test. Toto titu. suprà de test. ordinãdis. Codicilli verò naturalis, simplex, & nuda voluntas, absq; vlla solẽnitate ordinationis; vnde rectè Marcianus in l. Diui. 6. §. 1. D. de iure codicillorũ scribit, necesse nõ esse, vt codicilli defuncti manu vel scribantur, vel obsignẽtur, licèt in codicillorũ cõfirmatione pater fam. adiecerit vt non alios valere velit, quã sua manu signatos & subscriptos. Ergo quãuis testamentũ siue illud in scriptis, siue nuncupatiuè fiat iure Ciuili Romanorũ septẽ desideret testes §. sed cũ paulatim. §. fin. sup. de testam. ord. (vbi quid fuerit iure Regio immutatũ diximus) Codicilli eodem iure, item & Regio Partitarum, quinque duntaxat exigunt. l. fin. C. hoc tit. l. fin. C. de fideicommiss. tex. in §. fin. supra de fideicõ. hered. consonat. l. 104. tit. 18. part. 3. l. 1. l. 2. tit. 12. l. 32. tit. 16. par. 6. latè prosequuntur à nobis suprà in initio huius tractationis adducti, Ioan. Matien. in l. 2. Glos. 9. ex nu. 1. Alphons. de Azeuedo in eadẽ l. 2. ex nu. 31. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilat. Deinde testes in codicillis non rogati, sed fortuitò (quamuis id perquã raro eueniat) esse possunt, eorũ sub-
7 scriptiones licèt requirantur, non tamen sigilla, vt in dictis legibus probatur. Hodie † vero nouiori iure ex d.l. 3. Tauri. quæ est l. 2. tit. 4. lib. 5. recopilationis longè alia est obseruatio ibi *y en los codicillos intervenga la misma solẽnidad que se requiere en el testamento nuncupatiuo, o, abierto conforme à la dicha ley del ordenamiẽto.* Vnde si coram Tabellione fiant tres testes vicini eius oppidi vbi codicilli conficiuntur, si verò absque Tabellione quinque etiã vicini requirũtur, provt in d.l. 1. t. 4. lib. 5. nouæ recop. statutum est, & latè diximus sup. in §. fin. de testam. ordinand. Atque ita d.l. 3. Tauri. l. 2. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilat. nuncupatiui testamenti, & codicillorum solẽnitatẽ adæquatam esse cõmunis Hispanorũ interpretũ schola frequẽtiùs probat. Verum † ego, licèt adæquationẽ admittam, vereor tamen ne hactenus nostra-
8 tes decepti sint, illis legibus inductam credentes, pro vt defendit Ioan. Matien. d. Glos. 9. nu. 3. veriùs existimo eam longè antè factã eadem l. 1. vt ex eius verbis constat ibi. *si alguna ordenare su testamento, o, otra postrimera voluntad.* quæ verba *postrimera voluntad*, ad codicillos sanè referuntur, vt multis contendit Guillel. Benedictus in cap. Raynutius. verbo. *testamentum* 3. nu. 1. & in terminis Burgos de Paz in d.l. 3. Tau. n. 1338. quorũ sententiã retulit, eã latius probans, ide Matienço d. n. 3. (& sine scrupulo Alph. Azeuedo, d. n. 31.) quamuis sequenti numero abea discesserit. nec obstat versiculus suprà adductus, ex d.l. 3. Tauri *y en los codicillos*, &c. quoniã accipiẽdus est, iuxta proximè superiora verba, in quibus de testamento cæci, eiusque solẽnitate agitur, & cum vno spiritu legantur & eãdem clausula contineantur, eodem sensu sunt accipienda. Ecce. *y mandamos que en el testamento del ciego intervengan cinco testigos alomenos, y en los codicillos intervẽga la misma solemnidad, que se requiere en el testamento nũcupatiuo, o, abierto conforme a la dicha ley del ordenamiento*, hæc quoties codicilli nuncupatiuè fiunt. † Si verò in scriptis conficiantur, quãuis controuersum sit, an eorũ solẽnitas dimi-
9 nuta sit ex d.l. 3. Tau. d.l. 2. nouæ reco. verior & cõmunior sententia est quinq; testes, eorũ que subscriptiones, licèt non sigilla requiri, vt contra alios defendit Anto. Gomez in d.l. 3. n. 69. Gregor. in l. fin. Glossa. magna tit. 12. par. 6. Ioan. Matien. d. Glos. 9. n. 4. Minchaca lib. 3. de succes. creatione. §. 25. n. 23. Azeuedo. ibi relatus n. 33. alij nouissimè relati à Didaco Gomez Cornejo in additionibus. ad Anto. Gom. d. n. 69. † Apud eosdem omnes eisdem fermè in locis an fœmina in codicillis testis esse possit? latè discutitur, frequentiùs eam nõ esse ad-
10 mittẽdã probatur, quã opinionem magis sequi videtur contra dominũ suũ Anto. Gom. idem Didacus Gomez Cornejo quã amplexi etiam fuere Ludoui. Moli. lib. 2. c. 8. n. 25. Azeue. supra n. 36. Matien. n. 8. ante eos Tellus in d.l. 3. Tauri. n. 22. Didac. Castillo. verb. *siete testigos.* col. 7. Greg. in l. 7. Glos. *dos testigos*, tit. 1. p. 6. Spino d. Glos. 32. num. 37. & ipse quoq; nouis (nisi fallor) argumẽtis defendi in §. testes. ex nu. 21. sup. de testamen. ordinandis.

ANTO-

Iustitutionum lib. 2. finis.



ANTONII PICHARDO VINVESA IVRISCONSVLTI HISPANI, SALMANTICENSISQVE ANTECESSORIS,

IN TERTIVM INSTITVTIONVM Imperatoris Iustiniani librum commentaria.

Titulus Primus, de Hereditatibus quæ ab intestato deferuntur.

IN RVBRICAM.

1 INstitutionũ Iustiniani vulgaris & inueterata partitio reprehenditur. Altera nouè cum Francisco Hotomano proponitur.

2 Dicenda quæ sunt in hac Rubrica & Titulo insinuatur.

3 Verbum Succedere, varias habet significationes.

4 Succedere frequentius apud bonos authores & Iurisconsultos est, alterius locum subire, occupare, ingredi.

5 Inde successores, succedaneos culpæ, succedanea hostia, succedaneus regni.

6 Succedere in hac tractatione est mortui alicuius locum & bona occupare.

7 Successionem in suis heredibus non esse, quid apud Iuris authores? & difficillima Pandectarum loca in eam rem indicata.

8 Successio triplex.

9 L. cum antiquioribus. 19. versiculo. Si enim. C. de iure deliber.

10 L. ait Prætor. 7. §. Sed etsi. D. de minoribus.

11 Successio alia vniuersalis, alia particularis. Vniuersalis quæ?

12 Particularis quæ?

13 Successionis appellatione, frequentius vniuersalis comprehenditur.

14 Emphyteusis Ecclesiastica alicui, successoribusque suis concessa, non de particularibus, sed de vniuersalibus intelligenda. & nu. sequen.

15 L. 28. tit. 8. par. 5.

16 L. in conuentionibus. 217. D. de verbor. signif.

17 Emphyteusis priuata & secularis alicui, eiusq; successoribus concessa, quibuslibet etiam particularibus competit.

18 L. stipulatio ista. 38. §. sicut. D. de verb. oblig.

19 Successionis ab intestato communis definitio.

20 Successionis ab intestato noua proponitur definitio.

21 L. conficiuntur. 8. versiculo. Quoniam creditur. D. de iure codicill. nouè explicata.

22 Expressa voluntas facit tacitam & præsumptam cessare.

23 Successores ab intestato ex defuncti voluntate quando admitti intelligantur.

24 L. I. versiculo, y entõces herede aquel que segun derecho y costũbre dela tierra auia de heredar. Tit. 4. lib. 5. nouæ compilat. vltra omnes declarata.

25 Successionis ab intestato nouam definitionem omnibus suis constare partibus ostenditur.

26 Scrupulus ex viri & vxoris, item & fisci successione remouetur.

27 Successio ab intestato ipso iure absque hominis facto defertur.

28 Successio legitima propriè quæ ab intestato defertur.

29 Successio testamentaria legitima non impropriè dicitur.

30 L. à fratris. 127. D. de legat. 1. nona inductio.

31 L. ea verò. 3. §. de illo. D. pro socio.

32 Hereditatis definitio, remissiuè, & pluribus exornata.

33 Successio ab intestato proximiori consanguineo tantum defertur.

34 *Consanguinei propriùs dicuntur fratres eodem patre nati.*
35 *Consanguineus in nostra definitione qui defuncto sanguine connexus est.*
36 *Successioni ab intestato non est locus, quando testamentariæ locus est.*
37 *L. si quis ita heres. 82. D. de hered. inst.*
38 *Intestatus quis pluribus modis dicitur, remissiuè.*
39 *Intestatus est, qui aut testamentum non fecit, aut si id fecit, valere tamen non potuit.*
40 *Intestati minus propriè, qui testari ex impotentia non potuerunt, dicuntur.*
41 *Intestatus quibus modis efficiatur, qui testamentum ordinauit & nu. sequen. vsq; ad 46.*
47 *Successio ab intestato antiquior est successione testamentaria.*
48 *Testamentorum iura apud plures nationes non admissa.*
49 *Successionem ab intestato omnes gentes admiserunt.*
50 *Successionis ab intestato antiquissima lex apud Hebræos.*
51 *Successionis ab intestato ius apud Athenienses.*
52 *Successionis ab intestato ius apud. XII. Romanorum tabulas.*
53 *Successio ab intestato legitimo iure inducta.*
54 *Successionem ab intestato iure diuino, & naturali inductam ex plurium opinione.*
55 *Iudicialia veteris testamenti præcepta per Christi aduentum cessarunt.*
56 *Authoritas D. Pauli ad Galatas cap. 4. Si filius ergo heres. quomodo intelligenda.*
57 *Successiones ab intestato iure legitimo inductæ sunt ex naturali ratione.*
58 *L. vt vim. 3. versiculo* & cum cognationem. *D. de iust. & iure.*
59 *L. hac parte 2. D. vnde cognati.*
60 *Legitima filijs in parentum bonis an iure naturali an verò iure ciuili inducta sit? remissiuè.*
61 *Legitima naturali ratione debetur, eius quota, iure positiuo: vnde & augeri & minui potest.*
62 *Exheredatio non nisi ex iustis causis fit, inducta; & est ex superiori quadam ratione naturali, quæ ius successionis vincit.*
63 *Spurius filius mortuo patrè in legitimorum præiudicium vtrum possit à Principe legitimari? & num. sequen.*
65 *Dominium iure Ciuili quæsitum potest Princeps tollere.*
66 *Legitimationem adita hereditate à venientibus ab intestato in eorum præiudicium fieri nõ posse defenditur.*
67 *Dominium quæsitum sine publica causa Princeps auferre non potest.*
68 *Dominium quod additione queritur iuris gentium est.*
69 *L. 2. D. de natalib. restituendis.*
70 *Verba* Non facilè, *idem, quod non passim, nec temerè.*

1 DEcius Franciscus Hotomanus, in eo quod suis in has Institutiones commentarijs argumento præposuit, earum vulgarem, inueteratamque partitionem irridet; namque cùm totius huiusce operis tres sint partes (eodem ipso Iustin. teste in principio supra de iure personatum. Caio, in l. 1. D. de statu hominum) de personis litigatorũ, de causis propter quas litigatur, & de litigandi, litiumq; dirimẽdarum formulis, sequitur, vt tripartita quoq; eius diuisio esse deberet, & Primo libro de personis tanquã de causa efficiente, Altero de rebus & obligationibus, tanquam de materia, Tertio de actionibus, tanquam de forma ageretur. Sed quoniã immodica & absurda libri secundi magnitudo foret si in vnum volumen vniuersa de rebus & obligationibus disputatio cõferretur, propterea commodiùs visum fuit eam in duo volumina partiri, quæ sanè congrua esset partitio, si priori loco de rebus, altero de obligationibus differeretur. Vnde intelligi potest cuiusmodi peruulgata partitio sit, quæ tertij huius libri initium ab eo capite sumit, quo *de hereditatibus quæ ab intestato deferuntur* differitur: quarti autem ab eo in quo *de obligationibus ex delicto* tractatur, congruentiusque multò librum secundum continuari ex titulo primo *de rerum diuisione* vsque ad titulum *de successionibus sublatis*, qui sic compactus per triginta octo titulos, modos quibus rerum dominia nãciscuntur *de obligationibus*, vsque ad titulum, *de obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur*, & per viginti duos titulos qui sub hoc libro (sic partito & composito) continentur, omnium quotquot sunt obligationum causæ differentur. Quartusque aptissimè ex titulo *de actionibus*, exordium sumens, vsque in finem & vltimum *de publicis iudicijs* tractatũ porrigeretur, per tredecim titulos iudiciorum formulas & causas continens. Etsi tamen aptiorem longè hanc partitionem putamus, ita inueteratæ in scholis consuetudini aliquid tribuendum censemus, eamque sequuti tertiũ iam auspicamur librum eiusque primum *de hereditatibus quæ ab intestato deferuntur* titulum.

2 Ad cuius † exactam explicationem, etsi supra ex titulo de testamentis ordinandis, plura de successione dixerimus, quia tamẽ, vt ex paulò inferius dicendis apparebit, antiquior legitima hæc successio, de qua sermonem instituimus, est, aliqua quæ & testamentariæ quoque (de qua hactenus Iustinianus) communia erũt, & rei de qua hoc & sequent. titulis differendum est, apprimè erunt conueniẽtia, multumque lucis textuum interpretationi adferent, præmittere necessarium erit. Ergò pro totius huius

huius tractationis de hereditatibus, legitimisque successionibus explicatione, *succedere*, quid significet, *quotuplex sit successio, quid, & quo iure introducta*, audiemus, deinde principium huius tituli breuiter enarrabimus, mox ante literalem explicationem prioris paragraphi, item & sequentium in quibus Iustinianus, de legitima descendentium successione agit, lato, suculentique stylo, quid olim, quid hodie in omnibus descendentibus legitimis, naturalibus, spurijs, & cuiuscunque alterius conditionis, iuris esset, sitque admittendum vno capite, nouem adiectis diuisionibus, siue paragraphis proponemus.

3 Quamuis † ergo verbum *succedere* varias & multiplices significationes habeat, & aliquando prosperè cedere, seu fœliciter euenire significet, vti vsurpat Tullius ad Brutū, *Nos te, tuũq; exercitum expectamus, sine quo (vt reliqua ex sententia succedant) vix satis liberi videmur fore*, & ad Quintum Fratrem. *Si ex sententia successerit benè erit opera posita.* & multis alijs in locis à Mario Nizolio obseruatis, & Terentius in Andria, *hac non successit, alia aggredeamus via*, & alibi sæpè. Aliquando facta quæcumq;, vt pluribus adductis bonorum authorū testimonijs, contendit Ferd. Minchaca. lib. 1. de succes. creatione in præfatio. ex nu. 5. † frequentiùs tamē
4 & apud bonos authores, & ipsos quoque I. C. est alterius locum occupare, subire, ingredi. Marcus Tullius in Antonium. *Nihil semper floret, ætas succedit ætati*: & de claris Oratoribus, *Demosthenes successit magnis, & maximos oratores habuit æquales.* & passim vt Nizolius obseruat. Cæsar. 5. belli Gallici. *Stationesque haberēt, atq; alios alij deinceps excciperent, integriq; & recentes defatigatis succederent.* quo sensu eos qui alicuius creditoris ius occupāt, succedere in locum creditoris dicimus. l. Aristot. 3. D. quæ res pignori obligari poss. l. creditor. 12. (aliàs. l. si prior. 13. §. si tertius) D. qui potiores in pig. hab. l. cū secundus. 5. D. de distractione pignoris. l. 1. & per totū. C. de his qui in priorum creditorū locum successerūt. & succedere in pignus, d. § si tertius. & succedere in locū simpliciter. l. creditor. 3. l. Claudius. 16. D. qui potiores
5 l. cū quidā. 17. §. fiscus. D. de vsuris. † & successores magistratus l. Titio. 36. §. 1. D. ad municipalē. l. 1. §. sciendū de magistr. conuen. cū pluribus alijs quæ congessit Brissonius. li. 17. de verb. sign. fol. 612. pag. 2. & 3. & succedaneus culpæ qui in culpam succedit. l. non similiter. 4. D. de magistrat. conuen. l. 3. §. vltimo. D. de administrat. tutorum, quemadmodum & succedanea hostia olim dicebatur, quæ in alterius locum sacrificijs adhibebatur, vt Agellius. lib. 4. cap. 6 & Seruius in 8. AEneid. scribunt. Apuleius. lib. 8. de asino aureo. *Sed postquàm non seruam pro virgine, sed asinum pro homine succedaneum videre.* & succedaneus regni apud
9 Iustinum. lib, 36. † Vnde in hac tractatione *succedere* idem est quod mortui alicuius locum & bona occupare, nam cum heredem significare volumus, iuris successorem dicimus. l. quædam. 9. §. 1. D. de edendo. §. legatarijs suprà de testament. ordin. l. vltima. D. pro suo. l. heres. 37. D. de acquirend. hered. & ipsam hereditatem successionem appellamus. l. nihil aliud. 24. D. de verborum significat. l. hereditas. 62. D. de regul. iur. herediscque appellatione omnes successores significamus. l. heredis. 170. D. de verborum significatione. & succedere pro in sui heredis locum succedere sublato de medio, vel morte, vel pœna, vel captiuitate, vel emancipatione qui præcedebat, l. Gallus. 29. §. videndum. & §. ille casus, D. de liberis & posthum. l. si quis filio exheredato. 6. versiculo *planè*. & l. posthumorum. 13. D. de iniusto rupto. l. 2. in principio. D. de vulg. §. ita demum hoc
7 tit. de hereditat. quæ ab intestat. defer. Planè † (vt obiter id admoneamur) quòd in l. 1. §. sciendum ait Vlpianus in suis heredibus successionem non esse, hunc sensum habet, vt ex eo, qui primum locum mortis tempore tenebat, mortuo, sequens vt suus heres ab intestato non admittatur, aliter atque si ante eum delata hereditas alij non esset, quomodo accipies difficiles textus in l. si filius heres. 16. & l. si quis posthumos. 9. §. si filium, versiculo. *Sed etsi heres.* D. de lib. & posthum. d. l. si quis filio exheredato. 6. in princip. D. de iniusto rupto. l. scripto. 11. D. vnde lib. & d. § sciendum, quia in eius locum qui iam suus heres extitit succedere potest vt suus nemo: quomodo & in hereditate legitima successionem non esse cum Iulio Paulo libro 4. senten. titulo 8. versiculo, *in hereditate*, scribit Iustinianus in §. placebat, infra de legitima agnat succes. Vlpianus in fragmentis, tit. 26. §. si plures, versic. *quod si nemo*, & ibidem Iacobus Cuiacius.
8

Hanc autem successionem qua quis alterius locum subiens vniuersa eius iura & bona occupata differmiter deferri constat. Alia enim est successio testamentaria, alia legitima: tertia, quæ neque ex testamento est, neque ab intestato, & successio anomala à nostris nuncupatur. De testamentaria successione disputamus cum Iustiniano lib. 2. Institutionum ex titulo de testamen. ordin. cum sequentibus. De legitima siue ab intestato hic agemus,
9 de alia vt quæ sit constet pauca subijciemus. Illud in primis † notantes hanc successionum diuisionem frequenter ab interpretibus comprobari. l. cum antiquioribus. 19. versiculo *Si enim*, ibi, *vel aliter*. C. de iure delib. iuncta glossa, ibi. verbo. *fuisse*, qui ex eo versiculo talem sententiam conijciunt, quod siue ex testamento, siue ab intestato, siue alio

quouis modo hereditas deferatur, annale deliberationis tempus heredibus concedendum ſemper eſt, ita cum communi Ferd. Mincha. de ſucceſſ. creatione in præfa. num. 12, &: §. 17. num. 106. Sed, aut ego erro, aut hi verum illius loci ſenſum non ſunt aſſequuti, eſt enim longè alius, vt verba demoſtrant: ait Iuſtinianus, *Si enim ipſe poſtquam teſtamentum fuerit inſinuatum, vel ab inteſtato, vel ex teſtamento, vel aliter ei cognitum ſit heredem eum vocatum fuiſſe*, &c. quibus verbis, docet annale tempus currere, initiumque deliberationis ab eo die quo teſtamentum heredi vel inſinuatum fuit, vel aliter ei conſtitit eum ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedere. Contendo itaque verſiculum, *vel aliter ei cognitum ſit*, coniungendum eſſe, verſiculo, *poſtquam teſtamentum fuerit inſinuatum*, illa autem verba, *heredem eum vocatum fuiſſe*, legenda poſt alia, *vel ex teſtamento, vel ab inteſtato*, quæ ſic accepta hunc ſanè ſenſum habent, ſi ipſe poſt quam teſtamentum fuerit inſinuatum, vel aliter ei cognitum ſit, vel ab inteſtato, vel ex teſtamento heredem eum vocatum fuiſſe, annali tempore tranſlapſo nihil fecerit, ex quo vel adeundam, vel renunciandam hereditatem manifeſtauerit, is cũ ſucceſsione ſua ab huiuſmodi beneficio excludatur: quem ad eam legem ante conſiderauit nemo quem viderim.

10 Probari tamen poteſt ſuperior differentia ex. l. ait Prætor. 7. §. Sed etſi hereditatem minor adit. D. de minoribus. iuncta Gloſſa. ibi. *vel alia ſucceſsione*, docet enim Vlpianus minori, qui eo quod hereditatem adijt minus lucroſam vel bonorum poſſeſsionem agnouit. vel quamcumque aliam ſucceſsionem deceptus eſt, per in integrum reſtitutionem ſubueniendum eſſe; Sane *hereditatis* appellatione in eo textu & quæ ex teſtamento, & quæ ab inteſtato minori defertur, comprehenditur; appellatio verò *bonorum poſſeſsionis* quamcumque etiam complectitur, iure prætorio delatam, ergo reliquum eſt, verba, *vel alia ſucceſsione*, præter ſuperiores alias eſſe ſucceſsiones oſtendere. Exempla ſunt in l. Denique 3. §. Pomponius. D. de minoribus. l. 2. D. de caſtrenſi peculio. in l. ſi infanti. 18. §. 1. ibi. *iure patrio*. C. de iure delib. in. l. licèt. 19. C. de pactis. in Authentica. hoc amplius. C. de fidei commiſſ. in titulo infrà de acqui. per adrogationem, & in titulo infrà de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur. inſinuat etiam Iuſtinianus in. §. hactenus ſupra per quas perſon. nob. acqui. Zaſius libr. 1. ſingularium intellectuum cap. 1. num. 3. infra de ſucceſsionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditio. & ex S. C. Claudiano. de quo aliquà notatu digna diximus, in. l. 3. ſub num. 35. C. de murilegulis. libr. 11. Sed de huiuſmodi ſucceſsionibus, quas anomalas à noſtris dici notauimus noſter non eſt ſermo: de alijs agamus.

Quarum alia vniuerſalis eſt, particularis alia. Vniuerſalis quæ ſuperioribus modis contingit, ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſiue iure ciuili, ſiue prætorio, vel hereditatis, vel bonorum poſſeſsionis titulo, vel propter vniuerſale fidei commiſſum; hoc enim caſu, etſi directum & ciuile nomen heredis qui reſtituit non amittat, omnia tamen iura & actiones fidei commiſſariorum & in fidei commiſſarium dantur. §. reſtituta. ſuprà de fidei commiſſ. he red. quotieſcunque enim quis in vniuerſum alicuius, ſiue iam defuncti, ſiue ſuperſtitis ius ſuccedit, vniuerſalis ſucceſſor appellatur, vti in ſuperioribus exemplis, quibus coniunges fiſcum propter delictum alicuius bona occupantem, fungitur enim vice vniuerſalis ſucceſſoris. toto titulo. D. de bonis damnatorum, & ſequenti, & in. §. ſoluitur. verſiculo *publicatione*. infrà de ſocietate. & eſt elegans textus. in. l. Vranius Antoninus. 71. D. de fideiuſſoribus. † Particularis verò ſucceſsio, ſiue ſucceſſoris eſt, qui in aliqua parte ſuccedit, ſiue legati, fidei commiſſi, donationis; ſiue emtionis, aut alterius contractus cauſa, de quo multa ſcripſit Minchaca. d. §. 17. ex numer. 107.

Planè ſucceſsionis appellatione, non particularis, ſed vniuerſalis comprehenditur, quia, vt ſupra num. 6. diximus, is proprie ſucceſſor eſt, qui alicuius bona occupauit vniuerſa: eius ingreſſus locum docent Alexan. & Iaſo. num. 3. in. l. quædam. 9. §. nihil interest. D. de edendo, idem Alex. & alij relati per Michaelem Graſſum. libro de ſucceſsionibus. §. 1. num. 19. † quare ſi alicui, ſucceſſoribuſque ſuis conceſſa ſit emphyteuſis, vel feudum, de ſucceſſoribus vniuerſalibus, non de particularibus intelligenda conceſsio eſt; argum. tex. in. d. §. nihil intereſt. vbi ſucceſſoris appellatione non contineri donatarium, aut legatarium. I. C. docuit, Alex. & Iaſo. ibi. num. 4. Bald. in. l. emtorem. colum. 3. C. de locato. Peralta. in rub. num. 165. D. de hered. inſt. & plurimos referens Graſſus vbi proximè. nume. 20. quem potuit citare Caldas Pereyra Tractat. de nominatione emphyteutica. quæſt. 24. num. 1. & 3. † quod eſt notabile iuxta tex. in. l. 28. ibi. *Para en toda ſu vida de aquel que la recibe, ò, de ſus herederos.* titul. 8. part. 5. vbi tamen prætermiſit Gregorius, quibus ego addo bonum tex. in. l. ſtipulatio iſta. 38. §. ſicut, iuncta Gloſſa verbo. *ſuccedunt*. D. de verbo. obliga.

Sed obſtat † difficilis tex. in. l. in conuentionibus. 217. D. de verbo. ſignificatione, vbi pro herede facta conceſsio, legatario quoque prodeſt, & ſic particulari ſucceſſori, cui res ſeu emphyteuſis legata eſt: nec hoc mirum

rum si consideres nullum inde damnum aut incommodum pati dominum, siquidem sua non interest, magis hunc, quàm illum rem possidere, dummodo eius consensu rem ingrediatur. ita adnotauit Speculator titulo de locato. §. tunc aliqua. quæstione 112. & quæstio. sequenti. numero 138. Alexand. consilio 193. libro 2. numero 2. & consilio 21. columna 2. libro 5. Alciat. in d. l. in conuentionibus. ad fin. Iaso. in l. final. numero 75. C. de iure. emphyt. Costa de regni successione pagina 39. Pinel. in l. 2. numero final. C. de bon. mater. Alciat. responso 74. numero 2. Caldas. d. quæstione 24. numero 4. & est verissimum.

17 Nec quæ † pro alia opinione adduximus obstant: nam discrimen constituendum existimo inter feuda, & Ecclesiasticas emphyteuses, in quibus rei natura & subiecta materia id postulat, ne ad extraneos fiat tranfitus, in quibus, vt intelligamus concedentem etiam legatario, & sic singulari successori rem concessisse, vniuersalia verba necessaria sunt, videlicet *omnibus successoribus, quibuscunq; successoribus.* secus in secularibus concessionibus, in quibus quibuslibet successoribus quē prospexisse quoque credendum est ex. d. l. in
18 conuentionibus. Pinelus. d. num. fin. † Nec obstat tex. in d. §. sicut quoniam, ideo illa verba vniuersalia, *quicunque successores* non comprehendunt particularem successorem, quia fuerunt à lege prolata, non ab homine, vt in proposito nostro explicat And. Tiraquel. hanc differentiam constituens de retract. linag. §. 1. glos. 7. nu. 29.

19 His veluti in modum præuiæ cuiusdam inspectionis præfatis, vt ad rem magis accedamus, quid sit successio legitima, de qua noster futurus est sermo videamus. Sed hic non possum non mirari, tot scriptores, qui de successionibus ab intestato peculiares ediderunt tractatus, videlicet antiqui Dynum, & Cinum, Matthæum Matthesilanum. Nicolaum de Vvaldis, Rolandinum Passagerium, Antonium de Rosellis, Oliuerium Textorem, Didacum Couarr. Maturinum, Montanum, & Ioann. de Rojas, qui omnes Parte 1. Tomi. 8. Tractatuum doctorum habentur eius definitionem prætermisisse, qua etiam negligentia notandus est Michael Grassus, tractat. de successio. §. successio ab intestato. & Ferdinand. Minchaca iam relatus. Sed quæ communiter solet circumferri, iam accipe. *Successio ab intestato est actus legitimus, quo quis proximiorem consanguineum testamenti defectu ad suam hereditatem admittere creditur,* quæ colligitur ex l. 2. §. hæc hereditas, & §. legitima. D. de suis & legit. heredit. l. 1. §. gradatim. D. vnde cognati, authentico de heredibus ab intestato venientibus. §. Si verò neque fratres, & §. si plures infra de leg. agnat, successione coniuncta. l. conficiuntur. 8. versiculo *quoniam creditur pater famil. sponte sua hos relinquere legitimam hereditatem.* D. de iure codicillorum, sequitur sine scrupulo. Did. Spino. de testamentis glossa. 1. principali numero 3. † Ego cum sciam in definitionibus nihil superfluum, nihil diminutum esse oportere, sed rei essentiam per genus & differentiam quàm breuissimè describendam esse, vt cum Iulio & alijs diximus in d. sputatione de mora. sub numero. 3. communi reiecta ita definio. *Successio ab intestato est actus legitimus quo proximiori consanguineo hereditas intestati defertur.* Itaque affero, intestati successionem generaliter lege obuenire non voluntate testatoris. l. lege obuenire. 130. D. de verborum significatione, & dicemus late infra ex numero 41. † Neque offendor communi allegatione. d. l. conficiuntur, versiculo, *quoniam*, qua populariter docetur successores ab intestato ex tacita semper defuncti voluntate admitti, quia obseruo intestatum quem esse, non tantum qui omnino testamentum non fecit, sed qui non iure fecit, aut id fecit, ruptum tamē irritúmve factum est, aut si ex eo nemo heres extiterit, textus in princ. hoc tit. de hered. quæ ab intesta. def. & latius infra dicemus. Potest ergo quis pluribus modis effici intestatus, & tamen non in omnibus tacite successores legitimos vocare, admittereve credi poterit, finge, illis exclusis extraneos instituisse, & postea casu intestatum effectum, poteris ne tunc ex eius voluntate legitimos admittere? profecto non poteris: † coniecturata enim voluntas vbi adest expressa locum non habet, expressum enim tacitum excludit. l. qui plures. 38. in principio & l. cum ex filio. 39. §. primo. D. de vulgar. & vt dici solet cum manifestus est sensus defuncti verborum interpretatio, non tantum valet, vt melior sensus existat. l. 3. C. de liber. præt. notat cum alij Franc. Mantica de coniecturis vltim. voluntat. libro. 5. titulo 14. numero 13. & libro 12. titulo 17. ex numero. 2. † Superest itaque successores ab intestato tunc ex voluntate cōiecturata admitti, cum nullo facto testamentō quis decessit, in quo casu loquitur Iulius Paulus in d. l. conficiuntur, versiculo *sed ideo*, quod expressius conuinces si coniūgas Vlpianum in. l. 1. §. sciendum, versiculo *illud certè.* D. de legatis. libro 3. cum ergo nos generalem successionis ab intestato definitionem constituamus, in qua non semper ex defuncti voluntate quis admittitur, rectè communem excludimus, quæ omnem succedendi vim & potestatem voluntati defuncti tribuit, quod ad d. l. conficiuntur, ante me animaduertit nullus.

24 Ex qua † tam vera, quàm noua interpretatione infero errasse Ioannem Matienço in

l.1.glossa 10.numero 47.& num.56.& glossa. 11.& glossa,13.sub tit.4.& in l.12. glos.1. tit. 8.lib.5.nouæ recopil.docentem, extante d.l. 1.versiculo, *y entonces herede aquel que segun derecho, o costumbre de la tierra auia de heredar, si el testador no hiziera testamento*, instituto herede non adeunte, legitimum institutum censeri, longè enim fallitur opinione, tum quia, vt supra diximus, si heredes in testamento scripti sunt, nulla coniectura testatoris quoad legitimos potest sumi; cùm etiam, quia institutio ex coniecturis induci non potest, nec debet, sed ex expressa testantis voluntate.l.iubemus C.de testament. diximus in §. hereditas supra de hered instituend. Francis. Mantica, iam relat.lib.4.titulo 1.numero 15.Nec obstat.d.versicul. *y entonces*, quem accipio iuxta speciem dictæ.l.conficiuntur,versiculo,*quoniam*,quando scilicet defunctus nullum omnino heredem scripsit; quo casu venientes ab intestato vocati censentur, quod dictæ. l. primæ series ostendit, ibi, *aunque el testador no aya hecho heredero alguno, y entonces, &c.* quamuis huiusmodi coniectura ad inducendam institutionem non sufficiat. d. l. iubemus; quod si heredes testator scripserit, qui postea non extiterint, coniectura cessabit, expressa voluntate repugnante, etsi legitimis ipso iure deferatur hereditas.

25 Sed ad nostram † iam definitionem redeamus, quæ omnibus suis constat partibus:loco generis diximus, *actus legitimus*, propter. l. actus legitimi.77. D.de reg.iur. reliqua omnia verba loco differentiæ. Præterea cum definito conuertitur, siquidem nullus potest dari actus legitimus, quo proximiori consanguineo hereditas intestati deferatur, quæ successio ab intestato non sit.

26 Nec mouere debet viro & vxori, item & fisco ab intestato deferri hereditatem, qui tamen nec consanguinei,nec proximi sunt,quoniam quod attinet ad mutuam viri & vxoris successionem respondemus, eam non iure ciuili,sed Prætorio inductam fuisse.l. 1. D. vnde vir & vxor.quoad fiscum verò, notamus deficientibus agnatis proximis olim, hodie vero deficientibus omnibus & agnatis & cognatis vsque ad decimum gradum bona intestati accipere,non quidem iure successionis,sed tanquã caduca & vacantia.d.l.vacantia. 4.C. de bonis vacantibus.lib.10.nos autem hic tantum modò legitimam successionem, idest, quæ à iure ciuili inducitur definice.

Sed subsistamus parumper & singula eius verba sigillatim exponamus. Dicimus, *Actus legitimus*, vt ostendamus hanc successionem iure ciuili inductam esse, sed de hoc latè infra
27 ex numero 47.agemus. † Diximus, *quo hereditas defertur*, vt significemus ipsa lege absque aliquo hominis facto intestatorum hereditates proximioribus deferri.d.l.2.§.hæc hæreditas, & §. legitima.l.in suis.14.D.de suis & legitim. l.lege obuenire,130. D.de verborum significa. vbi omnes obseruãt, & satis constat ex verbis legis duodecim tabularum à Iustiniano in. §. Intestatorum, hoc titulo de hered. quæ ab intest.defer. relatis, & nos paulò superiùs diximus,& latiùs infra necessarium erit repetere.

28 Vnde † etsi non impropriè quis lege obuenire hereditatem dixerit quæ ex testamento defertur, quoniam & lege quoque duodecim tabularum testamentariæ successiones confirmantur.l.verbis legis 120.D.de verb. significa. proprius tamen legitima hereditas illa dicitur quæ ab intestato defertur.ex d.l lege 130. D. de verborum significatione. l. is autem 11.D. de iure patronat.l.quidam 7.D. si quis omissa causa testam.l.capitis 11.D. de suis & legitim. l.legitimam.8. D. de petitione hered.l. illud. 76.D.de acquirend.hered.l.si quis 82.D.de heredibus instituendis.textus celebris in l.3.§.de illo. D.pro socio.vbi iustæ & legitimæ hereditatis appellatione eam solummodo quæ ab intestato defertur comprehendi docet Iulius Paulus,cuius argumento ita Bar.in l.is potest. numero 5.D.de acquiren.hered.dicit communem.Paul.Parisius consil.20.numero 1.Benedictus in cap.Raynutius,verbo,*& vxorem*,numero 37.de testamen. Tiraquellus in tract. *le mort.*2.par.delaratione 7. numero 8. & plures alij relati à Minchaca de success. creatione in præfatione,num.15.& §.11.num.41.& seq.& neminem referens Rebuff.in d. l.lege obuenire. col.1.

29 Contrariam tamen sententiam quinimò legitimæ hereditatis appellatione testamentariam quoque comprehendi neruosè defendit And.Alciatus lib.4. Paradox. cap.7.& in d.l. lege obuenire, in principio:cui fauet. d.l. lege
30 obuenire coniuncta:l.verbis legis, † & textus nouiter inductus in l.penultima,ibi:*& obtinuit Galli sententia alienos quoque posthumos legitimos nobis heredes fieri.* D.de legatis, lib.1.coniuncta, l.Gallus in princ.D. de liber. & posthum(quãuis alter.d.l.penultimam interpretetur Angelus Spannochius libro singulari ad l. Gallus particula 13.ex numero 5.)& ratione quoque probatur, quoniam legitimum illud dicitur quod quoquo modo à lege vires capit, quia introductum,institutum, confirmatúmve lege est:vnde legitima conuentio quæ ex partium contractu concepta est,& non à lege venit,sed confirmatur.l.legitima.6.D.de pact.cum pluribus alijs quæ passim occurrunt, & deduces ex Brissonio.lib.10.de verb.significat.fo.343. pag.2.cum seq.vnde rectè,& hereditatem,quę ab intestato obuenit, & quæ ex testamento competit legitimæ appellatione comprehendi dicemus,cum And.Alciato.d.c.7. Minchaca. d.§.11.num.42.

Nec

Nec iura adducta sup. num. 14. huic opinioni aduersantur, nam eo quod in eis legitima hereditas dicatur quæ lege obuenit, quod & nos libenter fatemur, non inde fit, testamentariam legitimam non esse, cum id satis sit expressum
31 in d.l. lege obuenire. † Nec obstat difficilis tex. in d.l. 3. §. de illo. vbi nominatim cautum est, iustæ hereditatis appellatione legitimam tantum, idest ab intestato, non vero testamentariam contineri. quoniam omissis pluribus interpretationibus quas ad eum tex. præter Bar. & antiquiores, quos referunt Decius & alij in l. vnic. num. 8. C. quando non petent. par. Minchaca. d. §. 11. num. 42. Couar. in rub. de testamentis. 1. p. num. 5. Pinelus in l. 2. ex num. 5. C. de bonis mat. Belonus lib. 3. suppu. c. 3. & 7. Cæsar Costa lib. 1. variarum ambiguitatum, c. 5. verisimum est non ideo in d. §. de illo. testamentariam hereditatem non contineri, quia ad eam contrahentium verba extendi non poterāt, sed quia contrahentes de omni hereditate non conuenerunt, si enim id voluissent, conuenissent vtique per verba vniuersalia, *omnis*, vel *quæcumque hereditas*, vel per indefinita, *vt hereditas*, vnde cum contrahentes non omnem hereditatem communicari voluerint, sed tantum quæ iusta esset, atque ita aliquam excludi voluerint, excludetur testamentaria, quæ nō tam legitima est, siquidem & ab homine & lege datur, quàm quę ab intestato defertur, quę solius legis ministerio obuenit, vt nostra definitio ostendit.

32 In qua † deinde dicimus, *hereditas defertur*, vt ostendamus omnia iura quæ penes defunctum erāt, in proximiorem cōsanguineū lege deferri, quia hereditas nihil aliud est quam successio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis, l. nihil aliud 24. D. de verb. signif. l. hereditas. 63. D. de reg. iur. l. 3. in princ. D. de bon. poss. quam definitionem præter ordinarios ibidem explicarunt Connan. li. 10. c. 5. Carol. Sigonius li. 2. de antiquo iure ciu. Rom. c. 11. Sebast. Medicis, de definitionib. ca. 79. Vaconius li. 1. declarat. c. 48. Franc. Duaren. ad titulum. D. de acq. hered. in princ. & quamuis ei multa vitia inesse contendat Ioann. Mercerius li. 2. opinionum. c. 14. qui magis probat à Cicerone scriptā in Topicis, rectè tamē eam defendunt iām relati, quibus accedit Petrus Velleus de Gueuara ad topica Ciceronis §. 19. nu. 32. & 39. & diximus in rub. supra de hered. instituendis, ideò non insistimus.

33 Dicimus † *Proximiori consanguineo*, quia nō omnibus consanguineis coniunctim, sed ei qui gradu proximior est intestati successio defertur, ex d. l. 2. §. hæc hereditas. D. de suis & leg. cum relatis supra num. 19.

34 † Planè quamuis consanguinei appellatione frequentius fratres tantum comprehendantur de vno patre nati. Caius lib. 2. Inst. tit. 8. text.
9 quem sic intelliges, in l. 1. §. consanguineos. l. in princ. D. de suis & legitim. l. 1. §. vtrum. l. filijs. 6. l. si quis intestat⁹. 7. D. ad S. C. Tertyl. l. 2. §. si fit consanguinea, eo. tit. etiā si ex diuersis matribus geniti sint. l. 3. C. de legitim. tutorib. cum alijs quæ adducit Brissonius lib. 3. de verbo. signif. fo. 108. † hic tamen consanguineos dicimus eos, qui sanguine inter se connexi sunt,
35 vti definit Cassius in d. §. consanguineos, & vsurpat Tullius, Liuius, Virgilius & alij boni authores, siue à patre ortum consanguinitas habuerit, siue à matre, quamuis non ita propriè vt ad ti. inf. de gradibus dicemus, vbi de proximitate, & quomodo eius inunda ratio sit.

36 Restat in definitione verbum *Intestati*, quo in primis notamus, nō aliàs successioni ab intestato locum esse, quàm si defunctus intestatus, vel decesserit, vel effectus fuerit, quia quē oportuit exitum testamentum non habuit: quoniam etsi verum sit antiquiorem esse legitimā successionem, testamentaria, vt infra dicemus, iure tamē hoc nostro constitutissimū est successionē ab intestato siue ciuilē, siue Prętoriā nec adiri, nec repudiari posse, quādiu quis alius ex testamento hereditatem admittere, vel bonorum possessionem petere potest. l. necis 17. §. vltimo l. quandiu. 39. D. de acquir. hered. l. quandiu 89. D. de reg. iur. l. si quis. 5. D. de suis & legitimis l. 1. C. de bon. poss. sec. tab. l. antequam. 8. C. communia de success. †
37 nisi testator aliud expressè caueat, veluti si ita quis heres institutus sit, *si legitimus heres esse nolit*, legitimo enim hereditatem vindicante, cōditio testamenti deficit, atque ideo legitimus non ex testamento, in quo heres institutus non est, sed ab intestato secundum voluntatem defuncti heres est. l. si quis ita heres. 82. D. de hered. instituend. quem casum à prædicta regula omnes excipiunt, vt notauit. P. Faber. in d. l. quandiu. 89. col. 2. ante cum Accurs. in d. l. antequam Bald. in l. 1. in fin. D. de testamen. tutela. Iaso in l. re coniuncti. num. 151. D. de leg. lib. 3.

38 Deinde intestati successionem deferri. Quis autem intestatus sit, intelligere, non erit obscurum, extant enim plurima hac de re testimonia. Iustinianus in princ. hoc titu. de hered. quæ ab intest. def. quatuor modos ponit, quibus quis intestatus est, quos ab Vlpiano habuit in l. 1. D. de suis & leg. & consentiunt. I. C. alij, pluribus in locis, duos alios addidit Rolandinus tract. de succes. ab intestato, in princ. nu. 1. quos ad nouem perduxit Ferd. Minchaca de
39 success. creatione. §. 17. sub n. 104. † omnes tamē duobus clausit (nisi ego fallor) Quintillian. declamatione. 308. *neque ego neganerim* (inquit ille) *non vno genere fieri intestatos, aut enim is est intestatus qui non scripsit omnino testamentum: aut qui id scripsit quod valere non possit*, consentit Iulius Paul. in l. intestat⁹ 64. D. de verb. sign. his

verbis. *Intestatus est non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam is cuius ex testamento hereditas adita non est.* Planè quem non ordinasse testamentum pluribus ex causis cõtingit. Aut quia non potuit, vt impubes, prodigus, furiosus, seruus, & alij qui testamẽti factionem actiuam non habent, vt per totum supra quib. non
40 est permiss. fac. test. l. 13. tit. 1. par. 6. † qui minus propriè dicuntur intestati. d. l. 1. vers. *planè.* D. de suis & legitim. & congruentius intestabiles appellantur. l. is cui. 18. §. fi. & l. cum lege 26. D. de testam. l. ob carmen. 21. D. de testib. l. 16. tit. 1. p. 6. quia nec dicere possunt, nec eis dici testimoniũ, vt diximus in. §. testes, supra de test. ordinand. Aut quia cum testamentum facere posse testatus non est, vel noluntate, aut fortuita impotentia infirmitatis, mortis, vel captiuitatis. d. l. 1. versic. *eum.* D. de suis & legitim. cum alijs supra quibus consonat. l. 1. ti. 13. p. 6. explicat Connan. li. 9. c. 5. n. 6. Ioan. Matiẽ
48 ço in l. 1. tit. 8. glos. 3. lib. 5. nouę compilat.

41 Aliquando † autem quis testamentum cõdit, & tamen intestatus est, veluti si illud non iure faciat, paria enim sunt aliquid omnino nõ fieri, aut minus ritè fieri. l. non putauit. 8. §. nõ quæuis. D. de bon. poss. contra tab. l. quoties. 6. D. qui satisd. cog. quia in eo solemnia iuris defuerint, de quibus in titulo de testamentis ordinandis. C. & D. eod. tit. 1. p. 6. l. 3. Taur. l. 1. l. 2. ti. 4. lib. 5. nouæ recopilat. notat. Greg. per tex. ibi in l. 10. tit. 7. par. 6. Ioan. Matienço in
42 l. 1. tit. 8. glos. 3. in princ. li. 5. recopilat. † Vel si iure quidem fecerit attamen illud postea ruptum sit, vel agnatione sui heredis posthumi prẽteriti, aut eius qui posthumi loco habetur, vel adrogatione, adoptionéve filij, tex. in d. §. 2. hoc. tit. de hered. quæ ab intest. l. 1. l. 3. l. certũ. 8. l. posthumorũ. 13. D. de iniust. rupto. cũ alijs quibus consonat. l. 20. tit. 1. l. 1. tit. 13. par. 6. explicant Ioan. Matienço vbi sup. Connanus lib. 9. cap. 7. † Vel si ipse testator capite
43 minutus sit, vt in exemplo. §. alio quoque modo, supra quib. mod. test. infirm. l. si quis. 6. §. irritum. D. de iniusto rupto. l. 18. ti. 1. l. 1. ti. 13. p. 6. (quamuis hoc casu, si mortis tempore integro capite testator sit iure Prætorio testamentum conualescat, si codicillis, aut alijs literis se cum eodem testamento mori velle declarauerit. §. non tamen supra quib. mod. test. infir. l. 1. §. sed etsi quis. l. qui ex liberis. 11. §. testamento. D. de bon. poss. sec. tab. l. 19. tit. 1. p.
44 6.) † Vel si ex testamento iure facto, nemo heres extiterit. d. princ. hoc. titulo de hered. quæ ab intest. def. l. eam quam 14. C. de fideicom. l. si nemo. 9. D. de test. tut. d. l. intestatus. 64. D. de verb. signif. cum alijs, quibus consonat. l. 1. in. titu. 13. part. 6. † quamuis hodie no
45 uissimo iure Castellæ hoc casu testamentum subsistat. l. 1. ti. 4. lib. 5. recopilat. vbi latè Ioan. Matienço, & Azebedo, Ioan. Gut. lib. 2. pract.
46 cap. 30. † Vel si testamento perfecto, & adita ex eo hereditate, postea bonorum possessione contra tabulas petita, aut quærela inofficiosi testamenti proposita iudicis sententia infirmatum illud sit, vt per totum. D. & C. de inoffic. testamento. & de bonorum poss. contra tabulas. Hactenus de definitione.

47 Planè † antiquiorem esse legitimam ab intestato successionem testamentaria, obiter supra diximus. n. 36. & intelliget, qui testamẽtorum iura & solẽnitates multis post creationẽ orbis annis institutas viderit, & quotidie immutari cognouerit, ex ijs quæ ad titu. supra de test. ord. diximus, & plena manu referunt Guil liel. Benedictus in capite Raynutius, verb. *testamentum.* ex nu. 1. de test. & cum multis Fer. Minchaca, de succes. creatione. §. 1. ex num. 1. Mich. Grassus de successionibus. §. 1. ex nu. 1. Petr. Gregorius. 3. p. Syntagmat. lib. 41. & lib.
48 45. tit. 1. constat enim, † quod etsi apud nationes aliquas testandi ius non fuerit admissum, vt de priscis Germanis scribit Cornelius Tacitus, & de plurib. nationibus, seu prouincijs Galliæ Balduinus in protheorijs ad titulum de testam. ordinandis, ad fi. & ad titulum hunc de hered. quæ ab intestato def. in princ. Pet. Gregor. d. lib. 45. c. 1. Ioann. Coras. in prælud. ad l. filium quem habentem. C. fam. ercis. & cum And. Tiraquello, Ferd. Minchaca. lib. 1. de succes. creatione. §. 1. ex nu. 1. quibus testamenta contra naturæ ordinem inuenta visa sunt, eò quod quis disponat de rebus suis post quam desinit esse dominus, post mortem videlicet, quæ vt omnia, ita dominium soluit. † Nulla tamen
49 gens est tam immanis & barbara, quæ suâ politiâ tueri possit, nisi descriptos habeat, & cõstitutos ab intestato succedendi gradus, alioquin enim futurum est, vt statim cognatio irruat in bona, & quasi in hostium irrumpens, omnia inuadat & misceat latronum more. Et vt omnes ferè in parentum hereditatibus deferendis, primo loco filijs, cõsenserũt, vt latè inf. c. vnico, ita in describendis aliorum qui hos deinde sequũtur, veluti parentum & cognatorum gra
50 dibus magna fuit varietas. † Ante annorum tria millia Moses primam de hereditate ab intestato legem diuinitus acceptam edidit, quæ extat Numerorum. c. 27. ea primo loco filios vocat, deinde filias, liberis autem non superstitibus fratres, post hos patruos, ac deinceps
51 proximos consanguineos. † Nongentis post Mosen annis Solon apud Athenienses edidit suam de his successionibus legem, quæ videtur paulò diligentius singulos gradus describere, extat apud Demosthenem a Balduino re
52 latum ad leges Romuli, cap. 27. & 28. † Eam. xii. Tabulę sequutæ sunt, immutatis nonnullis, verba hec circunferuntur. *Intestatorum hereditates primò suorum heredum, velint, nolint sunto; his deficientibus proximus agnatus familiam*

liam habeto. Postea Prætores suas addiderunt bonorum possessiones. Cęsares etiam suas hac de re nouas constitutiones multas. Addiderũt nouissimas apud nos Reges Hispani, quas suis
53 locis nos diligenter adducemus. † Quibus omnibus cum hæc fuerit inducta successio, eiusque præscriptus ordo legitima rectè appellatur, quasi lege ipsa inducta, d.l. lege obuenire. 130. D. de verbor. significa. cum alijs relatis supra. Ex quibus & alijs quæ adducunt iam relati, & Berengarius in l. in quartam. cap. 1. nu. 169. & n. 173. D. ad leg. falci. constat hanc successionem legitimo iure inductam, non autem naturali, vti in successione ascendentium & collateralium defendunt Ant. Gomez in l. 6. Tau. n. 4. Costa in c. si pater. 3. p. verb. *priuare non possit*, de test. li. 6. quod generaliter quoad omnes descendentes, ascendentes, & transuersales nostra definitio probat, dum in ea resoluimus successionem ab intestato esse actum legitimum, idest, legis ministerio inductum.

54 Contrarium † tamen quinimo iure diuino, & naturali introductam hanc successionem fuisse plura mouere possunt. In primis enim Sacræ paginæ extant communes loci; Leuitici. c. 25. ibi. *hereditario iure transmittetis ad posteros*. Num. 27. *homo cum mortuus fuerit, &c.* Deuteronom. c. 2. & c. 4. Hester. cap. 2. & Psalm. 2. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam*. Geneseos ca. 13. & apud D. Paulum ad Galatas cap. 4. *si filius ergo heres*. Deinde hoc idem & iure naturali esse, probare videntur, l. 1. §. ius naturale. D. de iustit. & iure l. nam etsi parentibus. 15. D. de inoffic. test. l. nihil interest. 50. §. sed numquid. D. de bonis libert. l. scripto. 7. ad fin. D. vnde liberi. l. cum ratio. 7. D. de bonis damnat. l. fin. versiculo. *& ipsa iex naturæ*, C. quorum bonorum, Authentico de heredibus & falcid. §. Primum itaque collatione. 1. capit. Raynutius de testament. cap. si pater, versiculo, *licèt*, eo titulo libro 6. ex quibus hanc opinionem defendunt post alios Anton. Gomez. 1. tomo cap. 1. numero. 2. & relati per Guillelm. Benedictum in dict. cap. Raynutius verbo, *testamentum*, in 1. Alexand. consilio. 1. numero. 7. libro 1. quorum nonnulli, etsi in testamentaria successione loquantur, eadem tamen ratio militat & in legitima, vt eam iure diuino & naturali adinuentam dicamus.

55 Cæterum ex his, à priore nostra sententia, & definitione, quæ posteriori admissa corruere, recedendum non est, nec superiora mouere quicquam debent. Nam Sacræ scripturæ testimonia, quæ ex veteri testamento desumpta sunt, præterquam quod longè alium sensum habent, necessitatem non inducunt, cum omnia in eo testamento scripta, quæ iudiciaria præcepta erant (qualia hæc) per Christi aduentum cessauerint, vt ex generali Ecclesiæ definitione probat text. in cap. translato. 3. de constitutionibus, glossa in capite. 1. de decimis libro. 6. & cum Theologis Didac. Couarruuias libro. 1. variarum resol. capite 17.
56 ex numero 1. † Alter autem locus, noui testamenti qui Diui Pauli est (vt apud eosdem Theologos audio) non de temporali & terrestri sanguinis, siue hereditatis successione, sed de cælesti potius accipitur, vti satis ex sacra lectione constat, & noua apud Franciscum Vatablum, quæ sic habet, *itaque iam non es seruus, sed filius: quod si filius & heres*
57 *Dei per Christum*. † Authoritates autem Iuris ciuilis Romanorum, item & Canonici Pontificum, quæ iure naturali inductas successiones probare videntur, accipiendæ sunt iuxta Baldi doctrinam in l. lege duodecim tabularum, numero 5. C. de legitimis heredibus, & in l. fin. C. quorum bonorum, asserentis omnes successiones quot quot sunt, siue ex testamento siue ab intestato à iure positiuo inductas, suadente tamen ratione naturali, quem intelligendi modum præcitata iura recte probant, & sequuntur plures quos retulit Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni, limitatione. 2. numero. 1. C.
58 de inoffic. testamen. Et † tu sic poteris explicare, esse inter omnes homines naturali ratione attenta cognationem quandam cõstitutam. l. vt vim. 3. de iustit. & iure, quæ quamuis nata à primo satu, quo à procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio, & stirpe cõiungitur, serpit tamen sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde in amicitijs, post in vicinitatibus cum ciuibus, & ijs qui publicè socij atque amici sunt, vt eleganter lib. 5. de finibus Cicero enarrat. Huius cognationis & necessitudinis plurimi effectus in iure ciuili reperiuntur, patria potestas, acquisitiones, successiones, & alij multi de quibus per Decium, & magis per Fabrum in l. iura sanguinis. 8. D. de reg. iur. non quidem lege naturali immediatè inducti, sed potius lege ciuili naturali
59 ratione suadente † vt bellissimè scripsit Gaius in l. hac par. 2. D. vnde cognati, de successione cognatorum, quam Prætor laxato iuris ciuilis rigore ex indulgentia admisit. his verbis, *hac parte Proconsul naturali æquitate motus omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licèt iure ciuili deficiant*. Vnde fit, quod etsi apud omnes fere gentes & nationes successiones ab intestato sint, vt diximus n. 49. non tamen apud omnes eodem ordine vocantur, sed longè diuerso, quinimo & hoc iure nostro ciuili, varias mutationes hac in re fuisse, quisque conijcere poterit, vel mediocriter in eius lectione versatus, & nos inferius rem ipsam ab origine repetentes insinuauimus. Ergo rectè à nobis hæc successio legitima appellatur, & positiuo iure inducta resoluitur.

60 Ex qua † verissima resolutione, quo vtilior ea reddatur, Primo infero quod etsi valde apud nostros & exteros controuersum sit, An legitima successio filijs iure naturali, vel ciuili debita sit? vti constat ex his quæ latè disputant Ferd. Minchaca, libro de succeſſ. creat. §. 20. num. 320. Aquilinus in l. Centurio. 1. p. num. 113. D. de vulgari. Cesar Fiumiagiolius in l. in quartam. num. 310. D. ad leg. Falcid. qui iure ciuili debitam esse contendunt, & dicens communem probat Cephalus consil. 278. nu. 48. Franciscus Viuius lib. 1. com. opinionum, 61 opinione 316. Telles in l. 10. Taur. num. 4. † communius & verius est, legitimam, item & alimenta, in quorum locum successit, naturali ratione filijs deberi, ex d. l. 1. §. ius naturale. D. de iustit. & iur. cum alijs relatis supra, ideoque in totum tolli iure ciuili non posse; quotam autem eius, iuris ciuilis esse, quo potest & augeri & minui, vt cum alijs resoluunt Ludouicus Molina lib. 2. de primogenijs. cap. 1. ex num. 10. Ioann Rojas de succeſſ. ab intest. cap. 7. num. 7. Couarruu. in 4. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 5. Baeça de non meliorand. filiab. cap. 2. num. 15. & cum alijs Iacobus Valdes, in additionib. ad Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus, d. 62 limitatione. 2. lit. A. † Nec obstat si dixeris, ergo si filijs naturali ratione legitima debetur, neque tolli in totum huiusmodi ratio potest, frustra à parentibus exheredantur, quoniam respondeo, exheredationem iustis ex causis tantummodo admitti, non aliàs, vt diximus ad Iustinianum supra de inoffic. testamento, tũcque superiorem illam obligationem naturalem tolli, non quidem iure ciuili quo causæ expressæ sunt, sed altera ratione naturali qua ius ciuile fundatur, vt sæpè docui, & scripsi ad l. 3. ex n. 69. C. de muri legulis. lib. xi. authoritate Papiniani in l. Stichum 95. §. naturalis. ibi, *nam vinculum*. D. de solutionibus.

Secundò infero ad aliam non minus vtilem, quam elegãtem quæstionẽ, nunquid possit Princeps spurium filium mortuo iam patre legitimare, vt ei ab intestato succedat, alijs legitimis heredibus exclusis? Et cum consanguineis iure ciuili successio ab intestato competat, ex supra resolutis, posse in eorum præiudicium Principem Spurium legitimare docet Bartolus in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 14. D. de lib. & posthum. quia ius ciuile tollere potest & immutare iuxta Accursij receptam traditionẽ in l. fin. glos. fin. C. si contra 64 ius vel vtilit. pub. † quod procedit, etsi hereditas iam sit adita per venientes ab intestato, vt resoluit Paulus Castrensis in l. 3. num. 4. D. de testa. & in l. cum heredes. 23. in princip. D. de 65 acq. poss. † quoniam quamuis per additionem dominium quæsitum sit d. l. cum heredes, illud tamen dominium non est iure gentium quæsitum mediante traditione, sed iure ciuili, dominium autem iure ciuili quæsitum, per Principẽ tolli rectè potest, etiã sine causa iuxta eundem Paulum iam relatũ, & plures quos retulit Andreas Tiraq. tract. de iure constituti. limitatione 7. n. 42. Arius Pinelus in rub. C. de rescind. vend. 1. p. c. 1. n. fi. Eman. Costa in d. §. & quid si tantum 2. p. nu. 175. vnde cum venientes ab intestato per additionẽ hereditatis effecti sint domini, non quidem iure gentium sed iure ciuili, consequens est per Principem posse huiusmodi dominium ab eis auferri: quam opinionẽ constanter defendit Costa. d. n. 175. & videtur probare Menses in l. 2. n. fi. C. de iuris & fact. ignor. potestque pro ea induci eleg. tex. in l. 2. D. de natalib. restituendis, vbi Marcianus. I. C. scripsit, non facile solere Principem, quemquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono: atque ita videtur insinuare eum, si velit id præstare posse.

66 Contrarium tamen, quinimo adita iam à venientibus ab intestato legitima hereditate, in eorum præiudicium legitimationem non valere, defendũt Aret. Alex. & alij in d. §. & quid si tantum ille, col. pen. hic. n. 26. Soci. nu. 24. & Paul. sibi contrarius. n. 19. & esse communem testatur Ruynus col. fi. Costa. d. 2. par. n. 174. Couar. in 4. 2. p. c. 8. §. 9. n. 9. Ioan. Rojas de succeſſ. ab intest. cap. 23. nu. 55. † qui mouentur 67 ea consideratione, quod cùm per additionem hereditatis fuerit eis dominium quæsitum, non poterit per Principem sine causa auferri, ex l. Antiochensiũ. 21. D. de priuil. cred. iũcta expositione Accursij & aliorum ibi, vti notauit Bart. in proœmio Digestorum. §. omnem, n. 4. & 5. Accurs. in d. l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. latissimè, nouissimèque Fer. Mendoça libro 1. disput. iur. ciuilis, cap. 5. ex num. 4. & conducunt quæ scripsit Alphonsus Azebedo in l. 1. & num. 23. tit. 1. lib. 4. recopilationis, quibus accedit Iulius Paulus in l. nec filio. 4. D. de natalib. restituendis, vbi scripsit filio patroni inuito libertum naturalibus suis restitui non posse, quæ restitutio cum à Principe tantummodo fieri soleat. l. 1. illo eodem titulo vt in l. 1. C. eod. notant Bald. & cæteri doctores, Matthæus Vvesenbekius in eiusdem tituli paraphrasi ad fin. consequens est, nec Principem in alicuius præiudicium libertum restituere posse.

68 Nec obstant argumenta contrariæ sententiæ: non primum videlicet, hoc dominiũ quod aditione quæritur, non iuris gentium, sed iuris ciuilis esse, quoniam etsi verum sit modum illud acquirendi inuentum esse iuris ciuilis, iux. Vlpianum tit. 19. in institutionibus, de dominijs & acquisit. rerum dominium tamen ipsum iuris gentiũ est, vti notat Bart. per tex. ibi. in l. ex his iure. 5. ibi, *dominia distincta*. D. de iust. & iure, & cõtra plures defendit Pinelus in rub. 1. p. c. 2. per totum. C. de rescind. vend.

Nec

Nec obstat text. in d.l.2.D. de natalib.rest. cuius vulgari allegatione & argumento deceptus Abbas consilio. 84.numer.6. vol.1. docuit posse Principem ius tertij tollere in successionibus, sequitur Anton. de Butrio in cap. per venerabilem.21.colum.versiculo.*Secundo quæro.* Qui filij sint legitim. Ioã. And.in additionibus ad Speculatorem,rubrica de succes. ab intestato: Ant.de Rosellis, tract. de legitimatione.fol.48.versiculo.*modo videamus.* Paul. Castrens.cons.221.& 225.super.1.dub.3.colum. Alexan.consilio.167.colum.5.volum.1.Nicolaus de Vvaldis, de succes.ab intest.fol.18.versiculo.*Requiritur secundo.* Quoniam Marcianus illis verbis. *Imperatores non facile solent quemquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono*,non probat,posse Imperatores, si velint,liberè id efficere,cum contrarium prorsus, non solum patrono inuito,sed nec eius filio,qui remotior est in hoc iure patronatus, respondent Iulius Paulus in d.l.nec filio. 4. Sed id tantum,quod nisi consentiente patrono, non solent facile Principes natalibus restituere, quasi clarius diceret Martianus,non facile, sed legitima, vrgẽte,& necessaria causa existẽte,solitos esse principes,patronis inuitis,natalibus libertos restituere, † hoc enim significat verbũ illud,*non facile*,idest,nõ passim,& temerè,sed cũ præuia causæ consideratione,vt in non dissimili proposito optimè declarauit Accursius in.l. si adulterium.38.§.liberto,verbo,*non facile*.D. ad legem Iuliam de adulterijs, quo eodem sensu accipitur in.l.3.§. 1.ibi:*non facile hunc quondam minorem in integrum restitui*. D.de minoribus,l. testis.23.ibi.*quibus vir non facile vti potest*. D. de auro & argento legato.l. vnius 18. ibi:*non facile adhibenda sunt tormenta*.D.de quæstionibus,& alijs multis in locis accuratè congestis à Barnaba Brissonio libro. 6. de verborum significatione pagina. 220. Si enim alter esset Barbarius Philippus (siue Barbarius Philippicus, vt apud Suidam Græcum auctorem qui eius historiam narrat, & de quo multa AEduardus Caldeyra libro 2. variarum lectionum. cap. 7.) vel alius qui quondam floruit Mycithus prudentia & consilio ad rem publicam gubernandam clarus, proculdubio, etiam si inuitus esset patronus, posset à Principe natalibus restitutus tractandis reipublicæ gubernaculis præfici: sed quia hoc non facile contingit, idcircò non solent facile Imperatores libertos sine consensu patroni natalibus restituere, quam interpretationem licèt non sic explicent, scripserunt Fortunius in dict. §. & quid si tantum. pagina.136. Pinellus vbi supra num. 17. latè Ferdinandus Mendoça dict. libro. 1.capite.5.numero. 47.

70

Principium tituli.

Intestatus is propriè est qui cum testamentum facere posset illud non fecit.

2 *L.1.vers.* Sed hos quoq;. *D.de suis & legitimis.*

3 *Quid omnino non fieri, aunt minus ritè fieri paria sunt.*

4 *Intestatus is qui non iure fecit testamentum.*

5 *L.Inter cætera.30.D.de liber. & posthumis.*

6 *Intestatus efficitur ille cuius testamentum iure factum postea rumpitur,*

7 *Testamentum morte confirmari,quomodo intelligendum.num.9.*

8 *Testamenti vitium duplex,aliud insitũ, aliud aduentitium:& quale vtrumque.*

10 *Intestatus efficitur cuius testamentum iure factum irritum postea fit.*

11 *L.1.§. sed & si quis. D. de bon. poss. secund. tabul.*

12 *Intestatus quis efficitur quoties ex suo testamento heres existit nemo.*

13 *Hispano iure contra habetur,ex l.1.tit.4.lib.5.nouæ recopilationis.*

14 *Intestatus efficitur cuius testamentũ per bonorum possession. contra iab. aut querelam rescissum est.*

In tex.ibi.*Testamentum non fecit.*

1 VT quis possit intestatus dici,cum testamenti factionem in primis habuisse necesse est,& illo nõ facto decessisse, tex. noster.l.1.D.de suis & leg.l.1.D.de vetera. & milit.succes.l.intestatus.64.D. de verb.signif. l.1. versi. *La primera*.vbi Gregor.verb.*ab intestato*. titu.13. par. 6.Ioan. Matiençoad l.1.tit. 8.glo.3.lib.5. nouæ compil. Conanus lib.9.c. 5.n.6. † Sed obstat impuberem,prodigum,furiosum,seruum,& alios qui testamentum facere non possunt, vt deducès ex tit. sup. quib. non est permiss.fac.testamẽtum.l.12.tit.1.par. 6.pro intestatis haberi.d.l.1.versi. *Sed hos quoq;* D.de suis & legitim. l. Diuus.3. in fi.l.credendum.§.in versi.*hæc autem mater*.D. qui petant. tutor.vel cur.at in l.12.ibi.*Si muriesse sin testamento*.titu.16.par.6. quam addatis.d.l. Diuus. Sed respondeintestatos propriè appellari qui cum possunt testamentum facere, testati non sunt,vel ex noluntate,vel ex fortuita impoteutia,vt in captiuo.d.l.1.versi.*eum quoque*. Impropriè autẽ intestatũ dici qui testatamentũ nunquã facere potuit,d.l.1.ver.*planè*,quarę melius eũ intestabilẽ appellabis,iuxta.l.15.cui.18.§. fi.ibi. *vt intestabilis sit*,' D. de test.l.cũ lege.16. eod.tit.l.ob carmen.21.D.de testib. l.16.tit.1. par.6.notat Bart.in d.l.1. quem omnino videbis pro nostro tex.& eius additionatorem ibidem,& Pet.Brosseum,qui alios refert in notis ad d.l.1.diximus latius in rubrica num.40.

2

3 In tex.ibi:*aut non iure fecit*. Quia parja sunt, † aliquod

3 † aliquod omnino no fieri, aut minus ritè fieri. l. non putauit. 8. §. non quæuis. D. de bon. poss. cont. tab. l. quoties. 6. D. qui satisdare
4 cog. † Intestatus etiam ille est, qui testamentum fecit, sed non iure quia in eo solemnia iuris defuerunt, de quibus in titulo supra de testamen. ord. tit. D. de testamen. & Cod. eod. ti. 1. par. 6. l. 3. Tauri, l. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilat. in l. inter cætera. 30. D. de lib. & posthum. in princ. sup. de exhered. lib. l, 10. tit. 7. par. 6. vbi Gregor. verbo, *non valdria*. Et in l. 1. D. de iniusto rup.

5 Sed obstat † filio præterito testamentum rumpi. d. l. inter: ergo validum erat: argumento l. nam etsi sub conditione. 5. versiculo. *post defectum*. D. de iniust. rup. Vnde qui testamentum non iure facit, intestatus non decedit. Sed respondè in d. l. inter cætera, in prima par. & in l. posthumorum 13. D. de iniusto rup. §. posthumorum, sup. de exhered. lib. ideò testamentum rumpi, ac perinde antea valuisse, quia non filius suus heres, sed nepos in gradu patriæ potestatis præcessus vel posthumus, aut alteri ex liberis præteriti erant, sic accipies. d. l. inter cætera, cui adde Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus, limitatione. 15. C. de inoffi. Emanuelem Costa. in cap. si pater, de testamen. lib 6. 1. parte verbo. *In re certa* ex num. 1. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. parte ex num. 26.

6 In tex. ibi *Ruptum*. Erit præterea intestatus ille, cuius testamentum iustè, & ritè factum, ruptum postea est, vel agnatione sui heredis posthumi præteriti, vel arrogatione, adoptionéve filij, tex. noster, & supra in principio. quibus modis test. infirm. l 1. D. de iniusto rupto. l. posthumi. eodem. §. posthumi. supra. de exhered. lib. l. certũ. 8. D. de iniusto rupto. l. posthumorum. 13. D. de eodem, §. posthumorum, sup. de exhered. lib. l. 20. tit. 1. l. 1. versiculo. *La tercera es*. titulo. 13. par. 6. latè Ioann. Matienço supra. & Conanus lib. 9. cap. 7. per totum.

7 Sed obstat testamentum morte confirmari. l. 1. D. de testamen. l. 3. §. finali. cum leg. seq. D. de adim. leg. cap. cum Marthæ. 6. col. 4. de celeb. miss. ibi. *nouissimum hominis testamentum morte immobile perseuerat, quia testatoris obitu confirmatur*. l. 25. titu. 1. part. 6. ergo sui heredis agnatione non rumpetur, argumento. l. quæ ab initio. 211. D. de reg. iur. à contrario sensu.

8 Sed respondetur, duplex esse vitium testamenti, aliud insitum, aliud aduentitium. Insitum est quod ab initio testamentum occupat, de quo sup. num. 1. & 3. aduentitium quod ex post facto testamentum afficit, & infirmat, valet enim illud iure factum donec rumpatur,
9 irritúmve fiat, d. principio. quibus mod. testamen. infirm. † Illud autem quod dicimus morte confirmari, illam recipit interpretationem ex ijsdem iuribus, vt antea quoties testator voluerit, illud possit immutare, eius tamen obitu immobile perseueret, nisi aliquo extrinseco vitio afficiatur, quo testamento euerso intestatus defunctus efficiatur, ex textu nostro cum concordantibus.

10 In tex. ibi. *irritúmve fiat*. est & aliud testamenti exterius vitium, quo antea perfectum, irritum postea constituitur, capite testatore minuto. §. alio quoque modo. sup. quibus mod. testament. infirm. l. si quis 6. §. irritum. D. de iniusto rupto. toto titulo. sup. de capitis diminutione. l. 18. cum sequent. titulo. 1. l. 1. ibi. *ò si por ventura*. titulo 13. part. 6. intestatusque tunc defunctus decedit. nisi mortis tempore integro capite fit, §. non tamen, supra. quibus testamen. l. 19. titulo 1. partita. 6. Et codicillis, aut alijs literis se eodem testamento mori velle declarauerit. l. qui ex liberis. 11. §. testamento. D. depositi. secundum tab.

11 Sed obstat tex. in l. 1. §. sed & si quis. D. eodem. vbi bonorum possessionem secundum tabul. concedit Vlpianus, & si medio tempore testamenti factionem non habuerit testator: ergo irritum non est testamentum, neque ipse intestatò decedit. Sed respondè, quod licet iure ciuili ruptum vel irritum sit testamentum, Prætor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator & ciuis Romanus, & suæ potestatis cum moreretur fuit, quæ bonorum possessio, cum re, id est cum effectu habetur, si nemo alius iure heres sit. Dabitur ergo petitio, admittetur exceptio, sed ex persona opponentis æstimabitur vtrum sine re an cum re danda sit, deduces ex Vlpiano in fragmen. tit. 23. vbi Iacob. Cuiac. Scholio. *Si nemo alius*.

12 In tex. ibi. *aut si ex eo nemo heres extiterit*. Igitur vt vides si hereditas adita non sit, res ad causam intestati deducitur. §. posteriore supra quibus mod. testamen. inf. l. eam quam. 14. C. de fideicomis. l. si nemo. 9. D. de testament. tutel. l. proximè. 3. D. de his quæ in testamen. delent. l. si nemo. 142. D. de reg. iuris. d. l. intestatus. 64. D. de verborum significatione. l.
13 1. in fin. tit. 13. par. 6. †. Quod tamen hodie iure nouissimo immutatum est, & testamentum sine heredis institutione, aut eius additione ratum & firmum habetur, & in testamento scripta ab herede legitimo, qui rem ab intestato est habiturus adimplentur. l. 1. titulo 4. lib. 5. nouæ recopil. Quæ omnia vetera iura immutat, iuxta quam videbis Ioan. Matien. & ibi Ioã. Gutierrez lib. 2. pract. quæst. quæstione 30. cum sequent.

14 Tandem † obserua eum qui testamentum mero iure validum fecit decedere intestatum posse, si illud postea bonorum possessione contra tabulas petita aut querela inoffi-

inofficioſi teſtamenti propoſita iudicis ſenten tia infirmatum ſit, vt per totũ. D. & C. de bonorum poſſeſsione contra tabulas, & de inofficioſo teſtamento, tit. 8. partita 6. & huic textui adde Michaelem Graſſum de ſucceſsionibus ab inteſtato. §. *ſucceſsio ab inteſtato.*

De legitima omnium tam legitimorum, quàm illegitimorum deſcendentium ſucceſsione: & in primis de legitima ſucceſsione filiorum vnici capitis initium.

1 *Principia cuiuſque rei in primis cognoſcenda.*
2 *Inteſtatorum hereditates omniũ gentium iure liberis deferuntur, & n. 10. & n. 31.*
3 *Legis 12. Tabularum verba de Inteſtatorum hereditatibus, ex Riuallio, Baldnino, & alijs iunioribus.*
4 *Eorum ſententia & opinio reiecta.*
5 *Verba eiuſce legis ex Domitio Vlpiano.*
6 *Franciſci Balduini, & Iacobi Cuiacij emendatio in eam legem, & n. 8.*
7 Nec, pro, Non, *Veteres ſæpè dixiſſe bonis adductis teſtimonijs oſtenditur.*
9 *Legis 12. Tabularum de inteſtatorum hereditatibus explicatio.*
11 *Si tantum heredes ad inteſtati hereditatem iure Romanorum ex xij. tabulis admittebantur.*
12 *Suorum heredum iura, ex xij. Tabulis emanarunt, vnde apud alias gentes incognita.*
13 *Suorum heredum definitio ex Iuſtiniano. Angelus Politianus, quis ſuus heres eſſet rogatus, obmutuit.*
14 *Hebræorum lex de inteſtati ſucceſsione maſculos fœminis præpoſuit.*
15 *Sui heredes ſine ſexus diſtinctione à Decemuiris ab inteſtato admittuntur.*
16 *Veſtales virgines inteſtato non ſuccedebant, nec eis aliquis.*
17 *Æqualitas inter liberos ſeruanda.*
18 *Suitatis qualitas per virilem ſexum deſcendentibus tantum contingit.*
19 *L. Si defunctus. 9. C. de ſuis & legitimis heredibus. Filiæ liberi primi gradus admiſſæ ad legitimam hereditatem cum diminutione tamen vſque ad nouiſſima Iuſtiniani tempora.*
20 *Nepotes ex filia, quamuis non ſint ſui heredes, ab inteſtato cum ſuis admittuntur nouo Romanorum, & Hiſpanorum iure.*
21 *Emancipatus iure ciuili ab inteſtato non ſuccedebat, & quare? Secus iure Prætorio, numero 22.*
23 *Emancipationis & patriæ poteſtatis differentiæ per Iuſtinianum ſublatæ.*
24 *Emancipati ſuccedunt hodie iure ciuili: & quis effectus?*
25 *Emancipati quamuis cum ſuis ab inteſtato admittantur, non tamen cum eorum qualitatibus.*
26 *Emancipatus nec hodie ex potentia ſuitatis hereditatem non aditam tranſmittit.*
27 *Matris inteſtatæ hereditas ad liberos ſuos ex lege duodecim tabularum non pertinebat.*
28 *Senatuſconſul. Orficianum ius legitimæ ſucceſſionis in maternis bonis filijs dedit.*
29 *L. Sacratiſsimi. 8. D. ad Senatuſconſul. Tertullianum.*
Orationes Principum in Senatu, quando habebantur.
30 *Mater etiam libertina legitimos heredes ab inteſtato filios habet.*
32 *Inteſtati ſucceſsio proximioribus deferetur: ſi plures eiuſdem ſunt gradus omnibus.*
Auus eodem quo nepos à filio gradu diſtat.
33 *Succeſsio non ita debetur aſcendentibus, vt liberis.*
34 *L. Pantonius. 3. D. ſi à par. quis fuerit manumiſſus.*
35 *Parentibus nulla competit bon. poſſeſsio ex his quas liberi habent.*
36 *Parentibus miſerationis cauſa legitima debetur ex communi.*

VARIE legitimam ſucceſsionem Romanorum, Hiſpanorumque iure iactatam fuiſſe, ita vt in ea vix quidquam quod certum ſit ſtatui poſsit, facile quiſque, qui rem à principijs repetens ex ſuoque origine deducens, legum viciſsitudinem & mutationem animaduerterit, coniiciet: Nec rem Iuſtinianus in hoc & ſequentibus titulis, eam, perturbata diſciplinæ ratione enarrans, multum aperit. Quare quamuis in ſingulorum paragraphorum enarratione, quæ ad eius explicationem pertineant iuxta inſtitutum noſtrum adducenda ſint; quo tamen magis res ſubobſcura percipiatur, quidque in cuiuſque ex deſcendentium ſucceſsione & olim cautum fuiſſet, & hodie obſeruari debeat, quadam veluti epitome propoſita, intelligatur; re ex fontibus petita exponemus, de omnibus deſcendentium ſucceſsionibus ſigillatim ſuoque ordine agentes. Sed in primis de liberorum primi gradus iure.

1 His igitur, † (quæ ſupra in Rub. præfati ſumus) generaliter cognitis, & incipientibus nobis legitimarum ſucceſsionum iura exponere, ita commodiſsimè videntur poſſe tradi, ſi in primis, ne quid antiquitatis penitus ignoretur, & quod vel ſublatum eſt, vel innouatum ſit incognitum, hiſtoriam emendati iuris ſucceſsionis inteſtato ab incunabulis legis duodecim tabularum repetamus, quod ab inſtituto noſtro non erit alienum, ſiquidem is qui principium neſcit, rem ipſam non rectè percipere neceſſarium eſt. l. 1. & 2. D. de origine iuris.

Ergo

2 Ergò † quamuis ab omnibus vbiq; gentibus inteſtatorum hereditates primo liberis deferri, receptum ferè ſine diſtinctione fuerit, quia tamen & apud Romanos, & nos quoque, huius iuris maximam lactationem, variamque viciſſitudinem, factam conſtat, quo lucidius res percipiatur primo obſeruo inteſtatorum hereditates primum ad liberos ſuos & neceſſarios heredes ex lege 12. tabularum pertinuiſſe, vti Iuſtinianus eſt author in §. ſui. ſupra de heredum qualitate, & in §. primo, hoc titulo de hereditatibus quæ ab inteſtato, & in princip. inf. de legitima agnat. ſucceſsio. & in l. lege duodecim tabularum. 14. C. de legitim. heredib. l. vt inteſtato. 3. l. inteſtato. 4. C. de ſuis & legitimis. & paſsim deduces ex Pande-
3 ctis, † verba autem 12. tabularum nuſquam recitantur, ſic autem à doctiſsimo I. C. Riuallio conficta, totidemque poſtea verbis à Balduino noſtro repetita fuerunt ad leges Romuli. §. 27. & 28. & à Ludouico Charondas ad leges duodecim tabul. num. 28. à Pardulpho Prateio in ſua veteri iuriſprudentia inter leges duodecim tab. loco. 33. & 34. Angelo Spannochio lib. ſingulari ad legem Gallus, particula. 4. num. 22. *Inteſtatorum hereditates primo ſuorum heredum, velint nolint ſunto.* Sed
4 ea † non fuiſſe duodecim tabularum verba vel ex Pandectis ipſis diſcere potuerunt, in quibus priora ſaltem legis ea de re citantur hæc. *Si inteſtatus moritur.* apud Iulium Paulum in l. ſi quis poſthumos. 9. §. penultimo. D. de liber. & poſthum. vbi ait hæc verba ad id tempus referri quo teſtamentum deſtituitur, non quo moritur teſtator. Ex quo loco maximum argumentum duco, eundem verſum indicare Iulium Paulum voluiſſe qui à Cornificio & Cicerone in Rhetoricis refertur, & apud Domitium Vlpianum integer extat in fragmentis. titulo. 26. de legitimis heredibus, his verbis. *Si inteſtatus moritur cui ſuus extabit heres nec agnatus proximus familiam habeto.* qui verſus ad agnatorum ordinem non
5 pertinet, † nec vt pertineat, locus emendandus eſt, hoc modo. *Cui ſuus nec extabit heres, agnatus proximus familiam habeto*; Quamuis vtrumque in contrarium exiſtimauerint Iacobus Cuiacius ad Vlpianum, d. cto titulo. 26.
6 Balduinus. d. §. 27. num. 37. † non ſatis firma, vt opinor coniectura, quod *nec*, pro *non*, Veteres dixerunt, maxime in duodecim tabulis, vt Feſtus Pompeius notat, & ex nonnullis earum capitibus quæ hodie extant, liquido apparet. Ita *nec manifeſtum furtum*, id eſt, *non manifeſtum*. l. furti. 6. l. quid ergo 14. §. pœna. D. de his qui not. infam. l. furtum. 2. l. nec manifeſtum. 8. D. de furtis. l. vlti. C. de noxalib. act. §. factorum, infra de obligat. quæ ex delicto naſcuntur. notat quoque Barnab. Briſſonius, lib. 12. de verborum ſignificatione, fol. 425. pag. 2. Præterea Iacobus Cuiacius ita emendat Vlpiani locum. *Ac*
7 *ſi inteſtatus moritur cui ſuus nec extabit heres.* † Sed ego cum erudito Antonio Contio libro ſingulari de hereditatibus & bonorum poſſeſsionibus quæ ab inteſtato deferuntur, pag. 17. ſuperiorem, quam adduxi lectionem, retineo, quam etiam Petrus Gregorius probat.
8 3. par. Syntagm. lib. 45. cap. 11. num. 2. † Cuius ſenſus eſt, vt exiſtente aliquo ſuo herede, ita neceſſario in eius perſona hereditas hereat, vt nec eo poſtea deficiente ſuccedat agnatus, nec de ordine, vt vulgo dicitur, ſucceſsio admittatur, vt ſupra inſinuauimus. Quod ſi Iacobi Cuiacij lectionem retineamus, velimuſque hanc legem ad agnatos quoque pertinere, ſenſus erit, exiſtente aliquo ſuo herede ei in primis deferri inteſtati hereditatem, eo non
9 exiſtente proximiori agnato † Vtcumque autem legamus, ſiue cum Riuallio, ſiue cum Balduino, & Cuiacio, ſiue cum Antonio Contio, ſatis ex hac duodecim tabularum lege cõſtat, inteſtatorum hereditates, primũ ad ſuos heredes pertinere. Sanè in hoc genere primam cauſam eſſe liberorum ius ipſum naturæ dictat, & diuinum ſtatuit, ex obſeruatis ſup. in rubric. eaque in re facile Romani conſenſerunt cum reliquis gentibus: ſicuti & cum Athenienſibus in eo reliquos etiam barbaros populos olim conuenisſe ſcribit Demoſthenes, vt hoc ius eſſe Gentium magis, quàm ciuile, & lex quædam naturæ omnino videatur, de qua Demoſthenis teſtimonium Græcè pronunciatum, Latinum tamen factum retu-
10 lit Balduinus. d. §. 27. nu. 8. † In eo tamen Romani ab alijs diſſentiunt, quod non omnes deſcendentes indiſtinctè inteſtati hereditatem habere voluerunt, ſed qui ſui tantum heredes eſſent, quod ſuitatis ius, ſiue qualitas ciuium Romanorum tantum eſt, non aliarum gentium, vt expreſſè comprobabis ex §. ſui. ſup. de hered. qualit. & diff. & §. ſui. hoc tit. de hered. quę ab inteſt. coniuncto princip. ſupra de pat. po-
11 teſt. & ibidem à nobis obſeruatis. † Ex quibus conſtat iura ſuorum heredum, ex iure patriæ poteſtatis pendere, quod cum ex duodecim tabulis originem habeat, nullæ fuerunt Gentes apud quas hoc ſuorum & neceſſariorum heredum diſcrimen cognitum, ſeruatúmve fuerit, nec niſi ex Romanæ iuris prudentiæ libris
12 explanari poſsit, vt † mirari deſinamus Angelum Politianum (eruditiſsimum alioqui hominem) quis ſuus heres diceretur, reſpondere non potuiſſe, quod eo maiorem ruborem illi iniecit, quod in gloſſematis iuris ſe Accurſio non ceſſurum gloriabatur: ſed quod ſit, in præcitatis locis Iuſtinianus inſinuat, *ſui enim heredes ſunt, liberi qui in poteſtate moriẽtis fuerũt, & quos mortis illius tẽpore nemo proximiore gradu anteceſſit*: quæ definitio ad teſtati cauſam ma-

gis

gis pertinet, nam cum de inteſtati cauſa quæritur, inſpicere ſolemus, an tempore quo deſtitutur teſtamentum nemo proximiore gradu antecedat. l. ſi quis poſthumos. 9. §. penult. D. de lib. & poſth. l. ſi quis filio exheredato. 6. in princ. D. de iniuſto rupto. l. ſcripto. 7. D. vnde liberi. l. 1. §. ſciendum. D. de ſuis, & leg. §. cum autem hoc titulo. de hered. quæ ab inteſt. notat & accurate explicat præter nouiores in dictis locis Anton. Contius, vbi ſupra pag. 19. & magis pag. 26.

14 Quamuis autem antiquiſsima Numerorum lege de hereditate legitima à Deo Optimo Maximo lata d. c. 27. inter filios diſcrimen eſſet, quia maſculis extantibus, filiæ fœminæ non admittebantur. *Homo cum mortuus fuerit* (inquit tex.) *abſq; filio, ad filiam eius tranſibit hereditas, ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos, quod ſi & fratres non fuerint, dabitis hereditatem fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui ei proximi ſint.* Quod & obſeruarunt veteres prudentes in teſtamentarijs ſucceſsionibus, & neceſſitate parentibus iniuncta inſtituendi vel exheredandi filios & filias, Iuſtiniano teſte in principio, verſic. *Sed non ita de filiabus*, ſuprà de ex-
15 hered. liberorum. † Inter liberos tamen ſuos heredes nullum ſexus diſcrimen Decemviri fecerunt, neque enim minus filias, quàm
16 filios inteſtato patri ſuccedere voluere, † Veſtalibus virginibus exceptis, quas nulli inteſtato ſucceſsiſſe, ſicuti & ijs inteſtatis nemo ſuccedebat, quia earum bona in publicum redigerentur, ſcripſit Labeo in ſuis ad duodecim tabulas commentarijs, teſte Agellio lib. 1. noctium Atticarum, cap. 12. propè finem: alias autem puellas, non ſecus atque pueros heredes fuiſſe conſtat. Quamuis enim in multis deteriorem eſſe fœminarum, quam marium conditionem Romani voluerint. l. in multis.
17 9. D. de ſtat. hom. tamen † cum de iuſta legitimaque parentis inteſtati ſucceſsione agebatur, naturalis rationis, communiſque ſanguinis vim parem eſſe voluerunt, ad conſeruandam inter liberos æqualitatem, cuius maximè illi fuêre ſtudioſi. l. ſi ita legatum. 12. D. de cond. & demonſtrat. l. inter filios. 11. C. familiæ herciſ. quo minime duodecim tabularum leges Iuſtinianus laudat in l. lege duo 21
decim tabularum. 14. C. de legitimis heredib. §. cæterum. verſic. *& hæc quidem*, infrà de legit. agnat. ſucceſſ. & multis alijs in locis. Conſtat igitur, quoad duodecim tabulas attinet iuxta parentis hereditatem inter ſuos nullum ſexus diſcrimen faiſſe, ſed pariter omnes maſ-
18 culos & fœminas admitti. † Vnde cum ſuis non exiſtentibus, eadē lege proximi ſi agnati hereditatem acciperent, vti ex relatis eius verbis ſuprà num. 5. conſtat, qualitas autem ſui heredis per virilem ſexum deſcendētibus tantummodo contingeret. §. qui igitur ſup. de patria poteſt. iuncto d. §. ſui, non ſic ſi per fœmineum ſexum deſcenderent, vt dictis locis, fiebat vt qui ex filiabus deſcenderent, neque cum alijs ſuis heredibus, ſed nec cum agnatis admitterentur: atque hoc eſt quod Iuſtinianus ſæpè inculcat cum de liberorum ſucceſsione legitima agit, admittens ex filio nepotes nepteſq;, ex nepote pronepotes pronepteſque, non autem ex filia, aut ex nepte in d. §. ſui. & §. cum filius. h. ti. de hered. quæ ab inteſtat. & paſsim.

19 † Quæ differentia, quamuis ſubtiliter magis excogitata, quam ex æquo & bono prodita eſſe videretur, placuit poſteris Romanis, eaque multis annis ſunt vſi, quouſque Valentinianus, Theodoſ. & Arcadius Imperatores edita Mediolani conſtitutione. quæ extat in
20 l. ſi defunctus. 9. C. *de ſuis & legitimis liberis & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus*, annis poſt duodecim tabulas pluſquam octingentis, moderationem aliquam adhibuerunt, vt † ſaltim nepotes ex filia, cum alijs defuncti filijs, filiabúsve ſuis auunculis aut materteris; vel ex filio nepotibus ſuis heredibus ad ſucceſsionem inteſtati venirent, vno triente minus conſecuturi quā ſi ex filio nepotes fuiſſent; hunc enim trientē præcipuum reliquerunt heredibus verè ſuis, & portionem deſcendentiū ex fœmina eatenus imminui paſsi ſunt. Quā imminutionē probaſſe videtur Iuſtinianus in l. illam. 19. iuncta gl. verb. *huiuſmodi*. C. de collationib. quamuis poſtea eam ſuſtulerit, voluerit que nepotes ex filia integram matris ſuæ portionem conſequi, eodemque omnes nepotes iure vti. §. fin. hoc tit. de heredib. ab inteſtato, authentico de triente & ſemiſſe. §. neque illo de cætero: ergo nepotes ex filia, & cæteri per fœmineum ſexum deſcendentes, quamuis nec ſui heredes aſcēdentibus maternis, nec in eorum poteſtate ſint, nouo iure lege duodecim tabularum antiquata legitimi heredes ab inteſtato ſunt, quæ Iuſtiniani conſtitutio iure noſtro confirmatur l. 3. tit. 13. p. 6. l. 6. Taur. l. 1. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. vbi ſine diſtinctione ſexus omnes deſcendentes aſcendentibus ſuccedunt. de quo latiùs infrà. nu. 31. Sed quò magis nouum hoc ius intelligamus, ad illud antiquum duodecim tabularum redeamus.

Quod † quidem, vt audiſti, ita ſtrictum erat, vt ſuos tantum heredes, & agnatos admitteret, his deficientibus fiſcum. Ergo emancipatus filius, qui ſanguinis ratione conſiderata, non minus filius eſt, illo iure non admittebatur: quia per emancipationem familiam paternam, iuſque agnationis amittebat. l. capitis. 11. D. de ſuis & legit. l. pronuntiatio. 195. §. familiæ. D. de verb. ſignificat. & patria poteſtate ſolutus. §. præterea. ſuprà. quib. modis ius pat. poteſt. ſoluit. extraneus efficiebatur. §. cæteri. ſupra de hered.

hered.qualit.& iure ciuili nec instituioportebat.§.emancipatos. sup. de exhere.lib. nec ab intestato admitti potuit.§. emancipati. h.t.de
22 hered.quæ ab intestato.† Sed Prætor naturali æquitate motus l.hac par.2. D. vnde cognati. quemadmodum testamento facto, si præteritus esset,ei per bonorum possessionem contra tab.subuenit. Vt constat ex ti.D.de bon.poss. contra tabulas.d.§.emancipatos,ita & ad legitimam parentum hereditatem eũ vocauit, per bonorum possessionem,*vnde liberi*, per quam eorum emancipatione rescissa l.sed cum patrono.6.D.de bon. poss. perinde iam emancipati succedunt, ac si in morientis fuissent potestate,& ius sui heredis haberent. toto tit.D.vnde liberi.d.§.emancipati.§.sunt autem.versiculo, *Primo loco*.infrà,de bonor.possess.

23 Cum † autem hodie per Iustinianum commentitiæ illæ emancipationis & suitatis differentiæ fuerint sublatæ.l.meminimus.15.C.de legitimis heredibus. authent. de heredibus ab intest. venientib. & ag. iure sublato.§. 1.&§.
24 nullam verò.coll.9.†emancipati filij cum suis etiam iure ciuili admittuntur ab intest. ex dictis iuribus.l.3.vbi Greg.verbo. *el fijo*. tit.13. par.6. Vnde emancipatus qui olim succedebat patri, per bonorum possessionem Prætoriam intra annũ.l.1.§.largius D.de succeff. edicto.l. emãcipata.4.C.qui admitti(cui adde.l.34.t. 9. & l.2.t.6.par.6.)poterit ei succedere intra triginta annos de iure ciuili, notat Acursius in l. licet, verbo. *longe*. C. de iure delib. quẽ sequitur Decius,qui alios refert,in l.vnica.nu.9. C. quando non petentium partes. Porcius lib.3. conclusionum. concluf.35.Anton. Gomez 1.
25 to.c.9.nu.28. † Notabis tamen,quod etsi hodie, iure ciuili cum suis emancipati admittantur, sintque quoad effectum succedendi suis similes. ex d.l. meminimus. cum alijs. §. cæterum,infrà. de leg.agnat. successio. non tamen admittuntur cum prærogatiuis & qualitatibus suorum heredum ; neque sui sunt, neque esse
26 possunt, qui in potestate non sunt. † Vnde hereditatem non aditam eo iure non transmittent,quia eis est aditio necessaria, notat Minsinger.in §. sed hæc quidem, nu.4. sup. de exhered.lib.Anton.Gomez d.1.to.c.9.num.24. Emanuel Costa, in l.Gallus, §. & quid si tantum.3.par.ex num.207.Minchaca,de succeff. creatione.§. 19.nu.7. Couarr. in cap.Raynut. nu.5.in princ.de testamentis, qui latius disputant,an omnino veteres illæ duodecim tabulis emancipationis, & suitatis differentiæ inductæ,sublatæ sint.

27 Quibus similiter fiebat, quod cum fœmina nullos suos heredes habere posset,§. fœminæ. suprà de adoptionibus,§.cæteri. suprà de heredum qualit.l.illud.4. §. ad testamenta.D. de bo.poss.contra tabul.l.nulla fœmina 14.D.de suis & legitimis heredibus, matris intestatæ hæreditas ad liberos non pertineret; vti Iustinianus insinuauit,in principio,de Senatusconsul.Tertulliano.ibi. *vltrò,citroque*, rectè adnotante ibidem Theophilo, Balduino, ad leges Romuli,cap.28.n.55.& nominatim docet Vlpianus in fragmentis,ti.26. versi. penultimo.
28 Quod cum iniquitatis plenum esset, D.Marci & Commodi temporibus, Cornelio Scipione Orfito, & Vellio Ruffo Consulibus Senatusconsultum factum fuit, *Orficianum* appellatum, quo ius legitimæ successionis in maternis bonis filio concessum fuit, cæteris omnibus agnatis & cognatis exclusis, vt in principio, infrà de Senatusconf. Orficiano commemorat Iustinianus. Vlpianus in fragmentis,ti.26.versiculo penultimo.& in l.1.& suis §§.D.ad Senatusconf. Tertullia, in l.qui in aliena.6.versiculo. *sed etsi legitima*. D.de acquir.hered.l.2.versic.fin.D.vnde legit. & extat tit. C. de Senatusconf. Orfi. & ex Cassiodoro & alijs bonis authoribus nouiores in dicto principio. Hotomanus,& Anto. Augustin. de Senatusconf. verbo.*Orficianum*.Raynald. Corsus.lib.2.indagat. cap. 11. Iacob. Rebard.de autoritate prudentum,cap.12.Pet.Greg.3.par.Syntagm.li.45. cap.2.ex num.3.Nicol. Belonus,lib.4.supputat.cap.6.

29 Cui obseruationi non obstat, filios ad matrum intestato decedentium successionem D. Marci Oratione esse admissos, nõ Senatusconsul.Orficiano.ex eodem Vlpian.d.tit.26.Cajo in l.sacratissimi.8. D.ad Tertull.& Iulio Capitolino,inMarco Antonio Philosopho.Quoniam ad plurimorum explicationẽ noto, Ante quam Senatus aliquid censeret, de ea re de qua Senatus consulebatur à Principibus in eodem Senatu orationem haberi solitam, quod post eam cẽsebatur,Senatusconsultum erat.l. 1.l.non fit.12.D.de reb.corũ.l.1.l. fi.ad resoluendam.7. C.de prædijs minorum.l. cum hic status.33.in princip.D.de donat. inter virum. obseruat Brissonius lib.1.select.antiq.c.16. & lib.13.de verb.signif.verbo.*Orationes principũ*. Pard.Prateius eodem verbo.Iacob.Cuiac.li.1. Obseruat. ca.18.Igitur Oratione à D.Marco in Senatu de legitima successione filiorum in maternis bonis habita,eis successionis iura cõcessa fuere, quæ quia Orfito & Ruffo consulibus in Senatu fuit recitata,& ab eodem probata & sequuta, Senatusconsul. Orficianum dictum fuit.

30 Quod non tantum in ingenuã mãtrẽ,sed & in libertina quoque admissum fuit. l. 1.D. ad Tertull.& in ancilla etiam, quæ post mortem ab herede, aut fideicommissario factam peperit.l.fi.C.ad Senatusconf. Orficia. & quamuis in liberis primi gradus Senatusconsul. loqueretur,postea tamen nouis constitutionibus de quibus in l.si defunctis.4.C.de legitimis heredib.li.5.In Codice Theodosiano ad vlteriores

etiam

etiam, nepotes videlicet & pronepotes, extenſum fuit, vti Iuſtinia. in d. princ. conteſtatur; & apud nos indiſtinctè admittitur in d. l. 3. ti. 13. par. 6. l. 6. Tau. l. 1. tit. 8. lib. 5. recop. vbi nominatim ſcripſit Ioan. Matien. gloſſa. 4. nu. 3. & paſsim alij auctores.

31 Relinquitur ergo iam ex tam longè petitis, nulla ſexus emancipationis, ſiue ſuitatis habita differentia tam iure Ciuili Romanorum, quàm Hiſpanorum parentibus inteſtatò defunctis, ſiue paternis, ſiue maternis, filios, & filias, nepotes & neptes, & reliquos deſcendentes legitimos heredes exiſtere, & inter eos, ſi eiuſdem gradus ſint, in capita, & pro virili portione, ſi diſparis gradus in ſtirpes hereditatem diuidi, eorumque priorem in ſucceſsione cauſam eſſe, ex d. auth. in ſucceſ. C. de ſuis & legitim. cui ſupradictæ leges conſonant. item & l. 53. tit. 6. p. 1, explicantq; latè præter ordinarios in dictis locis Cinus tract. de ſucceſsionib. ab inteſt. verſi. *Aggredior*, ex nu. 1. Matt. Matthefilanus. 1. memb. 1. articul. Nicol. de Vvaldis. 1. par. ex. num. 1. Roland. Paſſagerius ex num. 6. Ant. de Roſellis ex nu. 53. Oliu. Textor, ex num. 2. Ioan. Rojas, ex cap. 3. Anto. Gom. 1. tom. cap. 1. Petr. Gregor. d. lib. 45. cap. 2. extatque & apud Aragones ſimilis forus libro. 6. fororum, à Iacobo ſecundo Darocæ condito anno. 1311. & alter à Ioanne ſecundo Calataiudi, anno. 1461. quorum meminit Hieronym. Portoles in additionib. ad Molinum. §. ſucceſsio. nume. 12. etiam ſi aſcendentes quoque extent eiuſdem inteſtati, d. authent. in ſucceſsione, auth. defuncto. C. ad Tertull. & dictis legibus Hiſpanis.

32 Sed hic illud videtur mouere, atque non leuem ſcrupulum inijcere. ex noſtra definitione, hereditatem ab inteſtato proximiorib. ſemper eſſe deferendam, quoties diuerſis gradibus iunguntur; Sin autem plures vno eodemq; exiſtant, pariter admitti, ex iuribus adductis ſup. & §. ſi plures. infra de leg. agnat. ſucceſſ. vnde cum auus, eodem quo nepos à filio gradu diſtet. l. 1. §. primo gradu. D. de gradibus. atque ei non minus pie, quam nepoti debeatur hereditas. l. nam etſi parentibus. 15. D. de inofficioſo teſtamento. cum nepote eum eſſe ab inteſtato admittendum
33 videbatur. † Reſpondendum tamen eſt, hereditatem deſcendentibus magis, quàm aſcendentibus debitam eſſe. l. ſcripto. 7. verſicul.
34 fin. D, vnde liber. d. l. nam etſi † & induci poteſt deciſio. l. Pantonius. 3. D. ſi quis à patr. fuer. manumiſſ. vbi pater contra tabulas contra teſtamentum filij, pro parte tantum habet, cum tamen filius, quo caſu illud impugnat, in totum euertat, gloſſa, verbo. *obzentum*. per tex. ibi in l. Papinian. 8. §. ſed ne-
35 que impuberis. D. de in offic. teſtam † parentibus nulla competit bonorum poſſeſsio ex his quæ filijs iure ciuili, aut prætorio dantur, neq; *Vnde liberi*, neque, *Vnde legitimi*, neque *Vnde cognati*, notat Corneus nu. 24. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Emanuel Coſta in cap. ſi pater. 3. par. verbo. *priuare non poſsit*. nu. 40. de teſt. lib. 6. ergo cum fortius iùs deſcendentes in ſucceſsione habeant, præferri meritò de-
36 bent † Accedit ex communi opinione, & legitimam portionem aſcendentibus miſerationis tantummodo cauſa relinqui, & deberi, d. l. ſcripto. d. l. nam etſi, Bald. in l. 1. §. ius naturale. D. de iuſtitia & iure, & cum multis Bene dictus in cap. Raynutius. verbo. *& vxorem nomine Adelaſiam*. nu. 47. Emanuel vbi proximè nu. 41. (qui eo loco facit ſatis eidem cap. Si pater, verſi. *licet*. Vbi contrarium videtur probari) filijs verò & propter naturæ ſimul, & parentum commune votum, ex relatis ſup. & l. Iulianus. 26. D. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. vnica. ibi. *aduerſus auitum vel proauitum deſiderium*. C. de his qui ante apertas tabulas. l. de emancipatis. 13. C. de legitimis heredib. Quod parentum deſiderium impellente natura inductum eos qui deſcendunt potiores eſſe ſuadet, ex eleganti Iuriſconſul. ratione in l. liberorum. 220. D. de verborum ſignificatione, & in l. iſti quidem. 8. §. fi. D. de eo quod met. cauſa. cum alijs quæ adduxit Anton. Gomez. d. c. 1. num. 4. & latiſsimè, plurima de maximo parentum erga filios amore referens, Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam. in principio. C. de reuoca. donat. *Hactenus de ſucceſsione liberorum primi gradus.*

De ſucceſsione liberorum ſecundi vlteriorisve gradus. §. 1.

1 *Nepotes filijs non extantibus potiores in legitima ſucceſsione.*

2 *Nepotes vt auo, ſiue proauo ab inteſtato ſuccedant in eorum ſaltem conceptos fuiſſe vita neceſſarium eſt.*

3 *Nepos etiam non conceptus in aui vita ex patris ſui perſona admitti poteſt.*

4 *Nepos ad ea quæ iure ſanguinis deferuntur, veluti Regnum, Primogenium, & ſimilia etiam poſt mortem aui conceptus admittitur.*

5 *Nepotes ex pluribus filijs nõ in capita, ſed in ſtirpes admittuntur.*

6 *L. Si libertus præterit. 23. §. fi. D. de bon. libert.*

7 *Ius patronatus libertorum iure ſanguinis defertur filijs etiam non heredibus.*

8 *Clementina*, plures, *de iure patronatus.*

9 *Ius patronatus Eccleſiaſticum iure hereditario defertur.*

10 *Cap. filijs vel nepotibus. 16. quæſt. 7.*

11 *Ius patronatus Eccleſiaſticum pertinet ad here-*

des non prout heredibus, sed quia sunt heredes. Cap. 1. de iure patronatus.

12 *Pronepotes admittuntur ad proaui successionẽ legitimam quemadmodum nepotes.*

1 SI nulli existent intestato defuncti filij, quorum priorem causam esse diximus, superstites autem ex prædefunctis filijs nepotes sint, quia & ij quoque sui heredes auo sunt. §. sui sup. de hered. qual. §. 1. §. ita demum hoc ti. de hered. quæ ab intestato defer. §. posthumorum, sup. de exhere. liber. l. posthumorum. 13. D. de iniusto rupto, eadem duodecim tabularum lege admittuntur. Nam quemadmodum, etsi olim auo testato defuncto necessariũ ius non haberent, sed inter cæteros exheredari possent, & præteritis solummodo ius accrescendi ad certam portionem concederetur, §. sed non ita de filiabus, supra de exhered. libe. hodie tamen post Iustinianum in l. maximum vitium, 4. C. de lib. præt. & in §. sed hæc quidẽ vetustas, sup. de exhered. liberorum, necessariò omnes institui aut exheredari debent; ita & ab intestato legitimi heredes sunt, auth. in succes. C. de suis & legit. & in authentico de hered. ab intest. venient. §. 1. coll. 9. l. 2. & 3. tit. 13. p. 6. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 1. & 7. tit. 6. lib. 3. fori. d. l. 6. Tau. l. 1. titu. 8. lib. 5. recopil. explicant & cum alijs exornant Anton. Gom. 1. to. ca. 1. ex n. 8. Ioan. Rojas de succes. ab intest. cap. 5. Ioann. Matienço in d. l. 1. recopil. tit. 8. lib. 5. recopil. glo. 4. ex num. 4. † Dum tamen in vita aui vel proaui, de cuius successione tractatur nati, aut saltim concepti sint, l. si quis filio 6. versic. *sed hoc ita.* D. de iniusto rupto. l. 1. §. sciendum, l. Titius 6. in fi. cum duab. seq. D. de suis & legit. l. 1. §. si quis proximior. D. cum vnde cog. §. cum autem. versi. *Planè* hoc tit. de hered. quæ ab intest. quia aliàs neque suitatis, neque proximitatis iura habere possunt, ex quibus successio admittitur, lex autem duodecim tabularum eũ vocat ad hereditatem; item edictum Prætoris eum admittit ad bonorum possessionem, qui moriente eo de cuius bonis quæritur in rerum natura fuerit, vel si viuo eo conceptus est, quia conceptus quodammodo in rerum natura esse existimatur, vt bene considerarunt Iurisconsulti in dictis locis, & explicant Anton. Gom. & 3 Ioan. Matien. vbi su. † Quòd admittẽdum est, & procedit quoties nepos ex persona sua ad legitimam hereditatem admitti desiderat, si verò ex persona patris eius personam repræsentãs, admitti vellet, succedereque ratione transmissionis, ex c. suitatis, sanguinis, vel iuris deliberandi rectè quidem poterit, etsi post mortem aui conceptus sit, l. si quis filium 34. C. de inof. test. l. vni. C. de his qui ante aper. tab. l. cum. antiquiorib. 19. C. de iur. delib. apud hostes. 8. C. de suis & legitim. communẽ sentẽtiam resoluit cum alijs Ant. Gom. d. c. 1. n. 11. Ioan. Matien. d. gl. 4. n. 7. latè & vtiliter Guillel. Benedict. in c. Raynutius. 2. p. verbo, *& sobole quam gestabat in vtero*, ex n. 38. de testam.

4 Vnde infertur, ad ea quoque huiusmodi nepotem admittendum, quæ non tanquam heredi, sed tanquam nepoti, & ratione agnationis, aut sanguinis deferuntur, veluti ad ius patronatus, & ad honores. & dignitates alias præter successionem, argumento. l. Paulus, respondit, 47. §. Paulus. D. de bonis lib. ad successionem primogenij, Regiæ, Ducalisve, aut similis dignitatis, quæ iure sanguinis obuenit. l. 9. l. 12. ti. 1. p. 6. tex. in cap. 1. §. quia vidimus, versi. *& hoc quoq; sciendum*, de his qui feudum dare poss. in vsibus feud. ad emphyteusim à parentibus pro se, suisque descendentibus acceptam, Bart. in l. quod dicitur, n. 12. D. de verborum obligationibus, vbi Iaso. n. 43. ad ius retractus rei immobilis auitæ à patre venditæ, iuxta dispositionẽ l. 7. cum sequentibus. tit. 11. lib. 5. recopilat. vt eleganter notauit Ant. Gom. d. n. 11. à quo habuit Ioannes Matienço. ex d. num. 7. cum sequentibus.

5 Illud autem omnino obseruandum est, pluribus relictis ex prædefunctis filijs nepotibus, viuo auo natis, aut saltem conceptis omnes quidem admitti, non tamen pro virili portione, aut in capita; sed potius in stirpes, ita vt eam partem nepotes hi habeant, quam eorum pater si viueret esset habiturus, ergo si ex vno filio tres nepotes, ex altero duo. ex alio vnus sint, tantam partem hic habebit, quantam priores tres, aut illi duo, quæ successio in stirpes iure nostro vocatur, l. nepotes. 2. C. de suis & legi. lib. l. Papinian. 8. §. quoniam autem. quarta, D. de inofficioso test. l. si nepotes 8. D. de coll. bonorum, tex. in d. authen. in successione. C. de suis & leg. Et in authentico de hered. ab intestato venientibus, §. si quis igitur. collat. 9. §. cum filius versi. *item si ex duobus*, hoc tit. de hered. quæ ab intest. l. 3. titu. 13. par. 6. quod tanquam indubitatum resoluunt Anton. Gom. d. c. 1. nu. 12. Ioann. Matien. n. 13. & latius dicemus paulò inferius sequenti paragrapho.

6 Sed grauiter obstat difficilis tex. in l. si libertus præterito. 23. §. fin. D. de bon. libertorum, vbi Iulianus sic ait, (*si autem ex duobus patronis, alter vnum filium, alter duos reliquisset, dixi viriles, inter eos partes fieri*) ex quibus verbis satis constat, nepotes auo succedentes non in stirpes, sed in capita, & pro virili portione admitti: quod & scripsit Vlpianus in fragmẽtis, tit. 27. ibi: *ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet vt in capita non in stirpes diuidatur*, Iustinianus in §. multis, ibi: *vt si eiusdem patroni, vel patronæ, vel duorum, vel duarum pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti, seu libertæ vocetur successionem, & in capita non in stirpes diuidatur successio.* infra de succes. libert.

Sed

7 Sed reſpondendum † eſt : ius patronatus libertorum in dictis locis non deferri nepotibus, iure hereditario aut ſucceſsionis, ſed potius iure ſanguinis, & quia ex liberis patroni ſunt, vnde cum vnuſquiſque ex eis iure proprio admittatur, diuiſio fit in capita, non in ſtirpes, neque ex eò quod ex vno filio plures nepotes ſuperſint, minori ſanguinis vinculo auo coniunguntur, quam ſi vnus ſolus nepos eſſet. Secus autem eſt, quoties de auita ſucceſsione tractatur, quę cum ipſis deferatur, non quia nepotes ſunt, ſed quia nepotes heredes, eā quiſque portionem habebit, quam pater eius ſi viueret eſſet habiturus.

8 Verum hanc reſolutionem impugnat. tex. in Clem. plures, de iure patronat. vbi ſcriptum eſt, quod ſi plures ab vno ex patronis Eccleſię relicti ſint heredes, vocem dumtaxat vnius habent in præſentatione rectoris, ergo ſucceſsio iuris patronatus, ſimilis eſt hereditariæ cum in ſtirpes fiat.

9 Facilis † tamen eſt explicatio, ſi aduertas tex. in d. §. fi. intelligi in iure patronatus libertorum, tex. autem in d. Clem plures in iure patronatus Eccleſiaſtico, quod ab illo longè eſt diſsimile, vt deduces ex congeſtis à gloſſa, verbo, *natura*, in d. l. ſi non ſortem, 26. §. libertus. D. de condict. indeb. & in c. piæ mentis. 16. q. 7. tum maximè in eo quod ius patronatus libertorum, vt paulò ſuperius diximus, competit iure ſanguinis, tranſitque ad filios, licèt non ſint heredes. l. filij. 9. D. de iure patronatus, l. ſi operarū. 29. D. de operis libert. notat gloſſa in d. Clem. ſi plures, verbo, *liberè*, notat etiā Bart. per tex. ibi in l. ſi patroni. 55. D. ad S. C. Trebel. Ius autem patronatus eccleſiaſticum pertinet ad filios & nepotes, ſi heredes ſint, non aliàs, gloſ. in d. verbo, *liberè*, ad fi. dicit commu nem Guillelmus Benedictus in ca. Raynutius verbo, *in eodem teſtamento relinquens*, el primero, ex nu. 26. de teſtamentis, Bart. in l. vt iuris iurandi, §. ſi liberi, per tex. ibi. n. 4. D. de operis libertor. Couarr. lib. 2. var. cap. 18. nu. 6. Eman. Coſta in c. ſi pater. 2. p. verbo. *Trebellianicæ*. n. 4. de teſtamentis. Molina lib. 1. de Hiſpan. pri-
10 mogenijs, cap. 8. num. 6. † Sicque interpretor tex. in cap. filijs vel nepotibus, 16. q. 7. vt quod ibi ex texto Concilio Toletano refertur, filijs vel nepotibus ius patronatus competere, intelligatur, ſi ſimul heredes ſint, vt pa-
11 tet ex verſic. *ipſis tamen heredibus*. † Intelligas autem velim pertinere hoc ius patronatus ad heredes, quia ſunt heredes, non tamen ad heredes vt heredes, nam ſi hoc admitteres, tran ſiret proportionibus hereditarij, argum. l. 1. & 2. C. de here. actio. quod tamen ferendum non eſt propter tex. expreſſum in ca. 1. de iure patronatus. vbi notat Beroius. n. 8. & 17. Paul. & Alex. in l. quia perinde. §. reſtituta, D. ad Trebell. Molina d. lib. 1. cap. 24. nu. 6. Conſtat ergo ex his, quod quemadmodum nepotes ad aui hereditatem in ſtirpes vocantur, d. l. nepotes, cum relatis ſupra, ſic & ad ius patronatus eccſiaſticum, quod iure hereditario defertur ex dicta Clementina. plures, ex l. 12. titu. 15. par. 1. Didacus Perez in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinamenti. † Quæ omnia & in pronepotibus, & deinceps alijs deſcendentibus admittenda ſunt ex
12 d. Authent. in ſucceſsione, verſi. 1. C. de ſuis & legit. lib. l. Iuriſconſultus, 10. §. parentes. D. de gradibus, vt cum communi defendit Ioannes Matienço in dicta l. 1. gloſ. 4. num. 14. & eſt expreſſum ibidem, *como los ſon los deſcendientes a ellos*, & induci poteſt tex. expreſſus in l. ſi viua matre. 3. verſic. *eadem*, C. de bonis maternis, cum alijs pluribus in quibus, quæ in nepotibus admittūtur, ad pronepotes extendi cōſtat.

De ſucceſsione patrui & nepotis, ſiue de ſucceſsione liberorum ſecundi, vlteriorisve gradus cum filijs primi gradus repræſentatione.

§. 2.

1 *Nepotes cum patruo ad aui ſucceſsionem admittuntur, & n. 9.*
2 *Nepotes non præceſsi ſui heredes auo ad inſtar filiorum ſunt.*
3 *Nepos eam habebit partem quam pater eius ſi viueret erat habiturus.*
4 *Nepotes cum patruo ad alterius patrui ſucceſsionem legitimam admittuntur.*
5 *Nepotes cum patruis non eſſe admittendos tribus argumentis probatur, & n. ſeq.*
6 *L. 3. C. de legitimis heredibus.*
7 *L. ſi libertus præterito 25. §. ſi libertus. D. de bonis libert.*
9 *Repræſentationis iure nepos cum patruo admittitur.*
10 *Pater & filius vna eademq; perſona natura eſſe cenſentur. & nu. ſeq.*
11 *Repræſentationem non ſecundùm fictionem, ſed veritatem induci putat And. Tiraq. ſed malè.*
12 *L. ſi. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Verba* penè, & intelligantur, *improprietatem denotant.*
13 *Repræſentatio fictione inducta non niſi in caſibus à iure expreſsis admittenda, & ex n. 18.*
14 *Repræſentationis fictio vlteriorem in proximiori gradu conſtituit, pluresq; vnius perſonæ vicefungi facit.*
15 *Nepotes plures ex filio vno, vnius loco quoad tutelam & ſucceſsionem habentur.*
16 *Repræſentationis ius in nepotibus auo paterno ſuccedentibus olim tantum admiſſum, hodie in omnibus etiam maternis aſcendentibus, ſuccedentibus admittendum eſt.*

17 *Repræsentationis iure succedens non ex persona repræsentati, sed ex sua succedit.*
18 *Repræsentationem non admitti vltra pronepotem putat communis.*
19 *Contra communem vsq; in infinitum ad omnes descendentes extendi.*
20 *Pronepotum in legibus repræsentationem inducentibus quare tantummodo mentio fiat?*
21 *Repræsentatio admittitur in filijs fratrum cum patruis suis succedentibus.*
22 *Fratrum filij cum patruis in stirpes non in capita succedunt.*
23 *Repræsentatio inter collaterales non porrigitur vltra filios fratrum.*
24 *Repræsentatio inter collaterales in Regni, & Maioratus successione, vsq; in infinitum, admittitur iure Hispano.*
25 *Repræsentatio admittitur in his quæ iure hereditario deferuntur, non in alijs.*
26 *Iure hereditario quæ deferantur, & quæ iure sanguinis remissiuè.*
27 *Repræsentatio in feudis iure singulari admittitur.*
28 *Repræsentatio in Regnorum successionibus iure communi admittenda non est.*
29 *Hispano iure admittitur in Regnis repræsentatio. l. 2. tit. 15. part. 2.*
30 *Cap. licet 6. de voto, remissiuè.*

1 QVIA sui heredes sunt nepotes in patria potestate à patribus non præcessi, auo intestato defuncto legitimos successores esse, eosq; omnes item & pro nepotes, & deinceps descendentes, in locum, & portionem quam eorum parentes si viuerēt erant habituri, diximus superiori paragrapho. Oportunè ergo nunc illud disputabimus: An idem sit admittendum quoties nepotes hi cō currunt cum patruis suis: ecce decessit Titius intestatò, relicto filio, & ex alio iam præmor tuo, relictis nepotibus vno, pluribùsve, erit ne potior in legitima successione filius? an & cum eo admittetur nepos? admitti cum patruo nepotem, & lege duodecim tabularum, & iure etiam honorario, probant Diocletianus & Maximianus Imperatores in l. vt intestato. 3. C. de suis, & legitim. liberis, idemque scriptum est in l. 1. §. si filius (quem etiam hoc casu accipio) D. de suis & legitim. l. 1. §. vocantur. iuncta l. si in adoptionem. 11. §. fin. D. de bon. poss. contra tab. l. cum emancipat. 2. §. si duo nepotes. l. si nepotes. 7. D. de collat. bonorum, l. 1. §. sed si ambo. D. de coniun. cum emancip. textus in d. Authentica in successione, versi. *nepotes*. C. de suis & legi. text, in authentico, de heredib. ab intestato venientibus, in pri. tex. in. §. cū filius. &. §. fi. h. t. de hered. quæ ab intesta. consonat l. 3. ad fin. tit. 13.
2 part. 6. † Redactus enim est iam nepos ad filij conditionem. l. post humorū. 13. D. de iniu. rup. l. Gallus. 29. §. etiam si parente. D. de lib. & post. l. sed etsi. 6. §. nepotes. D. de hered. inst. §. post humorum. sup. de ex hered liber. facit tex. in l. 2. §. 1. D. de excus. tuto. & in l. 3. C. de
3 his qui num. liberor. se excus. lib. 10. Vnde † quemadmodū filius legitimus patri heres est, sic & suo nepos, qui cum patruo suo admissus, eam portionem habebit quam pater eius, si viueret erat habiturus, ex d. §. cum filius, cum
4 alijs: † quod non tantum locum habet, quoties nepos ad aui successionem cum patruo admitti desiderat, verum etiam si concurrere velit cum eodem patruo ad alterius patrui intestato defuncti legitimam hereditatem tex. in d. authentico de hered. ab intest. venien, §. si igitur defunctus. in prin. & in Authen. post fratres, C. de legit. heredib. l. 5. tit. 13. par. 6.

5 Difficilis tamen hæc sententia, & in prima, & in secunda parte maximè ex sequentibus videtur. Primò, quoniam ad legitimam hereditatēis admittitur, qui gradu proximior est, l. 2. §. hęc hereditas, & §. legitima. D. de suis & leg. l. 1 §. proximus. §. gradatim, D. vnde cog. l. lege duodec. tabul. versic. *huiusmodi*, C. de legitim. heredib. §. 1. §. proximus. §. si plures, infra, de legit. agna. succes. sed filius gradu vno proximior est nepote: est enim filius in primo, nepos in secundo: item, frater respectu fratris est in secundo, filius autem fratris respectu patrui in tertio, iuxta ciuiles computationes, l. 1. ver. *ex transuerso*. l. Iurisconsultos, 10. in prin. §. sunt & ex laterib. D. de gradib. & in prin. inf. eod. tit. ergo nullo casu nepos, neque ad aui, neque ad patrui successionem cum patruis admitti, aut concurrere poterit.

6 Secundo † obstat tex. in l. 3. C. de legit. hered. & in d. §. si plures, quibus expressè cautū est, ad intestatò fratris defuncti hereditatem fratrem eius tātummodo admitti, prædefuncti alterius fratris excluso filio.

7 Tertio † vrget difficilis tex. in l. si. libertus præterito. 25. §. si libertus. D. de bonis libertor. vbi si libertus intestatò decesserit relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittuntur, quam diu filius esset. Qui tex. & in decisionis quoque ratione contra nepotem est: *quia proximum quemq; (inquit Iulianus) ad hereditatem liberti vocari, manifestum est*, quod idem probat quoque tex. in l. tutela. 3. §. si duo. versi. *proinde*. D. de legitim. tutorib. ibi: *hoc apparebit ex legitimis hereditatib. legitima autem hereditas ad solum filium pertinet*: ergo hereditas ad solum filium descendit, post
8 filium tunc ad nepotem. Deinde † quoniam vt plures simul in successione cōcurrunt, oportet eos omnes in eodem gradu esse, d. §. hęc hereditas, non in diuersis, & d. §. si plures, versi. & *quamuis*: cum ergo filius, & nepos in diuersis gradibus existant, eos simul, pariterq; admitti, impossibile videtur.

His

9 His tamen † non obſtantibus contrarium iure noſtro, tam in omnium aſcendentium, quam in aliquorum collateralium ſucceſsione conſtitutum eſt, ex iuribus ſupra relatis, non quidem ſtricto rigore, ſed ſpeciali repræſentationis lege, qua inductum eſt, vt patris ſui ingreſſus locum nepos, eam accipiat portionem, quam pater eius ſi viueret, eſſet habiturus, argum. d. l. poſthumorum, quod ſine ratione factum non eſt, † cum & natura pater, & filius eadem eſſe perſona penè intelligatur, l. ſi. C. de impub. l. cum ſcimus. 22. C. de agricol. & cen. lib. 11. c. contradicimus. 35. q. 3. Oldra. conſi. 224. num. 25. Bald. conſ. 286. colum. 2. Abb. conſi. 3. 2. p. cum multis And. Tiraq. in l. ſi vnquam, in prin. ex nu. 15. C. de reuoc. donat. & tract. de primogenitura. q. 40.
11 n. 58. † Vnde idem Tiraq. d. q 40. ſub nu. 31. 37. 134. & 219. contendit, repræſentationem, nõ ſecundùm fictionem, ſed magis ſecundùm veritatem procedere. Sed in hoc longe fallitur, vere enim alia eſt perſona patris, alia filij. c. iam itaque. 1. q. 4. & filius ſecundùm iuris ciuilis veritatem reſpectu aui non eſt in eodem quo pater gradu, vti conſtat ex d. §. ſi libertus. & ex l. tutela. 3 §. proinde D. de legiti. tutorib. exornat Coſta, de patruo, & nepote. par. 2. n. 12. ergo ſecundùm veritatem, non procedit, ſed ſecundùm fictionem. Bald. in Authentica, ceſſante. col. fi. C. de legit. hered. Angel. in d. §. cum filius. Rolan. à Valle conſi. 68. n. 6. volum. 1. fingitur enim, eum qui eſt remotior in anteriori gradu eſſe, vt cum proximiori concurrat. d. l. vt inteſtato cum ſimilib.

Nec obſtat tex. in d. l. ſi. C. de impub. quo-
12 niam eum textum ſatis, fictione magis iuris, quam rei veritate, patrem & filium vnam perſonam eſſe oſtendere conſtat, verbo, *penè*, & verbo, *intelligantur*, quæ improprietatis dictiones ſunt, notante Baldo in l. ſi abducta mancipia. nu. 5. C. de furt. & multis Barnaba Briſſonio lib. 9. de verborum ſignificatione. pag. 306 Item, quia cum duobus homo conſtet, anima, ſcilicet, & corpore. cap. in quadam, de celebratione miſſarum, latè Couarruuias in Clement. ſi furioſus. 1. part. §. 3. numero. 1. quamuis corporis ſubſtantiam à patre tamquam à forma, à matre, tanquã à materia accipiat, teſte Philoſopho, cuius Bald. meminit in l. fin. C. de ſeruis fugitiuis. D. Thomas. 1. 2. q. 85. ar. 1. animam à Deo optimo maximo immediatè habet, cuius reſpectu nulla patris ſubſtantia dici poteſt, ſicque ſuperiora iura intelligenda ſunt.

13 Ex quibus conſtat, quod cum †, repræſentatio iuris fictione inducta ſit, non niſi in caſibus à iure exp reſsis admitti poterit, cum fictio non ab homine, ſed à lege inducatur, docente Bartolo, & omnibus in l. ſi is qui pro emptore D. de vſucap. Andrea. Alciat. de præſumptionib. 1. par. num. 2. latè Bartolom. Philip. tracta. de fictionibus. 2. parte. c. 1. & 3. parte. ca. 10. cuius ſententiæ authorem omnes laudant Nicolaum de Materanis in l. fi. C. de iuriſd. omnium iudicum, quem retulit Angel. in d. §. cum filius num. 7. Decius conſilio. 1. num. 5. Coſta de patruo, & nepote. 1. p. nu. 18. Valaſcus de iure emphyteutico. q. 50 num. 6. Ioan. Matienço in l. 7. gloſſ. 5. num. 1. tit. 5. lib. 5. recopil. probantque eam expreſſa iura in d. §. ſi libertus, & in d. §. proinde. in quibus nepotes non ſubintrant locum patris ſui, vt ſuccedant in bonis auitorum libertorum, tex. etiam in d. §. ſi plures, infra de leg. ag. ſucceſsione. l. 2. C. de ſucceſ. edict. l. auunculo. 6. C. communia. de ſucceſ. Intrat ergo aliquibus in caſibus filius locum & gradum patris ſui per repræſentationem, ſpeciali iuris priuilegio, vt clarè conſtat ex authentica de hered. ab inteſt. venientib. §. ſin autem, verſiculo, *huiuſmodi autem priuilegij*, cum his quæ adducit Andreas Tiraquellus de vtroque retractu. tit. 5. §. 11. gloſſ. 9. num. 4. ſed antequam eos audiamus vnum aut alterum clarioris huius rei gratia præfari libet.

14 Primum † fictionem hanc, quæ per repræſentationem inducitur non ſolum in eo conſiſtere, quod vlterior in gradu in proximiori conſtituatur, ſed in eo quoque quod ſi plures ſint qui repræſentẽt vnius vice fungantur, tantum habituri, quantum ille quem repræſentant. d. §. cum filius. cum relatis, ſupra §. 1. nu-
15 mer. 50. † Quo fit, quod licet nepotes ad excuſationem tutelæ, vel aliorum munerum proſint, ſi tamen plures ſint vnius filij prædefuncti, pro vno reputantur repræſentationis iure. l. 2. §. 1. D. de excuſ. tut. l. 3. C. de his qui numero liber. ſe excuſ. quod etiam & ius Prætorium in deferenda ſucceſsione his qui iure ciuili erant incogniti, obſeruauit, d. l. 1. §. vocantur. d. l. ſi in adoptione. 11. §. fin. D. de bonorum poſſeſsion. contra tab. d. l. ſi nepotes. 7. D. de collat. bono. l. 1. §. ſed ſi ambo. D. de coiung. cum emanci. quibus in locis conſtat, plures nepotes ex vno filio emancipato, ante vel poſt emancipationem conceptus ſuccedere in portionem patris ſui prædefuncti ad ſimilitudinem iuris ciuilis
16 eum repræſentando, † Quod ius in nepotibus auo paterno ſuccedentibus olim tantum admiſſum, vt ex iuribus d. num. 5. adductis cõſtat, etiam inter alios liberos ſuccedentes, aut auo materno, aut auiæ maternæ receptum fuit ad ſimilitudinem ſuorum heredum, §. fin. hoc titulo de hered. quæ ab inteſt. deferunt. & generaliter inter omnes deſcendentes in authentica de heredib. ab inteſt. ven. in prin. coll. 9. quod ita exaudiendum eſt, vt quantum attinet ad excuſationem tutelę, aliorumque ciuilium munerum, ſoli nepotes ſui heredes poſsint prodeſſe iure repræſentatio-

nis, vt in d.l.3. vbi notat Cuiac.& in d.l.2.vbi idem Cuiac.explicat D.de excus.tut.

17 Aliud est, † hunc nepotem per repræsentationem gradum patris sui occupantem, eiusque loco succedentem, ad bona aui sui, non ex persona patris sui, sed ex sua admitti, ex Bartoli doctrina in l.2.C.de liber. præter. & in l.1.§.si sit filius. D.de coniung. cum emancipat. lib. quam communiter sequutam testatur Alexand.consil.20. numero.3.volum.1.& consil. 19. volum.4. Ioann. Licerier. tractat. de primogenitura.lib. 2. quæst.4.ar.7.num.8. spes enim illa succedendi, quam filius habebat in vita patris. l. neque ei 17. §. præterea. D.de adoptionibus non transmittitur in nepotem, mediante persona patris prædefuncti, sed legis autoritate, quæ in primo gradu constituit filios, in secundo nepotes, vt sublato filio de medio, succedat nepos magis iure suo, quam alieno.

18 Sed qui sint casus in quibus repræsentatio admittitur iam audiamus. Primum proponunt Casares in l.vt intestato.3.C.de suis & leg.lib. & in d.§. cum filius, hoc titulo de hered. quæ ab intestat. def. alijsq; pluribus in locis supra, & exornant mox referendi, quoties enim intestato defuncti filius, ac nepos ex alio, qui mortis eius tempore in rebus humanis non inuenitur, manent in sacris pariter admittuntur, & quamuis controuersum sit, an huiusmodi repræsentatio in successione ascendentium vltra pronepotes admittatur: & non extendi placuerit Bartolo, in l. 1. §. sed si quis. D. de suis & leg.hered. Fabro & Angelo, in d.§.cum filius, Montaluo in l.3.titulo 13.partita.6.per textum in authentico de heredibus ab intest. venientibus. §. 1. versic. *in hoc ordine*, collat. 9.& in d.§.cum filius.versiculo. *pari ratione*, & versiculo. *& quia*, §. item vetustas, versiculo. *& quemadmodum*, hoc titulo de hered, quæ ab intest. l. vt liberis. 17.C.de Collat.l.si viua matre.3.C.de bonis mat.l.1.§.sed si quis.D.de 21 suis & leg.& d.l.3.titulo.13.partita. 6.in quibus exempla traduntur in nepotibus, & pronepotibus, quasi si in vlterioribus gradibus admitteretur repræsentatio, in eisdem legibus esset expressum.

19 Contraria tamen sententia verior & receptior est, repræsentationem vsque in infinitum ad omnes descendentes extendi: quam scripsit Accursius in §.multis. verbo, *vsque ad quintum gradum*, infra de success. libertorum. sequuntur idem Faber, sibi contrarius ibidem, & in §. cæterum, infra de legit.ag.success.cum multis Ioann.Matien.in l.1.glossa 4. numero. 14. tit.8.lib.5.nouæ recopilat. ante quem neruose defendunt Anton.Gomez 1. tomo cap. 1.nu. 15.Gregor.Lopez in dict.l.3.per textum.ibi: *ningun pariente de los descendientes.* titu. 13.partita 6.Couarruuias Practicarum quæstionum cap. 38. numero 5. Eman. Costa. tractatu de patruo & nepote. 3 par.num.57.Ludou.Molina.lib.3.de Hispanorum primogen.cap.7.ex num.5.quibus in primis fauet, nam eadem ratio est in pronepotibus quæ in reliquis descendentibus, ac proinde idem quoque ius admitti debet. Deinde expresse hoc probat tex. in d.authenti.in successione, ibi. *primi quidem gradus æqualiter succedũt, nepotes & vlteriores in stirpe.* C. de suis & legit. lib. vlteriorum enim appellatione omnes descendentes in infinitum comprehenduntur, l. Iurisconsultus. 1. §. parentes. D.de grad.facit.l.quique.4.§.parentem D. de in ius vocando. Vlterius inducitur tex. quo omnes mouentur. in d. §. item vetustas, versic. *ita tamen.* hoc tit. de hered.quæ ab intest.def. tex.etiam in l. vnica, ibi: *in liberos suos cuiuscunque fuerint sexus vel gradus.* C. de his qui ante aper. tab. Præterea, nam cum in linea collateralium restricta sit & coarctata repræsentatio vsque ad tertium gradum (vt mox dicemus) inter descendentes in infinitum admitti videtur ex vulgatis.

20 Neque † obstat in d.§. cum filius, & alijs in locis pro prima sententia adductis pronepotum tantummodo mentionem fieri: quoniam cum ad hoc vt nepotes & pronepotes, & deinceps alij ab intestato admittantur ad aui, siue proaui successionẽ eos in vita aui, vel proaui saltim cõceptos fuisse necessariũ sit, ex adductis supra, vixq; vlteriores descendẽtes vltra pronepotẽ, viuis abauis, aut atauis, cõcipi eueniat, ideo ad pronepotes vsque exempla constituuntur, argumento l. nam ad ea. 5. D. de legibus. Si tamen abnepotem abauo viuo concipi contingeret, ab intestato admittendum, dubium non esset, longèque minus apud nos in maioratus successione (de qua postea plura) propter expressa verba l. 40. Tauri, ibi: *estos tales descendientes del hijo maior*, quæ in proposito considerat Molina. d. ca. 7. n.6.

Alter casus repræsentationis desumitur ex tex. in authen, cessante, & in auth. post fratres.1.& 2. C. de legit. hæred. authentico de hered.ab intestat.venientibus.§. *si igitur defunctus neque descendentes.* coll.9.l.5. titu.13.p.6.l. 241.in legib. Styli,l.8.Tau.l.5,ti.8.li.5.nouæ recopilat. Ex quibus antiquata decisio. l.3.C. de legitimis heredibus,& decis.§.si plures, infra de legit. agn.success.constat, filios fratrum præmortuorum ad successionem patrui ab intest.defuncti, cum superstitibus patruis admit- 22 ti † ad eamque portionem quam eorum parentes erant habituri, sicque in stirpes non in capita, quod in eisdem locis interpretes prosequuntur, maximè tamen Anton Gom. in d. l.8.ex nu.10. Guillen de Ceruantes ex num. 1.Auendanius glossa.1.& 3.Ioann. Matien. in d.l.5.recop.gl.1. n. 14.Azeb.ibi.ex.n.1.Petr. Gregor.3.p.Syntag.lib.45.ca.11. nu.7.Costa de

de patruo, & nepote. 1.par.num. 10. quamuis enim fratrum filij prædefunctorum respectu defuncti patrui in tertio gradu, indeque excludi debuissent à patruis, qui sunt in secundo, virtute tamen repræsentationis, qua fingitur eos in eodem secundo gradu esse, quem eorum pater occupabat, pariter cum patruis admittũtur ex superioribus.

23 Verum † hîc illud meminisse oportebit, quod etsi in linea recta descendentium in infinitum repræsentatio admittatur, prout latè supra, num. 19. diximus, inter collaterales autem solum ea conceditur filijs fratrum, non autem porrigitur ad filios filiorum fratris, vel sororis, vti contra Placentinum sequutus Ioannem Accursius notauit in authen. post fratres. 2. gl. 1. C. de legitimis heredibus, quam ibi sequuntur Bar. & omnes, Paulus in authen. defuncto. C. ad Tertul. cum alijs, Antonius Gomez in d.l.8. Taur. num. 18. Ioan Matiençø. d. glossa 1. num. 17. Azebedo. num. 2. atque iuxta hæc se consuluisse testatur Antonius Gom. d. nu. 18 fratrem defuncti solum admitti excluso filio sobrini. Atque ex his constat, quod si defunctus non relinquat fratrem, sed patruum, vel auunculum, & filium fratris, admittetur solus filius patris excluso patruo magno, quia licèt vterque in tertio gradu sit lineæ transuersæ, præfertur tamen sobrinus tanquam proximior, tum quia est in gradu lineæ inferioris, cum maxime quia per repræsentationem intrat locum sui patris, qui erat in secundo gradu cum defuncto, & ita Baldus & Salicetus in d. authen. post fratres. 1. C. de legitim. hered. Anto. Gomez. d.l.8. n.14.

24 Hoc autem quod proximo superiori numero resoluimus apud nos fallit in Regni, & Maioratus successione, in quo inter descẽdentes & collaterales locus est repræsentationi in infinitum, & filius fatris maioris, ab eoque descendentes præferuntur patruo, qui erat frater vltimi possessoris, licèt illi sint instituenti maioratum in centesimo gradu. textus expressus in l.40. Taur. 5. titulo 7. lib. 5. nouæ recopilatio, in illis verbis. *Lo qual no solamente mandamos que se platique en la succesion del mayorazgo à los descendientes, pero aun en la succesion del mayorazgo à los transuersales.* Per quẽ textum ita defendunt Couarruuias in practicis, cap. 38. num. 10. versiculo, *tertio ad intellectum.* Costa de patruo & nepote. 3. par. num. 59. Moli. lib. 3. de Hisp. primog. cap. 7. nu. 10. Matiençø in dicta l. 5. tit. 7. glos. 3. 4. & 5. & in d.l. 5. tit. 8. gl. 1. nu. 17. de qua re paulò inferius fusius agemus.

25 Illud tamen † (antea quam hinc abeamus) obseruandum etiam est, superioribus duobus casibus dari, & admitti repræsentationem in his, quæ iure hereditario deferuntur, non vero in alijs, iuxta Bart. sententiam communiter receptam in dicta authentica post fratres. 1. n. 5. C. de legitim. hered. secũdum Molinam lib. 3. cap. 6. num. 40. Costam vbi sup. 1. p. nu. 18. vnde deducitur locum habere in iure patronatus ecclesiastico, anniuersarijs, emphyteusi priuata, quoniam hęc iure hereditario deferuntur vti insinuauimus supra, & latè scribunt Couarruu. in practicis. d. cap. 38. num. 13. Molina d. lib. 3. cap. 8. nu. 19. Aluar. Valascus de iure emphyteu. q. 50. nu. 10. (quæ † autem iure hereditario, & quæ iure sanguinis deferantur vide per eundem Ludouicum Molinam li. 1. c. 8. n. 6.) quod si iure sanguinis delata successio esset, repræsentationi locus non fieret, iuxta iura quæ sic intelliges in l. si libertus præterito. 25. §. si libertus. D. de bonis libertorum. l. tutela. 3. §. si duo. D. de legitimis tutoribus.

26

27 Quare † controuersum est in successione feudi an admittatur repræsentatio? & admitti communius est, etsi enim non semper iure hereditario feudum deferatur, sed ex Dominica potius concessione, iure tamen singulari in eo repræsentatio locum habet. c. 1. §. his verò deficientibus. tit. de successione fratrum vel gradibus succedentium in feudo, in vsib. feudorũ, vt contra Bartolum contrarium docentem aduertit Costa. d. 1. p. nu. 19. cum alijs Andr. Tiraq. de primogenijs. quæst. 40. nu. 20. Molina d. lib. 3. c. 6. nu. 47. & nouissimè Valascus. d. q. 50. n. 1. & 7. Couar. in practicis. c. 38. n. 13. qui est tertius repræsentationis casus iure communi admissus.

28 Ex eisdem † descendit, iuxta celebrem Oldradi sententiam, consi. 94. asserentis, Regnum iure hereditario deferri, quam alijs relatis sequitur Emanuel Costa. d. tractatu de patruo & nepote. 3. par. num. 3. per tex. in ca. licèt. 6. de voto, in regno quoque iure communi repræsentationem admitti, atq; ita patruo & nepote ex filio primogenito concurrentibus, nepotẽ patruo præferendum esse. Sed quiâ verius est, Regnorum successiones regulariter iure sanguinis deferri. non iure hereditario, vt multis contendit Carolus Molineus ad consuetudines Parisienses titulo 1. §. 5. Glossa. 3. num. 8. Gregorius Lopez in l. 2. verbo, *fino el hijo mayor.* in fin. verbi, titulo. 15. partita 2. latè Ludouicus Molina libro 1. de Hispanorum primogenijs cap. 8. numero 3. & numero 9. & cap. 9. numero 5. & lib. 3. capite 6. nume. 9. & apud nos expresse probat l. 2. titulo 15. & l. 9. tit. 9. p. 2. contraria sententia recipienda esset,

29 † nisi extaret d.l. 2. ti. 15. partita 2. qua repræsentatio inducta fuit. ibi: *E aun mãdaron, que si el fijo mayor muriesse ante q̃ heredasse, si dexasse fijo, ò fija q̃ouiesse de su muger legitima, q̃ aquel, ò aquella lo ouiesse, è non otro ninguno.* Neq; authoritas & consiliũ Oldradi mouere debet, loquitur enim in speciali successione Regni Aragoniæ, & Maioricarum, quod iure hereditario defertur, quo

citā iure succedi in Vngariæ regno plures sunt, qui putent ex tex. in d. c. licet, de voto, vt latè prosequitur Costa dicta. 3. par. nume. 17. quos tamen conuincit Ludouic. Molina d. lib. 1. ca. 9. vbi † num. 5. rectè eum textum interpretatur, & Meneses in authentica hoc amplius, num. 18. C. de fideicommissis. vnde necessaria fuit decisio. d. l. 2. Partitę ex qua iam causa nepotis contra patruum indubitabilis est, sicuti & in alijs quoque plerisque regnis priorem esse constat ex copiosa allegatione eiusdem Ludoui. Molina, d. lib. 3. c. 6. ex num. 1. quem omnino videas.

An autem in Maioratibus, Hispanorumque primogenijs hæc repręsentatio locum habeat, admittique debeat, valde controuersum est: sed quia de ea celebris est apud nos l. 40. Tauri, quæ est l. 5. tit. 7. lib. 5. nouæ collectionis, parumper subsistamus oportet, explicemusque eiusdem mentem, & sententiam.

De repræsentatione in Hispanorum primogenijs, & de interpretatione l. 40. Tauri. quæ est l. 5. tit. 7. libro 5. nouæ recopilatio. §. 3.

1 *Repræsentatio admittitur in Hispanorum primogenijs. & nu. 34. & seq.*
2 *Repræsentatio non admittitur in his quæ iure sanguinis deferuntur, & n. 35.*
3 *Primogenia Hispana deferuntur eisdem legibus, quibus Hispanorum Regnum.*
4 *Hispanorum Regnum iure sanguinis defertur.*
5 *Primogenia Hispana, vt fideicomissa cēsenda.*
6 *L. cum pater 79. §. hereditatem. D. de legatis. 2. & num. seq.*
8 *Nepotes filiorum appellatione quando contineantur.*
6 *L. si libertus 25. §. si libertus. D. de bon. libertor.*
10 *Repræsentatio in retractibus non admittitur, secus de iure Hispano, prout n. 14. L. 70. Tauri, l. 7. l. 8. ti. 11. lib. 5. nouæ recopilationis.*
11 *L. in quibus. 7. C. de secundis nuptijs, & num. sequentibus.*
12 *Authentica heres. C. de secundis nuptijs.*
15 *Repræsentatio fictio est. Fictio nascitur ex æquitate, nec cum tertij præiudicio admitti potest. & nu. 40.*
16 *Primogenij successio indiuisibilis est, vniq; soli deferenda. & num. 44.*
17 *Repræsentatio in bonis indiuisibilibus non admittitur. & quare.*
18 *Nepotis causa contra patruum potior est, ex plurium authoritate remissiuè.*
19 *Nepotis causa in primogenijs, quæ ex voluntate fundatoris deferuntur magis ex vi substitutionis quam repræsentationis deferenda iure communi, & num seq.*
20 *Substitutiones in primogenijs tot quot succedētium capita.*
21 *Substitutiones plures sæpe vno verbo causantur.*
22 *Linea in successione primogenij semel admissa dum non finit, alijs successionis viam præcludit, & n. 26. & 29. & 36.*
23 *L. 40. Tauri explicata.*
24 *Nepotis causa in primogenijs quæ lege vel consuetud. deferuntur, qua ratione admittatur. & nu. sequentibus.*
26 *Primogenij ius non solum consistit in filio primogenito, sed in tota eius linea consideratur.*
28 *Substitutionis ius non est transmissibile.*
30 *Primogenij ius præsens, & purum in persona filij. Successio verò conditionalis si superuiuat.*
31 *Nepos ex filio secundo præmortuo, in recta linea successionis excludit patruum suum tertium possessoris filium.*
32 *Nepos ex filio secūdo præmortuo in successione transuersali excluditur à patruo suo filio tertio possessoris, & quare?*
33 *L. 40. Tauri, ibi,* Pero aun en la succesion del mayorazgo à los transuersales.
37 *Repræsentatio in regni successione qua ratione admittatur.*
40 *Repræsentatio non tantum ad concurrendum, verum & ad excludendum quoq; admittitur.*
41 *Authen. de hered. ab intest. venientibus. §. Reliquum collatione. 9. & nu. 43.*
42 *Argumentum de toto ad totū validum, quemadmodum de parte ad partem.*
45 *Repræsentatio in fideicommissis perpetuo familiæ relictis an admittatur, & num. sequent. vsque ad num. 54.*
46 *Hominis dispositio iuxta legis dispositionem regulatur.*

In tex. ibi: *De manera que siempre el hijo, y sus descendientes legitimos por su orden representen la persona de sus padres, aunque sus padres no ayan succedido en los dichos mayorazgos.*

1 VIDES ex hoc tex. in Hispanorum primogenijs repręsentationē admitti, pręferriq; patruo nepotē ex primogenito descendentem, etsi is primogenium nunquā possederit: quæ sanè quæstio apud antiquos & modernos nostros & exteros valde disputata fuit, vti constat ex Moli. lib. 3. de Hispan. primog. cap. 6. per totum, & ijs quæ nostri in his legibus scripserunt, maximè nouissimus Velaz. de Auend. in d. l. 40. glos. ibi & 17. sed quo magis noua huius legis decisio intelligatur pro patruo contra nepotem, sicque contra hanc legem sequentia fortissima argumenta vrgere videntur.

2 Primum est, in his quæ iure sanguinis deferuntur, repræsentationem cessare, vti probāt d. l.

d.l.ſi libertus. 25.§. ſi libertus. D. de bon. libert. cum relatis ſup. §. 2. numer. 25, vnde cum conſtet maioratum non iure hereditario, ſed potius iure ſanguinis deferri, ex latè adductis per Ludo. Moli. lib. 1. cap. 8. per totum. & lib. 3. cap. 6. num. 9. Velazquez de Auend. in d.l. 40. gloſ. 1. ex num. 1. ad. 7. conſequens eſt in maioratu repræſentationem admittendam nō eſſe. Quod argumentum altero illo confirmari poteſt. † Nam omnia Hiſpana primogenia
3 eas leges in ſucceſsionibus obſeruant quibus Hiſpanorum Regnum deferri ſolet, ex celebri Pauli Caſtrenſis conſilio. 164. num. 1. & 6. lib. 2. Abbatis, conſilio 85. num. 3. & 6. libro. 1. quorum alios referens meminit Moli. d. cap. 6.
4 num. 7. † Vnde cùm Hiſpanorum Regnum iure ſanguinis deferatur, vti generaliter in omnibus ſcripſit Bart. in Authenti. poſt fratres. 2. C. de leg. here. docens ex hoc deciſam fuiſſe controuerſiam ſucceſsionis regni Apuliæ inter Regem Vngariæ, & Robertum patruum eius, ſequitur Coſta, de patruo, & nepote 1. parte. quæſt. 15. & nominatim in Hiſpano Regno loquutus Oldrad. cō. 224. n. 27. quē ſequuntur plures ab eodem Molina relati. d. lib. 3. cap. 6. nu. 9. Auendanio. d. gloſſ. 1. num. 6. Anton. Gama deciſione. 174. numer. 15. & probat. l. 2. ibi. *do quier que el ſeñorio onieron por linaje, mayormente en Eſpaña.* tit. 15. & l. 9. ibi. *por razon del linaje.* titu. 7. part. 2. relinquitur ex dictis in hac ſucceſsione repræſentationi locum non eſſe.

5 Vlterius † & iure communi pro hac ſententia allegatur tex. in l. cum pater. 79. §. hereditatem. D. de legatis & fidei comm. lib. 2. pro eius inductione præmiſſo Hiſpana primogenia tanquam fideicommiſſa eſſe cenſenda, vti arbitrantur Ioan. Lopez de Palacios Ruuios in repetitione. cap. per veſtras. §. 44. num. 3. & ſeq. Peralta in l. 3. §. qui fideicommiſſum, num. 91. de hered. inſt. & cum infinitis Molina, lib. 1. c. 1. num. 7. legeſque de fideicommiſsis loquentes
11 & in iudicando & conſulendo ad Hiſpanorum primogenia eſſe applicandas.

6 Quo † ſuppoſito AEmilius Papinianus in. d. §. Hereditatem ait, in fideicommiſſo quo quis grauatur filijs ſuis reſtituere, filiorum ſuperſtitum tantummodo habendam eſſe rationem, non verò defunctorum, quaſi inſinuet, nepotes ex filio prædefuncto non eſſe admittendos: quod nulla alia ratione contingit, quam quia in fideicommiſſo non ſucceditur iure hereditario ipſi grauato, ſed potius primo teſtatori. l. coheredi. 41. §. cū filiæ. D. de vulg. l. vnū ex familia. 67. §. ſi de Falcidia. D. de leg. lib. 2. notant Alex. conſ. 30. nu. 15. lib. 1. Gozadinus conſ. 53. num. 6. & 15. quorum argumento eam
12 collationem ex. d. §. hereditatem fecerunt ibi Dynus & Albericus, & ad id eum videtur allegare gloſſa verbo, *derelictis*. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tab. Romanus in l. Gallus. 29 §. inſtituens ad fi. vbi Socinus & Iaſo. D. de lib. & poſth. Antonius Burgenſis in §. quidam rectè ſub. n. 109. eiuſd. legis.

7 Verum † is tex. in d. §. hereditatem, parum contra nepotem facit, neque eam ſentētiam ad quam allegatur probat, quoniam nepotes præmortuorum filiorum ibi non poterāt admitti, quia heres ſolùm fuit grauatus hereditatem fi-
8 lijs ſuis reſtituere † quorum appellatione nepotes non continentur. l. quod ſi nepotes. 6. D. de teſtamēt. tutela. §. vltimo ſupra qui teſtamen. tut. dari poſsint, niſi cum aliud voluntatis coniectura ſuadet, vt docet Briſſonius lib. 6. de verborum ſignificatione, pagina. 230. Neque etiam potuerunt admitti iure tranſmiſſo, quoniam cum fideicommiſſum fuerit conditionale, tranſmitti non potuit. l. vnica. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de caducis tol.

9 Vnde aptiùs pro hac opinione inducitur tex. in d. §. ſi libertus. vbi ad ius patronatus nepotes præmortui filij non admittuntur, ea quidē ratione, quia ius illud filijs defertur iure ſanguinis, vt filijs. l. filij. 9. D. de iure patronat. l. ſi operarum. 29. D. de oper. libert. & notauimus ſup. ex num. 4. §. 1. vel ex eo conſtat, quia in viriles portiones, non in hereditarias admittuntur filij. l. vt iuriſiurandi. 7. §. ſi liberi. d. l. ſi operarum. 29. D. de operis libertorum.

10 Ex quibus (antequam hinc abeamus) illud notabis, quod cū in iure retractus is qui proximior eſt admittatur, ex municipalibus patriſque legibus, quæ apud nos habentur in. l. 70. Tauri cum ſeq. l. 7. & 8. titul. 11. lib. 5. nouæ rę copilationis, ſi rem à fratre, aut maioribus venditam retrahere velint alij fratres iure conſanguinitatis, ſoli fratres tunc admittentur, non verò filij fratrum, quia in eo caſu concurrere non poſſunt iure repræſentationis prout tradit Andr. Tiraq. libr. 1. de retract. §. 11. gloſſ. 9. & alij quos refert Ioan. Matienço in d. l. 8. gloſ. 17. tit. 11. lib. 5. recopilat. † neque in contrarium facit textus in l. in quibus. 7. C. de ſecundis nuptijs, quem notat Martinus Laudenſis, tractatu de primogenitura. quæſt. 38. eius argumento notans, quod ea quæ pertinent ad filios tanquā filios, tranſeunt ad nepotes, ita vt admittantur ſimul cum patruis iure repræſentationis: quoniam reſpondeo id verum eſſe in bonis de quibus agit ille textus in quibus filius admittitur nō ſimpliciter vt filius, ſed vt filius heres, ita vt ſi nō ſit heres nō admittatur, iuxta textū in l. generaliter. 5. §. eo autē. C. eodem, tit. de ſecūdis nuptijs, in ijs autē in quibus tantū ſuccedit vt filius, poteſtque in eis ſuccedere etiam ſi non ſit heres, tunc ceſſat repræſentatio, iuxta ſuperius
12 tradita. † Verum hæc ſolutio, & ſatisfactio quamuis iure antiquiori attento procedat, nouiori tamen conſiderato non videtur admittēda, cùm iam lucra, de quibus ibi cedant liberis, etſi heredes non ſint, authentico de nuptijs. §. ſi

verò expectet,&.§.quoniam infirmas,&.§.soluto.collat.4.authentica heres. C. de secundis nuptijs,exornat Arius Pinelus in.l. 1. 1. part. num.38.C.de bonis mat. Matthæus de Afflictis decisione.314.Roder.Suarez in.l.quoniam in prioribus.10.limitatione ad legē Regni.n.1.

13 † Sed si tu rem hanc penitius consideres, adhuc rectè poteris superiorem solutionem admittere,quia quo tempore lata fuit.d.l.in quibus,filij nō admittebantur, nisi essent heredes matris,indeque mirum non est, si repræsentationem Zeno imperator admiserit,contrarium sanè dicturus si lata fuisset decisio.d.Authenticæ heres,quæ multis post annis ab Imperato-

14 re Iustiniano lata fuit. † Quod tamen attinet ad propositam retractus quæstionem, in ea repræsentationem admitti dices,quoties vēditoris filius cum patruo suo ad rem auitam retrahē dam concurrit ex.d.l.8. ibi. *que el representando la persona de su padre*,& ibi,*que sea preferido, è aya la heredad para si*.tit.11.lib.5. recopilat. vbi notant Ioann.Matiençø glos.18. & glos. 20. Alphōsus de Azebedo. n. 24.& antea in.l.7.eiusdem tituli sub.n.20. &.21.vt ex his iam videas esse & alium casum præter relatos supra ex numero.18.§.2.in quo repræsentatio admittitur. Sed iam ad dictam legem.40.Tau.redeamus.

15 Quæ † secundò difficilis redditur hoc argumento. Repræsentatio fictio est per quā is qui in remotiori gradu cōstitutus est, in proximiori consideratur, diximus ex nu.9. maximè tamen nu.14.§.2.Sed fictio,quę ex æquitate nascitur notante Bartolo cōmuniter recepto in. l.si is qui pro emptore.n.65.D.de vsucapionibus,si hoc casu admitteretur iniqua esset, quia admitteretur ad excludendum patruum & sic cum eius incommodo,ergo admitti vllo modo non potest,& cum priuilegium repræsentatio ab imperatore Iustiniano appelletur in authentico de heredibus ab intest.venientib.§. sin autem,versi.*huiusmodi autem priuilegij*, in alterius præiudicium non esse admittendam suadet vulgaris allegatio.l.quod verò contra.14. D.de legibus,& ita tantum ad concurrendum cum patruo,vt in.d.§.cùm filius,& in.d. §.si filius, & alijs iuribus relatis sup.nu.1. §. 2. non verò ad eum excludendum admitti posset,quod tamen in hac repræsentatione est omnino necessariū; cū plures simul succedere nō possint (vt mox dicemus)vnde tāquam iniquitatis, atque iniuriæ plena repræsentatio admitti non debet.

16 Tertium † denique argumentum (vt alia plura missa faciamus quæ pro patruo cōtra nepotem induci poterant)sic constituitur. Maioratus successio indiuisibilis est, non enim plures simul,sed vnus tantum succedit,vt multis addūctis copiosissimè scripserūt Ludo. Molina lib. 1.cap.3.nu.6.& cap.11.per totum, & lib. 3.c. 1.nu.1. And. Tiraquellus de primogenijs. q. 4.

17 † Sed in bonis indiuisibilibus cessat repræsentatio, vti scripserunt Imola & Dominicus in cap.grandi, de supplenda negligentia prælat. Iacob.Cuiac.lib.2.feudorum,tit.15.Franc.Hotomanus quæstionum illustrium.quæst.3. Carol.Molineus in consuetudinibus Parisiensi.1. par.§.8.glos.3. ergo in maioratu admitti non poterit,cum enim omnes nepotes ex præmor tuo primogenito,non vnus tantum, eius referant & repræsentent personam.d §.cū filius.d. §.si filius,& latè ex nu.5.§.1. sup. consequens est aut omnes nepotes simul succedere iure repræsentationis,aut nullū,quo argumēto Molineus & alij proximè adducti in primogenijs repræsentationem cessare neruosè contendūt.

18 Ex quibus † omnibus,(semota nunc authoritate.d.l.40.Tau.l.5.tit.7.lib.5.nouæ recopilationis)infertur, quod licet in ardua quæstione patrui & nepotis, defendenda sit eorū opinio qui nepotē præferunt,ex his quæ scripsit Paulus Castren.d. consil.164.volu.2. Abbas cons. 85.vol.1.Barbacia cons.10.volu.1. & alij quos refert Ias. in. l.is potest.nu.27.D.de acquir.hered.Ferdinand.Menchaca de succes. creatione.§.27.nu.18.Ioann.Lopez de Palac. Ruuios in d.l.40.Tau.nu.3.Ant.Gomez. nu.65. Did. Cou.lib.vnico pract.c.38.Gregor.in.l.2. titu. 15.p.2.And.Tiraq.de primog.q.40.nu.57.Costa,disputat.de patruo & nepote, & alij statim referendi, constanter tamen affirmandum est talē nepotem non posse admitti iure repręsentationis iuxta superiora,cum in iure repræsentatio non reperiatur,nisi in bonis diuisibilibus,

19 Quod † si talis sit maioratus qui ex voluntate testatoris deferri debeat(quod frequentius est apud nos,etsi inter viuos instituatur ex adductis à Ludouico Molina lib.1.cap.12.)defendemus tunc nepotis causam contra patruum in aui successione,magis ex substitutione, quàm ex repræsenratione:nam in maioratu tacitè cēsentur vocati omnes liberi ordine successiuo iuxta ea quæ traduntur in.l.cum ita.33.§.in fideicommisso.l.peto.70.§.fratre. D. de legatis. lib.2.ita tamen vt gradatim filius & deinde nepos censeantur vocati, iuxta glossam receptā in l.Gallus.29.§.quidam rectè.verbo,*non exprimat*,versic.*Respondeo*. D. de liberis.& posthū. vbi explicant Cuma,& Socinus,num. 5.& alij quos refert And.Tiraquel.supra.q.40.nu. 184.

20 Coua.d.cap.38. † cum enim tot sint substitutiones quot capita descendentium, provt eleganter resoluit Ludouicus Molina lib.1.cap.1. nu.17.& cap.4.nu.16.& lib.3.cap. 6. num.29.

21 † (neque enim est nouum aut insolens ex vnico verbo plures substitutiones deduci.l. coheredi.41.§.qui discretas.D.de vulgari. cuius argumento docuit ibidem Aretinus ex vnico verborum contextu posse causari plures gradus substitutionum,sequuntur ibidem scribentes, vt per Ias.nu.5.& probat.l.iam hoc iure.4. D. de vul.l.1.C.de impub.& alijs substitut.) Ideo

in

in vocatione primogeniti, non ſolum filius primogenitus, ſed nepos, & omnes ex eo deſcendētes in perpetuū vocati eſſe intelliguntur, † atque dum ſupereſt aliquis ex linea illius, qui ſemel ius primogenituræ acquiſiuit, nullus qui ex alia linea ſit, admittendus erit, vt cum multis probat Molina.d.c.6.n.29. Vnde iam conſtat nepotem qui filio primogenito ſubſtitutus eſt, in generali vocatione deſcendentium, ſi concurrat cum patruo, debere admitti in ſucceſsione aui, nam quamuis patruus ſit proximior, nepos tamen ex primogenito tanquam patri ſubſtitutus præferri debet, quoniam illa verba generalia maioratuum, ſcilicet: *poſt mortem filij maioris ſuccedant eius liberi ordine ſucceſſiuo*, efficiunt ſubſtitutionem compendioſam, ex doctrina Bartoli, in l. centurio.num.39. D. de vulgari. Ac proinde admittentur liberi, per vulgarem ſi filius maior moriatur viuo patre, antea quam ſuccedat: Si autem moriatur poſt quam ſucceſſerit, cum ſubſtitutio compendioſa vulgarem & fideicommiſſariam ſimul comprehendat, ſuis temporibus effectum habitura, eius virtute præferetur nepos: ita explicant Paul. & Socinus in d. §. quidam rectè, dicentes quod ſi verba apta ſint cōprehendere vtramque ſubſtitutionē admittetur nepos.

23 Ex quibus † infertur interpretatio ad d. l. 40. Taur. quatenus præfert nepotem patruo, & liberos eius, qui ſi viueret eſſet ſucceſſurus, vt generaliter admittatur in omnibus gradibus, excluſa eorum interpretatione, qui eum tex. inducunt ad repræſentationem inductam inter collaterales in terminis tex. in authentico de hered. ab inteſt. venien. §. reliquum. collatione. 9. nam cum loquatur in maioratu inſtituto ex voluntate fundatoris, neceſſariò debet intelligi vt cenſeatur admiſiſſe eos qui per ſubſtitutionem generaliter ſunt vocati, quos tex. ille lato modo ait, per repræſentationem admitti. non enim eſt propria & vera repræſentatio, ſed ſubſtitutio, vt eruditè idē Molina aduertit d.li.3.tit.6.n.42.

24 Si autem † maioratus ſucceſsio non deferatur ex voluntate teſtatoris, ſed ex lege, aut conſuetudine, qualis eſt Regni, aliarumque ſimilium dignitatum ſucceſsio, cum tunc nulla ſit habenda ratio voluntatis, ſed legis aut conſuetudinis, non poterit admitti nepos contra patruum vt ſubſtitutus, neque item per repræſentationem (licèt alio iure admittatur, videlicet ex.d.l.2.tit.15.par.2.) cum ſubſtitutio non reperiatur niſi vbi adeſt hominis voluntas teſtamento, aut contractu expreſſa: repræſentatio verò non poſsit admitti in bonis indiuiſibilibus vt ſupra probatum eſt, neque in

25 his quæ iure ſanguinis deferuntur, vt diximus, nu. 28. §. 2. † Admittitur ergo nepos, excluditque patruum à Regni ſucceſsione, neque ſubſtitutionis, neque repræſentationis iure, ſed iure tranſmiſsionis, quoniam filius viuo patre moriens tranſmittit in nepotem ius primogenituræ, vt tenet Oldradus conſilio 94. Baldus in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. Andr. Tiraquell. de primogenijs, q.4.num.42. qui eo mouentur, quod tale ius primogenituræ inſeparabile eſt à filio, deſcenditque in poſteros. prout conſiderat Baldus conſi. 386. volum.2. Abb. conſi.3.num.8.vol.2. Paul.d.conſi. 164. & probat. l. liberorum.220.in fin.D. de verb.

26 ſign. cum alijs à Tiraq. vbi ſup. adductis: † quia ius primogenituræ non ſolum conſiſtit in filio primogenito, ſed in tota linea filij primogeniti.c. 1. de ſucceſſ. fratrum vel gradibus ſuccedent. in feudo, cap. 1. de natura ſucceſſ. feudi. in vſib. feud. tunc enim deuenitur ad lineam ſecundogeniti, quando nullus ſupereſt ex linea primogeniti, vt inquit Præpoſitus in cap. 1. n. 10. ad fin. de feudo Marchiæ vel Ducatus. Soc. conſi. 47. nu. 3. vol. 3. Did. Couarr. in practicis, cap. fin. nu. 6. cum alijs Ludoui. Molina lib. 3. primogen. cap. 4. num. 14. & cap. 6. num. 29. ex eo quia primogenitus cenſetur vocatus ſimul cum deſcendentibus ordine ſucceſsiuo, iuxta prædicta, & quæ tradit Andr. Tiraq. d. qua ſt. 40. n. 184. ideoque mortuo filio maiore in vita patris, nepos qui ſupereſt primogenituræ ius nanciſcitur, nō quaſi filius, ſed quaſi nepos ſucceſsiuè vocatus ab ipſa lege, cum filiatio vera extincta ſit, iuxta Bart. in l. is poteſt. nu. 8. D. de acq. hered.

27 Neque † pro patruo contra nepotem, quicquam facit, eum proximiorem eſſe. quoniam nepos ex filio primogenito cenſetur vocatus prius quàm filius ſecundogenitus, quia in tota linea primogeniti, conſiſtit ius primogenituræ, vt paulò ſuperius diximus. Adeo vt licèt expreſsim vocatus ſit filius maior qui ſupererit tempore mortis, adhuc melior ſit cauſa nepotis, quàm filij ſecundi, illud enim verbum, *filius maior*, reſpectu filiorum, intelligitur, vt maior præcedat, non verò vt ſi concurrat nepos excludatur, cum inter filium & nepotem nulla ſit comparatio, debeatque admitti nepos niſi nominatim & expreſsim excludatur, cum aliàs ſit admiſſus de iure communi.

28 Minus † obſtat, filium primogenitum ita demum cenſeri vocatum, ſi patri ſuperuixerit, prout defendit Coſta de patruo & nepote. 1. par. n. 14. quaſi is filius non tam ſub conditione ſit vocatus, quàm defecta conditione non demonſtratus iuxta Bart. in l. commodiſſimè. D. de lib. & poſthum. Fatemur enim ipſa bona tranſmitti non poſſe, cum ad ea non cenſeatur vocatus niſi ſub conditione, ſi ſuperuiuat, qua deficiente non tranſmittuntur. l. ſi in ſingulos. D. de annuis legatis. maxime cum ius ſubſtitutionis nō ſit tranſmiſsibile. l. ſi ex pluribus. 9. D. de ſuis & leg. hered. ideoq; in bonis relicti ab alio in quibus ſucceditur ex volūtate

funda-

fundatoris iuxta l. coheredi. 41. §. cum filiæ D. de vulgari, non potest admitti nepos ex iure trãsmissionis, sed magis ex iure substitutionis,
29 vt latè diximus supra. n. 19. † Cæterum in successione Regni, & aliarum dignitatum cum filius primogenitus nascendo acquirat qualitatem inclusiuam sui ipsius, & exclusiuam aliorum, iuxta Bart. doctrinam in d. l. is potest. D. de acq. hered. quam sequũtur plures, quos refert, & sequitur. Tiraq. d. q. 40. n. 33. sequitur non solum se inclusisse, sed etiam liberos suos, quos lex ipsa vocat gradatim & ordine successiuo, vt superius diximus, indeque licèt is primogenitus moriẽs in vita patris, nõ transmittat bona illa propter illam tacitam conditionem. *si superuiuat*, rectè tamen transmittit in liberos suos illam qualitatem à patre viuo infusam, & cum ipso sanguine coniunctam: cùm negari non possit, quin ipsum ius primogenituræ ex filiatione descendat, & naturale sit, vti constat ex. d. l. 2. tit. 15. p. 2. successio verò in his bonis sit ciuilis, vt ex l. cum ratio. D. de bonis dam. notat Rod. Suar. in l. quoniã in prioribus ad leg. Reg. limitatione 2. † Resoluendum
30 ergo est ius primogenituræ præsens esse, & purum in persona filij primogeniti, & descendentium illius ordine successiuo, sed ipsam successionem conditionalem esse, si filius superuiuat, nam ipse nepos succedit ex iure suo, vt diximus. nu. 17. §. 2. non autẽ ex iure transmisso quãuis ius primogenituræ trãsmissum fuerit, eo quòd cõditio legalis nõ potuerit transmissionẽ impedire. l. cõditiones. D. de cond. & dem.

31 Ex quibus † infertur idem ius esse, quando possessor maioratus reliquit filium tertiũ, & ex filio secundo nepotem, licèt enim filius secundus moriatur in vita primogeniti, nec haberet ius præsens quod transmitteret, si tamen primogenitus mortuus est in vita patris à quo velut à capite, & communi stipite deriuatur ius primogenituræ, iuxta tex. in l. pronunciatio. 195. §. communi. D. de verbo. sign. benè sequitur, ius primogeniti extinctum fuisse, translatumque in lineam secundi filij, qui tempore mortis aui repetitur esse primus respectu sequentis. l. ex duob. 34. D. de vul. l. qui duos. 10. D. reb. dub. ideoque nepos ex eo succedet exclusa patruo, cum enim tempore mortis aui reperiatur natus ex filio maiore conueniunt ei verba. d. l. 2. ti. 15. p. 2. & propriè, atque secundum strictam disputandi rationem dicemus deriuatum esse ius per filium secundum in nepotem viuente auo.

32 Secus † autem erit in successione transuersali, si enim primogenitus postquam successit moriatur sine liberis, non admitteretur nepos ex fratre secundo præmortuo, sed frater tertius iure proximitatis, quoniam frater secundus moriens in vita primogeniti non potuit in liberos transmittere ius primogenituræ quod non habebat, cum respectu fratris maioris primogenitus non dicatur, cum primogenitura dicatur rectè & propriè, de genitore ad genitum, non verò de fratre ad fratrem, idque ex eo, quia mortuo patre stipite communi, familiæ diuiduntur. d. §. communi. Atque ideo cum esset in proposito ius repræsentationis, substitutionis & transmissionis deducitur necessario nepotem ex fratre secundo præmortuo, non esse admittendum, sed fratrem tertium iure proximitatis, qui admitti debet, cum proximior sit secundùm veritatem excluso eo qui ius habet proximitatis secundùm fictionem, quia magis attendi debet veritas, quàm fictio, argumẽto l. 3. §. & verba. D. de neg. gest. l. fideicom. 76. cum alijs. D. de cond. & dem.

33 Neque † obstat. d. l. 40. Tau. vers. *Pero aun en la succesion del mayorazgo a los transuersales*, quæ admittit nepotem ex fratre, excluso patruo, quoniam vt supra diximus, loquitur in iure substitutionis ab homine factæ. Atque ita eam interpretatur post Did. Couarr. Ioan. Matienço in l. 5. ti. 7. li. 5. nouæ recopil. gl. 1. nu. 7. pro eadem sententia Socinum, & Thomam Grammaticum referens; ratio est, quia in tali substitutione adsunt plures gradus succedendi, & quot sunt capita, tot sunt substitutiones. At in successione Regni, vel aliarum dignitatum similium, nulla adest substitutio, sed si qua est legalis est, & consuetudine introducta, idque in lineas, non verò in personas, & est substitutio tacita, non verò expressa, constat autè differentiam esse in multis partibus iuris inter tacitum & expressum, & cum tempore mortis vltimi possessoris linea fratris secundi truncata sit, transitus fit ad lineam tertiam, quod eleganter exornat Molina lib. 3. c. 6. nu. 35.

34 Verum enim verò † quamuis hęc in subtili disputatione iuris & artis nostræ principijs verisima videantur, cum tamẽ in d. l. 40. Tau. expressè dictum sit nepotes patruos suos per repræsentationem excludere, eius verba defendere Hispano Iurisconsulto necessarium est, ostendereque adductis in contrarium argumentis non obstantibus non iure substitutionis, sed potiùs iure repræsentationis nepotem præferri in hoc casu posse, quemadmodum & in alijs pluribus iure ciuili Romanorum admissis. Ergo non obstat illud quod sup. n. 20. adduximus, in bonis quæ non deferuntur iure hereditario repræsentationi locum non esse, id enim in Maioratus successione triplici ratione non procedit. † Prima, quia ea doctrina admittenda non est, quando succedendum est linea recta iure primogenituræ, quia tunc repręsentatio admittitur. cum aliàs non posset linea recta verè, & præcisè succedi, cum transitus fieret ad aliam lineam si repræsentatio non admitteretur, quod tamen esset contra certissimam regulam in Maioratibus obseruandam, de qua

35 in c. 1.

in c.1.de natura ſucceſ.feudi,verſ. *ad omnes*,per quem id notant ſcribentes communiter ſecundum Matthæum de Afflictis, ibi.n.77.Paul.d. conſi.164.n.11.vol.2.Socin.in l.ſi cognatus.n. 14. D. de reb.dub.eundē in l.heredes mei.§.cū ita. D.ad S.C.Trebel.& conſi.73.n.14.Rolādum plura referentem conſ.100.n.14. Ludou. 36 Molin. lib. 3.de Hiſp.primog.c.4.n.14. † vnde rectè idem Molina. d.li.3.ca.6.n.31.docuit quod ſicuti ſucceſsio non debet exire ex linea quam ſemel ingreſſa eſt,ita ius primogenituræ non debet tranſitum facere ex illa linea in qua ſemel radicatum eſt, niſi omnes ex illa ſuccedentes deficiant: cum eadem ratione qua maioratus inſtitutor prætulit filium primogenitū, eius liberos etiam prætuliſſe cenſendum ſit,argumento.l.cum auus.100.D.de cond. & dem. 37 †qua ratione repræſentationē quoq; in Regni ſucceſsione admiſiſſe videtur.d.l.2.tit.15.p.2. Neque obſtat, ſi quis dixerit lineam non poſſe incipere,niſi ab illo qui ſucceſsionem occupauit.c.1.de ſucceſsione feudi.cap.1.de gradib. ſucced.notat Alciat.conſi.494.nu.10.& conſi. 499.n.3.Fulg.conſi.229.col.2. Nam reſpondeo,vt ſupra diximus,num.28.illud procedere quoad ſucceſsionem bonorum , non autem quoad ius primogenituræ,quod primogenitus ſtatim vt natus fuit acquiſiuit , ſuæque lineæ, incluſit,lineam ſecundogeniti excludens,vt la 38 tè & doctè Molina.d.c.6.n.35.& ſeq. † Altera ratio qua in maioratibus repræſentationem admittimus ea eſt,quia ſuperior doctrina non procedit in fideicommiſsis familię relictis ſub nomine collectiuo, in quibus etſi iure hereditario nō ſuccedatur,repræſentatio admittitur,vt latè inf.ſub nu.45.dicemus,vnde conſequens eſt & in maioratibus admitti,in quibus familia 39 ordine ſucceſsiuo vocatur. † Denique in maioratibus filius primogenitus & omnes deſcendentes in infinitum ad ſucceſsionem inuitantur, habetque vnuſquiſque vocationem propriam ex qua admittendus eſt,patruoque præferendus, & quamuis tunc non inficier nepotem non tam iure repræſentationis,quam propriæ vocationis & ſubſtitutionis admitti, quia tot ſunt ſubſtitutiones quot capita deſcendentium,vt latè diximus ſup.n.19.cum doctiſ. Ludou.Molina li.1.c.1.n.17.& li.3.c.6.nu.43.ſatis tamen conſtat quod etſi non iure hereditario, ſed potius iure ſanguinis ſuccedatur nihilominus nepos patruum excludet.

40 Deinde † non oſtat & aliud argumentum quo contendebamus,quod cum repræſentatio ab æquitate deſcendat dari ad excludendū non poteſt.Quoniam reſpondeo,quod cum repræſentatio conſtituat eum qui repræſentat in iure & loco repræſentati,ſi ſucceſsio eius naturę ſit,vt repræſentatus ſimul cum alio concurreret,ſi hodie viueret,idem ius & is qui eum repræſentat conſequetur, ne fictio plus operetur quam veritas,argumento.l. filio quem pater.23.D.de liber. & poſth.§. minorem, ſupra de adoptionib.Cæterum ſi ſucceſsio eius naturæ ſit,vt repræſentatus alium excluderet,tunc & is qui eum repræſentat illum excludet,iuxta tex. † expreſſum in authentico de hered. 41 ab inteſt.venient.§.vnde conſequens eſt,(vulgò citatur.§.reliquum)collatione. 9. vbi datur repræſentatio filio fratris vtrinque coniuncti ad excluſionem fratris ex vno latere tantum, per quem tex.Aretinus conſi.164.Bald.conſi. 386.vol.2.& alij quos refert Socinus, conſilio 252.n.11.verſ.*Secundo confirmatur*,vol.2.And. Tiraq.de primogenijs.q.40.n.24.Ioann. Matienço in l.8.ti.11.gl.18.& glo.20.lib.5.nouæ recopil.rectè notant, repræſentationem dari etiam ad excludendam , hoc enim contingit propter ipſius rei naturā.l.1.§.pen.D.de aqua pluuia arcend.† itē quia qua æquitate & ratione nepos ſuccedit in locū patris in parte hereditatis quam pater obtinuiſſet,eadem debet ſuccedere in toto quod pater,ſi vixiſſet,habiturus fuiſſet,argumento.l.quæ de tota.76. D. de rei vind.c.paſtoralis. §.itē cū totū de of.de legat. cū ſimilibus ab eodem And.Tiraq.adductis in trac. retractuū.t.1.§.1.gl.7.n.40. † Nec huic 43 obſeruationi & reſolutioni ſatisfaciet, qui dixerit,in d.§.Reliquū,verſ.*Vnde conſequens*,excludi patruum ex vno latere tantum defuncto cōiunctum , à nepote filio fratris vtrimque cōiuncti,iure proximitatis,non verò iure repræſentationis, quæ non fuit proxima cauſa excluſionis,ſed incidens ,ea autem quæ incidenter non fiunt ſunt in conſideratione l.1. D.de authen.tut.l.C.de ord.cog. quoniam verius eſt, repræſentationem immediatam cauſam ſucceſsionis eſſe,item & excluſionis , cum ſine ea non conſtitueretur filius in loco patris, qui erat proximior , aut ſaltim habebat maiorem qualitatem ad ſuccedendum: quod & in maioratu cōtingit in quo cùm ex pluribus qui ſunt eiuſdem gradus maior debeat ſuccedere , ita etiam & is,qui eum repræſentat.

44 Præterea † vltimum quod.n.16. adduximus argumentum non obſtat , repræſentationem non poſſe per vnum fieri , ſed per omnes qui ſunt eiuſdem gradus , ex ſuperioribus enim facilè diluitur , quia id procedit vti ſucceſsio eius eſt naturæ vt plures ſimul poſsint ad eam admitti,nam ſi ſolus vnus ex ipſius natura ſuccedere poſsit, is per repræſentationem admittetur , quemadmodum in feudis , in quibus(licèt iure hereditario non deferantur) datur repræſentatio.c.1.§.his verò,de ſucceſsione fratrum : & tamen ſi ſit feudum Marchiæ, Comitatus vel Ducatus ad vnum ſolum pertinet,c.1.de feudo Marchiæ, & per conſequens repræſentatio nō per omnes, ſed per vnū ſolū debet fieri. Atque ita naturæ maioratus magis conſonum eſt ius repræſentationis admitti,ex

d.l.40.

d.l.40. Tau.iuxta quã hæc obseruasse sit satis.

45 Sed † an in fideicommissis perpetuo familiæ relictis (qui est casus iure ciuili Romanorum,& Regio omissus) admitti repræsentatio possit, non minus dubitatur, crebrius tamen eam admitti obtinuit, sicque concurrere filios fratrum defuncti simul cum patruo, adinstar legitimæ successionis ab intestato, iuxta tex. in Auth.cessante. C.de legitimis hæred. quam opinionem scripsit Accurs.verbo,*proximo*,in l. cùm ita legatur.33.§.in fideicom. D. de leg.li. 2.sequuntur plurimi quorum accuratè meminit Ludo.Molina lib.3.c.7.nu.20.qui eo præ-

46 cipuè mouentur argumento: † quod hominis dispositio iuxta dispositionem iuris communis regulatur, eiusque successio, iuxta legitimas successiones. l. fin. vbi Paul. & Iaso, & Alexan.notant.C. de verb.signif.Bart.in l.heredes mei. §.cum ita.n.4.D.ad S. C.Treb.& in l.heredibus.§.1.eo ti.& in l. vt iuris iurandi.D. de oper.libert.At in successione legali ab intestato,ius admittit filios fratris prædefuncti simul cum patruo per repræsentationem. d. authentica cessante. & dicuntur esse in eodem gradu cum patruo,authentica post fratres.la.1. ibi.*cum pares sint defuncti fratribus*, gradumque paternum ingredi dicuntur,authentico vt fratrum filij in princip. igitur & in hoc fideicommisso omnes simul per repræsentationem admitti debent.

47 Contrariam tamen † sententiam, superiorem glossæ reprobantes, scripserunt in d. §. in fideicommisso Bald.Cuma.& Flor.& alij quos ibidem refert Petrus Peralta,n.18.Anton. Gomez in l.8.Tau. nu. 17. & dicunt communem plures relati per Did.Coua.in pract.c.38.n.4. Emanuel Costa de patruo & nepote.2.p.n.12. Aluarus Valascus de iure emphyt. q.50.n.31. quibus illud maximè fauet, quod cùm repræsentatio ex fictione procedat,vt diximus sup. n.11.§.2.nõ habet locum nisi in casibus à iure expressis,nempe quando agitur de successione ascendentium. §. cum filius cum relatis supra nu.1. §.2. vel de successione patrui carnalis. d. authentica cessante,in successione autem collateralium vlteriorum non admittitur repræsentatio,vt in §.si plures, infra de leg. ag. suc-

52 cessione docet Bart. per tex.ibi in authentica post fratres.C.de legiti. her.dicit communem Decius consi.1.n.3.& consi.217. n.1.& consi. 553.Ant.Gom.vbi sup.n.8.& probatur in l.6. titu.13.p.6. At in successione huius fideicommissi non agitur de succedendo patruo, aut vltimo possessori, sed potius primo testatori. l. coheredi. 41. §.cum filiæ. D. de vulg.l.vnum ex familia 69.§.si de Falcidia. D.de leg.lib.2.ergo non est locus repræsentationi. Adducunt præterea interpretes contra gl.tex. in d.l.tutela.3.§.proinde de legit.tut.& in d.l.si libertus, 25,§ si libertus.D. de bonis libert. & in l.cum pater.79.§.hereditatem.D.de legat. lib. 2. Sed hæc iura eis non fauent,cum in eis longe diuersa ratione,quàm illi existimant, repræsentatio excludatur,vt diximus supra.nu.25.§.2.& nu. 5.hoc.§.3.

48 Quare † vt dissidentes hæ interpretum opiniones concilientur nonnulli sunt constituendi casus. Primus est, quando inter descendentes agitur de successione fideicommissi relicti ab ascendente,tunc enim locus erit repræsentationi, quemadmodum in successione legali ab intestato, iuxta tex.in d. §. cum filius cum relatis.n.1.§.2. Dec.cons.79.n.2. & cons.217. n.2.Greg.in l.3.t.13.p.6.verb.*ningun pariente*, ex ratione supra pro Accurs. animaduersa, & quia verba secundùm ius interpretari debent. Bald. in l. precibus ad fi.C.de impub.& in l.2. C.de cond.insert. quamuis contra doceat Va-

49 lascus.d.q.50.nu.35. † Alter casus est,quando agitur de successione fideicommissi relicti à patruo carnali familiæ,vel cognationi,nam & tunc etiam repræsentatio admitteetur,quemadmodum in successione ab intestato eiusdem patrui, ex d. authentica cessante eadem ratione, ita Decius consi.1.nume.5.& 6.& consil. 217. Greg.vbi sup.Carolus Molineus in addition. ad Alex.cons.26.n.3.vol.3. Couar.d.c.38.nu. 4.versi.*Nono*.Costa iam relatus,licèt & hoc ca-

50 su contrarium teneat Valascus vbi supra. † Quod si fideicommissum relictum esset à patruo magno,qui est aui frater,vel ab alio in remotiori gradu existente repræsentationi locus non erit, vt Decius & alij proximè adducti affirmant,ex ratione pro Bald. & Cumano cõtra gl.adducta.† Si verò testator ad fideicõ-

51 missi successionem vocat fratres. vel filios fratrum, vel certum gradum personarum(qui est quartus casus)locus non est repræsentationi, quoniam in testatore cõsideratur affectio,quæ maior est, erga magis propinquos. l. heredes mei.57.§.fin.D.ad S.C.Treb.ita Carol.Molineus in additionibus ad Alex.cons.26.n.3.vol. 3.idem ad eundẽ,cons.204.n.12.vol.2.& in additionibus ad Decium consi.79.lit.B. Gomez in d.l.8.Tau.n.17.Costa qui plures alios adducit in d.tract.de patruo & nep.2.p.nu. 14.Va-

52 lascus. d.q.50.n.38. † Idem erit,si testator ad fideicommissum proximiores consanguineos vocasset, admittentur enim soli fratres fratrũ filijs exclusis,ita Decius consi.1.nu.10.cũ alijs Cou.d.c.38.nu.4.versi. *Tertio ad intelligentiam glossæ*. Valascus.d.q.50.n.36. quia verba fideicõmissi intelligi debent secundùm veritatẽ,& non secundùm iuris fictionem.l.fideicommissum.76.D.de cond. & demonst.l. Statius Florus.48.§.Cornel.Fœlici.D.de iure fisci.At verò filium locum & gradum patris intrare non secundùm veritatem est, sed potius secundùm fictionem,vt sæpè diximus,ergo fideicommissum intelligi debet secundùm veritatem & sic

de pro-

de proximioribus qui verè proximiores sunt, sicque tenendum est quicquid velit Iaso cons. 159.vol.4.Decius consi.527.n.1. † Aliud autem esset, quando statutum vocaret ad successionem proximiores consanguineos, nam eo casu locus erit repræsentationi, quia cũ statuta recipiant interpretationem palsiuam ex regulis iuris communis.l.1.§.1.D.ad leg. Falcid. Bar.receptus in l.si quis seruo C.de furtis, admittentur tunc filij fratris simul cum patruo, vt post alios resoluit Andr. Tiraq.d. q.40.nu. 22.& cũ alijs etiam Couar.iã relatus.† Quod si simpliciter fideicommissum familiæ vel cognationi relictum sit,repræsentatio admitti non debet, iuxta opinionem Bald. Cum.& Floriani,superius adductam,quã exornant Couar.& Costa iam relati. *Hæc de repræsentatione, & de successione legitima liberorum naturalium & legitimorum dixisse sufficiat, iam de legitimis tantum dicamus.*

De legitima filiorum adoptiuorum & adrogatorum successione. §. 4.

1 *Adoptiuus filius iure ciuili Romanorũ ab intestato cum filijs legitimis & naturalibus adoptino patri succedit, & quare.*
2 *Adoptiuus filius consanguineis adoptantis patris non succedit.*
3 *Adoptio non ius sanguinis, sed ius agnationis adfert.*
4 *Adoptiuus filius nouiori iure Hispano exstantibus legitimis filijs non succedit.*
5 *Fori leges obseruandæ, quatenus sunt in vsu.*
6 *Adrogatus filius ab intestato etiam legitimis extantibus patri adrogatori iure ciuili & Regio Partitarũ succedebat: nouiori attẽto nõ ita.*
7 *Adrogatus filius quartam quam in bonis patris adrogatoris ex constitutione. D. Pij habet, hodie legitimis filijs extantibus non cõsequitur.*

EXPOSCEBAT hic locus, vt antequam de legitima adoptiuorum & adrogatorũ successione ageremus,de adoptionis origine, forma,& effectu diceremus,quæ quia late ad titulum supra de adoptionibus adduximus, maximè tamen ad l.si adrogator. D. eo, ea quæ omnino præfari necessarium est, repetemus tantummodo, eadem enim sæpius inculcare nihil attinet.

Adoptionis ergo cùm duæ sint species. Altera eorũ qui in sacris paternis sunt, quæ proprie adoptio appellatur. Alia illorum qui iam sui iuris sunt,quæ adrogatio dicitur.l. 1. & 2. D.de adopt. Duplex similiter est successionis ius,aliter enim adoptatus succedit,aliter adrogatus.Sed nunc de adoptiui filij successione.

1 Filius † adoptiuus cum in adoptantis potestate sit, perinde ac si ex iustis nuptijs procreatus esset,tex.in princ.sup.de adop. est simi liter eidem suus heres, ex §. sui, sup. de hered. qualit. l.1. §. suos. D.de suis & legit. vnde eadem successionis iura legitima (quando manet adoptio) habet, quæ & naturalis ex iusto matrimonio.tex.in l.si te parens.C.de suis & legi timis, & in d.§.suos,& in §.intestatorum.vers. *nec interest.*§. sed ea omnia, hoc titu. de hered. quæ ab intest.§.sed hæc quidem,sup. de exhered.lib.§ sed hodie,supra de adop.l.cũ in adoptiuis.10.§.sed ne articulum.C.de adop.& consonat.l.8.l.9.tit.16.p.4.ex quibus adoptiui filij vna cum filijs legitimis & naturalibus æquis portionibus patri adoptanti succedunt, etiam si is extraneus sit,idest,neq; paternus,neq; maternus ascendẽs, etsi enim veteri iure antiquato cuius Iustinianus meminit in dictis locis, iã adoptiuus filius in familiam adoptantis non transeat (nisi adoptans ex ascendentibus sit) proindeque nec potestatis,neque suitatis iura habeat,neque duodecim tabularum lege adoptantis legitimam hereditatem cõsequatur, adhuc ab intestato cum reliquis liberis naturalibus admittitur, siue legitimi & naturales sint ante,siue post adoptionem nati.tex.in d.l.si te parens,in d.l.8.& 9.par.Ioan.Rojas de succes. ab intest.cap.18.num.2.Pet.Greg. 3.par.Syntagmat. lib. 45.cap.8.nu.1.ergo adoptiuus ab intestato iure Codicis & Partitarum adoptanti patri ab intestato succedit,† non autem alijs
2 proximis eius.d.§.sed ne articulum, versic.*sed siquidem*. in fi.Accurs. versic.*ab intestato*,in d.§. sed ea omnia.d.l.9.p.versi. *Mas con todo esto no se entiende,q̃ heredarà por esta razon en los bienes de*
3 *los fijos, nin de los otros pariẽtes de el profijador*,† quoniam adoptio non ius sanguinis,sed ius agnationis adfert.l.qui in adoptionem. 23. D. de adop.§.sunt autem agnati,vers.*per adoptionem*, infra de leg.ag.successione,quamuis olim ante Iustinianum in d.§.sed hodie,& d.l.cũ in adoptiuis,quia in familiam adoptantis tansibat, illis quibus agnatus fiebat,nempe patri adoptanti, eiusque liberis in familia retentis, cognatus quoque fieret,d.l.qui in adoptionem.23.ad fi. tex.quem sic intelliges in.l.1.§.cognationem. D.vnde cognati.

4 Hodie † verò nouiori iure huius Regni liberis legitimis & naturalibus extantibus alia est obseruatio, quia nec ab intestato adoptiui admittũtur.tex.expressus in l.5.ti. 6. li.3.fori l.1.t.22.li.4.fori, quotumq; tẽpore naturales ex iusto matrimonio nascantur, siue ante, siue post adoptionem, nam cũ omnia bona patris,quinta tantummodo parte excepta, legitima filiorum sit.l.9.titu.5.lib.3.fori,eis in ea non poterit præiudicare,neque adoptionis figmento grauamen inferre,ex regula.l.quoniam in prioribus.32.C.de inoffic.testam.conũcta, l.si vnquã. 8. C. de reuocandis donationibus

quod

quod nominatim in dictis legibus. 5. & 1. fori cautum est,& docent Greg.in d.l.8. verb. *murieſſe ſin teſtamento*.tit.16.p.4.Rojas,d.c.18.atque ita iam vides dictis legibus fori iura codi-
5 cis & partitarũ emendari. † Et quamuis Ioan. Rojas,d.c.18.nu.4.exiſtimet,id admittendum eſſe his in locis in quibus dictæ leges Fori ſunt in vſu,& viridi obſeruãtiæ,iuxta.l.4.tit.4.li.1. ordin. l.1. Taur. Actorique ſiue ei qui intentionem ſuam in vſu & obſeruantia legum fori fundat,onus probandi incumbere,iuxta multa adducta per Rodericum Suarez in proœmio legum fori.Ego indiſtinctè idem probo ex diſpoſitione l.9.l.12.Taur.l.7.l.10.tit.8.lib.5.nouæ recopila.ex quibus conſtat exſtantibus legitimis & naturalibus liberis,nullum alium filium cuiuſcunque conditionis, etiam per Principis reſcriptum legitimatum admitti poſſe,niſi ad quintam tantummodo bonorum partem; cumque id expreſſè dictis legibus Fori cautũ ſit,proculdubio hodie cum naturalibus adoptiuos non admitterem.

6 Eadem † hæc obſeruantur in ſucceſsione patris adrogatoris, cui adrogatus filius per adrogationem ſuus heres efficitur,d.l.1.& 2. D. de adoptionibus, proindeque eadem illa duodecim tabularũ lege qua ſui naturales vocantur, admittuntur etiam & adrogati; iure quidẽ ciuili & Regio partitarum etiam legitimis naturalibus exſtantibus ex iuribus ſupra n.1.huius paragraphi adductis; nouiori ita demum,ſi nulli extent naturales filij , ex dictis legibus Fo-
7 ri , & paulò ſuperiùs conſideratis. † Quoniam autẽ quartam quoque partem bonorum patris adrogatoris ex conſtitutione Diui Pij præter legitimam ſucceſsionem adrogatus habet, l. ſi adrogator.22.D. de adoptionibus. l. fin. D. ſi quid in frau.patroni, cum alijs quæ latè adduximus in d.l. ſi adrogator. An etiam & hodie conſequi eam adrogatus poſsit , videamus ? & ſanè conſtat ex his quæ nos ibi diximus ſub num. 10. non aliàs quartam adrogatum lucrari , quàm ſi is , mortuo patre adrogatore intra eiuſdem filij pubertatẽ ſuperuixiſſet.l.2.C.de adopt.d.l. ſi adrogator , quoniam poſt pubertatem adrogati ſi pater adrogator decedat,cauſa præſtationis quarta ceſſat , argumento. l. nonnunquam.32.D.de adopt.vt cum alijs ibidem diximus. ſic interpretantes. l. 8. titu. 16. par.4.l.5.ti.22.lib.4.fori quæ indiſtinctè quartam filio adrogato concedunt. Habetque eam adrogatus filijs etiam naturalibus exſtantibus ſiue ante adrogationem , ſiue poſt eam natis, ex ſententia.d.l.ſi te parens,& §. cum autem de odoptionib. §.adoptiui. ſupra de exhered. Accurſ. Bart. & omnes in d.l. ſi adrogator & in authentica in ſucceſsione. C.de ſuis & legitimis. Idque iure ciuili Romanorum, non autem Hiſpano propter.d.l.1.ti.22.lib.4. fori.l. 5. ti.6.lib.3.eiuſdem fori. Did. Segura in l.coheredi,41.§. cum filiæ, ſub. num. 217.cum ſequent. D.de vulgari.Ioann. Rojas. iam relatus cap.17.num.16. & videtur ſentire Gregorius verſi. *La quarta parte*. licèt cum diſtinctione loquatur in l.8.tit.16.par.4.idque eadem illa ratione qua adoptiuos naturalibus extantibus excludendo eſſe diximus,videlicet, quòd cum eo caſu vltra quintam bonorum partem non poſsit pater illis auferre.d.l.5.tit.5.l.7.tit.12. lib.3.fori & d.l.1.tit.22.lib.4.fori,quæ nominatim hoc caſu loquitur , l. 28. Tauri. conſequens eſt quartam adrogatum hoc caſu non lucrari. & ita tenendum eſt.

De legitima filiorum legitimatorum ſucceſsione. §.5.

1 *Naturalis filius vel per curiæ oblationem vel per ſubſequens matrimonium legitimari ſolet. & num.ſequen.*

2 *Legitimatio per curiæ oblationem, & eius initium.*

3 *Naturalis filia curiali nupta legitima efficiebatur.*

4 *Legitimatio per Principis reſcriptum, & eius effectus.*

5 *Legitimatus per Principis reſcriptum quoad honores & dignitates ſimilis eſt legitimis ex iuſtis nuptijs.*

6 *§.Quibus connumerati, hoc tit.ſenſus & interpretatio.*

7 *Legitimatus per curiæ oblationem,legitimis nõ extantibus,iure ciuili,patri, & pater ipſi ſuccedebat ab inteſtato.*

8 *Legitimatus per curiæ oblationem patris conſanguineis nõ ſuccedebat,nec cõſanguineiipſi filio.*

9 *Legitimatus per curiæ oblationem patris agnatos in ſucceſsione excludit.*

10 *Legitimatos filios legitimis extantibus ab inteſtato ſuccedere poſſe putant nonnulli, dum tamen non amplius habeat vno horum qui abintio legitimi ſunt inter omnes minus habente.*

11 *Cõtraria ſentẽtia ex Alphonſo Mõtaluo & alijs. L.9.tit.15.par.6.l.5.l.fin.tit. 6. lib.3.fori.*

12 *Concordia inter diuerſas has opiniones.*

13 *Legitimatus legitimis extantibus nouiſsimo Hiſpano iure non ſuccedit.*

Legitimatus extantibus legitimis quintam tantummodo paternorum,ſiue maternorum partem conſequi poteſt.

14 *Legitimatis , etiam legitimis extantibus alimenta ſunt relinquenda , ſi vnde commodè alii poſsint non habeant.*

15 *Legitimati cum legitimis patris conſanguineis ab inteſtato ſuccedunt.*

16 *Legitimatus an Hiſpanica nobilitate gaudeat remiſsiuè.*

17 *Legitimatus legitimis nõ extãtibus, ex teſtamẽto & ab inteſtato ſuorũ iura etiã hodie habet.*

L.6.

L.6.Tauri.l.i.titu.8.lib.5.nouæ recopilat.

18 *Legitimati per ſubſequens matrimonium in omnibus & per omnia ſimiles legitimis ab initio ſunt.*

19 *Legitimati per ſubſequens matrimonium in alicuius præiudicium non admittuntur.*

20 *Legitimatio per ſubſequens matrimoniũ, licèt olim aliquibus in caſibus dotalium inſtrumẽtorum confectionem requireret: hodie non ita.*

1 EVenit aliquando vt liberi, qui ſtatim vt nati ſunt in poteſtate parẽtum non ſunt in eam poſtea redigãtur, qualis eſt is qui dum naturalis fuerat, poſtea curiæ datus patris poteſtati ſubijcitur. Nec non is, qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictum fuerat, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat, dotalibus poſtea inſtrumentis conceptis, in poteſtate patris efficitur: quibus modis cum ſuorum heredum iura nanciſcãtur liberi, ſuperioribus eos eſſe cõnumerandos conſtat. §. fin. ſuprà de nuptijs. §. quibus connumerari inf. hoc tit. de hered. quæ abinteſt. def. l. ſi quis. 3. l. quoniam. 4. textus in l. diui. 5. l. cum quis. 10. l. nuper. 11. & ferè per totum. C. de naturalib. lib. Authen. quibus modis naturales eff. ſui. §. ſi quis. cũ ſequent. l. 4. 5. & ſequen. tit. 15. par. 4, explicat Michael Craſſus de ſucceſsionibus. §. ſucceſsio abinteſtato, quæſt. 19. Didacus Couarr. in 4. 2. part. §. 7. nu. 4. ſed quia ſingularia quædã & antiquo & nouo iure in horum ſucceſsione ſunt animaduertenda, de his ſigillatim dicamus. 3

Filius ergo naturalis, à patre, ſiue à ſe ipſo curiæ oblatus, quia in eius redigebatur poteſtatem ſuuſque eidem fiebat, ab inteſtato legitima ſucceſsionis iura habebat, cum reliquis legitimis liberis, eiq; viciſsim pater ſuccedebat. d. §. quibus connumerari, cum relatis ſuprà nu. proximo. Id quod Reipublicæ fauore inductũ fuit, olim enim cum aliquod oppidum incolis erat deſtitutum Triumuiri Colonias eò deducebant, & decimum quemque concilio, ſiue curiæ adſcribebant, qui inde Decuriones dicebantur. l. pupillus. 239. §. decuriones. D. de verbo. ſignificatio. Colonæ autem (à colendo, id eſt habitando) erant quaſi quædam examina populorum, qui ad minores vrbes habitandas ex maioribus vrbibus, velut dominatricibus deducebantur, ſeu mittebantur: dependebant enim minores vrbes ex maioribus, & hic vetus legendorum primò curialiũ mos fuit. Sed cum deinde multi fugerent curialia munera, (magnis quippe oneribus curiales ſiue decuriones ſubijciebantur. vt latè Briſſonius lib. 4. ſelect. antiquitat. Syluester Aldobrandinus in dicto. §. fin. ex num. 1. ſup. de nuptijs) atque ita ea occaſione paulatim curiæ deficerent, & collaberentur Theodoſius Imperator ſtatuit, in l. ſi quis. 3. Imperat. Leo & Antheminus in l. quoniam. 4. C. de natural. liberis. naturales liberos curijs ciuitatum datos fieri legitimos, vt hoc præmio plures allicerentur ad gubernandam rẽpublicam. ſic enim neceſſe fuit propter aliorum penuriam ſpurios recipere, quod fieri rectè poſſe Vlpianus grauiter olim reſponderat. Hanc deinde Theodoſij conſtitutionem Iuſtinianus approbauit, in authenti. quibus mod. natural. effic. ſui. §. ſi quis igitur. multaque addidit quæ eò pertinebant, præſertim quo ad iura ſucceſsionis. † Quod & in fœminis ſequendum erat, vt ſi naturalis filia curiali vxor daretur, ius filiæ fam. adipiſceretur. dict. l. ſiquis. 3. verſiculo. *ſed & ſi filiam.* C. de natural. liberis, Franciſ. Hotom. in dict. §. fin. enuntiatione. 2. Syluester Aldobrandinus. num. 5. ſuprà de nuptijs. l. 8. *Official de alguna ciudad, ò villa, que tienen de los mayores officios en toda ſu vida, caſando tal como eſte con fija natural de alguno que ouieſſe de amiga, eſtonze quãdo el padre la caſa con tal home la faze legitima.* tit. 15. part. 4. † Sed cum poſtea Decurionum munus, quod oneris & quodammodo dedecoris tantummodo olim erat, honoris haberetur, pluresque Decurionatus dignitatem imperij cauſa ambirent, hic legitimandi naturales filios mod⁹, paulatim in deſſuetudinẽ abijt, atque ab vſu receſsit, ſucceſsitque eius loco alter qui nunc in vſu eſt, & quotidie vſurpatur, Principis ſcilicet auctoritate, reſcripto & priuilegio, cuius tanta eſt vis atque poteſtas, vt filij legitimi de cætero habeantur, ac ſi ab initio ex iuſtis eſſent procreati nuptijs, textus in authentica præterea, & in authentica item ſine. C. de naturalibus liberis, latius in authentico quib. mod. natu. eff. leg. maximè in. §. ſi quis ſanè, coll. 6. & in authen. quib. mod. natu. effic. ſui. maximè in. §. illud tamẽ, coll. 7. conſonat in. l. 4. titul. 15. part. 4. ibi. *Y ſon dende adelante legitimos.* l. 17. titul. 6. lib. 3. fori. l. 12. Tauri ad fin. l. 10. titul. 8. lib. 5. nouæ recopilationis. † Ex quib⁹ quoad honores & dignitates inter filios legitimos, & legitimatos conſtat nullum eſſe diſcrimen, vt latè varias quæſtiones diſputantes proſequuntur Craſſus & Couarru. relati ſupra num. 1. hoc. §. 1. omnes Tauriſtæ in dict. l. 12. maximè Tellus Ferdinandez & nouiſsimus Guillen de Cetuã tes. Ioann. Martinez & Alphonſus de Azebedo in. dict. l. 10. Recopilatio, latè Ioann. Rojas de ſucceſſ. abinteſtato capite 23. Ioann. Gutierrez in repetitione. §. Sui, ſupra de hered. qualit. & diff. ex num. 187. Ioann. Graciã regula. 197. Ludouicus Molina libr. 3. de Hiſpanorum primogenijs capit. 3. per totum. Dida. Spino. in Speculo teſtamentorum, Gloſſa 17. ex num. 124. 2 4 5 6

Quoad † ſucceſsionem verò legitimam, de qua noſtra eſt diſputatio; quamuis Iuſtinianus in dicto. §. quibus connumerari.

hoc titulo de hered. quæ ab intestato. defer. in sinuare videatur, inter filios legitimos ex iustis nuptijs, & legitimos per curiæ oblationem, siue Principis rescriptum differentiam non esse (hic enim est sensus illorum verborum. *Quibus cõnumerari necesse est etiam eos, &c.* Quoniam cum in anteriori. §. *Intestatorum*, docuisset, intestatorum hereditates primùm ad suos heredes siue naturales, siue adoptiuos pertinere, subijciens postea his cõnumerandos esse legitimos effectos per curiæ oblationem, & hodie per Principis rescriptum, nullum inter eos discrimen esse affirmare videtur.)

7 † Aliud tamen dicendum est: iure enim ciuili filius legitimatus per curię oblationē si nulli alij extarent legitimi ex iustis nuptijs, præcipuè intestato defuncto reliquos omnes agnatos & cognatos excludebat, ipsíque patri le-
8 gitimus heres fiebat, item & pater eidem; † nõ autem alijs patris ascendentibus, aut cognatis; sicuti neque hi legitimato succedere poterãt, l. communium. 9. C. de naturalibus liberis. text. in authenti. quib. mod. naturales effici. sui. §. filium verò. collat. 7. notat Ang. in dicto. §. fin. num. 2. Sylvest. Aldobrandinus. nume. 6. supra de nuptijs. Pet. Gregorius. 3. parte Syntagmat. lib. 45. cap. 7. num. 7. & cum multis Ioannes Matienço. in l. 10. Glossa. 2. num. 2. libr. 5. recopilationis, qui potest esse sensus illorum *quibus connumerari necesse est etiam eos,*
9 *&c.* † vt videlicet, quemadmodum suis filijs naturalibus, siue adoptiuis extantibus ab intestato agnati excluduntur, textus in. dicto. §. testatorum. 1. hoc titul. de hered. quæ ab intest. def. iuncto principio infra de legitim. agnat. succesione. sic extantibus filijs legitimatis per curiæ oblationē, & hodie per Principis rescriptum. à pari enim huiusmodi legitimationes procedunt, vt suprà diximus numer. 2. hoc. §. & cum multis resoluit Ludouicus Molina libr. 2. de primogen. cap. 11. num. 20.

10 Si verò legitimis filijs extantibus legitimati admitti, & succedere ab intestato velint, eos admmittendos esse frequenter omnes docent, securè Bald. in l. si te parens. C. de suis & legitim. in l. Imperialis. num. 2. C. de nup. in l. cum adoptiuis. nume. 5. C. de adoptio. Bart. in l. ex facto. numer. 3. D. de vulgari. Iaso in l. si is qui pro emptore, num. 278. D. de vsucapionib. & cum multis alijs Ioannes de Rojas de succes. ab intestat. capit. 23. numer. 34. quibus fauet textus in authentico. de incest. nuptijs §. dubitatum. collat. 2. authentic. quib. modis. nat. effe. leg. §. fit igitur. collat. 6. authentico. quib. modis. naturales eff. sui. §. reliqui igitur. collat. 7. l. 9. ibi *heredarã su parte como los otros fijos, q̃ onierẽ demugeres legitimas.* titul. 15. part. 4. l. fin. ibi. *E sea heredero tambien como si fueße de muger de bendi-*
cion. titu. 6. lib. 3. fori. quod tamen indistinctè non est admittendum, sed ita demum, vt legitimatus ab intestato succedens non ampliusha beat vno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habent, authentico quib. mod. nat. eff. sui. §. & quoniã, collat. 7. Angel.
11 in. d. §. fin. num. 2. & 5. suprà de nuptijs. † Cõtrarium tamen, quinimo legitimis extantibus legitimatos admittendos non esse, securè etiã docet Montaluo in d. l. fin. verficu. *E sea heredero.* titul. 6. lib. 3. fori. & plures referens Ioann. Matienço. in l. decima. Glos. 7. n. 2. titu. 8. lib. 5. nouæ recop. quod & antiquo iure Hispaniæ videtur probari in l. 5. d. titu. 9. lib. 3. fori. vbi expresse cautum est, quod quemadmodum legitimis existentibus adoptiuus filius nõ succedit, ita nec legitimatus, in illis verbis. *Y esto mismo sea por el fijo de la barragana que fue recebido por hijo, e por heredero.* Atque iuxta hanc legem quintam. & eius distinctionem, accipiendam esse, d. l. fin. illius tit. notat Montaluus. d. versi-
12 cul. *E sea heredero.* † Verum cum in d. l. fin. & in. d. l. 9. p. & illarum verbis suprà relatis cum legitimis quoque legitimatum admittendum ab intestato esse indistinctè dictum sit, id verisimum esse puto, dum tamen quo tempore legitimatur naturalis per principis rescriptũ, legitimi liberi iam extent, & eorum mentio Principi facta sit, tunc enim omnes simul admittentur, cum eorum legitimam iure possit minuere princeps, quod si legitimi postea nascantur, legitimatum excludent, quibus præiudicium intulisse Principem dici non potest, cum nec de eis cogitauerit quomodo superiores leges, & dissidentes opiniones in amicitiam redigẽdas existimo. hæc antiquo iure ciuili & Hispano.

13 Nouissimõ autem. l. duodecimæ. Tau. quæ est l. decima. tit. 8. lib. 5. nouæ recopilationis. longè diuersa est obseruatio, nam indistinctè si legitimati, (si extent legitimi ex iustis nuptijs procreati, aut per subsequens matrimoniũ legitimati) neq; ex testamento, neque ab intestato admitti poterunt, præterquam in quinta parte bonorũ patris, matrisve suæ, quam parentes eis dũtaxat relinquere poterãt, quemadmodũ extraneis iuxta dispositionẽ l. 9. ti. 5. li. 3. fori, notat Ioã. Matien. in l. 1. Glos. 1. nu. 1. & sequ. ti. 6. & in l. 12. per tex. ibi. eod. ti. 6. li. 5. no-
14 uæ recop. & omnes in dictis locis, † quã quin tã bonorũ partẽ, si parẽtes filijs legitimatis nõ reliquerint; neq; ipsi aliàs vnde cõmodè alios sint habeant; ex testamẽto, (id est contra testamentũ, siue facto testamẽto: sic enim hoc verbũ hisce in legibus accipiendũ est. §. sunt autẽ infrà de bon. possess. quod pauci intelligunt) & ab intestato, consequi poterunt, aut eã saltem quintæ partis portionẽ, quæ vnicuiq; iuxta cõditionem sufficiat, iuxta ea, quæ latè scripsit Antonius Corduba de Lara in l. siquis à liberis §. idem rescripsit. ex nu. 1. & in §. sed si filius.

num.

5 nu.123.D.de liberis agnoscendis. † Sed quãuis filij legitimati cum legitimis neque ex testamento, neque ab intestato ad parentum bona non admittantur, quoad alia à legitimis nihil differunt,atque ita hoc iure quoad consanguineorum successionem legitimi putantur, emandata l.communium.9. C. de naturalib.liberis.vti constat ex d.l.12.ibi.*Pero en todas las otras cosas assi en succeder a los otros pariẽtes, &c.* & cum multis obseruat Ioan. Matiençó in d.l. 10.Glos.7.ex nu.1.titu.8.lib.5.nouæ recopila
16 tionis.vbi glos.8.latè disputat † an naturales sic legitimati Hispana nobilitate gaudeant, & nouissimè Guillen de Ceruãtes in d.l.12.Tau. ex n.129.Ioan. Garcia.lib.singulari de nobilitate Hispana glos.21.nu.69.omnino videdus iuxta ea quę supra resoluimus,& distinctionẽ, quam ad leges Regias.5.& fin.titu.6.lib.3.fori,& l.fin.titu.15.parti.4.fecimus,quam & ipse nouioribus etiam constitutionibus extanti-
17 bus admittit & cum multis probat. † quod si filij legitimi non extent,tunc naturales legitimati ex testamento & ab intestato ad parentũ suorum bona admittuntur, nam per legitimationem ad suorum instar rediguntur ex tex.in d.l.diui.C.de naturalib. cum pluribus alijs supra adductis,vtramque successionẽ habere manifestum est;Ergo à parentibus præteriti testamentum rumpunt & infirmant,vt cumBaldo, & alijs pluribus ex nostris resoluit Ioan. Matiençó in d.l.10.glo.7.nu.3.& nouissimè Guillen de Ceruantes in d.l.12.Tauri.ex num.43. cum sequen.sic limitata l.6.Tau.l.1.titu.8.lib. 5.nouæ recopilationis.

18 Quod † si filius naturalis legitimus effectus sit,non per curiæ oblationem aut Principis rescriptum, sed per subsequens matrimonium,quia videlicet pater,cum ea, ad quam cõsuetudinem habuerat,matrimonium cõtraxit, nihil omnino eum ab eo qui ab initio ex iustis procreatus est nuptijs differre,tam quoad successionem testamentariam, quàm quoad legitimam,honores, & dignitates omnia iura Pontificia,Cæsarea,& Hispana testantur, generaliq́ue totius orbis consuetudine receptum est, 20
vt constat ex textu in capit.tanta. 6. Qui filij sint legitimi.l.cum quis. 10. l.nuper.11. C. de naturalib.liberis.§.fin.suprà de nup. §. quibus connumerari.hoc titulo de hered. quæ ab intest.def.Authenti.de incest.nuptijs.§.fin.versiculo *venient igitur*. collat. 2. Authentico de triente & semisse.§.fin.ibi, *& filij sub potestate ipsius,& sui ab intestato heredes genitori.*collat. 3. cum alijs,quibus consonat.l.1.in versi.*Otro si de zimos.*titu.13.parr.4.l.12.Tauri.quæ est. l. 10. titu.8.lib.5.nouæ recopilat. ibi. *O legitimado por su siguiente matrimonio.*quæ legitimè ab initio natos,& per subsequens matrimonium legitimos effectos æquiparat: explicant,& ad plures vtilissimas in praxi quæstiones adducunt ordinarij in dictis locis, maximè Anto. Gomez in d.l.12.ex nu.66.Ceruantes, ex nu. 19.Ioann.Matiençó in dict.l.10. glos. 8. Michael Crassus de successionibus.§.Successio ab intestato.quæstione.19. per totam. Couar. in 4.2.parte cap.8.§.2.ex num.1. moderni Galli in consuetudinib.Parisiensib.titu.1.§.8. glos. 1.quæst.7.And.Tiraq.de iure primog. quæst. 34.Didacus Spino in speculo testament. glos. 15.num.126,vnde ea omnia quæ iuxta successionem filiorum suorum diximus ex initio huius capituli in legitimato per subsequẽs matrimonium,& descendentibus ab eo admittenda
19 sunt. † Dum tamen memineris hanc legitimationem quantumuis fauorabilem in alicuius præiudicium effectum nõ sortiri, quoniam sic legitimatus verè legitimus est à tempore contracti matrimonij,fictè à tempore natiuitatis, ergo si inter eum, & alterum filium ex iusto alio matrimonio natum ante illius legitimationem de successione primogenij disputetur, potior erit causa filij legitimi ex iustis nuptijs procreati, quamuis minor natu sit, quam illius, qui cum naturalis filius antea esset, per subsequens matrimonium legitimus effectus est,vti post magnam disputationem & numerosam modernorum allegationem concludit Ioan.Matiençó,d.glos.8. ex num. 7. Guillen de Ceruantes in dict.l.12.Tau.num. 77. cum sequenti.Si verò contentio esset inter ipsum legitimatum,& alterum filium ex hoc eodem matrimonio procreatum, vinceret sanè naturalis legitimatus,cum iam ipse verè legitimus esset, quo tempore alter nascitur, gratiasq́ue legitimus naturali legitimato agere debeat, quia eius beneficio ipse postea nascitur legitimus, dict. l.cum quis. 10. C. de naturalib.lib.d.§. 1. de hered.quæ ab.notat cum alijs And. Tiraquel.de nobilit. quæstione.34. num.53.& de primogen. quæstione.34. num. 37.& num. 47. Ludouic. Molina de primog. lib.2.cap.11.num. 23. & lib. 3. cap. 1. num.6. Matiençó.d.glo.8.num.20.Ceruantes. in dict. l.12.num.73.

Illud † autem, hac in re prætermittendum non est, quod etsi iure Ciuili Romanorum, qui legitimos habet filios, & naturales post, vel antea genitos, sequẽti matrimonio legitimos efficere affectat, nuptialia instrumenta conficere omnino debet,textus in dict. Authẽti.de incest.nupt.§. fin. cum similib. Si verò non haberet legitimos, instrumenta nõ sunt necessaria, authentico quibus mod. nat. effi. legitimi.§.illud quoque, nisi maximis dignitatibus decorati essent parentes, quibus absq́ue dotalibus instrumentis nuptias contrahere non licet, vt in dict. §. illud. authentico vt liceat matri & auiæ. §. quia verò legem. 1. collatione. 8. quæ iura, & alia plura ciuilia, quæ instrumenta requirunt, sic

sunt accipienda est Baldo in.l. cum multæ. n. 10. C. de nuptijs. iure tamen Canonico, quod hac in re vbique obseruandum est; item & Regio Hispano, indistinctè dotalia hæc instrumenta non requiruntur, sed solo matrimonio legitimi efficiuntur, quia antea naturales erant suique heredes patri, ex testamento & ab intestato, ex d. cap. Tanta. vbi latè omnes, & l.1. titu. 13. part.4. vbi notat Gregorius, verbo *se casa con ella*, omnes in §. fin. suprà de nuptijs, & in d. §. quibus connumerari. hoc titul. de hered. quæ ab intest. def. Couarru. d.§.2.num. 8.& Guillen de Ceruantes d. l.12 Tau.ex.num.32.

De legitima filiorum Naturalium successione.

§. 6.

1 *Naturalis filius iure Romanorum vt quis sit, multa requirũtur, & num.sequen.*
2 *Concubinam boni authores quam appellent.*
3 *Pellex quæ sit, & Numæ Pompilij lex de ea loquens emendata.*
4 *Concubina iuris authoribus focaria, & ab vxore parum distans.*
Concubina quæ esse posset.
5 *Concubinarius coitus iure ciuili non damnatus Iure Pontificio reprobatur.*
6 *Naturalis filius iure Canonico is est qui ab eis nascitur, inter quos matrimonium contrahi posset.*
7 *Naturalis filius is est iure Hispano, quem Pontifices naturalem appellant: sed à patre recognosci admittitve necessarium est.*
L. 11. Tauri.
8 *Naturalis filius an succedere posset iure ciuili Romanorum maximè controuersum.*
9 *Naturalem filium vsque ad Constantini tempora quoad ius successionis incognitum, & incapacem, ex aliquorum opinione.*
10 *Naturalem filium sæculo I. C. successionis capacem fuisse pluribus probatur.*
11 *Diuersæ hac in re sententiæ, & opiniones conciliantur. Naturalis filius antiquiori iure ex parte & asse tamquam quilibet extraneus poterat instituí, & legata capere.*
12 *L. si is qui ex bonis. 6. D. de vulgari.*
13 *Auth. quibus modis naturales efficiantur sui in principio & .§. Discretis, collat.7.*
14 *Naturalis filius antiquo iure neq; contra testamentum. neque ab intestato admittebatur.*
15 *Naturalis filius per Constantini leges paternæ successionis incapax omnino effectus fuit.*
16 *Naturalibus filijs Valens & Valentinianus primi iura successionis quæ concesserint.*
17 *Naturalibus filijs qualiter Iustinianus Imperator prouiderit.*
18 *Naturalis filius quintam bonorum partem etiã legitimis extantibus hodie consequitur ex opinione Ioan. Matiençó.*
19 *Naturalibus filijs quinta bonorum pars, siue quæ alia, alimentorum nomine necessario relinquenda.*
20 *Naturalis abintestato quod ius in successione habeat.*
21 *Naturali filio iure nouissimo si legitimi extẽt, nihil præter quintum relinqui potest: si legitimi descendentes non extent omnia bona habere possunt.*
22 *L.10. Tauri. corrigit Authenticorum & Partitarum ius.*
23 *L.6. Tauri, interpretanda ex. l.10. Tauri.*
24 *Naturalis filius contra patris testamentum nõ succedit: quamuis alimenta petere possit.*
25 *Naturalis abintestato, extantibus legitimis alimenta consequi potest: extantibus ascendentibus, duas hereditatis vncias habebit.*
26 *Naturalis filius matri etiam extantibus legitimis succedebat iure antiquo ciuili, & Hispano, etsi mater esset illustris.*
27 *Mater semper est certa.*
28 *Naturalis extantibus legitimis matri non succedit, quamuis alimenta petere possit.*
29 *Naturalis non extantibus legitimis descendẽtibus matri succedit ex testamento, & abintestato, excluditque ascendentes etiam legitimos, & quoscunque matris cõsanguineos.*

SVo iure exposcit hic locus, seriesq; tractationis, vt de naturalibus filijs eorũque successione, tam paternorũ, quàm maternorum bonorum, respectu quorũ non vna est causa, dicamus: sed illud in primis, quis naturalis filius dicatur, neq; enim quæ hoc paragrapho dicenda sunt aliàs intelligi poterunt.

1 Sciendũ ergo est, vt naturalis proprie quis dicatur multa requiri, Ripa in l. ex facto. 17. §. si quis rogatus. 1. n. 4. D. ad S.C. Trebel. oportet enim ex cõcubina natũ esse, quam nõ adeò
2 facile est reperire: † cõcubinã etenim nõ hic eam accipimus, pro vt apud Latinos authores, amicã quamlibet priuatã, cum qua rem habere soleamus, quãuis alteri nuptã, vt apud Suetoniũ in Nerone, c. 28. apud Cice. li. 1. de Oratore. Quintilianũ lib. 1. cap. 3. † non etiã hic
3 de pellice intelligimus, cuius significatio magnam doctis viris etsi præbuerit cõtrouersiã, vt apud Laurẽt. Vallã. lib. 6. c. 48. And. Alcia. lib. 4. de verbo. signifi. num. 24. & in l. Massurius. 144. D. de verb. sign. frequentius dicitur, quæ cũ eo cui vxor sit corpus miscet. vt Iulius Paulus lib. 10. ad l. Iul. de adulterijs ex Gaij Flacci sentẽtia scribit in d. l. Massurius. cuius conditionem probrosam fuisse, antiquissima Numæ Pompilij Regis lege, nimium licèt molli ostenditur a *Pellexaram* sic legit Festus li. 14. de verborũ veterum significatione, & cõsentit Fran. Baldui, ad leges Romuli. cap. 15. num. 8. Agellius. ve. 5. lib. 4. c. 3. & Brissonius de verb. signi-

ſignifica. lib. 14. pag. 488. *ædem*) *Iunonis ne tangito, ſi tanget, Iunoni crinibus dimiſsis agnũ fœminã cædito.* † Sed de paulo honeſtiore fœmina loquimur, quæ parum ab vxoria differt coniũctione, & alio nomine focaria à recentioribus vſurpatur. l. ſi ea conditione. 3. vbi Baldu. & Albericus. C. de cond. inſertis l. 2. C. de donat. inter vir. eſtque mulier quæ cum vxor non ſit, vxoris tamen loco cum aliquo viuit, & ſine nuptijs domi retinetur, cum qua ſola quis eo affectu cohabitauerit, quam veluti vxorem apud ſe cuſtodierit, aluerit, cũ qua nec ſtuprũ, nec inceſtus cadere potuerit, cui & fuerit denunciatum (ſi ſit ingenuo loco nata honeſtæq; vitę) concubinam habitum iri, cum qua & is qui verſatur cælebs omnino fuerit: quod ſi horum vel vnum tantummodo deſit, dubium non eſt, nec illam concubinam, nec filios naturales appellari poſſe: deduces ex iuribus quæ ſic intelliges in d. l. Maſſurius. toto titulo, maximè l. 1. §. 1. l. 3. D. de concubinis l. 1. C. eodem. l. etiam ſi. 56. D. de ritu nup. l. donationes in concubinam. 31. D. de donatio. l. qui concubinam. 29. D. de legat. lib. 3. l. ſi vxori. 3. l. ſtuprum. 34. D. ad leg. Iul. de adult. l. cũ tabulis. 16. §. quoniam. D. de his quæ vt indig. auf. l. denique. 8. D. de pignorib. l. fin. C. communi de manumiſſ. & toto titulo. C. de concubinis. Authen. de triente & ſemiſſe. §. conſideremus. coll. 3. Authent. quib. mod. nat. eff. ſui, §. ſi quis igitur coll. 7. ex quibus tranſcripta eſt l. 1. & 2. titul. 14. part. 4. explicat illuſtriſſ. S. R. C. Gabrie. Palæotus libro ſing. de nothis ſpurijſque filijs. cap. 12. Rode. Suarez, Tellus Ferdinand. & Didacus Coua. quorum, latè proſequutus, meminit Guillen de Ceruantes in l. 11. Tau. ex num. 124. Velazquez de Auendaño, in eadem l. 11. Gloſſ. 1. Ioann. Matienço in l. 9. Gloſſa. 2. ex num. 2. titu. 8. lib. 5. nouæ recopilat. Vnde rectè ab Oldrado con. 196. Baldo conſi. 456. vol. 5. & conſi. 206. vol. 3. Alexand. conſilio. 174. volu. 5. animaduerſum eſt nullos ferè hodie verè naturales reperiri. Hæc iure ciuili ita ſtatuta, quo talis coitus damnatus non fuit.

5 Pontificio verò canone ſecus ſancitum eſt, hoc enim iure concubinatus quibuſlibet omnino interdictus eſt, notat Accurſ. verb. *intelligendæ*. in. l. in liberæ. 24. D. de ritu nup. Bart. in l. 3. D. de concubinis, ita vt quidquid cum ea quæ legitima vxor non ſit, rei venereæ cauſa actum fuerit, id adulterij crimine damnetur. c. nemo, 32. quæſt. 4. cap. meretrices. ea quæſt. 4. cap. concubinæ. 32. quæſt. 2. cap. 1. de filijs ſuſceptis. in vſib. feud. Concilium Trident. Seſſ. 24. cap. 3. de refor. matrim. & Seſſ. 25. cap. 14. ſeueriſsimiſque pœnis puniatur, vt diximus, in epitome de delictis, verbo. *concubinatus*. & 6 latè & accuratè ſcribit noſter D. Ioannes Vela & Acuña, de delictis cap. 6. † Igitur hoc iure naturales filij non tantum illi intelliguntur qui ex concubina natiſunt, ſed generaliter omnes qui ex duobus, qui nuptiarum adhuc expertes eſſent, aut illis ſolutis, inter quos tamen matrimonium conſiſtere potuiſſet. cap. innotuit. 20. de electione. quos & per ſubſequens matrimonium legitimorũ iura nunc adipiſci certum eſt. cap. tanta. 6. qui filij ſint legitimi, prout olim ij tantum ſolebant qui ex vero profecti eſſent concubinatu. §. fin. de nuptijs, diximus ſupra. §. 5. num. 18. explicant latè Rodericus Suarez in. l. prim. tit. 6. lib. 3. for. ex colum. 3. ad fin. Tellus in d. l. 11. Tau. ex nu. 1. Couarr. in 4. 2. part. cap. 8. §. 4. nu. 2.

7 Cuius iuris Pontificij deciſionem Hiſpanię conſuetudine receptam eſſe, & d. l. 11. Tau. l. 9. tit. 8. lib. 5. nouæ recopilatio. approbatam teſtantur Couar. d. §. 4. n. 3. ad fin. Tellus. d. num. 1. cum infinitis omnino videndus Ioan. Matiẽço in d. l. 9. Gloſſ. 2. ex num. 3. & quicquid inuoluant Ant. de Lara in l. ſi quis à liberis num. 28. D. de liberis agnoſcendis, Guillen de Ceruantes in d. l. 11. Tau. num. 128. exiſtimantes in d. lege Regia nouam definitionem iuxta naturalium filiorum ſtatum tradi, vtramque & Pontificiam & Regiam conuenire cum magis communi exiſtimo. Ergo exploſa illa ſolemnitatum, & ceremoniarum multitudine, quæ non leuem peccandi occaſionem præbebat, hodie, vt filius naturalis quis dicatur, ſolum requiritur quòd tempore conceptionis, ſiue natiuitatis filij, parentes poſsint, ſi velint, abſque Pontificis diſpenſatione matrimonium licitè contrahere, Addit Textus in d. l. 11. Tau. & quod filius fuerit à patre recognitus. *Con tanto que el padre le reconozca por ſu hijo, pueſto que no aya tenido la muger de quien le oto en ſu caſa.* quamuis huiuſmodi recognitionem non ſemper requiri affirmet Couar. d. §. 4. ex num. 7. & diſputat videndus Guillen de Cervantes in d. l. vndecima. Tau. ex num. 134. Audiuimus ergo quis & olim eſſet, & nunc ſit filius naturalis, nunc de eius legitima ſucceſsione.

8 Ad cuius rei explicationem obſeruandum eſt, maximè controuerſum fuiſſe, an olim naturales filij à parẽtibus poſſent heredes inſtitui, aut aliquid ſaltẽ ex eorem teſtamento capere. Alij exiſtimant ſuccedere potuiſſe ex parte & ex aſſe. Alij verò contra putant eos omnino eſſe incapaces, Alij vnciam dũtaxat accipere potuiſſe: ita inter ſe pugnantes ſunt leges, vt non immeritò Doctores noſtri in re tã obſcura titubantes nihil certi aut explorati ſcriptum reliquerint. Nec mirum, cum & ipſi legum conditores contraria docere videantur. † Nam natu 9 rales iure antiquo omnino incapaces fuiſſe vſque ad Conſtantinũ, qui primus permiſit vt eis aliquid relinqueretur, Iuſtinianus docet in Authẽtico, quibus modis naturales eff. ſui in principio. Contrà autẽ naturales ante Imp. Valen

tinum & Valentinianum, nullo modo succedere potuisse, eosq; Cæsares primos de ijs cœpisse in constitutionibus suis curã suscipere, idẽ Iustinianus admonet, in eodẽ Authẽtico quib.
10 mod. natural. eff. sui. §. Discretis. † Ex aduerso autem eos antiquo iure, sæculo & ætate iurisconsultorum, ex parte, & in solidum ex testamento capere potuisse, ex Iulio Paulo. in l. Lucius. 45. D. de vulgari. Iaboleno in l. qui filium. 11. D. de iure delib. Papiniano in l. cum pater. 79. §. volo. Scæuola in l. Lucius. 88 §. Damæ & Pamphilo. D. de lega. lib. 2. Vlpiano in l. ex facto. 17. §. si quis rogatus fuerit vt si sine liberis. D. ad Senatusconsultum Trebell. & pluribus alijs in locis, in quibus nunc à patribus in vniuersum heredes institutos, nunc cum legitimis simul successisse, nunc ijs fideicommissa relicta fuisse legimus, & super illis Senatusconsulta aliqua habita fuisse. §. fin. infrà ad Tertullianum. §. penul. infrà ad Orficianum. Quarum rerum cum antiqui Iureconsulti authores fuerint, mirũ est satis quomodo hos vsque ad Cõstantinum ignoratos dicat Iustinianus, & deinde primos Valentem, & Valentinianum nominet, qui in eos benefici extiterint, quos ducẽtorum aut amplius annorum spatio post eam Iurisconsultorum ætatem in Imperium adscitos historiarum monumẽtis traditum est. Vnde mirum non est in huius rei explicatione tã varios interpretes esse. Eorum tamen omissis opinionib⁹, ex his quę eruditè satis scripserunt Andreas Alciatus lib. 4. parerg. cap. 5. Gabriel Paleotus libro singulari de Nothis spurijsque filijs, cap. 35. & cap. 36. res sic paucis aperienda est.

11 Naturales liberi iure antiquo & ex parte, & ex asse heredes institui poterant, & solida lega ta capere. d. l. fin. D. de iure. delib. cum alijs rela
12 tis supra. Neque obstat † textus in l. si is qui ex bonis. 6. D. de vulgari, quia omissa interpretatione Card. Gab. Palæoti. dicendum est non loqui de naturali filio, sed de eo qui solidũ capere non poterat ex lege Iulia & Papia, qua cauebatur vt cælibes nihil capere ex alieno testamento possent, orbi & steriles decimã tantum hereditatis capere possent, & propter liberos alterius matrimonij totidem decimas, quod si amplius eis relinqueretur ad fiscũ pertineret, docet Vlpianus in fragm. tit. 13. & tit. 15. cum duobus seq. quæ interpretatio suadetur ex inscriptione dictę legis, desumpta enim est ex Terentio Clemente lib. 4. ad legem Iuliã & Papiã. Qua ratione interpretanda sunt & plurima alia iura quæ accuratè & satis diligenter prosequitur eruditus Doctor Ioannes Pareja in suo otio Quadrimestri. 2. par. ex nu. 1. maximè tamen. n. 22. qui iuxta dictam legem Iuliam & Papiam, eius originem, nomẽ, mutationem, & effectum est omnino videndus. Cui
13 sententiæ, & opinioni qua censemus naturales tanquam extraneos olim capere potuisse non obstat text. in d. authen. quibus mod. nat. effic. sui, in principio & in. d. §. discretis. collatis accurate traditis à Carolo Moli. 3. lectione Dolana. nu. 5. & n. 12. quoniam noto, quod quamuis naturales olim ex testamento capere potuissent, id tamen non tãquam liberi, agnati, vel cognati ex paterno testamento accipiebant, sed potius tãquam extranei, vnde eorum nulla specialis mentio in Pandectis fit, quoniã quæ de extraneis dicta erant, ad eos quoq; ex-
14 tendebantur. † Ab intestato verò nõ admittebantur, quoniam de illis nihil lex statuerat. & hoc est quod Iustinianus ait in d. principio Naturalium nomen vsq; ad Constantini tem-
15 pus Romanorum legibus fuisse neglectum. † Is autem Constãtinus cum leges seueriſsimas quam plures tulisset, vt Eutropius Victor, Sabellicusque referũt, dicitur primus de naturalium successione, de qua nihil à legislatoribus eo vsque sancitum fuerat, constituisse, nam cũ omnibus parentibus liceret quæ vellent bona illis conferre, vti ex superioribus relatis exemplis apparet, etiam legitimis extantibus, d. l. Lucius. 45. D. de vulgari. duas edidit leges. Alteram, qua Senatorum & virorum illustrium cum infimis personis cõnubia damnauit, eorũque filios exclusit; quæ adhuc extat in l. 1. C. de natural. liberis. Alteram qua naturales filios quicquam ex patrum seu testatorum, seu intestatorum hereditate consequi prohibuit; hocque modo primus de naturalibus sanxisse dicitur. eo quod expressè patribus indixit, ne quid ijs relinquerent, quod antea vt extraneis licebat, facit. l. fin. versiculo. *quasi sacris.* C. eod. de natural. lib.

16 Hæc vsque ad Valentis & Valentiniani Imperium sic seruata sunt, qui constituerunt, vt naturalibus filijs vbi legitimi alij non superessent tres vnciæ, & sic hereditatis totius, siue assis quadrans, siue quarta pars, relinqui possent: vbi verò alij legitimi extarent vncia tantum: quæ constitutio extat in Codice Theodosiano in l. 1. C. de naturalib. liberis, & ab Imperatore Theodosio iuniore in l. 2. eiusdem tituli & Codicis confirmata est, & ab Arcadio & Honorio paucis tamen adiectis, in l. matre. 2. C. de naturalib. liberis. ex quibus omnibus dissidentes leges, & iura de naturalibus loquentia facillime interpretaberis, intelligesque, qualiter naturales olim & ex parte & ex asse institui potuerint, qui primũ de eorum successione Constantinus sanxerit, & rursus qualiter Valens & Valentinianus primi naturalibus indulgere cœperint, quæ ad plurium legum exactam interpretationem sunt obseruanda.

17 Sed nouiori Authenticorũ siue Nouellarũ iure paulò aliter se res habet, ex humaniori Imperat. Iust. lege, qua cautũ est, vt si quis sine legiti

ma prole decesserit, possit naturalibus filijs omnia bona sua vel viuens largiri, vel in testamento relinquere, excepta ea portione quæ superstitibus parentibus (si extent) debetur. Vbi verò cum naturalibus, & alij iusti filij adsunt, tunc naturales, ad vnciam tantum vocari concesit, cæterum quod vltra id esset legitimis deferri. §. nos igitur, & §. si verò habuerint, d. authentico quibus mod. naturales eff. sui, vno tantum casu excepto quo nec vncia naturalibus relinqui potest, vbi scilicet legitimus filius minus quàm vncia à patre adeptus est, noluit enim legitimos vlla in re naturalibus inferiores haberi. l. communium. 9. §. fi. C. de naturalib. liberis. quomodo intelliges tex. in authentica licèt in 1. par. C. de naturalib. liberis vt nominatim asserit Albericus in d. authentica licèt. Rod. Suarez in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. nu. 12. versi. *hoc limita.* Gregor. in l. 8. verbo. *la vna.* tit. 13. par. 6. Tellus Ferdinandus in l. 9.

18 Tau. † quod an hodie sit admittendum respectu quinti quod pater etiam extantibus legitimis potest naturalibus relinquere vide Ioan. Matienço in l. 7. glos. 4. ex num. 2. titu. 8. lib. 5. nouæ recopilat. vbi resoluit posse integrum quintum filio naturali relinqui etsi tot extèt legitimi, vt minorem vnusquisque partem cõsequatur. Hæc dicimus super his qui in scriptis, & legitimis voluntatibus disponunt suam substãtiam, vt prosequuntur latius Ioann. Rojas de succeff. ab intestato. cap. xi. pet totum

19 vbi, nu. 35. † filijs naturalibus, si extent legitimi ex matrimonio, quintam bonorum partem posse patrem relinquere probat, ex l. 9. tit. 5. l. 1. titu. 6. lib. 3. fori. l. 9. l. 10. l. 12. l. 28. Tau. alimenta verò necessariò eis esse relinquenda authentico quib. mod. nat. eff. sui. §. si quis igitur habens. coll. 7. d. authentica. licèt. l. 8 in fi. titu. 13. par. 6. l. 5. tit. 19. par. 4. l. fi. titu. 8 lib. 3. fori. exornat Rojas. d. cap. xi. ex num. 37. nostrates in dictis legibus Regijs.

20 Ab intestato † verò antiquo iure ciuili Pãdectarum nihil naturales capiebant, iure autem Iustiniani, duas tantum vncias hereditatis paternæ consequuntur, easque cum matre sua, si supereſt viriliter diuidunt, d. authentica licèt, tex in authẽtico qui. mod. nat. eff. sui. §. si quis autem defunctus. collatione. 7. authentico de Triente & semisse. §. consideremus. collat. 3. & consonat l. 8. in 1. par. titu. 13. par. 6. Rojas vbi supra, ca. 13. ex num. 1. quod est admittendum si nulla legitima soboles extet. ea enim existente nihil præter alimenta filius capit, ex eisdem iuribus. Si verò descendentes legitimi non extent supersint tamen ascendentes, qua ex parte ab intestato naturales admittendi sint valdè controuersum est, vt constat ex disputatione Ioannis Rojas. d. cap. 13. ex num. 11. vbi ex veriori sententia resoluit eos tunc duas vncias consequuturos; quod & quæ superius resoluimus, quia magna ex parte nouissimo iure Regni sunt immutata, accipe quæ teneas in ea quæstione.

21 Extat † apud nos l. 10. Tauri. quæ habetur in l. 8. sub tit. 8. lib. 5. recop. ex qua si alias regias constitutiones conijcias has conclusiones colliges. Si pater filium naturalem habet, extantque legitimi, nihil præter quintam bonorum suorum partem naturali relinquit. quod etiam probabis ex l. 12. Tau. l. 10. ti. 8. li. 5. recopila. vbi id extenditur, etiam si naturalis per Principis rescriptum legitimus effectus fuerit. Si verò legitimi non supersint descendentes, poterit pater, etiam si legitimos ascendentes habeat, naturali filio bonorum suorum quod

22 optauerit relinquere. † d. l. 10. Tauri versic. *Aunque tenga ascendientes legitimos*, hac in parte corrigit ius Authenticorum & Partitarum, de quo in d. authentico de triente & semisse. §. 1. coll. 3. d. authentico quib. mod. naturales eff. sui, §. ne igitur. d. l. 8. tit. 13. par. 6. notat Ioann. Matienço in l. 8. glos. 5. in l. 9. glos. 1. num. 4. ti. 8. lib. 5. recopilat. extat textus in l. 1. ad fin.

23 tit. 6. lib. 3. fori. † correcta. l. 6. Taur. l. 1. ti. 8. lib. 5. recopilationis: quæ dum probat ascendentes necessarium ius successionis habere in bonis suorum descendentium, nisi descendentes liberos legitimos habeant, iuxta d. l. 10. Tauri intelligenda est, scilicet nisi descendentes filios naturales quos habent heredes scripserint, tunc enim ascendentes nihil consequi poterunt, neque testamentum descendentium impugnare, notat Ioann. Matienço in d. l. 9 glos. 1. num. 4. Alfons. de Azebedo in d. l. 8. recop. num. 18. Contra testamentum

24 † autem patris etiam si legitimi descendentes, siue ascendentes non extent, sed extranei sint instituti succedere non possunt, ex celebri Accurs. sententia verbo, *naturales*, in l. 1. D. de bon. poss. contra tabul. quam sequuntur plurimi quos accuratè recenset Ioan. Matien. in d. l. 8. glos. 5. num. 3. titu 8. lib. 5. recopilationis, quamuis hoc casu alimenta necessario naturali relinquantur, ipseque petere possit, vt diximus supra num. 19. hoc. §.

25 † quod si pater ab intestato decedat extentque legitimi descendentes, naturalis præter alimentorum ius nihil habet, cum omnia bona tanquam legitimam successionem legitimi percipiant. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. estque indubitatum; relictis verò ascendentibus duas vncias tantummodo filius naturalis habebit, vt contendit Ioannes Rojas in d. c. 13. ex num. 13. Ioann. Matienço in l. 9. glos. 1. num. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ recopilationis. Hæc de successione filij naturalis, quoad bona paterna.

26 Quod ad matrem verò pertinet eiusque successionem alia est obseruatio, siquidem iure communi succedunt naturales matri, auiæ, alijsque per lineam fœmininam ascenden-

tibus, simul cum filijs legitimis ex iustis nuptijs, cæteris omnibus ascendentibus, agnatis, & cognatis exclusis l. hac parte. 2. l. si spurius. 4. l. Modestinus. 8. D. vnde cognati. l. 1. §. sed & vulgò. l. 2. in princ. D. ad S. C. Tertull. l. si qua illustris. 5. C. ad Orficianum. §. nouissime infrà de S. C. Orficiano quibus consonat. l. 11. tit. 13. p. 6. vbi præter ordinarios in dictis locis, latè prósequitur Gregorius Lopez, & Tauristæ omnes in. l. 9. Tauri. Ioan. Matiē. & Azebedo in. l. 7. tit. 8. lib. 5. recopilat. Ioan. Rojas de succeſſ. ab inteſtato. cap. 14. Micha. Craſſus cod. tract. §. ſucceſsio ab inteſta. quæſt. 18. n. 7. Ferd. Minchaca. §. 10. num. 494. Ioan. Gutierrez lib. 2. Practicarum quęſt. cap. 105. cum
27 ſequentibus † Cuius obſeruationis ratio ſatis conſtat, & refertur in d. l. 11. par. ibi. *las madres ſiempre ſon ciertas de los hijos que nacen dellas*. & antea. l. 5. ad fi. ti. 19. part. 4. ſumpta ex l. quia ſemper. 5. D. de in ius vocando. coniuncta l. vulgo concepti. 23 D. de ſtatu hominum. quod eo iure admittendum erat, & ſi mater illuſtris eſſet. d l. ſi qua illuſtris. verſicu. *ſin autem*. coniuncta gloſſ ibi. verbo. *concubina*, ſequuta à Bart. in l. fin. num. 4. D. de his quib. vt indig. Angelo in d. §. nouiſsimè, Rojas. d. capit. 13. num. 4. probataque d. l. 11. p. verſiculo. *Eſſo miſmo*, coniunctis illis verbis. *Caſi eſte a tal ouieſſe fijos de aquellos que ſon llamados eſpurios, non deuen heredar los bienes de ella, el Eſpurio con el legitimo*. ergo ſi non ſpurius, ſed naturalis eſſet filius etiam matri illuſtri ab inteſtato ſuccederet, etiam cum legitimis.

28 Quod tamen nouiori iure quo nunc vtimur emendatur ex. d. l. 9. Tau. l. 7. tit. 8. lib. 5. recopilationis, & indiſtinctè filius naturalis, legitimis extantibus, matri, alijsve maternis aſcendentibus non ſuccedit, licetque tantummodo ei quintam bonorum partem relinquere, vltra quam, nec alimentorum nomine aliquid con-
29 ſequi poterunt. † Quod ſi legitima proles non exiſtat, naturales tam ex teſtamento, quam ab inteſtato in bonis maternis, aliorum que maternorum aſcendentium legitimi ſunt heredes, omneſque aſcendentes, agnatos, & cognatos excludunt, limitata. l. 6. Tauri. l. 1. titu. 8. lib. 4. recopilat. ex quibus vtiliter infert Ioan. Rojas. d. cap. 13. quod quemadmodum iure Ciuili Romanorum naturalibus filijs vel exheredatis à matre, vel præteritis querela inofficioſi teſtamenti concedebatur, Accurſius in d. l. ſi qua illuſtris. verb. *cum legitimis*. & probat expreſſè l. ſi ſuſpect. .29. §. 1. D. de inofficioſo. ita & hodie, ſi legitimi non extent. ex. d. l. 9. Tauri. ibi. *ſi ſean herederos legitimos ex teſtamento*, ſic enim hæc verba accipienda ſunt, ideſt conrateſtamentum ex. §. ſunt autem infrà de bonorum poſſeſſ. quod iure communi præter ſupra relatos cum multis defendunt Ioannes Bap. Caccialupus in l. ſi qua illuſtris. num. 94. & ibi Hieronymus Cagnolus nu. 43.
C. ad Orficianum, And. Tiraquellus in l. ſi quam, verb. *ſuſceperit liberos*. num. 51. C. de reuocand. donat.

De legitima aliorum illegitimorum filiorum ſucceſsione. §. 7.

1 *Illegitima proles Romanis quæ diceretur. & nu. ſequentibus.*
2 *Illegitimi erant qui ex alienigena prate, matreve procreati eſſent.*
3 *Matrimonium iuſtum iure ciuili tantum erat inter Ciues Romanos: cum exteris ius connubij non erat.*
4 *L. vnica. C. de nuptijs Gentilium. tit. 4. lib. 3. Codicis Theodoſiani.*
5 *Illegitimi filij quicunque nati ex ciuibus etiam Romanis qui iuxta legum præcepta vel vxorię, vel concubinariè non coierant.*
6 *Illegitimorum multæ ſpecies, & varia nomina.*
7 *Spurius filius quis proprie dicatur.*
8 *Spurij filij quicunque illegitimi etiam dicūtur.*
9 *Spurij filij nec ex teſtamento, nec ab inteſtato in bonis paternis iura ſucceſsionis habēt: quod in re Romanorum, Hiſpanorum omnium, Aragoniæ, Luſitaniæ, Valentiæ, Cantabriæ, receptū oſtenditur, & multis exornatur.*
10 *Clericorum filij patribus ſpeciali lege non ſuccedunt.*
L. 6. tit. 8. lib. 5. recopilat.
11 *Clerici filijs ſuis non ſuccedunt.*
12 *Succeſsio ab inteſtato mutua & reciproca tam affirmatiuè, quam negatiuè.*
13 *Spurius patris propinquis ſuccedere non poteſt.*
14 *Spurio patris propinqui non ſuccedunt.*
15 *Spurio alimentum ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate relinquenda,*
16 *Spurijs alimenta relinquenda iuxta eorum qualitatem, dum tamen quintam bonorum partem non excedant.*
17 *L. 9. Tauri.*
Spurius alimentorum quæ conſequuntur fruitl beram diſpoſitionem habet. Niſi ex tacita vel expreſſa teſtatoris voluntate contrarium colligatur. num. 18.
19 *Spurio incapaci quib⁹ modis paterna, maternaue hereditas relinqui poſsit, & num. ſequentibus vſque ad. 38.*
L. in tempus. 62. D. de heredibus inſtituendis.
20 *Spurius in tempus capiendæ hereditatis, & ſub conditione ſi a principe legitimetur, recte inſtituitur.*
21 *Spurio vtrum reſtitui poſsit hereditas ab herede a patre ſimpliciter inſtituto, & qui fidem nunquam accommodauit. & nu. ſeq.*
23 *Spurij filij ſocio omnium bonorū ſi paterna hereditas*

reditatis relinquatur, poterit filius spurius dimidiam partem hereditatis consequi, sed non tantum consilium quoad forum animæ.

24 *Spurijs filijs matrimonium contrahentibus si quinta bonorũ pars dotis, aut donationis propter nuptias nomine dentur, reliqua bona genero, nurui ve spurij sic omnia bona consequentur. Sed id patri tutum non est.*

25 *L. si. D. de his quibus vt indignis.*

26 *Spurijs filijs si dotis, aut donationis propter nuptias nomine omnium bonorum vsumfructum pater dederit, ea lege vt post illorum mortem bona pleno iure ad spuriorum liberos reuertãtur, omnium bonorum quodammodo dominos eos relinquet.*

27 *Spuriorum liberis clericus quicquid velit relinquere poterit.*

28 *Nepoti ex incestuoso, siue damnato coitu (propter quod mater pœnam mortis naturalis incurreret) nato nihil præter alimenta relinqui potest.*

29 *Spurijs vt bona paterna relinqui possint plures aliæ cautelæ, remissiue, & nu seq.*

30 *Spurius ex substitutione pupillari, vulgari vel fideicommissaria succedere an possit.*

31 *Spurijs, an executores testamenti paterni, qui pauperibus elargiri bona testatoris iussi sunt, possint aliquid eo nomine dare.*

31 *Spurijs inter viuos â patre an aliquid possit donari.*

1 EX varijs coniunctionibus quæ olim inter homines erant, quasdam lex Romanorum approbauit, vnde legitimi filij orti, & appellati sunt: quasdam nec recepit nec damnauit, vnde naturales prodiere: quasdã eo est odio prosequuta, vt quod inde prouenisset, nec filiorum nomine dignum censuerit, sed omnem eam prolem illegitimam appellauit, vt ex nomine ipso quisque intelligeret contra legum præscripta talem omnino coitum extitisse; de priorum legitima successione diximus supra, dicamus nunc de filijs illegitimis. Horum principaliter duo genera iure nostro
2 tradita leguntur. † Alterum eorum qui patrem, matrémve alienigenas habuissent, idest
3 non ciues Romanos, † nam cum inter exteros, & ciues Romanos iustum connubijs ius non esset, si qui inde nascebantur liberi, sub potestate patris non erant, sed illegitimi censebantur, vti deduces ex Iustiniano in principio supra de nuptijs, Caio lib. 1. institut. tit. 4. de matrimon. in principio, Cicerone in Topicis, vbi Boëtius, Vlpiano in fragm. tit. 5. Seneca lib. 4. de beneficijs, *promisi tibi*, ait, *filiam in matrimonium, postea peregrinus apparuisti, non est mihi cum extraneo connubium.* Macrobio lib. 1. Saturnaliũ, c. 6. & ex Liuio li. 37. & lib. 43. Prudẽtio lib. 2. cõtra Symmachũ. & ex his quæ accurate scripsit doctissi. Brissonius, libro singulari de iure connubiorum, pag. 6. Conna. lib. 2. comment. cap. 16. num. 1. Gab. Palæotus libro
4 de nothis & spurijs, c. 3. nu. 5. & cap. 16. n. 1. † vnde originem habuit Impp. Valentiniani & Valentis const. quæ extãt in l. vnica de nuptijs Gentilium, ti. 4. lib. 3. in Codice Theodosiano, qua iubebatur, vt nullus Romanorum barbaram cuiuslibet gentis habere præsumeret vxorem; neque Barbarorum coniugijs mulieres Romanæ in matrimonio coniungantur, quod si fecissent capitaliter vt expiarentur.

5 Alterum illegitimorum genus est, illorum qui de Romanis quidem Ciuibus nati erant, parentes tamen eorum secundùm legum præcepta non coierant; de quibus multa possem, & de iure cõnubiorum hoc loco afferre cognitu quidem iucunda, sed fusius alij scripserunt, apud quos videre licebit, scilicet, Quintilian. lib. 5. cap. 10. Plutharcus in Problematib. Vlpian. tit. 9. 22. & 29. Agellius lib. 4. cap. 3. & 4. & lib. 18, cap. 6. Cælius Rhodiginius lib. 15. antiq. lect. Volaterran. lib. 30. comment. Vrbis. Budæus in adnot. ad Pandect. Alexander ab Alexandro lib. 2. Genial. dierum, c. 5. Guarinus in Catullo in Epitalamio Iuliæ & Mallij. Perionius in Concione. 147. Liuij, And. Alciat. in adnotationibus ad Cornelium Tacitum. lib. 4. Iacobus Cuiacius, lib. 7. obseruat. cap. 7. Francis. Hotoman. in partitionibus Iuris Ciuil. tit. 7. de iure vxorem. & ad leges. 12. Tabularum. 3. par. ca. 4. Carolus Sigõnius lib. 1. de iure antiquo Ciuium Roman. ca. 9. Barn. Brissonius. lib. de ritu nuptiarum, & lib. de iure connubiorum. Gabriel Palæotus lib. de nothis. ex cap. 3. Francis. Connanus lib. 8. commentariorum, ex cap. 2. Petrus Gregorius. 2. par. Syntagmatum lib. 8. ex cap. 1. cum multis sequentibus. Generaliter ergo constituendum est vbicumque patrum coniunctio, aut vxoria, aut concubinaria non fuit, illegitimos semper filios oriri, quocumque alio modo
6 fuerint concepti. † Veruntamen quoniam hic concubitus vnde tales illegitimi procreantur, varius esse potest, propterea & variæ illegitimorum species in iure traduntur, prout multiplices illecebræ eæ esse solent, quæ parentes ad eam illicitam coniunctionem ineundam deducere potuerunt. Sunt enim Spurij, vulgò concepti, Varij, Manzeres, Incestuosi, Nefarij, Adulterini, Sacrilegi, Nothi, Hybridæ, & Bastardi, quorum omnium differentias explicuerunt late Gabriel Palæotus iam relatus, cap. 16. cum sequentibus, Ioann. Rojas de succes. ab intestato. c. 1. & c. 19. Franc. Conna. lib. 2. commen. c. 16. ex nu. 2. Petrus Plaça lib. 1. de delictis, cap. 41. ex nu. 1. qui omnes spurij appellari frequenter solent, vt in d. cap. 16. n. 4. resoluit Gabriel Palæotus, & cum alijs Ioann. Matienço in l. 6. glossa 3. num. 2. & in l. 9. glossa 2. titu. 8. lib. 5. recopilationis,

7 Guillen de Ceruantes in l.9.Tau.num. 23. † quamuis enim spurius propriè dicatur qui ex muliere ad quam omnibus patet aditus procreatus fuit, Spurij enim ex diuerso semine orti patrem non habent certum vnde prouenerint, sed quali ex hominum colluuione geniti dicir co spurij dicti sunt, vt Iustinianus ait in §. si aduersus supra de nuptijs. Connan. & Palæot. supra, vel quod olim (vt Plutarchus existimat) his duabus literis notarentur. S. P. ideſt, sine patre, quas vulgus de nomine spurij interpretatus est, cui videtur assentire Caius in Institutionibus, qui ait, spurios appellari sine patre filios, notat Couar. in 4.2.par.c.8.§.5.in princip. plura adducens Gomezius in cap. 1. n.47. de constitut. lib.6.Conn. Palæotus & Ceruan
8 tes, iam relati. † Generaliter tamen spurius omnes in vniuersum comprehendit, quicumque nõ iustè sunt nati, nihilque ab illegitimi significatione differt, cum ad eos omnes pertineat qui ex illicito quocumque congressu orti fuere, latissimeque hoc modo sumitur, iuxta Bar. in l.fi. D. de his quibus vt indignis. Ioan. Bapt. Caccialup. in l.si qua illustris, col. 1. C. ad Orfician. Palæot. Ceruant. & Ioannes Matienço in locis supra relatis, vnde in hac nostra tractatione spurios pro illegitimis, & è cõuerso illegitimos pro spurij accipimus, cuiuscũque speciei hi sint, tũ maximè, num quod ad ius ciuile Romanorum attinet, inter eos si de successione agamus parum, aut nullum est discrimen, sed iam de iure successionis, & in primis de paterna dicamus.

9 Filij ergo spurij nec ex testamento nec ab intestato successionis iura in bonis paternis habent, quia nec sui heredes, nec agnati parentibus esse possunt, nec aliquos consanguineos habere, l. vulgò concepti. 23. D. de statu hominũ, iuncta l. si spurius. 4. D. vnde cognati. & inde successionis incapaces esse constat, & probat l. qui contra 4. l. si quis incesti. 6 & textus in au
12 thentica ex complexu. C. de incestis nuptijs. l. 2. iuncta glos. ibi. verbo. *conditionem*. C. de heredibus instituendis. l. non intelligitur. 3. iuncta communi interpretatione. D. de iure fisci. Authentico quibus mod. nat. eff. sui. §. fin. Authentico. quibus mod. naturales effic. leg. §. fi. coll. 6. notat vbique Accurs. & probat apud nos l. 4. ad fin. tit. 3. l. 10. tit. 13. par. 6. l. 17. ti. 6. lib. 3. Fori. l. 10. ti. 5. lib. 3. eiusdem Fori. l. 11. tit. 20. in Foro Cantabriæ. idemque statutum est in Foro Regni Valentiæ, in Foro qui incipit. *lo fil que fera procreat, & nat.* tit. de his quibus vt indignis. & in Foro Regni Aragonum lib. 5. tit, de natis ex damnato coitu. Foro 1. Oscæ à Iacobo. . .edito, anno 1247. in illis verbis, *non possit vnquam petere partem*. & aliàs illius Regni constitutiones adducens resoluit Molinus verbo, *Bastardus*, & ibi in additionibus. Hieronymus Portoles, qui ex nostris plures retulit sub num. 10. & rursus. verbo. *Successio*, num. 30. & videbitis iuxta horum & aliorum illegitimorum successiones apud Lusitanos, quæ habentur li. 4. ordination. ti. 71. & ti. 81. & generaliter præterea quæ scribẽtes in locis ordinarijs adducũt, plura hanc conclusionẽ & regulã exornantes congerunt. Ioann. Baptista Caccialup. in d.l.si qua illustris, nume. 69. & seq. Gualdensis de arte testandi. tit. 1. cautela. 14. Matthæus de Afflictis. decis. 96. Boerius decis. 227. Michael Crassus qui alios adducit tractat. de success. ab intestato. §. successio ab intestato. q. 20. Petrus Gregorius. 3. p. Syntagm. lib. 45. cap. 9. Couarr. in 4.2. par. cap. 8. §. 5. nu. 3. Roderic. Suarez in l. 1. *todo home*. num. 21. & sequentibus, tit. 6. lib. 3. fori. vbi in additionib. plurimos congerit Iacob. Valdes. §. *Prædicta de naturalium*. lit. A. & cum ampliationibus & limitationibus Petrus Dueñas reg. 366. Ioan. Rojas iam relatus, cap. 20. Ioann. Matienço in l. 6. glos. 3. titu. 8. lib. 5. Recopil. & ibi. Alphons. de Azebedo. & in l. 7. illius tituli. Ioan. Gutierrez lib. 3. practi. quæst. cap. 55. per totum latissimè Didacus Spino in speculo testamen. glos. 16. principali. *de filio spurio*, qui sub num. 1. infinitos rem prosequentes adducit, videndi ad plures quæstiones præter Ant. Gom. & alios Tauristas in l. 9. Tauri.

10 Quæ omnia etsi generaliter in omnibus spurijs filijs sint admittenda, maximè tamen in filijs clericorum, vt expressè. d.l. 6. ti. 8. lib. 5. recopil. cauetur, iuxta quam illud obseruandum est, quod etsi ea lege solum filijs clericorum in bonis parentum successio prohibita videatur;
11 † eadem tamen ratione, ipsis parentibus in bonis filiorum prohibita est, vt docuit Azo in summa C. de legitimis heredib. Couar. in epitome succes. ab intestat. num. 13. Ant. Gomez in l. 9. Tauri. num. 45. & alij, quos refert Ioan. Rojas d. cap. 20. num. 135. & cap. 30. num. 26. Dueñas vbi supra ampliatione. 7. † Est enim in hac tractatione regula perpetuo obseruanda, ius legitimæ successionis mutuum & reciprocum esse inter eos de quorum successione agitur. vti in hac specie probabis ex d.l.fi. spurius. 4. D. vnde cognati, & generaliter ex. l. lege duodecim tabularum. 4. versic. *cum & aliã*, C. de legitimis here. l. communium. 9. authentica licet. versi. *hi ergo*, C. de naturalib liberis. Authent. quib. mod. naturales eff. sui. §. filium & §. de nepotibus. l. 8. tit. 13. par. 6. tradit Iason in rub. num. 27. D. de acq. possess. docens eam regulam tam affirmatiuè, quàm negatiuè procedere, nisi data paritate rationis. Ant. Gom. in d.l. 9. Tau. n. 51. Ioan. Matienço in d.gl. 3. nu. 11. Palæotus. c. 39.

13 † Vnde & illud infertur, quod quemadmodum spurius clerici nec patris propinquis succedere potest, quia nempe illis nec agnatus, nec consanguineus est, d.l.si spurius. l. fi. C. de natu-

natural.lib.d.§.filium.l.fin.tit.13. par.6.l.6.d. tit.8.lib.5.recopilat.ibi: *Ni puedan auer, ni heredar los bienes de sus padres clerigos, ni de otros parientes de parte del padre.* vbi glos.4.num.1.plu-
14 res retulit Ioan. Matiençó; † ita nec propinqui, siue consanguinei patris clerici succedere spurio filio ab intestato poterunt, vt resoluit Gregor.in l.11.tit.13.par.6.glo.magna ad fin. contra Cisuentes relatum,& satis probatur ex tex. d. §. filium,& regula proximè adducta, quam pulcherrimè explicant Matiençó,& Palæotus vbi proximè.

15 Verum hæc omnia limitari debent vbi pater filio spurio alimentorum causa aliquam suæ substantiæ portionem testamento suo reliquit vel viuus donauit, est enim spurius huius legati capax, si non iure Ciuili, ex tex. in authentica ex complexu. C. de incestis nuptijs (iuxta communes interpretationes, quas tamen nunc non disputo, de quibus per mox referendos) iure quidem Canonico ex tex. vulgari in c.cum haberet. 5. de eo qui duxit in matri. quam poll.per adulter. & cap. per venerabilem.13. qui filij sint legitimi. ex quibus constat etiam spurios à parentibus suis alendos esse; quod & Regio iure cauetur in l. 5.tit.19.par.4.l.2.tit.7.par.2.l.9.Tauri.l.7.ti. 8.lib.5.recopilat.l.11.in fi.ti.20. in foro Can-
16 tabriæ; † quibus tamen illud Pontificis canonibus additū est; quod & si Pontificio hoc iure alimentorum quantitas taxata non esset, sed relinquenda, aut inter viuos præstanda iuxta parentum facultates, hodie tamen spurijs his filijs vltra quintā bonorūsuorū partē relinquere nō poterit pater, vti ex eisdem legibus cauetur: iuxta quas,& plures quęstiones, quæ circa alimenta illegitimis præstāda quotidie occurrunt, videndi sunt omnino rem hanc latissimo sermone disputantes Ioannes Rojas d.tract.de success. ab intestato, cap.21. per totum, cum pluribus seq.Gabr. Palæotus lib.de nothis & spurijs filijs, ex cap.41. & qui infinitos ex nostris, & exteris refert Lara de Cordoua in l. si quis à liberis.§. idem rescripsit, ex num. 4. D. de lib.agnoscend. alios refert Iacobus Valdes in additionibus ad Rod.Suarez in l.1. *Todo home*, tit.6.lib.3.Fori.§. *Secundum est*. Ioann.Matien.in l.7.glos.4.& in l.8. glos.1.titu.8.lib.5. nouæ recopil.Ioan.Gutier.lib.3.pract.quæst. c.55.& ca.93.omnes Tauristæ in d.l.9. Taur. maximè nouissimi Velazquez de Auendaño, & Guillen de Ceruantes. & ij quos retulimus sup. nu.9.hoc.§.Gregor. Lopez Madera lib. sing.animaduers.c.32.ex n.1.

17 Quibus illud addes, quo casu spurius filius alimentorum legatum accepit, siue à patre suo, eiúsve heredibus & successoribus, siue testamenti executoribus, posse postmodum, vel viuum cui voluerit donare, vel testamento suo relinquere, ex dict.l.9.Tau.ibi: *y de la tal parte, despues que la auieren puedan disponer en su vida, ò al tiempo de su muerte los dichos hijos illegitimos*, l.7.ti.8.lib.5. recopil.quod & in filijs naturalibus disponit.l. 10. Tau.versi.*de la qual parte*, l.8.ti.8.lib.5.Recop. Etsi enim antiquo iure ciuili alimenta filijs legata vel donata, seu tradita ad heredes filiorum minimè pertineant ex Baldi doctrina, in l.eam quam, num. 41. C. de fideicommissis, quam exornant statim referendi; iure tamen huius Regni hoc ita expressè dispositum est, vt ex eisdem legibus notarunt plures, quos adducunt Ioan.Rojas,d.cap.21.n. 84.Ioan.Matiençó in d.l.7.glo.10.& in d.l.8. glos.3.Iacobus Valdes in additionibus ad Rod. Suarez, ad l.1.titu.6 lib.3.fori.§. *Secundùm est*, litera. A. † quod tamen tu limitabis nisi ex-
18 pressa vel tacita voluntate testatoris colligatur noluisse quintum spurio legatum, ad eius heredes transmitti, vt si quid annuum legauit, quod vita finitur, argum.tex.in l.cum hi.8.§. si vni.§.vult igitur, vers. *modus autem*, D.de transactionibus, vel quando fructus alicuius prædij relictus est.l.dominus.64.D.de vsufructu. vel si pater filium suum spurium grauauit post mortem restituere, quod rectè efficere potuit; vt notat.Ant.Gom.in d.l.9.Tau.nu.41.Ioan. Matien.d.glo.3.nu.5. Quod si spurius de alimentis, vel quinta parte pro alimentis relicta non disposuerit, ad eius non ad patris pertinent heredes, vt cum alijs resoluit Ioan. Matien.vbi proximè,num.6.

19 Quod si pater, matérve filio spurio alias incapaci præter alimenta aliquid relinquere, tutius nihil occurrit, quam vt ipsum spurium heredem instituant sub conditione si à principe fuerit effectus legitimus, tunc enim sequuta legitimatione, patris, matrisve hereditatem absque animæ periculo obtinebit, quia placuit in-
20 capacem, in tempus quo capere † possit instituti posse.l.in tempus 62. D. de heredib.instituend.l.sicut.3.& ibi glos.in princip.D. quib. mod.vsusfruct.ammittatur. Nec obstat regul. l.si alienum. 50.§.in extraneis. D. de heredib. instit. quæ procedit in conditione extrinseca, secus in conditione intrinseca, & quæ à iure intelligitur, qualis hæc. *Cum capere poterit heres*, quinimo spurius ita institutus, pendente conditione bona petere poterit, & ea vt curator administrare ex bonorum possessione secundùm tabulas, ex l. si quis instituatur heres in diem.23.D.de hered.instituend.coniuncta.l.2. §.si sub conditione.l.hi demum.6.l. si sub conditione 5.D. de bonor.poss. secundùm tabul. hocque modo securè patrem testari. & spuriū institui scripserunt post Bal.Aretinum, & Alexand.in l. Gallus.29. §.institue.s.D.de liber. & posthumis, & alios antiquiores à se relatos, Ioan.Lopez de Palacios Rubios, in rubric. de donationib.inter virum.§.29. num.4.Ant.Gomez in l.9.Tau.n.18.& nu.19.Petrus Dueñas

regul.

regul.366.limitatione.1.Couar.in 4.2.part.c. 8.§.5.nu.12.Costa.in 2.par.§. & quid si tantũ. nu.172.Didacus Segura,& ibi Didacus Perez. in l.coheredi.41.§.cum filiæ.nu.121.D. de vulgari.Ferdinã.Menchaca.qq.illustriũ.cap. 102. nu.19.& in l.si quando.nu.69.C. de inofficioso testamento.Ioan.Matienço.in l.6.glos. 8. nu.19.& in l. 10.glos.1.nu.19.titu.8.lib. 5.nouæ Recopilationis.

21 Proximum superiori consilium erit,si idẽ pater eodem illo testamẽto,quo spuriũ,*si princeps eum legitimauerit*, heredem fecerit, aliquẽ amicum ei valde fidum heredẽ simpliciter instituat,cui secretè filium commendet , caueat tamẽ ne eum tacitè vel expressè restituere incapaci filioroget.Poterit enim is qui simpliciter institutus est postmodum filium illum spurium vel heredem instituere , vel ei restituere hereditatem,quoniam postquam heres à patre institutus hereditatem adiuit,iam nõ est hereditas,sed heredis patrimonium.tex.in §.1.supra de heredum qualitate.l.sed si plures. 10. §. filio impuberi.D.de vulgari. vnde si ipse aliquid filio incapaci dederit, spurius rectè accipiet,quia non à patre suo,sed ab herede institu to,cui prohibitum non est succedere , accipit, ita consulit Speculator.titu.de succes. ab intes. §.1.versi.*quid si pater*,nu.30 . & potest confirmari ex doctrina Accursij verbo , *participium*, in Authentico quib.modis natural. effic.sui.§. fin.collation.7.Bart.in l.fin.num.9 . D.de his quib.vt indign.est que communis cautela ex Ludouico de Sardis,cuius meminerunt Anto. Gomez in dict.l.9.Tauri.nu.18. Couar. in d. 22 §.5.num.11.alios eam probantes referentes. † Cæterum ego quamuis videam probari eam non male posse, ex 1.C. Modestini sententia, in l.qui Titij testamentum.7.D.de his quib.vt indign.nõ satis tutũ spurium existimarẽ, neq; in foro cõscientiæ,neq; in foro exteriori,periculũ enim est,ne fraus legi facta præsumatur,vt Bar.sentit vbi proximè,nisi institutus heres legitimus filius testantis esset,quo quidẽ heredẽ instituente filiũ spuriũ, præsumendum esset, potius fraterno amore,quàm patris iussu instituisse spurium,vt insinuat Baldus in dict.l.eam quam.nu.54.C.de fideicommissis.Couar.dict. nu.11.quãuis vsu receptã eam viderim,& tunc 26 sine scrupulo cum institutus à patre spurij est illustris aut nobilis persona in qua cessat dolosa præsumptio.

23 Poteric etiam pater, si spurius filius cũ aliquo omnium bonorum suorum presentium & futurorum societatem contraxerit, spurij filij socium hæredem instituere,vel ei magnam suę substantiæ portionem legare , eo etenim ipso dimidia hæreditatis, vel legati pars spurio acquiretur,ex regula.l.3.§. cum specialiter. l. cũ duobus.52.§.locium vniuersa bona. l.si societatem.73.D.pro socio.quibus consonat l.6.titu. 10.part.5.vti consuluerunt post Ludouicum de Sardis & alios Cepola. tractatu Cautelarũ, cap.38.versi.*Septima cautela*.Baldus in l.1.ad finem.C.pro socio,Gabriel Mudęus in d.§.cum specialiter.Bartol.per textum ibi in l.si is qui duos.30.versi.*quod si socij sint*.D.de liberatione legata.Ioannes Lopez de Palacios Rubios in rubri.de donatio.inter vir.§.65.nu.11. Couar. d.§.5.nu.11. Verum hoc cõsilium mihi quo ad forum animæ spectat non omnino tutum videtur propter fraudis non leuem coniecturam, non enim expedit hisce vti dolis ad sanctissimarum sanctionum effugiendas iustissimas prohibitiones, vti idem Couarruuias paulò superiùs relatus animadúertit.

24 Quare longè securiùs erit si clericus qui filiam spuriam vel filium spurium habet, quintam partem bonorũ dotis nomine,vel ex causa donationis propter nuptias eis assignet,relì quam verò donationis titulo genero , aut nurui concedatur.nam etsi Ioannes Andr.& Cardinalis.in cap.1. de testamẽtis existimauerint, hoc genus contractus fraudis suspicione arguì posse,contrariũ neruosè defendit Petrus Duenãs.regula.366.versi. *Porro circa hanc regulam.* & sequitur,licèt nõ referat,Antonius Gomez in d.l.9.Taur.nu.17.Ioannes Yañez Parladorius.lib.1.rerum quotidianarum.cap.16. † & 25 probari videtur ex l.fin. D. de his quib. vt indign.vbi si gener socerum heredem reliquerit taciti fideicommissi suspicionem sola ratio paternæ affectionis nõ admittit. nam quod in genero ibi definitur,in socero quoque recipiendum est,correlatiuorum enim eadem est disciplina,vt vulgò dicitur . quod & in specie probat textus expressus.in Cap.1.de testamentis. vbi Episcopus nurum suam heredem instituit, neque tamen fraudis suspicione talis institutio vitiatur. Sed hæc cautio,licet non legi, ipsi tamen clerico captiosa videtur,quia forte si filia, aut filius sine liberis decesserint, clericus bona genero,nuruive data, simul cum filijs perdet. hoc igitur periculum eum subire oportet, nam si pactione comprehensum sit,vt filio, filiáve, sine liberis defuncto,defunctáve , ad clericum bona reuertantur,aperta legi fraus fit,& proinde sequenda esset opinio Ioannis Andreę.

Quo ergo pacto cautius clerico consuli poterit?eo sanè,vt bona quæ in dotem danda,aut propter nuptias donanda sunt,non proprietatis,sed vsusfructus iure ipsis filijs quoad vixerint,concedantur,ea lege & cõditione, vt post ipsorum mortem,ad filiorum liberos, ideſt clerici nepotes bona pleno iure reuertantur, nam eo casu non facile vsusfructus æstimatio quincuncis quantitatem egredietur, ac proinde legitima erit dotis cõstitutio,vt post Bartolum, cui hæc cautela prius placuit,in l.fin.D. de his quib.vt indignis.& Roder.Suarez.in l. 1.titu. 6.lib.1.fori.§.*prædicta de naturalium successione*. exi-

existimat Parladorius.dict.cap.16.nu. 9 quod si casu filia filiúsue sine liberis decesserint,clericus bona non perdet,cum vsusfructus ad proprietatem redeat . Addo ego apud Lusitanos quoad medietatem bonorum quæ in dotē nurui data sunt.& vt ea filio spurio acquirantur, tutissimam superiorem cautelā esse,apud quos ex solis nuptijs omnia bona fiunt communia. lib.4.ordinationū.tit.7.in principio notat Petrus Barbosa in l.si constante.25.in princ.nu. 135.D.soluto matrimonio.Ioan. Gar.de conjugali acquæstu.nu.2.ergo si clericus nurui omnia bona sua donauerit,eo ipso dimidia omniū bonorum pars spurio communicabitur,& è cō uerso si genero dederit medietatē spuria lucrabitur,quod menti tenendum est.

27 Filiorum autem liberis,hoc est clerici nepotibus,clericum expressè rectè relinquere & in eorum fauorē fideicommittere posse dubitari non potest,& sentit glossi.verbo.*penitus*,per text.ibi.in l.fin.C.de naturalib.liber.non solū si nepotes ij ex spurio filio nati legitimi, aut naturales sint,verum etiam etsi & hi quoque sint spurij,vt cum Imol.Alex.& Baldo resoluit doctiss.Roder.Suarez.in l.9.titu. 11. *de los pleytos*.lib.1.fori sub num.5.& in l.1 *todo home*. nu.17.titu.6.lib.3.fori. Ant. Gomez in d. l.9. Taur.nu.17.vbi Castillus & alij , Couar. d. ca. 8.§.5.nu.13.Pinelus.in l.3.nu.22. C. de bonis maternis,& cum infinitis,quos referre & trāscribere otiosum sane esset.Iacobus Valdes in additionibus ad Rodericum Suarez in d.l.9.§. 1.litera.D.Ioan.Matiençó.in l.6.glos.8. num. 28 21.titu.8.lib.5.recopil. † quod tamen limitādum est in nepote nato ex filio incestuoso,hic etenim ab auo instituí nō potest,etiam filijs legitimis descendentibus secūdum Bal.per textum ibi.in l.si quis incesti,nu.2. C.de incestis nuptijs.resoluit Couar.d.num.13. cum infinitis Matiençó.in d.glos.8.num.23. quemadmodum neque ab auia materna , nepos spurij ex damnato coitu nati,propter quē mater incurrit pœnam mortis instituí poterit,nec ei succedere,vt latè probat Tellus Fernandez in d.l.9. Tauri ex nu.24.authoritate Matthesilani. de succes.ab intest.2.memb.1.art.nu.2.versi. *Ideo dico*,Ioan.Baptista in l.si qua illustris num.56. C.ad Orfician.Matiençó in l.7.glossi.8. num. 3.titu.8.lib.5.recopilat.

29 Sunt & alij plures modi quibus spurijs filijs vltra alimēta aliquid potest relinqui , quos omnes quia sigillatim prosequi,neque otij,neque instituti nostri est,qui de successione ab intestato agimus,eos indicasse sit satis,duodecim congessit Ludouicus de Sardis.tractatu de legitimatione fol.vlti.transcribit Cepola tractatu cautelarum cap.38.tres alios addit Gualdēsis. de arte testandi,titulo.1.cautela.14.fo.23.nōnullos adducit Didac.Perez in l.1.tit.2.lib. 5. antiq.ordinam.pag.69.& alij,quos referunt supra relati. † Cæterum præter modos suprà relatos,ille vtilior,vt spurius filius alteri filio legitimo impuberi,sicque fratri suo impuberi pupillariter substituatur,sunt enim qui putent consequi eum sic,vt iuisque & patris,& fratris hereditates posse,sed an sit verū disputāt omnes per textum ibi in l.si is qui ex bonis.6. D. de vulgari,nouissime Ioannes Matiençó . in l. 6.glos.3.ex nu.5.d.titu.8.lib.5. nouæ recopil. Ioan.Gutierrez omnino videndus.lib.3. practic.quæstionum quæstione.55. & Guillen de Ceruantes qui quæstionem proponit in matre ex priuilegio pupillariter substituente in l. 9. Tauri.ex num. 27.An autem ex substitutione vulgari,vel fideicommissaria videbis eundē 31 Matiençó.vbi proxime. † An autem executores testamenti paterni,qui pauperibus elargiri testatoris bona iussi sint,spurio eiusdem testatoris donare aliquid extra alimenta possint, videbis Ioan.Lopez de Palacios Rubios.in rubrica de donat.inter vir.& vxor §.65. nu. 49. & in capite per vestras.3.notabili.§.24. num. 2.Ioan.Matiençó.in l.7.titu.8.glos.5. num.3. Ioan.Gutierrez.lib.3.cap.55.nu. 41. & num. 32 43. † Et an spurijs possit à patre inter viuos aliquid donari,vide per eundem Matiençó . in d.l.6.titu.8.glo.6.& glos.8.ex num.1. vbi etiā glos.7.num.2.& num.14. disputat an sub figura emptionis,si vera intercedat numeratio possit pater filio spurio aliquid vendere.& latè in l.8. titu.8.glos.1.nu.8.An spurio deficientibus filijs legitimis possint alimenta quintam partē bonorum excedentia relinqui . Hæc indicasse sit satis iuxta successionem filiorum spuriorū in bonis paternis.

De successione spuriorum filiorum quo ad bona materna , & interpretatione.l.9.Tauri.l.7.Titulo.8, lib.5.nouæ recopil.§.8.

1 *Spurius iure Pandectarum,Codicis,& Partitarum etiā legitimis extantibus matri succedit.*
2 *Spurius illis iuribus matri illustri non succedit.*
3 *Naturalis filius matri cuiuscunque conditionis etiam legitimis extantibus succedebat.*
Mater spurijs & naturalibus qui succedere poterant, succedebat.
4 *Illustres matres quæ? remissiuè.*
5 *Silentiarij,& silentiariorum decuriones qui?*
6 *L.9.Tauri l.7.tit.8.lib.5.nouæ recopilat.*
7 *Spurius legitimis non exstantibus matri, nouissimo quoque iure ex testamento & ab intestato succedit.*
8 *Spurij matris inofficiosum testamentum dicere possunt etiam si illustris sit, contra plures.*
9 *Spurius legitimis extantibus matri etiam non illustri,nouo iure non succedit,& quare?*
10 *Spurijs,etsi legitimi extent,potest mater quintē bono-*

bonorum partem relinquere.

11 *Spurius, qui ex eo coitu natus est ob quem mater pœnam mortis naturalis incurrit, etiam legitimis non extantibus matri non succedit.*

12 *Spurij hoc casu ad consanguineorum ex parte matris successionem admittuntur.*

13 *Mors ciuilis morti naturali similis cum idem ex vtraque resultat effectus.*

14 *Coitus damnatus & punibilis, quamuis dicatur quicunque lege damnatur: in hoc tamen casu is coitus damnatus dicitur, si propter eum mater mortis naturalis pœnam incurrat. & numer. 16.*

15 *Coitum eiusmodi esse, vt filius à successione excludatur, quamuis mater neque cõdemnata, neque rea postulata sit. satis est. & n. 19.*

17 *Filius ex adultera muliere natus matri nõ succedit.*

18 *Adulterij pœna in muliere olim mortis nõ erat, hodie ex legis permissione & mariti voluntate mors ei infligitur.*

20 *Filius ex adultero & soluta matri succedit, & quare? num. 21.*

22 *Filij incestuosi matri succedere possunt, nisi ex eis qui primo gradu coniunguntur nati sint. & num. seq.*

23 *Incestus potest appellari quælibet illicita coniunctio.*

24 *Incestus dicitur coniunctio inter affines, siue cõsanguineos.*

25 *Incestus pœna quæ iure Regio? & numer. seq. & conciliatæ. l. 15. titul. 17. & l. 3. tit. 18. part. 7.*

26 *Incestus inter ascendentes & descendentes, & inter fratres & sorores pœna mortis naturalis punitur: in alijs gradibus arbitrariè.*

27 *Affinitas ex copula fornicaria in tertio, & quarto gradu transuersalium neque impedit, neque dirimit matrimonium.*

28 *Filius natus ex coitu inter affines in tertio, & quarto gradu ex copula fornicaria, naturalis est & patris & matris respectu.*

29 *Filius ex muliere quæ cum Iudæo, vel Mahometico coit matri non succedit, quia is coitus pœna mortis naturalis punitur.*

30 *Filius ex muliere raptum committente, cui pœna mortis infligitur, matri non succedit.*

31 *Filius ex ea quæ proprio seruo se immiscuit, quæ capitaliter plectitur, matri non succedit.*

32 *Filius natus ex congressu famuli cum domina sua, vel cum filia, aut consanguinea vel affine domini sui, an matri succedere possit? & num. sequen.*

33 *L. 4. l. 6. tit. 20. lib. 8. Recop.*

Cobijera *olim, quæ hodie Camerera appellatur.*

1 DOCET Iustinian. in l. si qua illustris. 5. C. ad S. C. Orficianum, spurium filium legitimis extantibus illustri matri neque ex testamento, neque ab intestato succedere: ergo si mater non sit illustris, etiam supersititibus legitimis spurium admittendum esse satis expresse probat, neque putes argumentum hoc à contrario sensu dissonum hic esse, siquidem hoc ipsum expresse iure Digestorum cautum reperies. l. hac part. 2. l. si spurius. 4. l. Modestinus. 8. D. vnde cognati. l. 1. §. sed & vulgò. l. 2. in prin. D. ad S. C. Tertull. l. si suspecta. 29. §. 1. D. de inoffic. test. consonat tex. in §. nouissimè. infrà de S. C. Orficiano. notat vbique Accursius, Sicque generaliter dicendũ est antiquo iure spurium cum legitimis ad matris successionem ex testamento & ab intestato ex proxime adductis, admitti, nulla † enim 2 illo iure inter naturales & spurios, quoad maternam successionem attinet, differentia erat, sed pariter omnes admittebantur exilla ratione, quam iam suprà de naturalibus loquentes animaduertimus, videlicet matrem semper certam esse. l. quia. 5. D. de in ius vocando. l. 5. tit. 19. part. 4. l. 11. tit. 13. part. 6. itaq; vulgò quæsiti liberi matris, & mater talium liberorũ hereditatem habent, item & fratres ipsi inter se, quia sunt inuicem sibi cognati. Quod & nouiori iure Codicis admittendum etiam fuit in naturalibus filijs, cuiuscunque conditionis mater esset, ex d. l. si qua illustris. † in spurijs nõ 3 ita, quia licèt matri vulgari, & plebeiæ legitimi successores essent, non tamen illustri, ex dicta. l. si qua illustris. quam probauit l. 11. titul. 13. l. fin. tit. 14. part. 6. latè Ioan. Rojas de succeff. ab intest. cap. 26. † vbi ex num. 4. cum 4 seq. ad illius tex. explicationem quæ sint illustres mulieres explicat. Qui tamen †, (vt obiter id dicamus) manifestè errat, dum supremos Principis consiliarios, quos illustres esse dicit, silentiarios in iure vocari existimat, 5 eo quod Principis secreta seruari sint obnoxij, sicque accipiendum esse titulum. C. de silentiarijs & decurionib. eorũ. lib. 12. sed manifestè errat, vt multi alij antiquiores, verius enim est, silentiarios non à secretis Principis esse, sed qui curam habent, ne quis in Principis palatio strepitus excitaretur, & vt silentiũ seruaretur. Procopius li. 20. de bello Persico ait. *Romani ad ea quæ quietis sunt in palatio ministrũ silentiariũ vocant.* qui eis prçerant Decuriones silentiariorũ dicebantur, vt toto titulo de silentiarijs, & exacte obseruat Guid. Pãcirol. ad notitiã vtriusq; Imperij. c. 61. Is magistratus apud alios Comes Spathariorum dicebatur, nunc dicere possumus *Capitan de la guarda*, ex ijs quæ scientissimè, accuratissime quoque adducit Dominus Garsia de Loaysa in magna collectione Conciliorum Hispaniç in notis ad Con. viii. Toletanum. pag. 461.

6 Sed vt ad d. l. si qua illustris redeamus, eius decisionem, quamuis legibus partitæ compro baram nouiora iura Castellæ emendarunt, nã ex. d. l. 9. Taur. l. 7. tit. 8. lib. 5. recopil. sancitum est,

eſt,& generaliter traditum vt exiſtentibus legitimis, mater vltra quintam bonorũ partem ſpurijs neque relinquere neque donare poſsit: his verò deficientibus,omnem ſuam ſubſtantiã ex teſtamento&ab inteſtato ſpurios accipere, duobus exceptis caſibus,videlicet ſi filius habitus ſit ex coitu propter quem mater damnari poſſet ad mortem naturalem. Item quando filius ex clerico , vel altero qui religionem profeſſus ſit: quæ quia quotidiana paulò attentius ſunt examinanda. † Conſonat ergo,vt iam vides ius noſtrum regium antiquo ciuili Romanorum , vtroque enim ſi nulli extent legitimi liberi ex teſtamento & abinteſtato ſpurij admittuntur, † dicuntque matris teſtamentum inofficioſum ſi prẽteriti ſint.d.l.ſi ſuſpecta.29. §.1.D.de inofficioſ.teſtam. hic eſt ſenſus . d.l. 9.Taur.ibi.*le ſean herederos legitimos ex teſtamento*.vt ſuprà notauimus.§. 5.nu.14. quamuis nõ ita interpretetur Matienço in d. l. 7.gloſ.7.n. 1.qui exiſtimauit ex teſtam.tunc ſpurios ſuccedere cum inſtituti à matre ſunt,errat tamen, conuinciturque expreſsè ex.§.ſunt autem.infrà de bon.poſſeſſ.eſtq; concors ſententia ſpurium contra matris teſtamentum admitti deficientibus legitimis deſcendentibus,etiam ſi mater legitimos heredes aſcendentes habeat , ex eadem lege.ibi.*aunque tenga padre,ò madre,ò aſcendiẽtes legitimos*.quod præter ordinarios ibidem explicuit & notauit Couar.in 4.2.par.c. 8.§.4.in fine.ita deciſum in Rota teſtatus,ſecũdum Caſiodorum deciſ.vnica de ſucceſ. abinteſta.quod etiam admittendum eſt etſi mater ſit illuſtris,quamuis enim in d.l.ſi qua illuſtris.matri illuſtri ſpurij non ſuccedunt legitimis extãtibus,ſi tamen legitimi non extent eſſe ex teſtamento & abinteſtato admittendos magis probo,cum Angelo.Ioan. Bapt.& Tello Fernan.quos ſequutus refert Io.Matien . in d.l.7. gloſ.7.num.2.quia ante dictam legem indiſtinctè ſpurij admittuntur, ſiue mater ſit illuſtris, ſiue non ſit illuſtris, hic autem illud tantũmodo expreſſum eſt,vt legitimis exiſtentibus nõ admittantur ſpurij ad materna bona , ergo eis deficientibus, nihil ſpurios admitti impediet, vti clarè inſinuare videtur.l.11.ibi. *no deue heredar de los bienes de ella el ſpurio con el legitimo*.tit. 13.part.6.

9 † Extantibus verò legitimis deſcendẽtibus, ſpurij nunquã ſuccedunt,nulla habita diſtinct. illuſtris mater ſit,an infimæ & abiectæ conditionis,correcto & antiquato hac in parte veteri iure Digeſtor . Cod. & Partitarum per nouiores has leges.9.Tau.& 7.tit.8.lib.5.recopilationis:& merito,quoniam etſi verum ſit ipſa natura conſiderata,ſanguiniſque ratione attenta non minus filios eſſe ſpurios & naturales, quam legitimos.l.2.l.4.l.8. D. vnde cognati.l. 1.§.ius naturale.D.de iuſt.& iur.expedit tamẽ Reipublicæ cui caſtitatis obſeruatio præcipuũ debitum eſt,ſpurios filios non naſci,natos non ita vt legitimos ali,ex pluribus etiam ſacræ paginæ authoritatibus , quas adduxit alios referens.Ioan.Matien.in d,l.7.gloſſ.3.num.3.Velaz.de Auend.in d.l.9.gloſſ.3.nu.3. † quamuis poſsint eis matres vel in vita vel in morte quintam bonorum ſuorum partem donare ex eiſdem legibus,iuxta quas præter ordinarios, videbis Ioann.Rojas,de ſucceſſ.abinteſtato.c. 14.& cap.15.& cap.26.Couar.d.cap.8.§.4.& §.5.Mieres.in tract.de maioratibus .2.part.q. 2.num.4.cum alijs.

10

Sed hic illud notandum eſt;quod ſuprà nũ. 6.diximus filios ſpurios legitimis non extantibus,ex teſtamento & abinteſtato ſuccedere, primò limitãdum eſſe quoties ex damnato & pumibili coitu nati ſunt,tunc enim non ſolum patri non ſuccedunt,iuxta tradita ſuperiori. §. 7.verum nec matri,nec alijs aſcendentibus . ex Authentica ex cõplexu.C.de inceſtis nuptijs iuncto.§.fin.ibi.*neque alendus eſt à parentibus*. in Authentico quibus modis naturales effic . ſui. collatione.7.l.penult.tit.13.part.6.notat Bar. in d.l.fin.D.de his quibus,vt indignis.latè Gabriel Paleotus.lib.de nothis & ſpurijs.cap.43. ſi coitus talis ſit, vt propter eum mater pœna mortis naturalis puniatur.ex d.l. 9. Taur.ibi. *Saluo ſi los tales hijos fueren de dañado y punible ayuntamiento de parte de la madre*. iuncto verſic. *y queremos, &c*. & his quæ in eius propoſito ſcripſerunt Antonius Gomez & Ioannes Matienço,& alij.† Iuxta quam legem(antequàm caſus in quibus mater pœnam mortis naturalis incurrit proſequamur.) etſi valde ſit dubitatum,an ad conſanguineorum ex parte matris ſucceſsionem filij hi ſpurij damnati admittantur?ſintque plures qui eos excludendos exiſtiment,veriſsima ſententia.eſt,eos admitti oportere,vti ex multis reſoluit Velazquez de Auẽ daño.in d.l. 9. Tauri. gloſ. 6. ex num.3.quem omnino videas.

11

12

Deinde & illud obſeruabis quod etſi in iure noſtro ſoleat ſæpè ciuilis mors naturali æquiparari,vti ex l.Gallus.29.§.& quid ſi tantum. D.de liberis & poſthumis.deduxerunt ibidem communiter Doctores maximè Angelus nu. 1.Galiaula num.8.Salomonius num.23.& probat textus in l.actione.66.§.publicatione . D. pro ſocio.l.1.§.fin. ad finem . D. de bonorum poſſeſſ.contra tabul.l.ſi necem.4. §.ſi deportatus.D.de bonis libertorum,id tamen cum indiſtinctè recipiendum ſit,cum idem ex vtraque mortè reſultat effectus, iuxta ſuperiora iura quæ ſic intelliges , & textum expreſſum. in d. §.& quid ſi tantum.& in l.cum pater.79. §.hereditatem.in 1.D.de legatis.lib.2.l.ex ea parte.121.§.in inſulam. D. de verb. obligationib. l.Statius Florus.48.§.Cornelio Fælici.D.de iure fiſci.& in caſibus tantũmodo à iure expreſſis,vt notant omnes in d.§.& quid ſi tantum,&

13

cum

cum pluribus Velazquez de Auendaño. in l.
14 4.gloss.4. nu.2.in legibus Tauri. † in hoc casu,vt filius à matris succesiooe excludatur,huiusmodi esse delictum oportet,ob quod pœnã mortis naturalis mater incurrat, ex dicta. l.9. Tauri.ibi.*y queremos que entonces se diga dañado, y punible ayuntamiento, quando la madre por el tal ayuntamiẽto incurriere en pena de muerte natural.* nec eam ciuilem incurrere satis erit, vti nominatim ibidem aduertit Palacios Rubios. sub n. 33.Velazquez de Auendaño.gloss.9. num. 9.
15 † Sufficiet autem delictum fuisse commissum, & ex eo filium procreatum, quamuis mater, neq; condemnata,neque rea postulata sit.ex d. l.9.ibi.*incurriere en pena de muerte natural*. vt post Speculatorem notauit Socinus, in consilio.148,num.4.& 5.Gabriel Palæotus. de nothis & spurijs cap.40.num. 6. Tellus Fernandez.in d.l.9.Taur.num.12.& num.13.
16 Sed qui sint iure nostro coitus damnati & punibiles audiamus oportet: & sanè quamuis regulariter,punibiles & damnati coitus dicantur illi qui aliqua lege damnantur, Iulius Clarus.lib.5.receptarum sententiarum.§. *Fornicatio*.nu.5.qui septemdecim casus exteriori pœna punibiles refert,& explicat,post Bartolum in l.fin.num.4.D.de his quibus vt indignis, & ita securè doceant & rectè,Palacios Rubios.n. 30.Tellus Fernandez num.3. in d.l. 9. Tauri. Gregorius.in l.11.verbo. *Natus ex coitu damnato*.titu.13.part.6.Couar.in 4.2.par. §. 5. num. 15.sub cap.8.Ioannes Martinez Olano in concordia iuris verbo *coitus*.num.41.Gabriel Palæotus de nothis & spurijs.cap.16. nu. 5. Idẽque iure Regio in vniuersum admittendũ quo ad alios effectus sit,vt dictam.l.9. explicantes, 21
rectè notarunt Olano.vbi proximè.num. 42. Velazquez de Auendaño,in eadem.l. 9. glos. 9.num.5.Quo ad hũc tamen effectum successionis de quo agimus,non solum lege coitum damnari & puniri, verum propter eum matrẽ pœnam mortis naturalis incurrere oportet,vt ab eius successione filius excludatur.
17 Ecce si filius ex adultera matre susceptus sit siue cælebs sit pater,siue coniugatus,is etenim filius etiam prole legitima deficiente matri nõ succedet,notat ex iure ciuili Romanorum Accurs.verbo.*admitti*.in.§.nouissime, infrà de S. C.Orficiano,sequuntur plures quos referunt Ioãnes Matiençø.in d.l.7.glos.11.n.6.Velazquez de Auendaño.d.glos.9.num.9.Ceruãtes, ibidem.num.45.qui & iure nostro Regio idem quoque admittendum rectè docent, & securè post magnam disputationem Tellus Ferdinan 22
dez.in d.l.9.Tauri num.9.ad.13.Couarr.d.§.5. num.15.Ioannes Rojas de successionibus ab intestato cap.26.num.29.contra Gregorium, in
18 d.l.11.verbo. *natus ex coitu damnato*. † Nam 23
etsi iure communi & regio Partitarum in adulteram mulierem pœna mortis non sit statuta, Authentica sed hodie.C.de adulterijs.l.15.tit. 18.part.7.exornat Andreas Tiraquellus.ad leges connubiales.cap.13.num. 19. cautumque nouioribus legibus sit,eam marito tradẽdam, vt vel dimittat,vel occidat, aut aliàs pro arbitrio puniat.l.1.titu.7.lib.4.fori.l.2.in fine.tit. 15.lib.8.ordinamenti.l.1.titu.20.lib. 8. nouæ recopilationis l.80.cum sequẽtibus in legibus Tauri.exornat Dominus Ioãnes Vela de Acuña.lib.de delictis.cap.1.pag.7. Satis tamen est ex permissione legis & voluntate mariti adulteram morte naturali puniri posse: † quinimo iuxta notata suprà num.15. securè resoluẽdum,adhuc filium ex adulterio susceptum,quãuis maritus vxori pepercerit,& pœnam remiserit succedere nõ posse,neque filijs legitimis aut cognatis quibus ad vxoris bona ius quæsitum iam est,præiudicium irrogari:quod menti tenendum est.Idque longè magis admittendũ si adulterium cum incestu mulier commisit.ex l.si adulterium cum incestu.38.D.ad legem Iuliam de adulterijs.& ijs quę resoluit post alios Velazquez de Auendaño.in d.l.9.glos.9, nu. 7.Ceruantes num.43.
20 Si verò ex adulterio & soluta muliere procreatus filius sit,aliud dicẽdum est, nam etsi negari non possit huiusmodi coitum damnatum esse & punibilem,vt constat ex his quæ referunt Angelus Aretinus.in d.§.nouissimè.infrà de S.C.Orficiano, Ioannes Baptista in d.l. si qua illustris.col.2.Decius consi.306. Couarr. d.§.5.nu.15.vers.*ex quibus dubium*. AEgidius Bossius in praxi.titu.de coitu damnato.ex nu. 22.& ex.l.3.tit.15.l.5.titu.19.lib. 8. recopilationis.cum alijs relatis per Dominum Ioannẽ Vela & Acuña.vbi supra.cap.6.pag.28. † cũ tamen hoc casu mulier pœnam mortis naturalis nõ incurrat,sed exilij vnius, duorùmve annorum,& pœnã vnius marchi argentei.l.23.l. 24.titu.3.lib.1.ordinamenti.l.1.tit. 19. lib.8. recopilationis declarandis iuxta adducta per Ioannem Lopez de Palacios Rubios.in repetition eCap.per vestras.§.21. num. 14. Petrum Nuñez de Auendaño.de exequẽdis mandatis, 2.part.cap.26. Auiles in cap.47.Prætorũ.verbo.*manceba*.nu.1. Antonium Gomez in l. 80. Tauri num.20.consequens est, filium ex huiusmodi congressu procreatum ex testamẽto, & abintestato legitimum matri heredem esse, vt cum multis alijs post Didacum Couarr. iam relatum resoluit Velazquez de Auendaño in dict.l.9.Tauri.glos.9.num.2.& ante eum Antonius Gomez.num.14.
Sed an incestuosi filij matri succedere possint, valde dubitatur,est autem incestuosus,qui ex eorum congressu suscipitur,qui vel consanguinitatis vel affinitatis vinculo,saltem quarto gradu,cõiuncti sunt: † etsi enim incestus iuxta sermonis proprietatem quælibet illicita cõiunctio appellari possit, quasi in ea defuerit

Vene-

Veneris ceſtus, ideſt cingulum, quo antiquitus nuptiarum ſolemnia celebrabantur, vt ex alijs docent Petrus Gregorius lib. 9. ſyntagmat. capite. 11. & lib. 39. capite 7. Couarruuias in 4.2. parte, capite 6. §. 8. numero. 1. † Placuit 14 tamen, quia maior prohibitio inter affines & conſanguineos eſt, inceſtum appellari coitum inter conſanguineos ſiue coniunctos, cap. lex illa. 36. quæſtio. 1. docent Couarruu. & Petrus Greg. vbi ſuprà Anton. Gomez in l. 80. Tauri. numero. 15. Iulius Clarus. lib. 5. §. inceſtus. numero. 1. Bernardus Diaz in practica Criminali. capit. 78. & ibi Salzedo, Auendanius ſenior reſponſo. 7. & in dictionario verbo. *inceſtus*. & l. 3. titulo. 18. partit. 7. Inceſtuoſum ergo matri non ſuccedere, † eo quod 15 propter huiuſmodi coitum mater incurrit pœnam mortis naturalis, plures docent, quibus iure noſtro fauet textus expreſſus in l. 3. titu. 18. part. 7. qua lege imponitur viro inceſtum committenti pœna, quæ propter adulterium infligitur, quæ eſt pœna mortis l. 15. titul. 17. partita. 7. mulieri verò eadem illa, vt conſtat ex verſiculo. *Eſſa miſma pena deue auer la muger que â ſabiendas biziere eſte peccado.* quæ verba licèt Gregorius ibi. verbo. *la muger*, exiſtimauerit benigniùs accipi poſſe, quaſi velit, mulierem inceſtum committentem incurrere pœnam adulterij, quæ illo iure, reſpectu mulieris, erat pœna detruſionis in monaſteriũ, ſex. in auhentica Sed hodie. C. de leg. Iul. de adulterijs. l. 15. titulo. 17. partita. 7. cuius interpretationem, & opinionem ſecurè firmat Guillen de Ceruantes in dict. l. 9. Tauri. ex 28 numero. 40 congruentius tamen multò, ad pœnam mortis, quæ viro adulterium perpetranti imponebatur, referenda ſunt, vt idem Gregorius Lopez ſibi contrarius ſcripſerat in l. penultima Gloſſa magna. titulo 13. partita. 6. ſequitur Tellus Ferdinandez in dict. l. 9. Tauri. num. 6. Ioann. Rojas de ſucceſsione abinteſtato. cap. 26. numero. 27. Ioannes Matienço. in dict. l. 7. gloſſ. 11. numero. 1. Velazquez de Auendaño. d. glo. 9. num. 8.

26 Sed ego rem ſic comprehendo, quod quamuis commiſſo inceſtu in ſecundo, tertio, vel quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, ex copula matrimoniali prouenienti, ſunt qui putent; pœnam arbitrariam eſſe, imponendamque iuxta gradus proximitatem, & qualitatem perſonarum, ſoleantque nobiles pecuniaria pœna multari, & in exilium mitti, Plebeij fuſtigari, & ad triremes damnari. vt deduces ex Anton. Gom. in l. 80. Tau. num. 15. Petro de Auend. reſponſo. 7. num. 3. quorum opinione, & quotidiana praxi admiſſa ſuperiora limitabis etiam quoad pœnam. dict. l. 9. Taur. cum Anto. Gom. ibi. num. 14. verſic. *tertio*, reſolues tamen indiſtinctè filium à matris ſucceſſ. excludendum eſſe quoties ex inceſtu commiſſo inter conſanguineos primi gradus procreatus eſt, ſiue inter aſcendentes, & deſcendentes, vt ſi ex patre & filia, aut matre & filio, quem coitum nefarium appellamus, nefarioſque filios inde ſuſceptos dicimus. Accurſ. in rub. C. de inceſtis & nefarijs nuptijs. & probat. l. quin etiam. 60. D. de ritu nup. §. ergo. ſupra de nuptijs. Authen. de inceſtis & nefarijs nup. in princ. coll. 2. & in l. 1. §. ſi qua. D. de concubinis, Ioann. Rojas de ſucceſſio. abinteſta. cap. 1. num. 14. Gabr. Paleot. lib. de nothis & ſpurijs. cap. 16. num. 11. Briſſon. de verb. ſigni. lib. 12. fol. 427. pag. 2. & pœnam mortis naturalis imponendam eſſe conſtat, ex iam adductis ſuprà proximè, & Leuitici cap. 18. l. 13. titu. 2. part. 4. probat Gre. in l. penult. gloſ. magna, col. 1. in medio titu. 13. part. 6. & in l. 3. titu. 18. part. 7. ſiue ex fratre & ſorore, quibus ſimiliter pœna morris imponenda eſt, ex ſuprà relatis, ex quibus & alijs ita ſæpius iudicatum fuiſſe teſtantur Iul. Clarus lib. 5. receptarum. §. inceſtus. nu. 2. Boerius deciſ. 318. Petr. Greg. lib. 36. ſyntagm. cap. 7. num. 7.

27 Qua in re meminiſſe oportebit, quod etſi inceſtus committatur inter affines vſque ad quartum gradum, etiam ſi ex fornicaria copula oriatur affinitas, vt cum alijs reſoluit Ioan. Matien. d. glo. 11. nu. 3. hodie tamen cum in 3. & 4. gradu impedimentũ nullũ ſit, neq; impediẽs, neq; dirimens matrimoniũ, ſi ex illicito coitu originem affinitas habet, ex noua Cõcil. Triden. lege, de reformatione matrimonij. c. 4. coniũcto motu proprio Pij Quinti, incipiẽti, *Ad Romanum Pontificem*, fol. 58. † ſicq; inter coẽuntes in huiuſmodi gradibus nullum ſit impedimentũ, quin licitè & ſolẽniter matrimonium abſq; diſpenſatione cõtrahi poſsit, filius ex eo congreſſu ſuſceptus, cum naturalis reputetur hoc iure matri ſuccedere poterit, vt reſoluit Ant. de Lara. in l. ſi quis à libe. in princ. num. 91. Guillẽ de Ceruan. in d. l. 9. Tau. num. 34. & cum alijs aliud agens obſeruat dominus Ioannes Vela de Acuña tractatu de delictis c. 17. pagin. 93. † Deinde pœna mortis naturalis cum puniatur mulier coiens cum Iudæo vel Mahometico, vt de hoc crimine agẽtes notant Iul. Clar. d. lib. 5. §. fornicatio. nu. 26. Boſſius in praxi. tit. de coitu dãnato. nu. 20. Boer. deciſ. 316. num. 5. Paul. Grillan. Tract. *Omnifariam coitus*. quæſt. 12. Couar. in 4.2. part. cap. 6. §. 11. num. 3. Ant. Gomez. in l. 80. Tau. nu. 26. l. 9. tit. 24. l. 10. titu. 25. part. 7. filius ex eo coitu ſuſceptus ei non ſuccedet, vt nominatim in d. l. 9. dixit Tellus. num. 7. Velaz. de Auenda. d. gloſſ. 9. num. 11. Ioan. Matien. in dict. l. 7. gloſ. 11. num. 5.

30 Rurſus neque ille, qui ex ea muliere habitus eſt, quę raptum commiſit, nam cum raptus committatur quoties quis de loco ad locum pervim mulierem, aut virũ abducendi animo,

& libidinis causa amouet, vt deduces ex tex. in l. vnica. C. de raptoribus, & cap. lex illa. 36. q. 1. fœminas quoq; raptum committere posse constat, docet Accur. ver. *sponsam.* in d. l. vnica, sequuntur plures relati ibi per Hippolytum de Marsilijs. numer. 223. & in l. si quis viduam, num. 6. D. de quæstionib. Antonius Gomez in l. 80. Tau. num. 37. Angelus in d. l. vnica. in fine, vbi refert se vidisse Florentiæ quandam meretricem comburi, quæ adolescentulũ rapuerat. & inde pœnas raptoribus iniunctas subire, ijdem Doctores resoluunt, & ita obseruandum est, licèt contrà sentiat Iulius Clarus. lib. 5. §. raptus. num. 6. Paulus Grillandis de diuersis criminibus lib. 3. quæst. 10. nu. 23. pluresque fœminas hoc delictum commisisse constat ex Andrea Tiraquello de vtroque retractu, lib. 1. §. 20. numer. 5. & in legibus connubialibus. l. 9. ex num. 112. cum autem constet omni ferè iure pœnam mortis naturalis raptoribus impositam esse, d. l. vnica C. de raptoribus. l. si quis non dicam rapere. 5. l. raptores. 41. C. de Epis. & cleri. l. qui cœtu. 5. §. qui vacantem. D. ad legem Iuliam. de vi. §. Item lex Iulia de vi. infrà de publicis iudicijs. l. 3. titulo. 20. partit. 7. l. 2. titulo. 31. partita. 7. l. 2. titulo. 13. libro. 8 recopilationis. explicat, & ornat videndus omnino Dominus Ioannes Vela de Acuña libro singulari de delictis, capit. 29. & plures alij quos retulimus in epitome de delictis, sub numer. 83. sequitur filium fœminæ raptum perpetrantis, iuxta textum, inf. d. l. 9. Tau. ab eius successione remouendum, vt ibidem animaduertit ex ijs quos ego vidi, solus Guillen de Ceruantes, nu. 47.

31 Punitur etiam pœna mortis mulier quæ proprio seruo se immiscuit. l. 1. C. de mulieribus quæ propr ijs seruis se immiscuerunt. l. 15. titul. 17. partit. 7. Iulius Clarus libro. 5. recept. sentent. §. fornicatio. numero. 20. Antoni. Gomez in leg. 8. Tauri. numero. 23. explicant Gregorius Lopez in l. 14. verbo. *librado*, titulo. 23. partita. 3. Couarruui. libro. 2. variarum. cap. 10. numer. 9. & in specie notat Tellus in d. l. 9. numero. 10. Velazquez de Auendaño d. gloss. 9. num. 12. Ioann. Rojas de succes. cap. 26. numero. 38. vnde filius ex eo coitu susceptus materne successionis incapax erit.

32 Controuersum autem est, an si filius natus sit ex congressu famuli cum domina sua, vel cum filia, consanguinea, vel affine domini sui, matri succedere possit, & quamuis Ioannes Rojas. dict. capit. 26. numero. 24. existimauerit hoc casu pœnam mortis naturalis imponi viro sic coeunti, nõ autem mulieri, eamque domino suo tradendam, vt ei quam maluerit, etiam mortis pœnam imponat: ego indistinctè filium matri succedere non posse aio

33 † quoniã mulieri quoque pœnam mortis iungi video. l. 2. titul. 19. partita. 7. l. 1. titulo. 15 lib. 8. ordinamenti. l. 4. titu. 20. lib. 6. recopila. & magis in l. 6. titul. 20. lib. 8. recop. vbi postquam hac pœna puniendum famulum coeuntem cum consanguinea, affini, concubina domini sui, nutrice filiorum domini, aut cubicularia dominæ suæ, aut qualibet alia virgine ibi commorante in illis verbis: *mandamos que qualquier que hiziere fornicio con la barragana conocida del señor, o, con donzella que tenga en su casa, o con cobigera de la señora* (idest. *Camarera.* l. fin. titulo. 14. partita. 2.) *de aquellos que la an, o con parienta de aquel con quien viuiere, morando la parienta en casa del señor, o con el ama que crió su hijo, o hija, en quanto le diere leche, que lo maten por ello.* quæ pœna mortis, flammarum olim erat in. d. l. 2. titulo. 19. partita. 7. statim eãdem quoque pœnam mulieri imponendam esse statuitur, *y la que este yerro hiziere, que sea puesta en poder de aquel con quien viuiere, que le de la pena que quisiere tambien de muerte, como de otra manera.* quibus verbis satis constat eandem illam pœnam, hanc mulierem subire, quam adultera mulier de qua supra numero 17. vnde quemadmodum filium ex ea susceptum à successione repellendum resoluimus, sic & hunc qui ex huiusmodi congressu natus est, quod nominatim resoluit Tellus Ferdinandez in d. l. 9. Taur. numero 8. Ioann. Matienço in. d. l. 7. glossa. 11. num. 5. ad fin. & contra Ioannem Rojas iam relatum Velazquez de Auendaño. d. gloss. 9. numero. 13. Ceruantes, numero. 48. Quod si non ex virgine consanguinea, &c. sed alia muliere iuxta dominum commorante, eidemque seruienti filius suscipiatur, quia non pœnam mortis sed alijs in dictis legibus expressis puniri coeuntes debent, succedere filius poterit.

An clericorum spurij filij matribus iure huius regni succedant: ad interpretationem l. 9. Tau. Versicu. *Saluo si fueren hijos de clerigo, &c.* §. 9.

1 *Spurius clerici an matri succedat? & numer. sequentibus. Negatiua pars multis argumentis, & authoritatibus probatur. vsque. ad numerum. 6.*

2 *Filij ex damnato & punibili coitu nati nec patri, nec matri iure communi succedunt.*

3 *Filij clericorum adulterini, & incestuosi appellantur.*

4 *Clericis longè magis decet honestas, & castitas.*

5 *Filij clericorum serui & mancipia ecclesiæ cuius pater est minister, quando. Cap. cum multæ. 15. quæst. vltima. & eius vera lectio.*

6 *L.9.Tau.ibi:* saluo si fueren hijos de clerigo, &c. *inducitur contra filios clericorum, iunctis duabus legibus de Soria.*
L.22.titu.3.lib.1.ordinam.& l.2.tit.3.lib.5. ordinam.

7 *Spurij clericorum filij matri succedere possunt ex alia opinione quæ probatur vsque ad numerum.12.*

13 *Spurios clericorum filios matribus succedere nõ posse cum magis communi defenditur.*

14 *L.9.Tauri sensus.*

15 *Clericorum appellatione etiam in minoribus ordinibus constituti continentur.*

16 *Clerici in minoribus constituti filius indistinctè matri succedit, contra Bartolum, & num. sequentibus.*

18 *Clericus in minoribus constitutus etiam si beneficium habeat matrimonium tamen contrahere potest.*

19 *Clericus in minoribus qui beneficium habet, si matrimonium contrahat illud statim ipso iure amittit: & numer. sequentibus vsque ad numerum.23.*

22 *Clerici sacris initiati matrimonium contrahere non possunt: quamuis Græcis vti coniugio ante matrimonium contractum liceret.*

1 CElebris est, praxi & vsu forensi quotidiana quæstio, Vtrum spurij clericorum filij matribus suis succedere ex testamento vel ab intestato possint? & eos incapaces huius successionis esse frequentius placuit, & defendũt Abbas, & Præpo. & Cardinalis in cap. cum haberet. in fin. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. idem Abb. in cap. per Venerabilem. num.32. qui filij sint legitimi. & in cap. innotuit. nu.19. de electione. Ioan. de Platea in princ. infrà de S.C. Orficiano. Sylue ster in Summa verbo. *Filij*. quæst.7. Bermondus Choueronius in tractatu de cõcubinarijs, pag.356. Roder. Suarez in.l.1.nu.29.tit.6.lib. 3. Fori, latè Ioan. Rojas. de succes. abintestato cap.27. ex num.1. Michael de Cifuentes num. 5. Didacus Castillo. glossa *En la ley*. Ioann. Lopez de Palacios Ruuios, num. 37. Antonius Gomez. num.15. Tellus Ferdinãdez, num.34. versi. *ex vltimis verbis*. Guillen de Ceruantes num.66. in dict.l.9. Tauri. Melchior Mieres tractatu de maioratibus. 2. part. quæst. 2. nu. 16. Ferd. Minchaca de succes. creatione. §. 10. num.497. Ioan. Matienço in.l.7. gloss. 12. & Alfonsus de Azebedo in l.1.nu.32.titu. 8. lib. 5. nouæ recopilat. Couarr. in 4.2. part. cap. 8. §.5. num.17. Didacus Spino in speculo testamentorum glossa.16. principali. num.91. & novissimè nemine relato Pater Ludouicus Molina, de iustitia & iure, disputatione 367. con. 5. pagina.950.

2 † Pro qua sententia primo facit, quoniam certi iuris est filios ex damnato & punibili coitu natos nec patri, nec matri succedere posse, dict. authentica ex complexu. C. de incest. & nefar. nup. & magis in Authentico quib. mod. nat. effi. sui. §. fin. †

3 At clericorũ filij adulterini sunt, glossa, verbo. *adulterinus*. in d. cap. per venerabilem. Quam ibi mente tenenda dicũt Abb. num.32. Couar. dict. num.17. Petrus Plaza de delictis. cap.41. nu. 3. & incestuosos eos appellat glossa, verbo. *filij*. in l.2. C. de Episc. & clericis vbi Bald. num.2. & ibidem Bart. & Angelus. Felinus. in cap. cum dilectus num 5. de accusat. Rolandus cons. 6. vol.4. num. 12. Paulus Grillãdis tract. *Omnifariam coitus*. cap. 15. Decius in cap. at si clerici. §. de adulterijs. de iudicijs. Ioan. Baptista in l. si qua illustris. col.5. C. ad S.C. Orficia. Ioann. Lopez de Palacios Ruuios. in repetitione Rub. de donat. inter virum. §.36. num.6. Nefarios vocat Bartolus. in l.2. num.3. D. de accusat. ergo matri succedere non poterunt. †

4 Deinde, nam cum maxima castitas, & longe maior honestas in clericis, quam in alijs requiratur, iuxta illud Esaiæ, *Mũdamini qui fertis vasa Domini*. & Leuitici, *Si sacerdos qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum*. & Pauli ad Timot. 1. cap. 3. *Sic ministrent, vt nullum crimen habeant*. & alia quæ deduces ex c. omnium sacerdotum. 32. dist. c. necesse est. 1. q. 2. c. magnæ. de voto, & ex Speculatore in rub. de vita, & honest. cleric. Alberto Trocio de vero, & perfecto clerico. c.70. n.

5 12. † Si contra fecerint, eorum filij exosi habentur, & statim cum nascuntur serui & mancipia Ecclesiæ, cuius pater est minister & sacerdos, c. cum multæ. 15. q. vlt. (quem textum restituit Illustrissimus Garcia Loaysa in magna collectione Conciliorum Hispaniæ, in notis in Concilium IX. Toletanũ. pag.487. & pagin.488. Petr. Plaça. de delictis. lib.1. c.41. nu. 32. Couar. d.n.17. & rectè interpretatur, quo casu mulier sciẽter sub figura matrimonij. cum eo coit, quamuis Ioannes Faber in §. seruitus. n.2. Romanus singulari. 520. generaliter & malè eum acceperint, rectè tamẽ Abbas in cap.2. n.5. de cohab. cler. & mul. Rojas. d.c.27. n.18.) & ita notat glo.1. in c. eos qui. 32. distinct.

6 Præterea & fortius hæc sententia probatur iure Regio Hispano ex d.l.9. Tau. l.7. titu. 8. lib.5. nouæ recopil. in versi. *Saluo si fueren los hijos de clerigos, ò frayles, ò freyles, ò de monjas professas, que en tal caso, aunque por el tal ayuntamiento no incurra la madre en pena de muerte, mandamos q̃ se guarde lo cõtenido en la ley que hizo el señor Rey Don Iuan el primero en la ciudad de Soria, que habla sobre la succession de los hijos de los clerigos*. Quam legem vt inducas, necessario animaduertere debes, à Ioanne Rege duas editas fuisse iuxta ciuitatem de Soria constitutiones. Altera habetur in l.22. titu. 3. lib.1. ordinamenti. Alia in l.2. tit.3. lib.5. eiusdẽ ordinam. & in l.6. tit.8. li.5. nouę collec. ergo si relatio tex. in d.l.

9. Taur. fit ad l. 2. hoc modo induci debet, quod cum ibi dispositum sit, filios clerici patribus suis succedere non posse. statuaturque in d. l. 9. Tauri, idem in matrum successione obseruandum esse, consequens est, filios spurios clericorum ab hac quoque successione priuari, quo modo argumentantur Anton. Gomez, & Ioânes Rojas, & cæteri Hispani pro hac opinione adducti. Nam ex relatione ad legem de Soria eadem fieri videtur prohibitio in maternis bonis. Si vero non ad dictam legem 2. titul. 3. libr. 5. ordinamenti, sed potius ad d. l. 22. tit. 3. libr. primi eiusdem ordinamenti, hunc textum referamus, prout referri potest, non tantum ex relatione, verum & ex verbis quoque prohibitam maternam successionem constat: ait enim textus: *Otro si, por no dar occasion, que las mugeres assi viudas como virgines sean barraganas de clerigos, si sus hijos heredassen sus bienes, y de sus padres, o sus parientes*, &c. vnde constat, hanc opinionem, & iure & ratione probatam esse, spurios clericorum filios nõ tantum à paterna, verùm & à materna quoque successione remouendos esse.

7 Contrariam tamen sententiam defendit Alphonsus de Montaluo in l. 10. verbo *en adulterio*, ad medium. titul. 5. lib. 3. fori. doctissimus Gregorius Lopes, verbo, *los de la madre*, in l. 3. tit. 21. partit. 4. Didacus Perez in d. l. 22. titu. 3 lib. 1. ordinam. glossa, *no ayan ni hereden*, ad finem, & neruose contendit Ludouicus Velazquez de Auendaño veriorem esse in d. l. 9. Tauri, gloss. 10. ex num. 4. saltem eo casu quo mulier ex qua clericus filium suscepit, nec coniugata erat, nec eius consanguinea, nec concubina, sed soluta mulier ad quam ipse consuetudinem non habebat, asserentes filium ex simplici fornicatione à clerico susceptum matri succedere ex testamento, & ab intestato posse.

8 Quibus in primis fauet, quod latè suprà resolutum est paragrapho octauo, ex l. 2. l. 4. l. 8. D. vnde cognati. l. si qua illustris. 5. C. ad Senatus Consultũ Orfic. §. nouissimè, infra eodẽ, spurios filios matribus suis, cuiuscunque sint conditionis, legitimis non existentibus succedere. † Deinde facit textus in lege. 11. titulo decimotertio, partita sexta: quæ lex solum excludit filium spurium à successione materna, quando mater erat coniugata, religiosa, vel consanguinea, vel illustris: ergo si libera, & soluta sit non excluditur filius.

10 † Vlterius induci possunt dicta l. 22. titul. 3. libr. 1. ordinam. ibi, *de sus padres clerigos.* & leg. finali, titulo tertio, libro quinto ordinamenti, ibi, *no hereden los bienes de los clerigos sus padres*; quæ leges cum expressè paternam successionem prohibeant, maternam non interdicere, sed omittere potius videntur ex regula leg. cum Prætor. 12. D. de iudicijs cũ vulgatis.

11 Rursus, nam quemadmodum diximus, filiũ à coniugato, & soluta susceptum, ex testamento, & ab intestato matri succedere, quod & probant Ioa. de Platea, in principio, infra de S. C. Orfici. Angel. in. §. nouissimè eodem titu. Decius consi. 306. & Ioann. Lopez de Palacios Rub. in l. 9. Taur. num. 27. cum clericus cũ Ecclesia matrimonium contrahat, cap. per venerabilem qui filij sint legitimi, cap. inter canonicos, de electione, si ex soluta suscipiat filium pariter admittendum quoque videtur.

12 Præterea & pro hac sententia induci potest tex. in d. l. 9. Tauri, & cõtra Gomeziũ & alios retorqueri hoc modo, vt constat ex verborum serie, quam supra adduximus, cauet noster tex. iuxta maternam successionem, quoties spurij clericorum filij de ea agunt, obseruari quod dispositum est in ea lege quæ loquitur de successione filiorum clerici à Rege Ioanne primo lata. At in hac lege illud tantum disponitur vt patribus clericis non succedant, nihil autem de materna successione agitur nec deciditur: ergo cum lex Tauri relationem contineat ad legem de Soria, idem quod ibi statuitur, hic quoq; caueri videtur, nec in hac materia quæ odiosa est & pœnalis. l. cum quidam. 19. D. de liberis & posthum. l. cum hi. 8. D. de transactionib. priuationis pœnam à materna successione inducere debemus, argum. cap. is qui. de sententia excom. lib. 6. ex quibus hanc Gregorij opinionẽ defendere poteris.

13 Sed mihi magis prima placet, ex ijs, quæ pro ea adduximus, neque proximè relata mouere debent, nam etsi regulariter spurius matri succedat, non tamen spurius clerici, singulari ratione à nobis animaduersa, & relata in dicta. l. 22. ordinamenti, *por no dar occasion*, &c. quæ lex ibi. *sean barraganas*, quamuis videretur tantum in concubinis loqui, iuncta l. octaua titulo decimo sexto, partita sexta, & ijs, quæ notat Ioannes Matienço in dicta l. 6. glossa. 2. *barraganas de clerigo*, titulo octauo, libro quinto nouæ recopilationis: idem quoque & in quacunque alia muliere dicendum est, cum ex quocumque coitu sacerdos puniri possit. Nec dicas, extensionem hoc casu fieri in materia pœnali, nam cum à nostra lege Tauri fiat, quæsi sic non interpretetur inanem cõtinet decisionem, nihil impedimento est. Quare securè tenendum est, spurium clerici à matris successione remouendum, huncque totius legis sensum esse. † Naturales, siue spurios filios ex testamento & ab intestato deficientibus legitimis descendentibus admitti, his verò existentibus, quintam maternorum bonorum partem accipere posse. Quod vtique sic est accipiendum, nisi ex eo coitu suscipiantur, propter quem pœnam mortis naturalis mater incurrat, tunc enim etsi nulli legitimi extent, descendentes succedere non possunt, aut si

ex

ex clerico, aut religioso, quoniam etsi ex huiusmodi coitu pœna mortis non oriatur, pariter priuandi materna successione sunt, quamuis posteriorib us his queq; casibus similiter quintæ partis hereditatis maternæ sint capaces. Hactenus de spurijs sacerdotum, & aliorum, qui sacris sunt initiati ordinibus, filijs dixisse sufficiat.

15 Sed cum, *clerici*, generali verbo comprehendi omnes qui diuino cultui ministeria religionis impendunt, doceat Imperator in l. 2. C. de Episcopis, & clericis in Theodosiano, veluti, *Hostiarium, Psalmistam, Lectorem, Exorcistam, Acolytum, Subdiaconum, Diaconum, Presbyterum*, quam definitionē probat D. Isidorus li. 8. Etymologiarum cap. 12. & tex. in c. cleros. 21. distinctione. c. duo sunt. 12. q. 7. Concil. Triden. Sess. 22. de refor. c. 4. cum sequentibus: vnde clericorum appellatione, etiam in minoribus constitutos comprehendi receptissimum est glos. & Abbas, & omnes in c. non liceat. de præbendis, vbi Decius nu. 17. Rolandus, con. 16. nu. 10 volu. 4. Ioan. Lopez de Palacios Rubios. in rubrica de donatio. inter virum. §. 42. nu. 8. non solum in materia fauorabili, sed etiam in odiosa, argum. cap. clerici in principio, de vita & honestate clericorum. † Maxime inter nostros 16 dubitatur, vtrùm dispositio, siue prohibitio huius tex. in hac l. 9. Tauri. ibi. *Saluo si fueren hijos de clerigos*, locum habeat, atque admittenda sit in filijs clericorum, quorum parentes in minoribus ordinibus constituti tantummodo sunt: 17 † & rem distinctione componit Bartolus in l. in concubinatu, num. 5. D. de concubinis. Vt si pater clericus in minoribus constitutus beneficium Ecclesiasticum non habet, filius qui tunc, nisi aliud impediat, naturalis est & patri, & matri succedat. Sin vero Ecclesiasticum beneficium pater obtineat, filius non succedat. Vtrumq; proprijs rationibus. Nam naturalis filius is est, quorū parentes matrimonium absq; dispensatione, vel conceptionis, vel natiuitatis tempore contrahere poterant, vt latè supra. §. 6. ex nu. 1. diximus, & constat hoc casu, parentes potuisse contrahere, sicq; filium legitimum procreare. Spurium vero eum è conuerso appellamus, inter cuius parentes nuptiæ consistere nō poterant, eratq; concubitus legibus interdictus, & punitus, vt latè supra diximus: vnde cū clericus qui beneficium Ecclesiasticum habet, rebus sic stantibus, & prout nunc matrimonium contrahere non possit, susceptum ab eo, eo tempore, filium, maternæ etiam successionis incapacem esse probauit Bartolus dicto numero quinto, cuius opinionem probarunt Abbas numero trigesimo tertio, Ancharranus numero nono in capite, tanta, qui filij sint legitimi, & alij plures, quorum meminerunt Rojas, Plaça, Velazquez de Auenda. & Spino statim referendi.

18 Sed longè Bartolus & sequaces opinione falluntur, quia multò verius est, filium natum ex clerico, etiam beneficium Ecclesiasticum obtinente, in minoribus tamen ordinibus constituto naturalem esse, proindeque vtriusque successionis, & paternæ, & maternæ capacem, iuxta latè scripta supra. §. 6. notissimum enim est, clericum in minoribus, qualecumque habentem beneficium posse matrimonium contrahere, capit. 1. & 2. de clericis coniugatis, Decisio capellæ Tholosanæ. 239. Ioannes Bernardus Diaz de Lugo, in praxi criminali, capit. 80. & extat celebris extrauagans Ioannis Vigesimi secundi, 19 incipit. *antiqua concertationi*, de voto † licèt ipso facto amittat beneficium, dicto capite primo. cap. 3. cum alijs ibi. de clericis coniugatis, late cum alijs Iosephus Mascardus, de probationibus, volumine primo, conclusione. 1 8 2. numero. 6 2 & omnes regressus, accessus, atque alia quæ libet iura ad beneficia Ecclesiastica ipsi contrahēti competentia, glossa in capite primo, de clericis coniugatis, libro 6. sequuntur Paulus, & Alexander. in l. si à primo. D. de liberis, & posthumis, Nauarrus in capit. si quando, exceptione 5. de rescriptis, Couarrub. in 4. 2. par. 20 capit. 6. §. 3. numer. 4. † qui idem de ecclesiasticis pensionibus affirmat, sequitur Hieronymus Gigas tractatu de pensionibus, quæstio. 54. Ioann. Baptista, eodem tractatu. q. 30. Nauarr. tractat. de oratione, capit. 21. numer. 53. † etiam si matrimonium carnali 21 copula minime fuerit consummatum, aut vxor ante copulam religionem ingrediatur, iuxta communem Abba. & aliorum doctrinam in capi. 1. de clericis coniugatis, quam cum alijs nouissime sequitur Ignatius Lopez de Salzedo in additionibus ad Bernardum Diaz, in praxi, dicto cap. 80. litera. E. Ergo cum clericus sacris non initiatus matrimonium contrahere possit, susceptum filium ab eo naturalem esse constat, & matri ex testamento & ab intestato posse succedere.

Pro qua opinione expendo ego verba dictæ l. 9. ibi. *Saluo si fueren hijos de clerigos, ò freyles, ò frayles, ò monjas professas*, quæ dum eas personas æquiparat, & coitum ab ipsis habitū simili eademq; pœna punit, in clericis sacris ordinibus insignitis loqui manifestè probat, qui matrimonium contrahere non possunt, cap. presbyteris. 27. distinctio. cap. decernimus. 28. distinctione, & in Canonibus Apostolorū. c. 15. Cōcilium Tridentinum, sess. 24. canone. 9. quamuis Græcis licuerit vti coniugio contracto ante sacrum susceptum ordinem, nō autem post, c. Syracusanæ. 18. dist. c. cum olim. 9. de clericis coniugat. Ioannes Maior in 4. distinctione vigesima quarta, quæstione secunda, & distinctione vigesima septima, quæstione prima,

Alphonsus à Castro, libro secundo de hereſibus, verbo *sacerdotium*. Couarruuias, dicto paragrapho tertio, & cum infinitis grauiter omnino videndus Salzedo vbi supra, capite 80. litera. A. sicuti neque monachi, Concilium Toletanum octauum capite 7. Concilium Turonense secundum sub Pelagio primo Pontifice, canone. 16. & extat l. 41. titu. 6. partit. 1. quod si de facto contraxerint, grauissimis afficiuntur pœnis, in dictis canonibus expressis, & iuxta religiosos sanctissimæ Societatis Iesu, qui biennio peracto, & post emissionem trium votorum, tametsi simplicium verè sunt religiosi, extat motus proprius Gregorij Decimitertij, anno. 1584. editus, quo nullũ esse matrimonium decretum est, si dum in eadem fuerint Societate contraxerint. Hos ergo omnes coitus, & filios ex eis susceptos similes cum dixerit noster tex. de cler. sacr. initiat. & insignit. loqui apparet.

Denique ordinamenti leges supra adductæ, videlicet l. 22. titu. 3. lib. 1. & l. 2. tit. 3. lib. 5. quibus clericorum filijs quicquam quocunque titulo, etiam donationis, venditionis, à parentibus suis, & à parentum consanguineis, reliquí prohibitum est, pro hac opinione induci possunt, cum necessario in clericis sacris ordinibus ornatis intelligi debeant, non in alijs qui filios naturales generant, paternæ successionis & bonorum omni iure & causa capaces, iuxta quas leges hanc. 9. Tauri intelligendam ex eius verbis, & relatione constat: atque ita securè affirmandum filios clericorum in minoribus ordinibus existentium, siue parentes Ecclesiastica beneficia habeant, siue non habeant, successionis capaces esse. Quam sentẽtiam ex Ioanne Andrea, Nicolao de Vbaldis & alijs antiquioribus contra Bartolum & sequaces amplectuntur Ioannes Rojas de successionibus in testato, cap. 27. num. 21. Greg. Lopez glos. *se casasse con ella*, versi. *& procedit etiam.* in l. 1. tit. 13. part. 4. Couar. in 4. 2. part. cap. 8 §. 2. nu. 3. & §. 5. num. 17. Didacus Perez in d. l. 22. versi. *quæritur*, columna. 168. Tellus Fernandez in dict. l. 9. Tau. num. 34. Velazquez de Auenda. nu. 11. sub glossa. 10. Ceruantes. num. 85. Didacus Spino in Specu. Testamentorum, glos. 16. principali. num. 93. Petrus Plaça lib. 1. de delictis. cap. 41. num. 33. & videndi sunt quos retulit Ioannes de Barahona in additionibus ad Ioãnem Lopez de Palacios Ruuios in cap. per vestras. 3. notab. §. 21. num. 21. liter. L. sed iam ad Iustin. redeamus tempus est.

§. *Intestatorum. 1. huius tituli de hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.*

1 *Legis duodecim tab. verba de suorum heredũ successione.*
2 *Successio ab intest. primo suis heredibus defertur.*
3 *Suos heredes nullos dici posse.*
4 *Sui heredes qui dicantur, & qui extranei.*
5 *Adoptiui filij patri adoptiuo ab intestato succedunt.*
6 *Sui non sunt qui in patria potestate non sunt.*
7 *Naturalis adoptiuo oppositus intelligitur legitimus & naturalis ex iustis nuptijs.*

In tex. ibi. *lege duodecim tabularum.*

1 CVius verba quamuis hæc verba circunferantur, *Intestatorũ hereditates primò suorũ heredũ velint nolint sunto. His deficientibus agnatus proximus familiam habeto.* Alia tamẽ esse supra insinuauimus in initio capituli vnici, ex nu. 3. Hæc successio, quia à lege deferebatur legitima dicebatur l. 3. §. de illo. D. pro socio. l. conficiuntur. 8. D. de iure codicillorum. l. lege obuenire. 130. D. de verborum signifi. quod latius supra in rub. ex nu. 27. diximus.

In text. ibi. *primum ad suos heredes.* Prima igitur † causa in successione intestati est filiorũ
2 suorum heredum, quibus iure diuino, naturali, & ciuili, parẽtum debetur hereditas, ex nostro tex. & §. sui. versi. *vnde* supra de heredum quali. l. scripto. 6. D. vnde liberi. l. nam etsi parẽtibus. 15. D. de inofficioso testam. l. cum ratio. 7. D. de bonis damnatorum, cap. Rainutius. 16. de testam. l. 1. §. si filius D. de suis & legi. here. l. in suis. 11. D. de lib. & posthumis, Autentica in successione. C. de suis & legit. Authẽtico de heredib. ab intestato venientib. §. 1. l. 1. titul. 6. lib. 3. fori. l. 3. titu. 13. partita. 6. l. 1. titu. 8. lib. 5. nouæ collect. explicant ibidem Ioann. Matienço, Antonius Gomez. 1. tomo. cap. 1. nu. 2. Michael Grassus vbi sup. quæst. 2. Vaconius lib. 3. cap. 50. Bellonus lib. 1. c. 3. Rojas in Epitome successionum capite. 1. & latè nos supra dicto capite vnico. ex num. 1. cum sequentib. in initio.

3 Sed † obstat, nullos heredes esse, nam aut suus heres ideo dicitur quia sui ipsius est heres, aut patris viuentis, neutro tamẽ modo suus appellari potest, igitur nulla erit eorum causa in successione. Patet antecedens ex definitione heredis, de qua in rubrica, supra de hered. instit. quia neq; hereditas, neque heres sui ipsius est, sed defuncti. l. heres. 36. D. de acquirenda hereditate, bene facit regula. l. 2. D. de stipulatione seruorum, & cap. fin. de institutionibus, sed neque patris viuentis. l. qui superstitis. 93. D. de acquirenda heredit. l. 1. D. de heredit. vel actione vend. ergo.

4 Sed respõde † filios alios suos heredes dici, alios extraneos, sui heredes sunt, qui in potestate moriẽtis sunt (siue naturales sint, siue adopti ui) in eaq; à nemine præceduntur, & sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, & viuo quoque patre quodammodo

modo domini exiſtimantur, qui & neceſſarij dicũtur, quia iure ciuili ſiue velint ſiue nolint, futuri ſunt omnino tam ex teſtamento, quam ab inteſtato heredes, text. noſter & dict. §. ſui, & ſic eis debita eſt hereditas, ex dict. l. in ſuis, cum iam relatis, vt mortuo patre non hereditatem percipere videantur, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequi. Extranei vero heredes appellantur cæteri qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, filius ergo emancipatus ſuorum heredum numero non eſt, quia extra poteſtatem patris eſt, §. cæteri. ſupra de hered. qualitate. Horum ergo filiorum qui ſui ſunt prima cauſa eſt in ſucceſsione ab inteſtato.

In text. ibi. *Naturales ſint an adoptiui.*

5 † Naturales, & adoptiuos ad inteſtati ſucceſsionem pariter admittendos eſſe Iuſtinianus probat, idem in. §. ſed hodie, ſup. de adopt. l. cum in adoptiuis. 10. §. ſed ne articulum. C. eodem. in l. 1. §. ſuos. D. de ſuis & leg. l. 8. & 9. titul. 16. part. 4. latè ſupra dict. cap. vni. §. 4.

6 Sed obſtat naturales ſuos heredes non eſſe, quia in poteſtate non ſunt, text. in principio de nupt. l. item in poteſtate. 3. D. de his qui ſunt ſui. l. 1. titu. 17. parti. 4. iuncto dict. §. ſui.

7 & l. lege Cornelia. 12. D. de teſtamen. † Sed reſponde, naturales filios dici, qui & legitimi ſunt, & naturales ex iuſtis nuptijs procreati, quoties adoptiuis opponuntur, qui legitimi filij appellantur, ideo quia ab ipſa lege generantur. In quo ſenſu naturalis filius hic dicitur, qui & legitimus eſt, & in §. admonendi. in §. ſed ea omnia, in §. at ij qui, in §. minus. infra eodem in dicta l. 1. §. ſuos. D. de ſuis & leg. in l. 1. D. de contra. tab. in l. non poteſt. 31. in l. ſi pater naturalis. 29. D. de adopt. in l. parẽtis. 6. in l. patris. 7. D. de in ius. voc. Filius ergo adoptiuus, qui legitimus dicitur, ab inteſtato ſuccedit vt cæteri naturales ex noſtro textu. Quod tamen iure Regio non admittitur, extantibus enim legitimis & naturalibus, adoptiuus inteſtati ſucceſsionem non habet, ex l. 5. titul. 6. lib. 3. fori. l. 1. titul. 22. lib. 4. eiuſdem fori, notat Gregor. verbo. *murieſſe ſin teſtamento*, in dicto. l. 8. titu. 16. part. 4.

§. *Quibus connumerari.* 2

1 *Naturalis filius legitimus per curiæ oblationem, aut ſubſequens matrimonium effectus, cum ſuis ab inteſtato ſuccedit, & num. ſequentibus.*

2 *Legitimatio quæ Principis reſcripto fit, ſucceſſit loco illius, quæ olim per curiæ oblationem fiebat.*

3 *Legitimis extantibus, naturales non poſſunt legitimari, nec ſuccedere, & num. 4.*

5 *Authentica Præterea, C. de naturalibus liberis.*

6 *Naturales legitimi per reſcriptum effecti, quatenus hoc iure Hiſpano ſuccedant.*

7 *Naturales legitimi per ſubſequẽs matrimonium effecti ab inteſtato cum ſuis ſuccedunt, ſui item iam effecti.*

8 *Conſenſus nuptias facit, non coitus, nec dotalium inſtrumentorum confectio.*

9 *Inſtrumentorum dotalium confectio iure ciuili quibuſdam caſibus neceſſaria, vt filij legitimi efficerentur.*

10 *Iure Canonico, & Regio nullo caſu requiritur.*

1 QVemadmodum ad inteſtati ſucceſsionem primo illi vocãtur qui ex iuſtis procreati nuptijs, & lege legitimi facti tempore mortis defuncti ſui heredis nomẽ habuerunt, admittuntur & illi, qui etſi vt nati fuerunt in parentis poteſtate non erant, poſtea in eius poteſtatem redacti ſunt, legitimatione ſequuta, vel per curiæ oblationem, vel ſubſequens matrimonium contingente, text. hic, & in l. ſi quis. 3. l. quoniam. 4. l. cum quis. 10. l. nuper. 11. C. de natural. lib. auth. quibus modis naturales effi. ſui. §. ſi quis cum ſeq. l. 4. 5. & ſeq. titu. 15. part. 4. explicant latè & vtiliter Mich. Graſ. de ſucceſ. ab inteſta. §. ſuc ceſsio ab inteſt. quæſt. 19. Couar. in 4. 2. part. cap. 8. §. 7. num. 4. cum alijs, quos adduximus. d. cap. vnico. §. 5.

In tex. ibi: *curijs ciuitatum dati.*

2 † Filius ergo naturalis à patre, vel à ſe ipſo curiæ oblatus legitimus efficiebatur, & ſuorum heredum iura nanciſcebatur, ex textu noſtro cum iam citatis, hæc tamen legitimatio ab vſu receſsit, & altera eius loco crebro contingit quæ principis reſcripto fit, auth. præterea. C. de natural. lib. quo filij legitimi facti, ſuorum heredum iure fungentur. l. 17. titu. 6. lib. 3. fori. l. 4. dict. titu. 15. part. 4. l. 12. Tau. l. 10. tit. 8. lib. 5. nouæ recopil. Graſſus vbi ſup. Couarru. dicto. ca. 8. §. 7. & ſequentibus, Ioannes Gratian. in regula 197. Antonius Gomez, & alij in dicta l. duodecima Tauri, Ioannes Matien. in dicta l. 10. tituli 8. lib. 5. & aliqua per Didacum Spino de teſtamentis, gloſſa 17. ex num. 124. qui alios referunt. Rojas in Epitome ſucceſ. cap. 23.

3 Sed noſtro textui, ibi, *quibus connumerari*, dum filios legitimatos cum ſuis admittẽdos eſſe probat, obſtare videtur. d. authentica, præterea, ex tex. d. authentico, quibus mod. nat. effi. ſui. §. ſi quis vero legitimos, quibus probatur extantibus legitimis naturales non poſſe legitimari, & inde nec ſuccedere ab inteſtato, nec ex teſtamento. † Sed reſponde, verba illa noſtri text⁹, *quibus connumerari*, ſic accipiẽda eſſe

vt quemadmodũ filij legitimi naturales & adoptiui sui heredes intestato patre defuncto primam causam in successione habent, sic & legitimati, cæteris agnatis, vel cognatis exclusis. 9

5 † Deinde respondebis illa verba d. authentic. præterea, ibi, *qui legitimam non habet prolem*, nõ prohibere ea stante filij legitimationem, iuxta §. si quis igitur fuerit. in d. authentico. quibus

6 modis. † Et hodie etiam legitimis extantibus naturales legitimantur, non tamen ad hereditatem, nec ex testamento, aut ab intestato admittuntur, nisi in quinta bonorum parte, quam eis potest pater alimentorum loco relinquere, dict. l. 12. Tauri, etsi quoad honores & dignitates à legitimis non differunt, vt in eadem lege cum alijs supra adductis, de quibus late scribentes citati, quinimo admittuntur cum legitimis, ita tamen, vt non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi sunt. dict. authentico, quibus modis natur. effi. sui §. & quoniam. notat Ang. in §. fin. nu. 2. & 5. supra de nuptijs.

7 In versi. *Nec non eos.* † Est etiam in prima causa successionis intestati primo loco admittendus filius naturalis per subsequens matrimonium, & dotalia instrumenta legitimus factus, quia suorum nomen nanciscitur text. hic & in §. fi. vbi omnes, sup. de nup. in dict. l. cum quis. 10. dict. l. nuper. 11. C. de natural. authentico de incest. nupt. §. fin. versi. *veniens igitur.* coll. 2. authentico de triente, & semisse. §. finali. ibi, *& filij sub potestate ipsius, & sui, & ab intestato heres genitori.* collat. 3. cum alijs quibus cõuenit. l. 1. in 2. part. titu. 13. partit. 4. dict. l. 12. Tauri, ibi, *ò legitimado por subsiguiente matrimonio*, quæ legitimè natos, & legitimos per matrimonium factos æquiparat, vt notabiliter Antonius Gomez ex num. 66 dicta. l. 10. titu. 8. lib. 5. nouæ collect. vbi eleganter Ioan. Matiẽço. glo. 8. elegans textus in capite tanta. 6. qui filij sint legitimi, latè & vtiliter Michael Grassus, vbi sup. & Dida. Couarru. dict. 2. part. cap. 8. §. 2. ex num. 1.

8 Sed nostro text. & similibus, quibus dotalia instrumenta necessaria esse probat, vt matrimonium cum ea contractum, quam quis initio maritali affectione non habuerat validum sit, maximè obstat, solum consensum nuptias facere. l. nuptias. 30. D. de regulis iuris, authentico de nuptijs. §. nuptias. collat. 4. authentico quibus modis nat. effi. leg. §. illud. collat. 6. l. 2. D. de sponsal, cum alijs adductis per Decium, in dict. l. nuptias, quibus consonat. l. 5. titu. 2. part. 4. Igitur dotale instrumentum necessarium non erit, vt in dict. §. nuptias, ibi; *Nuptias itaque affectus alternus facit dotalĩ non egens augmento*, Secundò etiam obstat textus in dicto cap. tanta. 6. vbi solo subsequenti matrimonio, naturales filios antea natos legitimos esse probat Summus Pontifex Alexander Tertius.

Quibus vt satisfacias aduerte, hac in re discrimen constituendum esse, inter ius Cæsareum & Pontificium, item etiam & eodem iure ciuili distinctione eo casu opus esse. Namque si quis legitimos habens filios, naturales post vel antea genitos sequenti matrimonio legitimos efficere affectasset, nuptialia instrumenta necessaria erant: textus in dicto paragrapho finali, authentici de incest. nupt. cum alijs similibus. Si verò non haberet legitimos, etiam instrumentis non confectis filij naturales legitimi habebantur, authentico, quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. illud quoque. Nisi maximis dignitatibus decorati sint parentes, quibus absque dotalibus instrumentis nuptias contrahere non licet, vt in dicto paragrapho, illud, & in authentico, vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legem, collatione. 8. sicque interpretaberis iura ciuilia desiderantia instrumenta dotalia ad filiorum naturalium legitimationem, vt didici ex Bald. in l. cum multæ. 20. num. 10. C. de nupt. 10 † iure verò Pontificio, & Regio indistinctè dotalia hæc instrumenta non requiruntur, sed solo matrimonij contractu liberi antea nati legitimi efficiuntur, & sui heredes patri & ex testamento, & ab intestato, ex dict. cap. tanta, vbi latè per Abb. & alios, & dict. l. 1. titu. 13. part. 4. vbi notabiliter Gregor. verbo, *se casa con ella*, & post alios Didac. Couarru. in dict. §. 2. num. 81.

§. *Ita demum.* 3.

1 *Suus heres est ille qui in patria potestate est, in eaq; à nemine præceditur.*

2 *L. si filius heres. 16. D. de liberis & posthumis, & num. 7.*

3 *L. qui in aliena. 6. §. interdum, D. de acqui. here. & nu. 39.*

4 *L. scripto. 6. D. vnde liberi, & num. 43.*

5 *L. fin. D. de collat. bon. l. fi. D. de assignandis libertis, & nu. 44.*

7 *Accursij interpretatio ad d. l. filius.*

8 *Reprehenditur ea sententia.*

9 *Alia Accursij solutio, quæ reijcitur. nu. 10.*

11 *Suum heredem habere nõ potest, qui in alterius est potestate.*

12 *Bartoli interpretatio ad d. l. si filius. Suitas tollitur datione substituti vulgaris iuxta communem opinionem, quæ sequentibus numeris probatur.*

13 *Vulgaris substituti datione filius qui heres est necessarius, efficitur voluntarius, & n. 19.*

14 *Conditio suspendit actum, impeditque transmissionem.*

15 *Suitas tollitur datione coheredis extranei, iuxta communem.*

16 *L. vnica. §. in nouissimo. C. de caducis tollendis.*

17 *L. si*

17 *L. si ita legatum. §. illi si volet. D. de legatis. 1.*
18 *Vulgaris substituti datione ius transmissionis tollitur in legatis.*
19 *Suitas non tollitur datione substituti vulgaris in filio iuxta veriorem sententiam, tollitur tamen necessitas.*
20 *L. si. versi.* altera vero species, *D. de condit. institutio.*
21 *Abstensionis beneficium nõ tollit suitatem in filio.*
23 *Suitatem filij pater tollere non potest.* 2
24 *Emancipare inuitum filium pater non potest.*
25 *L. iam dubitari. D. de hered. instituendis.*
26 *Vulgaris substitutio non inducit conditionem* 3
in filij persona, sed in persona substituti.
27 *Conditio resolutiua non facit actum conditionalem.*
28 *Legatum etiam ignoranti acquiritur, & quare?*
29 *Communis quæ probat datione substituti vul-* 4
garis tolli suitatẽ in filio, limitatur nepote iuxta Galli formulam substituto.
30 *Interpretatio d. l. si filius heres. ex Christopho-*
ro Castellioneo. 5
31 *L. ventre præterito. 84. D. de acquir. hered. l. illud. 4. §. fi. D. de bon. poss. contra tab.*
32 *L. si quis filio ex heredato. 6. D. de iniusto rupto.*
33 *L. finali. versiculo,* nam superior, *D. de cond. institutio.*
34 *L. Cum quidam. 30. §. quod dicitur. D. de ac-*
quirenda hered. 6
35 *Dicta l. si filius. 16. D. de liberis & posthumis versi.* interim.
36 *Dicta l. si filius, versi.* posthumo non nato.
37 *Iacobi Cuiacij intellectus ad eam legem relatus & reiectus.*
38 *Dicta l. si filius. versicul.* tam patri quam auo 7
suum heredem futurum.
39 *L. qui in aliena. 6. §. interdum. D. de acquiren-*
da hered. 8
Accursij ad eum textum explicatio relata, & reiecta.
40 *L. 1. §. sed etsi patruus. D. de coniungendis cũ emancip. lib.*
41 *Bartoli interpretatio refertur & explodituꝛ.*
42 *Verus intellectus. d. §. interdum.*
43 *§. cum autem infra hoc titulo.* 9
44 *Suus heres nemo est antequam nascatur.*
45 *Versi. Posthumi, huius. §. ita demum.*

INTESTATORVM hereditates primum ad
1 suos heredes pertinere, in §. 1. supra eo. di- 10
xit Imperator, & inter suos filios adoptiuos, naturales per curiæ oblationem, & subsequens matrimonium legitimos factos cõnumerari, ibi, & in §. seq. expressit, nũc explicans quæ ad suitatem consequẽdam necessaria sint, cum præter patriam potestatem, cuius in d. §. 1. meminerat, in ea primum locum habere oportere, qui suus futurus est, tempore mortis illius, de cuius hereditate agitur, necessarium sit, in hoc §. cui similis est text. in §. sui sup. de hered. qualitate. in l. si quis filio exheredato. 6. in princip. D. de iniusto rupto. l. 1. §. si filius suus, D. de suis & leg. 21. tit. 3. part. 6. Anton. Gomez primo tomo. c. 1. numer. 8. Michael Grassus vbi supra. §. suitas. quæstion. 1. & 5. Pinelus in Rubrica. 2. part. num. 37. C. de bonis maternis, Sarmiẽto, in l. in suis. 11. D. de liber. & post. & passim Doctores.

Quæ decisio difficilis primo redditur, ex l. si filius heres. 16. ibi. *nepoti tam patri quam auo suum heredem futurum.* D. de lib. & posth.

Secundo ex l. qui in aliena. 6. §. interdum. ibi *nepos patrem suum facit heredem.* D. de acquir. hered. cui coniunges l. filius patroni. 13. ibi. *non per semetipsum, sed per alium ad hereditatem admittitur.* D. de bon. libert.

Tertio ex §. cum autem. infra eodem l. scripto. 6. ibi. *nepos ex illo susceptus,* D. vnde lib. d. l. 1. §. sciendum. D. de suis & leg. d. l. si quis filio exher. versi. *plane.* D. de iniu. rup.

Quarto ex l. fin. ibi *de liberis qui sunt in potestate senatus loquutus est, ergo de posthumis nihil hoc Senatusconsulto cautum est.* D. de assignan. libert. l. fin. ibi. *antequam nascatur non potest dici in potestate morientis fuisse.* D. de collatione bonorum, igitur posthumus non erit suus heres, cum in potestate non sit. d. §. sui, & d. §. intestatorum, supra cum vulgatis.

Quibus vt satisfaciant interpretes miserè fluctuant: Reiectis tamen eorum erroribus, & varijs opinionibus veriores tantummodo referemus, sed illum in primis Africani nodum dissoluamus, in d. l. si filius heres.

Cui difficultati varij varia respondent, Accursius tamen, ibi, verbo, *auo,* in fine in ea est sententia vt existimet, nepotem ibi extitisse patri suum heredem, & per mediam eius personam extitisse suum heredem auo. † Quitamen intellectus, & menti & verbis Africani repugnat dicentis, nepotem, tam patri quam auo suum heredem extitisse, si tamen verus esset Accursij intellectus non esset suus heres auo, nisi patri tantum, & ita eum reprobant Bartolus, & alij Doctores, & notat Iaso, ibi num. 12. † Vnde idem Accurs. verbo, *si interim,* aliter illũ textum intelligit, nepotem ibi effectum fuisse auo suum heredem ex substitutione vulgari, quoniam filius viuo patre decessit, atque ita nepos in eius locum ingreditur, & auo suus heres efficitur. † Verum hic intellectus profecto peior est priore, nemo enim est qui non videat quantum errorem contineat, quoniam si filius viuo patre decessisset, nullo modo nepos potuisset ei suus heres existere, iure enim isto filius fam. non habebat heredem, neque ex testamento, nec ab intestato cum nihil posset in bonis habere. l. placet. iuxta vulgatum allegationem. D. de acqui. hered. iuncta l. lex Cornelia.

nelia, D. de vulgari, l. 1. & 2. D. de castrens. pecul. per argum. ab speciali. † Deinde cũ hic filius in patris sui potestate esset, nepotem in sua potestate habere non potuit, filius enim familias sub potestate alterius existens, nec suum heredem, nec in potestate aliquem habere potest, l. si adoptauero, 16. D. de precario, l. sic euenier. 21. D. ad legem Iul. de adult. & in de nepos licèt auo suus heres existat filio tamen non posset. Præterea, quia cum hic nepos non fuerit in patris, sed aui potestate, impossibile est patri suum heredẽ esse, iuxta tx. in §. sui, supra de hered. qualit. & hoc textu, cũ alijs pluribus iuribus quæ ad suitatem patriam potestatem desiderant, et sic contra hunc intellectum argumentatur Paulus num. 3. ibi.

† Vnde Bartolus num. 1. ibi. intelligit ea ratione, ibi nepotem suum auo extitisse, quoniã per datione vulgaris substituti sublata fuit suitas in filio, ac propterea nepos effectus fuit auo suus heres ex substitutione vulgari, quã sententiam plerique probarunt ex Iasone ibi, n. 14. & post alios Antonius Gomez, in primo tomo. c. 3. n. 15. secundum quem intellectum textus ille adhoc frequentissimè citatur, vt datione vulgaris substituti suitas tollatur in filio: quam opinionem ante omnes scripsit Accursius in l. Papinianus. 8. §. quarta autem, verbo, *ad substitutum*, ibi, *Respondi, imo hoc casu*, D. de inofficioso testam. quam sequuntur innumeri ab Antonio Gomez iam citato relati, & adducti à Sarmiento. n. 9. & 10. in d. l. si filius heres. Pro qua sentẽtia post Africani responsum ibi, quod omnes ad id extollunt, & expressum putant, † Primo facit, quia pater dando substitutum vulgarem filio videtur eum instituere sub conditione, *si voluerit*, & per cõsequens dare licentiam abstinendi, & efficitur heres volũtarius sicuti quilibet extraneus: tx. in l. 1. §. si proponatur, D. si quis omis. cau. test. tex. in l. verba hęc, D. de cond. inst. tex. in l. Cornelius. D. de hered. instituen. tex. in l. iam dubitari, eodem titulo. † Sed conditio de sui natura semper suspendit actum, & impedit transmissionẽ etiam in filijs, & in actibus in quibus aliàs de iure fit transmissio. tex. in l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione, in fi. verb. C. de caduc. tol. & ibi glos. ordinarij, & cæteri scribentes, tex. in l. vni. C. de his, qui ante aper. tab. ergo sublata erit suitas, quæ nihil aliud est, quod ad hunc articulum attinet, quam quędam necessitas se immiscendi.

† Deinde facit, quia per dationem coheredis extranei tollitur suitas & transmissio, tex. in l. apud Iulianũ. 11. §. idem Iulian. D. ad S. C. Trebel. ergo à fortiori per dationem substituti vulgaris, cum potentius sit ius substitutionis, quam ius accrescendi, vt in l. 2. §. si duo. D. de bon. poss. secundum tab. in l. vnic. §. in primo, & §. pro secundo. C. de caduc. toll. cum similibus. † Præterea pro eadem senten. & quod datione vulgaris substituti suitas sit sublata in filio. vrget tex. sing. subtiliter inductus in d. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. vbi habetur quod hereditas non adita non transmittitur ad heredes, nisi ex potentia suitatis, & postea dicit tex. in §. cum autem eius d. l. vnicæ. quod si heredi est datus substitutus vulgaris, hereditas non adita pertinet substituto, & non transmittitur: ergo bene sequitur quod suitas fuit sublata per dationem substituti vulgaris.

† Rursus & pro hac parte facit tex. in l. si ita legatũ. §. illi si volet. D. de leg. 1. vbi habetur, quod licèt legatarius ipso iure transmittat legatum non agnitum ad quoscunque heredes, tamen debet intelligi, præterquam si sit relictum sub conditione, *si voluerit*, ergo in nostro casu filius amitter suitatem & transmissionem per conditionem, *si voluerit*, inductam in substitutione vulgari, iuxta l. 3. C. de hered. inst. & ea quæ post Bart. notarunt vniuersi ad l. 1. D. de vulgari. † Vltimò hæc Accurs. & Bart. doctr. quod datione vulg. substituti suitas in filio tollatur, illo argumento poterit confirmari, quia per dationem substituti vulgaris tollitur transmissio in legatis particularibus, tx. est in l. si legata. C. de legat. & ibi notant & commendant Doct. ergo tolletur & transmissio quæ fit ex potentia suitatis. Et inde his & alijs argumentis eam sententiam post Bart. & Accurs. late prosequitur Socinus ad l. 1. n. 47. D. de vulgari, Benedictus in c. Raynutius, verb. *mortuo itaque* in 1. n. 190. de testa. & alijs quos Doctor Anto. Gomezius, vbi sup. citauit.

† Quibus nõ obstãtibus contraria sententia verior est, imò quod substitutio vulgaris non tollat suitatem existentem in filio, nec effectus eius, sed tantùm necessitatem præcisam adeundi, inductam fauore patris de iure antiquo, iuxta l. necessarijs 57. D. de acq. here. quomodo omnia argum. pro contraria parte adducta intelligenda sunt, non quod ratione vulg. substituti tollatur in filio suitas, sed tantum necessitas illa qua iure antiquo se immiscere tenebatur. † Pro qua sententia. 1. vrget tex. singularis in l. fi. vers. *altera vero species*. D. de cond. instit. quem ad id notauit Paul. hic nu. 11. qui tex. sic inducendus est. ibi enim dicitur. quod si filius sit institutus sub conditione potestatiua quæ vltimo vitæ spiritu potest impleri, & nepos substitutus est, si filius decedat non impleta cõditione nepos non admittitur ex substitutione nisi filio perfectè mortuo. Ratio est, quia quousque viuit filius potest impleri conditio, etiam in ipsa spiritus exhalatione, & effici potest heres ex institutione, ergò nepos non efficitur suus ex substitutione, quia intelligitur substitutus si filius heres non erit: sed filius potest effici heres quousq; in eo est spiritus mortalis: ergò substitutio cessat quousque sibi spiri-

tus

tus eſt. Nūc ad propoſitum, ſi per dictam ſubſtitutionem vulgarem ſublata eſſet exiſtentia ſui heredis, non eſſet verum quod ibi dicitur, imò invita ipſi⁹ filij neposadmitteretur: quod ſic probatur, nam tunc ſi voluntarius eſſet effectus, requireretur eius voluntas ad hoc vt heres efficeretur, ſicut in quolibet extraneo, iuxta l. verba hæc. D. de cond. inſt. dict. l. Cornel. l. iam dubitari. D. de here. inſt. tunc ſic cum ipſe filius incipiet mori antequam perfectè mortuus eſſet perderet voluntatē, vt in ſimili ſcripſit Imp. in l. hac conſultiſsima, verſi. *at cum humana*. C. qui teſt. fac. poſſ. ergo licèt conditio adhuc poſſet impleri, quouſque ſit perfectè mortuus, non eſt expectandum, quia fruſtra expectatur euentus qui nihil operatur. l. aliquando. D. ad S. C. Vellei. & ſic huius tex. argum. contra commu. tenet Paul. d. num. 11. † 27

21 Præterea ea ſenten. probatur elegāti ratione, quia beneficium abſtinendi conceſſum filijs à iure prætorio, de quo in dict. §. ſui. d. l. neceſſarijs. & *in* l. ſi filius qui patri. D. de vulgari, non tollit eis ſuitatem & effectus eius, ſed tantum neceſsitatem, ergo eodem modo licētia patris abſtinendi, quæ colligitur & cenſetur eſſe in ſubſtitutione vulgari, non tollet ſuitatem & tranſmiſsionem, ſed tantum neceſsitatem, & in expreſſo ita probat Papi. in l. ſi filius qui patri. 12. verſi. *etenim*. D. de vulgari, his verbis. *Etenim ius dicentis propoſitum fuit, liberos oneribus hereditarijs non ſponte ſuſceptis liberare, non autem eos inuitos ab hereditate remouere*. Et inde poſteriorem hanc ſenten. quod ſuitas non tollatur datione ſubſtituti vulg. poſt Bal. Angel. Paul. & Aretin. ibi ſequitur nouiſsimè alijs citatis Anton. Gom. d. 1. tom. c. 3. num. 15. † Re- 28

22 linquitur ergo ex ſuperioribus Bart. ſententiā & intellectum ad d. l. ſi filius heres admittendū non eſſe, ea enim communis traditio quæ habet datione ſubſtituti vulgaris ſuitate in filio talli, vera non eſt, vt latius ſup. oſtendimus, quā

23 multis argum. improbat Ial. ibi. n. 41. † Quibus addendum eſt, quod cum ſuitas ſit obligatio quædam paſsiua ex iure ſuccedendi quod filius habet in bonis patris, non debet eſſe in poteſtate patris atque eius arbitrio eam tollere quandocunq; velit, niſi in caſibus à iure expreſſis, argum. l. nemo poteſt. 5 t. D. de leg. 1. facit vulgar. reg. tex. in l. ſub hac. D. de obli. & acti. l. in vendentis. 13. C. de contrah. empt. l. non

24 vtiq;. 3. D. de eo quod cert. loco. † Item & præterea quia pater inuitum filium emancipare non poteſt, iux. glo. fin. in fin. §. ſi. ſup. quib. mod. ius patriæ pot. ſol. communiter receptā, vnde neq; ſuitatem tollere in eius erit arbitrio

25 † Neq; illud argum. deductum ex l. iam dubitari, in fi. D. de hered. inſt. aliquid obſtat; verius enim eſt, quod conditio, *ſi voluerit*, non tollit ſuitatem in filio, ſed potius ſuſpendit, ita vt filio volente non voluntarius, ſed neceſſarius patri efficiatur, vti apertè colligitur ex d. l. iā dubitari, in fi. aliàs enim fruſtra ibi dubitaret. I. C. an huic filio competeret ius abſtinendi, & colligitur ex l. conditionib. pupillus. 5. D. de cōd.

26 & dem. † Secundò eſt aduertendum, non eſſe verum dicere per vulgaren ſubſtitutionem cenſeri filium inſtitutum ſub conditione, *ſi voluerit*, quoniam conditio, *ſi heres non erit, vel ſi noluerit eſſe heres*, ſub qua concipitur vulg. ſubſtitutio, vt in l. 1. D. de vulg. in prin. inſt. cod. in eſt ſubſtitutioni, & non inſtitutioni, inſtitutio enim pura eſt, & purè & ſine conditione concipitur, neque redditur cōditionalis per ſubſtitutionem, argum. l. ſub conditione. 73. D. de hered. inſt. l. ſi in diem. 46. § fin. D. de condi. & demonſt. vti explicuit Aret. in l. 1. in 10. col. D. de vulgar. Corn. in l. cum proponas. num. 4. C. de hered. inſt. † Et inde verior videtur in pro- 27

poſitio reſolut. quod facta ſubſtitutione ſubintelligatur conditio, *niſi inſtitutus eſſe heres noluerit*. quæ cum reſolutiua non reddit diſpoſitionem conditionalē iuxt. tex. in l. 2. D. de in diē addictione. † *Quemadmodum* dicimus in lega- 28

to, in quo non ſubintelligitur conditio, *ſi legatarius voluerit*, cum legatum acquiratur etiam ignoranti. l. cū pater. §. ſurdo. D. de leg. 2. quod vtique non acquireretur ſi ſubintelligeretur prædicta conditio iuxta tex. in d. l. ſi ita legatū. §. illi ſi volet. D. de legat. 1. & tamen certum eſt in quocunque legato intelligi conditionē illam (*niſi legatarius noluerit*) l. ſeruum filij. 46. §. primo. D. de leg. 1. l. 1. §. vtrum. D. ſi quid in fraude patroni. Igitur filio repudiante reſolue tur inſtitutio, & admittetur ſubſtitutus: interim tamen filius ipſe antequam repudiet, tan-

29 quam purè inſtitutus ſuus heres manebit. † Et quamuis vera eſſet prædicta communis, quod ſcilicet datione vulgaris ſubſtituti ſuitas tollatur in filio, ea cōmunis limitanda eſſet, vbi vulgaris ſubſtitutus eſt nepos ex eod. filio, qui ex conſilio legis Velleiæ erat inſtituendus, iux. l. poſthumorū D. de iniuſt. rup. §. poſthumorū. ſup. de exher. liber. nam per huius ſubſtituti datione non tollitur ſuitas in filio. iux. d. l. fin. verſi. *altera vero ſpecies*. D. de cond. inſt. Rurſus hic Bart. intellectus ea ratione non procedit, quoniam ſecundum eum illa verba, *omiſſo poſthumo*, eſſent ſuperflua, & nullum denotarēt

30 iuris myſterium. † Vnde in tanta difficultate placet ſenten. quæ communiter in ſcholis circunfertur, quam ſcripſit (ſequutique ſunt omnes præceptores noſtri) ſubtiliatum princeps Chriſtoph. de Caſtellione docens propterea filium non potuiſſe effici patri ſuum heredem quoniā poſthumus qui erat in vtero erat præteritus, vnde ipſe filio quandiu vixit nūquam potuit deferri patris hereditas, neque ex teſtamen. quod dubium erat an rumperetur poſthumi natiuitate, neque ab inteſt. quia dubiū erat an poſthumo non nato valiturum eſſet teſta-

mēn-

mentum: vnde postea non nato posthumo nepos efficitur suus heres auo ex vulgari substitutione, quia filio iam mortuo hereditas non potuit deferri: quem Castel. intellectum Paul. Aret. & Iaso. ibi num. 18. Alcia. in princ. illius legis, Costa in scholijs ad eandem, Sarmien. ibi. num. 5. Roman. in l. apud Iulia. §. idem Iulia. n. 42. D. ad Tre. & esse communem affirmat Gozadinus in l. qui se patris. num. 52. C. vnde liber. † & comprobatur ex l. vētre præterito, 84. versi. *ergo si pleno*. D. de acqui. here. l. illud. §. fin. D. de cont. tab. ex testamen. enim quod speratur rūpi nullus potest esse heres, vt d. iurib. nec etiam potest dici filius suus heres ab intestat. quia donec subest spes successionis ex testamen. nunquam defertur hereditas ab intest. l. quam diu. D. de acquiren. hered. & ideò cum per mortem filij destituatur. 1. gradus. & sit locus 2. erit nepos substitutus suus quia non præcessit alius suus. † Neque obstat tex. dict. l. si quis fil. exhered. vbi vt quis succedat tanquam suus debet tenere primū locum tēpore mortis, quia ea reg. procedit vbi vult succedere rūpendo testamentum tanquam præteritus, Cæterum si succedat tanquam institutus, vel substitutus satis est vt in morientis fuerit potestate, & quod hereditas ante ipsum nemini fuerit delata iux. rationem. I. C. in l. scripto. 6. D. vnde lib. siue id contingat propter exheredationem, iux. l. qui in aliena. 6. §. interdum. D. de acquiren. hered. siue propter pendentiam natiuitatis posthumi præteriti, vt in d. l. filius, † siue propter pendentiam conditionis potestatiuæ, iux. l. si. versi. *nam superior*. D. de cond. inst. vbi si pater instituat filium sub conditione potestatiua quæ vltimo vitæ spiritu adimpleri nō potest, & ei nepotem ex eod. filio vulgariter substituat, & ipse filius conditione non impleta decedat, nepotes ipsi, filio moriēte & in vltimo vitæ spiritu existente, auo sui heredes ex vulgari substitutione efficiuntur. Cuius rei effectus hic est, quod cum pater moriens retineat filios in potestate iux. l. 1. §. si emancipato. D. de collat. bo. nepotes ipsi iure patriæ potestatis ipsi filio morienti adquirunt hereditatem, ipsumque morientem filium efficiūt auo suum heredem iux. l. placet. D. de acqui. here. vt in dict. l. fin. num. 4. Bart. notauit. Paul. nu. 11. Imol. num. 10. Costa. in 3. §. par. num. 112.

b. quandiu potè cattl deferri hereditas, ab intestato & defert

31 32 33

34 Præterea non obstat huic interpretationi, filij suitatem spe natiuitatis posthumi non impediri. ex l. cum quidā. 30. §. quod dicitur, versic. *suum heredem*. D. de acqui. here. qua motus. Bart. ab hac opinione discessit. Quoniam textus ille loquitur quando venter vacuus erat, sicque falsò posthumum nasciturum sperabatur, cum autem lex ipso iure filium suum, etiā ignorantem faciat heredem, eique deferat successionem siue magis continuationem dominij. l. iu suis. 11. D. de lib. & posth. legis virtus, & potentia non potuit falsa filij opinione remorari, neque propter filij incertitudinem vitiari potuit iuris effectus. & ita cum Christoph. tenendum est, quem ab alijs impugnationib. rectè defendit Francise. Sarmien. in cad. l. si filius ex d. num. 5.

35 Ex quo † verisimo intellectu colligitur explicatio ad tex. in d. l. si filius heres, verb. *interim*, nam reiectis Accur. interpretationib. intelligendum est, *interim*, id est, dum pendet an posthumus nascatur, vel non. † Præterea ex eod. intellectu colligitur explicatio ad d. legē in illis verbis, *posthumo non nato*, scilicet, *vivo*, nam necessario est intelligendum posthumū conceptum & in vtero fuisse, quia si vēter fuisset vacuum & nihil fuisset in vtero, non procederet ille textus: quoniam filius heres institutus efficeretur patri suus heres etiam ignorās, iux. l. ventre præterito. 83. versi. *sed si vacuo*. D. de acq. here. † Vnde cauendū est à Cuia. lib. 3. Obseru. cap. 21. & tract. 4. ad Africanum, in scholijs ad illam legem, qui tentauit intelligere in ea lege posthumum natum fuisse, eiusq; natiuitate ruptum fuisse testamentum, & nepotem simul cū posthu. qui erat eius patruus, extitisse suū heredem auo ab intest. iux. tex. in. §. cum filius. h. t. de here. quæ ab. Quoniam is intellectus Cuiac. verus non est, quia illa verba, *posthumo non nato*, non significant posthumum nondum natum fuisse, sed significant rei exitum, hoc est posthumum nunquam fuisse natum, & abortum fuisse factum, argumento tex. in l. duobus. §. fin. ibi. *non nato posthumo*. D. de leg. 1. & in l. vtrum. 8. D. de reb. dub. nam si posthumus fuisset natus, cur African. omisisset id quod præcipuè erat scripturus, & in quo cō sistebat totum negotium. Et confunditur præterea is Cuiacij intellectus ex versi. *quod si nemo*, vbi variatur casus ex eo quod filius nō habuit vulgarem substitutum atque ita significat I. C. in priore parte illius legis, nepotem extitisse auo suum heredem ex vulgari substitutione.

36

37

38 Deinde ex prædicto vero illius text. intellectu infertur explicatio ad eundem text. in versi. *tam patri quam auo suum heredem futurum*, nam Aretin. existimabat nepotem prius extitisse suū heredem auo, & postea extitisse suū heredem patri: inquit enim ipse, quod cum filius moritur, & est in vltimo vitæ spiritu, nepos efficitur auo suus heres, sed cum filius est perfect emortuus nepos efficitur suus ipsi filio. Qui intellectus procedere nō potest, quoniam profecto nepos prius fuit effectus suus heres patri statim mortuo, & postea posthumo nō nato, & abortu per mulierē facto, fuit effectus suus heres auo, ex vulgari substitutione, vt apertè significat Afric. ab ord. literæ, & manifesta ratione probatur, quia tēpore quo filius decessit pēdebat adhuc natiuitas posthumi

mi prætériti, vnde ſicut ipſe filius non poterat
eſſici patri ſuus heres, ita neque nepos, quia
tunc demum fuit effectus ſuus heres auo cum
certum eſt poſthumum non naſci, & mulierē
abortum feciſſe.

Nec minus elegans, ſubtile & difficile eſt,
quod African. in verſi. *quod ſi nemo.* deducit, 42
ex quo habetur, quod ſi poſthumus ſit præte-
ritus & ſolus filius ſit heres inſtitutus, & dum
pendet poſthumi natiuitas filius decedat, dece
dit patri ſuus heres ab inteſt. Cuius rei ratio
eſt, quia eo tempore quo moritur filius certū
eſſe incipit neminem ex teſtamen. fore hered-
dem, vnde eo momento teſtamentum fit irri-
tum, & hereditas incipit ab inteſt. deferri, &
ſic cum hereditas ab inteſta. deferatur ſuccedit
legis diſpoſitio quæ ipſum morientem filium
facit patri ſuum heredem. Eſt tamen intelligē
dum quod extitit patri ſuus heres pro dimi-
dia, nam fuit habenda ratio poſthumi qui erat 43
in vtero iux. l. cum quidā. §. ſuū heredem. D.
de acquir. here. & mouetur ibi I. C. exemplo
filij inſtituti ſub cōditione poteſtatiua, qui ea
non impleta decedit, quæ comparatio vt apta
ſit, intelligenda eſt de conditione poteſtatiua
quæ in vltimo vitæ ſpiritu impleri nō poteſt,
qualis eſt conditio, quæ in faciēdo conſiſtit ar
gumen. l. fi. verſi. *nam ſuperior.* D. de cond. inſt.
39 l. apud Iulianum. D. de hered. inſtituendis. †
Rurſus. dict. §. Interdū nodus variis modis diſ-
ſoluitur, Accur. enim. ibi verb. *faciet heredem,*
exiſtimat filium exheredatum pro mortuo ha
beri ex l. 1. §. ſed & ſi patruus. D. de coniung.
cum emancip. lib. vnde nepotem non præce-
det, ſicque nepos ſuus heres erit auo. Sed con
uincitur quia verius eſt exheredatū pro mor-
tuo nō æſtimari. Primo argū. l. ſi quis poſthu-
mos. 9. §. ſi filiū. D. de lib. & poſthu. l. ſi quis fi
lio exheredato, in princ. 6. D. de iniuſt. rup. l. il
lud. 4. §. ſi quis filiū. D. de cōtra tab. Secūdò ex
toto tractatu de inoffi. teſtamen. ſi enim mor-
tuus eſſet querela ei non daretur. Tertio ex-
preſſo tex. in l. quemadmodum. 7. D. de inoffi.
ibi. *Et ponamus in poteſtate fuiſſe eum.* Quartò, 44
quia exheredatis filijs impuberibus ſubſtitu-
tio pupillaris fit. l. 2. ibi. *vel exheredati.* D. de
vulg. §. non ſolum. ſup. de pup. l. 6. titul. 5. par.
6. ergo in poteſtate ſunt, dict. l. 2. & princ. ſup.
de dup. l. 5. d. titu. 5. part. 6.

40 † Neque tex. in dict. §. ſed etſi patruus, ob-
ſtat quia debet intelligi, filiū haberi pro mor-
tuo, quod attinet ad effectum illius tituli, cum
nullo iure, neque ciuili propter emancipatio-
41 nem, neque prætorio propter exheredationē
admitti poſsit. † Vnde Bart. eo in loco ait fi-
lium exheredatum nepoti obſtare ſi velit con
tra aui voluntatem ſuccedere. d. l. ſi quis filio
exheredato. d. §. ſi filium, nō ita ſi iuxta aui vo
luntatem, vt quia ab eo inſtitutus ſit ex d. §. in
terdum, & eſt tex. in dict. l. filius patroni. quē
Bart. intellectum ſequuntur cōmuniter Doct.
ibidem. Sed male quia differentiæ ratio non
redditur: deinde, adhuc vrget, nepotem licet in
ſtitutum auo effici non poſſe heredē, filio li-
cèt exheredato exiſtēte in poteſtate, ex iuris
reg. cui teſtator derogare non poteſt, argum.
l. nemo poteſt. 55. D. de leg. 1. † Quare his re
lictis dicendum eſt, nepotem ibi auo ſuum he
redem effici, quia mortuo patre ſtatim filius
exheredatus fuit excluſus ab hereditate, & cō
ſequēter à ſuitate, argum. l. 3. §. filius. D. de lib.
& poſth. iunctis traditis à Bart. in l. 3. num. 3.
D. de leg. 1. ideo filio exheredato nepos in he-
reditate ſuccedit, & auo ſit ſuus heres, quia et-
ſi poſt mortem teſtatoris contingat, ſatis eſt
nepotem ipſum in eius fuiſſe poteſtate tem-
pore mortis, & eam hereditatem propter ex-
heredationem filio, qui nepotem præcedebat,
nunquam fuiſſe delatam, ex d. l. ſcripto.

Deinde non obſtat text. in d. §. cum autem. 43
inf. eod. cum concord. nam in illis iuribus ne-
pos deſtituto teſtamen. ab inteſtato ſuccedit,
quo caſu viuo auo eum conceptum fuiſſe ſuffi
cit, & nulli alij ante eum legitimam aui here-
ditatem delatam fuiſſe, iuxta elegantiſsima ver
ba Papiniani in d. l. ſcripto. ibi. *Nec poteſt dici*
heredem non ſuum nepotem fore quod proximum
gradum nunquam tenuerit, cum & ipſe fuerit in po
teſtate, nec pater eum, in hac ſucceſsione præuene-
rit. & in d. l. ſi quis filio exheredato, ibi. *ab inte*
ſtato vero is ſuccedit cui ante eum nulli alij eſt dela
ta hereditas. & in d. §. ſciendum. ibi. *quoniam nec*
delata eſt filio hereditas. in d. §. cum autem. ibi.
quo tempore certum eſt aliquem ſine teſtamento de-
ceſsiſſe. & ibi. *quo tempore certum eſt inteſtatum*
patrem deceſsiſſe. Secus ſi is nepos quem pater
mortis tempore præcedebat contra teſtamen
tum ſuccedere voluiſſet, tunc enim teſtamen-
tum non rumpit, cum nec exheredari ab auo
deberet, neque agnoſcendo rumpet is, quem
mortis tempore pater præcedebat. d. l. ſi quis
filio exheredato. in princ. & in verſi. *vtrumq;*
proprijs rationibus.

Tandem non obſtat vltimum argum. quia
etſi controuerſum ſit, an poſthumus dum in
vtero eſt ſuus heres ſit, verius eſt neque in po
teſtate, neq; ſuum heredem eſſe. d. l. fin. D. de
coll. bon. d. l. fin. de aſsig. lib. §. cum autē. ſup.
de tutel. l. 1. §. toties, &. §. ſed etſi certum. D.
de vent. in poſſeſsionem mitt. l. Gallus. §. nūc
de lege. D. de lib. & poſth. l. cum quidam. 30.
§. 1. D. de acq. hered. l. poſthumus. 6. D. de inof
fic. teſtam. l. poſthumo. 11. C. de collati. l. po-
ſthumo nato. 2. C. de contra tab. l. 3. C. de po-
ſthum. hered. inſt. quibus omnibus non ſuum
iam eſſe, ſed futurum eſſe oſtenditur ſi viuo pa
tre natus eſſet. † Neque contrarium probat 45
Iuſt. in hoc verſic. *Poſthumi*, cui vix, aut ſine cā
uillatione reſponderi poſſe profitetur Iaſo in
l. ſi à primo. num. 18. D. dę lib. & poſthum. &

in

in d.l.posthumo nato.n.3. qui de posthumo iã nato loquitur. vt planè probabis.1. ex verb. *posthumi.* id est por mortem siue humationem patris nati.l.3. vers.1. D. de iniust. rupt.l.nomen filiarum.164. D. de verb. signif. Secundò,ex illis verbis: *si viuo patre nati essent.* quibus de posthumo iam nato loqui constat,mortuo tamen patre, eumque suum heredem esse, si natus eo viuo in potestate eius foret:elegantèr notat Pinelus in d. Rub.de bon.mat.2.par. n.37. & videbis Andr. Tiraq. in l. si vnquam, verbo.*susceperit liberos*,ex num.144.Minch.de succes.creatione.§.19.num.65.

§. *Sui autem.* 4.

1 *Suus etiam ignorans est heres.*
2 *Suus etiam inuitus iure ciuili fit heres.*
3 *Hereditatẽ acquirens, causam hereditatis acquirendæ vt intelligat est necessarium. & nu.4.*
6 *Furiosus nullum consensum, nullum iudicium habet.*
7 *Furiosus hereditatem acquirere non potest, nisi suus heres sit,qui etiam inuitus, & ignorans acquirit.num.8.*
8 *Dominium ipso iure in suos heredes continuatur: possessio non ita.*
9 *Hereditas iacens an in suis heredibus detur? remissiuè:vsucapio pro herede, an in suis heredibus detur? remissiuè.*

1 IN tex.ibi:*ignorantes.* Igitur suus etiam ignorans est heres;idem in l.1.§.qui sunt in potestate.D.si quis omissa causa.l. intestato.3.§. est autem.ibi: *quoniam & ignorans heres fit.* D. de suis.& leg.l.fi.§.1.C.de curat.furios. cũ alijs adductis ab Ant. Gomez. d.1. to.c.9.nu.17.ex vers.*Octauo infero.* Ario Pinelo d.2.par. nu.36. Michaele Grasso.d.§.suitas.q.7.nu.7. Greg.in
2 l.21.vbi bonus tex.tit.3.par.6. † Nec id solũ sed & inuitus heres patri iure ciuili existet.§. sui.sup.de hered.qualit.l.necessarijs 57.ibi. *iure ciuili teneantur.* D. de acq.hered. quo iure inde necessarius dicitur,quia omnino siue velit,siue nolit,tam ab intestato,quam ex testamẽto,ex lege duodecim tabularũ heres fit,defert enim ei lex paternam hereditatem,sic vt neque aditio,neque voluntas ipsis necessaria sit.l.in suis. 11.D.de lib.& posthu.l.in suis 14.D. de suis & leg. Tametsi iure Prætorio abstinendi beneficium habeat,vt in dictis iuribus, vbi latè interpretes,& iam citati.

3 Sed obstat, quia qui heres fit,& hereditatẽ acquirit causam acquirendæ hæreditatis intelligere debet.l.is qui heres,13.§. si quis dubitet. l.is qui putat.15.l. & è contrario.16.l.nec is. 17.l.si is ad quem.22.l.in repudianda.23.l. heres institutus.32.l.quod si dubitet. 33. l. sed & si de sua.34.l.pater.93.D.de acquir. hered.l.13. ibi:*E que sabe.*l.14 per totam.tit.6.part.6.ergo ignorans heres non fiet.

4 Sed respondè prædictas leges accipiẽdas esse in aditione hereditatis extranei,& successione,qui quũ adire vult certus esse debet,an pro parte, an ex asse,an ex institutione,an ex substitutione,an ex testamẽto,an ab intest. an tanquã suus,an tãquã extraneus, an tãquã volũtarius,an tãquã necessarius, an testator viuat, an mortuus sit,tandem vt ex qua causa hereditas ad eum peruenit intelligat, vt in exemplis ea-
5 rum legum. † Quod tamen in successione legitima(id est ab intestato) necessarium nõ est, cum ipsa duodecim tabularũ lege suis heredibus,& illis deficientibus proximis agnatis deferatur,his verbis. *Intestatorum hereditates primò suorum heredum velint nolint ve sunto:his deficientibus agnatus proximus familiam habeto.* Hoc tamen addito,vt in suis quia ipso iure heredes existunt,nulla aditio, nulla voluntas necessaria sit,quia dominium continuatum est. d.l. in suis:siue ex testamento,siue ab intestato succedant,secus in extraneis agnatis, quibus inuitis aut nolentibus non adquiritur,licèt ius succedendi deferatur.

6 In tex.ibi. *licet furiosi sint.* Difficilis est hic tex.dum furiosum hereditatem adquirere posse probat,cum eius nullum consensum,nullum iudicium esse constet, nullumque negotiũ cũ gerere posse, l. cũ prætor.12.verfic.*natura.*D. de iudicijs,l. in negotijs.5.l. furiosi.40.D. de reg.iuris.§.præterea,sup.quib.non est permis. §.furiosus.inf.de inutilib.l.2.§. furiosus. D. de iure codicill. l. 1.§. adipiscimur.D. de acquir. possessione.l. 2. §. furiosus. D. de procurat.l. vbi non voce.164.§.furiosus.D. de reg.iuris.l. 4.tit.11.part.5.& l.4.tit.4. part.3. l. 13. tit.1. part.6.latè Ioan Gracian,reg. 214. grauiter & docte omnino videndus Dom.Aegidius Ramirez de Arellano ex temporali epanorthome siue disputatione.l.2.§.si à furioso.num.21.D. pro emptore.

7 Vnde † cum ad acquirendam hæreditatẽ scientia & animus desideretur,vt diximus sup. eum heredem esse non posse videbatur: quod & in specie probat expressus tex. in l. Antistius.62.§.fi.(aliàs.l.furiosus.63.)D. de acquir. hered.vbi furiosum acquirere sibi commodum hereditatis non posse probatum est.

8 Sed huius rei facilis est explicatio, si id in extraneo furioso herede instituto procedere notes, vt ex testamento acquirere nullo modo possit,cum ad eam acquisitionem animus saltem necessarius sit,vt in l. pro herede.20.D.allo titulo cum alijs, quo tamẽ furiosus destituatur,vt in d.l.cum prætor.cum similib. Qui tamen in furioso suo herede non requiritur,cum statim ipso iure etiam absque aliquo actu heres fit,d.l.in suis,& magis in d.l.fin.§.1.ibi.*cum tibi eo appareat,& suus heres existat.* C. de curatore furioso.cum enim & suo nolenti,& ignorãti paterna successio delata sit, non quirum furio-

rioſum ab inteſtato ſuccedere, quia ex quibus cauſis ignorantibus nobis acquiritur, ex iſdem cauſis & furioſo acquiri poteſt, l. ſi à furioſo. 12. verſi. *nam ex quibus.* D. ſi certũ pet. l. ſi à furioſo. 23. D. de oblig. & act. eleganter Conanus lib. 7. c. 1. nu. 14. Et inde ſuis heredibus pupillis aut furioſis ſine tutoris authoritate, aut curatoris aſſenſu hereditas acquiritur ipſo iure, ex noſtro tex. cum cõcord. Quę tamen in extraneis ſucceſsionibus deſiderantur, ex tit. ſup. de author. tut. D. eod. C. de curat. furioſ. l. 13. verſ. *mas ſi el heredero.* tit. 6. l. 17. titu. 16. part. 6.

9 In tex. ibi: *Quaſi continuatur dominium.* Hoc ipſo iure contingit, ex d. l. in ſuis: dicitur autẽ quaſi continuari dominium in ſuum heredem, quia etſi filius viuente patre quodammodo dominus exiſtimetur, dominium tamen vere habere non poteſt, ex reg. l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus vehiculum. D. commod. eo tamen decedẽte, quia vna perſona cum filio reputatur. l. fin. C. de impub. ſic continuatur, vt filius nihil noui iuris acquirere intelligatur, ſed magis liberã bonorum adminiſtrationem percipere. d. l. in ſuis, & ad propria bona penè venire. l. 1. §. largius. D. de ſucceſ. edict. Non tamen continuatur poſſeſsio, ex reg. l. cum heredes. 23. D. de acquir. poſſ. & notanter Accurſ. in l. cum miles. 30. verbo, *coniunctim.* D. ex quibus cauſis maiores, communis ex Graſſo. d. §. 7. nu. 8. & an ſuo exiſtente detur hereditas iacẽs? item an & vſucapio pro herede locum habeat? latè Sarmiento in d. l. in ſuis num. 6. Graſſus iam relatus, Pinelus. d. 2. par. num. 38. Ant. Gomez. dicto 1. tomo. cap. 9. num. 19. qui alios referunt. & nos in §. fui. ſup. de here. & qual.

§. *Interdum.* 5.

1 *Poſtliminium facit quem tanquam ſuum heredem ſuccedere, etſi in morientis poteſtate non fuerit.*

2 *Poſtliminium fingit ciuem ab hoſtibus captum, & reuerſum nunquam captum fuiſſe, ſed ſemper in ciuitate manſiſſe.*

3 *Lex Cornelia fingit captiuum eadem captiuitatis hora, liberum tamen, deceſsiſſe.*

4 *L. captum. 9. C. de captiuis.*

5 *L. fin. C. quibus ex cauſis maiores.*

6 *Suus aliquando patri heres non eſt.*

7 *Parentum infœlix caſus liberis nocere non debet: Pœna ſuos ſequitur authores.*

8 *Filij propter parentum delicta puniuntur in aliquibus delictis.*

9 *Perduellionis crimen maximum aduerſus Principem & rempublicam.*

In tex. ibi. *Ius poſtliminij.*

1 ET ſi qui tanquam ſuus heres ſuccedebat eum in morientis fuiſſe poteſtate neceſſarium ſit, iuxta. §. ita demũ, vbi diximus 18 ſuprà eodem. interdum tamen, licèt in poteſtate parentis mortis tempore ſuus heres nõ fuerit, tamen ſuus heres parentis efficitur, veluti ſi ab hoſtibus quis fuerit reuerſus poſt mortẽ patris ſui, ius enim poſtliminij id facit. Quod vt rectè intelligas præmitte Romanos vt ciues ad bella inuitarent, captiuorum iura duplici fictione cõſeruaſſe: Poſtliminij & legis Cor

2 neliæ. † Quarum prima captiuum ab hoſtibus reuerſum nunquam captum fuiſſe, ſed ſemper in ciuitate manſiſſe fingebant, l. poſtliminij. 5. l. retro. 16. l. bona eorũ. 22. §. primo. D. de captiuis, l. illa inſtitutio. 32. §. 1. D. de hered. inſtit. §. ſi ab hoſtibus. ſup. quibus modis ius patriæ poteſt ſolui.

3 † Altera in eadem captiuitatis hora eum deceſsiſſe iudicabant, l. in omnibus 18. D. de captiuis. l. cum hic ſtatus. 32. §. ſi ambo. D. de donat. inter l. prima. C. de captiuis. quæ legis Corneliæ fictio ideò appellatur, quia à Lucio Cornelio Sylla, & Quinto Metello introducta fuit, vt obſeruat Franciſcus Hotoman. in indice legum Romanorum ad legem Corneliam de teſtamentis, Anto. Auguſtinus, de legibus, pag. 51. de qua Conſulti in dict. l. bona eorum in l. lege Cornelia. 12. D. de teſtam. in l. lex Cornelia. 28. D. de vulg. & d. §. ſi ab hoſtibus, & in §. fin. ſup. quib. nõ eſt permiſſ. de quibus fictionibus latè Bartolus, & cæteri in l. ſi is qui pro emptore. D. de vſucap. & videbis integ. titu. 329. de captiuis, par. 2.

Iure ergo poſtliminij filius, aut alter qui mortis tempore in poteſtate parentis non fuerat, reuerſus ſuus heres eſt, ex noſtro textu, & d. l. 1. §. interdum. D. de ſuis, & leg.

4 † Sed obſtat. tex in l. captum. 9. C. de captiuis, poſtliminio reuerſis. vbi captum ab hoſtibus filium lege Cornelia, reuerſum ſuum heredem fieri probant Imperatores. Cui difficultati non ſatisfacit Hotomanus hic, quem tacitè reprehendit Iacobus Cuiac. in notis ad Iulium Paulum, lib. 3. Sent. tit. 4. verſi. *qui ab hoſtibus*, cui magis probatur Accurſij interpretatio, licet eum non referat, in d. l. captum, verbo. *legis Corneliæ*, verſi. *vel dic & patrem.* vt ibi lex Cornelia referenda ſit, non ad reuerſum filium, ſed ad patrẽ qui deceſsit apud hoſtes, quo caſu poſtliminium non ſufficit, vt filius patri heres fiat, quia etſi eum nunquam captum, ſed in ciuitate ſemper fuiſſe fingamus, tamẽ cum pater apud hoſtes deceſſerit, non poſſet ei heres exiſtere, niſi lege Cornelia patrem ciuem Romanum deceſsiſſe fingatur. dict. l. lege Cornelia. 12. D. de teſtam.

5 † Quam interpretationem probabis ex l. vltim. C. quibus ex cauſis maior. vbi filium ab hoſtibus reuerſum legis Corneliæ beneficio ad paternam & maternam ſucceſsionem Imperat. Dioclet. & Max. admittunt, quia pater & mater cum eo capti apud hoſtes deceſſerunt.

Et

Et licèt dicta l. captum. in vulgatis Codicibus *Gregorio* inscribatur, tamen in nonnullis inscribitur *Lycinio*, cui etiam inscribitur. d. l. vlt. vt refert Taurellus in proœmio Pandectarum Principum, vt hinc coniectura sumi possit vtrãque legem in eadem specie esse intelligendã, in qua patre apud hostes defuncto, filius in ciuitatem reuersus est.

6 In tex. ibi: *Per contrarium.* Vides euenire aliquando posse, vt is qui suus heres omnino futurus erat, quia in familia defuncti mortis tempore fuit, ex eius delicto, & sui heredis nomen exuat, & hereditatem amittat. Quæ sententia

7 difficilis est. † Primò, quia parẽtũ infœlix casus tametsi delictum redoleat liberis nocere non debet, l. filiam senatoris. 9. D. de senatorib. l. generali 34. §. fin. D. de ritu nupt. neque filio maculam vllam patris crimen infligere potest. l. crimen. 26. D. de pœnis, namque vnusquisque ex suo admisso sorti subijcitur. d. l. crimen. l. sancimus. 22. C. eodem. l. 9. *tit.* 31. *part.* 3. nec alieni criminis successor constituitur, quia delicta morte extinguũtur. l. defuncto. 6. D. de publi. iud. l. 1. l. 3. l. fin. C. si reus vel accus. mortuus fuerit. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 23. *l.* 25. *titulo* 1. *part.* 7. Sacrorumque librorum confirmat authoritas, *Filius* (ait dominus) *non portabit iniquitatem patris.* Ezechiel. cap. 17. & in cap. Iudæi. 1. quæst. 4. Iosephus lib. 4. antiquit. Iudaicarum, cap. 6. Ergo filius ob defuncti patris delictum, post mortem criminis iudicati, ius fruitatis, neque hereditatem amittet.

8 Verùm cum Iustinianus quo causa pater defunctus perduellionis reus iudicatus est, filium à fuitate, & hereditate paterna arceat, mirum videri non debet: Namque constat, quod ex d. l. crimen. paulò ante probauimus, sic recipi solere, nisi crimen execrabile sit, & grauissime detestandum, quia læsa sit diuina vel humana maiestas. l. quisquis. 5. §. filijs. C. ad leg. Iul. maiest. authen. Gazaros. C. de hereticis. cap. accusatus. 8. §. in eo. illo tit. lib. 6. c. fœlicis de pœnis. eo-

9 dem lib. d. l. 7. & 8. tit. 1. par. 7. † Perduellionis autem crimine, aduersus principem & rempublicam machinatur. l. is qui 11. D. ad leg. Iul. maiest. antiqui enim hostes perduelles dixerunt. l. quos nos 254. D. de ver. signif. vnde quæ hostili animo aduersus rempublicam & principem crimina patrantur, perduellionis rei dicuntur, & mortalitate non extinguuntur. Æquum enim est, & rationi consonum publicè malè meritum cum suis heredibus qui personam eius referunt, ad deterrenda maleficia, egestate laborare & opprimi, quibus ex misericordia vita conceditur, vt perpetua egestate sordentibus & mors solatium sit, & vita supplicium. d. §. filijs. notat eleganter Ioan. Coras. in d. l. filiam. nu. 4. D. de senatorib. & latè Anto. Gomez. 3. to. cap. 1. ex num. 78.

§. Cum filius. 6.

1 *Nepotes, ad aui successionem cum patruis suis admittuntur, & num. 5.*
2 *Suorum in successione prior est causa.*
3 *Proximior in legitima successione remotiorem extludit. & num. 4.*
6 *Repræsentatio inter collaterales in vno tantum casu locum habet.*
7 *Nepos per repræsentationem quamuis in patris locum succedat, ex sua tamen persona.*

In tex. ibi. *Pariter ad hereditatem aui vocantur.*

1 NEpotes † in aui successione, loco patris sui præmortui, cum filio viuente, suo nempe patruo admittuntur ex hoc tex. & l. vt intestato. 3. C. de suis & legitim. authen. cessante, & auth. post fratres, la 2. C. de leg. hered. authen. vt fratrum filij in princ. collatione. 9. c. 1. §. his vero deficientibus, de successione fratrũ in vsib. feud. & l. 3. tit. 13. part. 6. auth. in successione. C. de suis & leg. auth. de hered. ab intest. veni. §. 1. coll. 9. explicarũt interpretes in d. locis. plurimos disputantes retulit ex Alfano. collectanea 117. Petrus Brossæus in suis notis. in remissione ad hunc tex. optimè Hotom. illustrium quæstionum ca. 2. & 3. Zasius. lib. 1. responsorum. cap. 7. Did. Couar. in pract. c. 38. per totum. Ant. Gomez. ad l. 40. Tau. Peralta in l. cum ita legatur. §. in fideicommisso, ex. num. 18. D. de leg. 2. Ludoui. Molina. lib. 3. de Hispan. primogen. c. 6. Melchior Pelaez tract. de maioratibus 2. par. q. 6. num. 17. Michael Grassus de succes. ab intest. §. successio ab intestato. quæst. 2. ex num. 6.

2 Sed obstat in successione intestati primam causam esse filiorum ex §. intestatorum cum ibi notatis. sup. eodem. authen. in successione. C. de suis & leg. & §. sui. ibi.: *Nepos qui præceditur suus non erit.* sup. de hered. qualit.

3 † Quod & in successione collateralium admittendum esse planè probat tex. in §. 1. inf. tit. 1. vt is qui gradu proximior est remotiorẽ excludat, atque in successione patrui præmortui patruum, defuncti fratrem cæteros omnes excludere scripsit. in §. si plures, illo. tit. ergo nepotes cum patruo suo non admittentur.

4 † Præterea intestati successio proximiori semper defertur. l. 1. §. Proximus, §. gradatim. D. vnde cognati. d. §. 1. versic. *non tamen*, infra tit. 1. sed filius nepote proximior est, vt cõstat, ergo ei soli defertur successio, nõ nepoti etiã.

5 † Sed facilis est explicatio, si aduertas, quod in d. §. intestatorum scripsimus, & d. regula, traditum est, vt in successione intestati prima causa sit filiorum intelligendum esse, cum ipsi, cæteris exclusis patri heredes fiunt: secus tamen si de aui successione disputetur, quo casu etsi iuris rigore attento dicendum videretur eos

eos tanquam remotiores non esse admittendos, cum patruo ad successionem aui ex æquitate tamen propter beneficium successionis quod repræsentationem appellant admittuntur, ex nostro text. ibi. *Æquum enim esse videtur nepotes neptesque in patris sui locum succedere.* Et in l. 1. §. si filius. D. de suis & leg. hered. quod & lege duodecim tabularum admissum fuisse probat. dict. l. vt intestato. 3. C. de leg. hered. & Iustin. in. §. item vetustas. versicul. *Quemadmodũ* infra hoc titu. † Quæ repræsentatio cum à lege in successione ascendentiũ tantum instituta sit, non verò successione collateralium, fratris filius in patris sui demortui locum non succedet, vt patrui mortui patrimonium cum patruo viuo partiatur, ex d. §. si plures. Hodie tamen ex nouissima Iust. lege in authen. de hered. ab intesta. ven. §. 2. versicu. *huiusmodi.* coll. 9. priuilegium repræsentationis locum habet, in patrui tantùm successione, in qua filius patris præmortui cum fratre patrui defuncti admittitur: non verò si de succedendo transuersali remotiori agatur, quia tunc nulla datur repræsentatio, sed iuris regula obseruatur, vt qui gradu proximior est vlteriorem excludat. ex iuribus sup. adduct. & l. auunculo. 6. C. communia de successio. dict. authen. post fratres. 2. Est igitur correcta iam decisio text. in dict. §. si plures. quæ repræsentationem in fratrum successione non admittebat, ex dict. §. 2. & authen. in successio. C. de suis & leg. & l. 8. Taur. ibi. *Mãdamos que succedam los sobrinos con los tios ab intestato â sus tios in stirpem, y no in capita.* vbi latè Anton. Gomez & omnes sup. citati. l. 5. titu. 8. lib. 5. recop. & ibi Matien. & Azeuedo. † Illud tamen hac in successio. notabis, nepotes in patris sui locum succedere si vt eius gradum subeant, quia sicut filius obtinebat primũ gradum, ita nunc nepotes ex eo, filio sublato de medio, eundem gradum tenebunt, non tamen ex patris persona, sed ex propria aui heredes fiunt, in locum tamen patris ex Bart. & alijs quorum meminit Mynsing. hic, num. 4. & latiùs sup. adducti. Et inde cum ij nepotes in patris sui locum succedant, nõ in capita, idest pro æqualibus portionibus, sed in stirpes debent admitti, ita videlicet vt licèt plures sint nepotes non tamen maiorem portionem habeant omnes, quàm pater eorum si viueret habiturus esset. ex text. nostro. & dict. l. 8. Taur. Quæ omnia ad fideicommissi & primogenij successionem, vt & in ea filij præmortui nepotes succedant, excluso tamen patruo admittenda sunt, vt latè probarunt, quorum supra meminimus, quos vide, & quæ latè diximus sup. h. t. capite. vnico. §. 2. & §. 3.

§. *Cum autem.* 7.

1 *Interpretatio huius paragraphi remissiue.*
2 *Nepos in aui vita conceptus, vt ab intestato succedat, quando requiratur.*

1 IN text. ibi. *destituto testamento.* ibi. *quia quo tempore certum est.* vide quæ diximus. in §. ita demum. ad 3. argumentum.

2 In verficulo, *planè etsi conceptus.* † idem in l. 1. §. sciendum. D. de suis & leg. in l. Titius. 6. cum duabus sequen. cod. l. 1. verficul. *cæterum.* D. de iniust. rup. l. 1. §. si quis proximior. D. vnde cog. quæ leges intelligendæ sunt, cum de aui successione disputatur, secus si agatur de successione liberti auiti, nam ad eam etiam nepos post mortem aui conceptus admittitur. l. Paulus. 47. §. Paulus. D. de bon. lib. & ad has leges videbis limitationes quas scripserunt Anton. Gomez. 1. tom. capit. 1. nu. 8. Socinus. in l. si cognatis. num. 30. D. de reb. dub. And. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glossa. 9. ex num. 90. Alciat. lib. 1. disput. cap. 28. Molina lib. 1. de Hisp. primogen. cap. 6. num. penultimo.

§. *Emancipati.* 8.

1 *Emancipati, qui iure ciuili non succedunt, iure Prætorio admittuntur, ex testamento & ab intestato.*
2 *Emancipationis & patriæ potestatis differentiæ sublatæ sunt noua Iustiniani lege.*
3 *Emancipatus licèt hodie iure ciuili succedat tanquam suus, non tamen cum suorũ qualitatibus.*

1 POSTQVAM de suorum heredum legitima successione, in præcedentibus Iustinianus scripsit de emancipatis sermonẽ instituit, & eos, licèt iure Ciuili succedere ab intestato nullo modo posse probet, iure Prætorio, ad successionem intestati patris cũ suis heredibus pariter admitti docet. Idemq; & in successione ex testamento obseruandum est, vt aut institui, aut exheredari debeant. §. cæmãcipatos. sup. de exhered. liber. Quamuis enim filius per emancipationem fieret extraneus. §. cæteri. sup. de hered. qualit. cum alijs, & familiam paternam iusq; cognationis admitteret, vt in l. pronuntiatio. 195. §. familiæ. 2. D. de verbo. signifi. l. capitis. 11. D. de suis & legit. & inde iure ciuili ab intestato non succederet, nec esset instituendus, vt hic. & d. §. emancipatos. naturali tamen æquitate motus, (quam præ oculis prætor semper habet. l. quod si Ephesi. 5. D. de eo quod certo loco) sicut in successione testamentaria filijs emancipatis subuenit per bonorum possessionem contra tabulas, d. §. emancipatos, & toto tit. de bonorum possessione, contra tab. ita & ad legitimã hereditatem parentum eos vocat, concedens

bonorum poſſeſsionem, *vnde liberi.* per quam reſciſſa eorum emancipatione, l. ſed cum patro no. 6. de bonorum poſſeſsiombus, per inde ab inteſtato ſuccedunt, ac ſi in morientis ſuiſſent poteſtate, ex tex. noſtro. & §. ſuos autem. verſiculo, *Primo loco.* infrà de bonorum poſſeſ. to. tit. D. vnde liberi. l, 3. & ibi Grego. verſicul. *el fijo.* tit. 13. part. 6.

2 Sed cum hodie, vt populariter docetur, antiquæ emancipationis & ſuitatis differentiæ ſublatæ ſint. l. meminimus. 15. C. de leg. heredi. in authentico de hered. ab inteſta. ven. §. 1. ibi. *ſiue ſuæ poteſtatis.* & §. nullam verò coll. 9. emancipati filij cum ſuis etiam iure ciuili admittentur ab inteſtato, vnde emancipatus qui olim ſuccedebat patri per bonorum poſſeſsionem prætoriam intra annum. l. 1. §. largius. D. de ſucceſsio. edict. l. emancipata. 4. C. qui admitti. (cui adde. l. 34. tit, 9. l. 2. titu. 6. part. 6.) poterit ei ſuccedere intra tringinta annos de iure ciuili, ex gloſſ. in l. licet. 8. verbo, *longe.* C. de iure de liber. quam ſequitur Decius qui alios refert in. l. vnica. num. 9. C. quando non pet. part. Portius lib. 3. concluſionum. conc. 35. Anto. Gomez. 1. tomo. cap. 9. num. 28. †

3 Notabis tamen, quod etſi hodie iure ciuili cũ ſuis emancipati admittantur, ſintque quo ad effectum ſuccedẽdi ſuis ſimiles, ex dict. iuribus, & §. cæterum inf. titu. 1. non tamen cum prærogatiuis & qualitatibus ſuorum admittuntur, neque ſui ſunt, neque eſſe poſſunt, qui in poteſtate non ſunt. Vnde hereditatem non aditã non trãſmittunt, quia eis aditio neceſſaria eſt, eleganter obſeruat Mynſinger. in. §. ſed hæc quidem. num. 4. ſup. de ex hered. lib. Anton. Gomez in dict. 1. tom. cap. 9. num. 24. & Manuel Coſta in §. & quid ſi tantum. 3. part. ex num. 207. Munchaca de ſucceſsio. creatione. §. 19. num. 7. & ſequen. Couar. in cap. Raynutius. num. 5. in princ. de teſtamentis, quos vide bis pro hoc. §. & quæſtione, an in totum anti quum emancipationis & patriæ poteſtatis diſcrimen ſublatum ſit.

1 FIlios emancipatos ad bona naturalis patris inteſtati defuncti, ſi ſe arrogandos alij extraneo dederunt, neque iure ciuili, neque prætorio Iuſtinianus probat admitti. Cuius rei illa poteſt commendari ratio, nimirum per arrogationem, in familiam patris adrogatoris tranſeant, eique ſui heredes ſint legitimi. §. inteſtatorum. ibi. *an adoptiui.* ſup. eo. l. 3. l. 9. titu. 16. part. 4. l. cum in adoptiuis. 10. §. fin. C. de adopt. miſeratione Prætoris digni viſi non ſunt, ex hoc tex. & d. l. cum in adoptiuis. l. fin.

2 D. vnde liberi. † Sed obſtat tex, in §. admonẽdi. 12. infra eodem. vbi filium adoptiuum patri naturali abinteſtato ſuccedere probatum

3 eſt. † Secundò obeſt tex. in §. ſed ea omnia. infrà eodem. §. ſed hodie. ſuprà, de adoptionibus. d. l. cum in adoptiuis. 5. in principio. quibus probatum eſt iura patris naturalis per adoptionem non diſſolui, ſed integra ſic filijs reſeruari, acſi in patris naturalis poteſtate permãſiſſent. † Hæc tamẽ te turbare non debẽt,

4 quia facilis explicatio eſt, ſi defendas, id quod Iuſtinianus hic docet, emancipatos filios, in adoptionem poſtea datos extraneo, ſi cum pater naturalis moreretur, in adoptiua familia fuiſſent, ei ab inteſtato quaſi liberos non ſucce-

5 dere. † Neq; tex. in d. §. admonẽdi. contrariũ probat, nam ibi filij emancipati, & ab extraneo adoptati ſuccedũt, adhuc in poteſtate adoptiua conſtituti, non quaſi liberi, ſed tanquam cognati, id quod Imp. hic inſinuat. ibi *(non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi)* & optimè, quia duos patres habere non poſſunt, & iura ciuilia emancipatione, Prætoris autem beneficium adoptione amiſerunt, reliquum ergo eſt, quia naturale ius cognationis, emancipatione & adoptione non diſſoluitur. §. fi. ſup. de leg. ag. tut. l. iura ſanguinis. 8. D. reg. iuris. eos tanquam cognatos ſuccedere, ita tamen, ſi neque ſui heredes liberi, neque emancipati, obſtent, aut vllus cognatus interueniat, ex d. §. ad

6 monendi. vbi omnes. † Minus obſtat tex. in d. §. ſed ea omnia. qui non de filijs emancipatis qui ſe in arrogationem dederũt, loquitur, ſed de filiis familias, qui à patribus ſuis naturalibus in adoptionem alijs dantur, & iura patris naturalis retinent, niſi auo paterno vel materno dati ſint. ex d. §. ſed hodie. verſi. Si verò. d. l. cum in adoptiuis. §. ſi verò:

7 † Quæ vera eſſe notabis, ſi quo tempore pater naturalis moreretur, emancipatus filius in adoptiua familia fuerit. Nam ſi viuo eo emãcipatus ab adoptiuo patre eſſet, perinde admitti tur ad bona naturalis patris, ac ſi nunquam in adoptiua familia fuiſſet. tex. hic. verſiculo, *nã viuo eo.* & in l. liberi. 2. verſic. *bi enim.* D. vnde lib. quod vtiq; Prætoris beneficio factum eſt, qui cum omni ſpe deſtitutos naturales filios videret, hoc eſt, & naturalis & adoptiui patris hereditate excluſos, æquitatem, natu-

raque

§ *Adhi qui. 9. & §. Admonendi.* 12.

1 *Emancipatus qui extraneo ſe adrogandum dedit quaſi filius nec ciuili nec prætorio iure ab inteſtato patris naturali ſuccedit. & num. 4. & 7 & 10.*

2 *§. Admonendi. 12. infrà hoc titu. & num. 5.*

3 *Naturalis patris iura per adoptionem non diſſoluuntur. & num. 6.*

7 *Emancipatus ab extraneo adrogatus, & ab eodem emancipatus, ad bona naturalis patris ex capite* vnde liberi. *abinteſtato admittitur, quod tamen limitatur. num. 8.*

9 *L. liberi. 2. D. vnde liberi.*

ræque ius amplexus eos agnatis omnibus anteposuit. † Quod si (vt ex nostro text. vides) post naturalis patris mortem emancipati à patre adoptiuo fuissent, vtriusque & naturalis patris, & adoptiui legitima hereditate priuantur. Patris naturalis ideò, quia quæsitum fuit ius alijs ab intestato, vel etiam ex testamento succedentibus, iniquumque esset, in potestate adoptiui patris esse, ad quos bona naturalis patris pertinerent, & sic succedendi ius ex alieno arbitrio penderet, contra regulam l. illa institutio. 32. D. de hered. inst. cum similibus. Adoptiui vero patris quia emancipatione dissoluta est adoptio. l. in omni. 13. D. de adopti. l. 1. §. liberos. ibi. *quia adoptionis iura dissoluta sunt emancipatione.* D. si tab. test. null. ex tab. l. 2. §. obijcitur. D. ad S. C. Tertyll. d. l. cum in adoptiuis. in principio. l. 2. versicul. *hi enim.* D. 9 vnd. liberi. † Adde, nisi ab eodem patre naturali adoptati fuissent, & rursus emancipati, nam & si tunc adoptionis iura dissoluta sint, ius tamen habent naturalium liberorum. dict. 10 l. 2. in fin. † Illud tamen omnino obseruabis quod siue post mortem naturalis patris, sint emancipati ab adoptiuo patre, siue in adoptiua familia sint, tanquam cognati admittentur ex. dict. §. admonendi.

§. *Minus ergo.* 10.

1 *Adoptiuus filius minus iuris habet, si emancipatus sit, quàm naturalis emancipatus.*
2 *L. liberi. 2. D. vnde cognati.*

1 EX his quæ paulò ante notauimus, vides, minus iuris adoptiuos filios habere, quã naturales post emancipationem, cum naturales beneficio prætoris admittantur, non ita adoptiui.

Sed obstat tex. in l. 2. in fin. D. vnde liberi. vbi filij adoptati & emancipati ius habent naturalium liberorum. Secundò obstat tex. in §. intestatorum. ibi. *nec interest.* supra eodem. vbi inter adoptiuos & naturales nullum esse discrimen probatur.

2 Facilis tamen est explicatio, nam tex. in d. l. 2. in fi. loquitur de filijs naturalibus emancipatis, iterum adoptatis, & nouissimè emancipatis, qui etsi quo tempore in familia adoptiua erant, vt adoptiui haberentur, dissoluta tamen adoptione, per emancipationem, ius naturalium liberorum recuperant, quod nec prima, nec secunda emancipatione fuit dissolutũ, neque amissum adoptione, cum hæc sit rescissa. At si non essent naturales, sed extranei, adoptione soluta per emancipationem nihil iuris habent, cum adoptio iuris ciuilis, ciuili emãcipatione sit perempta.

Neque tex. in d. §. intestatorum obest, quia procedit quando & naturalis & adoptiuus in familia adoptiua sunt, secus post emancipationem ex nostro tex. cui adde l. 9. & 8. titu. 16. partit. 4.

§. *Eadem.* 11.

1 *Explicat hoc paragrapho Iustinianus quæ superioribus de emancipatis, & adoptiuis dixerat.*
2 *Ab intestato qui succedere non potest, non potest neque contra testamentum venire.*
3 *Ab intestato qui succedere potest, nõ semper succedere poterit contra testamentum.*
Naturalis filius qui succedere potest ab intestato, non potest succedere contra testamentum.
4 *Filius non institutus, neque exheredatus, cui ali quid particulari titulo relictum est, an præteritus dicatur, remissiuè.*

1 QVod de filij naturalis emancipati, & adoptiui emancipati successione ab intestato supra notatum est, vt filius naturalis emancipatus, per bonorum possessionem vnde liberi, ad bona patris naturalis admittatur, filius verò adoptiuus emancipatus à parentis adoptiui successione excludatur, vt in. §§. superioribus, ad testamẽtariam successionẽ protrahendum est, vt & si aliàs filius naturalis emancipatus, neq; institui, neq; exheredari debeat. d. §. emancipatos, rectè tamen per bonorũ possessionẽ contra tabulas admittatur. d. §. emancipatos. Filius adoptiuus emancipatus quemadmodũ ab intestato nõ admittitur. d. §. at hi qui. ita neq; contra testamentũ. Discriminis rationẽ scripsit Imperator in d. §. minus. suprà, nã quamuis filius naturalis emãcipatus, neq; suus heres sit, neque agnatus, vt diximus in d. §. emancipati, filius tamen est. Filius verò adoptiuus, quamuis quo tempore est in potestate adoptantis, iura suitatis habeat, indeq; necessariò debeat institui vel exheredari, §. adoptiuus. de exhered. lib. si tamẽ emãcipetur, ex transeorum loco est, & gradũ filij perdit. d. §. at hi qui. vbi docuimus in finalibus verbis, & in d. §. minus in fine. super. eod. ligitur neq; con-
2 tra testamentũ succedet, ex nostro textu, † quem notabilẽ dixit Aso in. l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 57. prima lect. D. de lib. & post. vt qui non potest ab intestato succedere, non admittatur cõtra testamentum. Decius in rub. n. 2. C. vnde liberi. quod negatiuè semper procedit, vt hic, † non tamen affirmatiuè, vt qui
3 ab intestato admittitur, succedat, & contra testam. vt vides in filio naturali qui etsi nullis extantibus legitimis filijs intestato patri succedat, Authent. licet. C. de natur. lib. l. 9. Tau. nõ tamen cõtra eius testamentum. glos. verbo, *naturales.* in l. 1. D. de contra tab. communiter recepta ex relatis ab Ant. Gomez. d. l. 9. Tau. n. 11. Couarr. in 4. 2. par. c. 8. §. 4. per tot.

Planè si naturalis filius emancipatus tempore quo naturalis parens moriretur in

adoptiua familia fuisset, vt ad successionem ab intestato tamquam filius non admittebatur, vt in d.§.at hi qui, itaque neque contra testamentum, ex hoc. §.

4 In textu, ibi, *Institutis.* † An filius qui neque institutus, neque exheredatus est, habet tamen legitimam portionem titulo particulari legati, vel fideicommissi præteritus dicatur (quia huius loci disputatio nō est) videbis Costam in l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. par. n. 40. & in cap. si pater. verbo, *instituit.* num. 23. Suarez in. l. quoniam in prioribus, limitatio. 15. Hotoma. lib. 11. disput. Ant. Gomez. 1. to. varia. cap. 1. num. 1.

§. *Sed ea omnia.* 13.

1 *Adoptiuus retinet hodie iura naturalis patris.*
2 *Adrogatus quartam partem in bonis patris adrogatoris habet.*
3 *Adoptio ex tribus maribus quæ.*
4 *Adoptiuus amittit iura patris naturalis cum ab ascendenti adoptatur.*

1 FIlius familias ab extraneo adoptatus omnia iura naturalis patris retinet, & ab intestato tantum adoptiuo patri legitimus heres fit, ex noua Iustin. constitutione. in l. cum in adoptiuis 10. C. de adoption. §. sed hodie, sup. de adopt. §. intestatorum in fi. sup. h. titu. l. 8. & l. 9. titu. 26. par. 4. latè Conanus lib. 2. c. 15. per totum.

Sed obstat tex. in l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. D. de inoffi. testa. l. si adrogator. 22. D. de adopt. vbi in omnem euētum adoptiuus filius quartam partem ex bonis patris adoptātis habet.

Cui difficultati resp. discrimen esse inter filios fam. adoptatos, & eos, qui cum iam sui iuris essent similiter ab extranea persona adoptati sunt, illi enim in bonis adoptiui patris nihil vnquam præter successionem ab intestato habuerunt, ex nostro tex. vnde quia facile adoptio dissolui potest (tanta enim est eius facilitas vt possit *in ipso* die, & filius fieri & extraneus inueniri) per emancipationem dissoluta adoptione nouo iure cautum est filium famil. adoptatum naturalis patris iura non amittere.

2 † At si qui iam sui iuris sunt in adoptionem dentur, (quæ adoptionis species arrogatio dicitur. l. 2. D. de adoptio.) quia se & sua ad patrem arrogatorem transmittit, cautione tamē præstita de illis bonis restituendis à patre arrogatore, l. si pater. 15. cum sequentib. de adoptio. §. cum autem. supra illo titu. quartam partem semper habet in bonis patris arrogatoris, ex dict. iuribus quæ incorrecta adhuc sunt. d. l. cum in adoptiuis. §. fin. l 8. titu. 16. part. 4. In

3 tex. ibi: *Ex tribus maribus,* † Quæ esset hęc ex tribus maribus adoptio cuius hic & in d. l. cū in adoptiuis. §. quæ autem. meminit Iustinian. non satis percepit Accurs. neque cæteri antiquiores, quorū existimationibus omissis, dic, Sabiniano. S. C. cautum esse, vt si quis adoptaret vnum ex tribus fratribus quartam bonorū partem ei relinquere deberet, quam si adoptans non reliquisset ipsummet. S. C. adoptato dat actionem aduersus heredes ad eam petēdam, quod tamen noua Iustiniani lege sublatum est, hic & in d. §. quæ autem. Vt & alterum eius d. S. C. Sabiniani caput quod vni horum filiorum senatui dato à curia liberationem præstabat. l. fin. in fin. C. de decurionib. lib. 10. Hodie igitur etsi ex tribus maribꝰ quis adoptatus sit, cum nec eo casu iura patris naturalis amittat, nec patri adoptiuo nisi abintestato succedat, hanc bonorum quartam partem non habebit, didici ex Theophilo, & recentioribus hic Hotomano de senatusconsultis. versi. S. C. *Sabinianum.* Ant. Augustin. de legibus & Senat. Consultis pag. 209. Conano li. 2. cap. 15. num. 13. Cuiacio in dict. l. fin. ex quibus notabis Alciat. qui lib. 4. Parer. cap. 3. iudicabat potius legendum esse (*ex tribus matribus*) à quo nō omnino dissentire videntur Baldui. Hotom. & Minsyng. sed eos refellit omnium codicum qui vsquam extant fides, & grauiter conuincit Conanus, & Cuiacius iam relati.

In tex. ibi, *quem parens naturalis adoptandum*
4 *susceperit.* † quòd supra diximus per adoptionem naturalis patris iura minime dissolui, nō procedit quando filius naturali parenti paterno vel materno se in adoptionem dedit, quo casu propter duplex & ciuile & naturale vinculum pristina iura tali adoptioni reseruantur. dicta. l. cum in adoptiuis. §. Si vero. §. Sed hodie. sup. de adopt. l. 9. ibi. *á tal home que non fueße abuelo.* d. titu. 16. part. 4.

§. *Item vetustas.* 14.

1 *Familiæ per masculos conseruantur, non per fœminas.*
2 *Cognati descendentes olim ab intestato iure ciuili non admittebantur: secus hodie. & num. sequentib.*

1 QVIA dignitatum ordo & familiarum conseruatio, quæ publicè interest. l. 1. §. quamuis, ad medium. D. de ventre inspiciendo, non sic per fœminas, quæ familiæ caput & finis sunt. l. pronunciatio. 195. in fine. D. de verb. significatione. vt per masculos retinebatur, † antiquo

2 iure exclusis nepotibus neptibúsve ex filiabus descendentibus soli ex virili sexu descendentes ad suorum legitimam successionem vocabantur, & his deficientibus agnati, post hos descendentes & agnati ex fœ-

3 minis admittebantur. † Quod iniquum

Diui

Diui principes arbitrati, quia commune nepotis & pronepotis nomen eſt, tam qui ex maſculis quàm qui ex fœminis deſcendunt, vetus ius corrigentes nepotes & neptes ex filia, vnà cum nepotibus ex filio ad eam partem quam mater vel auia eorum accepiſſet, admiſerunt, vt vides in verſiculo, *Diui*, ſed cum diminutione tertiæ partis hereditatis, quæ nepotibus ex filio cedere debebat. l. ſi defunctus. 9. C. de ſuis & leg. l. illam. 19. C. de collat. l. 3. & 4. tit. 1. de legitimis heredibus, li. 5. Cod. Theodoſiani. Quod ſi nulli ex virili ſexu deſcendentes eſſent, ſed ex filia, neptéve, nepotes, pronepotêsve, aut inferiores alij, quia agnatis, quorũ potior ſucceſsio eſſe ſolebat illata iniuria videbatur (tanquã Falcidia) quarta hereditatis pars præſtabatur, vt in verſi. *Sed nos*, inſinuat Imperator, & expreſſè cautũ fuit. d. l. 4. C. Theod.

4 † Quæ omnia corrigens Iuſtinianus ſtatuit deſcendentes ex filio, & deſcendentes ex filia æqualiter ad aui ſucceſsionem vocandos eſſe, excluſis penitus agnatis, & ſine vlla diminutione trientis vel quadrantis, d. l. illam. 19. coniuncta Authentica quæ tertiæ. C. de collat. l. quoties. 12. coniũcta Authentica in ſucceſsione. ibi: *non diſtinguendo ſexum*. l. lege. 12. tab. 14. C. de legit. hered. Authentico de triente & ſemiſſe. §. neque illo de cætero. coll. 3. Authentic. de hered. abinteſt. veni. §. ſi quis igitur. & §. nulla verò, collatione. 9. Id quod expreſſè apud nos cautum eſt. l. 3. ibi. *quier ſean varones, quier ſean mugeres*. tit. 13. part. 6. l. 6. ibi: *como lo ſon los deſcendientes à ellos*. in l. Tauri, ita tamen vt ſucceſsio non in capita ſed in ſtirpes fiat. d. Authentic. in ſucceſsione, & conducit text. in §. cum filius. in fin. cum ibi notatis ſuprà hoc titu.

TITVLVS II.

De legitima Agnatorum ſucceſſione.

INRVBRICAM.

1 *Legitima ſucceſsio ea quæ ab inteſtato defertur.*
2 *L. 3. §. de illo. D. pro ſocio. & l. lege obuenire. 130. D. de verb. ſignific.*

1 LEGITIMA ſucceſsio & hereditas ea eſt, quæ ab inteſtato defertur. l. 3. §. de illo. D. pro ſocio. notat Bar. in l. is poteſt. num. 5. de acq. hered. & dicit communem, Paul. Pariſius conſi. 20. num. 1. Benedictus in cap. Raynutius. verb. *& vxorem*, num. 37. de teſtamẽ. cum multis And. Tiraquel. de morte, declaratione. 7. 2. parte numero 8.

2 † Sed obſtat tex. in l. lege obuenire. 130. D. de verbor. ſignificat. coniuncta l. verbis legis. 120. eodem titu. l. penultima. ibi. *& obtinuit*. D. leg. 1. coniuncta l. Gallus. 29. in principio. D. de lib. & poſth. ex quibus cõtra communem defendit Alciat. lib. 4. paradox. cap. 7. legitimam hereditatem etiam eſſe quæ ex teſtamento obuenit. Cui difficultati omiſsis varijs interpretum ſolutionibus ijs quæ iuxta ea iura notarunt Decius & alij in l. vnica. nu. 8. C. quando non pet. partes. Minchaca de ſucceſsio. creatione. §. 11. num. 42. Couarru. in rubri. de teſtamen. 1. part. num. 5. Belonus. lib. 3. ſuppu. cap. 3. veriſsimum illud eſſe arbitror, legitimæ hereditatis appellatione, illã etiam cõprehendi, quæ ex teſtamento defertur. ex d. l. lege obuenire. Nec obſtat text. in d. §. de illo, vbi non ideò legitimæ hereditatis appellationem, teſtamentaria non continetur, quia ad eã contrahentium verba extendi non poterant: ſed quia contrahentes de omni hereditate non conuenerunt, ſi enim id voluiſſent conueniſſent per verba, vniuerſalia, *omnis* vel *quæcunque hereditas*, vel per indefinita. *vt hereditas*, &c. vnde cum contrahentes non omnem hereditatem communicari voluerint, ſed quæ iuſta eſſet, atq; ita aliquam excludit, excludetur teſtamentaria, quia non tam legitima ſicut alia eſt. l. legitimam. 8. D. de petitione hereditã. l. illud. 76. D. de acqui. heredit. l. ſi quis ità heres inſtituatur. 82. D. de hered. inſtitu. cum infinitis alijs locis vbi legitima hereditas pro ea tantum accipitur quæ ab inteſtato defertur, proponiturque vt diuerſa à ſucceſsione ex teſtamento, & non obſcurè deduces ex titu. D. & C. de ſuis & legitimis heredibus. D. &. C. de teſtamentaria & legitima tutela, ex Cornelio Tacito li. 18. pag. mihi. 479. vbi ſucceſsionem ex teſtamento, vt diuerſam ponit à ſucceſsione legitima, quæ & eleganter obſeruat Pinelus in l. 2. ex nu. 5. C. de bonis mat.

Principium tituli, iuncto §. Ad legitimam. fin. infrà eod.

1 *Agnati ab inteſtato admittuntur, ſuis heredibus deficientibus.*
2 *Pater, deficientibus liberis, admittitur ab inteſtato. & num. 5. & ſeq.*
3 *Suus heres, agnatus eſt. & num. 9.*
4 *L. 1. §. poſt ſuos. D. de ſuis & leg. & num. 10.*
5 *Pater inteſtati filij bona olim iure peculij occupabat.*
6 *Pater emancipato filio, niſi contracta fiducia emancipaſſet, ab inteſtato iure ciuili non ſuccedebat.*
7 *Pater omnibus filijs etiam emancipatis iure ciuili ſuccedit.*
8 *Idem iure Regio Hiſpano, fratribus defuncti excluſis.*

1 QVIA si nulli sui heredes defuncto exstant, aut alij qui inter suos à nouis cõstitutionibus vocantur, vt naturales per curiæ oblationem legitimi facti, & descendẽtes ex filia, nepte, proneptéve. §. quibus cõnumerari. & §. itẽ vetustas. sup. ti. 1. vel cũ suis à Prætore admittũtur, vt emãcipati. §. emãcipati infrà eod. titu. 1. lege duodecim tabularũ. quæ hac de re sic pronunciat. *Si pater fam. intestatus moritur familia pecuniaq; eius agnatorum, gentiliumq; esto.* & alibi. *agnatus proximus familiam habeto.* ad agnatum proximum pertinet hereditas, cuius legis meminit Vlpianus in fragmentis. tit. 26. de legit. hered. l. 1. &. 2. D. de suis & leg. hered. post quam de suorum, & illorum qui inter suos connumerantur successione Iustinianus superiore titulo disputauit, de legitima agnatorum successione in hoc sermonem instituit, illud initio tradens post suos, & qui suorum loco sunt, proximum agnatum ab intestato succedere; quod & probauit Vlp. iam relatus, Paulus lib. 4. sent. tit. 8. & cõsonat l. 5. tit. part. 6.

2 † Sed obstat, nam intestato sine liberis defuncto, pater non consanguinei aut agnati succedunt. l. nam etsi parentibus. 15. D. de inoff. test. l. iure succursum. 6. D. de iure dotium. l. scripto. 6. in fin. D. vnde liberi. l. in successione 2. Authentic. defuncto. C. ad S. C. Tertyll. l. 4.

3 tit. 13. part. 6. l. 6. Tauri. in princip. † Secundo obstat, nam qui suus heres est, agnatus est, tex. in §. sui. supra, de hered. qual. §. intestatorum. verficul. *sui.* sup. tit. 1. coniuncta l. filius patri. 12. D. de suis & leg. quibus filium & suũ & agnatum esse probatur, ergo perperam Iustinian. agnatos à suis hic distinguit. † Tertio

4 obest tex. in l. 1. §. post suos. l. 2. in principio. D. de suis & leg. vbi post suos, primum consanguineos admittendos esse, & post consanguineos, agnatos, probatum est, ergo post suos non admittuntur agnati, vt hic traditur.

5 Sed his non obstantibus verissimũ est, suis heredibus deficientibus, itemque illis qui cum suis vocantur, ad proximum agnatum hereditatem intestati lege duodecim tabularum pertinuisse, vt hic Iustinia. probat. Neque argumenta adducta contrarium probant. *Non.* 1. cui vt satisfacias aduerte, intestato filio defuncto. antiquo iure, iure hereditario patrem non succedere, sed eius bona occupasse iure peculij, idque non solum in bonis profectitijs vel aduentitijs quæ patri ratione patriæ potestatis adquirebantur. l. placet. 79. D. de acquir. hered. l. 1. D. si à parente quis fuer. manumiss. sed & in peculio castrensi vel quasi. text. eleg. in l. 2. D. de castrens. pec. cui omnino adde Iaf. in l. qui se patris. nu. 60. C. vnde lib. Mendez de Castro. in l. cũ oportet. 3. p. n. 154. C. de bon. quæ lib. Ant. Gom. in l. 6. Taur. ex nu. 2. Ioan. Matiẽço in l. 1. glo. 3. nu. 4. tit. 1. lib. 5. Recop.

6 quod addmittebatur, cum filius in sacris paternis commorabatur. † Quod si emancipatus erat filius pater non succedebat, nisi eum contracta fiducia emancipasset, tex. in §. ad legitimã. fin. infra eod. quia tũc præferebatur agnatis, nõ aliter. l. si ad patrẽ. 10. D. de suis & leg. l. 2. §. obijcitur. D. ad Tertyllian. quę nouionis legis authoritate semper subintellecta censetur. d. §. ad legitimã. l. si ab eo. 11. C. de leg. hered. l. fin. ibi: *& legitima iura omnino habere, etsi non specialiter hoc sibi reseruauerit.* C. de emãcip.

7 lib. † licèt postea nullo discrimine habito inter emancipatos & filios famil. pater succederet, quia sublata erat differẽtia patriæ potestatis & emancipationis. Authen. de hered. ab intest. veniẽt. §. nullã vero. colla. 9. ita tamen vt si fratres aut sorores intestati essent, vnã cum patre admitterẽtur pro virilibus portionibus, d. Auth. de hered. ab intest. ven. §. si igitur defunctus. & in Authen. defuncto. C. ad Tertyl.

8 l. 4. ibi. *E si hermanos ouiere.* tit. 13. p. 6. † Quod tamen iure nouissimo Regio correctũ & emẽdatũ est, quo solus pater succedit, nec cum eo alteri filij fratresq; ipsius defuncti admittũtur, expressa. l. 7. Tau. l. 4. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. obseruat post alios Ant. Gom. d. l. 6. Tau. Did. Spino de testam. glo. 1. n. 30. & seq. iuxta superiora: ergo dicendum est, post suos statim agnatos admitti ex nostro tex. nisi & pater superesset, qui contracta fiducia filiũ emancipasset, nam cum per eam legitima omnia iura sibi reseruasset emancipationis tempore, perinde erat, ac si quoad successionẽ eum filium in potestate retinuisset, omnibusque alijs præponebatur, dicebaturque fiduciarius heres. argum. l. Seius Saturninus. 46. D. ad Trebel. atque sic intelligo tex. in d. §. ad legitimam.

9 † Secunda vero obiectio parũ facit, namq; etsi verũ sit, suum heredẽ agnatum esse, non tamẽ agnatus semper suus heres est, cum ad suitatem patria potestas, & in ea primus gradus necessarius sit. §. sui. sup. de hered. qualit. §. sui. & §. ita demũ. supra. titu. 1. quam patriam potestatem, non omnes agnati defuncti habent, sed filij tantũ ex iustis nuptijs procreati. tex. in §. 1. de patria potest. l. item in potestate. 3. D. de his qui sunt sui. l. 1. titu. 17. part. 4. vnde cum non omnes agnati sui sint, recte Iustin. inter eos discrimẽ constituit, & post suos agnatos succedere probat, videbis Pinel. in l. 3. nu.

10 12. C. de bon. mat. † Nec tũc vrget tertia difficultas ex d. l. 1. §. post suos, & d. l. post consanguineos. 2. vbi ante cognatos, consanguinei admittuntur, quia cum Accurs. ibid. recepto, cõsanguineos ibi fratres defuncti interpretor, qui cum eodem patre nati sint, agnati sibi sunt, nẽ & consanguinei vocantur, text. in §. sunt autẽ. ibi. *itaque eodem patre nati.* infrà eod. vbi latius, & in §. cæterum. in fi. infrà eod.

§. Sunt

§. *Sunt autem agnati.* 1.

1 *Cognatio eſt genus ſub ſe cognationem, & agnationem comprehendens.*
2 *Cognatio in genere, quæ?*
3 *Agnatio, quæ?*
4 *Cognatio in ſpecie, quæ?*
5 *Agnati, & cognati, quatenus differant.*
6 *Agnati conſanguinei, quis?*
7 *Cognatio ciuilis, quæ?*
8 *Poſthumus agnatus eſt eis, quibus per virile ſexum coniungitur, ſi in eorum vita cõceptus ſit.*
9 *Adoptio conſanguinitatis & agnationis iura tribuit.*

POSTEA ergo cũ agnati admittantur, vt 1 vides, qui agnati ſint, Iuſtinianus hic docet, quod vt tu facilius intelligas præmitte, in iure noſtro cognationis & agnationis nomen reperiri. † *Cognatio autẽ eſt ius quoddã inter certas perſonas quæ natura, vel legis fictione inter ſe cognatæ ſunt.* hæc duplex eſt, naturalis, & 2 ciuilis. l. nec ei. 17. §. 1. D. de adoptionib. l. non facile. §. cognationis. de gradib⁹. Naturalis cognatio eſt cõmunio ſanguinis quam habent ij inter ſe qui ex eodẽ progenitore orti quaſi riuuli, qui ex eodẽ fonte deducti dimanarunt. l. 1. D. vnde cognati. l. non facile. 4. §. 1. D. de gradib. Diuiditurq; in agnationem, & cognationẽ (nam cum altera ſpecies certo nomine careat, mutuatur nomen ſui generis, quod & in adoptione contingit. l. 1. & 2. D. de adopt. tex. in princ. & §. ſeq. ſup. eod.)

3 † Agnatio eſt per mares conſanguinitas & coniunctio. tex. hic, & in §. ſunt autem. 4. ſup. de leg. agnat. tut. l. ſunt autem. 7. D. de leg. tut.
4 † Specialis cognatio naturalis eſt per fœmi-
5 nas coniunctio. † Agnati igitur ſunt qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt, veluti frater, & ſoror ex eodẽ patre nati, fratris filius, nepóſve ex eo, itẽ & patrui filius, nepos ve ex eo. Cognati qui per fœminas nobis iunguntur, vt filia ſororis, filia amitæ, & ab eis deſcendentes. Porrò agnati & cognati in hoc diffidẽt, nã cognati generale nomẽ eſt, agnati ſpeciale, & tamẽ in agnatis & cognati continentur, in cognatis non vtique, vt puta, patris frater, agnatus eſt & cognatus, matris autem frater, cognatus eſt non agnatus. l. inter agnatos. 5. D. vnde legitimi. l. Iuriſconſultus. 10. §. 1. D. de gradib. Iulius Paul. lib. 4. ſent. titu. 8. Vlpia.
6 in frag. titu. 26. & in l. 2. D. de ſuis & legit. † Agnati vero conſanguinei tantùm dicũtur fratres, ex noſtro tex. & Caſsio in d. l. 1. §. poſt
7 ſuos. D. de ſuis & leg. † Ciuilis vero cognatio, contingit ſine naturali coniunctione, quæ & legitima, vt Modeſt. ait, appellatur, & per adoptionem conſtituitur, ex tex. noſtro, verſi. *per adoptionem.* d. l. non facile. §. 1. & §. pen. l. 1. §. cognationem. D. vnde cognati. l. 2. §. parui refert. D. de ſuis & leg. deduces ex recentioribus in præſenti, Hotom. Briſſon. Bertucio, & Prateio de verbis iuris, ver. *agnati*, & verb. *cognati.*

In verſiculo, *ij etiam.*

† Non ſolũ illi qui in vita defuncti inteſtati
8 nati erant iura cõſanguinitatis habent: verùm & qui poſt eius mortẽ naſcuntur: ille ergo qui relatione habita ad patrẽ poſthumus dicitur, quia poſt mortem eius natus eſt. §. ita demum. verſi. *poſthumi.* ſup. titu. 1. l. 3. §. 1. D. de iniuſt. rupt. fratribus conſanguineus erit, reliquis autem agnatus, vt hic, & in d. l. 9. in fin. ibi, *& qui nunquam.* D. de ſuis & legit. Cũ tamen. 12. tabularum lege illi primò vocentur agnati, qui mo riente eo de cuius bonis quæritur in rerum natura fuerint, cũ ante inteſtati mortẽ ſaltem cõceptum fuiſſe neceſſarium erit. dict. l. 1. in fin. ibi, *vel in vtero.* l. Titius. 6. cum l. ſeq. ibi, *vel ſi viuo eo conceptus eſt.* illo titu. conceptus enim quodammodo in rerum natura eſſe exiſtimatur, vt ibidem teſtatur Conſultus, atq; quoad ſuum commodum & vtilitatem pro iam nato eſt. l. qui in vtero. 7. & 26. D. de ſtatu hom. l. 2. tit. 23. part. 4. latè Pinel. in rub. 2. par. nu. 36. in fin. C. de bon. maternis.

In verſi. *Non tamen omnibus.*

Quæ ad huius verſi. interpretationẽ pertinent, notabimus ſub §. ſi plures. 4. infra eod.

In verſic. *Per adoptionem.*

9 Non tantũ per generationẽ & ſanguinẽ agnatio cõtingit, vt ſup. diximus, verum & per adoptionẽ etiam ius cõſanguinitatis exiſtit. l. 1. in fi. l. 2. §. parui refert. D. de ſuis & leg. l. nõ facile. 4. §. 1. D. de gradib. l. ſi is qui. 44. D. de adopt. l. 2. §. ſed etſi & ipſa. D. ad Tertyll. Impropriè autẽ conſanguinei adoptiui appellantur, cũ non natura, ſed lege adoptionis agnati exiſtimẽtur, indeq; rectè Iuſti. eos impropriè cõſanguineos appellari probat, & Vlpia. iura cõſanguinitatis habere ſcripſit, in d. l. 1. §. fin. in fi. conſentit Proculus in d. l. ſi is qui. 44. aliud enim eſt conſanguineũ eſſe, aliud cõſanguinitatis iura habere, quã rem cæteris dilucidius explicat F. Hotom. hic, enuntiatione. 7.

§. *Cæterum.* 2.

1 *Agnati vſque ad decimũ gradum, lege 12. tabularum legitimi heredes ſunt. & nu. 5.*
2 *L. ſi quis inceſti. 6. C. de inceſtis nupt. & nu. 6.*
3 *L. fin. D. de veteran. & milit. ſucceſſ. & nu. 7.*
4 *§. multis. infra de ſucceſſ. libertorum. & num. 8.*
6 *Inceſtus pœna, remiſſiuè.*
9 *Fœminis iure agnationis (niſi ſorores eſſent) ſucceſſio non deferebatur.*
10 *Fœminas admiſit Prætor per bon. poſſeſſionem vnde cognati.*
11 *Fœminis Iuſt. quale ius in ſucceſſione tribuerit?*

1 AGNATI ergo ex lege.12.tabul. etsi longissimo gradu essent (id est, decimo. §. fi. inf. de succes. cogn.) legitimam hereditatem vltrò citroq; capiebant, vt suprà in prin. notavimus.

2 † Sed obstat text. in l. si quis incesti. 6. C. de incest. nupt. vbi vltra tertium gradum non 3 succeditur. † Secundò obijcio tex. in l. fin. D. de veter. & milit. succes. vbi veterano militi nõ succedunt, qui intra quintum gradum ei non 4 iunguntur. Tertiò obest tex. † in §. multis. inf. de succes. liber quo intestato liberto patroni agnati in quinto gradu non existentes heredes legitimi non fiunt.

5 † Quibus tamen non obstantibus defendẽdum est deficientibus descendentibus legitimam hereditatem agnatis deferri, vsq; ad. 10. gradum, seruata cuiusq; gradus prærogatiua (vt audiemus in d. §. si plures) notat gloss. in Auth. de her. ab intest. ven. §. si vero nec fratres. verbo. *cognatus*. coll. 9. probata Regia l. 6. vers. *fasta en el dezeno grado*. titul. 13. part. 6. prosequitur Anton. Gom. in l. 8. Tau. num. 5. Ioan. Matienço ad l. 5. gloss. 1. num. 2. titul. 8. lib. 5. Recop & Did. Spin. de test. gloss. 1. sub. num. 36.

6 † Nec in contrarium adducta quicquam mouere debent. Nam in d. l. si quis incesti. singularis est causa ob quam successionis gradus coarctantur, vt scilicet, sic incesti crimen, & nuptię incestuosæ puniantur, quas contrahentibus olim non succedebatur vltra tertium gradum, ex d. l. si quis incesti. hodie verò soli ex alio legitimo matrimonio filij ijs succedunt, Authẽ. de incest. & nefa. nup. §. si verò contigerit. colla. 2. l. 3. tit. 18. p. 7. & l. 50. & l. 51. tit. 14. part. 5. de cuius criminis pœna (quia præter sup. relatam, & alia est) videbis l. 7. tit. 20. lib. 5. Recopil. Anton. Gom. in l. 80. Tauri. num. 15. Iul. Clar. libr. 5. recept. §. incestus. † Atque eodem modo dissolues argum. d. l. fin. D. de veter. & milit. succes. quam ego interpretor, iuxta speciem l. 1. eiusdem titul. vt similes alicuius militaris criminis damnatus sit, agnatus qui extra quintum gradum extiterit ei non succedat 8 sed fiscus. † Nec tex. in d. §. multis. obstat, qui loquitur in successione libertorum, quibus ab intestato defunctis, agnati patroni vsque ad quintum gradum legitimi heredes fiunt, nõ vlteriùs: nec est obscura ratio, nam agnati agnato proprio iure succedunt, liberto verò vt heredes patroni, & inde non mirum, si eorum successio sit restricta.

In vers. *Quo ad fœminas.*

9 Magna fuit in deferendis successionibus in testativeteris iuris variatio circa fœminas, quo usque per Iust. in. antiquæ agnationis & cognationis differentiæ fuerunt sublatæ, vt mox dicemus. Media enim iuris prudentia, quæ post leges. 12. tabul. & ante Principum constitutiones obtinuit, agnatorum successio in fœminis per mares coniunctis restricta, & arctata erat, sororibus enim consanguineis ex eodem patre natis tantummodo deferebatur successio, reliquis omnibus exclusis, quibus tamen agnati masculi, etsi longissimo gradu essent legitimi fiebant heredes, quod tu exemplo Iustin. hîc in initio relato planè intelliges. Hocq; ideo sic cautum erat, quia vt hereditates ad masculos confluerẽt, cõmodius videbatur, per quos familiarum & dignitatum ordo magis conseruatur. l. 1. §. sed etsi seruus. D. de vent. inspic. 10 coniuncta. l. pronuntiatio. 195. in fin. D. de verb. sign. † Quod tamen cum Prætoribus qui iuris ciuilis rigorem & asperitatẽ semper sunt moderati, iniquum sanè videretur, eas fœminas agnatas per bonorum possessionem. *Vn de cognati.* admiserunt, alio ordine cognatorũ 11 inuento, ita tamen si neque agnatus vllus, nec proximior cognatus esset. † Sed cum Prætoria æquitate, nec adhuc satis agnatis fœminis esset, prouisum, Iustin. noua sua constitutione, legem 12. tab. secutus, quæ omnes agnatos siue masculos siue fœminas cuiuscunque gradus admittebat, omnes agnatas, hoc est fœminas per virilem sexum coniunctas admitti iussit. l. pen. & final. C. de leg. hered. Quæ omnia iam hodie emendata sunt, omnesque transuersales succedunt, siue per fœminas, siue per masculos descendant & nobis iungantur, ex Authentic. de here, ab intest. ven. & agnat. iure sublato. §. 1. & §. nullà vero. Auth. post fratres. 1. & 2. C. de legit. quod latè prosequuntur Ant. Gom. & alij sup. relati.

§. *Hoc etiam.* 3.

1 *Fœminæ, quamuis olim iure agnationis generaliter non succederent, id in sororis filijs limitabatur qui ex capite cognatorum, ad agnatorum caput, transfatæ cũ eis admittebantur.*

2 *Huius paragraphi, decisio nouo iure emendata, & quid iure Regio obseruetur.*

QVamuis ad agnati successionem, veteri iure agnati masculi admitterentur aliterq; de fœminis esset dispositũ, vt paulò ante vidisti, & nouioribus cõstitutionibus emendatum: & inde existentibus agnatis, cognatis locus non esset, nouo tamen Iust. lege sororis consanguinea filius aut filia, cum consobrinis auunculi, ad legitimam successionem admittũtur, & ex capite cognatorum, ad agnatorum caput transferuntur, & perinde habentur, ac si agnati essent. l. penul. in fin. C. de leg. hered. idque in primo tantũ cognationis gradu admittebatur non vlterius. Quod similiter cum omnes agnationis & cognationis veteres differentiæ nouellarum iure

ſit immutatum, in omnibus vſque ad decimum erit obſeruandum, ex notatis in §. cæterum. in fine. † Quibus addendum eſt huius paragra-
2 phi deciſionem, ibi, *ſcilicet, vbi frater & ſoror ſuperſtites non ſunt*, correctam eſſe, ex Auth. de hered. ab inteſt. ven. §. ſi igitur defunct⁹. & Auth. ceſſante. C. de leg. here. l. 8. Tau. l. 5. titu. 8. lib. 5. Recop. quibus fratres, & fratrum filij ſimul admittuntur in ſtirpes tamen, non in capita, vt inde etiam vides poſteriora verba huius. §. ibi, *hereditate non in ſtirpes, ſed in capita diuidenda*, emendata ijſdem legibus eſſe. Quæ quidē ſucceſsio in capita, inter remotiores tantum admittitur, vt in dict. Authentic. §. ſi vero neque fratres. Authentic. poſt fratres. la. 2. C. de leg. hered. l. 5. vbi. Greg. gloſ. *por cabeças*. titu. 13. part. 6. quod & ex ea l. par. erit obſeruandum quando ipſi filij fratrum inter ſe ſuccedūt, qui eſt caſus huius. §. in quo filij fratrum ſimul tantum ſuccedebant.

§. *Siplures* 4.

1 *Agnati proximiores admittuntur ab inteſtato, cæteris omnibus excluſis.*

2 *Repræſentatio inter collaterales, præterquam in filijs fratrum, non admititur.*

1 QVOD † ſuprà diximus non exiſtētibus ſuis vel alijs qui cum ſuis admittantur, agnatorum legitimam ſucceſſionem eſſe, non intelligas velim, vt tunc omnes ſimul agnati coniunctim admittendi ſint, ſed agnati vel agnatus proximus inteſtato, cæteris omnibus excluſis. Itaque ſi Titius decedat qui ex præmortuo fratre filium, & alterum fratrem ſuperſtitem reliquit in Titij inteſtati ſucceſsione frater potior habetur, quia gradu proximior eſt, quod & ſup. docuerat Iuſt. in princ. verſi. *Non tamen omnes.* & in l. lege duodecim tabularum. 14. C. de legit. hered. l. 2. §. hereditas. D. de ſuis & leg. l. 1. §. ſi quis proximior. D. vnde cognati. l. Iuriſconſultus. 10. D. de gradibus. cum alijs quibus conſonat. l. 6. titul. 13. part. 6. explicant Ant. Gomez, Ioan Matienço, & Didacus Spino iam relati.

2 † Sed obſtat text. in §. cum filijs. ibi. *nec qui gradu proximior eſt vlteriorem excludit.* ſuprà de hered. quæ abinteſt. vbi præmortui fratris filius cum patruo ad legitimam hereditatem aui vocatur, nec propter gradus proximitatem patruus nepotem excludit, quod nos ibi non inepte exornauimus.

Sed facilis eſt explicatio, nam Iuſtin. ibi in aui ſucceſsione loquitur, in qua filius, & ex altero filio præmortuo nepos neptisve pariter admittitur, locum patris ſui intrando, & eius gradum ſubeundo ex propria tamen perſona, quæ repræſentatio in aſcendentium tantummodo ſucceſsione cum inſtituta ſit, ad collaterales non progreditur ex noſtro text. cum ſimilibus. Quod tamen hodie in primo collateralium gradu emendatum eſt, admittiturq; filius præmortui fratris cum patruo ſuo ad alterius patrui ſucceſsionem. Authent. de hered. ab inteſtato ven. §. 2. verſi. *huiuſmodi*. Auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hered. l. 8. Taur. l. 5. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. vbi latè Anton. Gomez, & Ioan. Matienço, quæ quia latiùs ibi diximus moleſta repetitione vti ſuperfluum erit.

§. *Proximus* 5.

1 *Proximitas in ſucceſsione, quo tempore conſideranda ſit.*

2 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundū tempus verbi.*

1 QVIA de legitima agnatorum ſucceſſione diſputamus, & proximum agnatum alijs excluſis admittendum eſſe ad inteſtati hereditatem diximus, nec ſolummodo inteſtatus ille eſt, qui omnino teſtamentum non fecit, ſed etiam ſi non iure fecit, aut id quod fecit ruptum, irritúmve factum eſt, aut ſi ex eo nemo heres extiterit, tex. in prin. ſup. de heredib. quæ ab inteſt. (vbi latè notauimus) quo tempore certum eſt nullum heredem ex teſtamento futurum eſſe inteſtatumque defunctum fieri proximitas attēdenda eſt, l. 2. §. proximum. & §. vnde velle queri. D. de ſuis & leg. l. ſi ex duobus. 4. D. vnde legitimi, idemque in ſuo herede obſeruari traditum eſt in. §. cum autem. ſup. tit. 1. eaque poteſt huius rei ratio com-
2 mendari, † quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tēpus verbi, l. in delictis. 4. §. ſi extraneus. D. de noxalib. act. l. ad teſtium. 22. D. de teſt. in §. 1. & inde cum lege decem tabularum ad agnatum proximum deferatur hereditas inteſtati, quando quis inteſtatus ſit, proximitas erit attendenda. Vnde quo caſu teſtamentum factum nō eſt, mortis tempus expectatur, ſi vero teſtamento facto quis decedit, cum certum eſſe cœperit nullum ex eo teſtamento heredem extiturum, tunc enim proprie quis inteſtatus deceſsiſſe intelligitur, tex. hic, & in l. 1. D. de ſuis & leg. here. Quare ſi quis extraneo herede inſtituto deceſſerit, relicto fratre, item & patruo, & ſcripto herede deliberante frater mortem obijt, poſt modū ſcriptus heres hereditatem omiſit, patruus vt proximus vocatur, quoniam tunc certum eſt inteſtatum defunctum eſſe.

§. *Placebat.* 6.

1 *Proximiori agnato legitimam hereditatem non agnoſcente, lege 12. tabul. ſucceſsio fiſco deferebatur. & num.* 5.

2 *Succeſsio inter agnatos in legitimis tutelis, & num.* 6.

3 *Commoda sequuntur quem sequuntur incommoda.*
4 *Successio est in cognatorum successionibus.*
7 *Successio est in agnatis nouo iure.*

1 VEteri duodecim tabularum iure proximiore agnato hereditatem non adeunte sequens in gradu non admittebatur, sed hereditas efficiebatur caduca, fiscoque deferebatur, tex. hic. & in. l. 1. in principio. l. fin. D. de succeſſ. edicto.

2 Sed obstat, nam in agnatorum tutelis administrandis antiquo iure fuit inter agnatos successio. l. tutela. 3. §. non tantum autem. D. de leg. tut. Sed quò tutela vadit, eò & hereditas pertinet. l. quo tutela. 73. D. de reg. iuris. tex. in principio supra. de patronorum tutelis. ergo in hereditate successio inter agnatos admittenda fuit. † Secundo, secundum naturam

3 est vt quem sequuntur incommoda sequantur commoda. l. secundùm naturam. 10. D. de reg. iuris. c. qui sentit. cap. rationi. eodem tit. h. 6. l. 29. tit. 34. part. 7. sed proximo agnato tutelã non gerente, sequenti defertur. ex d. §. non autem, onusque tutelæ subire cogitur, igitur & ad eum hereditatis commodum spectabit.

4 † Tertio. Agnatorum successio potentior est successione cognatorum, vt patet, nam ante cognatos agnati admittuntur, vt vides ab ordine titulorum, & probabis ex tex. in principio huius tituli. Præterea agnati lege duodecim tabularum admittuntur, cognati iure prætorio, vt infra de successione cognatorũ. Sed in cognatis successio locum habet. d. l. 1. D. de succeſſ. edicto. ergo à fortiori in agnatis admitti debuit.

5 His tamen non obstantibus rectè antiquo iure, ex lenta duodecim tabularum lege, quæ ad intestati hereditatem proximum agnatum tantum vocabat, cuius legis in principio huius tit. mentionem fecimus, successorium edictũ non admittebatur, quod vt tu intelligas, obserua. Relata duodecim tabularum lege, intestati hereditatem non ad quẽcunque agnatum, sed ad proximum tantum pertinere, nec enim satis est agnatum esse, nisi & proximus agnatus sit, quia lex eo verbo vsa est. Si quis ergo cum fratrem & patruum haberet intestato decessit, eiusque hereditatem iacentem frater noluisset, patruo non defertur, quia lex proximo agnato eique soli, non etiam remotiori eam tribuit. Nec obstat si obijcias, agnatum proximum esse, qui non adeunte priore, proximus inuenitur, nequaquam enim id admitti potest, cum satis constet, quo tempore intestatus decesserit, proximum non inuenirí, indeque à lege vocatum post fratrem patruum non esse, neque alium remotiorem, qui proximitatẽ quo tempore intestatum esse, constat, non habebat. Excluso ergo sequenti agnato, item & cæteris omnibus nec cognati admittebantur, quia cognatorum ordo, qui mero iure Prætorio inductus fuit. l. 1. D. vnde cognati. legi duodecim tabularum incognitus erat. Fiebat hereditas caduca & vacans eo casu, ac stante republica publicabatur, & à Quæstoribus in ærarium reponebatur, oppressa verò republica redigi in fiscum cœpta est. l. 1. &. fin. D. de succeſſ. edicto.

6 † Nec tunc obstabat, quod quemadmodum in tutelis deficiente proximo agnato, onus spectabat ad sequentem, sic similiter in hereditatibus obseruari debuit. Nam respondendum est inter hereditatem & tutelam plurimum interesse quoad delationem, vt ex. d. l. quò tutela. satis constat, & magis ex. l. 1. D. de leg. tut. Præterea lex duodecim tabularum proximo agnato tribuit hereditatem, vt paulò ante diximus, tutelam verò agnatis defert, d. l. 1. ibi: *lege duodecim tabularum, legitimæ tutelæ agnatis delatæ sunt.* & in princ. de leg. agn. tutel. ibi: *agnati sint tutores.* itaque proximitas non requiritur in tutelis, quo tempore legitima tutela agnatis defertur, sed agnatum esse sufficit. Adhuc tamẽ negari non potest, quin illud sit admittendum, quod quemadmodum in onere tutelarum, deficiente primo gradu, sequens succedit, idem quod in onere, in lucro admittendum sit, † & successionem esse in agna-

7 tis, quam nouo iure Iustinianus hic vel ea confideratione obseruari iubet. Sed huius nouæ cõstitutionis beneficium vanum iam hodie est, cum agnationis & cognationis sublatæ sint differentiæ. d. Auth. de heredib. ab intest. venient. §. nullam vero. & suprà iam notauimus; quemadmodũ ergo Prætorio iure inter cognatos successorium edictum admittebatur, ex d. l. 1. D. de succeſ. edict. etiam inter agnatos, etsi à Iustin. hic cautum non esset, amplectendum erat.

§. *Ad legitimam* 7.

1 *Liberi nisi ter venditi à patre sui iuris non fiebant.*
2 *Pater fiduciarius in liberorum emancipatione adhibitus.*
Fiducia cum eo patre quomodo olim contraheretur.
3 *Pater, qui contracta fiducia filium emancipabat iure ciuili ad eius successionem admittebatur: si sine ea iure Prætorio.*

1 QVamuis (vt suprà in principio huius tituli docuimus) huius text. & l. fina. C. de emancipat. lib. decisiones quibus fiduciam contractam esse, vt naturalis pater emancipato filio succederet semper intelligi, cautum est, inutiles sint, cum nouellarũ iure longè melius consultum sit parentibus.

Vt

Vt tamen nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum eſt, olim quidem lege Romuli, quam Dionyſius Halycarnaſeus in quartam tabulam relatam ſcribit, cautum fuiſſe. Vt ſi pater filium ter vendidiſſet; iſque ab his quibus fuerat venditus, ter manumiſſus fuiſſet, ne deinceps in patris ſui poteſtatem, ſed ſui iuris ac poteſtatis eſſet, quam legem ſic retulit Vlpi. in fragm. ſub ti. qui in poteſtate mācipióve ſunt quemadmodum eo iure liberentur, *ſi pater filium ter venundauit, filius à patre liber eſto*, notat Caius in inſtitutionibus, titu. 6. quibus modis filij exeunt de poteſtate, quæ emancipatio trina hac imaginaria venditione ſimulato & dicis cauſa, nempe vno feſtertio; non verò iuſto pretio fiebat, vt Caius iam relatus teſtatur, † adhibebaturque in ea præter certum, & naturalem patrem, alius pater qui fiduciarius appellabatur, cum quo pater naturalis pactus erat, vt bina mancipatione ſibi venditum filium, bina manumiſsione ex ſua poteſtate dimitteret, poſtremoque trina mancipatione ſibi venditum, patri remanciparet ac venderet; vt ſic ius ſucceſsionis in eum tanquam in libertum ſuum adipiſceretur, eum ſibi reuenditum manumittens. l. 1. D. ſi à parente quis fuerit manumiſſus, quam ſic intelligi volo, l. 2. §. obijcitur. D. ad Tertyll. qua conuentione inita ni pater manumiſſiſſet, filio extraneus fiebat; ac omne ius quod in caput & fortunas filij habebat, amittebat; atque extraneus manumiſſor ius patronatus in eum nanciſcebatur. tex. in §. ſunt autē infra, de bon. poſſ. † Pater ergo qui contracta fiducia, filium emancipabat, ad eius inteſtati hereditatē ante agnatos admittebatur: quod ſi eum nō manumiſiſſet, ſed fiducia omiſſa emācipaſſet Prætoris æquitate bonorum poſſeſſionem habebat. l. ſi ad patrem. 10. D. de ſuis & leg. deduces ex Caio. d. ti. 6. & obſeruant And. Alciat. lib. 3. parerg. cap. fi. Ioann. Coraſius lib. 6. miſcell. cap. 9. Fran. Connanus lib. 2. cap. 14. num. 4. qui de ſolemnitatibus contractæ fiduciæ late agunt. Omnia tamen iam in diſſuetudinem abierunt, tam quæ ad trinam venditionem, & emancipationem pertinent, vt videbis ex §. præterea. ſupra quibus mod. ius pat. poteſt. ſoluit. l. fin. C. de emancipat. lib. 1. fin. C. de adopt. notant ex Caio, proximè adducti quàm quę ad patris ſucceſsionem obtinebant ex d. Authentic. defuncto. C. ad Tertyll. & magis ex d. l. 7. Tau. l. 4. ti. 8. lib. 5. nouæ Recopil. quod & diximus in principio huius tit.

TITVLVS III.

De ſenatuſconſulto Tertyllianō.

IN RVBRICAM.

1 *S. C. Tertyllianum quo tempore, & à quibus factum: contra Anton. Auguſtinum & alios.*

VARIAM fuiſſe iuris ciuilis iactationem in ſucceſsionibus inteſtatorum deferendis præterquam ex ſuperioribus duobus titulis palàm deſumitur, maximè tamen ex hoc noſtro, in quo Iuſtinianus quid in filij inteſtato mortui ſucceſſione materna ſtatueret antiquitas, quidque tandem hodie poſt varias conſtitutionum viciſſitudines obſeruandum ſit dilucidè explicat: quas & nos ſigillatim exponemus, adijciemuſque quid hodie iure Regio Hiſpano ſit obſeruandum, in §. ſed cum antea, infra eod. † Interim autem quo tempore hoc S. C. Tertyllianū factum fuerit aperiamus oportet, varia enim eſt hac in re interpretum exiſtimatio. Vlpianus in l. 1. §. ſed & vulgo quæſiti, D. hoc titu. meminit cuiuſdam reſcripti Imperatoris ſui ad Ouinium (ſiue vt alij legunt Iunium) Tertyllum. quaſi ab hoc Tertyllianum fuerit appellatum. Rutilius verò putat huius S. C. ſuaſorem fuiſſe iuriſconſultum Tertullianum quē Iuſtinianus in l. vltima. in princ. C. de curator. furioſo. Idem tamen noſter Imperator in principio huius tit. verſiculo, *poſtea autem*, D. Adriani temporibus factum eſſe cōmemorat, quod ſecurè ſequitur Antonius Auguſtinus, lib. de legibus, cap. de Papia Poppæa, pag. 3. ad med. & lib. de S. C. §. Tertullianum. Sed ego cum Adriani temporibus eo nomine Conſulem appellari neminem videam, certoque ſciam S. Conſulta omnia ex Conſulum referentium nominibus appellata, vt obſeruat F. Hotom. lib. ſing. de Senatuſ. ca. 9. verſic. *Senatus Conſultum Claudianum*, & teſtatus etiam ſum in l. 3. & 7. C. de murilegul. lib. 11. num. 35. Antonio Auguſtino aſſentire non poſſum. Contendo igitur, Aurelij Antonij Pij ſæculo & ætate, anno autem Imperij eius vigeſimo, Tertullo, & Licinio Sacerdote conſulibus hoc Senatuſconſultum, ab antiquiori Conſule ſic appellatum, factum fuiſſe, teſtante Zonara, quem ſequuti fuere Baldui. Hotom. & Cuiacius in notis ad principium huius tit. Idem Cuiacius ad Iunium Paulum. lib. 4. titu. 9. in princ. P. Gregorius. 3. par. Syntagm. lib. 45. cap. 9. nume. 5. Nec contrarium ſuadet Iuſtiniani authoritas in princ. huius tit. in illis verbis, [*quod Diui Adriani tēporibus factum eſt*] quoniam obſeruo Imperatorem Aurelium Antonium Pium, ab Adriano anteceſſore adoptatum fuiſſe, vt ex ſupra relatis conijcitur, & ex noſtris recenſet Ambroſius de Morales lib. 9. Hiſpanicæ Hiſtoriæ, ca.

37.

37. adoptionisque iure Adrianum nomen fortitum fuisse, quod & alijs etiam Imperatoribus non infrequens fuit; quomodo accipiendæ sunt & plures aliæ leges quas Cuia. retulit hîc.

Principium tituli.

1 *Matres leges duodecim tabularum filijs non succedebant.*
2 *Suos heredes agnatôsve ex se fœmina habere non potest.*
3 *Mater succedebat abintestato, filius iure Prætorio per bonorum possessionem.* Vnde cognati. *post suos & agnatos heredes.*
4 *Mater quæ quatuor peperisset filios in eorum bonis ex Imperat. Claudij constitutione, ius successionis habebat.*
5 *S.C. Tertylliano quid Claudij constitutioni adiectum fuerit, qualeque ius matri in succeſſ. concessum.*
6 *Filius iniussu eius in cuius est potestate hereditatem adire non potest.*
7 *S.C. Tertyllianum potius auo, quam matri fucurrere videri.*

1 QVADRVPLEX ius in filij intestato defuncti successione deferenda refert Imperator Iustinian. in hoc principio. 1. ex lege duodecim tabularum, qua omnino matres à filiorum successionibus sic exclusas esse constat, vt inter eas, filios & filias hereditatis capiendæ ius non esset vltrò, citroque, ideſt, vt Theophilus interpretatur, vt neque mater filio, neque filius matri legitimus posset existere heres, quod & docuit eleganter Vlpianus, in fragmentis. tit. 26. versic. vlt. Iulius Paulus, lib. 4. sent. tit. 9. & vbique notat eleganter Cuiac. idem & alij nouiores hic. Baldouinus ad leges. 12. tab. cap. 28. num. 53. Petr. Gregor. d. lib. 45. cap. 9. n. 3. & sequent. quamuis enim verba illius legis duodecim tabularū expressè matres à filiorum intestato mortuorum, & è conuerso, non excluderent, ea tamen id factum fuisse & Iustinianus hic, & Vlpianus relatus ideò probant, quia ea lege intestatorū hereditates primò suis heredibus, his deficientibus consanguineis, quod si neque ij extarent, agnatis delatæ sunt; & post agnatum proximum fisco, quia in legitimis ante Iustinianum successioni locus non erat. §. placebat, supra. ti.
2 1. Vlpianus. d. tit. 26. versic. *si plures.* † Mater ergo tanquam sua admitti non poterat, neque filius eius bona eo iure occupabat, vt qui suus ei esse non potest. §. fœminæ, supra, de adoptionibus. §. cæterum, supra, de hered. qualitat. l. nulla fœmina. 13. D. de suis & legitim. item neque agnationis iure adinuicem filius & mater sibi ipsis succedebant, cùm inter eos agnatio esset nulla, vt ex eius definitione, quàm in §. 1. supra tit. 1. Iustinianus scripsit, satis cōstat. reliquum ergo est ea lege matres omnino esse
3 exclusas. † Vnde Prætores naturali æquitate commoti, quam semper præ oculos habent. l. quod si Ephesi. D. de eo quod certo loco. eas personas ad successionem bonorum possessione vnde cognati accommodata, admittebant. l. 2. D. vnde cognati. Sed post suos & agnatos omnes, & ipsi cognati succedebant, tex. in principio. infra de success. cognatorum, quod cæteris latius & elegantius explicat hic Hotomanus in principio, & hoc ius Prætorium secundùm est quod à Iustiniano de matris successione re-
4 fertur. † Cui tertium successit Imperatoris Claudij Neronis constitutione introductum, quo intestati sine liberis defuncti filij successio simpliciter delata matri est, si modo ea quatuor peperisset filios: idque est quod in Claudio scribit Suetonius Claudium Cæsarem cōcessisse fœminis ius quatuor liberorum, quod scilicet satis esset, vt filijs intestatis succederet; etiam si eos amisisset; illi autē amissi filij sunt, qui in acie ceciderunt, qui perpetuam gloriam viuere intelliguntur, tex. in princip. supra de
5 excusat. tutorum. † Postea autem Diui Pij, (cognomine Adriani) temporibus, Tertullo & Licinio sacerdote Consulibus S. C. factum fuit Tertullianum appellatum, quod matri ingenuæ ius trium liberorum habenti, libertinęque quatuor, quamuis in patris potestate esset, liberorum intestatorum hereditatem deferebat. tex. hic, & in l. 2. D. hoc tit. vbi & sequen. legibus late Vlpianus explicat, omnino vidēdus Iulius Paulus. d. lib. 4. senten. ti. 9. & ad eum Iacobus Cuiacius. Quo Senatusconsulto illud Claudij constitutioni fuit additum, vt ingenuæ mulieri tres filij, vt eorum legitimam cō-
6 sequeretur successionem sat essent. † Quia tamen filia, etiam post nuptias in patris sui potestate manebat. l. 2. §. quod si in patris. D. solut. matrim. cum pluribus alijs quæ plena manu congerit Andreas Tiraquellus ad leges connubiales, glos. 1. ex num. 1. illius iussus cuius iuri subiecta erat ad acquisitionem legitimæ hereditatis erat necessarius, vt hic in finalibus verbis Iustinianus docet, & probatur ex regula. l. qui in aliena. 6. cum similibus. D. de acquirend. heredit. & in terminis Modestinus in l. filij mater. 6. D. hoc tit. quod & in filijs ad maternam successionem ex S. C. Orficiano admissis procedit, tex. in princ. infra. titu. 1 coniuncta. l. pen. D. hoc tit,

Sed tunc quidem illud obstare videtur, quòd
7 cum hereditas filiæ fam. quæsita, ipso momento ad patrem eius transeat ex hoc tex. coniuncta vulgari l. placet. 79. D. de acq. hered. videtur hoc S. C. auo potius quam matri, æque autem sororibus & fratribus ipsius, quam ipsimet consulere, patre enim mortuo bona hæc in patris hereditate confusa, inter liberos diuidebātur. l. inter filios. C. fam. erciscun. cū similibus.

Sed

Sed respondeo leges benignius de parentum erga liberos suos animo præsumere, cogitareque auum filiæ suæ eam hereditatem relicturum: saltemq; vtilius esse matri istius hereditatem partem nanciscì, quàm totam omittere.

§. *Præferuntur.* 1.

1 *Matri in filij successione, defuncti liberi naturales & adoptiui: naturalis pater, frater, & soror consanguinei præferuntur, & num.* 4.
2 *L. æquissimum.* 5. §. *si ex filio. D. ad S.C. Tertyl. & num.* 1.
3 *Adoptiuus pater in filij successione an matrem naturalem excludat? & num.* 6.
4 *Mater auo, & proauo præfertur in filij successione, si cum eis concurrat solùm.*
5 *Regula, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te (quæ, remissinè illustratur) limitatur in nostro textu.*
7 *L.* 2. §. *objcitur. D. ad S.C. Tertyl. accuratè explicatur.*
8 *Frater & soror qualiter ab intestato admittẽtur, remissinè.*

PRAEFERVNTVR matri in intestati defuncti filij successione, omnes liberi cuiuscunque gradus & sexus sint à filio relicti, etiam adoptiui; præfertur naturalis pater, præfertur consanguineo frater, soror autem defuncti consanguinea pariter cum matre, admittitur. idem late probat l. C. in l. 2. §. liberi, & §. objcitur, cum sequent. l. æquissimum 5. l. in suspenso. 8. D. hoc tit. l. quoties. 4. C. ad S.C. Orficianum. Vlpianus in fragmen. d. ti. 26. in fi. *l. si matre.* 11. C. *de suis & legit. hered.*

2 Sed obstat difficilis tex. in d. l. æquissimũ. 5. §. si ex filio. vbi auus etiam defuncti matri præfertur, cuius contrariũ probat noster tex. ibi. *non etiam auus & proauus matri anteponitur.*

3 Secundo contra nostrum textum, verficulo; *pater.* iuncta glos. eodem verbo. & dicta. l. 2. §. objcitur, verficulo, *pater autem.* D. eodem quibus probatur patrem naturalem tantum, non etiam adoptiuum matri obesse, obstat sequens argumentum. Filius adoptiuus matrem à Tertylliani S.C. beneficio excludit, d. l. 2. liberi, & notat glo. hic, verbo: *liberi*, ergo & pater adoptiuus matri erit præferendus, ex correlatiui natura & ratiocinatione, de qua in l. fina. C. de indict. viduit. toll. quam latè exornat Nicolaus Euerardus in centuria legali, cap. de Correlatiuis, dispositum enim in vno ex correlatiuis, & in alio dispositum censetur, ex d. l. fin.

4 Sed his non obstantibus textus noster defendendus est, neque adducta argumenta obstant, non primum, quoniam obseruo patrem defuncti filij matri ex S.C. præferri, ex nostro tex. & d. l. 2. §. objcitur. *Objcitur* (inquit Vlpianus) *matri pater in vtriusque bonis tam filij, quàm filiæ, siue heres, siue bonorum possessor existat, sed neque auus neque proauus matri nocent, quamuis fiduciam contraxerint*: mater igitur auo & proauo præfertur, matri verò pater præponitur, scilicet cum inter eos solos matrem & patrem ambiguitur, vt noster textus probat, qui sic accipi debet, reiecta Accurs. interpretatione, verbo, *inter eos*, hic, quod si inter patrem & matrem, & auum defuncti, concursus fiat, auus anteponitur. Nam si mater excluserit auum manumissorem, ex d. §. objcitur, verficulo, *sed neque*, & nostro textu, verfic. *non etiam auus.* edicto prætoris inducetur pater defuncti, quo admisso definet S.C. Tertulliano locus esse, & rursus auus vocabitur, vt in d. l. æquissimum. 5. §. si ex filio, & in l. 1. §. 1. D. si quis à par. fuc. manumissus, igitur rectius est auo suum ius cõseruare, qui & contra scriptos heredes bonorum possessionem accipere solet. † Vides ergo ex hoc nostro textu, & d. l. æquissimum. §. 5 si filio, limitari vulgarem illam regulam, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, de qua in l. de accessionibus. 14. verfic. *nam qui me.* D. de diuers. & temp. præscrip. quod & obseruauit Accursius hic, & in l. Claudius. 17. per textum expressum, ibi, verficulo, *igitur nec tertius creditor.* D. qui potio. vbi post Bartol. rectè explicat Fulgos. idem Accurs. in l. assiduis, verbo. *licèt.* C. qui potiores. & Oldradus consilio 198. Coras. in l. qui liberos, num. 119. D. de ritu nupt. Balduinus tractat. de hypothecis, cap. 19. col. 3. Vgo Donelus eodem tract. cap. 13. Portius lib. 3. commun. opinionum. regul. 27. quos non retulit Alfanus collectanea. 983. qui sunt addendi. d. l. de accessionibus.

6 Nec obstat secundum argumentum, quoniam inter filium adoptiuum qui in familia relictus est, & adoptiuum patrem magnum est discrimen; ille enim patre suo legitimo intestato defuncto eius matri anteponitur, quoniã filiorum iura habet, & quandiu durat adoptio quod attinet ad intestati successionem à legitimis & naturalibus filijs non differt. tex. in §. intestatorum, verficulo. *nec interest*, vbi explicuimus supra de hered. quæ ab intest. def. l. 1. in fi. verficulo, *non solum autem naturales.* D. de suis & legitim. & in specie. I. C. in d. l. 2. §. liberi, verficulo, *tam naturales.* D. hoc titulo, quod si emancipati essent, matri non obstarent, emancipatione, namque omne ius adoptionis dissoluitur. §. minus, vbi diximus supra de hered. quæ ab int. nisi adoptiui emancipati liberi, ex naturalibus liberis defuncti essent, vt puta nepos naturalis à patre adoptatus, nam licèt sit emancipatus, bonorum possessione accepta matri obstabit, d. §. liberi. verficulo, *adoptiui.* l. liberi: 7 2. verficulo, *hi enim.* D. vnde liberi. † Quod in adoptiuo patre admitti nullo modo potest, verius enim est, cum pater esse desierit à matre eum excludi, d. l. 2. §. objcitur. l. patrem. 3.

D. hoc

D. hoc ti. quod & omnes hic notant, & ego sic explico: Quoties de intestati filij successione agimus, eum emancipatum fuisse necessariò suppositimus, quò ad patrem spectat, & vt ipse intestato filio succedere possit, vel tanquam manumissor, si contracta fiducia eum emancipauit. §. ad legitimam, supra tit. 1. & l. 1. & per totum. D. si quis à par. fuer. man. vel tanquam bonorum possessor, ex edicto *vnde decem personæ*. §. & primo loco, versiculo, *tertio*. infra, de bonor. possess. vbi dicemus, quoniam si non emancipatus, sed in potestate erat filius intestato defunctus eius bona pater iure peculij occupabat. l. si filius. 2. l. pater, qui castrense. 17. D. de castrensi peculio, notauimus in princip. supra, de legitima agnat. successione, & post ibi relatos obseruat Balduinus ad leges duodecim tabularum, cap. 28. num. 60. cum ergo emancipatione omnia iura adoptionis dissoluantur, ex dicto §. minus. in fine. & adoptiuus pater, iam pater esse desinat, vt dicto §. obijcitur, docet I. C. consequens est nullum ius successionis eum in bonis filij adoptiui emancipati habere, & sic à matre ex Senatusconsulto vinci & excludi, quæ est verissima explicatio, d. §. obijcitur, & d. l. patrem. Quibus tamen ex proxime notatis assignari potest, elegans & nouus intellectus. Quod si naturalis pater, filium suũ emancipauerit, & rursus eum adoptauerit, & iterum emancipauerit, is adoptiuus pater, qui tamen ex naturalibus ascendentibus sit, etiam post emancipationem matri præferatur ex ratione. d. l. 2. §. liberi. & d. l. liberi. 2. versiculo, *hi enim*. D. vnde liberi.

8 Qualiter autem frater consanguineus, item & soror consanguinea intestato defuncti admitterentur, luculenter explicat Iust. in præsenti, versiculo, *frater*. I. C. in l. si quis. 7. & in l. 2. §. si sit consanguinea. D. eo. & est tex. in l. in successione. 6. C. de legitim. heredibus, & in l. 2. C. de nuptijs, in Theodosiano, & omnes ad nostrum tex. Hæc de successione matris ex S. C. Tertulliano.

§. *Sed nos. 2.*

1 *Mater etsi nullum alium peperit filium, nisi eum de cuius successione agitur, nouo iure ei succedit.*

Mulieribus semper Iustinianus fauit.

2 *L. 1. C. de iure liberorum, & num. seq.*

4 *L. 2. C. de infirmandis pœnis cælibatus.*

1 ET si nullos mulier siue ingenua, siue libertina liberos habuerit, sed eum eámve tantummodo de cuius successione agitur, hodie ex noua Iustiniani lege correcto iã & antiquato S. C. Tertulliano, itẽ & antiquiori Diui Claudij constitutione ius legitimæ successionis habet. l. 2. C. de iure liberorum. l. vltima. C. hoc tit. quod Imperator nimis fauens muliebri sexui statuit, cuius semper admodũ misertus fuit, vt non malè deduces ex hoc nostro tex. & d. l. fi. ex l. lege. 14. C. de legiti. heredib. l. assiduis. C. qui potior. in pig. & ex nouella. 162. prope fin. ibi. *quod & gratiosissimum est hoc attribuat matri, oportet enim maiore eam studio prosequi, quæ partus doloribus distenta fuit, quæ peperit, quæ nutrijt*, &c. eleganter exornant hic Hotom. Baldui. & Mynsingerius.

2 Sed grauiter Iustiniano hic obstat. l. 1. C. de iure liber. vbi Imperatores Honorius & Theodosius sic scribunt. *Nemo post hac à nobis ius liberorum petat, quod simul hac lege omnibus concedimus*. ergo si ius liberorum generaliter omnibus concessum erat, ita vt quæ mulieres non pepererãt tres, aut quatuor liberos, iuxta cõstitutionem Diui Claudij, & S. C. Tertulliani, nihilominus ius legitimæ successionis haberent, id à Iustiniano statui non debuit; Principem enim (vt Cato dicebat) nec de iustis orari, nec de iniustis exorari decet, l. 1. de thesau. lib. 10.

3 Quæ difficultas etsi grauis nimis sit, & ab interpretibus omnibus hic prætermissa, sic dissoluitur. Inter alias quæ à Romanis statutæ fuêre pœnæ contra illos, qui matrimonio cõtracto filios non procreabant, illa, vt solidum ex coniugis præmortui hereditate habere non possent, sed decimam partem, vt deduces ex VI piano. titu. 15. de *Decimis*, nisi forsan ius liberorum à principe impetrassent, ex eodem VIpiano. tit. 16. de *Solidi capacitate inter virum & vxorem*. vbi eleganter exornat Iacob. Cuiac. Anton. Augustl. libro singulari de legibus. cap. de lege Papia Poppæa. † Quæ pœna item &

4 aliæ omnes cœlibatus, & orbitatis cum ab ijsdem AA. Honorio & Theodosio infirmaretur in l. 2. C. de infirm. pœn. cœlibat. cuius. l. 2. pars est. d. l. 1. de iure liberor. vt & ex inscriptionibus & ex subscriptionibus constat, & aduertunt Cuiacius & Augustl. proximè relati, consequens est, in eadem etiam specie esse accipiendam, vt omnes coniuges ius liberorum iam habentes solidum capere possint. Nec enim se ius dicant trium, aut quatuor liberorum dare in d. l. 1. Impp. sed ius liberorum, id nempe quod proximè explicuimus, & inde iam superflua non redditur Iustiniani constitutio hic, & in d. l. 2. C. de liber. qua ius trium aut quatuor liberorum omnibus mulieribus concessum est, ad legitimam filiorum intestato mortuorum successionem obtinendã; quod est notabile ad nostrum tex. & d. l. 2. C. de iure liberorum. Et de iure liberorum præter alios est omnino videndus Franciscus Duarenus lib. 1. disputat. anniuers. capite. 40.

§. Sed

§. *Sed cum antea* 3.

1 *Mater in filij ſucceſsione fratribus & ſororibus conſanguineis defuncti admittitur, & ex qua parte, num. ſequen.*
2 *Authentica & cum ſolis. Authentica defuncto. C. ad Senat. C. Tertull.*
7 *Mater nouo Hiſpano iure filij inteſtato defuncti fratres & ſorores excludit.*
8 *Mater vt à filij ſucceſsione excludatur ſtatuto an effici poſsit, remiſsiuè.*

DIVI Claudij conſtitutione, item & Senatuſconſulto Tertulliano quoad ius liberorũ attinet antiquatis, qua ex parte mater ad filiorum inteſtato mortuorum hereditatem admittatur, explicat Iuſtinianus † ſtatuens omnibus agnatis & cognatis eam
1 præferri, conſanguineis tamen fratribus & ſororibus eam adiungi, quemadmodum hic docet Imper. & in d. l. fin. C. hoc tit. ita videlicet, vt ſi quidem ſolæ ſorores agnatæ vel cognatę, & mater defuncti, vel defunctæ ſuperſint, dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite, & fratre, vel fratribus ſolis, vel etiã cum ſororibus quis inteſtatus moreretur in capita & pro virili portione diſtribuatur hereditas.
2 Sed obſtat tex. in Authen. & cum ſolis & in authentica defuncta. C. hoc tit. quibus conſonat, l. 4. tit. 13. par. 6. quibus probatur, & cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus matrem ad inteſtati filij ſucceſsionem in virilem tantũ portionem vocari.
3 Sed facillimo negotio is nodus diſſoluitur temporum adhibita diſtinctione. Quando ex S. C. Tertull. mater admittebatur, eam frater excludebat, ſoror autem ſi ſola eſſet cum matre pariter admittebatur. Quod ſi frater & ſoror erant, à fratre excluſa matre, inter fratrem & ſororem diuidebatur hereditas, §. præferuntur, ſupra hoc tit. l. 2. §. ſi ſit cõſanguinea. l. ſiquis. 7. D. eod. † Poſtea Cõſtantini & aliorum
4 Cæſarum ante Iuſtinianum temporibus, ſi mater ius liberorum haberet, & filius defunctus patruos, aut patruorum filios reliquiſſet, vel etiam illorum nepotes, omnes ij cum matre ſimul admittebantur; ſed mater duas hereditatis partes habebat, alij verò tertiam. Quod ſi defuncti fratres ſuperſtites eſſent, duas partes habebant, alij verò tertiam. Quod ſi defuncti fratres ſuperſtites eſſent, duas partes habebant, & mater tertiam, inductique erãt & alij multi ſucceſsionis modi, qui partim matrem adiuuabant, partim eam prægrauabant, vt latiùs deprehendere licet ex l. 1. 2. & ſequent. titu. 1. de legitimis hereditatibus lib. 5. Codicis Theodo-
5 ſiani. † Deinde ſucceſsit Iuſtiniani prior ætas, qua matres admittebantur, eo ordine qui in noſtro textu deſcribitur, & in d. l. fin. C. eodẽ.
6 † Poſteriori verò eius ſæculo introducta alia ſucceſsio fuit, de qua in d. authentica & cum ſolis, & in d. authentica defuncto approbata, in d. l. 4. par. & in l. 1. in fine, titu. 6. lib. 3. fori. †
7 Quæ tamen omnia nouiſsimo huius Hiſpani regni iure emendantur, & matre, aut, alijſve aſcendentibus defuncti exiſtentibus fratres aut ſorores illius non admittũtur, ex l. 7. Tau. l. 4. tit. 8. lib. 5. nouæ recopilat. ſoli enim aſcendentes admittuntur. ſalua cuiuſcunque prærogatiua, vt notat Gregorius in l. 4. par. Anton. Gomez & alij in d. l. 7. Taur. Ioann. Rojas de ſucceſsion. ab inteſtat, cap. 29. num. 29. & ſequenti. Ioan. Matienço, & Alfonſus de Azebedo in d. l. 4. nouę recopilationis. Idem Matien. in l. 1. Gloſ. 3. num. 8. ti. 1. lib. 5. recopilationis: latè etiam de matris ſucceſsione egit Caſſaneus ad conſuetudines Burgundiæ, rub. 7. §. 6.
8 † Vbi diſputat an lege, ſtatuto vel conſuetudine induci poſsit vt mater à ſucceſsione filij excludatur.

§. *Sed quemadmodum* 4.

1 *Mater quæ intra annum mortis patris, aut reiecti, excuſati ve tutoris, alium filio impuberi nõ petierit, eius ſucceſsione priuatur.*
2 *Tutorem ſi impuberi conſanguinei non petierint, eius ſucceſsione priuantur.*
3 *Mater tutorem filio confeſtim petere olim debebat, ideſt, quàm primum poſſet, hodie intra annum, & num. 6.*
4 *L. matres. 3. C. ad S. C. Tertull. & nu. 7.*
5 *L. C. ſi aduerſus delictum & num. 8.*
9 *Mater & auia tutelæ officio fungi poſſunt, ſed ſi ſecundas velint contrahere nuptias, tutorem filijs impuberibus petere tenentur, eliàs ſucceſsione priuantur.*

1 ETSI ex veteribus & nouis conſtitutionibus mater legitimam iam filij inteſtato defuncti ſucceſsionem habeat, ea tamen priuatur, ſi intra annum mortis patris, aut excuſati, reiectiue alterius tutoris, alium tutorem impuberi filio non poſtulauerit. idem in l. 2. § ſi mater non petierit, vbi luculenter explicat Vlpianus. D. hoc tit. textus in l. 2. & in l. 3. & in l. credendum, & per totum. D. qui pet. tut. in l. locum. 3. in l. matris pietas. 6. in l. cum à matribus. 8. in l. nepotibus. 11. & in l. matres. 12. C. illo tit. in l. omnem. 6. C. hoc. ti.
2 † Quod & in alijs conſanguineis qui ab inteſtato impuberi legitimi ſunt heredes probant, l. ſciant. 10. C. de legit. hered. & expreſsè apud nos l. 12. titu. 16. par. 6. vbi grauiter explicat Gregorius verbo, *no piden guardador*. Antonius Gomez in l. 14. Tau. num. 18. Robert. Maranta in l. is poteſt, num. 252. D. de acquir. hered.

plures

plures retulit Rojas de succes. ab intestat. c. 30. n. 36. Baeça, de decima tut. c. 4. n. 53.

3 Sed nostro textui, ibi: *intra annum petere*, obstat. d. l. 2. §. si mater non petierit, ibi: *confestim*. D. hoc tit. in l. Diuus. ibi: *confestim*. D. qui pet. tut. in quibus probatur confestim tutorē à matre petendum alioqui eam hereditate priuari.

4 Secundo obstat textus in l. matres 3. C. hoc titulo vbi mater succedit filio cui tutorem non petijt.

5 Tertio obstat. l. 2. C. si aduersus delictum vbi mater quæ minor est. 25. annis, ob non petitā tutelam filij successione non priuatur.

6 Quæ tamen argumenta Iustiniano non obstant, non primum ex d. verficulo *confestim*. quoniam omissa Bartol. interpretatione ibidem, quam retulit Paulus in d. l. sciant. n. 1. C. de legitim. hered. dicendum est, quod etsi olim Diui Seueri constitutione inspecta (quam retulerunt Iurisconsulti in d. locis) mater confestim tutorem filio petere teneretur, ideſt, quam primum posset, & Prætoris copiam haberet, hoc autem tempus interdum longius, interdum breuius esse posset, quod vtique iudicis arbitrio relinquendum esset, an iustæ causæ interueniissent, quæ matrem excusarent à non petita statim tutela, argumento vulg. regulæ. l. 1. D. de iure del ib. hodie post Constantinum in d. l. sciant, & Iust. hic certum tempus statutum est, videlicet annus, intra quem si mulier filio tutorem non petijt eius successione priuatur, quæ iura sic in amicitiam reducēda sunt, etsi aliter sentiant interpretes omnes quos viderim.

7 Non obstat secundum ex d. l. matres. Quoniā textus noster accipiendus est, quoties filius impubes decesit, cui mater tutorem non petierat, non si iam pubes & adultus factus, vt noster textus probat, ibi: *impuberum morientium successione* obseruat Accurs. hoc eo verbo & post eum alij Antonius Gomez in d. l. 14. Tau. n. 18. & expresè d. l. matres. C. hoc. tit.

8 Minus obstat tertium & d. l. 2. C. si aduers. delictum, speciale enim est; fauore minoris ętatis, vt ibidem dilucidè ostenditur, & notant

9 omnes proximè citati. † Quæ quidem omnia, cum iam hodie, mater, item & auia tutelæ officio fungi possint, admittenda sunt, quando ipse tutrices esse noluerint, vt intra annum filio, aut nepoti impuberi tutorē petere teneantur; quod si officium hoc subierint, & ad secūdas voluerint transire nuptias, similiter petere tutorem debent antequam secundum matrimonium contrahant, quod si contra fecerint, eo ipso, & tutela, & successione priuantur, l. mater. 5. C. hoc tit. authentica ex testamento, C. de secund. nupt. obseruant relati supra in principio & Ioann. Matienço in l. 3. Glo. 2. num. 15. titulo 1. libro 5. recopilat.

§. *Licèt autem. 5. & vltimo.*

1 *Spurijs, & vulgò quæsitis filijs mater succedit.*
2 *L. Si qua illustris. C. ad S. C. Orficianum, & n. 4.*
3 *Reciproca est & mutua successio ab intestato.*
5 *Incestuoso mater non succedit.*
6 *Naturali filio mater succedit etiam illustris.*

1 NON tantum filijs ex legitimo matrimonio natis ab intestato defunctis mater succedit, verū etiam & vulgò quæsitis & spurijs; idem probat. l. 2. in principio, D. hoc titulo. l. 2. versi. *itaque*, & l. si spurius. 4. vnde cognati. l. 8. in fin. tit. 13. par. 6. vbi obseruat Gregorius verbo, *manera*, & est tex. in authentica licet, versic. *Hi ergo*. C. de naturalib. liber. textus in authentico, quibus modis naturales effi. sui. §. fin. versic. *De nepotibus*, notat Ant. Gom. in l. 9. Tau. nu. 8.

2 Sed obstat textus. in l. si qua illustris, C. ad Senatusconsultum Orficianum. Vbi probatum est filium spurium matri non succedere, ergo neque ei succedet mater quia † successio ab

3 intestato est reciproca, & illis potest quis succedere qui ei possunt succedere, non alias, tex. in l. lege duodecim tabularum. 14. versiculo, *cum & aliam*, & in l. fin. in principio. C. de legitim. hered. & in l. si ab eo. C. illo titu. & in terminis tex. in. d. authen. quib. mod. naturales effici. sui. §. filium vero, versiculo, *nullum tamē*, vbi expresè notat Bartolus per tex. in principio, ibi, *sed etiam alterum* infra de seruil. cog. sequitur Gregor. in d. verbo. *manera*. Ant. Gomez in d. l. 9. Taur. num. 51. Matienço in l. 6. gl. 4. nu. 11.

4 Cui difficultati Respondendum est, quod etsi verum sit filios etiam spurios & vulgò cōceptos matribus suis ab intestato succedere, vt probat Iustinianus, in §. nouissimè, ibi dicemus infra titulo 1. ad Orficianum tamen id non admittitur, quando mater est illustris ex d. l. si qua illustris, l. 11. ibi. *dueña de noble lineje*, titulo 13. par. 6. his enim mulieribus castitatis obseruatio præcipuum debitum est, vt ait Iustinianus in d. l. si qua illustris, vnde ea pœna & filius & mater (præter alias etiam quas mater incidit) multantur, ne inuicem sibi succedant. † Quod idem & in incestuoso

5 filio omnino erit obseruandum ex d. §. fin. in authentico quibus mod. natural. eff. sui & ijs quæ eleganter resoluit Antonius Gomez in d. l. 9. Tau. ex num. 45. & licèt Angelus in §. præferuntur ad fin. supra hoc titulo etiam illustrem matrem filio spurio & vulgò concepto succedere probet, & è conuerso, eius tamen sententia expresè conuincitur, ex d. l. si

6 qua illustris. † Posset tamen admitti si filius esset naturalis ex illustri fœmina, tunc enim eum inter parentes matrimonium consistere posset

posset, rectè filius illustri matri, & mater filio succedet, ex notatis ab Antonio Gomez in. d. l. 9. Tau. nu. 9. Rojas. de success. ab intest. cap. 14. ex n. 1. & latius in. d. §. nouissimè, diceimus.

TITVLVS IIII.

De senatusconsulto Orficiano.

IN RVBRICAM.

1 *Matri filius ab intestato lege duodecim tabularũ succedere non poterat.*
2 *Matri iam ex. S. C. Orficiano, agnatis, & cognatis exclusis, filius succedit.*
3 *L. sacratissima. 8. D. ad S. C. Tertull.*
4 *Orationes Principes in senatu quando habebãt.*

1 VM ex duodecim tabularum lege nulla esset inter filium & matrẽ intestato mortuos legitima successio, vt Iusti. in principio superioris tituli admonuit, ibi, *vltrò citroq;* &c. rectè adnotante eo loci Theophilo, etiam Senatusconsulti Tertulliani beneficio mater legitimum successionis ius in filijs intestato defuncti haberet; quia, vt in. §. fin. illius tituli docuim⁹ successiones ab intestato debent esse reciprocæ, æquũ fuit, & naturali æquitati conueniens, filium similiter matris successionem habere, † Igitur
2 Diui Marci, & Commodi temporibus Cornelio Scipione Orfito, & Velio Ruffo consulibus, Senatusconsultum factum est, Orfitianum appellatũ, quo ius legitimę successionis in maternis bonis filio concessum fuit, cæteris omnibus agnatis & cognatis exclusis, quod in huius tituli principio obseruat Iusti. & ex Cassiodoro & alijs bonis authoribus, ibidẽ nouiores. Hotomanus, & Anto. Augusti. de Senatusconsultis verbo *Orficiano*. Vlpianus in fragmentis tit. 26. versic. penult. & in. l. 1. & suis. §§. D. ad Tertull. in. l. qui in aliena. 6. versiculo, *sed etsi legitima*. D. de acquirend. hered. in. l. 2. versic. fin. D. vnde legitimi. & toto titulo. C. ad. S. C. Orfitia. exornant Raynaldus Corsus lib. 2. indagationũ. cap. 11. & Iacob. Rebardus de auct. prudent. c. 12. P. Greg. 3. part. Syntagmatũ lib. 45. cap. 2. ex nu. 3. Belonus lib. 4. supp. cap. 6.
3 Sed obstat filios ad matrum suarum intestato decedentium successionem, oratione Diui Marci esse admissos, non S. C. Orficiano, vt expresse probat Vlpianus in. d. titul. 26. vers. penul. Cui⁹ in. l. sacratissimi. 8. D. ad Tert. & Iulius Capitol. in Marco Antonio Philosopho.

Facilis tamen est explicatio, quoniã ad horũ iurium. & aliorum pluriũ obseruationẽ & interpretationem noto, Antequã Senatus aliquid censeret, à Principibus in eodem Senatu orationem haberi solitam, de ea re de qua Senatus consulebatur; quod post eam censebatur senatusconsultum erat, vt probabis ex. l. 1. & l. non sit. 12. D. de reb. eorum. l. 1. l. si ad resoluẽdam. 7. C. de prędijs minorũ, l. cum hic status. 33. in princip. D. de donat. inter vir. obseruat Brissonius lib. 1. select. antiquit. c. 16. & lib. 13. de verborũ significatione, versi. *Orationes principum*. Prateius eod. verbo. Iacob. Cuiacius. lib. 1. obseruatio. ca. 18. Igitur oratione à Diuo Marco in Senatu de successione filiorũ in maternis bonis habita, eis legitima successionis iura cõcessa fuêre, quo quia Orficio & Ruffo Consulibus in senatu fuit recitata, & ab eodem probata & sequuta, S. C. Orficianum dictum fuit, quomodo intelliges d. l. sacratissimi.

Principium tituli.

1 *Matri ingenuæ, & libertinæ etiam conditionis succedit filius ex S. C. Orfi.*
2 *Senatusconsultum Orficianum quod in filijs loquebatur, ad omnes descendentes extensum postea fuit.*
3 *Mater filijs, & filij matri iure Hispano succedũt.*

1 EX S. C. Orficiano liberi quorum mater intestato decessit, legitimam successionem habẽt; quod idem probat l. 1. D. ad Tertull. l. 1. & per tot. C. hoc. titul. l. qui in aliena. 6. in principio. D. de acqu. hered. l. 2. in fin. D. vnde legit. quod & in ingenua & in libertina matre admittitur, d. l. 1. D. ad Tertull. & in ancilla etiã quę post morã ab herede, aut fideicõmissario factã, peperit, l. fin. C. hoc titulo. †. Et quãuis in liberis primi gradus S. C. loqueretur, postea tamen nouis constitutionib⁹, de quibus in. l. si defunctus. 4. C. de legitimis heredibus lib. 5. in Cod. Theodos. ad vlteriores etiam, nepotes videlicet & pronepotes extensum est, vt hic Iustinianus probat. † Cuius quidem concl. apud nos Hispanos in confesso est ex. l. 3. titu. 13. part. 6. l. 6. in legibus Taur. l. 1. titulo. 8. lib. 5. nouę recopilat. vbi nominatim scripsit Ioan. Matiençó, Glos. 4. n. 3. & passim alij authores, latè Rojas de succes. ab intestat. cap. 3. cum sequent.

§. *Sciendum.* 1.

1 *Capitis diminutio non permit successiones ex. S. C. Tertylliano, aut Orficiano.*
2 *Legitimæ successiones sunt quæ ex. S. C. Tertylliano, & Orficiano deferuntur.*
3 *Capitis diminutio legitimas successiones perimit, & num. 6.*
4 *Successiones aliæ veteres, aliænouæ, & quæ veteres, & quæ nouæ dicantur.*
5 *Capitis diminutio nouas successiones quia naturaliter deferuntur, non perimit.*
7 *L. Sacratissimi. 8. D. ad. S. C. Tertyll. nona explicatio, & nu. sequent.*

1 IVs successionis quod ex hoc S. C. Orficiano filius habet in bonis maternis, item & illud quod ex Tertulliano in bonis filij matri concessum est, minima capitis diminutione non perimitur: idem in l. tutelas. 7. versiculo *ex nouis*. D. de cap. diminutione. l. 1. §. capitis minutio. l. sacratissimi. 8. versiculo *tametsi*. D. ad Tertull.

2 Sed obstat id ius successionis ex Tertulliano & Orficiano competens legitimum esse, textus hic ibi, *hereditates legitimæ*, tex. in d. l. 2.

3 §. fin. D. vnde legitimi, † At legitimæ successiones capitis diminutione perimuntur. l. tutelas. 7. in principio. D. de cap. diminutione. l. capitis. 11. D. de suis & legiti. ergo.

4 Sed vt huic difficultati satisfacias, cum Iustiniano hic discrimen constitue, inter legitimas successiones antiquas, & nouas: Veteres successiones vocamus, quæ ex lege duodecim tabularum descendunt, & suis, & agnatis competunt, sic eas appellat Iurisconsultus in d. l. tutelas iuncta d. l. 1. §. capitis ibi: *nam vetus*, & induci potest, d. l. capitis. Nouæ autem hereditates dicuntur, & nouum successionis ius, quod post leges duodecim tabularum introductum est, quale ex Senatusconsulto Tertulliano, & Orficiano, & Imperatorum constitutionibus relatis in. §. penult. & fin. supra de hered. quæ ab intest. §. cæterum, cum sequen. supra de legit. ag. succes. §. sed nos, cum sequent. supra de Senatusconsulto. Tertull. & principio huius titu. in fin. verbis, & alibi passim. Differentiæ rationem vno verbo explicuit Iulius Paulus

5 in dict. l. tutelas, versiculo *ex nouis*. † Quoniam nouæ hereditates sic deferuntur, vt personæ naturaliter designentur, vt ecce deferunt hereditatem Senatusconsulta matri & filio, quæ nomina naturalia minima capitis diminutione tolli non possunt ex l. eas obligationes. 8. D. de cap. diminutione, vulga. textus in. §. sed naturalia, institu. de iure naturali gent. &

6 ciuili, † Antiquæ verò successiones ex legibus duodecim tabularum descendentes, personis ciuiliter designatis deferũtur, videlicet, suis heredibus, & agnatis, quæ suitatis & agnationis qualitas ipso iure ciuili inducta, eodem etiã perimitur. §. minus supra de hered. quæ ab intest. §. minima supra de cap. diminutione. d. l. cap. d. l. tutelas in principio, quod rectè etiam sensit Accursius hic verbo *deferuntur*, licèt nõ sic explicet, & omnes huius. §. interpretes.

7 Vltra quos ego ex his infero interpretationem ad difficilem textum, cuius veram mentẽ interpretes aliàs non sunt assequuti in d. l. sacratissimi 8. ibi, *tametsi in aliena potestate sint*. D. ad Tertull. & ad similia verba Iustiniani, in principio huius titu. ibi, *etiam si alieno iuri subiecti sint*. Cuius quidem l. 8. argumento. Alciat. lib. 4. paradox. c. 3. Lancellot. Politus. tract. de vulgari, nu. 43. Riminaldus in l. 1. nu. 329. C. qui admitti, & Baldui. in principio supra hoc tit. num. 3. existimant ante nouam Constãtini legem de qua in. l. 1. C. de bonis mater. bona materna hereditaria paternã acquisitionem effugere, de qua in. §. 1. supra per quas pers. & apud filium manere.

8 Sed rectè eos conuincit doctissimus Pinelus in l. 1. 1. par. ex num. 19. C. de bonis mater. qui rectè considerat Iurisconsultum ibi loqui de iure succedendi, non verò de effectu acquisitionis, de qua nihil ibi tractatur, quo etiam modo interpretanda est l. 2. ibi *sibi quærerent*. C. hoc titulo & l. idem est etiam. 14. ibi, *si legitima hereditas filijs obuenit*. D. de acquir. hered. & satis probatur ex l. qui in aliena. 6. versiculo, *sed & si legitima*. D. de acquir. hered. † Pinelus tamen neque alij non explicant cur de filijs in aliena potestate constitutis mentio fit, in dict. l. sacratissimi. & in principio huius tituli: errant enim qui existimant Orationem Diui Marci loqui, de filijs constitutis in potestate patris naturalis, de quibus nulla potuit esse dubitatio cur minus succederent, quàm cæteri qui sui iuris sunt. Intelligenda est ergo ea lex ex superioribus, in filijs qui ante mortem matris, in adoptione vel adrogatione, passi sunt minimam capitis diminutionem iuxta. dict. §. minima, l. 3. l. fin. D. cap. dim. l. 4. versiculo penultimo. D. de gradibus, qua etsi legitima antiqua successio amitteretur ex d. l. capitis, non tamen amittitur legitima successio ex Tertull. & Orficiano, ex nostro textu. Pro qua interpretatione põderatur verbũ illud *alienæ potestate* d. l. sacratissimi. & verbum *alieno iuri* principij huius tituli iuncto tex. in princ. sup. titu. 1. ibi. *licet in potestate parentis sit*.

§. *Nouissime*. 2.

1 *Spurius, & vulgo quæsitus filius matri succedit, & num. 4.*
2 *L. si qua illustris. 5. C. ad S. C. Orfician.*
3 *Authentica ex complexu. C. de incestis nup.*
5 *Spurius legitimis extantibus iure Hispano matri non succedit.*

1 QVemadmodum ex S. C. Tertulliano admittitur mater ad hereditatem filij etiã vulgo quæsiti, vt diximus per tex. ibi, in §. licet, sup. tit. 1. ita & filius vulgò quæsitus in maternis bonis legitimam successionẽ habet, idem in. l. 1. §. sed & vulgò. D. ad Tertull. l. 2. D. vnde cognati. *l. 11. titu. 13. part. 6. l. 9. Tau. in 2. par. l. 7. titu. 8. lib. 5. nouæ recopil.* explicant Ant. Gomez, & alij in d. l. 9. Taur. Ioan. Matiençø, glos. 6. in d. l. 7. nouæ recopilat. & ibidẽ Alfonsus de Azebedo, ex nu. 20. latissimè Ioan. Gutierrez lib. 2. pract. quæstio nũ. quæst. 105. cum tribus sequen.

2 Sed obstat text. in l. si qua illustris. 5. C. hoc

hoc titulo vbi filius spurius matri non succedit alijs liberis legitimis existentibus, cui consonat. dict. l. 11. par. in fin. & d. l. 9. Taur. in principio.

Secundò obstat tex. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & d. l. 11. par. versiculo *fueras ende* & d. l. 9. Tau. versiculo *salvo si los tales hijos* quibus docemur filios ex incestuoso & nefario, atque damnato coitu natos neque patri neque matri succedere.

Quibus difficultatibus vt satisfiat obserua:
3 filios vulgò quæsitos matri suæ succedere etiã legitimis extantibus de iure authenticorum, & Partitarum, & nostro tex. cum similib. nisi mater esset illustris & filius esset spurius, quo casu legitimis extantibus spurius excludebatur, ex d. l. si qua illustris, & d. l. 11. par. & diximus in §. licèt sup. tit. 1.

4 Hodie verò si legitimi liberi extant. nulli alij neque naturales, neque spurij succedunt matri, d. l. 9. Tau. quamuis alimenta eis & à patre & à matre relinqui possint, vt ibidem cauetur. legitimis verò non extantibus filius quocumque modo quæsitus matri succedet etiam illustri, dum tamen natus non sit ex damnato & punibili coitu, & illo admisso delicto cui pœna mortis naturalis condigna sit, vt in dict. l. 9. Tau. ad fin. traditum est & latè explicant citati quomodo hodie accipies nostrum tex. & d. l. si qua illustris, & text. in d. authentica ex complexu.

§. *Si ex pluribus.* 3.

1 *Ius accrescendi in legitimis hereditatibus locum habet.*
2 *Ius accrescendi inductum est, iuxta communes opiniones, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus: & num.* 5.
3 *L.* 1. *C. de his qui ante aper. tabulas, & numero* 6.
4 *L. si solus.* 8. *D. de acquir. hered. & num.* 8.
6 *Hereditas non adita non transmittitur ad heredes: quod an in legitima hereditate locum habeat disputatur, num.* 7.

TEXTVS iste, vt omnes post Accurs. hic glos. 1. rectè notant ad vniuersum tractatum de hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur pertinet, & docet Imperator
1 † ius accrescendi non modo locum habere in causa testamenti, verùm etiam & in causa intestati, & legitimis hereditatibus, si modo, & qui deficiunt, & qui adeunt pari eodemque gradu sint. Idem in l. 1. §. si nemo. D. ad Tertul. in. l. si ex pluribus. 9. D. de suis & legit. in. l. 1. §. his itaque. C. de caducis toll. quod etiam in bonorum possessionibus est obseruandum, l. 3. in fi. l. 4. l. 5. D. de bon. possess. l. 1. §. si ex nepotibus. C. de coniug. cũ emancip. lib. l. 1. C. quãdo nõ pet. partes. §. fi. inf. de bon. poss. facit tex. in l. cum pater. 79. §. libertis. D. de leg. 2. & conto. nat. l. 2. titu. 6. l. 34. tit. 9. par. 6. & late explicat Francis. Duare. lib. 1. & 2. de iure accres. maximè tamen. c. 20. d. lib. 1. Petr. Greg. 3. par. Syntagm. lib. 46. c. 9. & sequenti. Anto. Gom. 1. tom. variarum, c. 10. per totum, & nos in. §. si eadem sup. de leg.

2 Cæterum grauiter videtur obstare, nam, vt communis sententia docet, ius accrescendi, inuentum, aut introductum à lege fuit, ne testator decederet, pro parte testatus, & pro parte intestatus, glos. verbo, *accrescunt*, in l. seruus communis. 66. D. de acq. hereditate cum pluribus alijs, quæ notant communiter interpretes in. l. re coniuncti. D. de leg. 3. maximè ibidẽ Ioan. de Villalonga in prælud. ijs verfic. *Quarto quæro*, & videtur probari in. §. hereditas verfic. *neque enim* supra de heredit. inst. & l. ius nostrum. 7. D. de reg. iur. Sed hæc ratio cessat in successione ab intestato, in qua nulla ex parte quis testatus decedit, ergo contra nostrum tex.

3 Secundò contra illa verba, *& licet ante decesserint* iuncta Accursij expositione, eodem verbo, docentis non aliter accrescere portionem non adeuntis, quàm iam aditione ab alio facta; obstare videtur. l. prima. C. de his qui ante apertas tabul. vbi etiam filius qui non adiuit & decessit, ius accrescẽdi ad heredes transmittit.

Tertio obstat contra illa verba *reliquis qui*
4 *adierint accrescit* quibus ostenditur nouã aliam aditionem deficientis siue vacantis portionis non esse necessariam, obstat. l. si solus. 80. in. 2. par. ibi, *iterum adeundum esse*. D. de acq. heredit. vbi noua aditio est necessaria. † Quibus difficultatibus vt satisfacias obserua, quod etsi alia
5 etiam præter communem reddi possit iuris accrescendi ratio & causa, vt eleganter explicat Duarenus vbi supra, libro 1. capite. 1. & 2. ea tamen quæ & communiter traditur nostro §. & successioni ab intestato accommodari rectè potest. lex enim quæ naturalem rationem sequuta fuit, plures ad eandem hereditatem vocat, putà liberos defuncti, aut agnatos eius proximos, quod si fortè pars vnius deficiat, ea alijs accedit, quasi hereditas delata sit cognationi, aut gradui collectiuè, quamuis enim singulari numero vsa lex duodecim tabularum proximum vocauerit, tamen dubium non est, quin si plures sint eiusdem gradus omnes admittantur. §. si plures supra de legit. agn. successione: ergo omnes qui eius gradus ab intestato admittuntur, loco vnius personæ tantummodo à lege habentur; vnde quemadmodum, quãdo vna tantum persona à testatore instituta, hereditas pro parte adiri, & pro parte repudiari non potest, vt in vulgatis: nec testator potest here-

dem pro parte instituere, & pro parte non instituere, quia impossibile est pro parte vnus ab herede repræsentari, & pro parte tanquam mortuus haberi, item etiam quemadmodum duobus heredibus institutis, deficientis portio adeunti accrescit, quia is ab initio ad omnem hereditatem vocatus censetur: sic etiam non dissimili modo, inter venientes ab intestato locus est iuri accrescendi, si eiusdem gradus & proximitatis sint, omnes enim vnius personæ loco reputantur, & inde portio non adeuntis adeunti accrescit, qui in omnem hereditatem vocatus tunc censetur ab ipsa lege. Hæc deduces ex Villalonga, & Duareno iam citatis, eorum sententijs paulò attentiùs & subtiliùs animaduersis, & perpensis.

6 Non obstat secundum argumentum: quoniam illud certissimum est, hereditatem non aliàs ad heredes transmitti, quàm si adita fuerit, l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. paucis casibus exceptis, de quibus interpretes in d. l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. inter quos ille præcipuus, quando liberi defuncti supersunt, qui etiam ante apertas tabulas hereditatem ad suos heredes transmittunt.

7 † Quod an etiam admittendum sit, in ea hereditate quæ ab intestato filijs obuenit valdè dubitatur, Accurs. hic verbo *ante decesserint* in fine ibi *in personis liberorum* & latiùs, in d. l. vnica verbo, *in liberos* in fin. verbis arbitratur d. l. vnicam. C. de his qui ante apert. tabul. in succedentibus ab intestato, admittendam esse quasi eo casu limitetur etiam regula. dict. §. in nouissimo, & nostri textus in fine: cuius sententiam communem esse resoluit Alexand. num. 3. Alciat. num. 36. in l. ventre. D. de acquirend. hereditate. Bald. in l. si filius heres. D. de lib. & posth. Alexander consilio 101. vol. 3. & Fulgos. consilio 4. Romanus consilio 442. Sed longè fallitur Accursius, quia verius est, d. l. vnicam solùm procedere, cum testamentum est conditum, vt ex eius verbis non obscurè patet, & ex rubrica satis colligitur. Quod vt constet magis, obseruandum est, legem Papiã de Caducis, quo magis ærariũ fisci locupletaretur induxisse, vt si heres vel legatarius ante apertas tabulas decederet efficerentur caduca hereditas, vel legata, l. 1. §. in 1. C. de caducis toll. à qua regula excipiebantur descendentes vsque ad tertium gradum, dummodo soli essent instituti, non cum extraneis; & dummodo scirent se heredes, quod corrigens Theodosius in d. l. vnica, C. de his qui ante apertas tabulas, statuit, descendentes siue soli sint, siue cum extraneis, siue sciuerint, siue ignorauerint, transmittere hereditatem ad descendentes; vnde sequitur post eam legem transmittere hereditatem eo casu, quo efficiebatur caduca, cui proximum illud est, vt in successione ab intestato, intelligi non posset, in quo cessabat caducorum ratio.

8 Non obstat vltimum ex d. l. si solus, quoniam, vt ibidem Iurisconsultus explicuit, quod dici solet, semel adeundum esse, in eadem persona admittitur, id est, cum eadem persona ipsa sibimet quærit, quo casu vna aditio sufficit, ad totam hereditatem lucrandam; secus autem erit cum per alium acquirenda est hereditas; discriminis rationem, vnam & alteram prosequitur eo loco Accurs. gl. vltima.

TITVLVS. V.

De successione Cognatorum.

IN RVBRICAM.

1 *Cognati sunt qui sanguinis naturali ratione ad hereditatem vocantur, & num. 3.*

2 *Agnati, qui ius agnationis amiserunt, ex capite,* Vnde cognati, *admitti possunt.*

4 *Bonorum possessio* Vnde cognati, *naturali æquitate à Prætore inducta fuit.*

HOC si omnia ferè quæ in hoc titulo Iustinianus de successione cognatorum tradit immutata sint, vt tamen nihil antiquitatis penitus ignoretur sciendum est. † Cognatos in hac tractatione nuncupari, qui sanguinis ratione naturali ad hereditatem vocantur, l. 1. in principio. l. 2. cum alijs. D. vnde cognati, ergo comprehenduntur illi qui & ciuili & naturali coniunctione iunguntur, quos agnatos appellamus per viriles sexus personam venientes, de quibus in §. 1. & per totum supra de legit. agnat. successione. † Qui si capite diminuti subtili quodam iure ius legitimæ successionis ex lege duodecim tabularum descendentes amisissent, iuxta, l. tutelas. 7. D. de cap. dim. & l. capitis. 11. D. de suis & legit. tanquam cognati iure prætorio admittebantur. l. legitimis. 5. D. vnde cognati. † Comprehenduntur etiam qui naturali tantũ coniunctione per fœminas cognati sunt, vt in l. nõ facilè. 4. §. cognationis. D. de gradibus. Iuxta quę intelliges tex. in principio. ibi, *nam agnati.* & text. in §. eos etiam infra hoc titulo. † Quæ bonorum possessio cognatis delata, nudam habet Prætoris indulgentiam, cùm enim lege duodecim tabularum à legitima hereditate cognati prorsus excluderentur, neque vllo vel S. C. vel Principis rescripto adiuuarentur, Prætor ex naturali æquitate Iuris Ciuilis rigore temperato illos admisit, vt in l. 1. D. vnde cognati, quod optimè Iustinianus hic explicat.

Priu-

Principium tituli.

1 *Cognati poſt ſuos,& agnatos,& eos qui inter illos admittuntur,ſuccedunt.*
2 *L.fin.C.de legitimis heredib.& num.4.*
3 *Gradus quatuor Prætor in ſucceſsione cõſtituit:* Vnde liberi, Vnde legitimi, Vnde cognati, Vnde vir & vxor.
4 *Agnationis,& cognationis differentijs ſublatis gradus* Vnde legitimi. *&* vnde cognati. *permixti ſunt.*

1 POST ſuos & agnatos & eos,qui inter hos & illos vel iure Prætorio,vel nouis conſtitutionibus, aut S. C. admittuntur,in ſucceſsione ab inteſtato vocantur cognati. idē in.l.1.& per totum.D.eod. titul.

2 Sed obſtat textus.in.l.fin.C.de legit. heredib. vbi Iuſtinianus emancipatos filios, quos cognatos eſſe conſtat, lege Anaſthaſiana cum agnatis vocatos eſſe tradidit.

3 Cui difficultati, etſi facillimè ſatisfiat, pro explicatione noſtri text. aduerto, quatuor à Prætore ſucceſsionis ab inteſtato ordines ſiue gradus inductos fuiſſe,qui enumerantur in.l.1. D.ſi tab.teſt.nullæ ext. Primus eſt liberorum: quo ordine admittuntur illi qui ſui heredes cũ inteſtato eſſent, ſuitatem amiſerunt aliqua capitis minima diminutione,vel cum nollent tãquam ſui Iure Ciuili ſuccedere,Prætoris beneficium maluerunt.de quo latè in toto titu. D. vnde liberi & diximus in,§. emancipati, ſupra de hered.quæ ab inteſt. Secũdus eſt legitimorum,id eſt fratrum conſanguineorum,& cæterorum agnatorum,& patronorum,itē & aliorum,quibus ex S.C.& nouis conſtitutionibus hereditas ab inteſtato defertur,ſed hæc bonorum poſſeſsio non erat eis valdè neceſſaria cũ alijs Iure ciuili admittantur.de quo in titul.D. vnde legitimi, & D. vt ex legibus ſenatúsve conſultis bonorum poſſeſsio detur. Inter hos autem & liberi etiam, ſunt, qui omiſſo edicto vnde liberi,tanquam agnati admitti poterunt. Tertius eſt cognatorum vt d.l.1.D.ſi tab.teſt. & in hoc titul.&.l.1.& per tot. D. eodē & diximus in rubric. Quartus eſt,vnde vir & vxor, deficiente enim omni cognatione, ad vxorem bona mariti inteſtati, & viciſsim ad maritum vxoris pertinent.l.1.D.& C.vnde vir & vxor

4 † Hæc circa ſucceſsiones ab inteſtato ſtatuebat antiquitas, quæ hodie aliquantulum ſunt immutata. Nam ſecundus & tertius ordo permixti ſunt,& nulla habita agnationis & cognationis differentia, omnes conſanguinei, ſalua proximitatis prærogatiua ſuccedunt, ex d. l. fin. C. de legit. hered. & authentico de hered. ab inteſtat. venient. in principio & §. nullam verò, & in rubrica, eiuſdem Auth. Auth. ceſſante. Auth. poſt fratres. C. de leg hered.l. 5.& 6.titu.13.par.6.l.10.titu.6.lib.3. fori. latè explicat Rojas de ſucceſſ. ab inteſtat. cap.32. per totum.

§. *Eos. 1. verſic. liberi.*

1 *Adoptiui quandiu adoptio manet, quo iure ad bona naturalis patris admittantur.*

1 LIBERI naturales & legitimi qui in adoptiua familia ſunt, quamuis ad naturalis patris hereditatem, neque tanquam ſui, neque tanquam agnati admitti poſſent, quoniam capitis diminutione ſucceſsionem legitimam amiſerant, vt diximus in §. ſciendum ſupra de Orficiano, item neque ex edicto *vnde liberi*,vt diximus in §. At ij qui ſupra de hered. quæ ab inteſt.per tex.ibi admittebãtur à prætore ex edicto *vnde cognati* ex noſtro tex. & §.admonendi,ſupra de hered.quæ ab inteſt.l.1. §.cognationem. D. vnde cognati. Sed hodie aliud dicendum eſt, nam cum adoptiuus filius iura omnia naturalis patris retineat,ei ſuccedet ab inteſtato, quemadmodum etſi nunquam fuiſſet adoptatus,ſed in patria poteſtate retentus.§.ſed hodie ſupra de adopt.§.ſed ea omnia, ſupra de hered.quæ ab inteſt. & vtrobique diximus, ideò hic repetere non licet, nam eadem ſæpius dicere quid attinet?

§. *Vulgò quæſitos. 2.*

1 *Filij vulgò quæſiti,matri,ciuſque propinquis ex cap.*vnde cognati *ſuccedunt.*
2 *Iure Regio limitatur,ſi nati ſint ex damnato,& punibili pœna mortis coitu.*

1 FILIVS vulgò quæſitus qui neque agnationis neque conſanguinitatis iure ſucceſsionem habet, ſuccedet matri tanquã cognatus, & alijs qui per matrem ei iunguntur,ſunt enim inter ſe cognati,tex.hic & in d. l.2.& in l.ſi ſpurius.4.l.Modeſtinus.8.D. vnde cog.concordat tex.in l.12. tit.13.par.6.vbi latè explicat Gregorius,Anton.Gomez, in l. 9.Taur.ſub 50.& ſeq. Ioann. Rojas de ſucceſſ. ab inteſt.cap.26.nu.46.Azebedo in l.7.titu.8.

2 lib.5.nouæ recopilat.ſub n.20. † Quod tamē hodie iure quo vtimur limitandum erit, ſi huiuſmodi filij nati eſſent ex damnato & punibili coitu, cui pœna mortis naturalis eſſet condigna,vt in d.l.9. Taur. nam cum eo caſu inter matrem & filium ius ſucceſsionis non eſſet ex eadem lege, non erit neque inter eum & cognatos,vt doctè animaduertunt Greg.& alij ſupra citati.

§. *Hoc loco. 3.*

1 *Explicatio huius textus remiſsiuè.*

1 PRIOREM huius textus partem latè explicuimus in §. cæterum, ſcholio 1. ſupra de leg.ag.ſucceſsione & cõſonat l.6.

titu.13.par.6.explicat ibi.Gregor. & alij quos retulimus.d.scholio primo,& Ioann. Rojas de succes.ab intest.c. 33.sub n.23. Posterior quæ de cognatis agit est iã correcta, cũ sit omnino sublata agnationis & cognationis differentia, vt sæpè admonuimus,ex authentico de hered. ab intest. ven.in principio, & §. nullam verò, in principio huius tituli ad finem: igitur etiam cognati vsque ad decimum gradum succedent, huius.§.decisione antiquata.

TITVLVS VI.

De gradibus cognationum.

IN RVBRICAM.

1 *Gradus cognatorum,& affinium quas ob causas Iurisconsultus nosse debet.*
2 *Graduũ explicationẽ qui prosequãtur.remissiuè.*

1 GRADVS cognatorum & affinium Iurisconsultum nosse debere testatur Iulius Paulus Consultus in l.fin. D. hoc titu. Iust. in principio infra eod. & procem. 6. par. 4. quia legibus hereditates,& tutelæ ad proximum quemque agnatum redire consueuerunt, textus in principio,& §.1.& per totum supra de leg. ag.tutel. & de leg. ag. successione,& vtrobique diximus, Prætęrea Prætor suo edicto proximo cuique dat bonorum possessionem.l. 1.§, proximus,cum seq.D, vnde cog.textus in principio supra,titulo primo:Item lege publicorum iudiciorum contra affines & cognatos testimonium dicere non cogimur. l. lege Iulia. 4. D.de testibus.l. 11. titulo. 16. par.3. Deinde multæ sunt personæ à quarum nuptijs abstinere necesse est,graduum dinumeratione quadam habita, vt ex §.1.sup.de nuptijs,& l. 1. & sequent.tit.6. par.4. etsi hac in re tanquàm in mere spirituali iuri Canonico standum sit, vt in cap.non debet. 8. de consanguin. & affinitate. & per totum illum titulum;& eodem in 6.& Clementinis, & in Sacro Concilio Tridentino Sessio.24.de refor.matrimonij cap.2. cum sequent. Nostrum ergo institutum id exposcit, vt I.C. & Iustinianum hîc, & omnes interpretes antiquos & neothericos sequentes, cognationum & affinitatum gradus dilucidè explicemus. † qua de re videndi sunt Iulius Paulus libro.4.sent.titu.11. & ibidem Cuiacius, & idem Cuiacius libro.6.obseruat.cap. 40. Franciscus Hotomanus, disputatione de gradibus,Anton.August. lib.2. emendat. cap. 5.Petrus Gregorius. 2. p. syntagmat.libro.9. cap 9.Connanus libro.8.cap.5.ex nu. 1. Duarenus ad tit.D.Solut. matrimon.§. de nuptijs versiculo. *Inter quas personas contrahantur.* Co-
2 uarruu.in 4.2.par.c.6. §. 6. & seq. alios refert. Ioann.Matiençoin rubric.tituli.1.ex nu. 1[illegible] lib.5.recopilat.Quia tamen in numerando calculo alius modus iuris Ciuilis, alius iuris Canonici est, quia horum diuersi fines ad quos stemmata ordinãtur, de singulis sigillatim agemus, certis quibusdam regulis constitutis,quò lucidius hæc computatio cognoscatur. Et in primis quid iure Ciuili sit obseruandum.

Principium tituli, & omnes eius paragraphi.

1 *Cognationis,siue consanguinitatis definitio.*
2 *Cognatio comprehendit etiam agnationem.*
3 *Linea,quæ funiculum significat,est collectio personarum ab eodem stipite descendentium,gradus continens,& numeros distinguens.*
4 *Linea duplex tantùm,recta & transuersa.*
5 *Linea recta cõtinet ascendentes,& descendentes: transuersa verò cognatos, & propinquos, qui ex latere sunt.*
6 *Gradus definitio,& quare sic dictus.*
7 *Gradus computantes personam quandam, effingere debent à qua initium sumant, & cuius ratione fiat computatio.*
8 *Gradus tot sunt in iure ciuili in linea recta,& in linea trãsuersa quot sunt personæ ad propagationem necessariæ,vna dempta, & num.seq.*
11 *Graduum dinumerationem ad sextum vsque tantummodo,quare.I.C.fecerint.*
12 *Graduum computatio quoad matrimonia aliter iure canonico quàm ciuili fit.*
13 *Linea recta ascendentium, & descendentium eadem computatione dinumeratur apud ciuiles,& Pontificios canones.*
14 *Transuersales,iure Canonico,quoto gradu quisque distat à communi stipite, si æqualiter distant,eodem distant inter se.*
15 *Transuersales,iure Canonico,si inæqualiter à cõmuni stipite distant,quo gradu remotior distãt, eodem distant inter se.*
16 *Graduum Canonica computatio quoad matrimonia attendenda, Ciuilis quoad hereditates, tutelas & iura patronatus.*
17 *Matrimonia inter ascendentes,& descendentes omni iure prohibita.*
L.Fin.D.de ritu nuptiarum.
18 *Matrimonia inter collaterales vltra quartũ gradũ cõsanguinitatis,vel affinitatis,licita sunt.*
19 *Dispensari, vtrum in primo collateralium gradu consanguinitatis possit,& num.seq.vsque ad num.14.*
25 *Affinitas quid sit,*
26 *Affinitas iure Ciuili,non nisi ex iustis nuptijs contrahitur.*
27 *Affinitas iure Canonico etiam ex copula fornicaria oritur.*
28 *Affinitas ex copula Sodomitica an oriatur? remissiuè.*

29 *Af-*

29 *Affinitas vt oriatur fœminum commixtio requiritur.*

30 *Cap. fraternitati. 7. de eo, qui cognouit consang. vxoris suæ.*

31 *Impedimentũ Iustitiæ publicæ honestatis quale? & quatenus hodie impediat, remissiuè.*

32 *Affinitatis, eiusque gradus numeratio qualis?*

33 *Affinitas ex copula matrimoniali impedit matrimonium vsque ad quartum gradum.*

34 *Affinitas ex copula fornicaria quoad primum & secundum gradũ impedit & dirimit, quoad tertium & quartum nec impedit, nec dirimit, ex noua Concilij Tridentini lege.*

35 *Dispensandi potestatem in prohibitis gradibus præter Sum. Pontif. habet nemo.*

1 ACVRVS ergo de gradibus cognationum, primò præmitto, *cognationem & consanguinitatem esse vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, vel quarum vna descendit ab alia carnali propagatione contractum.* l. non facile. 4. §. 2. l. Iurisconsultus. 10. §. nomen. D. hoc titulo. l. 1. in princip. l. 2. & seq. D. vnde cognati; & cum Tiraqu. & alijs bonis authoribus, defendit Couarr. d. §. 6. n. 1.

2 Secundò † præmitto, cognationem hic accipi in genere, prout agnationem & cognationem in specie, simptam, complectitur, l. fi. §. 1. D. hoc titu. ita comprehendit eos cognatos, quos quia per virilis sexus personas iunguntur, agnatos appellamus. tex. in. §. 1. sup. de leg. agn. tutela, & in §. 1. supra de leg. ag. successione, vbi diximus, & eos etiam cognatos, qui naturali tantum, sine ciuili consanguinitate nobis copulantur. l. non facile. 4. §. 1. coniuncta. d. l. fin. §. 1. D. hoc titu. quos cognatos, in specie nuncapamus; de quibus in tit. supra proximo de successione cognatorum, & D. vnde cognati, quorum successio ab intestato, etsi diuerso iure olim conferetur, vt non obscurè deprehendes ex superioribus titulis & ibidem à nobis obseruatis, hodie tamen ea differentia sublata est. & cognati omnes dicuntur æqualis iuris, sublata obseruatione agnationis, textus in rubrica in principio, & §. primo, & §. nullam verò in authentico de heredibus ab intestato venientibus & agnatorũ iure sublato.

3 Tertiò præmitto in cognationum computationibus & calculis Iurisconsultos & Põtifices vti lineis, & gradibus, quo facilius cõsanguinitates demonstrentur. *Linea,* (quãuis proprie funiculum significet, vt apud Tullium, Plinium, Columellam & alios bonos authores ex quibus sic obseruant Hotoman. Brisso. & Prateius, eo verbo, & apud. l. C. in. l. si seruus. 27. §. si cum maritus. D. ad leg. Aquil. in. l. linea margaritarum. 26. D. ad leg. Falcidiam. in. l. inter eos. 29. D. de acq. rer. dom. in. l. si quis vxori. 53. §. si linea. D. de fur.) *est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens,* ita definit Ioann. Andreas in explicatione Arboris consanguinitatis in. 6. col. 2. in principio, sequitur & explicat Greg. in. l. 1. gloss. 1. titul. 6. part. 4. Couarr. d. §. 6. nu. 4. late Tiraq. libro. 1. de retract. lig. §. 9. ex nu-

4 mer. 1. Hæc † etsi triplex semper describatur, vt quædam sit linea superior, quæ ascendentes continet, alia inferior quæ descendentes comprehendit, altera ex tranuerso siue ex latere, quæ collaterales siue trãsuersales cõplectitur, & ita videatur probari in principio huius tituli, & in. l. 1. & l. stemmata. 9. D. eod. & in d. l. 1. p. & omnes ferè recipiant: ego cum Hotomano & Cuiacio vbi supra duplicem tantum esse constituo, videlicet lineam rectam, & trãsuersam, quæ cum in crucis modum constituantur, ad medium se intersecantes, ┼ duas lineas rectas, & duas alias trãsuersales continet, sed quẽ admodũ transuersalis linea tãà sinistra quàm à dextra vna est, & ita à Consultis in dictis locis

5 traditur, † sic & linea recta quæ in superiorem & inferiorem diuiditur, dualque continet scalas, quarum superiores, parentes & ascendẽtes continent, inferiores verò liberos & descendentes. In trãsuersa verò linea sunt omnes cognati & propinqui, qui neque ascendunt, neque descendunt ab eo de cuius cognatione disputamus.

6 Quartò præmitto, *gradum esse mensuram distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ plúresve personæ differant,* ita post Ioann. And. Couarruu. in d. §. 6. nu. 6. gradus autem dicti sunt (inquit Paulus in d. l. fin. §. gradus. D. eodem) ad similitudinem scalarum locorũ inive prochuiũ, quos ita ingrediemur, vt à proximo in proximum, ideest, in eum qui quasi ex eo nascitur transeamus. Ex quo textu intelligimus, gradum nihil aliud esse quàm generationem, planè cùm aliquem distare à nobis dicimus primo, secundo, vel tertio gradu, perinde est ac si diceremus prima illum secunda, vel tertia generatione distare: qua in re optimos quosque authores videmus hanc metaphoram similiter vsurpasse, sic Ouidius lib. 13. Matamorph.

Sed enim quia retulit Aiax
Esse Iouis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
Iupiter est, totidemque gradus distamus ab illo.

& ex Suetonio, & Herodiano obseruat Hotomanus, disputatione de gradibus pagina 2.

7 Quinto præmitto, quòd cùm omnes ij qui in cognatione sunt cognati vocentur, hoc nomen vt relatiuum cum aliquo conferendũ est, atque ob id necesse est monstrari cum ad quẽ cognatio refertur, quod quidẽ singulari diligẽtia obseruarũt Cõsulti in. l. 2. ibi. *cuius de cuius cognatione quæritur.* in d. l. fi. §. At quoties quæritur ibi, *cuius de cognatione quærimus,* & in §. Patrui magni. ibi, *de cuius cognatione quæritur.* Igit

semper in primis in computationibus cognationum demonstrandus est is cuius causa vniuersa hæc descriptio fit, idest, is de cuius cognatione agendum est, quem magnopere oportet in conspectu & ob oculos positum habere, & singulari diligentia cauere ne confundatur, quē verbi causa, *Titium*, appellabimus, in quo tanquam in speculo vniuersam cognationis causam intuentes, supra quidem originem illius & generationem quandam generantem cernimus: infra autem eiusdem progeniem & generationem ab eo generatam, dextra verò & sinistra neutrum quoddam cognationis genus, quod neque scilicet origo, neque progenies illius est, sed riuus quidam personarum ab illo ipso, vnde Titius fluxit fonte ac origine initium habens, cæterum in diuersas partes deflectens; ad quæ referenda est vniuersa Iustiniani contextura in hoc titulo, & Consulti in d.l.1.& finali. D. eodem, qui cognationum gradus computantes, sic loquuntur. Primo gradu est supra *Pater, mater*: infra, *filius filia*. Secundo gradu est supra *Auus, Auia*. infra, *nepos, neptis*: ex transuerso, *frater, soror*, ex quibus satis constat semper Centricam quandam personam esse constituendam à qua initium numerationis sumamus, siue sursum versum, vel deorsum, vel in transuersum tendendo: hanc antiqui, *Petratium* vocabāt, & nos verbi causa *Titium* dicimus.

8 His sic præmissis sit prima regula. In iure Ciuili in ascendentium & descendentium linea recta tot sunt gradus quot sunt personæ ad propagationem necessariæ vna dempta, planè vna persona ideo demitur, quia ad primum gradum est opus duabus personis, & deinde quælibet persona addita personæ facit vnum gradum. Exemplum in linea recta ascendentium; Titius centrica persona & pater sunt in primo gradu, Titius & auus sunt in secundo, quia tres sunt personæ, Titius, pater, & auus, ex quibus si Titium centricam personam adimas erunt tantum duę, duo ergo gradus. Exemplum in linea descendentium. Titius & filius eius sunt in primo gradu, Titius & nepos eius in secundo, Titius & eius pronepos in tertio, quia sunt quatuor personæ. Titius, eius filius, nepos, & pronepos, deme vnam personam, residuæ sunt tres, & ita tres erunt gradus, & sic
9 de reliquis. † Cæterū semper meminisse oportebit, neq; lineam superiorē descēdere, neque inferiorem ascēdere, & inter vtramq; Titium idest eū, decuius cognatione quæritur esse cōstituendum, & ab eo initium numerationē accipere oportere, vt dilucidè satis iā exposuimus. Nec refert cuius sexus sunt personæ cum quibus fit collatio vel quæ intermediæ sunt, minus verò inspicimus, an mediæ sint in rerum natura, an verò mortuæ sint, an sint naturales & legitimæ simul, vel naturales tantum. l. & nihil interest. 54. D. de ritu nup. vel sit status seruilis, vel ingenuus in illis. l. adoptiuus. 14. §. seruiles, illo titulo.

10 Eadem est obseruanda regula in collatione transuersalium iure ciuili, vt quot sunt personæ, tot sint gradus vna dempta, siue de æquali, siue de inæquali cognato aut agnato disputetur. Alia tamen est computatio facienda, quoties enim de quopiam istorum quæritur, gradatim ad eam vsque personam ascendere debet Titius à qua simul cum alio descendit, & quæ est vtrique propinquitatis commune principium, eamque assequutus deflectat per obliquum ad dextram vel sinistram, descendatque ad cognatum, de cuius ad ipsum propinquitate agitur, & quot fuerint personæ, & generationes tot erunt gradus. Exemplum, quærit Titius quoto à se gradu frater distet, primùm ascendere debet vsque ad eum qui causa est & origo cognationis & vtrumque genuit, sic igitur dicet, pater me genuit, ecce vna generatio, vnus gradus, deinde cum idem ipse pater fratrem genuerit, hæ duæ generationes, quarum vna sursum est, altera deorsum, duobus à me fratrem gradibus separant: sicque Titius cum fratre erit in secundo gradu, sunt enim tres personæ, Titius, pater, & frater, deme vnam, residuæ sunt duæ, duo ergo gradus, & sic de alijs, primam autem & secundam regulam dilucidè satis explicat Paulus Consultus in d.l.fi. §. At quoties, & §. Idem faciendum: & sic accipies Iustinianum in. §.1.& seq. huius tituli maximè in §. hactenus ibi. *quippè semper generata persona gradum adijcit, &c.*

11 Tandem obseruandum est tantùm Iurisconsultor vsque ad sextum gradum personas enumerasse vtriusque lineæ, & directæ & trāsuersæ, non quod cognatio vltra sextum gradum non sit iure ciuili, (vt perperam plurimi sunt arbitrati, quorum errores restimonio Iustiniani in d.§. hactenus, & in § fin. supra de succes. cognat. conuincit Sum. Pontifex, omnino videndus in cap. ad sedem. 35. quæstione 5.) sed quia vltrà difficile est ferè omnes eos numerare qui ex genere sunt, & natura vltra sextum gradum consistere cognationem vix patitur. l. non facile. 4. in principio. D. hoc titulo propter nimium diffusam propagationem quæ sanguinis substantiam communem primam dissoluisse videtur, non secus ac fons per longas peregrinationes in mare descendens, elongatus à capite eo minus retinet substantiæ primæ originis, quò longiùs ab ea discedit, terrarum quas alluit immutatus naturis, ita consanguinitas paulatim dum sępè propaginem ordinibus dirimit, vsque ad vltimum gradum se subtrahit, & propinquitas esse desinit, cap. 1. 35. quæst. 4. cap. 1. gradu. §. successionis. 35. quæst. 5.

SEQVI-

SEQVITVR EXPLICATIO Arboris consanguinitatis & affinitatis iuxta iuris Canonici obseruationes.

12 HACTENVS de Ciuili graduum consanguinitatis enumeratione, dixisse sufficiat, quæ quia paulò aliter apud Pontificios fit, & quoad matrimonia celebranda attinet semper obseruatur: qualiter constituatur, & intra quos gradus matrimonium impediat, audiamus.

13 Eisdem illis ergo præhabitis, *præmissis*, quę ad ciuiles gradus præfati sumus, Prima sit regula, inter ascendentes & descendentes quot sunt personæ tot sunt gradus vna dempta, quā satis in ciuili arbore supra exēplis illustrauimus ex num. 8. itaq; quoad lineam rectā descendentium, & ascendentium attinet, vna est ciuilis & canonica enumeratio.

14 Quoad transuersam verò siue collateralem lineam alia est supputatio Canonica, nam in linea æquali, idest quādo collaterales æqualiter distant à communi stipite, quoto gradu ab illo communi stipite & centrica persona consanguinei distant, toto distant inter se, & sibi attinent. Exemplum: Titius centrica persona duos habet filios, hi fratres sunt in primo gradu: Filij fratrum in secunda: nepotes fratrum in tertio: pronepotes fratrum in quarto, & sic deinceps, quia eisdem gradibus distant à com-
15 muni stipite & cētrica persona Titio. † Quod si in inæquali linea transuersales sint, idest, si alter distat à communi stipite gradu remotiori quam alter, quoto gradu remotior distat à cōmuni stipite, eodem distāt inter se. Exemplū, Filius Titij centricæ personæ erit cum nepote Titij patri sui in secundo gradu, cum pronepote in tertio, cum abnepote in quarto, quia hisce gradibus nepos, pronepos & abnepos à communi stipite distant: vtramque regulam quoad collaterales scripsit Pontifex, in capite quod dilectio. 3. & in capite final. de cōsanguinitate & affinitate. explicat eleganter Couarruuias in 4. 2. part. cap. 6. §. 6. num. 7. P. Gregorius. 2. parte Syntagmat. libro. 9 cap. 9. num. 28. Francis. Hotoman. in disputatione de gradibus pag. 14. & omnes passim obseruant. Differentiæ verò rationem huius computationis tradidit S. P. in cap. ad sedem. 35. quæst. 5. &
16 exornāt proximè citati. † Planè quod ad matrimonia attinet, ius Pontificium & eius computatio erit in vtroq; foro obseruanda; Quoad tutelas verò & successiones legitimas ius Cæsareum, vt ex communi sententia resoluit Couarru. vbi proximè num. 8. & alij iam relati.

17 His præcognitis obseruandum est † inter ascendentes & descendētes in infinitū cōiugia omni iure prohiberi. l. nupt. §3. l. fi. D. de ritu nupt. l. nemini. 17. C. de nupt. §. ergo supra eo dē. l. 4. tit. 6. p. 4. vt eleganter pluribus testimonijs adductis probarunt omnes in dictis locis, maximè tamen Baldui. Hotoman. & Aldobrā dinus in dicto. §. ergo. P. Gregorius d. lib. 9. capit. 11. & numer. 1. Couarr. in. 4. 2. par. cap. 6. §. 6. num. 11. & §. 10. num. 4. Ioann. Matiençó in rubrica tituli. 1. num. 176. lib. 5. recopilationis Bellarminus. 2. tomo aduersus hereticos libro de matrimonij sacramento, cap. 28. & quāuis nonnulli existiment hanc prohibitionem in secundo, tertio, aut vlteriori gradu iure naturæ inductam non esse, & inde nepotem cum auia iungi posse matrimonio dispensatione habita, quos refert Couarruuias. d. num. 4. falsum tamen est, ex dict. l. fin. D. de ritu nupt. & alijs quæ idem Couar. & post eū Bellarminus vbi supra adducit.

18 † Inter collaterales verò antiquis canonibus varijs in gradibus fuere prohibita coniugia, vt constat ex relatione Gratiani in cap. de propinquis, & in cap. nullum. cum alijs. 35. quæst. 2. & 3. aliquando vsque ad tertium gradum, aliquando vsque ad septimum gradum. Hodie tamen ex Innocentij Tertij decreto in capite non debet, octauo de consanguinitate & affinitate, quod nunc viget vltra quartum cōsanguinitatis aut affinitatis gradum, coniugia non prohibētur, quod quia latè præcitati authores explicant, estque vel lippis atque tonsoribus notum, insistere non licet.

Sed illud tantum quod hac in re valdè controuertitur diluamus: an aliqui ex his gradibus ita sint prohibiti, vt ab homine non possint dispensari, in alijs autem cui sit dispensandi con-
19 cessa potestas? † Et sanè Diuus Thomas in quarto, dist. in. 40. & alij quorum meminit Couarru. dict. num. 4. & Bellarmi. dict. cap. 28. putant primum gradum consanguinitatis inter collaterales iure positiuo prohiberi, & inde posse rectè à Pontifice dispensari, itaque posse virtute dispensationis consistere matrimonium inter fratrem & sororem; quod apud varias gentes admissum fuisse, memoriæ prodiderunt Lucianus libro de sacrificijs, Alexander ab Alexandro libro primo dierum genialium, cap. 24. & ad eum nouissimè Andr. Tiraquel. & alij à Petro Gregorio relati dict. cap. 11. nu. 11. Couar. dict. num. 5. Quibus fauere videtur: Primo filios Adami matrimonium cū sororibus contraxisse, quod si lege diuina esset prohibitum factū non esset: Secundo quod Geneseos. 20. capite scriptū est. Abraham cū sorore sua Sarra matrimoniū cōtraxisse: Tertio quod libro secundo Regum cap. 13. trādi-

tur, Thamar filiã Dauid fratri suo Amoni respondisse, cum ab eodem Amone opprimeretur, *Noli frater mi, noli opprimere me, noli facere stultitiam hanc, quin potius loquere ad Regem, & non negabit me tibi*, ex hoc enim loco constat, non fuisse inusitatum vt à fratribus ducerẽtur sorores. Quartò, quia apud Caietanum in libello de matrimonio Regis Angliæ, Syluestrum in summa, verbo, *Papa*, quæstione decima septima, Diuum Antoninũ tertia parte, titu. 1. cap. vndecimo, aliquando Summũ Pontificem in primo collateralium gradu dispensasse cõstat, quod vtique si iure diuino prohiberetur factũ non esset.

20 Verum his non obstantibus cõtrarium defendit magis communis Doctorum omnium sententia, quinimo primum collateralium gradum iure naturali etiã prohibitum esse, quod sentire etiam videntur Imperatores in l. eum qui. 19. C. de Episcopis & clericis, vbi scriptũ est fœdus naturæ non permittere aliquid læui criminis inter fratrem & sororem suspicari, habentur etiam similia verba in capite cum in iuuentute. 15. de præsumptionibus, & in capite à nobis. 9. de cohabit. clericorum & mul. quinimo in capite gaudemus octauo, de diuortijs scripsit Summus Pontifex infideles, qui legibus diuinis, non canonicis subijciuntur si matrimonium in primo gradu contraxerint cum primum ad fidem venerint separandos esse, secus si in secũdo aut tertio, & generaliter apud Barbaros etiam coniugium inter fratrem & sororem prohiberi, ex Diuo Augustino, & alijs hanc vltimam sententiam defendentibus sequuntur latè notantes Couarruuias, Petrus Gregorius & Bellarminus iam relati.

21 Nec obstant contraria argumenta, non primum cui optimè satisfacit Bellarminus dict. cap. 28. colum. 3. notans fieri potuisse, vt Deus cum filijs Adami dispensauerit, vt sororibus nũ gerentur, neque requirebatur externa aliqua dispensatio per vocem aut scripturam, sed satis erat interna inspiratio, huius autem dispensationis causa fuit summa illa necessitas propagandi humani generis, qua existente quibuscũque in gradibus rectè posset etiam ab homine

22 dispensari. † Non obstat secundum ex matrimonio Abraham cum Sara, quoniam etsi ex Diuo Hieronymo, etiam sororem fuisse nonnulli defendant, longe verius est Saram dici sororem Abrahæ de more scripturarum, quia cõsanguinea eius erat, neptis videlicet ex patre, vt multis adductis sacræ paginæ authoritatibus eruditè comprobat Bellarminus, dict. cap. 28. & ante eum contendit Couarruuias dict. §. 10. num. 5.

23 Non obstat tertium ex dict. cap. decimotertio lib. 2. Regum, quoniam nec matrimonium fuit inter Thamar & Amonem fratrem, vt ex dict. cap. constat, nec ex verbis illius puellæ inducí potest id vsitatum fuisse, quæ etsi nunquã viderat tale coniugium, & ipsa etiam absolutè id horrebat, tamen existimauit minus malum esse à fratre duci in vxorẽ, quam vi stuprari, præsertim si Regis accederet assensus.

24 † Tandem vltimum non obstat, quoniam longè verius est nunquam Summum Pontificem in primo collateralium consanguineorũ gradu dispensasse, vt aliquibus adductis testimonijs contendit Bellarminus dict. capite vigesimo octauo, exempla autem à Caietano & alijs adducta in primo collateralium affinium gradu euenere, qui cum iure positiuo fuerit inductus vt notat idem Caietanus dict. 2. 2. quæstione. 154. arti. 9. rectè potuit à Pontifice dispensari, cap. fin. de cõsanguinit. & affinit. Hæc de consanguinitatis gradibus.

25 Quoniam verò quædam iura inter affines quoque versantur, non alienum est hoc loco de affinibus quoque breuiter disserere. Est autem *affinitas proximitas personarum ex coitu matrimoniali, vel fornicario proueniẽs*, capite discretionem sexto de eo qui cognouit consanguineam vxor. suæ. l. 5. titu. 6. part. 4. notant vbique ordinarij interpretes, & latè cum multis Couarruuias dict. cap. 6. §. 7. Petrus Gregorius dict. 2. par. lib. 9. cap. 10. Ioan. Matienço in rubrica titu. 1. num. 173. lib. 5. recopil. Nauarro in manuali capite vigesimo secundo, num. 41.

26 † Qua in re meminisse oportebit ius Ciuile iure Canonico tolli & emendari, illo etenim tantum contrahitur affinitas ex coniunctione legitimarum nuptiarum non alio modo, neque ex nuptijs interdictis. l. non facile quarta. §. Affines, & §. sciendum. D. de gradibus, & notat Petrus Gregorius dict. cap. 10. num. 5. †

27 Iure verò Canonico etiam ex illicito coitu affinitas oritur, dict. cap. discretionem, & post supra relatos cum infinitis nouissimè Petrus Cenedus collectanea trigesimaquinta, ad Decretales, sub capite in litteris vigesimoquarto de

28 testibus numero primo, † & an ex copula sodomitica contrahatur affinitas videbis Nauar. dict. cap. vigesimosecundo, num. quadragesimosecundo, & plures retulit idem Cenedus, collectanea. 130. sub capite clerici, quarto, nu-

28 mero nono de excessibus prælatorum. † Ex quacunque enim copula ea oritur, dummodo seminum commixtio fiat, quæ est omnino necessaria, iuxta text. in capite extraordinaria pollutio trigesimaquinta quæstione tertia, latè Nauar. dict. num. quadragesimosecundo, & nouissimè infinitos huius conclusionis authores congerit idem Cenedus collectanea decimanona sub capite iuuenis, tertio, de sponsalibus.

29 † Nec contrarium probat tex. in capite fraternitati septimo, de eo qui cognouit consanguineam. Quoniam ibi non ideo matrimonium prohibetur eo quod aliquod affinitatis vinculum ex extraordinaria pollutione contractum

31 tractum fuerit. † Sed quoniam ex sponsalibus prius contractis ortum fuit impedimentū iustitiæ publicæ honestatis, quod quidem impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum, cap. 1. de sponsalibus lib. 6. cū alijs relatis per Couarru. dict. cap. 6. §. 2. Ioann. Matienço dict. rub. num. 162. Cenedū dicta collectanea decimanona num. 3. de quo nouissimè in Tridentino Sessione vigesimaquarta de reformatione matrimonij cap. 3. & in motu proprio Pij. V. incipit (*Ad Romanum spectat Pontificem,*) fol. mihi. 244. & latè Nauarr. dict. cap. vigesimosecundo nu. 57.

32 Affinitatis verò gradus illi ipsi sunt qui & consanguinitatis, duratque prohibitio matrimonij contrahendi vsque ad quartum gradū, dicto capite, non debet octauo de consanguinitate & affinitate, planè inter virum & vxorē affinitas nulla est, ex eis tamen affinitatis vinculum producitur, gloss. verbo, *affinitatis*, in. §. affinitatis supra de nup. sicut & vnitas non est numerus, sed principium numeri, quod quidē vinculū personas, quæ fuerunt affinitatis principium non excedit, cuius rei & numerationis affinitatis graduum exemplum est, Ioannes vel matrimoniali, vel fornicaria copula cognouit Mariam, affinis efficitur propinquis & cō sanguineis Mariæ eo gradu, quo illa est eis cō sanguinea, itaque cum sorore Marię erit in primo gradu affinitatis, cum filia sororis in secundo, & sic de cæteris, quia eisdem gradibus sororis suæ, & filiæ sororis Maria consanguinitate iungitur; Idemque è conuerso dicendum est, vt Maria eo affinitatis vinculo Ioānis propinquis iungatur, quo illi eidem Ioanni iunguntur. itaque consanguinei Mariæ efficiuntur affines Ioanni, item Ioannis consanguinei Mariæ affines sunt. vnde constat affinitatem non excedere personas quæ principium vinculi extitere; Quare recte (vt sæpè fit) pater & filius matri & filiæ, duo fratres duabus sororibus matrimonio iunguntur, quoniam contrahentium consanguinei nullam inter se affinitatem habent, capite quod super his. 5. de consanguinitate & affinitate.

33 Planè quamuis ex dicto capite non debet, affinitas siue ex matrimoniali, siue ex fornicaria copula descendens vsque ad quartum gradum matrimonium contrahendum impediret,

34 & dirimeret iam contractum: hodie † tamen ex noua Concilij lege Sessione vigesimaquarta de reformat. matrim. cap. 4. hoc impedimentum ex fornicatione proueniens non excedit primum & secundum gradum, & quoad primum & secundum impedit contrahendum, & dirimit iam contractum: quoad tertiū & quartum, nec dirimit nec impedit, vti ex dict. cap. 4. coniuncta noua declaratione Motus proprij Pij Quinti incipit: Ad Romanum Pontificē, fol. mihi quinquagesimo octauo obseruat Nauarr. dict. cap. vigesimosecundo, numero quadragesimoprimo, & quadragesimosecundo & in eleganti casu Antonius de Lara in. l. siquis à liberis, in principio nu. 91. D. de lib. agnoscen. & nouissimè modernus Guillen. de Ceruantes in l. nona. Tau. nu. 34.

35 Restat vltimum, cui in prohibitis gradibus dispensandi sit concessa potestas: quod sanè faciles habet explicatus, nam cum à Concilio Generali in dict. cap. nō debet, prohibitio fuerit inducta, satis constat præter Romanū Pontificem dispensare posse neminem, de qua re latè Couar. dict. cap. 6. §. 9. per totum.

TITVLVS VII.

De seruili cognatione.

In Rubricam & principium tituli.

1 *Cognatio seruilis ius successionis inter libertos producit.*

2 *Cognationis iure libertis successio ante Iustinianum deferebatur & num. 6. & 7.*

3 *Serui legitimos habent heredes, & num. 8.*

4 *Seruilis cognatio nuptijs impedimento est. & numero. 9.*

5 *L. ex libera. 6. C. de suis & legitimis. & numero. 11.*

6 *Seruilis cognatio vnde originem habeat.*

9 *Contubernium est inter seruos, non matrimoniū iure ciuili.*

10 *Matrimonium inter seruos iure Pontifico & Hispano celebratur.*

1 IMPERITE hic separatio fit à superiori titulo: est enim hic textus & alij vsque ad titulum de succes. liberorum appendix superioris tractatus, vt Theophilact. hic & post cum Hotoma. Balduin. & Mynsing. aduertunt, sed cum eadem res maneat vtcunque distinguantur tituli, non multum attinet. Probat † ergo Iustinianus in hoc principio quod etsi olim nulla esset seruilis cognatio, neque inter seruos proximitatis causa esset successio, aliud hodie dicendum est, & inter eos ad libertatem postea peruenientes cognationis iure successionem admitti.

2 Hæc tamen sententia difficilis est, primò ex l. penultima. C. de ijs, quibus vt indig. & ad Syllan. l. final. C. ad Orficianum, vbi nati ex ancilla, & liberi postea facti eius successionem etiam ante nostrum textum habebant, quod & probat tex. in. l pri. §. interdum. D. ad Tertul.

3 Secundo obstat † textus in l. apud hostes, octaua. C. de suis & leg. l. si ijs, octaua C. de le. heredib. l. 1. in prin. versi. *enim quoq;*, &. §. quæri poterit. D. de suis & leg. cum pluribus alijs, quibus

quibus constat etiam seruos legitimos heredes habere.

4 Tertiò contra nostrum textum.ibid. *nam neque vlla antiqua lege talis cognatio cõputabatur*, obstat tex.in §.illud supra de nuptijs. l.adoptiuus.14.§.seruiles. D.de ritu nuptiar.ex quibus ostenditur seruiles quoq; cognationes nuptijs & olim & hodie impedimento esse.

5 Adde etiam quartò, si placet, difficilem textum in l.ex libera, sexta. C.de suis & legitimis. vbi filius à seruo ex libera conceptus, quamuis postea pater manumissus & natalibus sit restitutus, ei tamẽ non fit legitimus heres, sed tanquam spurius habetur: ergo contra nostrũ textum, ibi. *vt hi omnes*, &c.

6 His tamen argumentis non obstantibus Iustinianum defendes. Quæ autem in contrariũ adducta sunt argumenta nihil obstat, quibus vt satisfacias nota seruiles cognationes hic dici, quæ ex seruitute ducunt originem, quarum vsus aut vis aliqua tum demum esse potest, cũ dissoluta est seruitus: nam quandiu quis seruus est nihili fit.l.quod attinet.32. D. de reg. iur. ideoque neque vlli succedit suo nomine, neq; ei à quo quam succeditur.l.cum ancillis. 3.C. de incest.nup.l.seruus.4.C.com.de succes. sed neque manumissus olim cognationem habebat, aut ei proximitatis nomine deferri bonorum possessio poterat.l.1.§.pertinet. l. is qui aliqua.7.D.vnde cognat.l.fin.§. nõ parcimus. D.de gradibus. Quo vsque noua Iustiniani cõstitutione hic relata, quæ tamen in suo codice non extat, natis ex seruis si manumissi manumissis parentibus superstites sint, ius idem concessum est, tum in illorum, tum in fratrum sororumque omnium intestatorũ hereditatibus, quod ij obtinẽt, qui ex iustis nuptijs sunt suscepti.

7 Neque obstat primum ex dict.l.penultima. & d.l.fin.& d.§.interdum. Quoniam in eis ex ancilla nati perinde habentur, ac si ex muliere libera orti essent, mora enim heredis libertatẽ matribus concedere recusantis, aut legalis dilatio ob iustas alias causas inducta, filijs postea editis, qui mora, aut dilatione non interuenientibus liberi nascerentur, indeque ius cognationis haberent, nocere non deber.

8 Minus obstat secundum ex dict.l.apud hostes, cum alijs: quoniam illa iura loquuntur in ciuibus Romanis ab hostibus captis, qui quãuis summo iure, quoniam hostium serui efficiebantur, heredes habere non possent, ex suprà relatis, legis tamen Corneliæ beneficio, qua fingitur eos in eadem captiuitatis hora decessisse.l.in omnibus.18.D.de captiuis.l.cum hic status.32.§.si ambo.D.de donat.inter. l. 1. C. de captiuis, perinde habentur ac si in ciuitate decessissent, & inde suos & legitimos heredes habent, vt in d.l.apud hostes, & alibi passim.

6 Non obstat tertium ex d.§.illud, & §.seruiles, quoniam obseruo sanguinis coniunctionẽ non tantum inter ciues Romanos & liberos homines impedire matrimonium, verum etiã inter seruos contubernium (sic enim seruorum coniugium appellatur.l.cum ancillis. 3. C. de incest.nup.) durante seruitute, vel etiam post manumissionem, ex dictis iuribus. Ob id certè quoniam iure naturali omnes homines aequales cẽsendi sunt, l.manumissiones.4.D.de iust. & iure, & inde seruus quoad naturalia attinet, vt liber habetur. d. l. quod attinet. rectè ergo & quoad matrimonium, quod iuris naturalis est tex.in princip.sup.de iure naturali, cognationes & iura sanguinis seruis impedimento erũt.ex d.§.illud, & regula.l.iura sanguinis. 8. D.de reg.iuris. Quamuis quoad successiones, tutelas, & alia iura ciuilia cognationi tributa in eis omnino cognationis effectus sint sublati, ex dict.l.quod attinet, & ex nostro tex. qui sic est accipiendus. ibi. *Nam neque vlla antiqua lege talis cognatio computabatur.* Pontificum verò iure, item & Regio Hispano verum iam & legitimum inter seruos matrimonium contrahitur ab eorum tantummodo, non etiam à dominorum consensu, aut voluntate dependens, cap.1.& sequenti, de coniugio seruorum. l.11. titu.2.& in toto titu.5.part.4. quamuis eo casu dominium indemne eorũ dominis maneat, vt in dictis locis.

11 Vltimò non obstat tex.in dicta l.ex libera. Quoniam obseruo filium ex libera muliere & seruo natum, quamuis eius pater postea sit natalibus & ingenuitati restitutus, quoad patris conditionem attinet, non iustum sed spurium filium reputari, quia conceptionis tempus inspicimus, l.emãcipatum. septima. §. sed si quis. D.de senatoribus. patri tamen cognatus erit, quoniam & spurij filij cognationem habent, & tanquam cognati succedent, vt diximus in §.vulgo quæsitos. supra, de succes. cognatorũ.

§. *Repetitis.1. & §.Amoris fin.*

1 *Epitome legitimarum omnium successionũ duobus his paragraphis continetur.*

2 *Successio ab intestato aut descendentium est, aut ascendentium, aut transuersalium.*

3 *Descendentibus omni iure legitima successio primo defertur.*

4 *Ascendentes, si descendentes non extent, secundo vocantur.*

5 *Fratres & collaterales, liberis, aut parentibus nõ extantibus tertiò admittuntur.*

6 *Fratres vtrimque coniuncti, eis qui vno ex latere sunt præferuntur.*

7 *Fratrum qui vtrinque coniunguntur filij, eodẽ iure quo parentes succedunt.*

8 *Fratribus vtrinque coniunctis, eorúmve filijs non extantibus qui ex vno latere veniunt vocantur.*

9 Fra-

9 *Fratrum præmortuorum filij cum patruis simul succedunt.*

10 *Fratribus, fratrúmve filijs non extantibus suo oráine proximiores agnati, siue cognati admittuntur.*

11 *Agnatis, cognatisve vsque ad decimum gradũ non superstitibus inuicem vir, & vxor sibi succedunt.*

12 *Coniuge non superstite legitimo iure intestati hereditas fisco defertur.*

13 *Clericis intestato defunctis qui succedant. remissiuè.*

1 PERTINENT hi duo paragraphi ad omnes superiores huius tertij libri ttactatus, quia omnium quæ in eis tradita sunt elegantem epilogum continent: summa hæc est. Suos heredes siue in pari gradu sint, siue etiam in remotiori, ascendentibus & extransuerso coniunctis præferendos esse: item agnatos remotiores proximioribus cognatis anteponi: quod Imperator exemplis explicat hîc. Sed quia quæ ad cuiusque particulæ explicationẽ pertinent, latè sup. suis locis discussimus, & etiam hodie hereditates ab intestato paulò aliter nouellarum iure, item & Regio Castellæ deferuntur, integram ab intestato successionẽ quasi in epitomen reducentes, Iustinianum sequuti, quid nunc iure ciuili & Regio sit obseruandum notabimus.

2 Omnis igitur successio ab intestato, aut descendentium est, aut ascendentium, aut eorum qui ex latere veniunt, tex. in authentico, de hered. & Falcid. §. semper igitur, & in authen. vt cum de appellat. cognoscit. §. hæc autem disposuimus. & in authen. de hered. ab intesta. ven. §. 1. tex. in princ. sup. de gradib. l. 1. titu. 6. part. 4. l. 2. tit. 13. part. 6. l. 1. titu. 6. lib. 3. fori le
3 gum. † Primo tamen loco omni iure & diuino & naturali & positiuo ad intestati successionem descendentes cæteris omnibus exclusis admittuntur, nullo habito sexus aut ætatis discrimine. §. 1. & seq. sup. de hered. quæ ab intesta. l. nam etsi parentib. 15. D. de inoffi. testa. l. in suis. 11. l. inter cætera. 30. D. de lib. & posthu. l. 1. D. de iniust. rup. l. 1. §. si filius. D. de suis & legitim. l. scripto. 6. in fi. D. vnde lib. l. cum ratio. 7. D. de bon. dam. ca. Raynutius. 16. De testamen. l. 3. titu. 13. part. 6. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. l. 1. tit. 8. lib. 5. recopil. latè vbique explicant ordinarij interpretes. Quod nulla gradus habita prærogatiua admittendum est, itaque cum filio, ex altero filio nepotes vocantur, & cum nepote, defuncti alterius nepotis filij & deinceps, in stirpes tamen non in capita succedendo. §. cum filius. sup. de hered. quæ ab intesta. l. vt intestato. 3. authent. in successio. C. de suis & legit, l. 2. l. maximum vitium. §. sanci mus. C. de liber. præt. l. posthumus. 6. §. si quis ex his. D. de inofficio. l. posthumorum. 13. D. de iniust. rupt. l. sed. etsi conditioni. 6. §. nepotes. D. de hered. inst. l. 1. sciendum. D. de suis & legit. cum infinitis alijs, quibus consonat. l. 2. l. 3. tit. 13. part. 6. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 1. & 7. tit. 6. eodem. lib. 3. l. 6. & l. 40. Taur. & in dictis locis latè authores.

4 Liberis non extantibus secunda successio est ascendentium siue parentum, ita vt eorum primum ratio habeatur, qui gradu sunt proximiores, nam & mater auo materno præfertur, quod si in eodem gradu plures concurrant inter eos æquis partibus sic hereditas diuidenda est, vt dimidiam paterni dimidiam materni habeant. Deduces hanc conclusionem ex dict. l. nam etsi parentibus. dict. l. scripto. l. iure succursum. 6. D. de iure dot. l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. coniuncta auth. defuncto. C. ad Tertull. l. 6. Tauri. l. 1. titu. 8. lib. 5. recopilat. & quamquam nouellarum & partitarum iure cum parentibus fratres & sorores defuncti admitterentur, l. fin. & dict. authentica defuncto. C. ad Tertullianum. l. 4. titu. 13. partita sexta. l. 1. in fin. titu. 6. lib. 3. fori. Hodie tamen nouissimo iure ascendentes cuiuscunque gradus, fratres, sorores, & alios omnes transuersales excludunt. l. 7. Taur. l. 4. titu. 8. lib. 5. recopil.

5 Planè deficientibus supra scriptis personis tertio loco ex transuerso coniuncti ad successionem vocantur, puta frater, soror atque ex his prognati, nulla agnationis aut cognationis differentia obseruata, vt satis docet Iustinianus in principio tituli suprà. de leg. agnat. successione, coniuncto authentico de heredibus ab intesta. venient. §. 1. & in §. si igitur defunctus, el segundo, authent. cessante. C. de legitim. heredib. l. 5. l. 6. titu. 13. part. 6. l. 10. titu. 6. lib. 3. fori. de qua successione latè agit Matesilanus tract. de succes. ab intesta. 3. art. principali. Nicolaus de Vvaldis eod. tract. 2. parte, princip. Couarr. in epitom. succes. ab intestato. num. 5. Ioann. Rojas, eod. tract. cap. 32. Anton. Gomez, & alij in l. 8. Tau. Ioann. Matienço, & Alfonsus de Azebedo in l. 5. titu. 8. lib. 5. recopila.

6 Illud tamen est omnino notandem, quod si quis decedat fratribus relictis & sororibꝰ, alijs consanguineis, alijs vterinis, & quibusdam ex vtroque parente coniunctis, Fratres vtrinque coniuncti propter duplicem cõiunctionis causam præferendi sunt, cæteris exclusis. text. in dicta authentica, cessante. & in authent. post fratres: la primera. C. de legit. hered. & in authentica, itaque. C. communia. de succes. cum alijs quibus consonat. l. 5. titu. 13. part. 6. l. 12.
7 titu. 6. lib. 3. fori. explicant proximè relati. † Nec id tantum, verum & filij fratrum vtrinq; coniunctorum excludent patruos suos, defuncti verò consanguineos aut vterinos fratres tãtum, d. authentica cessante. verficulo. *dico*. d. authen.

thentica, post fratres, la primera cum alijs, quibus conuenit. d. l. 5. par. in fi. verbis, & prosequuntur iam citati.

8 Post fratres vtrinque coniunctos & eorum filios, ex vno latere fratres, sororésve admittuntur, vt in d. authentica post fratres, & in authentico, de hered. ab intestat. venient. & l. 6. titulo 13. part. 6. inter quos sic defuncti bona diuidenda sunt, vt frater consanguineus succedat in bonis à patre habitis, frater vterinus in bonis acquisitis à matre, in bonis verò aliunde acquisitis pariter admittentur in capita, & pro virili portione. l. de emancipatis, 13. versiculo *exceptis*. C. de legit. hered. d. l. 6. titulo. 13. partita 6. & ita est obseruandum, vt
9 post infinitos resoluit Ioann. Matien. d. l. 5. glos. 1. num. 9. titulo. 8. lib. 5. recopilat. † Qua in re meminisse oportebit, quod quemadmodum nepotes ex præmortuo filio cum patruis suis admittuntur ad aui hereditatem. §. cum filius, sup. de hered. quæ ab intest. & sup. diximus, ita etiam præmortuorum fratrum filij cum patruis suis, d. authen. cessante, & dicta authentica, post fratres l. 5. titulo. 13. par. 6. l. 8. Tau. l. 5. titulo. 8. lib. 5. recopilat. quod latè explicant Couarruu. Anton. Gomez & alij vbi sup. correcta iam decisione paragraphi si plures, supra de hered. quæ ab intest. quæ repræsentatio vltra fratrum filios non admittitur, vt in dictis locis.

10 Quod si defuncti neque fratres, neque fratrũ filij sunt, tunc deinceps omnes à latere cognati admittuntur suo ordine vsque ad decimum gradum, vt semper proximi remotiores excludant; quod si plures sint, in eodem gradu in capita fit distributio tex. in authentico, de hered. ab intestato venient. §. si verò neque fratres, authentica post fratres; la segunda. C. de legit. hered. l. 5. l. 6. tit. 13. par. 6. cum alijs quæ latè congerunt Couar. Ant. Gom. & Ioan. Matien. vbi supra, qui sunt omnino ad varias quęstiones videndi.

11 Si verò aliquis ab intestato decedat qui intra prædictum gradum cognationem non habeat, tunc inuicem vir & vxor sibi succedunt, l. 1. D. vnde vir & vxor. l. 1. C. eodem. l. 1. D. si tab. test. nul. ex tab. l. 6. titulo 13. par. 6. l. 23. titulo. 11. par. 4. explicant latè ordinarij in dictis locis, & plures alij relati ab Antonio Gomez in d. l. 8. Tau. nu. 21. Ioan. Rojas, vbi sup. num. 1. in cap. 33. Ioan Matiençó in d. l. 5. glo. 1. num. 20.

12 Sin autem illius qui decessit ab intestato neque superstes sit coniux, tunc eius hereditas iure legitimo ad fiscum deuoluitur. l. 1. §. finali. D. de iure fisci. l. 1. l. vacantia. 4. C. de bonis vacantibus, libro 10. cum pluribus alijs, quibus consonat. l. 6. in fine, titulo 13. part. 6. latè prosequitur Nicolaus de Valdis, de succesio. ab intestato. 5. par. per totam. Anton. Gomez in d. l. 8. Tauri. ad finem. Rojas vbi supra capite 34. Ioannes Matiençó & Alfonsus de Azebedo in l. 12. titulo 8. libro 5. nouæ
13 recopilat. † Quid autem in clericis secularibus aut regularibus decedentibus sit hoc in casu obseruandum, vide eundem Rojas dict. cap. 34. num. 35.

TITVLVS VIII.

De successione libertorum.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Libertus quis est.*
3 *Liberti in bonis qua ratione patronus ius patronatus habeat, & in quibus consistit.*

1 POSTQVAM Imperator Iustinianus in superioribus huius tertij libri titulis legitimas ingenuorum successiones explicuit de libertorum bo-
2 nis & successione agere instituit. Planè † *libertus is est qui cũ in seruitute esset propter manumissionem libertatem est consequutus.* textus in
3 principio, supra de libertinis, † qui cum ex omnium infimo & miserrimo statu, ad omnium optimum beneficio manumissionis peruenerat, naturali & ciuili ratione, gratum officiosumque animũ circa tanti muneris largitorẽ habere oportet, cuius & filij loco habetur, tex. in principio supra de legitima patronorum turela, & tanquam naturali parenti obsequium præstare debet, l. 2. & per totum. D. de obsequijs à libertis præstandis, & C. eodem. l. 1. & seq. C. de libertis, & eorum liberis. l. 8. tit. 22. par. 4. Vnde iure optimo maiores nostri manumissori ius patronatus concesserunt, quo patrono eiusque liberis in libertum eiusque bona & successionem prospectum est. Id autem triplex est, nam positum est in obsequio, operis, & bonis ipsius liberti, quæ res quia latissimo sermone à Consultis sub lib. 37. Digestorum ex titulo 14. & libro 38. priorib. quinque titulis, & ab Imperatoribus ex titulo 3. libro 6. Codicis disputantur, & ab Vlpian. in fragm. titulo. 27. & 29. & ex l. 1. & sequent. titulo 22. par. 4. Connano libro 2. commentar. capite. 6. cum seq. Petro Gregor. 2. parte syntagmatum, libro 4. capite 5. cum seq. ea nos tantummodo quæ de antiqua & noua successione in bonis libertorum Iustinianus in hoc titulo notat, exornantes explicabimus.

Princi-

Principium tituli. §. Quæ de causa. 1 & §. postea verò. 2.

1 *Patronus lege duodecim tab. impunè à liberto qui naturales vel legitimos filios habebat præteriri poterat.*

2 *Liberti vxor quæ in manum eius conuenerat patronum in legitima successione excludebat.*

3 *Vxor quæ in manum conuenerat suitatis, cõsanguinitatis, agnationisque iura consequebatur.*

4 *Patroni iure Prætorio in libertorũ bonis quale ius tributum.*

5 *Patronis quid lex Papia concesserit.*

1 VARIAM ergo fuisse in libertorum bonis patronorum successionem ex horũ capitum serie deprehenditur. Principio etenim ex duodecim tabularũ lege Patronus ad liberti hereditatem nisi cũ intestato, ac fine suis heredibus decessisset nõ admittebatur, vt ex principio huius tituli constat, & ex Vlp. d.tit.27.& 29.l.is autem.11.D.de iure patron. l.liberto.17.D. de bonis libert.l.intestat.1. D. de suis & leg & explicãt sup.citati. itaq; licebat liberto patronũ suum impunè testamento præterire, qui non tãtum à liberis naturalibus & legitimis, id est, ex iustis nuptijs procreatis à liberto, verum etiã & à legitimis tantũ, id est adoptiuis ab intestato excludebatur, quoniam & ij quo tempore in adoptiui patris potestate sunt, suorũ heredum & nomen & iura habebant, §.1.sup.de hered.quæ ab intest.

2 Sed obstat Vlpiani locus in d. titul. 29. in principio. Vbi etiam intestato defuncti liberti vxorem patrono ex præcitata duodecim tabularum lege præferri scripsit.

Cui difficultati vt satisfacias sciendum est,

3 † olim quidem duo vxorum genera fuisse, nã aliæ in viri manũ conueniebant, aliæ nõ conueniebant. Vtriusq; cõiugij solẽnitates & mores ex alijs eleganter retulit Petrus Velez de Gueuara ad Topica Cicer. §.3.num.3. cum sequent. ei autem quæ conueniebat plurima iura esse cõcessa constat ex relatis à Gueuara. d. §. 3.& Frãcisco Hotomano, ad titulum de Senatusc. ex Tertulliano, in principio, sed inter alia illud potissimũ, vt in viri familia ius suitatis, consanguinitatis, & agnationis nanciscerentur, nam viro ita sua heres fiebat, vt vnà cum liberis cõmunibus ab intestato in consanguineorum numero succederet, Vlpianus titulo vigesimo secundo, versiculo. *Sui heredes.* Quod quidem paulo post Rõmulum lege latum fuisse his verbis, *vxor marito in bonis succedito*, cõmemorat Antonius Roscius Perpinianensis. libr.tertio, memorabilium, cap. primo, num. 3. Ea ergo vxor quæ in viri sui manũ cõuenerat patrono etiã præferebatur, vt ex his cõstat quod & hic Iustinianus adnotare debuit.

4 Sed cum † raro euenirent, vt nõ testarentur, aut filios non relinquerent, vel vxorem, atq; ita nihil ad patronos veniret, solebant isti seruorum manumissionibus grauissimas leges imponere, vt certis conuentionibus & pactis obtinerent, quod ipsis dubia spes legis duodecim tabularum ostentabat; Item quia iniquum erat eos ab adoptiuis liberis excludi, Prætorio iure duodecim tabularũ lege antiquata semis bonorum liberti, siue testati, siue intestati patrono tributum fuit, eique liberi tantum naturales etiam emancipati officiebant. Quod si nihil, aut minus dimidia parte libertus patrono reliquerat dabatur ei contra tabulas bonorum possessio.l.1.l.3.§.toties, & per totum.D. de bonis libert. quæ ei si quocunque tit. esset legitima portio relicta non concedebatur, d.l. 3.§.si debita portio. quòd si nullos liberos libertus habuisset patronus in solidum bona illo intestato occupabat.d.l.liberto.17.D.de bon. libertorum.

Sed obstat tex.in d.l.3. §. patronus. D. illo titulo, & in l.si à milite. 30. §. fin. D. de milit. testam. Sed facilis est explicatio cum in bonis castrensibus loquantur, quæ speciali iure semper penes milites manent, etiam si alieno iuri suppositi sint.§. 1. sup. per quas person. & in principio, sup. quibus non est permiss. facere testamentum.

5 † Lege deinde Papia patronorum successiones adauctæ fuêre, si locupletiores essent liberti, cautum enim fuit, vt in bonis illius qui sestertiorum centum millium reliquisset patrimonium virilẽ portionem patronus haberet, siue libertus testamento facto, siue intestatus decessisset, dũmodo pauciores quàm tres liberos haberet, tribus nãque relictis patronus excludebatur. quæ autem esset summa horũ sestertiorũ, quæque moneta eis hodie similis sit discres ex Iustiniano in §. sequenti. & l. 10. tit. 22. partita quarta, & latè ab interpretibus hic traditis, & relatis à Couarru. lib. vnico, de collatione veterum numismatum ex cap. 1. cum sequent. Quod enim ad nostrum tex. attinet, satis constat, quod si libertus decederet centenarius siue testatus, siue intestatus si tres liberos reliquisset patronus excludebatur, si pauciores in virilem portionem admittebatur; si verò non esset centenarius ius prætorium obseruabatur, iuxta quæ intelliges textum in l. si libertus. 16. D. de iure patronatus, & in l. liberto. 26. D. de bonis libertorum.

§. Sed nostra. 3.

1 *Patronis in bonis liberti quid Iustiniani leges dederint, & num. seq.*

1 HAEc iuxta successionẽ libertorũ statuerat antiquitas, quæ à Iustiniano aliqua ex parte emendantur hîc, cuius

noua lege hodie patronus in bonis liberti non centenarij testati ius habet nullũ, intestati ius antiquum legis duodecim tabularum, de quo in §. 1. suprà, eodem. itaque & hodie ab odoptiuis excludetur in hoc casu, vt optimè Hotoman. hic enuntiatione quarta obseruat. †

2 Quod si libertus centenarius esset, & testatus decessisset liberis heredibus vel bonorum possessoribus relictis patronus omnino excludebatur.

3 † Si verò sine liberis, aut his exheredatis decedebat libertus, tertiam partem scriptis here-
4 dibus patronus auferebat. † Sin autem centenarius intestatus decedebat liberis relictis patronus excluditur, eis verò non superstitibus patronus succedit. Et hæc est huius paragraphi summa & sententia, cui conuenit text. in l. 10. titu. 22. part. 4. illo addito, vt quæ hic in liberti liberis admittuntur, procedant etiam eiusdem patre, aut matre siue fratribus superstitibus, itaque quibus in casibus patronus à liberti filijs excluditur iuxta Iustinianum excludatur etiam ab his personis, iuxta dict. l. 10. quòd latè ordinarij hic explicarunt, & Azo in summa. C. de bonis libertorum. Conan. lib. 2. cap. 9. num. 2.

5 Sed contra nostrum textum. ibi. *Cum verò, &c.* vbi Iustinianus probat. quod si libertus cẽtenarius liberis relictis decesserit, patronus excluditur, Videtur obstare idem tex. in fin. verbis, ibi; *Vt nec liberis liberti, &c.* vbi hoc casu tertiam partem patrono concedit.

Quam difficultatem malè dissoluit Accurs. hic, verbo. *præstentur.* cuius prima solutio diuinatoria omnino est, secunda verò confunditur ex dict. versi. *cum verò.* ibi: *cuiuscũque sexus vel gradus.* Quare dicendum est, Iustinia. in dicto versi. *cum vero,* loqui quando libertus relictis liberis heredibus, vel bonorum possessoribus decessit, quo casu omnino excluditur patronus. Secus si illis non superstitibus, vel exheredatis, nam etsi filijs suis exheredatis libertus legata quædam reliquerit, tertiam tamẽ partem ab omni onere liberum patronus habet, quod optimè interpretantur Mynsinge. nu. 8. Hotomanns, enuntiatione. 6. hic.

§. *Multis. 4.*

1 *Liberto patronus eisque liberi, item cognati ad quintum vsque gradum succedunt.*

2 *Libertinorum, & ingenuorum successiones similes.*

LIBERTO non tantum patronus, aut patrona succedit, sed & eius liberi in infinitum, & ex latere cognati vsq; ad quintũ gradũ. Idem deprehendes ex l. 1. D. de iure patro. l. vt iurisiurandi. 7. §. si liberi. D. de ōper. libert. l. libert. 7. cũ seq. l. si libert. 23. §. si libertus. D. de bon. lib. l. quique. 4. §. 1. l. sed si hac. 10. §. liberos. D. de in ius vocand. facit tex. in l. 8. titu. 22. part. 4. & notat Vlpianus in fragmẽtis, titu. 27. in princip.

Sed contra nostrum text. obstare videtur quoniam vt in finalibus eius verbis ostẽditur, libertorum successiones ingenuorum hereditatibus sunt æquiparatæ. At ingenuis vsque ad decimum gradum agnati succedunt, cognati vsque ad sextum. §. fin. sup. de successione cognat. ergo & libertis succedent patroni, agnati, & coniuncti vsque ad decimum gradum.

Secundo, contra nostrum tex. ibi. *in capita non in stirpes diuidatur successio,* obstat, concurrentibus filio & ex præmortuo filio nepotibus ad aui hereditatem, successionẽ in stirpes, non in capita fieri. §. cum filius. sup. de hered. quæ ab intesta. ergo.

2 Sed facilis est explicatio, quoniam etsi ad similitudinem successionis ingenuorũ, libertinorũ successiones positæ sint, ex nostro tex. in fine, & §. cumque antea. infrà, de bonorum possessionibus, aliquæ tamen sunt inter ingenuos & libertinos differentiæ, quod insinuat Iustinianus hic. ibi. *Penè enim.* & dict. §. cumq; antea, ibi, *differẽtia.* Accurs. hic. verbo. *penè.* Hotomanus, enuntiatione. 1. & 2. Minsing. nu. 4. Inter quas illæ potissimum, quæ ex d. §. fin. de successione libertorum, & dict. §. cũ filius, deprehenduntur, vt præcitati, alijs etiam obseruatis notant.

§. *Sed hæc de ijs. fin*

1 *Libertinorum olim status triplex, hodie omnes ciues Romani sunt.*

CVM triplex antea libertinorum status
1 esse. §. fin. sup. de libertinis, de quibus libertis quæ antea dicta sunt intelligantur, docet Iustinianus hic, sed cum iam hoc iure vtamur vt eorum omnium vnus sit status, quoniam manumissi omnes serui, ciues Romani iam fiunt. d. §. fi. l. vni. C. de Dedititia liber. toll. l. vnic. C. de lat. libert. toll. cõsequens est, de quocunque liberto hunc titulum esse accipiendum, quod etiam Iustinianus in versi. *Sed nostra constitutione* ostendit, & explicat Alcia. lib. 1. parerg. cap. 16. & plures quos retulimus in dict. titu. de libertinis.

TITVLVS IX.

De asignatione libertorum.

IN RVBRICAM.

1 *Asignare libertum est testari, cuius ex liberis esse velit.*

QVAMVIS verbum, *Asignare,* varias in iure nostro habeat significationes & planè ambiguum sit, aliquando translationem dominij notans, aliquã do

de pignoris vel custodiæ concessionem, vt in rubr. huius titu. obseruant Baldui. & Mynsig. & latè And. Alcia. & Rebu. in l. asignare. 107. D. de verbo. signifi. libertum tamen asignare nihil aliud est, quam testari, cuius ex liberis libertum esse velit, vt Modestinus scribit in d. l. asignare.

Principium tituli.

1 *Ius patronatus æqualiter ad patroni filios etiam non heredes pertinet.*
2 *Ius patronatus ad filios mala mente exheredatos non pertinet.*
3 *Libertum vni ex filijs adsignare Senatusconsul. Claudiano concessum.*
4 *Adsignatio liberti ius patronatus filio tribuit.*
5 *Adsignatio liberti, verbis, nutu, testamento, codicillis, pure & sub conditione fieri potest.*

QVAMVIS ad omnes patroni liberos qui eiusdem gradus sunt bona patronorum libertorum pertineant. §. multis, sup. titu. 1. tametsi à patre etiam inæqualiter sint scripti heredes. l. vt iurisiurandi. 7. §. si liberi. D. de operis libertorū: quinimo etsi patri heredes non sint, quia nihilominus sunt liberi, qua sola ratione ius patronatus ad
2 eos spectat, † nisi mala mente exheredentur, iux. iura, quæ sic intelligis volo, in l. filij. 9. D. de iure patronatus, iuncta l. si operarum. 29. D. de oper. libert. & l. si patronus. 12. §. si quis non mala mente. l. si pater. 40. D. de bonis libert. & l. 1. §. sed etsi exheredato. D. isto titu.
3 Claudiani † tamen temporibus S. C. factum fuit, quo parentibus concessum est, vni ex liberis libertum, libertósve asignare, vt post eius mortem is solus filius patronus habeatur, cui asignatus est, & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona nulla asignatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in huiusmodi bonis habeant, nisi is cui asignatus est, nullis liberis relictis decesserit, quam rem quia copiosè explicant Vlpianus & cæteri cõsulti in l. 1. D. hoc tit. non insistimus; illud tan
4 tùm notantes † per hanc asignationem ius patronatus illi filio omnino quæri cui asignatus est, qui poterit eum libertum rebellem accusare, & in seruitutem ob ingratitudinem redigere. l. si quis hac. 30. §. fin. D. qui & à quibus.
5 † Fierique asignatio potest, verbis, nutu, testamento, codicillis, vel quibuscunq; verbis etiam mera voluntate, purè & sub conditione, & per epistolam, vel per chirographum. vel testationem. d. l. 1. §. asignare. l. asignare. 7. D. hoc titu. Planè si quis liberti asignationem sua manu scribat falsi tenetur, l. impuberem. 22. §. qui liberti. D. ad leg. Cornel. de falsis

§. Datur. fin.

1 *Adsignari libertus, nisi filio qui in potestate sit, non potest.*
2 *L. vtrum. 9. D. de asignandis libertis.*
3 *Melioratio an vnico extante filio fieri iure Hispano possit remissiuè.*

1 IN textu ibi *in potestate habebit*, † est ergo omnino necessaria patria potestas in eo filio cui libertus asignatur, idem probat l. 1. §. 1. & l. fin. D. eo.

2 Sed obstat diff. tex. in l. vtrum. 9. D. hoc tit. vbi etiam emancipato filio liberti recte asignatur.

Cui difficultati, omissa Accur. solut. hic, verbo *euanescat*, cui assentirè videntur Baldui. & Mynsing. cũ Horom. respondendũ est in d. l. 9. quæri, vtrũ is qui plures habet liberos, quorum vnus emancipatus sit, possit asignando libertum vni qui in sua potestate sit, ei in eodẽ iure illum emancipatum coniungere, vt in illo liberto communiter ius patronatus habeant? & respondet Inrisconsultus singulariter quidem asignari emancipato non posse, ex. d. l. 1. D. eodem communiter autem & coniunctim cum filio familias rectè posse, vt quod per se assequi non potest, coniunctionis beneficio possit, argumento l. fin. D. de liber. & post hu. Cæterum quia illud occurrebat, quod suo fine liberis defuncto ius illud patronatus vniuersum ad solum emancipatum, ac proinde extra familiam migrabat, elegãter adijcit Modestinus, ita demũ coniungi emancipatum posse, si præter eum duo in potestate sint, vt vno mortuo ad alterum ius patronatus commune cum emancipato reuertatur, valet igitur in dict. l. vtrum asignatio emancipato facta, non per se, sed per consequentiam & communionem fratris.

3 In textu ibi. *Datus hæc facultas ei qui duos pluresve, &c.* Elegans est hic text. iuncta. l. 1. D. eodem. ad celebrem illam quæstionẽ apud nostros satis agitatam, an vnico stante filio, melioratio fieri possit, quam latè disputat plu ribus relatis Ioan. Yañez Parladorius lib. 1. rerum quotidian. cap. 7. And. de Angulo in l. 11. glos. 10. nu. 1. titu. 6. *de las mejoras*. lib. 5. recopilationis, quos videbitis.

TITVLVS X.

De bonorum possessionibus.

IN RVBRICAM.

1 *Bonorum possessiones hodie vtiles, contra multorum opinionem.*
2 *Bonorũ possessiones iure Prætorio tur inductæ.*
3 *Heredem non relinquere ignominiosum, & dedecoris plenum semper fuit.*

4 *Hereditas efficiebatur caduca si proximus agnatus suis deficientibus eam omitteret.*
5 *L. 2. §. Interdum. D. de suis & legitimis heredibus. Successorium edictum à Prætore inductũ, & quare.*
6 *Ius accrescendi potentius successorio edicto.*
7 *L. non est ambigendũ. 12. §. vbicunq;. D. de bon. possess.*
8 *L. Hereditatis. 138. D. de verb. signif.*
9 *Bonorum possessionis definitio, & explicata sequentibus num.*
10 *Bonorum possessio qua ratione ius dicatur. L. Bonorum. 208. D. de verb. signific.*
11 *Possessionem qui habet rerum à defuncto relictarum, bonorum possessionem petere debet; & è conuerso.*
12 *Pupillus sine tutore bonorum possessionẽ agnoscere cur non possit.*
13 *Bonorum possessio quocunque modo proferatur, siue coniunctim, siue disiunctim, aut conuerso ordine iuxta subiectam materiam accipitur.*
14 *Bonorum possessio est iuris Prætorij: & differentiæ nonnullæ inter eam, & hereditatem.*
15 *Bonorum possessio, qua ratione dicatur,* ius prosequendi retinendique patrimonij.
16 *Bonorum possessio, quatenus differat à possessoria hereditatis petitione, & num. seq.*
18 *Obligatio æquiuocè pro actione sæpè sumitur.*
19 *Bonorum possessio alia ordinaria, alia extraordinaria, alia edictalis, alia decretalis.*
20 *Bonorum possessio ordinaria quæ?*
21 *Bonorum possessio extraordinaria.*
22 *Bonorum possessio edictalis quæ?*
23 *Bonorum possessio decretalis quæ? & quæ inter edictalem, & decretalem differentia.*

1 ET si sint qui putent inutiles prorsus hodie bonorum possessiones esse, longeque commodiores ciuiles successiones existere, inter quos Rebuffus in l. ex illa parte. 227. de Verborum significationibus. Balduin⁹ in protheoris, hoc tit. de bonorum possessionibus. num. 9. maximè tamen falluntur, vt constat ex latè adductis à Baldo in Rubrica. C. qui admitti. ex. nu. 17. ad 25. Alexand. num. fin. Iacobino de Sancto Georgio, ex num. 1. Cagnolo ex nu. 132. Ficard. ex num. 11. Petro Gregorio. 3. p. Syntagmatum. lib. 41. cap. 2. nu. 16. Anto. Contio lib. singulari de hered. & bon. possess. quæ ab intest. defer. pag. 4. & nos infra insinuauimus, interim illud notantes, omnes leges quæ sub nomine bonorũ possessionis iure ciuili Romanorũ successionẽ cõcedũt apud nos in vsu esse, non sub nomine bonorum possessionis, sed potius sub nomine *herencia*, vt docet Greg. Lopez in l. 19. verbo. *puede lo confirmar.* per text. ibi. tit. 1. & in l. 2. gloss. 2. titul. 2. part. 6. ficque accipiendum est quod scripsit Menchaca lib. 3. de successio. creatione. §. 30. numer. 144. & de succession. progressu. lib. 1. §. 7. num. 35.

2 † Qua autem ratione hæ bonorum possessiones, Prætoriæque successiones introductæ fuerint, non est ambigendum, inductæ enim fuerunt ex tribus illis causis, ex quibus & totum ius Prætorium, nempe adiuuandi vel supplendi, vel emendandi veteris iuris gratia. l. ius autem ciuile. 7. §. ius Prætorium. D. de iust. & iure, cùm enim percipiendarum hereditatum ius tam ex testamento, quam ab intestato per leges duodecim tabularum angustissimis finibus esset constitutũ, Prætor illud ex æquo
3 & bono dilatauit, † ne quis sine successore moreretur, quod vtique valde ignominiosum erat & infame, creditoribus defuncti eius bona in publica subhastatione vendentibus, iuxta iura quę sic intelligas velim. in §. 1. sup. quibus ex causis manum. non licet. §. 1. sup. de hered. qualit. §. hoc rescripto, inf. de eo cui liber. cauf. bo. addic. l. & quia. 6. D. de interrog. act. l. vel negare. 5. D. quemadmod. test. aper. quod optimè considerat Caius lib. 3. Institutionum. tit. 3. ad fin. Cicero pro Publio Quintio. versicul. *Hercle cuius bona*, &c. Viglius in d. principio supra, de hered. qualit. nu. 2. Francis. Connan. lib. decimo. cap. 2. num. 2.
4 † Aut hereditate, si proximus agnatus, suis deficientibus, omitteret, effecta caduca. l. secunda. §. legitima. D. de suis & leg. hered. coniuncta. l. 1. in principio. D. de succeff. edicto, & accuratè scriptis à Francisco Balduino ad leges Romuli, cap. 27. & 28. numer. 47. cuius Prætoriæ emendationis exempla passim occurrunt, maximè tamen integro libro. 37. Pandectarum, & apud Iustinianum in §. emancipatos, supra de exhered. liber. in §. emancipati. supra de hered. quæ ab intestato.

5 Nec huic obseruationi repugnat textus in l. 2. §. interdum. D. de suis & legitimis, nam quod ibi & alibi Vlpianus scripsit secundum agnatum admitti ad legitimam hereditatem quandoque posse, nõ intelligas in alterius prioris agnati locum eum succedere (hanc enim successionem Decem viri non admiserunt) sed suo iure, tanquam verè agnatum proximũ vocari. Quod cum Prætores iniquum esse iudicarent successorium edictum ipsi proposuere, eiusque beneficium tam latè patere voluerunt, vt successio esset, & de persona in personam & de gradu in gradum, & de capite in caput, hoc est, vt filius non succedens ex capite, *Vnde liberi*, posset succedere ex capite, *Vnde agnati*. Item vt nullis liberis succedentibus succederent agnati. l. 1. §. sed videdũ. D. de succeff. edicto. vt proximo agnato nõ succedente sequẽs
6 admitteretur (nisi † iuri accrescendi locus esset, cui successorium edictum cedit, l. 1. C. quando non petant. part.) vt deficientibus agnatis proximiori cognato deferretur bonorũ possessio, toto titulo. D. & C. vnde cognati, plu-

ti, pluresque alias successiones introduxit, de quibus sigillatim ex tit. D. eo. cum sequētibus.

7 Sed maximum nobis nunc injicit scrupulum idem Vlpianus in l. non est ambigēdum. 12. §. vbicumque. D. de bonorum possess. ex quo videtur probari, non posse Prætorem in dandis bonorum possessionibus legis præscriptum excedere: inquit enim bonorum possessionem cessare, vbicumque lex, vel Senatusco sultum, vel constitutio capere hereditatē prohibet, Indeque emancipatos, vlteriores agnatos aut cognatos, qui lege duodecim tabularū excluduntur, ad bonorum possessionem admittendos nō esse. Sed aliorum omissis interpretationibus, respondendum est ex sententia Accursij in dicto. §. vbicumque. quam ibi sequitur, & explicat Bartolus, Ludouicus Rusardus in notis ad illum text. Hotom. in principio huius tituli de bonorum possessionibus, enuntiatione. 1. textum illum prohibere, ne Prætor incapacibus (id est, his qui hereditatem capere non possunt) bonorum possessionem deferat. Pro qua interpretatione ponderatur text. in dict. l. non est ambigendum, in principio, dum excipit tres personas quasi incapaces, quæ tamen ad bonorum possessionem admittuntur, ergo & regula iuxta exceptionem admittenda est, argumento l. nam quod liquidè. 4. §. fin. D. de penulegata. Secundo inducitur idem tex. in dict. §. vbicumque, in illis verbis, *capere hereditatem prohibet*. quæ quidem ad inhabilitatem & incapacitatem personæ referēda sunt, iuxta textum in l. si is qui ex bonis. 6. D. de vulgari. l. sed si hoc. 63. §. cuidā. D. de cōdit. & demon. l. non videtur. 51. D. de reg. iur.

8 † Tertio, pro eadem interpretatione allego textum (quem vltra ordinarios interpretes sic accipiendum aio) in l. hereditatis. 138. D. de verborum significatione, vbi Iulius Paulus scripsit hereditatis appellatione, bonorum quoque possessionem contineri, plane si generaliter hoc axioma accipias, fallacius nihil est, cum posthumus alienus, filius emancipatus, & 12 cognati, vtpotè iure ciuili incogniti hereditatem iure ciuili capere prohibeantur, & tamen quibus in casibus Prætor eos admittit ad bonorum possessionem admittantur. dicto. §. emancipatos, dict. §. emancipati, text. in principio hui⁹ tituli de bon. possess. Costa. in §. posthumus. num. 19. supra de legatis: ergo accipiendus est Paulus iuxta inscriptionem eiusdem legis, quæ ex eo sumpta est, libro. 4. ad legem Iuliā & Papiam, vt sensus sit, cœlibes & orbos qui propter legem Iuliā & Papiam hereditatem capere prohibentur, prohibeantur quoque fiscum bonorum possessione agnita excludere, nam quoad hoc attinet hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur, d. §. vbicumq; notat Ræuardus. lib. 3. variorū, capit. 4. ad finem, & plura accuratè scribens Ioannes Pareja in suo Otio quadrimestri. 2 p. ad legem Iuliam & Papiam, ex numero. 10.

9 Ergo in hoc & sequentibus titulis cum de bonorum possessionibus acturi simus, definitionem præmittere necessarium erit quam Vlpianus scripsit, in l. 3. §. bonorum D. de bonorum possessionibus his verbis. *bonorū possessio est ius prosequendi, retinendiq; patrimonij, sine rei, quæ cuiusque cum is moritur fuerit*. explicant præter ordinarios ibi. Hippolyt. Riminal. in rub. num. 180. C. qui admitti. And. Alcia. in l. 1. num. 25. C. qui admitti, & lib. 4. paradox. cap. 1. Vaconius lib. 3. declarationū. cap. 48. Ema. Costa in l. Gallus. §. & quid si tantū. 3. par. nu. 138. D. de liberis & posth. Petrus Gregor. 3. p. Syntagmatum. lib. 43. cap. 2. Ioannes Fichard. in rub. num. 20. C. qui admitti. Cagnolus, nu. 79. Bolognet. num. 53.

10 Sed subsistamus parum per, & eā nos quoque explicemus. Dicitur, *ius*, ad differentiam possessionis rerum corporalium, quæ in facto consistit. l. 1. D. de acq. possess. l. fi. ibi. *corporaliter*. C. eodem, iuxta quæ intelliges textum in l. bonorum appellatio. 208. D. de verborum significat. est enim accipienda de hac bonorū apellatione, quæ in iure cōsistit & cōmoda & incōmoda cōtinet, l. 1. l. 3. in prin. D. de bon. pos. l. nāquod. 14. §. vlt. D. ad S. C. Trebel. l. heredi. 119. ibi. *sicuti bonorum possessio*. D. de verborum significa. non de illa particulari, quæ deducto ære alieno sumitur, vt in l. subsignatū. 39. §. bona. D. illo titulo, quod & elegāter explicuit I. C. in l. 1. & in dicta. l. 3. §. hereditatis.

11 D. de bonorum possessionibus: † Quo fit, vt qui possessionem habet rerum à defuncto relictarum, necesse habeat petere vt Prætor hāc bonorum possessionem hereditariam decernat, quæ ei ius & quasi dominium tribuat rerum: contra autem etsi decreta fuerit hæc bonorum possessio Prætoria, nō tamen per hoc tribuitur corporalis possessio, quæ factum apprehensionis requirit. † Hinc etiam fit, pupillum qui sine tutore acquirere bona potest, conditionemque suam meliorem facere, textus in principio supra de auct. tut. hanc tamen bonorum possessionem sine tutore agnoscere non posse, sicuti neq; hereditatem adire, l. more. 8. D. de acq. heredit. coniuncto. §. neque tamen. supra de auct. tutorum. † Constat etiā, 13 *bonorum possessionem*, nō idem significare, si aut disiunctim, aut conuerso ordine proferatur, vt Accursio placuit in d. l. 3. §. hereditatis. D. de bonorum possessioni. quem cōmuniter omnes hic, & in l. 1. C. qui admitti, sequuntur. Sed malè, quoniam verius est, quocumque modo prolatam semper iuxta subiectam materiam intelligendam esse, vt vel possessionem rerum quæ corporis est, & in facto consistit, vel hanc, de qua in his titulis significet, vt

in rubrica. C. qui admitti. sub num. 55. Zuchardus scripsit. sensit Iacob. Cuiacius. lib. 4. observat. cap. 6. Barnab. Brisonius libr. 2. de verborum significatione. fol. 52. pag. 2. And. Alciat. in l. 1. num. 51. C. qui admitti. Vaconius. d. cap. 48. num. 13. iuxta sententiam glossæ 71. in ca. nihil obstat. argumento eiusdem text. extra de verborum signi. & l. quoniam indignum. 15. C. de testamentis. extat elegans Tullij testimonium pro Cluentio Auito: *Intestatum esse dico mortuum, possessionemq; bonorum ex edicto Prætoris huic illius sororis filio adolescenti honestissimo ortam.* & apud Iurisconsultos sunt expressa loca in l. cogniti. 4. §. vt possessio. D. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. qui ex liberis. 11. §. testamento. D. de bon. poss. secundum tab. l. Octani. 9. l. fin. D. vnde cognati. l. in honorarijs. 35. D. de oblig. & act.

14 Præterea verbum illud, *ius*, in nostra definitione, ad prætorium non ad ciuile referendū est, vti interpretatur Mynsing. & Claudius in hac rubrica, de bonor. poss. vt sic ab hereditate differat, quæ iuris ciuilis successio est, à qua & in alijs quoq; multis distinguitur: siquidem ad agnoscendam bonorum possessionem iudicem adire necesse est, l. fin. C. qui admitti. §. fi. infra de bono. possess. In adeunda verò hereditate solus animus sufficit, verbis aut factis declaratus, l. pro hered. 22. l. gerit. 88. D. de acquir. hered. Item heres adeundo verum dominum nanciscitur. §. fin. supra de heredum qualit. & diff. bonorum autem possessor, quasi dominus à Prætore constituitur, quoniam Prætor dominium tribuere non poterat: sed Princeps, aut lex. l. fin. C. de iure dom. impet. l. eleganter. 24. D. de pig. actio. iuncto §. quos autem. hoc tit. de bon. poss. vnde in l. 2. D. eodē. bonorum possessor non heres, sed vice heredis habetur, neque his repugnat. l. hereditatis. 138. D. de verbo. signi. quæ nō generaliter accipienda est, sed iuxta inscriptionem quam habet, vt supra diximus num. 8. & notat Balduinus lib. 4. de iure nouo. pag. 99.

15 Rursus in definitione dicitur, *prosequendi retinendiq; patrimonij*, quoniam non satis erat bonorum possessionem esse ius prosequendi, nisi & retinendi quoq; causa daretur, habetq; hæc possessio cōiunctam retentionem dominij, vt latius disputant Cynus & Albericus, in d. l. 3. §. bonorum. D. de bon. possess. Riminaldus in Rub. C. qui admitti, numer. 180. quibus fauet regula. l. rem in bonis. 52. D. de acquir.
16 rerum domin. † Sed iam insurgit difficultas, nihil videri differre bonorum possessionem, à possessoria hereditatis petitione, de qua integer titulus. D. de possessoria hereditatis petitione. Respondet tamen Accursius in dicta rubrica, C. qui admitti. versi. *& intellige*, & in d. l. 3. §. bonorum. verbo, *ius*: Bonorum possessionem esse ius propter quod prosequimur, non quo prosequimur, atque ita bonorum possessionem esse causam remotam adquirendi dominij: at vero hereditatis petitionem possessoriam esse causam proximam. Accursij solutionem sequūtur plures, quos refert Riminaldus. dicto num. 180. Sebast. Sapia. num. 14. & 27. qui tamen eam improbant. Aliam solutionem scripsit Bart. in d. §. bonorum. num. 6. quam defendunt ijdem Sapia, & Decius in d. rub. C. qui admitti. Alciat. lib. 4. paradox. cap. 1. sed reijcit Riminal. ex num. 200.

17 Quare vt hæc cessent, resolues bonorum possessionem definiri ab Vlpiano postquam iam est agnita, quæ habet coniunctam dominij retentionem, & persequutionem, vt interpretatur Balduinus in Proteorijs huius tituli de bonorum possession. nu. 7. ante quem Albericus, & Cynus in dict. §. bonorum. quibus fauet text. in l. 1. ibi, *item q́ue dominium rerū quæ in his bonis sunt, tribuit.* D. de bonorum possess. neque enim posset dominium tribuere antequam esset à Prætore concessa. Nec obstat per possessoriam hereditatis petionem fieri hanc eandem persequutionem, nam respondeo, ius petitionis hereditatis nihil aliud esse, quamuis hoc bonorum possessionis in iudicium deductum, ex l. licet. 10. ibi. *intendit.* D. de pet. heredit. l. 1. §. 1. ibi. *Sed & suo iure.* D. si pars hered. petit. quod non solum in iudicijs vniuersalibus verum est, sed etiam in omnibus actionibus particularibus idem contingit, nusquam enim actionum singulare ius est, sed ex iure illo, quod Accurs. in dict. rubric. & in dicto verbo *Ius*, vocauit ius propter quod actione agitur, quia actiones nihil aliud continent, quam formulam. l. 2. §. ex his legibus. D. de orig. iuris. sic ius propter quod actionem ipsam appellant l. C. in l. final. D. de euictio-
18 nib. † & obligatio æquiuocé pro actione ponitur, in l. quoties. 41. D. de oblig. & action. l. non omnis. 19. D. de reb. cred. & si cert. pet. l. naturalis. 5. §. & siquidem. D. de præs. verbis sensit Cuiac. ad Vlpianum. titulo. 25. Viglius. in princ. rubric. supra de inoffic. testam.

19 Secundò pro generali huius materiæ explicatione præmitto, bonorū possessionē aliā ordinariā esse, aliā extraordinariā, aliā Edictalē appellari, alterā Decretalē, vt docet Acc. in §. septima. verbo, *& extraordinariā*, hoc t. de bon. poss. & in l. fi. §. fin autē, verbo, *ex decreto*, C. de curat. furios. & in l. 1. §. Decretalis, verbo, *eam* D. de succes. edict. sequitur Bar. in d. l. 3. §. à municipibus. n. 3. D. h. t. de bon. poss. cōmunis teste Decio in d. rub. C. qui admitti, nu. 17. Maranta in l. is potest. n. 209. D. de acq. hered. Pet. Gregor. d. lib. 43. c. 2. n. 6. Vvesembec. in Paratit. D. de bon. poss. n. 10. Brisso. li. 2. de verb.
20 sig. pag. 52. ad fi. † Bonorū possessio ordinaria est quæ liberis, parētib⁹, & alijs datur, quę-q; certa edicti parte cōtinetur. l. 3. §. vlt. D. de

Carbonia

Carbonia.edicto.§.sunt autem,§.septima.h.t.
21 de bon.pos. † Extraordinaria vero, quæ nul lacerta edicti parte vel ad testamentum,vel ad intestati causam adiungitur,sed ex nouis legibus,prout quæque res incidit extra ordinem datur,vt in exemplis ab Accursio relatis.dict. verbo,*& extraordinariam.*

22 Edictalis bonorum possessio,de qua in l.eũ quidam.30.§.1.D.de acq.hered.& in l.1.§.sed etsi.D.si tab.testam.nullæ ex tab. est illa quæ ex edicto defertur,& in Prætoris edicto ante-
23 quam decreta sit continetur † Decretalis autem,de qua in l.1. §.Decretalis. D. de succes. edicto.& in l.2.§.Dies.cum seq.D. quis ordo in bon.poss.seruetur, l. 2. §. si quis ex liberis. D.ad S.C. Tertull.dicitur bonorũ possessio, postquam iam est decreta,& quæ decreto petitur,& cognitionem pro tribunali decretumque desiderat.Sic docet Accur.d. verb.*ex decreto*,& d.verb.*eam*,& sanè rectè,quamuis cõtrarium idem scripserit in d.§.à municipibus,verbo,*Prætoris*, defendantque plures à Riminal. relati in dicta rub.num.306.Forcatulus,dialogo.11.Costanus,lib.1.quæst.iuris cap.11.n.6. & 8.Sed prima Accursij sententia,quæ expresse probatur d.§.Decretalis.d.§.dies.d.§.si quis ex liberis,vt contraria cessent, sic explicanda est: quod bonorum possessio edictalis ius tribuit,ex d.l.3.§.bonorum.D. de bon.pos.Decretalis ius non tribuit,qualis est Carboniana, de qua in titu. D.de Carboniano edicto,de vẽtre in possessio.mitt.de bonorum pos.furioso. &c.De qua etiam est intelligendus textus in d.l.1.§.sed etsi ex Carboniano. D. si tab.test. nullæ ex tab.l.fin.§.sin autem. C. de curatore furioso.l.heres furiosi.54.D. de pet. hered. & in d.§.decretalis, quem bene explicat Riminald.in d.rub.num.316.Forcat.d. nu. 6. Petr. Faber.in l.3.D.de reg.iuris.Cuiac.lib.3. obseruat.c.11.& ad African.tract.4. ad fi. Menoch. de adipiscenda possessione, remedio.1.nu. 10.

Principium tituli.

Ibi. *Ius bonorum possessionis introductum est à Prætore emendandi veteris iuris gratia.*

QVæ ad huius versiculi pertinent explicationem, & qua ratione Prætor bonorum possessiones introduxerit, latè diximus supra in rubrica huius tituli, ex numero.2.

VERSICVLVS.

Nam si alienus posthumus.

1 *Posthumus quis dicatur remissiuè.*
2 *Posthumus aut suus,aut alienus,& quis suus, quis alienus sit.*
3 *Posthumus alienus iure ciuili heres institui non potest,iuxta communem opinionem.*
4 *Contraria sententia vertor multo ex noua doctissimi Præceptoris communis Doctoris Gabrielis Henriquez,iuris Ciuilis primarij apud Salmanticenses anteceßoris ostenditur, & numeris sequentibus.*
5 *Posthumus in certa persona,siue suus, siue alienus,iuxta communem.*
7 *Posthumus certo & indubitabili signo potest demonstrari.*
8 *Angelus Spanochius contra communem alienũ posthumum institui semper potuisse defendit.*
9 *Posthumus alienus lege duodecim tabularum institui poterat.*
10 *Interpretatio nostri textus,ibi,*quamuis hereditatem à iure ciuili adire non poterat,cum institutio non valebat.
11 *Posthumus adire hereditatem iure ciuili non potest,quousque natus fari possit.*
12 *Posthumus institutus dum in ventre erat per bonorum possessionem,ex edicto de ventre in possessionem mittendo:natus ex edicto de bonorum possessione furioso infanti,& c.adiuuabatur.*
13 *Posthumus alienus, & infans nouo iure adire hereditatem, aut saltem eorum tutores illorum nomine possunt.*
14 *Posthumis suis hoc Prætorium remedium nõ necessarium,quia ipso iure heredes fiunt.*
15 *Galli Aquilij consilium quare inductum.*
16 *§.Posthumo.inst.de legatis.*
17 *Bon.pos.competit,quibus & ius legitimæ successionis.*
18 *Bonorum possessiones legitimis etiam heredibus viles sunt.*

1 EXIGEBAT is locus longam de posthumi alieni institutione disputationem,sed institutum nostrum eam non admittit, quare ea tantum quæ ad literalem expositionẽ pertinent breuiter percurremus.Quis ergo dicatur verus posthumus docet Iurisconsultus in l.3.§.posthumos.D.de iniust.rup. & in l.no
2 men filiarum.164. D.de verborum sig. † Posthumus autem aut suus est,aut alienus.Posthumus suus ille est,qui natus inter suos futurus testatori heres est.tex.in §.ita demum. versic. *posthumi*,supra,de hered. quæ ab intesta. def. Alienus posthumus est ille qui natus inter suos heres testatori futurus non est, tex. in §.
3 posthumo quoq;,supra de legatis. † Is ergo alienus posthumus heres institui iure ciuili nõ poterat,vt Iustinianus hic docet, & in. §. posthumo iuncto.§,legati,sup.de lega. vnde cum iure Ciuili non posset adire cum eius institutio non valeret,Prætorio iure bonorum possessor efficiebatur.

4 Sed nobiscum ex diametro pugnat idẽ Iustinia.in §.posthumus autem.supra de lega. & in hoc nostro princi. verf.*Sed & is.* ibi *quasi & iure Ciuili nõ incognitus*, ex quibus autoritatib⁹

planè constat alieni posthumi institutionem & olim, & hodie admissam esse, quod omnino tenendum est. Et secundò probatur ex tx. in l. quidam relegatus. 6. §. si tibi & posthumo, cõiuncta l. vtrum. 8. D. de reb. dub. Tertiò ex l. eius seruum. 64. D. de hered inst. coniuncta l. si mihi & tibi. 12. §. reg. D. de leg. 1. l. non minus. 31. D. de here. inst. Quartò ex l. filius fam. 16. D. de test. Quintò ex l. substitui. 17. D. de vul. Sextò ex l. Lucius. 85. in fi. D. de hered. inst. Septimò ex d. l. nõ est ambigendũ. 12. in prin. & §. vbicũque D. h. t. Deinde & octauò idem suadetur ex l. heredi posthumo. 130. D. de legatis & fideicom. 1. Vlt. ex l. Gallus. 29. in prin. D. de liberis & posthumis.

5 Præterea, & ratione nostra sententia probatur, quoniam etsi variæ traditæ sint rationes ab interpretibus, qui contra putãt, quare posthumus alienus iure ciuili institui non posset, vt constat ex Bart. Aret. & alijs in dict. l. Gallus. Conna. lib. 10. com. cap. 3. col. 5. Alciato libr. 3. paradox. cap. 3. Lelio Taurello ad Gallum. pag. 7. illa tamen quæ frequentiori calculo ab ijs recipitur, quia licèt incerta persona erat, incertæ autem personæ institui nũquam potuerunt §. incertis. iuncto. §. posthumo. sup. de legat. quam ex illis iuribus obseruauit Theoph. latè sequitur Costa in d. §. posthumus. n. 9. ni-
6 hil conuincit, † æqualiter enim conuincit in posthumo suo, qui non magis certa persona, eo quod sit suus, quàm extrancus est.

7 † Item quia posthumus non censetur persona incerta, cum certo & indubitabili signo possit demonstrari, iuxta sentẽtiam glossæ finalis ad finem. in l. si pater filiũ. 26. D. de vulgari. quodque satis constat ex d. §. posthumo quoque. vbi distinguitur à personis incertis, de quibus meminerat Iustinian. in paragr. præcedentibus. Quinimo etsi incertam personam esse fateamur, cum tamen sit incerta de certis, veluti ex certa muliere, vel ex futuro euentu significanda, scilicet, per natiuitatem adhuc institui posset, l. quidã relegatus. 6. D. de rebus dubijs. l. vter ex fratribus. 23. D. de cond. institu-
8 tionum. † Et inde communes omnes rationes huius prohibitionis rectè probat Angelus Spanochius lib. singulari ad d. l. Gallus. partic. 15. qui nouissimè contra alios defendit hanc, quã nos sequimur opinionẽ, scilicet, alieni posthumi institutionem, nulla vnquam lege prohibitam fuisse, quam etsi ipse tanquam à se nouiter inuentam sententiam & existimationem referat, ego tamẽ quatuordecim ab hinc annis à communi præceptore Gabriele Henriquez, huius nostræ Academiæ Iuris Ciuilis primario me excepisse memini, qui dum hunc titulũ interpretaretur eam constanter defendit, & hodie etiam probat in Scholijs ad dictam l. Gallus.

9 Planè duodecim tabularum legibus alienos posthumos licuisse instituere, eruditè iam probarunt Lelius Taurellus iam relatus, & Ludouicus Charõdas. lib. 1. verosimil. cap. 15. quos laudat Spanochius, particula 14. num. 4. quod ipsi ideo conuincunt, non quia eis legibus hoc nominatim permitteretur, sed quia latissima per eas leges fuit omnibus testãdi facultas permissa. l. verbis legis. 120. D. de verborum significatione, & de vetita alienorum posthumorũ institutione, verbum nullum reperitur, sicuti nec de suis instituendis quicquam cautum est, quod quia latius expendit, probat, & exornat Præceptor noster ad d. l. Gallus, non amplius insistimus.

10 Superest igitur nostrum text. & d. §. posthumoque, quibus contrariũ probari hactenus creditũ est, interpretemur, & sanè omissa noua interpretatione Spanochij, particula. 16. ex n. 22. obseruo, Iustinian. hic nõ docere, Prætoris beneficium alienis posthumis fuisse concessũ, quia iure ciuili eorum institutio non valebat, sed illud potius eos bonorum possessionẽ habere, quãuis iur. ciu. adire hereditatẽ nõ poterant, cũ institutio nõ valebat, id est quãdiu institutio illo iure effectũ sortiri nõ poterat, quasi verò cũ primũ posset adire hereditatẽ integra ei
11 esset iure ciuili aditio ex institutione valida, † tũc autẽ posthum⁹, adire poterat, cũ nat⁹ fari posset, quod ei fauorabiliter cõcessũ fuit, l. pupill⁹ si fari. 9. D. de acquirẽda hered. † Interim autẽ erat ei Prætoris beneficiũ necessariũ, qui cum primum posthumus natus erat dabat ei bonorum possessionem ex illa parte edicti, *de bonorum possessione furioso, infanti, muto surdo, & cæco competente*, de qua loquitur titulus tertius libri 37. Digestorum. In ventre autem existentes adiuuabat mittendo vẽtrem in possessionem, ex ea causa, ex qua natus acquirere posset hereditatem, l. extraneo. 6. l. 1. §. si filiꝰ. versiculo. *& si hic nepos.* D. de vent. in possess. mitte. l. 1. §. filio. versiculo *argumento est*, D. ad
12 Tertullianum. † Quæ bonorum possessio alieno posthumo sęculo, & ætate mediç iurisprudentiæ, quæ post leges duodecim tabularum fuit, §. cæterum, versiculo, *media autem.* supra, de leg. ag. successione, erat necessaria, quousque Imperator Theodosius illam corrigens, infanti adire hereditatem permisit, cum patris, vel tutoris authoritate. l. si infanti. 18. C. de iure deli. pater enim aut tutor pupilli infantis nomine, item & ventris adire rectè poterat. Ex quibus interpretor nostrum text. in
13 versiculo. *Sed & is à nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi iuri Ciuili non incognitus.* vt quod hic Iustinianus de iure Ciuili docet ad leges duodecim tabularum referendum sit, iuxta supra obseruata. Eius autem cõstitutio etsi hodie non extet, aliquando tamẽ lata fuit, & postea in posteriori Codicis emendatione sublata, argumento l. 1. versic.

vel si

vel si quæ similes. C. de emendatione Iustin.

14 Cod. † Hoc autem Prætorium bonorum possessionis beneficium ideo posthumis suis heredibus non fuit necessarium, quia ipso iure etiam sine aditione heredes fiebant. §. posthumi. §. sui. supra de hered. quæ ab intestato, & sic intelliges. l. more. 8. ver. *de ea*. D. de acquiren. heredit. cum alijs, quæ de suis posthumis loquuntur. † Ex quibus constat, Gallo Aquilio negotium non feciſſe circa institutionem nepotis posthumi, prohibitionem institutionis alieni posthumi, quæ nulla erat: dedit igitur consilium optimum, iuxta iuris regulas, iuxta quod posthumus testamentum non rumperet, quamuis suus efficeretur, sublato patre de medio, neque necesse esset, illum cum patre instituere.

16 Deinde non obstat tex. in d. §. posthumo cui latè respondet Spanochius dicta particula 16. ex num. 3. eleganter notans duo obseruanda omnino esse. Alterum ex dict. §. posthumo, coniuncto, §. legari. non conuinci illis posse tantum hereditatem relinqui, qui legatum accipere possunt, sed illud potius habentibus testamenti factionem passiuam legata relinqui posse, quod & probat Iurisconsultus in d. l. filius fam. 16. D. de testamentis, versicul. *& ideo*. Vnde etsi hoc argumentū procedat, *potest huic legari, ergo & hereditas dari, non potest hereditas dari, ergo neque legari*: non tamen illud, vt omnibus quibus hereditas dari potest, possit etiam legari, quia neque omnibus, neque semper, vt deduces in dicto §. posthumo. & d. §. posthumus: ergo regula generalis est, vt quibus hereditas datur possit & legatum relinqui, quæ tamen in posthumo alieno fallit quidem antiquo iure propter dominij acquisitionem, quæ cum in legatis ipso iure fiat, à morte testatoris iuxta vulgaria ad posthumum acquisitionis incapax non spectat: quam rationem latè expendit Spanochius vbi supra. Aliud est in d. §. posthumo, non vetari legatum fieri, sed pronunciari inutiliter fieri, quæ ad inuicem maximè differunt, siquidem contingere potest, vt capax sit generatim posthumus, ei tamen legetur in casum, si enim posthumo alieno legaui qui mox me adhuc viuente nascitur, cur non debebitur legatum me mortuo? contrà vero si post mortem meam nascetur, inutile legatum erit, cum nequeat dominium ei acquiri, qui casus cum à testatore respiciatur, qui se statim moriturum cogitabat, inde Iustinianus generaliter dixit inutiliter ei legari.

Versiculus, *Aliquando*, ibi. *Sed magis confirmandi gratia*.

17 HOc bonorum possessionis Prætorium beneficium non tantum illis, qui iure ciuili destituuntur concessum est, vt proximè superiori exemplo vidimus, verùm etiam, & his qui eodem iure admittuntur, tam ex testamento, quàm ab intestato, vt in exemplis paragraphi, sunt autem, infra eodem, & in de apud iuris authores erat consequentia necessaria. *defertur legitima hereditas: ergo ei competit bonorum possessio*. l. 2. §. interdum. D. de suis & leg. hered. l. 2. §. defertur. versic. *nam sicut* D. de bonorum possessione, secundùm tabulas l. in plurimum. 69. versicul. *idem iuris*. D. de acquirend. hered.

18 Quod si obijcias, inutilia hæc remedia possessoria esse, cum & sine eis heredes rectè fieri possent: Respondebo, quod etsi non fuerint omnino necessaria, inutilia tamē nō sunt: expedit enim plures vias habere, quibus quis experiatur, & hereditatem consequi possit, vt vna repudiata, alia superfit. l. suum heredem. decima tertia. C. de iure deliberandi. item adeūdæ hereditatis tempus cōtinuum est, agnoscendæ vero bonorum possessionis vtile. §. fi. infra eodem vbi dicemus.

§. *Quos autem*. 1.

1 *Prætor non facit heredem, sed bonorum possessorem: & num. 6. & 12.*
2 *Prætor iuris condendi potestatem habuit. & numero. 16.*
3 *Lex heredem & dominum facere potest.*
4 *Bonorum possessori qui dat, adimplet conditionē de dando heredi. & num. 38.*
5 *Conditiones in specifica forma adimplendæ sunt.*
6 *Verba*, ipso iure, *significant*; *idest*, *iure Ciuili. & num. 10.*
7 *Interdum quod fine iudice fit.*
8 *Aliquando ius naturale.*
9 *Nonnunquam ius non scriptum.*
11 *L. puberem. 11. C. de iure deliberandi.*
12 *Prætor dominium non tribuit.*
13 *Prætor legis condendæ potestatem non habuit, & numeris sequentibus de Prætoris potestate multa.*
§. Prætorum quoque edicta inst. de iure naturali. gent. & ciuili.
17 *L. nam & ipsum. 8. D. de iust. & iure.*
20 *L. 2. §. eodem tēpore, & magistratus. D. de origi. iur.*
21 *Fenestellæ liber supposititius est.*
22 *Bonorum possessores loco heredum sunt, non tamen heredes.*
23 *Bonorum possessorum, & heredum differentiæ plures, & numeris sequentibus.*
24 *Bonorum possessio intra annum à filijs peti debet, & a cognatis intra triginta dies, hereditas intra triginta annos potest adiri.*
25 *Bonorum possessori competit possessoria hereditatis petitio. heredi aditio hereditatis.*
26 *Bonorum possessio inuitis non datur, hereditas aliquando inuitis etiam obuenit.*
27 *Bonorum possessio à Prætore peti debet, hereditas animo aditur.*

28 *Bonorum possessio per procuratorem petitur, hereditas non sta.*
29 *Bonorum possessor quasi dominus, heres dominus fit.*
30 *Bonorum possessionem filius ignorante patre agnoscere potest.*
31 *Filius ignorante patre hereditatem adire non potest.*
32 *Hereditas adeuntem obligat creditoribus, & legatarijs.*
L. qui in aliena. 6. in principio, D. de acquiren. hereditate.
33 *Obligationes initium à persona eorum, qui obligandi sunt, sumere debent.*
34 *L. seruo inuito. 65. in principio. D. ad Senatus Consultum Trebel.*
35 *Bonorum possessionem & hereditatem hoc in casu non differre, disputationis gratia probatur, & num. seq.*
36 *Bonorum possessio & hereditas plerunque confunduntur, vt multis ostenditur.*
37 *L. 2. D. de possessorio hereditatis petitione.*
39 *Bonorum possessionem qui ex mandata agnoscere potest, potest & hereditatem adire.*
40 *Bonorum possessio commoda & incommoda cõtinet, quemadmodum & hereditas.*
41 *Bonorum possessionem qui agnoscit pro herede gerere dicitur, bonorumque possessores heredes dicuntur.*
42 *Differentiæ rationem nullam hoc in casu inter bonorum possessionem & hereditatem esse putat Decius.*
43 *Differentiæ plures, remissiuè.*
44 *Accursij differentia communis.*
Aditio hereditatis in nuda voluntate consistit.
45 *Aditio hereditatis est de iure ciuili.*
46 *Filius fam. voluntatem an habeat.*
47 *Patriam potestatem Prætor non considerat. nu. 48 & 49.*
49 *Filius fam. fideicommissi restitutionem etiam sine patre petit.*
50 *Bartoli opinio quare bonorum possessionem petere filius fam. iniussu patris possit, adire autem non possit.*
51 *Actiones directæ transeunt in heredem per additionem, vtiles per bonorum possessionem, & fideicommissi restitutionem.*
52 *Actiones vtiles à directis effectu non discrepant.*
53 *Optio serui legati à filio familias, sine patre fit.*
54 *Bonorum possessio maiorem exigit solemnitatem.*
55 *Baldi opinio, & differentiæ ratio inter bonorũ possessionem, & hereditatem proponitur, & sequitur num. seq.*
56 *Aditio hereditatis actus est legitimus, cuius substantiæ dies aut conditio repugnat.*
57 *Decij, & aliorum argumenta contra Baldi opinionem.*
Emancipatio actus legitimus ex ratihabitione pendere potest. & num. 59.
58 *Optio actus legitimus ratihabitionem recipit. & num. 62.*
59 *Defenditur Baldus à Decij impugnationibus.*
60 *Principis concessio vim legis habet.*
61 *Legati dominium quæritur legatario ipso iure, reuocabiliter tamen.*
62 *Electio conditionem non admittit.*
63 *Aditio hereditatis pro forma paternum, & dominicum iustum requirit, & quare nu. seq.*
64 *Dominium aditione hereditatis transfertur per filium & seruum, in patrem & dominum.*
65 *Bonorum possessio non directum sed vtile dominium transfert*
66 *L. 1. C. qui admitti. & nu. seq.*
67 *Bonorum possessio iniussu patris agnita sinere est donec eam pater ratam habeat, & nu. seq.*
68 *Bonorum possessio à filio fam. agnita, quam pater ratam non habet, vtriusque respectu inutilis, & quare nu. 69. & seq.*
70 *Hereditas & bonorum possessio indiuidua.*
71 *§. neque tamen. Inst. de authorit. tutorum.*

1 EVM qui à Prætore admissus succedit siue contra testamentum, siue ab intestato heredem non esse sed bonorum possessorem vocari, quia Prætor heredem facere non potest, docet Imperator hic, idem probat l. 2. D. hoc tit. l. 6. D. de alienat. iud. l. Prætor. 117. D. de regu. iuris. ex quibus infra referendi.

2 Sed obstat primo, quoniam Prætor potuit legem ferre, & ius Ciuile corrigere. l. ius autẽ. 7. §. ius Prætorũ. D. de iust. & iu. tex. in §. Prætorum quoque. sup. de iure naturali. coniuncta Clem. ge Romani. ibi. *quod lex superioris*, de electio. cap. innotuit. 20. ibi. *cum non habeat*, extra de elect. l. fi. ibi. *& leges interpretari.* C. de legib. l. ille à quo. 13. §. tempestiuum. D. ad Trebell. ex quibus potuisse Prætorem legem condere, tenet Bal. in l. omnes populi. nu. 7. D. de iust. & iure. latè Decius in rub. nu. 19. C. qui admitti, & plures, quos ibi refert Riminal. nu. 59. Zasius. in l. 2. §. vt crearetur. D. de orig. iur. Mynsing. in d. §. Prætorum. Ant. Roscius lib. 3. memorabil. cap. 9. ex nu. 12. quibus etiam fauet d. l. 2. §. eodem tẽpore & magistratus. D. de orig. iuris, vbi inter cæteros Legũlatores Prętores annumerantur, & eos retulit Feneſtella, de magistratibus Romanis. c. 19. † Sed sic est quod lex, vel legis potestatem habens heredem facere potest, ex nostro tex. ver. si. *per legem enim*, ergo & Prætor poterit heredem facere, cũ possit legem condere.

3

4 Secundò obstat, nam illis quos ad successionem Prætor vocat, omnia heredum iura concedit, vt in dict. l. 2. D. h. t. adeò, vt quæcumq; de herede dicuntur, locum habeant in eo qui iure Prætorio hereditatem nanciscitur, vt. latè probat Pet. Fab. in d. l. Prætor. 17. D. de regu. iur. & etiam in materia odiosa, & penali admit-

admittit Alcia. in l. hereditatis appellatione. 138.sub nu.3. D.de verb.sign. & inde cõditio illa,*si heres erit*,verificatur etiam in bonorũ possessore.l.in conditionibus.19.§.si pattonus.D. de cõd.& dem. † quod maxime facit, cum cõditiones debeant adimpleri in specifica forma. l.qui heredi.44.l.Mœuius.54. D. de cond. & demon.ergo cum Prætor ei quem ad hereditatem admisit,& bonorum possessorem effecit, omnia heredum iura & commoda concedat,dicendum est eum verè heredem esse alioqui leges verbis non rebus impositæ essent, contra l.2.C.communia.de legatis.

Quibus tamen argumentis non obstantibus adhuc defendendum est,à solo Prætore ad successionem vocatum non heredem sed bonorũ possessorem effici,qui tamen & à Prætore & iure ciuili simul admittitur ipso iure heredem fieri,quod probat hic Iustinianus in illis verbis,*heredes quidem ipso iure non fiunt*.quæ variè interpretantur Doctores,vt colliges ex Bellono,lib.1.supputat.cap.10. Duareno, ad titulum de in litem iurand.num.15.Alcia.in l. rogasti.§.si tibi decem.num.18.D.si certum pet. Reguardo libro singulari ad legẽ Scriboniam. num.4.& lib.2.variorum. cap. 6.Simancas libro de Catholicis institutionibus.capite.9.numero 38.qui plurima iuxta interpretationem illorum verborum,*ipso iure*,pro nostri textus & aliorum plurium explicatione commiscẽtur,tu tamen resolue, prout subiecta materia suadet accipienda esse. † Nam interdum significant id quod fit sine iudice,aut vlla solemnitate,quod vulgo dicimus *ipso facto*, quemadmodum accipimus in l.scimus.36.C.de inofficioso testamento,in principio.in l.finali. C. de compensationibus, quæ significatio in iure Pontificio frequens est,veluti cum excommunicationem aut pœnam ipso iure incurri dicitur,quamuis & hoc casu sentẽtiam declaratoriam requiri contendat Simancas, dict. num. 38.& cum Ioanne Matiençio, & Ioanne Gutierrez resoluimus in disputatione de mora. num.41.

Interdum etiam illis verbis Ius naturale denotant Iuris Consulti,veluti cum dicunt pactum nedũ tolli ipso iure,& valere. l. si vnus. 28.§.pactus ne peteret.D.de pactis. l.Stichũ. 65.paragrapho,naturalis. D. de solutionibus. Nonnumquam ius non scriptum, sed quod moribus introductum est demonstratur, l. 3. §.sciendum.iuncta l.1. D.de donatio.inter virorum. † Frequentius autem *ipsum ius* per antonomasiam *ius ciuile* dicitur, vt in l.in causæ. 17.ibi.*satis enim ipso iure munitus est*. D.de minoribus.l.si vsus fructus.9.§.illud.ibi, *siue ipso iure quis vsum fructũ habeat*. D. vsusfruct.quẽadmodum cau.l.1.ibi: *& pleraque ipso iure non valent*. D. ad Velleianum. l.1.ibi: *tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, non quidem ipso iure*. D. quod falso tutore. l. post legatum.5. ibi. *peteret hereditatem ipso iure poterunt*. D.de his quibus indig.l.1.§.fin.ibi. *& ipsa ad exemplum earum quæ ipso iure constitutæ sunt*. D.de superficiebus.& in §. infra de perpetuis & temporalib. actionibus. cum multis alijs, quibus consonat noster textus,ibi:*heredes quidem ipso iure non fiunt*.qui sic accipiendus est, nihil enim aliud significat quàm eos qui à Prætore vocantur heredes non fieri iure ciuili, quemadmodũ iure ciuili heredes sunt qui simul à Prætore & lege admittuntur,iuxta finem principij huius tituli. † Quam interpretationem confirmat text.in l.puberem.12. C. de iure deliberandi, qui quidem ostendit quod quando ius ciuile & honorarium in tribuenda hereditate concurrunt,admissus, iure ciuili heres fiebat,ita eum textum interpretatur Alexand.in l.ex asse.num.8.D.ad Trebell. & multis confirmat Menchaca lib.2.de succes.creatione.§. 19.ex nu.73. item & expressè ex nostro textu iuncto principio huius tituli manifestè ostẽditur,cũ enim ibi Imperator dixisset eos qui à prætore vocantur & lege,iure ciuili heredes effici,subijcit statim,quos autem solus vocat Prætor ad hereditatem heredes quidem ipso iure non fiunt,idest Ciuili, qui est planus nostri text.sensus,omissis pluribus relatis per Decium in dict.rubrica. C.qui admitti in 1. lect. numero 14.& 2.lect.numer. 19. Antonium Roscium dict.lib.3. memorabilium, cap. 10. Fortunium in l.iuris gentium. §. Prætor ait. numero.11.D.de pactis.Bellonum. dict.lib.1. supputat.cap.10.

Quibus sic constitutis non obstant in contrarium adducta, nam etsi eis motus Fortunius,in dict.numero. 11. existimauerit, Prætorem heredem facere posse,&nostro textui, conetur satisfacere,id tamen non præstat, cuius decisione retenta,ad fundamenta in contrarium adducta omissis solutionibus Bart. in l. Iulianus,numero.31.D.de condict.indeb. Belloni.& Anton.Roscij,vbi supra.Alciati.lib.3. pareg.capite.3.Anton. Conti.lib.1.disputat. capit. 8. respondendum est: Prætorem non potuisse heredem facere,quia hoc nihil aliud est,quàm dominum facere. §. fin.supra de hered.qualit.obseruat Connanus,lib.10. comm. cap.5. in principio,prætor autem dominium directum tribuere non potest. l. debitor. 59. D.ad Trebellian. textus qui sic necessariò debet intelligi in l. qui vsumfructũ.3. D.si vsusfructus petatur quia illud eis tantùmodis queritur quos enumerat Vlpianus in fragmentis, titulo 19. versiculo, *singularum*, inter quos Prætor non enumeratur, qui lucrum condere non poterat, vt mox dicemus: quo fit vt ijs quos ad successionem vocant id dominium tantum quod nostri vtile appellant concedat.

13 Neque obstat tex. in. d. §. Prætorum quoq; : quia longe verius est prætorem legis condendæ potestatem non habuisse, vt plane docet Theophilus in. d. §. prætorum. & probatur ex lege Prętoria quã refert Alexander ab Alexãdro lib. 2. dierum genialium, capite. 15. Alciat. lib. 3. parergõ. cap. 3. cuius antiquæ legis vestigium obseruasse videtur Cõstantius in. l. 1. C. de officio Prętor. dum disceptatorem prætorem vocat, quam explicat Iacobus Ræuardus. lib. 3. variorum, cap. fin. numero. 7.

14 † Deinde idem constat ex nostro textu ver sicul. *Per legem enim tantum.* vbi Iustinianus docet, ideo prętorem heredem facere non posse, quia per leges vel similes constitutiones heredes fiunt, ergo Prætor neque lex est, neque legi similis; quapropter tale consequens colligi videtur, *non potest facere heredem, ergo neque legẽ*, & è contrario, *non potest legem constituere, igitur neque facere heredem.* quod idem colligi videtur ex l. cum sponsus. 14. §. fin. D. de Publiciana: & eruditè exornat Rayn. Corsi. li. 3. indagat. c. 4.

15 † Præterea id ipsum probatur, quia à Prætore ad Populum appellabatur, ex Cicerone li. 3. de legibus. quod fieri non posset si legẽ ferre potuisset Prætor, ex vulgari reg. l. formam. 2. iuncta glossa ibidem. C. de off. præf. præt. Orient. & l. fin. C. de legib. & notatis à Baldo numer. 4. Alexandro. num. 78. in l. imperium. D. de iurisd. omnium. iudi.

16 † Nec in contrariũ facit, ꝙ vt supra diximꝰ, Prætor ius corrigere potest, ergo & nouum condere. Quia id sic est accipiẽdũ vt suppleat ius ciuile suggerente ęquitate vbi ius ciuile deficit. Quã expositionem ad principium huius
17 tituli obseruat ibidem in notis Cuiacius, † quo sensu accipienda est l. nã & ipsum. 8. D. de iustitia & iure, vbi prætor viua vox iuris ciuilis appellatur, id est, vti ego existimo, vt quẽadmodum vox declarat sensum hominis, ita & prætor ius Ciuile; & inde Cicero li. 3. de legib.
18 Prætorẽ legem loquentem appellat. † Adde etiam id quod dicitur Prætorem ius corrigere posse, id est supplere, procedere in casibus particularibus in quibus Prætor poterat ius dicere; veluti in bonorũ possessionibꝰ dãdis & alijs de quibus per Vlpianũ. in. l. 1. D. de iurisd. om. iud. Alexandrum ab Alexandro. d. li. 2. cap. 15. tunc enim æquitate suggerente extensionem faciebat ad personas in iure non cõprehensas; veluti emãcipatos & cognatos admittẽs, quod & iudices hodie facere tenẽtur, l. placuit. 8. C. de iudicijs, explicat latè Conna. li. 1. c. 11. Dua
19 renus lib. 2. disput. c. 18. † Prętera mirum nõ est, quod dicatur, emendasse, aut correxisse prætorem ius ciuile, nam & Iuris Consulti quibus tantũ datũ erat interpretari, quandoque cõtra legẽ specialiter respondebant, vt colliges ex. l. bona fides. 31. D. depositi. l. in causæ. 17. §. idem Põpon. D. de minor. l. itẽ si pretio. 25. §. fi. D. locati. vbi dicitur naturaliter licere cõtrahẽtibus adinuicẽ se decipere, cũ tamen nihil magis contra naturam sit. Hoc igitur præstitit Prætorum & Iurisconsultorum interpretatio, vt quod forte esse contra ius ipsum, aut naturam videbatur, ipsorũ interpretatione naturale & legitimũ esset, vt in vsucapionum materia docuerunt Pinelus in. l. 2. C. de rescindenda venditione. 1. p. capite. 1. numero. 39. Duarenus in principio. D. de pactis.

20 Rursus nõ obstat. d. l. 2. D. de origine iuris, quãuis enim dicatur prætorẽ ius reddere, illud tamen non omnino legis vim habebat, vt plane deduces ex. d. §. prætorũ quoque. ibi: *nõ modicam obtinent iuris authoritatẽ.* quod optimè considerauit Bellon. dict. lib. 1. cap. 9. numero. 1. latius Raynald. Corsus. d. capite. 4.

21 Denique authoritas Feneſtellæ, d. cap. 19. nihil facit, nam libellus ille suppositicius est, quãuis ei credulus nimis tribuat Aymarius de historia iuris ciuilis lib. 3. capite vlt. nec enim vlla ratione probari potest esse illius L. Feneſtellæ, qui multis annis ante Vlpianum, & Põponium floruit, iamque liber ille sub vero authoris nomine prælis mãdatus est, scilicet, Andreę cuiusdam Dominici Florentini, qui error nuper detectus est ab AEgidio Vbitisio. ex quibus apparet Prętorem legẽ ferre non potuisse, & ideo dominium non tribuere, ac per consequens neque heredem facere.

22 Non obstat secundum argumentum, quãuis enim bonorum possessores heredum iura cõsequantur, non tamen per omnia heredes fiũt, vt probat noster tex. ibi. *loco heredũ constituuntur.* & in d. l. 2. D. eod. ibi. *vice heredũ.* † Sũt autẽ inter heredes & bonorum possessores plu-
23 res differentiæ, nã heres intra triginta † annos
24 adire potest. l. licèt. 8. C. de iure delib. bonorũ possessor intra annũ si filius sit; si agnatus vel cognatus intra triginta dies petere bonorum
25 possessionẽ debet, §. cũ igitur. infrà eodem. † Præterea heredi petitio hereditatis ciuilis cõpetit. l. 1. D. de petitione. heredit. bonorũ possessori, possessoria hereditatis petit. l. 1. & 2. D. de possessoria hered. petitione, quæ anno cùm prætoria sit, illa cum ciuilis perpetuo durat. Tex. in principio de perpet. & temp. acti.
26 † Deinde bonorũ poss. inuito nũquã datur. l. 3. §. inuit. D. ꝺ bon. poss. her. inuitis obu. §. sui. su. ꝺ her. qual. &. §. sui. de her. quæ ab int. defer.
27 Vlteriꝰ hereditas animo aditur. l. pro hered. 20. D. illo tit. bonorũ possessio à prætore peti
28 deb. §. fi. inf. eod. † Itẽ bonorũ poss. per procuratorẽ petitur. l. 3. §. acquir. D. hoc tit. hered. adiri per procuratorẽ nõ potest. l. Paulus. 89. D. de acquir. heredit. l. 15. tit. 6. partita. 6.

29 Rursus heres directũ dominium à lege consequitur. l. cũ hered. 23. D. acquir. possessione. bonorum possessor quasi dominus à Prætore cõstituitur, iuxta nostrũ textum, & suprà tradita.

dita. Plane cum hodie directum illud dominiū in vsu non sit. l. vnica. C. de nudo Quirit. toll. & Prætoris officium ab vsu recesserit, apparet omnem vim bonorum possessionis tantillatam esse in hereditatem, & ideo quæcunque de bonorum possessoribus scripta sunt in heredibus hodie debent intelligi, & practicari, vt notat Gregorius. glos. 1. versicul. *ego vero.* in l. 19. tit. 1. part. 6. diximus in rubrica. num. 1.

38 Denique nobilissima inter hereditatem, & bonorum possessionem est differentia illa quę desumitur ex l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. D. de acquir. hered. & l. 1. C. qui admitti. iuxta quam quia variis in locis plura comminiscuntur interpretes, parumper subsistendum duximus. Filius ignorante patre potest bonorum possessionem petere, satque est si post eam agnitam patris consensus & ratihabitio subsequatur. d. l. 1. C. qui admitti. l. qui in aliena. 6. in principio. D. de acquir. hered. l. seruo inuito. 65. in principio. D. ad S. C. Treb. l. 3. §. acquire. D. de bonorum posses. l. vltima. D. quis ordo in bonorum posses. seruet. textus difficilis, 37 (quem sic intelligas velim) in. l. filius fam. 8. ibi. *vt proximus cognatus patre consentiente possessionem agnouit.* D. vnde liberi. idest siue pater consentiat ante agnitionem bonorum possessionis; siue post iam agnitam ratam habeat. Exornant Nicolaus Belonus lib. 3. supputat. cap. 1. Bernardinus Valterus lib. 1. miscell. capit. 24. & lib. 2. cap. 38. Andr. Alciatus lib. 4. paradox. cap. 3. Arius Pinelus in l. 1. 1. par. num. 30. C. de bonis maternis.

31 Secus autē est in hereditate quam filius sine iussu & voluntate patris non potest adire, d. l. qui in aliena. 6. in principi. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum. cum sequentib. D. de acq. here-

32 dit. † Vertitur enim in aditione obligatio. l. apud Iulianum. 3. §. fin. D. ex qui. cau. in posse. eat. d. l. ex maleficijs. 4. §. heres. D. de oblig. & act. d. §. heres, infrà de obligati. quę ex quasi cō tract. nascuntur, quæ patrem sequitur, ideoque ne inuitus obligetur, receptum est, vt filius nō possit sine eius iussu adire, vti explicuit Vl-

33 pianus in d. l. qui in aliena. † quia obligationes initium sumere debent à consensu & voluntate eorum qui obligandi sunt. l. 1. §. adeo D. de pact. l. quæcunque gerimus. 11. D. de obligationib. & actionib. quemadmodum in non dissimili casu respondit Vlpianus in. leg.

34 more. 8. D. de acquiren. heredit. † & Martianus in. d. l. seruo inuito. 65. D. ad S. C. Trebell. ne restitutio hereditatis fiat inuito domino serui, cui restitutio facienda est; quia in restitutione hereditatis, non minus quàm in aditione, successio & obligatio vertitur. leg. non enim. 38. illo titulo. §. restituta. supra de fideicommissarijs hereditatibus.

35 Sed maxima nunc vrget difficultas, qua ratione hereditatis aditio patris iussum præce-

dentem exigat, ex paulò superius adductis; bonorum autem possessionis agnitionē subsequi patris rati habitionem sufficiat, ex tx. in. l. 1. C. quia admitti ad bonorum possessionem possunt, cū similibus. nullum etenim discrimen inter eas constituendum videbatur; siquidem bonorum possessor vice heredis habetur. l. 2. D. de bonorum possessionib. noster tx. in hoc, §.

36 quos autem. † Et plerumq; confunduntur bonorum possess. & her. l. 3. in prin. & in §. heredi tatis autem, D. de bonorum poss. l. fin. ibi. *qua liscūque testatio amplectendæ hereditatis ostendatur.* C. qui admitti. vbi hereditas pro bonorum possessione accipitur, obseruat Frā. Duarenus ad lib. 37. Pandectarum cap. 2. & diximus in rubrica huius ti. n. 10. & potest. cōsiderari l. filius 9. D. de coll. bonorum, vt perinde teneatur bonorum possessor, ac si hereditatem adijsset. l. Isqui in potestate. 15. versi. *sed si solus.* D. de legatis præstandis. & ab hereditate ad bonorum possessionem rationē deduxit Vlpianus in. l. vnica ver. *Sed qua ratione.* D. de libertis municipum & vniuersitatum. † & hæc est ratio l. 2. D. de possessoria hered. petit. vbi. I. C. Caius scripsit per possessoriam hereditatis petitionē tantumdem bonorū possessorem consequi quā tum ciuilibus actionibus heres cōsequi potest.

38 † & l. is qui in potestate, 15. §. si extraneo. D. de legat. præstandis. l. in conditionibus. 19. §. si patronus. D. de condit. & demonstrat. ex quibus constat conditiones *de dando heredi, & si quis heres non erit.* quæ alias in specifica forma adimplendæ sunt. l. qui here. 44. l. Mæuius. 55 D. illo tit. verificari in bonorum possessore. †

39 Deinde conducit ratio d. l. siquis mihi bona. 25. §. sed quid si mandauit. D. de acqui. her. vbi iussus de agnoscenda bonorū possess. sufficit vt filius hereditatem adire possit. † Atq; constat

40 eandem illā rationem quæ mouet ne filius iniussu patris adeat, ne ipsum inuitum ęri alieno obliget, militare & adesse in bonorū possessione, quæ similiter cōmoda & incōmoda, lucra & damna habet, siue in corporibus sint, siue in actionibus l. 1. 2. & 3. in princ. D. de bonorū possessionibus. † Verius potest considerari ratio tx. in l. 1. §. bonorū. D. Ad S. C. Tre. & magis in l. puberē. 12. C. de iure deliberādi. Vbi dicitur Puberē bonorū possessionem agnoscentē pro herede gerere, cum tamē constet eū qui

41 pro herede gerit de iure ciuili adire, d. l. siquis mihi bona. 25. §. sed quid si mandauit, iuncta l. pro herede. 22. D. de acqui. hered. Quibus denique addo meliorē tex. totius iuris ciuilis (vt venerandæ antiquitatis more loquamur,) in. l. 1. ibi. *hi qui bonorum possessionem vnde liberi acceperint, pro rata portione heredes extitisse palā est.* C. vnde liberi.

42 Hæc cum ita sint, vt veram huius discriminis rationem interpretes constituant, valde laborant, vti constat ex Accurs. Bartol.

tol.& reliquis in d.l.qui in aliena,& in.d.§.iussum.& in d.§.acquirere.l.3.D. de bon. possessionib.& in d.l.seruo inuito.& in l.1. C.qui admitti.vbi tamen Decius difficultate superatus,frustrà nos laborare ait,posseque applicari,l.non omnium. 20.D.de legibus,à quo non multum discrepat Bellon.lib.3. supputat.c.3. dicens, nullam concludentem rationem excogitare posse,quia ita quidem veteribus placuisse indicat Vlpian.in d.l.qui in aliena,ibi.*Sed in*
43 *bonorum possessione placuit, &c.* † Verum enitendum erit,vt rem inquiramus, vt fecerunt Accurs.& alij in dictis locis, vltra quos Hippolytus Riminaldus in d.l.1.decē rationes cōgerit & improbat ex num.479. Bolognetus ex nu.75.Franc.Duaren.ad tit. D. de acq. hered. cap.de seruo.pag.1055.& lib.2.disputat. cap. 10.Ronchegallus in hoc.§.quos autem.ex nu. 35.Petrus Loriotus de apicibus iuris. tractat. de acquirenda hereditate.axiom.18.& 19. Alciat.lib.4.parerg.cap.3.Bellonus dict.lib. 3. c. 1.& 3.Arius Pinelus in.l.1.1.par.ex nu.30.C. de bon.maternis. ex quorum omnium placitis,quæ certior sit explicabitur, & proponetur,sed quæ antiquioribus placuit audienda in primis erit.

44 Accursius ergo in d.l.1. verbo *transacto tempore*.verticulo:*Item quare*,existimat, ideo hereditatem à filio fam. paterno præcedente iussu adeundam necessario esse,quoniam eius aditio in nuda tantum voluntate consistit.§.fin. sup. de hered.qualit.& diff. aliquando verbis, aliquando factis explicata,iuxta l.proherede.22. l.gerit.83.cum multis alijs.D.de acquiren.he-
45 red. † estque de iure ciuili, iuxta eundem Accursium.verbo,*ciuitatis*.in l.1.D. de acquirendo rerum dom.l.actus legitimi.75. D. de reg.
46 iuris. † Vnde cum iure ciuili filius familias nec suæ potestatis nec voluntatis sit,l.nam ciuium.4 cum sequenti. D.de his qui sunt sui. §.1.suprà de patria potest. coniuncta. l. velle nō creditur.4.D.de reg.iuris.& ijs quæ in eius proposito scientissime ibidē tradit Petrus Faber omnino videndus.vt aliquam in adeundo voluntatem habere videatur,iussum & paternam voluntatem præcedere necessarium est, quæ nisi præcedat aditio tanquam sine voluntate facta nulla erit,indeque nec ratificari poterit,argumento text.in cap.auditis.29.de ele
47 ctione. † Quæ in bonorum possessione non militant,quoniam Prætor, patriæ potestatis omissis regulis, solam naturalem æquitatem considerat.vt deduces ex Iustiniano in §.emancipati.suprà de hered. quæ ab intestato defer.
48 † filius autem fam.vt constat, naturaliter perfectam voluntatem habet, qua possit bonorū possessionē agnoscere,vnde Prætor ab eo agnitam à patre ratificari posse voluit. hæc est Accursij ratio à pluribus interpretibus sequuta,vt constat ex Alciato in l.2.D.de legat.2. Aretino.in d.l.qui in aliena. colu.2.Curtio iuniore in d.l.1.n.33.Hippoly. Riminal. n. 481.

49 Falsa tamen est communiter, quādo ab omnibus improbari asserit idem Riminald. vbi suprà num.fin.& sanè rectè, tum quia verius est filium fam.voluntatem & consensum habere, d.l.tam ex contractibus.37.D.de iudicijs, d.l. filius fam.39.D.de oblig.& actionib,cùm etiā quia ea attenta sequeretur eum non posse petere restitutionem fideicommissi, nisi iussus patris accederet,cum ea restitutio inducta fuerit ex S.C.Trebelliano,& sic ex Iure ciuili.l. ius autem ciuile.7.D.de inst.& iure. quod tamen falsum est, & contra iura expressa in l.si legatus.30.§.si filio.& d.l.seruo inuito,quibus probatur si filio fam.vel seruo hereditas restituatur,& postea pater vel dominus ratum habuerit, transire ex Trebelliano S. Consulto actiones.

50 Nec difficultatem huius argumentationis dissoluit Bartolus in d. l.qui in aliena, docens, aditionem hereditatis esse actum solemniorē
51 bonorum possessione, † quia per aditionem hereditatis actiones omnes, & iura directa transeunt in heredem adeuntem l. cū heredes. 23.D.de acquir.pos.l.& si fine.8. §. sed quod Papinianus.D.de minoribus.per bonorum autem possessionem solum transeunt iura vtilia, textus hic,quod idem & in restitutione fidei commissi euenit.§.sed quia,suprà de fidei commissarijs hereditat. Vnde licet restitutio fideicommissi ciuilis sit, quia tamen non est tam solemnis actus sicut aditio, patris iussum non requirit,sed ratificari postea potest,vti in d. §.
52 si filio. † Quoniam quoad effectum attinet inter vtiles & directas actiones nullum esse discrimen constat.l.actio. 47. D. de neg. gestis. quinimo aliquando efficacior est vtilis, quàm directa actio.vt in exemplo.l.1. C. de obligationib⁹,&actionibus.& l.3.C.de nouationib⁹.
53 † Deinde optio serui legati, non est tam solēnis actus,sicut restitutio fideicommissi, & tamen fieri à filio sine patris iussu non potest.l. Iulianus.10.D.de legat.1.ergo in exigendo paterno iussu solemnitas non consideratur. Denique quia Bartolus considerat bonorum possessionem & hereditatem iam perfectas, hoc est,iam agnitas & aditas, quo tempore transfundunt actiones vtiles & directas,nostra autē disputatio est,antequā agnoscantur, vel adeantur. † Potestque considerari parem vtriusq; solemnitatem non esse sed maiorem in bonorum possessione agnoscenda requiri,cum hæc iudicis præsentiam exigat necessariò.l.fin. C. qui admitti.hereditas verò sola voluntate adiri possit.§.fin.suprà de hered. qualitate.

55 Quare superiori communi interpretatione omissa, & alijs multis, quæ ab interpretibus adductis supra num.42. congeruntur. Sequenda est opinio doctissimi Præceptoris nostri

nostri Domini Petri de Tapia, olim in hac nostra Salmanticensi Academia in Maiori & antiquiori Sancti Bartholomei collegio nobilissimo alumni, Iustinianeique Codicis post vnas & alias in iure ciuili adeptas Lauros interpretis Matutini, apud Maximum Philippum secundum (iam inter Diuos relatum) in Granatensi primum, in Vallisoletano deinde Sex decim viri Iudicisque integerrimi, mox in supremo Rei Dominicæ consilio clarissimi Senatoris, nunc vero apud Magnum Philippum tertium Consiliarij, & eius supremi Regij Fisci acerrimi Patroni. Is ergo (eruditus sanè vir) in priuatis commentarijs, quæ nobis sub tanto præceptore excipientibus, ad. leg. 1. C. qui admitti dictabat, in re subobscura & lubrica, dicebat ideo in hereditatis aditione patris iussum necessarium esse, in bonorum autem possessio
56 nis agnitione non item; † quoniam etsi regulariter omnes legitimi actus in diem & sub cõditione concipi possint. §. omnis, infrà de verbo. obligat. leg. 2. D. de in diem addict. sunt tamen quidam quorum substantiæ dies, aut conditio repugnat, quos Papinianus enumerat in l. Actus legitimi 77. D. de reg. iur. inter quos hereditatis aditio connumeratur, quæ nec diẽ recipit, nec conditionem, d. l. actus. & l. eum qui. 51. §. fina. D. de acquir. heredit. & inde nec patris rati habitio in ea sufficiet; quoniam si sufficiens esset, penderet eius effectus & validitas à patris voluntate, & per consequens admitteret conditionem cõtra eius substantiam. At verò bonorum possessio cum non sit de actibus legitimis ibidẽ enumeratis, ex patris ratihabitione pendere rectè potest, ita vt ea sequuta quia retro trahitur, & mandato æquiparatur efficax & valida sit, perinde ac si ab initio pater mandauisset. Hanc rationem probant Paulus Castrensis in d. l. qui in aliena. num. 12. Alex. num. 7. Iaso. num. 28. & Riminaldus in d. l. 1. C. qui admitti nu. pen. Igneus nu. 37. Nigris. n. 75.

57 Sed ab ea discedunt Decius in. d. leg. 1. lectura. 1. num. 10. & 2. lect. num. 100. Hieronymus Cagnol. numero. penul. & mouentur primò ex eo. quoniam emancipatio qui est actus legitimus enumeratus in d. l. actus, potest pendere ex ratihabitione. l. iubemus. C. de emancipationib. liberorum. l. 16. titul. 18. part. 4. †

58 Deinde optio, quæ similiter in d. l. actus refertur, ratihabitione potest confirmari. cap. quod sicut. 28. de electione. ergo pari ratione dicendum videtur hereditatis aditionem ratam à patre haberi posse.

59 Verùm hæc argumenta mouere non debẽt. non primum ex. d. l. iubemus. continet enim ius nouum, ideoque non rectè inducitur ad d. l. Actus. quæ multo fuit anterior. Vlterius, d. l. iubemus, loquitur in emãcipatione quę fit ex principis rescripto, cuius concessio hãc habet
60 naturam, vt ex eã quæratur ius absenti, † quia Principis concessio vim legis habet. l. penulti. C. de donat. inter vir. & vxor. & quod defertur ex legis dispositione, absenti & ignoranti quæritur, l. cum pater. 79. §. surdo D. de leg. 2. atque ita emancipatio in d. l. iubemus. nullam recipit dilationem cum per eam ius absenti filio statim fuerit quæsita. Nec obstat filij consensum requiri quoniam non desideratur per viam ratihabitionis, vt per eam actus confirmetur, sed per viam acceptationis, vt ius illud
61 iam quæsitum fiat irreuocabile; † vt alias dicitur in legato, cuius dominium quæritur legatario post aditionem hereditatis, reuocabiliter tamen ante ipsius legatarij acceptationem, argum. l. si tibi homo. 88. §. cum seruus. D. de legat. 1. vt in hoc proposito notat Bal. cons. 349. num. 1. lib. 3. Tiraquellus de nobilitate. cap. 6. num. 34.

62 Minus obstat quod de optione obijcit Decius ex d. cap. quod sicut quoniam prẽterquam quod optio serui de qua in d. l. actus diuersa est ab electione. de qua extant integri tituli in iure Canonico, verius etiam est, electionem conditionem non admittere. cap. 2. de electione & inde neque ratihabitione confirmari posse, capit. auditis. 29. eodem tit. quo fit, vt optio per filium fam. sine iussu patris fieri non possit l. Iulianus. 10. D. de leg. 1. nec his repugnat textus in d. ca. quod sicut quia loquitur in electione valida, quæ tamen poterat retractari, & per ratihibitionem liberatur ab huiusmodi retractatione.

63 Quod si tu nunc vrgeas, cur magis in aditione hereditatis, quam in bonorum possessione, paternus iussus præcedere debeat, dicam hanc formam & solemnitatem à lege aditioni filij fam. & serui esse præscriptam, vt iussus eorum in quorum sunt potestate præcedat, vt insinuat lex. 4, ibi. *solemnitati iuris satisfactum videri.* C. de iure delib. iedoque eam omnino obseruandam esse, ne alias actus vitietur, reg. l. cum hi. 8 §. si Prætor. D. de transactionibus, quę in bonorum possessione inducta non est, sed sufficit, cum cui delata est, eam coram iudice petere, ex textu in dict. l. 1. & in l. fin. C. qui admitti.

64 Quod si subtiliter instes, cur magis in hereditate, quàm in bonorum possessione hæc forma inducta sit; Respondebo, quia ea hereditatis substantiæ conuenit, nam cum per aditionem dominium transferatur, quod nostri ciuile, directum, & Quiritarium vocant, & sic filius aut seruus statim adita hereditate patrem, aut dominum directos dominos hereditatis efficiant. l. placet. 78. D. de acquirend. hereditate, & is qui semel heres est, desinere esse heres non possit. l. ei qui soluendo. 88. D. de heredi. inst. iussum præcedere necessariũ est, ne aliàs inuiti ęri alieno obligentur. quod esset satis iniquum;

quum, aut quod iam facti heredes, nomen illud deponerent, quòd est impossibile. † Hoc 65
in bonorum possessione non militat, cum per eam non fiat quis heres, sed bonorum possessor: non transmittatur directum, sed vtile dominiū, textus hic iūcto. §. fi. su. de hered. qualit. & diff. & Vlpian. doctrina in fragmentis titu. 1. 9. de dominijs & acquis. rer. vbi scribens modos quibus rerū dominia directa, & ciuilia nanciscimur, beneficij Prætoris nō meminit. † d. 66
l. 1. C. qui admitti, & quod ibi scriptum est satis intelligi, cum enim cōstet patriam potestatem filio fam. impedimento non esse quo minus bonorum possessionem agnoscere possit, tēpus currere necessariū est, illoque transacto
eam amitti. † Quibus addendum est, hanc bo- 67
norum possessionem à filio fam. sine patris cō sensu agnitam, donec eam pater ratam habeat in pendēti esse, & sine re, hoc est sine effectu: sequuta tamen ratihabitione effectū sortiri, & cū re esse, vt insinuat textus in l. filijs matrem, 25. C. de inofficioso testam. l. filius fam. 7. D. vnde liberi, Vlpianus in fragm. titu. 23. & titu. 28. Iacobus Cuiacius in §. nō tamen. supra, quibus mod. testa. infirm. & lib. 4. obseruationū.
24. verisimumque esse † agnitam à filio bo- 68
norum possessionem, siue ignorante, siue inuito patre, ab eodem postea ratam haberi oportere, vt efficax sit: quod si eam pater ratam nō habeat vtriusque respectu inutilem esse, ex d. l. 1. ibi. *si ratam possessionem pater habuerit* secundò ex l. fi. ibi. *vel ratam habeat agnitionem bonorum possessionis.* & ibi. *quæ si petita esset tamē nō ante admitteretur, quā pater comprobasset.* D. quis ordo in bon. pos. seru. Tertiò ex l. fi. versi. *siue è contrario patre recusante.* C. de bonis quæ lib. vbi nouiter fuit dispositum sequuta recusatione posse filium acquirere, ergo antea non poterat. Quartò ex. l. qui in aliena. 6. §. si is qui putabat. D. de acqui. hered. vbi qui pater fam. cū esset, crederet se filiū fam. adire nō potest, ergo longè minus qui filius fam. est. Nec obstat filium fam. ex omnibus contractib. tanquam patrem fam. obligari. l. tam ex contractibus, 57. D. de iudi. l. filius fam. 39. D. de oblig. & actionib. l. penult. C. de cess. bon. ideoque ex agnitione bonorum possessionis, ipsum saltē filium manere obligatum, etsi eam pater ratā non habeat, arg. l. ex maleficijs. 4. §. heres. D. de oblig. & actionib. l. apud Iulian. 3. §. fin. cū l. seq. D. quibus ex caus. in possi. eat. §. heres infrà de oblig. quæ ex quasi contr. nascuntur. varijs enim rationibus omissis, quas à Bart. & reliquis traditas, recenset & improbat Ioan. Bolognetus ex nu. 26. in d. l. 1. C. qui admitti. rectissimè respondet Iaso. in d. l. 1. C. qui admitti, quē post alios sequitur, & explicat Nicol.
Bellon. lib. 3. supputat. cap. 2. † Ideò filium 69
fam. neque aditione hereditatis, neq; agnitione bonorum possessionis inuitum patrem suū obligare, quoniam cum hereditas, & bonorum possessio iuris sint, commodaque & incōmoda contineant, iniquum esset eos inuitos æri alieno, & negotijs rebusque hereditarijs implicare, vt Vlpia. in d. l. qui in aliena. 6. in princi. D. de acquir. hered. explicuit, vnde æquū fuit eius ratihabitionem, qui agnoscentem in potestate habet necessariam esse, neque interim dū ratihabitio subsequitur in filij persona consistere, † quoniam cum hereditas & bonorum 70
possessio indiuidua sit. l. 1. cum multis alijs ibi. D. de acquir. hered. l. vnica. §. his igitur. C. de caducis tollendis, & commoda, & incommoda contineat. l. 1. l. 3. in prin. D. de bon. poss. ita vt alia ab alijs non possint separari, fieri non potest, vt incommoda, quæ patri inuito, & ignoranti non quæruntur penes filium remaneant, commoda autem vel patri acquirantur, vel quandiu pendet ratihabitio, insuspenso sint, cum heres, item & bonorum possessor, qui vice heredis est, defunctum testatorē refert. Auth. de iureiuran. à mor. præst. in prin. & inde necessariò & passiuas & actiuas obligationes simul habere debeat, quemadmodum & pene defunctū erant. Ergo quamuis in reliquis contractibus & causis filius fam. tāquam pater fam. obligetur, id tamē in aditione hereditatis, & agnitione bonorū possessionis non contingit, quoniā si obligaretur, statim & pater, propter rationē. l. placet. 78. D. de acquir. hered. & sic inuitus æri alieno, quod ferendum non est.
Nec obstat si mihi obijcias, in vna eademq; 71
persona diuidi aliquando obligationem actiuā à passiua, ecce, pupillus si sine tutoris authoritate contrahat meliorem conditionem suā efficere potest, aliūque sibi obligare, dereriorem vero non potest, nec alteri obligari. §. 1. Inst. de autho. tut. ergo pari ratione filius fam. hereditarias obligationes diuidere poterit, nam respondeo id euenire ex natura rei, & obligationis, quam eo casu diuidi nihil impedit, quod hereditas & bonorum possessio non admittūt vt in eod. pupillo sine tutoris authoritate adeūte, & bonorum possessionem agnoscente scriptum est in dict. §. 1. l. morte. 8. D. de acqui. hered. l. 16. titu. 16. part. 6. quæ est elegans ratio dict. §. neque tamen suprà de authoritate tutorum.

§. *Adhuc autem.* 2.

1 *Explicatio huius textus, remissiue.*

1 PRo huius textus explicatione vide quæ diximus ad Rubricam huius tit. ex nu. 2.

§. *Sunt autem.* 3.

1 *Bonorum possessiones quadam ex testamēto: quadam abintestato.*

Bonorum possessio ex testamento datur liberis prate-

præteritis, & num. 4. & sequentibus. & numero. 10.

2 *Bonorum possessio contra tabulas datur liberis præteritis. & num. 11. & sequentibus.*

3 *Testamentum nullum filio suo herede præterito. & num. 11.*

6 *Bonorum possessione contra tabulas data durat testamentum, potestque hereditas adiri, quamuis testantis iudicium rescindatur. & nu. 8. & 9.*

7 *Principium titul. Inst. de heredib. quæ abintesta to def.*

10 *L. vt liberis. 17. C. de collationibus.*

11 *Testamentum nullū filio suo herede præterito. etiam iure prætorio.*

16 *Bonorum possessio contra tabulas rescindit non testamentum sed iudicium defuncti.*

17 *Bonorum possessio secundùm tabulas etiam ex testamento nullo datur.*

18 *L. quod Vulgo. 19. D. de bon. possess. contra tabulas.*

19 *Bonorum possessio* Secundùm tabulas. *quæ scriptis heredibus datur quando* cum re, *& quā do* sine re, *est,*

20 *L. posthumus. 12. verficulo* Idem & circa. D. *de iniusto rupto.*

21 *Bonorum possessio,* Vnde liberi, *datur liberis abintestato, quorum prima est causa in successione.*

22 *Bonorum possessio,* Vnde legitimi, *quæ & quibus detur.*

23 *Bonorū possessio,* Vnde decem personæ, *quæ & quibus detur.*

24 *Bonorum possessio* Vnde cognati, *quæ & quibus detur.*

25 *Bonorum possessio quæ* Tamquam ex familia, *dabatur, quæ & quibus daretur.*

26 *Bonorum possessio,* quæ patrono patronæque, liberisque eorum dabatur. *an necessaria fuerit.*

27 *Bonorum possessio,* Vnde vir & vxor. *cui vxori, & quando concedatur.*

28 *Bonorum possessio quæ cognatis manumissoris dabatur.*

ENVMERAT Iustinianus, bonorū possessiones quæ olim à Prætore vel emendandi, vel supplendi, vel iuuandi veteris iuris gratia inductæ fuêre, quarum etsi nonnullæ ab eodem Imperatore, vt sequentibus paragraphis constat, sublatæ sint, vt tamen nihil antiquitatis penitus ignoretur, eas sigillatim, breuiter tamen, discutiemus, sed antea nostri textus sententiam explicemus oportet.

1 Igitur probat Iustinianus bonorum possessiones, alias ex testamento esse, alias ab intestato, & ex testamento bonorum possessionem esse, quæ liberis præteritis datur. † Sed 2 obstat maximè, nam liberis præteritis datur bonorum possessio contra tabulas, vt per totum. D. de bonorum possessione contra tabulas, &. C. eodem. §. emancipatos suprà de exheredat. liberorum. igitur non ex testamento. vt hic Iustinianus affirmat.

3 Secundò contra nostrum textum. ibi. *liberis præteritis.* iuncta glos. eodem verbo obstat filio suo herede prçterito nullum esse testamentum. l. inter cætera. 30. D. de lib. & posthum. l. 1. ibi: *aut nullius momenti.* D. de iniust. rupto. tex. in princi. suprà de exheredat. liberor. ergo contra tabulas bonorum possessio dari non poterit, quod enim nullum est rumpi non potest. l. nam etsi sub conditione. 5. versiculo. *post defectum.* D. de iniusto rupto. cum alijs.

4 Verum hæc Iustiniano non obstant, non primum, nam Accurs. hic, verbo *contra tabulas,* versiculo, *item quare,* existimat ob id bonorum possessionem contra tabulas ex testamento dici, quoniam necesse est, esse testamentum cōtra quod competat, & quod per ipsam rescindatur; quod & docuit in princi. suprà de hereditat. ab intesta. verbo *extiterit.* quem sequitur Iaso in l. posthumo nato. numer. 14. C. de contra tab. Decius in l. vt lib. num. 21. C. de collationib.

5 Sed hęc opinio conuincitur, quoniam si per bonorū possessionē cōtra tabulas testamentū rescinderetur, reduceretur ad causam intestati, iuxta textū in. d. princ. ibi. *ruptum.* & inde potius debuisset connumerari inter bonorum possessiones quæ ab intestato dantur.

6 Vnde tu dic bonorū possessione contra tabulas accepta adhuc testamentum durare, & valere, & hereditatem posse adiri, iuxta iura expressa, & quæ sic necessario intelligēda sunt in l. ita tamen. 27. §. Marcellus. D. ad Trebell. in leg. filium. 20. D. de bonorum. possessione cōtra. tabula. in leg. virilis. 8. §. si adie 7 rit. D. de leg. præst. † Ex qua obseruatione interpretor text. in d. principio de hereditat. quæ ab intest. dum ibi Iustinianus docuit, patrem familias intestatum decedere cum eius testamentum rumpitur, quod vtique est intelligendum de ruptura quæ fit agnatione sui heredis, vt l. 3. D. de iniusto rupto. l. posthumo nato. 2. C. de contra tabul. aut successione, vt in l. posthumorum. 13. D. de iniust. rupt. non verò accepta bonorum possessione contra tabulas, testator enim nondum diceretur intestatus cum eius testamentum posset vel irritum fieri repudiante scripto herede vel confirmari eodem adeunte. † Quæ sanè 8 aditio sine effectu est, cum integrum emolumentum hereditatis ad bonorum possessorem aliàs deberet pertinere, heres tamen adeundo confirmat libertates directas, vt in dict. §. si adierit, & ex heredationes vt in. d. l. filium, & eadem ratione tabulas pupillares & tutelas; sic etiam bene ficium scripti heredis

9 redis venale erit, vt in dict. l. filium. † Acce-
pta bonorum possessione rescinditur quidem
testantis iudicium, l. 1. in fin. D. de leg. præst.
non verò testamentum quod post Fulgos. ele
ganter explicat Costa, in. 3. §. part. num. 120.
Duarenus lib. 2. disputat. cap. 30. & insinuat
10 Cuiacius, lib. 3. obser. cap. 20. † Nec contra-
rium probat l. vt liberis. 17. C. de collat. ibi. *re
scisso*. Cui resp. Costa vbi suprà. num. 130. Ale
xand. numero. 6. in l. filiæ. C. illo titu. ex qui-
bus iam constat bonorum possessionem ex te
stamento dici, non solum, quia sine testamen-
to, contra quod detur, competere non potest,
sed quia regulariter cum testamento simul
concurrere potest, quod potest post acceptam
bonorum possessionem confirmari, iuxta su-
prà tradita, & obseruata ab Emanuele vbi
suprà.

11 Neque obstat secundum argumentum: nam
etsi fateamur bonorum possessionem contra
tabulas præteritis liberis dari, iuxta text. no-
strum, siue emancipati sint, siue in potestate. l.
is qui in potestate. 15. l. si duo. 16. D. de leg.
præst. l. maximum. 4. versi. *Sanximus*. C. de lib.
præterit. hoc ideò contingit, quia quamuis iu-
re ciuili nullum est testamentum in quo filij
præteriti sunt, iure autem Prætorio non est
nullum, sed annullandum per bonorum posses-
sionem contra tabulas; quam solutionem scri-
psit gloss. hic, verbo *cõtra tabulas*. & in l. 2. ver-
bo *petita*. C. de bon. possessione contra tab. &
sensit Cuiac. in l. filio præterito. D. de iniust.
12 rupt. Sed falsa omnino est, & expressè conuin
citur ex tex. in l. 1. §. fin. D. si tab. test. nullæ
ex tab. vbi si filius emancipatus sit exheredа-
tus, & suus præteritus, succedit emancipatus
per bonorum possessionem *Vnde liberi*, quæ
abintestato competit ex nostro tex. ergo con
stat etiam iure prætorio nullum esse testamẽ-
13 tum. † Vnde aliam solutionem scripsit glos
sa verbo *tuebitur*. in d. l. filio præterito. quam
communiter sequutam pluribus relatis testa-
tur Andre. Tiraquel. in l. si vnquam. verbo *re-
uertatur*. num. 13. C. de reuo. donat. Sed rectè
eam improbat Pet. Loriotus de apicibus iuris.
capite de exhered. liberorum, axiomate. 46. ex
tex. in prin. suprà de exhered. liberorum.
14 † Aliam etiam solutionem scripsit Paulus. in
d. l. posthumo, & in l. si filius qui in potestate.
col. 1. D. de lib. & posthum. quam sequuntur
plerique secundum Decium. in d. l. posthu. in
1. lect. num. 12. Riminal. num. 648. Ant. Gom.
1. tom. cap. 11. num. 5. Quam tamen idem An-
ton. Gomez pluribus arg. confundit, quibus
15 postea non satisfacit. † Alteram similiter so
lutionem scripsit in d. l. filio præterito, & in d.
l. posthumo. quam sequũtur Viglius in princi
pio de exhered. lib. Mencha. lib. 2. de succes. ſ.
creat. §. 20. num. 138. aliam Cuiacius in d. l. filio
præterito. aliã Petrus Loriotus vbi suprà, aliã
16 Riminaldus iam relatus num. 657. † Quibus
omnibus omissis respondendũ est. Bonorum
possessionem contra tabulas non tam dari ad
rescindendum testamentum quàm iudicium
defuncti. d. l. 1. D. de leg. præst. & inde quãuis
nullum sit testamentum contra id datur, quia
17 † etiam ex testamento nullo dabat Prætor ad
tuendam testantis voluntatem bonorum pos-
sessionem secundum tabulas, si modo signatũ
esset testamentum, teste Vlpiano in fragmen-
tis titu. 23. versi. *si septem*. & tit. 28. versi. *etiam*.
ad rescindẽdum ergo illud iudicium defuncti,
quod prætor per secũdum tabulas tuetur etiã
ex testamento nullo, datur contra tabulas bo-
norum possessio.

18 Ex quibus constat interpretatio text. in l.
quod vulgo. 19. D. de cõtra tab. vbi hæc bono
rum possessio non potest peti, nisi cõtra id te-
stamentũ ex quo tẽpore mortis testatoris, vel
potuit adiri hereditas, vel bonorũ possessio se-
cundũ tabulas peti, quod quidem difficile ad-
modum interpretibus visum est, cum etiã con
tra testamentum nullum detur cõtra tabulas,
ex quo testamento putant ipsi non dari secun
dũ tabulas. Omissis tamẽ varijs solutionibus,
quas congerit Riminal. vbi suprà nu. 602. ex
suprà proximè traditis facilè intelligitur, q
bonorum possessio secundũ tabulas datur etiã
ex testamento nullo, si modo signatum est,
quod etiam sufficit vt cõtra tabulas detur cui
l. quod vulgò. addes omnino post Hotom. hic.
Duarenũ lib. 2. disputat. cap. 30. Cuiacium. lib.
11. obseruat. c. 14. qui defendũt legendũ ibi es-
se. *contra lignũ*. nõ *contra legẽ*. quicquid contra-
riũ defendat. Ant. Goueanus. lib. 1. lect. cap. 4.

In tex. ibi: *Secundum tabulas.*

19 Proposuit etiam Prætor bonorum posses-
sionem heredibus rectè vtiliterque institutis,
quæ secundũ tabulas appellatur, & ex testamẽ
to quod iure Ciuili valet competit, ex Vlpia-
no. d. tit. 23. versi. *si septem*. & d. ti. 28. versi. *etiã*,
quæ bonorum possessio cum re est, ideſt, cum
effectu, quoties nemo est qui exceptionẽ op-
ponat, rupti vel irriti testamenti, veluti si idẽ
qui aliàs successurus erat abintestato scriptus
sit in eo testamento, † Quo sensu intelligen
20 dus est textus vulgo non intellectus. in l. po-
sthumus. 12. versi. *Idem & circa*. D. de iniust.
rupt. quòd si legitimus successor abintestato
contradicat scripto heredi, sine re, ideſt, sine ef
fectu futura est bonorum possessio, si ille ex-
ceptionem opponat, quod ex nullo testamen
to petita sit bonorum possessio, iuxta text. in
l. qui ex liberis. 11. §. testamento. D. de bono-
rum possessione secund. tab. alia autem quę vt
hæc bonorum possessio competat, desideran-
tur, explicat Vlpianus. in l. 1. D. secũdum tab.
Hotom. in princ. huius. tit. enunciatione. 7.

In

In tex. ibi: *Vnde liberi.*

21 Hactenus de bonorum possessionibus quæ ex testamento competunt, nunc de his quæ abintestato deferuntur, quarum prior est, *Vnde liberi*, qua Prætor liberis abintestato succurrit, tam suis quam emancipatis, l. 1. D. quis ordo in bon. poss. seru. l. 1. §. sed videndum. D. de succes. edict. §. emãcipati suprà de hered. quæ abintest. rectè autem Prætor à liberis initium fecit, vt enim iure ciuili prima causa est in successione liberorum, §. 1. vbi latè diximus. suprà de hered. quæ abintest. ità & hos prætor non modo ex testamento, sed etiam abintestato ad bonorum possessionem vocat, quos naturæ simul & parentum commune votum ad bona admittit, l. scripto. in fin. D. vnde liber. quam rem latè explicant Cuiacius & Vvesembekius in paratitlis. D. si tab. test. nullæ extabunt, Vnde liberi, & omnes nouiores hic.

In tex. ibi: *Legitimis heredibus.*

22 Secũdò loco vocabat Prætor legitimos, hoc est agnatos, per virilis sexus personas, quæ bonorũ possessio appellatur *Vnde legitimi*. Quẽadmodum enim eadem illa duodecim tabularum lege, suis heredibus deficientibus admittebãtur agnati, tex. in princ. suprà de leg. agnat successione, sic & iure Prætorio post suos admittuntur, nam quandiu spes est suum heredẽ aliquem defuncto existere, tandiu consanguineis locus non est, putà si defuncti vxor prægnans sit, aut defuncti filius apud hostes sit, l. inter agnatos. 5. ad fin. D. vnde leg. Plane quẽadmodum ex primo capite *Vnde liberi*, non tãtum liberi, sed & alij qui inter liberos enumerantur admittuntur, & Prætorio & Ciuili iure. tex. in. §. fin. suprà de hered. quæ abintest. tex. in princ. de leg. agnat. successione, sic & secundo capite vocantur legitimi, & qui horũ appellatione continentur, videlicèt, qui ex Tertylliano & Orficiano S. C. admittuntur, item patroni, eorumque filij, vt rectè hic notat Theophil. quem ceteri sequuntur & probat I. C. in. l. 2. §. fin. cũ l. seq. D. vnde legitimi.

In tex. ibi: *Tertio, decem personis.*

23 Tertia bonorum possessio abintestato vocabatur, *vnde decem personæ*, concedebaturque decẽ personis quæ extraneo manumissori preferuntur, vt hic Iustinianus retulit, ad cuius explicationem illud est omnino obseruandum, quod etiam suprà alijs in locis notauimus, quòd olim pater filium quem sua potestate liberare volebat, iubebatur mancipare, ac duobus nummis receptis quasi vendere alteri, qui in hanc rem adhibebatur, eratque fiduciarius pater; ab hoc deindequi emptus erat tamquam seruus manumittebatur, eique manumissori propter huiusmodi libertatis dationem in ra legitimę successionis ad exemplum veri patroni dabantur, præferebaturque ceteris qui manumisso olim agnati, nunc cognati solum erant, propter capitis diminutionem ex emancipatione contingentem. §. minima, suprà de cap. diminutione. Verum Prætor iniquum esse putauit alienissimum hominẽ propter vni horulæ operam datam, istius emancipati hereditatem auferre, & propinquis eius omnibus anteponi; itaq; decem personas, quas hic enumerat Iustinianus voluit ei præferri in successione intestati.

In tex. ibi. *Quartò, cognatis proximis.*

24 Quarta bonorum possessio abintestato cognatis proximis dabatur, l. 1. & per tot. D. vnde cog. tex. in principio & per tot. suprà de successione cog. inter quos & agnati qui capite minuti erant admittebantur, l. legitimis. 5. D. vnde cognati. quod quia latius suprà ad. d. titul. de succes. cognat. explicuimus repetere non licet.

In tex. ibi. *Quintò, tanquam ex familia.*

25 Variè hanc bonorum possessionem Accur. & cæteri explicarunt, Alciat. lib. 1. parerg. ca. 12. & Hotom. hic, enunciatione 6. litteræ receptam hactenus lectionem inuertit, cuius existimatio, mihi non multum displicet, vt familiam interpretemur, non patroni sed liberti ipsius, hoc est liberos tam naturales quam adoptiuos, item & vxorem quæ in manum ipsius conuenerat, & mater familias dicebatur, de quo matrimonij genere, & eius effectibus plura idem Hotom. in princ. sup. de. S. C. Tertyll. P. Vellez de Gueuara ad Topica Ciceronis. §. 8. nu. 3. qui cum ex familia liberti intestati essent patrono præponebantur, eisque quintam bonorum possessionem Prætor concesit.

In tex. ibi. *Sextò, patrono, &c.*

26 Sexta bonorum possessio patrono, patronęque, liberisque & eorum parentibus dabatur, de qua Vlpian. in frag. tit. 28. versiculo *Datur*. & tit. 27. in princ. l. liberto. 17. l. si libertus præterito. 23. §. 1. D. de bon. lib. Neque obstat superfluam esse hanc bonorum possessionem cum patronis eorumque liberis diserte ac nominatim lex. 12. tab. intestati liberti hereditatem tribuat, ac proinde legitimi heredes dicantur, habeantq; bonorũ possessionẽ *vnde legitimi*. d. l. 2. §. fi. D. vnde leg. quia obseruandum est duas patrono bonorũ possessiones cõpetere, vnam quasi ex lege duodecim tabularũ, hoc est, *vnde legitimi*, cum sine suis heredibus libertus decessisset; alterã cùm suũ heredẽ nõ naturalẽ reliquisset, hoc est filiũ adoptiuũ

vel vxorem matrem familias quæ in eius manum conueniſſet, quæ tota Prætoris ex beneficio profecta eſt, qui dimidiam partem bonorum patronis attribuit, cum lex.12.Tab.nihil prorſus ei hoc caſu relinqueret.§.2. vbi diximus ſupra de ſucceſ.libert.

In tex. ibi: *Septimo, viro & vxori.*

27 Erat & alia bonorum poſſeſsio. Quæ ſeptimo loco conſtituta erat, qua deficiente omni cognatione ad vxorem quæ in manum non conuenit bona mariti inteſtati pertinent, & viciſſim ad maritum vxoris ſi tempore mortis iuſtum matrimonium fuerit, nã deportato (exẽpli gratia) in bonis quæſitis poſt deportationem fiſcus ſuccedit non vxor, quia deſijt eſſe iuſta vxor: & ſic intelliges tex. in l. 1. D. vnde vir & vxor. l.1.C.eodem.

In tex. ibi: *Octauò cognatis manumiſſoris.*

28 Octaua ab inteſtato bonorum poſſeſsio cognatis manumiſſoris conceditur. ſiue manumiſerit ingenuum, ſiue libertum, vtrumque enim hoc loco deſignari exiſtimo: deficientibus enim ſuperioribus omnibus perſonis ad extremũ patroni & manumiſſoris cognati vocabãtur, quod etiam Vlp. ſcripſit in fragmentis tit. 28. verſi. *inteſtati.*

§. *Sed eas.* 4. *&* §. *quæ autem.* 5. *&* §. *Cumque antea.* 6. *&* §. *Aliam verò.* 7.

1 *Bonorum poſſeſsiones* Contra tabulas. Secundum tabulas. Vnde liberi, *&* Vnde legitimi, *Iuſtinianus approbauit.*

2 *Abſtenſionis beneficium non facit quem ſuum heredem eſſe deſinere.*

3 *Bonorum poſſeſsio* Vnde liberi, *&* vnde legitimi, *neceſſaria ſuis heredibus abſtinentibus: item & emancipatis, num.4.*

5 *Bonorum poſſeſsionem.* Vnde decem perſonę, *ſuſtulit Iuſtinianus.*

6 *Bonorum poſſeſsionem,* Tanquam ex familia, *& eam quæ,* Vnde liberi patroni. *& olim erat. Iuſtinianus abrogauit.*

7 *Bonorum poſſeſsio,* Vnde vir & vxor, *hodie ſexto loco datur.*

1 RELATIS decem bonorũ poſſeſsionibus à Prætore introductis, quas ex his approbarit, quaſq; abrogarit nunc Iuſtin. recenſet. & quidẽ priores quatuor, *contra tabulas, ſecũdùm tabulas, vnde liberi, & vnde legitimi,* hoc. §. ſed eas, tanquã neceſſarias cõfirmat. Neque obſtat ſi obijcias bonorum poſſeſsionem contra tabulas, quamuis vtilis eſſe poſsit, iuxta notata in fi. principij huius tituli, non tamẽ eſſe neceſſariã, cum & ſine ea admittatur quis ad hereditatẽ, quoniam licèt regulariter vtilis tãtummodo eſſe poſsit, interdũ tamen eſt neceſſaria, vt in caſu l. poſthumus. 12. D. de iniuſto rupt. in d.l. qui ex liberis. 11. §. teſtam. D. de bonor. ſecundùm tab.

2 Præterea bonorũ poſſeſsio *Vnde liberi.* maxime fuit neceſsaria. Primò ſuis heredibus extãtibus & ſe abſtinentibus. Pro cuius rei cognitione ſcire debes, Prætorẽ ſuis heredibus conceſsiſſe, beneficium abſtinendi, cũ tamẽ antea, quamuis inuiti neceſsiò heredes fierent. §. ſui verſ. *ſed & his,* ſup. de here. qualit. l. neceſsarijs. 57. D. de acq. hered. quod ſanè beneficiũ dũtaxat præſtitit Prætor ſuis heredib. l. nam neq; emancipatus. 91. D. de leg. 1. l. pro hered. 20. §. Papin. D. de acq. her. cęterum etſi ſe abſtinuerint ſui heredes, manent tamen adhuc heredes ipſo iure, quoniã Prætor non potuit radicitus legis præſcriptũ auellere. l. 1. §. permittere. D. ſi quis omiſsa cauſ. teſtamen. l. cũ quaſi. 30. §. ſed etſi. D. de fidei. libert. d. l. neceſſarijs, l. ſi pupillus, aliàs. l. Iulian. 42. D. de acqu. her. l. pater fam. 12. D. de priu. cred. l. ſi filiꝰ qui patri. 12. D. de vulg. l. & ſi ſine 8. §. ſed quod Papin. D. de

3 minorib. † Vnde cũ liberi ſui heredes, quãuis ſe abſtineant Prætoris beneficio, ipſo tamẽ iure heredes maneant, conſequens eſt eodẽ iure non poſſe aliũ heredem exiſtere, nã & naturã & iure ciuili impoſsibile eſt duo eiuſdẽ rei heredes eſſe. l. quod contra. 184. §. vni duo. D. de reg. iur. quo fit vt ſuis heredibus extantibus & ſe abſtinẽtibus, neceſſariæ ſint bonorũ poſſeſsiones, *vnde liberi, & vnde legitimi.* nam cũ quis hęres eſſe nõ poſsit, erit bon. poſſ. l. 1. §. ſed videndum. ibi. *& poſt hos.* D. de ſucceſ. edicto.

4 Secundò neceſsaria eſt hæc bonorum poſſeſsio filijs emancipatis, qui cũ iure ciuili ſuccedere non poſsint per eã iure Prętorio admittentur. §. emãcipati ſupra de hered. quæ ab inteſt. cum ſimilibus ibidem relatis, quãuis hodie hac ex cauſa non ſit neceſsaria, cum ſublata iam ſit emancipationis & patriæ poteſtatis differentia, authentico. de hered. ab inteſt. ven. in princip. & §. 1. Eſt etiam & vtilis & neceſsaria iſthæc bonorũ poſſeſsio, nã cùm in ſuis heredibꝰ liberis ſucceſsio nõ ſit, iure ciuili. l. 1. §. ſciẽdum. ibi. *quamuis ſucceſsio in ſuis heredibus nõ ſit.* D. de ſuis & legitim. Prætor repudiante primo admittit ſequentem ex eodem capite *vnde liberi.* l. ſi quis ex his. 4. §. ſed ſi filium. D. vn. lib. §. cum igitur. ibi: *eiuſdem gradus,* infra eodem. Rurſus vtile eſt hoc beneficium, nam ſemel repudiata bonorum poſſeſsione *vnde liberi,* ſibi ipſis ſuccedere poſsunt ex capite. *vnde legitimi.* l. 1. §. ſed videndum. D. de ſucceſsion. edict. l. 2. in principio. D. vnde legitimi. cum tamen iure ciuili ſi vt ſui heredes non ſuccederent, neque vt agnati admitterentur. l. ſcripto. 6. verſiculo *alioqui.* iuncta gloſ. ibi verbo *agnatus.* D. vnde libe. Item. ſi ſemel ſe ab hereditate abſtinebant, vt iterum immiſcere

cere se possent, necessaria erat restitutio. d. l. necessarijs. 57. D. de acquir. hered. sed hanc vtilitatem emancipati non habent, cum si bonorum possessionem ex capite *vnde liberi*, amiserint, ex capite *vnde legitimi*, quia capite sunt minuti non admittantur. Quæ autem personæ ex bonorum possessione. *vnde legitimi* admittantur, diximus su. ad. §. sunt autem.

5 Pro. §. *quæ autem.* † interpretatione vide omnino quæ de antiqua emancipationis solemnitate obseruauimus ad. §. præterea, supra quibus mod. ius patriæ potest. soluit. §. ad legitimam supra de leg. agnat. successione, & paulò ante ad §. sunt autem, huius ti. vers. *decem personis*, ex quibus omnibus & ex. l. fi. C. de emancip. liber. cum constet & patrem naturalem filium suum semper contracta fiducia manumittere intelligi, & iura patris naturalis minime dissolui, rectè etiam hìc Iustin. probat, illam bonorum possessionem, *vnde decem personæ*. tanquam superuacuam sublatam esse. vnde quæ antea cognatis sexto loco dabatur, cum in illius fuerit gradum substituta, quinta erit de qua latè ad tit. de successione cognatorum egimus.

6 Præterea sustulit Iustini. & illas bonor. possess. quæ olim septimo & octauo loco dabantur, *tanquam ex familia*, &, *vnde liberi patroni patronæq; & parentes eorum*, nam cum iam ad ingenuorum similitudinem libertinorum successiones omninò ferre positæ sint, §. sed nostra, supra de succes. liber sufficiunt eis priores ille bonorum possess. *vnde legitimi* & *vnde cognati*, quod quia iam diximus ad d. §. sed nostra & ad. §. sunt autem ius tit. sæpius inculcare nihil attinet.

7 His ergo bonorum possessionibus sublatis quæ antea nono loco constituta erat, *vnde vir & vxor*, sexto loco hodie reponitur, de quorum mutua successione iam diximus, ad. §. repetitis, ad fin. supra de seruili cognatione, & ad. d. §. sunt autem. in fin. vbi iam obseruauimus huiusmodi bonorum possessionem illis vxoribus concedi quæ in manum viri non conuenerant, illæ namque suitatis iura eo matrimonij genere consequebantur, & primo capite admittebantur. vt cum multis eruditè obseruant Hotom. & P. Vellez de Gueua. relati supra in §. sunt autem, vers. *ex familia*.

§. *Septima eas* 8.

1 *Bonorum possessio ex legibus, Senatúsve consultis quæ, & quibus detur.*

1 COMPERIT aliquando & alterabonorũ possessio, quæ subsidiaria non male dici potest, quando ex illis supra nominatis & à Prætore introductis nulla tribuitur; quum enim incidere posset casus in quo ex noua aliqua lege successio deferretur ei, cui non esset omnino hactenus, vel alio ordine delata, Prætores introduxerunt aliam generalem, quæ appellatur ex legibus Senatúsve cõsultis, l. 1. D. vt ex legibus, S. C. bonor. possess. detur: cuius appositissimum exemplum, præter ea quæ hic retulit Accur. & in. d. l. 1. verbo. *dabo*. Mynsin. hic. n. 3. latè Iaso. in l. certum. C. vnd. legitimi. Riminal. in rub. n. 212. C. qui admitti, deduces ex l. posthumus. 12. in princ. D. de iniust. rupt. & in l. neque nos. 4. C. de cap. & postlim. reuers.

In glos. verbo *Et extraordinariam.*

De bonorum possessionibus ordinarijs, & extraordinarijs, decretalibus & edictalibus, latè supra in rub. hoc ti. nu. 19.

§. *Cumigitur. 9. & §. Si quis itaque* 10.

1 *Bonorum possessionis agnoscendæ gratia liberis & parentibus annus datur: alijs personis centum dies, & num. 3.*

2 *L. 1. §. si quis autem. D. de succes. edicto, & num. 8.*

3 *Tempus agnoscendæ bon. possessionis an à iudice coarctari possit.*

4 *Ius accrescendi locum habet in prætorijs successionibus.*

5 *Ius accrescendi quatenus differat à successorio edicto.*

6 *Successorium edictum summe necessarium.*

7 *§. 1. ibi.* siue vlterioris gradus. *Inst. de S. C. Tertyll.*

8 *L. Si coheredi. 4, §. filius. D. quis ordo in bonor. possess. seruetur.*

1 NE bona hereditaria vacua essent, & sine domino diutius iacerent, creditoribusque longior mora fieret, lucessoriũ edictum à Prætore propositũ est, quo is quibus bonorũ possessio defertur tẽpus præstituitur, intra quod vel agnoscant, vel repudient bonorum possessionem liberis & parentibus annus, alijs personis centũ dies, idem in l. 1. per totam maximè. §. si intra, & §. largius. D. de succes. edict. l. si coheredi. 4. §. filius. D. quis ordo in bon. pos. seruet. l. si emãcipata. 3. C. de iuris & fact. ignor. l. emancipata. 4. C. qui admitti, consonat. l. 2. ti. 6. p. 6. vbi explicat notanter Gregor. Anto. de Padilla, in d. l. 3. repetentes in. d. l. emancipata. Costa in cap. si pater. 2. p. vers. *subsequenter & filia.* ex n. 25. de testamen in 6. Pet. Greg. 3. p. Syntag. lib. 46. c. 2. 25. Menoc. lib. 1. de arb. casu primo per totum.

2 Sed obstat diff. tx. in l. 1. si quis autẽ. D. de succes. edic. vbi si frater sit substitutus fratri impuberi ad petendã bonorum possessionẽ in bonis fratris centũ tantum dies conceduntur, cũ tamen annus esset concedendus ex regula. l. 2. §.

prius. l. sed si plures. 10. § quos possum. l. patris & filij 20. D. de vulg. §. cū igitur. fu. de pupill. quibus iuribus probatur vnum esse testamentum patris & filij, & fratrem substitutum fratri, cum prærogatiua suitatis succedere; & inde tanquam successori ex testamento patris & heredi necessario in d. §. si quis autem, non centum dies, sed annus concedi debuit ex hoc tex. versi. *liberis*, & d. §. largius.

3 Verùm ea difficultate non obstante adhuc dicēdum est, liberis & parentibus annum, alijs verò centum dies concedi ad petendam bonorum possessionem, quod tempus an à iudice iustis ex causis coarctari possit dubitari maximè solet, vt constat ex his quæ refert Grego. in d. l. 2. p. versi. *alomenos*. Padilla in d. l. si emancipata. num. 43. C. de iur. & fact. ignor. Menochi. d. casu. 1. per totum. Cuius quæstionis summa resolutio hæc est: licere quidem iudici datum tempus limitare, non vt eo lapso successor omnino excludatur à bonorum possessione, sed vt intra illud eam agnoscat, sin minus ipse possit curatorem bonis constituere qui creditoribus & legatarijs satisfaciat, cuius opinionis author laudatur Iacobus Butricarius, quem sequuntur Alexan. Iaſ. Deci. & alij quorum meminit Padilla. d. nu. 43.

† Sciendū tamen est in his bonorum possessionibus esse ius accrescendi, proinde si plures sint quibus bonorum possessio competit, quorum vnus admiserit bonorum possessionem cæteri non admiserint, veluti quod spreuerint ius suum, aut tempore bonorum possessionis finito excluſi sint, aut ante mortui sint, quàm petierint bonorum possessionem, ei qui admisit accrescunt etiam eæ portiones quæ cæteris competerent, si petijssent bonorum possess. l. 3. §. fin. cum duabus. ll. seq. D. hoc t. l. vnica. C. quando non pet. part. † Quid 5 autem inter ius accrescendi & successorium edictum interfit planè deprehenditur ex nostro textu, versi. *& si intra*. vsq; ad fi. quod illud tantum inter eos qui eiusdem gradus sunt admittitur, hoc aliquo gradu proximiori omittente, vel deficiente conceditur.

6 † Fuit autem summe vtile hoc edictum successorium, quia cum iure ciuili in suis heredibus successio non esset, l. 1. §. sciendum. D. de suis & leg. heredib. prætor tamen repudiante primo sequentem admittit; atque ita istam successionem singulari iure Prætorio valere contra ius commune, notauit Accurs. in d. §. sciendum, & post alias Angelus in l. in suis. D. de lib. & posthum. & in tract. suitatis q. 7. nu. 18. Bart. in l. qui se patris, num. 7. C. vn. lib. communiter sequutus teste Riminal. ibid. nu. 246. sic intelligentes tex. in d. l. qui se patris, quod & aduertunt Faber. in §. placebat, supra de leg. agnat. successione, & Cuiacius lib. 4. obser. cap. 6.

7 Ex quibus infertur explicatio tex. in §. 1. ibi. *siue vlteriores gradus*. supra de S. C. Tertyll. sentit enim ibi Imperator non solum præferri matri filios, etiam si emancipati sint, sed etiam nepotes filij abstinentis, nam & ij apud Prætorem loco suorum sunt; quod si cum doctoribus intelligas de nepotibus qui iure ciuili sui erant, emancipati tamen, superuacua erat adiectio illa, *siue inferioris gradus*, argum. §. cum filius, iuncto. §. emancipati supra de her. red. quæ ab intestat. & eorum quæ notat Bar. in l. si quis suus, nu. 3. & 4. D. de iur. delib. quod non est assequutus Hotom. in d. §. 1. neque aduertunt Fab. Ang. Balduin. & Cuia. circa quem etiam labitur idem Faber. in d. l. qui se patris, quem ibi refert; & improbat Rimin. num. 306. & num. 311. negabat enim nepotem non suum matri præferri, quod tamen expressè conuincitur, ex l. 2. §. sed si impubes. D. ad Tertull.

8 Sed iam redeamus ad tex. in d. l. 1. §. si quis autem. D. de succeſſ. edict. qui nihil obstat, quoniam varijs omissis interpretationibus, de quibus per glos. ibid. & Bald. in l. fin. nu. 22. C. vnd. legit. dicendum est, ideò in d. §. si quis autem, fratri centum tantum dies concedit ad bonorum possessionem agnoscendam, quoniam Prætor in dandis bonorum possessionibus non respicit caput ex quo petitur bonorum possessio, sed tantum personam petentis, vt in d. l. 1. §. non solum. ibi. *persona enim ea meruit quæ hoc beneficium petat*. D. de succes. edict. & ideo cum re vera frater sit qui hoc beneficium petit, & bonorum possessionem agnoscit, centum tantum dies habet. † Quæ inter- 9 pretatio expressè confirmatur ex tex. in l. si coheredi. 4. §. filius. D. quis ordo in bon. poss. seru. vbi etiam si filius bonorum possessionem petat ex inferioribus capitibus, quod facere potest, d. l. 1. §. sed videndum. l. de bonis. 6. versi. *huic edicto*. D. de Carbonia. anni spatium, non centum dierum habet, quia filius est, licet ex capite petat. cui centum dies conceduntur, quod latiùs probat exornatque Emanuel Costa. d. c. si pater verbo subsequenter, *& filia*. 2. p. n. 25. & sequen.

§. *In petenda autem*. 10.

1 *Bonorum possessionis agnoscendæ tempus vtile est, & num*. 50.

Bonorum possessio apud quemlibet magistratum quibuscunque verbis agnosci potest.

2 *Dies vtiles sunt quibus adeundi iudicis facultas est*.

3 *Bonorum possessio sæculo etiam iuris consultorum sola voluntate poterat agnosci, & nu*. 10.

4 *Tempus qui allegat, & intra illud, factū, vel non factū aliquid fuisse cōtendit, illud probare debet*.

5 *Tempus continuum quod sit*.

6 Tem-

6 *Tempus vtile quale?*
7 *L.2.in principio &.§.dies. D. quis ordo in bon. possess.seruet. & nu.sequentibus.*
8 *Dies sessionum qui.*
9 *Bonorum possessionum aliæ causæ cognitionem requirunt, aliæ nõ riquirunt: & de vtriusque.*
10 *Decretalis bonorum possessio etiam hodie necessaria, contra plures. & nu.sequentibus.*
12 *L.cum quidam.14. D.de bon. possessionibus.*
13 *Bonorum possessiones extraordinariæ causæ cognitionem requirunt: secus ordinariæ, nisi vel dubium aliquod sit, vel contradictor existat.*
14 *L. nequicquam.§. vbi decretum. D. de off. pro consulis. remissiuè.*
15 *L.fin.C.qui admitti. & nostri textus quid nouè induxerint.*
16 *Bonorum possessio agnita an præsumatur intra tempora legitima, an vero id probandum, & nostri textus interpretatio. ibi.* admittentis eam iudicium ostenderit.

1 DVPLEX axioma continet hic paragraphus, alterum tempus bonorum possessionis agnoscendæ vtile esse: alterum quibuscunque verbis, non apud Prætorem rãtum, sed apud quemlibet magistratũ expressa testatione agnosci posse. Vtrumque probant. l.si bonorum.2.l.quandiu.5.l. iuris ignorantia. 6.l.quicũque.8.l. vt verborum. 10. C. qui admitti ad bon.posse.possint.l.vltima.§.1. C. de curat.furioso.l.2.in principio. D. quis ordo in bon.possess.seruetur. cum pluribus alijs infrà referendis; præter antiquiores & iuniores hîc rem exactè explicarunt Iacobus Ræuardus li. singulari pro tribunalium.cap.1.Iacob. Cuiacius lib.2.obseruat.cap.18. Andreas Alciat. li. 2.paradoxorum.cap.13. Franciscus Balduinus in Iustiniano pag.334.Nicolaus Bellonus.lib. 3.supputationum iuris cap.20.&.lib.4. cap. 1. &. cap.3.

2 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum textum, ibi: *dies vtiles singuli considerantur.* quibus verbis Iustinianus probat, in bonorũ possessione petenda vtiles dies singulos computandos, sic argumentor. Vtiles dies sunt quibus adeundi iudicis potestas est, & facultas l. 1.§.dies.D.quando appellandum sit. & quibus eius facultas fuerit apud quem reus vel rea postulari potest.l.iure mariti.6.C. ad leg. Iuliam de adulterijs, elegans textus. in.l. miles. 11.§. quidam.D.ad legem Iul. de adulterijs. Sed ad agnoscendam bonorum possessionẽ causæ cognitio requiritur, & ipsum Prætorem pro tribunali sedere, l.2.§.dies. D. quis ordo in bon. possess.seru.ergo non vtiles dies, sed sessiones erunt nobis cõputandæ, id est dies quibus Prætor pro tribunali sedens ius dicit.

3 Secundò contra nostrum textũ. ibi. *Sed quomodocunque admittentis eam iudicium* (alij legũt & non malè, *indicium*) *ostenderit.* coniuncta d.l. fin. ibi. *qualiscunque testatio amplectenda hereditatis ostendatur.* quibus verbis Iustinianus insinuat, quod etsi antiquo iure, verborum captiosæ formulæ in bonorum possessionibus agnoscendis essent necessariæ, hodie formulis sublatis quæcunque voluntatis explicatio sufficit. Sic argumentor. Sæculo Iurisconsultorum ad bonorum possessionem agnoscendam iudicis decretum nullum erat necessarium, sed solus animus agnoscentis facto quocunque declaratus sufficiebat.l.cum quidam.14. D. hoc titul. ergo ius nouum neque in hoc nostro paragrapho, nec in. dict.l.fin. C. qui admitti inducitur.

4 Tertiò contra eadem verba, ibi. *admittentis eam iudicium ostenderit.* iuncta communi explicatione existimantium, asserentem se intra statuta tẽpora bonorum possessionẽ agnouisse, ostendere, id est probare agnitionem teneri. Sic argumentor. Reus excipiens bonorum possessionem intra legitima tempora agnitam non fuisse suæ intentionis fundamentum in tempore constituit, ergo illud probare debet. l.ab ea patre. 5. D. de probationibus. latè Iacob. Menoch.lib.2.de præsumptionibus. præsumptione.50. num. 21. vnde consequens est bonorum possessorem probationis onere excusari.

5 Sed his non obstantibus argumentis, quæ suprà ex nostro textu deduximus axiomata verissima sunt; vtile tempus in bonorum possessione obseruandum non continuum. Hæc inter alias notissima est inter hereditatem & bonorum possessionem differentia, nam hereditatis adeundæ tempus continuum est.l. licet.8.C.de iure deliberandi. Bonorum possessionis petendę vtile.tex.hic, cum similibus suprà adductis. Continuum tempus vtili opponitur; eoque significatur tempus quod solido dierum, ac mensium numero computatur; nulla eorũ dierum quibus experiundi potestas nõ fuit subductione facta, quod ignorantibus quoque cedit.l.genero.8.D. de his qui not.infam. l.nunquã.31.§.1.D.de vsuc.l.1.C.de quad. præscript.l.fi.C.de tẽp. in integ. resti. diciturque continuum vulgari significatione, quod continenter & iunctim numeratur, pro vt cedit, labitur, & currit.l.si sic, constit.7.D. quẽadmod. seruitus amitt.† Vtile verò, quia ex diebus vtilibus, id est, quibus experiundi potestas fuerit, constat, & scientibus tantummodo cedit. d.l. 2.l.5.l.6.l.8.C.qui admitti, cũ multis alijs quæ accuratè cõgerit Barn.Brissonius li.19. de verbor.sign.fol.655.† Ergo (vt in.d.l.2. D. quis ordo in bon.possess.seruet, recte explicuit Vlpianus) vtile tẽpus est bonorũ possessionum admittendarũ, ita autem vtile tempus est, vt singuli dies, in eo vtiles sint, scilicet, vt per singulos dies, & scierit, & potuerit admittere: cæterum quacunque die nescierit, aut non potuerit,

tuerit, nulla dubitatio est quin tempus ei non cedat. fieri autem potest, vt qui initio scierit, vel potuerit bonorum possessionem admittere, scilicet si cùm initio cognouisset eum intestatum decessisse, postea quasi certiore nuncio allato dubitare cœperit, nunquid testatus decesserit, vel nunquid viuat, quia hic rumor postea irrepserit.

8 Nec obstat, aliquando præter scientiam successoris sessionum dies requiri: vt vtile tempus sit. Nam id in his quæ decretum exigunt ita seruatur, ex d. §. dies, vt vtiles dies sessionum tantum dicantur, quibus scilicet Prætor pro tribunali sederit, & in eburnea curuli sella po-
9 stulantibus dederit responsum. † Bonorum possessionum aliæ causæ cognitionem requirebant, aliæ non requirebant: illæ Decretales; hæ verò Edictales vocabantur; illæ pro tribunali sessionum diebus dabantur; hæ de plano dari poterant. Illius generis sunt Carboniana, Ventris in possessionem mittendi, eius qui captiui furiosive nominis mittendus est, quorum causa agnoscenda erat, & quia nõ nisi pro tribunali decreta interponebantur, sessionem Prætoris omnino requirebant. Huius verò sunt septem illæ bonorum possessiones, quas ex §. Sunt autem, prosequuti sumus, quæ quia edicto deferebantur, causæ cognitionem, vtpotè quarum perspicua esset causa, non requirebant eoque de plano dari poterant & vtile earum tẽpus erat, quibus diebus Prætor sui copiam in publico, vel adeuntibus se fecerit, & sic soluitur primum argum.

10 Nec obstat secundum, quoniam etsi plures existimauerint omnes bonorum possessiones olim solemniter & pro tribunali petendas esse, secus hodie ex nostro tex. & d. l. fin. C. qui admitti, hisque decisionibus correctas esse. l. si ex duobus. 14. §. filius. ibi, *Decreto posse petere bonorum possessionem*. D. de bonor. possess. cont. tab. l. ventre præterito. 87. ibi. *Decreto filio succurrendum est*. D. de acquir hered. l. Saluius Aristot. 6. D. de leg. præst. l. emancipato. 4. D. de coniung. cum emancip. lib. eius. l. si libertus patrono. 41. D. de bonor. libert. l. 1. §. Decretalis. D. de succes. edicto, quibus in locis, & pluribus etiam in alijs Decretalium bonorum possessionum fit mentio, quod insinuare etiam videtur idem Iustin. in l. fi. ibi. *quæ antea ex decreto dabatur*. C. de Curat. furio. nullamque iam hodie decretalem esse bonorum possessionem ex communi resoluit Decius in. d. l. fin. C. qui admitti, n. 4. Rimin. al. n. 3. obseruans per l. fi. & nostrum tx. correctam esse, l. 2. §. dies. D. quis ordo in bonorum possess. seruetur. Accurs. & reliqui in d. l. fi. C. de curat. furio. Alciat. lib. 2.
11 Paradox. cap. 13. † Falsa tamen eorum omnium sententia est, est enim longè verius omnes bonorum possessiones ordinarias, quas edictum vltro defert, etsi peti quidem debuissent, nullum tamen decretum exigisse, petebantur quidem per libellum de plano, simulque de plano, & passim petenti indulgebantur, sine vlla causæ cognitione, aut decreti interpositione. Aliquando autem, nec peti quidem omnino debebant, cum etiam plerumque absenti darentur, maximè vbi de acceptantis conditione certus esset Prætor. l.
12 seruus. 7. D. de bonorum possess. † induci potest, tex. in dil. cum quidam. 14. D. eo. (quam post alios explicat Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 103. num. 6.) & in l. 1. §. sufficit. D. de bonor. possess. secund. tabul. vbi bonorum possess. etiam non demonstrato nec aperto testamento conceditur. † Bono-
13 rum verò possessiones extraordinariæ, quæ fiebant, & causæ cognitionem exigebant, decreto dabantur, vt in præcitatis locis, in quibus decreti mentio fit, & in l. 1. §. si ea. D. de ventre in possess. mitt. l. de bonis. 6. l. si impubes. 7. in princip. & suis §§. D. de Carboni. edicto. l. cognitio. 4. §. vt possessio. D. de officio eius cui mand. est iurisd. l. 3. §. si causa cognita. D. hoc tit. cum plurib. alijs. Quod si vrgeas, aliquando ordinarias quoque bonorum possessiones decreto dari, vt ex d. l. ventre præterito, & alijs locis constat, Respondebo, regulariter decretum non requiri in huiusmodi bonorum possessionibus, quando verba edicti clara erant. Cæterum si vel dubia essent, vel aliquis appareret contradictor; Prætorem per decretum, dubitationem, vel
14 litem dirimere necessarium erat, causæ in primis cognitione præmissa † ex regula. l. nec quicquam. §. vbi decretum. D. de offic. Proconsulis, quam benè explicat Ræuard. lib. 2. pro tribun. cap. 8. Corasius, lib. 1. miscell. cap. 4. Vaconius lib. declarationum iuris, declaratione. 80. iuxta quæ intelligendus est tex. in l. 2. §. Dies. D. quis ordo in bonorum
15 possess. seruet. † Ergo per nostrum tex. & d. l. fin. C. qui admitti, solum sublata fuit petitio quæ in libello cum forma & solemnitate interueniebat, vt probare etiam videtur tex. in d. l. fin. §. 2. ibi. *cum petitio bonorum possessionis*. C. de curatore furioso, quam inducit Bologn. in rub. nu. 72. & in l. fin. num. 15. C. qui admitti, & soluitur secundum argumentum.

16 Non obstat tertium, quoniam etsi huius tex. argumento in illis verbis, *admittentis eam indicium ostenderit*, plures existimauerint, bonorum possessionem agnitam fuisse non præsumi, nisi probetur, quæ sententia communis est, vt multis nouissimè probat Mascard. de probation. 1. par. conclus. 237. & 238. contraria sententia verior longè est, quam neruosè contra alios defendit Iaso in rubrica ex n. 7. C. qui admitti, & hodie sequitur Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsumpt. 103. &

magis

magis præsumpt.104.ex num.primo.Nec tx. iste obstat,quoniam rectè Belonus lib.4. supputat.cap.20.& Mynsing.hic,n.4. aduertunt, verb.*Ostenderit*.ad testationem bonorum possessionis amplectendæ referendum esse, non autem ad necessitatem probandę huius agnitionis intra statuta tempora factæ, vt sit sensus,hodie quem non debere curare formā antiquam petendi bonorum possessionē,sed sufficere intra statuta tempora declarare animum suum coram iudice,quicquid existimet Alcia. lib.2.Paradox.cap.13.& lib.4.cap.1.& c. 6.

TITVLVS. XI.

De acquisitione per arrogationem.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Adrogatio species adoptionis.*
3 *Adrogatio vnde dicta,ex Accursij sententia.*
4 *Agellij de ea re opinio.*
5 *Adrogatio,quæ olim non nisi Calatis comitijs fiebat post legem Regiam de Imperio latam coram principe fieri cœpit.*
6 *L.2.C.de adoptionibus.*
7 *Adrogari pupillum,nec mulierem potuisse qua ratione apud Agellium dictum sit,cum cõtrarium.l.C.testentur.*
8 *Adrogari pupillus hodie potest,*
9 *Adrogationis variæ species,remissiuè.*

1 ORDINEM ac dicendi methodum, quam sup.in §. fin. Institut. per quas personas trādiderat Iustin.nunc prosecutus, cū iam de duobus rerum per vniuersitatem adquirendi modis, hereditate nempe,quæ vel ex testamento,vel ab intestato ad nos pertinet,item & de bonorum possessionibus,quæ similiter nobis deferuntur,in superioribus tit.abunde tractatum explicuisset. Tertium rerum vniuersaliter adquirendarum genus incipit in præsenti pertractare,quod cõtingit quotiescũque ciuis Romanus iam pater familias ac sui iuris effectus, se alicui arrogandum dabat, quia tunc cum capite suo fortunas quoque omnes quin etiam & filios si quos haberbat in patris arrogantis (siue mauis arrogatoris)domum transferebat, vt inf. in huius titul. princ.latè comprobabimus.

2 † Illud nunc admonuisse contenti arrogationem quandam adoptionis speciem esse. l.1.
3 D.de adoptio.† Sic appellatam,si Acc.credimus in §.1. instituta eod. quod adoptator interrogetur,an velit eum quē adoptat sibi iustū filium esse,& is qui adoptatur rogetur,an id fieri patiatur;quam huius vocis etymologiā expressè assignauit Consult.in 2.de adoptio.Cai' lib.1.inst.ti.5.& Prateius & Brisson.cõprobat de verb.iur.verb.*adoptio*, itemq; Alci. in l. derogatur.D.de verb.signific.& Sylueſt.in prin. inst.de adop.schol.3.

4 † Agellius tamen lib.noct.Attic.5.c.19.ex eo dicta existimat,quod genus hoc in alienam familiam trāsitus per populi rogationē fieret, calatis enim comitijs,& populo in vnū conuocato,eiusque explorata voluntate ius patris arrogatoris, in arrogatū tribuebatur,vitęque ac necis concedebatur potestas, perinde atque si ex eodē patre matreque familias natus esset. Adstipulaturque huic Agellij sententiæ Vlp. in frag. tit.8.& alia plurima bonorum authorū testimonia,quę cõgerit Brisson. vbi sup. est q; verisima si ad illud tēpus referas, quo per Aristocratiam Roma.Pop.gubernabatur, tunc enim eius Rogatio necessaria erat,eo quod iure à maioribus prodito libertatē amittere nemo ciuium sine Populi authoritate poterat, vt ex Cicero. pro domo sua colligit Brisson. vbi su.
5 & Sylueſter.d.princ.schol. 1. † Quod tamen postea in desuetudinem abijt Monarchia introducta,nam cum lege Regia,quæ de Principis imperio lata est,populus ei & in eum,omne imperium suum & potestatem transtulerit. l.prima de const.princ.§.sed quod principi su. de iure naturali, sic hæc quoque authoritas in eum translata est,atque exinde non populi,sed principis authoritate arrogatio fieri & celebrari cœpit:vt in.d.l.secunda, de adop.& in d.
6 princip.& in l.arrogationes.6.C. eod.†. Atq; hoc est quod Diocletianus ait in l. secunda. C. de adoptio. Arrogationem ex indulgētia principali factam perinde valere ac si iure antiquo per populum facta fuisset. Ex quibus appareret Agellium priscæ obseruationis rationem habentem rectam arrogationis allusionem tradidisse:quam tamen Caius cum alia commutauit,quæ magis tempori suo conueniebat, cũ iam ab vsque Tiberij Imperatoris tempore vetus ille Rogationum mos exoleuisset, sicque non per populum,sed per principem fieret arrogatio, vt bene considerauit Alciat. libro 9. parerg.capite 5. Concius libro successiuarum
7 lectionum primo,capite sexto.† Qua temporum distinctione perpensa ad fœdus cum nostris I.C.Agellium vbi supra reduces, dum ait neque pupillum neque mulierem arrogari potuisse, quod tamen illi permittunt, vt constat ex l.si arrogator.§. si impuberi. l. hæc autem. D. de adoption. §. cum autem. §. licèt supra eodem,cum alijs. Sed Agellius (vt dixi) loquitur de eo tempore quo per populum fiebat arrogatio, in quo ideo arrogari supradictæ personæ non poterant, quoniam nulla cum fœminis comitiorum communio erat, &

quoniam in pupillos tutoribus tantam esse authoritatem noluerunt; quæ rationes Iurisconsultorum tempore non vigebant, nempe quia cum per Principis oraculum arrogatio fieret, erat comitiorum solemnitas superuacanea, & sic nihil erat quod fœminarum arrogationes impediret, vt aduertit Rabard.lib.5.
8 var.ca.12 n.6. † Similique modo nihil incommodi in pupillis arrogandis causari poterat, cũ prius arrogationis causa deberet examinari atque exquiri, an honesta sit, an expediat pupillo, l.si pater.§. in arrogationibus, cũ duabus legibus sequentibus. D.de adoptio.§.cum autem sup. eod. Item quia hodie non tam à tutore quàm à Principe arrogante pupillus alienæ familiæ tradi videtur, argum.l.1.§. omnia enim,
9 C.de vet. iur. enunc. † Hæc de arrogatione breuiter præmittenda duxi, tum quia à paucis animaduersa, cum etiam quod maxime ad nostri tit. declarationem necessaria sunt. Sed qui de hac re plura voluerit, legat Alexã.ab Alex. genia.dierũ li.4.c.3.& li.2.c.8.Rębar.li.5.var. c.12.n.6.Balduí.in Sceuolã.pa.130. Cuiac. li. 7.obser.cap.7. vbi alterius arrogationis genus apud Romanos vsitatum præscribit, quod tunc fieri solebat cum quis in bona & nomen defuncti testamento vocabatur, & prosequitur Molina lib.2.de Hisp.primogen.c.14. sed & multiplices adoptandi apud varias gentes formulas eleganter recensuit Petrus Piteus lib.1. adversariorum c.1.& nos in l.si adrogator. D. de adoptionibus.

Principium tituli.

1 *Huius textus diuisio.*
2 *Acquisitionem per arrogationem consensu receptam fuisse quomodo intelligendum, contra Accursium, & num.sequen:*
4 *Agnatio iure, non partium voluntate permittitur.& ex num.77.*
5 *Successio pacto non datur.*
7 *L.si pater.15.D.de adoptionibus & seq.*
Ius tacitum est, quod consuetudine & moribus inducitur, aliquando quod per consequentiam inducitur.num.11.
8 *Moribus plura apud Romanos inducta.*
12 *Legis verbis comprehensum quod ex eius mente deducitur.*
13 *L.qui testamento.20.§.eum qui.D.de testam.*
14 *L.3.§.qui habet.D.de seruit.rusticorum.*
15 *Consequutti concesso, antecedens necessariò concessum videtur.*
16 *Tacitè quæ insunt, si exprimantur nihil operantur.*
17 *Glossa.l.tale pactũ.§.fi.D.de pactis, remissiuè.*
19 *Adrogatione facta, omnia adrogati bona in patrem adrogatorem transeunt,& n.seq.*
21 *Adrogati,& naturalis ius idem adrogatione durante, vt exemplis ostenditur.*
22 *Adrogatum filium, emendat pater, quemadmodum & naturalem.*
23 *Adrogatum filium alere tenetur pater.*
24 *Adrogatus in adrogantis familia.*
25 *Adrogatus iura suorum heredum habet.*
26 *Adrogatus agnationis iura habet.*
27 *Adrogatum consanguinitatis iura habere quomodo intelligendum.*
28 *L.qui in adoptionem, vigesima tertia.D.de adoptionibus.*
29 *Adrogatus patrem in ius non vocat.*
30 *Adrogati liberi transeunt in potestatem adrogatoris.*
31 *Adoptati filij in potestatem adoptantis non transeunt.*
32 *Adrogatus retinere sibi nihil potest.*
33 *Monachus omnia acquirit monasterio, retinetque sibi nihil potest.*
35 *Pactum contra substantiam actus nullum.*
36 *Adrogatus possessionem quoque in adrogatorem transfert ex communi.*
L.si adoptauero.D.de precario, & num.38. & sequentibus.
37 *Contra communem possessionem non transferri.*
43 *Adrogatus iura incorporalia adrogatori patri quærit, etiam sine cessione, nu.45.& 46.& quare.n.47.*
L.actione.66.§.morte.D.pro socio.
44 *Societas adrogatione non dissoluitur.*
45 *Incorporalia iura vt in aliquem transferantur cessio necessaria est.*
48 *Adrogatus nomina etiam debitorum patri adrogatori quærit.& seq.*
Nomina debitorum inter incorporalia numerantur,& in bonis nostris sunt.n.51.
49 *Nemo plus iuris in alium trãsferre potest, quàm ipse habet.*
52 *Cautio in adrogatione impuberum qua ratione exigatur.*
53 *Seruus publicus qui sit?*
54 *Adrogatis impuberibus ex constitutione. D. Pij quarta pars bonorũ adrogatoris præstãda.*
55 *Adrogatis puberibus quarta etiam præstatur, licet non ex constitutione.D.Pij.*
56 *Adrogatione irritum fit testamentum adrogati.*
57 *Pupillaris substitutio adrogati expirat per adrogationem.*
58 *L.causa cognita.40.D.de Vulgari.*
59 *Pupillari substituto adrogati, (quo casu pupillaris non expirat) debetur etiam quarta.*
60 *Adrogatus an hodie possit testari? remissiuè.*
61 *Minima capitis diminutio, quæ?*
Adrogatori non quæruntur, quæ minima capitis diminutione pereunt.
62 *Adrogatione ius patronatus non perit.*
63 *L.iura libertorum.4.D.de iure patronat.*
Et l.eum qui.3.D. de interdictis & rel.remissiuè.
64 *Operæ aliæ officiales, aliæ fabriles, & quæ officiales & quæ fabriles, num.seq.*

66 *Iurisiurandum exigi à liberto pro operis in posterum præstandis.*
67 *L. si quis pro eo, quinquagesima septima. D. de fideiussoribus.*
68 *Operæ officiales alij quam patrono deberi non possunt: fabriles possunt, & quare, nu. 69.*
70 *Operæ quæ transeunt in filios.*
71 *Operæ officiales adrogatori patri non acquiruntur.*
72 *Opere seruorum capitis diminutione nõ pereunt.*
73 *Operæ ab adrogato conductæ in adrogatorem transeunt iuxta Accursium, & n. 75. & 76.*
74 *Delegatio debitoris nisi eo consentiente fieri non potest.*
77 *Agnatio adrogatione perimitur.*
78 *Adrogatus legitimarum hereditatum, & tutelarum iura admittit, & nu. 79.*
80 *Adrogatus quæ prætorio iure habebat, adrogatione amittebat.*
81 *L. Peto 71. §. fratre. D. de legat. 2. & numeris sequentibus.*
Adrogatus admittitur ad legatum familiæ relictum.
82 *Accursij prima opinio ad dictũ §. fratre reiecta.*
83 *Familia aliquando eos comprehendit qui eiusdẽ generis sunt, etsi non sint agnati.*
85 *Adrogatus cognationis iura non amittit.*
86 *Vsus, & vsusfructus olim adrogatori patri, non quærebantur, & quare, num. sequent. secus hodie, num. 90.*
91 *Vsusfructus monasterio per monachum vtrum acquiratur, remissinè.*
92 *Adrogatori hodie quoad vsumfructum tantum bona quæ erant adrogati quæruntur.*
93 *Patri etiam naturali in totum bona per filium non acquiri, ante Iustinianum, putarunt plures, sed male.*
94 *Adrogatore mortuo, an in filium sine apprehensione possessio transferatur.*

1 DVPLICEM nobis in hoc princ. Iustin. quęstionem declarat: prior est quo iure inuenta fuerit huiusmodi adquisitio per arrogationem: secunda verò quæ res in arrogantem transeat, qualiterque ei tum olim, tum etiam hodie adquirant. Secunda quidem ampliorem nobis præstat disputandi campum. In prima autẽ illud solum animaduersione & explicatione videtur dignum, quod Imperator ait, † huiusmodi (nempe) adquisitionem
2 non duodecim tabularum lege, non prætoris edicto, sed eo iure quod cõsensu receptum est, inductam fuisse: in eorum namque declaratione interpretes dissident, & Accur. quem Ioan. Faber, & antiquiores comprobarunt, ea ad cõsensum adrogantis & arrogati referenda putat; quasi tex. dicat, ex eorum voluntate & pactio-
3 ne adquisitionem operari. † Verum eos in medio (quod aiunt) sole calligatos quilibet vel tantillum instructus discernet, si cõsideret hic ab Imperatore non de eo iure tractari quod ex partium conuentione proficiscitur, sed de eo potius, quod vim & authoritatem legis habeat. Nam licèt verum sit ad arrogationem celebrandam adoptantis & adoptati consensum interuenire debere, non tamen inde dicendum est, ex eorum voluntate arrogationem & adquisitionem operari. Sed imò à iure eam introduci & permitti, ita vt non ex voluntate ius sumatur, sed potius ex iure quod est voluntas fiat (vt aliàs de regula dixit Consultus in l.
4 1. D. de regul. iur.) † quod etiam ego hoc argumento manifestè (ni fallor) euincam, nam si hoc totum negotium quod in arrogatione geritur ex partium dumtaxat voluntate perficeretur, non vtique posset agnationis ius per arrogationem perire, vtpotè cui pacto renunciari nequeat, iuxta l. ius agnationis. 34. D. de pactis. Sed perit (vt hic ostendit Iust. in. & nos inf. latius demonstrabimus) ergo iam apparet arrogationem ciuili iure non partium consensu subniti, cum aliud ius ciuile tollat. l. eas. D. de capitis dimi. §. sed naturalia, de iure naturali. §. fin. de leg. agn. tut. cum alijs. Si igitur arrogatio eo iure, quod vim legis habet inducta est, idem proculdubio dici conueniet de adquisitione quæ ex ea nascitur, & proficiscitur argumen. regulæ accessorium de reg. iur. lib. 6. l. quod per manus de iure codicill. † Rursus &
5 Accur. sententiam ex eo improbo, quòd per arrogationem quodammodo succeditur arrogato, vt constat ex nostro tex. ibi, *per vniuersitatem successio*. Sed successio, siue hæreditas pacto dari non potest. l. hereditas. 5. C. de pact. conuen. igitur neque hæc adquisitio, quæ ad illius instar & similitudinem obtinet.
6 † Hac igitur interpretatione sic reprobata, simulque alijs omissis & reiectis, verior explicatio est ea verba, *eo iure quod consensu receptũ est*, ad ius moribus consuetudine, tacitoque ciuium Romanorum vsu comprobatum referenda esse, vt sensus sit, non lege aliqua scripta, non aliquo prætoris edicto, vt alias, de quibus fuisse inductam hanc adquisitionem, sed tacito vtentium consensu & eo iure quod sine scripto ex ciuium approbatione vsu receptum est, quod ius magnæ authoritatis est, vt constat ex lege, imò magnæ. D. de legibus, & consensu firmari dicitur in. l. de quibus, D. eod. & in §. ex non scripto. instituta de iure naturali. §. sed naturalia, eod. ti. cum alijs. Atque ita post Theophil. receperunt neotherici omnes hic, vt constat ex Balduin. Hotom. Mynsing. Canciuncula, Ferrar. & alijs.
7 † Ex qua declaratione infero interpretationem ad tex. in l. si pater. 15. D. de adoptio. vbi de adquisitione quæ fit per arrogationem loquens. I. C. Vlpia. tacito iure eam inquit induci: quæ sanè verba omnem iam tollunt dubitandi rationem & quid sibi noster tex. voluerit

euidenter declarant: nam ius quod consuetudine & moribus recipitur, & quod paulatim tacito consensu populi introducitur rectè ius tacitum appellabitur vt in d.l. de quibus, ibi, *sed etiam tacito consensu*, & in d. §. sed naturalia. ibi. *vel tacito consensu populi*, & in l. sed. ea. D. de legibus. ibi: *velut tacita ciuium conuentio.* cum
8 alijs. † Vnde iam apparet arrogationem moribus introductam fuisse (quemadmodum & alia pleraque in iure, vt in l. 2. de vulgar. in l. more de acq. her. in l. more de iur. omniũ iud. in l. 1. de donation. inter. & quemadmodum de querela inofficiosi tradit Ræbard. de author. prud. cap. 12. Vigli. in rubrica de inofficioso in princ.) datamque licentiam ciuibus Romanis vt eam possent celebrare olim quidem ex Populi & Pontificum authoritate, hodie verò ex Principis rescripto. vt sup. in rub. tradidimus
9 Sed licèt in nostro tex. negari non possit eam fuisse Iustin. mentem, quam retulimus quoad tex. tamen in d. l. si pater superior declaratio non videtur admittenda, licèt eam probauerit nouissimus Eduardus Caldeyra, lib. 2. var. c. 8. quia quamuis ius consuetudinarium tacito consensu induci dicatur vt in dictis legibus, nunquam tamen ius moribus inductum tacitum ius appellatur: vnde aliter illa verba interpretatur Horoscius in d. l. si pater, quem
10 reprobat Caldeyra vbi su. † Quibus omissis aliam fuisse Vlp. mentem cum erudito Conn. lib. 2. comment. c. 15. nu. 12. tentari potest. Ad cuius declarationem aduerto moribus Romani populi arrogationem permissam, datamque adoptanti in arrogatum ius patriæ potestatis, non secus atque patiendo filio est, vt su. resoluimus. Sed quoniam inter cæteros patriæ potestatis effectus ille est præcipuus vt filius nihil apud se habere possit, quin momento patri adquiratur, iuxta vulgarem allegationem. l. placet. D. de adq. her. l. filius fam. D. eod. l. 1. D. si à parente quis fuerit manum. §. igitur su. per quas perso. cepit & hoc in consequentiam permissæ arrogationis induci vt omnia bona patris fam. qui se arrogandum dabat, in patris adoptantis domum transirent. Atque ea ratione dixit. l. C. id *tacito iure* induci, nam cũ moribus sola arrogatio arrogandique potestas fuerit inuenta, de adquisitione tamen expressè cautum non erat, & sic ex interpretatione &
11 in consequentiam introducta fuit. † Neq; nouum est in iure vt quod ex interpretatione & subintellectiuè solet venire tacitum appelletur, imò potius vsitatissimum vt constat ex l. nonnunquam. D. de cond. & demonstr. ibi *tacite intelligi potuissent*, & in l. actus legitimi de reg. iur. ibi, *tacite recipiant*, & in l. 2. D. de pact. ibi. *sed etiam tacito consensu*, & alibi sæpe. Ex quibus apparet Vlpianum in illis verbis *tacito iure*, significare voluisse adquisitionem in con-
12 sequentiam permissæ arrogationis induci. † Neque obijciat quis nobis Iustinianum hic qui de adquisitione loquens eam consensu introductam docet, & sic eodem iure quo & arrogatio ipsa vt sup. sumus interpretati: nam cũ id dicatur esse in verbis legis quod ex eius mẽte deducitur. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. D. de verb. signif. l. 3. de legitimis tutor. princ. instit. de legitima patronorũ tutel. Certissimumque sit ex ratione posita in lege legẽ ipsam debere intelligi & interpretari. l. libertum. 64. D. de ritu nup. glo. 1. in clementina 1. de electione, glo. ver. *Italiæ*, & ver. *clericum*, in ca. 1. de temp. ordin. lib. 6. l. statu. liberi 29. §. quintus Mucius, ibi. *omnem alienationem complexa videtur.* D. de statu liberis. Rectè potuit Iustin. dicere adquisitionem consuetudine inductam fuisse, licèt non expressè, sed tacitè & arrogationis permissæ ratione comprehenderetur. † Sic enim ex eo quod mulier adulterij
13 damnata testis esse prohibetur, deducit Cõsultus mulieribus aliàs testimonium dicere permissum videri, in. l. qui testamento. §. cum qui D. de testamen. & in lege ex eo. D. de testibus.
14 † Sic & testator qui haustum legat, iter quoq; legare videtur. l. 3. §. qui habet. D. de seruit, Rusti. † Sic qui aliquid concedit omnia ea permit
15 tit quæ sine concesso esse non possunt. l. 2. D. de iur. omnium iudicum. l. ad legatum. l. ad rem
16 mobilem. D. de procur. † adeò vt vulgò dici soleat expressionem eorum quæ tacitè insunt nihil operari. l. 3. de leg. 1. l. heredis. §. tractari. D. quando dies leg. ced. l. non rectè. C. de fideiussorib. l. 2. cum duabus sequentib. D. de pact. l. si duo. 38. in fi. D. de acq. hered. l. 2. ti. 1. p. 5. in quibus iuribus melius hæc sententia probatur quam in l. cum quid. D. si cert. pet. licet ad hoc
17 tex. ille vulgò commendetur, † facitque vlterius quod id non secus ac si in lege expressum esset seruari debet & in ea dicitur contineri quod si à legislatore fuisset quæsitum verosimile est statuturum fuisse vt ex l. si totas. C. de inoffic. dotibus & ex l. eum qui. §. 1. de verbor. oblig. cũ alijs notauit glo. ver. *per exceptionem*, in l. tale pactum. § fin. D. de pact. quam summe extollunt plures, quos refert Roland. à Vallo consil. 55. n. 8. lib. 1. Gratus Respon. 29. nu. 22. lib. 2. Horoscius in l. Barbarius. n. 30. D. de offi cio præt. vbi Ias. & alij. nu. 3. ergo rectè Iustin. potuit consensu & consuetudine adquisitionẽ quæ ab arrogatione causatur inductam docere cum populus qui arrogationem permisit expressè illam quoque concederet si de ipsa fuisset interrogatus.
18 † Vel dici potest quod ex eo ipso tempore quo arrogatio moribus incepit approbari, etiam adquisitio introducta fuit & incepit vsitari, vnde eadem ipsa consuetudo, ijdemq; mores, ac tacitus populi consensus qui arrogandi ius ciuibus dedit, adquisitionem quoque induxerç, vt sic mirum non sit si Iustinianus eodẽ iure

iure quo illam hãc inuentam affirmauerit hic, sed illa expresse, hæc in consequentiam : quæ omnia, licèt non insubtiliter pro nostri,& d.l. pater exornatione & Connani sententia fuerint excogitata,à prima tamen su.n.6.& 7.tradita quæ verior est multo recedendum nõ est.

19 † His ita circa primam nostri tex. partem animaduersis:quoad secundam sciendum est quod Iustin. hic regulæ vice proponit posse plurimis iuribus & rationibus comprobari. Certissimum namque & indubitabile iuris axioma semper extitit arrogatione facta adquisitionẽ vniuersorum bonorum arrogati,patri adoptãti dari,ita vt nihil omnino sit quod apud filium possit remanere vt colligere ex.l.C. licebit in l.si pater de adoptionib.in l.qui ex liberis.§.testamento de secundum Tabul. in l. conficiuntur.§. si post. ibi. *de alienis bonis.* D.de iure codic.in §.illud,de adoptioni. quibus de iure nostri Regni consonat tex.in l.7.& 8.tit.16.p.4.

20 † Estque huius rei illa ratio verissima quę ex sup. relatis elici potest nẽpe quod cum is qui se in arrogationem dat locum filij incipiat obtinere, & perinde adoptanti sit atque si ab eo progenitus & procreatus esset, debuerunt merito omnia illius bona iure potestatis in patrẽ transferri ex vulgari reg. l. placet cum similibus sup.allegatis. † Adiuuatq; hanc rationem

21 alia quæ ex iuris naturalis penetralibus deducta docet eum qui alicuius rei vult commoda, damna quoque ei coniuncta debere sustinere l.secundum naturam,de reg.iur. l.vnica.§. pro secundo.C.de cad.tollend.l.1. D. de exercitoria,cum alijs, vnde cum adrogatus naturalis filij commoda & iura habeat in patrem, iustum quoque fuit patri filij iura in adoptatum concedere perinde atque in naturalem & legitimũ

22 simul. † Estque adeò verum adrogatum filij naturalis numeros in omnibus explere vt nihil fere in iure sit quod vni quadret quin alteri quoque conueniat.Hinc enim quemadmodum naturalem potest pater corrigere, ita & legitimum.l.vnica.C.de emenda.propinq. l.3. & 4.

23 C.de patria potestate. † Hinc vtrisque egentibus pater alimenta tenetur exhibere.l. 1. C. de alend. li. l.si quis à liberis,per totam de lib. agnosc.comprobat glos.in l.onera de adoptionib.glo.in §.penult.de hered.quæ ab intestato ver.*tantummodo*,& latè disputat Benedic. in c. Raynutius,ver.*& vxorem*, nu.177. & Tiraq. in l.si vnquam ver.*susceperit liberos*,nu.8. C.de

24 teuo.donat. † Hinc arrogatus ita vt naturalis in patris familia esse dicitur.l.1.§.fin.de suis & legit.l.cum in adoptiuis,in princip.& in §.fin. C.de adoptio.§. si verò pater eod. Et sicut naturales dicuntur esse in sacris vt constat ex his quæ latè tradit Duaren. in tractatu solut. matrimon.ti.de nup.c.1.Pinel in rubr.C. de bon. mater.2.p.n.4.ita & adoptiui,vt vel ex Valerio colligitur lib.7.cap.7. vbi de Anci filio lo-

quens qui à Suffenate fuerat adoptatus, *Anci filium*(inquit)*in Suffenatis familiam ac sacra transierat.* † Ex quo etiam fit vt iura suorum heredum non secus ac naturales obtineant, & hic & necessarij heredes patri adoptanti tam ex testamẽto,quam contra testamentum efficiantur,iuxta tex.in §.adoptiui,de exhered. lib. & in l.certum. D. de iniust. rup. quinimo & ab intestato iuxta tex.in §. intestatorum versic. *neque enim interest*,& in §.penult.de hered.quæ ab intest.in l.1.§.suos,de suis & legit.in l.si te. C.eod.vbi adoptiui filij pariter & in capita succedunt cum naturalibus. † Hinc & agnationis ius arrogatis tribuitur,vt colligere licet ex §.per adoptionem de legit.agn.succ.& ex l. 2. §.parui.D.de suis & legitim. & omnes legitatis effectus adipiscuntur,vt resoluit Tiraquel.in l. vnquam ver.*susceperit liberos*, nu. 21.Padilla in l.eam quam.nu.6.& 7.C.de fideicom.declarat

27 Gomez.1.to.var.ca.9.nu.12. † Quin & quod plus est consanguinitatis iure cum arrogatore & eius filijs coniungitur.l.1.§.fin. D.de suis & legit.d.§.per adoptionem, cum tamen iura sanguinis vtpote quæ nullo iure ciuili dirimi possunt,ita nec dari posse viderentur.l.iura sanguinis,de reg.iur. † Quod videtur etiam voluisse

28 Paul. I. C. in l quin in adoptionem. 23. D. de adopt. vbi ait adoptionem iura sanguinis afferre non posse. Sed respondendum est, Paulum ibi loquide verò & proprio consanguinitatis iure quod vt ipse ait adoptione vel arrogatione dari non potest,tex. verò in d.l.1. §.fi. & in d.§.per adoptionem de improprio & ficto vt expressit Iustin.ibi *nec dubium est quin hi impropriè consanguinei appellentur*, quo etiam modo intelligendus est tex.in d §.fi.vt affirmat Io-

29 sephus Gonçalez var.quæst.c.6.n.4. † Hinc & vtriusque liberis æquè patrem in ius vocare prohibuerunt legislatores in l. adoptiuum. 8. D. de in ius vocan.tradit Dueñas in regula 351.ampli.3. Hinc denique alia multa descendunt quæ passim ius ciuile l.gentibus obuia esse poterunt,quæque ego colligere minimè volui,cum ex sup.relatis abũde constet,quam pari passu arrogati cum naturalibus ambulent quamque eis multa in legitimorum parentum bona concedantur iura vt sic neque iniuria factum videatur si per arrogationem omnia adrogati bona in patrem transire dixerit Iustin. hic & I.C. in his quæ sup. retulimus locis.

30 Ex quibus item & ex. l. 2. § hoc verò proprium. D.de adoptio, & ex.l.liberos de capit. dimin. elegans colligitur ad nostram decisionẽ ampliatio, vt non solum bona,verum eius qui se in adrogationem dat liberi nati,nascituri, & hi quoq; qui post limínio reuertũtur in potestatem arrogatoris redigantur,sintque et nepotum loco:quod vt Iustin comprobet in d. §. illud sup.de adoptio,exemplum Augusti producit,qui non prius Tiberium adoptauerit quam

is Ger-

is Germanicũ adoptasset vt protinus adoptione facta inciperet Germanicus Augusti nepos esse, quæ historia vt ab Accur. antiquitatis experte ignorata fuit, ita optime à neothericis ex Sueton. in Augusto & ex Tacito lib. 12. annalium declaratur, descendit q; hoc ex illa vulgari ratione, quæ habet: quod qui in potestate est alium in potestate habere non potest, de
31 qua in l. sic eueniet. D ad. l. Iul. de adulter. & in l. fi. C. de legitim tutor. † Quod tamen secus est in eo qui à patre naturali alicui in adoptionem datur huius enim liberi non in adoptiui, sed in naturalis potestate remanent vt bene considerauit. I. C. sic arrogationem ab adoptione distinguens in l. arrogato. D. de adoptionib. Et faciũt pro hac ampliatione multa quæ ex ea infert Guillelm. Benedic. in cap. Raynu. ver. & vxorem. num. 169.

32 † Secundò ampliatur nostri tex. decisio, vt adeò cum capite arrogati verum sit fortunas eius omnes in domum arrogatoris pertransire, vt etiam si filius velit nulla bona possit excipere nihilque sibi reseruare aut retinere neq; reseruatio si qua fiat valere possit, quam doctrinam Accurs. tradidit in d. leg. si pater verb. *omnia*, in fi. D. de adoptionib. quem ibi Bart. & cæteri sequuntur est que communis opinio, vt refert Guill. Bene. vbi sup. n. 166. Pro qua ipse põdero tex. in d. l. si pater, ibi. *omnia bona quæ eius fuerunt & acquiri potuerunt*, & tex. nostrũ ibi, *omnes res eius*, coniuncto illo vulgari axiomate, quod qui totum dicit nihil excludit, de quo in l. Iulianus de leg. 3. & in l. omnia si cert.
33 pet. † Secundò facit quod non aliter atque arrogatus adquirit arroganti, ita & monachus monasterio quod ingreditur. l. si qua mulier, authentica ingressi. C. de Sacrosanct. Eccles. Sed monachus nihil sibi reseruare potest vt probat tex. in authentico de monachis. §. illud collatione. igitur neque arrogatus.

34 † Tertiò facit, quod videretur filius actus quem gerebat naturam interuertere & cõtraria postulare si vellet in potestate alterius esse, & bona sibi retinere, quod admittendũ non est, quemadmodum non valet venditio domus deducta superficie, neque soli deductis arboribus vt in §. si Titius de rerum diuisione in l. fi. de superficie, in l. obligationum. §. placet de actio. & obligat. cum præsertim is qui ab alio possidetur nihil habere seu possidere possit. l. homo liber. §. quidquid de adquir. rerum dominio, ibi: *quia neque possidere intelligitur qui ipse possidetur.*

35 † Neque huic verissimæ sententiæ aliquid obstat tex. in l. in traditionibus. 49. D. de pact. vbi dicitur in traditionibus rerum quodcumque pactum sit id valere, nam in casu nostro pactum illud repugnaret naturæ actus qui geritur quo casu non habet locum reg. d. l. in traditionibus, vt ibidem notat Accu. & confirmari potest ex tex. in l. cum manu fata. 80. §. fin. D. de contr. emp. vbi non valet pactum ne dominium rei venditæ ad emptorem transferatur, addoq; non ita esse de natura venditionis dominij trãslationem quemadmodum est adquisitio omnium bonorum filij de arrogationis natura, cum videamus rem posse vendi cuius dominium non transferatur, l. rem alienam. 28. de contr. empt. cum alijs cum tamen arrogatio sine adquisitione bonorum nunquam fiat, vt probat tex. noster & iura superius allegata.

36 Tertio etiam loco potest nostra decisio ampliari, vt nõ tantùm dominium, verùm & possessionem rerum filij arrogati ipso iure & sine vlla apprehensione pater arrogatus adipiscatur, neque secus atque apud nos hodie dispositum extat in rebus maioratus per legem. 45. Taur. quam sententiam sequitur Angel. & Faber. hîc gl. Bar. & cæteri in l. si adoptauero. D. de precario; & communem appellat Guillel. Bene. vbi sup. n. 167. quorum principium fundamentum ex d. l. si adoptauero desumitur vbi Pomponius ait quod si adoptauero eum qui precario possidebat, ego quoque precario possidebo, vnde interpretes colligunt sine apprehensione in patrem arrogantem, possessionem transire.

37 Sed ego cum Fabro hîc & in §. interdum sup. de rerum diuisione verius existimo possessionis apprehensionem necessariam esse & hoc sequen. argumentis. Primo ex tex. in l. traditionibus. C. de pact. vbi dicitur dominia rerum nobis traditionibus vsucapionibus adquiri. Secundò quia adquisitio quæ fit per arrogationem successionis instar obtinet, successio q; appellatur, vt constat ex tex. nostro. At nullus heres siue successor possessionem sine corporali apprehensione potest adquirere l. cum heredes. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. l. Pomponius. §. quæsitum. D. de adq. possessione. l. 1. C. de edict. D. Adria. igitur neque arrogator poterit. Tertiò quia hic adquirendi res per vniuersitatem modus de quo hic agitur alijs æquiparatur de quibus in superioribus titulis egerat Iustin. vt constat ex §. fin. sup. per quas person. & ex nostro tex. ibi. *est & aliud*, cõducit. l. actione. 66. §. morte, vers. *societas*. D. pro socio & ibi, glo. verb. *quemadmodum*, sed in illis possessio, absque apprehensione non trãsfertur vt apud omnes exploratum est, igitur idem in adquisitione quæ fit per arrogationẽ dicere oportebit cum cõtrarium in ea expressum non reperiatur.

38 Neque quidquam obstat tex. in d. l. si adoptauero si cum Fab. hic consideremus ibi. I. C. duntaxat dicere illius rei quæ precario & arrogato concessa transire in arrogantem possessionem, non autem negare apprehensionem necessariam esse, imò potius cum de hoc non loquatur apertè præsupponit ab alijs iuris regulis

gulis esse petendum. Quod vt melius intelligatur ego præter omnes aduerto non fuisse I. C. Pomponij quæstionem in d.l.si adoptauero, vtrum sine apprehensione possessio in arrogatem tranferretur nec ne? sed illam potius, vtrū precarij rogatio ab arrogato facta posset in patrem adoptantem transire? Cuius quæstionis negatiuam partem fouebat Celsi responsum in l.cum precario. 12.§. precarij. D. de precario, in l.eum heres de diuer.& temp.præs. Vbi ex bene fundata iurisprudentia responderunt consulti precarij rogationem ad heredem eius qui precario rogauit minime transferendam. Exquo videbatur neque patri arrogatori posse competere cum is loco heredis habeatur, in quo tamen Pomponius contrarium existimauit, qui licèt differentiæ rationem non reddat (vel quā reddit, Tribon. ineptè vt aliàs sæpe prætermiserit) illam tamen potuit assignare quod in casu.d.l.si adoptauero viuebat is cui precarij concessio facta erat, quo fit vt non ita defeciisse voluntas concedentis videatur, atque eo casu quo mortuo illo qui rogauit vult eius heres precario possidere qui forsitan concedentis inimicus esse poterit, vt non male consideraut Accurs. in d. §. precarij adducens in argumentum tex. in l. illud. § fin. D. de trib. act. Quod non ita militat in casu. d. l. si adoptauero, in quo licèt demus adoptantem inimicum eius esse, qui precario concessit, adhuc tamen verum est aliquo beneficio & munificentia affici arrogatum, qui licèt non possideat alium tamen possessorē facit, quod in mortuo secus longe est, qui cum concedentis liberalitate & gratia vti non possit meritò extinguitur precarium. Et facit quod mortuus reddi amplius viuus nequit, cum tamen arrogatus possit sui iuris effectus rursus ead. concessione gaudere, ex quo sequitur in. d. l. si adoptauero mortuo
39 filio precarium omnino cessare. † Quod si hæc ratio minus arriserit considerabis an magis tibi placeat secūda, quam Accur. tradit in. d. l. si adoptauero, dicens tunc demum arrogantem rem precario arrogato concessam possidere cum dominus ad eum concessionem extendi voluerit, adducens in confirmationem elegans responsum Consulti in. l. quæsitum. §.
40 illud, de precario. † Vel tandem dicamus rei precario concessæ possessionem in arrogantes transire, & hoc sine vlla apprehensione, & fateamur hoc in. d. l. si adoptauero expressè caueri, licèt nihil sit quod minus I. C. ibi. cogitauerit. An ideo erit recta argumētatio omnium rerum possessionem sine apprehensione adipisci ab arrogāte? minime gentium, neq; enim ex particularibus rectè generales theses deducimus. Neque bene hoc probat esse, &c. l. neq; natales. C. de probatio. imò potius contrarium posset probari, vel ex illo princip. quod habet exceptionem firmare regulam in contrarium,
l. cum prætor de iud. l. nam quod liquidè de pę-
41 nu legata. † Et tandem facit quod si hoc ita vt interpretes autumant exploratum esset aliquando expressissent I. C. quod cùm non faciant non est cur sine apprehensione in patrē arrogantem transire possessionem dicamus, argumento tex. in l. item apud Labeonem. 15.§. ait prætor, el 2. ibi, *ea enim quæ notabiliter fiunt*
42 *nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta.* † Vnde iam apparet sup. relatam ad nostrum tx. ampliationem non valde tutam videri, vtpote quæ nullo iure probetur & contra quam tot obstent arg. Sed neque magis vera videtur doctrina Fabri & Angel. hic, Bart. Doctorum in authentica ingressi. C. de sac. san. Eccles. & in l. qui vniuersas. §. aut si is. de adqui. possess. & Guille. Bene. d. n. 166. existimantium eandem adquisitionem quæ fit per arrogationem fieri quoq; per ingressū monasterij, ita vt monachi bona illico monasterium possideat absque vlla corporali possessionis apprehensione, pro qua sententia proferunt text. in. d. authentica ingressi, & in. l. si qua mulier. C. de sac. san. Eccl. in quib. tamen de possessione nihil decidituri & sic id iuris dispositioni relinqui videtur cuius regula est sine apprehensione nunquam possessionem adquiri, à qua ego discedendum non arbitror etiam si fauor piæ causæ interueniat, nisi expressè contrarium decidatur, argumen. l. ab ea parte. D. de probat. iunctis quæ tradit Mantua in Glossario Dialog. denarrat. class. 5. c. 26. Mathesilan. singul. 29 & ibi, Gab. Saray in additione.

Quartò cum Iustin. hic extenditur decisio
43 nostra, vt non solum res corporales, sed incorporales etiam in patrem arrogatorem transferantur. Cui verissimæ sententiæ nō obstat tex. quem interpretes obijciunt in. l. actionc. 66. §. morte, ver. societas. D. pro socio. vbi ius societatis quod incorporale est patri non quæritur, sed imò ipso arrogato adhuc socius permanet, na ille tx. particulari ratione fundatur, quā ibi expressit. I. C. ne scilicet quis inuitus ei cui nō velit socius efficiatur: qua ead. ratione & ad heredem non transit societas vt ibi aduertit. I. C. † Sed cum fratrum iure omnia arrogatori ad-
44 quirerentur merito dubitauit glos. in. d. §. societas, verbo, *quemadmodum*, quomodo arrogatus ibi socius dicatur remanere, cum imò potius distrahi societas ex sup. d. ratione deberet & facit tx. in ead. l. actione. §. publicatione, vbi publicatis bonis alicuius ex socijs distrahitur societas, quod idem in nostro casu videbatur dicendum.

Sed respondet rectissimè quod cum à filio famil. contrahi societas possit vt in l. si id quod. §. 1. D. eod. ti. mirum non est si patre famil. ad filij fam. conditionem redacto illa quoque duret, cum præsertim filius famil. si fuerit emancipatus socius permaneat. Vt in d. §. societas.

Illud

45 Illud tamen aduertendum est harum rerum incorporalium ius ad patrem arrogantem sine cessione transire quod interpretes omnes hic agnouerunt, vt constat ex Fabro. n.2. Angel. num.3. Balduin. statim in princ. & alijs. Quod tamen difficile videtur ex eo quia quod traditio operatur in rebus corporalibus idem operatur cessio in actionibus seu iuribus incorporalibus: vnde quemadmodum in illis traditio requiritur.l.traditionibus.C.de pact. ita in his cessio omnino necessaria videbatur, quod cõfirmat Consultus in.l.1.& 3. D. pro socio vbi bonis in societatem deductis ea quæ in nominibus sunt non aliter communicantur quam si inuicem actiones præstitæ & mãdatæ fuerint. Augeturque difficultas ex eo quia ibi etiam loquuntur I. C. eo casu quo omnium bonorum societas contracta fuit, qui quidem nostro simillimus est in quo omnia bona arrogati in adoptantem transferuntur, estque adeo verum in corporalia numquam sine cessione transferri vt existimauerit Tellus Fernan. in. l. 17. Tau. num. 5. non sufficere traditionem instrumenti illarum rerum emptori à venditore factam, sed omni modo cessionem ad translationem requiri, licet in hoc contrarium tenuerit Moline. ad Decium consilio. 251. Molin. de Hispan. primog. 2. p. li. 4. c. 2. nu. 39.

46 Sed huic difficultati satisfaciunt interpretes dicentes verissimum esse raro vel numquam incorporalia iura ad alios sine cessione transferri, etiam si partium cõsensu omnia bona communicentur, vt in casu. d. l. 3. accidisse sup. retulimus, id tamen eo casu limitationem recipere quo aliquis vno ex modis in nostro tit. & in præcedentibus comprehensis alterius vniuersalis successor constituitur. Nam cum hi succedendi per vniuersitatem modi à iure inuenti fuerint, & non alij, in eis ius concesit vt actiones directæ absque vlla cessione trãsferrentur, quod alias non contingit, licèt aliquando vtiles sine cessione competant vt in casu legis emptor. C. de petitione heredi. l.

47 ex legato. D. de legat. 1. † Quam solutionem licèt interpretes hic ita nudam tradiderint ego tamen vellim posse existimo ex tex. in. l. quædam sunt. 62. D. de acqu. rerum dominio. cap. ex litteris de iure patron. vbi probatur, multa quæ de per se sola non possunt tamen cũ vniuersitate transire, facit item tex. in. l. cum heredes. D. de adqu. possessione, ibi: *omnia iura ad nos transeunt*, & text. in. l. hereditas. D. de verb. signific. & de reg. iur. vbi hereditas diffinitur successio *in* vniuersum ius quod defunctus habuit ex quibus apparet iura in corporalia in heredes sine vllo facto neque cessione transferri, quo fit vt cum arrogator heredi comparetur vt sup. sæpe diximus & probatur in. l. actione. §. societas iuncta Glossa ibi ver. *quemadmodum*. D. pro socio, recte in eum quoque transire cum Iustin. doceant interpretes hic.

48 Cum quo rursus, & quinto nostri tex. decisio ampliatur vt non solum res corporales & incorporales arroganti adquirantur, verũ illæ etiam quæ ei qui se in arrogationem dat debitæ fuerint. Sed cum summa rerum omniũ diuisio sit, quod aliæ corporales & aliæ incorporales existunt, & incorporalium appellatione ea propriè veniant quæ in nominibus sunt & nobis debentur vt probat tex. in. l. 1. §. quædã. D. de rerum diuisione, & text. in principio de rebus corpor. & incorp. ibi: *& id quod ex aliqua obligatione nobis debetur* iunctis illis verbis *& ipsum ius obligationis incorporale est*, merito superfluitatis argui Iustin. poterit, qui postquã incorporales res adquiri docuit illa adiecit verba (*quæque ei debitæ sunt*) cum incorporalium mentio sufficeret. Quinimo si magis instemus non barbarismum sed solœcismum etiam fecisse Iustin. deprehendemus, qui apponendo illã dictionem, que, cuius virtus est diuersa coniũgere ac copulare vt notatur in rubrica. C. de iur. & fac. ignorantia. dubio procul res incorporales ab his quæ nobis debẽtur diuidere visus est & diuersitatem inter eas constituere, quod tamen quam sit falsum ex sup. relatis iu-

49 ribus satis apparebit. † Recipitque hæc difficultas augmentum non leue ex vulgari iuris regula, qua docemur neminem id quod non habet in alium posse transferre. l. si filius. C. de donat. text. in l. 2. C. de pœn. & in l. 1. C. qui pro sua iurisd. in. l. obseruare circa finem de officio proconsi. cum his, quæ adducit Decius in regula nemo plus iuris, de reg. iur. Sed id quod mihi debetur meum non est vulgaris tex. in. l. Quintus Mutius, la. 2. §. argento, de aur. & arg. leg. ibi. *quia non videtur suum esse quod vindicari non potest*. l. singularia. D. si certum petatur ibi, *quamuis nũmos meos non acceperis*, igitur minus bene patri adoptanti ea quę arrogato debẽtur, adquiri docet Imperator in præsenti.

50 Sed vt his obiectionibus satisfaciamus breuiter considerari potest, maiores declarationis gratia Iustinianum rerum debitarum expressionem fecisse, licèt illæ rerum incorporalium etiam appellatione comprehenderẽtur recte, quia dictionem illam copulatiuam adiecisse eo quod maior poterat esse dubitatio, vtrum debita quoque adquirerentur ex eo quia id quod nobis debetur nostrum non sit minusque est actionem habere quam rem, iuxta. l. minus. D. de regul. iur. vnde non male dixit Bart. in. l. Gallus. §. videndum de lib. & posthu. pœnam in quem quis incidit ex statuto qui aliquo casu cum qui rem suam vendiderit sumit, nõ persoluere eum qui actionem competentem sibi reuẽderet, propterea quòd multa accidere possunt ob quæ non capiat vt alias dixit Iustin. in. §. illud Instit. de rerum diuis. vel ob probationũ defectum, quibus ab actore nõ probatis

reus

reus absoluitur.l.actore.C.de probatio. vel ob incertum litis euentum.l. quod debetur. D.de peculio,vel ob alia multa quę faciunt,vt etiam in manifestissima causa timendum sit. Vnde Iustin.cum mysterio res incorporales & debitas vt diuersa ponit,quia vt Balduin.hîc & alij alibi volunt tertium quoddam rerum genus esse videtur,vel quia vt diximus magis dubitari poterat an hæc quoque adquirerentur propter sup.traditas rationes.† Quibus tamen non obstantibus adquiri etiam docet Imp. quoniam ex iuris interpretatione non solum illas res videmur habere, quas possidemus quarumque domini sumus, verùm & illas ad quas recuperandas nobis competit actio. l. rem in bonis. 52.D.de acquir.rerum dominio. l. qui actionē 15.de reg.iuris.l.nemo,de in integ.restitu.quę in bonis nostris etiam annumerantur vt dixit consultus in d. l. rem bonis & in.l. bonorum. 45. D. de verborum significatione. Quinimo & accepisse iam quis illud videtur quod ex alterius promissione consequi potest. l. si quis obligatione. 116.§. 1. per argum.à contrario. D de reg. iur. quo fit vt optime dixerit Iabolenus in l.si quis mandatu.25.D.de nego.gest. id omne alicui abesse, videri in quo alijs obligatus est, nempe quia creditores illud habere intelliguntur,vnde Iustin.rectè tradit etiam ea quæ arrogato debentur cùm eius esse videantur,vt iam diximus,in adoptiuum patrem virtute arrogationis transferri. 51

Ex quibus omnibus nostri tex.declarationibus & ampliationibus iam satis apparet quam generaliter omnia bona eius qui se ad arrogadum dat in patrem arrogantem tranferantur, qualiterque nihil sit quod Digestorum iure posset apud filium remanere.

Vnde iam non male inferri potest ratio & declaratio ad tx. in l.si pater.§. in arrogationibus,cum l.seq. & in l. neque ei.17.§. 1. & in l. non aliter. 18.D.de adoption.& in. §. cum autem,Instit.eod.& in l.4.tit.16.par.4.quibus in iuribus non aliter impuberes per principale rescriptum adoptari permiserunt legislatores,quam si prius diligens causæ cognitio versaretur, causaque arrogationis exquireretur, vtrum honesta esset,vtrum pupillo expediēs, ne solùm, pupillorum bonis inhiantes multi passim & temerè arrogationes expeterent; quo fit vt cautio etiam ab arrogante desideretur in dictis iuribus, per quam caueat personæ publicæ si intra pubertatem pupillus decesserit restituturum se bona illis, qui si adoptio facta non esset ab intestato venturi forent, qua cautione etiam substitutis & libertatibus prospicitur. d.§.cum autem.d.l.neque ei.§.fi.& §. eorum cum duabus legi.sequentibus. & explicat Connan.lib.2.comment.c.15.nu. 10.† Et quod de seruo publico in his iuribus traditur dum cautio apud eum fieri debere dicitur licèt male ab Accur.ibi & in l.2.D. rem pupilli saluam fore,de tabellione intelligatur,neque melius percipiatur à Tiraq. de iure constitut.3.p. limitatione.30.nu.40. optimè tamen explicatur ab Ant.Contio lib. 2.successiuarum lect.c.2.Gouean.li.2.variarum lect.c.10. Forcatul. in Necioman.Dialog.98.n.3.vt in d.§.cum autem,& in l.si adrogator.22. D.eodē,explicuimus.† Quinimo illud quoque adijci potest ex sup.d.ratione descendere per constitutionem D.Pij,qua impuberi arrogato siue viuus cum pater sine iusta causa emancipauerit,siue testamento exheredauerit, siue etiam præterierit, quarta pars bonorum arrogāris reddi iubetur, vt constat ex.l.si arrogator. D. de adopt.ex.l. Papin.§. si quis impubes. D. de inofficioso,ex l.1.§.si quarta. D.familiæ erciscun. ex. §. item non aliter, Instituta de adoptione, licèt pater qui bonis filij vsus est, quique in eum patriam potestatem exercuit nihil horum vice rependere & præstare videatur.† Quæ quarta etiā puberibus præstanda est vt tradit glos.in.d.l.si arrogator verbo *quartam partem* quam communem appellat Ias.ibi.n.52.licèt non ex constitutione, sed ex ordinarijs iuris regulis descendat, & licèt nō tantis ac talibus priuilegijs vti ea quæ impuberi præstatur, fulcita sit, vt latè ostendit Lusitanus Eduar. Caldeira lib.3.var. c.1.à.num.1. 52 53 54 55

Hinc etiam secundò inferri potest interpretatio ad tex.difficilem in.l.qui ex liberis.§.testam.D.de bonor. poss. secundùm tab. & ad l. conficiuntur.§. non post,de iure codicillorum & ad.§.non tamen,Instituta quibus mod.testamēta infirm. Quibus in iuribus pro regula traditur illum qui se in arrogandum dedit minime posse facere testamentum, illudque quod antea fecit ita per arrogationem cassari vt testatore sui iuris effecto neutiquam conualescat nisi codicillis aut alijs literis se cum ead. voluntate velle decedere declarauerit,vt dicitur in d. §.testamento, vel nisi scripti sint hi qui aliàs ab intestato venturi sunt vt ad interpretationem.d. §. non tamen,ibidem animaduertunt Vig.Baldui.& Hotom. Sed hoc mirū non videbitur si aduertamus hos riuulos ex fonte superius demonstrato scaturire: nam cum per arrogationem bona arroganti quærantur, cōsequens est non posse filium testari,principium sup. quibus non est permiss.quod ita considerauit Consul,in.d.§.testamento,ibi, *quia dando se in arrogationem testator cū capite fortunas quoque suas in domum alienam transfert.* & in d. §. si post, ibi: *& de alienis quodammodo rebus testetur.* Vnde non insubtiliter difficilis reddi posset decisio nostri tex. cum videamus per adquisitionem quæ ab arrogatione causatur, quem sibi ius testandi auferre,quod maxime abhorrēt legislatores.l. stipulatio hoc modo concepta, 61.de verbo.l.ex eo.C.de inutili.l.pactum.C. 56

de

de pact. quamque rationem tanti interpretes noſtri faciunt, vt ob eam ſolam vbique teſtentur donationem omnium bonorum præſentiũ & futurorum nullius eſſe momenti, vt cõſtat ex Bart. Bald. Paul. Cuma. & Alex. in d. l. ſtipulatio Bald. Fulgoſ. Caſtren. & alijs in l. fi. C. de pact. quos tamẽ reprehendit Corraſ. li. 6. Miſcel. c. 16. Sed huic difficultati poteſt ſatisfieri ex his quæ ipſe Corraſ. adducit & Ioſephus Gonçal. c. 30. var. n. 3. & 4. & à nobis obſeruatis in. d. §. non tamen. & in d. l. ſi adrogator.

57 Hinc † etiam tertiò deducitur pupillarem ſubſtitutionem factã impuberi per ipſius arrogationem extingui, vt docet Vlp. in l. neque ei §. eorum, de adoptio. ibi: *& ſubſtitutionem à parente factam extinguere.* Cuius rei rationem ego ex ſup. dictis in hunc modum deduco, quod cũ ſubſtitutio pupillaris licèt à patre fiat bona tamen pupilli contineat. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos, de vulgari, & ipſius teſtamẽtum ſit vt in l. patris & filij, vulgari & in l. Papinianus. §. ſed neq; impuberis. D. de inofficiot. & in principio. & in §. igitur. ſup. de pupillar. & in l. ſi pupillus, 42. de acq. hered. & arrogatione facta bona omnia arroganti quærantur & teſtamentum adoptati annulletur, vt ſup. diximus, mirũ non eſt ſi ſubſtitutio pupillaris irrita quoque
58 fiat. † Neque obſtat tex. in l. cauſa cognita. 40. D. de vulgari. nã ibi ea ratione ſubſtitutus admittitur, quia fuerat præſtita Cautio de qua in §. cum autem, de adopt. & de qua ſup. ſermonẽ fecimus, cuius virtute ſuccurritur ſubſtituto, eique vtiles actiones conceduntur cum aliàs omnino remaneret excluſus, vt rectè perpendit glo. ibi verbo, *ſubſtituto*, & gloſsa in d. l. ſi arrogator. quam ibi communem appellat laſo
59 n. 38. & Eduar. Caldeira. d. l. 3. var. c. 1. nu. 16. † Qui. n. 17. teſtatur etiam quartam quam conſtitutio D. Pij impuberi tribuit ad ſubſtitutum hoc pertinere, ſi impubes in vita arrogatoris
60 moriatur. † Et numeris ſequentibus, adeò bene tractat an hodie de iure noſtri regni poſtquã per l. 5. Tauri filijs etiam in poteſtate cõſtitutis teſtandi licentia conceditur, poſsit filius arrogatus teſtamentum facere, vel teſtamentum quod antea fecerat annulletur, & an ſubſtitutio pupillaris irritetur, vt ſuperfluũ videri poſsit quidquam ab eo hic tranſcribere.

His igitur pro noſtri tex. confirmatione & ampliatione explicatis, ſupereſt vt illa quæ Iuſtin. pro ſuperioris regulæ limitatione addu cit, proferamus. Qui in primis ea omnia docet arrogatori non adquiri quæ per minimam ca-
61 pitis diminutionem tolluntur. † Minima autem capitis diminutio contingit quoties libertas & ciuitas retinetur, ſtatus autem commutatur, quod in his accidit qui cum ſui iuris fuiſſent, cœperunt eſſe alieno iuri ſubiecti, vel è contra, veluti cum filius familias à patre emancipatur, quod ita Iuſtin. docet in. §. minima de cap. dimin. & Paul. in l. fin. D. eod. & alibi paſſim. vnde apparet eum qui ſe arrogandum dat minimã capitis diminutionem incurrere. Sed videamus quæ ſint iſta, quæ per illam admittantur.

62 Et primò loco Iuſtin. operarum obligationem connumerat, quas ait in arrogantem non tranſire. Quæ verba maximè difficilia interpretibus viſa ſunt: nam cum arrogatione ius patronatus non pereat. l. ſed ſi hac. §. patronum, de in ius voc. l. ſi libertus præterito. l. patroni, de bon. liber. † Quinimo neque media
63 capitis diminutione amittatur vt tentari poſſet ex tx. in l. 4. de iure patronat. (quã cum lege 3. de interdictis & relegat. ad concordiam reducit Gilbert. Regius lib. 2 enancioph. c. 5.) nulla ratio extare videtur ob quam operarum
64 obligationes perire dicamus. † Vnde Accur. hic, verbo *operarum*, quem cæteri fere ſequuntur diſtinguit inter operas officiales & fabriles, quod vt melius intelligamus præmittere oportet. Officiales operas eas appellari quæ in obſequio & reuerentia patroni conſiſtunt & ad quas libertus ex ipſomet manumiſsionis actu remanet obligatus veluti illum ſociare, ad eius aduentum aſſurgere, & ſimilia facere vt notat gloſſa hic Bart. nu. 10. & 19. quem Angel. Paul. & cæteri ſequuntur in l. ſi non ſortem. §. libertus, de condict. indeb. ad quæ adeò tenetur libertus vt niſi præſtiterit poſsit per Præfectum vrbi compelli, interdum & grauiter caſtigari, vt probat tx. in l. 1. §. cum patronus. D. de officio præf. vrbi quam declarat Io. Robert. li. 3. ſententiarum c. 17. & ſummè commendãt Bar. n. 11. Alberic. n. 16. in l. ex hoc iure. D. de
65 Iuſtit, & iure. † Fabriles verò operæ ſunt quæ ex quolibet artificio præſtantur, quas diurnum officium appellauit. I. C. in l. 1. D. de oper. lib. Ad quas cum non poſsit cogi libertus, cumque eas propter manumiſsionem non debeat, neceſſarium eſt vt dominus ab eo operas ſtipuletur, ipſeque promittat, vt ſic incipiant deberi vt conſtat ex tex. in l. 2. 3. & 4. in l. ſi ſeruus patroni, in l. Campanus in l. operas, in l. ſi quis operas. D. de oper. libert. l. 1. 2. & toto titu. C.
66 eod. † Quinimo & poterat dominus pro operis ſibi præſtandis non ſolum ſtipulationis vinculo, ſed etiam & iurisiurandi religione libertum adigere, vt docet tex. in. l. vt iurisiurandi,
67 7. de oper. libert. † Et ex hoc intelligi poteſt tex. in. l. ſi quis pro eo. D. de fideiuſſoribus vbi ea ratione non valet fideiuſsio facta pro eo, qui cum libertus non eſſet operas ſe præſtaturum iurauit, quia operarum promiſsio vt diximus ſolum liberto & patrono conuenit. d. l. operas, & d. l. ſi quis operas &. d. §. libertus: & hoc eſt quod oſtendit, I. C. in d. l. vt iurisiurandi ibi, *libertum eſſe oportet qui iurat*: latè proſequuntur Couarr. in cap. quamuis pactum. 1. par. §. 2. num. 3. Sarmiento lib. 1. ſelect. cap. 3.

Forca-

Forcatulus in Næcyomant. Dialogo. 53. Pet. Vellez de Gueu. in. l. illicitas. num. 12. D. de officio. Præsid. Conna. lib. 6. commentariorum cap. 6. num. 12. Ferdin. Mendoça. lib. 1. disput. iuris ciuilis. cap. quarto. ex nu. 17. & nouissimè Morla in Emporio iuris, 1. par. tit. 3. D. de pactis, quæstione 1. ex. nu. 15. † Est etiam 68 inter has operas discrimen aliud. nempe quod fabriles ad alium transire possunt & alij cuicumque ex patroni voluntate adquiri, officiales vero non item, vt constat ex. d. §. libertus, versic. sed si delegatus. ibi, *nisi forte in artificio sint, hæc enim iubente patrono alij edendæ sunt* & ibi, *in officiales non teneri eum.* l. fabriles. 6. de operis lib. ibi, *fabriles ad heredem extraneum transeunt, officiales non transeunt*, celebris text. vbi hoc Iurisconsult. expresse confirmat in. l. operæ. 9. eod. tit. & in. l. si operarum iudicio eod. tit. text. (qui de officialibus intelligi secundum hanc sententiam debet) in l. liberti. C. de 69 oper. liber. † Cuius rei ratio ea tradi potest quod cum fabriles operæ bona patroni respiciant, quemadmodum bona ad heredes extraneos transire possunt, ita & ipsæ (nisi forte incertæ sint & nondum indictæ, idest quę nondum cesserunt, hæ enim ad alios nõ transeunt præter quam ad filios. d. l. si operarum l. interdum. 73. vers. itẽ si operas. D. de verb. oblig.) At vero officiales cum tantùm patroni personam respiciant, ipsiq; cohęreant ad alium trãsferri non possunt: quod ita optime considerauit Vlpian. in. d. l. operæ. ibi, *cum proprietas earum in edentis persona & in eius cui eduntur consistat*; & Alex. Imper. in. d. l. liberti vbi officiales operas, defunctorum esse dixit.

70 Sed has quoq; operas in patronorum filios transferri docuit. C. in. d. l. si operarum. 29. & in. l. si patroni. 55. §. 1. ad Trebel. & in. l. pro herede. §. 1. de adqui. hered. Et merito, quia si eò non transferuntur in alios quod personæ cohęrent, vtiq; ad filios recte poterunt pertransire, qui cad. cum patre persona reputantur. l. fin. C. de impub. §. ei vero de inutilibus, & hinc forte declarari poterit, tex. in. l. licèt. 58. §. paternos de verb. signific. vbi ait consultus quod paternos libertos, possumus nostros appellare, quod idem tradit tex. in. l. 1. §. do-
71 mini el. 2. D. ad Syllania. † Ex quibus iam apparet non posse officiales operas per adquisitionem adrogationis ergo contingentem adquiri, quia arrogatori eo quod patronus non est deberi non possunt, neque apud arrogatum consistere, quin & arrogatori statim adquirantur, quod cum esse non possit merito harũ operarum obligationes arrogatione perimuntur
72 vt recte Cuia. hic animaduertit, † qui & illud bene considerat non sic esse in seruorum operis, istæ etenim capitis diminutione minimè pereunt, neq; non vtendo amittuntur, vt Papinian. docet in. l. 2. D. de vsuf. leg.

73 Quod verò Acc. ait operas alicuius hominis quas arrogatus conduxit in arrogatorem transire, licèt ab interpretibus hic particulari dote destituatur, potest tamen ex sententia Bart. cõfirmari, qui in. d. l. si non sortem. §. libertus de cond. indeb. n. 30. arg. illius text. contendebat posse me operas famuli cõductas alteri etiam inuito famulo delegare quando operæ personã meã non concernunt. † Sed à Bar. discedũt
74 interpretes, eo quod delegatio fieri nisi debitore permittente nõ potest, vt in. l. nec creditores. C. de nouat. vnde ipsi dicunt delegationẽ non valere, posse tamen aduersus eũ etiã inuitũ actiones cedi, inter quæ lõga differentia est vt notatur in. l. 1. C. de nouatio. atq; cũ hac arti maduersione in reliquo Bartol. sequuntur ibi. Fulgos. fin. colun. Alex. n. 10. Ias. 25. Socin. 16. Paul. & Alex. n. 27. in. l. 2. D. solut. matrimõnio & innumeri alij quos refert Tiraq. de ret.
75 §. 26. Glos. 3. n. 36. † Qui licèt hanc doctrinã sine distinctione recipiat, ego tamen nostram Glos. & Bart. opinionẽ necessario intelligendã puto in casu, in quo ipse Bart. loquitur & in similibus, nẽpe quando operæ conductæ illius naturæ sunt, quod ex varietate personarũ variari naturæ possunt, vt puta scribere librũ vel similia. Cæterũ si mutatione personæ conditio ipsius famuli fiat deterior tũc eo inuito alij eius operæ cedi nõ possint, neq; per consequẽs in nostro casu arrogãti adquiri, quod ex mẽte Bart. & sequaciũ colligitur & cõprobatur ar-
76 gum. tx. in. l. is qui. d. fideicõm. lib. † Vel vltra eos dici potest quod quãdo tales operę ratione seruitij fieri deberent tunc si in hominẽ inferioris cõditionis cessio fieret ea inuito famulo non valeret, aliàs vero maximè, vt in simili docet tx. in. c. vnico §. ex eadẽ, ibi, *dum tamen æquali domino aut maiori vendatur, inferiori vero sine vassalli voluntate non licet partẽ alienare*, de lege Conradi, in vsibus feudorũ, igitur, cũ res incorporales in arrogantẽ transferri ablq; vlla cessione sup. docuerimus, idẽ in his operis eo casu quo adquiri possunt erit dicendum.

77 Limitat & secundo loco Iustinian. sup. relatã decisionẽ in agnationis iure, hoc enim cũ qualibet capitis diminutione amittatur, & per arrogationẽ quis minimã patiatur, cõsequens est in arrogãtẽ non trãsire, sed potius perẽptũ iudicari. Cuius limitationis ratio vt melius intelligatur oportebit aduertere agnationẽ ciuile nomẽ esse ius illud significãs q̃ habẽt agnati. Sũt autẽ agnati qui p̃ virilis sexus cognationẽ iungũtur, cognati verò appellãtur hi qui p̃ fœminini sexus personas cognatione iũgũtur vt docet Iust. in. §. 1. de leg. ag. tut. & in. §. 1. de leg. agn. succes. & in. l. sunt autẽ. 7. D. de legit. tut. & in. l. 9. ti. 16. in. l. 5. ti. 13. p. 6. ideo autẽ. cognati nõ sunt agn. quia agnatio præsupponit familiã cui⁹ fęmina & caput & finis est. l. p̃nũt. 195. infi. d̃ ver. sign. prosequ. Mol. lib. 3. c. 5. n. 2.

78 Hinc fit agnationem vtpote merum iuris ciuilis inuentum qualibet capitis minutione perire, vt probat tx. in §. fin. de cap. dimin. ac per consequens ea sublata omnia iura quæ eius vir tute alicui concedunt amitti: hinc enim tutela quę agnatis ex l. 12. tabul. tribuitur, principiũ Institut. de legit. agna. successione, hac capitis diminutione perimitur, vt probat eleganter Consultus in l. 2. & in l. 3. §. quæri. de legitim. tutor. in l. tutelas de capit. diminut. in l. 21. tit. 16. p. 6. & declarat optimè Goueanus. variarum
79 lection. lib. 2. c. 12. † Hinc etiam legitimarum hereditatum ius arrogatus amittebat. l. capitis diminutione. 11. de suis & legit hered. l. 1. §. capitis ad Tertul. tex. in §. sciendum. Instituta ad Orfician. tex. etiam in d. l. tutelas. quibus in iuribus quod de nouis legibus dicitur ex quibus hereditates ad agnatos peruenientes capitis diminutione non perimuntur rectè ex plurimis iuribus declarat Goueanus. d. c. 12. Suarez lib. 1. obseruation. c. 36. Hotom. in §. vlt. verbo ciuilis. Instituta de legit. agnat. tutel.

80 Neque solum ea capitis diminutione auferrebantur quæ alicui tanquam agnato ius ciuile cõcedebat, verũ & alia si quę sint quæ eis prætorij iuris æquitas impertiatur: vnde notabiliter dixit Accur. quem cæteri hic sequuntur, ius petendæ bonorum possessionis perire si ante eam petitam quis arrogãdum se dederit: quod apertè comprobat Paul. in l. fin. D. vnde liberi & in l. 3 §. si emancipatus de contra tab. estque huius rei ratio quod ius prætorium iuris ciuilis pars neq; minima est, vt dicit tex. in l. ius ciuile de iustitia & iure, in. §. prætorum sup. de iure naturali. vnde quemadmodum cætera quæ iuris ciuilis sunt arrogatione perimuntur. d. §. fi. de cap. dimin. ita & ea quæ à prætore præstantur.

81 Sed. sup. dictis omnibus, & Iustiniano hîc aduersari maximè videtur tex. in l. peto. 71. §. frater, versi. *si quidam*. D. de leg. 2. vbi emancipatus admittitur ad legatum familię relictum, cũ tamen in eo miniman capitis minutionẽ contingere nemo nesciat. adeoq; emancipationem arrogatione simile esse vt hæc duo à pari procedant & vnius nomine altera comprehendatur. l. fi. C. de adoptio. cumq; lippis (quod aiũt) & tonsoribus innotescat idem esse familiæ & agnationis ius. cumq; qui sit de familia agnatũ etiã esse, & è cõtra, vt sup. insinuauimus, & tradit Bart. in, l. qui in adoptionem. 2. lectura. D. de adoption. & Iosephus Gonçalez variarum quæstio. c. 6. n. 5. Igitur cum emancipatus in familia remaneat apparet minima capitis diminutione ius agnationis nõ perire, minusq; bene Iustinianũ hic & omnia sup. relata procedere.

82 Cui difficultatis duplici modo satisfacere conatur Accur. in. d. §. fratre. scholio vltimo, cuius prima solutio quæ habet ibi testatorẽ sensisse de his qui de familia erant tempore quo ipse testabatur, & sic nihil mutare, si quis postea per emancipationem de ea esse desinat, argumento. l. si cognatis, D. de reb. dub. vt diu-
83 natoria reijcitur ab interpretibus. † Qui secũdam magis admittunt, quæ docet ibi. l. C. non loqui de familia quam inter se faciunt hi qui sibi inuicem agnati sunt, de qua loquitur tex. in l. pronuntiatio. §. communi iure. D. de verbo. signifi. extraneus enim quis per emancipationem constituitur, vt probat tex. in l. tutelas de capit. dimin. Sed de familia prout genus quoddam est & plures personas complectitur, quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur, sicuti dicimus familiam Iuliam quasi à fonte quodam memoriæ, vt dicit Consultus in d. l. pronunciatio in fine, de qua quis quantumuis emancipetur esse nõ potest desinere, cũ in iure naturali fundetur. l. iura sanguinis de regulis iuris & in §. fi. Instituta de legitim. agna. tutel. facitq, pro hac sententia quod in. d. §. fratre, testatoris mẽs erat ne domus alienaretur, vt eius nomen & memoria cõseruaretur: quod etiam plerumque in his fideicommissis familiæ relictis procuratur, vt constat ex tex. in l. pater filium. §. fundum Titianum, ibi, *vt de nomine meo nunquam exeat*. D. de legat. 3. l. cùm ita. §. in fideicommisso, ibi: *Qui ex nomine defuncti*. & ex alijs pluribus quæ congerit Molina de Hispan. primog. lib. 2. capite. 14. per totum. Vnde cum emãcipatus licèt vinculum patriæ potestatis non habeat cognomen tamen familiæ eiusq, insignia seruat, rectè ad legatum, ex sup. d. ratione, familiæ relictum admittitur, vt in simili notat Baldus in l. fi. C. de emancipat. lib. & defendit Alciat. in d. l. pronuntiatio. n. 22.

84 Ex quibus iam apparet rectè Iustinianum dixisse agnationis ius, vtpote quod arrogatione pereat, arroganti non quæri. Cui rationi aliam non omnino ineptam adijcit Ioannes Faber hic, quod cum ius agnationis in nostro tx. nihil aliud significet quam ius succedendi & hoc ius non possit in alium transferri obstante iuris regula, de qua in l. n ulier. §. ex asse de iure dotium, ideò non potuit in arrogantem transire.

85 Sed cum ius cognationis siue vt proprius loquamur ius succedendi ex capite cognationis minima status mutatione & sic arrogatione nõ pereat. §. quod autem Instituta de c. dimi. §. fi. de legit. agn. tute. l. 34. titu. 34. p. 7. dici potest Iustin. sententiam hic hodierno iure locum non habere quo ius agnationis & cognationis in nullo separantur, & pari passu ambulare iubentur, vt in authentico de heredibus ab intest. venient. & de agnatorum iure sublato, §. nullam, collatione. 5. vnde hodie arrogatum ad naturalis patris successionem admittendum tradit Glossa in. §. sed ea omnia sup. de hered. quæ ab intestat. Angel. hic num. fin.

Faber

Faber. nu. 5. qui hoc in adoptiuo filio non sic indistinctè recipiunt, sed cum limitatione, de qua in l. cum in adoptiuis. C. de adoptionibus. & optime declarat Iosephus Gonçalez. cap. 6. variarum, n. 13. nosque latius inf. in. §. mortuo tractabimus.

86 Tertio de iure antiquo illa generalis adquisitio, quæ per arrogationem fiebat ad vsum & vsumfructum non extè debatur, eæ etenim res cum arrogatione perirent minime quæri arrogatori poterant, vt probat tex. in l. 1. in princ. & in §. vsque adeo, in l. 3. in l. 4. & fere per totum. D. quibus mod. vsusf. amittatur. tx. in l. si quis vsumfructū, & in l. corruptionem. C. de vsufructu, & melius declarat Paulus, & ibi

87 Cuiac. lib. 3. sentent. tit. 6. † Cuius rei ratio licet ab interpretibus, neque hic, neq; alibi tradatur, ea tamen mihi fuisse videtur quod vsusfructus quædam seruitus personalis est in l. 1. cum similibus. D. de seruit. l. sicut. §. morte. D. quibus mod. vsusfruct. amittatur, adeòq; personalis, vt extincta persona extingueretur, vt voluit gloss. in d. l. 1. & probat tx. in d. §. morte, & in l. 3. §. fi. eod. tit. & in §. finitur, sup. de vsufr. & in l. non solum 9. §. tale de libera. legata. † qua de causa alienari non poterat, quod

88 si alienaretur reuertebatur ad proprietatem. l. si vsusfructus. 65. de iure dotiū. l. vsufruct. 9. C. eod. d. §. finitur cum alijs, per quæ iura hoc obseruat Pinel. in l. 1. C. de bon. mat. 3. par. n. 38.

89 Couar. 1. variar. c. 8. n. 9. † Ex quo descendebat, neque in arrogantem vsum, vel vsumfructum transire posse, quia diuersa persona erat: & cum apud arrogatū remanere nō valeret, sine eo quod patri quæreretur merito iuris rigore perspecto arrogatione illū perimi, apud veteres receptū fuit, licèt in emancipatione alia ratio perimendi vsusfructus fuisset: quā elegāter considerauit Gobeanus lib. 1. variar. lectio.

90 c. 26. † Quod tamen Iustin. sua constitutione correxit, cuius hic mentionem facit, quæque extat in l. corruptionem. C. de vsufructu. & in §. finitur, inf. eod. iusitque vsumfructū maxima & media capitis diminutione dūtaxat tolli, minima vero non item, æquitatem præ oculis habens, quæ non patiebatur ex tam leui causa ius filij perire, vt non obscurè colligitur ex finali parte tex. in dict. l. corruptionem, in versic. *quare, &c.*

91 Sed dubitari solet, vtrùm vsusfructus in monasterium, ingressu monachi, illum habentis, transferatur. In qua quæstione affirmatiuam partem tenuit gloss. & Bart. numer. quadragesimo secundo, in Authentica, ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Abbas, in capite finali, columna secunda, de pignoribus. Didacus Couarruuias, in capite secundo, numero octauo, de testamentis, quod Pinelus in l. 1. prima parte, numero 47. C. de bonis maternis contra Didacū Couarruuiam. supra. & alios docet procedere etiam in patre, qui cum filios habeat ingreditur monasterium, nam eo quoque casu vsusfructus non filijs, sed monasterio adiudicabatur.

92 Quartò & vltimò Iustinianus noster supra scriptam generalem regulam limitat, vt non procedat acquisitio, nisi quatenus vsumfructum rerum arrogati concernit, proprietate semper illi reseruata, & hoc ad exemplum naturalium parentum, qui etiā nihil amplius quā vsumfructum hodie consequuntur, post illam celebrem Iustiniani constitutionem, quæ extat in l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, qua id quod in l. prima, & secunda. C. de bonis maternis. in maternis bonis statutum fuerat ad cætera aduentitia bona ampliatur, & extenditur, iubeturque, vt illorum proprietate filijs reseruata pater pro tempore tantum vitæ suæ, eorum bonorum vsufructu gaudeat, posteaque eis reddere teneatur: qua constitutione, & liberis parcitur, & parentibus honor debitus conseruatur: erat enim inhumanum, vt quod filij prospera fortuna sæpè etiam suis laboribus acquisijsset, hoc ad alios peruenies, luctuosum eis procederet, vt considerauit Iustinianus in paragrapho. 1. supra, per quas personas, atque ita temperatur iuris antiqui rigor, quo omnia filiorum bona (castrensibus videlicet peculijs exceptis) pleno iure parentibus acquirebantur. † Licèt non defuerint au-

93 thores, qui ante has nouas cōstitutiones, quas retulimus bonorum aduentitiorum acquisitionem parentibus in totum fieri negent, moti per textum in l. sacratissimi, D. ad Tertullianum, & in l. filius non impeditur, ibi, *quoniam alij commodum victoriæ parat.* D. de inofficioso testam. & per text. quem maximè ad hoc commendat Polytus in tractatu de vulgari. numer. 41. in l. 1. ibi, *eius emolumentum patri acquireret.* D. si à parente quis fuerit manumissus, quos tamen reprehendit Pinelus communem sententiam late confirmans, & ad hęc iura respondens in dicta l. 1. C. de bonis maternis, 1. p. à n. 12. quod etiam præstitit Riminaldus in l. 1. n. 379. C. qui admitti, & Connan. lib. 9. commentario. cap. 9. Bellonus, libro 4. supputationum. cap. 4. & 5. & optimè Brissonius lib. 1. Selectarum. c. 16.

94 Illud pro coronide adijciendum est, cum in nostro textu dicatur mortuo arrogatore dominium quod filijs in rebus suis integrè seruatur ad illos transire existimasse Bartolum in l. si arrogator. in repetitione. nume. 12. ad medium, possessionem in filio absque vlla apprehensione consistere, qui ea ratione mouetur, quod cum filijs hodie reseruetur proprietas, ciuiliter possidere videntur, quo casu mortuo patre, qui solum vsumfructum habebat naturaliter etiam ignorantes, & sine vllo facto incipient possidere, argumento textus

in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, cum l. sequenti, de acquiren. possessio. Sed vereor ne hæc iura parum pro Bart. faciant, & ne multum huic traditioni obstent, quæ sup. in tertia ampliatione retulimus, & tex. qui in omnibus nostri casus figuram habere videtur, in quo tamen possessionis apprehensionem esse necessariam respondit Diocletianus in l. dotis. 9. C. solut. matrim.

§. *Mortuo. 1.*

1 *Adrogato mortuo, dominium bonorum eius ad arrogatorem transit, nisi aliæ supersint personæ, quæ in successione præferantur. & num. 5.*
2 *Adrogato succedere debent illi, ad quos pertineret hereditas si arrogatio facta non esset, & numero 34.*
3 *§. Admonendi, & §. sed ea omnia, supra de hered. quæ ab intest. & n. 35. & 36. & 37.*
4 *L. fin. C. com. de successionibus.*
6 *Adrogator, an iure hereditario, an iure peculij filio succedat? & nu. seq.*
9 *Iure peculij, an verò hereditario quis succedat, maximum discrimen, & numeris seq.*
13 *Adrogator an matrem naturalem in successione adrogati filij excludat, & numeris sequent.*
16 *L. 2. §. obijcitur, D. ad Tertyll.*
17 *Adrogator an pater naturalem excludat? & n. sequent.*
20 *Nouo iure decisio nostri textus an admittenda, & num. seq.*
22 *Authentica licèt. C. de naturalib. liberis.*
24 *Adrogatus si adrogatione durante testetur, quid relinquere patri adrogatori debeat, remissiuè.*
25 *Adrogatus adrogatori quateuus succedat, & numero seq. vsque ad 32. vbi quid iure Hispano remissiuè.*
26 *Tellus Ferdinandez animaduersus. & n. seq.*
27 *Quarta ex constitutione D. Pij debetur impuberi adrogato defuncto, & num. 28.*
28 *Adrogato impuberi defuncto succedunt legitimi eius heredes.*

1 DOcuit in huius tit. princip. Iust. ex noua sua constitutione hodie, rerum filij adrogati vsufructum tantum parentibus adquiri, proprietate eis integrè reseruata, eam filio in arrogatione mortuo arrogatorem pertransire, qui ei succedere debet, hic docet.

2 Sed aduersus sententiam hanc obijci primo potest. tx. in l. non aliter. in l. his verbis. D. de adoption. in §. cum autem, & in §. item nō aliter, sup. eod. vbi illos succedere arrogatis tradunt Consulti, qui si adoptio facta non fuisset ab intestato venturi forent.

3 Secundò obstare videtur tx. in §. admonendi 12. sup. de hered. quæ ab intest. vbi Iustin. docet filium qui in adoptionem datus est, patri naturali succedere, ac perinde videtur ostendere æquè patrem naturalem non adoptiuum ad filij successionem admittendū arg. l. nam etsi parentibus. D. de inof. & l. si quis à liberis §. si vel parens, vbi Lara nu. 16. D. de lib. agnos. Vrgetque magis tx. in §. sed ea, sup. de here. quæ ab intest. & in l. cum in adoptiuis in princ. C. de adoptio. & in §. sed hodie, sup. eod. quibus probatum est iura patris naturalis per adoptionem non dissolui, sed perinde esse, ac si in potestate mansissent, igitur non adoptiuus, sed naturalis pater debet admitti, & sic contra Iustin. hic.

4 Contra quem rursus & tertio facit, quod legitimus pater non plus iuris debet habere quā naturalis, quia adoptio naturam imitatur. l. adoptio enim. D. de adopt. §. minorem sup. eo. l. filio quem pater, de libe. & posth. tum etiam quia id in princ. huius tit. expressè deciditur: sed naturalem patrem plures personæ excludunt, quæ numerantur in l. fin. C. communia de successio. igitur & legitimum excludent.

5 Quibus tamen non obstantibus, verissima est Iust. decisio hic, quæ confirmari potest per tx. in l. cum in adoptiuis, §. vbi autem homo. C. de adoption. & in §. sed ea. versic. *nostri autem* sup. de hered. quæ ab intest. quibus in iuribus expressè deciditur idem ius habere patrem arrogantem in bonis filij arrogati, quod haberet pater naturalis & simul legitimus durante patria potestate, quæ omnia ex ea ratione dimanant, quod per arrogationem iura in filium eandem potestatem arroganti concedūt, ac si ab eo genitus & procreatus esset, vt sup. resoluimus, & quia lex, quæ ipsos arrogatos ad arrogantium bona admittit æquum non duxit ordine turbato patres à filiorum luctuola hereditate, & tristis lucri acquisitione remouere, d. l. nam etsi parentibus. d. l. fi. l. communia de successio.

6 In quo licèt interpretes conueniant, dissidēt tamen in huius quæstionis resolutione: an scilicet iure peculij, an verò hereditario arrogator filij intestato defuncti bona occupet in nostri tex. specie: in quo articulo Fulg. & Iaso. in l. si arrogator ad fin. D. de adoptio. & Signorolus ibidem. n. 15. & Sylu. in d. §. cum autem. nu. 20. defendūt, filium familias ante ius nouissimum authenticorum, de quo in authentico de heredibus ab intest. venient. §. 1. col. 9. heredem ab intestato habere non potuisse, & sic apertè sentiunt tempore nostri tx. non iure hereditario, sed potius iure peculij patrem arrogantem ad filij hereditatem admitti, vt notat Iosephus Gonçalez. cap. 6. variar. numero. 14. †

7 Pro quibus nec leuiter facit tex. in l. 1. & 2. D. de Castrensi peculio, vbi expressè dicitur nullum filium familias, etiam si peculium Castrense habeat posse heredem ab intestato habere, sed eius defuncti bona patri non quasi hereditatem, sed quasi peculium deferri.

8 Sed in contrarium facit, quia licèt iure Dige-

Digestorum verissima sit sup. d. traditio, iure tamen Codicis ex quo cœpit filijs bonorum aduentitiorum proprietas reseruari, (cuius rei sup. in princip. latiùs meminimus) cœperunt etiam heredem ab intestato habere, vt constat ex tex. in l. fin. C. ad Tertul. & in d. l. fin. C. communia. de succes. ex quibus apparet ante jus authenticorum de iure Codicis filium familias heredem habuisse, vnde iam constat quod in nostro tex. mortuo filio arrogato dominium rerum eius ad patrem arrogatorem pertransire dicitur, intelligendum esse per successionem hereditariam ab intestato, quæ iam nostri tex. tempore vigebat, non verò peculij iure, vt contra sup. relatos Doctores voluit Angel. hic n. 2. & esse etiam de mente Fabri affirmat Gonçal. vbi sup. eandem sententiam sequutus, pro qua etiam stat Cantiuncula, & Balduin. in hoc §. mortuo.

9 Et ne quis arbitretur, sup. d. quæstionem tantùm de nomine (quod aiunt) esse, licèt nullus hic neque alibi in hac materia considerauerit, ego animaduerto, multum interesse inter successionem iure hereditario & occupationem bonorum iure peculij, in illa enim requiritur declaratio voluntatis adeuntis verbo vel facto, l. gerit. 80. de acquirend. hereditat. & ante aditionem decedens non transmittit. l. vnica. §. in nouissimo, versi. *hereditatem.* C. de cadu. tol. in hac consolidatio fit cum bonis patris, & ideò etiam si decedat, antequam bona vindicet trãsmittet. l. 1. §. si is qui, de collatione bonorum.

10 † Rursus in illa successor tenetur vltra vires hereditarias, etiam iure nouo inuentario non facto. l. fin. §. si verò postquam. C. de iure deliberandi, in hac verò pater eatenus tenetur quatenus est in peculio. §. præterea. inf. quod cum eo notat Balduin. hic: item in illa succedens perpetuò obligatur ex quasi contractu, l. apud Iulianum. §. fin. D. quibus ex causis in possess. eatur. in hac pater intra annum tenetur. l. pater qui castrense, de castrensi peculio.

11 † Est & illa differentia notabilis, quæ colligitur ex tex. in l. Papinianus. §. sequenti, & §. Papinianus, iunctis his quæ tradit Accurs. ibi. D. de inofficio. quod in patrem occupantem bona iure peculij non transit querela præparata per filium, cum tamen transeat in heredem.

12 † Item, quod pater si ab intestato succederet, habet contra filium querelam, quæ eis tantum datur, qui ab intestato heredes esse possunt. l. post humus in princip. & in §. si quis ex his, l. mater decedens. D. de inofficioso, quæ non daretur si succederet iure peculij, iuxta tex. sic intelligendum. in l. fin. versic. *si enim sui iuris.* C. de inoffic. secundùm Fulgos. ibi. & Coras. li. 6. miscel. cap. 11. ex quibus apparet, quantum vtilitatis superior indagatio possit afferre.

13 † Sed videndum nunc est, vtrùm arrogator excludat matrem naturalem filij arrogati? qua in quæstione quibusdam placuit, matri primas deferendas esse, motis per tex. in l. patrem adoptiuum, & in l. 2. §. obijcitur. D. de ad Tertyllianum, vbi expressè dici videtur, in successione filij, patrem adoptiuum à matre superari. †

14 Alij verò vt Placent. hic quem Accur. probat & Angel. licèt subobscurè admittere videtur secundùm Cantiunc. hic non tantum matri præstant vt legitimum patrem omnino remoueant, sed vtrosque simul ad filij hereditatem

15 vocandos autumant. † Sed Ioan. Faber quem sequitur Gonçalez, vbi sup. & Eduardus Caldeira. li. 3. variar. c. 1. nu. 30. ab his omnibus dissentit, & sic matrem omnino excludi magis amplectitur: quo cum ego etiam sentio, eo argum. subnixus, quod in successione arrogati eadem iura arrogatori dantur quæ patri naturali competere poterant, vt & noster tex. insinuat, & sup. probauimus: sed pater naturalis omnino matrem excludit vt probat tex. in d. §. obijcitur, cum alijs. igitur & adoptiuus. †

16 Neque hanc sententiam impugnat tex. in d. l. patrem adoptiuum, & in d. §. obijcitur, quoniam respondeo, illa iure procedere eo casu quo filius arrogatus fuerat ab adoptiuo patre emancipatus, tunc enim per emancipationem adoptionis iura dissoluantur. l. in omni. D. de adoptionibus, mirum non est, si à matre præcedatur, quod autem de emancipato illa iura loquantur, apertè ostenditur in d. §. obijcitur, ibi, *verius est enim cum pater esse desierit à matre eum excludi.* quod etiam sensit ibi, glo. verb. *pater*, & glo. in d. l. patrem, vbi additio Bart. adnotauit. Confirmaturque hic intellectus, ex eo quod si ibi filius emancipatus nõ fuisset, sed in potestate adoptiui patris frustra quæreretur de eius hereditate cum illo Digestorum iure filius familias, vt sup. probauimus, heredẽ ab intestato habere non possit, quam argumentationem etiam fecit Bart. vbi sup. & glo. d. verbo. *pater.*

17 Maiorem tamen dubitationem habet articulus ille: An si arrogatus patrem naturalem habeat is debeat admitti, an à legitimo excludat? & patrẽ naturalem præferri placuit Accur. hic verbo: *aliæ personæ*, cuius ramẽ opinio indistinctè à Fabro reijcitur, quẽ Gonçalez & Caldei. vbi su. sequũtur, & ab Ang. eo tantũ casu admittitur, quo arrogatus est quis, nõ in locũ filij, sed in locũ nepotis, tunc enim ait hereditatẽ patri naturali tribuendam auo arrogatore excluso.

18 Sed aduersus eos pro glossę sentẽtia facere videtur tx. in d. l. fi. C. cõmunia, de succesion. ad quã se retulit Iustin. hic, si communi credimus, dum ait, in ea connumerari personas quæ non excluduntur ab adoptiuo patre, inter quas ibi pater naturalis refertur. † Sed respõdeo, verissimũ esse, ibi patrẽ vltimo loco ad filij successionem esse vocatũ, non tamen caueri quod naturalis arrogato præferatur: quo fit, vt cũ ho-

rum parentum iura quoad filiorum ſucceſsionem adæquata ſint, vt ſup. reſoluimus admittatur arrogator, qui proximior ea ſaltem ratione videtur, quod filium habet in poteſtate, & facit tx.in §. adoptiui, ſup.de exhered. lib. vbi Iuſtinian.ait adoptiuos liberos, quamdiu ſunt in poteſtate patris adoptiui eiuſdem iuris haberi cuius ſunt iuſtis nuptijs quæſiti, neque mirum eſſe inquit Ioan. Faber licere filijs parentes naturales ab hereditate ſua remouere, dando ſe in arrogationem,cum & alijs multis modis hoc eis permittatur,vt ſe vendendo, & mutuum accipiendo.l.2. D. ſi à parent.quis fuer.manu.l.1.§.D.ſi mutuum,ſi quid in fraud. patron.

20 Sed licèt hæc ita ſint, hodierno tamen iure correctam eſſe noſtri tex. deciſionem exiſtimat Accur.hic per tex.in authen.de hered. ab inteſta. venien. §. conſequens,collatione 9.& in authen. defuncto. C. ad Tertullian. quibus ſancitur vt in ſucceſsione alicuius filij pater & mater ab inteſtato ſimul cum alijs filijs defunctiúque fratribus admittantur, vnde infert glo. quod hodie ſimili modo cum fratribus filij arrogati pater arrogatus ſuccedet,in quam etiam ſententiam videtur concedere Fulgoſius in d. l.ſi arrogator,nu.fin,licèt Angel. aliter faciendam eſſe diuiſionem hic exiſtimet. † Quibus 21 tamen repugnat Ioan.Faber,exiſtimans, quod illa iura cum loquantur in ſucceſsione parentum,& liberorum naturalium, non ſunt ad arrogatos trahenda, cum hi non ſint vtrinque coniuncti.

22 † Ponderatque aduerſus gloſſæ opinionem Faber ipſæ tex.in authen.licèt.C.de naturalibus lib. qui ſi illa vera eſſet, etiam correctus remaneret, cum dicat naturales filios ſolum extantibus legitimis non poſſe patri ab inteſtato, neque in illis duabus vncijs ſuccedere, quæ aliàs eis præſtantur, ſed tantum boni viri arbitrio ex defuncti ſubſtantia,alendos eſſe. † 23 Vnde adoptiuos filios, & legitimatos excludere naturales ab illis vncijs,concludit Couar. in.4.2.p.c.8.§.4.n. 9. quod vtique non procederet, ſi gloſſæ ſententia vera eſſet, ſed deberent naturales cum illis concurrere: cum ſecundùm illam ad hunc concurſum ſufficiat, quod ex vno latere ſint coniuncti,ſic enim debet induci tex.quem Faber pro ſua opinione allegat in d. Authent.licèt,qui aliàs nihil pro eo faceret.Et conducit pro eo,quod legum correctio vitari debet,l.præcipimus.cum ſimilibus.C.de appellatio.

24 † Atque hæc de ſucceſsione patris arrogantis ab inteſtato,qualiter autem filius ſe cum eo debeat habere, ſi velit ex noſtrati iure teſtamentum facere,quod ei permittit.l.5. Tau.latè tradit Caldeira,vbi ſup.n.26.

25 † Sed nunc illud tractandum ſupereſt qualiter arrogatus ipſe ſuccedat, cum iam qualiter ei ſuccedatur animaduerſum ſit, & quod attinet ad ſucceſsionem parentum naturalium, & quibus caſibus quoque modo ad eam admittatur,benè proſequitur Gonçal. d.c. 6.n.nu. 13. quod verò attinet ad ſucceſsionem ipſius pa- 26 tris arrogati. † Aduertendum eſt erraſſe in hac materia manifeſtè Tellum in l.6.Tau. nu. 3.generaliter tradentem filium arrogatum patri in quarta dumtaxat ſuccedere per tex.in l. ſi arrogator,de adoptionibus,& in §.item non aliter ſup.eod. cum ſimilibus: quia hæc eius legitima eſt, quam augmentum recepiſſe negat, etiamſi naturalium legitima pluribus legibus fuerit aucta,quod etiam Ioan. Faber hic admittit,n.3.& Caldeira vbi ſup.nu.6. Ex quo Tellus ipſe inferebat,quod cum hodie ex l.6.Tau. aſcendentium, & deſcendentium ſucceſsio ſit adæquata,vt conſtat ex illis verbis præfatæ legis,*los aſcendientes ſean herederos, como lo ſon los deſcendientes a ellos*,quemadmodum filius arrogatus ſolùm ſuccedit in quarta arroganti,ita & arrogator ei in eadem ſolùm quarta ſuccedet, vnde ſecundùm eum ſic debet hodie tex. noſtri regula limitari. † Sed quàm ad vtramque 27 (quod aiunt) aurem dum hæc ſcribebat, dormierit noſter Tellus ad oculum demonſtrabitur,ſi aduertamus nullo caſu eius opinionem locum habere poſſe, nam quarta de qua ipſe loquitur ſolùm debetur impuberi arrogato ex conſtitutione Diui Pij, d. §. item non aliter. l. Papinianus. §. ſi quis impubes, de inofficioſo. l. 2. §. ſi quarta. familiæ erciſcund.l.2. §.11. impubere,de collatione bonorum cum alijs. † At hanc quartam in bonis fi- 28 lij patri dari non poſſe, manifeſtum eſt, nam ſi hic filius impubes adhuc, vel decedat, vel emancipetur, nihil pater quæritur, ſed hi ſuccedunt, qui aliàs ab inteſtato venturi ſunt, vt in dictis iuribus probatur, & mox latius trademus. † Si verò iam pubes ſit cum hæc con- 29 tingunt, non amplius ei quarta debetur,quoniam conſtitutio Diui Pij pubertate aduenientè conquieſcit, bene notauit Fulgoſius, nu. 9.in d.l.ſi arrogator, & innuit Vlpian.ibi, dum ait,*mox impubes decedat*, quaſi velit oſtendere quartæ petitionem finiri pubertate, vnde cum huic filio eo tempore, quo ei pater poteſt ſuccedere quarta non debeatur, par eſt vt dicamus, neque patri ab eo quartam tribuendam, ſic Tello claua extorſa de manibus, & 30 ſuis telis confoſſo. † Quod ſi de filio, qui cum iam pubes eſſet, ſe in arrogandum dedit, loquamur, huius ſucceſsionem nõ eſſe quartę termi nis concluſam, vel ex eo apparet quod id impubere tantum contingit. Sed imò debet, vt cæteri liberi inſtitui, vel exheredari. l. cum in adoptiuis.§.penult.C.de adoption.d.§.adoptiui. ſup. de exheredatione liber. vnde ſi eadem menſura vtriuſque ſucceſsionem metiri debemus,(quod ipſe Tellus vult) debet arrogator

rogator ab eo etiam instituí, vel exheredari, dict. l. nam etsi parentibus: quod ita rectè obseruauit Caldeira vbi sup. n. 29. † Ex quibus quod attinet ad institutum nostrum iam euincitur arrogatum succedere arroganti, si sit impubes in quarta, vt in dict. l. si arrogator. dicto §. item non aliter, sin verò maior ad similitudinem aliorum filiorum, namque & iura suitatis habet. l. 1. §. suos, de suis & legitimis heredibus. & bonorum possessio contra tabulas ei datur, l. 1. in princ. de contra tab. & ab intestato succedit. l. 1. §. liberos, si tabulæ testamenti nullæ extabunt, & iura agnationis consequitur. l. qui in adoptionem. 23. de adoption. & alia multa quæ in huius titul. princ. latius congessimus. † Neque obstat quod ibi tradidimus ex glossa in dict. l. si arrogator, verb. *quartam*, nempe quartam etiam deberi filio puberi arrogato, nam id non ita accipiendū est, vt nihil plus minùsve possit habere ex bonis patris, vt in quarta, quæ impuberi datur, sed quod illa quarta ei debet saltem relinqui ad hoc vt nō possit querelam instituere, vel intētare, & sic ritè ab hereditate sit submotus, quemadmodum & de alijs filijs decidit, in l. Papinianus, §. quoniā autē quarta. D. de inofficio. & in §. igitur quartā, Inst. eod. † Quæ omnia sunt indistinctè admittenda etiam nostro iure, nisi adrogator legitimos ex matrimonio liberos habeat, tunc enim adrogatus non admittitur, vt latius diximus, sup. in tit. de. hered. quæ abintestato deferuntur cap. vnico. §. 4.

34 Quibus sic constitutis, argum. non obstant, primum non multum vrget, nam quod ibi traditur ad successionem impuberis arrogati eos admitti, qui alias si adoptio facta non esset, essent successuri, procedit in pupillo, & in eo particulari ratione, nempe, quia virtute cautionis, de qua in illis iuribus substitutis, & venientibus ab intestato prospicitur, qui expressa, vel tacita stipulatione possunt ab arrogante hereditatem petere, vt notat glossa hic verb. *aliæ*, & post eam Ioan. Faber, & Fulgosius in d. l. si arrogator, & probant apertè iura in contrariū adducta, & tx. optimus, iuncta glossa, ibi, in l. causa cognita, de vulgari. Quod specialiter in persona impuberis inductū fuit: quia cū olim arrogari non possent, vt constat ex his quæ in rub. huius tit. tradimus, postea arrogatio eorū fuit, sed cum hac norma, permissa, vt diligens prius de arrogationis vtilitate cognitio præcederet, & postea sup. d. cautio interponeretur, ne in potestate tutorum esset, & finire tutelā, & substitutionem à parente factam extinguere, & heredes ab intestato libertates & legatarios defraudare, vt à Iurisconsulto traditur in l. neque ei, in §. eorum. & in l. his verbis, D. de adoptionibus, & rectè considerauit Cantiuncu. in dicto §. Cum autem, & ibi cæteri omnes & in d. l. si arrogator.

35 Non etiam obstat inductio textus in §. admonēdi, Instituta de heredi. quæ ab intestato: nam respondeo, verum esse ibi filium emancipatum ab extraneo adoptatum, & adhuc in potestate adoptiua constitutū succedere patri naturali: succedit tamen, non tanquam filius, sed tanquam cognatus, vt Iustinianus ipse ostēdit in paragrapho, at hi, 6. infra eodem, ibi: *non admittuntur ad bona naturalis patris, quasi liberi.* quod maximam rationem habet, quia duos patres habere eodem tempore nō potest, & quia iura ciuilia emancipatione, Prætoris autem beneficia adoptione amisit, vnde reliquum est cum tanquam cognatum succedere, quoniam ius hoc nulla ex dictis causis dissoluitur. §. fin. de legitima agnatorum tutela, l. iura sanguinis, de reg. iuris. Igitur hoc supposito, si quid iam ex d. §. potest deduci, illud erit solum quod cū patri naturali filius adoptatus ab alio succedat, tanquam cognatus, debet è conuerso, eodem modo pater filio succedere, quod licēt nos cōcedamus, non tamen adoptiuum patrem excludemus, qui non tanquam cognatus, sed tanquā pater, & agnatus, & virtute patriæ potestatis succedit. Et facit, quia vt in d. §. admonendi, omnes notant, tunc demum filius in adoptionem datus patri naturali tāquam cognatus succedit, cùm neque sui heredes liberi aut emancipati obstent, neque vllus agnatus interueniat, ergo mirum non est, si patris naturalis successio à parte adoptiuo præueniatur.

36 Minus obstat text. in dict. paragrapho, sed ea omnia, cum similibus, quia illa iura non de filijs emancipatis, qui se in arrogationem dederunt loquuntur, sed de filijs familias, qui à patribus suis naturalibus in adoptionem dantur alijs, nam hi iura patris naturalis retinent (nisi auo paterno aut materno dati sint, vt probat text. in dict. paragrapho sed hodie, verfic. si verò, & in dict. l. cum in adoptiuis, paragrapho si vero) ne aliàs dissoluta per emācipationem adoptione vtriusque parentis respectu, extraneus inueniatur filius, vt benè considerauerunt proximè citata iura, & text. in paragrapho intestatorum. de heredit. quæ ab intest. & in l. 8. & 9. titulo. 16. part. 4. & latè tradit Connan. lib. 2. comment. cap. 15. per totum. vnde patri naturali filius adoptatus succedet, & adoptiuus pater non compelletur ei aliquid relinquere, licèt ab intestato ei filius adoptiuus succedat iuxta dictam l. cum in adoptiuis, paragrapho sed ne articulum, & dict. §. sed hodie.

37 † In eo autem qui cum sui iuris esset, se in arrogationē dabat, cum neque periculū supra dictæ emancipationis esset, quia per eam non poterat in duriorem causam, quàm in qua iam erat constitui, neq; differentia inter patres cōstituebatur, & sic cuicūque se adrogandū dedisset verè filius familias & in eius potestate cō-

stituebatur. d. l. cum in adoptiuis. §. fin. & d. §. sed ea, versi. nostra, ac proinde adoptiuo patri eius concedebatur successio, vt in hoc. §.

38 † Cui non obstat illa, quam vltimo loco adduximus difficultas: nam respondeo certissimum esse naturali patri æquiparari patrē adoptiuum, neque melioris conditionis quam illum hunc esse debere, sed vtrumque à successione filij excludi per personas connumeratas in illa l. sancimus, nepotes, & reliquos defuncti liberos, item his deficientibus per eius fratres ex eodem matrimonio progenitos, vel si hi non sint, ex alijs nuptijs procreatos, neque hoc negasse Iust. quinimo præuidisse potius, in vers. *nisi superstint.* qui sic est intelligendus.

§. *Sed ex diuerso. fin.*

1 *Adrogator pro eo quod adrogatus debuit, quatenus conueniatur, & n. 4. & seq. & n. 15.*
2 *Adrogator alere & educare adrogatum debet.*
3 *Adrogator quare adrogato quartam relinquere debet.*
7 *L. si quis creditori. 7. D. de peculio legato.*
Adrogator tenetur quatenus est in peculio filij adrogati.
8 *Adrogatus si extra causam peculij debita non contraxit, an adrogator teneatur, distinguitur numeris sequentibus, in causis hereditarijs, & in contractibus.*
11 *Verba,* ipso iure, *in nostro textu, & alibi quid significent.*
12 *Actio directa pro debitis filij adrogati, in adrogatorem dari non potest, benè tamē vtilis, & quare, numeris sequentibus.*
14 *L. C. ad legem Iul. de vi, & l. 3. D. de fideicommissis libertatibus.*
16 *Adrogator heredi similis quatenus sit.*
18 *L. Fulcinius. §. si quis actione. D. quibus ex causis in possess. eat.*
19 *L. fin. in fine principij. C. de bonis quæ liberis.*

1 CVM secundùm naturam sit in commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur commoda. l. secundùm naturam, de reg. iuris, cum alijs, meritò Iustin. postquam ea quæ per arrogationem adoptiuus pater lucratur connumerauit, illa hìc recensèt quæ ipse facere præstareque tenetur, namque vt aliàs tradidit I. C. in l. onera. 45. D. de adoptio. onera eius qui in adoptionem datus est ad patrem
2 adoptiuum tranferuntur. † Ex quo tex. inferebat Accurs. ibi alendi & sustentandi filium onus ad hunc patrem pertinere, quod idem etiam sensit in §. penult. verbo, *tantummodo,* sup. de hered. quæ ab intestat. & latè controuertit Tiraquel. in l. si vnquam, verbo. *suscepe-rit liberos,* nu. 8. C. de reuoc. dona. & Benedict. in ca. Raynutius, verbo, & *vxorem,* nu. 177. extra de testamen. Et Angel. hic, num. 2. † Ex eo
3 etiam & ex sup. d. regul. dimanasse putat constitutionem Diui Pij, qua arrogans impuberem ei quartam suorum bonorum relinquere tenetur, vt in d. §. item non aliter, sup. de adopti. cum similibus superius allegatis, vnde Angel. ipse statim nu. sequen. hinc arrepta occasione, tractat, an in ea quarta possit arrogator filio substituere, & qualiter substitutio facienda sit: quod tamen ego cum nihil vel parum ad nostri tx. declarationem conducere videam, explicuerimque latè in d. l. si adrogator, missum facio.

4 † Illud tantum considerans, difficilem videri Iustin. decisionem in præsenti, dum ait, arrogantem suo nomine non posse conueniri pro debitis ante adoptionem ab arrogatore contractis. Primò per tex. in princip. huius ti. vbi dicitur transferri in adoptiuum patrem omnes filij res corporales, & incorporales, quæque ei debitæ sunt, ex quo apparet, vt ibi notauimus, actiones etiam filio competentes, ei adquiri. At quibus casibus nobis ex aliqua ratione actiones adquiruntur, ijsdem in contrarium interuenientibus aduersus nos dantur, vt probat tex. in l. 1. de instit. act. & in l. 1. de exercit. & conducit tex. in l. ex qua persona. 192. de reg. iuris, iunctis his quæ ibi congerit Decius. Rursus, & cum communi considero debuisse arrogatorem teneri, ex eo quod omnia bona in eum transferuntur, quemadmodum de fisco dicimus, in l. 7. C. ad legem Iul. de vi, & de eo cui bona, gratia conseruandarum libertatum addicuntur, qui vtilibus actionibus conuenitur, vt probat tex. in l. 3. de fideicomm. liber. & latius in tit. sequenti trademus.

5 † Iterum perpendi potest, arrogatorem heredi similem esse, vt ex princ. huius ti. colligitur, & ibi adnotauimus per tx. & gl. in l. actiones. §. morte. D. pro socio: at heres oneribus & debitis defuncti manet obstrictus. l. pro hereditarijs. C. de heredit. action. §. restituta, sup. de fideicom. hered. cum alijs: igitur & arrogator.

6 † Quibus tamen argumentationibus non obstantibus pro eorum solutione & nostri tx. declaratione animaduertendum est, rectè Iustin. dixisse, arrogatorem pro debitis ab arrogato antea contractis suo nomine non teneri, quod etiam comprobatum extat per tex. in l. in arrogatorem. 43. D. de peculio. & in l. si filio familias. 19. versic. *at si pater,* de donationib. causa mortis, vbi Iulianus ait, quod si pater familias cum mortis causa donationem accepisset, in adoptionem se dederit res ipsa à donatore repetitur, ex quo apparet non aduersus arrogantem, sed aduersus rem ipsam
7 actionem intendi. † Neque quicquam obstat tex. in l. si quis creditori. 7. de pecul. lega. & in d. l. in arrogatorem, ibi: *in arrogatorem de pe-*
culio

culio actionem dandam quidam rectè putant, quoniam vt Accurs. vbique & Doctores omnes exponunt loquuntur in debitis contractis post iam constitutam arrogationem: tunc enim pater quatenus est in peculio profectitio tenetur §. præterea, inf. quod cum eo, potest namque pater arrogator ad naturalium parentum similitudinem quarundam rerum ei vsum atque administrationem iure peculij permittere. l. 1. l. 3. cum multis alijs de peculio notat Canciun. in. §. illud. supra de adoptionibus, & Balduinus hic.

8 † Sed dubitant interpretes, quid eo casu dicendum sit, quo filius non ratione peculij cõtraxit post arrogationem debita: sed alia ex causa, putà nouæ hereditatis intuitu? In qua quæstione communis interpretum resolutio est, quod si filius consensu & voluntate patris hereditatem adierit oneribus hereditarijs pater omninò debeat satisfacere. l. qui in aliena, D. de acquir. hereditat. Sin autem filius reclamante patre, vel è contra pater reluctante filio, hereditatem adeundam putauerit (quod licèt olim non permitteretur. l. is qui heres. §. fin. de acquiren. heredit. hodie tamen fieri potest ex noua Iustin. constitutione, de qua in l. fin. in princip. C. de bon. quæ lib.) is tantum hereditatis incommoda subibit, qui illam acquirendam putauerit, vt in d. l. fin. deciditur, ex qua cum filius æri alieno recusante patre hereditatem obligetur, non esse ei necessarium deducunt iussum patris ad adeundam hereditatem expectare, vt sensit glos. ibi, verbo, *recusante*, in princip. & glos. fin. in l. 1. C. qui admitti, vbi resoluit communem Alexand. n. 16. Corne. 18. Decius. 2. lect. nu. 84. Rimin. 418. Sicardus 10. Bologne. 60. & alij, quos refert
9 Beltonus lib. 3. Supputation. c. 8. † Quæ omnia licèt in naturalibus filijs, & parentibus concepta sint, ad adoptiuos non malè Doctores omnes extendunt hîc propter princip. nostri ti. vbi à Iustin. æquiparantur.

10 Sed licèt ex contractibus post arrogationem celebratis, de peculio tantum, & non vltra eius vires possit arrogator. conueniri, vt sup. diximus, filius tamen in solidum tenebitur, vt in l. si quis cum filio. 45. D. de peculio, præterquã si iussu patris contraxerit filius vel in rem eius versum fuerit, quibus casibus pater in solidum obligatur, vt in d. §. præterea.

11 De contractibus verò ante arrogationem initis pater vt inquit Iustin. hic, *ipso quidem iure*, non tenetur: quæ verba licèt ab interpretibus non intelligantur, à me tamen ita accipiuntur, vt *ipso iure*, nihil aliud significet, quam si dixisset iure ciuili illum non teneri, nam licèt hæc verba, *ipso iure*, diuersè sumantur, & prout subiecta materia suadet, vt constat ex Bellon. primò Supputat. cap. 10. Ræuardo ad legem Scribon. nu. 4. & lib. 2. varior. cap. 6. & Simanc. de Catholi. instit. tit. 9. nu. 238. & latè diximus in §. quos autem, sup. de bonor. possess. plerumque tamen per Antonomasiam ius ciuile significant, vt in §. 1. de perpet. & temp. action. & in d. §. quos autem instit. de bonor. possess.

12 Quo fit vt his verbis nihil aliud voluerit significare Iustin. quam patrem directo & stricto iuris ciuilis rigore nullatenus conueniri posse. ea vt ego arbitror ratione, quia verba actionis eiusque formula nihil ad eum spectabat, vel si dicamus iam esse huiusce modi formulas & scrupulosas solemnitates sublatas per l. 1. & 2. C. de formul. sub. Ea saltem de causa, quia adhuc verũ est nihil cum patre gestum, nullumque negotium cum eo celebratum, vnde nihil erat ex quo ipse teneri posset directis actionibus quæ in authorem facti solum dantur, quomodo dixit Iustin. directo eum, qui manumissus est, in §. omnis autẽ, de noxal. actio. à qua differt noxalis actio quæ non in ipsum qui fecit, sed in dominũ datur. l. 1. & toto tit. de noxal. actio. † Verũ si non directa saltem vtilis actio
13 aduersus arrogantem dabitur, quæ ad exemplum directæ propter æquitatem & vtilitatem solet concedi, quando aliquis casus accidit quo summo & stricto iure actio ciuilis deficeret vel Prætoria, & tamen propter aliquam causam actionem dari æquum videretur, vnde cum in nostro casu bona omnia patri quærantur, & commoda si quæ filius habebat iure potestatis lucretur, meritò si non directa nec suo nomine saltem vtilibus actionibus & filij nomine conuenietur, vt Angel. Faber. & om-
14 nes hic testantur, † quo fit vt iam cesset argumentum de lege 2. C. ad l. Iul. de vi & de leg. 3. D. de fideicom. liber. nam cõcedimus vtilibus actionibus, tam fiscum quàm eum cui bona libertatum conseruandarũ gratia addicta sunt teneri, quod hic non negat Iustin. sed concedit potius vt obseruatum est.

15 Neque etiam difficultatis plurimum habet. Primum, nam licèt verum sit actiones filio competentes arrogatorem adquirere, vt ex princip. huius ti. probabamus, etiam verum est illum teneri, & nomine filij conueniri posse, vt sic iam appareat non obstare l. 1. de institoria, neque. l. ex qua persona. Nam hic arrogator ex qua persona lucrum capit eius etiam
16 factum præstat vt ex sup. dictis constat. † Eodem modo etiam tertiæ argumentationi potest satisfieri, cui illud addendum est, non per omnia arrogatorem heredi similem esse, quod ego vel duobus exemplis demonstrabo. Primum est quod in arrogantẽ dantur vtiles duntaxat actiones cum in heredem directæ concedantur, vt iuribus in argumento relatis, apparet. Secundùm deduci potest ex d. l. si quis creditori de peculio legato, vbi si Titius qui decem Scio debebat idem se in arrogationem

dederit actio non extinguitur, neque confunditur per adquisitionem mediante arrogatione factam, quod tamen secus est quando debitori creditor succedit, titu. hereditario, vt in l. frater à fratre, de cond. indeb. l. vtramque. D. de fideicommis. l. Papinianus. D. de seruit. cum pluribus alijs. Atque ita licèt his non adductis differentiam hanc notauerunt Angel. & Faber hîc per tex. in l. quoties. 14. versic. & ideò, vbi fiscus qui vniuersaliter in bona deportati succedit non remanet obligatus si bonis iam ad ipsum deuolutis conditio extiterit sub qua deportatus promiserat, cum tamen in herede secus dicendum esset, vt in illo tex. post gl. notauit Bart. Raphael. Angel. & Immola.

17 Igitur cum arrogator vtilibus actionibus ea ratione conueniatur, quod bona ad ipsum peruenerint, iam apparet rectè dixisse Iustin. illum ab obligatione liberari bona creditoribus arrogati relinquendo, ex quibus vnusquisque quod sibi debetur accipiat, quod idem etiam in fisco receptum est, vt comprobatur ex tex. in l. 1. §. an bona. D. de iure fisci, & ex ea omnes hic deduxerunt, exemplo Castoris vel Elephantis, quorum ille testiculos hic dentes sibi præscindit, quos scit à venatoribus inquiri, vt sic se ab illis occasione sublata facilius dissoluat. † In quam rem licèt à glos. hic citetur

28 tex. in l. Fulcinius. §. si quis actione. D. quibus ex causis in possessionem eatur, & ab interpretibus plurimum commendetur, mihi tamen nihil ille tx. probatur, cum loquatur eo casu cũ is qui actione de peculio filij vel serui nomine tenebatur latitat, quo solum inquit Vlpian. posse bona eius possideri & veniri. At in nostro tex. actione de peculio pater non tenebatur cùm pro debitis ante arrogationem contractis, de quibus hic loquitur illa non detur, vt sup. resoluimus, vnde hoc potius ex sup. d. ratione descendit, quæ elegantius confirmatur ex tex. in l. tutelas. 7. §. si libertate. D. de capitis diminutione. Et ex dict. l. si filio famil. 19. versiculo *at si pater. ibi. res ipsa à donatore repetitur.*

29 Sed (licèt nemo aduertat) potest noster tex. dum nolente patre filium defendere creditoribus permittit, bona possidere, & legitimo modo ea disponere, difficilis reddi per tex. in l. fin. in fin. princip. C. de bonis quæ lib. vbi in simili casu nõ ad missionem in bona deueniendum, sed necessitatem tantummodo patri imponẽdam per officium iudicis, tradit imperator, filio agente vel fugienti iudicium consentire, ne iudicium sine patris voluntate videatur consistere, quam difficultatem ibi assignauit glos. verbo *imponenda.* in principio, ex qua & ex Bartol. ibi. numero. 3. potest solutio deduci.

TITVLVS. XII.

De eo cui libertatis causa bona addicuntur.

IN RVBRICAM.

1 *Coniunctio tituli.*
2 Do, Dico, Addico, *solemnia Prætoriæ iurisdictionis verba, & num. 6.*
3 Dare *verbum ad Iudicum, dationem pertinebat:* Dicere, *ad prolationem sententiæ:* Addicere *ad executionem.*
4 *L. à D. Pio. 15. §. si pignora. D. de re iudicata.*
5 Addicuntur *non solum res, sed & personæ: vt exemplis multis ostenditur, filiorum, seruorũ, debitorum iudicum, & num. 6.*
7 Addictio in diem, *quid in rubrica D. de in diẽ addictione, & num. seq.*
9 Adduci bona *in rubrica hac, & hoc tractatu, quid?*

1 CONTINVAT † Accurs. hunc ti. ex §. fi. sup. per quas personas nobis acquiritur, in quo se actuum promisit Iust. de quatuor acquisitionum per vniuersitatem speciebus, quarum tres cum superius fuerit prosequutus, quartam de eo cui libertatis causa bona addicuntur proponit.

2 Pro cuius † cognitione quid verbum *addicere* significet paucis exponamus, & ex tribus verbis solemnibus, quibus vniuersa Prætoris iurisdicto comprehendebatur. *Do, dico, addico* esse desumptum docet Balduin. hîc, & alij inferius citandi. Verbum enim *Dare* † ad iudi-
3 cum dationem pertinebat, de quibus in l. 1. D. de iurisdictione omnium iud. & in l. à Diuo Pio in princip. D. de re iudicata, satis disputant omnes. *Dicere* ad prolationem sententiæ refertur, vnde sæpius in iure *dicta sententia* reperimus qui huiusmodi plura iura congessit Brisson. lib. 4. de verb. signi. verbo *dicere sententiam. Addicere* ad executionem potius sententiæ pertinet, nam cum ex propria vocabuli significatione, *addicere*, sit idem dicere, vt ex Festo agnoscit Connan. lib. 7. commentar. cap. 9. Vvesembekius in paratitlis ad tit. D. de offic. Prętoris circa finẽ, & in D. de in tit. diem addictione. nu. 1. cum prætor sententiam suam exequitur eandem, iterum dicere videtur, vnde *addici* dicuntur bona quando creditoribus dantur à prætore, vt inde sua debita accipiant: cuius rei plura exempla adduci possent. Ex Cicerone, & Plauto duo adducit Hoto. de verb. signif. verbo *Addicere bona.* Brisson. alia lib. 1. de verb. signif. verbo *addicere*, & Verrutius in Lexicon iuris eod. verbo, Alciat. lib. 6. Para-
4 doxi: cap. 3. in quam rem † eleganter expendit

dit tex. sic intelligendum in l. à Diuo Pio. §. si pignora. D. de re iudicata, ibi: *vt addicantur ipsi cui quis condemnatus est.* Et tex. in prioribus verbis in §. si post *addictum*, illius legis, de qua etiam *addictione* pro debito facienda à iudice intelliges Rubricam, & l. vnicam. C. ne pro dote mulieris, mariti bona quòdam *addicantur.* l. pro debito. 6. C. de bonis authorita. iud. poss. l. fin. (quæ cõprobat Alciati intel. ad d. §. si pignora.) C. si in causa iudicati pignus captum sit l. 1. ibi: *bona dominio tuo generaliter addicãtur.* C. de iure dominij impetrando, cum aliis pluribus.

5 † Quod non solum de rebus, verùm & de personis dictum sæpè videmus in iure, velut *patriæ potestati filium addici*, hoc est filium famil. pronunciare, in l. 3. §. Iulianus. D. de liberis exhibendis, & cum vindicta (formula solemnis, de qua post scribentes in §. multis autem modis, sup. de libertinis. scribunt Briss. li. 8. de formulis. fol. 827. Alex ab Alexand. lib. 4. dierum genial. c. 10.) serui manumittebantur *addicebantur liberi*: *& seruituti addici* dicebantur homines, vt ex veteri furti manifesti pœna lege 12. tabul. illata apparet, cuius hæc verba refert Hotom. de legibus 12. tab. col. 207. (*Vt si neque noctu, neque se telo defendens prehenderetur virgis cæsus ei cui furtum fecisset adiceretur.*) & item eisdem legum fragmentis dicitur col. 29. *vt qui nec manifesti furti damnatus esset, nisi cum domino pacisceretur duplum solueret: interea et addictus ac nexus operas daret.* Et debitores qui ob bonorum defectum seruire creditoribus cogebantur dicuntur *addicti*, cuiusmodi seruitutem lege 12. tab. inductam, Regium nostrum ius recepit, vt ex l. 5. tit. 12. lib. 5. ord. & in libro pragmatic, c. 37. cum sequenti. Anton. Gom. 2. to. variar. c. 11. n. 52. & nos latius cæteris in §. fin. inf. de actionibus, & eos creditoribus *addictos*, vt obnoxios seu eorum seruitio destinatos dici ex bonarum literarum professoribus adducit plura Budeus in annotatio. ad Pandectas in ti. de in diem addictione: & agnoscunt Hotom. Brisson. & Verrutius in locis sup. allegatis. Quos tamē *addictos* longe à seruis differre deprehendes ex adductis ab Hoto. sup. ex Quintiliano li. 7. institut. oratoriar. c. 3. & declamat. 311. vti agnouit Connan. vbi sup. d. ca. 9. & latius. lib. 4. cap. 14. col. antepen. & sequenti, quo etiam sensu licèt, *dandi*, verbo iudicem constituendi potestatē Prætores comprehenderent, etiam *addicere iudicem*, dicebatur, hoc est certo negotio mancipare, aut destinare iudicem, quo sensu accipias Iurisconsul. in l. cum furiosus. 39. l. iudex datus. 46. l. si in iudicis nomine 80. D. de iudicijs. l. 4. §. interdum in fin. D. de eo quod certo loco. l. fundus, mihi 30. D. famil. erciscundæ, cum alijs adductis ab Hotom. Brisson. & Verrutio in locis sup. allegatis, versic. *additus iudex.*

6 Ex quibus † iam satis apparet quantum ad prætoris iurisdictionem *addicere* verbum pertineat, siquidem vel ad iudices dandos, seu ad sententiam exequendam, & rerum dominia decernenda spectabat, ex quo ad priuatas negotiationes adductum est, & quando licitatione præcedente maiori pretio res dabatur alicui *addici* rem dicimus, sic in l. 2. §. tutor. in l. qui fundum. 7. §. procurator. D. de vsucap. pro emptor. l. si mandauero tibi. 22. §. Iulianus. D. mãdati. l. 4. & per tot. C. de iure hastæ fiscalis, lib. 7 10. quibus † traditionibus cum dies adijcebatur in quem melior conditio venditionis expectaretur (hoc est maius pretium seu maturior solutio aut quid vtilius venditori offerretur. l. 4. §. si. D. de in diem addictione) in diem addictio dicebatur, quo sensu accipienda est celebris rubr. D. *de in die addictione*, ex quo contractu traditus fundus addictus in diem dicebatur l. si quis hac lege. 41. versic. *sed si cui.* D. de rei vend. l. in diem addicto prædio. 9. D. de aqua pluuia. arcenda, cum similibus adductis ab Ho- 8 tom. Verrutio, & Briss. sup. vnde colliges † iure reprehendisse seu irrisisse potius aliquos Iurisconsultos Vallam. lib. 7. Elegant. cap. 28. qui rubricam, de in diem addictione, immutabat de in diem adiectione, verbi, *addicere*, vim nõ percipientes, vt ipse ibi legibus demonstrat adductis, quod etiam agnouit Duaren. in titu. de in diem addictione. & Connan. d. c. 9. Vvesembekius d. rubr. de in diem addictione, scribentes de verb. signif. sup. citati. Budæus vbi sup. *& ad dicere*, verbum ad rem, & adijcere ad pretium pertinere eleganter pluribus iuribus expensis docuit Ant. Augustl. lib. 2. emendat. c. 3. ex his vbicumque addictionem dicimus actum legitimum, ex quo dominij translatio operetur videmur dicere, vt in præscriptionum materia dixit Alciat. rubr. extra de præscript. nu. 36. & 37. & in l. quinque pedum. nu. 59. licèt ipse ibi adiectionem dominij dicat, ego verò credo dixisse addictionem dominij, quia postea allegat nostram rub. de eo cui libertatis causa bona addicuntur, & §. si pignora. l. à. Diuo Pio, quem in addictione ipse Alciat. intellexit sup. allega- 9 to c. 3. lib. 6. Paradox. In specie † tamē nostræ rubr. verb. *addicere*, in propriori stat significato, nam cum defuncti hereditas alicui delata repudiatur, ne pereant libertates ex Diui Marci rescripto (de quo inf. dicemus) inductum fuit, vt liceat ipsis seruis quibus libertas relicta est, à iudice bona defuncti petere & possidere, quæ bona sic à iudice tradita in propria significatione, *addici* dicuntur, vt agnoscunt hic Balduin. Oynot. & cæteri omnes interpretes & scribentes de verbor. signific. in locis supra citatis.

Prin-

Principium tituli.

1 *Summa rescripti D. Marci de libertatibus non adita hereditate conseruandis.*
2 *Hereditate non adita ius testamenti, & codicillorum corruit, & num. 45.*
3 *Heredibus testamentarijs, & legitimis deficientibus fiscus bona capit, & legata, & libertates conseruat, & num. 52.*
4 *Libertatis legatum pium est, & etiam non adita hereditate debitum. & n. 61. & sequent.*
5 *Cautionibus superuacuis onerari quis non debet, & num. 64.*
6 *Consensus illius est necessarius qui dissentiendi potestatem habet, & n. 67.*
7 *Serui libertatem recusare non possunt, & n. 68.*
8 *Authentico, de Heredibus. & Falcid. §. si verò non implens, collat. 1. & n. 69.*
9 *Libertates relinquuntur directo, & per fideicommissum.*
10 *Orcin⁹ libert⁹ quis, & quare dicatur, remissiuè.*
11 *Libertatis datio legatum non est.*
12 *Libertas fideicommissaria quæ.*
13 *Libertatis directæ, & fideicommissariæ differẽtiæ nonnullæ, & nu. sequen.*
16 *Libertates quomodo conseruentur ex D. Marci rescripto, & qua ratione, n. sequen.*
18 *Libertatis maximus fauor naturali ratione admissus, & n. sequen.*
Principẽ cõsulere Iurisconsultis quãdo necessariũ.
20 *Humanior & benignior sententia in ambigui semper sequenda.*
21 Addictio bonorum *ex rescripto D. Marci non nisi cautione interposita fit, & n. 24. & 25. & sequen. maximè n. 30.*
22 Addictio bonorum *ex rescripto D. Marci libertatũ, & testatorum etiam fauore inducta.*
23 *Cautionis verbo quid cõprehendatur remissiue.*
24 *Cautio idonea iudicis arbitrio relinquitur.*
27 *Alteri caueri an possit.*
29 *L. quoties. 3. C. de donationibus, quæ sub modo remissiuè.*
31 *L. si præcedẽte. 58. §. Luci⁹. D. mãdati. & n. 35.*
Maioris partis creditorum consensus an sufficiat, vt aut cautio nõ petatur, aut minus idonea accipiatur, & n. sequentibus.
32 *Maior pars creditorum licet partem debiti remittere possit, non tamen totum debitum.*
34 *L. quod maior. 19. D. ad municipalem.*
37 *Libertates ex rescripto. D. Marci. præstita cautiõe ab eo cui bona addicuntur, quomodo competant.*
38 *Addictio bonorum libertatum conseruandarũ causa, an hodie iure Hispano necessaria, & nu. sequentibus.*
40 *Legata iure Regio etiam ex testamento hereditate non adita conseruantur, dũ tamen aliquis eam adeat ab intestato. & nu. 49. 50. & 51.*
41 *Cessante vna ratione legis non cessat lex.*
42 *Cessante ratione legis negatiuè & contrariè cessat lex.*
43 *Falcidia, vtrum hodie locum habeat remissiuè.*
44 *Addici sibi bona pluribus desiderantibus, quo ordine admittendi sint.*
45 *Hereditate non adita nec legata, nec libertates debentur, & num. seq.*
48 *Aditio etiam necessaria ab intestato, vt in codicillis relicta confirmentur.*
49 *Executoribus testamentarijs tantũmodo relictis, nullo, neque ex testamento, nec ab intestato vocato, vtrum legata conseruentur, iure cõmuni, & Regio, & numeris sequentibus.*
52 *Fiscus qui bona vacantia occupat vtrum legata & libertates conseruare teneatur. & numeris sequentibus.*
57 *Fisco vacantia bona occupante, vtrũ additioni bonorum sit locus, & n. sequentibus.*
58 *§. Eadem. & eius lectio animaduersa, inf. hoc tit. de eo cui libertas. cauſ. bona addicuntur.*
64 *Addictione bonorum facta, quare cauere debeat, cui bona sunt addicta.*
68 *L. fin. C. de testamentaria manumissione.*

QVARTVM modum acquisitionis per vniuersitatem proponit Iustin. hic ex rescripto D. Marci inductũ, cuius rescripti refert verba, quibus constat libertatis conseruandæ causa admitti petẽtem bonorum sibi fieri addictionem, siue is sit ex seruis quibus data libertas est, siue extraneus quilibet, aut etiam fiscus.

Ecce Imperialis rescripti summã. Si hereditas † illius qui libertates reliquit, siue ex test.
1 siue ab intest. non adeatur, potest quilibet ex his quibus libertas data est petere, vt sibi bona addicantur, præstita satisdatione de satisfaciendo creditoribus, quo successore defuncti libertates directæ vel fideicommissariæ conseruantur, quod in extraneo, & fisco bona accipiente procedit. eandem conclusionem probat. l. 2. & 3. D. de fideicõmiss. libertat. l. quod Diuo Marco. 50. D. de manumiss. testam. l. fi. C. de testamentaria manumissione.

Sed contra nostrã cõclusionẽ, primò sic argumenter: † nõ adita hereditate ex testamento ius vniuersum testamẽti corruit, & nec lega-
2 ta, nec fideicõmissa præstantur. l. proximè. 3. D. de his quę in testamẽto delẽtur. l. si nemo. 141. D. de reg. iuris, tex. vbi Doct. notant in l. eam quam. 14. C. de fideicõmissis in l. si nemo. 9. D. de testam. tutela, ergo cum in nostra specie heredes deficiant, ex testamento nullatenus debent conseruari libertates. l. 2. & 3. C. de test. manumissione. l. si iure, eodem ti. quod & si ab intestato sint relictæ in codicillis procedit, nã eo casu deficiente herede ab intestato non debentur in codicillis relicta, vt in nostra specie respondit Vlpianus in l. 2. vbi ita notat Bart. D. de fideicõmissar. liberta. ergo nec facta addictione

dictione bonorũ tales libertates confirmãtur.

3 Secundò † aduersus rescriptum dum requirit nullum existere, neque ex testamento, neque ab intestato heredem, sic argumẽtor: Non potest dari casus, in quo addictio bonorum ad libertates conseruãdas necessaria sit, quia licèt instituti ex testamento, vel substituti repudient, & venientes ab intestato relinquant successionem, postea fiscus ea bona capit. l. vnica. §. cum autem in superiore. C. de caducis tollendis. l. 1. & sequent. C. de bonis vacant. lib. 10. quo casu fiscus ad legata & libertates tenetur, l. filius familias 114. §. qui testato decedit. D. de leg. 1. ergo libertatum conseruandarum causa non est necessaria addictio bonorum cum in fisco saltem conseruentur.

4 Neque huic diff. † satisfaciet qui dixerit procedere rescriptum, vbi nec fiscus bona illa (vtpote oneribus grauata) admisit, ex regul. l. 1. §. an bona. l. non possunt. D. de iure fisci; quia libertatis legatum, sine herede aliquo validum est, cum libertatis causam piam esse nemo negauerit, & tenuit Bart. in d. l. proximè. §. nomẽ D. de his quæ in testamento delentur, & in l. si vnus. C. de testamen. Alexan. in l. Centurio. n. 12. D. de vulg. Imola in l. captator ipse. D. de leg. 1. refert plures Tiraquel. de priuilegijs piæ causæ, priuilegio. 9. n. 2. & 4. Menchaca, de successionum progressu. lib. 3. §. 27. num. 18. quod probat tx. in l. fideicommissaria. 46. D. de fidei commiss. libert. l. 1. §. fin autem. ibi. *ad hanc eam pietatis.* C. de communi seruo manumisso, in quibus pijs causis sine aditione hereditatis legata valere & conseruari certum est, & notat post Bart. in l. 1. C. de sacrosan. Eccl. Ang. hic, nu. 3. & pluribus relatis dicit communem. Tiraq. vbi sup. priuilegio 33. ergò licet in nostra specie deficiat heres & fiscus bona derelinquat, vel eo capiente legata non debeantur, nõ est necessaria addictio bonorum cum libertates, vtpote piæ debeant conseruari.

Tertiò, contra rescriptum D. Marci, dum desiderat cauere debere eum cui bona addicuntur

5 soluturum se creditoribus sic argumentor, † iure constitutum est superuacuis cautionibus neminem onerandum. l. hæc stipulatio. §. Diuus quoque Pius. D. vt legatorum nomine caueatur, sed ista cautio cum satisdatione, vt inf. disputabitur superuacua est, ergo non debet requiri. Posterior argumentationis pars sic ostẽditur, nam eo ipso, quod iste successor capiũ bona tenetur oneribus hereditarijs. l. 2. C. de hereditarijs actio. l. quæ dotis. D. soluto matrim. l. more. D. de acquir. hered. cum mille vulgatis, nec obstat non esse heredem, quia sufficit esse successorem in bonis ex vulgari & generali reg. l. secundum naturam. D. de reg. iuris. l. vnicæ. §. pro secundo, in fi. C. de caducis tollendis, & sufficit esse loco heredis, vt dicitur in fideicommissario, qui loco heredis est. l. si filius. §. si filio. D. quod cum eo qui in aliena pot. l. postulante. 44. §. 1. versi. *nam quodammodo.* D. ad Trebel. facit reg. l. in pari. 128. versi. *is qui*, l. qui per successionem. 194. D. de reg. iuris, ergo cum isti quibus bona addicuntur sint creditoribus vt successores obligati, non est iustum vt noua cautione grauentur.

6 Quartò, contra † tx. nostrum, ibi: *si hi de quorum statu agitur consentiant.* dum requirit seruorum consensum sic argumentor: eius consensus meritò expectatur qui habet libertatẽ contradicendi aut consentiendi. l. eius est velle D. de reg. iuris. velle enim dicitur qui nolle potest. l. is potest. D. de acquir. hered. cum ibi notatis, sed serui non

7 † possunt recusare libertatem. d. l. fin. versi. *licèt enim.* C. de test. manumi. docet glo. in l. 1. C. de institu. & substitut. Iaso ibi. nu. 9. col. fi. gl. versic. *defectus conditionis.* in l. quæ sub conditione. §. quotiens. D. de cond. & demonst. Bar. in l. in testamento. D. de cond. & dem. Decius. n. 12. in d. l. 1. C. de institutio. & substi. n. 12. ergo eius consensus in addictione bonorum minimè debet expectari.

8 † Denique aduersus conclusionem, & vniuersam nostri tex. decisionem oppono tex. in authen. de hered. & Falcid. §. si vero non implẽs, cõl. 1. vbi Iust. in. Imp. deficiente herede scripto in testam, vel non implente testatoris iudicium concessit substituris legatarijs & fideicõmissarijs, ac denique extraneis adire hereditatem cum iure addictionis, vt ibi in versi. *in omnibus.* & hoc non solum libertatis fauore, sed vniuersę dispositionis testamenti, ergo iam hodie nullo modo addictio bonorũ locum vindicabit cum ordinario iure competat aditio hereditatis, & ex illa Nouella remanebit correctus noster tex.

Verũ his argumentis nõ obstantibus nostra decisio locum habet & iure admittenda est &

9 defendenda: pro cuius † exornatione & vera cognitione animaduertimus libertates in testamento duplici modo relinqui potuisse, aut directò aut per fideicõmissum. Directò data libertas statim mortuo testatore aditaq; hereditate seruo cõpetebat absq; facto heredis, ita vt nec ius patronatus cõsequeretur heres (habita distinctione extraneorũ & suorum heredum, de qua in §. multis. sup. de succes. libertorũ,) & appellatur iste libertus *Orcinus*, vt in §. fin. sup. de sing. reb. per fideicom. relictis, cuius vocis

10 † explicationẽ & originem prosequitur Cuiac. tract. 9. ad Africa. fol. mihi. 612. Alex. ab Alex. 3. dierũ genial. c. 25. & sunt hi liberti in familia testatoris. l. si. socius. 48. D. de manumis. test.

11 vnde deprehenditur † manifeste libertatis dationẽ non esse legatũ cum ei non conueniant verba diffinitionis legati *ab herede præstãda*, posita à I. C. in legatũ 119. D. de leg. 1. sed esse dispositionẽ testãtis extra ius legati, vt docet Ruinus. n. 30. & 31. in l. 1. D. de leg. 1. Libertas autẽ

fidei-

12 † fideicommissaria ea est quæ ab herede est ser-
uo concedenda ex testatoris præcepto. d.§. fi.
de sing. reb.per fideicom.l.1.& per totum. D.
de fideicomm.libert.quo casu seruus ab herede
manumissus pleno iure eius libertus fit.dict.§.
multis,sup.de succes.libertorum.l. si filius.33.
iuncta glo.verb.*tabulas*,versi.*vel hic volunt*.D.
de fideicom.liber.l. eum patronum. 10.iuncta
gl.verb.*libertum*.versic.*secus in ipso*. D.de iure
patro: cum similib. Vltra quam differentiam,
aliæ duæ assignari hic commodè possunt,quæ
ex inf.dicendis ad nostri tex. interpretationē
13 conducunt.Prima est, † libertates directas ser-
uis tantum proprijs, fideicommissarias etiam
alienis potuisse relinqui.l. seruo tuo. D.de te-
stam.manum. l. si seruus legatus. 3.§. si seruus
alienus.D.de leg.1.l.alieno seruo. 31. D. de fi-
deicomm.libert.§.libertas.sup.de singul.rebus
14 per fid.relict.Altera† directam libertatem non
nisi testam.aut codicillis eo confirmatis relin-
qui potuisse. l. libertates. 43. de manumis. te-
stam.in cuius ratione reddenda laborat Nigris,
in l.1.D.de legat.1.num. 25.& 35.Ruinus.ibi.
col.8.cum ea ratio sit,quia in codicillis directæ
dispositiones nō valebāt.§.codicillis sup.de co
dicillis.l.illud.§.tractari.D.eod.§.1.sup. de leg.
15 at verò fideicōmissaria † libertas & ab intest.
codicillis poterat relinqui. l. filius fam.§. qui
intestato decedit. D.de leg.1.d.l.libertates. 43.
D.de manum.testam.§.præterea inst.de fideic-
comm.hereditatibus,alias item plures differē-
tias inter directam & fideicommissariam liber-
tatem enumerat gloss.in l. Iulianus. 40. verb.
datis.D. de manum. testam. quas prosequuntur
Alexan.nu.16.Ias.n.73.in d.l.1.D.de leg.1.
Gribald.in l.2.C.communia de leg.in ca.quo-
modo adæquatio legator.& fideicommis. accī-
pi debeat.Euerard.Centu. 1.rg.loco.15.Quibus
16 † sic constitutus in nostro tex. dicendum est,
per addictionem bonorum,ex rescripto D. Marci
nemine herede existente ex testam. vel ab in-
test.factam,omnes cōseruari libertates, siue in
testam.datæ essent,aut in codicillis testam.fir-
matis,directæ quæ per defectum testamenta-
rij heredis defecerant,siue ab intestato in codi-
cillis;fideicōmissariæ,quæ etiam nullo herede
ab intest.existente defecerant; qualitercunque
enim data libertas conseruatur addictione bo-
norum facta secundum formam nostri textus.
17 Quod duplici ratione † inductum est; prima li
bertatis causa,quam in hoc princ. propositam
à Iusti.hic disputabimus:altera fauor testantis
ne ignominiosè eius bona veneant, quam in §.
sequenti,vbi proposita est exornabimus. Li-
bertatis itaque fauore bonorum addictio liber-
tatum conseruandarum causa ex D. Marci res-
cripto inducta est,quod in hac specie fuit ne-
18 cessarium,nam † cum Iurisconsultis non ius
condendi,sed interpretandi secundum ius ip-
sum esset concessa facultas,& parēdi potius ne
cessitas,quam constituendi licentia, vt admo-
net Duar.lib.2.anniuers.quæstio.cap.38.latius
Cōnan.lib.1.cōmen.iuris.c.15. Sarmi. de credi-
tibus ecclesiasticis.1.p.c.2.n. 9.& in l. Gallus,
in princ.n.5.Spanochius.lib.sing.ad l. Gallus,
particu.2 2.n.22.Nouissime Morla, in empo-
rio iuris.ti.8.q.1.n.2. quotiescunq; æquitatem
scripto iuri refragari inspiciebant. eam de-
monstrantes,iuri parebant,vt in l. prospexit.
D.qui & à quibus,vel Principis constitutionē
singularem spectabant.l.2. D.de rebus eorum.
ibi, *Imperiali beneficio opus esse*, vel si forte post
disputationem aliquid non contra ius,sed præ-
ter ius inducebant, ius singulare appellabant,
quo sensu intelligas.l.ius singulare.D. de legi-
bus ,secūdum Conna.vbi sup.Quod autē Prin
cipis rescripto fiebat, *ius constitutum* appella-
bāt.vt admonet,sic plura interpretans iura, Al
ciat.li.7.parerg.c.26.vnde in nostra specie cū
hereditate ex testam.non adita viderint omai-
no perire legata,& etiam libertates,vt in iuri-
bus à nobis in primo argum. adductis,quas adi
ta hereditate ab intest.affectione simul & æqui
tate concurrentibus sustineri docet glo. in ver
bo.*traditur*.in l.eam quam. C. de fideicō. quod
& in nostra specie cessabat deficiente herede
ab intestato,nihil noui potuerunt constituere,
sed æquitate & libertatis fauore plenum ex pe-
ctare D. Marci rescriptum de quo hic, quo cō
tra ordinarias iuris regulas facta *addictione bo-*
19 *norum* libertates conseruātur,& meritò, † nā
cum libertas omnibus vna sit naturali iure par-
que conditio,vt ait Seneca,Declam.lib.7.*Ne-
minem natura fecit liberum, neminem seruum,im-
posuit fortuna nomina hæc singulis*.Et Quintilia.
li.3.c. 10. liberos natura omnes & ijsdē cōstā-
re elementis & fortasse antiquis nobilibus or-
tos dici potest.Et docuit I.C.in l.manumissio-
nes 4.D.de iust.& iure.§.ius autem,sup.de iure
naturali.l.quod attinet.D. de reg.iur.quo sen-
su dicitur libertas *naturalis facultas*. in §.1.sup.
de iure perso.l.4 D.de statu ho. & è contrario
ei sit naturæ seruitus contraria, vt in dictis iu-
ribus dictum est,vt in omnibus libertatem na-
turæ congruam & amicam amplectamur cum
res de facili ad naturam redire suam dictum sit,
in l.si vnus.§.pactus ne peteret,versic. *quod &
in specie dotis*.D.de pactis,quo factum est,vt in
ambiguo pro libertate respondendū sit l.quo-
ties dubia.20. D.de reg.iur. quæ ab eod.Iuris-
consulto , & eod.libro desumpta est adducēda
pro ratione tx.in l.si legato.2.§. si Stichus. D.
de manum.test.ita & Vlp.in l.cū heres.4.§.itē
20 si decem.D.de statu liberis. † Nam cum in am
biguis humaniorem sententiam sequi oporteat,
vt eleganter scripsit Seneca,lib.2.epist.dū ait,
*Reus sententijs paribus absolvitur,& semper quid-
quid dubium est humanitas inclinat in melius*, sic
semper pro libertate humaniorem interpreta-
tionē sequi,& pro ea rēspondere æquū est.l.in
obscu-

obſcura. D. de reg. iuris. l. ſi fuerit. 10. §. planè, D. de rebus dub. l. ſi peculium. 10. §. ſi ſeruus, D. de manumiſ. teſtam. l. ſi ita ſcriptum 26. l. libertas. 17. & per totum tit. D. de manumiſſ. teſtam. vbi innumeri referuntur libertatis fauores, quorum aliquos congeſsit Greg. Lop. in l. 4. tit. 5. par. 3. verb. *los derechos del mundo.*

Hæc tamen *additio bonorum* † vt in noſtro
21 tex. proponitur, cautione prius poſtulata debet fieri, quæ cautio debet continere ſolutu-
rum cum, cui bona addicuntur, omnia debita defuncti, ſcilicet ea quę debentur creditoribus, non quę ex teſtamento debebantur legatarijs, ea enim non debentur hereditate delerta ex iuribus ſup. adductis, & ex noſtro tex. iuncta ratione decid. ex qua apparet id peculiari priuilegio contra regulas ordinarias iuris receptum fuiſſe. Neque obſtat, † addictionem iſtam
22 fuiſſe inductam etiam fauore ipſius teſtantis, vt ex §. hoc reſcripto, inf. hoc titu. d. l. 4. & d. l. fi. cuius ęque fauor verſatur legatorum conſeruationeque libertatum: quia reſpondeo fauore libertatis principaliter noſtram deciſionem procedere, & fauor teſtantis hac in re nõ verſatur in eo, vt eius voluntas conſeruetur, ſed in eo tantum ne eius bona veneant, vt in d. §. hoc reſcripto, vbi de hoc latius dicendum eſt.

Qualiter † tamen hæc cautio interponi de-
23 beat diſputant omnes hic, maximè Oynotho. num. 5. diſtinguens quando cautio exigitur, an iuratoria, an ſimplex, an verò cum fideiuſſoribus debeat intelligi, quam rem vltra ſcribentes, de verbor. ſignific. verbo *Cautio.* latè expli cant gloſſ. & Doct. in ca. ex tranſmiſſa, extra, de reſtitut. ſpol. Alex. in l. diuortio. §. interdum D. ſolut. matr. tx. & ibi glo. in l. 2. §. ſed ſi dubi tetur. D. de iudicijs, & Bart. & alij in l. in omnib. 20. D. illo ti. Laſ. in l. ſi priuſquam, n. 52. D. de operis noui nuntia. Alex. conſi. 35. vol. 4. n. 11. & conſi. 57. à n. 5. Bar. in l. ſi conſtante. n. 6. D. ſol. matr. glo. in l. 1. D. qui ſatiſd. cog. Laſ. ibi n. 23. Hippol. in rubr. de fideiuſſor. n. 166. & in l. fi. n. 123. D. de iuriſdictione omn. iud. Plures quos citat Tiraq. in tractatu, de vtroque retractu, ti. 1. §. 1. gl. 18. n. 49. latè conſtituens regulas & fallentias, Felinus ab eis nõ alleg. in c. ad noſtram, à nu. 5. de iureiur. Emporium iuris in ti. 8. q. 1. n. 19. & 20. Menoch. lib. 2. de arbitrarijs iud. caſu 139. 140. 141. 142. & vim huius verbi, *Cautio.* nobis apertis demonſtrat verbis, l. 10. ti. 33. p. 7. vbi eleg. Greg. glo. 10. verb. *Cautio.* Ex quib. omnibus ſatis latè quid verbo cau
24 tionis comprehendatur colligi poſſet: in † noſtra ſpecie fideiuſſores & pignora requirũtur, tum ex verbis noſtri tx. ibi. *idoneè*, quod verbũ cautionem cum fideiuſſoribus requirere docẽt plures ex ſup. relatis, licèt verius ſit *idoneam* cautionem remitti iudicis arbitrio, vt reſoluit Menoch. d. caſu. 142. nu. 1. & 4. apertius tamen in noſtra ſpecie id probat Iuriſcõſ. in l. 4. §. addici. 6. D. de fideicom. libert. dixerat Iuſtin. in d. l. fin. C. de teſtam. manumiſ. ibi: *ſub hac conditione & ſatisdatione.* Quæ concluſio omnibus communis eſt in noſtro tx. poſt gl. verbo, *idoneè*, tenet Angel. n. 2. & 4. Faber. n. 2. Baldui. n. 8. Oynothomus, nu. 5. quod confirmari poteſt ex regula generali, quam omnes ſuperius relati conſtituunt, ſcilicet vbicumque requiritur cautio cum qualitate ſcilicet idonea ſufficiens, aut ſimiliter fideiuſſores, & pignora requiri, ſecundum gloſſas, & iura quæ congerit Felin. vbi ſup. nu. 7. & 8. ex quibus iudicis decretum cum cauſæ cognitione requiri notauit Oyno-
25 thomus, n. 4. † quo fit hoc caſu cum ſufficien ter cautum ſit creditoribus, & quodammodo eius cui bona addicuntur fidem ſequi videantur, argum. l. prætor ait. 10. §. ſi quid in fraudem ibi. *quaſi in creditum habuerunt nomen eius* D. quæ in fraudem credit. ceſſabit actio Pauliana. vt probat d. l. ait prætor. §. ſi ex conſtitutione. Et admonet Cuiac. in notis ad hũc etiam, verſ. *caueris de ſoluendo.*

26 † Omnibus autem creditoribus cauendam eſſe ex noſtro tex. colligitur, interpretari tamen debet ſecundum doctrinam Iuriſconſulti in d. l. 4. §. addici, verſic. *creditoribus*, vt quia difficile eſt, omnibus caueri creditoribus, vni ab eis aſsignato caueatur, ad quem deſignandũ iudicis officio poſſunt compelli, gloſ. quidem
27 agnouit & poſt eam omnes hic, obſtat † tamen tunc regu. tex. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. D. de verbo. oblig. §. ſi quis alij. §. alteri. ſup. de inutilib. ſtipul. cum ſimilib. quibus non poſſe alteri per alterum ex ſtipulatione quæri obligationem conſtitutum eſt: ergo & in noſtra ſpecie idem erat dicendum, & ſic caueri non potuiſſe vni ex creditoribus, vt ex eo contractu alijs acquireretur obligatio. Quam diff. cũ propoſuiſſet Angel. hic n. 6. componit dicens, id fauore libertatis admitti, & cũ in noſtra ſpecie de eius fauore agatur & ei tãtum tribuatur facile mihi perſuadeo eam rationẽ Angeli poſſe ſuſtineri; verumtamen cùm iure communi hæc difficultas poſsit excuſari, nihil eſt cur ſpecialia conſtituamus quæ iura expreſſa nõ ſunt, vnde melius vnico verbo id explicuit Accurſ. in d. verſi. *creditoribus.* verb. *vnum*, dicens id fieri, vt procuratorio nomine ſtipuletur, quomodo alij ſtipulari poſſe probat tex. vbi notant omnes in l. ſi procuratori. D. de verb. maximè quia in noſtra ſpecie is qui aliorum nomine ſtipulatur, ſibi concipit obligationem, ſolutionem alij, vt promittis mihi ſoluturum te omnibus creditoribus, quo caſu valet ſtipulatio. l. penul. C. ad exhibendum. Et procuratorẽ ſeu negotiorũ geſtorẽ domino ſuo, cuius actor eſt, poſſe ſtipulari docet glo. in d. §. ſi quis alij, vbi Angel. & omnes, Bart. in d. l. §. Alteri, & in §. ſi ſtipuler. n. 2. eiuſdem legis, vbi Imola, gl. & ibi Doct. in l. in huiuſmodi. §. 1. D. de leg. 1. Romanus,

manus, cõsil. 441. incipit. *præsens instrumenti*, quo fit in specie nostra procuratorio nomine
28 admitti stipulationem. Quod † in specie nostra quando interuenit pignus maxime procedit, tunc enim alteri rectè quæritur obligatio, quia in contractibus qui re celebrantur, vt pignus de quo in §. Creditor quoque. inf. quibus mod. re contrah. oblig. alteri per alterum acquiritur: sic limitata regu. tex. in d. §. alteri, per tx. in l. ea quæ ciuiliter. D. de acquir. rerum dominio, quem in omnibus re interueniente cõtractibus procedere defendit Raphael Fulgosius, in l. certi condictio. §. si numos, nu. 2. D. si cert.
29 pet. vbi Iaso. col. 1. sic † intellecta. l. quoties, C. de donatio. quæ sub modo, vbi not. Bald. & esse hanc eius veram rationem tenet. Alex. in rubr. D. de pactis, nu. 128. Couar. li. 1. var. c. 14. n. 2. quo fit mirum non esse si hac in causa alteri per alterum quæratur, actio siue ex his causis, siue ex ea quam supra ex Angelo assignauimus, in cuius confirmationem adduci posset communis sententia DD. in d. §. alteri dum docent pietatis causa locis pijs pauperibus & Ecclesijs quemlibet posse stipulari, vt sic etiã hic fiat ratione libertatis, quam piã causam esse & Ecclesiæ æquiparari diximus supra in secundo argumẽto, & ad eius solutionẽ dicemus latius,
30 istius tamen † cautionis & satisdationis loco sufficiet fides habita à creditoribus ex gl. hic & d. §. addici, versic. *sed si ei fides*, omnibus scilicet quorum interest, nec enim alteri per alterum iniqua conditio aut præiudicium inferri debet, & nec maioris partis consensum sufficere probari potest ex eo, nã regula, l. quod maior. D. ad municipalẽ. sic intelligi solet, vt maior pars obtineat quando res tangit omnes vt vniuersos, non verò quando pertinet vt singulis: ita eam interpretatur Bart. communiter receptus in l. & suũ heredẽ. 8. §. hodie. D. de pactis & in l. omnes populi. n. 18. D. de iustitia & iure. Panorm. in c. prudentiam à nc. 7. extra de officio deleg. at cautio ista pertinet creditoribus vt singulis ex tx. ibi. *de solido vnumquiq; eorum solvendo*, ergo maior pars in hac specie nil facere
31 potest: Maximè, † quia nec vni creditorũ hiac in causa aliorum præiudicat consensus vt probatur manifestè argumento, tx. in l. si præcedẽte. 58. §. Lucius Titius. D. mandati, in cuius tx. specie consensus omniũ creditorum vno excepto, vt ab herede defuncti debitoris ferant portionem, non nocet ei vni, quominus sibi obligatum possit cõuenire mandatorẽ, ergo in nostra specie idem videtur dicendũ. Præcipuè ex eo quia in addictione de qua hic pro formare quiritur cautio. vt agnoscit Ioan. Faber, cuius formæ ius separatim cuilibet ex creditoribus acquisitum est, & ideò vnius reclamatio *cuius vox iure cõmuni nitatur sufficit ad remissionem impediendam*, vt ex singulari dicto Ludouici Romani, sing. 44. incipit *quia heri fecistis consilia-*
rios, & sing. 95. incipit *heri fui interrogatus*. Præterea † & pro hac tentẽtia facit, nã licet ad re- 32
missionẽ patris debiti sufficiat cõsensus maioris partis creditorũ, in d. §. hodie & l. sequenti. D. de pactis, non verò sufficit ad totius debiti remissionẽ, vt docet glo. ver. *creditorũ*. in lre. scriptũ. D. de pact. per tx. sic interpretandũ, in l. apud Celsum in prine. D. de doli mali & metus exceptione, vt interpretatur Lud. Roman. sing. 99. incip. *creditores possunt*, tenet post alios Bal. in d. §. hodie n. 3. vers. *quæritur hic Guil.* ergo & in nostra specie similiter dicẽdũ est maiore partẽ creditorũ modificare cautionẽ posse, vt sufficiat simplex cautio vel iuratoria; nõ autẽ in vniuersum eã remittere, & eã sententiã, vt veriorẽ & de mente iuriũ amplexi sunt Fabet & Angel. hic, contrariã tñ sequendam ipsi admonẽt per tex. in d. §. hodie, & d. l. maiores. D. de pactis, & ex generali regula l. quod maior. D. ad
33 municipalẽ. itẽ ex eo, † quia si maior pars creditorũ, quorũ maior interesse versatur, & maius periculũ omissa satisdatione fidẽ habẽt, oritur ex inde grauis præsumptio aduersus alios petẽtes sibi cauere, velle minus necessaria cautione onerare debitorẽ cũ alij remittentes nõ præsumãtur iactare suũ. l. cũ de indebito. D. de probationib. † cui sententiæ nõ obstãt superius ad- 34
ducta: nã licèt regula. l. quod maior, sit intelligẽda eo modo, in casu tñ nostro speciali creditores pro communitate accipiũtur, & sic inter eos quãdo agitur de remissione debiti maioris partis dictũ sufficit, ergo à fortiori quando agitur de remissione cautionis præstandæ, in qua minus interesse versatur. † Nec obstat tx. in d. 35
l. si præcedẽte. 58. §. Lucius. D. mandati, cuius, tx. nõ admitto solutionẽ dicentiũ loqui in absente, cui nõ infertur præiudiciũ eo casu, vt sentit glo. ibi, nã licèt eo inuito fieri posset, nõ tñ absente, vt in casibus similibus glossæ in l. qui potest inuitis. 26. D. de reg. iur. quia hoc casu absens habetur pro dissentiente, & cõtra eum prodesse remissionẽ, probat manifestè tx. in l. rescriptũ. D. de pactis, & textus in d. §. Lucius, vbi cũ cõstet heredi cui facta fuit prodesse remissionis exceptionẽ aduersus absentẽ, quæritur an similiter profit mãdatori, ergo iã supponit Iurisconsul. in herede prodesse; at in mãdatore nõ prodest, ratio est, quia in his remissionibus fit vnũ corpus creditorũ commune, cuius maior pars potest debitorẽ liberare, & partem debiti remittere quatenus est debitor cõmunis ipsorum; at verò quatenus pertinet specialiter ad alium non possent, vt in pignori iure, quod si mihi speciale habeo, nõ possũt remittere cæteri creditores qui pignoris respectu nõ habẽt mecũ communionẽ. d. l. rescriptũ. vbi glossa. & DD. sic similiter mandatorẽ, quẽ mihi specialiter habeo obligatũ, non liberãt creditores cæteri me inuito, quia licèt me absentẽ & inuitum possint grauare quoad communem debitorem, in quo

in quo cum eis mihi cõmunio est, non quoad alium quem specialiter habeo, nisi & ego saltem tacitè consentiã.d.§. Lucius,in fine:sic & in nostra specie cõmunis debitor maioris partis creditorum consensu potest liberari. Non
36 obstat † pro forma inductum vt caueat quia hæc forma in fauorem partium renuntiari recte potest,nec obstat ius quæsitũ cuiq; debitorum,quia etiã in casu d.§.hodie,maius ius quæsitũ est cuilibet accipiẽdi quod sibi debetur & tamẽ potest remitti. Deniq; nõ obstat vltimũ fundamentũ,quia respondeo hic non agi de remissione totius debiti,sed solũ de remissione cautionis in qua minus præiudicium versatur, vnde resoluendũ est posse haberi fidem, remittique cautionem ex consensu maioris partis debitorum.

37 Præstita ergo cautione † secundum formã nostri tex.serui quib⁹ directa data libertas est fiunt statim liberi,quibus sub conditione pendet status, quibus fideicõmissaria debetur ab herede,ab eo inquam cui bona addicta sunt,omnes deniq; libertatẽ consequũtur ex rescripto Diui Marci,de quo hic & in d.l.4.per totã, cuius autẽ liberti fiant,& de eorũ consensu præsentia vel absentia dicemus infra ad 4. argumẽtum,& quid de fisco dicam ad secundum.

38 Illud † autem supereſt, an iure Regio hæ bonorũ addictiones libertatũ causa obtineãt, & iã cessare fortissimo argumẽro probari potest:nã ex nostro tex.& d.l.4.& d.l.fin. apparet satis libertatũ conseruandarũ causa hãc inductã constitutionẽ,adeo,vt si libertates datæ nõ sint cesset cõstitutio.§.hæc cõstitutio,infra hoc tit.ergo hac cessãte ratione cessabit etiam constitutio ex vulg.regula l.adigere,6.§.quãuis.D.de iure patronatus:cessare autẽ rationẽ probatur ex.l.1.tit.4.*de los testamentos*,lib.5.recop.in cuius.2.p.cauetur etiã nullo adeũte hereditatẽ libertates & quælibet legata cõseruari,ergo si cõseruãtur libertates non est necessa-
39 ria addictio bonorũ: † Verumtamen eo fundamento nõ obstante tenendũ est adhuc habere locum addictionem bonorũ,quæ in hac parte nõ solum non contradicit.d.l.1.verũ & cõsentit,tunc enim addictio bonorũ sibi locum habet, quando neq; ex testamento neq; ab intestato heres existit, quo casu neq; libertates cõseruantur,neq; hodie ex d.l.1. conseruantur
40 legata,sed quod † in libertatibus olim specialiter erat instituturũ,vt ab intestato herede adeũte in testamento relictæ libertates conseruarentur,vt infra dicam ad 1.argumentũ hodie ad omnia legata tractum est,ex d.l.1. vt conseruẽtur legata in testamento relicta etiã si ex eo nemo existat heres,dũmodo tamẽ adeat aliquis ab intestato,vt cũ verieri sententia resoluũt cõtra Ant.Go.1.to.var.c.5.n.8.& in l.24.Tau.n. 4.Cou.in c.Rainal.§.8.n.3. de test. & plures alij quos refert Ioã.Gu.in repe.l.nemo potest

41 n.313.Aze.in d.l.1.n.120.at verõ nullo herede existẽte ex testamẽto,vel ab intestato pereũt legata:libertatesq; in nostra specie facta addictione cõseruãtur,vnde fit nõ cessare necessitatẽ cõseruandæ libertatis quæ nostro rescripto rationẽ dedit:& licèt † illa ratio cessaret, sustineretur adhuc decisio ex alia ratione, ne bona defuncti indecorè veneãt,quã rationẽ hic cõsiderari probat.§.hoc rescripto,&cessãte vna legis causa alia remanẽte cõseruari legẽ probat tx.in §.affinitatis,supra denuptijs,vbi cõmuniter omnes & alios refert Tiraq.tit.cessãte causa limitat.22.quare licèt cessaret libertatis causa staret adhuc causa defuncti cuius honore plura in iure inducta sunt,vt infra dicem⁹ in.§.hoc rescripto. Quinimo dici potest etiã omnino
42 cessantibus † rationibus dispositionẽ nõ cessare,& regulã *cessante ratione legis*, esse minus verã,vt probat.l.prospexit.D.qui & à quibus.docet glos.ver. *amplexus* in l.nõ dubiũ. C. de legibus,& ibi Bal.n.7.simil.glos.licèt sibi parũ cõstans.in c.post trãslationẽ ver.*cessante* de renũtiatione.Aret.in l.2.n.7.prope finẽ.D.de vulgari,quorũ ratio in prõptu est,quia lex nititur ratione simul & authoritate,& ratione cessante authoritate sustinetur, dũmodo ratio legis nõ cesset simul negatiue,& cõtrarie vt si cesset & incipiat esse cõtraria tũc enim obtineret regula tx,in c. erit autẽ,l.4.d. & facta lex irrationibilis lex esse desineret,ita docet.D.Th. 1.2. q.67.art.1.Soto de Iust.& iure lib.1.q.9.art.8.
43 Neque nobis obstat † Falcidiæ æquiparatio, quia & illud falsum est hodie cessare falcidiã vt cõtra Ant.Go sup.resoluũt Molina de Hispan.primoge.lib.1.c.17.n.8. Padilla. in l. eam quã.C.de fideicom.n.109.Parlad.lib. 1. rerum quotid.c.11.& alij relati ab Azebedo in d. l. 1. tit. 4. li.5.recop.n. 121.vt latiùs sup.in princ. de lege falcidia disputamus,ex nu.27.

44 Quo autem ordine † admittantur hi qui sibi bona addici desiderãt si plures cõcurrant simul,quo casu prænẽtioni locũ esse docet glos. hic,quod ego verũ credo si vnus præueniat,& ei bona addicãtur:sin vero ante decretũ prætoris alij cõcurrãt nõ perueniẽti debet sed potiori dari addictio, & tũc legatarios&alios similes extraneis prę̃ferẽdos admonet Cuia.in explicatione Authẽticæ de here. & falcid. col.4.

45 Quibus sic constitutis † non obstant in cõtrariũ adducta pro ratione dub. Non primum quoniã constituendũ est, regulariter nullo ex testamento existẽte herede legata nõ deberi, neq; sustineri ab intestato ex iuribus ibi adductis,plures tamen casus excipit glos. & alios addit Corneus in dict.l.eam quam.C. de fideicommis.Ias.& Decius ibi,Cagnol.in d. l. si nemo.D.de reg.iuris,quos & alios refert Menchaca lib.3.de succes.progressu.§.27. num.4.
46 quod † ad libertates etiã extenditur, d. l. 2.& 3.cum alijs.C.de testamen. manum. quo sen-

su efficaciter datam libertatem quando hereditas adita est dixit Vlp.in l. generaliter. 24. §. quoties. D. de fideicomm. libert, & apparet ex l.testamento.23.ibi, *& ex eo adita sit hereditas*, & ibi, *statimque adita fuit hereditas*, & ex l.testamento.25.cum alijs. D.de manum. testam.neq; eo casu non adita hereditate debebitur libertas etiam si prætextu pietatis eam defendamus,vt inf. ad secundum argumentū, 47 quod † non solum in directa libertate testam. relicta obseruandum est, sed etiam in fideicōmissaria,in codicillis ab intestato relicta,quam deficiente herede ab intestato non deberi in argum. probauimus, ex l.2.D.de fideicomm. libertat. vbi, eo casu fauorem constitutionis habere locū dicitur,ergo manifestū est nō valere libertatē, vt ibi Bart.notat, ex quo nota- 48 bis † ab intestato relicta in codicillis eodē modo requirere aditionem alicuius ex venientibus ab intestato sicut aditionē ex testamēto, vt conseruentur relicta in eo : docet Glossa, vers.*liber ex codicillis*,in l.qui filio.38. §. 1. vbi Bart.n.2.D.de here. inst.ex l. 1. §. in nouissimo verb.*libertatibus*.C.de caducis tollend.d.l. fi.in principio. C. de testament.manum.& ibi Bart.nu.1.Bald.eod.nu.1.Bart.& ex sup.relatis in quæstione an hodie cesset addictio probari potest,ad declarat.d.l.1.tit.4.li.5. recop. & interpretationem authent. ex causa. C. de lib.præter.secundum relatos ab Azebedo in. d.l.1.nu.120.Gutierrez in. l. nemo potest nu. 49 312.&.313. vnde † notari potest argumentū aduersus eos qui nullis heredibus institutis, nec vocatis ab intestato venientibus, legatis exhauriunt hereditatem, & certos deputant executores, quia ea legata præstant. quæ eo casu non valent,vt docet Ioan. Faber. hic nu. 1.& potest ex sup. dictis confirmari, & ex eo quod docet Couarr.in. cap.Rainald.§.7. nu.7. de testam.quod legata sine aditione hereditatis nō valēt quantumuis testator dicat se velle valere, quod etiam tenet Boerius, decisione 41.nu.4. Præterea & ex eo quia non est dare grauamē sine subiecto super quod cadere possit,vnde deficiente herede onera non sustinen- 50 tur.Neq; obstat † contraria sententia Angeli.hic n.3. ex eo quia executores sunt loco heredis,quando alter heres scripus nō est per tx. in l.nulli.l. si quis ad declinandā C. de episcopis & cler.quia illud procedit quando pauperes sunt vel instituti vel legatarij, tunc enim nec ex incertitudine vitiatur institutio, vt ibi & in l.fi.C.de sac.sanct. Eccles.nec ex defectu heredis vitiatur legatū,quod sine herede sustinetur fauore pietatis secundū plures relatos à Tiraq.in tract.*le mort*.in.7.p.declarat.5.n.7.& eo casu executores sunt loco heredis ex tx. in c.cū tibi (secundū intellectū. Innoc.) de test. quē sequuntur plures relati a Tiraq. vbi sup. n.14.nullo autē in legatis relicto herede, neq; admissis venientibus ab intestato sine dubio nō debent sustineri legata, quia omnino necesse est heredē aliquem existere,quod in hac executorū specie iure cōmuni rectissime procedit.At iure regio † ex.d.l.1.videtur dicendum 51 valere testam.nullo deputato herede & datis executoribus,tunc tamē succedere debere venientem ab intestato, ex verbis eius ibi, *herede aquel que segun derecho &c.* & eo requisito repudiāte per executores soluenda legata,& videtur ita tenere Menesius in l.eam quā.nu.70. C.defideicōm. quē refert Azebedo vbi sup.n. 150.ex quibus omnibus iā apparet sine herede siue ex testamento siue ab intestato corruere testamentū,siue codicillos, libertates tamē speciali fauore conseruari ex.D.Marci rescripto,contra ordinarias iuris regulas ex latè sup. ex nu.16.adductis.

Non obstat † secundum argum.ad cuius ex- 52 plicationē duplex occurrit inspectio. Prima an quando fiscus ad vacantia bona vocatur,teneatur ad legata vel alia relicta in testamento? secunda,an libertates causæ piæ prætextu cōseruētur? In primo artic.aduertendū est,contrarias reperire cōmunes opiniones, & teneri fiscū docet Bal.in d.l.eam quā sequitur Alex. in additio.ad Bart.in.l.1.C.de bon. vacant.lib. 10.Salic. & Corn.in.l.1.§.fi.C. de caducis tol lendis.dicit cōmunē Meneses in.l. eam quā. n. 58.per tx.in.l.recusare.§.fisco.D. ad Treb. d. l.vnica.§. fin.C.de cadu.tollēdis,iuncta Glos. verb.*pepercimus*.d.l.filius fami.§.qui intestato, D.de leg.1. facit etiam pro ea sententia, nā licèt fiscus ea bona capiat vt vacantia,nō vt hereditaria,d.l.1.C.de bon.vacant.l.1.§.an bona & ibi Bart.D.de iure fisci, adhuc tamē ad onera hereditaria tenetur.l.tutoris.C.ad.l.Iuliam. de vi publica,& est loco † heredis qui habet 53 petitionem hereditatis,l.item veniunt.§.ita Senatus,vers.*bona vacantia*. D. de petitione hered. quod iure † regio indubitanter procedit 54 ex.d.l.1.ibi, *herede aquel que segun derecho o costumbre de la tierra auia de heredar*, sed fiscus secundū ius admittitur, ergo in eo cōseruabūtur legata,ita tenet Burgos de Paz,in l.3. Tauri. n.908.Azebedo in.d.l. prima.num.141. Sedta men adhuc † iure communi attento contraria 55 sententia verior longe est, scilicèt fiscum non teneri ad legata in testamento relicta,quā sententiā tenet Paul.& Ias.in.d.l.eā quā, ide Ias. n.1.in l.si seruus pluriū.§.si quis ante, de legat. 1.est cōmunis,secundū Rip.in l.ex facto.§. ex facto n.6.ad Treb.Azeb. & Menses vbi sup. Spino in suo speculo testament. Glossa.13.de aditione hered.n.13. Quæ sententia † eo potis- 56 simum nititur fundamento, quia qui succedit in bona vacantia non dicitur succedere in hereditate,nec dicitur heres,vt docet Ripa in. d. §.ex facto n.6.Abb.cons. 34. Ancharra. cons. 294. & alij quos refert Spino, vbi sup.& cum non

non sit propriè heres non tenetur ad legata, argumen. l. quoties. in fi. D. de nouat. tex. sing. in l. si cõstante. §. fin. D. sol. matri. vbi fiscus nõ succedit in instantia iudicij, quia nec vt heres succedit, cui sententiæ non obstant iura in contrarium adducta, quibus satisfaciunt DD. supra citati: vnde constat fiscum non teneri ad legata, & sic minorem propositionem nostræ argumentationis simpliciter sumptã falsam esse. Iure tamen regio veram esse defendit Azebedo vbi sup. & Burgos de Paz, in d. l. 3. nu. 908.

17 Sed cum iure communi fiscus † hæc legata nõ soluat videndum est an impediat addictionem bonorum, nam si deficiente herede fiscus capit bona, & non debet ea quæ in testamento relicta sunt seu ab intestato in codicillis, iam cessant libertates, quod ad finem nostri tex. pertinet, pro cuius explicatione obseruandum est, fisco accipiente bona vt vacantia locum esse libertatibus, & eas à fisco deberi, idque constitutione D. Marci factum fuisse, vt in nostro tex. & in d. l. 4. §. eadem constitutio, & d. l. fi. Quod

18 † tamen difficile redditur ex §. Eadem, infra hoc tit. ex quo tex. constat fisco ad bona *caducarijs legibus*, (sic enim legendum admonet Cuiac. in notis ad Vlpian. tit. 28. verbo, *ex lege Iulia caducaria*, & eum sequutus Hotoman. in indice leg. Rom. versi. *Iulia caducaria.*) admisso cessare Diui Marci constitutionem, quod etiã

62 comprobat Papinianus. in l. quod Diuo Marco. 50. D. de testamen. manum. quod quidem & difficilius est, qualiter fiscus caduca bona ca-

19 piens debeat libertates, cùm certissimum sit † legata & fideicommissa minus fauorabilia debere. l. quidam testamento. 96. §. quoties. D. de leg. 1. l. non intelligitur. 3. §. cum ex causa. D. de iure fisci. l. recusare. 6. §. si fisco. vbi notant omnes, maximè Alex. D. ad Senatusconsultum Trebellia, vnde aliqui non admittunt correctionem Cuiacij & Hotomani ad dict. versi. *quare*: quid tamen interest eam non admittere si idem constat ex dict. l. quod Diuo Marco?

60 Vnde videntur distinguenda † duo capita constitutionis Diui Marci, alterum de addictione facienda bonorum, alterum de præstandis libertatibus. Vnde quòd dicitur accipiente fisco bona vacantia habere locum constitutionem, intelligendum est admitti scilicet aduersus fiscum addictionem, quia potiorem esse causam libertatis quã fisci in nostro tex. dicitur, quod autem dicitur accipiente fisco bona vt caduca cessare constitutionem, non quoad libertates intelligo, sed quoad addictionem deberi: namque eo casu libertates certum est sicut alia legata ex iuribus sup. adductis. Ex quibus iam apparet resolutio prioris partis argumenti, quia verum est fisco agnoscente bona siue vt caduca, siue vt vacantia non esse locum addictioni, quia & ipse libertates præstat, & sic cessat ratio conseruandarum libertatum, de qua hîc. Neque obstabit secunda argumentationis pars qua contendimus, sine addictione deberi conseruari libertates vt pote legata pia, quia se-

61 cundum ibi relatos † legatum pium est libertas & eius causa vbique pia reputatur & a quibus pararur Ecclesiæ. vt vltra sup. relatos in argumento docet Mencha. vbi sup. §. 29. nu. 6. & valere argumentum de libertate ad causam piam & è contra docet Bart. in d. l. si vnus. C. de testamẽ. Iaso. l. eius qui. versi. *placebat*. D. si cert. pet. Bald. in l. si quis in suo. C. de fideicõmiss. liber. & in l. 1. C. de remissione pignoris, alij plures quos refert Euerard. in centuria legali. cap. 58. per totum, vbi num. 9. etiam tenet, quòd sicut non adita hereditate debetur legatum pium secundum plures ibi relatos, & sup. à nobis in argumen. adductos, ita legatum libertatis debetur hereditate nõ adita, l. neque. 14. (quæ alias est versiculus. l. idem est. 13.) §. fin. iuncta. l. tractabatur. D. de testamento militis. l. Antoninus Augustus. 42. D. de fideicommiss. libertat. Vnde in nostra specie inserunt. DD. sup. relati sicut libertatis conseruandæ causa bona in nostro tex. & similibus addicuntur, ita & possit addictio concedi pro conseruandis legatis pijs. Ex quibus omnibus concludendum est, libertatibus non esse necessariam addictionem bonorum cum sine ea conseruentur, vtpote pia lega-

62 ta. Sed † dicendum est, verum esse deberi legata pia & libertates, dummodo ab intestato saltem sit adita hereditas, quia in omnibus casib⁹, quibus legata conseruantur non adita hereditate ex testamento, requiritur saltem aditio ab intestato: vnde ea cessante est necessaria bonorum addictio. Ita sentiunt DD. omnes dum notãt etiam in causis pijs esse locum addictioni, quia nullo herede ab intestato adeũte neq; ea debentur nisi alio modo cõseruentur. Deni-

63 que † aduerto legatum libertatis indistinctè nõ dici causam piã, cum non respiciat animam ex notatis in l. si quis Titio. D. de leg. 1. & notat expressè Greg. Lop. in l. 3. tit. 12. par. 5. gl. 1. & in simili specie dotis Peralta in l. 1. num. 27. D. de leg. 2. Non obstat, tertiũ, quo cõtendimus

64 † nõ esse necessariam cautionem, quia sine noua obligatione tan quam heres isic tenetur: quia primo aduerto plures importare cautionẽ cum satisdatione, de qua hic, quam habet ipsa obligatio, quo casu cautionem requiri seu admitti nõ prohibet. d. l. Haec stipulatio. §. Diuus, quæ procedit quando cautio est omino superuacua. Secundò aduerto † in nostra

65 specie supponi ex defectu bonorũ & are alieno, quo grauatur neminem adijsse, vnde restat successorẽ istũ teneri vltra vires hereditarias, quo onere heredes tenẽtur, at verò isti nõ sunt propriè heredes, sed quidam successores quos *anomalos* vocamus vt docet Glos. verb. *successor*, in §. in primis inst. hoc tit. sicut ille qui succedit heredi non implenti voluntatem defuncti

in authentico de heredibus & Falcidia, & is qui omissa causa testamenti ab intestato possidet hereditatē.l.duo heredes.D.si quis omissa causa testam.cum alijs quos successores prætorios appellat Cuiac.in.d.Authentico col. 5.

66 versic.*septimò extranei*, † qui successores ano mali, non tenentur vltra vires hereditarias, vt nouiter & eleganter defendit Mench.lib.2. de succesio.creatione.§.16.ex nu. 6. & in nostra specie probat tex.in.l.4.§. item videamus. D. de fideicom. libert. quò fit quod cum illi non teneantur vltra vires hereditarias, & regulariter quando heres deficit & bona addicuntur id sit in causa quia nō sufficiunt creditoribus, nō est incōgruum ab eo cui bona addicuntur desiderari cautionem, de qua in hoc text.

67 Non obstat quartum argum. † pro cuius resolutione iam sup.d.ctū est in ratione decid. prout & in nostro tx.dicitur, eos qui libertatē directò accipiunt effici libertos ipsius testatoris; at vero eos qui per fideicōmissum heredis dantis libertates libertos effici, quod similiter in nostra specie obseruandum est, vt directò manumissi ita fiāt liberi ac si hereditas adita fuisset per fideicōmissum eius qui bona addicta accepit, si autem is qui bona sibi petit addici, eā conditionē adiecerit vt directò manumissi eius fiant liberti, debet exaudiri eis con-

68 sentientibus, † Cui tamen rei rationem mouet dubitandi.d.l.fin. C. de testam. manum. dum ait neminē posse recusare libertatē, vt ex sup. relatis in arg. apparet, nā sicut vitam recusare nemini licet.l.non tantū. 6. vers. *quid ergo*, D. de appellatio. sic nec libertatem quę vita charior est, vt post Bald.in.d.l.fin. docet Greg. in Glos. proœmij. 22.par.4. ius nāq; illud ciuitatis Romanæ (quod raro olim extraneis cōcedebatur, vt eleg. refert Alciat. disputationum, lib.2.c.21. Alex. ab Alex. dierum gen. lib. 4.c. 10.) iure proprius naturæ accedente iam non licet recusare, sed ea ratione non obstante decidit Iustin. hic & in.d.l.fi. horum seruorū requiri consensum, & meritò: quia si ipsis nō cōpetit iuris attento rigore libertas, possunt recusare, & qui patronū experiri nolunt, dominum experiuntur facta addictione bonorum, quæ ex eo non cessat, sed & illi serui efficiuntur liberi qui hunc patronum consenserint, vt in.d.l.fin. vbi Glossa.

69 Non obstat † vltimum argumentum ex dict. Authentico de heredibus & Falcidia, paragrapho quis autem non implens, dum ibi iure ordinario aditiones admittuntur post heredes legatarij & alij de quibus iure ordinario aditionis: quia respondendum est, addictioni libertatum causa adhuc superfore locum quādo ære alieno grauatis bonis, adeò vt nullus velit adire à quo legata præstentur sint vacantia quo casu etiam hodie locum habet tex. noster.

§. *Hoc rescripto.1.*

1 *Addictio bonorum ex rescripto D. Marci testantium fauore inducta, & quare, n.seq.*

2 *L.1.D.de curatore bonis dando. & n.7.*

3 *Testamentum vt valeat, & quis cū herede decedat, plura contra iuris ciuilis regulas admissa: vsq; ad finem.*

1 RESCRIPTVM D. Marci † libertatibus prodest, & honori defuncti factaq; addictione cessat bonorum venditio. Idem constat ex d.l.4.D.de fidecōmiss.hered. d.l.quod diuo in princ.d.l.fin. Sed obstat L. 1. D. † de curatore bonis dando, vbi deficiente herede datur defensor bonorum sub quo bona veneunt, ergo & hic deficiente herede, curator bonis dari debet.

2 Sed contrarium † in nostra specie cōstitutum est, fauore etiam testantis & libertatis, testantis fauor in eo versari videtur, vt eius voluntas impleatur, item ne sine herede decedat, & eius bona veneant & possideantur à creditoribus, vt in nostro tex; quod olim erat ignominiosum; quo sensu I.C. in.l. & quia. D. de interrogatorijs action. ait, interesse defuncti habere heredē, & sicut olim capere ex testam. siue ex institutione siue ex legato honorificū erat, vt ex Cicerone in oratione pro Cluentio, & in oratione pro Cecinna, Sen. li.3.de benef. Simacho ad Theod.li.1.epist. 41. colligitur, vnde hered.honorati vocabātur.l.3.§.h.autē. D.de leg.prę stādis.l.diu⁹.§.1.D.ad.l.Corn. de falsis.l.sed & si susceperit.§.sed & si proponas. D.de iudicijs.l. amicissimos in principio. D.de excusatio. tut. & legatarij, vt in. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. ita erat ignominiosum sine herede decedere, vt his verbis denotat Cicero in oratione pro Quintio. *Herclè cuius bona ex edicto possidentur huius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur: vbi amici non conueniunt ad exequias cohonestandas: sed bonorum emptores vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & distribuendas*, tradit Caius lib. 2. Institution. titul. 6. I. C. in. l. primo. 23. D. quæ in fraudem creditorum. ibi, *famæ defuncti conseruandæ gratia*: dict.l. & quia, qua ratione cum alijs pacisci non liceat heredibus recte pacisci mur.l.si tibi decem.§. si pactum. D. de pactis, iuncta l. quæcunq; gerimus. D. de actio. & obli. Inde † etiā lex AElia

3 Sentia seruum vnum instituere heredem siue manumittere in fraudem creditorum permisit l.qui soluendo.42.&.60. D. de hered. instit. l.prima. C.de necessar.seruis.§. licet, supra, qui bus ex cauſ. manum. non licet (vbi. & in §. primo, supra de hered. qualit. & diff. latè notauimus.) l.tertia. &. 21.titulo. 21. part. 6. in-

4 de etiam cum † impuberes testari non possunt

sunt permittitur eorum parentibus pro eis testari. l. secunda. D. de vulg. principio, supra de pupillari, licèt de rebus alienis neminem testari posse certum sit. l. conficiuntur. 8. §. primo. D. de iure codicillorum. autentica in gressi. ibi: *vt pote nec domini rerum.* C. de sacrosan. Eccles. Inde etiam † lex Falcidia. 6 si verum eius rationem cõsideremus, deducit, non ea solum quia legata conseruarentur, sed vt defunctus haberet heredem, vt manifeste probat Iust. in principio suprà ad l. Falcid. versiculo, idque ipsorum testatorum gratia, inde denique & nostra deuenit decisio vt fauore libertatis simul & fauore testantis, ne ignominiose eius bona veneant & à creditoribus possideantur, liceat seruo manumisso vel cuilibet extraneo addictionem petere bonorum, vt sic defunctus non careat defensore.

Neque obstat ratio dubitandi: quia respon 7 deo † eam decisionem hodie procedere sicut olim quando non sunt libertates cuius fauor concurrat hoc casu cum fauore testantis, vel quando eis existentibus adhuc nullus esset qui peteret addictionem bonorũ: at vero aliquo petente addictionem cessat ratio constituendi defensorem bonorum, quia iam defensor est, cessat ratio vendendi quia iam est qui soluat creditoribus, vt ex nostro text.

§. *In primis.* 24

1 *Addictio bonorum libertatum conseruandarũ causa inducta, rescripto. D. Marci an nullis libertatibus datis admittenda? & num. 2. & sequentibus, & num. 6.*

2 *Argumentum à causa testati, ad causam intestati validum.*

3 *Addictioni bonorum vt sit locus heredem nec ex testamento nec ab intestato existere; necessarium heredem autem non existere quomodo probandum.*

5 *Hereditatis repudiatio quomodo probetur.*

1 REscriptum D. Marci tunc demum locum habet quando libertates ex testamento vel ab intestato datæ sunt, & constat neminem heredem existere.

Sed contra eam conclusionem sic argumẽtor. Regula iuris est legis vna ratione cessante alia autem remanente adhuc legem subsistere, ex. §. affinitatis supra de nuptijs. & diximus in principio supra, sed hæc constitutio duplici ratione constat fauore libertatis & fauore testantis ne bona veneant, vt in. §. præcedenti diximus: ergò licèt non sint libertates, ne tamen bona veneant, aut à creditoribus possideantur, addictio cõcedenda est.

2 Sed adhuc recte procedit † nostra decisio, Pro cuius explicatione noto. 1. ex text. nostro constitutionem. D. Marci cuius verba supra relata in principio ibi: *(qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit,)* ad solum testamento datas libertates pertinuisse, vnde oriebatur dubitatio, an ad libertates ab intestato codicillis datas extẽdenda esset (nam & ab intestato libertates relinqui possunt, vt diximus in principio ad rationem decidendi,) & respondet Iustinianus ad eas quoque trahendam esse constitutionem, ex mente eius, ex qua leges extendi infra dicemus in §. hæc constitutio, versiculo, *& magis*, cui hoc pertiner, tum ex eo quia fauores sunt ampliandi vt hic adnotauit Cuiacius, tum etiam ex eo † quia à causa testati ad causam 3 intestati sumitur validum in iure argumentũ ex l. causa cognita. D. de vulgari, vbi DD. l. pater instituto. §. si mortuo. in fine, vbi notat Zasius. D. de captiuis & Postlim. quod verum est quando eadem est ratio vtroque casu, vt latius explicat & exornat Euerardus in centuria legali, loco. 54. sic in nostro text. expressa constitutionibus verba in causa testati ad intestati causam protrahuntur, ex eadem ratione & fauore libertatis, & sic requiritur vt sint datæ libertates, eis namque deficientibus, fauor cessat & constitutio, vt infra 4 dicemus ad argumentum. Requiritur † præterea neminem heredem existere, ergo quãdiu incertum sit vtrum existat successor an non, cessabit constitutio. dict. l. 4. in principio. Ratio in aperto est quia dum sit heres debentur libertates, & existente defensore cessat vẽditio bonorum, vt in §. sup. Sed quærũnt omnes quo modo constabit non esse heredem, quod probatione difficile est. Constabit tamen si scriptus heres repudiet hereditatem, quod licet non præsumatur, quia repudiatio est renuntiatio, quæ non præsumitur. l. cum de indebito D. de probatio. l. tres fratres. D. de pactis. l. mater. D. de inofficioso, cum similibus, quæ copiose congessit Mascardus de probationibus conclusione. 1272. probari tamen † potest, siue verbis repudiationis, aut factis constet de ea cõgruo & legitimo tempore factis aut prolatis vt ex his quæ ipse Mascardus notat. conclusione. 853. & sequenti, sin autem de repudiatione non constet, ei debet qui ex testa-

mento seu ab intestato vocatur statui tempus intra quod vel adeat vel repudiet, quo transacto in fauorem petentis addictionem pro repudiante habebitur. l. quandiu. la segunda, cum ibi notatis. D. de acquirenda hereditat. idem & si tunc dixerit se non esse heredem vel non adire aut similia verba, quæ alias dicta non inducerent necessariam repudiationem, post terminum prolata eam inducunt, vt resoluit Mascard. dict. conclusione 853. num. 9. & 10. & sic constabit non esse heredem: quo facto fiet addictio bonorum petenti, secundum Angel. hic nu. 2.

6 Quibus sic † constitutis non obstat argumentum supra adductum. Pro cuius resolutione aduerto hic verificari regulam quã posui supra in principio dum diximus cessante legis ratione eam cessare, si ratio incipiat esse in contrarium, vt hic, quia cum ratione legis esset libertas data, deficiente libertate incipit causa deficere & ratio stat in contrarium, vt nemine existente herede legata non conseruentur secundum regulas iuris. Nec obstat aliam rationem remanere scilicet fauorem testantis, quia respondeo tunc ex ratione remanente legis legem conseruari quando vtraque ratio est finalis, & quæ sola sufficeret mouere legislatorem, vel saltem quando non constat quæ fuerit causa finalis, vt resoluunt supra relati, sic intelligentes regulam. dict. §. adfinitatis. in quo id recte verificatur, quia ibi affinitas sola, & cum alia vxore matrimonium durans, solùm valet impedire subsequens matrimonium, quod hic non versatur, quia constat causam finalem fuisse libertatem ex nostro text. & similibus quibus patet ea cessante cessare legem, vt & docet Angel. in §. sequent. nume. primo in fin. Rursus apparet fauorem testantis solum ad hanc constitutionem non sufficere, quia si hoc esset in omnibus casibus quibus heres deficeret admitteretur addictio bonorum, quod falsum est & absurdum, vnde apparet, non debere admitti rationem dubitandi quo minus cum Iustiniano decidamus tunc addictioni locum esse quando libertates in testamento datæ sint, vel ab intestato relictæ.

§. *Si is qui in integrum.* 3.

1 *Addictio bonorum locum habet, & si qui repudiauit heres restitui possit & quare. num. 9. & sequent.*

2 *Restitutio est in pristinum statum repositio. & num. 14.*

3 *Restitutio gratiæ, non restituit ea quæ in tertios possessores transierunt: secus si iustitiæ restitutio sit. & num. 15.*

4 *L. fi. C. de repud. hereditate. & num. 16.*

5 *Restitui ad repudiatam hereditatẽ potest quis aut quia suus, aut quia minor.*

6 *Principis à voluntate quæ pendent impossibilia censentur. & num. 7.*

8 *Speciali iure concessa non veniunt in considerationem.*

10 *Læsionis probatio in restitutione semper necessaria.*

11 *Libertas semel data non reuocatur prætextu restitutionis minoris ætatis. & num. 13.*

12 *Legata quando cedant, & quid in legato libertatis.*

1 CVm † in superiori. §. dixerit Iusti. addictionem admitti si constet neminem heredem esse, subdit quæstionẽ, quid si constet repudiasse institutum & posse restitui, an ne tunc fiet addictio quod repudiauerit? an impedietur quòd restitui potest? & faciendam addictionem probat & si facta fuerit, & postea restituatur, non cessant libertates quæ semel competierunt, idem in dict. l. 4. §. si is qui in integrum. D. de fideicomm. libert.

Sed contra Iustinianum sic argumẽtor, 2 † beneficium restitutionis rem ad pristinũ statum reducit. l. quod si minor. §. restitutio. D. de minoribus. l. 1. §. restituat. D. ne quid in loco publico. ergo facta restitutione omnia in pristinum statum reponi debẽt, & ita libertates reuocari, & serui vel ab herede manumitti, vel tunc effici liberi.

3 Neque satisfaciet † qui dixerit, seruos istos liberos factos quodammodo alienatos censeri, & sic alienata per restitutionem non venire ad restitutum. capit. quamuis de rescriptis libro. 6. l. 2. D. de decurionibus. l. fin. §. 1. C. de sententiam passis. nam ea iura procedunt in restitutione facta principis gratia, quæ in aliorum præiudicium sine causa fieri non potest, nec debet. l. 2. §. si quis à Principe. D. ne quid in loco publico. l. nec anus. C. de emancipa. liber. sic ea iura intelligit gloss. verb. *emancipatus*, in fine & ibi Bartol. & omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. D. de lib. & posthu. at in restitutione iustitiæ qualis est ista quæ minoribus conceditur veniunt etiam alienata, licèt ad tertios possessores transierint licèt cum eis non cõtraxerit

traxerit minor.l.in causæ.13.§. interdū. D. de minor.l.si ex causa.9.eod.tit.l.1.C.si aduersus vend.pignorum,& docent infra referendi.§.licet hic facta fuisset alienatio per libertates seruis acquisitas adhuc reuocari debuissent facta restitutione: quod & in nostra specie, † vel saltem alia simili & proxima probat l.final.C.de repudianda vel abstinenda hered.vbi heres qui aduersus repudiationem restituitur recuperat hereditarias res alienatas medio tempore,quo & ipse fuerat minor, ergo & in nostra specie idē prorsus dicendum videtur. 4

Sed his non obstantibus, † verissima est nostra decisio. Pro cuius explicatione suppono repudiantes hereditatem ex duplici posse causa restitui, aut quia suus heres, vt in l.si quis suus.D.de iure deliberandi.l. fin. C.de repudianda hered.quas exornant vltra ordinarios Gomez.1.tomo variarum. capi. 9.num.31.Caldas Pereyra in l.si curatorem habens,verbo, *læsis*,num.44. C. de in integr.rest. Costa in 2.part.§.quid si tantum ex numer.49.Gregor.Lopez in l.final. titu. 6. part.6. & alij infra referendi, aut restituitur hoc casu minor. 25. annorum, vt ex l. quod si minor.§.Scęuola. D. de minoribus, huiusmodi ergo heredibus repudiantibus quærebatur an beneficio restitutionis impediretur addictio bonorum: & non debere impediri resp. Imp.& I.C.in dict.l. 4. quod ea ratione procedere credunt quidam quia quę à sola principis pendent † voluntate impossibilia creduntur, & ideo non debent expectari,quod ex nostro tex.& ex dict. l. 4. §.si is qui.notauit Baldus,in cap.1.num.7.in fine titu.*hic finitur lex domini Frederici*, in vsibus feud.sed tamen licet † ea conclusio in se vera sit & impossibilia reputentur quæ ex sola principis dependent voluntate, vt probat text.in l. cum seruus. 39. §. constat (quę aliàs est lex.apud Iulianum,aliàs.l.idē Iulianus.)D.de leg.1.& notat Bartol. in l.1. num.1.D.de iniusto rupto,non tamen probatur in dict. §. si is qui,nec in nostro text. cùm beneficium restitutionis de quo hic, non ex voluntate principis,sed ex lege vel edicto proueniat,vnde alia ratio † reddi solet,scilicet non expectari restitutionis tempus quia ea quæ sunt de iure speciali non veniunt in considerationem neque attenduntur,& ad id nostrum tex. & dict. §.si is quis allegat Bartol.in l. si quis sub cōditione.oppositione. 3. ante numer.1.D.de testamentaria tutela.Sed † pro veriori nostri text. ratione dicendum est,quòd restitutio in integrum habet solum vim rescindendi quæ gesta sunt,non autem impediendi,vnde non impedit translationem dominij ex quacunque causa.l.vnica.C.si aduers. vsucapio.ibi.*si vsucapione dominium acquisierint*, valēt enim ab eo gesta solemniter, licèt restitui possit, ex l.si curatorem.C.de in integr.rest.mino. & ideo repudiante minore hereditatem datur locus substituto,quia valet repudiatio, ex dict.§.Scęuola:ergo similiter dari debuit locus addictioni in nostro tex. Pro qua ratione potest etiam considerari restitutionē in nostro casu non debere attendi neque expectari ex eo, nam vt ordinarium est tunc heredes repudiant quādo ære alieno grauatam vident hereditatem, adeò vt si adirent læderentur,& tunc ex ea causa,omnibus repudiantibus fit locus addictioni, quo casu si minor repudiauerit non debet restitui, cum † in restitutione læsionis probatio sit necessaria. l. 1. l. 3. §. minorem. l. verum. §. sciendum. l. ait prætor. §. non solùm versiculo, *mihi autem*, l. quod si minor. §. non semper. versiculo, *non si ita*, D. de minoribus. l. nam postea. 9. §. si minoribus. D. de iureiur. leg. minoribus quinta, C. de in integr. rest. quo fit in nostra specie non esse minorem restituendum ordinarie, quia non probauit se læsum, & licèt aliquando possit contingere vt læsus sit leuitate ductus inuenili, cui casui iura prouident restitutionis beneficio. dict. §. Scęuola, cum simil. non tamen ad impediendam addictionem debuit casus ille qui raro accidit considerari, sed tamen aduersus addictionem locum postea habebit restitutio ex nostro tex. quæ † circa hereditatem & bona alienata quem habeat effectum colliges ex tex. in d.l. si quis suus,ex d.l.si.& d. §. Scæuola, & ordinarijs vbique, & alijs quos supra retulimus,at vero circa libertates quæ ante restitutionem competierunt nihil operabitur, vt in nostro tex.expressū est,& in dict.§. si is qui, semel enim quæ competit libertas non reuocatur, ex text. sic intelligendo in principio ibi, *nihil agit*.sup. quibus ex causis manumit.nō licet.§.semel eod. ti.l.ait prætor.§.sed quod Papinian, D.de minor. Quo fit ordinaria † legata à die mortis defuncti cedere,at datam libertatem à die aditæ hereditatis speciali ratione.l.vnica §.libertatibus C. de rad. tolle. Inde etiam olim seruum sub cōditione legatū licebat heredi alienare l. seruo legato 69. §.1. D. de leg. 1.non autem manumittere,l. gene-

generaliter.§.manumittere. D. qui & à quibus manumissi liberi non fiant. inde etiã etsi decreta prætoris circa res minoris reuocentur ex falsa causa prolata. l. etsi præses. C. de prædijs minorum, non tamen libertatis decretũ ex d.§.semel. quod procedit, licèt fraus ipsius manumittẽdi interuenerit. l. 1.2.&.3.C.si aduers. libert.l. iusta §. primo D.de manum.vindicta. l. prima C. de vindicta,& apud cõsules manumissis, & cum omnia possit † beneficium restitutionis aduersus libertatem non valet. dict. l. ait prætor. §.fin.cum.l.sequenti.D.de minor.dict.l.prima,& secunda C. si aduers. libert. quod maxime procedit quando solemni vindicta,serui manumittuntur,ex dict.l.secunda,C.si aduersf.libertates, cui vindictæ æquiparatur ex testamen. manumissio quæ ex lege eos ciues Romanos ante Iustinianum efficiebat,ex notatis in.§.fin.supr. de libertinis,& ideo in nostro tex. contra libertates nihil potuit operari in integrum restitutio. Quod etiam in fisco admittendum est, quando post factam addictionem bonorum, non certiorato ærarij Præfecto admittitur,vt in. dict.l. 4.§. si bona fuerint à fisco non agnita.D. de fidei commiss.libert.Quibus sic constitutis † non obstat argumenti contrarium ex restitutione omnia ad pristinum redire statum, ex iuribus ibi allegatis, quia respondeo id regulariter habere locum præterquam in casibus, aut rebus in quibus nil potest restitutio operari, inter quos particulariter excepta est causa libertatis ex. dict. l. prætor. §. final. cum similib. supra allegatis,& sic nimirum si restitutio aduersus eam in nostra specie non operetur. 13 14

Neque obstat † hanc restitutionem esse ordinariam in qua veniũt etiam alienata quæ transierint ad tertios possessores ex iuribus supra alleg. quorum argumento id docent Baldus. in.l. final,numer.5. C.de sent. passis. Alexan.libr. 5. consiliorum, consilio, 67.numer. 6. Couarru. libr. secundo variar. cap.tertio, numer. 10. Pinel.in l. secunda C.de rescind.vend.secunda part. cap. secundo,numer.33. Costa in dict. paragrapho & quid si tantum. 2. part. ex numer.49.quia ad hũc respondeo seruos liberos factos non recuperari,licèt si essent alienati possent recuperari, argument.text.in dict.l.seruo legato. 69.§.si seruum. D. de legat.1. vbi legatarius vindicat seruum alienatum ab herede pendente conditione , & idcirco vendi ab herede potest,non tamen manumitti. dict.l. generaliter.§.sub conditione , D. qui & à quibus. qui tunc vindicari semel factus liber nõ posset, sic ergo in restitutione in integrum seruos alienatos restitutus consequeretur, sicut cætera bona secundum formam.l.fin. C. de repud. hered. non tamen liberes factos etiam restitutus vindicabit. 15

Denique non obstat, † assumptum ex dict.l.final C.de repudianda hered. dum probat bona alienata in minori ætate reuocare minore restituto, quod manifestam continet contrarietatem cum decisione dicta. l. quod si minor,paragrapho Scæuola.quo constat,non admitti minorum ad pecunias substituti industria paratas. Cui. diff. varias solutiones assignant glossæ & doctores vb q;, inter quas communis ea est quæ distinguit alienationẽ factam à creditoribus ab ea quæ fit à substituto vt illo casu obtineat,l. fi.illo dicto paragrapho Scæuola; quam sol. fatetur communem Costa,vbi supra.Ludouic.Sforcia de in integ.rest. secunda part. quæst. 63. articul. 2. rationem assignant, quia primo casu iniuria afficitur defunctus ex dictis supra in paragrapho hoc rescripto , in secundo non, hanc tamen solutionem improbant supra relati & alias adducunt, quarum omnium alijs omissis ea verior solutio est, differre casum. dict. l. fin. dum loquitur de rebus hereditarijs à casu dict. paragraphi Scæuola dum loquitur de pecunia ex industria substituti ex varijs negotijs acquisita,quam restitutio non capit,quia nec in ea quæ nondum erat quæsita læsus fuit minor, & latius prosequuntur Costa Couarruuias & Pinel. in supra citatis locis, Caldas in.dict. l. si curatorem,verbo læsis,numero.48.& nouissimus P.Morla,in emporio iuris,titulo quinto, quæst.secundo ex numero sexto, & late nos diximus in paragrapho extraneis , sup. de heredit.qualitate,quod tamen ad nostram attinet speciem dicendum est posse heredem sic restitutum res alienatas quo tempore ipse minor est reuocare, si earum natura id patiatur, non tamen in libertate cuius causa non patitur reuocationem, vt supra diximus. 16

§. Hæc

§. *Hæc constitutio. 4. Vsque ad finem tituli.*

1 *Addictio bonorum locum habet etiam inter viuos libertatibus datis, & numero. 5. & numero. 6.*
2 *L. 4. §. in fraudem. D. de fideicommiss. libertatib. & num. 7. cum seq.*
3 *Libertates addictione bonorum conseruantur nisi alia lex eas impediat. & nu. 10.*
4 *Lex correctoria extendi non debet, & numer. 11. & 12.*
5 *In fraudem creditorum facta vt reuocentur quid necessarium, & num. seq.*

1 LIbertatibus † datis inter viuos, ne reuocetur in dubium an in fraudem creditorũ datæ sint, potest fieri addictio bonorum ex mentẽ constitutionis, licèt verba deficiant: quæ decisio nostri tex. desumpta est ex d. l. 4. §. in fraudẽ. D. de fideicom. liber. l. ait prætor, 10. §. si ex constitutione. D. quæ in fraud. cred. 2 Sed aduersus eam † obstat maxime tex. in d. §. in fraudem. quia ex eo constat libertates ita deberi, ac si hereditas adita fuisset, vt ex princ. sup. sed adita hereditate datæ in fraudem libertates non debentur, vt in d. §. in fraudem & ex princ. sup. quibus ex causis manum. non licet. ergo istæ libertates non debentur bonis addictis. 3 Rursus obstat, nam † ex addictionis beneficio conseruari libertates tunc procedit nisi alia lege impediãtur, vt in simili casu probat tex. in l. si non lex Ælia Sentia. D. de hered. inst. & in propria specie nostra probat tex. in §. item si minor. d. l. 4. dum ex eo cõstat etiam bonis addictis non conseruari libertates, quæ alia ex causa impediuntur, vtpote quia minor erat qui dederat, vt in §. cum ergo sup. quibus ex caus. manum. non licet: ergo in nostro casu similiter per addictionem nõ conseruabuntur libertates, quæ lege impediuntur.

Tertiò aduersus finalia verba nostri tex. sic argumentor, legem de qua hic scilicet edictũ diui Marci esse iuri communi contrariam nemo dubitat, & ex sup. dictis apparet cum conseruet sine aditione legata, sed lex correctoria 4 † non debet extendi præter casum in ea contentum. l. præcipimus in fi. C. de Appellatio. l. commodissime. D. de li. & posthumis, ergo rescriptum. D. Marci non debuit in nostra specie extendi. 5

His impugnata † argumentis est adhuc defendenda nostra decisio, cuius ratio colligi potest ex eo, nam facta in fraudem creditorũ vt non valeant est necesse consilio & euentu in fraudem esse, quod maxime in libertate receptum est post longã disputationem vt ex ver. *præualuisse* notat Baldus. in §. præualuisse sup. quibus ex caus. manum. non licet, euentus itaque fraudis cessat facta addictione, quia cauetur de solido soluendo, quo fit addictione tolli fraudem & valere libertates quæ inter viuos datæ, tunc tamen valere incipiunt quia nullæ fuerant ipso iure, quia lex Ælia Sentia impediebat libertates, pri. su. quibus ex cau. manu. non licet. 6 Vnde & † in his locũ habebit quod de libertis proponitur sup. in princ. quæ cum locum haberent facta ad conseruandas libertates ex testamento relictas ex verbis edicti ad eas quæ ab intestato relinquebantur extendimus, sup. in §. in primis, nunc ad eas quæ inter viuos datæ sunt cuius, extensionis ius & ratio apparebit infra ad 3. argumentum.

Non obest primum argumẽtum ex tex. in 7 d. § in fraudem, † quinimo ille tex. nostro cõuenit dum loquitur de priuato, quem ad libertates teneri facta addictione constat. Neq; obstat iurisconsulto adita hereditate eas libertates non deberi vt datæ in fraudem. l. si quis locuples. D. de manum. testamento. l. cum hereditas. 5. l. si mortis tempore. 18. in princ. & in fin. D. de statu liber. quia in hoc casu diuersa est omnino causa addictionis ab aditione: addictio enim confirmat libertates ipso iure nullas, vt ibi, & in nostro tex. aditio autem hereditatis ea demum legata cõfirmat quæ iure valent. Diuersitatis ratio apparet tum ex constitutione particulari D. Marci, qui addictione legata nulla libertatis cõseruari voluit generaliter, tum ex specialitate, quia in hac causa cum vnicuique creditori solidum caueatur fraus cessat, vt in d. §. in fraudem, & sic valẽt libertates, quod in aditione cessat, nam licèt heres vltra vires hereditarias aditione obligetur. l. more. cum vulgatis, D. de acq. hered. ad ea tamen illa refertur obligatio quæ iure valent, vnde cum libertatis quæ tempore mortis euentu & consilio essent in fraudem non valeant ipso iure nec ad eas heres tenetur. d. l. si quis locuples. d. l. 5. & 18. sic ergo apparet ea dubitandi ratione non obstante addictione confirmari libertates si à priuato petita sit addictio. In fisco tamen 8 † grauior dubitatio est & difficilior resolutio, nam fiscus vltra vires hereditarias non tenetur nec capit bona quæ soluendo nõ sunt. l. 1. §. an bona. l. nõ possunt 2. D. de iure fisci, quam difficultatem non satis resoluit. I. C. sed pro parte affirmatiua verba constitutionis allegat, pro negatiua exemplum aditæ hereditatis, quo loco Accurs. non teneri fiscum probat, vt sic eo casu diuersa sit ab eo priuati causa: quod tamen non probo, sed fiscum ex verbis constitutionis teneri, si addici sibi bona petierit, vt apertè demonstrat. I. C. in versi. *nisi si quis*, quo affirmatiuam responsionem proponi à Iurisconsulto arbitror, si eorum sic respõdendi morem aspiciamus, de quo plura cõgessit Duar. lib. 2. anniuers. cap. 2. Brisso. de formulis lib. 3. fol. 375. quos miror huius responsi oblitos. Neq; obstat versi. *si quis autem*, quia exemplum aditę

hereditatis hoc casu sequendū non esse supra admonui & rationem assignaui, & cum in extraneo non sit considerandū nec in fisco, cuius priuilegium non extenditur extra casus expressos à iure secundum doctores in.l. non puto. D. de iure fisci. Neque † obstat bona ad fiscum non pertinere nisi lucrosa sint, quia & illud ad bona vacantia seu alias fisco delata refertur, non ad ea, quæ heres institutus fiscus propria voluntate admisit aditione hereditatis, seu addictione bonorum petita: nam tunc teneri ad onera hereditatis plane certum est, vt ex dictis sup. in princ. ad. 2. arg. apparet & ex his quæ notat Bartol. in rubrica D. de acquir. hered. Roland. à Valle de confectione inuent. 2. part. quæst. 2. Menchaca lib. primo. §. 16. numero. 2.

9

10 Non obstat secundum argum. † in quo verissimum est per addictionem non conseruari libertates aliàs lege prohibitas: vnde si manumissus esset in testamēto seruus qui esset impeditus manumitti, vt in.l. 1. & per tot. C. qui non possunt ad libert. peruenire, & alijs casibus congestis per Balduin. in titul. quibus ex caus. manum. non licet, ad finem ex num. 38. non confirmaretur eius libertas ex addictione bonorum, lege impediente, nisi ratio legis cessaret, vt in nostra specie in qua fraus creditorū cessat præstita cautione de solido cuique soluendo: quod mihi videtur sensisse. I. C. in. d. l. 4. vbi cum proposuerit in. §. *item si minor.* libertates inutiliter à minore datas addictione non conseruari subdit casum nostri tx. in §. in fraudem sequenti, & in eo contrarium resoluit, ex eo quia cessat prohibitio cessante creditorum fraude, sicut in. d. §. item si minor. probata causa manumittendi, quo casu etiam aliàs nulla libertas conseruaretur.

11 Non obstat. 3. quo contendimus † legem nostram vtpote iuri cōmuni aduersam & correctoriam extendendam nō esse, quia nouum non est sæpissime plus attendi rationem dispositionis, quam verba. l. cum pater. §. dulcissimis. vbi not. omnes. D. de legatis secundo, vnde ex identitate rationis & legem extendi ad alios hominū actus protrahi & ampliari pluribus adductis latissimè & eleganter explicat Alciatus in tractatu de verborum signif. lib. 3. per totum, sicque in specie tx. in. d. l. præcipimus in fin. C. de appellatio. ex qua omnes non tant legem non extēdi, intelligi debet nisi ex paritate rationis extendatur, vt docet Bart. in. l. 2. D. qui petant tutores, nu. 6. & in l. si constante, n. 30. D. soluto matrim. similiter etiam in specie tex. in. d. l. commodissimè, qua probatur casum omissum non contineri in casu expresso, explicāt omnes doctores ibi, nisi casus omissus sit contentus sub ratione expressi sic vitantes difficultatem tx. in. l. Titius. §. Lucius. D. de lib. & posth. & inde intelligentes alia iura, de quibus Sarmiento ex n. 1. in d. l. cō modissime, & Alciat. d. lib. 3. n. 12. & seq. hinc

12 generaliter ex paritate rationis † legem extēdi, etiam in correctorijs & in pœnalibus docet copiosus aliorū relator Tiraq. in tractatu cessante causa, ex n. 154. & eos casus in mente legis intensiua cōprehendi non ex vi extēsiua docet ibi. n. 160. quod in nostro tx. videtur de monstrasse Iust. dū ait (*etsi deficiant verba*) qua si dicat mentē non deficere, & sic sub lege absque extensione cōprehendi, idē namq; fauor versatur, & eadē libertatis causa cautio creditorum, & voluntatis conseruatio, quare idem ius constituendum non dubitamus.

TITVLVS XIII.

De successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditiones. & de S. C. Claudiano.

IN RVBRICAM.

1 *Coniunctio tituli.*

NE SVB iuris † specie decipiamur, his quæ vel desuetudine abolita, aut contrarijs sunt legibus derogata, admonet hic Iusti. duplicē olim obseruatā successionis speciem: ex bonorum vēditione vnā; alteram ex Claudiano. S. C. iā esse correctas, neque in vsu admittēdas; quod post quam de alijs successionibus in superioribus titulis egit hic subijcit, vt successionem omnino perficiat tractatum: qualis esset earum successio, quælibet, non in rubrica, sed suis commodius explicabitur locis.

Principium Tituli.

1 *Bonorum venditione sublata possident creditores hodie debitoris bona, & n. 5. & 21.*
2 *L. Fulcinius. 7. D. ex quib. caus. in possess. sat. & num. 22.*
3 *Debitor qui condemnatus non soluebat, antiqua lege creditoribus tradebatur.*
4 *Bonorum debitoris inductæ venditiones, quibus vniuersalis successio acquirebatur, infamiam debitori irrogabant, & n. 5.*
6 *Executio rerum iudicatarum, captis pignoribus etiam olim fiebat.*
7 *Interpretatio nostri textus ibi,* quando iudicia ordinaria in vsu fuerant, *ex Theophilo: quæ tamen reprehenditur. n. 8.*
9 *udices & iudicia dare olim quibus Romæ concessum.*
10 *Actiones Prætores olim dabant, item & exceptiones. num. 11.*
12 *L. exceptio. 22. D. de exceptionibus.*

13 *Iudices*

13 *Iudices dati qui, & plurima iura animaduerſa quæ in iudicibus datis loquuntur.*

14 *Ordinaria iudicia, ordinaria pœna, quid? & quibus iudicijs & pœnis opponantur.*

15 *Pœna certa vbi conſtituta eſt, an liceat iuditi arbitrari.*
L. hodie. D. de pœnis.

17 *Extraordinaria iudicia quæ, pluribus demonſtratur, & num. ſeq.*

20 *Lege generali correcta, & quæ ex ea orieban-tur, ceſſant.*

1 SVceſsione per bonorum † venditionē ſublata, & eius vitato circuitu, licet creditoribus bona debitoris iudice auctore *poſſidere.*

2 Sed contra eam † concluſionem primo ſic argumentor: bona iuſſu prætoris eiuſq; edicto aut venduntur, aut poſsidentur. l. Fulcinius. D. ex quibus cauſis in poſseſsionē eatur, ergo bonorū venditio quā hic tollit Iuſti. & in Pandectarum libris relicta, etiam hodie in vſu eſt.

Sed pro noſtri text. explicatione qualiter fuerit bonorum vēditio inducta, & quo fieret modo ſciendum eſt.

3 Ergo olim † lege vel duodecim tabul. vel decemuirali immanitatis crudelitatiſque fuit odio debitorum inductum exemplum (quod lege inductum & permiſſum, humaniores poſtea hominum mores & mitiora ingenia reiecerunt) referente Agellio lib. 20. c. 1. quo per miſſum creditoribus erat debitorem occidere ſuo arbitrio, poſtquam iure condemnatus ſeu confeſſus termino legis tranſacto non ſoluerat debitum, ſeu cum ſuo paciſcebatur creditore. Cuius legis verba ex noſtris retulit Hotoma. ad l. 12. tab. fol. mihi. 266. Baldui. ad. ll. Romuli, lib. 2. c. 46. cuius cum meminiſſet Quintilianus. lib. 3. c. 8. ait, *ſunt quædam non laudabilia natura, ſed iure conceſſa, vt in duodecim tabulis inter creditores dinidi corpus licuit, quam legē mos publicus repudiauit.* ſunt ſimilia verba Tertulliani in apologetico. cap. 3. quæ Hotom. refert vbi ſup. Cum ergo, more publico † illa

4 fuiſset immanitas repulſa, bonorum venditiones inductæ ſunt, quæ licēt infamiam irrogarent, vitam tamē reſeruabant; vt ex verbis Tertulliani loco ſup. citato apparet, hac bonorum præſcriptione irrogari infamiam, vel ex his conſtare poteſt quę ſup. diximus in. §. hoc reſcripto tituli præcedentis, vbi defuncto infamiam irrogari ex venditione bonorum, indeque plura in iure deduci conſtituimus, vel ex Ciceronis verbis ibi partim adductis, hic autē plenius, quia ad rem faciunt, referendis apparebit, is enim in oratione pro P. Quintio, de bonorum proſcriptione loquens ait, *Nam quid poteſt homini turpiùs, quid viro miſerius aut acerbius vſu venire? quod tantum euenire dedecus? quæ tanta calamitas inueniri poteſt? pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit, aut ſi alicuius ademit iniuria, tamen exiſtimatio eſt integra, &c.* & ibi. *cuius vero bona venierunt, cuius non modo illæ ampliſsimæ fortunæ, ſed etiam victus, veſtituſque neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubiectus eſt, is non modo ex numero vinorum eo turbatur, ſed ſi fieri poteſt infra etiam mortuos amandatur,* & inferius, *Ergo herculè cuius bona ex edicto poſſidentur huius omnis fama & exiſtimatio cum bonis ſimul poſsidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe tacite obſcureque cōceditur, cui magiſtri fiunt & domini conſtituūtur, qui qua lege & qua conditione pereat pronuntient, de quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit huic acerbiſsimum viuo videntique funus iudicitur, ſi funus id dicendum ſit quo non amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorum emptores vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas atque diſtrahendas.* quæ Ciceronis verba, prolixè licēt, hic tranſcribere libuit, vt ex eis tum infamia de qua ſup. tum etiam venditionis bonorum appareat forma, nam poſtquam debitoris in partes pro creditorum numero faciendas ceſsauit, eius bona à prætore creditoribus poſsidenda concedebantur, quæ denique publicè plus licitanti venibant, cui vēditioni præcedebat conſtitutio magiſtri, vt ex verbis Ciceronis ſup. relatis apparet & ex l. fin. D. de curatore bonis dando, qui venditioni omnium creditorum nomine præerat, quo etiam referendus eſt Ciceronis locus, epiſtol. 1. ad Atticum, & lib. 12. epiſtolarum familiarū epiſt. vltima, & eius locum notat Quintilia. li. 6. dum in Pletorium Fronteij accuſatorē ait, eius matrē dum viueret ludum, poſtquā mortua eſt magiſtros habuiſse, quod dum viueret infames ſæpe cū ea fœminæ conueniebant, & poſt mortem bona eius venierunt. Et poſtquā

5 licitatio † habita eſset, vno forſan nūmo bona emptori addicebātur ſecundū Anto. Auguſti. lib. 2. emendatio. cap. 3. colum. fin. dum tamen is vel pro tertia aut dimidia parte debitorū cuicunq; creditori ſatisfacere promiſiſset, quo facto eſt is ſucceſsor prætorius quaſi bonorū poſseſsor, & vtiliter nomine eius, cuius bona venierunt actiones (ſi quæ ſunt) exercet, & in eum etiam pro modo factæ obligationis exercētur quæ addictionis forma hic à Theophilo refertur, Briſson. lib. 6. de formulis. fol. 570. Hanc ergo ſucceſsionē ſuſtulit Impera-

6 tor hic, hoc eſt id lege particulari edixit, nā † & antea ceſſauerat bonorū vēditio, & capitis pignoribus aduerſus debitores fieri rerū iudicatarū executionē fuerat inductū, vt ex forma l. à Diuo Pio. D. de re iudicata, aut eis contumaciter latitātibus bona poſsideri fuerat conſtitutū, vt ex noſtro tex. apparet & tradit Baldui. dict. cap. 46. in fi. & inferiùs dicemus, nam cū olim ordinaria iudicia in vſu fuiſsent, commodum erat has fieri bonorum venditiones: eis

tamen cessantibus &. illæ omnino reiiciuntur
7 quæ nostri text. verba diuersimodè accipiunt interpretes, hic. Theophilus † nāque id quod de ordinarijs dicit ad comitia quæ olim certis temporibus fiebant refert, eo fortè fundamento, quod cum in hac bonorum proscriptione fama ciuis Romani læderetur, & de capite quo dammodo animaduertere viderentur, siquidē in locum capitalis pœnæ hæc successerat venditio, non licebat, de capite ciuis Romani animaduertere, vt ex lege quam ex Cicerone refert. Baldui. d. libr. 2. cap. 47. apparet, nisi cen-
8 turiatis comitijs, & ideo ad comitia refert nostri tx. verba Theophilus, qui tamen † hac in parte ab omnibus reprehenditur, & proprio conuincitur fundamento, dum ait hanc bonorum venditionem fieri solitam apud prætorē,
9 ergo non populi comitia requirebantur, & sic eis cessantibus non cessaret. Quare † pro explicatione nostri tex. est aduertendum, olim prætores, maiorèsve iudices Romæ & iudices & iudicia dare solitos fuisse; de iudicibus in. l. 1. ibi: *iudicis dandi licentia.* D. de iurisdictione omnium iudicum, & in. l. à Diuo Pio. D. de re iudicata, quorum iudicum datorum arbitrorum differentias accipies ex Cicerone in oratione pro Roscio; Seneca lib. 3. de benefic. c. 3. & multa tradunt Ræuardus, de præiudicijs. lib. 1. c. 5. & 6. Brissonde formul. lib. 5. fol. mihi. 465. & de verb. significatione, ver. *arbiter*, Duaren. in. l. iurisgētium. §. & ideo. verbo, *actionem.* D. de pactis, & primo disputationum. cap. 53. Corrasius. libr. 3. Miscel. ca. 58. Costanus lib. primo quæst. iuris. ca. 9. Goueanus in. d. l. 1. D. de iurisdict. omni. iud. Conua. in regula possessor. 2. p. §. 6. nu. 4. Mendoça de pactis lib. 3. ca. 5. num. 2. ex quibus plura iura intelliges, & ho
10 rum iudicum potestatem percipies, actiones etiam dedisse prætores † & ab ipsis certis formulis adscriptas fuisse in albo ex supra dictis apparet, & ex omnib⁹ prętorijs edictis, quorū in iure mentio habetur, quibus iudicium daturum vel actionem prætor pollicetur, vt ex plu ribus edictis constat congestis à Brissonio de formulis lib. 3. col. 313. in fine & sequentibus. quæ actiones certis verbis solemnibus cōprehendebantur, à quibus in proponenda actione recedere non licebat, adeò vt qui caderet à syllaba caderet à causa, vt ex multis comprobat Brissonius lib. 5. fol. 430. & antequam prętor actionem daret causæ cognitio præcedebat an iure daretur actio an non, vnde aliqua iura intelliges quæ congerit Ræuardus lib. 1. de præ
11 iudicijs. c. 4. 5. & 6. item sicut actiones † præscribebantur, ita & exceptiones per cōceptionem si non sint pacti, & similia de quibus. l. 2. & 4. D. de exceptione rei iud. Duaren. vbi supra & ibi citati Viglius. nu. 8. in princ. de test. Brissonius & Hotom. verb. *exceptio*, quo sensu in. l. exceptio 22. D. de exceptio. ait. I. C. ex
12 ceptionē † esse conditionē scilicet quā prętor iudici & actioni præscribebat vt cōdemnatus Seius vt Titio soluat cētū soluat, *si nō* fecerint pactū de nō petendo & similia, quorū aliqua refert Mēdoça vbi sup. plura Brissoni⁹ de for-
13 mulis. d. li. 3. & li. 5. fol. 430. nec huius † formulæ obseruatio solum partibus, sed & iudicibus imminebat, nec sibi licebat recedere, sed si necesse fuisset, aliterque sibi pręscriptum esset iudicare ad prætorem remittebant, ita intelliges tex. in. l. penultima. D. de cōfessis, vbi qui condemnare poterat absoluere non potuit, tx. in. l. vt fundus. D. de communi diuid. ibi: *quod in iudiciū deductū est*, debet enim intelligi de iudicio a prætore præscripto, textū etiā in l. in priuatis. D. de iudicijs, vt pater in causa filij sit iudex datus, quia non suo arbitrio, sed formula sibi præscripta iudicat, nō alias. l. qui iurisdictioni. D. de iurisdictione omniū iud. hinc etiā ia vulgo intelligitur tex. in prin l. à Diuo Pio, ne obstet. c. in litteris, de officio deleg. sic etiā interpretor text. difficilem in. l. venditor. §. iudices. D. de Iudicijs, vt in datis non in delegatis procedat, secundum Baldui. nu. 18. in. §. item si adhuc, infrà de mandato, cum pluribus alijs quæ accuratè in hanc rem scripsit diligentissimus pariterque doctissimus Præceptor noster D. Gabriel Henriquez in principio. d. l. à D.
14 Pio. Hæc ergo iudicia † quibus certæ actiones præscriptæ erant, quibus dabantur, iudices certa præscripta formula iudicandi ordinaria iudicia dicebantur, sic ex nostro tex. apparebit & ex supra citatis authoribus & infra allegandis iuribus, Ordinarium namque varijs modis opponitur extraordinario, vt pœna ordinaria quæ certa est & iure constituta. l. 2. D. de crimine stellio. l. fin. vbi Bartol. D. de priuatis delictis. l. 1. D. de legationibus. l. final. C. de iniurijs. l. qui iniuriarum. 43. l. final. D. eodem. §. in summa infra de iniurijs, & crimina extraordinaria ordinarijs seu legitimis opponūtur, quæ non certa lege damnata sed à magistratibus extra ordinem exercentur, & arbitraria pœna puniuntur. l. prim. C. vbi de crimine agi oporteat, qualia sunt plura de quibus in libro quadragesimoseptimo Pandectarum, & denique quæcunque non vindicantur certa lege. l. tertia. D. crimine stellionatus. l. final. de priuatis delictis. l. final. D. de furtis l. locatio nona. §. quod illicitè. D. de publican. & vectig. l. prima in principio. D. de incendio, ruina & naufragio. l. prima §. qui aduersus. D. de postulando. l. glossa octaua. §. si in locum. D. de religiosis & sumptibus funerum, quo sensu accipienda est rubrica D. de extraordinarijs criminibus, & quæstio nobilis in Milonem constituta, quam sub libro de verborum significatione verbo, *extraordinaria delicta*, ex-
15 plicat Hotomanus, vnde intelliges † tex. in l. hodie. D. de pœnis, quæ à glossa ibi non satis intellecta

intellecta diſputationem inducit, anne iudici li ceat pœnam lege impoſitã minuere aut auge re, cum vere illa deciſio ad eas cauſas pertineat quæ extra ordinem, ideſt vbi certa pœna con ſtituta non eſt incidunt, in quibus ſuo arbitrio iudicem procedere ait ibi Vlpian. dummodo moderamen non excedat vt latius dixit Eduardus Caldei. variarum lectionum, lib. tertio. c. 4. num. 4. & ſequentibus, quod ex ſupra relatis confirmari iuribus poteſt & ex multis quæ tradit Briſsonius de verborũ ſignificatione lib. ſexto, verbo, *extra ordinem*. Alciatus in cap. 1. num. 16. de officio ordin. & in l. imperiũ nu. 70. D. de iuriſdictione omnium iud. *At in* 16 *noſtra ſpecie.* † ordinaria iudicia dicuntur quæ actione ordinaria formulis obſeruatis, non à præſide ſed à datis exercebantur iudicibus, ea 17 verò quæ dabantur † vbi actio non erat vel quæ à prætore agebantur, extraordinaria dicebantur, ita intelligo text. noſtrum & tex. in §. final. infra de interdictis, in quibus ait Iuſtinianus iam hodie omnia iudicia extraordinaria eſſe, quia in eis nec formulæ conſuetæ obſeruantur, illarum enim ſcrupuloſa ſolemnitas ſublata fuit ante Iuſtinianum in l. 1. & fina. C. de formulis ſublatis, inde etiã intelligemus. tx. in l. actio. 47. ibi. *quia in extraordinarijs iudicijs.* D. de negotijs geſtis, tx. in l. 3. ibi: *interdicta autem.* C. de interdictis ex qua apparet ſententia tex. in d. §. fi. inſt. de interdictis, item & ea quæ prætores cognoſcebant & ſibi reſeruabãt extraordinaria dicebantur iudicia ſeu cognitiones, l. prima, & per totum. D. de extraordin. cognitio. l. 2. D. ex quibus cauſ. maiores, vnde promiſcuè plura intelligemus. Hinc enim fit extraordinariam perſecutionem dici eam qua fidei commiſſa petuntur, quia non ad iudices datos ea cauſa pertinebat, ſed ab ipſo prætore exercebatur l. pecuniæ. 178. verſiculo *perſecutionis.* D. de verborum ſignificatione docet Vlpian. titu. 25. §. fidei commiſſa, quo ſenſu intelligas quod I. C. ait in l. ſi non lex. 83. ibi: *apud prætorem quæreretur,* D. de hered. inſt. & l. Licinius. 4. ibi. *quia indignus eſt auxilio prætoris fidei commiſſarij.* D. quibus ad libert. proclamare nõ licet, & alia iura quæ adducit Briſſonius vbi ſupra, verb. *extraordinariæ perſecutiones*, hinc etiã 18 in † integrum reſtitutionis auxilium dicitur extraordinarium in l. in cauſæ. D. de minoribus, quia in eo æſtimando vniuerſa cognitio prætoris verſatur, nec per alium expediri poteſt iudicem, l. quod ſi. 24. in fine. D. eodem titul. hinc conſtat extraordinariam actionem dici eam, quæ datur filio fam. ad petendum viati cum quod mutuauit, in l. cum filius. 15. D. ſi certum pet. quæ alias appellatur vtilis, in l. ſi longius. §. filius familias. D. de iud. quam explicat Alciatus in d. c. 1. de officio ordinarij. nu. 16. inde etiam feriæ extra ordinem indictæ in l. 19 ſed etſi † 23. §. ſi feriæ. D. ex quibus cauſ. quam vltra Briſsonium ſup. explicat Rguard. lib. 5. var. c. 19. item & alia quæ ex Hotomano & Briſsonio ſu. & ex Eduardo Caldey. d. c. 4. Duareno in d. §. &. ideo, verb. *actionem dandam* & in apologia de iuriſdictione, & in princ. nu. 6. Alciato in d. l. imperium. num. 70. & in d. c. 1. nu. 16. & ſup. citatis cõmodè notari poſſent, hic hæc ſufficiant. Ex quibus iã apparet, quid in noſtro tex. de extraordinarijs iudicijs dixerit Iuſtinianus, formulis nanq; ſublatis omnia iudicia extraordinaria ſunt, quia in eis non habetur ſolemnium verborum ratio vt ex ſupra adductis, quo factum eſt † in noſtra ſpecie vẽ ditiones bonorum certis ſolemnibuſque verbis obſeruatas formulis ſublatis etiam perijſſe, ex quo notat Angelus hic lege regulari ſeu generali ſublata omnia etiam ea, quæ ex illa procedunt correcta cenſeri, quod idem videtur dixiſſe Iuſtinianus in l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo, ibi: *penitus quieſcente, quia & viceſima, &c.* ex quo tex. id ibi not. Baldus, Paul. & Iaſo. ſecundo notab. Cynus in l. tranſigere prope finem. Bartol. in l. 1. D. de ligitimis tutor. vnde in noſtra ſpecie correcta, & ſublata formularũ conſuetudine bonorum venditio, quæ eis fiebat cenſebitur ſublata & ſolum remanebit creditoribus ius poſſidendi bona debitoris, quod tamen gloſſ. † hic aduertit non 21 debere generaliter intelligi, nam litet olim in vniuerſa bona debitoris fieret miſsio in poſſeſſionem excepta cauſa damni infecti, qua res ſolum poſſidebatur de qua damnum timetur l. 1. D. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur, l. is cuius, ibi. *bona aduerſarij*, D. ſi ſeruitus vindicetur, hodie tamen ad menſuram debiti eſt redacta miſsio in poſſeſsionem, vt in auth. ei qui iurat. C. de bon. auct. iud. poſſ. deſumpta ex authen. de exhibendis Reis. §. ſi vero ſemel, col. 5. ſecundum quam noſter tex. debet intelligi, vt detur bona poſsidere eo modo vt in perſonalibus actionibus non in omnia bona eant creditores, ſed attenta menſura debiti ex. d. authen. at vero. in realibus in re petita, in hypotecarijs in eis quæ ſunt hypotecæ ſubiectæ, licèt excedant debiti menſuram, miſsio fiat, argumento tx. in l. cũ proponas l. pro debito. C. de bon. auctor. iud. poſsidendis, l. prætor. §. eius D. de damno infecto. l. Fulcinius §. item videamus D. ex quibus cauſis in poſſ. eatur, quæ iura ſic intellecta nõ corrig. docet additio gloſſæ verb. *bona*. hic docet glo. in d. l. 1. & in d. l. is cuius. & in d. Auth. & qui iurat, & in corpore vnde ſumitur, ſequitur Bart. vbique, & in l. ſi finita. §. Iulianus D. de damno infecto. n. 22. & 23. ſic ergo ſublata bonorum venditione licere bona poſsideri proponit hic Iuſti.

Cui non obſtat † vnicum ſup. adductum 22 argumẽtum: quia reſpondeo diuerſum eſſe bona poſsideri à creditoribus, ac denique vendi vt ex eorum pretio ſibi ſatis fiat, vt dicitur in

d.l.Falcinius.quod sublatũ non est,esset enim creditores fraudare ne sibi debitum acciperẽt. sed eas formulas venditionum quibus emptor quasi heres efficiebatur,& in eum exercebantur actiones quasi inutiles temporum cursu perijsse docet Iusti.ita vt eo modo nulla iam remanserit per vniuersitatem successio.

§. *Erat,(t) ex S.C. 1.*

1 *S.C.Claudianum multiplex, & quale hoc cuius hic mentio sit. & quid eo cautum.num.2. & 6. & 10.*

3 *L.liber homo.3.C.de liberali causa.& n.5.*

4 *L.ancillæ.C.communia de successionibus.*

7 *L.ingenua.3. t. edicimus.7. C.de murilegulis. lib.11.remissiuè.*

8 *L.Lucius.27.D.depositi: & num. 9.*

11 *Mulier liberæ conditionis cũ seruo priuato coiens eius efficiebatur conditionis. ex num.1. non si seruo fisci, secus nouo iure.maxime numero.20.*

12 *Mulierum fauore multa,ob earum fragilitatẽ, in iure admissa,& num. sequentib.*

17 *Amoris maximam vim & potestatem esse ostẽditur.*

18 *Amoris causa crimen commissum parcius animaduersum.*

19 *Ebrius delinquens extraordinariè punitur.*

21 *Mulier proprio seruo,aut famulo se immiscens, cui subijciatur pœnæ.*

ALiam hic commemorat Iusti. sublatam successionem,quæ ex Claudiano fuerat inducta. Pro cuius decisionis explicatione quid contineat S.C.*Claudianum*, quo tempore fuerit promulgatum inspiciendum erit, & denique omni iure quæ pœna in mulieres cũ seruis proprijs aut alienis coeuntes fuerit ani-
1 maduersum. † ergo noto huius nominis fuisse tria S.C.Primum S.C.Claudianum, de nuptijs quod ad nuptias contractas à maiore sexagenario cum minore quinquagenaria pertinebat,cuius meminit Vlpian.in fragmẽtis, ti. 16.de solidi capacitate inter virum & vxorẽ. §.quæ intra sexagesimũ. Aliud Claudianũ quod Syllaniano iungitur in Rubri.D. ad Syllanũ. Aliud Claudianum de prouincijs cõsularibus, quorum meminerũt Brissonius de verb.signi. lib.3.ver.*Claudianum*, & Hotoman.de Senatu & S.C.insignibus,verbo *Claudianũ*. Est & aliud S.C.Claudianum de quo hic,quod Cornelius Tacitus lib.12.annaliũ Diui Claudij tẽporibus refert promulgatũ, proponente Pallante eius liberto apud eum gratia & opinione mirabili prædito, qui ob id prætoria insignia & cẽties quinquagies sestercia sibi accepit donata,quod ita placuit Brissonio vbi su. ver. *Claudianum*,Baldui.hic.nu. 5. Oimothomo. 1. Cuiacio in notis ver.*in Senatus consulto Claudiano*. vbi reprehendit Suetonium qui id Vespasiano tribuit,& in paratitla ad tit. C.de Claudiano tollendo,Mynsingerius hic: diximus in repetitione quæ vulgo cu cũferrur.l.ingenuę. 3.& l.edicimus.C.de murilegulis,& gynæciarijs,& Bastagarijs.nu.35.lib.11.sequitur D. Ioan.Vela de Acuña celeri fato nobis ereptus in tract.de delictis.cap.36.in princ.quod licet Hotom.vbi sup. dixerit dubitabile ex verbis Suetonij ex quibus id probat Ant.Augustin.de S.C.pag.203.Tiraq.in l.1.connubialis.nu.45. &ex eo quia nõ Imperatoris nomine sub quo Senatus consultum proponebatur, sed consulis nomen accipere solebat,mihi tamen probabilius videtur,ex superius adductis,& ex eo quia cũ proprio damno Claudius Imp.effræ-nem mulierum libidinem expertus fuisset,cuius vxor Messalina Lyciscæ nomen mentita lupanar adibat,nil mirum si odiosam sibi mulierum libidinem seuerius coercuisset.Nec in contrarium mouet authoritas Suetonij, verũ nãque est Vespasiani temporibus reformatũ fuisse.S.C.& forte illud additum quod requirerentur denuntiationes,vt iin additione marginali ad meas pandectas Florentin. admonet Charondas.Nec minus mouet Senatusconsultis consulum nomina addita fuisse,quod etiam obstabit vt dicamus Vespasiani tempore promulgatum,cuius temporibus nullus Claudius fuit consul,quia & hoc fundamento probatur manifestè Claudij tempore factum, quicũ esset Imp.non semel sed multoties cõsulatu functus est,quo tempore promulgatum.S.C.nomen eius,non vt Imperatoris, sed vt consulis accepit.

2 Eius † sententia liquido nobis constat, vt mulieres cum alienis seruis coëuntes ter à domino monitæ eius non desistentes seruæ efficerentur liberi eorum eius liberti,quod manifestè apparet ex Cornel. Taciti verbis loco sup.citato ex Iust.in d.l.vnica.C.de Claudian. toll. Vlpian.tit.de tutelis.2.§.maxima,ibi: *aut cum mulier alieno seruo se iunxerit denuntiante domino & ancilla facta fuerit ex S.C.Claudiano*:vb Cuiacius,ver.*denuntiante domino*. docent omnes suprà citati & Petr. Greg. syntagmat. iuris lib.14.cap.3.num.5.

3 Vnde Primo † colligitur ratio dubitandi ad tex.in l.liber homo.3.C.deliberali causa,in qua liber homo cum aliena ancilla contubernio vsus,etiam denuntiante domino non efficitur eius seruus. Quã legem Accur.& alij post sublatum Claudianum procedere existimant & quod magis miror Baldui.hic nu.8.ab Alexan.sublatum quoad virum docet. Prima tamẽ opinio ex eo conuincitur manifestè: quia Alexandri Imperatoris temporibus,quæ contigerunt anno.975.ab vrbe condita,& ex Christo nato.224.& illa.l.3.lata fuit anno.3. Imperij eius,Rufo & Dextero Consulibus, nondum erat

erat ſublatum illud Senatuſconſultum: quòd ex eo apparet, quia Paulus. I. C. eius temporis ad eum referendus eſt, vt dicemus infr. in l. Lucius. 27. D. depoſiti, & Vlpianus eius etiam tẽporis in ſuprà citato loco titulo de tutelis. §. maxima, eius Senatuſconſulti fecit mentionem, fuitque poſtea ſublatum à Iuſtinia. vt in d. l. vnica cuius Imperium poſt Alexandri tempora plus minúsve trecentis annis ſubſequutum eſt, quo fit eo tempore quo Alexan. eam legem tulit obſeruationem Sena. Conſu. Claudiani in vſu fuiſſe, & eius legis mens id indicat: fuit namque ratio dubitandi ad illam legem an ne ſicut ex Claudiano S. C. fœmina efficitur ſerua quæ alieno ſeruo ſe commiſcuit, ita liber homo qui Ancillæ alienæ contubernium fecerit ſequutus ſeruus efficiatur ? quod ſimiliter dubitatum fuiſſe & propoſitum, poſt Alexandrũ annis ſexaginta Diocletiano & Maximia
4 no Impp. nobis oſtendit † l. Ancillæ. C. cõmunia de ſucceſsionibus (quod confundit Balduini ſententiam dum probat S. C. ab Alexandro fuiſſe quoad viros ſublatum,) vbi propo nitur an Ancillę dominus liberi ſequentis eius contubernium poſsit bona ex ea cauſa vindica
5 re. Mouebat † forte dubitãtes iuriſconſulti auctoritas in. l. ſacrilegij pœnam in principio. D. ad l. Iuliam peculatus. l. ſi adulterium. §. ſtuprum & §. fratres & §. inceſtam. D. ad. l. Iuliam de adulterijs. c. ſicut dignum in princip. extra de homicidio, & alijs, ex quibus notari paſsim ſolet minus in eodem genere delicti paritate data peccare fœminas quam mares, mitiuſque propter ſexus fragilitatem puniendas, vt plu ribus adductis docet And. Tiraquel. in l. 1. con nubiali. num. 85. quod & in cauſa inhoneſtæ fornicationis ex Theologis reſpectu peccati probat idem in l. 9. num. 90. vnde quod in fœminis Senat. Conſul. prouiſum erat, eas ſeruitute maculari, & bona vtpotè ſeruas amittere etiam in maribus obtinere, qui in hoc grauius erraſſe videbantur; ſed tamen adhuc contrariũ deciditur non ex correctione. S. C. ſed ex eo quia illud ad mares non pertinebat, ſed ſolum
6 † ad fœminas in quibus luxuria plus puniri debet quam viris, namque licèt ratione peccati minus peccare dixerint plures, alijs vero attentis turpius grauiuſque in fœminis eſſe crimen fornicationis illicitive cõtubernij verius eſt, indeque plura in iure inducta ſunt, & noſtrum. S. C. eo modo conceptum eſt, vt extra ſup. relatos plura inde referens admonet Tiraquel. in d. l. 1. connubiali num. 45. rurſus & ex eo quia fœminas forum virorum conditionem & nobilitatem ſeu dignitatem habere ordinarij iuris eſt, non è contrario fœminarum decoꝛe maritos illuſtrari, l. cum quædam puella. D. de iuriſdictione omnium iudicum. l. mulieres. C. de dignitatibus libr. 12. & pluribus congeſtis à Tiraquello de nobilitate. ca. 18. Ioannes Garçia Gallecus de nobilitate, Otalora in eodem tit. & plures relati ab Alfon. de Azebedo in l. 9. titul. 2. lib. 2. recop. & à nobis in repetitione. d. l. ingenuæ. quo factum eſt. S. C. fœminas cum ſeruis coëuntes ſeruitute puniri non autem maſculos cum fœminis coëuntes: & ſic deciditur in dict. l. 3. C. de liberali cauſa, & in dict. l. Ancillæ. C. communia de ſucceſsionibus.

7 Secundò inde † interpretandus eſt text. in l. ingenuæ. 3. & l. edicimus. 7. C. de muriegulis & gymneciarijs, lib. 11. quarum deciſione conſtat gymneciarijs ſe aut monetarijs fœminas immiſcentes denuntiatione facta, non diſcedentes, eorum ſeruituti obnoxias effici, exẽplo S. C. Claudiani, vt admonet Cuiacius in notis ad Vlpian. tit. de tutelis. §. maxima ver. *facta denuntiatione*. Briſsonius, & Verrutius. de verborum ſignificatione verb. *Claudianum*. & aduerſus Tiraquellum in d. cap. 18. num. 16. & Azebedo in d. l. 9. tit. 2 lib. 2. recop. num. 7. notauimus in repetitione earum legum. nu. 37. quod tamen omnino videtur deſtrui ex l. fin. C. de agricolis, & cenſitis, libr. 2. ex cuius deciſione conſtat mulierem adſcriptitio nubentem omnino liberam remanere, ergo & in noſtro caſu idem videbatur dicendum vt nubens monetario aut gymneciario, libera remaneat: vtraque enim ſeruitus eſt: quam difficultatem præſenſit Accurſ. in d. l. ingenuæ, non tamen veritatem aſſequutus diſtinguit inter adſcriptitios & alios ſeruos, quod tamen admittendũ non eſt, ſed dicendum deciſiones. d. l. ingenuæ. & d. l. edicimus hodie non procedere, ſed à Iuſtiniano ſublatas in d. l. fin. & in d. l. vnica. C. de Claudiano tollendo. nam cum d. l. Edicimus ex S. C. fuerit inducta eo ceſſante mèrito ceſſabit vt iam mulier ſeruo nubens libera remaneat: poſſet tamen dominus ſeruum vindicare, & caſtigatione modica coërcere: quod iterum confirmat idem Iuſtinianus, in Authentico conſtitutio quæ ex adſcriptitio & libera, in prin. col. 5. & in authentico de nuptijs. §. adſcriptitio autem alienoque, nullo autea quem legerim aduertente dixi in dict. l. ingenuæ. n. 40.

8 Tertio ex huius. † Senatuſconſulti cognitione interpretabimur tex. in l. Lucius. l. 2. D. depoſiti, in cuius tex. interpretatione labitur Azo ibi relatus ab Accurſi. dum docet matrimonium ibi ignoranter contractum, vt ſic nec valeret iure ciuili, & Canonico, illud namque ad rem illius legis non pertinet, & verius eſt ſcienter cõtractũ fuiſſe, ideoq; ſimilati depoſiti nomine fuiſſe dotẽ traditã, & ex inf. dicẽdis comprobabitur. Labitur præterea Accurſ. ibi, dum denuntiationem faciendam à domino credit, ne ex ea negligentia liber fieret ſeruus cum quo matrimonium contractum erat, ex Authentico de nuptijs. §. ſi vero decretum verſicul. *hoc autem decernimus*. quia tempore Pauli

Iuris

Iurisconsul. eius legis authoris illa domini denuntiatio non proderat, sed ad aliud requiritur, de quo inf. quod tamen non fœlicius expli- 10
cuit Connanus. lib. 7. commentariorum iuris. c. 4. mihi col. 4. litera K. dum referens verba illius tex. contra fidem omnium codicum detraxit præpositionem. A. & legit, *& postea nulla denuntiatione domino facta*, quod intelligit à patre faciendam fuisse denuntiationem domino serui, quod quidem absurdum est, & demõstrat quòd longè abfuerit ab illius legis intellectu, quem non percipiunt Bartol. Paul. Aretinus nec alij scribẽtes in illa. l. Lucius, solum ibi dis- 11
putãtes qualiter ex actu depositi ficto potuerit actio dari quando non competebat ex vero contractu dotis, propter eius inualiditatẽ, & quare non fuerit concessa actio causa data, causa non sequuta, vt in l. auunculo. D. de condictione sine causa.

9 Ego † vero sequutus Cuiacium qui in paratitlis ad titulum. C. de S. C. Claudiano tollẽdo hãc. l. Lucius allegat. Quid Cuiacium? imò veritatem quæ ex eius verbis resultat sequutus in specie Senatusconsulti Claudiani eam legẽ interpretor, pro qua explicatione aduerto ibi scienter contraxisse mulierem cum seruo contra Azonẽ & Accurs. vt apparet ex simulato eorum tractu de quo sup. & quia aliàs frustratoria esset dubitatio Iurisconsulti. cum mulier quæ violenter aut ignoranter cõtraxisset matrimoniũ cum seruo, Claudiano Senatusconsulto non teneretur, l. si quæ mulieres. 6. C. Theod. de liberali causa, sic ergo pater seruo alieno locauit filiam & mentiens depositum dedit pecuniam in dotem, dubitabatur qua actione filia mortuo patre cui heres extiterat posset dominum prædefuncti mariti serui conuenire? duplex erat dubitandi ratio, prima quia ibi nec matrimonium fuerat, nec dos consequenter, nec ex simulato depositio actionem dari iure videbatur. Altera quod non solum dos, verum & ipsa mulier vtpote quæ matrimonio serui fuerat addicta in domini potestate videbatur, Respondet adhuc I. C. ex causa depositi actio- 13
nem dandam de peculio: sic enim legendũ est: *Quia dos constitui non potuit*. ratio est ad primam dubitationem, quia actione de dote vti non potest, vbi non fuit dos, & ideo ex depositio etiam simulato datur actio vbi aliter valere actus non potest, vt ibi resoluunt Bart. Paul. Aretinus & cæteri: ad secundam dubitationem vnico verbo aduertit Iurisconsultus ibi: *nulla denuntiatione à domino facta*, quæ verba sic intelligenda sunt, & ad denuntiationes ex Claudiano Senatusconsulto referenda, quas requiri docet Cuiacius locis sup. citatis, & Hotoma. & Brisson. & expresse probat d. l. Lucius & expressior tex. in l. ~. & in l. cuncti, fin. C. de liberali causa in C. Theodosiano quo fit in casu d. l. Lucius, nulla à domino facta denuntiatione liberam Seiã- 14
remansisse, & actione sibi competenti vti aduersus serui dominum posse.

Sic ergo † his factis denuntiationibus, quę in contubernio persistebat seruituti addicebatur, quod nouũ genus seruitutis appellasse videntur Imperatores Valẽtinianus, Valens & Gratianus in l. 2. d. tit. C. Theodos. de lib. causa his verbis. *Si apud libidinosam mulierem plus valuit cupiditas quam libertas ancilla facta est, non bello, non præmio, sed connubio, ita vt eius filij iugo seruitutis subiaceant, manifestum est enim ancillã esse voluisse eam quã liberam esse pœnituit.* Quod tamen in eis † quæ priuatorum seruis se immiscebant procedit, non vero in his quæ fiscalibus aut ciuitatum seruis miscebantur, vt ex l. 8. & 9. d. tit. C. The. de liberali causa. Quas omnes leges Senatusconsulto Claudiano sublato vt pote eius occasione latas sustulit etiam Iustin. ex argumento l. fin. ibi: *Quæ sub occasione vicesimæ*, C. de edicto D. Adriani, & ideo nec in Codice eas inseri passus est, & eas quæ ad id referendæ sunt omnino vt d. l. 3. C. de liberali causa & d. l. ancillæ. C. communia de successionibus & d. l. ingenuæ, & l. edicimus. C. de murilegulis, & d. l. Lucius Titius. D. depositi, fuisse credo à Triboniano deformatas & sublatam Claudiani Senatusconsulti mentionem, sicut aliàs sæpissimè fecit perniciose quidem multis inde erroribus exortis.

Quæ tamen ratio mouerit † Iustinianum 12
vt hoc Senatusconsultum omnino vti nollet non longè inquirenda est, ipse namque in aperto reliquit in d. l. vnica ibi: *Ne ea, quæ libera constituta est semel decepta vel infœlici cupidine capta, &c.* In quibus verbis iunctis prioribus verbis tex. venit primum libertatis ratio considerandа, cuius causa plura induxit Iustinianum videns naturali ratione motus quæ omnes liberos esse iubet hoc in libertatis detrimentum relinquere indignũ iudicauit: mulieribus enim quibus propter sexus fragilitatem plura interdicta passim & multa etiam concessa in iure reperiuntur non debuit propriæ libertatis detrimentũ permitti, nam † si antiquitas ne rerum suarũ dispendium paterentur sub perpetua eas tutela continuit, vt notant Cuiacius in notis ad tit. inst. de curat. & pluribus adductis, Rauard. lib. 1. varia. cap. 10. & lib. 2. cap. 10. Carol. Sigon. de Antiquo Roma. Iure cap. 13. lib. 1. Cuiac. li. 8. obseru. cap. 11. Brisson. de ritu nuptiarum pag. 14. Tiraquel. in l. 1. connub. n. 73. Baeçade decima tutorum. cap. 14. n. 5. si eas sine † pro- 14
pinquorum consensu contrahere nõ posse plures admiserunt Prouincię vt in tota Italia moribus receptum docet Angelus consilio. 191. & plures quos suo more refert Tiraq. vbi sup. quo loco de fragili mulierum sexu copiosè loquitur, & in nuptis mulieribus leges Hispanię obseruant l. 54. & 55. Tau. quæ habentur in l. 1. & 2. tit. 3. lib. 5. recopil. si eas à fideiussionibus

15 bus † iura ſimul ciuilia, & Regia remouent ne decepta rei familiaris patiantur iacturam. l.1.& per tot.D.& C.ad Velleianum,à fortiori dicendum eſt inæſtimabilis libertatis amiſſiones in earum voluntate non debuiſſe committi,nec effrænatæ voluptati ſubiacere.

16 Secundò † ex eiſdem Iuſtiniani verbis conſidero, mulierum fragilitatem attendiſſe,quæ facile decipi poſſunt argumento.l.1.in fi.verbis.D.ad Velleia. Authentico vt immobilia ante nuptialis donationis.§.1.ibi.*muliere quippe mariti ſeductionibus facile decepta.* collatione. 5. Authentico de æqualitate dotis.§.his conſequenter,in fi. collatione.7.l.1.vbi notant omnes.§.pœnas autem,ibi *quia hoc ipſum velle.* C. de raptu virginum, quo fit facilius eas reſtituendas eſſe,quam mares,vt pluribus adductis docet Tiraquel.in d.l.1.nu.77. vnde cum mulierum ea ſit fragilitas vt facile decipi poſsint; & in ſpecie libidinis ſeductæ ſemper præſumãtur,vt in d.§.pœnas,notant omnes,maxime ſi interuenit ſollicitatio ex l.3.§. quid ſi volentem.D.de libero homine exhibendo,l.1.§.per ſuadere,& §.qui igitur.D. de ſeruo corrupto, & pluribus adductis docet Ioan.Gutierrez Canonicarum quæſt.c.37. num.15.& ſequentibus, iniquum erat quidem mulierem deceptã ſeductam aut ſaltem ſollicitatam ex tali caſu libertatem amittere quam rationem attendiſſe Iuſtinia.vltra verba ſup.ponderata ibi.*decepta.* oſtẽdunt verba ibi, *hoc ad libidinem nequiſſimorum hominum inferri.*

17 Tertiò ex † verbis ibi: *vel infœlici cupidine capta.* Tertia ratio conſiderari poteſt,vt licet non decepta mulier ſe ſerui contubernio committat,ſed propria voluntate, id non voluntariè geſtum cenſeatur, ſed potius neceſsitate amoris coacta,quòd apertius in noſtro tex.dicitur,ibi: *ebriata,* grauem enim amoris vim & Iuriſc. & Imperatores,& Pontifices fatentur, vt ex noſtro tex.apparet,& ex d.l. vnica & ex Authentico quibus mod.naturales efficiantur legitimi,collatione.6.§.illud.c. cum in iuuentute extra de præſumption. vnde Bald. in l.precibus.C.de impuberum.num.33.*dit. amori reſiſtere eumque intra debitos limites carcerare philoſophicum eſſe magis quam muliebre.* ſequitur Curtius iunior, conſilio.67. Plato namque furoris quatuor ſpecies deſcribit,inter quas amorem reponit:& eloquentiæ princeps Cicero. lib.4.Tuſculanarum ait:*maxime admonendus eſt quantus ſit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationibus profectò nulla eſt vehementior:* quod etiam ex alijs Philoſophorũ & Poetarũ exemplis teſtimonijſque illuſtrari poſſet,ſuffi ciat tamen id feciſſe Tiraquel.in l.13. connub. nu.45.& ſequentibus,& in l.15.nu.57.vbi co-

18 pioſiſsime, his † autem illud addiderim hac ratione quia amoris impetu geſti actus inuoluntarij quodammodo reputantur amoris cau-

ſa crimen commiſſum leuius puniri,vt ex cod. Tiraquel.tra.de pœnis temper.cauſa.4.item & illud donationes inter virum,& vxorem ea ex cauſa prohibitas,quia amoris impetu factas nõ voluntarie proceſsiſſe præſumitur,id voluit l. C.in l.1.ibi.*ne mutuo amore ſe ſpolient.* D.de donatio.inter & clarius dixit Pluterchus in problemate.7.ibi.*qui eſt quod vxor à viro & vir ab vxore dono aliquid recipere prohibentur, an quod morientium ratæ ſint donationes, niſi quis neceſsitate coactus aut ab vxore perſuaſus, neceſsitatem enim quaſi vim afferentẽ acceperit, voluptatem quaſi decipientem ſic vxorem donationes hac virorum ſuſpicione non caruerunt.* Ecce vbi eas donationes ait non valere quaſi deceptus vir aut vxor amore decepta eas fecerint; quid ergo mirum ſi in cauſa libertatis mulier decepta amore,cõpulſa libidine,& vt verbis Iuſtinia.vtar,ſeruili amore bacchata excuſetur quo minus libertatem amittat? nam ſi ebrius † in delictis ſaltem ordinaria pœna excuſatur,vt docent Ant. Gom.pluribus adductis.3.tomo.var.c.1.num. 73.Menchaca controuerſ.illuſtr.c.p.96.num. 31.Couar.in Clem.ſi furioſus,initio 3. partis. num.4.Iul.Clar.lib.5.§.fin.quæſt.60.nu.12.Tiraquel.de pœnis cauſa.6.cur non mulier excuſabitur quæ amore ebria ſeruili ſe conſortio copulauit? Recte ergo Iuſti. eam pœnam vtpote naturali libertati contrariam ſuſtulit,ne decepta mulier libertatẽ alijs omnibus rebus pretioſiorem amitteret.

19

20 Quo S. C.ſublato nulla certa remanet pœna aduerſus mulieres alienis ſeruis ſe commiſcentes, imò ſi contrahant matrimonium iure canonico (cui ſtandum eſt in hac parte) validum erit ſi ſeruitutem eius cui nubunt non ignorent c.1. extra de coniugio ſeruorum: licèt aliter iure ciuili diſpoſitum eſſet in d.l.vni. C. de S. C. Claudiano,vt dominis liceret ſeruos ab huiuſmodi coniugijs abſtrahere:citra matrimonium tamen mulier quæ ſeruo ſe commiſcuerit arbitrio iudicis eſſet punienda. † At vero in eas quæ proprijs ſeruis ſe copulauerint grauiter animaduerſum eſt capitali quidẽ pœna.l.vnica.C.de mulieribus quę ſe proprijs ſeruis: & ſeruis pœna ignis poſt verberationem imponitur.dict.l.vnica, iure autem regio ipſæ mulieres & ſerui comburi iubentur,l.1.titu.11 lib.4.for.l.15.tit.17.l.2.titul.19. p.7. quæ pœna erit obſeruanda non ſolum ſi ſeruis,ſed & ſi famulis ſe immiſceant,vt docet Greg.ex d.l.2. ibi.*o ſirutente.* in l.15.ver.*conſu ſieruo,* titul.17. p.7.quod latius proſequitur Vela. de delictis.cap.36.& nos plenius diximus in.§.Eſt tamen caſus.ſup.de hered.inſtituendis.

21

(.?.)

Titulus.

TITVLVS XIIII.

De obligationibus, & principium tituli ibi. Nunc transeamus ad obligationes.

IN RVBRICAM.

1 *Ius Ciuile tripartitum est, pertinet enim, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones.*
2 *Personæ omnibus rebus pretiosiores.*
3 *Contractus facti sunt.*
4 *Obligationes producunt actiones.*
5 *Rubrica. D. de actionibus & obligationibus conuerso ordine legenda.*
6 *Obligatio vbi non est, nec actio esse potest. §. omnium. infra de actionibus.*
7 *Nostrum deberi nobis ratione dominij non potest, recte tamen ratione possessionis.*
8 *Obligationis definitio exornata.*
9 *Definitio conuenire debet cum suo definito.*
10 *Obligatio duplex est.*
11 *Obligatio naturalis actionem non producit.*
12 *Obligatio ex chirographo ante biennium actionem non producit.*
13 *Obligatio elisa per pactum de non petendo inanis est.*
14 *Obligatio naturalis quæ, & quando oriatur.*
15 *Obligatio naturalis ex pacto nudo.*
16 *Obligatio naturalis ex contracta serui.*
17 *Seruus quo ad ea quæ iuris ciuilis sunt pro nihilo est: quo ad ea quæ iuris naturalis sunt personæ æqualem cum ingenuis habet.*
18 *Obligatio naturalis naturales effectus producit.*
19 *Obligatio ciuilis quæ.*
20 *Obligatio ciuilis oritur ex chirographo ante biennium.*
21 *Obligationis ciuilis alia exempla.*
22 *Obligatio naturalis & ciuilis simul, quæ.*
23 *Obligationis definitio hic tradita ei conuenit.*
24 *Obligationi ciuili quæ ex chirographo post biennium nascitur conuenit hæc definitio, iuxta Felinum & Costam: reprehenditur eorum opinio.*
25 *Obligatio ex causa peculiari qua pater, & dominus tenetur ciuilis tantum est, vt quibusdam placet.*
26 *Obligatio naturalis ex consensu vel æquitate nascitur.*
27 *Pater inuitus & ignorans ex causa peculij obligatur.*
28 *Obligatio hæc ex causa peculiari ciuilis & naturalis simul.*
29 *L. 2. tit. 16. lib. 5. recopilationis. Pactum nudum iure Regio producit obligationem & actionem.*
30 *Pactum hoc nudum appellari non debet, sed legitimum, & vestitum legis approbatione.*
31 *Vincula plura in iure ciuili.*
32 *Obligatio naturalis vinculum est.*
33 *Obligationes, iura appellantur quia interpellandi sunt.*
34 *Obligationis substantia in eo consistit, vt aliquem nobis obstringat.*
35 *Obligatio quæ perpetua exceptione elidi potest, obligatio non est, iuxta communem, & num. 38.*
36 *L. si non sortem. 26. §. adeo. l. qui exceptionem. 40. D. de condict. indebiti.*
37 *L. obligationũ substantia. 3. versiculo nec enim D. de obligationib. & actionib.*
39 *Seruum naturaliter non obligari, aliquibus probatur, & numeris sequentibus.*
40 *Obligatio naturalis impedit indebiti soluti repetitionem.*
41 *Obligationi naturali fideiussor accedit.*
42 *Obligatio naturalis proficit ad nouationem.*
43 *Seruus naturaliter obligatur.*
44 *Obligatio naturalis quo iure inducta.*
45 *L. in personam. 22. D. de reg. iuris.*
46 *Obligatio nomen semper significat ciuilem.*
47 *Obligatio naturalis, impropriè dicitur obligatio.*
48 *L. quoties. 13. D. si quis cautionibus.*
49 *Seruus in iudicio esse non potest.*
50 *L. si seruus. 19. D. de fideiussoribus.*
51 *Debitor verus per sententiã liberatus naturalis tantum debitor iuxta communem.*
52 *L. Iulianus verum debitorem. D. de condict. indeb. & nu. 55.*
53 *Sententia producit ciuilem obligationem.*
54 *Contra communem, per sententiam non tollit ciuilem obligationem.*
56 *Obligatio naturalis tantum oritur inter patrem & filium; & duos fratres existentes in eadem familia.*
57 *Obligatio ciuilis inter eos qui in eadem familia sunt quare non oriatur.*
58 *Rei appellatio latissima est.*
59 *Solutio omnem speciem liberationis continet.*
60 *Solutio est quæcunque satisfactio.*
61 *Obligatus ad dandum præcise dare compellitur.*
62 *Obligatus ad factum præcise facere cõpellitur, contra communem.*
63 *L. Stipulationes non diuiduntur. 74. §. Celsus. de verborum obligationibus & l. si quis ab alio. 13. §. si. D. de re iudic.*
64 *L. 3. tit. 14. part. 5.*
65 *Verba definitionis, secundum nostræ ciuitatis iura, exponuntur cum Accursio.*

SVMMAM totius iuris ciuilis diuisionem cum tripartitam esse docuerit Iustin. in §. fin. sup. de iure naturali. I. C. Caius in leg. 1. D. de statu hominum, nam vel ad personas pertinet, vel ad 1 2 res, vel ad actiones. † Personæ vero cæteris omni-

omnibus rebus sint pretiosiores cum earũ gratia omnes alias natura comparauit tex.in §. in pecudum sup.de rerum diuisione.l. iustissimè. 44 in princip.D.de ædili.edicto.tex.in. l.23. tit.31.part.3. & in procœmio.4. partitæ.& ibi glos. 6.l.in pecudum.28.D.de vsuris,& de per sonis earumque iure egerit copiosè ex titul.3. de iure personarum sup. lib.1. ad finem vsque eiusdem libri. De rebus autem & earum acquisitione iure naturali, gentiũ, ciuili ve inducta hactenus ex tit. 1.de rerum diuisione sup. lib. 2.& priotibus duodecim titulis huius libr. 3. de actionibus acturus,quæ ad posteriorem iuris partem pertinet disputationem de obligationibus commodè nunc præmittit, quæ ex contractibus † (qui facti sunt l. consilio.7.§. 3 fin. D.de curatore furiosi) oriuntur & actiones parinnt. † l.licet.42.§.ea obligatio.D.de 4 procuratoribus.l.& an eandem.14. §.actiones. D.de exceptione rei iudicatæ,iuncta glosſ.ibi verb.*causæ*,tex.in prin.infr. de verbor. oblig. obseruat Accurſ.hic,& alibi communiter receptus ex Iason.nu.6.Gom.nu.15. in prin.infr. 5 de actio. † vnde fit quia præcedere obligatio semper actionem debet,quemadmodum causa effectum , mendosam inscriptionem titu. D. de actionib. & obligationib. conuerso ordine legendam,de obligationib. & actionib. iuxta Pandectas Florentinas, & notas Duare. Rusar.& Gotifredi,& quæ Anto.Augustſ. obseruat lib.3.emendat.c.9.& ita cum tractatum Iustin.allegat in l.2.§.sexta, vers. *Post quæ*. C.de vet.iur.enucl. Item & illud † sine obligatio- 6 ne actionem dari non posse.† Neque obstat 7 si obijcias tex.in §.omnium ibi.*aut cum eo agit qui nullo iure ei obligatus est*.& in §.sic itaque intra de actionibus, quib⁹ probari videtur actiones reales nullam obligationem præsupponere,quoniam alijs omissis opinionibus dicendũ est,quod etsi id quod nostrum est,ratione dominij amplius nobis deberi non possit,ex d.§. sicitaq; .ratione tamen possessionis rectè pos sessi.l.indebiti.15.§.sed si nummi.D.de condict. indebiti,l.2.D.de cõdict.triticaria.

Qui de re aliqua dicturi sunt,quia à definitione eos incipere oportere,& l.C.& Oratores tradiderunt.l.1. D. si certum pet. Cicero lib.1.officiorum,expositurus Imp. obligatio- 8 nes præmittit obligationis † definitionem, quam etiam deduces ex tx.in l. obligationum 3.in l.sub hac.8.D.eo.l.creditores. 10.l.creditor.51.l.debitor.108.D.de verb. significat.l. in vendentis. 13. C.de contrah. empt. consonat l.1.tit.11.l.5.titul.12. p. 5. explicant Petrus Gre.3.p.Syntag.lib.21.ca.3.Cõna.lib.2. c.3.Pet. Loriotus.de pactis,axiomate.1. Vacoo.lib.1.declarationum.c.21.n.18.

9 † Sed contra eam pro dubitandi ratione sic argumentor; Omnis bona definitio iuxta vulgares Philosophorum traditiones,conuerti debet cum suo definito,eiusque essentiam describere,notant etiam nostri per tex.ibi.l.1. dolũ. D.de dolo.& nos latissime in disputatione demora.n.24.Sed hęc difinitio neutri obligationi conuenit,ergo congrua nõ est. † Patet mi- 10 nor.nã in iure nostro duplex tantummodo est obligatio ciuilis,vel naturalis,l.fideiuſ. 16.§.fideiuſ.l.heres à debitore. 21.§.quod si.D.de fideiuſ.l.si fideiuſ.59. D.de cõdictione indebiti, & latiùs inf.dicem.At hæc definitio,neq; naturali neq; ciuili quadrat.ergo, nõ cõuenit natu- 11 rali obligationi, † tũ quia naturalis obligatio actionẽ non producit, vt constat in ea quæ ex pacto nudo oritur l.1.D.de pact.l.1.in pri. D. de con.pec.coniuncta l.iuris gentiũ.7.§.igitur nuda. D.de pac.& in obligatione quæ inter patrẽ & filiũ contrahitur.l.frater à fratre. 38. in prin.in §.quæsitũ. D.de cõdictione indebiti.cõ iuncta.l.his nulla.4.D.de iudicijs,& cęteris exẽplis naturalis obligationis quæ glos.Bar.& alij referũt in l.1.D.de cõdi.indeb. Cũ etiam quia obligatio naturalis nõ adstringit secundũ nostræ (idest Romanæ)ciuitatis iura, sed secundũ iura gentiũ.l.cũ amplius.84.§.is natura del et. D.de reg. iu.Præterea nõ cõuenit obligationi 12 ciuili, † quia neq; ciuilis obligatio necessitate soluendi adstringit,vt in ea,quæ oritur ex chirographo ante biennĩ.l.si ex cautio.3.l.si quasi.7.C.de non nũ.pec.in §.vni.inf.de lit.oblig. 13 † itẽ &in illa quę remanet sublata naturali per pactũ de nõ petendo, quæ exceptione opposita inanis est.l.si.vnus.28. §.pactus ne peteret. D.de pact.l.Stichũ.95.§.naturalis.D. de solutionibus, neutra ergo obligatio hic definitur. Huic difficultati vt satisfacias & exactè obligationis definitionem intelligas præmitte obligationem triplicem esse,naturalem tantùm,ciuilem tantùm,naturalem & ciuilem simul,quã mixtam doctores appellant.

14 Naturalis obligatio est quæ ex solo consensu, æquitatéve naturali nascitur, & iure ciuili, vt ex ea agi possit,probata nõ est, sed solũ iure gentiũ subsistit.d.§.is natura debet,idest quo iure omnes homines vtũtur §. ius autẽ gentiũ. sup.de iure natura.l.omnes populi.9.D.de iust. & iu.latissimè de naturalis obligationis origine,diuisione,& effectibus Bar.in l.ex hoc iure ex.n.10.Iaſ.ex n.50.D.de iust.& iure. videndi omnino,pulchrè Cõnan.li.2.com.c.3.per tot. vbicũq, enim summa illa ratio quam Deus humanæ indidit creaturæ, & apud omnes homines sine aliqua lege scripta peræquè custodit, mouet & succedit,quẽ teneri, naturalem obligationẽ oriri constat.† vt in pacto nudo,nuda 15 que promissione,d.l.1.D.de pact.d.l.1. D. de 16 constituta pecunia.d.§.naturalis. † in contractu serui cum libero homine celebrato,ex quo quãuis ciuilis obligatio non nascatur, naturalẽ tamen oriri constat.l.naturaliter.13.l.si quod. 64.D.de condict.indebiti.l. nec seruus.41.D.

de

17 de peculio.l.ſerui.14.l.obligari.43.D.h.t. † quia quamuis quod attinet ad ius ciuile ſeruus pro nihilo reputetur.l.quod attinet.32.l.ſerui tutē.209.D.de reg.iur.quoad ea vero quæ iuris naturalis ſunt æqualem cum cæteris perſonam ſuſtinet,l.manumiſsiones.4.D.de iuſt.& iur, tex.in prin.ſu.de libertinis, & in alijs exēplis relatis à Vacon.d.c.21.Ferdin.Mendo.li.
18 1.diſputationū iuris ciuilis.cap.4.n.12. † Planè quāuis hæc obligatio,quia à iure ciuili non confirmatur,ciuiles effectus non producat, naturales tamen parit,d.§ igitur nuda. l. iuriſgentiū.D.de pact.vbi notant Docto.& in d. l.frater à fratre.D.de condict.indebiti.Oynotom. hic verſi. *de naturali obligatione.*

19 Ciuilis obligatio eſt quæ à ſolo iure ciuili inducitur;putà quādo citra partiū conſenſum aliquid debetur iure tantū ciuili inſpecto, verbi
20 gratia,ſi ſpe futuræ † numerationis chirographū conſcribam in quo cētum me à Titio accepiſſe confitear,illudque ipſi tradā,neque tamen mihi pecuniā numeret, oritur ſola ciuilis obligatio propter authoritatem & approbationē legiſlatoris exiſtimantis pecuniā eſſe numeratā cum id chirographum teſtetur,tex. in prin.inf.de liter.oblig.l.1.& ſequentib. C. de nō num.pecun.l.27.tit.11.p.3.l.9.ti.1.p.5.ordin.Luſitanorum.lib.4.tit.47.in prin. naturalis autē obligatio non poteſt oriri cū pecunia non ſit numerata,deficiatque conſenſus, eatenus enim debitor cōſentit, quatenus numera-
21 tur pecunia. † Aliud exēplum eſt, vt ſup. diximus,in eo qui cū efficaciter deberet aliquā pecuniam,factū eſt ei à creditore pactū de nō petendo,tollitur enim obligatio naturalis,d.l. ſi vnus.28.§.pactus.D.de pactis.d.l. Stichum. 95.§.naturalis.D.de ſolutio.remanetq; ciuilis. d.§.pactus. Poteſt etiā exēplum conſtitui in eo qui vi vel metu,in cōſtantē virū cadēti,coactus,aliquid promiſit,is enim licet ciuiliter teneatur,nō tamen naturaliter,cum deſit conſen
22 ſus.tex.in prin.inf.de exceptionibus. Naturalis autē & ciuilis obligatio eſt, (quā Doctores mixtā appellant) quæ & iure naturali inducitur,& iure ciuili approbatur, poſtquā enim legiſlator naturali obligationi ſubſcribit,& iº ciuile illā approbat,ſiue ex cōtractu,ſiue ex maleficio naturalis oriatur, ciuilis efficitur,vt in omnibus contractibus nominatis,& innominatis propter publicā vtilitatem promiſcuūque vſum factū eſt.l.ex hoc iure.5. D.de iuſt.& iure.l.iuriſgētium.7.in prin.D.de pactis.§.ius autē gentiū ſup.de iure naturali. l. naturalis.§.1.cū ſeq. D. de præſcriptis verbis.
23 His ſic conſtitutis adductū arg. non obſtat, quoniā reſpondendū eſt,in præſenti,neque naturalem obligationem ſolā,neq; ciuilem ſolā, ſed vtranq; ſimul definiri,quæ ſola efficax eſt ad agendum,nullaq; exceptione elidi poteſt, cuiq; cōueniunt omnia verba in hac definitione relata,vt paulò inferiùs dicemus:quā interpretationem obſeruat gloſſa hic verbo. *obligatio.*ſequuntur Baldui.Claud.Hotoman.Myn gerius.Vveſembekius,& Oynotom.hic. ante eos ſcripſit Bartol.in l.ex hoc iure.nu. 12. D. de iuſt.& iure.& in d.§.pactus.nu.6.& vbique cæteri.& relati ſup.

24 Poſſet tamen vltra communē dici, & ciuili tantūmodo obligationi quibus caſibus ex ea efficaciter agi poteſt,hanc eandē definitionem quadrare,vt in eodem exemplo obligationis literarū,de qua in princ.inf.illo titu. quæ poſt bienniū ita eſt efficax,vt nulla ei obijci poſsit nō numeratæ pecuniæ exceptio, tex. in dict. prin.& in l.in cōtractibus.14.C.de non nu.pecu.quæ iura ſic accipit cōmunis, teſte Felino, in cap.ſi cautio.nu.61.de fide inſtrum. Coſta in l.ſi ex cautione.vltima fallentia.nu.2. C. de non nu.pecunia,& videtur probare.d. l. 9.tit. 1.p.5.quomodo noſtrum tex.acceperunt neoterici huius Academiæ profeſſores. A quibus ego cōmunem ſequutus lōge diſcedo, cōtendens etiā poſt bienniū exceptionem opponi poſſe,quæ opinio longè æquior eſt,& probata ordinat.Luſitan.d.lib.4.tit.47.§.pen.vt ego latius dixi in d.princ.inf.de literarum oblig.neque cōtrariæ leges quæ exceptionem nō numeratæ pecuniæ biēnio cōcludi dicunt, nobis obſtāt,quæ debent de ea exceptione intelligi quæ potuit in modū querelæ proponi,tranſlatura videlicet onus probandi in creditorē, non de ea quæ in factum datur & ſemper competit & à debitore probanda eſt.

25 Neque me magis mouet aliud exemplum quod adducūt viri docti de obligatione patris, vel domini,in cauſa peculiari,quę ciuilis tantū eſt,nō naturalis,iuxta cōmunē omniū opinio
26 nē, † naturalis enim cū ex conſenſu vel æquitate oriatur.d.l.1.in prin. D.de pact.l. Stichū. 65.§.naturalis.D.de ſolut.& vtrūque deficiat
27 in obligatione de peculio, † quoniā pater inuitus & ignorans obligatur.l.ſi quis ſeruū.30. D.de peculio. præterea iniquū eſt ex alterius pactò alterū obligari.l.tranſactione mattis.26 C.de tranſactionibus. l.1.& per totū.C.ne filius pro patre,& tamen neceſsitate patrē vel dominū adſtringit,vt reſoluit Bart. in l.frater à fratre nu.9.D.de condict. indebiti. vbi receptū teſtatur Iaſo.nu.30.Baptiſta nu.26. Crotus.nu.60.Coraſ.nu.38.& ſic ei noſtra conuenit definitio.

28 Quoniam & hoc caſu ego cōtendo hāc obligationem ciuilem eſſe ſimul & naturalem; ex generali enim patris vel domini peculij adminiſtrandi conceſsione conſenſus reſultat, qui eum poſsit naturaliter obligare,vt latè. inf.ad titu.quod cum eo.& induces rationē Iolij Pauli in.l.2.§.in mutui ibi. *id enim tale eſt quale ſi voluntate mea tu des pecuniam.*D.ſi cert.pet. ex quibus iam conſtat à communi opinione diſceden-

cedendum non esse saltim hoc iure ciuili Ro-
29 manorũ, † iure autẽ Regio Hispano cum ex
simplici promissione efficax ad agendũ oria-
tur obligatio & actio. l. 2. ti. 16. *de los contractos.*
lib. 5. recop. obligationi naturali cõuenire dici
30 posse sunt qui putent. † Sed male, quoniã hæc
iam nõ simplex aut nuda promissio dicẽda est,
sed legitima & ciuilis ex legis approbatione. l.
legitima. 6. D. de pactis. vnde cum ex consensu
naturalẽ, ex legis approbatione ciuilẽ produ-
cat, inter mixtas connumerabitur, & iuxta cõ
munes opiniones nostra definitio ei cõueniet.
31 In qua summè etiã notandum est illa verba,
iuris vinculum, loco generis esse, sunt enim plu
rima in iure nostro vincula, quę dici obligatio-
nes non possunt. l. quãquam. 3. C. de testam. mi
lit. vt vinculũ patriæ potestatis. l. pactũ. 4. C.
de pactis cõuent. familiæ. l. cum bonis. 87. D.
de acq. hered. Necessitudinis & affinitatis. l. fi
tutor. 9. D. de suspect. tut. l. fi. C. de codicillis.
Religionis. l. 1. C. de in litẽ iurãdo, & plura alia
quæ refert Prateius. de verbis iuris, ver. *vincu*
32 *lũ.* † quinimo & ipsa naturalis obligatio sola,
quã hic non definiri diximus, vinculum etiam
appellatur in l. si fideiussor. 59. D. de cõdictio
ne indebiti. d. l. Stichum. 95. §. naturalis. D. de
33 solut. † Præterea etiam, dicitur obligatio *ius*,
siue *iuris vinculũ*. quoniã obligationes omnes
incorporales esse dixit Iustin. sup. in prin. de
reb. corpor. I. C. in l. 1. §. quædã. D. de rer. diui.
34 Planè vt ex definitione constat ibi (*necessi-
tate adstringimur*) cum obligationis substantia
nõ in eo consistat vt aliquod corpus nostrum
faciat, sed vt aliũ nobis obstringat ad dandum
aliquid, vel faciẽdum, vel præstãdum: tx. hic cũ
35 relatis sup. † obligationẽ illã cui perpetua ob-
stat exceptio proprie obligationẽ non esse, ne
que hac definitione cõplecti consequens est,
vt docuit glos. nostra ver. *necessitate.* cuius sen-
tentiã probant. l. & eleganter. 7. §. seruus. D.
de dolo. l. si obturpem. 8. D. de cõdict. ob turp.
causam. l. quãuis. 8. § Marcellus. D. ad Velleia.
l. vel obligatus. 20. versi. *obligatũ.* D. de liberali
causa. l. Stichum. 95. D. de solutio. l. Marcellus
36 67. l. nihil interest. 113. D. de reg. iur. † iuxta
quã interpretandi rationẽ intelligẽdus est tx.
in l. si non sortem. 26. §. adeo. l. qui exceptio-
nem. 40. D. de condict. indeb. in quibus qui per
petua exceptione tutus est solutũ per errorẽ
repetit, etsi enim is summo & stricto iure ciuili
debeat, tamẽ quia obligatio exceptione elidi-
tur perinde est ac si omnino indebitum esset,
& inde condictioni locus est.
37 † Intelligendus est etiam tex. in d. l. obliga-
tionum substantia. 3. versi. *nec enim.* dum stipu-
latione per iocum facta actionem nasci negat,
quãuis enim ex stipulatione per iocum facta,
etsi nulla causa interueniat ciuilis oriatur obli-
gatio, tex. in princ. inf. de verb. obligat. coniun
cta. l. 2. §. circa. D. de doli exceptione. exceptio
tamẽ doli, quæ parata est, efficit vt nulla obli-
gatio nasci videatur, cũ ea quæ exceptione re-
38 pellitur nulla sit. † quãuis autẽ hæc cõmuni-
ter recipiantur dici potest licet obligatio exce
ptione repelli possit, obligationẽ tamen esse,
tex. in princ. inf. de exceptionibus, neq; obstat
opposita exceptione necessitatẽ cessare, quo-
niã à principio, & in sui substantia necessita-
te debitorem adstringit, etsi quoad executio
nem se tueri debitor possit.
39 Illud autẽ quod Accu. hic scripsit ver. *necessi
tate.* ibi *etiã inter seruos.* seruũ scilicet naturali-
ter obligari, q; & s. n. 16. dixim⁹, difficile est. Pri
mo, quia obligatio naturalis ad ius gentiũ refer
tur. d. l. cũ amplius. 84. §. is natura debet. D. de
reg. iur. & iure gentiũ seruitus est introducta.
l. manumissiones. 4. D. de iust. & iur. l. libertas.
4. D. de statu hom. §. ius gẽtiũ sup. de iure natu
rali. §. seruitus sup. de iure person. §. 1. sup. de li-
bertini. ergo seruus naturaliter obligari nõ po
test. l. in personam. 22. ibi, *in personam seruilem
nulla cadit obligatio.* D. de reg. iur.
40 Secũdo † quia naturalis obligatio impedit
repetitionẽ. l. naturaliter. 13. D. de condict. in-
debit. & tamen cõdictio indebiti datur domi-
no, si seruus extra causam peculiarẽ fideiusse-
rit, & soluerit, l. seruus inscio. 19. D. de fideiuss.
ergo seruus nec naturaliter obligatur.
41 Tertiò naturali obligationi fideiussor acce-
dere potest, l. fideiussor. 16. §. fideiusso. D. de fi
deiuss. & tamẽ pro seruo fideiussor nõ obliga-
tur. l. quoties. 13. D. si quis cautionib.
42 † Quarto naturalis obligatio valet ad noua-
tionẽ. l. 1. D. de nouationib⁹. At si seruus extra
causam peculiarẽ interceſſerit nõ fit nouatio.
l. in personã. 30. §. qui pecuniã. D. de pact. §.
præterea. inf. quibus mod. toll. obligatio. ergo
seruus nec naturaliter obligatur.
43 † Sed his nõ obstãtibus dicendũ est, seruũ na
turaliter obligari, nec naturalẽ obligationẽ ad
ius gẽtiũ referri quo seruitus introducta est, ob
44 stat, † quoniã ius gẽtiũ aliud primæuũ est (iux
ta cõmunes) quòd ex naturali ratione descẽdit.
§. ius autẽ ciuile, ver. *quod vero.* sup. de iure natu
rali. d. l. omnes populi. 9. D. de iust. & iure. ex
quo descendit naturalis obligatio: alterũ secun
dariũ quod vsu & humanis necessitatibus exi-
gẽtib⁹ eadẽ ratione cõstitutũ est. §. ius autẽ gẽ
tiũ. s. de iure naturali. quo iure introducta fuit
seruit⁹. d. l. manumissiones. cũ alijs quare nihil
impedit quo min⁹ exprimæuo & naturali quo
45 dãmodo iure serui naturaliter obligẽtur. † Mi
n⁹ obstat d. l. in personã quoniã ḋ ciuili obliga
tione intelligẽda est ex quacũq, causa cõtracta
46 sit, nulla enim in seruũ cadit. † hæc enim vox
obligatio. de ciuili semper intelligenda est. l. iu-
risgentiũ. 7. §. sed cũ nulla. D. de pactis. vbi no-
tãt omnes. † naturalis autem per abusionem
47 & impropriè naturalis dicitur. † Deinde non
48 obstat. dict. l. quoties. seruus enim ibi iudi-

cio sistendi causa promisit, vel stipulatus est ip
50 se litigaturus, quare cum legitimam personam standi in iudicio † non habeat, iuxta eundem tx. ibi. & in l. si seruus. 9. illo tit. l. seruus in iudicio. 6. C. de iudicijs. consonat l. 8. l. 9. tit. 2. l.
51 2. tit. 23. p. 3. nec seruus potuit naturaliter obligari, nec fideiussor pro eo. † Tandem nō obstat. d. l. si seruus in suo. & d. §. qui pecuniam. quibus probatur obligationem serui non impedire repetitionem, nec sufficere ad nouationē, quoniam respondendum est ea iura loqui vbi seruus fideiusserit, vel pro alio intercessit: quo casu licèt naturaliter obligetur, si tamen extra causam peculiarem interceserit eam naturalē obligationem lex ciuilis sine effectu relinquit, quod recte facere potuit, cum effectus naturalis obligationis sint ciuiles, nō vero naturales.

Est etiam & non indifficile, quod paulò inferius idem Accur. scribit verum debitorē per sententiam absolutum ciuili obligatione subla ta naturaliter tantum debere; quod & docuerat in. l. 1. D. de condict. indebit. in. l. cum quis. C. de iuris & facti ig. sequitur Bart. in d. l. 1. n. 13. Iaso. n. 21. communem testatur idem Iaso in. l. Iulianus. n. 26. D. illo tit. & in. l. si vnus. 28 §.
52 pactus ne peteret. n. 19. D. de pact. † quibus fauet d. l. Iulianus ibi. *natura tamen debitor per-*
53 *manet.* † Deinde, quod quemadmodum sententia condemnatoria parit ciuilem obligationem, l. miles. 6. §. iudicati actio. D. de re iud. l. actori. 8. C. de reb. cred. l. 3. §. idem scribit. D. de peculio. ita absolutaria ciuilē tollere debet.
54 † Contraria autem sententia verior est per sententiam absolutoriam non tolli ciuilē obligationem; pro qua facit, reo competere rei iudicatæ exceptionem, per totum D. de exceptione rei iud. exceptionem vero actionem prę supponere. l. 2. D. de exceptionibus, actionem que ex sola naturali obligatione oriri non pos se, vt latè sup. diximus, & probat. l. 2. §. Deinde. D. de orig. iur. vnde consequens est ciuilem obligationem supeerisse. His accedit, agentium actus vltra eorum intentionem operari nō debere, l. non omnis. 19. D. si cert. pet. quare cū iudicis intentio non sit reum absoluere, sed eū absolutum declarare, tolli ciuilis obligatio non debet. Deniq; facit tex. in §. item si in iudicio.
55 ibi: *nihilominus obligatio durat.* inf. de excep. † Nec cōtrarium probat d. l. Iulianus, ideo enim ibi solius naturalis obligationis I. C. meminit quia hæc efficax est ad impediendam indebitè soluti repetitionem, d. l. naturaliter. illo tit. quoniam ciuilis obligatio eum effectum non habet. l. qui exceptionem. 40. D. de condict. in deb. vnde in condictione debitū & indebitū naturaliter intelligendum esse probat tx. in l. si quod dominus. 64. D. de condictione indebiti.
56 Quod verò idē Acc. ad fi. huius glossæ tradit, inter patrem & filium, itē & duos fratres sub eiusdē patris potestate existentes solam naturalem obligationem contrahi non ciuilē, veristimū est, & probatum. l. frater à fratre. 38. in princ. & in §. quæsitum. D. de condict. indebiti. l. actiones. 6. D. de oblig. & actio. l. his nuda. 4. D. de iudicijs.
57 † Cur autem ciuilis inter eos non consistat, quamuis latè disputent repetentes, in initio d. l. frater à fratre. paucis tamen hic insinuauit idem Ac. ibi. *iure ciuili impediente ratione patriæ potestatis.* pro cuius explicatione notabitis leg. xii. tab. parentes in liberos ius vitæ necisq; habuisse, l. fi. C. de patria pot. l. in suis, 11. D. de lib. & posthum. potuisseq; ter filium vendere, vt ex Vlp. & alijs nouiores notant in §. præterea sup. quib. mod. ius patriæ pot. quo iure potestatis non solum per filios quæsita parentibus acquirebantur, vt diximus in §. 1. sup. per quas pers. sed etiam filij res propria patris dicebatur, l. verbis legis. 120. D. de verb. significat. ex qua potestate effectum est, vt pater & filius & omnes sub eiusdem potestate existētes, vna & eadem persona intelligantur. l. fin. in fi. C. de impub. & emancipatione duę aut plures personæ constituantur. l. pronunciatio. §. familiæ. D. de verb. signific. l. si Panphilo. 10. D. de op. l. vnde cum sibi ipsi nemo possit obligari. l. 2. D. de stip. seruorum, inter patrem, & filium non erit obligatio ciuilis.
58 Succedunt in definitione verba (*alicuius rei soluendæ*) quibus vt post Acc. hic cæteri aduertunt, vt generalibus Imperator vsus est. cum enim obligationes omnes in eo consistant vt aliquem nobis obstringant ad dandum aliquid vel faciendū, vel præstandū. l. 3. D. h. t. l. 2. D. de verb. oblig. rei autem appellatio latissimam habeat significationem, omnia quæ sunt comprehendens, l. rei appellatio. 5. l. nominis. 6. l. rei appellatione. 23. D. de verb. signi. l. 1. in fi.
59 D. si cert. pet. † Solutio prætera omnē speciē liberationis contineat. l. 1. lutionis. 54. D. de so
60 lut. & † omnis satisfactio pro solutione sit. l. satisfactio. 52. D. illo ti. vnde non solū qui numerauit pecuniā creditori soluisse dicatur, vt in l. solutā. 49. D. de solu. sed & qui fecit quod facere promisit, l. solu. 176. D. de ver. sig. cōgruè satis, & *rei solutioni* nominibus Imperator vtitur, vt ostēdat hic nō tantū obligationē dādide finiri, verū & obligationē faciēdi vel præstādi,
61 † Illud autē hinc paulatim discees, q̄sicut is qui obligatus est ad dādū, præcisè dare cōpellitur, quia obligatio habet in se necessitatē soluēdi, vt in nostra definit. & l. vbi autē nō apparet. 75. §. fi. D. de ver. ob. l. si ita. 25. vers. fi. D. de cō
62 tra. empt. sic † & qui faciēdi obligationē in se suscepit, si facere recuset, præcisè facere cōpelli poterit, neq; interesse soluendo liberabitur l. itē si. c. 14. §. sed & si quis. D. de eo quod met. causa. l. stipu. 21. §. opus. v. *fine autē.* D. de noui oper. nuntiat. l. fidei cōmissa. 11. §. fi. D. de le. l. 3. l. sed & hæ. 35. §. Præt. D. de procuratoribus:

& ita

& ita tenendum est quicquid contradicat Bar. quem cæteri sequuntur, in l. stipulationes non
63 diuiduntur. 74. D. de verb. oblig. † quibus nō fauent tex. ibi. ver. *Celsus.* & in l. si quis ab alio. 13. §. fin. D. de re iud. quibus suam sententiam probant, quia loquuntur quando id petit creditor, vt in d. l. stipulatio. §. opus. in odium enim & pœnam eius qui non fecit quod facere obligatus erat, permissum est creditori vt agere ad interesse possit, qui si factum eligat præcisè debitor facere compellēdus est, hoc enim ex na-
64 tura obligationis inducitur. † Quæ sententia contra Bart. iure Regio Hispano indubitabilis est, l. 3. tit. 14. part. 5. vbi Greg. notat & latius Couarru. in cap. quāuis pactum. 1. part. §. 4. nu. 2. quamuis inuoluat Yañez Parladorius lib. 1. rerum quotid. cap. 6. num. 10.

Denique posteriora verba (*secundum nostræ*
65 *ciuitatis iura*) quæ ab Accurs. variè explicantur significant obligationem esse secūdum nostræ ciuitatis iura, vt sic obligatio naturalis excludatur, quæ etsi vinculum sit, vt diximus suprà, & necessitate adstringat, non iure ciuitatis, sed naturali, siue gentium adstringit. Quod si tibi placeat posterior Accur. opinio, poteris cum eō hæc verba ad proxima referre, videlicet solutionē faciendā esse secundū ciuitatis iura, idest secundū præscripta iuris ciuilis, alioqui inutilē esse, nec debitorem liberare, vt latè comprobat idem Accursius.

§. *Omnium 1.*

1 *Obligationes omnes aut Ciuiles, aut Prætoriæ, & quæ sint Ciuiles, & Prætoriæ, & num. 4.*
2 *Diuisio obligationum à Iustiniano facta diminuta.*
3 *Obligationes quæ per se non subsistunt; nullo iure confirmantur.*
5 *L. obligationes. 26. D. de obligationibus & actionib.*
6 *Obligationes legitimæ quæ, & earum exempla. L. ex hoc iure. 5. ibi. exceptis quibusdam, & c. D. de iust. & iure.*
L. legitima. 6. D. de pactis.
7 *Obligationum Prætoriarum origo.*
8 *Prætorum edicta quæ, vnde dicta, & quæ potestas.*
10 *Obligationes Prætoriæ annales, ciuiles perpetuæ.*
11 *Obligationes Prætoriæ Honorariæ etiam dicuntur.*

1 OMnes obligationes aut Ciuiles sunt, aut Prætoriæ: Ciuiles quæ legibus constitutæ, aut comprobatæ sunt: Prætoriæ, quæ & honorariæ dicunrur, quas Prætor ex sua iurisdictione cōstituit. Hanc diuisionem à iuris partibus confirmabis ex l. ius autem ciuile. 7. D. de iustit. & iure, l. legitima. 6. D. de pactis. l. 1. in fin. l. 3. D. de constitu. pecunia.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor, Omnes obligationes aut naturales, aut ciuiles esse, latè probauimus sup. ad prin. huius tit. ex nu. 10. & docet idem Iust. in §. 1. inf. de fideiuss. ergo cum diuisio sit alicuius totius, vniuersalis aut integralis sufficiēs & distincta partium assignatio, & distributione quam hic Iustin. scripsit naturales obligationes non cōprehendat, diminutam eam esse dicendum est.

3 Secundò sic argumentor: Obligationes quæ proprijs viribus non cōsistunt, neq; iudicis officio, neq, Prætoris imperio, neque legis potestate confirmantur, l. obligationes. 26. D. hoc tit. ergo nullę obligationes legibus de iure Prętorio constituuntur.

4 His non obstātibus diuisionē Iust. probabis. neq; primū argumētum obstat, quoniam cum sequentibus titulis de his tantūmodo obligationibus Imperator dicere patet, quæ legitimæ sunt, & ad agendum efficaces, naturales autem obligationes actiones non producant, vt diximus. d. nu. 10. iure optimo eas prętermisit.

5 † minus obstat tex. in d. l. obligationes. 26. est enim verisimū, nulla ciuili vel prætoria lege obligationē induci posse, quæ suis viribus non subsistat, id est, quæ præexistentē causam quæ legislatorē mouere ob bonū publicū possit nō habeat. ergo si Ciuilis lex Prætor ve obligationem induci ex turpi promissione, quæ tut bonis moribus ciuilibus, aut naturalibus repugnaret, vellet, præstare id non posset: tūc enim lex legitimā aliquā efficere potest obligationē & efficacē eam reddere quoties vel æquitas, vel
6 salus populi id expostulat. † Legitimæ igitur obligationes sunt illæ quæ vel à lege inducuntur, vel cōfirmantur, l. ex hoc iure. 5. in prine. & in versi. *exceptis.* D. de iusti. & iure iuncta glo. ibi. eo. ver. l. legitima. 6. l. iurisgentiū. 7. in prin. D. de pactis. iunctis quæ scripsit Ferd Mendo. lib. 1. disput. cap. 3. nu 21. licèt ea nō probet Felicianus. lib. sing. de censibus. cap. 1. n. 11. Exempla obligationū quæ iure ciuili legibusve sunt cōstitutæ aut approbatæ, cōstitutes. Priorū, in literarū obligatione, de qua late ad pri. sup. h. t. & in ea quæ hodie nascitur ex pacto de donando. l. si quis argentū. §. fi. C. de donat. & cum l. 12. Tabularū heres legatarijs obligat. §. heres inf. de oblig. quæ ex quasi contract. nascunt. in obligatione legis Aquiliæ vt per totū. D. ad legē Aquiliā. & inf. eod. tit. & alijs exēplis Hotomani hic, cnūtia. 5. Posteriorū in omnib⁹ obligationib⁹ quæ ex iurisgentiū cōuētionib⁹ iure ciuili admissis oriūtur. d. l. ex hoc iure. d. l. iurisgentiū, quæ quāuis iure gentiū oriantur & naturales obligationes sint, quia iure ciuili admittūtur & cōfirmātur ciuiles quoq; rectè appel-
7 lantur, d. l. legitima. 6. D. de pact. † Prætoriarum autem, & earum quæ Honorariæ dicuntur vt originem intelligas præmitte, initio Pop. Romani ius in eodem Populo Consules dixisse l. 2. §. ex actis. D. de origine

iur. postea verò cum bellis finitimis Consules
8 vocarentur, magistratus, † qui in vrbe ius diceret creatus fuit, isque Prætor Vrbanus appellatus. d.l.2. versi. *cumque Consules.* cuius magistratus summa fuit authoritas, nã &c. Ciuile supplere, interpretari, & emendare poterat. l. ius autem ciuile. 7. D. de iustitia, & iure. tex. in princi. (vbi quoq; diximus) supra, de bon. poss. licèt contra leges facere non posset. l. 1. in fin. principij. D. de feriis. l. cum sponsus 12. §. fi. D.
9 de Publiciana. † Cæterum priusquam ius diceret, cuique notum esset, quemadmodum ius dicturus esset, edictum proponebat, sic dictũ, à verbo, *edicere*, quod ante denũciare vel prædicere significat. l. 2. ver. *eodem tempore.* D. de origine iur. quæ edicta solùm per annũ durabãt, quia & anno finiebatur officium Prętoris, tex. in princ. inf. de perpet. & temp. actionibus. postea verò authoritate D. Hadriani perpetua facta sunt, & à Saluio Iuliano in vnum composita & ordinata. l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de veteri iure enucleando. l. penultima. C. de condictione indebiti. explicat omnium optimè D. Ferd. Mendoça lib. 1. disputat. iuris Ciuil. c. 2. & plura de Edicto Prætorum & aliorum Magistratuum nouissimè scribens eruditus Ludouicus à Paramo, lib. 3. de origine & progressu officij Sanctæ Inquisitionis. q. 5. ex nu. 1. cum sequentibus, vnde obligationes quas Prætor ex edicto suo induxit prætoriæ sunt, quia eas ex sua iurisdictione, cuius pars est edictum, cõparauit. l. obligamur. 52. ver. *iure honorario.* D. de obligationibus. & act. exẽpla sunt, *Publiciana, Rescissoria, Seruiana, Hypotecaria, De constituta pecunia*, & si quæ sunt similes. §. sed istæ quidem. cum sequentib. inf. de actionibus.

Ne autem putes inanem hanc inuestigationem esse, obseruabis, obligationes Prætorias annales esse, ciuiles verò perpetuas, tx. in princip. infr. de perpet. & temp. act. quia videlicet Prætoris officium ex cuius iurisdictione comparatæ illæ sunt, annale similiter erat, ius autem Ciuile quo hæ comprobantur, aut induc-
11 untur perpetuam causam habet. † Cur autem Prætoriæ obligationes Honorariæ etiam dicantur explicant hic omnes & colliges ex d. l. 2. §. eod. tẽpore. D. de origine iuris. d. l. ius autem. 7. D. de iust. & iur. d. l. obligamur. 52. D. hoc tit. §. Prętorum quoque edicta. supr. de iure naturali.

§. *Sequens diuisio.* 2.

1 *Obligationes omnes aut ex contractu, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio oriuntur. & .nu. 8.*
2 *L. 1. ibi.* Ex varijs causarum figuris. D. *de obligati. & act.*
3 *Communis huius l. 1. interpretatio.*
4 Causa *pro negocio. in. d. l. 1.*
5 *§ Omnium, ibi.* Et alijs quibusdam modis, *infra. de Actionibus. & n. 7.*
6 *Alia interpretatio. d. l. 1.*
8 *Obligatio ex contractu nascitur vbi mutuus contrahentium consensus intercenit.*
9 *Obligatio, vt ex contractu nascatur, mutua obligatio non requiritur.*
10 *L. Labeo. 19. §. contractum. D. de verbo. signif. rectissime interpretatur.*
11 *Obligatio, ex quasi contractu quando nascatur.*
12 Quasi *verbum, denotat improprietatem.*
13 *Obligatio ex maleficio quando oriatur.*
14 *Obligatio ex quasi maleficio.*
15 *Obligatio naturalis, in delictis an oriatur. Accursij contrariæ sententiæ.*
16 *L. imperatores. 34. ibi.* Ipse te huic pœnę subdidisti. *D. de iure fisci.*
17 *Obligatio naturalis nascitur ex æquitate.*

1 OMnes obligationes quę efficaces actiones producunt & iure ciuili, aut prætorio vel inductæ sunt vel confirmatæ, aut ex contractu oriuntur, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio.

2 Sed obstat dict. tx. in l. 1. in prin. ibi. *aut proprio quodã iure ex varijs causarũ figuris.* D. hoc ti. vbi I. C. Gaius obligationũ causas referens, eas ex cõtractu, aut ex maleficio nasci dixit, aut proprio quodam iure ex varijs causarum figuris, neq; tamen quasi contractus, aut quasi maleficij meminit.

3 Huic difficultati varijs modis satisfaciũt interpretes ibidem. & in §. omniũ inf. de actionibus, cõmunior verò interpretatio est, quã Accur. ibi. verb. *figuris.* scribit, ea verba ad obligationes quæ ex quasi contractu & ex quasi maleficio oriuntur referenda esse probant Bar. & cæteri, Zasius. n. 1. & Hotom. enunciatione. 1. in princ. Benincasius. in. §. omniũ. n. 224. inf. de actionib⁹, Mynsing. Eguinar. & Baldu. & Oy-
4 notom. hic, pro qua interpretatione facit † *causam* ibi pro negocio vsurpari, vt in. l. certi cõdictio. 9. D. si cer. pe. quasi obligationes illę oriãtur ex iure quodã à puro contractu & à puro maleficio secreto ex varijs negotijs, quæ neq; cõtractus, neq; maleficia sunt. hancq; I. C. mentẽ fuisse ex eo colligi potest, quod in. d. l. 1. vsque ad l. ex maleficio. 4. illo ti. agit I. C. de obligationibus, quæ ex cõtractu, & ex maleficio nascũtur, statim verò ex l. si quis absentis. 5. eiusti. agit de obligationib⁹, quæ ex quasi cõtractu oriuntur: cũ igitur singula diuisionis mẽbra sequentibus legibus explicare nitatur de illis in
5 principio locutũ fuisse videtur. † Quẽ eundẽ sensum habent verba Imperatoris Iustinia. in §. omnium. ibi. *& alijs quibusdam modis.* inf. de actionibus, vt sententia sit, actiones personales dari in eũ, qui ex cõtractu aut maleficio obligatus est, & alijs quibusdã modis, ideſt, ex quasi cõtractu, & ex quasi maleficio, ex quibus etiã obligationes oriũtur, iuxta nostrum textum,

6 Quæ

6 Quæ omnia etsi verissima sint, tentari posset, nũquid I. C. Caij verba (*aut proprio quodã iure ex varijs causarum figuris*) ad actiones reales, vel ad obligationes ex quib⁹ istiusmodi actiones oriuntur referri possint, quæ ex varijs causarum figuris oriuntur, non ex contractu, vel quasi, non ex maleficio, vel quasi, cum nullum negotium contraxerit, nullúmve maleficium commiserit qui rem possidet quam bona fide ab alio emit. † quod vtique non obscurè videtur docere idem Imperator in d.§. omniũ. ibi. 7 (*sant cum eo agit qui nullo iure ei obligatus est.* ea enim verba (*nullo iure*) ad contractum, maleficium, vel quasi, sunt referenda, ratione tamen possessionis obligatus est ex varijs causarum figuris, vt quia dominus sim, vel emphiteota, vel vsucapere cœperim. hæ, & aliæ similes causæ variæ causarum figuræ à I. C. appellari potuerunt in d.l. 1. D. h. t.

8 Igitur vt ex nostro text. constat obligationes omnes oriũtur vel ex cotractu, vel ex quasi cõtractu, vel ex maleficio, vel ex quasi maleficio. Ex cõtractu obligatio nascitur, quãdo mutuus vtriusq; cõtrahẽtis cõsensus interuenit. l. 9 1. §. conuẽtionis. & §. adeò. D. de pactis. † neq; vt ex cõtractu obligatio nascatur obligationẽ mutuã & reciprocã vltrò citrò q; nasci necesse 11 est, vt falsò cõmunis interpretũ sententia resoluit, ex l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verb. signific. id enim si admitteremus cõsequens esset, mutuũ, cõmodatũ, depositũ, & alias cõuentiones, in quibus ex vna tantũmodo parte obligatio oritur, cõtractus nõ esse, quod tamẽ ferẽ 12 dum nõ est, propter. l. certi cõdictio. 9. §. quoniã. l. ciuitas. 27. D. si cert. petatur. l. vnica. C. vt actiones ab heredibus. l. iubemus. 14. versi. *verum*. C. de sacros. ecclesijs. l. si donationis. 7. C. de his quæ vi. l. contractus. 16. C. de fide instrum. l. si quis emptionis. 8. C. de præscriptione trig. ann. & text. vulgarem, in l. iurisgentiũ. 7. in princ. D. de pactis.

10 † Neque contrariũ probat tex. in d.l. Labeo. §. contractum, quoniam omissis pluribus, quæ 13 iuxta eius interpretationem cum alijs nouissimè resoluit Petrus Nicolaus Mozzius tractatu de contractibus in genere, articulo secundo verissimè resoluendum est, Vlpianum ibi ex 14 sententia Labeonis docere proprietatem horum trium verborum. (*agere, gerere, contrahere*) & quid interactum, gestum, & cõtractum differat ostendere, admonereque actus nomen generale esse, cõprehendens omne illud quod fit vel re, vel verbis, & sub se habere tamquã duas species diuersas contractum & gestum, sicque 15 actum erit genus, quoniã tam proprie dicitur & prædicatur de actu qui fit verbis, vt de stipulatione, quã de eo qui fit re, vt de numeratione creditæ pecuniæ. Quæstũ vero (quod est vna eius species) solum dicitur illud quod fit re sine verbis. Cõtractũ autem illud, quod fit solũ verbis sine re, & cùm I. C. posuit exẽplum in conuentionibus nominatis, quæ sine re absq; traditione fiunt, pariuntq; obligationẽ, vt emptio, venditio, locatio, cõductio, societas. Igitur Vlpia. noluit in d.§. contractũ definire contractũ prout est conuentio, quod sanè alienum erat, à proposito tituli de verb. signifi. sed solum voluit exprimere proprietatẽ verbi *contrahere & contractum*. prout distinguitur ab acto & gesto. Quæ interpretatio præterquã quod satis quadret tit. de verb. signifi. cui ex illa subiacet, cõuenit etiã Labeonis cõsuetudini, cuius sententia ibi refertur, qui cum Latinæ linguæ esset studiosissimus, singularũ vocum originẽ percalere semper contendebat, vt ea scientia plerosque Iuris Ciuilis nodos dissolueret, vt refert Agellius. lib. 13. noctium Atticar. c. 10. ita tx. in d.§. contractũ interpretatur (licet nõ sic explicet) Thobias Nonius. in præsenti, à quo habuit (licèt dissimulet) D. Ferdi. Mendoça, omnium optimè & latissimè rẽ prosequutus. lib. 1. disputationũ Iuris Ciuilis, cap. 4. nu. 33. & li. 3. cap. 2. nu. 2. Ergo vt prædiximus, ex cõtractu obligatio nascitur, quando mutuus duorũ pluriúmve consensus adest, etsi ex vna tãtummodo parte obligatio sit vt in mutuo, commodato, deposito.

Ex quasi contractu verò oritur, quãdo etsi nõ adsit vtriusque partis consensus negotium tamen contractui finitum celebratum est, vt in omnibus exẽplis ti. inf. de obliga. quæ ex quasi contr. nasc. l. si quis absentis. 5. D. h. t. dicitur- 12 que quasi contractus, idest improprie cõtractus, † dictio enim *quasi* nota est improprietatis, l. 2. D. de inofficioso testa. vt quasi castrense peculiũ, quasi dotalis fundus, quasi Seruiana, quasi priuilegiũ, & multis alijs in rebus & casibus, quos & superiores refert & cõprobat Pratejus lib. 16. de verb. signi. verb, *quasi*, & in proposito explicat Iusti. in princ. ibi: *quas ex nullo contractu proprio nasci manifestũ est*. inf. de obligat. quæ ex quasi contr. nasc.

13 Ex maleficio nascitur obligatio, quãdo quis delictum aliquod cõmittit, & facto suo tenetur. vt in omnibus exemplis, ti. 1. & sequentiũ. inf. lib. 4. l. ex maleficio. 4. D. h. t.

14 Quoniã vero in delictis dolus requiritur, neque citra facientis dolũ & volũtatem delictũ cõmitti dici potest. l. in lege Cornelia. 7. l. D. Adria. 14. D. ad leg. Corn. de siccarijs, cũ alijs, proximũ autẽ est delicto, quẽ ex facto meo, etiã præter voluntatẽ meã lædi, quasi ex maleficio obligor, vt in omnibus exemplis, inf. de 15 oblig. quæ ex quasi delicto nasc. † Qua in re etsi cõtrouersum fit. vtrũ ex delicto, naturalis obligatio nascatur, an vero ciuilis tãtũ. & Acc. in §. ius autẽ gentiũ. ver. *pœne*. ad fi. existimauerit, ciuilẽ tantũmodo oriri, ipse tamẽ sibi contrarius vtramque admittit, in l. 1. §. bestias. verbo. *honorari*. D. de postulando. & in l. seruus.

14.verb.*non suo*.D.de his qui notantur infam. quem ex alijs probat Couar.in c.alma mater. 1.§.10.n.10. de sententia excommunicat. lib. 6.Pro quo facit tx. hic coniuncto princ. sup. eod.tit. & illis quæ ibi diximus, docentes ciuilem & naturalem obligationem simul à Iusti.definiri,& ita ante alios scripsit Bart. in.l. ex hoc iure,n.15.D.de iust.& iure.& communem testatur ibi Oroscius, n.68.Fortun.Garsia.in.l.legitima.n.14.D.de pactis. Illud autē quod eadem cōmunis probat hoc in casu naturalem obligationem quā oriri dicimus ex con
16 sensu nasci,ego nō admitto, † neque moueor, I.C.authoritate.in.l.Imperatores.34. ibi: *ipse te huic pœnæ subdidisti*. D. de iure fisci. & in l. prohibere.3.ibi.*ergo magis facto tuo*. D. quod vi aut clam. & in.l. 15. ibi. *el mesmo se mete en seruidumbre*.tit.13. p.2. quibus authoritatibus concinit Ouidius.lib.2.amorum,elegia. 7. sic.

Atque ego peccati vellem mihi conscius esse
AEquo animo pœnam,qui meruere,ferunt.

Quoniam affero delinquentem in pœnam non consentire,nemo enim eam sua spōte subijt,c. 1.15.quæst.1. notāt Nonnius hic.Cou. iam relatus.& cum multis eleganter eruditus Pinellus in authentica,nisi tricennali,n.32.C. de bon.maternis. Vnde ex consensu naturalis
17 obligatio nasci non potest, cum nullus sit : † nascitur ergo ex æquitate naturali, quæ propter publicā vtilitatē delicta puniri suadet.l. ita vulneratus.51. D. ad leg. Aquil. l. si à reo. 71.§.id quod vulgò.ibi: *Nam pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet*. D. de fideiusoribus. AEquitas autē naturalis,sola sufficiēs est naturalē obligationem producere. l. Stichum. 95. §.naturalis.D.de solutionibus.Neque huic obseruationi obstat d. l. Imperatores. cum alijs, quoniā delinquēs maleficio consentit,nō pœnæ legali,quā lex ciuilis contra eius voluntatem inducit, & ita sunt accipiendæ superiores authoritates,ex mēte Bart.in d.l. ex hoc iure, n.15.quem sequitur Pinellus,d.n.32.

§. *Prius. fin.*

1 *Obligationes omnes quæ ex contractu nascuntur aut re,aut verbis,aut literis,aut consensu fiūt.*
2 *Literarum obligatio Iurisconsultorum ætate incognita.*

1 DICTVRVS Imp.Iust.de oblig.quę ex contractu nascūtur, eas quatuor modis nasci hīc probat, aut enim re cōtrahitur obligatio, aut verbis,aut literis,aut consensu,vt prolixè docet ex ti.seq.vsq; ad tit.de mādato, vbi vltimum subijcitur exemplum obligationis,quæ ex contractu nascitur.

2 Neq; vt Iustin. diuisionē hīc falsam dicas, mouere te debēt.l.1.§.1.l. ex malefic. 4.l.obligamur.5. in prin.D.h. tit. quib⁹ in locis nulla literariæ obligationis mentio fit. Quoniam ea, sęculo & ætate Iurisconsultorum erat incognita,vt latè inf.ad tit.de literarū obligationibus, dicemus.Et nouissimè obseruat Fœlicianus de censibus,lib.1.c.1.num.11.

TITVLVS XV.
Quibus modis re contrahitur obligatio.

In Rubricam, & principium tituli,ibi. Re contrahitur obligatio.

1 *Obligatio nulla sine consensu nascitur, & n.4.*
2 *Obligatio in contractibus innominatis ante rei traditionem non nascitur,& nu.7.*
3 *Contractus,nullus sine re celebratur, & nu.8.*
4 *Obligatio efficax nulla oritur nisi iusta causa subsit.*
5 *L.Iuris gentiū.7.§.sed cum nulla.D.de pactis. L.2.§.circa.D.de doli mali & met.exceptione.*
6 *Obligationes re contrahi quare dicatur, & quæ sit differentia inter obligationes quæ ex contractibus innominatis oriuntur,& has quæ re contrahuntur,& num.sequen.*

OSTENDVNT verbā huius rubricæ, expresseque dixit Iustin.in §.fi. sup. tit.proximo, aliquas esse obligationes(quas in hoc tit.enumerat)quę rei interuentu contrahantur,& consensum nō desiderent,dixit enim quasdā obligationes re cōtrahi,alias verbis,alteras literis, quasdā cōsensu,quasi in prioribus tribus casibus & obligationū speciebus cōsensus non sit necessarius.

1 Sed tunc implicabiles enascuntur difficultates.Prior est ex generali VIpiani sententia in l.1.§.conuentionis.§.adeò.D.de pactis. vbi ex Pedio refert VIpian.nullum esse contractum, nullā obligationē, siue re,siue verbis fiat,quæ
2 nō habeat in se conuentionē. † Sequens est, esse etiā & præter species & casus à Iustin. in hoc tit.enumeratos, alios in quibus non antea obligatio producitur,quàm res interueniat, & actualiter tradatur, vt in permutatione cæterisq; contractibus innominatis.l. 1. §. itē emptio.ibi.*permutatio autē ex re tradita initiū obligationi præbet*.D.de rerū permutatione.l.naturalis.5.§.1.D.de præscript.verbis.l. iuris gentiū.7.in prin.D.de pactis,hocq; est quod dicitur ex alterutra parte implementū sequutū esse oportere, vt obligatio nascatur. † VItima
3 est, nullū cōtractum sine re celeb.l. nec empt. 8.D.de contrab.empt.§.vēditæ.sup. de rerum diuis.l.obligamur. 52. vers. *consentientes*.D. de oblig.& act.l.scire debem⁹. 29. D.de ver.obl.

Quibus difficultatibus vt occurras,obseruabis,quod etsi generaliter verū sit,nullū cōtractū esse,nullāmve obligationē deficiēte cōsensu nasci,plures tamē esse casⁱ⁹, in quib⁹ nisi præter cōsensū aliud interueniat iur.ciu. obligatio non

non nascitur, quia non potest quis efficaciter manere obligatus, quâ si iusta causa præcedat,
5 aut in promissione, aut in contractu, † sic intelliges tex. in l. iuris gentium. 7. §. sed cum nulla. D. de pactis. l. 2. §. circa. D. de doli exceptione, cap. si cautio. de fide instrument. vt cũ alijs resoluit Ant. Gom. 2. tom. varia. cap. 11. nu. 3.
6 † in his autem contractibus qui re celebrantur, ante ipsius rei interuentum nulla subest iusta causa obligationis, ideoque non potest oriri obligatio, quoniam ex datione substantiam capit obligatio, tex. in princ. inf. de obliga. ex consensu. & ex re tradita initium obligationis constituitur. d. §. item emptio. eatenusque quatenus datum est contrahitur obligatio. l. si tibi decem. 17. in princ. D. de pactis. l. rogasti. 11. §. 1. D. si cert. petat. l. cum vltra. 9. C. de non nu. pecun. l. 3. tit. 11. par. 5. quam rationem expressit. I. C. in d. §. circa, in versi. *proinde*. vbi ex generali regula infert statim ad contractũ mutui qui re celebratur, vt in prin. inf. hoc tit. Quæ ratio cessat in obligationibus siue in cõtractibus qui solo cõsensu perficiũtur, quia ex vtraque parte pariũt obligationẽ, vt cõstat in princ. inf. de obli. ex cõsensu (& ibi diximus) semper enim adest iusta causa, vt quis maneat obligatus, obligatur enim primus, quia secundus est obligatus, & secundus quia primus est obligatus, & sic obligatio vnius est iusta causa obligationis alterius, cui verissimæ rationi accedere poterunt quæ scripserunt Cõnan. lib. 7. commen. cap. 6. nu. 2. Lafarte de decima venditionis, cap. 1. nu. 22.

7 Sequens difficultas non obstat, quoniam ideò contractus innominatos dicimus re non celebrari, quamuis ad producendam obligationem rei interuentus requiratur. d. §. item emptio. quòd hi contractus sola conuentione incipiunt esse, quia consensu contrahuntur. d. l. naturalis, in princ. ibi. *conuenit inter nos*. D. de præscrip. verbis. rei autem interuentus non ad existẽtiam contractus, sed ad eius effectũ exigitur, si enim conueniamus vt ego tibi aliquã rem dem, vt tu mihi aliã des, statim cõtractus est innominatus, sed imperfectus quousq; aut ego rem dem, aut rem accipiam, quæ datio si sequatur nascitur ciuilis obligatio rei traditione corroborata. d. l. iuris gentiũ. 7. in princ. D. de pact. d. l. naturalis. 5. §. 1. D. de præsc. verb. In his verò contractibus qui re celebrãtur, ita rei requiritur interuẽtus, vt vsq; ad rei traditionẽ neque obligationem producant, neque existere dicantur, in quo vltimo differunt à contractibus innominatis, neque enim sufficit conuẽtio partium, vt aliquis contractus celebratus dicatur, nisi res quoque, de qua conuentum est, tradatur & interueniat, & inde licèt tu & ego centies cõueniamus de mutuanda pecunia, vel deponenda aliqua re, ego ex tali conuentione nunquã tibi obligor ex mutuo, vel deposito, ni
8 si pecuniam actualiter numeres vel rem deponas, aliud est enim contractus, aliud promissio de cõtrahẽdo, quæ est sententia Accur. in princip. huius tit. glos. 1. in princ. vbi Faber. nu. 7. Iaf. in l. in bonæ fidei. D. de eo quod certo loco. Berenganus Fernandez in l. pacta conuenta. 2. par. nu. 87. D. de contrah. emptio.

Denique non obstat vltimum argumentũ: quoniam etsi verum sit ex d. l. nec emptio cũ alijs, in omnibus contractibus rem desiderari, ideò tamen (vt nonnulli putant) hi contractus re celebrantur, eosque re contrahi dicitur, quia in eis agitur de eadem re in contractu deducta restituenda, siue in genere, vt in mutuo tex. in princ. huius tit. vbi latè dicemus, siue in specie vt in commodato depositio, pignore. Hanc opinionem refert Fortunius Garcia in l. iuris gentium. nu. 66. D. de pactis. quod sanè in alijs contractibus non euenit, vt in emptione, & locatione, in quibus non agitur de eadem re restituenda, sed vt pecunia detur pro re vel vsu rei. d. l. naturalis. 5. §. 1. D. de præscrip. verbis. §. itẽ pretium. vbi diximus, inf. de emptio. & vendi. tex. in princ. infra de locatione & conduct. & pro ea facit tex. in l. 1. §. is quoque. & §. creditor. D. de oblig. & act. §. præterea, & §. fin. huius titu. vbi qui commodatum, depositum, vel pignus accepit re obligari dicitur, quia de re restituenda tenetur.

Sed, vt ego existimo, longè verius est, in his contractibus re obligationẽ contrahi dici, quoniam etsi in omnibus rem interuenire necesse sit, & sine ea consistere nequeant, sufficit tamẽ conuentio de re, vt tanquam perfecti producãt obligationem licèt nõdum res actualiter interuenerit, l. 2. D. de obligationib. & actionibus. Tex. in prin. inf. de oblig. ex consensu, d. l. 1. §. item emptio. D. de rerum permutatione. tex. in princ. inf. de emptio. & venditio. in his verò non sufficit consensus siue conuentio de re mutuanda, commodanda, deponenda, siue pignoranda, nisi & res quoque actualiter interueniat, vt sup. in princ. diximus. & probat tex. hic, cũ alijs, inf. hoc titu. & post glos. verbo. *accepit*. in §. fin. inf. eo. notant hic Belonus. n. 4. Nonius. nu. fin. D. Ferdinan. Mendoza, lib. 3. Disputationum iuris ciuilis, cap. 2. nu. 1.

Principium tituli.

1 *Mutuum re contrahitur in his quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, & nu. 15.*
Mutuum transfert dominium in accipientem.
Mutuatarius non eandem rem, sed aliam eiusdem generis reddit, & num. 4.

2 *Mutuum in pecunia numerata tantum videtur consistere.*
L. 2. §. creditum. D. si cert. petatur. & num. 45. & 48.

3 *Noster textus, ibi.* & quandoque nobis nõ eadem. *& num. 50.*

5 L. Lucius. 24. l. die sponsaliorum. 25. §. qui pecuniam. l. Publia Mœnia. 26. §. Lucius. D. depositi. l. In naue. 34. D. locati.
6 L. in contractibus. 14. C. de non num. pecunia.
7 L. Singularia. 15. D. si cert. pet.
8 L. Frater à fratre. 38. D. si cert. petat.
9 Pupillus si pecuniam credat, ea consumpta mutuum contrahitur.
10 Pupillus dominium in accipientẽ non transfert.
11 Mutuum in alienis nummis sæpè consistit.
12 L. certi conditio. 9. in princ. D. si cert. petat.
13 Mutui definitio.
14 Mutuum re celebratur, eatenusque obligationasc itur quatenus datum est.
16 Numero, põdere vel mensura consistere res dicimus, natura, aptitudine, vel consuetudine.
17 Mutuum quare in his tantummodo rebus consistat, maximè controuertitur. nu. sequen.
L. 2. §. Mutui datio. ibi. quoniã earũ datione.
D. si cert. petat. possumus in creditum ire.
18 Genus apud Dialecticos, est quod prædicatur de pluribus differentibus specie.
19 Species apud eosdem quæ prædicatur de pluribus differentibus numero.
20 Genus iurisconsulti appellãt, quod Dialectici speciem dicunt: speciẽ verò, quod illi indiuiduũ nominant.
21 Crediti verbum, latissimam habet significationem.
22 Creditum propriè mutuum significat, & quare. num. 24.
23 Rubrica. C. si aduersus creditorem explicata.
24 Fidem alienam magis sequitur qui dominium in alium transfert.
25 L. 2. §. Mutui datio. ibi. quia in genere suo functionem recipiunt. D. si cert. pet.
26 L. 2. §. Mutui datio. ibi. per solutionem magis, quam per speciem. D. si cert. petat. ejus lectio animaduersa.
27 Functionem res recipere, eas alias aliarum vice fungi, eiusq; locum subire.
28 Mutuatarius rem alterius generis soluere non potest nisi imminente necessitate.
29 Authen. Hoc nisi debitor. C. de solutionibus.
30 Mutuatarius pro vino, oleo, tritico & similibus, pecuniam an soluere possit.
Communis, pecuniam soluere posse docet.
31 Contrariam sententiam defendit Bartolus.
32 L. si ita fideiussorem. 43. D. de fideiussoribus.
33 L. vinum. 22. D. si cert. pet. & l. si sterilis. 21. §. cum per venditorem. D. de act. empt.
34 L. Si quis stipulatus fuerit decem in melle. 57. D. de solutionibus.
35 L. Titia Seio. 89. D. de leg. 2.
Tessera, quid significet.
36 Massam argenti, auri ve qui accepit, an pro ea pecuniam soluere possit.
37 Soluere an possit quis in nummis alterius generis. latè discutitur num. sequen.
45 Pecuniæ appellatio omnia quæ in patrimonio nostro sunt corporalia & incorporalia complectitur.
46 Pecunia vnde sic appellata.
47 Pecuniæ appellatio, frequenter res quæ põdere, numero, & mensura constant complectitur.
50 Dictio, Quandoq;, idem quod, quandocunque.
51 Mutuum vtrum consistat, si eadem nummorũ corpora reddantur, & num. 54.
L. 52. in princ. ibi: recepturi. D. si cert. petat.
52 Verba futuri temporis suspendunt, & conditionem inducunt.
53 Conditio præcisè debet impleri.
54 Mutuum vt contrahatur sufficit ab initio eo animo, vt idem in genere redderetur, fuisse.
55 L. pretij causa. 9. C. de rescind. venditione.
56 L. si pro mutua. 8. C. si cert. pet.
L. Rogatti. 11. D. si cert. pet.
57 L. Pro parte. 11. D. de seruitutibus.
58 L. 19. tit. 11. l. 1. l. 3. tit. 16. lib. 5. recopil.
59 Primogenij bonis regia facultate alienatis non tenetur emptor probare pretium subrogatum fuisse.
60 L. Lucius. D. depositi. & similium legum Decij interpretatio. & nu. seq. vsque ad nu. 84.
Tantumdem cum reddendum est, vtrum mutuum, an vero depositum sit latè disputatur.
Mutuum contrahi putant Decius, & alij.
61 Dominium transferri in accipientem est contra substantiam depositi.
62 L. certi conditio. 9. §. fin. D. si cert. petat. & numero. 81.
63 L. quod si ab initio. 10. D. si cert. petat. & numero. 77. & 82.
L. 1. §. eleganter. D. depositi.
64 L. cum manu sata. §. fi. D. de contraben. emptione. & num. 83.
Dominiũ transit ex contractu emptionis ideò pactum, ne transferatur eam perimit, & n. 83.
65 Decij opinio reprehensa, & depositum eo casu durare.
66 Vsura in contractibus bonæ fidei debentur ex die moræ.
67 Vsuræ in contractibus stricti iuris citra stipulationem non debentur.
68 Vsuræ debẽtur Iure Ciuili cõtra Dominicũ Soto.
69 Depositum irregulare contrahi. in d. l. Lucius. & similibus putat communis.
70 Depositum potest quandocunque reuocari.
71 Mutuum reuocari antequam quis vtatur non potest. L. incommodato. 17. §. situt. D. cõmod.
72 Exceptio nõ numeratæ pecuniæ in solo mutuo locum habet.
73 Compensatio non habet locum in depositio.
74 Generis debitor nullo casu liberatur.
75 Communis opinio reprehenditur.
76 Alia noua interpretatio refertur. Tantumdem reddi ineſt ex natura depositæ pecuniæ numeratæ.
77 Tantumdem vt reddatur, vbi pecunia nõ numeratur, mutuat contractum depositi.
78 Reprehenditur noua interpretatio.

79 Docto-

79 Doctoris Gabrielis Henriquez noua interpretatio proponitur, & nu.seq.
81 Dictio, quasi, proprietatem sæpè exprimit.
86 Obligatio, quam dicunt literarum, sine literis contrahi aut posit.& n.seq.
87 L.5.tit.21.lib.4.nouæ recop.
Cirographum recognitum executioni mandatur: confessio in iudicio facta instar sententiæ est.
Sententia quæ transiuit in rem iudicatam executioni mandatur.
88 L.si pignora.50.D.de euictionibus, remissiuè.
89 L. Scriptura. C. qui potiores in pignore habeantur.
Scriptura priuata tribus testibus subscripta quatenus publicæ assimiletur.
90 Confessi pro iudicatis habentur.
91 Mutuum ciuile contrahitur, in l. in contractibus.14.C.de non numerata pecunia.
92 Exceptio non numeratæ pecuniæ quam actionem excludat.
93 Principium tit. Infrà de literarum obligat.
94 L.1.C.de non num.pecunia.
95 Duplex difficultas.l. singularia.15.D.si cert. petatur.
96 Alteri per alterum non acquiritur.
97 Communis interpretatio.d.l.singularia.
98 Communis reprehenditur.
99 Procurator acquirere nobis possessionem potest.
100 L.qui negotia.39.D.mandati.& 102.
101 L.singularia.15.versicul.quod igitur.D. si cert.pet.
102 Antinomia Vlpiani, in l.singularia, & Africani in d.l.qui negotia.
103 Communis interpretatio.
104 Reijcitur communis.
105 Alia interpretatio glossæ.
106 Reprehenditur hæc interpretatio.
107 Noua quædam interpretatio.
108 Confutatur & hæc interpretatio.
109 L.pœnæ.19.& 1.l.repetitio.44.D. de condictio.indebiti, conciliatæ.
110 L.1.§.si rem.D. depositi. & l.venditor.21. §. non enim.D.de heredit.vel actio. vend. conciliatæ.
111 Noua illa Vlpiani, & Africani conciliatio reprehensa.
112 Plures interpretationes remissiuè.
113 Vera & noua conciliatio.
114 L.quoties.9.§. non tantum.D. de administrat. tut.
115 Adscriptio creditæ pecuniæ, quod genus negotij sit.
116 Filius famil.ex omnibis causis tanquam pater fam.obligatur.
117 Filius famil. ex mutuo quamuis obligetur, obligatio nulla dicitur, propter perpetuam exceptionem Senatusconf. Maced.
118 Filius fam.ex voto non obligatur, & quare. L.2.§.voto.D.de pollicitationibus.
119 Filius famil.cum patre, aut alio fratre in eadem familia existente contrahens, naturaliter tum obligatur.
120 Mutuum inter duos fratres sub eiusdem patris potestate constitutos contrahi non potest.
121 Accursij interpretatio, ad l. frater à fratre, relata, & reiecta.
122 Communis interpretatio illius legis.
123 Mutuum consumptione reconciliatur iuxta communem.
124 Reprehenditur communis.
125 Vera explicatio.d.l.Frater à fratre.
126 Peculium profectitium patris est.
127 Peculij profectitij filius liberam administrationem habet, ac si pater fam.esset.
128 In l. fratre à frater, vterque frater peculium habebat.
129 Intrepretatio existimantium vnicum tantum peculium fuisse in d.l. frater à fratre refertur, & probatur.
130 Reprehenditur hæc opinio.
131 L Sed etsi.11.§.si ab alio.D. ad S.C. Macedo. ad rem non pertinet.
132 Mutuum quod ab initio non constitit, consumptione reconciliatur iuxta communem.
133 Reprehenditur communis.
134 Consumptio non est actus acquirendi, sed potius amittendi dominij.
135 Condictio quæ datur in l. non omnis. 19. §. si pupillus. D. si cert. petat. est generalis, nõ specialis ex mutuo.
136 L. Pater filiæ.84.D.de iure dotium.
137 Commistione pecuniæ dominium acquiritur.
138 Condictio an vna, an plures.
139 Obligatio nascitur ex contractu à lege approbato.
140 Obligatio producit actionem, qua id quod nobis debetur prosequimur.
141 Actiones quæ ex contractibus nascuntur personales sunt.
142 Actiones personales condictiones sunt.
143 L. Quidam Hyberus.12.D.de seruitutib. Vrban.remissiuè.
144 Condicere, prisca lingua denunciare significat.
145 Certi condictio appellatur actio quæ pro mutuo datur, & quare.
146 Certi condictio quæ datur pro mutuo, an sit generalis, quæ datur vbicunque certum petitur.
147 Accursij opinio duplicè esse certi cõdictionẽ.
148 Contraria opinio Vltramontanorum.
149 Vtraque opinio falsa.
150 Certi condictiones tot sunt, quot causæ ex quibus oriuntur, ex opinione Vaconij quæ exemplis probatur.
151 Certi condictio generalis vna, eius species plures.

1 EOrum contractuum qui re celebrantur primum exemplum proponit Impera. Iustin. in mutui datione, docens eã tan-

tummodo in his rebus consistere, quæ pondere numero, mensuráve constant, in eoq; contractu dominium in accipientem transferri, & nõ eandem rem, sed aliam eiusdem generis reddẽdam esse. Idem deduces ex tex. vnde iste sumptus est in l. 2. in princ. & in §. 1. & sequẽtibus. D. de reb. cred. & si cert. pet. ex l. 1. §. re contrahitur. D. de oblig. Consonat tex. in l. 1. & 2. tit. 1. part. 5. explicat Vaconius, lib. 3. declarationum, declaratione. 46. & plures, ex nouioribus infra referendi.

2 Sed pro dubit. ratione cõtra superiorem cõclusionem, & singula nostri tex. verba, & in primis contra tex. ibi. *mutui obligatio in his rebus consistit quæ pondere, numero, mensuráve constant.* sic argumentor: Mutuum esse nõ potest nisi pecunia proficiscatur. tex. in d. l. 2. §. creditum. D. si cert. petatur: ergo non cõsistit in alijs rebus, etiam si appendantur, numerentur, aut metiantur.

3 Secundò, contra tex. ibi, *& quandoque nobis non eadem res, &c.* quibus verbis probari videtur regulariter eandem rem reddi posse, dictio enim *quandoque* significat, idest, aliquando. l. quod autem, septima. §. manumissionis causa, *sed quandoque perducatur.* D. de donation. inter. l. tutor. 35. ibi. *quandoque enim pupillo denegabitur actio.* D. de iure iuran. tex. in c. 1. ibi. *licêt ad agnatos quandoque pertineat*, sub tit. si vasallus feudo priuetur, in vsibus feudorum. tex. celebris. in l. si adrogator. 22. ibi. *vt quandoque restituat.* D. de adoptionib. Sic argumẽtor. De natura contractus mutui est, vt non idem corpus, sed eadem species reddatur, sed alia eiusdem generis, qualitatis & bonitatis, tex. in d. l. 2. in princ. & in l. cum quid. 3. cũ alijs. ibi. D. si cert. petat. tex. in d. l. 1. in princ. D. de oblig. & in d. 4 l. 1. partitæ, ibi. *Pero tenudo es de dar à aquel que gela presto otra tanto, è a tal è tã buena*: ergo nõ eadẽ res, idémve corp⁹, sive species reddi potest.

Tertiò, contra tex. ibi. *sed aliæ eiusdem naturæ & qualitatis reddantur*, quibus verbis docemur, tunc mutui contractum celebrari, quando non idem, sed tantundem in genere suo tendendum est, vt in superiori argumento probauimus, sic argumentor, hoc casu, non mutuum, sed depositum contrahi probant expressa iure. in l. Lucius. 54. in l. die sponsaliorum. 25. §. qui pecuniam. 1. l. Publia Męuia. 26. §. Lucius Titius. D. depositi. l. in naue Saufeli. 34. D. locati. in quibus deciditur non esse mutuum, sed depositũ. cum non est reddenda eadem res sed tantumdem in genere suo, eoque casu non certi condictionem, quã pro mutuo concedit hic Imperator, (de qua infra dicemus) sed depositi actionem competere.

6 Quartò. † Contra tex. ibi, *mutuum appellatum est, &c.* inf. quibus verbis docemur in mutuo, duo esse maximè necessaria, quòd scilicet pecunia dantis sit, & accipientis fiat. obijcitur tex. in l. in contractibus. 14. C. de non numerata pecunia, vbi mutuum contrahitur quamuis de meo tuum non fiat.

7 Quintò. † Contra eandem partem obstat difficilis tex. in l. singularia. 15. ibi. *obligaris mihi quamuis nummos meos non acceperis.* D. si certum petatur, vbi docet Vlpia. quod etsi quod mutuo datum est, dantis non sit, nihilominus mutuum contrahi potest. & tamen constat eo casu dominum accipientem fieri non posse, cũ nemo plus iuris, in aliũ transferre possit quàm ipse habet. l. nemo plus. 54. D. de reg. iuris, cũ vulgatis. Quæ difficultas ex d. l. singularia, longè magis stringit, ex versi. *quod igitur*, vbi I. C. ait, quod si debitorem meum iussero pecuniam quam mihi debet, ex causa mandati, retinere crediti nomine, mutuũ contrahitur, quo casu cum pecunia nunquam mea fuerit, sed mihi debita ex eodem tex. ibi, & ex tex. in l. res ex mãdato. 59. D. de acquir. rerum dominio, mutuum contrahi non posse, ex regula nostri tex. dicendum videbatur.

8 † Sextò, contra eandem partem sic argumẽtor. Inter duos fratres, sub eiusdem patris potestate constitutos. mutuum contrahi posse docet Africanus, in l. frater à frarre. 38. ibi: *pecuniã mutuatus.* D. de condictione indebiti, sed tamẽ hoc casu certum est pecuniam fratris creditoris non esse, cum quicquid acquisierit iure patriæ potestatis in dominio patris sit ex regula l. placet. 78. D. de acquir. hereditate, ergo etsi pecuniæ dominium in accipientem non transferatur, nihilominus mutuũ consistit.

9 † Septimo sic argumentor, si pupillus sine tutoris authoritate pecuniam credat, consumpta pecunia mutuum contrahitur. l. non omnis. 19. §. si pupillus. D. si cert. pet. † & tamen 10 hoc casu dominum accipientem facere non potuit, quoniam etsi dominium habeat, eius administratio ei interdicitur. §. nũc admonendi, vbi diximus, sup. quibus alienare licet, etgo quamuis dominium non transferatur consistit mutuum. † Quæ difficultas augetur, ex tex. in 11 l. nam etsi fur. 13. in prin. D. si cert. petatur, ex l. pater filiæ. 84. D. de iure dotium. l. si quis pro eo. 57. §. si nũmos. D. de fideiussoribus, in quibus omnibus, etsi nũmi alieni mutuo dati sint, mutuum contrahitur, competitq; condictio.

Octauò, contra nostrum tex. in fin. ibi, *nascitur actio quæ vocatur condictio*, obijcitur text. 12 in l. certi condictio. 9. D. si cer. petatur, in prin. vbi Vlpi. docet certi condictionem competere, ex omni causa, & ex omni obligatione ex qua certum petitur, sive ex certo contractu petatur, sive ex incerto, sive re fuerit contractus factus, sive verbis, sive coniunctim, ergo hæc actio, quæ condictio appellatur, pro mutuo specialis non est.

13 His tamen argumentis & difficultatibus nõ obstantibus, superior à nobis deducta conclu-

sio

sio verisima est, ad cuius explicationem, & nostri tex. intelligentiam, in primis præmittere oportet, mutui definitionem, quam scripsit Barto. in d.l.2.§.fi.D.si cert.petat.dicens, *Mutuum est contractus celebratus datione vera, vel ficta rei consistentis in pondere, numero, vel mensura cum spe recipiendi tantundem in genere suo.* quam diffinitionem communiter probant & explicant interpretes in.d.l.2.in princ.vt post antiquiores quos ibi referūt, tradūt Alex. in prin. Salice.in.§.appellata, Purpuratus in d.§.fi.nu. 123.Bolognet.& Curt.nu. vlti. licet nonnulli addant verbum, *stricti iuris*, nec multum discrepat diffinitio quam Cuiac. scripsit lib. 11. obseruat.c.37.cuius singula verba, infr.in dissolut. argum. explicabimus, & constant ex nostro tex.& legibus superius allegatis. † Mutuum ergò, contractus est qui re celebratur, vnde si res non interueniat nō poterit quis ex mutuo teneri.l.qui pecuniam.30. D.si cert.petatur.tex.in l.2.§.circa, versic. *proinde*. de doli exceptione. neque in plus obligabitur, quàm verè ei numeratum fuerit, tex.in l.si tibi decē. 17.in princip. D.de pactis, in l. rogasti. 11. §.si tibi.D.si cert.petatur. in l. cum vltra.9. C.de non numer.pecun.l.31.tit.11. part.5. † Consistitque; in his tantummodo rebus quæ pondere, numero, vel mensura constant, vt hic Iustinian.profitetur, & I.C.in locis.sup. allegatis, & in l.item si filius. 8. §.mutui datione.D. ad Macedonianum. † Quæ autem res ponderе, numero, vel mensura constent, intendit explicare Vaconius.lib.3. declarationum, declaratione.46. nu.2. ex communi tamen omnium Doctorum sententia in illis rebus mutuum cōsistit, quæ natura, aptitudine, & consuetudine, pōderari, numerari, mensurarive solent. † Sed quare in his, non alijs, mutuum consistat grauis est difficultas, ei tamen respondet Iulius Paulus in d.l.2..§.mutui datio, ibi, *Quoniam eatum datione possumus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt, per solutionem magis quàm per speciem, nam in cæteris rebus ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest.* Quam rationem &, verba, vt explicent interpretes anxiè laborant, verum quia in eorum explicatione bona pars vniuersalis cognitionis huius materiæ residet, paulisper subsistendum nobis est, ad exactamque intelligentiam prænotandum in primis † Philosophos appellare genus, id quod prædicatur de pluribus differentibus specie, nam animal prædicatur de homine, & bruto; & hæc specie differunt. † Speciem autem illam esse dicere, quę prædicatur de pluribus differētibus numero. Homo enim prędicatur de Antonio, & Frāciſco, quæ numero differunt. † At nostri I. C. speciem Philosophorum dicūt esse genus, nam homo, & triticum in iure referuntur ad genus: indiuidua verò Philosophorū, vt Antonius & Franciscus sunt secundū Consultos species. † Secundò prænoto, quod quamuis, *creditі* verb. latissimam habeat significationem omnesq; contractus, quos alienam fidem sequuti instituimus comprehendat, vt in edicto Prætoris, quod Vlpiā. interpretatur in.l.1.D.si certa petatur. † Propriè tamen ad mutuum refertur.l.creditores.10.versi. *sed si non sit mutua pecunia*.l.creditorum. 11.D.de verb.signi.quæ iura ad hoc expendit Franc.Cōnan.lib.7.c.1.n. 3.Iac. Cuiac. in paratitlis ad titu.D. si certum petatur.bonorū autorum testimonio compro bans. † Quibus addo tit.Cod.si aduersus creditorē, qui loquitur, de *credito*, propriè sumpto, scilicet ex causa mutui, vt aduertit ibi glos.rubricæ, & in l.1.verb.*contraxisse*.& in l.1. n.29. & in l.ciuitas.n.15.D.si cert.pet.est recepta interpretatio secundum Greg.in l.3.verb.*la Iglesia*, ti.5.p.5. & necessaria in specie legum illius tit. vbi qui contrahit cum minore debet probare ipsum factum locupletiorē ex cōtractu, aliàs minor restituitur.qui necesse non habet probare læsionem, quamuis regulariter huius rei probatio ei incūbat.l.nam & postea.9. §.si minor.D.de iureiurand.l.minorib.C.de in integrum restitut. quod ea ratione cōtingit, quia illæ leges loquuntur in creditore proprie sumpto ex causa mutui, contra quē stat præsumptio, quod minorē lęserit mutuum ei dādo, quo adolescētum mores facile corrūpuntur. l.1.D. ad Maced.quā differentiam inter pecuniam ex causa mutui, & eā quæ ex alia causa minori datur notasse videtur Iurisc. in l. quod si minor. 25.§.restitutio, versi. *sed partiū*. D.de minoribus.neq; in illis necesse est pecuniā sub vsuris creditā fuisse, vt contra cōmunem resoluit Ari.Pinel.in l.2.C.de rescindenda vend. 3.p. c.1.n.32.& n.33. † Creditum ergo proprius ad mutuum quā ad alios contractus refertur, licet enim, & in alijs contractibus quis credere dicatur.l.1.D.si cert. petat. & alienā fidem sequi, plenius tamē eam in mutuo sequitur, quoniam dominium transfert in accipientem, quare crediti appellatio longe magis ei conuenit, quia totam rem alienæ fidei committimus, cū tamē in alijs contractibus interdum solam possessionem (quam naturalem vocant) credamus l.qui pignoris.36.l.re pignori.37.D.de acquirenda possess. interdum vsum.l.1.§.primo. D. commodati. aliquando, neque hanc quidem, sed custodiam tantum.l.prima. D.depositi. l. cum pater.79.§.pater pluribus. D. de leg.2. quo fit, vt cum in mutuo transferatur dominium, vt nomen indicat. dicta leg. secunda. §.appellata. D. si cert. pet. textus hic, ad fin. in his dumtaxat rebus consistere possit, quæ in pondere, numero, mensuráve consistunt, quoniam earum datione possumus in creditum ire, hoc est (vt ego interpretor) alienam fidem plenius sequi transferendo dominiū tunc

tunc enim propriè dicitur in creditum iri, non aliàs. l. in naui. 34. versi. *ex superiori*. D. locati. l. Procuratoris. 5. §. planè. D. de tributoria actione. l. si ventri. 8. §. in bonis. D. de priuilegijs cre
25 dit. † Quia tamē hæc ratio non planè rem explicat, aliam esse annectit Iulius Paulus. *Quia in genere suo functionem recipiunt.* quæ similiter magnum negotium facessit interpretibus omnibus, præter ordinarios enim in hoc. §. & in d. §. mutui datio. l. 2. D. si cert. petat. plura scripserunt Zasius lib. 1. singul. intellectuum, cap. 1. Alciatus lib. 2. Paradox. cap. 20. Vaconius. lib. 3. declarationum, declaratione. 46. Duarenus, lib. 1. disputat. cap. 14. Carondas. lib. 1. verosimil. cap. 13. Ioan. Rober. lib. 3. Senten. cap. 14. Forcatulus in penu iuris. cap. 13. Curtius lib. 3. coniecturalium ad fratrem. cap. 30. Hoto. lib. 1. Disputationum. tit. de vluris, in princ. Conā. lib. 7. cap. 1. nu. 4. Ant. August. lib. 4. emend. c. 4. & 8. Molineus, de cōtractibus. nu. 17. Brisso nius, de verb. signifi. verbo *fungi*. Couar. in regul. peccatum, in initio. 3. partis. nu. 2. Peralta in l. Mæuius. §. duorum. nu. 6. D. de lega. 2. qui omnes latè in sententia illius tex. explicanda loquuntur, iuxta quam etsi conueniant, non tamē in eius verbis exponendis. Sed ego omissis quæ ab eis traduntur sic statuo, Iulij Pauli hāc esse mentem. Mutuum consistere in rebus quę pondere, numero, mēsuráve constant, quoniā eius naturæ sunt, vt possit quis propriè in creditum ire, earum dominium transferendo, & si bi satisfieri per solutionem aliarum eiusdem ge
27 neris quæ tantumdem præstent propter omnimodam similitudinem, quod in alijs rebus non contingit, in quibus si aliquis iret in creditum earum dominium transferendo, eueniret, vt cū alia res pro ea quam dedit sibi soluenda esset damnum pateretur, cum nulla sit tam æqualis æstimationis, vt in ipsius solutione, satisfactum creditori videri possit.

26 † Aio deinde non inferiorem difficultatem versari in expositione illorum verborum, *Functionem recipiunt.* & illorum, *Persolutionem magis quam per speciem*, ad quam præmittenda est lectio Pandectarum Florētin. quæ talis est. *Quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem quam specie.* Quam lectionem retinēt probati omnes Codices, post Pandectas Florentinas à Taurelo in lucem editas, excusi, quamque probant Ant. Augustinus. d. li. 4. cap. 8. & Haloander, qui existimant subaudiendam esse dictionem, *magis*, quam ineptè addiderunt qui ignorabant hoc loquendi genere à Græcis mutuato frequenter vti Iurisconsultos, vt in l. si hominem. 7. D. depositi. ibi. *cum posset non fusci pere tantem causam, quam decipere.* l. Pro herede. 20. §. fi. ibi: *hæc enim actio pœnam & vindictam quàm rei persecutionem continet.* D. de acquir. he red. l. pure, 5. §. fin. D. de doli exceptione. Et Imperat. in l. placuit. 5. C. de iudicijs. l. princi-

paliter. C. de liberali causa. l. vltima. C. de vsufruct. iuxta quam obseruationem dictio, *quàm* comparatiue accipitur, est tamen facienda cōparatio, provt Ant. August. conuertit, non inter *solutionem*, & *speciem*. sed inter *genus*, & *speciē*. vt sit sensus res de quibus hic, & in d. §. mutui datio. functionem recipere per solutionem in genere suo, magis quàm in specie. Vnde deducitur solutionem factam in alia re eiusdē generis maiorem vtilitatem afferre, quam si eadē res quæ data esset redderetur, quod tamen falsum est, licèt id conetur defendere Bolognetus ibidem nu. 9. Quapropter retenta lectione Pā dectarum Florentinarum existimo dictionem, *quàm*, non facere cōparationem, atque ita necessarium esse supplere dictionem, *magis*: sed potius facere relationem, ita vt referat verbū, *functionem*. sic ordinata litera, *earum datione possumus in creditum ire, quia per solutionem in genere suo recipiunt functionē quàm specie*, per ellypsin autem deest antecedens, *eadem*. quod sapè eleganter subticetur, vt in illo Virgilij. 4. AEneidos.

Nec venit in mentem quorum consedēris agrūs.

Sensus autem est solutio alterius rei eiusdē generis vicem illius quæ data est supplet, & tā tum præstat quantum si eadem res in specie redderetur, quod in alijs rebus non contingit, in quibus iniquum esset compellere creditorē aliam rem accipere, cum nō posset pro ea quæ data est, vice mutua ita fungi, vt idem omnino
27 præstaret, † Ex quibus constat *functionem recipere*, in illo tex. nihil aliud esse quàm vnam rē alterius vice fungi, eiusque locum subire, ita vt tantumdem præstet, vt exponunt Con. Carōdas, Brisonius iam relati, nec ab eis effectu discrepat Robertus lib. 3 sentētiarum. cap. 14. qui ad id allegat tex. in l. certum. 6. D. si certum petatur. l. liber homo. la. 2. D. ad legem Aquiliā. l. pretia rerum. ad legem Falcidiam, quāuis eorum nemo quæ iuxta hunc. §. adnotauimus fuerit assequutus.

28 Ex quibus iam constat quod cum ideo dicamus mutuū in his rebus consistere, quæ in genere suo functionem recipiunt, quia videlicet, alia res eiusdem generis mutuatæ tantundem præstat, consequens erit non licere debitori rē alterius generis soluere, veluti si pro vino triti cum, aut pro tritico vinum reddere velit, vt recte docuit Bart. in d. §. mutui datio, nu. 4 cōmuniter receptus, secundū Rip. nu. 2. Viglū nu. 64. Bolognetum. n. 21. & probat l. res in dotē. 44. D. de iure dot. l. si ita fideiussorem. 43. D. de fideiussoribus. l. eum à quo, 16. C. de solutioni. nisi imminente necessitate propter quam debi
29 tor pecuniæ pecuniam soluere nō possit † per tex. in Authentica, hoc nisi debitor. C. de solu. cui cōsonat. l. 3. tit. 14. part. 5. quorū iurium decisio obseruanda est concurrentibus his de quibus per Romanum singul. 163. Rip. in d. §. mutui

tui datio.n.25. Burſatum conſil.80.84. nu. 6. & 20.lib.1.Baeça,de inope debitore.cap.1.n.46. & cap.2. & 3. Ioſephum Ludouicum deciſione Peruſina.64.& 65.num.1.& ſequen.2.par. Gutierrez de iuram.confirmat.1.part.cap.29. & alios quos retulit Alſanus collectan.232.

30 An autem pro rebus mutuatis vino, tritico, oleo & ſimilibus pecuniam ſoluere liceat debitori dubitabilius eſt: licere docuit Iacobus de Arenis,quem refert Curtius,n. 11. & Decius col.2.in d.§.mutui datio. Alciatus in l. vinum.verb.*æſtimatio.* D.ſi certum petatur. Qui mouentur primo per tx.in l.prope modũ. 88. (aliàs l.tantum quiſq; 88.)D. de verb. ſignifi. Secundò adducitur d.l.ſi ita fideiuſſorem. 43. verſ.*quia non vt æſtimatio rerum.* D. de fideiuſſoribus. Tertiò l.vinum.22.D. ſi certum petatur. Quartò.l.ſi ſterilis.21.§.cum per venditorem.D.de act.empti. Quintò.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.57.D. de ſolut. iuncta Bartoli interpretatione, ibidem. Sextò.l. Titia Seio.89.D. de leg.2.

31 Quibus tamen non obſtantibus contrariam opinionem Bart.tenuit in dicto §.mutui datio. nu.5.receptus ſecundũ Purpuratum,ibi,n. 17. Decium in prima lect.col. 2. Bolognetum.n. 22.verſ.*Doctores tamen,* Viglium nu.64. & nu. 65.Quæ confirmari videtur ex regula tx.in d. §.mutui datio.ad fi.& l.Paulus. 99. (aliàs incipit.debitorem.99.)D. de ſolutionibus.

Iura autem pro contraria parte adducta parum,aut nihil faciunt,nam l. prope modũ pro opinione Bartoli potius facit,vt ex verbis ap-

32 paret,maximè in verſ.*ne quiſquam.* † Deinde. l.ſi ita fideiuſſorẽ,procedit ex volũtate vtriuſque contrahentis , quo caſu pecunia fungitur vice aliarum rerũ , non vero creditore inuito.

33 † Vlterius l. vinũ.& §.cũ per venditorem.loquuntur,quando debitor eſt in morã, quo caſu obligatio ſubrogatur ad intereſſe. Et licèt poſſet ſubtiliter inſtari cõtra hanc ſolutionẽ, eoquod ſequeretur melioris conditionis eſſe debitorem moratorem (ſiue morioſum,vt vulgo noſtri appellant) quam eum qui morã non commiſit,contra l.Seruus.4.ibi:*ne melioris conditionis ſint ſtulti quã periti.* D. quod vi, aut clã. Huic tamen obiectioni poteſt reſponderi, pecuniam ita demũ exigi à debitore morã cõmittente , ſi creditor velit,aliàs enim ipſam rem, quæ ſibi debita eſt, poteſt perſequi , quinimo eo caſu perſequutio rei nõ impedit, quin creditor agat ad æſtimationẽ damni ex mora ſibi illati,vt poſt alios notat Viglius in d. §. mutui

34 datio,n.65. † Facilis eſt etiã reſpõſio ad d.l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle,ſi aduertas,pecuniam ibi principaliter fuiſſe in obligatione , licèt mel quoque fuiſſet in ſolutione: vnde mirũ non eſt , debitorẽ poſſe ſolutione

35 pecuniæ,vel mellis liberari. † tx. verò in d.l. Titia Seio,vt explices & intelligas Bart. non obſtare,obſerua, Teſſerã nihil aliud eſſe quam ſymbolũ ad capiẽdas Princ.largitiones , quod ciuibus tantũ Romanis dari cõſueuit,quãdoq; ad frumentũ,quandoq; ad pecuniã, vt ex Suetonio in Auguſto notat Budæus in 1. part. adnotationũ adPãdectas ad d.l.ſed etſi ſuſcep. §.ſed libertus.D.de iudicijs.Alc.li.1. parerg.c. 16.Ant.Vaca ad l.Fœminæ.D. de Senat.vide fit,vt is cui teſſera legata eſt,ſi eã quoquomodo acquiſierit.poſſit nihilominus eius æſtimationẽ petere,quãuis aliàs duæ lucratiuæ cauſæ circa vnã eandeq; rẽ concurrere nõ poſſint, §. ſi res aliena,vbi latè diximus ſup.de legatis,quonã ibi nõ concurrunt circa eandẽ rẽ, quia in legato teſſeræ nihil aliud quã æſtimatio ad eam cõparandam videtur relictũ,cum teſſera, quã quis habet legari nõ poſſit,ſed à Principe, vel republica,emptione,vel alia cauſa acquirenda ſit,quod expreſſe probat l.mortuo boue. §. 1. D.de leg.2.atque hoc eſt quod Iur.Conſ.ait in d.l. Titia,tale fideicõmiſſũ magis in quãtitate, quã in corpore cõſiſtere,& inde vt vides cõſequens eſt,ibi nõ aliã,ſed eamdẽ rẽ , quæ debetur præſtari, non inuito ſed volenti creditori.

36 Ex eadem etiam reſolutione ad plures alias quæſtiones ſingulares inferunt ſolutiones repetentes in d. §. mutui datio, quas eſſet nimis longũ recenſere, ſed memorabilis eſt quã proponit ibi Bologn. n. 4.Nec illa omittẽda eſt, quam n.6.& 7.proponit Bart. an is qui maſsã argenti , aurive accepit poſſit pro ea pecuniã ſoluere.In qua etſi pro Bart.non facit lex, quã ipſe expendit,videlicet l. 1.iuncta gloſſ.ibi.D. de contrahenda emptione, vt notarunt Duar. ad tit.de in litẽ iuran.n.6.& li.1. diſputationũ, c.6.nec præterea leges tituli.C.de veteris numiſmatis poteſtate,nec tx.in c.quanto,de iure iuran.vt bene reſoluit Couar. de collatione veterũ numiſmat.c.7.Hotom.lib.ſingulari quæſtionum.quæſt.15. ego eius ſententiã tanquã in ſe veriſimã probo , vt ſi pecunia ſit eiuſdẽ bonitatis,quoad materiã cum argẽto, poſſit argẽti debitor in pecunia ſoluere: ſi verò non ſit eiuſdẽ bonitatis,ſed ære cõmixta,nõ poſſit,vt latius explicãt ibi Soc.n.10.Rip.n.13.Iaſo. n. 5.Decius 1.lect.n.6.Vig.ex n.66.Bolog.ex n. 21.quod frequentius eſt ex generali cõſuetudine,quam poſt Bart. omnes probant, & apud nos conſtat integro tit.21.lib.9.recop.

37 His eſt proxima altera & ſatis elegãs, & frequens ſatis quæſtio , an ſit debitoris electioni permiſsũ alios nũmos alterius generis ſoluere: veluti ſi centũ mutuo acceperit in regalibus argenteis,velitq; in æreis marauedinis creditori reddere,quidẽdum & olim quæreretur , Caiũ Aquiliũ arbitrũ electũ conſtat ex Cicerone in oratione pro Quintio.Apud noſtros autẽ iuris interpretes latè agitatur,vt conſtat ex multis quæ congeſsit Mexia in Pragmatica panis, ſuper tx.ver.*marauedis.*fol. 130. Pinelus in rub.

C.de

C.de rescind.l.vendit.1.p.cap.3.n.16.Ioan. Sai son in cõsuetudinibus Turonensibus.tit.36.& sanè videtur summo iure licere debitori alterius generis pecuniã quæ æquiualeat ei quæ ac
38 cepta est,soluere. † Primo per tex. in l. quæ extrinsecus.65.§.sed etsi in rei.ibi. *nam stipulãti denarios,eiusdẽ quantitatis aureos spondebo,obli-*
39 *gauero*.D.de verb.oblig.† Secũdo,per l.1.ibi. *caq́ue materia forma publica percussa,vsum dominiumq́, non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate*. D. de contrahen. empt. quem tex. expendit Hierony.Butigella,in l.cũ quid. nu.
40 26.D. si certũ petatur. † Tertiò facit tex. in l.1.C.de vereris numismatis potest.lib.10. qua prohibetur,probam & legitimã monetam recusare,notat Bart.in l.qui falsam in fi.D.ad legem Corneliã,de falsis. † Quarto facit l.vnica. C. de collatione æris. lib. 10. & l. vnica C.de argenti pretio, lib. 10. in quibus statuitur in publicis collationibus licere pro viginti libris æris,vnũ auri solidũ pro singulis inferre.
42 † Deniq; facit l.Paulus respondit. 99. (alias l. debitorem)D.de solut.vbi scriptum est debitorem non esse cogendũ in aliã formã nũmos accipere,si ex ea re damnũ aliquod patiatur sit: ergo si nullũ damnum ei inferatur cogi poterit. † Ex qua solutio superioris quæstionis
43 colligi potest,vt videlicet ea opinio, quã paulo ante cõfirmabamus nõ procedat cũ creditoris interest in minuta pecunia non recipere, quod sanè non ex affectione cuiuscunque, sed familiaris detrimento æstimari solet.argumento l.3.D.de dãno infecto, & inde receptũ est, debitorem maximæ quantitatis non posse totam in ærea moneta soluere,interest enim multũ quoad gestationem,& alia incommoda, istã monetam non recipere,argu.l.vbi autem. 4.§. melior. D.de in diem adiectione, quare rectè Hotomanus.q.15.improbat Arestum Parisiensem à Rebuffo relatum primo tomo Regiarũ Constitutionũ,tractatu de literis obligatorijs, art.5.glos.1.nu.3.quo decretũ fuit potuisse debitorem pro aurea moneta,*duplos*,& *liardos* soluere,quasi si Hispane diceres,*dadoses*, *y quartos*
44 *por escudos*. † æquius sanè ordinatione Lusitanorum.lib.4.tit.53.§.2.cautum est, vt quartã partẽ in minuta ista pecunia cogatur creditor accipere:& apud nos vsu receptum est, vt tertiam partem soluere possit debitor in ære.

45 His sic pro explicatione,& exornatione nostri tex.prehabitis non obstant argumenta in cõtrarium adducta. Non primum,ex d.l. 2. §. creditum.D.de rebus cred. &si certũ petatur, quod difficiles non habet explicatus,si quę de significatione huius vocis,*pecunia*, scriptum reliquere Iurisconsulti,in l.rei appellatio. 5. in l. pecunię verbum.178.in l.pecunię nomẽ. 222. D.de verb. signifi. & alibi passim repetamus, pecunię videlicet appellatione in primis ad ea omnia referri,quæ in patrimonio nostro sunt, nec enim numerata tantum pecunia, sed & corporales res,siue mobiles,siue soli,& iura ea appellatione cõtinentur,quod & D. Augustinus scripsit,libro de disciplina Christiana, à Gratiano relatus in cap.totũ quicquid.1.q.3. Iustin. in l.penul.C.de constituta pecunia.Ita in duodecim tabulis non vno loco hoc nomine omnis substantia cõprehendebatur. In stipulatione quoq; emptæ hereditatis hæc verba, *quanto pecunia ad te ex hereditate Lucij Titij peruenerit*,omnia hereditaria iura complectuntur. l. in illa stipulatione.50.§.1.D.de verb.oblig.l. liber homo.20.§.apud Labeonem.D.de stipulatione seruorum.l.cum stipulamur. 97. D.de verb.signifi.quemadmodum & illa legis Iuliæ verba accipienda sunt,quæ ab Vlpia. referuntur,in l.si verò negotiũ.64.§.quod ait lex. D.
46 soluto matri. † & sanè ita vocis huius origo suadet,pecunia enim à pecu,siue pecorib⁹ dicta est,quia antiqui totũ quicquid habebant in pecoribus habebãt,siue vt Alexan. ab Alexãdro refert lib.4.dierũ genialium,c.15. quia primus Seruus Tullius Rex nota pecudũ æs signasse traditur, quod & prodidit Plinius.lib.33.naturalis historiæ,c.3.& latè exornarunt Alciatus in d.l.178.l.222.& ibidem Rebuffus,D.de ver.
47 signifi. † Sane latissima hæc pecuniæ appellatio aliquantulũ contracta, ea tantũ continet, quæ pondere, numero, & mensura constant, veluti in hac scriptura qua legatorũ dies profertur,*quas pecunias legani,quibus diebus appositus non est*.l.legata inutiliter.19.l.talis scriptu-
48 ra,30.D.de leg.1.†eodẽq; sensu à Iulio Paulo in d.l.2.§.creditum,dicitur, *mutuum non potest esse,nisi proficiscatur pecunia*.nã etsi verũ sit, pecuniam hodie frequentius ad numeratam pecuniã referri,cum tamen ad eas quoq; res pertineat,quæ põdere,numero, mẽsuráve cõstant, ne posterior eius sentẽtia, priori scriptæ in d. §.mutui datio repugnet,iuxta eã commodè accipi poterit,quod & ibi animaduertunt gloss.
49 Bart.Iaf.n.19.Curt.n. 15. Alcia.n.5. † Vltra quos,si placet,posset etiã in angustissima significatione,pecuniæ verbũ accipi, pro pecunia numerata,poniq; loco exẽpli,quod regulã nõ arctat,nec excludit alias res in quibus mutuũ consistit. & ita soluitur primum argumentũ.

50 Nõ obstat secundum, quoniã varijs omissis opinionibus,verissima interpretatio nostri tex. in illis verbis,*& quandoq; nobis non cadẽ res, sed aliæ eiusdẽ naturæ,& qualitatis reddantur*,est,dictionẽ *quandoq;* significare quandocunq;,vt sit sensus:quocunq; tẽpore mutuum soluatur,nõ esse eandẽ rem,sed aliã eiusdem generis reddendã,neq; insolens est,aut latina parum hæc acceptio,imo frequenter à bonis authoribus, & I. C.vsurpata,vt ad illud Horatij notat Lambinus,*Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus*,in qua significatione accipitur in l.ab hostibus.15.§.sed quod simpliciter. D. ex quibus causis

cauſis maiores. l. non enim. 6. D. de tributoria actione, l. conditionum. 2. D. de cõdit. & dem. l. heres quandoque. 54. D. de acquir. hereditate. l. is cui. 18. D. quando dies leg. ced. l. penultima. eod. tit. l. ex aſſe. 28. D. ad Trebel. l. mancipiorum. 6. D. de optione legata.

51 Iuxta quem intelligendi modum, & generalem regulam noſtri tx. difficilis eſt Accurſ. in d. l. 2. in princ. verb. *ſpeciem*, docens, mutuum eſſe, quamuis eadem nummorum corpora mutuanti reddantur. Contra eum enim expreſsè facit d. l. 2. ibi, *mutuum damus recepturi, non eandem ſpeciem, ſed idem genus*, & in l. 1. §. re contrahitur, ibi: *poſtea alias recepturi eiuſdem generis, & qualitatis*. D. de oblig. & action. planè verbum

52 † *recepturi* actum ſuſpendit in futurum, & cõditionem inducit. l. ſi quis ita. 8. vbi notat Bar.

53 D. de condit. & demonſtrat. † Conditio autẽ præciſe debet impleri. l. Prætor. 3. D. de collatione bonorũ, quã ad id notant, & cõmendant Baldus in authentica matri, & auiæ. nu. 3. C. quando mulier tutelæ officio fungi poſsit, Peralta in l. neminẽ, n. 8. & in l. cum pater. §. à filia, n. 35. D. de leg. 2. & confirmatur, quia in acquiſitionibus pendentibus à futuro euentu, ſi res deueniat ad caſum à quo incipere non poteſt, vitiatur actus, nec talis eſse dicitur, qualis eſſe debet: quibus, & alijs argumentis contra Acc. nititur Mantua in d. l. 2. in princ. nu. 34. contrariæ partis argumentis ſatisfaciens.

54 Sed nihilominus ab Acc. non eſt recedendũ, quem poſt Bart. frequẽter interpretes omnes probant, & ſanè rectè: ſufficit enim à principio rem eo animo dediſse, vt eadẽ in genere redderetur, licèt ex accidenti aliter fiat, argumento l. 1. §. vnde quærit Offilius. l. Lucius. 7.

55 D. de exercitoria actione: † qua ratione procedit Imperatoris deciſio, in l. pretij cauſa. 9. C. de reſcindenda vendit. quia ſcilicèt ab initio inter contrahentes de pretio conuenit, in cuius locum res æſtimata ſuccedit ex vtriuſq; voluntate, atque ita inſpicitur conuentio, non autem ſequuta ſolutio, quod ad eam legẽ poſt alios aduertit Pinelus, in Rubr. 2. p. c. 1. C. de reſcindenda vendit. Ant. Gom. 2. tom. c. 2. n. 9. Mudæus ad tit. de contrah. empt. 4. p. Duaren.

56 ad tit. C. de patribus, qui filios diſtrax. ca. 4. † Quemadmodum, & in l. ſi pro mutua. 8. C. ſi certum petatur, propter expreſsam voluntatẽ partium de mutuando conſtitit mutuũ in ſpecie æſtimata, vt & in l. rogaſti. 11. D. illo titul. Vnde facile ſoluũtur cõtrariæ partis argumẽta, ſat enim eſt à principio ita contractũ eſse, vt aliæ res eiuſdem generis reddãtur. Quomodo procedit d. l. 2. in princ. D. ſi certum petatur. & d. l. 1. D. de oblig. & action.

57 Neque obſtat regula l. pro parte 11. D. de ſeruit. procedit enim noſtra concluſio, vbi actus perfectus eſt & abſolutus, qui non infirmatur licèt deueniat ad caſum à quo nõ potuit incipere, l. patre furioſo. D. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. l. vt pomum. 8. §. 1. D. de ſeruitutib. explicant Mainer. in l. quoties. §. 1. D. de reg. iur. Tiraq. in tract. ceſsante cauſa, limitatione. 2. n. 15. Duar. in l. legit. D. de pactis. Ergo cũ à principio fuerit perfectè celebratus cõtractus mutui, licèt poſtea cadẽ pecunia reddatur, non immutatur prior contractus.

58 Ex qua obſeruatione vtiliter infertur in præxi, iuxta Bart. in l. cætera. 41. §. fi. n. 3. D. ff leg. 1. cum, qui emit rem pro ſuo vſu, nõ incidere in pœnã legis vel ſtatuti, reuẽditori impoſitã, ſi eum poſtea non indigeret rem eã vendiderit, ſi modo de primo propoſito conſtet; aliàs enim tale fuiſſe creditur, qualis fuit euentus. l. idẽ Iulian. 9. §. proinde, verſ. *quod ſi ab initio*, D. ad Macedonianum, quẽ exornant Pinelus, Caſtrenſis, Decius, & alij, quos retulit Mexia in pragmatica panis, cõcluſione 1. nu. 136. Qua in re adnotandum eſt, quod ſi de propoſito non conſtet ſtabitur iuramento ex Baldo in l. cum proponas. C. de nautico fœnore. Hyppolito ſingul. 86. & in rubrica de probationibus, nu. 149. quod eſt notabile ad l. 19. tit. 11. l. 1. & 3. tit. 16. lib. 5. recop. & alias huiuſmodi pragmaticas Hiſpanas, quibus reuenditoribus frumẽti & aliarum rerum graues imponuntur pœnæ.

59 Infertur etiã, facultate Regia cõceſsa ad alienanda vel obliganda bona maioratus, ad certã, ſpecialemq; cauſam ſufficere, ſi emptor in eam cauſam pretiũ ſoluat, ac apud ſequeſtrũ iuxta tenorẽ facultatis deponat, vt in locũ illius rei quæ vendita eſt ſubrogetur, etiã ſi poſtea pecunia in eã rem non conuertatur: neq; enim adſtringi debet emptor onere probandi in eã rẽ fuiſſe conuerſam ob quã Regia facultas cõceſſa fuit, vt probat Molin. lib. 4. de Hiſp. primogenijs. c. 4. n. 20. per tx. expreſsũ in l. 1. §. non autẽ. & in l. fi. D. de exercit. action. l. liberto. in princ. D. de neg. geſtis. cũ alijs à Ludouico relatis. & ſic ſoluitur ſecundum argumentum.

60 Non obſtat tertiũ, ex d. l. Lucius. D. depoſiti cũ alijs in argum. relatis quibus probauim⁹ cũ tantundẽ reddendũ eſt, non mutuũ, ſed potius depoſitũ celebrari: quibus iuribus tã variè reſpondent interpretes, vt eorũ ſolutionibus referendis longiſsimo cõmentario opus eſſet, Decius in. d. l. 2. lect. 2. n. 7. & in l. certicõdictio. §. vlt. n. 4. de rebus creditis, & ſi certũ petatur. Angelus hic n. 9. negant in dictis iuribus manere depoſitũ, ſed cõuerti in mutuũ propter facultatẽ conceſsã depoſitario cõſumendi pecuniam depoſitã, & reddẽdi tantundẽ in genere ſuo, qui expendunt, d. l. Lucius in verſ. *egreditur ea res depoſiti notiſsimos terminos*, poſsũtq; pro eis ſequentia expẽdi argum.

61 † Primũ conuentionẽ transferendi dominiũ in accipientẽ, cum facultate reddendi tantundẽ in genere ſuo eſſe contra ſubſtãtiã depoſiti l. licèt. 17. §. rei depoſitę. D. depoſiti. potiuſq; mutuo conuenire ex noſtro

62 stro tx. & diffinitionibus sup. traditis. † Alterum ex l. certi condict. 9. §. fi. D. si certū petatur, vbi si deponens pecuniā permittat depositariū ea vti, transfunditur depositū in mutuum, quod in d. l. Lucius. cū alijs æquè admittendū
63 est, cum non dissimilis species proponatur. † Tertium ex l. quod si ab initio. 10. D. si certū petatur. l. 1. §. eleganter, ver. *si pecunia*. D. depositi, vbi pecunia deposita ea cōditione vt accipiens si voluerit ea vtatur, impleta conditione transfunditur in mutuū; quod ex illis iuribus bene deduxerunt Alex. n. 1. Fulgos. n. 2. Alci. n. 3. in d. l. certi condict. §. fi. quamuis Fran. Cōnanus cōtendat etiā pecunia mota actionem depositi durare.

64 Vltimū ex l. cum manu fata. 80. D. de contrah. empt. §. fi. vbi pactum appositū in venditione ne dominiū in emptore transferatur, perimit venditionē, eamq; transfundit in locatiōnē, vel aliud genus contractus pactioni conueniens, vt nō tam venditioni conuenit translatio dominij, vt tradit Ari. Pinel. in rub. 2. p. n. 11. & n. 16. C. de rescind. venditio. quàm deposito ipsius retentio, vt in d. §. rei depositę, ergo conuentio de qua in d. l. Lucius. & similibus 73 transfert depositum in mutuum.

65 Hæc tamen resolutio tot argumentis fulcita non conuenit d. l, Lucius & similibus, in quibus palā est, etiā ea pactione adiecta depositū durare, & competere actionē depositi. Quod 74 in primis probat d. l. die sponsaliorū. 25. §. qui
66 pecuniam ibi. *iudicio depositi condemnādus est*. † Deinde quia in d. l. Lucius, vsuræ debentur ex mora, in d. l. Publia Mœuia. §. fi. ex pacto, vtrū que autem proprium est cōtractus bonæ fidei. Primū probat. l. mora. 34. §. in bonę fidei. D. de vsuris, secundum ex l. initio. 5. C. de pactis inter emptorem: † nō stricti iuris, quale est mu 75
67 tuum in quo vsuræ nō veniunt, nisi in stipulationem deducātur, l. quāuis. 3. C. de vsuris. no-
68 tat Iuli. Paul. lib. 2. sententiarum tit. 14. † Et inde male Dominic. Sot. lib. 6. de iustitia & iu. q. 1. art. 3. docet, vsuras iure ciuili Romanorū esse prohibitas, quod vtique falsum est, nec id probat d. l. 3. in qua vsuræ nō debentur ex defectu modi obligandi, qui inefficax est ad producendam obligationem vsurarum, nō ex eo quòd vsuræ essent prohibitæ.

69 Ergo ea opinione omissa, frequentius placet in d. l. Lucius, cum alijs esse depositum, sed irregulare, eoq; referri vers. *Egrediatur ea res notissimos depositi terminos*, nō enim significat, nō esse depositū, sed propter conuentionem trāsferendi dominium in accipientem esse depositum irregulare: quā interpretationem assignat Aretinus in d. l. 2. in princ. n. 8. Iaso. n. 6. Ripa. n. 10. Curtius Iunior n. 14. Alciatus & Corasius. n. 3. Purpuratus dicens cōmunem n. 4. Costa in l. si ex cautione, fallentia. 2. n. 4. C. de nō numerata pecunia, Connan. lib. 7. cap. 4. nu. 3. & 4. quæ communis praxi seruanda est, essq; 70 eius effectus multiplex. † Primus, quia ex eo quod depositum est, licet irregulare, poterit per cōcedentem quandocumq; reuocari, ex regula tx. in cap. vltim. vers. fi. extra de depositi. † Quod secus esset, si in mutuum cōuerte 71 retur, quia non posset reuocari antequā beneficio sibi facto fuerit vsus accipiens, argumen. l. in cōmodato. 17. §. sicut, ad finem D. cōmodati, quā etiam in mutuo procedere docuit Bart. in l. si pœnam, n. fi. D. de verb. oblig. communiter receptus, teste Costa iam relato.

72 † Alter effectus est, quod qui confessus fuit se depositā pecuniam accepisse, in specie d. l. Lucius, cum alijs, nō poterit opponere de exceptione nō numeratæ pecuniæ, quæ habet locum in solo mutuo. l. si ex cautione. l. in cōtractibus. §. sed quoniam. C. de non numerata pecunia, non in alijs contractibus, l. generaliter. illio tit. quod ad d. l. Lucius adnotauit Bald. in d. §. sed quoniam. q. 2. Paul. colum. secunda, Salycetus. 4. Felinus in cap. si cautio. n. 54. ver. *& in tantū*, de fide instrumentorū, & eos sequutus Costa, firmans magis cōmunem & probabilem d. n. 4. † Alius item effectus est, quod debitor in illis iuribus nō poterit cōpensationem adijcere, creditori petenti ex d. cap. vltim. de depositō, quamuis si mutuum esset, cōpensatio locū haberet, vt in §. in bonæ fidei, inf. de actionibus. l. vltim. C. de cōpensationibus. † Deinque & quartus effectus cōsideratur ex irregularitate depositi, ex eo enim quod dominium trāsfert in accipientem generis debitor efficitur, & nullo casu fortuito liberatur. l. incendiū. C. si certum petatur, notat glo. in l. si quis vxori. 63. §. apud Labeonem, ver. *actionē*. D. de furtis, receptam secundum Gomezium, cō. 3. n. 3.

Verum hæc communis opinio, licèt praxi sit admittenda & satis notatu digna quæ ex ea deduximus sint; adhuc tamen ex eis nō patet verus sensus ad d. l. Lucius, cum alijs. Nec fit satis quatuor argumentis quæ pro Decio, & Angelo sup. adduximus, quibus forsan superatus Nicol. Belonus lib. 1. supputat. c. 7. cōtendit similiter in d. l. Lucius, non esse depositum, sed mutuum: sed neque ipse facit satis alijs argumētis contra eosdem adductis, nec potest sine manifesta calumnia responderi.

76 Præceptores ergo nostri in ea fuerunt sententia, vt in d. l. Lucius, cum alijs maneat contractus depositi, quia conuentio reddendi tātūdem solum exprimit id quod inerat ex natura rei depositæ, quæ erat pecunia numerata, vt cōstat ex ver. *adnumerāte seruo Sticho, in quo inest*, vt tātūdē reddatur, vt probat d. l. in naue, v. *nā si quis pecuniā*, vnde quāuis fuerit adiecta cō ditio reddendi tantūdem solum exprimitur id quod tacite inerat, & consequenter non mutat contractus materiam, l. 3. D. de legatis. libro. 1. & in eodem casu loquitur d. l. die sponsa liorum

liorū,§.1.ibi,*non obsignatam*,& d.l.Publia Mœ uia.§.1.ibi, *suprascripta denariorum argenti decē millia*. Ex quibus apparet pecuniā numeratā
77 fuisse traditam. † At in d.l.certi cōdictio. 9.§. fin.cum leg.seq.& in d.l.1.§.eleganter.D. depositi.quia pecunia nō fuit depositā numerata cōuentio vt vteretur ea depositarius exprimit plus quā inerat ex natura rei,ideoque ex volū tate partiū mutat contractū,& eū transfundit in mutuū. Vndè inferebant,quod si in d.l. Lucius.cum alijs adiecta fuisset conditio, vt accipiens vteretur pecunia, conuerteretur in mutuum,quia exprimit plusquā inest, ex natura rei depositæ,secundū quā depositū poterat re uocari statim, ea verò adiecta conditione non potest.

78 Quæ tamen interpretatio, verbis magis quàm rebus imposita videtur,contra l. 1. & 2. C.communia de legatis, quid enim interest pactum sit, *vt tantumdem reddere liceat*, vel *vt pecunia vtatur accipiens*, cum vtroque casu depositum maneat, vt apertè in l. si sacculū, 29. §.ex permissu. D. depositi;nec præterea tantūdem reddi possit, quin pecunia vsus sit accipiens.

79 Vnde vt rē hanc cōprehendā, elegantē ipse cū doctissimo præceptore meo Gabriele Hēriquez, Primario huius Salmanticensis Academiæ Iuris Cæsarei è matutinis horis interprete,adhibeo distinctionē:nam aut tempore quo deponitur res,quæ pōdere,numero,aut mensurā constat,expressè actū est,vt tantumdē reddere liceat,vel vt fruatur accipiens(idem enim est,vt paulò ante dixi)& non definit esse depositum,quia contrahentes hoc agunt expressè, à quo in continenti recedere non videntur, ea conditione adiecta,quæ licèt contractus modū excedat, non tamen est contra ipsius substantiam,quomodo procedit tx.in d.l.Lucius, ibi,*nam si vt tantumdē solueretur conuenit, egreditur eares notissimos depositi terminos*, & in d.l. diesponsaliorū ibi, *vt tantumdē redderet*, & in d.l.Publia,§.1.& in d.l.in naue.

80 Aut contractu depositi solemniter peracto sine vlla cōditione,ex interuallo actum est inter partes, vt accipiens tantumdem redderet, vel depositā pecunia vteretur, & incipit esse mutuum,& ita procedit tx.in d.l. certi condictio.9.§.fin.cui mirè conuenit hæc interpretatio,ibi,*postea*.& ibi, *mutuum rogauit*.

81 Ratio autē inter vtrunq; casum est quia in primo contrahentes non videntur velle se in continenti corrigere,sed modū adijcere depositō in secundo contractu depositi perfectum, noua cōuentione transfundūt in mutuū, quasi pecunia reddita deponēti, & rursus accipienti data,argum.§.interdū,sup.de rerū diuisione,& magis l.fing. 15.ad fin.D.si certum petatur, vn de constat in d.l.certi condictio. 9. §. fin. ibi, *condicere quasi mutua tibi hæc posse aiunt*,non fictionē,sed proprietatē exprimere, argumento l.1.D.de transaction.& eorū quæ ibi Horoscius scripsit n.5.quo modo etiam nos Hispani frequenter verbum *como*,vsurpamus, maximè cum dicimus,*como caualiero*, quamuis aliquando similitudinem inducat.

82 Sed grauiter aduersari huic resolutioni videtur idem Vlp.in d.l.quod si ab initio, 10. D.si certum petatur,vbi fuit ab initio conuentum, vt tantumdem redderetur,& nihilominus mota pecunia non est depositū,sed mutuū.Omissa tamen Connani interpretatione vbi sup. n. 4.docentis etiam post motā pecuniā durare depositū, Respondendū est, cum tx. procedere cum ab initio sub conditione data est facultas vtendi,non purè,qua existente volucrunt cōtrahentes esse mutuum.

83 Deinde eidem sententiæ non obstat tx. in d.l.cum manu fata,in fin. vbi purè interuenit ab initio cōuentio, & nihilominus perimit cō tractum venditionis: quoniam respondeo pactum illud esse contra naturam cōtractus,ideoque illū perimere. Quod vt penitus intelligatur,animaduerto, quòd licèt translatio dominij non fit in emptione omnino necessaria, cū possit consistere,quāuis dominiū nō transferatur.l.si ita,25.l.rem alienam,28.D.de cōtrahenda emptione,§.si quis à nō domino,sup.de rerū diuisione(quo sensu accipiēdum est quod Bart.ait in l.ex empto.n.6.D. de actione empti.translationē non esse de natura emptionis, receptus secundū Curtiū in d.l. 2. in princ. n. 33.D.si certū petatur, & alios quos refert Pinelus in rubr.2.p.cap.3.n.16.C. de rescindenda vendit.)contrahentes tamen eo animo esse debent,vt si fieri potest, veluti si dominus est qui vendit,dominiū transferatur, vt voluit idē Bart.in l.in conuentionalibus,§.1. D. de verb. oblig.quem sibi contrarium malè putabat Pinelus sup.Probaturque hæc sententia in l.clauibus.74.D.de contrah.emptione,& in §.vendi tæ,sup.de rerū diuisione,qua ratione rectè respondet tx.in d.l.cum manu fata,§.fin. pactum ne dominium transferatur emptionem perimere,quia repugnat animo, quo contrahentes esse debent in eo contractu,& consequen-
84 ter naturæ emptonis, iuxta supradicta. † At vero pactio de qua in dicta l. Lucius.appositā pecuniæ numeratæ non repugnat naturæ depositæ,sed eius modū excedit:potest enim depositū manere,quia recipiens gratuito custodiā præstat,& ad vsuras,& ad alia de quib⁹ sup. tenetur,sed quoniā periculū & dominiū transit in accipientē,egreditur depositi terminos. & sic soluitur tertium argum.

85 Non obstat quartum ex l.in contract.14.C. d nō numerata pecunia:ei enim respōdet Bar. in d.l.2.§.appell.n. 3. D. si certū petatur post gloss.ibidem,obligationem ibi nō oriri ex mutuo,sed ex chirographo,quod Iust.probare vi

detur in princip. inf. de literarum obligationibus, vbi hanc obligationem literarum vocat.

86 Sed conuincitur ex eo, quod & sine literis, si modo testibus probetur, contrahi etiam hæc obligatio possit, notante Accur. in authentica rogati. C. de testibus, quem sequitur Costa in l. si ex cautione. fallentia. 4. C. de. non numer. pecunia.

87 Quo exemplo declarari potest. l. 5. ti. 21. lib. 4. nouæ recop. dum disponit priuatum chirographum in iudicio recognitum executioni mandari, vt procedat in confessione in iudicio facta, nullo præcedenti chirographo, cum enim talis confessio instar sit rei iudicatæ, l. vnica. C. de confessis, executioni mandatur, quemadmo 92
dum & sententia, quæ in rem transiuit iudicatam, l. si se non obtulit. 4. § si ex conuentione, D. de re iudicata, l. à D. Pio. 15. l. post rem iu-
88 dicatam. 56. eo ti. † l. si pignora. 50. ibi. *extra ordinem sententiam exequentes*. D. de euictionibus, quæ verba optimè interpretatur Brisson. lib. 4. Selectarum. cap. 2. vnde infertur, semota 93
etiam d. legis Regiæ authoritate chirographū in iudicio recognitum, vel iudicialem confessionem etiam sine chirographo executioni mandari, vt notat Gregor. in l. 119. tit. 18. p. 3. verbo, *fuesse fecha*. improbandamque esse contrariam sententiam Couar. lib. 2. variar. c. 11. n. 4. Pro quo nihil facit, quod cum executionis remedium sit exorbitans à regulis iuris, non debet extendi extra casus à iure expressos.

89 † Quemadmodum contigit in scriptura priuata subscripta à tribus testibus, quæ licèt æquiparetur publicæ. l. scripturas. C. qui potiores in pig. hab. l. 3. ti. 13. p. 3. procedit tamen 94
quoad hoc, vt creditor in cuius fauorem facta est, possit de prioritate certare cum alijs creditoribus publicas scripturas habentibus, non quoad executionem, vt benè notat ibi Couar. & Petrus Nuncius, Auendanius de exequendis mandatis Reg. 2. p. c. 3. nam respondeo, in casu. d. l. 5. ti. 21. lib. 4. recop. decisum fuisse, vt non procederetur ordinariè, cum confessi pro iudicatis habeantur. Nec obstabit iure commu ni executionem tributam rei iudicatæ, non ei 95
quæ instar habetur rei iudicatæ, cum aliud sit esse tale, aliud haberi pro tali. l. quod Nerua. D.
90 depositi: † quia respondeo, quoad executionem faciendam in iure confessos pro iudicatis haberi, d. l. vnica, ibi: *cum & soluere cogeris*, d. l. post rem iudicatam. ibi, *post confessionem in iure factam nihil quæritur*, atque ita plus habet confessio iudicialis, quàm scriptura priuata à testi- 96
bus subscripta; vnde non omnino procedit similitudo, quæ de ea adducitur ad superioris quæstionis resolutionem.

91 Ergo reiecta Bartoli, & Accur. solutione, ad d. l. in contractibus, obseruo in eius specie mutuum contrahi, quod Doctores ciuile vocant, 97
quæ appellatio, licèt apud I. C. nusquam reperiatur, sitque vnicum mutuum, quod scilicet re contrahitur, vt inquit Costa in d. l. si ex cautione, notabili 2. num. 4. & 5. C. de non numerata pecunia: nihilominus tamen hoc nomine vti possumus, quemadmodum & alijs pluribus ad faciliorem docendi methodum inuentis; contrahitur enim eo casu obligatio ex mutuo, quia creditur numerationem præcessisse, iuxta confessionem creditoris, adeò, vt necessarius non sit biennij lapsus, vt contra Bar. in d. §. appellata, num. 5. & alios, quos refert, defendit Costa, vbi sup. declaratione quarta incipienti, *secundùm hæc*, disputat latè Anton. Menes. in l. cum quis, num. 22. C. de iur. & facti ignor. † Quo referenda sunt iura quæ exceptionem non numeratæ pecuniæ ante biennium concedunt, ad excludendam nimirum actionem quæ nata erat, vt in l. si quasi, & in l. si ex cautione, ibi. *exceptione opposita*. C. de non numer. pecun. quæ verba efficaciter expendit Costa. d. declaratione. 4. n. 1. † Nec obstat biennium expectari, quasi antea non teneatur qui scripsit, vt significare videtur Iustin. in versic. *Plane*, d. princip. inf. de literarum obligationibus, ibi: *sic & hodie fit, vt dum quæri non potest scriptura obligetur*: quia his verbis non significatur creditorem ante biennium exceptionem non habere, sed illud, post id tempus non admitti contra eum exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ, cum intra biennium admitteretur, efficiebat, vt intra illud videretur obligatus debitor, argumento. l. si dari. 25. in fin. D. de verbor. obligat. † Nec magis obstat. l. 1. C. de non numer. pecun. ibi. *frustra*. quæ verba ostendunt, scripturam non habere effectum obligationis etiam ciuilis, argumento. l. pen. §. ad crimen. cum ibi à Bart. notatis. D. de publicis iudicijs. nam respondeo, verbum *frustra*, ad effectum referri, quo attento eliditur per exceptionem obligatio, aliàs efficax, vt exponit Accur. ibi. & in l. si Titius. D. de fideiussoribus. & soluitur. 4. argumentum.

Non obstat. 5. ex d. l. singularia. 15. ibi: *obligaris mihi quamuis nummos meos non acceperis*. D. si cert. petatur. cuius etsi maxima sit difficultas, primò dum contra nostrum tex. probat, mutuum contrahi inter me, & te, quamuis nummos meos non acceperis. Deinde per te debitorem meum, & sic per liberam personam acquiri mihi condictionem, contra † regulam tex. in l. quæcumque gerimus. 11. de obligationibus & actionibus. l. stipulatio ista. 38. §. alteri. D. de verb. oblig. l. quo tutela. 72. §. fin. D. de reg. iur. l. solutam, 11. §. per liberam. D. de pignorat. actione. §. ex his. supra, per quas personas. §. alteri, infra, de inutilibus stipulat. † Dicendum tamen est, mutuum ideò ibi contrahi inter man-

mandantem & accipientem, quia fictione breuis manus, fingimus mandanti datam esse pecuniam & ab eo ad debitorem profectam, vnde cum in eo mutuò ius ciuile cooperetur, cõtrahi poterit, quamuis naturaliter de meo tuũ non fiat, cum ciuili fictione intelligamus ad dominum pecuniam peruenisse. Acquiritur autem domino certi condictio, quia ea acquisitio fit per actus naturales, quibus mediantibus etiam per liberam personam acquirimus. l.ea quæ ciuiliter.53.D.de aquir.rerum dominio. quam interpretationem scripsit Accurs. in.d.l. singularia verb.*non acceperis*, sequuntur Bart.ibidem num.17.Albericus.num. 8. Paul. nu.1.Iaso.num.2.idemq; omnes in.l.certi cõdictio.9.§.si nummos. D.si certum petatur. & receptam testantur Alexander ibidem. nu. 3. Couar.lib.1.variar.cap.4.num.2.

98 Sed hæc sententia mihi non probatur, verius enim est in.d.l.singularia, per debitoris numerationem mandati obligationem quæsitam non fuisse, sed negotium inter mandantem & accipientem fuisse contractum, & sic debitorem mandantis pecuniam verè accepisse non
99 fictè, aut interpretatiuè.† Pro cuius rei cognitione, & vera huius tx. explicatione obseruandum est, per procuratorem posse acquiri possessionem.d.l.ea quæ ciuiliter.l.1.C.de acqui. possl.l.1.C.per quas personas.tx.in.d.§.ex his. vnde si futurum debitorem iussero antiqui debitoris accipere numerationem, erit procurator meus, & ita per eum acquiretur mihi possessio, & per possessionem adijcietur mihi dominium.d.l.1.d.§.ex his.vnde cum dominium & possessio penes dominum sit, & futurus debitor solum teneatur, si conuenerit, vt eam pecuniam habeat ex causa crediti, credita fiet.iux ta tx.in§.interdum.sup.de rerum diuisione.& in.d.l.condictio.9.§.deposui.D. si cert. petat. quam interpretationem confirmat I. C.in.l.si procurator.13.D.de acq.rerum dom. in.l. 3.
100 §.si debitorem. D. de donatio.inter. † iuxta quam constat in.d.l.singularia, in princ. & in. d.l.qui negotia.34.vers.*item quod si à debitore.* D.mãdati, non fuisse per alium quæsitam obligationem, sed debitorem creditoris nummos accepisse, vnde fictione breuis manus non fingimus pecuniæ dominium mihi quæsitũ fuisse, quia quæsitum fuit sine vlla fictione, sed fingimus dominium quod mihi prius iuris intellectu quæsitum fuit, temporis etiam distinctione prius fuisse quæsitum: nam cum in hac specie celeritate coniungendarũ inter se actionum eodem momento temporis, mihi & futuro debitori dominium quæratur, mutuum consistere non poterat, ideo fictione breuis manus efficitur, vt intelligamus distinctione temporis prius mihi quæsitum fuisse dominium, vt mutuum possit consistere, atq; sic intelligenda sunt verba.d.l.singularia, ibi, *obliga-*

ris mihi quamuis nummos meos non acceperis. nũmos meos prius non fuisse temporis distinctione, quamuis re vera iuris intellectu nummos meos acceperit.

101 Restat explicatio vers.*quod igitur*, in.d.l.singularia, qui Iustin.hic non leuius obstat; docet enim Vlp.quod si debitorem meum iussero pecuniam, quam mihi debet ex causa mandati, retinere crediti nomine, mutuum contrahitur, quo casu cum pecunia nunquam mea fuerit, sed mihi debita, mutuum contrahi non poterat. Probat autem Vlp.suam sententiam duabus potissimum rationibus. Altera in duabus personis receptum, in vna & eadem multo magis recipiendum esse: vnde quêadmodum credita pecunia fit, si debitorem meum iussero tibi pecuniam dare, (vt latè sup.cum eod. Vlp. in princip. illius textus) credita quoque fiet si pecuniam à te mihi debitam ex causa mandati iusserim crediti nomine retinere. Sequens est, quod si pecuniam apud te depositam, conuenerit, vt creditam habeas, credita fiet, dict.l. certi condictio.9.§.fin.D. si certum petat. ergo si pecunia quam mihi debeas ex causa mãdati, conuenerit vt creditam habeas, credita fiet, vnde concludit Vlp.fictione breuis manus pecuniam mihi datam videri, & à me ad te profectam.l.licet.43.§.quoties.D. de iure dotium. Et celeritate coniungendarum inter se actionum, vnam actionem occultari, l.3. §. sed si debitorem. D.de don. inter virum. Quibus Vlp.argumentis maximè nostra cõclusio red
102 ditur difficilis;† Cui vt satisfaciamus, quando in eam incidimus disputationem, non erit omnino alienum; Africanum in l.qui negotia. 34.D.mandati.qui contra illum, vt multis placet, loquitur, inducere, is enim in eadem specie docet, quod si procurator meus per epistolam mihi significauerit, pecuniam meo nomine à debitoribus meis exegisse & eam sibi creditam esse, seque debiturum cum vsuris semissibus, nuda & simplici pactione pecuniam mihi debitam ex causa mandati, non conuerti in causam crediti, quam sententiam similiter duobus argumẽtis confirmat. Prius est quod mutuum tunc demum contrahitur, cum de meo tuum fit, ex nostro tx.vnde cum hæc pecunia mea non fuerit, nec à me ad debitorẽ profecta, credita non erit, nam mutuũ contractus est, qui datione celebratur, re ipsa, & numeratione, tx.hic, nuda autẽ pactione dominiũ trãsferri nõ potest.l.traditionibus.C.de pactis. & inde nec nuda pactione pecunia debita ex causa mãdati, poterit cõuerti in causã crediti, idq; est q̃ Afri.significat in d.l. qui nego.vers.*alioqui.* Aliud inducit præterea argu. quod si is quĩ pecuniã mutuã dare vellet, argẽtũ vẽdẽdũ dedisset, pecunia credita nõ fieret, sed prescriptis verb.actio cõpeteret, l.rogasti.19.D.d̃ præsc. verbis, vnde pari ratione in hac specie pecu-

nia credita non erit, sed debita ex causa mandati, idque est quod Africanus ait, in versic. *Argumentum esse*. Vides ergo obsignatis veluti tabulis in eadem specie contraria, Africanū, & Vlpian proferre, huncque non leuiter Iust. aduersari, illos autem omnino esse contrarios & ex professo dissensisse fatentur Fulgos. in d.l.singularia. Molineus lib. de cōmercijs, nu. 645. Cuiac. lib. 8. & obseruat, cap. 8. & tractatu 8. Africanum in Scholijs ad d.l. qui negotia, Emanuel Suarez lib. 1. obseruationum cap. 4. quibus fauet African. in d.l. qui negotia, argumen. quibus vtitur Vlp. eleganter, acuteque respondisse.

103 Communior tamen interpretatio est in d.l. singularia pecuniam præsentem fuisse, ideòq; facile conuerti in causam crediti: At in d.l. qui negotia non ita, ideòque transfusioni locum non fuisse.

104 Conuincitur tamen, non modo, quia diuinat ad vtramque legem, verum etiam, quia si pecunia esset præsens sine vlla fictione mutuum contraheretur, argumento tex. in l. 1. §. si iusserim, l. quod meo 18. §. si venditorem. D. de acquir. poss.

105 Quare alij respondent, in d.l. singularia pecuniam solutioni paratam & destinatam esse, & ideò facile conuerti in causam crediti, argumento textus, in l. si sponsalibus. 58. §. 1. D. de iure dotium. at in d. l. qui negotia. pecuniam consumptam fuisse, ideoque non conuerti in causam crediti: quam interpretationem obseruat glossa in d.l. singularia, verbo, *profecta*, sequuntur Bart. ibidem. nu. 20. Albericus. nu. 6. Angelus & Salicetus n. 1. Paulus n. 23. testatur communem Alexander. nu. 30. Iaso. nu. 41. Decius nu. 27.

106 Verum & hæc solutio exploditur expressè, primò ex d.l. qui negotia. ibi, *certam summā ex administratione apud se esse*. Ex quibus verbis constat ibi pecuniam extare, esseq; solutioni paratam. Deinde quoniam Africanus ibidem non considerat an pecunia exter, vel consumpta sit, sed solum fundatur ea ratione, quod nuda pactione pecunia credita fieri nō potest, vt constat ex vers. *alioqui*.

107 Vnde alij existimant, distinguendum esse an procurator suo nomine exigat virtute mādati; an nomine domini quasi domino acquisiturus: nam priori casu quod exigit sibi acquirit, posteriori domino suo, iuxta. l. res ex mandato. 59. l. si procurator. 13. D. de acquir. rer. dom. l. qui mihi donatum. 13. D. de donationibus quæ iura sic in concordiam redigenda sunt; vnde Africanum intelligunt, vbi procurator quasi sibi acquisiturus exegit, quo casu sibi pecunia acquiritur, & nuda pactione non poterit conuerti in causam crediti; Vlpianum verò, vbi procurator nomine domini quasi illi acquisiturus exegit, quo casu pecuniæ dominium domino quæsitum fuit, & ideò conuerti potuit in causam crediti, iuxta tex. hic in. d.l. qui negotia, in illis verbis. *quia tunc nemini qui mei erant tui fiunt*.

108 Hæc interpretatio licèt acuta videatur & à nonnullis admissa sit, planè conuincitur. Primò ex. d.l. singularia, ibi: *pecuniam mihi debeas*. ex quibus verois constat summam illam domino deberi, quæ deberi nō posset, si ipsius esset, §. sic itaque discretis inf. de actionib. & l. fin. D. vsufruct. quemadmod. cau. & nota est sui, & debiti differentia. † Ex qua conciliari debent tex. in l. si pœnæ. 19. §. 1. & in l. repetitio. 44. D. de condict. indeb. quæ iura inuicem pugnantia esse existimauit Budæus in l. fin. D. de adilitio edict. † Et rursus conciliari debent tex. in l. 1. §. si rem. D. depositi, & in l. venditor. 21. § non enim. D. de here. vel actio. vend. cum alijs, quæ eleganter explicat Petrus Stella in repetitione. d.l. repetitio. n. 7. D. de condict. indebiti, & nos aliquid in §. is quoque, inf. h. t. † Secundò conuincitur superior interpretatio, quia si pecunia domini facta fuisset in d.l. singularia, sine vlla fictione breuis manus mutuum contraheretur, ex regu. tex. in d.l. certi condic. 9. §. fi. D. si certum petat. & tamen fictionem breuis manus ibi interuenisse indicant illa verba, *videatur mihi data pecunia*. † Nec magis probandæ sunt quinq; aliæ interpretationes relatæ à Iaso. in d.l. qui negotia, n. 41. ab Alciato in d.l. singularia n. 62. Alia Connan. lib. 7. commen. cap. 1. num. 19. quam conuincit Suarez lib. 1. obseruat. cap. 4. Altera Corrasij lib. 6. miscel. cap. 16.

113 Vnde doctissimi præceptores nostri hæc iura sic concilianda putabant, vt constituatur sola pactione pecuniam debitam ex causa mandati, conuerti posse in causam crediti, iuxta tex. in d.l. singularia, quia licèt sine traditione naturale mutuum non contrahatur, contrahitur tamen ciuile, quia fictione breuis manus fingitur mihi data pecunia, & à me ad debitorem profecta. neque obstat tx. in d.l. qui negotia, in eo enim non interuenit conuentio, sed

114 sola adscriptio certæ pecuniæ creditæ, † facta iuxta formam tex. in l. quoties. 9. §. non tantum. D. de adminis. tut. & epist. procuratoris, qua id factum domino significauit; ex quibus mutuum contrahi non potest, cum contractus sit qui duorum consensu celebratur, & hæc solum interuenisse in d.l. qui negotia. indicant illa verba, *eamq; creditam sibi*: nam cum sibi creditam non esset à domino, fatendum est, procuratorem sibi nomine domini credidisse, ideòque rectè respondet Africanus pecuniam creditam non esse: neque obstat quòd cum dominus contrarium non protestetur, consentire videtur. l. filius fam. 18. D. ad Maced. & ita pactum videtur interuenisse: nam licèt dominus consentiat, non tamen ideo videtur velle

115 velle pecuniam creditam esse.† sed consentit adscriptioni creditæ pecuniæ quod diuersum genus negotij est, ex quo competit pristina actio mandati, qua actione vsuras, quas promisit procurator præstare tenetur; Nam si conuenerint inter deponētem & depositarium, vt depositarius nummis depositis vtatur pecunia credita erit. l. 1. §. si pecunia. D. depositi. l. certi condictio. 9. §. depositi. D. si certum. petat. & latè sup. diximus, ad tertium arg. & tamen si is propria authoritate pecuniam creditam accipiat, & nummis vtatur, idq; domino epistola notum fecerit, licèt dominus consentiat, credita non erit, sed debita iudicio depositi, l. Publia Mæuia. 26. §. Lucius. l. Quintus Cecilius. 28. §. si ex permissu. D. depositi. Neque obstat textus in. d. l. qui negotia, versiculo *alioqui*. nam respondendum est. I. C. ita argumentari, pecuniam creditam non fuisse, quia non interuenit conuentio, sed sola adscriptio creditæ pecuniæ, nam alias credita pecunia esset, quia alioqui, id est conuentione interueniente dicendum est, ex omni cōtractu, pactione etiam nuda & simplici pecuniam creditam fieri posse, quæ omnia sunt obseruanda ad. dict. iura & soluitur 5. argumentum.

116 Non obstat textum ex. dict. l. frater à fratre. 38. D. de condictione indeb. quoniam etsi verum sit, filium familias ex omnibus causis, tamquam patrem familias ciuiliter & naturaliter obligari, l. tam ex contractibus. 57. D. de iudicijs, l. filius familias. 39. D. de oblig. & act. vel soluturus de peculio. l. tertia. §. sed vtrum. D. de minoribus. l. si quis cum filio. 45. & l. sequent. D. de peculio, vel effectus sui iuris. l. ait prætor. 2. l. si filius. 5. l. pater. 7. D. quod

117 cum eo; † Præterquam ex mutuo, ex quo quamuis obligetur l. quia naturalis 10. l. creditor. 18. D. ad Maced. perpetua tamen exceptione tuetur, l. prima & per totum. D. & C. ad. Maced. §. illud infrà quod cum eo. l. 4. & 6. titulo 1. part. 5. illustrarunt Vvesembekius & Duarenus in dict. titul. ad Maced. Pard. Prateius in paratitlis in iurisprudentia veteri, ad l. 9. Solonis. Alexan. ab Alexandro lib. primo dierum genial. cap. 7. & ad eum

118 Tiraq.† & ex eo voto, quo filius familas non obligatur l. 2. §. voto. D. de pollicit. cuius verū sensum interpretes non sunt assequuti, constat autem ex obseruatis ab Alexandro lib. 3. dierum genialium. cap. 22. Dionysio lib. 52. doctissimo Brissonio lib. 1. de formulis. ex pagina. 105. cum enim qui vota Dijs emittebant, vt illud adimpleant, aliquas fortunas habere necessarium esset, qua de re eleganter Virgilius lib. 2. AEneidos.

Instar montis equum diuina Palladis arte
AEdificant, sectæque intexunt abiete costas,
Votum pro reditu simulant, ea fama vagatur.

filius familias qui nihil in bonis habere potest, (vt latè diximus cum Iustiniano. in. §. igitur. sup. per quas personas) voto teneri nisi pa-

119 tris consensu vouisset non poterat: † si tamen cum patre, cuius iuris esset, aut fratre, sub eiusdem potestate constituto, cōtraheret, naturalis tantum obligatio inter eos oriretur. d. l. frater à fratre. 38. versic. *naturalem*. & §. quæsitū. versicul. *manere naturalem obligationem*. vbi nos accuratè scripsimus dum publicè eam interpre-

120 taremur, sub numer. 3. † vnde cum pecuniæ fratris mutuantis vnius eiusdemque patris essent, ex regula dict. l. placet. 78. D. de acqui. hereditate, quam. d. num. 3. non male exornauimus; indeque duo extrema mutui deficere constaret, alterum quod dantis esset, alterum quod accipientis fieret iuxta tx. nostrum mutuum inter eos nullo modo consistere posse videretur.

121 Omissa Accur. priori solutione in. dict. l. frater à fratre, existimantis pecuniam ibi patris voluntate mutuatam fuisse, vel ipso postea ratum habente, quia ratihabitione mutuū quod à principio non valuit reconciliatur, l. si absentis. 4. C. si cert. petatur. quam vt diuinatoriam explodunt communiter interpretes

122 ex Socino ibi num. 4. siue notabili. 4. † frequētius respondent omnes, ex eod. Accur. mutuū ab initio non extitisse quia alieni nummi erāt,

123 † comsumptione tamen pecuniæ fuisse postea reconciliatum, vt in. l. si à furioso. 12. l. nam etsi fur. 13. l. non omnis. 19. §. 1. D. si cert. petatur. l. pater filiæ. 84. D. de iure dotium l. si quis pro eo. 57. §. si nummos. D. de fideiussorib. quam interpretationem communem esse constat ex Bart. num. 4. & num. 13. Paulo. nu. 14. Baldo. in. l. fi. num. 31. C. quod cum eo. Iasone in dict. l. frater à fratre num. 26. Corasio. numer. 13.

124 Sed hæc interpretatio licèt communis, planè conuincitur; tum ex eo quòd maximam diuinationem contineat, cum ex. d. l. frater à fratre pecuniam consumptam fuisse non appareat; cum etiam quia quicquid Interpretum vulgus existimet, longe verius est, mutuum quod quidem ab initio sola numeratione contractum non fuit, consumptione non reconciliari, vt mox ad. 7. arg. dicemus.

125 Quare ego existimo, in. d. l. frater à fratre, pecuniam mutuò à fratre fratri datam peculij

126 profectitij fuisse, nam quamuis † peculium profectitium patris sit, l. 3. §. vtrum. D. de minoribus. dū tamē pater eius liberā administra-

127 tionē filio permittit, filij esse intelligitur, † & qui cū filio cōtrahit, vniuersum peculiū eius, quasi liberi hominis patrimoniū intuetur, arg. l. hinc quæritur. 20. vers. *cū enim*. l. si ex duobus 33. §. nam qui cū seruo. D. de peculio. filiusq; recte poterit alienare, & pecuniæ dominiū transferre, l. qui peculij. 47. l. libera. 49. §. cū peculij D. de peculio. coniunct. l. fi. D. de nouationib.

l. rogasti. 11. §. si fugitiuus. D. si cert. petat. vnde cum peculiaris fuerit pecunia rectè potuit eam frater fratri credere, eiusque dominium
128 transferre: † Nec obstat huius peculij fratris creditoris mentionem ab Africano ibi non fieri, sed vnius tantum, illius quippè quod frater debitor habeat, in quo omnes consentiunt, vnde hæc nostra opinio stare non poterit. Quoniam respondeo euidenter ex illo tex. duplex peculium fuisse, probari, tùm quia id necessarium omnino est, cum aliàs mutuum consistere non posset, ex sup. traditis, tum etiam quia apertè insinuat Africanus ibi: *peculio suo.* quam dictionem, *suo.* I. C. vtique non adderet, nisi vt ostenderet, vtrumque fratrem peculium habuisse, de eo tamen ipsum loqui quod frater debitor administrauerat, & cuius partis obuentione naturalis obligatio extinguebatur; quippè si vnicum fuisset peculium, non dixisset Africanus peculium suum, sat enim esse dicere, si non minus de peculio. Vt igitur ostenderet cuius peculij partem frater creditor consequi debuerit addidit *suo*, quod iuxta rationem recti sermonis de peculio fratris debitoris intelligendum est. Quam obseruationem, quam & ipse verissimam profiteor an-
129 te me fecit nemo, quem viderim. † Vnde cum germanus hic sit intellectus, ferendi non sunt Iurisconti quidam huius seculi, qui sequuti Iacobum Cuiacium sub nomine Lescurij in suo Africano, statim in princip. affirmare audent, quod etsi frater creditor peculium profectitium non haberet, adhuc mutuum consistere potuisset inter eum & fratrem debitorem, quod ipsi singulari quadam excogitata ratione sic defendunt. Quod si extraneus donaret fratri ea conditione, vt fratri crederet, fraterque ille credidisset, inter eos mutuum contraheretur; nec obstare quod cum primum ex causa donationis tradita fuit pecunia filio, protinus fuit patri acquisita, & ita non amplius à filio alienari poterit ex causa crediti, nam cum ea lege donatur, fingitur à donatore ad futurum debitorem profecta. Iuxta tex. in l. sed etsi. 11. §. si ab alio D. ad Macedon. Nec dicat aliquis (aiunt ipsi) secundum hanc fictionem inter donatorem & alterum fratrem mutuum contrahi, quia cum nomine alterius fratris creditum fiat, etsi donator ipse numeraret, inter ipsos fratres mutuum contraheretur, argumento l. certi condictio. 9. §. si nummos. D. si certum petatur. Addunt præterea, rursus extra causam peculij profectitij potuisse inter eos mutuum contrahi; si extraneus nummos suos fratris creditoris nomine daret, vel voluntate sua, vel absente eo, & ignorante: ex d. §. si nummos. Ex quibus concludunt, d. legem frater à fratre intelligi posse eo casu, quo solus frater debitor peculium haberet, frater verò creditor pecu-
lio careret, quod verissimum esse existimant eo quod cum interpretum turba vnius tantum peculij in d. l. frater à fratre mentionem
130 fieri putarunt. † Sed hanc Lescurij & sequacium opinionem falsam esse nemo est qui non videat. Primo, quia vt nos paulò antea insinuauimus duplicis peculij mentionem hic fieri longè verius est. Secundò, quia mutuum non ab extraneo, sed à fratre & acceptum & factum fuisse satis probat Africanus ibi. *Frater à fatre pecuniam mutuatus.* Tertiò, quia (quicquid hi suis inuoluant argutijs) quoties ab extraneo nomine meo mutuum fit, vel ab extraneo pecunia mihi donatur, ea lege vt eam fratri meo mutuam dem, conditio mutui mihi acquiri non potest, nec fratrem mihi teneri affirmandum est, vt in specie. d. §. si nummos, & d. §. si ab alio, nisi propter singularia mutui præcepta, quibus fingitur pecuniã ab extraneo mihi datam, & à me ad fratrem meum profectam. l. singularia. 15. D. si certum. petat. & diximus latè supra ad quintum argumentum atque sic, cum aliquando, licèt breuissimo tempore, fictione iuris in potestate mea fuerit, confestim patri meo acquisita fuit, ex d. l. placet. D. de acquir. hered. vndè iam mutuum celebrari non potuit, cum primum extremum, dominium scilicet ex parte dantis defecerit, ex nostro tex.

131 † Nec tex. in d. §. si ab alio obstat, nam vt constat, alienа quidem illa species à nostra est, siquidem ibi extraneus filio fam. donauit, vt creditori solueret, & ita vt se ab obligatione liberaret, vnde quod patri acquiratur non est; at si donasset, vt debitori credidisset, statim obligatio patri acquireretur: quod si alienos nummos extranei nomine crederet, ipsi extraneo condictio competeret, vt in d. §. si nummos atque ita relinquitur in d. l. frater à fratre, quia vterque frater peculium profectitium habebat, ideò mutuum extitisse: & sic soluitur. 6. argum.

132 Nec obstat septimum argumentum, ex d. l. non omnis. 19. §. si pupillus, D. si certum petat. d. l. nam etsi fur. 13. in princ. illo ti. l. pater filiæ. 84. D. de iur. dotium. l. si quis pro eo. 57. §. si nummos. D. de fideiussoribus. Ex quibus hactenus creditum est, quod etsi à princip. mutuum non subsistat quia alieni nummi mutuati sint, consumptione tamen ex post
133 facto reconciliatur. † Quoniam contra alios ego existimo, neque mutuum hoc casu reconciliari, neque communem eam opinionem in dictis legibus probari. Illud satis constat, nam si pecunia mea me inuito, vel ignorante mutuo data sit, actus consumptionis operari non poterit, vt sine facto meo pecuniæ meæ dominium à me abdicari queat, iuxta regulam. l. id quod nostrum. 12. D. de re-
134 gu. iur. † deinde actus consumptionis non est

est actus acquirendi dominiū, sed potius amittendi; Præterea etsi fateamur, (quod absurdū est.) consumptione dominium acquiri, adhuc mutuum contrahi non potest, cum primum extremum deficiat, vt videlicet is qui tradidit, dominus sit, iuxta nostrum tx. & d. §. appella-
135 ta: † Hoc autem in illis legibus nō probatur consumptione mutuū reconciliari, nec obstat illis consumptis ibidem dari condictionem, nā illa condictio non est ex mutuo, vt falso vulgus sibi persuasit, sed generalis condictio sine causa, quæ locum habet quoties res mea apud te sine causa est. l. 1. D. de condictione sine cau-
136 sa, §. appellamus. infra de actionibus. † Nec etiam aliquid obstat textus in dict. l. pater filiæ, quia ibi non dicitur dos profectitia propter consumptionem; sed quia vt profectitia dicatur, sufficit, vt pro ea pater obligatus remaneat, etsi ex eius bonis profecta non fuerit. l. profectitia. 5. versiculo *sufficit*. D. de iur. dotium. & inde cum nummis consumptis generali condictione pater teneatur, rectè dos pro-
137 fectitia appellabitur. † Nec similiter obstat, commistione pecuniæ alienæ dominium quæri, & reconciliari solutionem quæ à principio non tenuit, l. si alieni nummi. 78. D. de solut. differt enim commistio à consumptione, nam commista pecunia ita quod secerni non possit, cum non appareat quis dominus sit, iuri naturæ conueniens est, vt is qui accepit dominus efficiatur, cum apud eum permaneat, at consumptione pecuniæ, cum in alium transferatur, quo pacto quis dominus effici poterit? Vnde admittendum non est, commixta pecunia aliena mutuò data mutuum reconciliari, cum alterum ex extremis mutui deficiat, vt scilicet dantis fuerit, & sic soluitur septimum arg.

138 Non obstat octauum & vltimum ex d. l. certi condictio. 9. D. si certum petatur, qua probabamus, quod cum ex omni causa, ex omnique obligatione, qua certum petitur, generalis nascatur certi condictio; hæc pro mutuo specialis non erit, vt hic insinuat Iustinianus ad finem, *nascitur actio ex mutuo quæ vocatur certi condictio*. Quorum verborum occasione difficilē dissoluemus quæstionē, ab Accursio, Bart. & reliquis latè in dict. l. certi condictio. in princip. discussam, an vna an plures sint cō-
139 dictiones? Sed illud in primis præuium pro nostro tx. esse oportet. † Quod cum ex omni contractu à iure ciuili approbato nascatur ciuilis obligatio, l. Labeo. 19 §. contractum D.
140 de verborum signifi. l. 2. §. fin. in fi. D. si cert. pet. gloss. fin. in. §. fin. sup. de oblig. † & ex oblig. nascatur actio. l. licèt. 42. §. ea obligatio D. de procurat. qua prosequimur in iudicio quod in obligatione continetur. l. nihil. 51. D. de obligationibus & actionib. text. in principio infra de actionibus necessarium fuit ex contractu mutui actionem dari ad repetēdum id quod mutuo datum fuit; hæc appellatur certi condictio, vt hic. Quare autem ita appelle-
141 tur dubitari solet; † quod vt constet sciendum est, actiones quæ ex contractu nascuntur personales esse. §. omnium, vbi diximus. infra de actionibus. l. actionum. D. de obligat. & actio-
142 nibus. † Omnesq; personales actiones condictiones dici, dict. l. actionum. l. in duobus. 28. §. exceptio. D. de iureiurand. d. l. certi condictio. l. si quis certum. 24. D. si cert. pet. l. rerum amotarum. 26. D. rer. am. Qui enim personali actione acturus erat, prius denunciare debebat debitori, non vt solueret (vt malè existimabat
143 cōmunis. † Quā ex l. quidam Hybe. 12. D. de seruitutibus vrbanorum. & l. debitores. 10. C. de pignoribus, resoluit Corasius lib. 4. miscell. cap. 7. nu. 2. Sarmien. libro 1. selectarum cap.
144 2. nu. 2.) † Sed vt certo die in iudicio adesset, vt ex Festo Pompeio, Agellio, & Cicerone, docent Hotomanus, & Brissonius de verbis iuris lib. 3. verb. *Condicere* & sic à verbo *condicere* quod prisca lingua denunciare significat, ap-
145 pellatur condictio. † Certi autem appellatur, quia quod hac actione petitur certum est: nā cum in mutuo res eiusdem generis & qualitatis reddenda sit, vt latè sup. apparet quid, quale, & quantum petatur, & sic certum est, l. certum est. 6. D. si cert. petat. l. stipulat. 74. D. de verbo. obligation. Ex quibus constat rectè responsum esse in dict. l. certi condictio 9. in principio certi condictionem competere ex omni causa, & ex omni contractu ex quo certum petitur, licèt mutuum non sit, d. l. in duobus §. exceptio.

146 Hinc valde inter Italos & Gallos, an hæc certi condictio quæ ex mutuo nascitur; sit illa eadem generalis, quæ competit ex omni cō-
147 tractu ex quo certum petitur disputatur. † & duplicem esse certi condictionem: alteram specialem quæ ex mutuo datur, alteram generalem quæ nascitur ex quocunque contractu docet Accur. hic glossa fi. & in d. l. certi condictio, verbo, *Ex omni causa*, & ibi Bart. ex n. 1. sequunturq; plures quos ibi refert Iaso. n. 12. Alexander n. 10. Decius n. 1. Cassus n. 10. Purpuratus n. 9. Ant. de Leon Segobiensis ex nu. 1. qui eius opinionis fundamenta referunt.

148 Contrarium tamen, imò vnicam esse certi condictionem generalem, eamque solum ex mutuo dari, docet Accur. Glossa 1. in l. quoties 21. D. de præscriptis verbis, quē sequūtur Vltramontani, vt referunt, iam relati, eiusque
149 opinionis argumenta referentes; † Verum hæc disputatio, præterquam quod prolixa est, & parum habet vtilitatis, vt ibidem Albericus, Iaso, & Alciatus contestantur, & à primę & secundę opinionis auctoribus, nō rectè percipitur, male etenim existimarunt certi cō-
dictionem generalem competere ex quocun-

150 que contractu certo, † est enim longè verius tot esse certi condictiones speciales, quot sunt causæ ex quibus competunt, nam si quis agat ex empto, competit certi condictio ex empto: si agat ex locato, erit certi condictio quæ à priori differat specie, scilicet ex locato, & sic in reliquis contractibus, idemque contingit in mutuo, nam si quis petat centum quæ mutuo dedit, aget certi condictione ex mutuo, quæ specie differt à cæteris conditionibus, vt eruditè docet Vaconius lib. 3. declarationum cap. 47. ex num. 7. Quæ sententia probatur primo, quoniam certi condictio (vt sup. diximus) nihil aliud est, quam actio personalis, sed actio personalis generalis, non nascitur ex aliquo contractu, quia semper proponenda est specia li causa debendi expressa, l. & an eandem 14. §. actiones. D. de exceptione rei iudicatæ, ergo & certi condictio proponēda est expressa speciali causa debendi, & sic erit specialis, & non generalis. Secundò, quia quemadmodum plures esse actiones personales speciales constat, idest, tot, quot sunt contractus, & omnes inter se differunt specie, ita & certi condictiones, cum actiones personales sint, plures esse debēt speciales, scilicet certi condictio tutelæ, certi condictio mandati, certi condictio negotiorum gestorum, & sic de reliquis, vt probat d.l. in duobus 28. §. exceptio. D. de iureiurando. †

151 Nec huic nouæ Vaconij sententiæ oberit, si obijcias, iuxta eam intelligi & deduci, plures esse certi condictiones, nam quemadmodum animal irrationale est vnum, vti genus, tamen eius species multæ sunt, vt æquus, bos, asinus, piscis, auis, & similia, ita certi condictio generalis, vti genus, est vna, sed eius species tot sunt, quot ei adueniūt specificę differētiæ, quę generi adiuncta faciunt aliud, veluti si animali adueniat hæc differentia rationalis, aliud facit animal, & erit vna species animalis, quod animal rationale vocatur, eodem modo si certi condictioni, vti generi, adijciatur hæc differen tia ex empto, facit aliud, eritq; vna species quę certi condictio ex empto nūcupanda est. Item si addatur hæc differentia ex commodato, cōstituitur alia species, quæ certi condictio ex commodato vocanda est: sic si hæc differentia ex mutuo aduenerit, efficietur alia certi condictio specialis, quæ ex mutuo dicetur.

§. *Is quoque.* 1.

1 *Indebitum accipiens re obligatur.*
2 *Actus agentium vltra eorum voluntate operari non debent. & nu. 27.*
3 *Soluens distrahere potius, quàm contrahere obligationem velle videtur.*
4 *Ignorantia iuris errorem parit.*
5 *Nuda traditio dominium non transfert.*
6 *Erraus rem suam non amittit.*
7 *Domino condictio non datur.*
8 *Indebitum quadruplex.*
9 *Indebitum vtroque iure, ciuili, & naturali, si solutum sit repeti potest.*
10 *L. sub conditione 16. D. de condictione indebiti.*
11 *Indebitum naturaliter, debitum verò ciuiliter, repeti potest.*
12 *Naturalis obligatio qualis qualis sit impedit repetitionem.*
13 *Sententia iniqua, ciuilem obligationem inducit non naturalem.*
14 *Indebitum ciuiliter, debitum autem naturaliter repeti non potest, nisi facti ignorantia solutum sit, iuxta communem, & n. 34. & sequent.*
15 *Debitum omni iure ciuili & naturali, quod perpetua fauorabili exceptione declinari poterat, si solutum sit repeti potest. l. qui exceptionem 40. D. de condict. indeb.*
16 *Repeti non potest debitum in diem, si ante diem solutum sit.*
17 *Indebitum omnino esse oportet quod per errorem solutum repetendum est.*
18 *Indebitum ratione soluentis, debitum verò ratione accipientis, vtrum repeti possit?*
19 *L. si pœnæ. 19. §. quamuis. l. repetitio. 44. D. de condict. indeb. cum alijs ibi exponuntur.*
20 *Communis Accursij concordia.*
21 *Reijcitur Accursij interpretatio.*
22 *Vera illarum legum conciliatio.*
23 *Indebiti condictione vt quis agat, per errorem soluisse necessarium est.*
24 *Sciens se non debere soluens donare creditur, & inde condictionem non habet.*
25 *Dubitans debeat, necne, qui soluit condictionem habet.*
26 *Creditor falsus & simulatus qui indebitum recipit, futurum committit.*
27 *Condictio indebiti ex æquitate nascitur, & numero 36.*
28 *Locupletari cū aliena iactura natura non finit.*
29 *Re contrahitur obligatio quando quis indebitum accipit.*
30 *L. cum & soluta 3. C. de condictione indebiti.*
31 *Condictio indebiti re contracta, non ex contractu, sed ex quasi contractu nascitur.*
32 *L. cum quis 10. C. de iur. & facti ignorantia l. error 9. C. ad legem falcidiam. & n. 37.*
33 *Error iuris in rei propriæ amissione nemini nocet.*
35 *Iuris error minoribus, nec mulieribus nocet.*
38 *L. nunquam nuda. 31. D. de acq. rerum dom.*
39 *Error in causa non impedit dominij translationem.*
40 *L. si is cum quo. 11. D. de condictio. indebiti. & l. 1. C. ne filius pro patre. conciliatæ.*
41 *Communis conciliatio Accursij.*
42 *Reprehenditur communis.*
43 *Vera interpretatio d.l. si is cum quo.*
44 *Pupillus indebitum recipiens, re non obligatur, & quare.*

Secun-

1 SECVNDA earum conuentionum, quæ re contrahuntur & celebrantur, species proponitur hic à Iustin. namque si quis non debitum accipiat, ab eo qui per errorem soluit, re obligatur, daturque agenti contra eum condictitia actio. idem in l. 1. & per totum D. & C. de condict. indebiti. l. si quis absentis 5. §. is quoque, D. de oblig. & action. l. cuius per errorem. §3. D. de reg. iur. l. cum quis 10. C. de iur. & fact. ignor. c. fi. de solut. §. item is cui. inf. de obligat. quæ ex quasi contract. nasc. consonat l. 19. l. 36. l. 42. cum alijs ibi ti. 14. p. 5.

2 Sed primò pro dubitandi ratione sic argumẽtor, Agentium actus non debent vltra eorum intentionem, & voluntatem operari. l. non omnis. 19. vbi notant omnes D. si certum petatur (quam benè explicat Connan. lib. 7. com. c. 1.
3 n. 13.) † sed is qui soluit potius videtur velle distrahere, quàm contrahere, potius se liberare, quàm accipientem obligare, vt constat, & docet noster tx. in fi. & tex. in d. §. item is cui. ergo nulla potest hoc casu obligatio nasci præter voluntatem contrahentium.

Secundò contra tex. ibi. *per errorem soluit.* Sic
4 argumentor: † Qui ius ignorãs soluit, per errorem soluit. l. cum quis 10. in princ. C. de iur. & fact. ig. l. error. 9. C. ad leg. Falcid. Sed is repetere non potest, vt dictis legibus probatur, ergo indistinctè verum non est soluenti per errorem repetitionem concedi.

5 Tertiò contra tex. ibi: *Condictitia actio.* sic argumentor: Nuda traditio quam nulla iusta causa præcedit dominium non transfert. l. nũquam nuda 31. D. de acq. rerum dom. † neque
6 errans rem suam amittit. l. si procurator 35. illo eo. ti. Sed solutionem factam per errorem nulla iusta causa præcedit, vt constat: ergo dominium in accipientem ea solutione non trãs-
7 fertur, vnde illud est consequens † soluenti tanquam domino vindicationem dandam. §. omnium inf. de act. l. in rem 24. D. de rei vendicatione. non verò condictionem, quæ nunquam domino datur, nisi contra furem, §. sic itaq; discretis inf. de actionibus. l. fi. D. de vsuf. quemadmod. cau.

Quartò contra generalem huius tex sentent. sic argumentor: Vltra vires peculij pater vel dominus nec naturaliter quidem obligantur, ideoque quod excedit peculium in constitutum non venit. l. 1. §. fin. D. de const. pecunia. Sed si pater vel dominus per imprudentiam plus quam est in peculio soluerint, cessat repetitio. l. si is cum quo. 11. D. de condictione in-
8 debiti, ergo contra nostrũ tex. † *Sed his non obstantibus.* Verissima est nostri tex. sententia, ad cuius explicationem, & huius difficilis de indebito tractatus cognitionem sciendum est. Indebitum quod quis iam solutũ actione personali proposita repetere conatur, quadrupliciter posse considerari. Quamuis enim Accurs. in l. 1. glos. 1. D. de condictione indeb. triplex tantum indebitum esse asserat, quartam aliam speciem addit in d. l. cum quis glos. 1. & in d. l. cuius per errorem consent. glo. fi. in c. fi. de so-
9 lut. † Prima species est quãdo quod per errorem soluitur, indebitum est vtroque iure, id est ciuili & naturali, vt puta si nulla causa debendi præcesserit, aut si quæ præcesserit legitimè dissoluta est, vt per totum inf. quib. mod. toll. oblig. & in hac specie procedit regula nostri tx. & repetitioni semper locus est. l. 1. vbi notat Accur. Bar. & omnes. l. sed etsi me 22. D. de
10 condict. indeb. † & sic intelliges tex. in l. sub condit. 16. D. illo ti. quoniam quod sub conditione debetur pendente conditione nec naturaliter, nec ciuiliter debetur, ex regul. l. cedere diem 213. D. de verb. signif. siue iuris, siue facti ignorantia soluatur, vt in dictis legibus & d. l. 19. ti. 15. par. 5. notat Menses in d. l. cum quis nu. 23. C. de iur. & fact. ignor.

11 Secunda species est, quãdo indebitum est naturaliter, debitum verò ciuiliter, vt in eo qui ex chirographo ante biennium debet, vt docet glos. verbo *obligatur.* in princ. inf. de liter obligat. quoniam antequam ei pecunia numeretur naturaliter non obligatur. l. qui pecuniã, 30. D. si cert. petat. l. Titius. 4. D. quæ res pig. oblig. possl. l. 1. ad fi. D. de qui potio. in pig. hab. licèt ciuiliter debeat ex d. princip. & ibi notatis. Sanè si is soluat repetere potest, ex nostro tex. quem sic interpretamur, & Accur. in d. l. 1. Bar. ibi. n. 22. Iaso. nu. 23. eodem in prin. 2. lect. n. 44. inf. de action. Costa in l. si ex cautione 1. notabili n. 7. C. de non num. pecun. Mencha. de success. creat. §. 12. nu. 49. Menses vbi sup. nu. 21. & probat. l. si. non sortem 26. §. indebitum, & §. adeò. l. qui exceptionem. 40. in
12 princ. D. de condict. indeb. † Quæ tamen sententia sic admittenda est si nulla omnino adsit naturalis obligatio, namque si aliqua sit vel præsumpta aduersus quam exceptio non competat, repetitio denegatur, & regula nostri tx. limitanda est, vt in solutione ex chirographo
13 post biennium † vel ex sententia iudicis iniqua, quæ licèt solam ciuilem obligationem inducat, non naturalem. l. Iulianus 60. D. de cond. ind. impedit repetitionem. l. 1. C. eo. ti. l. si fideiussor. 29. in §. in omnibus. D. mandati. quia videlicet adest præsumpta naturalis, notat Accurs. omnino videndus in d. l. 1. verbo *iudicati.* C. de condict. indeb.

Tertia species est, quando aliquid naturaliter est debitum, ciuiliter autem non debetur, vt legatum in minus solemni testamento relictũ, & tunc ita demum repetitio concedenda est si facti ignorantia quis soluit, vt in d. l. 1. D. de condic. indeb. notat Accur. qui Bartolo & alijs communis est, Menesio in d. l. cum quis. n. 18. (quæ sententia an vera sit latè inf. nu. 36.) aliàs condictionem hanc non habebit. l. naturaliter,

13. l. si non sortem. 26. §. libertus. l. cum quis, 32. §. si in ea. l. quod pupillus. 41. l. si. quod seruus. 64. D. de condict. indeb. l. naturales. 10. D. de oblig. & acti. l. fideiussor. 16. §. fideiussor. D. de fideiuss. quia licèt naturalis obligatio efficax non sit ad agendum, rectè tamen ad excipiendum.

15 Quarta & vltima species est quando quis soluit id quod vtroque iure & naturali & ciuili debet, aliqua tamen exceptione perpetua se tueri poterat, hoc enim in casu similiter repetitioni locus est. d. l. si non sortem 26. §. indebitum, & §. adeò. & d. l. qui exceptionem. 40. D. de cõdictione indebiti, & l. error. 9. C. ad l. falcid. elegãti hac adhibita distinctione, quam Marcianus. I. C. docet in eadem. l. qui exceptionem. Scilicet in primis exceptionem perpetuam esse oportere, item & fauorabilem, eiusque causa cui datur inducta, vt in exeptione quæ mulieri fidei iubenti indulgetur, quæ licèt & ciuiliter, & naturaliter obstringatur (ita docente Accur. verb. *necessitate.* in princip. sup. de obligat.) tamen Velleiano defenditur, & exceptionem habet. l. 1. & per totum. D. & C. ad Velleian. Si verò temporalis esset exceptio, cessaret repetitio, vt insinuat tx. in d. §. indebitum. d. §. adeò. & d. l. qui exceptionem in
16 princ. † Qui ergo debitor est in diem, si ante diem soluat, etiam si dies incertus sit repetere non poterit. l. in diem. 20. l. nam si. 17. D. de condict. indeb. Idemque est si in odium eius cui debetur exceptio detur: perperam enim solutum non repetitur, veluti si filius familias contra Macedonianum mutuam pecuniam acceperit, & pater familias factus, soluerit, non repetet.

17 Sciendum item est, omnino indebitum esse etiam oportere, vt quod solutum per errorem est, condici possit. Planè indebitum omni modo est, vbi neque is qui soluit, debebat; neque
18 ei, cui solutum est, debebatur. † Sed quid, si quis receperit quidem sibi debitum, sed ab eo qui non debebat, an & tunc repetitionem dabimus? & sufficere, vt huic condictioni locus sit, respectu soluentis indebitum solui, docent expressa iura in l. quod si possess. 19. l. si quid possef. 34. D. de pet. here. l. si pœnæ. 19. §. quãuis, l. in summa. 65. §. fin. D. de condictione indebiti.

19 Contrarium tamen, quinimo repetitionem nullam esse ab eo qui suum recipit, tametsi ab alio quam à vero debitore solutum sit, docet Iulius Paul. in l. repet. 44. D. de condict. indeb. & probare videtur Iulian. in l. de qua re. 74. §. vlt. D. de iudicijs. Imp. Ant. in l. de hereditate, 5. C. de peti. heredi.

20 Quam legum dissonantiam vt componant interpretes varias & dissidentes proferunt sententias: sed illa communior, vt si nomine veri debitoris fiat solutio, repetitio non fit, quamuis soluat is qui non debet, iux. tx. in d. l. le. repetitio, quæ intelligenda est, vbi nomine veri debitoris facta fuit solutio. Quod si nomine suo soluat is qui non debet, repetitio competat, iux. tx. in d. l. si pœnæ. §. quamuis, cũ alijs. Hanc opinionem scripsit Accur. in d. l. repetitio, verb. *solutum*, & in d. l. in summa. §. fi. verb. *indebitum*, & in d. §. quamuis verb. *repetere poterit.* vbi sequuntur Bart. & Alex. & Alber. Paul. Angel. & Ias. in d. l. repetitio. testantur communem Pet. Stella in repetitione illius legis, n. 1. Zasius tract. antinomiarum, secunda parte.

21 Verum ea conciliatio ex eo displicet, quoniam. d. l. repeti. sine violentia ad eum casum quis nomine alterius soluit restringi non potest, nomine videlicet veri debitoris id enim ex litera tx. non apparet, & in dub. potius quis pro se, quàm pro alio soluere intelligitur. l. Modest. D. de solutionibus.

22 Quare omissa ea sententia, & alia Zasij, vbi sup. alia Guil. Budei. in l. fin. D. de edilic. edict. respondendum est: Longè inter se differre, an quis recipiat id quod suũ est, an verò id quod sibi debetur: namq; si quis recipiat quod tuum est, idest, id cuius dominium habet, nihil refert à quo accipiat quóve nomine ipsi soluatur, semper enim cessat repetitio. d. lege repetitio cum alijs. Quod si non suum, sed sibi debitum quis accipiat ab alio quam à verò debitore repetitio datur. d. l. si pœnæ. §. quamuis, nisi soluens nomine veri debitoris soluisset, iuxta tx. in d. l. si quod. D. de petition. hered.

23 Vlterius sciendum est, quod & iam sup. insinuauimus, vt condictitiæ actioni locus sit, necessarium esse soluentem errare, putareque se illud quod soluit debere, tex. hic, ibi. *per errorẽ.* cum alijs in initio relatis. 24 † Namque si quis sciens se non debere soluerit: repetitionem nõ habebit. l. 1. l. si is qui. 24. l. si non sortem. 26. §. indebitum. D. de condict. indebiti. 9. C. eod. l. eum qui. 21. §. 1. D. de inoffic. testa. quia præsumitur animum donandi habuisse. d. l. cuius per errorem. l. Campanus. 47. D. de oper. libert. Eo inductus & præsumptus, ꝙ nullo iure cogẽte dederit donari. D. de donat. & D. de reg. iur. quod autẽ causa donationis datur etiã si ob rem, hac condictione nõ repetitur. d. l. in summa. 65. §. Id quoque. D. de condictione indeb. facit regula. l. perfecta donatio. C. de donatio. quæ sub modo. l. si donationem. C. de reuoc. donat. 25 † Quod si quis dubitans debeat nec ne, soluerit, quia similis est erranti, repetitionem habebit. l. fi. C. de condictione indebit. & induci potest regula, l. quandiu. C. qui admitti. cap. 1. de hereticis. incumbit autem accipienti onus probandi soluentem nõ errasse, regula. l. cum de indebito. 25. D. de probat. d. l. fi. C. eo. c. fi. de solut.

26 Ergo error est necessarius vt huic condictioni sit locus; qui & in persona recipientis est necessa-

necessarius, scienter enim indebitum recipiens furtum committit, falsus. 44. §. 1. D. de furt. l. quoniam. D. de condict. furti. notat gloss. hic, verbo *condictio*. Et in d. l. quoniam, quod verũ putat Bart. quando falsus creditor se suo facto simulat, debitorem instat, & vrget, & ad soluendum inducit; non aliàs, ne quis facile actione famosa notetur. Sequuntur Angelus & alij ibi: & conducunt quæ scripsit Ias. in rubr. D. de condict. indebiti.

His sic constitutis non obstant argumenta in
27 contrarium adducta, nõ primum, quoniam etsi verum sit, regulariter obligationem præter partium consensum non nasci ex ratione, d. l. nõ omnis. 19. D. si cert. petat. nõ est tamẽ aut nouum aut insolens, vt vltra id quod agitur tacita propter æquitatem nascatur obligatio. l. si is qui 13. §. si libero homini, vbi notat glo. ver. *Nascatur*. D. commodati; maximam autem hoc in casu subesse æquitatem nemo est qui non vi
28 deat, siquidem † valde iniquum esset propter soluentis errorem cum eius damno accipiẽtem locupletiorem fieri, quod naturæ ius non patitur, teste Cicer. lib. 3. offic. Pompon. in l. nam hoc natura. 13. De cond. indeb. l. 17. ti. 34. p. 7. cum alijs relatis in nost. relect. l. 3. & 7. sub. nu.
29 73. C. de murilegul. li. 11. † Vnde iam intelliges quare Iustin. hoc in casu re obligationem contrahi dixerit, quia sicut in mutuo non antea contrahitur quam pecunia numeretur. l. qui pec. 30. D. si cert. pet. cum alijs sup. adductis. ad princ. huius tit. Ita nec in nostra specie ante rei sol. cond. dabitur.

30 † Neque mihi obijcias. l. cum & soluta. 3. C. de condict. indeb. Vbi nulla soluta quantitate condict. datur; quoniam vt rectè ibidem animaduertit Accurs. verbo *Condictio*. De condict. sine causa, vel de condict. incer. tx. ille intelligendus est, quæ ad repetendum instrumentum conceduntur, non verò de condictione indebiti quæ non nisi ad repetendum indebitè solutum conceditur.

31 Potest etiam dici, quod cum is qui non debitum soluit, eo ipso aliquod negotium cum accipiente gerere videatur. l. si in area. 33. D. de condict. indebi. cum præsupponamus eum per errorem soluisse, præsumimus similiter eum habere animum repetendi, si se indebitum soluere sciret, arg. l. cũ de indebito. 25. D. de probationibus. itaque quamuis verè contractus non intercesserit, quia is duorum mutuam & reciprocam volũtatem requirit l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verb. signific. quia tamen ad contractus naturam accedit propter negotium quod gestum est, obligationem ex quasi contractu oriri dicimus. d. §. item is, inf. de obligat. quæ ex quasi contractu. l. 5. §. is quoque. D. de obligat. & act. ex quibus constat Iustinianum hic, non ideò referre hanc obligationem quasi ex contractu natam, sed quia rei interuentu producitur, de qua specie hic agit.

32 Difficiliores explicatus habet secũdùm argumen. ex d. l. cum quis. Et ex d. l. error; cui vt satisfaciant interpretes, sequentem adhibent di-
33 stinctionem: † quod si quis soluat quod vtroque iure, vel saltem naturali indebitũ est, quocumque errore soluat siue iuris, siue facti, repetere illud possit ex regula nostri tex. (quæ vt iam diximus sic admittenda est) ea ratione, quoniam error iuris in damno amittendæ rei suæ nemini debet esse nociuum. l. iu. 7. l. error. 8. §. fin. D. de iur. & fact. ignor. is autem qui indebitum repetit agit de vitando damno
34 rei suæ amittendæ. † Si verò indebitum sit ciuiliter, debitum verò naturaliter, tunc siquidem iuris errore soluerit repetere non possit, secus si errore facti, iuxta d. l. cum quis & d. l. error. in argum. relatas. ita Accurs. in d. l. cum quis, glos. 1. vbi post alios quos refert sequitur communem dicens Padilla. nume. 18. idem Accur. in l. 1. glo. magna. D. de condictione. indeb. & omnes ferè hic.

35 † Qui omnes hanc distinctionem non admittunt in minore & muliere, quæ personæ quocumq; errore debitũ naturaliter soluãt repetere possũt, iuxta tx. sic intelligẽdũ in l. interdũ 29. D. de cõdictione indeb. l. quãuis. 8. §. interdum. D. ad Velleian. & regulam. l. regula. 9. D. de iur. & fact. ignor. quæ obseruatio conuenit à nobis traditis sup. versic. *Tertia species*. sub num. 14.

36 Sed (quicquid ibi cum communi dixerimus. & eadem communis proximè relata resoluat re paulò attentius considerata) longè veriùs crediderim vbicũq; debitũ naturale adest quocumq; errore siue iuris, siue facti soluatur cõdictionẽ indebiti cessare ex sequentib. Primò ex generali regula. l. naturaliter. 13. l. frater à fratre. 38. l. si id quod. 64. D. de condictione indeb. vbi in distinctè propter naturalẽ obligationem denegatur repetitio. Secundò nam quod naturaliter debitum est, potest etiam in alterius debiti ciuilis compensationem deduci. l. etiam. 6. D. de compensationibus. ergo si per facti ignorantiam solutum sit retineri poterit. Tertiò, nam hæc condictio indebiti, vt sup. diximus, & probat l. indebiti. 15. l. hæc condictio. 66. D. de condictione indebiti. ex æquo & bono propter æquitatem naturalem nascitur, competitque cum recipiens sine iusta causa rem habet, & cum soluentis damno locupletatur, quod sanè cessat cum quis id quod sibi naturaliter debetur recipit, etiam per errorem facti solutum, cum id sine causa apud eum non sit, cum re vera debitum sit. l. hoc iure. 19. §. si quis seruo. D. de donationibus: ergo quocumque errore naturaliter debitum soluatur repetitio deneganda est, vt contra communem defendunt Coras. in d. l. cum quis. n. 6. Robertus lib. 1. sententiarum c. 6. Ludou. Vitalis li. 2. var.

var. c. 22. ante quos Petrus antiquus glossator,
37 cuius meminit Accur. in d. l. cum quis. † Cui obseruationi non obstat. d. l. cum quis: nam omissa solutione Roberti, & aliorum vbi sup. Duareni ad tit. D. de condict. indeb. cap. 3. verisimè tenendum est tex. illum non loqui de condictione indebiti, sed de condictione ex capite ignorantiæ, vt patet ex ti. sub quo iacet, iuxta quem intelligendus est. regula. l. Imperator. D. de in diem addictione. quæ condictio multum differt ab indebiti condictione. l. regula. 9. §. si quis. versi. *frustrà postulant.* & versiculo. *quod si ideò.* D. de iur. & fact. ignor. vbi cũ in princ. indebiti condictionem competere Iulius Paulus negasset, an condictio ex capite ignorantiæ competat postea quærit, & competere affirmat. si ignorantia facti fuit, hæc enim condictio datur etiam ei qui debitum vtroque iure soluit, si retinere potuit & in facto errauit. l. error facti. 8. D. illo ti. & ita accipienda est d. l. cum quis. & soluitur secundum arg.

38 Non obstat tertium. ex d. l. nunquam nuda, &c. quoniam respondendum est traditionem nudam non esse, sed causam soluendi in se continere quæ efficax est ad dominium transferendum, quemadmodum iusta causa & titulus est ad vsucaptionem. l. 1. & per totum. D. pro soluto. nec obstat nullam solutionem esse, cum nullum debitum præcesserit, quia licèt vera causa solutionis non præcedat, sufficit tamen putatiua, quæ saltem præcedit ad dominij translationem, vt notat Accur. in d. l. nunquam nuda. glos. 1. certum enim est, cum qui soluit putare se ex iusta debere. facitque pro hac sententia. tex. in l. in summa. 65. D. de condict.
39 indeb. † item & illud errorem in causa non impedire dominij translationem. l. cum in corpus. 36. de acq. rerũ dom. licèt error in ipsa re impediat. l. 3. §. subtilius. D. de condict. causa dati. de quo errore loquitur tex. in d. l. si procurator. 55. D. de aquirendo rerum dominio.

40 Non obstat quartum argumẽtum, ex d. l. si is cum quo. 11. D. de condictione indebiti. Cuius in primis difficultas augetur ex. l. 1. C. ne filius pro patre, & in l. si quis reum. §. idem Iulianus D. de liberatione legata, vbi in eadem specie (de qua Vlpian. in d. l. si is cum quo) probatur patrem repetere posse quod per ignorantiam
41 soluit vltra peculij quantitatem. † Nam respondet vbiq; glossa tex. in d. l. 1. cum alijs, intelligendum vbi pater pro se, vel suo nomine soluit, tex. verò in d. l. si is cum quo. vbi soluit pro filio & nomine eius.

42 Quæ tamen interpretario in primis conuincitur, quia diuinationem continet ad d. l. si is cum quo. ex qua magis colligitur pro se, quã pro alio patrem soluisse: tum quia in dubio vnusquisq; pro se, & pro sua obligatione magis, quam pro aliena soluere creditur: cum etiã quia Vlpian. ibi (*Si is cum quo de peculio actũ est*) satis probat patrem de peculio contentum, vnde non est verosimile pro alio, non pro se soluisse. Deinde ex eodem, ibi: *per imprudentiã soluerit*. nam si pater pro filio soluisset plusquam erat in peculio qui tenebatur in solidum l. si quis cum filio. D. de peculio, licèt soluisset plusquam erat in peculio, nullus error aut imprudentia imputari patri poterat.

43 Quare dicendum est, ideò ibi cessasse repetitionem, quia pater soluit non errore facti putans plus esse in peculio, sed errore iuris existimans ex contractu filij in solidum teneri, quemadmodum ipse filius. Planè vt latè sup. diximus, quod iuris errore solutum est repeti non potest.

Versic. *Vnde pupillus.*

44 Sic est is versiculus superioribus coniungendus, vt quemadmodum pupillus sine tutoris authoritate mutuum recipiens non obligatur, ita neque si ei indebitum sit solutum obligatione aliqua teneatur, aut in eum condictitia actio detur, hoc ideò quia cum indebiti obligatio similis mutuo sit, tex. hic versi. *nam perinde.* eademque inde actio nascatur, ex similitudinis ratione à contrario subijcitur exceptio, videlicet, vt qui ex mutuo non obligatur, neq; ex indebito teneatur: contrariorum enim eadem solet esse ratio; Pupillus ex mutuo non obligatur. l. si pupillus. 59. D. de oblig. & act. ergo neque ex indebito accepto. l. obligare, 43. illo titu. Solent hic interpretes de pupilli obligatione, & an saltem naturaliter sine tutoris authoritate obligetur differere latissimè, quod iam nos præstitimus ad principium sup. de authoritate tutorum, & §. pupillus, inf. de inutilibus stipulationibus.

§. *Item is cui.* 2.

1 *Commodati actio nascitur quoties cui res vtenda gratis conceditur, ex re obligatione orta, & num.* 11.

2 *Commodatarius summam in custodienda re commodata diligentiam adhibere tenetur.*

3 *Vsu rei concesso, aliquando locatio, aliquando contractus innominatus, aliquando precarium, aliquando depositum irregulare contrahitur.*

4 *Dominiũ in commodatarium non transfertur.*

5 *Commodati actio datur aduersus commodantem, & num.* 35.

6 *Commodatarius eandem rem reddere debet, & num.* 49.

7 *Mutuatarius nullo casu liberatur, & an vt teneatur culpa eius sit necessaria. num.* 51.

8 *Commodatarius casum non præstat, de leuissima tamen culpa tenetur, & n.* 57. *&* 67.

9 *Commodatarius aliquando dolum tantum præstat, & nu.* 70.

10 *Mercede interueniente non commodatum, sed*

vel

vel locatio, vel innominatus contractus fit, & num. 71.

12 Commodare *quid*, & Commodatum *vnde dictum.*

13 *Commodati definitio.*

14 *Definitio cuiusque rei proprietates complectitur.*

15 *Commodati definitio proposita constat genere & differentia.*

16 *Commodari quæcumque res possunt.*

17 *Commodari habitatio an possit.*

18 *Commodari nomina debitorum possunt.*

19 *Commodari res quæ vsu consumuntur non possunt.*

20 *Commodatum à mutuo eò præcipue differt quod in hoc dominium, in illo vsus rei tantummodo in accipientem transfertur, & nu. 29. & 40.*

21 *Pecuniæ, & aliæ res fungibiles ad pompam & ostentationem commodari possunt.*

22 *L. sæpè etiam. 4. D. commodati, & eius lectio animaduersa.*

23 Dicis gratia *quid facere, ideſt perfunctoriè, & simulatè.*

24 *Commodari possunt res quæ vsu deteriorantur.*

25 *Commodatum debet esse gratuitum.*

26 *Commodatarius vsum tantum habet, commodans rei dominium retinet, & nu. 35.*

27 *Commodatario possessoria remedia non competunt.*

28 *Commodatarius iudicis officio restituitur ad rẽ commodatam.*

30 *Precario qui rem habet eam possidet, possessoriáq; remedia habet.*

31 *Commodatum ad certũ & determinatum vsum & tempus conceditur.*

32 *Commodatarius finito vsu, aut tempore concesso si vtatur re commodata furtum cõmittit.*

33 *Precarium sine temporis præfinitione ad concedentis voluntatem fit.*

34 *L. cum precario. 12. D. de precario.*

36 *Commodare, & vtendum dare differunt, tanquam genus & species.*

37 *Vtendum est genus dare.*

38 *Commodare est species.*

39 *Dictio, ideſt, posita inter genus & speciem, ponitur restrictiuè.*

40 *Verbum*, Dare, *translationem dominij significat, & 42.*

41 *Commodatum manet, etsi conuentum sit vt dominium transferatur iuxta Alciati opinionẽ.*

42 *Reprehenditur Alciati opinio.*

43 *Commodati actio duplex directa vna: contraria alia.*

44 *Commodati actio directa datur commodanti aduersus commodatarium & eius heredem.*

45 *Commodati actione directa quid veniat?*

46 *Commodati actio contraria datur aduersus commodantem, & quid comprehendatur.*

47 *Commodati actio quare directa vtraque non est.*

48 *Actiones contrariæ, quare sic appellatæ, & quid præstent.*

49 *L. fin. D. de præscriptis verbis.*

50 *Commodatum irregulare, quando contingit vt dominium transeat in accipientem.*

51 *Mutuatarius etiam si casu res pereat non liberatur, & quare.*

52 *L. Rogasti. 11. D. si cert. petatur.*

53 *Periculum ad casum fortuitum refertur.*

54 *Subrogatus sortitur naturam illius in cuius locum subrogatur.*

55 *L. Titius. D. de præscriptis verbis.*

56 *Principale est attendendum, non quod consequens est.*

57 *L. 1. §. is quoque. D. de obligat, & actionibus.*

58 *Lectio nostri textus, ibi*: Exactissimam, *animaduersa.*

59 *Culpa latissima, latior, lata, leuis, leuissima, iuxta Bart.*

60 *Culpæ tres tantum gradus iuxta Accursij sententiam iure Hispano probatam.*

61 *Quæ differunt secundum plus & minus non differunt specie.*

62 *Culpæ appellatio latam, leuem, & leuissimam comprehendit.*

63 *Diligentia exactissima, exacta, vulgaris.*

64 *Culpa lata est vulgarem diligentiam non adhibere.*

65 *Culpa leuis est exactã diligentiam non præstare.*

66 *Culpa leuissima est, exactissimam diligentiam non interposuisse.*

67 *Commodatarius exactissimam diligentiam adhibere tenetur.*

68 *Debitor speciei, re sine eius culpa perempta, liberatur, nec de casu tenetur.*

69 *Commodatarius de casu eius culpa contingente tenetur, aut si ita conuentum sit.*

70 *L. si vt certo. §. interdum. D. h. t. Commodatum aliquando gratia commodatarij, aliquando gratia commodantis, aliquando gratia vtriusque fit, & his in casibus ad quid teneatur qui rem accepit.*

71 *L. 1. §. si quis seruum. D. depositi.*

1 ECce tertium contractum eorum qui rẽ celebrantur, ergo, vt vides ex hoc tex. is cui gratuito alicuius rei vsus conceditur, re obligatur, teneturque ad eandem ipsam quã
2 accepit restituendam commodati actione, † summamque in ipsa custodienda præstare diligentiam. idem in l. 1. §. is quoque cui rem. D. de oblig. & actio. l. 1. §. 1. D. commod. c. 1. extra de commodato. l. 1. & per totum ti. 2. p. 5. explicant Anton. Gom. 2. to. c. 7. n. 1. Connan. li. 7. c. 3. Mozzius lib. sing. de contract. tractatu de commodato.

3 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum tx. & singula eius verba quo magis contractus huius essentia intelligatur, & primò contra tx. ibi (*res aliqua vtenda datur*) quibus verbis probat Iust. tunc commodatum contrahi cum res aliqua vtenda datur. sic argum. quoties alicuius

rei

rei vsus mihi conceditur non cõmodati actione, sed ex locato. §. penul. inf. de locatione. vel præscriptis verbis teneor. l. si gratuitam. 18. D. de præscriptis verbis. hocque casu etiam vel precarium contrahi dicendũ est. l. 1. D. de precario. vel depositũ irregulare. l. si sacculũ. 29. §. 1. D. depositi, ergo neq; commodarũ cõtrahitur, neq; accipiẽs cõmodati actione tenetur.

4 Secundò, noster idem tx. sibi ipsi inuicem aduersari videtur ibi (*datur*) & ibi (*vt eius fiat*) illis verbis probat dominium hoc in contractu transferri, si coniũgas tex. in §. sic itaque discretis inf. de actionibus. l. vbi autem non apparet. 75. §. fi. D. de verb. oblig. is autem hoc negat, ergo in se ipso difficilis est.

5 Tertiò, contra tex. ibi: *teneturq; commodati actione*, sic argumentor: Commodati actio datur aduersus commodantem. l. in commodato. 17. §. fi. l. in rebus. 18. §. possunt, & §. fi. l. rẽ 21. l. si seruus 22. D. commodati: ergo non contra commodatarium.

6 Quartò, contra tex. ibi (*de ipsa re restituenda tenetur.*) sic argumentor: Qui rem accipit vt ea vtatur, potest vel ipsam eandem reddere vel aliam eius loco. l. fi. in posteriori parte. D. de præscript. verbis, ergo non eadem præcisè.

7 Quintò, contra tex. ibi, *& is quidem* & ibi, *quolibet casu fortuito.* Ex quibus verbis constat quocumque casu res mutuata pereat mutuatarium teneri, sic argumẽtor: Exigitur culpa in mutuatario, vt de re amissa teneatur, tex. in l. rogasti. 11. ibi. *sine culpa*, &c. D. si cert. petatur: ergo de casu non tenebitur.

8 Sextò, contra tx. ibi, *exactam diligentiam custodiendæ rei præstare iubetur*, quibus verbis probatur exactam curam & diligentiam sufficere in commodata re custodienda, sic argumentor: Quamuis verũ sit commodatarium casum nõ præstare, culpam tamẽ leuissimam etiam præstat. l. 1. C. de commodato. l. si vt certo. 5. §. quod verò. l. in rebus. 18. D. eodem. vbi Caius scribit in rebus commodatis talem diligentiam præstandam esse qualem quisque diligentissimus pater familias suis rebus adhibet, ita vt eos casus non præstet quibus resisti non potest, ergo non sufficit exactam adhibere, sed exactissima etiam exigitur, vt nominatim docet idem Caius in d. l. 1. d. §. is quoque, ibi, *aliàs tamen exactissimam diligentiam custodiendæ rei præstare iubetur.* D. de oblig. & action. Idemque probat Greg. 9. in c. vnico de commodat.

9 Septimò, contra generalem regulam nostri tex. probantis de quacumque culpa etiam leuissima commodatarium teneri, obijcio difficilem tex. in d. l. si vt certo. 5. §. interdum. D. commodati, vbi docet Vlp. solum dolum in re commodata eum qui rogauit præstaturum, ergo non semper de omni culpa tenetur.

10 Octauò, contra vltima verba nostri tex. ibi, *alioqui mercede intercedente locatus tibi vsus rei videtur*, obijcio tex. in l. 1. §. si quis seruum. D. depositi, vbi l. C. docet, quod si pro rei vsu merces data sit, non locatio erit, sed alius innominatus contractus, & præscriptis verbis agendum est, ergo non est locatio, vt hic Iustin. probat.

11 His tamen argumentis non obstantibus verissimum est quod hoc in loco Iust. docet, & nos ex eo sup. deduximus, videlicet commodatum contractum esse qui rei interuentu celebratur, neque enim antequam res tradita sit nascitur cõmodati actio. d. l. 1. §. is quoque, D. de oblig. & actio. Planè is commodare† dicitur qui suam rem ad certum determinatũm- ve vsum gratis alicui concedit, vt hic Imperator scribit; patetque tum ex nominis etymologia, dicitur enim commodatum, quasi ad cõmodum vtentis datum, vt voluit glos. 1. in ca. vnico de commodato Azo. in summa. C. eod. & approbat. l. 1. ibi, *commodatum quiere dezir, como cosa que es dada â pro de aquel que la recibio*, ti. 2. p. 5. vel vt voluit Festus Pompeius, quasi *cum modo datum.* hoc est præscripto fine vtendi, quod mihi magis probatur, & Connane, li. 7. c. 3. nu. 4. Praeio de verbis iuris verbo *commodatum.* Et l. C. in l. in commodato 17. §. sicut, D. commodati: cum etiam & ex definitione,† cum *commodatum sit conuentio qua res gratis vtẽda datur ad tempus modumve certũ, ea lege vt eadem reddatur.* Ita definit Cuiacius in paratitlis ad tit. D. commodati, neque multum discrepat Duare. ad eundem tit. c. 1. Martinus Antonius del Rio in l. contractus. ca. 8. D. de regulis iur. Mozzius d. tract. de commodato. q. 1. nu. 4. & 5. glos. 1. in d. c. vnico, quam ibidem explicant Abb. n. 9. Imola, n. 8. Iaso n. 16. Decius. n. 20. in l. 2. in princ. D. si cert. petat. Ant. Gom. 2. to. c. 7. num. 1.

14 Cum† autem definitio cuiusque rei proprietates cõplectatur, vt ex Cicerone & alijs obseruauimus in disputatione de mora. n. 3. parumper subsistendum est, & quæ à nobis de commodato traduntur explicanda, vt sic quæ sint 15 præcipua in hoc contractu intelligantur.† Dicitur ergo in definitione. *cõuentio* loco generis arg. l. 1. §. conuentionis. D. de pactis, eademque ratione adiecta sunt sequentia verba, *qua res gratis vtenda datur*, quoniam & in alijs pluribus casibus & conuentionibus rei vsus conceditur, vt dicemus ad 1. argumẽtum: reliqua quæ subsequuntur *ad tempus modumve certum, ea lege vt* 16 *eadem reddatur*, sunt loco differentiæ.† Sed sigillatim iam ea explicemus. verbum, *res*, quia nimis generale est. l. 1. in fin. D. si cert. petat, denotat, quascumque res mobiles, & immobiles, corporales, & incorporales posse commodari. l. 1. §. 1. D. commodati. l. si gratuitam. 17. D. de præscrip. verbis. notãt vbique interpretes, & prosequitur Mozzius, iam relatus. §. de rebus quæ possunt commodari.

Pla-

17 Planè † quamuis nonnulli existimauerint Viuiani I.C. dubitationem in d.§.1. ad fi. an posset habitatio commodari; ex eo nasci, quod incorporalis sit habitatio, longè verius interpretor, ideò eum dubitasse, quamuis posse commodari, magis probet, quia inter I. C. magna fuit controuersia, vtrum habitatio alicui legata alteri concedi posset: quam dubitationem refert & resecat Iustinian. l. cum antiquitas 13. C. de vsuf. & in §.1. sup. de vsu & hab. huius ergo controuersiæ vestigium extat in d.§.1. & in l. si habitatio. 10. D. de vsu & hab. quo fit vt in
18 alijs rebus incorporalibus minus dubitandum sit posse eas commodari, † veluti si nomē mei debitoris tibi commodauero, vt tu illud creditori tuo obliges, iuxta l. postea quam. 7. C. de hered. vel act. vendita, coniuncto. §. nunc videdum. in 2. l. si vt certo. 5. D. commodati. † Ab
19 hac tamen generali regula illæ res excipiuntur, quæ vsu consumuntur, consistuntque in pondere, numero, vel mensura, quæ commodari non possunt. l. 3. §. fin. D. commodati, quia vsu prodesse non possunt nisi consumantur. l. hoc senatusconsultum. 5. §. si pecunia. D. de vsu ear. rer. quæ vsu consum. §. constituitur. sup. de vsufruct. & sic si earum vsus concederetur, non posset non dominium transire, cum dominium à consumptione non distinguatur, & eadem res reddi non possit, quod est contra naturam commodati tex. hic ibi: *non itares detur vt eius fiat, & ob id de ea restituenda tenetur.*
20 † In hocque maxime commodatum à mutuo distinguitur, quia mutuum solùm in rebus fungibilibus consistit. l. 2. §. mutui datio. D. si certa petat. tex in princ. sup. eod. vbi latè diximus.
21 † Vnde si fungibiles res hoc pacto mutuarentur, vt eædem redderentur, non mutuum, sed commodatum esset. l. 2 in princ. ibi. *alioqui aut commodatum erit.* D. de rebus cred. veluti cum ad pompam siue ostentationem, & dicis gratia vt numerationis loco intercedant commodan-
22 tur pecuniæ, d. l. 3. §. fin. † iuncta. l. sæpè. 4. D. commodati. in qua non *ditis*, aut *dantis* legen-
23 dum est, vt vulgò creditur, sed, *dicis*. † Est autem dicis gratia aliquid facere perfunctoriè, & simulatè, vt constat ex bonarum literarum testimonijs, quæ adducunt Brisson. & Hotoman. vers. *dicis gratia*. Vt in exemplo §. 1. sup. de testamentis. §. præterea sup. quibus modis ius patriæ pot. solui. ad quæ reducenda sunt quæ circa. d. l. sæpè præter ordinarios ibidem scripserunt Alciat. lib. 4. disputationum c. 15. Conan. li. 7. c. 3. n. 2. Forcatulus dialogo. 7. Corra. li. 4. Miscell. c. 8. Couar. lib. 4. var. c. 8. Ant. August.
24 lib. 2. emendat. c. 6 Duar. lib. 1. disput. ca. 47. & in l. iuris gentium. 7. §. dolo malo. D. de pact. † In alijs autem rebus licèt vsu deteriorentur, putà in vestibus, consistit commodatum, quia earum rerum vsus alius est, sine consumptione, quid autem operetur eo casu æstimatio explicat Mozzius vbi proximè ex numero. 6.

25 Dicitur in definitione. *gratis*, quia vt Iust. hìc explicat, commodatum debet esse gratuitum, aliàs si merces interueniret locatū cōtraheretur ex nostro tx. in fi. & in princ. vbi de locatione.

26 Subijcitur statim ver. *vtenda.* vt commodati natura significetur in quo solùm vsus transit in accipientem, dominium autem & proprietas penes commodantem manet. l. rei commodatæ. 8. D. commodati. l. officium. 9. D. de rei
27 vindicatio. §. possidere. inf. de interdict. † Vnde constat, primò commodatarium vti non posse remedio l. si colonien. 14. C. de agricolis & censitis lib. 11. & ca. Redintegranda. 3. q. 1. vt cum communi resoluit Menochius, de recuperanda possessione remedio. 10. n. 25. & remedio. 15. n. 53.

Secundò, contra cōmodantem qui deiecit à detentatione commodatarium non competere remedium legis, si quis in tantam. 7. C. vnde vi, vt ibi obseruat glos. magna, versic. *si inuado*, recepta per Menochium iam relatum remedio. 9. n. 18.
28 † Sed in his casibus licèt commodatarius non habeat remedia possessoria officio tamen iudicis restituetur ad rem commodatam, vt obseruat glossa, in l. & non tantum in princ. verbo, *facilè*. D. de petitione hered. glo. fi. in. l. Attilius. D. de donationibus, quas communiter receptas asserit Menochius
29 de recup. possess. rem. 17. n. 21. † Tertio, deducitur per hoc verbum, *vtenda*, excludi mutuum, in quo res conceditur obtinenda iure dominij, l. 2. §. appellata. D. si cert. petatur. † Quarto,
30 deducitur eo verbo excludi precariū, per quod possessio naturalis transfertur in accipientem, l. 2. §. fi. l. precario poss. 9. l. cum precario. 12. l. si adoptauero. 16. D. de precario, & hinc intelligendus est tex. in l. 3. §. ex contrario, versi. *Sabinus*. D. de acq. possessione, cuius summa ratio hæc est; quod licèt duo non possint in solidum eandem rem eodem genere possessionis possidere, diuerso tamen rectè possunt, veluti si alter ciuiliter, alter verò naturaliter possideret, vt multis exemplis probat Cuiac. lib. 9. obseruat. c. 33. quo fit vt is cui precarium concessum est habeat omnia remedia possessoria contra tertios, non contra eum qui precario concessit, vt in l. 1. §. vltimo. D. vti possid. d. l. cum precario.

31 Excluditur apertius precarium sequentibus definitionis verbis, *ad tempus modúmve certum*, quia commodatum concedi debet ad determinatum vsum, vt in exemplo. l. si vt certo. 5. §. sed interdum. l. incommodato. 17. §. sicut. & in
32 l. fin. D. commodati. † quo finito reuocabitur commodatum: qui verò re commodata aliter vtitur, quam commodata est, furti tenetur. d. l. si vt certo. §. quinimo. l. qui cum. 40. l. qui re. 76. D. de furtis. l. qui furtum. 16. D. de condict. furtiua.

tiua. §. furtum autem. inf. de obligat. quæ ex delicto nascuntur. adiecta ea declaratione, quã idem Imperator proponit in. §. placuit, illo ti.
33 explicat Couarr. lib. 3. variar. cap. 15. nu. fin. † Precarium verò fine temporis aut modi præfinitione ad voluntatem concedentis fit. l. 1. §. fin. l. cum precario. l. in rebus. §. fi. D. de precario. vsque adeò quod si ita res precario concedatur, vt ad certum tempus possideat qui accepit, huiusmodi pactum non valeat, sed precariũ in cõmodatum transfundatur, ex regula l. vbi ita donatur. 27. D. de donat. causa mortis.
34 † Neq; obstat tx. in d. l. cũ precario. 12. D. de precario. quæ, vt vulgò creditur, contrarium probat, quoniam ibi non apparet dominum ad certum & determinatum vsum dedisse rem, sed solum in Kalendas Iulias, quæ verba inducebat pro se possessor, dicens ante id tempus ex conuentione possessionem sibi auferendam non esse: dominus negabat, dicens illa verba addita fuisse, non vt intra illud tempus eo inuito possideret aduersarius, sed vt cognosceret ad illud tempus sibi precario concedi, eoque elapso precarium absque noua voluntate finiri. Quam interpretationem conuentionis tanquam precarij naturæ magis conuenientem, Iurisconsultus sequitur, iuuabisque hanc nostram ad illam legem ex consuetudine migrationũ, quam apud Romanos inoleuisse, vt semper Kalendis Iulijs fierent ex Cicerone & Macrobio refert Aur. Augustinus lib. 4. emẽd. cap. 14. vt non male constat ex l. cum ab eo. 41. in princ. D. de cõtrah. emptio. l. cum in plures 60. in princ. D. locati. l. qui balneum. 9. in princip. D. qui poti. & diximus in princip. de donat. ex num. 8. Constat item ex hac differentia quare commodatum non possit ad libitum concedentis reuocari. l. in commodato. 17. §. sicut. D. commodati.
35 Denique posteriora verba, *vt eadem reddatur*, contractus dissolutionem respiciunt, ostenduntque eandem ipsam rem reddendam tex. hic & in l. 2. in princip. D. si cert. petat. l. fi. D. de præscrip. verbis, cum enim dominium maneat penes commodantem. l. rei commodatæ 8. D. commodati, non potest commodatarius liberari rem alienam restituendo, quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest d. l. 2. §. 1. ad fi. Itaque & his verbis mutuũ excluditur, in quo non eadem res, sed alia eiusdem generis reddenda est, vt latè ad principium huius tituli.

His sic generaliter pro nostri tex. explica-
36 tione præmissis argumenta † non obstant. Nõ primum quod facillimè dissoluitur ex his quæ diximus in definitionis explicatione, & expressè Vlp. in l. 1. §. 1. D. commodati, notat, inter vtendum dare & commodare, id interes-
37 se quod inter genus & speciem; † vtendum dare est genus quod & locationem, & precarium, & antichresim, & commodatum, & depositum irregulare, & contractum innominatum cõprehendit, ex legibus à nobis in argumento
38 adductis: † commodare autem specialiter, & rem aliquam certum ad vsum gratis vtendam dare: neque obstat noster tex. in relatis verbis, *vtenda datur, ideſt, commodatur*, quæ idem esse ostendere videtur, & l. ad eos. 19. D. commo-
39 dati. l. si pignore. 54. §. 1. D. de furtis. † quoniã dictio, *ideſt*, cum ponatur inter genus & speciẽ ponitur restrictiuè, ex Bart. doctrina in l. 2. n. 2. D. ad leg. Aquiliam. laso per tex. ibi in l. iusiurandum. 17. §. procurator. n. 9. D. de iure iur. & pluribus adductis testimonijs Hotom. Brisson. & Prateius de verbis iuris verbo, *ideſt*, itaque quamuis & pluribus alijs in casibus vtenda res detur, non tamen gratis ad certum tempus & vsum, ea lege vt eadem reddatur, in quo hunc contractum ab alijs distingui sup. diximus.

40 Non obstat secundum argum. quoniam etsi verum sit ex d. §. sic itaque discretis, cum similibus verbum, *dare*, dominij translationem significare, hoc verum est si simpliciter prolatum sit à contrahentibus. d. l. vbi autem non apparet. 75. §. fin. D. de verb. oblig. non verò, si cum adiuncto exprimatur, ex quo variat significationem, vt cum dicimus dare hypotecæ. l. & quæ nondum. 15. in princ. D. de pignoribus, & in nostro tex. & materia passim dicitur, *vtendum dare*, hoc est vsum concedere, hunc enim ita dat & transfert in accipientem dominus, vt quandiu commodatarius vti potest, vsus non possit reuocari, ex d. l. in commodato. 17. §. sicut. D. commodati, vnde quodammodo durante commodato eum qui accepit dominum vsus dicere possumus, ergo vt sup. ad definitionem diximus illis verbis, *vtenda*, dominium in contractu commodati penes dantem remanere satis constat, eaque nota præcipuè à mutuo differre quod dominum accipientem facit. d. l. 2. §. appellata. D. si cert. pet.

41 Quod vtique verum esse interpretatur Alciatus lib. 2. Paradox. c. 9. quando nihil à partibus expressum est, nam si id ageretur, vt dominium rei commodatæ transeat in accipientem, ita vt post aliquod tempus eadem res commodanti reddatur, nihilominus commodatum esse affirmat, mouerurque. d. l. 2. in princ. D. si cert. pet. vbi cum rem damus eandem recepturi cõmodatum esse, & non mutuũ respondet Iulius Paulus, & tamen constat ibi dominium translatum fuisse, ex illo verbo, *damus*, iuncta superiori inductione: deinde quia cum dubitetur an mutuum sit, necessarium est, dominium fuisse translatum ex d. l. 2. §. appellata. Mouetur deinde Alciatus ex d. l. fin. in fin. D. de præscrip. verbis, vbi quando species datur, vt eadem reddatur commodatum esse dicitur: tamẽ necessarium est dominium speciei in accipien-

cipientem esse translatum, aliàs enim in secũdo casu non esset contractus innominatus.

42 Sed fallitur aperte Alciat. quem meritò improbat Belonus hic. n. 3. & latius lib. 1. supputat. c. 6. Angelus in anteparadoxis. c. 16. ex nostro tx. & quia de natura & essentia cõmodati esse dominium penes concedentẽ manere probat ex alijs Nicolaus Mozzius. d. tractatu de contractibus. §. de accidentalibus seu essentialibus commodati. n. 3. & nos sup. in definitione. Neque rationes quibus Alciatus mouetur aliquid vrgent, paulò enim superius diximus verbum, *dare*, non semper dominij translationem significare, sed idem esse quod tradere, vt hic, & in d. l. si vt certo. 5. §. nunc videndum in quibus, vbi notat glossa verb. *rem tibi dedi*, D. commodati, & in. l. si tibi areæ. verbo, *dedi*. D. de præscriptis verbis, & late Belonus. dict. cap. 6.

43 Non † obstat tertium argum. quoniam ad eius explicationem constituo cõmodati actionem duplicem esse, directam vnam, aliam contrariam, vt indicant verba Rubricæ, *D. & C. commodati vel contra.* † Directa cõmodanti datur aduersus cõmodatarium & eius heredem. l. in comodato. 17. §. si ex facto. l. 5. tit. 2. p. 5. D. commo. qua † vsu in quem res data est finito, commodans agit, vt sibi ea salua & integra restituatur, nam si deterior reddatur, reddi nõ videtur, l. 3. §. si reddita. D. illo tit. quo casu etiam in litem iurabitur, in cæteris bonæ fidei iudicijs. d. l. 3. §. in hac actione (cui adde gloss. verb. *cum petitum*. Bart. n. 4. & Anton. de Leõ Segobien. in. l. vnũ. D. si cert. petatur) nisi ex ipso vsu ad quem commodata est deterior reddatur sine culpa cõmodatarij. l. eum qui. 10. l. fin. D. commod. nec solũ petentur res, sed etiam omnia accessoria, & quicquid ex re fructus, quocunq; tempore vtilitatisq; obuenit. l. si vt certo. 5. §. vsque adeo D. cõmod. neque enim res commodatario quęstui esse oportet, cuius periculo non est. l. si is qui. 13. §. 1. D. commod. quod si res dolo, aut culpa cõmodatarij amissa sit ad æstimationem quoque hæc actio datur.

46 l. in rebus. 18. illo tit. & latè inf. ad septimũ argum. † Contraria verò cõmodati actio datur cõmodatario ad petendũ quod sua interest, si res cõmodata ante vsum expletũ auferatur d. l. in cõmodato. 17. §. sicut. in fi. l. rem mihi 21. in principio. eo. tit. aut vitio rei, q̃ vitiũ sciens celarit cõmodator, dãnum fecerit. d. l. in rebus. 18. §. possunt. §. item qui sciens. l. 6. titul. 2. p. 5. item ad petendum sumptus in re cõmodata factos, extraordinaria & modica impendia, quæ naturali ratione ad eum qui re vtitur pertinent. d. §. possunt. l. 7. tit. 2. p. 5. Item rem si cõmodatam perdidi, & pro ea pretiũ dedi, dein de res in potestatẽ tuam venit, contraria hac actione, aut rem te mihi præstare debere, aut quod à me accepisti reddere Labeo docet in d. l. in cõmodato. §. fi. l. 8. tit. 2. p. 5. quod autẽ cõtrario iudicio consequi quisq; potest, id etiã recto iudicio, qui cõuenitur potest saluũ habere iure cõpensationis. d. l. in rebus. 18. §. quod autẽ l. 9. tit. 2. p. 5. nã cui damus actionem, ei multò magis exceptionem competere dicendum est. l. 1. vers. *nã cui damus*. D. de superficiebus, quia vero fieri potest, vt amplius sit quod inuicem aliquem consequi oporteat, aut iudex cõpensationis rationẽ non habeat, aut ideo de restituenda re non agatur, quia casu intercidit,

47 aut sine iudice restituta est, dicemus necessariã esse contrariã actionẽ. † Quod si quæras: quare vtraq; cõmodati actio nõ dicatur directa, sicut vtraq; actio quæ ex vtraq; parte producitur in cõtractu vẽditionis, locationis, & societatis, directa est. §. ex quibusdam. inf. de pœna temp. litig. omissa opinione glossę, verb. *cõuenire*, in. l. 2. D. de oblig. & action. quã sequitur ibi Bart. & Zasius n. 7. idem Bart. in. d. l. in cõmodato 17. §. cõtraria, quã Bolog. reprehendit in. l. in actionibus, nu. 44. D. de in lit. iurã. alia Coral. lib. 6. Miscellan. cap. 5. & 6. alia Nicolai Mozzij de contractibus, tractatu de commodato. §. de actionib. cõmod. † respondebo, quod quando ex contractu vterq; contrahens obligatur principaliter & directo, vtraque actio appellatur directa, q̃ si ex contractu vnus dumtaxat à principio principaliter obligetur, alter verò non æquè principaliter, sed secundariò, tunc actio quæ datur aduersus principaliter obligatum est directa, quia directo & principaliter oritur ex contractu, & quæ datur principaliter obligato aduersus nõ principaliter obligatum est actio cõtraria: vnde cũ in commodato, deposito, mãdato, pignore, tutela, & negotiorũ gestione, qui cõmodat, deponit, mandat, pignus dat, vel cuius tutela administrata est, vel negotia gesta principale ius habeãt ex cõtractu, & secundario sint obligati, habent directã actionẽ, & cõtrase solũ cõtrariã: ita eleganter docuit Mynsing. n. 7. Fab. in §. fi. inf. d. societate, Hoto. Baldum. & Cuiac. in §. 1. inf. d. oblig. quæ ex quasi cõtract. idem Hotom. in §. in bonæ fidei inf. de action. & de verbis iuris, verbo, *directa*, Duar. ad tit. D. commodati. cap. 4. & 5. idem Cuiacius lib. 9. obseruat. cap. 2. Brissonius de verb. significat. verb. *contraria iudicia*, Ludouicus vitalis libro 1. variarum lect. cap. 3. quod si iterum vrgeas quare illa quæ secundario ex cõtractu oritur dicatur actio contraria? respondebo, Prætorem olim actionum formulas in albo descriptas habere. l. 1. C. de interdictis. l. 1. §. cum quoque. D. de edendo, accommodatas tamen ad eas controuersias, quæ plurimum in vsu essent veluti cõmodantis in commodatarium, deponentis in depositarium, actiones autem aduersus illos, hoc est aduersus deponentem, aut cõmodãtẽ, & alios qui principale ius habent ex cõtra-

ctu, ibi descriptæ non erant, quia raro aduersus illos agi contingebat, & inde cum dandæ essent actiones illę formulæ datę sunt, quæ quia, ad contrariam partem accommodantur, contrariæ appellatæ sunt, vt eruditè obseruat Hotoman. iam relatus.

49 Neque obstat. 4. † quoniam verisimè dicendum est de natura contractus commodati esse vt eadem reddatur, ex ijs quæ ad definitionem diximus, & nostro tex. ibi: *& ob id de ea re ipsa restituenda tenetur*, neque contrarium probat. d. l. fin. D. de præs. verbis, sed potius id ipsum, ibi: *si tibi scyphos dedi, vt eosdem mihi redderes, commodati actio est*, neque in posteriori parte commodatum manere probat, ea adiecta lege, vt cõmodatario liceat vel eosdem scyphos, vel eiusdem ponderis argentum dare, vt male putabat Alciatus lib. 2. Paradox. ca. 19. qui mouetur finalibus verbis, *idem dicendum est*, quia sunt accipienda iuxta Accurs. ibidem, scilicet vt eo casu actio præscriptis verbis competat, cum ea conuentio contractum commodati transfundat in contractum innominatum, ex reg. l. vbi ita donatur. 27. D. de donat. causa mortis. † Quod si in hac specie adijciant contrahentes, & expressè conueniant, vt eadem species reddatur, transferaturque in accipientem dominium: & quod adhuc commodatum maneat, manere posse commodatum aio, sed illud esse irregulare, sicuti dicimus quando deponitur pecunia, vt tantumdem reddatur, vt sit depositum, l. Lucius 24. l. die sponsaliorum. 25. §. 1. l. Publia Mæuia. 26. §. Lucius. D. depositi. quod benè contra Alciatum defendit Belonus lib. 1. supputat. c. 6.

51 Non obstat. 5. ex d. l. rogasti. 11. D. si certetur. ad cuius explicationem, & nostri tex. in versi. *& is quidem*, præmitto, debitorem ex contractu mutui non liberari, quocunque casu res pereat, tex. hic & in l. si quis nec causam 4. ad fi. D. si cert. petat. l. incendium 11. C. eo. l. 4. §. is quoque. D. de oblig. & act. l. fin. ti. 1. p. 5. Hac ratione, quia cũ is dominus sit. l. 2. §. appellata. D. si cert. petat. damnum autem casus fortuiti ad dominum spectet. l. quæ fortuitis. 5. l. pignus. 9. C. de pignorat. actione, consequens est, eum omni casu teneri; item etiam quia nõ tenetur de eadem ipsa re restituenda, sed alia eiusdem generis, qualitatis & bonitatis, tex. in princ. sup. hoc tit. & genus perire non potest,

52 l. in ratione. 30. §. sint verò. D. ad l. Falcid. † Neque obstat tex. in d. l. rogasti. 11. quæ in illis verbis, *sine tua culpa perdideris*, culpam in mutuatario, vt is si res amissa sit, teneatur, requiri probat, atque ita eum de casu non teneri; quoniam culpam in accipiente non requirit Vlp. quando constat eum verè mutuatarium esse, quod in illa specie erit manifestum, si causa vẽdendi lancem fuit, vt accipiens pecunia vteretur, hoc enim in casu semper suo periculo rem habet, hoc est de casu etiam fortuito tenetur

53 ex eodem Vlp. ibidem, *tibi eam perijsse*, † periculum enim ad casum fortuitũ refertur. l. si rẽ tibi. 19. D. de præs. verbis. l. cum proponas. C. de nautico fœnore, & in rub. D. de periculo & cõmodo rei venditæ: est ergo culpa ibi necessaria quando dominus venalẽ lancẽ habuit, quia perinde est, ac si alij vendenda data fuisset, qui ex culpa tantum teneretur, vt satis Vlpiani contextus ostendit: neque obstat quod cũ ibi species, non genus fuerit datum, mutuum contrahi nõ potuit, in versi. *quod si non fui hoc proposito*, quoniam cum data species fuerit mutui causa, naturam mutui inspicimus, eamque con-

54 tractus sequitur † ex vulgari reg. l. si eum. 10. §. qui iniuriarum. D. si quis cautionibus, quando cemur subrogatum sequi naturam illius in cuius locum subrogatur, vnde cum species loco generis videlicet pecuniæ numeratæ data fuerit, perinde est ac si ab initio pecunia verè fuisset numerata, † accedit huic sententiæ tx. in l.

55 Titius. D. de præs. verbis, vbi pecunia semper manet periculo illius ad cuius vtilitatẽ datur, explicat Iaso in l. si pascenda. C. de pactis. Forcatulus, dialogo 4. n. 5. Cuiac. tracta. 8. ad Afrinũ, atq; ita tx. in d. l. rogasti, & in l. si quis nec causam. 4. D. si cert. pet. interpretatur Bart. ibi-

56 dem, receptus secundũ Curtium. n. 5. † iuxta quã interpretationem procedit frequẽs & vulgaris allegatio illorum iuriũ, attendendum esse id quod principaliter agitur, non verò id quod venit in consequentiã: quod tamen expressius probat. l. 1. D. de auth. tut. l. nauis. 6. D. ad leg. Rhod. de iactu. c. cũ voluntate. 54. in fi. de sent. excom. & latè explicat Tiraq. de retract. linag. §. 30. glo. 1. n. 4. & ego eam nunc admitto, etsi aliter à nouioribus rem accipi non ignorem.

57 Nec obstat. 6. ex d. l. 1. §. is quoq;. D. de obligat. & act. cum alijs relatis sup. quibus probatur commodatarium in re commodata custodienda exactissimam diligentiam præstare oportere, cum tamen Iustin. hìc exactam sufficere doceat, quoniam varijs omissis opinionibus, quas abunde refert, & confutat Casius in

58 d. §. is quoque n. 17. † dicendum est, in emendatioribus codicibus nostri tx. literam emendatam esse, & pro verbo, *exactam*, legi, *exactissimam*, vti in notis perpetuis adhunc tex. notat Rusardus, Hotoman. hic & Vvesembekius. num. 4. constatque ex eo quod is tex. ex d. §. is quoque desumptus est, vbi ea lectio retinetur: Item ex eo quod idem Iustin. paulò post ait, non sufficere commodatarius tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alius poterat diligentius eam rem custodire, quæ diligentia nõ exacta tantum, aut mediocris est, sed exactis-

59 sima. † Verùm quia exactissimæ diligentiæ hic mentio fit, apud omnesque controuertitur quando quis eam adhibuerit, vel in culpa prætermit-

termittendi officij fuerit, pro rei explicatione animaduertendum est, omissa Bartoli distinctione in l. quod Nerua. D. depositi qui quinq; culpæ species proponit, latissimam, latiorem, latã, leuem, leuissimam, & eas ibi explicat, & 60 in tractatu testimoniorum, nu. 109. † tres culpæ gradus esse, quos constituit Accurs. verbo, *debet*, in. §. Præterea, inf. hoc tit. & transcripsit l. 11. tit. 33. p. 7. explicant Abb. & alij in cap. vnico post gloss. ibi de commodato, Ioan. Igneus in l. contractus, nu. 3. D. de reg. iuris Nauarr. in man. cap. 17. num. 177. Duaren. ad tit. D. commodati, cap. 8. qui tamen male species culpæ vocant, sunt enim vt dixi gradus, non 61 species, † ea enim quæ differunt secundũ plus & minus, non differunt specie. l. si is cui. 11. D. quemad. seruit. amitt. l. fi. D. *de fundo instructo.* 62 l. humilem. 7. C. de incest. nuptijs. Vnde † cũ nominamus culpam, non solum latam, & leuẽ sed & leuissimam significamus, docet Zasius, lib. 1. responsorum, cap. 2. Coras. lib. 4. miscell. Charondas lib. 3. verosimilium, cap. 9. quos culpæ gradus varijs explicãt exemplis sup. re- 63 lati. † Sed nos ex ijs quæ late hic scribit Horoman. verb. *exactam diligentiam*, clariorem doctrinam constituimus, considerantes tres hos gradus diligentiæ dari posse; Aut enim exactissima est, quam diligentissimus pater familias adhiberet; Aut exacta, quam diligens pater familias adhibet; Aut vulgaris quam cõmuniter illius artis & professionis homines adhibere solent: his gradibus diligentiæ repugnant (vt Latini dialectici loquuntur) tres alij gradus culpæ, nam non adhibere exactissimam diligentiam est culpa leuissima: non adhibere exactã est leuis: non adhibere vulgarem est lata culpa. 64 Sed rem exemplis illustremus oportet, † ergo lata culpa est non intelligere, quod omnes intelligunt. l. cedere diem. 213. vers. *fin.* l. latæ culpæ. 223. D. de verb. signif. veluti meum frumentum aut vinum apud te depositum corrũpi, nisi illud interdũ moueatur hoc repleatur. Adde exemplum. l. si procuratorem. 8. §. fin. vers. *aut si lata.* D. mandati, & aliud ex. l. si fi- 65 deiuss. 29. versi. *hoc idem tractari*, illo tit. † Præterea culpa leuis est, cum is qui mediocrẽ diligentiam adhibere debebat, eam non præstitit, sed vulgarem dumtaxat. l. mulier. 22. §. Sed enim. D. ad Trebel. vbi Vlpian. ait culpã leuẽ esse consuetam cuiusque in rebus suis negligentiam, & ita est intelligendus idem Vlp. in l. cum res. 41. (alias. 47.) §. culpa autem. D. de leg. 1. & Caius in. l. quod sępè. 35. §. si res vendita. D. de contrah. empt. vbi ait talem custodiam desiderari à venditore qualem bonus pater fam. suis rebus adhibet. Adde. l. eleganter. 24. §. fi. l. ea igitur. 14. D. de pignorat. actione tx. in. §. vlt. inf. eod. l. si putator 31. D. ad leg. 66 Aquil. † Culpa vero leuissima est, cum is qui summam diligentiam debebat eã nõ præstitit, sed mediocrem tantum, est autem summa diligentia quã diligentissimus quisque & maximè frugalis, atq; industrius pater fam. rebus suis adhibet, de qua in nostro tx. & d. l. in rebus. 18. D. cõmodati. in l. in lege Aquilia. 45. D. ad leg. Aquil. in l. socius. 73. D. pro socio. in l. si mer- 67 ces, 28. §. qui columnã. D. locati. † Ergo commodatarius, vti hic Iustin. ait & Caius in d. l. 1. §. is quoque. D. de oblig. & act. & in. d. l. in rebus, quibus consonat l. 2. ibi. *è ann mejor si pudiere.* tx. 2. p. 5. exactissimam diligentiam commodatæ rei debet, nec sufficit si talem diligentiam adhibeat, qualem suis rebus adhibet, sed qualẽ vnus è multis & diligentissimus adhibere ret, quod tñ an perpetuo verũ sit mox audiemus ad. 7. argum. Interim ex hoc eodẽ tex. & proxime relatis & l. si vt certo. 5. §. *nunc vidẽdum*, & l. fin. D. cõmod. c. 1. eo. tit. notabis, de casu fortuito eum non teneri, periculoq; domini semper rẽ esse eo quod cõmodans dominiũ rei retinet, diximus sup. ad definitionẽ, & periculũ dominiũ sequitur l. quæ fortuitis. 5. C. de 68 pig. actione. † Itẽ quia cõmodatarius debitor est certę speciei, tx. hic in principio, qua perẽpta sine eius culpa liberatur. l. quod te mihi 5. D. si cert. petat. l. si ex legati causa. 23. D. de verb. obl. quinimo in omni contractu regulare est, vt debitor de casu fortuito non teneatur, d. l. quæ fortuitis. l. cõtractus. 23. D. de reg. iur. cũ alijs quæ latè explicant Anton. Gom. 2. tom. c. 3. n. 18. Pinel. in. l. 2. 1. part. cap. 3. nu. 69 26. Verum nec hoc est perpetuum, quoniam quando casus fortuitus culpa commodatarij interuenit, vt in exemplo nostri tex. versic. *si modo.* dict. l. in rebus. 18. versic. *quod autem*, semper tenetur etiam ex casu, quia qui res ad vnum casum comodatas ad alium transfert in culpa est, & furtum committit, l. qui iumenta. 40. D. de furtis. §. furtum, infra de obligationibus quæ ex delict. fur autem semper est in mora. l. fi. D. de condictione furtiua, post quam si res perempta sit debitor non liberatur. d. l. ex legati causa. & in commodato probat tx. in. d. c. 1. de cõmodato. Adde ex eod. c. 1. & l. 1. C. eod. teneri quoque de casu fortuito commodatarium, quando ita conuentum est, & quandocunque moram in restituendo commiserit, etsi ad alios vsus rem non transferat quam ad eos ad quos concessa est.

70 Non obstat septimum ex. d. l. si vt certo 5. §. interdum. D. commodati: ad cuius explicationem sciendum est, commodatum aliquando fieri gratia accipientis tantummodo, q frequẽtius est, eoq; casu eũ ad exactissimã diligentiã teneri, hoc est d leuissima etiã culpa, ex nostro tx. & alijs proximè relatis ad sextũ argumẽtũ. Aliquãdo gratia cõmodãtis tantũ, vt in exẽpl. d. l. si vt certo. 5. §. interdũ, &. l. si mei. 12. D. cõmodati, & tũc is qui accipit d dolo, & lata culpa, que ei est finitima, tãtũ tenetur, dict. iuri

bus.l.2.versic.*la tercera manera*.ti.2.p.5.quod si vtriusque causa commodatum fiat, dolum, latam culpam, item & leuem commodatarius præstat, non etiam leuissimam.d.l. si vt certo, 5.§ nunc, videndum est versic.*Sed vbi vtriusq*, l.in rebus.18.vers. *hæc ita si dumtaxat*. D.commodati.l.si cum venderet.13.§.venit. D.de pignorat.actione.d.l.2.vers.*la segunda*.titu.2.p.5. itaque sufficit tantam diligentiam adhibere qualem suis rebus adhibet, non exactissimam, & soluitur septimum argumentum.

71 Non obstat octauum ex l.1.§.si quis seruum, D.depositi, quoniam pro eius explicatione in primis animaduerto controuersum esse, an in contractu locationis mercedem in pecunia numerata interuenire necessarium sit: & pecuniã requiri probat magis communis opinio, quam tenet glossa in princ. inf. de locatione & conductione (vbi dicemus) & disputat Pinelus in rubr.2.p.c.3.ex n.28. C. de rescind. venditione.pro qua præter alia iura inducitur in primis tex.in d.§. si quis seruum, ibi. *Sed quia pecunia non dabatur præscriptis verbis datur actio*, vbi cũ in prioribus casibus ideò ex locato & conducto mutuas actiones dari quia merces interuenerat, dixisset. I. C. quando operæ serui cum mercede compensantur, quia pecunia non interuenit præscriptis verbis agendum esse docet, qui tex. sic intellectus, & communem satis probat, & Iustin. hic consonat aienti mercede interueniente locatum rei vsum videri, estque sanè verisimum mercedem in hoc cõtractu semper esse necessariam, quamuis eam in alia re quam in pecunia numerata consistere sufficiat, ex noua opinione Corasij lib. 2. miscel.c.11.quam defendit Pinel.vbi sup.

§. *Præterea*. 3.

1 *Depositum re contrahitur.*
2 *Depositarius dolum & latam culpam tantum præstat.*
3 *Depositum manet, etsi non idem, sed tantundem reddatur, & n.26.*
4 *Depositarius qui minorem diligentiam in rebus depositis quàm in suis adhibet, tenetur, & numero 27.*
5 *Depositarius qui se deposito obtulit de culpa tenetur, & n.31. non autem de casu. ibidem.*
6 *Depositarius qui pro rei custodia aliquid recipit, leuem etiam culpam præstat, & n.32.*
7 *Depositarius cuius causa depositum fit de casu etiam tenetur, & n 33.*
8 *Depositarius pacto, culpa, vel mora præcedentibus, de casu quoque tenetur, & nu.34.*
9 *Depositum antiquissimum inuentum, & vnde dictum.*
10 *Deponere antiquis significabat alienare.*
11 *Depositum, contractus & iudicium fiduciæ qua ratione dicatur.*
12 *Deponere, & commendare idem.*
13 *Cap.ius naturale.1.distinctione, & eius vera lectio animaduersa.*
14 *Depositi in contractu rei tantum custodia committitur.*
Depositarius re deposita vtens furtum cõmittit.
15 *Depositũ voluntarium, necessarium, Iudiciale.*
L.1.§.prætor ait.D.depositi.
16 *Depositarius si rem depositam inficietur, in voluntario in simplum, in necessario in duplum damnatur, & quæ sit differentiæ ratio.*
L.si quis inficiatus.13.D.depositi.
17 *Depositum iudiciale quale sit.*
18 *Depositum iudiciale, sequestrum etiam solet nũcupari.*
19 *L.sequester.110. D. de verborum significatione & quod ibi de notatione verbi Modestinus scripsit defensum ab Alciati impugnationibus, remissiuè.*
20 *Sequestratio triplex, voluntaria, necessaria, mixta, & qualis harum quælibet sit.*
21 *Depositum iudiciale differt ab extraiudiciali in multis. remissiuè.*
22 *L.licèt.17.§.rei depositæ. D.depositi, & l.interesse puto.39.D.de acq.possess.pugna indicata, & composita.*
23 *Bartoli concordia relata, & reiecta.*
24 *Plures interpretationes, remissiuè.*
25 *Vera interpretatio.d.l.interesse puto.*
26 *L.Lucius.24.D.depositi, remissiuè.*
27 *L.quod Nerua.23.D.depositi.*
28 *Depositarius de dolo semel commisso semper tenetur.*
29 *Depositum gratia deponentis fit.*
30 *Noster textus in versiculo*: Sed is ex eo solo tenetur, *explicatus.*
31 *Offerens se actui siue rei ad se non pertinenti suspectus præsumitur.*
L.1.§.sæpè.D.depositi, & nu.seq.
Cap.bona fides.2.de deposito, & nu.seq.
32 *L.1.§.si quis seruum.D.depositi.*
33 *L.si quis nec causam.4.D.si cert.petat.*
34 *Depositi actio cui & aduersus quos detur remissiuè.*

1 SVCCEDIT quarta species obligationum quæ re contrahuntur, cum quid videlicet custodiæ causa alicui commendatur, quod depositum appellatur, estque vt ex nostro tx. constat, cõtractus quo res aliqua ea lege apud
2 alterum deponitur, vt † is dolum tantum, & latam in ea ipsa reddenda culpam præstare debeat.l.1.§. is quoque apud quem. D.de oblig. & actio.l.2.in prin.D.si cert.l.si sine dolo. 20. D.depositi, cũ pluribus alijs, ibi.l.1.C. eod.l.1. & 2.tit.3.p.5.explicant Mozzius lib.de contractibus tractatu de deposito, Carozius eodẽ tractatu, Ant.Gom.2.to.c.7.nu.2.Conna.lib. 7.coment.c.4.Pet.Greg.3.p.syntag.li.23.c.3.
3 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum tex.

text. ibi: *quia & ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur.* quibus verbis probatur rem depositam in specie, non aliam restituêdam esse, sic argumentor. † Si is apud quem res deposita est, ea vtatur ita vt vsu cõsumatur, potest tãdem reddere, adhuc manẽte deposito. l. Lucius. 24. l. die sponsaliorũ. 25. §. qui pecuniam. l. Publia Mæuia. 26. §. Lucius Titius. l. Quintus Cæcilius. 28. l. si sacculum. 29. §. si ex permissu. D. depositi. l. in naue. 31. vers. *idẽ iuris.* D. locati, ergo non tenetur eãdẽ restituere. Secũdo contra tx. ibi: *culpæ autem nomine, ideſt desidiæ aut negligentiæ non tenetur*, sic argumentor: Qui eam quam in suis rebus custodiendis diligentiam, *adhibere solet, in depositis non adhibet*, leuem culpam committit, vt constat ex latè traditis ad. §. item is. ad. 6. argum. sup. eod. † Sed si depositarius minorem rebus depositis, quàm suis fidem adhibeat, tenetur. l. quod Nerua. 32. D. depositi, cap. bona fides. in principio extra eod. ergo non solum de dolo, verum, & de lata & leui culpa tenebitur.

Tertiò sic argumentor: Si depositarius se ipsũ deposito offerat de culpa quoq; tenetur. l. 1. §. sæpè. D. depositi. d. c. bona fides. ergo.

Quartò sic argumentor: Si depositarius aliquid pro rei custodia accipiat, non solum dolum, verum & culpam leuem præstat. d. l. 1. §. siquis seruum, vers. *in conducto.* D. depositi. d. c. bona fides. ergo.

Quintò sic argumẽtor: Quoties depositarij causa depositum fit, & dolum & culpam præstare eum oportere scripsit I. C. in d. l. 1. §. sæpè, quinimo & casus etiam fortuitos, in. l. siquis nec causam. 4. ibi. *hoc depositum periculo eius est.* D. si cert. petatur. ergo.

Sextò sic argumẽtor: Pacto, culpa, vel mora præcedentibus, non solum de leui, & leuissima, verum & de casu fortuito depositarius tenetur. d. c. bona fides. d. l. 1. §. si cõueniat. D. depositi. ergo ex his omnibus cõstat Iustin. sententiam veram non esse.

Quibus tamen argumentis nõ obstantibus verissima est superior à nobis proposita ex nostro tx. conclusio: ad cuius exactam explicationem præmittendum est, depositũ (quod sanè antiquissimum est inuentum, c. ius naturale. 1. distin. notat Vaconius lib. 2. declarat. c. 43. n. 4.) esse quod custodiendum alicui datum est, dictum ex eo quod ponitur, præpositio enim, de, auget positum, vt ostendat totum fidei eius esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet. l. 1. in principio. D. depositi. † quoniam non solũ apud amicũ rem nostram ponimus, sed deponimus, & dimittimus à nobis, quia deponere antiquis significabat alienare à se, & abijcere, vt notat Nonius Marcellus, & latè probat Connan. relatus, idem deduces ex Vlp. in. l. si me in vacuam. 34. ibi, *quia animo deponere & mutare possessionem nos posse, &c.* iuncta. l. quẽadmodum. 9. D. de acq. possessione. l. genero. 8. ibi. *ipso die sumere ipsam ingubia & deponere.* D. de his qui notantur infam. l. verum. 12. §. *ex facto susceptam tutelã non soleãt deponere.* D. de minoribus, vt apud eum colloceмus, & curã eius atque custodiã à nobis ad illũ transferamus, & in ea conseruanda operæ & industriæ nostræ vicariam eius fidem supponamus, in quo simillimũ est mandato (vt inf. suo loco dicemus) nam sicut hic res nostras alienæ fidei tradimus conseruandas, sic in illo negotiorum nostrorum curationem, & administrationem alijs mandamus & committimus: † vnde iudicia fiduciæ esse dicuntur, quæ de mandato fiũt, & depositi; & damnato infamiæ notam irrogãt, teste Cicerone pro Roscio Comædo, qui de his ageris fiduciæ nomine mandatum & depositũ notauit, quia deponimus fiducia custodiæ, & fidei bonæ depositarij. l. 1. §. hæc autem separatio. l. quod seruus. 11. D. depositi, quam fidem fallere grauissimum est, & propter necessitates humanas in repu. pernicioſum. l. 1. in principio. D. de cõstituta pecunia. l. 1. in principio. D. de pact. † Et deponere sumitur pro cõmendare, l. cõmendare. 186. D. de verb. signi ficat. l. Lucius. 24. ibi. *centum nummos quos hac die cõmendasti mihi.* D. depositi, & res cõmendatæ depositæ dicuntur. l. Publia. 26. D. depositi. l. cum hereditas. 9. C. eod. tx. in † d. c. ius naturale ibi: *depositæ vel commẽdatæ pecuniæ restitutio*, prima distinctione (sic enim legendum est, iuxta Gregorianam nouam editionem, non commodatæ, vt malè in vulgatis codicibus, & apud Vaconiũ vbi sup.) tum etiam quia pecunia nõ cõmodatur, sed mutuatur, vt late in principio, & §. item is cui sup. eod. nisi in casu. l. 4. D. commod. vt diximus, in d. §. item is cui. Adde etiam, si placet, pecuniã ibi non accipi pro nummo, aut ære signato, cũ eã ius gentiũ agnouerit, sed pro quacunque re, l. pecuniæ. D. de verb. signifi. ergo † in hoc contractu custodia tantũ rei conceditur, q̃ est præcipuũ discrimẽ inter eũ & cõmodatũ, in quo vsus datur accipienti, vnde si depositarius re deposita vtatur furtũ facit. l. si sacculũ. 29. D. depos. l. 3. C. eod. §. placuit, inf. d̃ oblig. quę ex delicto nascũtur.

Planè depositum multiplex est, voluntariũ, necessariũ, iudiciale, quod sequestrũ dicitur; d̃ vltima hac specie postea agem⁹; d̃ duobus prioribus ita Prætor apud Vlpian. in. l. 1. §. Prætor ait. D. depositi, *quod nec tumultus, neque incẽdij, neque ruinæ, neque naufragij causa depositum sit in simplũ: ex earũ autẽ rerum quæ supra comprehensæ sunt, in ipsum in duplũ: in heredem eius, quod dolo malo eius factũ esse dicetur qui mortuus sit in simplũ, quod ipsius, in duplũ iudiciũ dabo.* † meritò Prætor has causas deponendi separauit, quæ cõtinent fortuitã causam depositionis, nõ ex voluntate, sed necessitate descendentem; habet hæc causarũ separatio iustam causam. Quippe

cùm quis fidem eligit alicuius sponte, nec depositum redditur, contentus esse simplo debet, ac sibi imputet, qui non diligentiori commiserit, fuit enim in eius potestate non credere, vt hic apud Iustin. in fin. Cum verò necessitate aliqua quis deponit, quia res moram non patitur, facile euenit, vt perturbato animi iudicio, minus ideò res commendetur nihil, vt voluntati eius imputari possit, qui electionis libertatem integram non habuit, crescit enim perfidiæ crimen, si quis in eiusmodi causa circunuento necessitatibus amico depositum inficietur, quamobrem maiore odio, pœnaque dignus est. l. 1. & tot. tit. D. de incendio, ruina, & naufragio, quemadmodum etiam ab Aristotele in Problematib. est relatum; sectione 29. quæst. 2. & 14. Ergo, quamuis ex l. 12. Tab. per negationem depositarij actio competeret in duplum deponenti; edicto tamen Prætoris datur in simplum, ex depositio voluntario, ex necessario in duplum, d. l. 1. §. 1. §. rei persequendæ, inf. de actionibus, & ita intelliges tex. in l. si quis inficiatus. 13. D. depositi. §. sed furti, inf. de actionibus, consonat tex. in l. 8. tit. 3. par. 5. & explicant latè quos sup. retulimus in princ.

17 † Iudiciale verò depositum est, quando res de qua in iudicio controuersia est apud aliquem deponitur, vt finita controuersia restituatur victori. l. licèt. 17. in princip. D. depositi. l. interesse puto. 39. D. de acquirenda possessione, l. sequester. 11. D. de verbor. signific. cap. examinata. 15. de iudicijs. cap. 2. de dolo & contum. cap. 1. 2. & 3. de sequestrat. possess. & fructuum. Clementina vnica. eod. l. 1. & 2. titu. 9. par. 3. l. 1. tit. 10. lib. 3. ord. l. 1. ti. 12. lib. 4. recopilat. † hoc sequestrum, siue sequestratio di-

19 citur, quæ sanè vox à verbo *sequestrare* fluxisse videtur, l. si cum dotem. 23. §. si autem, versi. *Si verò*. D. tolut. matrim. cap. episcopus. 77. distin. cap. vobis. 33. 12. quæst. 2. d. cap. examinata. d. cap. 2. de dolo & cont. quæ etsi bonis authoribus fuerit incognita, apud eos tamen in vsu erat nomen *sequester* vel *sequestris*, & apud I.C. in l. ei apud quem. 5. cũ duab. seque. d. l. licèt. 17. D. depositi. l. apud te. 18. D. de præscrip. verbis, d. l. sequester, cum alijs quæ referunt qui de verbis iuris scripserunt, eodem verbo. Et quamuis deductionem huius vocis quam fecit Modestinus in d. l. sequester, improbet ibidem Alciatus, à quo non discrepant Ioan. Monachus & Ioann. Andr. in cap. locupletari. n. 3. de reg. iur. in 6. Archidiaconus in cap. quia res, n. 3. 11. quæst. 2. Modestinum tamen defendit Rebuffus ibidem, & lib. 3. ad constitutiones Regias, de sequestris, art. 1. glos. 1. Connan. d. ca. 4. Iacobus Curtius lib. 1. Coniecturalium ad fratrem, cap. 5. Carondas lib. 1. veros imil. ca. 6. Corasius lib. 3. Miscellan. cap. 2. Carolus Sigonius lib. 2. de iudicijs cap. 29. Medicis lib. 2. de definitionibus, cap. 56. ad fin. Didacus Perez in d. l. 1. ti. 10. lib. 3. Ordina. colum. 1144. Gregorius in

23 l. 1. ti. 9. par. 3. † Qui antesignanus Bartolus existimabat, discrimen constituendum inter necessariam & voluntariam sequestrationem, vt in hac possess. transferatur, iuxta tex. in d. §. rei depositæ, in illa non item, iuxta d. l. interesse puto: Conuincitur tamen, tum quia neq; ex d. §. rei depositæ, sequestratione volun-

20 rez in d. l. 1. ordinamen. † Est autem sequestratio triplex. Voluntaria, quæ fit partium conuentione, debetque iudici semper esse grata. l. 1. §. inde quæritur. D. de oper. noui nuntiatione. Necessaria, quæ fit cogente magistratu, maximè si scandali periculum est, rixaque timetur, argumento l. æquissimum. 17. in princip. D. de vsufruct. l. fin. §. fi. C. quib. ad libert. proclam. Mixta, quæ fit magistratus imperio, & legis authoritate, & partis petitione, vt in casu l. si fideiussor. 7. §. fin. D. qui satisd. cog; vbi explicat Iaso, & Berous, in cap. quoniam

11 contra. num. 106. de probat. Menochius de arbitrarijs, casu. 87. num. 10. Fornerius lib. 3. select. cap. 12. & in casu. l. si cum dotem. 23. §. si autem. versic. *si verò*. D. soluto matrim. & l. si constante. 25. eo. ti. c. per vestras, de donat. inter virum, exornat Copinus lib. 3. de Domayno Regis Franciæ. c. 10. n. 3.

21 Hoc autem iudiciale depositum, ab extraiudiciali longè distat: sex differentias proponit Hotomanus, tractatu de depositio, pag. 270. Sed præcipuam proponit † Florentinus in d.

22 l. licet. 17. §. rei depositæ. D. depositi, quippe rei apud sequestrum depositæ possessionem in eum transire; in depositarium non item, quod idem admittit Innocent. 3. in d. c. 1. versic. *& bonæ memoriæ*. Clemens. 5. in Clementina vnica, eod. ti. de sequest. tract. possess. Neq; contrarium probat Iulianus in l. interesse puto. 39. D. de acquir. possess. nam omissis interpretationibus quas in d. c. 1. & in d. Clementina vnica, & in d. l. interesse puto, & in d. §. rei depositæ, scripserunt ordinarij Glossographi. Ioan. Monachus in d. c. locupletari. n. 3. de reg. iur. lib. 6. Archidiaconus in d. ca. quia res. nu. 3. 11. quæst. 3. & præcipuè omissa communi interpretatione præceptoris Bart. in d. l. interesse puto. num. 8. quam ibi sequitur Cumanus, & communem dicit Card. nu. 25. Imola n. 6. in d. Clementina vnica, Abbas in c. 2. n. 18. & 19. de sequest. possess. & in d. cap. examinata. n. 13. Felinus nu. 14. Curt. Tract. de sequestris, quæst. 20. nu. 71. Menochius de retin. possess. rem. 3. nu. 86. Thomas Grammaticus decisione Neapolitana. 61. num. 2. Guillelm. Cassadorus ad regulam. 14. Cancellariæ, num. 12. AEgidius Bossius in praxi. titu. de partu suppositio, num. 6. & num. 23. Iacobus Mandelus, consilio. 75. num. 2. & qui plura in eius confirmationem adducit Tiraquellus, de iure constituti. 3. par. limitatione. 17. num. 6. Didacus Perez in l. 1. ti. 10. lib. 3. Ordina. colum. 1144. Gregorius in

tariam, neque ex.d.l.interesse puto, necessariã fuisse constat; cum etiam quoniã, vt alia omittam, contrarium satis expressè probat Innoc. in.d.c.1. de sequest. in sequestratione necessaria loquutus, & possessionẽ in sequestrum trãs
24 latam fuisse docens.† Omissa similiter Aretini opinione, in.d.l.interesse puto, & in. d. cap. examinata, quam tamquam nouam sibi arrogat Zasius. lib.2.antinomiarum.n.4. Feli. in d. c. examinata.n.13. Menochius iam relatus. n. 93. reiecta etiam alia opinione Duareni, de Sacris Ecclesiæ ministerijs lib.3.cap. 10. alia Corasij lib. 3. Miscell.c.2. n.14. alia Carondas li. 1. verosimil.c. 6. alia Cuiacij lib.9. obseruat. c.
25 33.† respondendum est in.d.l. interesse puto, non agi de ea quæstione, an possessio in sequestrum transferatur, hoc enim pro cõstanti Iulianus habet, sed an si cõtingat illius rei sequestratæ ab eo qui in causa obtinuit vsucapionẽ allegari, prosit ne ei illud tẽpus sequestri. Cui quæstioni duobus constitutis casibus Iulianus respondet. Alter est, quando apertè cõstat partes ita imprudentes & rei suæ parũ industrias fuisse, vt sequestrationẽ ita facerint quod possessionem omnino voluerint dimittere; tunc enim ex aperta animi sententia tempus quo durauerit sequestrũ ad vsucapionẽ procedere non potest. Alius est, si sequestrum fiat causa custodiæ, quod regulare & frequentissimum est, & tunc, tempus victori prodest ad vsucapionem, quia eius nomine sequester possidebat, vnde ei possessio procedit. l.2. *D.* quemadmod. seruit. amitt. l. quod meo. 19. D. de acqu. possessione, c. cum venissent. de restitutione spoliatorum, c. si diligenti, de præscript. notat Bar. n.8. Iaso. in fi. in. l. 1. §. per seruum corporaliter. D. de acqu. possessione, quem intellectum latè prosequitur & exornat noster egregius Doctor Didacus Sahagun Villasanctæ in. d.c.1. de sequest. possess. & fruct. ex. n. 8. cum sequenti. Hactenus de generalib⁹ depositi, alia dicemus iuxta explicationẽ argumentorum.

26 Quæ non obstant, non 1. ex. dict. l. Lucius. 24. cum alijs. D. depositi, fatemur enim verissimum esse de substantia & forma depositi esse, eandem rem reddi quæ deposita est, ex nostro text. & similibus, neque contrarium probat dict. l. Lucius, quæ est accipienda iuxta nostram interpretationẽ, latè ad principium sup. huius tit. discussam.

27 Non obstat 2. ex d.l. quod Nerua, quoniam obseruo non leuis culpæ, sed doli tantum nomine depositarium teneri, text. hic cum similibus sup. adductis. l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. D. commodati, l. contractus. 23. D. de
28 reg. iuris. l. 1. §. si vestimenta, & §. fin. D. depositi.† sufficitque semel in dolo fuisse vt perpetuo teneatur, etiamsi dolum postea emanasse videatur, d.l. 1. §. si rem depositam, quia verò dolo proxima est lata culpa. l. 1. D. si mensor falsum mod. dixerit, de lata quoque culpa tenebitur. d. l. quod Nerua. 32. D. depositi. l. 1. C. eod. quæ sic intelligenda est, neque enim l. C. ibi, docet, depositarium teneri exactam diligentiam adhibere in rebus depositis custodiendis, hoc est eam qualem in rebus suis diligentes patres fami. adhibere solent, sed eam quam suis rebus adhibet, quæ vulgaris quoq; esse potest, cui lata culpa respondet, vt latè diximus
29 ad §. item is cui.† Ratio huius rei est, quoniã is contractus eius solius gratia qui deponit fit & celebratur, vnde cum nullum commodum depositarius percipiat, æquum non est ad maiorem curam aut diligentiam eũ teneri, quàm in proprijs rebus custodiendis. d. §. nunc videndum, aliàs enim bona fides, quæ in hoc maximè contractu exuberare debet, abesse præsumitur, si rebus proprijs saluis existentibus de-
30 positas quis amittit. † Neq; huic resolutioni obstat tx. noster, in vers. *Sed is ex eo solo tenetur si quid dolo commiserit, culpæ autem nomine ideſt desidiæ, aut negligentiæ non tenetur*, quoniam vt omnes hic obseruant, estque verissimum, sermo taxatiuus, (vt nostri dicunt) similes casus non excludit, notauit Accursius in l. ob æs alienum. 11. verbo. *tantum.* C. de prædijs minorum, vnde rectissimè Iustinianus postquam culpæ nomine depositarium non teneri scripsit, addidit, *id est desidiæ, & negligentiæ*, quia si sit culpa versutiæ, dolo proxima, tenebitur. d. l. quod Nerua.

31 Neq; obstat 3. argumentum ex d.l. 1. §. sæpe. D. depositi. d.c. bona fides, ibi, *si te ipsum de posito obtulisti*, quoniam etsi verum sit, depositarium de dolo & lata culpa tantũ teneri, vt paulo superius diximus, & latè scribit Carocius tract. de depositio. 1. p. tit. de dolo, & tit. de culpa depositarij. si tamen vltrò se offerat deposito, nõ solum dolũ, sed & culpã & custodiã præstat, licèt nõ casus fortuitos. d. c. bona fides. d. §. sæpè, vbi Bart. & Castrẽsis exponũt, *culpam*, scilicèt leuẽ, & *custodiam* scilicet leuissimã culpam, est cõmunis opinio Barbatiæ in. d.c. bona fides. Emanuelis Soarez litera. D. n. 58. hoc ideò quoniam is qui vltrò se actui offert suspectus præsumitur. l. quæ omnia. 25. §. 1. D. de procuratoribus. l. scire oportet. 21. §. fi. D. de tutorib. & curat. dat. ab his. est q; quodãmodo culpa rei ad se non pertinenti se immiscere. l. culpa. 36. D. de reg. iur. c. nõ est sine culpa. eo. tit. lib. 6. dicit cõmunè Seraph. de iuram. priuilegio. 18. sub n. 18. & latè prosequitur Carocius sup. tit. de culpa depositarij, ex. nu. 12.

32 Nõ obstat quartũ ex. d.l. 1. §. siquis seruũ. D. depositi, &. d.c. bona fides, ibi: *aut si pro custodia aliquid recepisti*, ꝺ depositio, omissa enim insigni nobiliq; disputatione cui in cõtractu locationis præstãt ver. d. §. si quis seruũ, ibi: *sed quia pecunia nõ datur, præscriptis verbis datur actio*, quib⁹ probatur, mercedẽ quę incõtractu hoc interue

nire debet, in pecunia numerata interuenire debere, non in alia re, quæ pertinet ad principium, inf. de locatione, & conductione, & latè disputat post Coras. lib. 2. miscel. ca. 11. Pinel. in rubr. C. de rescind. vend. 2. p. c. 3. & num. 28. quod attinet ad præsens propositum, noto depositarium pro custodia mercedē recipiendo, ideò de dolo lata & leui culpa teneri, quia tūc conductori locatorique similis est, & quodammodo suam industriam videtur locasse. d. §. siquis seruum, ideòque eadem illa, quæ locator præstare debet scilicet dolum, latam, & leuem culpam, de quo latius in. §. fin. inf. de locatione, & conductione & exornat Carocius d. t. de culpa depositarij. ex. n. 19.

33 Non obstat quintum ex eadem. l. 1. §. sæpè, & l. si quis nec causam. 4. D. si cert. petatur, cōtinetur enim in his iurib. & alter specialis casus in quo sententia nostri textus limitatur, præstatq; depositarius leuem quoq; culpam, videlicet si depositum recipientis magis gratia, quàm ipsius qui deposuit celebratus est, succeditque tunc regula tex. in d. l. si vt certo. 5. §. nunc vidēdum. D. commodati. videtur autem depositum accipientis gratia celebratum, si is se vltro offerat deposito, aut ipse depositū rogauerit, argumento. l. rogasti. 11. D. si cert. petatur, & licèt in consequentiam deponenti resultet vtilitas, vt quia forte necessitatem proficiscendi habebat, id tamen attēditur quod principaliter agitur, d. l. si quis nec causam. Ideò autē in speciali casu illius legis & de periculo quoque depositarius tenetur, quoniam depositum illud loco mutui, quod principaliter partes contrahere voluerunt, successit, ex cuius natura est, periculum ad accipientem pertinere, vt latè diximus in. §. item is cui, sup. eod.

Non obstat textum, ex d. c. bona fides, versi.
34 *Pactum*, quoniam explorati iuris est, quoad pactum attinet, contractus omnes partium conuentione legem accipere, itaque etsi ex natura contractus depositarius non teneatur, nisi de dolo & culpa, potest tamen pacto teneri. d l. 1. §. si conueniat, quibusque pereat res casibus, cum huiusmodi pactio non substantialia, sed sed naturalia contractus immutet, quæ conuētione tolli possunt. l. pacta conuenta. 72. D. de contrah. emptione. Similiter culpa aut mora præcedentibus casus fortuiti imputantur ex illo tx. quoniam contra bonam fidem agit, quæ maximè in hoc contractu exuberare debet. l. si in Asia. 12. §. quemadmodum. D. depositi, & latè prosequitur Carocius. d. ti. de culpa depositarij, ex n. 42.

35 De actione verò depositi cui & aduersus quos detur, & quid ea consequi potest, pulchrè Matthæus Vvesembekius in paratitlis. D. depositi ex num. 7. & latissimè per plurimas rubricas, titulos, & quæstiones Carocius, de deposito. 1. p. ex fo. 66.

§. *Creditor quoque.* 4.

1 *Pignus qui accipit re obligatur, eandemq; ipsam restituere tenetur.*
2 *Pignus nudo consensu & voluntate constituitur.*
3 *Pignoratitia actio directa, & contraria, quæ sint.*
4 *Pignoratitia quæ datur aduersus tertios possessores, quæ & hypotecaria, & quæ Seruiana dicitur.*
5 *Pignoris contractus vtriusq; gratia celebratur.*
6 *Creditor de leui, non etiam de leuissima culpa tenetur.*

EHEMiam vltimam obligationum quæ re contrahuntur speciem, ex qua duplex 1 actio nascitur; altera quæ datur debitori ad pignoris petitionem aduersus creditorem, qui eo quod pignus accepit re obligatur, & de eadem restituenda tenetur, tex. hic, & in. dict. l. 1. §. creditor. D. de obligat. & act. l. si quis 4. §. 1. D. si cert. petat. l. si rem. 9. §. omnis. D. de pignor. act. l. si creditor. 4. l. pignoris. 10. cum alijs ibi. C. de pignora. actione. l. 20. l. 21. tit. 13. p. 5. diciturque pignoratitia directa: altera quæ datur creditori aduersus debitorem pro impensis necessarijs in re pignorata factis, aut quando creditor fuit in pignore deceptus. l. 1. §. 1. in fi. l. si necessarias. 8. l. tutor. 16. §. 1. D. de pig. act. l. 16. l. 21. ti. 13. p. 5. appellaturq; pignoratitia contraria.

2 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum tex. probantem ex rei interuentu hanc actionem pignoratitiam nasci, non aliàs, quod & probat tex. in dict. §. creditor. sic argumentor: Pignus, quia contractus est nominatus l. 1. §. fin. D. de pactis, nuda conuentione contrahitur. l. 1. in princip. D. de pignorat. actione. l. iusto errore. 44. §. non mutat, ibi: *sola conuentione constituitur.* D. de vsucapionibus, & nudo consensu obligationem producit. l. 1. in fin. D. de rerum permutatione, ergo rei interuentus non est necessarius, ex nostro tex.

3 Sed facilis est huius difficultatis explicatio, si aduertas Iust. in. hic, & Caium in d. §. creditor, loqui de actione pignoratitia directa & contraria quæ datur debitori contra creditorem & eidem creditori contra debitorem, quæ re non tradita nasci non potest, nec necessaria est; cum directa detur ad pignoris repetitionem debito soluto, quod sanè ni traditum esset repeti non posset, ex regula. l. manumissiones. 4. D. de iusti. & iure. l. decem. D. de verb. oblig. contraria pro sumptibus & expensis in re pignorata factis, quæ similiter rem traditam supponunt. †

4 Argumētū verò procedit in pignoratia actione quasi reali, quæ eidem creditori datur aduersus tertios possessores ad pignoris prosequutionem, quæ aliquando hypotecaria, aliquādo quasi

quasi Seruiana dicitur. l. 3. §. est autem. D. ad exhibend. §. item Seruiana. inf. de actionibus, & sic intelliges tex. in l. rem. 41. D. de pignor. actione. l. si Titio. 22. D. de pignoribus, quæ sola nuda conuentione contrahitur. d. l. 1. d. §. non mutat. l. si tibi. 17. §. de pignore. D. de pactis, de qua re latè inf. disseremus ad d. §. Item Seruiana.

Planè cum is contractus vtriusque gratia celebretur, debitoris quo magis pecunia ei credatur, creditoris quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere si ad rem pignori datam custodiendam exactam diligentiam adhibeat creditor, † itaque solum de leui culpa, nō etiam de leuissima tenebitur, tex. hic, & d. §. creditor. l. contractus. 23. D. de regu. iur. l. Prætor ait, 9. §. est præterea. D. de bon. auct. iud. possid. l. si cum venderet. 13. §. fin. l. ea igitur. 14. l. si seruos. 25. D. de pignor. actione. l. 4. & l. 6. & 7. C. eod. l. sicut vim. 19. C. de pignoribus, l. 20. ti. 13. par. 5. ex ratione Iurisconsulti, in l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. D. commodati. Quare si vel leuissima culpa, vel casu fortuito pignus pereat, securus erit creditor, neque creditum poterit impediri, tex. hic, & in d. l. contractus, & in l. 4. 5. 6. 7. & 8. C. de pignoratit. actione, d. l. 20. tit. 13. par. 5. & ita absoluitur is titulus.

TITVLVS. XVI.

De verborum obligationibus.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Stipulatio vnde dicta, & num. sequen.*
3 *Stips, stipes, & stipendia quid.*
4 *Stipulum veteribus firmum significabat.*
5 *Stipulatio verborum obligatio appellatur.*
6 *Stipulatur qui interrogat, & qui respondet.*
7 *Stipulationis definitio.*
L. stipulationum. 5. §. stipulatio. D. de verborum obligat.
8 *Verba pluribus in casibus & negotijs requiruntur.*
9 *Verborum conceptio quare dicatur stipulatio.*
10 *Stipulatio omnem vim & potentiam ex verborum conceptione, hoc est, interrogatione, & responsione habet.*
11 *Stipulatio, aut in dando, aut in faciendo consistit.*
12 *Dictio* Se, *additur in definitione, quia de se quē quam promittere oportet, non de alio.*
13 *Stipulatio differt à verborum obligatione, sicut causa ab effectu.*
14 *Stipulatio contractus est.*
15 *Stipulatio an contractus iuris gentium sit, an iuris ciuilis.*
Contractum iuris ciuilis esse defenditur.
16 *L. ex hoc iure. 8. ibi:* exceptis quibusdam. *D. de iust. & iure, & sequen. nu.*
§. Ius autem gentium, sup. de iure naturali, & num. sequent.
§. De constituta, infra, de actionibus, & nu. sequenti.
17 *L. omnem obligationem. 20. D. de iudicijs.*
18 *Contractus obligatione est prior, sicuti effectu prior est causa.*
19 *Iuris gentium vt quid dicatur, quid requiratur.*
20 *Stipulatio contractus nominatus sit, an innominatus, remissiuè.*

1 † OMNES quotquot sunt obligationes cum ex contractu esse, ex quasi contractu, ex delicto vel ex quasi delicto constet. §. fin. sup. de obligat. priusque de his agere quę ex contractu oriantur, in d. §. si proposuerit Iustin. quarum quatuor species dixit, quoniam aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, & de prima superiori tit. actum sit, succedit secundæ disputatio, quæ verborum obligatio dicitur hic, & D. eod. in quorum titulorum inscriptionibus rectius de *obligationibus*, quàm *obligatione* legitur, vt hic admonet Vvesembekius, quoniam non solum quomodo inter duos cōstituatur verborum obligatio exponitur, vt in hoc tit. sed etiam quo pacto inter plures, quomodo per seruos, deinde quot sint species stipulationum, quarum aliæ vtiles sunt, aliæ inutiles, & illarum genera complura, postremò quomodo non tantum principaliter, sed etiam accessorie stipulatio reliquis contractibus accedat, quæ Iustin. hoc tit. & sequentibus præstitit, & Tribonianus ex tit. 1. lib. 45. Pandectarum.

2 Dicturi ergo de stipulationibus, siue verborum obligationibus, materia varia, multiplici, & obscura, in primis obseruo quod etsi Marcus Varro lib. 4. de lingua Latina, Festus Pompeius lib. 17. Stipulationem à stipe dictam magis putent, id est à pecunia, (stips † enim aut stipis dicitur pecunia quam olim ad sacrificia Deorū, vel etiam porrigendam mēdicis stipabant, hoc est, componebant, vnde stipes appellantur modica æra, & stipenda dicta Vlp. scribit in l. ager. 27. §. 1. D. de verb. sign.) quam stipulari solemus, à quibus non longè sunt aliqui ex recentioribus præcipuè Ioan. Coras. lib. 1. miscel. c. 25. Sed quoniam præter pecuniā numeratā aliæ etiam res in stipulationem veniūt, maluit Iustin. hoc nomen à stipulo deriuari in princ. inf. eod. † stipulum enim veteribus firmum significat, fortassis à stipite, cui firmitet quid alligatur, sicuti robur, ab arborum *robore*, vel ab antiquissima quadā solemnitate, quæ in principio quo inducta fuit stipulatio, fuit solita obseruari, postea autē, retenta verborum formula, in desuetudinem abijt, quam etsi præter-

miserint recentiores. D. Isidorus retulit. lib. 5. etymolog. cap. 14. his verbis, *stipulatio est quasi promissio vel sponsio, vnde & promissores stipulatores vocantur; dicta autem stipulatio ab stipula, veteres enim quando aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant*, retulit nobiscum sentiēs contra Varronem & Pompeium, & nouam aliam huius verbi notationem ab Alciato lib. 1. parerg. c. 39. referens & impugnans Ferd. Mendoça lib. 1. disput. c. 13. nu. 4. omnino videndus. A stipulo igitur, id est ab eo quod firmum est, dictam esse stipulationem consentaneum est, & post Iustin. admittit Theophilus, consentit Iulius Paulus lib. 5. senten. ti. 12. Isidorus li. 10. etymologiarum, quia hæc vna obligatio citrà rationem iuris gentium iure ciuili ex solis verbis firma est. §. de constituta, inf. de actionibus,

5 † vnde & verborū obligatio appellatur, quod magis verborum solemnitate, quàm æquitate

6 conuentionis constituatur: † quare ad totum contractum nomen stipulationis pertinet, stipulari enim dicitur non is tantum qui interrogat, sed etiam qui spondet & promittit, l. in bonæ fidei. 7. §. 1. D. de eo quod certo loco. l. si nō sortem. 26. §. si decē. D. de condict. indeb. l. in his. 5. §. Imperator. D. de solut. l. si debitor. 39. §. 1. D. de contrah. emptione, & alibi, & apud Isidor. d. lib. 10. etsi obtinuerit, vt *stipulari* dicatur is qui interrogat, sibiq; vult promitti: promittere qui spondet & pollicetur, vt toto titu. D. de verb. oblig. & de duobus reis stipulandi & promittendi.

7 Stipulationis † definitionem cum scripserit Pomponius in l. stipulationum. 5. §. stipulatio. D. h. tit. tradere non erit difficile, ait enim: *Stipulatio est verborum conceptio quibus is qui interrogatur daturum factúrúmve se, quod interrogatus est responderit*, quam defendunt Alciatus, nu. 4. Molineus. n. 10. in rub. D. hoc t. Ferd. Mendoça lib. 1. disputationum, cap. 13. n. 3. qui eruditè eam per partes explicat, sequitur Parladorius lib. 2. rerum quotid. c. 3. nu. 2. & videtur confirmare tex. in l. 1. ti. 11. p. 5. & quamuis Bart. Cuman. & Imola in d. §. stipulatio existimauerint ibi non stipulationem, sed potius eius effectū definiri, in cuius confirmationem Cuma. adducit tex. in l. 1. D. de acceptilationibus: indeque ipsi magis probent quam scripsit Iulius Paulus lib. 2. senten. ti. 3. dicens, *Stipulatio est verborum conceptio, ad quam quis interrogatus congrue respōdet*, quam plures ex nouioribus quoque sequuntur & tanquam nouam sibi arrogat Socinus in d. rub. n. 25. cum tamen effectu non discrepent Pomponius & Paulus, illiusque descriptio virtutem rei definitæ magis obsten 13 dat, ego eam magis probo, & sic explico. Di-

8 citur *verborum conceptio*, loco generis. † Nam alij quoque contractus & actus verborum cōceptiones habent, nam in venditione dictum obligat, atque ex eo oritur actio vel redhibitoria, vel quanto minoris. l. si quid venditor. 18. l. sciendum. 19. §. dictum. D. de ædilitio edicto: in authoritate à tutore agēti pupillo præstanda verba quoque sunt necessaria, l. 3. vbi notat glosa. D. de auct. præst. vnde neque mutus, neque surdus tutor esse potest. l. 1. §. 1. D. de tutelis. in iuramenti etiam obligatione verba requiruntur. l. & per iusiurandum. 13. in princip. D. de acceptilationibus. iuncto §. item per acceptilationem, inf. quib. mod. toll. obligatio. & in omnibus actibus iudicialibus in quibus stricta verborum formula, & conceptio obseruabatur. l. 1. & 2. C. de formulis & interpret. act. sublatis, & in extraiudicialibus, vt testamentis, substitutionibus, dationibus tutorum, libertatum dationibus, legatis, de quibus latè doctissimus Brissonius lib. 8. de formulis, & solemnibus Populi Romani verbis; & plures alios casus in quibus verba requiruntur recenset Bolognetus in rubr. D. eod. cap. 24. nu. 18. Paulus Leonius in l. 1. in princip. nu. 43. & sequen. D. eo. Præterea dicitur, † *verborum conceptio*, quoniam alij contractus tantum sunt cōuentiones, in eisque sufficit consensum interuenire sine verbis. l. 1. §. 1. D. de pactis. l. si stipuler. 45. §. fin. D. hoc ti. Sed stipulatio verborum conceptio dicitur, id est, certa & formata verborum complexio, quæ interrogatione & responsione constat, tex. in princip. inf. eod. l. 1. §. verbis. l. obligamus. 51. §. verbis. D. de obligation. cum alijs, vt hæc verba sequentia indicant, *quibus is qui interrogatur respondet*, in quibus est differentia, qua stipulatio à reliquis cōuentionibus, & pollicitationibus distinguitur, † ideòque dicitur verborum conceptio, quia à verbis vim omnem mutuatur, neque contrahi potest, nisi vtroque loquente, & sermonis efficaciam intelligente. l. 1. in princip. & in. §. fi. D. hoc. tit. neque tamen qualiacumque verba sufficiunt, sed idonea requiruntur, quæ interrogationi responsionem congruè copulent. §. præterea, inf. de inutilibus stipulat. d. §. verbis. † Additur in definitione *Daturum facturúmve*. vt enim aliorum omnium contractuum finis est, vt quid detur, aut fiat; ita & stipulatio aut in dando, aut in faciendo cōsistit. l. 2. in princip. D. hoc ti. ita tamen vt verbo *dandi*, negatiua videlicet non dari, verbo *faciendi* non facere contineatur. l. continuus. 137. §. si vt aliquid fiat. D. hoc tit. † Addita autem est per emphasim particula *Se*, nam si quis alium daturum facturúmve promittat inutilis est stipulatio. l. stipulatio ista. 38. §. 1. D. h. ti. §. si quis alium, inf. de inutilibus.

Ex his quid sit stipulatio satis constat, quamuis tamen nonnulli idem esse stipulationē, & verborum obligationem contendant, quibus adstipulari videtur Vlp. in l. vbi autem. 75. D. hoc ti. l. cum mota. 6. C. de transactionib. qui-

bus

bus in locis quæ initio ſtipulatio dicitur, deinde verborum obligatio appellatur: eos tamen rectè conuincit Thobias Nonius hîc num. 12. AEmilius Ferretus in rubr. D. eo. nu. 2. diſtinguitur enim à verborum obligatione ſtipulatio, ſicut à cauſa effectus, itaque ex ſtipulatione verborum obligatio deſcendit, eſt ergo (vt mox dicemus) ſtipulatio contractus, vnde & facti dicetur. l. conſilio. 7. §. fin. D. de curatore furioſo, &c. verborum autem obligatio iuris eſt, tex. in princ. ſup. de oblig. effectuſque ſtipulationis.

14 Sed an contractus ſit, licèt dubitari non poſſit, omnes enim qui rectè iudicarunt ita ſentiunt, quibus fauet. l. non ſolum. 31. D. de obligat. & actio. l. eandem. 9. D. de duob. reis. l. ſi donationis. 7. C. de ijs quæ vi metúsve cauſa, tex. in l. præpoſteri. 25. C. de teſtamen. in quibus ſtipulatio contractus dicitur. Item & l. 1. in princip. & in §. re contrahitur, & §. verbis. D. de oblig. & act. tex. in §. fi. ſup. de obligat. iuncto principio ſu. ti. 1. & inf. hoc ti. quibus probatur obligationem ex cõtractu aut contrahire, aut verbis, aut literis, aut conſenſu; vnde conſtat ſtipulationem contractum eſſe, quam ſententiam receptam conteſtantur latius probantes Socinus, nu. 312. & 316. Molineus. nu. 46. reiecta contraria Accur. opinione in §. conuentionales, verbo, *rerum contrahendarum*, inf. de diuiſione ſtipulat. & in §. prius, verbo, *ex cõtractu*, ſup. de obligat. & in l. Labeo. 19. §. contractum. verbo. *vltrò citroq;*. D. de verbor. ſignific. quem communiter etiam ſequutum affirmat ibi Rebuffus, Coraſius in rubr. D. hoc tit. num. 11. Mynſing. in rub. inf. de oblig. quæ ex quaſi contractu.

15 An Iuris ciuilis, an verò iuris gentium ſit valdè controuerſum eſt. Sed ego contra nouiores, antiquas, & communes ſententias hac in re veriores arbitror; contendoque ſtipulationem contractum eſſe iuris Ciuilis, ab eoque origi-

16 nem trahens, non verò à iure gentium. † Moueor primò authoritate gloſ. in l. ex hoc iure, 8. verbo, *quibuſdam*. D. de iuſt. & iure, & in l. legitima. 6. in princ. D. de pactis. in §. ius autem gentium, verbo. *penè*, ſup. de iure naturali, & in §. de conſtituta. verbo, *iure ciuili*, inf. de actionibus, quas gloſſas communiter ſequuntur omnes teſte Coraſio in rubr. ſub. nu. 3. D. de verb. obligat. Pro quibus inducitur, tex. in d. l. ex h. iure, ibi *exceptis quibuſdam quæ à iure ciuili introductæ ſunt*, & in d. §. ius autem gentium, ibi, *omnes penè contractus*, quæ verba adijciuntur propter ſtipulationem, ſponſalitiam largitatem literarum obligationem, & emphyteuſim, vt vbique notat Accur. communiter ſequutus, & exornat eleganter nouiſſimus Felicianus lib. de cenſibus, in proœmio, ſiue lib. 1. c. 1. ex n. 10. quibus iuribus non ſatisfacit qui dixerit Iuſti. Verba *omnes penè contractus* interpretãda, ideſt,

17 *omnes penè obligationes*. † iuxta Iul. Paulum. in l. *omnem obligationem pro contractu habendam eſſe exiſtimandum eſt*. 20. D. de iudicijs, in quam interpretationem aliqui ex noſtris Salmanticẽſibus declinarunt, & Ræuard. quem ipſi nõ viderunt, li. 4. de iuris ambiguitatibus, ca. 1. incuſans Tribonianum, quod malè loco verbi *obligationes*, quod apud Hermogenianum eſt in d. l. ex hoc iure, *contractus* poſuit in d. §. ius autẽ,

18 qui ex illa lege ſumptus eſt. † Quoniã abſurda eſt hæc acceptio, cum cauſam pro effectu, & effectum pro cauſa accipiat, quis enim obſecro vel mediocriter eruditus contractum ab obligatione non ſeparat? cum hæc ab illo deſcẽdat, quemadmodum ab obligatione actio, vt latè docuimus in ti. ſup. de oblig. etſi enim vix obligationem à contractu antiquitate ſeparemus, cum ſtatim, incontinenti in pleriſque contractibus celebrato contractu obligatio conſiſtat, negari tamen non poteſt, quin ipſa conuentio obligationẽ præcedat, vt pluribus exẽplis cõprobari poſſet, neq; repugnat Iul. Paul. in d. l. omnẽ, ipſe enim ſequẽtibus verbis priora explicuit, quippè quod attinet ad eum tractatum de iudicijs, & vbi quiſque agere vel conueniri debeat, obligationem pro contractu habẽdam eſſe, ideſt, vt quemadmodum quis vbi cõtraxit conuenitur, non obſtante fori ſui præſcriptione, ſic & vbi obligationẽ aliquã contraxit, etſi ea ex contractu non deſcendat, ſanè, vt conſtat, obligatio oritur, & ex quaſi contractu, ex maleficio, vel quaſi, ergo vbi obligatio nata eſt quocumque facto, vbi quis poteſt cõueniri, & quoad hoc obligationem pro contractu accipiendam eſſe conſtat, quod ad Iuliũ Paulum animaduertit nemo quem ipſe viderim. Inducitur etiam pro communi, tex. in §. de cõſtituta, ibi: *iure ciuili tenetur*, inf. de actionib. tx. etiam, in l. ea quæ ciuiliter. 53. D. de acquir. rerum dom. vbi inter actus ciuiles ſtipulatio à Modeſtino connumeratur. Omitto. l. & vno §. 1. D. de acceptilationibus, quoniam etſi de Aquiliana ſtipulatione loquatur, hoc eſt de acceptilatione ab Aquilio introducta, nõ conuincit ipſam ſtipulationẽ iuris ciuilis eſſe, poſſet enim ſtipulatio inuentum eſſe iuris gentiũ, contraria autem ſtipulatio quæ acceptilatio dicitur à iure ciuili proficiſci.

19 Moueor ſecundò ratione, nam vt aliquid dicatur iuris gentiũ eſſe approbatione, planè requiritur vſum eius ab omnibus gentibus recipi, & vnanimiter approbari, vt docuit Mar. Tull. 1. quæſt. Tuſc. his verbis *omni in re conſenſio hominũ lex naturæ putanda eſt*, & ex Conna. Forcatul. & Carond. luculenter obſeruat Pinelus in l. 2. 1. p. ca. 1. n. 7. C. de reſcind. venditione, Felician. d. c. 1. n. 17. vnde cum ſtipulatio ab omnibus gentibus nõ fuerit recepta, ſed apud Romanos ſolum, iuris gentium non eſſe contendo, ſed iuris ciuilis inuentum & ita affirmo.

Sed

20 Sed an nominatus, an vero innominatus contractus sit nõ minus agitatur, mihi placet item communis quę specialem & nominatum contractum eam facit, quam neuosè defendit acutus Ferd. Mendoça post longam disputationẽ lib. 1. suarum disputationum, c. 13. ex n. 1.

Principium tituli.

1 *Verborum obligatio præcedẽte interrogatione, & subsequuta responsione contrahitur, & nu. 22.*
2 *Verborum formam lex non attendit.*
3 *Sponsalia per stipulationem contrahuntur & sine verbis solo consensu, vel literis fieri possunt, & num. 33.*
4 *Stipulatio inter absentes per epistolam an cõtrahi possit, & num. 34.*
5 *Stipulationes etiam sine verbis, pluribus in casibus fiunt, & nu. 37.*
6 *Stipulari & dari, & fieri nobis aliquid simul possumus, & num. 44.*
7 *Stipulatio pœnæ certa est.*
8 *Stipulationum inducendarum magna causa & ratio.*
9 *Stipulationum causa verba contrahentium.*
10 *Verba quædam vulgaria & nuda: quædam directa & solemnia in contractibus & testamẽtis.*
11 *Stipulatio certa formula concipitur, quæ interrogatione & responsione constat.*
12 *Stipulari possunt & qui exaudire & proferre verba possunt, non alij.*
13 *Stipulatione comprehendi omnes respossunt quæ dari, aut fieri possunt.*
14 *Stipulationis finis qui?*
15 *Stipulatio sine præexistente causa an valeat? L. 2. §. circa. D. de doli mali & metus exceptione. L. 2. tit. 16. lib. 5. recopilationis.*
16 *Stipulatio duas producit actiones, certi condictionem & actionem ex stipulatu, & nu. 48.*
17 *Certi condictio generalis est omnibus contractibus ex quibus certum petitur.*
18 *Actio ex stipulatu datur quando incertum in stipulationem deductum est.*
19 *Incertũ quãdo dicatur deductũ in stipulationẽ.*
20 *Incertum qui promisit si non præstat, id quod interest soluere debet.*
21 *Certi cõdictio ab actione ex stipulatu quatenus differat.*
22 *L. non figura. 37. D. de oblig. & act.*
23 *Stipulatio contractus est stricti iuris.*
24 *Pactum est duorum pluriumve in idem placitum & consensus.*
25 *Pollicitatio est solius offerentis promissio.*
26 *Pactum à pollicitatione quatenus differat.*
27 *Communis differentia.*
28 *Pollicitatio inter præsentes quoque fit.*
29 *Offerre, significat quid inter præsentes celebrari.*
30 *Vera inter pactum & pollicitationẽ differentia. L. 1. §. 1. D. de pactis.*
31 *Donatio præsentem effectum habet, & à traditione initium sumit.*
32 *Donatio aliud, aliud pactum seu promissio de dõnando.*
33 *Sponsalia olim apud Italos qui contraherentur. Agellij locus lib. 4. c. 4.*
34 *L. ea quæ ciuiliter. 57. D. de donat. inter virũ.*
35 *Epistola contractus probatur.*
36 *Stipulationis verbis cõtractæ scribi cõsueuerũt.*
37 *Stipulatio vera verba requirit.*
38 *Stipulatio ficta sine verbis inducitur.*
39 *Stipulatio facta absenti non directam, sed vtilem actionem ei parit.*
40 *L. non aliter. 18. D. de adoptionibus. l. his verbis, 19. eiusd. tituli.*
41 *L. cum ostendimus. 4. §. fi. D. de fideiuss. tut.*
42 *L. cum de in rem verso. 6. D. de vsuris.*
43 *L. si finita. 15. §. eleganter. D. de dam. infecto.*
44 *L. 2. in principio. D. de verb. oblig. Stipulationes in dando, aut in faciendo consistũt.*
45 *Facere dicitur etiam qui dat, qui loquitur.*
46 *Stipulatur factum, qui & nõ factum promisit.*
47 *Mixtum sub simplicibus comprehendi solet.*
49 Stipulatus, *pro* Stipulatione, *sæpè vsurpatur.*
50 Agere ex stipulatu, *ambigua oratio est, quæ aliquando nomen actionis, aliquando causam agendi ostendit.*

1 VERBIS obligatio contrahitur cũ præcedit interrogatio & cõgrua subsequitur responsio; ex qua si certa sit certi condictio; sin incerta, ex stipulatu actio nascitur. l. 1. §. verbis. l. obligamur. 51. versic. *verbis.* D. de oblig. & act. l. 1. in princ. & sequentibus. §. §. l. stipulationum. 5. §. stipulatio. l. si stipuler. 35. §. l. cõtinuus. 137. in princip. cum pluribus alijs. D. h. ti. l. iuris gentium. 7. §. quod ferè. D. de pact. consonat. l. 1. ti. 11. p. 5. explicant præter ordinarios hic, & repetentes in d. l. 1. D. eod. Conna. lib. 6. ca. 1. Petr. Greg. 3. p. Syntagmat. lib. 24. c. 1. Pet. Mozzius de contractibus, tractatu de stipulatione, Anton. Gom. 2. to. ca. 11. num. 3.

2 Sed primò, pro dubitandi ratione contra nostrum tex. ibi, *verbis obligatio contrahitur ex interrogatione*, sic argumẽtor: Lex neque formã, neque figuram verborum attendit, sed orationem quam verba aut literæ exprimunt. l. non figura. 37. D. de oblig. & act. l. 1. C. si minor ab hered. se abstin. ergo in præcedentia interrogationis forma stipulationis non consistit.

3 Secundò, sic argumentor: Sponsalia per stipulationem contrahuntur, indeq; sponsi, sponsæ, sponsaliorumq; appellationes natæ sunt. l. 1. l. 2. l. 3. D. de sponsalib. Sed spõsalia nudo consensu sine verbis etiam inter absentes contrahi posse probat. l. sufficit. l. sponsalia. 11. l. in spõsalibus. 18. D. de sponsalib. ergo stipulatio verba non requirit.

4 Tertiò, sic argumentor: Inter absentes interrogatio & responsio nõ fit, vt constat, sed inter absentes stipulatio per epistolã contrahitur. l. ea quæ

ea quæ.57.D.de donat. inter vir. & vxor. ergo interrogatio & responsio nō est necessaria.

5 Quartò, sic argumētor: Etsi verba omissa sint, quibus solemnia stipulationis constant, stipulatio cōtrahitur.l.non aliter.18.iuncta.l.his verbis.19.§.fi.D.de adoptionibus.l. cum ostendimus.4.§.fi.D.de fideiuss. tut.iuncta. l. Blanditus.12.C. de fideiussor. ergo verba ad stipulationem non sunt necessaria.

6 Quintò, contra illa verba *dari fieri've*, & in l. stipulationum.5. §.stipulatio, ibi, *daturum facturúmve*. D.h.tit.quibus probatur stipulationes aut in dando, aut in faciendo consistere, quod & probat.l.2.in princip.D. h.ti. sic argumentor: non solū nobis aliquid dari fierive stipulari possumus, sed vtrumq; simul.l. veteris, 13.(cui consonat.l.14.t.11.p.5.)C.de contrah. & cōmitt.stipulatione, ergo diminutus est hic Iust.& l.C.in d.l.2.& in d.§.stipulatio.

7 Sextò, & vltimò contra illa verba, *quam ex stipulatu, si incerta sit.* quibus prioribus adiunctis docemur, si certa sit stipulatio certi condictionem, si incerta sit ex stipulatu actionem nobis dari, sic argumentor: Pœnę stipulatio certa est l.si pœnam.68.D.h.t.tx.in §.fi.inf.eo.item dotis stipulatio certa est.l.cum post.69.§. gener. D.de iure dotiū. Sed ex stipulationibus his nō certi condictio, sed actio ex stipulatu cōpetit, l.vnica, in princ.C.de rei vxor.actione. l.prædia.28.de act. empti.l.si pacto quo pęnam.14. C.de pactis, ergo contra nostrum tex.

His tamen argumentis non obstātibus verissima quidem est superior conclusio, ad cuius &
8 nostri tx.explicationē † sciendū est, stipulationum inducendarū rationem fuisse valde necessariam, ne homines ex nudis pronunciationibus sæpè incauti illaquearentur vinculo efficacis obligationis, sicque infinitis propè litibus & controuersijs reipublicæ salus in periculo esset. Porrò per interrogationem excitatur animus ad deliberationem quandam, num sit promittendū: per responsionem declaratur, talis deliberatio certo consensu;
9 † inde efficiens stipulationū causa sunt verba contrahentium, idoneè voluntatem significantia. l. 1.§. si quis simpliciter. D.h.t. sine qua nec cæteræ conuētiones, nec stipulatio consistit.l.1.§. adeò. D. de pactis. Verbis ergo contrahi posse firmam obligationem merito ius ciuile statuit, vnde & stipulatio iuris ciuilis dicitur. §. de constituta inf. de actionib. & diximus in rubrica, non tamen quibuscumque, † quia verba apud Iurisconsultos alia sunt vulgaria quæ nuda propriè dicuntur; alia solemnia, quæ eadem directa, cōcepta passim appellantur, eaque verborū differentia in actibus tum inter viuos, tū mortis causa vsurpatur. Testamenta olim non nisi certis & directis verbis fiebant.l. quoniam. 15.C.de test. Codicilli nudis & vulgaribus: emptio, locatio, mandatum, societas verbis contrahuntur, in mutuo, deposito, pignore verborū summus est vsus, sed illa verba nuda sunt, idest, vulgaria & popularia. † Præter illud vsitatū verborum genus certas quasdam Iurisconsulti formulas instituerunt quæ solemnibus verbis cōstant, hæcq; sunt quæ in hoc loco *verba* nominantur, quæ nimirum interrogatione & respōsione certis concepta verbis constabant, tex. hic, & in §. sequenti, & iuribus sup. in initio relatis, vnde forma stipulationis in eo est, vt perficiatur vtroque loquente & præsente, (addit Bart. & rectè, in l. 1. in princip. D. hoc titu.) & sermonis efficaciam intelligente † ideoque ne que inter absentes contrahitur, neque mutus aut surdus aut infans stipulatur. d. l. 1. neque solo nutu. d. l. 1. §. si quis ita, sed necesse est, vt stipulator sibi, (nam alteri nequit. §. Alteri, inf. de mutilibus) stipuletur dari vel fieri, alter verò id ipsum promittat; nam ex his duabus partibus constat verborum obligatio. tex. hic, itaque nec promittens ante interrogationē spondendo, promittendo ve obligatur, neque stipulator post responsionem interrogando aliquid acquirit, forma stipulationis *prætermissa*, vt apertè deduces ex.l. 1. C. de vsuris. Materia
13 † circa quam stipulatio concipitur sunt omnes res quæ in dando, faciendo ve consistunt, & dare, fierive possunt, tex. in princip. inf. de inutilibus (vbi audiemus,) namq; dari fierive nō possunt, frustra & inutiliter stipulamur, cum impossibilium nulla sit obligatio. l. impossibiliū 145. D. de regulis iuris, siue natura dari nequeant, vt res quæ nec sunt, neque erunt in rerum natura, vt si homo qui non est, aut hippocentaurus promittatur; siue lege vt res sacræ, & extra commercium positæ, item turpes & illicitæ, de quibus per totum inf. de inutilibus stipulationibus.
14 † Finis autem stipulationis est, vt verborum vinculo & nexu promissor obligetur; etiam nulla re interueniente vt sup. diximus, iusta tamen causa præexistente, quæ si non sit exceptione submouebitur creditor. l. 2. §. circa. D. de doli except. An
15 autem † nulla apparente stipulationis causa alia donatio præsumatur, valdè nostri disputant; communiùs, contra Bart. concluditur nō præsumi in d. l. 2. §. circa. D. de doli exceptione, in l. si stipulatus. 15. D. de fideiussor. ex l. cū de indebito. 25. §. fin. D. de probat. ca. si cautio. 14. de fide instrument. nisi cum de animo donandi, aut certa scientia, vnde is præsumitur, constet ex l. hoc iure. 19. D. de donat. l. Campanus. 47. D. de oper. lib. & ita respondet Alexand. in consi. 19. n. 4. & 5. volum. 4. sin autem ignorantiā potius quam scientiam, eoque factuam magis causam quam donationem præsumi. l. verius. 21. D. de probationibus iuncta. l. generaliter. 13. vbi notat Bald. in num. 3. C. de non nume. pecun. laso in l. 3. D. de pact. atque ita stipulationem sine causa factam ad nihi-

nihilum redire ex d.§.circa,latè *Alexand.d.consilio.*19.cuius opinionem à pluribus eo non relato sequutam testatur noster Parladorius lib, 2.rerum quotid.c.3.nu. 55. sed contra eam sequutus ipse Bart. nouis insurgit argumentis, contendens neque iure ciuili in stipulatione, neque iure Regio Hispano in pacto nudo, cau sam esse necessariam,post l.2.ti.16.lib.5.recopil. sed absque causa stipulationem & pactum consistere,efficacemque producere obligationem, cuius & præceptoris Bartoli plurimum cum apud me valeat authoritas , à communi ego nunc discedo , exactè disputaturus, in d.l. iurisg.7.§.igitur nuda. D. de pactis. nunc sileo ne nostri instituti cancellos egrediar. Stipulationis † fini proximus est effectus, ex illa nā-
16 que obligatione verborum quæ tamquā à sua causa ab stipulatione & verborū conceptione descendit,duplex similiter oritur actio. Altera dicitur certi condictio , alia actio ex stipulatu,
17 tx.hic.† Certi cōdictio datur,cùm ex alijs omnibus contractibus qui certum continent.l.certi condictio.9.in princ.D.si cert.petatur, tùm ex stipulatione quoties apparet quid, quale, quantumque sit quod promissum est. l.stipulationum.74.l.vbi autem.75.D.h.ti.quæ actio personalis est & ex contractu manat, ac propterea & in heredes transit & perpetua est. l.2. §.1.l.in executione.85.§.1.D.hoc ti.§.ex con-
18 ditionali inf.eod. † Actio ex stipulatu oritur quando incertum in stipulationem est deductum , incertum autem appellamus non quod genere suo toto ita incertum est , vt definiri nequeat,nam eius generis stipulationes nullius rei sunt.l. Triticum.93.*l.ita stipulatus.*115. D. hoc ti.(quibus adde Bart.in l.cum quid.3. n.9. D.si cert.petat.Petr.Peraltam.in l.1.n. 24.D. de leg.2.) †sed quod specie tantum incertum
19 est,& quamuis quid,quale,quantúmve sit statim non appareat, declarari tamen potest , vt cum quis vini boni Taurinensis amphoras centum stipulatur , bono enim & melius & deterius inueniri potest. d.l. vbi autem non appa- 24
ret.75.D.h.t.aut fructuum certi fundi,nam incertus est fructuum prouentus.d.l.vbi autem, §.fundi aut aliquid quod in faciendo consistat, l.stipulatio.38.in princ. d.l.vbi autem. §. quid quod,hæc enim omnia incerta sunt , quia non 25
statim atque petuntur apparet quid,quale , & quantum eorū quidque sit,sed tamen declara-
20 ri possunt,†vnde in his aut præstet promissor conuenta necessum est , aut condemnationem in id quod interest patiatur , ad quod incertis deueniri solet.l.si quis ab alio.13.§.fi.D.de re iudicata.l.stipulationes.72.in princ. D.hoc ti. 26
nisi eius quod interest loco,pœna conuentione sit comprehensa , tunc enim illa peti debet l.fin.D. de prætorijs stip. tx.in §.alteri,inf.de
21 inutilib. (dicemus.in §.fi.inf.eo.)† Planè hæc actio à priore, non alia re, quam materia petitionis, & condemnationis forma differt : nam hac incertum, illa certum petitur : in hac plurimū in id quod interest fit cōdemnatio:in illa ipsas res præstanda est.d.l.vbi autē.§. fi.D.h.t.

22 His pro nostri tex. explicatione præmissis, quæ contra eū adduximus argumenta non obstant. Non primum, ex d.l.non figura.37.D. de oblig.& act. Quoniam ex pluribus quæ varijs in locis Doctores respondēt,ego sic doceo, ideò legislatores in stipulatione interrogationem præcedere debere constituisse:tùm vt magis demonstraretur animus , consensus , atque deliberatio promittentis,(ita Bart.in d.l.1.§. si quis simpliciter.n.2.D.h.t.quē ibi alij sequuntur,& Albe.nu.2.in d.l.1.Cuma.n.1.Alciat.n. 44.Marianus Socinus.n.245.Richærius.n.14. Rub. D.eo. cùm etiam quia cum contractus is
23 non bonæ fidei,† sed stricti iuris sit,vt communis docet in. §. actionum inf. de actionibus,& in l.quicquid adstringendę.99.D.de verb.obligat. & in eo promissor eatenus tantummodo teneatur quatenus est expressum,nihilque ex fide bona præstare debeat ; ideò vt stipulator deberet prius verba concipere,quibus id quod sibi vellet dari,fierive exprimeret, promissor item deberet per eadem verba respondere,cōstitutum est. Cum igitur promissor debeat per eadem verba respōdere,vt stipulator illa prius concipiat necessarium est,(ita Vaconius lib.1. declarationum iuris.ca.68. nu.16.) Adde etiam si placet præcedere interrogationem ideò debere,vt stipulatio,quæ contractus est nominatus,à generali conuentione differat , quæ duorum quoque constat voluntate, sicut & stipulatio.l.1.D.de pactis.l.pactum.3. D. de pollicitat.(ita Imola in.d.l.1.§.si quis ita.n.22.D.h. t.) Sed quando eo deuentum est , vt generalis conuentionis meminerimus, quid inter pactū, pollicitationē,stipulationémve interfit, quidque ab his donatio distet audiamus. disputatio sanè explicationi nostri tex.in primis necessaria. Stipulatio , quid sit docuimus latè in rubr. sup.h.t.† Pactum autem est duorum pluriúmve in idem placitum & consensus.l.1.D.de pactis.l.pactum. 3. D. de pollicitat. differt ergo pactum ab stipulatione , quia stipulatio ex interrogatione,& responsione fit , pactum verò ex conuentione seu consensu vtriusque. † Itē & pollicitatio contrahitur vbi nulla adest interrogatio,sed sola offerentis promissio.d.l.3. vnde licèt ex stipulatione oriatur actio. tex. hic , ex pacto non oritur. l.iuris gentium.7.§. igitur nuda.D.de pact.l.legem.10.eod.C.neq; ex pollicitatione,quibusdam exceptis casibus, l.1.vers.*non semper*.D.de pollicitation. † Cum autem pactum sit vbi duorum adest consensus, d.l.1.D.de pactis.d.l.3.D.de pollicitat.& pollicitatio offerentis promissio,quid inter pactū & pollicitationē interfit definire difficile est, siquidem promissione præsenti facta duorum

adesse

adesse voluntatem videtur, licèt enim expresse non consentiat, tacitus tamen & præsens cõsentire videtur. l.si remunerãdi.6.§.si passus l. qui patitur. 18. l. qui fide. 53. D. mandati.l.donationes.31.§.species.D. de donationib. atque ita cum duorũ adsit consensus talis promissio pactum erit.l.tale pactũ.40.D.de pact.

27 † Sed quibusdam placuit pactum esse promissionem inter præsentes, vel absentes per epistolam, vel nuncium; pollicitationem autem promissionem factã absenti absq; epistola vel nuncio. ita resoluit communis quam referunt Iaso,nu.6.Bologuetus,c.16.in rub.D.hoc titu. Loriotus de pactis axiomate.7.Parlador. li. 2. rerũ quotid.c.3.n.4.Fer. Mẽdoça lib. 1.disput.

28 c.8.n.7.qui † ab ea meritò discedunt,quoniam verius est inter præsentes quoq; pollicitationem dici.l.sciendũ.19. §.dictũ. D. de ædilitio edicto,vt placèt Decio in rubr.C. de pactis,& cõsilio.245.n. 9. vol. 2. Alciato in rubr. col. 1. D.h.t.& alijs quos referens sequitur Ant. Gomez.2.to.var.c.9.n.1.& probat.l.10.ti.11.p.4. & constat ex eo, quòd pollicitatio,vt diximus,

29 est offerentis promissio, † verbum autem *offerre* oblationem inter præsentes significat, l. Iulianus.11.§.offerri.D.de act.empti. l.si solutus.39.D.de solution.neq; pollicitatio esse desinit,trãsitve in pactum, eo ꝙ cui fiat promissionẽ admittat &agnoscat,& sic in ea sit duorũ consensus vt in pacto.l.1. C.de iure dotiũ.l.ad exactionẽ.6. C.de dot. promissione.l.fi.C.ad

30 Velleia.l.1.§.penu.D.de coll.dotis. † Quẽadmodum ergo pactum à pollicitatione distinguemus? luculẽter satis. *Pactum* à pollicitatione non distinguitur ex consensu, sed quia ad pactum necessarius est tractatus,& partium vltrò citroque conuentio, vt non obscurè Vlp. in d.l.1.§.1.D.de pactis,ostendit,docens pactũ celebrari,quando contrahendi gratia partes in vnum conueniunt,& tanquam ex diuersis animi motibus in vnam sententiam decurrunt,& repetit in d.l.3.ibi,*pactum est duorum consensus, atq; cõuentio*. D. de pollicit.ad pollicitationem autem tractatus,seu conuentio non est necessa

31 ria, cum nihil aliud sit quàm solius offerentis promissio,quæ non refert inter præsentes absentéve fiat,d.l.3.& d.l.10.titu.11.p.4. † Ab his omnibus longe distat Donatio, nã etsi Pacti, Pollicitationis,Stipulationis obligatio præsens sit,in futurum tamen suum protendit effectũ,promitto,polliceor,paciscor, me daturũ, facturúmve,aut nõ facturũ,non petiturũ: verba donationis in præsenti concipiuntur, præsentemque præ se ferunt effectum,vt puta,do,

32 §.1.D.de donat.causa mort.l.1.t.4.p.5.† quod si verba in futurum conciperẽtur non donatio esset,sed vel pactum,vel pollicitatio,vel stipulatio de donando. Item ex pacto, pollicitatione,& stipulatione obligatio oritur modo naturalis, modo ciuilis; ex donatione nulla, fit enim tantummodo vt liberalitatem & munificentiam quis exerceat.l.1.D.de donationibus, vt eruditè cum alijs nouissimeq; defendit Parladorius.d.lib.2.rerum quotid.cap.3.ex n.6.& ita soluitur primum argumentum.

33 Non obstat secundum argumentum, quoniã omissa Accur. interpretatione,in d. l. 2. D.de sponsalib.qui suorum temporum iniuria verũ assequi nõ potuit,ex antiquo Seruio Sulpitio in libro,qui est de dotibus,& ex Neratio in libro,quem de nuptijs composuit, cum Agellio lib.4.noct.Attic.c.4.Marco Varrone lib.5.de lingua Latina.Hotoma.& Brissonio sic explico:Sponsalia olim in ea parte Italiæ quæ Latium appellatur,hoc more atque iure solita fieri, qui vxorem ducturus erat, ab eo, vnde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat itidem spondebat, formulam refert Plautus in Pœnulo,& in Aululario:Ac.1.Scæna.4.& in Trinum.act.5.Scęna.11.Is contractus stipulationum sponsionũque dicebatur sponsalia. Tunc quæ promissa erat sponsa appellabatur, qui spopõderat ducturũ spõsus.Sed si post eas stipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat,iudices cognoscebant. Iudex quamobrem data, acceptáve non esset vxor, quærebat. Si nihil iustæ causæ videbatur,litem pecunia æstimabat,quantíque interfuerat eam vxorẽ accipi, aut dari eum qui sponderat, aut qui stipulatus erat cõdemnabat, vnde cum sponsalia stipulationibus celebrarẽtur, contrahi inter absentes non poterant, ex sup.traditis. Quod sanè ius sponsaliorum obseruatum fuit ad id tempus quo ciuitas vniuersa Latio lege Iulia data est,idest vniuersum Latium iure ciuitatis donatũ fuit.Post legem verò Iuliam sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia,& absens absenti desponderi rectè potest,vti colligitur ex d.l.2.ibi.*nã moris fuit veteribus*,& ex d.l.4.ibi, *& hoc quotidie fieri*.D.de sponsalib. & soluitur secundũ argum.

34 Non obstat tertium,ex d.l.ea quæ.57. D. de donat inter virum, quoniam varijs omissis interpretationibus, de quibus per scribentes in d.l.1.D.h.t. cum Accur. ibi, cuius solutionem probat Bart.n.5.Alberi.n.12. Marian.Soci.n. 102.Galiaula.n. 141.Molineus n.39.Duaren. lib.1.disput.c.45.Carondas lib.1.verosimilium c.21.respondendum est in d.l.ea quæ, stipulationem inter absentesper epistolam contractã non fuisse,sed quam præsentes fecerant postea ijsdẽ absentibus probari,vt satis eius legis verba explicant,ibi,*cum petenti mihi*,& ibi.*adnuerit indulgentia tua*, † planè per epistolam posse,quamuis non semper contrahi, contractum tamen semper probari pluribus in eam rem congestis, probat Mascardus, de probationibus, conclus. 626. cum sequentibus, & extat

Iulij

Iulij Pauli non dissimilis locus in l. Publia. 26.
36 §. fin. D. depositi. † Accedit quę stipulationes scribi solitas fuisse, vt ex Plauto docet hic Hotoman. enunciatio. 1. & licet animaduertere in l. iuris gentium. 7. §. quod ferè. D. de pactis, & in l. & vno. 18. D. de acceptilationibus, l. si ita. 126. §. Chrysogonus. D. de verborum obligat. & soluitur tertium argumentum.

37 Neque obstat quartum, ex d. l. non aliter. 18. L. his verbis. 19. D. de adoptionibus. cui optimè respondet communis post Bart. in d. l. 1. num. 2. D. hoc tit. quod etsi in stipulatione vera de qua nos loquimur, verba omnino requirantur, neque sine eis constet, tex. hic,
38 cum concordantibus; † in ficta tamen stipulatione, & quam, si à partibus sit omissa, pluribus in casibus ius ciuile inducit, verba non esse necessaria, hanc interpretationem receptam testantur in d. l. 1. Iaso. nu. 5. Alciat. n. 12. Molinęus num. 26. Nec ei obstat, quod cum idem operetur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero. regula l. filio quem pater. D. de lib. & posth. & ex vera stipulatione, non vtilis, sed directa actio danda esset, sic & in d. l. his verbis, non vtilis, sed directa competere
39 deberet. † Quoniam etsi stipulatio verè ibidem concepta fuisset, non directa, sed vtilis dãda esset, quia licèt directa competat stipulanti, tamen si quis absenti stipuletur, solam vtilem actionem ei quærere potest. l. Gaius Seius. 45. D. soluto matrimonio. l. pactum. 4. iũcta. l. pater. 7. C. de pactis conuentis. † Vnde cum
40 in specie illius tex. seruo publico cauendum esset. d. l. non aliter. §. cum autem, sup. de adoptionibus, & diximus in l. si adrogatur, num. 9. D. illo t. etiam si vere stipulatus fuisset consanguineis impuberis, non directam, sed vtilẽ tantummodo ex stipulatu actionem quæsiturus esset, ad quæ reducẽda sunt quæ scripserũt interpretes in d. l. 1. hoc titu. & ij quos refert Al-
41 fanus collectanea. 518. † Eadem ratione accipiendus est tex. in d. l. cum ostendimus. 4. §. fi. D. de fideiusso. tut. & in l. vnica. ibi, *sine scripta*
42 *fuerit stipulatio sine non.* C. de rei vxo. actione. † In l. cum de in rem verso. 6. ibi, *vsuras iudicauit quòd eas ipse dominus, vel pater longo tempore præstitisset.* D. de vsuris, iũcta. l. quamuis. 4. C. eod.
43 † In l. si finita. 15. §. eleganter. D. de dam. infecto. In l. nisi si dolo. 3. §. item sciendum. D. si cui plus quàm per leg. falcid. in l. 2. in princ. D. ad municip. in l. 1. C. de decurionibus li. 10. in authentico, vt nulli iudicum. §. super hoc, & in alijs in quibus vel fingitur, vel præsumitur à iure stipulatio etiam si nulla præcesserint verba. & soluitur quartum argumentum.

44 Non obstat. 5. argumentum. Ad cuius explicationem cum Iulio Paulo in d. l. 2. D. eod. obserue, stipulationum quasdam in dando quasdam in faciendo consistere. In dando, vt cum quis sibi pecuniam dari stipulatur, quo verbo vt plurimum dominij translationem, non simplicem traditionem significamus. l. vbi autem non apparet. 75. §. fi. D. h. t. in faciendo, vt cum quis stipulatur insulam ædificari, rem tradi, l.
45 si rem tradi. 28. D. h. t. † & animaduertendum est verbum *facere*, hic angustè accipi, vt dationi opponatur, nam latiùs accipiendo qui dat, facere quoq; dici potest. l. in facto. 60. D. de condit. & dem. l. verbum facere. 218. D. de verbo. signif. sicut & is qui loquitur, & aliquid dicit, tametsi dicta opponantur factis nonnũquam, apud nostros authores. l. aut facta. 16. D. de pe-
46 nis. † Dicitur etiam factum stipulari, qui & nõ factum stipulatur. d. l. vbi autem. 75. §. qui id. & in l. 2. §. fi. D. h. t. tex. in §. fi. inf. eo, nã *facti* verbo, etiam nõ factum continetur. l. in fraudem. 4. D. de his quę in fraud. l. qui non facit. 163. D. de reg. iur. id quod & de proprietate sermonis
47 obtinet. l. facere. 189. D. de verb. signif. † Huic diuisioni pleriq; tertiũ membrum, quod à Iul. Paulo in d. l. 2. & à Iust. hic omissum esse aiũt, addunt, & quasdam aiunt mixtas esse, vtpotè quæ in dando simul, & in faciendo consistunt, d. l. veteris. 13. C. de contrah. & commit. stipulatione, vt si quis stipuletur sibi rationes reddi l. cum seruus. 82. D. de condit. & dem. Sed nouum nõ est, vt sub duobus simplicibus expressis casus mixtus comprehẽdatur. l. si ita scriptũ 13. D. de lib. & posthumis. l. Clemens. 81. de hered. inst. l. is qui. 13. §. interdictum. D. quod vi aut clam. vt docet Accur. in d. l. 2. vbi Bart. Iaso & communis, glos. in l. actionum genera. D. de obligat. & act. & omnes in §. actionum. inf. de actionib. & soluitur. 5. argum.

48 Neque obstat sextum, quoniam pro eius explicatione meminisse oportet, vt iam sup. ad rationem decidendi obseruauimus cum Iustin. hic ex certa stipulatione, idest, quando certum aliquid in eam deducitur. d. l. 74. l. 75. D. hoc tit. actionem quæ certi condictio appellatur oriri, quod etiam probat. l. si quis certum. 24. D. si cert. petat. & facit tex. in d. l. certi condictio. 9. D. illo. tit. quod si incerta sit stipulatio, idest, non appareat quid, quale, quãtumque deductum sit, oriri alteram actionem quam ex stipulatu appellamus, ex nostro tex. & d. l. si quis. 24. & l. si stipulatus. 4. D. de vsuris. † Planè *stipulatus* pro *stipulatione* sæpè vsurpatur. l. pecuniæ fœnebris. 9. ibi: *pecuniæ fœnebris intra diem certum debito non soluto dupli stipulatum, in altero tantum respondi non tenere.* D. de vsuris. l. in duobus. 28. §. igitur si quis iurauit. D. de iureiurãdo. l. vxori. 33. §. vlt. D. de leg. 3. l. Titio fundus. 73. D. de condit. & dem. l. si homo. 8. D. de re iud. l. quæsitum. 17. D. de bonis author. iud. poss. (alias est. l. 2. D. de priuilegijs creditorũ.) l. ait Prætor. 10. §. Præterea generaliter. D. quæ in fraud. cred. l. vt inter absentes. 3. C. de inutilib.

utilib. ſtipulat. & inde idem eſt dicere, competit actio ex ſtipulatu ac dicere cõpetit actio ex ſtipulatione, vt hic Cuia. aduertit, quæ actio ex ſtipulatu, ſiue ex ſtipulatione appellatur in certi cõdictio, vel incerti actio. l. ſi ſtipulat⁹. 4. de vſuris. d. l. 3. C. de inutilib. quoniam ſicut ex quolibet contractu certo, vltra propriam contractus actionem naſcitur certi condictio. d. l. certi condictio. 9. D. ſi cert. pet. & hæc competit ex ſtipulatione certa, ita & ex quocunque contractu incerto, naſcitur, præter propriam actionem contractus, condictio incerti, vt hic animaduertit Accur. verb. *Ex ſtipulatu*, quem communiter omnes ſequuntur, teſte Thobia Nonio hic nu. 22. qui probari videtur. l. ſi bina rum ædium. 35. D. de ſeruitut. vrban. l. & ideo. 12. §. Neratius. D. de condict. furt. iuncta l. ſi pignore. 12. D. de pignorat. actione. l. ſi tibi. 8. D. de actio. empt. & hæc incerti condictio cõ-
50 petit ex ſtipulatione incerta. † His ſic nominatim pro huiuſce rei explicatione præhabitis, argumento ſic ſatisfit, verba hæc *agere ex ſtipulatu*, ambigua eſſe, interdum enim nomẽ actionis exprimunt, interdum ſignificant cauſam agendi, & inde quando cum Iuſt. hic dicimus ex certa ſtipulatione non agi ex ſtipulatu, ſed certi condictione, nomẽ actionis ſignificamus, ideſt non agi actione quæ vocatur *ex ſtipulatu*. Quando verò alibi dicitur agi poſſe ex ſtipulatu, cauſam agendi ſignificamus, ideſt agi poſſe ex ſtipulatione: quod tam conuenit ſtipulationi certæ quam incertæ, cum ex vtraq; agi poſſit, licèt diuerſis actionibus, vt hic, & ita ſunt accipiendæ leges in argumento relatæ, & tex. in l. inter ſtipulatem. 83. §. ſi rem. ibi, *poteſt agi ex ſtipulatu*. D. hoc tit. ergo quando dicimus pro re certa agere nos ex ſtipulatu poſſe, idem eſt, ac ſi diceremus, ex ſtipulatione, vel propter ſtipulationem, quæ licèt ad dotis reſtitutionem à partib⁹ omiſſa ſit, legis auctoritate tacitè inducitur in d. l. vnica. in princip. C. de rei vxor. actione, de quo alibi latius.

§. *In hac re. 1. In principio, & in verſi.* Sed hæc ſolemnia.

1 *Stipulationum ſolemnia verba, & formula, & num. 4.*
2 *L. 1. §. ſi quis ita interroget. D. de verborum obliga. & num. 6.*
3 *Stipulatio iuſta nulla præexiſtente iuſta cauſa an valeat, & num. 7.*
4 *Stipulationes, veteribus formulis ſublatis, quibuſcunque verbis concipiuntur.*
5 *L. 2. tit. n. 16 lib. 5. nouæ collect. regiæ.*
6 *Quidni? ſolemne erat ſtipulationis verbum.*
7 *L. 2. §. circa. D. de doli mali & met⁹ exceptione.*
8 *L. cum de indebito. 25. §. circa. D. de probationibus.*
Scriptura non ad obligationem, ſed ad probationẽ fit, & ideo ſi cauſam non habet non adſtringit.
9 *Stipulatio quacunque lingua concipi poteſt, & quare.*
10 *Teſtamentum quocunque idiomate ſcribi, & ordinari poteſt.*
11 *L. Decreto. 48. D. de re iudicata.*
12 *L. Iudices. 12. C. de ſent. & interlocut. omn. iud.*

DE veteri, nouaq; Stipulationũ forma & ſolemnitate hic agit Iuſtin. verum quia, vt cum eodem in princ. ſup. de teſtamẽtis diximus, è media antiquitate, & ab origine res repetere plurimum adferre vtilitatis, antequã de noua Leonis cõſtitutione hic à Iuſti. relata agamus quidq; hodie obſeruandũ ſit conſtituamus, nũ omnino verus is ſit diſputemus oportet. Ergo vt vides ex pricribus huius tx.
1 verbis. In hac re, † ideſt in ſtipulationis conceptione olim ſolemnia hæc verba tradita fuêre: Spondes? Spõdeo. Promittis? Promitto. Fide promittis? Fide promitto. Fide iubes? Fide iubeo. Dabis? Dabo. Facies? Faciam. vnde neq; aliter ſtipulatio conſtabat, ideoq; rectè verborum conceptionẽ eam appellauit l. C. in d. l. 5. §. ſtipula. D. h. ti. neq; aliter cõcipi potuiſſe omnes probant, & exornat eleganter doctiſsimus Briſſonius lib. 6. de formulis, ex pag. 626. cum ſequenribus.

2 Sed non eſſe Iuſtinianum hic omnino verũ ſuadere videtur in primis I. C. Vlpia. in l. 1. §. ſi quis ita interroget. D. hoc tit. vbi ſi quis ita ſtipuletur & interroget *Dabũ?* & alter reſpondeat, *quid ni?* & ſic alio verbo, quã quo interrogatus eſt, valet ſtipulatio: & tamen Vlpianum ibi iuxta veteres ſtipulationum formulas, & quæ ſuo ſæculo & ætate obſeruab antur loqui, ſatis conſtat.

3 Secundò pro dubitandi ratione ſic argumentor: Docet hic Imperator, ſtipulationẽ illis ſolum verborum conceptionibus, abſque alijs cõſtare, Spondes? Spondeo, &c. nullaſque alias eſſe, neque cauſam in ea, ſed ſolam formularum, verborumque ſolemnium expreſsionẽ requiri; tunc ſic: Si quis ſimpliciter interrogatus, aliquid per ſtipulationem promittit, iuſta nulla præexiſtente cauſa non obligatur, tex. vbi notant omnes, in l. 2. §. circa. D. de doli mali & me. exceptio. & in l. generaliter. 13. C. de non nu. pecun. in l. nunquam nuda. 31. D. de acqui. rerum. dom. notant & ſequuntur communiter Doctores vt reſoluunt Did. Couar. in c. quãuis pactum. 2. par. cap. 4. nu. 14. Auenda. in l. 4. & 5. nu. 21. titu. de las excepciones, lib. 3. ordina. Ant. de Queſada lib. 1. ſingular. quaſtionum iuris cap. 12. Gundiſal. Paz in praxi. 1. tom. 4. part. cap. 3. nu. 10. quæ communis opinio confirmatur ſatis ex d. l. 2. §. circa. D. de doli exceptione. l. ſi ſtipulatus. 15. D. de fideiuſſ. l. cum

de indebito. 25. §. fi. D. de probationibus, cap. si cautio. 14. de fide instrumentorũ, ergo sola illorum verborum conceptione stipulatio nõ contrahebatur.

Tertiò sic argumentor. Imperator Aurelius Alexander Seuerus multis antè annis floruit, quam Imperator Leo, vt ex Chronologica cõputatione Gregorij Holoãdri cõstat, vixit ille anno à Christo. ducentesimotrigesimoprimo, hic autem anno quadringẽtesimo septuagesimoprimo. Sed tempore & ætate Alexandri solemnia hæc verba non requirebantur, sed quibuscunque concipiebatur stipulatio, dũ tamen interrogatio & responsio cõgrua esset. l. blanditus. 12. C. de fideiusoribus, ergo contra nostrum tex.

4 Verum his non obstantibus argumentis, quod hic Iustin. ait verisimum est, olim certa stipulationũ verba, formulasq; vsurpatas fuisse. d. l. 5. §. stipulatio, nec quæuis vim adstringendæ obligationis habuisse, sed ea demũ quæ solemnia erant, & cùm à Iureconsultis ad eam rem concepta & parata, tũ à populo in vsum, consuetudinemque recepta, vt diximus sup. ad principium, tantaque erat illo sæculo in his formulis scrupulositas, vt etiam discrepantia in verbis actum vitiaret. §. præterea, inf. de inutilib. neque omnino vana fuit talis veterũ obseruatio, nam adimebat omnium verborũ amphibologiã, & controuertendi de mente stipulantium occasionẽ. Sed hodie Leonis Imperatoris constitutione, veteribus stipulationũ formulis sublatis, quamuis verborũ opportunitas recepta est, l. omnes. 10. C. de contrah. & comitt. stip. licèt interrogationes & respõsiones retentæ sint ex eadẽ lege, & nostro tex. ad fin. quem sic omnes interpretantur, & confirmant antiquæ Hispaniæ Partitarũ leges. 1. &
5 sequentes, sub tit. 11. pat. 5. † quod tamen iam indesuetudinẽ abijt ex posterioribus Patrijs legibus, quæ ab Alphonso latæ, sub noua nunc extant cõpilatione lib. 5. tit. 16. c. 2. quo cautũ est non tantũ ex stipulatione, quantũcunq; veteribus formulis, aut interrogationibus prętermissis, concepta, sed ex nudo quoque pacto obligationem oriri: quinimo non tantum ex nudo pacto, sed etiam ex simplici consensu, vtcunque tamen appareat quem se obligare voluisse, & eo iure vtimur: quam legem Regiã latissime præter ordinarios ibi explicat Parladorius lib. 2. rerum quotid. cap. 3. per totum.

6 Sed ad Iustinianum redeam⁹, cui sanè, quidquid alij velint & controuertãt, parum obstat Vlpian. in. d. 1. §. siquis ita interroget. D. eod. quoniam omissis quæ ibidem tradidere Doctores, maximè Molineus qui ex num. 3. alias atque alias solutiones refert & impugnat, & longius Paulus Leon in rubric. D. eo. ex num. 170. Bolognetus cap. 22. ex num. 7. verisima interpretatio est, tempore Vlpiani verborum solemnitatem in vsu quidem fuisse, vt patet ex eodem §. si quis ita interroget, alias enim frustra dubitaret Vlpian. an stipulatio contraheretur per verbum, *quid ni?* si solemnitas verborum fuisset sublata, neq; obstat quod ex illo verb. *quid ni?* respondet, stipulationem induci, quia & illud verbum eo tempore solẽne erat ad contrahendam stipulationem, quia in eo subauditur & virtualiter inesse creditur idẽ verbũ interrogationis, perindeq; est ac si promissor dixisset, *quid ni promittam? quid ni dabo?* hoc est cur non promittam, cur nõ dabo? Atq; ita respondet cur ita faciat, nec id insolẽs est, semper enim responsio & relatio omnes qualitates interrogationis continere videtur. l. à filio. 15. §. testator. D. de alim. & cib. leg. l. si ita scripsero, 38. D. de condit. & dem. dicemus in §. præterea inf. de inutilib. stipulat. Neq; obstat is noster §. in principio ibi, verbũ, *quid ni?* inter solennia stipulationis non refertur, quoniam hic, nõ omnia solẽnia verba, sed eorum exẽpla quædam referuntur, vt constat ex illis *talia verba*, & ex. d. l. blãditus. 12. C. de fideiuss. & pluribus relatis à Brissonio vbi sup. vnde quod antiquitùs generaliter in hoc verbo receptum fuit, generaliter induxit Leo in quibuscunq; verbis, siue directis & solemnibus, siue non, dum tamen voluntatem exprimerẽt contrahentium.

7 Difficiliores explicatus habet secundũ argumentũ, ex. d. l. 2. §. circa. D. de doli mali & metus exceptione, cui, vt fiat satis, animaduerdũ est, controuersum valdè apud nostros esse, numquid stipulatio ob nullã causam, neq; verã, neq; falsam facta, sed simpliciter concepta, iuxta nostri tx. formulas vtilis sit? In qua quæstione cõmuniter receptũ est, vt contestantur ij quos sup. in argumento retulimus, & plures alij quorum meminit Parladorius lib. 2. rerum quotid, cap. 3. num. 55. Stipulationem ita simpliciter sine causa factam non valere, neque in dubio præsumendum donationis causa factã, pro ea considerantes tx. in. d. §. circa & alia iura sup. adducta, quibus tamen nihil obstantibus contrarium scripsit Bart. in. d. §. circa, quẽ ex nouioribus sequitur Richerius in rubrica. D. hoc tit. sub num. 21. Forcatulus Dial. 71. nu. 4. Ferd. Mendoça lib. 1. disputat. nu. cap. 4. nu. 45. Parladorius strenuè disputans. d. cap. 3. n. 56. pro quibus, vt rationes quas hic inducit omittamus, induci possunt tx. noster. cũ simi libus, vbi hac sola cõceptione, *Dabis? Dabo.* stipulatio cõtrahitur. Deinde quia ex his verbis solẽnis donationis præsumptio inducitur, ex qua efficax oritur obligatio. l. siquis argentũ. 35. §. fi. C. d donat. Vlterius facit tx. in. l. hoc iure. 19. §. fi. D. d donationib⁹, vbi quædã stipulationes ob causã, quædã sine causa fieri dicũtur. Præterea vrget tx. in. l. Cãpan. 47. D. d operis libertorũ. Rursus tx. in. l. à Tit. 108. d verbo.

bo.obliga.vbi illa verba,*si quis in capitolium ascenderit dare spondes?* vtilem inducunt stipulationem,qualem illa,*dotis nomine dare spondes?* †
7 Nec in contrarium mouere debent tex. in d.l. 2.§.circa,& in d.l.si stipulatus. 15. quoniam quod ibi dicitur stipulationem sine causa saltem effectu esse inutilem, accipiendum est de causa vera, quia contrahentes credebant eam subesse,quæ verè non suberat, veluti quando quis existimans te procuratori suo pecuniam mutuasse tibi per stipulationem promittit pecuniam soluturū, vel alias promittit quod ex alia causa nō vera se debere credebat, tūc enim hæc stipulatio sine causa facta dicitur, & per doli exceptionem redditur inefficax,de qua loquitur tex.in d.§.circa,vt ex eius verbis constat,ibi,*& sine eam interponeretur, &c.* & magis ex versiculo,*Proinde*, vbi ex dictis colligit & infert.l.C.quod quando certa fuit causa stipulationis,quæ tamen aut non fuit sequuta, aut finita est,nocet exceptio, vt puta,quando creditur pecuniam stipulatus est, nec postea crediderit. †
8 Deinde non obstat tex.in d.l. cum de indebito.25.§.fi.D.de probat. & tex. qui ex eo sumptus est in d.c.si cautio.14.de fide instrumentorum,qui non loquuntur in stipulatione,aut promissione ipsa,sed in chirographo aut scriptura,quæ non interponuntur ad obligationem producēdam, sed ad eam probandā, l.Publia.26.§.fin.D.depositi,tex.in l. cōtrahitur.4.D.de pignoribus,& ideo si causam nō habeat fidem non facit.l.sola.4.C.de testib. iuncta.l.in exercendis.15. C.de fide instrumentorum.& sic soluitur secundum argumentum.

Non obstat.3.ex d.l.blāditus.12. C.de fideiussoribus,cui fit satis ex traditis sup.ad primū.

Versiculus. *Verum autem.*

9 Qua lingua stipulationes cōcipiantur,si modo contrahentes inter se intelligant, saltē per verum interpretem,nihil interest, idem in l. 1. §.fin.D.hoc tit.l.Græcè.8.in princ.D.de fideiuss.iuncta.l.blanditus.12.C.eod.tit. l.an inutilis.8.§.fin.D.de acceptilat,iuncta.l.5.§.satis acceptio.D.hoc ti.§.Græcè,infra de fideiussoribus.l.1.titu.11.p.5.

Sed primò pro dubitandi ratione sic argumentor,stipulatio iuris ciuilis est.§.de constitu ta. inf.de act.& concipitur directisq;, & solemnibus,atque ciuilibus verbis,tex. hic in princ. ergo non alia quam Latina, siue Romana lingua celebrari poterit, vt in institutionibus & legatis scripsit Vlp.in fragmentis,tit.25.versi. *item Græcè*, & insinuat tex.in l. qui testamēto. 20.§.veteres.D.de testam.

Secundò obstat Tryphonini responsum in l. decreta. 48. D. de re iudicata. vbi decreta à Prætoribus Latinè interponi debere scripsit, & tamen nulla est differētiæ ratio cur non idē in stipulationibus sit obseruandum. His nō obstantibus verissimū est, diuersitatem linguæ, dum per se vel per fidelem interpretem cōtrahentes intelligant, stipulationem non vitiare, quod in primis vtilitatis gratia receptum fuit propter promiscuum vsum & necessitatem, tā inter ciues ipsos Romanos respectu probationis(testes enim non semper recordantur de forma verborum) quàm cum exteris contrahendo,præsertim ampliato Imperio Romano, & sic aliàs summo & stricto iure inspecto Latinis & directis,ciuilibusque verbis concipi debuisset,tum etiam quia cum stipulatio omnibus iuris gentium conuentionibus,quæ quocūque idiomate celebrantur.d.l.an inutilis.8.§.fi. D.de acceptilationibus,frequenter subijci soleat.l.iuris gētium.7.§.quod ferè.D. de pactis, l.pluribus.140.D.hoc titu. eam quacunque lingua contrahi posse cōueniens fuit. Adeunt nōnulli ex eodem.§.fi.l.an inutilis.& quia & ipsę stipulationes ab eodem iure gentiū sunt, quod quamuis respectu consensus & pacti admittamus ex fundamentis adductis à Paulo Leon (qui omnino eam iuris gentium esse affirmat) in rubrica,nu.120.D.hoc titu. respectu autem verborum solemnium,interrogationis, & responsionis iuris ciuilis est,vt in rubrica supra diximus,& affirmant Cuiacius,in d. l.iuris gentium. Conna.lib.6.com.cap.1.num. 3. Rimin. in princ.sup.de donationibus.num. 559. vnde licet ea ratione, ciuilibus tantum concipienda esset verbis,placuit propter communem vtilitatem quocunque idiomate concipi posse. †
10 Quod & in testamētis considerari potest,quæ etsi Latinis tantummodo verbis ordinari debuissent in institutionibus & legatis,quia verba ciuilia hic necessaria sunt,l.vltima.C.de testamen.tutela.l.verbis ciuilibus.7.D.de vulgari.l.directas.14.C.de testamen. man. non autē in fideicommissis,quæ non ex iure ciuili, sed ex Prætorum iurisdictione profici sciuntur, vt auctor est Vlpia.in fragm.tit. de fideicommiss. eo tandem deuentum est, vt tam testamenta, quàm stipulationes, & reliqui actus legitimi Græca quoq; lingua fiant.l.hac consultissima. 21.§.fi.C.de testamentis,d.l.vltima. C. de testamen.tutela. ex quibus soluitur primū argu.

11 Non obstat secundū ex d.l.decreta, quoniā omissa interpretatione Accur.ibi,existimantis verbum *Latinè*,intelligendum esse inter Latinos,secus tamen inter alios,quæ expressè conuincitur ex historijs quas referunt Rquardus lib.4.variorum.c.2.Molin. in d.l.1.§. fin. ex n. 21.D.eod.cum non solum Romæ, sed in ipsa Græcia & Asia Latinè decreta interponi debe rent,omissis similiter Bartoli, Alciati, & Corasij opinionibus, quas & refert & refutat idem Molineus vbi proximè, dicendum est d. l.decreta, de publicis Magistratuū Romanorū gestis loqui,quæ ideo Latinè interponi vo-

luerunt, vt sic Græcos, & Asianos aliasq; gentes cogerent per interpretem loqui, vt Latinę linguæ honos per omnes gentes venerabilius diffunderetur, teste Valerio lib. 2. tit. de institutionibus antiquis, ideoque nihil habet commune cum. §. nostro, qui de priuatorum actibus loquitur.

12 † Nec huic interpretationi oberit d. l. iudices. C. de sentẽtijs & interlocutionibus om. quæ iura vt contraria à quibusdam citantur, nã Tryphoninus ait, decreta à Prætoribus Latinè interponi debere; Arcadius verò ait, iudices tam Latina quàm Græca lingua sententias proferre posse, hæc non sunt contraria, nam Arcadius Tryphonino addit, *etiam Græca lingua, &c.* tametsi enim à Græca lingua alieniores essent Romani; & Græcis Latinè quondã responderent, eosque per interpretem loqui cogerent, tamen postea quam imperium translatum est Byzantium permiserunt Imperatores iudicibus Græcè sententias proferre, quod recte intellexit Carol. Molineus, vbi sup. Duarenus in eodem. §. fin.

§. *Omnis stipulatio 2.*

1 *Stipulatio purè, sub conditione, & in diem concipi potest.*
2 *Stipulatio actus legitimus est.*
3 *Actus legitimi neque diem neque conditionem recipiunt.*
4 *L. actus legitimi. 77. D. de reg. iuris.*
5 *Stipulatio purè cõcepta cõfestim actionem parit.*
6 *Stipulatio quantumuis pura tempus aliquando recipit & n. 10.*
7 *Stipulatio pura est quæ neque diem, neque conditionem habet.*
8 *Stipulatio pura, non est præsens.*
9 *Tempus modicum iudicis arbitrio dari debet ei qui purè promisit.*
11 *Stipulatio in diem obligationem statim producit, licèt executio differatur, & n. 27.*
12 *Diei adiectio obligationem nasci an impediat, & num. 20.*
13 *L. si ita scriptum. 45. §. si sub conditione. D. de leg. 2. & n. 22. & 25.*
14 *L. liber homo. 118. §. Decem hodie. D. de verbor. oblig.*
15 *Obligatio ex tẽpore cõstitui nõ potest, & n. 26.*
16 *Dies stipulationi adiectus ad executionis verba refertur.*
17 *Postliminium restituit ea quæ iuris sunt, non quæ sunt facti.*
18 *Tẽpus ea quæ iuris sunt constituere non potest.*
19 *L. qui mandatum. 43. D. mandati. l. in diem. D. de condict. indebiti.*
20 *L. certi conductio. 9. in principio. D. si cert. petatur. l. cẽ qui. 41. §. quoties. D. de verb. oblig.*
21 *Obligatus dici non potest qui exceptionem habet.*
23 *Adire, & acquirere potest, qui potest repudiare.*
24 *Hereditas delata dicitur quã quis adeundo cõsequi potest.*
25 *L. 1. C. de pactis.*
27 *Diei adiectio, an actionis ortum impediat.*
28 *In diem debitum ante diem solui potest, licet peti cum effectu non possit.*
29 *Diei incertæ adiectio obligationem nasci impedit.*
30 *Dies incerta à conditione nihil differt.*
31 *L. nam si cũ moriar. 17. D. de condict. indebiti.*

1 OMNIS stipulatio siue in dando, siue in faciendo; siue in dando & faciendo simul consistat, aut purè, aut in diem, aut sub conditione fit. Idem multis exemplis probatur per totum. D. eo. maximè in l. huius modi. 20. in l. si rem. 31. l. cum qui. 41. §. 1. & consonat l. 12. cum sequentibus, tit. 11. p. 5. explicantque plures inf. referendi, & conducit sententia I. C. in l. talis scriptura. 30. D. de leg. 1. l. creditores ex l. cedere diem. 213. D. de ver. signific. Sed antequam cũ Iustin. de vnaquaque specie sigillatim aganius an generale axioma in initio propositum verum sit videamus oportet.

2 Contra quod pro dubitandi ratione sic argumentor: Stipulatio actus legitimus est. §. de constituta. infra de act. coniuncta. l. legitima. 6. D. de pact. l. tutelas. 7. D. de cap. dim. l. 1. D. de legit. tut. l. 2. §. hęc autem. D. vnde legitimi. l. lege obuenire. 330. D. de verb. significatione, quibus probatur legitimum illud dici quod lege vel inducitur, vel confirmatur. † Sed actus
3 legitimi neque diem neque conditionem recipiunt, l. actus. 77. D. de reg. iuris, cap. actus, eo tit. lib. 6. ergo, neque stipulatio in diem vel sub conditione fieri poterit.

4 Sed facilis est explicatio, cũ regula. d. l. actꝰ, non sit generaliter de omnibus actibus legitimis accipienda, vt patet ex relatiuo, qui, quod genus præcedens semper restringit. l. omnes populi. 9. D. de iust. & iure, vbi latè Bar. & omnes. l. cũctos populos. 1. C. de summa Trinitate l. ea tamen adiectio. 44. D. de leg. 3. sed de his, ea institutis natura vt effectum purum & præsentẽ exigãt, quorũ substantiæ cũ dies aut cõditio, quia dilationem inducunt, repugnet, eã
11 non admittunt, vt benè ibi explicant nouiores; ex quibus planiùs & litteræ congruentius responsum damus, ibidem non probari, actus legitimos diem aut conditionem non recipere; *sed illud solummodo*, actus legitimos qui ex aliqua iuris dispositione diem aut conditionẽ non admittuntur, si dies aut conditio illis adijciatur vitiari, vnde cum neque naturæ stipulationis, dies aut conditio repugnet, neque aliqua lege in diem aut sub conditione fieri prohibeatur, diem & conditionem admittere poterit ex nostro textu.

Versi-

Versiculus *Putem.*

5 Stipulatio purè concepta confestim actionem parit. Idem in l.cum qui.41. §. fin. l. liber homo.108.§.fin. D.hoc tit.l.cedere diem. 213. D.de verb.signifi.l.in omnibus.14. D. de reg. iur.l.si dies.21.D.quãdo dies leg.ced.l. omnia. 32.in princ. D.de legat.2.l.13.tit.11.p.5.

6 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: Tunc dicitur confestim actionem natam cũ & cessit & venit dies, hoc est, & pecunia debetur, & peti potest. d.l.cedere diem: Sed si quis pure aut simpliciter stipuletur, fundum dari, aut hominem tradi confestim agi non potest, sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, tex. in §.fin.inf.de inutilibus stipulat.l.quod dicimus.105. D.de solut. l. promissor.21.§.si sine die. D. de constituta pecunia, ergo purè stipulatione concepta cõfestim agi non potest.

Quo tamen argumento non obstante verissimum est, purè conceptam stipulationẽ præsentem producere obligationem & actionem, cõstat enim eo casu & diẽ cessisse & venisse, id est, & pecuniã deberi cæptam, & eũ diem, quo peti pecunia possit, venisse. d.l. cedere diem, †

7 nam stipulatio pura suspendi nõ potest. l.usufructus.26. D.de stip.seruorum. dicitur autem stipulatio purè facta, quando neque dies, neque conditio adiecta est, tex. hic. l.1. vbi notat

8 Accur. verb. *præsentia*, D. de cond. & dem. † ex quibus inter obligationem præsentem & puram nullam esse differẽtiam colligi videtur, & nominatim docet idem Accurs. verbo, *præsenti die*, in l.mulier.22.§.si heres. D.ad Trebel. sequitur Spino de testamentis, glossa 14.num. 25. Sed est longe verius discrimen esse inter puram & præsentem conceptionem. l. talis scriptura.30. versi. *proinde*. D.de leg. 1. l. heres meus.79.in principio. D.de cond.& dem. vbi legatum appellatur purum quod ita relictum est, *heres meus, cum morietur Titius, centum ei dato*, & tamen præsens non est, vt ibi Papinianus sequentibus verbis docet, *purum legatũ est, quia non conditione, sed mora suspenditur*, & docuerat Pomponius in l.1. D.eod. tit. atque ita obseruant Cuiacius, tractat.5. ad Africanum, ad l.cum vulgari.4. D.de dote prælegata. Costa lib.1.select.cap.7.num.3. à quibus tamen recedit noster Spino.

9 Verum id quod cum Iustiniano docemus, purè stipulatione concepta statim agi posse, non est ita amarè accipiendum, sed cum aliquo temperamento temporis, nec enim cum sacco adire debet creditor. Quantum autem tempus debitori sit indulgendum, disputat hic Accur. & in d.§.fin.infra de inutilibus, & alibi passim, varias opiniones tradens, hic decem dies dandos docet ex dict.l.promissor.21.§.si fine die. D.de const.pecun. in d.§. fin. iudicis arbitrio relinquit, & rectè, ex sentẽtia. I.C. in l.debitoribus.31.D.de re iudicata. & expressa apud nos l.13.in princip.titu.11.p.5. vbi notat Gregorius, & cum alijs Menoch.lib.1. de arbitrarijs casu.27.num.7. neque contrarium suadere debet. dict.§.si sine die, qui in alio casu loquitur, quemadmodum & l.2.in fi.titu.1.p.5. & l. fin. §.fin.C.de vsur.rei iud. & l.6. titu.17.lib.4. recopilationis, conducitque ratio.l.1. D. de iure deliberandi.

10 Sunt tamen casus in quibus, & præter iudicis arbitrium, re ipsa pura stipulatio dilationẽ habet, quia quãuis quoad verborum cõceptionem pura sit, tacitè tamen dies, aut conditio inest, vt in exemplo.§.loca, inf. eodem.l.interdum.73.D.hoc tit.l.1.D.de cond.& demon.l. 20.tit.11.p.5.§.hodie. infra de exceptionibus, item & aliquando ratione personæ, veluti si virgini dos promissa sit, quæ non statim potest petere, sed nubiles annos expectare eã oportet, vt post Bartolum in l. Titio centum. §. Titio genero. D.de cond.& demonst. notat Decius, in d.l. in omnibus obligationibus. D. de reg.iuris, qui alios quoque casus considerat, & Nicolaus Mozzius, libro de contractibus, tractatu de stipulatione ex num.4. extra quos statim agi potest, vt Iustinia. ait, quem ego interpretor ex d.§.hodie.inf.de exceptionibus, videlicet, confestim agi potest impunè, sed ita, vt quamuis non male petatur, quia iam venit dies, tempus autem iudicis arbitrio concedatur debitori.

Versiculus *In diem.*

11 Stipulatio fit in diem, quando dies ei adijcitur, veluti, *decem aureos primis Kalendis Martij dare spondes?* qui cum non obligationi, sed executioni apponatur, statim obligatio nascitur, licèt solutio in tempus differatur, ex nostro tex. & l. obligationum.43.§.placet. D.de obli. & act.l.centesimis.46.D.hoc tit.l. cedere diẽ. 213. D.de verb.signifi.d.l.liber homo. 108. §. fin. D.hoc titu.l.12.l.13.titu.11.p.5.

12 Sed pro dubitandi ratione contra nostrum text. ibi, *statim quidem debetur*, obijcio difficilia iura in l.certi condictio.9.in princ. D. de reb. cred. & si cert.pet. & in l.eũ qui.41.§.quoties, ibi, *verum dies adiectus efficit, ne præsenti die pecunia debeatur*, D.hoc tit. quibus expressè probatur, diei adiectionem ortum obligationis impedire, indeque rem statim non deberi.

13 Secundò & grauius obstat tex. in l.si ita scriptum.45.§.si sub conditione. D.de leg. 2. vbi Pomponius scripsit, quod si sub cõditione, vel ex die nobis legatũ sit, ante cõditionẽ vel diẽ certum repudiare nos nõ posse, nam nec perti net ad nos, antequam dies veniat vel conditio existat: ergo & in stipulationibus idem iuris erit, ex vulgatis.

14 Tertiò contra nostrum tex. ibi, *at ne eo quidem ipso die in quem stipulatio facta est peti potest.*

obijcio Papiniani responsum in d. l. liber homo. 118. §. Decem hodie. D. hoc tit. vbi stipulatione ita concepta, *Decem hodie dare spondes?* & eodem ipso die agi posse constat.

15 Quartò contra generalem sententiã, & obligationem ex tempore constitui non posse, sic ostenditur: Obligatio iuris est, tx. in principio sup. de oblig. ergo non potest ex tempore induci, neque tempore finiri. d. l. obligationum. 43. §. placet. D. de oblig. & act. l. 4. D. de seruitutibus. ergo neque contra nostrum tx.

Qui his argumentis non obstantibus, verissimam continet conclusionem & sententiam, in cuius ratione etsi omnes laborent, vt cõstat ex his quæ hic scripserunt nouiores, Connan. libro. 4. c. 8. num. 5. Donellus, & Cuiacius in. d. §. quoties. Duaren. ad tit. D. de oblig. & action. cap. 4. in principio. dicendum est, in omni stipulatione alia verba esse, quæ dicuntur obligationis, vt *spõdeo, promitto, &c.* alia executionis, vt *dare, facere*; alia rei subiectę, vt *pecuniam, opus.*

16 † dies autẽ stipulationi adiectus ad verba executionis refertur, quæ sui natura temporis dilationem recipit, non ad verba promissionis, cũ fieri non possit, vt ante eandem diem nulla sit obligatio, & ipsa die nascatur, cum ex consensu & voluntate contrahentium oriantur obligationes, non ex tempore; tempus enim non est modus tollendæ, nec inducendæ obligatio-

17 nis. d. §. placet, † & quemadmodum postliminium, quod iuris est, non restituit ea quæ facti sunt, cuiusmodi est possessio, vt latè diximus ad l. si is qui pro emptore. D. de vsucap. & pro

18 bat. l. in bello 12. §. facta D. de captiuis; † sic è conuerso tempus quod facti est, non poterit constituere, vel corrumpere ea quæ iuris sunt,

19 vt obligatio. † Ex quibus intelliges tex. in l. qui mandatum. 43. D. mandati, vbi probatur actiones cedere posse eum cui in diem debetur ex tx. in l. in diem. 10. D. de condict. indebiti in l. fideiussor. 51. D. mandati, quæ negant repeti posse solutum quod in diem debetur.

20 Nec obstant argumenta in contrarium adducta; non. 1. ex dict. l. certi condictio. & d. §. quoties. quoniam in illis iuribus verbum *debendi*, debet accipi cum effectu, nam licèt ante diem obligatio contracta sit, ea tamen efficax non est, vt debitum ante diem peti possit, & eo sensu dicitur ibi ante diem non nasci obligationem, quam interpretationem præsensit Accurs. hic verb. *non potest*, & in. d. §. quoties, verb. *debeatur*, sequitur Bart. in. l. ita stipulatus, num. 58. D. de verb. oblig. Donellus ibi, n. 44.

21 Ant. Gom. 2. tomo. cap. 11. num. 44. † Confirmaturque ea sententia, quia prudentes frequẽter negant obligatum esse eum qui exceptione se tueri potest, l. vel obligatus. 20. versicul. *obligatum*, D. de liberali causa. l. Marcell⁹. 113. D. de reg. iur. & nulla dicitur actio quæ exceptione repellitur. l. & eleganter. 7. §. seruus pactionis. D. de dolo. l. si dari. 25. D. de verb. obl. l. Stichum. 95. in principio D. de solut. l. quãuis. 8. §. Marcellus. D. ad Velleian. l. nihil interest. 112. D. de reg. iur. cum alijs, ex quibus explicari debet tx. in l. obligationum substantia. 3. versic. *nec enim*, D. de oblig. & act. l. si non sortem. 26. §. adeo autem, & l. qui exceptionẽ. 40. D. de condictione indeb. & l. Pomponius. 9. D. de neg. gest.

22 Nec magis obstat secundum argumentum ex d. §. si sub conditione. Respõdet enim Acc. ibi verb. *pertineat*, ante diem certum cedere legati diem quoad transmissionem & actionem personalem, licèt actio inutilis sit obstante exceptione. l. 1. *D.* quando dies leg. ced. non tamen cedere quantum ad dominium, quia non transit, nisi adueniente die. l. Lucius. 88. §. *Dam*æ & Pamphilo. *D.* de legatis 2. l. Sempronius Attalus. 26. *D.* de vsuf. legato. & inde quia ante diem non pertinet dominium ad legatarium, non poterit repudiare.

Verùm hæc interpretatio apertè conuincitur, quoniam si dominium legatario quæsitum fuisset, repudiari non posset. l. 1. §. *D*ecretalis *D.* de succes. edicto. l. qui superstitis. 94. *D.* de acquir. hereditate. l. sicut. C. de repud. hereditate. quia delata dumtaxat repudiantur, non

23 acquisita. d. §. *D*ecretalis. Quare dicendum est, eum tantum repudiare posse, qui potest acquirere. l. is potest. 13. *D.* de acquir. hereditate. vnde quod quis, si vellet, acquirere nõ potest, repudiare non poterit. l. nolle. 4. *D.* de acquir. hereditate. l. eius est nolle. 3. *D.* de reg. iur. ergo hereditas delata, repudiari poterit: nondum delata non poterit. l. 1. §. furiosi, & §. decretalis. *D.* de succes. edicto. l. is qui heres. 13. in principio, & §. substitutus. l. in plurium. 70. l.

24 illud dubitari. 77. *D.* de acquir. hered. † quia delata hereditas dicitur, quam quis adeundo cõsequi potest. l. delata. 151. *D.* de ver. significat. ergo similiter constat illud nos posse tantum legatum, hereditatèmve repudiare, quam si velimus, statim acquirere possumus.

25 Nec huic interpretationi obstat tex. in l. 1. C. de pactis, quę de pacto loquitur, in quo non est eadem ratio, quæ in repudiatione; nam repudiantur dumtaxat delata; paciscimur etiam de non delatis. d. l. 1. C. de pact. l. pactum. 46. *D.* eodẽ, repudiatio fit in iure, pactũ quoquomodo, & inde legato homine, legatarius antequã eligat, nõ poterit Stichum repudiare, licèt de eod. petẽdo paciscì possit. l. homine legato. 18. *D.* de optione leg. l. si vnus. 29. §. si generaliter. *D.* d pactis, quæ iura sic cõciliari debent, vt cõtra cõmunẽ explicat Cuiacius in. l. & her. §. filia fam. *D.* de pactis. *D*uar. ad tit. *D.* de acq. hereditate fol. 1081. ex quibus iam relucet verus sensus. d. §. si sub cõditione, ideo enim ante diẽ certũ legatari⁹ repudiare nõ potest, quia si ante cũ diẽ acquirere vellet nõ posset, propter obstantem

stantem exceptionem, & inde cum is tantum possit repudiare qui potest acquirere, ante diē legatum non poterit repudiare.

26 Nec obstat tertium ex d. §. decem hodie. quoniā etsi verum sit ex nostro tex. & d. l. cū qui. 41. l. qui hoc anno. 42. D. hoc ti. l. 15. ti. 11. p. 5. cum qui stipulatur hoc mense, aut hoc anno nō posse ante finē anni aut mensis petere, quia tempus differendæ actionis causa appositum videtur, neque præterea certum est, eo die in quem promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit, tex. hic & in l. si necessarius. 8. §. si annua. D. de pignora. actione. l. quic quid astringendæ. 99. §. fi. D. h. tit. tamen aliud dicendum est, cum stipulatur, *hodie sibi dari*, hic enim spectatur consuetudo loquendi, secundū quam qui stipulatur, *hodie*, sine mora & dilatione stipulari intelligitur, quasi ita stipuletur, *de eam nunc dare spondes?* nec videtur prænaturius agi, non finito stipulationis die, quia dies non differendæ actionis gratia insertus videtur, sed quo præsens ostendatur, esse respondsum. Si tamen promissor contendat, se statim soluere non posse, modicum ei spatium temporis, humanitatis causa dabitur, arbitrio iudicis. d. l. quod diximus. 105. D. de solut. d. §. vltimo infr. de inutilibus, & tx. in l. si cum multi. 16. §. 1. D. de compensationibus, ibi, *aliud enim est, diem obligationis non venisse, aliud humanitatis gratia tempus indulgeri solutionis.*

27 Non obstat quartum & vltimum argumentum, quoniam vt sup. diximus, ex stipulatione in diem, statim orta est obligatio, quamuis solutio, & executio in diem differatur, vnde non ex tempore sed ex consensu eam natam diximus, iuxta nostrum tex. & similes sup. adductos. An autem actio ante diem orta sit, difficilius est, & disputant omnes in. d. l. certi condictio. 9. in princip. D. si cert. petat. maximè Bar. ibi. n. 34. & tandem obtinet, ante diem & obligationem & actionem ortam esse, idcoq; stipulatorem agere posse, verum quia solutio in diem dilata est, idque in fauorem debitoris. l. cum tempus. 17. D. de reg. iur. l. quod in diē. 70. D. de solu. competit debitori exceptio, vt stipulatorem ante diem agētem repellat, quæ si opposita non sit, sequetur cōdemnatio. vt docuit Acc. in d. l. certi condictio. 9. ver. *nō potest*, & in d. l. si dies, 21. verb. *non potest*. D. quando dies legati cedat, iuxta quam sentētiam & opinionem accipiendus est noster tx. & tex. in d. l. obligationū. 43. & in d. l. cum qui. 41. §. 1. & in d. l. cedere diem, & in d. l. certi condictio. & in d. l. si dies, dū probant ante diem agi, aut debitum peti non posse, intelliguntur enim, cum effectu, propter exceptionem: quod & hic ver.
28 *non potest*, insinuauit glos. & alibi sæpè. † Vnde infertur, quod in diē debetur, ante diem solui posse. l. in diē. 10. D. de condi. indeb. l. fideiussor. §1. D. mādati. l. 1. D. de cond. & dem. l. quod quis. 50. D. de obliga. & act. l. stipulatio. 38. §. inter. D. hoc tit. l. cōtinuus. 137. §. cum ita, eod. tit. l. quod in diem 76. D. de solu. cuius rei ratio est, quod dies adiecta censetur in fauorem debitoris. d. l. cum tempus. 17. D. de regu. iuris, quilibet autē potest fauori suo renunciare, ex vulgatis. Infertur præterea, quòd cum quod in diem promittitur, ante diem debeatur, vt hic, & solutio fiat ad perimendam obligationem. Principiū infr. quibus mod. tollitur obligatio. rectè soluisse censendus erit, qui promissum soluit ante diē: quam rationem nō obscurè Consultus proponit in d. l. 1. D. de cō dit. & demonst. vnde deducitur stipulationem in diem præsentem esse respectu obligationis, petitionis, & solutionis, non autem respectu executionis, quę inuito debitore fieri nō potest.

29 Hæc autem nostri tex. regula, qua generaliter docet stipulationem in diem conceptam præsentem producere obligationem est tan è intelligenda, quando dies adiecta certa est, secus si esset incerta vel temporis ratione, qualis est dies mortis, tunc ante diem nulla obligatio est orta. l. pœnales actiones. 32. vers. nam etsi ita. D. ad leg. Falcid. docet glo. in d. l. in omnibus. 14. D. de reg. iur. Costa lib. 1. selectarum cap. 18. n. 3. quod longè magis admittendū est, quando adiecta dies omni ratione & consideratione incerta est, siue tempus, siue rem ipsam spectes, veluti, *cum Titius Consul erit*, vel cum
30 aliquid aliud factum fuerit. † tunc enim quia hæc dies nihil à conditione differt. l. stipulati, ista 38. §. inter. D. de verb. obl. l. talis scripturae 30. D. de legat. 1. l. 1. l. dies incertus. 99. D. de cond. & dem. & promissum sub cōditione non debetur pendente conditione. d. l. cedere diē. (& dicemus, ad §. sub conditione. infra eo.) neque in eum diem promissum, ante diem debebitur: neque obstat quod si promissum in diē mortis soluatur, repeti non poterit. l. nam si cū 17. D. de condict. indeb. vnde debitum fuisse ante diem videbatur, aliàs enim repeti posset, vt diximus in §. is quoque. sup. quibus mo. re contrahi. oblig. quoniam rei pōdendum est, vt solutum repeti non possit, non requiri necessariò verè debitum esse, sed sufficere certum esse id debitum iri, hoc est, omnino aliquando debendum esse. d. l. 1. D. de condit. & demonstr. l. Iulianus. 60. D. de condict. indeb. vbi promittens sub conditione, si nauis ex Asia venerit, siue non venerit, si soluat repetere non potest, & tamen certum est, an tequam vnus casus existat ortam non esse obligationem ex huiusmodi promissione. l. huiusmodi. 13. D. quando dies leg. ced. ergo repetitio propter certitudinem obligationis impeditur, hoc est, quia omnino debendum est, cum igitur promissum in diem incertum ratione temporis, non ratione euentus, certum, sit omnino debēdum, ante diem solutum

repeti non poterit. Promissum autem in diem omnino incertum, si antea solvatur repeti poterit. l. qui promisit. 48. l. sufficit. 46. D. de cõd. indeb. quia illud, an sit debendum incertum est, quemadmodum & quod sub conditione promittitur, l. sub conditione. 16. l. quod si. 18. D. de condictio. indeb.

§. *At si ita stipuleris.* 3.

1 *Stipulatio pensionis annuæ in vitæ tempus concepta, & pura, & perpetua esse intelligitur, & unum.* 3.
2 *Legatum annuum, aut in singulos annos cõditionale.*
4 *Stipulationis annuæ à filio fam. factæ cõmodũ patri quæritur, etiam filio fam. sui iuris facto.*
5 *Tempus non est modus aut inducendæ, aut tollendæ obligationis.*
6 *Legatum annuum ab annua stipulatione quatenus differat. & n.* 8.
L. si Stichum. 16. §. 1. *D. de verbo. obligationibus.*
7 *L. Pluribus.* 140. §. 1. *D. de verbo. obligat.*
8 *Legatũ annuũ alimentorum naturam sortitur.*
9 *Annuum si quid alicui vsque ad præfinitũ diem relinquatur, legatarij morte non finitur.*
10 *Noster textus explicatur in versiculo*, Pacti exceptione submouebitur.

1 STIPVLATIO pensionis annuę in vitæ tempus cõcepta & pura, & perpetua est, sed eius actio pacti exceptione excluditur. Idem deduces ex l. obligationũ. 43. in principio, iuncto. §. placet. D. de obligat. & act. l. si Stichũ. 16. §. 1. l. cum qui. 56. §. qui ita. D. hoc tit. l. si à colono. 58. D. de fideiussoribus.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor contra tx. ibi. *purè facta obligatio intelligitur*: legatum annuum, aut in singulos annos relictum non purum, sed conditionale est. l. si in singulos. 4. D. de annuis legat. l. cum in annos. 10. D. quando dies legati cedat, patetq; expresse, nã etsi primi anni respectu purum intelligatur, sequentibus tamen illa videtur inesse conditio, *si viuat*, ergo idem & in stipulatione admittendum videtur, cum nulla sit inter eam & legatum differentiæ ratio.

Secundo pro dub. ratione contra nostrum textum ibi, *& perpetuatur*, quibus verbis Iustinianus docet hanc actionem perpetuam esse, ideſt, perpetuò ex ea agi posse, obijcio nostri eiusdem textus posteriora verba, *sed heres petendo pacti exceptione submouebitur*, ex quibus constat agentem ex ea heredem excludi posse, ergo actionem non habet, nihil enim interest ipso iure quis actionem non habeat an per exceptionem infirmetur. l. nihil interest. 113. D. de reg. iuris.

3 His non obstantibus verissima est conclusio nostri tx. & puram & perpetuam esse huiusmodi stipulationem, *Decem aureos annuos quoad vinam dare spondes?* est enim siue intelligitur pura tum quoad verborum conceptionem, tũ etiam quoad primos decem aureos, quãdoquidem hi statim peti possunt, quoad sequentes vero, in diem esse videtur, cũ ante tempus agi non possit ex sup. notatis, & ideò recte Iust. non puram esse, sed intelligi hanc conceptionem dixit, item & ex eò, quia quoad reliquum tempus post mortem stipulatoris quamuis iuris rigore inspecto duret, cum opposita exceptione inanis actio sit, quodammodo cõditionalis est, videlicèt, si stipulator viuat: † ergo

4 cum pura sit, & statim vires actio habeat, si stipulator filius fam. sit, qui omnem obligationẽ patri acquirit. §. igitur. sup. per quas personas, tx. in principio. infra per quas personas nobis obligatio acquiritur, licèt postea sui iuris efficiatur omnium annorum pensiones ad patrem spectabunt, ex regul. l. si filius fam. 78. ibi, *quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus*. D. hoc tit. † Quare autẽ hæc actio perpetua sit, explicat hic Imperator, *quia ad tempus non potest deberi*, quæ ratio ex Iulio Paulo in d. l. obligationũ. 43. §. placet. D. de oblig. & actio. sic explicanda est, quod quèadmodum tẽpus per se non est modus inducendæ obligationis, sic nec tollendæ: quia quod iure ciuili deberi cœperit, non potest, nisi ijs ipsis modis, qui ab eodem iure instituti sunt desinere deberi. d. §. placet. d. §. qui ita. l. ex stipulatione. 7. C. de sent. & interlocut. omn. iudi. & cõducit maximè l. ab emptione. 59. D. de pact. l. nihil tam naturale. 36. D. de reg. iuris. At si tẽpore à contrahentibus præfinito desineret, priuatorũ hominum arbitrio, voluntateque desineret, & inde quemadmodum ius ciuile perpetuam habet auctoritatem, ita obligatio, quæ mero iure cœpit, perpetuam naturam habet, sed quoniam is qui sic stipulatur, *decem aureos annuos quoad vinam dare spondes?* tacitè pactus censetur post tẽpus non petiturum, Prætor naturalem æquitatẽ sequutus se interponit, & agentem heredem excludit, vt dicemus ad secundum argumentum.

6 Sed primum iam non obstat, quoniam cum Pomponio in d. l. si Stichum. §. 1. D. hoc tit. plurimum in hoc stipulationem annuam à legato annuo differre dicendum est, quod & Iulius Paulus docet in. l. Senatus. 35. §. Senat⁹ D. de donat. causa mortis. In reddenda tamen discriminis ratione laborãt Acc hic, verb. *annuos* Bar. & alij in d. §. 1. nouiores hic. Alciat. lib. 1. Parad c. 18. Sed omniũ opinionibus omissis, vt eã cõstituam⁹, animaduertimus pẽdẽre ex alia differẽtia stipulationis annuæ, & legati annui, quòd illa scilicèt perpetua est, & trãsit in heredes, vt hic; hoc autẽ est personale, & morte legatarij

gatarij extinguitur. l. in singul. 4. D. de annuis leg. & ideo cū legati validitas ab vno quoq; an no pendeat, non vnum sed plura dicuntur lega ta: stipulatio autem vnica est & pura, quia à principio consistit, neq; ex futuro tēpore pē det, ex notatis sup. in §. omnis, & videtur dedu ci ex l. sancimus. §. fin. C. de donationibus, vbi dicitur, quod si donatio est perpetua, & ad he redes transit, vna censetur donatio, si verò non sit perpetua, sed ad vitā donantis, tunc tot sunt donationes, quot sunt anni quibus duratura est
7 donatio, † neq; obstat tex. in l. pluribus. 140. versi. 1. D. hoc tit. quoniam ibi certa tempora adiecta sunt stipulationi, & certæ summæ, idest, annuum, biennium, & triennium: nos autem loquimur de stipulatione facta infinitè in annos singulos, vt rectè hic animaduertit Accur. quem alij sequuntur: ex qua differentia cō stat, quod licet stipulatio annua in heredes sti pulatoris transmittatur, vt hic: legatum tamē annuum ad heredes legatarij nō trāsmittitur, nisi tātum præsentis anni, d. l. in singulos, quia legata pura transmittuntur conditionalia non item, vt latè in. §. ex conditionali inf. cod.
8 Non obstat secundum argumentum quoniā ex sup. traditis ad rationem decidendi verisi mum est, summo subtiliq; iure actionem se mel natam ex hac verborum conceptione, cuius hic Iusti. meminit, perpetuā esse, tum etiā quia qui aliquid stipulatur, creditur nō solum sibi, sed & heredibus suis prospicere voluisse, ex regula. l. si pactum. 9. D. de probationibus, vt latius inf. d. §. ex conditionali. l. veteris. 14. C. de contrah. & committ. stipulat. Quæ consi deratio in legato relicto annuo, vel in singulos annos cessat, ideoq; ad heredes non transmit titur. d. l. in singulos 4. D. de annuis leg. quia id legatum sortitur naturam alimentorum. l. Titio. 19. D. de annuis leg. vt rectè in propositio considerauit Cuiacius in d. l. si Stichum. 16. §. 1. D. hoc titulo. Couar. lib. 3. varia. cap. 9. in fi. alimenta autem finiuntur morte. l. cū hi. 8. §. modus. D. de transact. quia cum respiciāt indigentiam personæ cui relinquuntur, cēsentur esse quid personale, & ideo ad heredes non trā sit. l. non solum. 8. §. tale. D. de liberatione lega
9 ta. l. in omnibus causis. 69. D. de reg. iuris. † Quod tamen non procedit, si testator iusserit præstari aliquid annuum vique ad certum diē, tunc enim defuncto legatario, pro reliquo tē pore vique ad præfinitum diem eius heredes agere poterant. l. si cum præfinitione. 20. D. quando dies leg. ced. estque ratio, quia nisi con stet testatorem hoc etiam casu voluisse, ne le gatum mortuo legatario duraret, non extin guitur ex alia causa quàm ex transcursu illius temporis, ita vt mors non perimat legatum: & præsumitur voluisse testatorem, toto illo tem pore legatum durare, siue in persona legatarij,
10 siue in persona heredum eius. † Cui resolu tioni & nostro tex. in principio nō obstat po sterior pars, ibi: *Sed heres petendo pacti exceptione submouebitur*: nam etsi verum sit stipulatorē heredibus quoque suis cauere, & summo iure promissorem illis etiam teneri, quia tamen ini quum est, vltra id quod conuentum est, eum cogi, eliditur hæc ciuilis obligatio per exceptionem pacti conuenti, & sic quamuis stipulatoris heres, rigore iuris inspecto, possit à pro missore illos decem aureos annuos petere, tamen submouebitur per exceptionem pacti cō uenti de non petendo, tacitè enim actum vide tur, vt stipulator posset decem annuos aureos à promissore petere quandiu viueret, heres au tem eius non posset, hoc tacitum pactum iuris potestate inductum est, propter illud verbum stipulationi insertum, *quoad viuam*, eo enim ipso quòd fuit mihi promissum illud annuum quoad viuerem, tacitè videor pactus fuisse, ne heres meus peteret, atque ideo obligatio non tam tempore, quam pacto tollitur, ergo si he res agat ei apponi necessariò debet, alioqui, non excludetur, cum summo iure actio duret, neque eum sine actione agere dici possit.

§. *Sub conditione.* 4.

1 *Stipulatio conditionalis ortum obligationis impedit.*
2 *Constitui, nisi id quod debitum est, non potest.*
3 *Constitui conditionale debitum potest.*
4 *Debitor quis est.*
5 *Creditor conditionalis, creditor est, & nu.* 11.
6 *Conditionis definitio explicata.*
7 *Conditio quæ est omnino extitura, nō est propriè conditio.*
8 *Dies certa quare conditionem non inducat.*
9 *Modus non suspendit obligationem.*
10 *Dictio, Vt, regulariter modum: Dictio, Si, regulariter conditionem inducit.*
12 *Obligatio conditionem non recipit: Stipulatio rectè recipit, & quæ differentiæ ratio.*

1 REstat posterioris stipulationum speciei explicatio, videlicet quando in incerti casus euentum obligatio collocatur, ergo si ita concepta sit, *Si Titius Consul factus fuerit, quinque aureos dare spondes?* vel ita, *Si Titius consul factus non fuerit quinque aureos dare spondes?* non antea nascitur obligatio quàm si euenerit, vel certum sit euenire non posse, negatiuè ea concepta, quod Iust. sequentibus paragraphis explicat, & deduces ex l. conditiona les. 54. l. cedere diem. 213. D. de verb. significa. l. cum ad præsens. 37. l. itaque. 39. D. si cert. pe ta. l. 14. tit. 11. p. 5.
2 Sed contra nostrum tex. ibi *differtur obligatio*, quibus verbis probatur ex conditionali dispositione ante cōditionis euentum obligatio nem non oriri, sic argumentor: Constitui, nisi

id quod debitum est, non potest. l. 1. in princ.
3 & §.§. seq. D. de constituta pecunia: † Sed debitum conditionale constitui potest. l. 2. C. illo tit. ergo quod sub conditione promissum est, ante aduentum conditionis debetur.

4 Secundò sic argumẽtor: Quemadmodum is debitor dicitur à quo inuito exigi pecunia potest. d. debitor. 108. D. de verb. signifi. sic è conuerso is creditor erit qui iure exigere potest, vel cui aliquid quocumque iure debitum est, sunt enim correlatiui creditor & debitor: † Sed is
5 cui sub conditione aliquid debitum est, creditor appellatur. l. creditores. 10. D. de verb. signifi. ergo pendente conditione aliquid ei debitum est, neque enim aliàs creditor dici posset.

Tertiò sic argumentor: Qualitates cõditionem non recipiunt, ergo obligatio sub conditione fieri non potest.

6 Sed his non obstantibus verissimũ est, obligationem in incerti casus euentum collocata, stipulationem efficere conditionalem, anteaquam eatenus, quàm conditio existat obligationem nõ oriri. Atqui ex nostri text. verbis ibi. *si aliquid factum fuerit, vel non fuerit*, coniunctis his quæ Bart. scripsit, in l. 1. n. 1. D. de condit. & dem. vera conditionis colligitur definitio, *vt sit futurus euentus in quem dispositio confertur*, sequuntur cõmuniter doctores, vt testatur Medicis lib. 2. de definitionib. cap. 8. & cum alijs Spino de
7 testamen. glos. 14. n. 14. † dicitur autem euentus, quia si omnino extitura est, non est conditio, & qui sub hac conditione quæ omni modo extitura est stipulatur, purè stipulari videtur. l. si pupillus. 9. §. 1. D. de nouatio. l. in illa stipulatione si Kal. 8. D. hoc tit. hoc enim est proprium conditionis vt possit existere, & non existere, & sic quod incertum contineat. l. 1.
8 C. de pactis. † Vnde constat quare dies certa quantumuis longissima conditionem non faciat, incertus autẽ dies, etsi propinquus eam inducat. l. 1. l. dies incertus. 79. D. de cõd. & dem. l. talis scriptura. 30. D. de leg. 1. l. si dies. 21. D. quando dies leg. ced. certa enim dies omnino extitura est, & sic non est euentus, incerta autem pendet ex casu. l. stipulatio. 38. §. inter certam. D. hoc tit. † Constat etiam, quod si
9 stipulationi aut alteri dispositioni moderatio aliqua adijciatur, quæ tamen obligationẽ aut dispositionem non suspendat, non erit stipulatio conditionalis, sed modalis, vt putà, *promitto tibi centum vt domum ædifices, vt monumentum cõstruas*: in hoc enim distinguitur modus à conditione, quod conditio suspendit, & obligationẽ nasci impedit, vt hic, & in locis similibus, modus autem grauat in tempus perfectæ dispositionis, notat glossa, cõmuniter approbata ver. *pro conditione*, in l. 1. C. de donationibus quæ sub modo. & inde obligationem nasci non impedit, sed statim id quod promissum, aut relictum est, debetur, & peti potest, oblata cautione de adimplendo modo, l. quibus diebus. 40. §. fi. D. de cond. & demonst. l. si tibi legatum. 10 19. D. de leg. 3. † Hinc etiam fit, quod licet regulariter per dictionem, (*vt*) modus inducatur, & ex dictione, (*si*) conditio. l. demonstratio. 17. §. 1. in princ. & versi. fi. D. de condit. & dem. & est vulgare, tamen si testator aut promissor velit prius onus impleri, censebitur cõditio quibuscunque verbis vtatur, etiam si dixisset, *vt hoc fiat*. l. quæsitum. 56. l. in facto. D. de condit. & demonst. quod si è contrario velit prius emolumẽtum quæri, quam onus impleatur, licèt vius sit dictione, *si*, & conditionem appellauerit, modus erit censendus. l. Mæuia. 44. D. de manumiss. testamen.

Neque obstant argumenta contraria, non 11 primùm, quoniam etsi verum sit, controuersum maximè esse, num is, cui aliquid in diè debetur, vel sub conditione, creditor possit appellari? quod latè examinat Bart. in l. 1. sub n. 32. Iaso. sub. nu. 48. D. si cert. petatur, & ibidem cæteri, verius est, rectè eum creditorem appellari si alterius fidem secutus sit. l. 1. D. si cert. petatur, & latè diximus ad principiũ sup. quibus mod. re contrahit obligat. nam quamuis nihil statim ei debeatur, sufficit alterius fidem secutum fuisse, vt creditor propriè dicatur. l. is cui. 42. ad fi. D. de obliga. & actio. l. creditores. 10. D. de verb. signifi. maximè ratione illius spei, quam decedens heredibus suis relinquit. §. ex conditionali. inf. eod. ob quam etiam pendente conditione in possessionem quoque ire potest. d. l. in possessione. D. quib. ex causis in possessionem eatur. & soluitur primum & secundum argumentum.

Non obstat tertium, quoniam respondendum est, aliud esse stipulationem, aliud obligationem: obligatio quidem conditionem non recipit, quia sub conditione qualitas non imponitur, aut enim obligatus est aliquis, aut liber: medium omnino nullum est, vt non potest aliquis sub conditione adoptatus, vel emancipatus esse. Stipulatio verò, quæ denunciatio est futuræ obligationis, rectè sub conditione concipitur. Itaque sub conditione institui aliquis heres potest, at heres esse sub conditione non potest, nam instituere heredem, est parare, conciliare, quærere: vt igitur non sola institutione, sic nõ sola stipulatione qualitas imponitur, vt enim institutio, sic etiam stipulatio præparatio tantum, & meditatio de imponenda qualitate, & obligatione quædam est, quæ sub conditione concepta, si postea eueniat, purè cõtracta obligatio intelligitur, quoniam euentus conditionis retrotrahitur ad tempus contractus. l. huiusmodi. 64. D. hoc. tit. l. potior. 11. §. 1. D. qui potior. sin conditio defecerit, nunquam contracta intelligatur. l. necessariò. 8. D. de periculo & commodo rei vend. & quemadmodũ conditione obligationem non finiri docet. l. C. in l. ne-

l.nemo poteſt.55.D.de leg.1.ita neq; conditione neque ad diem eam contrahi dicendum eſt,ſed omnem ſtipulationem etiam conditionalem,ex præſenti vires accipere. l. vſusfructus.26.D.de ſtipulatione ſeruorum.

§. *Si quis ita ſtipuletur.* 5.

1 *Stipulatio ſub conditione,* ſi quid non fecero, *ſi mihi eſt,* cum moriar. *& num.* 4.
2 *L. ſi ita ſtipulatus.* 115. *verſi. Sabinus, D. hoc tit. num.* 5.
Mutiana cautio repræſentat ea quæ ſub conditione quæ in non faciendo conſiſtit, relicta ſunt.
6 *Mutiana cautio admittitur in vltimis voluntatibus, remiſſiuè.*
7 *Mutianam cautionem admittendam in contractibus ex multorum opinione.*
8 *L. inſulam.* 58. *§. quidam in municipio. D. locati.*
9 *Authentico de nuptijs. §. Perfectæ autem. collat.* 4.
10 *Mutianam cautionem in contractibus non admittendam defendit communis.*
11 *L. ſi ita ſtipulatus.* 115. *verſiculo. ſed ſi ita. D. de verb. oblig.*
12 *Mutiana cautio qua ratione admittatur in vltimis voluntatibus. & nu. ſeq.*
13 *Voluntas teſtatoris in conditionibus ſemper ſpectanda, remiſſiuè.*

1 QVi dari ſibi ſtipulatur ſi quid non fecerit, ſibi cum morietur dari ſtipulatus intelligitur, idem in l. ita ſtipulatus. 115. D. hoc. tit.

2 Sed pro dubitandi ratione, ſic argumentor: Vt conditionem negatiuam, vel extitiſſe, vel defeciſſe dicamus, num promiſſor cum primũ poſſet, fecerit, an non fecerit, non autem tempus mortis, conſideramus, tex. in d.l. ita ſtipulatus, verſi. *Sabinus.* D, hoc tit. ergo tempus mortis ſpectandum non eſt, nec ſimiles has conceptiones, *Si in Capitolium non aſcendero,* aut, *cum deceſſero,* dicere iuri conſonum eſt.

3 Secundò ſic argumentor: Siquid alicui ſub conditione quæ in non faciendo conſiſtat relictum ſit, præſtita cautione ſe nõ facturũ, aliàs relictum reſtituturum, illud conſequitur. l. cũ filius. 76. §. qui Mutianam. D. de legat. 2. l. Mutianæ. 7. D. de cond. & demonſt. cum alijs inf. referendis: ergo & ſtipulator, ea præſtita promiſſum conſequetur.

4 Quibus non obſtantibus dicendum eſt, rectè à Iuſtin. hic duas has conditiones æquiparari, *Si in Capitolium nõ aſcendero dare ſpondes?* & *cum mortuus fuero dare ſpondes?* quoniam nõ poteſt alias eſſe certum me nõ aſcenſurum in Capitolium, niſi vbi mortuus fuero, cum etiã extrema vitæ hora poſsim aſcendere, vnde cum ex ſtipulatione conditionali non prius agi poſſit, quàm exiſtat conditio. l. qui Romæ. 122. §. Aggerius. D. hoc titu. §. ſub conditione. ſup. eo. rectè ex ea ſtipulatione, quandiu quis viuit nõ agit, quemadmodum nec intra biennium, quando ſi intra biennium ſtipulator non aſcẽderit, concepta eſt. l. veluti. 27. §. 1. l. quicquid adſtringendæ. 99. §. fi. D. hoc titu. tunc enim incipit obligare, argum. l. qui duos. 18. §. 1. D. de manumiſ. teſtamen. nec ante mortem eius cui apponũtur hæ conditiones impleri poſſunt. l. final. D. de cond. inſtitut. l. Titio fundus. 73. D. de cõditio. & demonſtrat. l. ſeruo inuito. 65. §. 1. D. ad Trebell.

5 Nec obſtat tx. in d.l. ita ſtipulatus. 115. verſic. *Sabinus,* quoniam etſi Sabino placuerit, in hac ſtipulatione, *Si Pamphilum non dederis, centum dare ſpondes?* promiſſorem ſenſiſſe videri, ſe, ſi id cum poſſet, non fecerit, centum debitu rum, idque ex mente voluntateque contrahentium quæ videtur hæc fuiſſe, vt promiſſore moram faciente, committatur ſtipulatio, Papiniano tamen aliter viſum eſt, ſtipulationis verba conſideranti, quæ obligationem omnem in eũ caſum conferunt, quo certum erit, promiſſorẽ id non feciſſe, quaſi conditio non faciendi non niſi morte impleri poſsit. l. 2. D. de cond. & demõſt. cum alijs ſup. adductis, accedit, commodius eſſe promiſſori ſoluere tardius. l. ſi ita ſtipulatus. 109. D. hoc tit. & cum verba in dubio contra ſtipulatorem ſint interpretanda. l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus. D. hoc tit. l. cum quæritur. D. de reb. dubijs, meritò Papiniani ſententia, vt verior ſequenda eſt.

6 Non obſtat ſecundum argumentum, ad cuius explicationem diſputandum breuiter eſt, nunquid cautio Mutiana, quæ in vltimis volũtatibus admittitur. d.l. Mutianæ cautionis, quã benè explicant Coſta lib. 2. ſelectarum. cap. 6. Ant. Gom. 2. tom. c. 11. nu. 37. Baldui. in Scæuolam. pag. 205. Cuiac. lib. 4. obſeruat. cap. 32. & lib. 5. c. 2. Briſſonius, de verb. ſignifi. verbo, *Mutianæ.* Forcatulus in Nœcyomãt. dialogo.
7 94. admittatur quoque & in contractibus? † & in eis admitti, in primis probari videtur ex noſtro tex, vbi conditio de non faciendo morte tantũ ſtipulatoris impletur, ſicut in teſtamẽto. d.l. fin. D. de cond. inſt. cautio autem Mutiana in his conditionibus locum habet, quæ ſoluũ morte impleri poſſunt, d.l. Titio fundus. d.l. ſeruo inuito. §. 1. ergo locum habebit in contra-
8 ctibus. † Deinde induci poteſt tex. in l. inſulam. 58. §. quidam in municipio. D. locati. ibi, *ſi in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi fatiſdarct.* vbi præſtita cautione ſtatim agi poteſt, ad id quod ex cõtractu debetur. Vlterius, nam donationes cauſa mortis, participant naturam contractus, tex. in prin. vbi poſt alios di-
9 ximus ſup. de donationibus. † Sed in donatione cauſa mortis admittitur cautio Mutiana, authentico de nuptijs. §. perfectæ autem. collatio-

tione.4.quem tex.ad hoc extollit Bald. in authentica cui relictum.nu.21. C. de inf. viduit. tollend. Iaſo in l.ſiue apud acta. nu. 19. C. de tranſactionibus. Benedictus in cap. Raynutius verb. *teſtamentum*.4.nu.40.de teſtament. Cuia. nouella.22. ad fin.& lib.14.obſeruat. cap. 32. ergo & in contractibus, quam ſententiam docet Accur.verbo pacto in d.l.ſiue apud acta,& ibi ſcripſerunt Cynus & Bald.Ripa nu. 30. & 10 Decius in l.1. C.de pact. † Contraria tamen ſententia,imò cautionem Mutianam in cõtractibus ſub conditione de non faciendo celebratis locum habere non poſſe,receptior eſt, quæ placuit Accur. ſibi contrario in d. l. Mutianæ gloſ.1.ibi,*nam in ſtipulationibus ſecus*,& in d.l.1. gloſſ.magna. C. de pact. in l.3. de conditione cauſa dat. & vtrobique notant omnes, Iaſo in d.l.ſiue apud acta.nu.15. Ripa in l. ita ſtipulatus,nu.43. D.hoc ti.& ibi Socinus nu.168. Coſta lib.2.ſelect.cap.5.nu 4.Anto.Gom. d.cap. 11.nu.37.Forcatulus d.dialogo.94.Cuiac. d.c. 32.& ſuaderi poteſt ex ſequentibus.Primò ex noſtro tex. quem omnes putant expreſſum, nam ſi ſtipulatio ſub conditione non faciendi celebrata, cenſetur facta in tempus mortis, nõ poteſt habere locum cautio Mutiana. l. heres meus.79.§.quamuis. D.de condit. & demonſt. ſed mors eius erit expectanda. Verum hic tex. parum facit,cum in teſtamentis quoque conditio non faciendi impleatur, ſolum per mortem.d.l.fin.D.de condit.inſtitution.& nihilo- 11 minus cautio admittitur: ergo. † Secundò,& melius facit tex.in d.l.ita ſtipulatus.115. verſi. *ſed etſi ita*,D.hoc titu.vbi hæc conditio,*ſi in capitolium non aſcenderis*,non antea impletur,quã moriaris. Sed neque hic tex. hanc ſententiam probat,quoniam ibi agitur de conditione non faciendi appoſita debitori,non verò creditori, ideſt,quando Titius promittit ſub conditione, ſi ipſe in capitoliũ non aſcenderit,quo caſu,neque in teſtamentis locum habere poterit cautio Mutiana,ſed neceſſario expectãda eſt mors ipſius debitoris.l.Stichus,28.D. de manum.te- 12 ſtamen.Cæterum † quamuis ſuperior communis his non probetur argumentis,veriſsima ſanè eſt,& eo vel maximè probatur, quoniam quæ ratio mouit Mutium Scæuolam ita interpretari vltimas voluntates,in illis ſolùm conſiderari poteſt, non verò in contractibus: quod vt conſtet animaduerto,in legatis & inſtitutionibus cæteriſque relictis ſub conditione nõ faciendi,conſideraſſe Quintum Mutium voluntatem teſtantis, ſecundum quam eius diſpoſitio exitum habere non poterat ſi verba illa negatiua,puta, *Si in capitolium non aſcenderit*, in vim conditionis aſſumantur,ponẽdo enim hãc conditionem duo voluit teſtator,primum, vt capitolium non aſcenderet,alterum, vt ipſe ad relictum admitteretur,quod ſanè fieri non poterat,niſi adimpleta conditione ex reſolutis ſupra.§.ſub conditione,quia conditio, non niſi 13 eius morte adimpleri poteſt, † & quia in conditionibus,præcipuè voluntas teſtantis attenditur.l.in conditionibus.19.D.de condi. & demonſtra. quam exornauimus in diſputatione de mora ſub nu.204.interpretatus fuit Quintus Mutius Scæuola, illa verba, *ſi in capitolium non aſcenderit*,non inducere conditionem, quæ legatum ſuſpendat,quia repugnat teſtantis voluntas,ſed potius inducere modum, cuius propria natura eſt,vt diſpoſitionem non ſuſpendat,ſed ſtatim ſortiatur effectũ,& deinde adimpleatur onus,vt in d.§.ſub cõditione diximus, & quia in relicto ſub modo,tenetur legatarius cauere ſe modum adimpleturum. l. ſi tibi. 19. D.de leg. 3. induxit eo caſu præſtandam eſſe cautionem de non faciendo,quæ ratio ceſſat in cõtractibus:qui enim promittit ſub conditione non faciendi, non cenſetur eius voluntatis fuiſſe,vt ſtatim promiſſum deberetur, ideoq; verba accipiũntur propriè in vim conditionis. His addi poteſt,legata pendere à voluntate ſolùm teſtantis,indeque nihil eſſe quod legatario imputetur,qui apertiora verba nõ ſcripſit, in contractibus verò,quæ ab vtriuſque voluntate pendent ambigua verba,cõtra eum qui legem apertius dicere potuit,interpretari.l.quicquid adſtringendæ.99.D.hoc tit. vnde cũ verba negatiuæ conditionis vtrumque ſenſum habeant,ideſt,*Si cum primum poſſet facere non fecit*,vel,*ſi nunquam fecerit*,& ambigua ſint contra ſtipulatorem interpretãda.l.ſtipulatio iſta 38.§.in ſtipulationibus.D.hoc tit.quoniam cõmodius eſt promiſſori ſoluere tardius. l. ſi ita ſtipulatus.109.D.hoc titu. interpretatio contra illum ſumitur,nec cautio Mutiana hic locum habere poterit,de qua re præter alios ſup. relatos videndus eſt,qui plura ſcripſit Doctor Chriſtophorus Bernal Præceptor noſter non pœnitendus,in relectione.d.l.Mutianæ cautionis ſeptimæ.D.de conditio.& demonſtræ.per totam,maximè,ſub num.26.

§. *Ex conditionali.* 6.

1 *Stipulatio conditionalis ſpem futuræ obligationis quæ in heredes tranſit,producit.*

2 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates validum eſt.*

3 *Conditionalia legata ad heredes non tranſeunt.*

4 *L. ſub hac.7.D.de obligat.& actionibus.& numero.11.*

5 *L.1.§.ſi quis ſub conditione,D.vt legat. ſeu fideicommiſſ.nom.caueat.& num.* 13.

6 *L.ſi decem cu. petiero.48. D.de verborum obliga.& num.14.*

7 *Conditionalis contractus ad heredes cur tranſeat?*

8 *L. ſi filius fam.78.D.de verb.oblig.*

9 *Legata conditionalia ad heredes cur non tranſeant.*

10 *Com-*

10 *Communis differentiæ ratio inter vltimas voluntates, & contractus conditionales.*
12 *Conditio, si voluero, inutilem stipulationem efficit, secus est in illa,* cum voluero.
13 *Subrogatus sortitur naturam eius in cuius locum subrogatur.*

SPes futuræ obligationis quæ ex stipulatione conditionali nascitur in heredem transit. Idem in. §. cum quis inf. de inutil. stipulat. in l. necessario, 8. §. quod si pendente. D. de periculo & commodo rei vend. l. is cui. 41. D. de obligationib. & action. l. si quis. 57. l. si filius. 78. D. hoc tit. l. veteris. 13. C. de contr. & commit. stipulatione, consonat. l. 14. tit. 11. par. 5. explicat Anton. Gom. 2. tomo, cap. 11. nu. 36. Conna. lib. 6. cap. 3. n. 11. Petr. Grego. 3. part. syntagmatum lib. 24. tit. 1. num. 27. Petr. Nicol. Mozzius lib. singulari de cõtractibus, tractatu de stipulatione. §. de stipulatione pura, ex n. 15. eleganter Franc. Duar. ad tit. de stipulatione seruorum cap. 6. *quibus modis fiat stipulatio,* pag. 2. versi. *sub conditione quoque.*

2 Sed obstat validum esse argumentum de cõtractibus ad vltimas voluntates. l. seruum filij. 46. §. eum qui chirographum. D. de leg. 1. tx. in princ. sup. de lege Fusia Caninia tollenda, & late exornat Euerard. in topicis legalibus cap. 17. & nos in disputatione de mora. n. 203. Sed

3 † legata conditionalia non transmittuntur ad heredes. d. l. is cui. 41. l. legata. 41. D. de cond. & demõstr. coniuncta. l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de caducis toll. ergo neque conditionales contractus transire debent.

4 Secundò † obstat tx. in l. sub hac. 7. D. de obligation. & action. vbi si quis sub hac conditione promittat. *Si volam,* & ante quam suam voluntatem explicet decedat, & sic antequam conditio adimpleatur, heres eius ex huiusmodi promissione cogi non potest, ergo.

5 Tertiò † obstat tx. in l. 1. §. si quis sub conditione. D. vt legatorum seu fidei. commiss. nomine cau. vbi si quis legatũ sub cõditione relictum stipulatus sit, & pendente conditione decedat, illud non transmittit.

6 Quartò, † obstat tx. in l. si. decem cum petiero. 48. D. de verbo. obliga. vbi probatur stipulationem conceptam sub hac conditione, *si petiero,* ideò transmitti ad heredes, quia verba, *si petiero,* non fuerunt posita in modum conditionis, ergo si posita essent in modum cõditionis nõ transmitteretur ad heredes.

Quibus non obstantibus dicendum est stipulationes conditionales ad heredes & in heredes transire ex nostro tex. & similibus Ra-

7 tio autem † huius iuris principij in obscuro non est, quoniã etsi verum sit stipulatione sub conditione concepta obligationem suspensam esse, neque antea nasci quàm exter conditio. d. §. sub conditione supra eod. l. cedere diem. 213 D. de verb. signifi. ex præsenti tamen vires accipit. l. vsus fructus. 26. ibi. *quia ex præsenti vires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea ipsa non sit.* D. de stipulatione seruorum, & vbi semel extitit conditio, ab initio pure contractũ fuisse interpretamur. l. necessario. 8. §. quod si pendente ibi. *quasi iam contracta emptione in præteritum.* D. de periculo & comm. rei vend. Vn-

8 de † fluit interpretatio tex. in d. l. si filius fami. 78. D. hoc tit. ibi. *Quia in stipulationibus id tẽpus spectatur quo contrahimus,* ideo enim ibi quod filius famil. stipulatus sub conditione est patri acquiritur, quamuis existentis cõditionis tempore sui iuris sit, quoniam factum filij operamque consideramus & eius temporis rationem habemus quo stipulatio contracta est non quo extitit conditio, nam filius omnem operam, studium, industriam, & actionem cẽbet patri, sicut seruus domino quandiu est in eius potestate, adeò vt quicquid agit filius id ex re substantiaque patris esse intelligatur, diximus latè in. §. Igitur sup. per quas personas, quod non accidit in legatis, quæ sub conditione filio relinquuntur. l. quæ legata. 18. D. de regul. iuris. l. si vxorem. 5. C. de condition. inser-tis, quia nullam filij operam actionemque requirunt. l. cum pater. 79. §. surdo. D. de legat. 2. vnde in eis minus iuris quam in contractibus filij habẽt: ergò quia ex præsenti vires habet stipulatio & pendente conditione is qui stipulatus est creditor intelligitur. d. l. is cui. 42. D. de oblig. & action. eo ante conditionis euentum

9 defuncto heres ex stipulatu aget. † In testamentis secùs in quibus tempus cessionis tantumodo inspicimus, neque legatarius cõditionalis antea creditor quam cõditio existat dicitur, ex eadem. l. is cui, quod accurate, atq; omnium quos viderim optimè explicat Petr. Faber. in d. l. quæ legata. D. de regu. iuris. His addi potest communis ratio in contractibus † in

10 teruenire factum & personam creditoris, qui in dubio sibi suisque heredibus, & prospicere, & cauere vult. l. si pactum. 9. in finalibus verbis. D. de probat. in legatis autem, hereditatibus, cæterisque dispositionibus, ab vltima voluntate prouenientibus nullum legatarij aut heredis factum interuenire, sed solius testatoris voluntatem, qui amoris propẽsione ductus hereditatem aut legatum relinquit, & propter heredis aut legatarij merita, argumento. l. neq; adiecit. 9. D. pro socio (quam illustrat Pinelus in l. 1. 3. p. num. 60. versi. *probatur secundo.* C. de bonis maternis,) quorum nulla in eorum heredibus considerari potest ratio, hi enim tãquàm incerti non potuerunt de testatore benemereri, quam solutionem scripsit glossa hic verb. *contigerit,* sequuntur omnes, & est com-

11 munis Anton. Gom. d. c. 11. n. 36. † Nec obstat tex. in d. l. sub hac, quoniam ideò ibi ex cõditionali stipulatione heres promissoris nõ tenetur,

netur, quia illa conditio, *si volam*, in ipsum promissorem nūquam extitit, vt Pomponius ibidem scripsit ad finem, *pro nō dicto enim est, quod dare nisi velis cogi non possis.* Neque tunc mihi obijcias ea ratione attenta conditionales stipulationes ad heredes transire nunquam posse, cum nunquam in promissoris persona extiterint, quoniam in dict.l.sub hac, illa conditio, *si volam*, neque extitit, neq; vnquam extare potuit, quod optimè interpretatur ibidem Accu. glossa penul.& fin.sequuntur Bart. & cæteri. Sed difficile quidem id videtur, cum longe verius sit illam conditionem in persona promissoris extare potuisse, vnde etsi ipse ante eius implementum decesserit ex regula nostri tx. ad heredes, & in eos transmitti debuit, quemadmodū enim inter illam conditionē, *si moriar*, & 14
cū moriar, & illā, *si veneris*, &, *cū veneris*, nulla est differentia.l.quod autem.45.§.non solum. D. hoc titu.sic & inter illam, *si voluero*, & *cum voluero*, & tamen constat conditionem, *cum voluero*, subsistere in promissoris persona, idē enim est, ac si dictum esset cum cōstituero me velle, l.centesimis.46.§.si ita stipulatus, ibi, *antequam constituas*, D.eod.ergo & heres ex eiusmodi promissione debuit teneri, in d.l.sub hac
12 coniuncta regula huius §. Sed adhuc dicendū est, conditionem illam, *si voluero*, inutilem reddere stipulationem ex regula l. in vendentis. 13.C.de contrah.emptione.l.quod sæpè.35.§. 1.D.de contrah.empt. l. stipulatio non valet. 17.d.l.centesimis.§.fi.D.hoc tit.l. senatus.45. §.legatum.D.de leg. 1. l. fideicommissa. 11. §. quanquam.D.de leg.3. Neque obstat idem esse si adijciatur conditio, *si volueris*, & conditio, *cum volueris*, quoniam omissis varijs opinionibus, dequibus per Bart. Cuman. Iaso. Cuiac. Duar.in d.§.fi. Donellū in d.l.stipulatio. 17. & ibidem Coras.Coltam.lib.1. select. cap. 14. & cap.17.& lib.2.cap.25.Bartol.in l.si ita legatum §.illi si volet.D.de leg.1.Sarmient.lib. 2. select.cap.6.nu.23. (& præstant quæ Couarr. lib.3.varia.cap.15.& Menoch. de arbitrarijs, quæst.69.tradunt) ego constituo hanc conceptionem, (*cum voluerit*) multum differre ab ea (*si voluerit*) in prima enim confertur modus & tempus obligationis implendæ, non substantia contractus.l.vtrum.8.§.cum quidam.D.de rebus dub. At in altera (*si volueris*,) confertur tota dispositio, obligatio, & substantia in promissoris personam, quod nullā omnino reddit dispositionem.d.l.sub hac.d.l.in vendentis, quod vt certissimum firmat Costa iam relatus.

13 Non obstat tertium ex d.l.1.§.si quis sub cō ditione.quoniam ideo ibidem conditionalis stipulatio ad heredes non transmittitur, quia stipulatio illa easdem recepit conditiones & causas quæ legato inerant: est enim actio in prioris locum substituta, quæ eisdem subiacet regulis, iuxta tex.in l.id quod sub conditione. 19. D.de const.pecun.l.si stipulatus.4.ibi, *quia non est verisimile.* D.de vsuris.l.qui id q. 34.D. de donat.l.si legati.59.D.de leg.1. & optime conducit regula l.si eum.10.§.qui immutiarum. D. si quis caut.(cui adde Bart.in l.certi condictio. 9.nu.13.D.si cert.pet.& glo.ibidem ver. *ex eo ni causa*, ad fi. Alciat.in cap.quia V.de iudicijs, Baldum consilio. 121.nu.3.vol.4.) vnde quēadmodum legatum sub conditione relictum, si pendente conditione legatarius decedat ad heredes non transmittitur, ex d.l. 1. §. sin autem aliquid sub conditione. C.de caducis tol. sic & stipulatio conditionalis erit easdemque causas & leges recipiet, quod in d.§.si quis sub conditione, versi. *& huic stipulationi*, satis insinuat idem I.C.

14 Non obstat quartum ex d.l. si decem cum petiero, nam omissis varijs opinionum fluctibus, quibus disputatur, an id quod Imperator Iustin.de conditionali stipulatione refert, generaliter sit admittendum, siue conditio sit fortuita, siue mixta, siue potestatiua, quod præter ordinarios hic latè examinat Couar.lib. vnico pract.quæst.cap.39.illud est omnino obseruā dum conditiones fortuitas siue casuales ad heredes transmitti ex nostro tex.& d.l. si quis, si Titius.57.D.hoc titu.cum similibus. Quod autem ad eam attinet quę in potestate nostra posita est, distinguendum arbitror, nam si ea promissoris propria est, eique adheret, dubitari nō potest, quin ad heredem transmitti non possit veluti si Cōsul fias, si nauim ædifices, si tabulā pingas, si vxorem ducas, si filium emancipes, vel si decem petieris, quæ conditio in sola voluntatis declaratione consistit. Sin autem ita potest ab herede impleri vt stipulatoris nō interfit, contra puto, veluti si decem Titio deberis, iuxta quam distinctionem interpretaberis tex.in l.si prædio.18.D.de in diem addictione. l.vlt.D.de cond.inst.d.l.si quis. 57. l. qui Romæ.122.§.Aggerius.D.hoc tit.l.4.§.si sub conditione.D.de fideicom.libertatibus.

§. *Loca etiam.* 7.

1 *Stipulationi adiectus locus commodam temporis dilationem inducit.& nu.5.*

2 *L.1. D.si quis cautionibus.& nu.7.*

3 *L.si seruus.141.§.si inter eos. D.de verb. oblig. & num. 8.*

4 *L.si mihi & tibi.12.§.Proculus.D.de leg.1.& num.9.*

5 *Legatum purum ex rei natura aliquando dilationem recipit.*

6 *Tempus quod concedi debet, in stipulatione cui locus adiectus fuit, iudicis arbitrio relinquendum est.*

10 *L.insulam.61.§.in operis.D.locati.*

11 *Tēporis angustia vitiant cōtractum stricti iuris nō ita contractum bonæ fidei, iuxta cōmunem.*

13 Bo-

13 *Bonæ fidei contractus sortiuntur naturam vltimarum voluntatum.*

13 *Communis reprehenditur.*

1 SOlent etiam stipulationes, quamuis purè fiant, re ipsa commodam dilationem recipere, veluti si certo loco dari promissum sit, licet enim stipulatio purè fiat, tacitum tempus inest, quo commodè eo loco possit peruenire, idem in l. cum qui kalendis. 41. §. 1. in l. interdum. 73. in l. continuus. 137. §. cum ita. D. h. tit. in l. 3. §. si quis ita stipuletur. D. de eo quod cert. loco consonat. l. 13. l. 25. l. 35. tit. 11. p. 5. latè explicat Menoch. lib. 1. de arb. casu. 2. per totum, quòd si locus ille præsenti diei adijciatur, quo illo die peruenire non potest, inutilis est stipulatio ex nostro tex. versic. *& ideo*, d. l. 3. §. si quis ita.

2 Sed primò contra nostrum tx. coniuncto. d. §. cum ita, quibus probatur in huiusmodi stipulatione, tempus adiectum subintelligi iudicis arbitrio declarãdum, obstat tx. in l. 1. D. si quis cautionibus, vbi vicena millaria singulis diebus statuta esse, vt stipultatio adimpleatur probat Iur. Cons. ergo non id iudicis arbitrio relinquitur.

3 Secundò obstat tx. in l. si seruus. 141. §. si inter eos. D. hoc tit. vbi stipulatio illa, *hodie Carthagini dare spondes?* ab his qui Romæ sunt facta vtilis est, contra nostrum tx. ver. *& ideo*.

4 Tertio contra eundem vers. obstat. tx. in l. si mihi & tibi. 12. §. Proculus. D. de leg. 1. vbi temporis angustiæ non vitiant legatum: ergo neq; vitiare debẽt stipulationem.

5 Sed his non obstantibus dicendum est, purã stipulationem propter loci adiectionem re ipsa dilationem capere, veluti si quis cum Romæ sit, Carthagini dari stipuletur, tacitè enim tempus complecti videtur quo peruenire Carthaginem potest, d. l. interdum cum similibus: nam & quemadmodum purum legatum ex natura rei vel ex alijs causis tacitam conditionem recipit. l. 1. D. de condict. & demonstra. quam benè explicat Costa lib. 1. select. capit. septimo: sic & stipulatio quæ sola figura verborum pura est, intellectu vero in diem, quia loci adiectio tacite in se tempus continet, & quasi tẽporis adiectio est, text. elegans in lege recusare, texta. §. siquis alio loco. ibi. *similemque ei qui in diem rogatus est restituere*. D.

6 ad Trebellianum. † planè quod tempus accipi debeat vt stipulatio effectum sortiatur ad iudicem remittendum est, qui æstimet quanto tempore diligens pater familias efficere possit quod facturum se promisit, quod satis eleganter explicat Venuleius. I. C. in d. l. continuus. 137. §. cum ita.

7 Neque obstat text. in l. prima. D. si quis cautionibus, quoniam varijs omissis interpretationibus, quas refert Menochius d. casu. 2. ex num. 7. dicendum est, illa vicena miliaria in iudicijs designata esse generaliter, tantùm enim itineris habita ratione communis vsus, homo perficere poterit, quia tamen non sæpè contingat eiusdem conditionis esse homines, sed longè diuersæ, item & disparis ætatis, sexus, valetudinis, qualitatis, & dignitatis, arbitrio boni viri æstimabitur, & in iudicijs, & in contractibus, & legatis quantum quisque itineris in singulos dies peragere potest, ita vt neque diplomate, idest, diebus ac noctibus, & omni tempestate contemta iter continuare cogatur, neque tam delicatè progredi debeat vt reprehensione dignus appareat, sicque interpretaberis. d. l. 1. & tx. in d. § cum ita. d. l. recusare. §. fi. cum legibus seq.

8 Neque obstat. d. l. si seruus. 141. §. si inter eos, quia non est perpetuum adiectionem illam (hodie Carthagini dare spondes?) ab his qui Romæ sunt interpositam stipulationem vitiare, potest enim contingere vt & stipulator, & promissor mandauerit dispẽsatoribus, promissor suo vt daret, stipulator suo vt acciperet Carthagini eo die, quo facturi erant cõuentionem: quod si ita factum fuerit: poterit valere stipulatio, vt in d. §. si inter eos, docet Iuriscons. neque ibi temporis angustiæ nocere possunt, cum nullæ sint, argum. §. conditiones, & eorum quæ ibidem dicemus inf. eo.

9 Minus obstat text. in dict. l. si mihi & tibi, 12. §. Proculus, nam quum ideo temporis angustias stipulationem vitiare Iustinian. hic scribat, quia impossibilis est repromissio, impossibiles autem conditiones inutiles efficere stipulationes constet. §. si impossibilis, inf. de inutilibus, vbi latè dicemus, non autem vltimas voluntates. §. impossibilis sup. de hereditib. instit. l. 2. titul. 4. partita. 6. explicat Sarmient. lib. 2. select. cap. 1. mirum non est in d. §. Proculus, temporis angustias legato non nocere.

10 Sed huic sententiæ item, & nostro textui maximè obstat difficilis textus in l. insulam. 61. §. in operis. D. locati, vbi angustia temporis contractum locationis non vitiat, sed potius illud boni viri, ideſt, iudicis arbitrio æstimandum est.

11 Cui tamen difficultati respon. Barto. in dict. §. in operis. numer. secundo, & in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomine, & in dicta l. continuus. § illud. Augustias temporis contractum stricti iuris, vitiare iuxta nostrum textum & dictam l. tertiam. § si quis ita stipuletur. D. de eo quod certo loco, non autem contractum bonæ fidei, dicto. §. in operis, cuiusmodi est locatio. §. actionum. infra de actionibus, quam opinionem receptam testatur Fulgosius in dicto. §. in operis. Arretinus hic, & dicto §. illud. † Pro qua expendi non malè potest, contractus bonæ

12 fidei

fidei habere naturam vltimarum voluntatum, in l. minorum. 3. C. in quibus causis, in integ. restitutio. non est necessaria. vnde quemadmodū vltimam voluntatem angustiæ temporis non vitiant. d. §. Proculus: ita neque debent bonæ fidei contractum vitiare.

13 Sed communis hæc interpretatio expressè continetur ex generali regula l. non solum. 30. D. de obliga. & act. qua impossibilitas obligationis, tam bonæ fidei, quàm stricti iuris cōtractum vitiat, item etiam quia contractu bonæ fidei magis stricti iuris contractibus, quàm vltimis voluntatibus accedit.

14 Dicendum igitur est, in d. §. in operis, ideo temporis angustias contractum non vitiasse, quia quamuis verum sit impossibiles cōditiones inutiles reddere contractus. d. l. non solum, item etiam & difficiles, quæ quamuis natura ipsa impossibiles non sint, efficiendi tamen ratione tales redduntur, d. §. si inter eos, id tamen nō procedit, quoties testatores aut contrahentes fieri posse existimarūt, tunc enim actus valet, & viri boni arbitrio tollitur hæc difficultas, siue impossibilitas, atque ita interpretari debet tex. in d. §. in operis. vbi contrahentes architecturæ ignari opus intra breuissimum tempus perfici posse existimarunt, quod tamen summa etiam adhibita diligentia perfici aut consummari erat impossibile, ideoque I. C. respōdet id actum videri inter contrahentes vt opus perficeretur quam primum perfici posset, eo tamen tempore quod erat necessarium, & temporis angustias ex boni viri arbitrio esse producendas iuxta contractus naturam & contrahentium voluntatem, quæ tamen nullo modo potest considerari, vbi adiectio est omnino impossibilis, iuxta nostrum text. versi. & ideo.

§. *Conditiones.* 8.

1 *Conditiones de præsenti vel de præterito ortum obligationis non impediunt. & num.* 3.
2 *Conditionis de futuro euentus per eorum naturā certus est.*
4 *L. sed et si.* 28. *§. fin. D. de iudicijs. l. cum quidam.* 30. *§. suum heredem. D. de acq. hered.*
5 *L. actus legitimi.* 72. *D. de reg. iuris.*
6 *L. quoniam in prioribus.* 32. *C. de inofficio. testamento.*
7 *L. institutio talis.* 10. *D. de condit. institut.*

1 PRomissum sub conditione quæ præteritum, aut præsens tempus respicit, statim aut debetur, aut nō debetur, quia quæ per rerum naturam sunt certa licèt apud nos incerta sint non morantur obligationem, idem deducens ex sententia I. C. in l. cum ad præsens. 37. cum duabus sequen. D. si cert. pet. l. conditio. 160. D. hoc tit. l. si pupillus. 9. §. 1. de novat. cōforme l. 12. ad fi. tit. 11. p. 5. & benè explicat De

2 cius in l. actus legitimi. nu. 14. D. de reg. iur. † Sed pro dub. ratione cōtra nostrum tex. sic argumentor, licèt conditionem quæ in futurum conferuntur euentus apud nos incertus sit, re tamen ipsa, & per rerū naturam certæ sunt. l. sed etsi. 28. §. fin. in fi. D. de iudicijs. l. cum quidā. 30. §. suū heredē. D. de acq. hered. sed hæ suspendunt differunt q; obligationem. §. sub conditione. sup. eod. ergo & quæ in præsens vel præteritum conferuntur eam morabuntur cōtra nostrum textum.

3 † Sed dicendum est eas conditiones quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, si veræ sunt statim obligationem parere, sin minus stipulationem eneruare, ex nostro tex. & similibus, cū enim conditio nihil aliud sit quā futurus euentus in quē dispositio confertur, vt notat Bart. in l. 1. nu. 1. D. de cond. & dem. ea autem quæ de præsenti vel de præterito sunt non pendeant à futuro euentu, sed statim certa sint, consequens est actum non remorari, vt in exemplis à Iusti. hic relatis, & à I. C. in dictis legibus, ex quibus intelligendus est tex. in l. cum in secundo. 16. §. 1. de iniust. rupt. in l. institutio talis. 10. in fi. D. de cond. inst. & l. multum interest. 21. D. de cond. & demonst.

4 Nec † obstat tex. in d. l. sed etsi. §. fin. & in d. §. suum heredem, quoniam omissa solutione Accur. verb. *naturam*, & in d. §. fin. verb. *intuendā*, vltra alios omnes quos ego viderim, doceo, in illis casibus, quo ad naturam ipsam attinet certū iam esse euētum partus, an vnus, an duo, vel tres, plurésve nascituri sint, etsi institutus heres aut filius id ignorent, tamquā futurū, & quod ab homine antequam eueniat cognosci non possit, proindeque est natura ipsa illa conditio, ac si quælibet alia de præterito, vel de præsenti esset adiecta, quæ obligationem aut actum non deberet remorari, iuxta nostrū tex. etsi apud nos esset incerta. quæ explicatio necessaria est ad eas leges, vt constat ex d. §. suū, ibi, *nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare potest*, & in d. §. fi. ibi, *nec rerum naturam intuendam in qua omnia certa essent cum futura vtique fierent*. Secus autem dicendum in conditionibus, quæ omnino ex futuro pendent euentu, quæ omnino differunt.

5 Ex quibus & ex nostro tex. infertur. 1. explicatio. l. actus legitimi. 72. D. de reg. iur. vt dum ille tex. probat actus legitimos de quibus ibidem, non recipere diem neq; conditionem intelligi debeat de vera conditione de futuro, quæ propriè conditio est, ex Bart. d. n. 1. non de conditione de præsenti, aut præterito, quæ non est cōditio, & ita obseruant hic Angelus nu. 3. Faber. nu. 2. sed perperam, quia longè verius est illos actus non recipere conditionem nec de præsenti, nec de præterito, quia nec per momētum differri possunt, & licèt huiusmodi conditiones, non suspendant actum nec temporen-

ren-

rentur ortum obligationis commodam tamen morā & dilationem habent donec probari possit, eas vel extitisse, vel defecisse, ex quibus hactenus est admissum obligationes cōceptas sub huiusmodi conditionibus similes esse obligationibus contractis in diē, ex quibus protinus obligatio nascitur, executio tamen in tempus differtur, vt rectè Horoma. hic notat, & inde cum actus legitimi neque diem recipiant, iuxta. tex. illum in d.l. actus, fatendum est neque conditionem de præsenti vel de præterito recipere, quam sententiam defenduat Decius n. 13. Cagnolus nu. 31. ibidem.

6 Secundò infertur etiā interpretatio ad tex. in d.l. quoniā in prioribus, & in l. scimus. §. cū autem. C. de inoffic. testamē. quibus probatur omnē conditionē tolli de legitima, quippe nō esse admittendum, in conditione de præsenti, vel de præterito, iuxta tex. in l. institutio talis. 10. ad fi. D. de cond. inst. cuius tex. argu. eā opinionē defendit Decius in d.l. cū ad prēsens. Roderic. Suа. in d.l. quoniā in prioribus. 7. limitatione. Costa. lib. 1. select. cap. 1. nu. 3. & 4. Contraria tamen sententia verior est etiā huiusmodi cōditiones tolli de legitima, ex d.l. quoniam in prioribus, quam sententiā laso defendit, in l. si quis ita stipulatus fuerit hāc summā. 120. D. hoc tit. & receptā testatur Berberanus, in repetitione l. si pater. n. 231. C. de inst. quæ satis probatur ex d.l. quoniam in prioribus. quia cautū est nō solum conditionē, verū neq; moram vllā, aut dilationem legitimæ adijci posse.

7 † neq; contrarium probat d.l. inst it. talis, quoniā eorū omissa sentētia qui existimarūt illam cōditionem vltra legitimā adiectam fuisse, verius est tex. illū loqui de ire antiquo ante notā imperatoris constitutionē in d.l. quoniā in prio. quo tēpore nō poterat grauamē tolli de legitima nisi per querelā inofficiosi testamēti, vt nouiores in d.l. quoniā in prio. obseruarūt.

§. Non solum. 9.

1 *Stipulationibus quæ in faciendo consistunt, ne id quod interest incertum sit, pœnam adijcere vtile est.*

2 *Facere vtrum quis præcisè cōpelli possit? & n. 6.*

3 *Interesse quemadmodum probetur.*

4 *Quantitas loco eius quod interest stipulationi adicta, à iudice taxari potest: secus si nomine pœnæ adijciatur.*

5 *Pœna conuentionalis omni iure ciuili, Canonico, & Regio præstatur quatenus interest.*

6 *Facere compelli quis præcisè potest.*

7 *Differentiæ communes inter stipulationes dandi & faciendi relatæ & reiectæ.*

8 *Venditor si rei copiam habet tradere præcisè compelli potest.*

9 *Obligatio rem restituī, factum continet, eamque adimplere præcisè quis cogi potest.*

10 *L. stipulationes non diuiduntur. 72. §. Celsus. D. de verborum obligat.*

11 *L. 1. D. de act. empti.*

12 *L. fideicommissa. 11. §. operarum, D. de legatis. 3.*

1 STipulationū aliæ consistunt in dando, de quibus hactenus Iusti. superioribus. §§. egit, aliæ in faciēdo, & in his ne, stipulatione nō adimpleta, interesse incertum sit, pœnā adijcere vtile erit, idē deduces ex l. stipulationū. 2. in princ. D. hoc tit. l. fi. C. de cōtrahen. & com. stipulatione, cōiunctā l. fi. D. de prætorijs stipulationibus, & conducit l. 35. tit. 11. part. 5.

2 Sed contra nostrum tex. grādis obstat difficultas, nam si aliqua ratione stipulationibus faciendi pœnam adijcere necessarium est, ea potissimum quoniam ad faciendum præcisè compelli nemo potest, sed soluendo quod interest liberatur. l. stipulationes nō diuiduntur. 72. §. Celsus. D. hoc tit. l. si quis ab alio. 13. §. fi. D. de re iudicata, cum alijs infra referendis. At hæc ratio insufficiens est, quoniam & ad faciendū, vel nō faciendū poterit quis præcise cōpelli. l. sed & hæ personæ. 35. §. præter satisdationem. D. de procuratoribus. l. si cum exceptione. 14. §. sed & si quis per vim, ibi, *omnimodo facere cōpellitur*. D. de eo quod met. cau. l. fideicōmissa. 11. §. fi. D. de leg. 3. latè Bart. in d.l. stipulationes non diuidūtur. nu. 35. D. hoc tit. ergo pœnæ adiectio necessaria nō est, vt Iust. hic docet.

3 Sed adhuc dicendū est, vtile maximè esse stipulationibus quæ in faciendo cōsistunt pœnām adijcere, ne quantitas stipulationis sit in incerto, ac necesse sit actori probare quod eius interfuit, factū esse, vel nō esse factū, hoc enim etsi per testes posset cōstare, vt hic innuit Imperator, & in l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo quod interest, & aliquando per solū iuramē tum, vt si dolus aduersarij interfuit. l. sem per. 15. §. in hoc interdicto. D. quod vi aut clam. l. si quādo. 9. C. vnde vi, † vtilius tamē & cōmodius est pœnā adijcere, quæ, si ita factū nō fuerit, præstetur, præstabitur autem omnino illa quātitas, etiāsi excedat id quod interest, cū loco pœnæ adijcitur, quomodo intelligi debet noster tex. & tx. in §. alteri, inst. de inutil. stipulat. Si autē quantitas loco interesse apponitur, iudicis arbitrio taxāda erit pro vt stipulatoris interfuerit. l. vnica. C. de sentētijs quæ pro eo quod interest, quod elegāter docet Paul. Castren. in l. stipulatio ista. 38. §. Alteri. D. hoc ti.

4 † quæ pœna cōuentionalis etiā iure Canonico debetur, ca. fuam. 9. de pœnis, itē & iure Regio, l. 32. tit. 5. p. 5. l. 34. tit. 11. p. 5. l. 2 15. in legibus Styli, quamuis in praxi, quocunque modo adijciatur quantitas si factum non fuerit, nunquam fit cōdemnatio, nisi quatenus interest & non vltra, vt cum Matthæo de Afflictis, decisione. 135. notat Petrus de Auen-

dano,

dano in dictionario, vēr. *pena conuencional*. Ioa. Gutierrez de iuramen. confir. 1. p. c. 36. n. 10.

6 Neq; argumen. obstat, quoniā etsi hactenus admissum sit in stipulationibus faciendi neminem præcisè cogi ad factum, sed soluendo id quod interest liberari, d. § Celsus, & d. l. si quis ab alio. §. fi. l. 1. D. de actionibus empti. l. in stipulationibus. 54. §. operarū. l. si pœnam. 68. l. si quis stipulatus. 112. §. si quis ita. l. si fundum 114. D. hoc titul. l. stipulatio. 21. §. siue autem. D. de noui op. nuntiatione, quorum iurium argumento eam sententiam omnes defendunt, vt testatur Iaso. in d. l. stipulationes non diuiduntur. num. 22. Corasius, lib. 2. miscell. cap. 3. Verius longè est inter stipulationes dandi, & stipulationes faciendi nullum esse discrimen, sed in omnibus promissorem ad factum esse præcisè compellendum: quam sententiam ex antiquioribus defendit Martinus, cuius meminit Bart. in d. l. stipulationes. nu. 36. quem ibi sequitur Cuiac. & Corasius. Pro qua sententia primo facit nullam posse congruam differentiæ rationem inter stipulationes dandi, & faciendi constitui; † ea enim quæ frequentiori calculo ab omnibus recepta est, ideo in stipulationibus dandi præcisè promissorem dare compellendum, quia ex ea dominium in accipientem transferre debet. l. vbi autem non apparet. 75. §. fi. D. hoc tit. §. sic itaque discretis, infra de actionibus, atqui semper nostra interest nobis dari & dominium transferri, etiam post moram debitoris, & ideo præcisè cogitur debitor ad dandum: verùm aliquid fieri non semper nostra interesse, quia euenire potest, vt post moram debitoris nihil interfit nostra fieri, & ideo præcisè promissor, nō cogitur ad faciendum, quia inuentæ sunt stipulationes, vt vnusquisque quod sua interest acquirat. l. stipulatio. 38. §. Alteri. D. de verb. oblig. Hæc quippe communis ratio facile conuincitur, quia obligatio, rem tradi, factum continet, & tamen semper interest nostra rem tradi, nec istud interesse variari potest. Nec magis placent aliæ rationes differentiæ quam in d. l. stipulationes non diuiduntur, scripserunt Bar. ex num. 27. Iaso. nu. 22. Cuma. ex num. 33. idem Bart. in d. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. nu. 8. Secundo, pro hac sententia, expresse facit tx. in d. l. sed & hæ personæ. 35. §.

8 præter satisdationem, cum alijs, supr. relatis. † Tertio facit venditorem ad factum teneri, hoc est, ad tradendum l. ex empto. 11. D. de act. empt. & tamen si rei tradendæ facultatem habeat præcisè cogitur tradere, Glos. verb. *tradat* in §. pretium, infra de emptione, & vēditione, cōmuniter recepta ex Bar. d. l. stipulationes. n. 39. quā opinionē & antea expresse docuerat Iol. Paulus lib. 1. sententiarum, titu. 13. ver. *si id quod*, ibidem notante Cuiacio. † Quarto, huic sententiæ accedit obligationem rem

9 restitui factum continere, & tamen præcisè cogitur restituere qui rei restituendæ facultatem habet, l. qui restituere. 69. D. de rei vend. cui consonat l. 19. ti. 13. l. 2. tit. 27. p. 3.

10 Cui sententiæ non obstat tx. in d. §. Celsus, cum similibus, quibus probatur in omnibus obligationibꝰ faciēdi, si nō fiat, succedere obligationem ad interesse; quoniam illa iura intelligenda sunt, vbi ille qui tenebatur facere non fecit, & fortè non potest amplius facere, quia factum iterari non potest, vel iam stipulatoris non interest, id de quo cautum est, fieri, quo casu succedit obligatio ad interesse: † quomodo

11 etiam intelligi debet tx. in l. 1. D. de act. empt. vbi scilicet venditor rei tradendæ facultatem non habuit, vel si habuit, iam emptoris non intererat rē emptam habere, aliàs enim præcisè compelli posset tradere, ex d. l. ex empto. iūcta d. Glos. verb. *tradat*. † Nec magis obstat

12 tx. in d. §. operarum, quoniam illud procedit, & inducitur ex difficultate præstationis, propter patronorum dissensum, nam seruus communis vnam operam à liberto stipulatus fuit, quæ cum duobus simul exhiberi non posset, nisi ambo consentirent vt communiter ederetur, ideo libertus præstando interesse liberatur, quod si ambo consentirent, vt opera communiter ederetur, præcisè libertus cogi posset, nec soluendo interesse liberaretur. Igitur, vt ad nostrum tx. iam redeamus, iam constat pœnā adijci stipulationibus faciendi vel non faciendi ideo debere, non quia quis præcisè facere cogi generaliter nō possit, sed quia id quod interest expressum esse longè commodius est stipulatoribus.

TITVLVS XVII.

De duobus reis stipulandi & promittendi.

IN RVBRICAM.

1 *Reus non solum is dicitur qui alicuius criminis postulatur, verùm is cuius de re disceptatur.*
2 *Rei stipulandi, & Rei promittendi qui dicantur*
3 *Continuatio huius tituli ad superiorem.*
4 *Rei debendi, promittendi, & credendi etiā in alijs contractibus præter stipulationem dicuntur.*
5 *Lectio huius Rubricæ, de duobus reis, & D. & C. eodem. animaduertitur.*
6 *Re obligatur nullus nisi quatenus accepit.*

1 VAMVIS verbum hoc *Reus* variè accipi soleat, vt latè scripsit Brissonius lib. 16. de verborum significatione, verbo, *Reos*, Hotomanus de verbis.

bis iur. verb. *Reus*. Prateius, lib. 17. verb. *Reos*, & omnes nouiores hic, in hoc autem titul. & D. & C. eod. alijsque pluribus iuris locis rei appellantur illi, quorum res agitur, siue suscipiat, siue sibi quærant obligationem; veteres enim reos dicebant, non modo eos qui alicuius criminis postulabantur, sed omnes quorum de re disceptabatur, authore Marc. Tul. lib. 2. de oratore, & D. Isidoro relato in c. forus. 10. §. Reus. de verb. signifi. quorum iam relati meminerūt, & Alcia. in l. nominis & rei. 6. nu. 8. D. de verb. signifi. Carolus Sigonius lib. 2. de iudicijs, cap. 9. Appellantur igitur † Rei stipulādi duo plu
2 resve qui eādem rem stipulantur: Rei promittendi, qui eiusdem debiti se reos vna promissione constituunt, quos & consponsores Cicero ad Atticum vocat, deduces ex princ. & §. 1. huius tit. l. 1. & 2. D. eod. † Cum ergo in superiori tit. de stipulatoribus & promissoribus,
3 quando singuli à singulis stipulantur, aut singuli singulis spondent dictū sit, quia frequenter vsu euenire solet, vt vel plures vni promittāt, vel plures ab vno stipulentur, qui rei stipulandi & promittendi appellātur ideo de huius stipulationis specie nominatim Imperator in h. tit. agit. de qua etiam præter ordinarios hic & ad tit. D. & C. eod. videbis Duarenum, in paraphrasi illius tit. cap. 1. 2. & 3. Vvesembekium in paratitlis. eodē tit. Conna. li. 6. com. iu. Ciu. cap. 5. Petrum Gregoriū. 3. par. Syntagmat. li. 24. cap. 28. Anton. Gomez. 2. tom. cap. 12. Gregor. Lopez, per tex. ibi, in l. 10. titu. 12. partita. 5.

Illud autem sciendum est non tantum reos debendi & reos promittendi illos dici qui ex stipulatione debitores aut creditores sunt facti, verùm & ij omnes qui ex alio cōtractu aut tenentur, aut obligationem acquisierūt, qui & debendi & credendi rei rectè appellantur, vt in specie l. 1. §. si apud duos. D. depositi. l. si ex toto. 8. §. 1. D. de leg. 1. l. si Titio aut Seio. 16. D. de leg. 2. l. eandē. 9. D. hoc tit, cum pluribus
5 alijs: † Vnde mendosam esse huius nostri ti. inscriptionem, dum habet, *De duobus reis stipulandi & promittendi*, tam in his institutionibus quàm in Pandectis & Codice, nonnulli putarunt, magisque esse admittendam illam lectionem, *De duobus reis constituendis*, quam ediderunt Charondas, Gothifredus, & Rusardus, &
6 probarunt Duare. Cōna. & Pet. Greg. iam relati † Sed ego, quamuis ingenuè fatear, plures reos credendi aut debendi fieri, non modò stipulatione, sed alio genere contractus, atque etiam ex testamento, idque frequentissimum esse, non tamen ideo inueteratam lectionem damnabo, quam omnes qui frequētius circumferuntur Codices admittunt, & hic antiqui & neotherici probarunt; tum quia id vt duo rei debendi aut promittendi fiant, magis euenire solet per stipulationem, nec id fortasis alijs obligationibus ita cōuenit. Etenim ex natura obligationis quæ re contrahitur, nō solet quis prorie obligari vltra id quod ad eū peruenit, l. si tibi. 18. D. de pact. l. rogasti. 9. §. si tibi. D. de rebus cred. & si cert. pet. l. 31. tit. 11. part. 5. non potest autem res in solidū ad plures simul peruenire, quia tamen potest peruenisse ad plures quodam ordine fieri potest, vt si id actum sit, plures in solidum teneantur, quod quidem nō fit ex propria vi, & natura contractus, sed magis ex eo quod actum est, d. l. 1. §. sed si duo. D. depositi. At ex propria stipulationum natura, plures rei possunt constitui, quia possunt verba concipi, vt ad plures in solidum obligandos pertineāt, & inde optimè Iustinianus (aut quisquis is est) huic nostræ rubricæ verba, *stipulandi & promittendi* adiecit, & satis ea esse retinēda insinuat I. C. in l. 1. & 2. D. eo, & idem Iustinianus statim in princ.

Principium tituli, & §. Duo. 1.

1 *Duo rei stipulandi, & promittendi qualiter constituantur.*
2 *L. in duobus. 3. D. de duobus reis. & num. 6. & sequen. & nu. 11.*
3 *Interuallum duorum reorum constitutionem vitiat. & num. 9.*
4 *L. si id quod. 15. D. de duobus reis. & nu. 13.*
5 *L. reos. 11. §. cum tabulis. D. de duobus reis, & num. 16.*
12 *L. si ex duobus. 12. D. de duobus reis.*
14 *Vsusfructus diuiduus est, & quare.*
15 *Seruitutes indiuiduæ, & quare.*
17 *Authentica, hoc ita. C. de duobus reis.*
19 *L. 1. tit. 16. lib. 5. recopilationis, remissiuè.*

1 QVia & stipulandi & promittendi duo plurésve rei fieri possunt, qualiter constituantur his in locis Iustinianus docet, & sanè duo rei stipulandi fiunt quoties duo separatim interrogant, & promissor vtrique pariter promiserit, per hæc verba, *vtrique vestrū dare spondeo*, similiterque & duo rei promittēdi fient, quoties vno, vel pluribus interrogantibus, duo ei separatim spondeāt, quod exēplis exornat Iusti. hic & Cōsulti in l. 1. 2. 3. & sequent. D. eod. & hi quos retulimus s. ad Rub.

2 Sed obstat diffi. tex. in l. in duobus. 3. D. hoc tit. vbi probatur duos reos promittendi constituti posse, videlicet si vterq; separatim promittat, & posterior ex interuallo accipiatur, quia nihil refert, an simul spondeant, vel separatim promittant: ergo idem in princ. huius titu. dicendum erat, in vers. *nam si prius*.

3 Secūdò cōtra §. 1. ibi, *separatim*, obstat: nā qui duob⁹ plurib⁹ve separatim respōdēt, interuallū adijcere necessariū est. At interuallū duorū reorū constitutionem vitiat, l. duos. 6. §. duo rei. l. si ex duobus, in princ. D. eod. l. 2. tit. 11. part. 5.

ergo non separatim sed simul qui rei promittendi constituuntur respondere debent.

4 Tertiò obstat tx.in l.si id quod.15. D. hoc tit.vbi probatur duos reos stipulandi non cõstitui,licèt duobus separatim interrogantibus ita respondeat promissor, *vtrique vestrum dare spondeo*: ergo contra nostrum principium.

5 Quartò contra eundem tx. obijcio l. reos. 11.§ cum tabulis.D.hoc tit. vbi neque stipulãdi,neq; promittendi duo rei constituuntur,nisi adiectũ sit,vt insolidũ acquirant vel teneantur : ergo non sufficit duobus simul spondere vt illi duo rei stipulandi constituãtur:vel duos separatim promittere, vt similiter duo rei promittendi fiant, sed adijcere insolidum erit necessarium,ex.d.§.cum tabulis.

6 Verum his non obstantibus dicendum est duos reos stipulandi & promittendi constitui quomodo docet Iustin. his in locis. Neq; 1. obstat tx.in d. l.3.D.hoc tit. quoniã omissa solutione Acc.ibidem, verb. *separatim*, docentis nostrum tx.loqui de duobus reis stipulandi,il lum de duobus reis promittendi, quæ conuincitur ex Bartoli doctrina in l.2.D.eo.probantis nullum esse,quoad hanc causam attinet,discrimen inter constitutionẽ reorum stipulãdi, & promitendi,quod & verũ est , & post Bart. cõmuniter receptũ testatur Bald. in l. magnã.

7 C.de contrahen. & cõmmitt. stipulatione. † omissa similiter & secunda eiusdem Acc. interpretatione,vt tx.ille loquatur de modico interuallo,noster de magno,quasi hoc vitiet, illud non ita,quam in d.l.3.n.14. cõuincit Imola,etiam magnum interuallum in d.l.3.nõ no-

8 cere reorum constitutionem : † Dicẽdum est, in specie nostri tx. agi qualiter constituantur duo rei ex vna tantum responsione, licèt nihil nominatim cautum fuerit;quod vtiq; fieri potest si respondeatur per verbũ distributiuum, quod attribuat vnicuiq; integram causam , vt, *vtrique vestrum dare spondeo*, nam si simpliciter respondeatur,*spondeo*,non sunt duo rei stipulãdi,sed diuersæ obligationes pro diuersis quantitatibus,ex regula.l. scire debemus.29. D. de verb.oblig.quod si diuersæ sunt responsiones pari ratione diuersæ sunt obligationes , iuxta tx.nostrũ vers.*nã si priùs*,nisi expressè conuẽtũ sit vt duo rei efficiantur,tunc enim responsionũ diuersitas constitutionẽ duorũ reorũ,vel stipulandi,vel promittendi nõ vitiabit,vt eru- 14 ditè explicat Alciatus lib. 1.paradox.cap.3.& expressè probat I. C.in d.l.3.ibi, *cũ hoc actum inter eos sit vt duo rei constituantur neque vlla novatio fiat*,& tex.in l.reos.11.§.cum tabulis,ibi, *quia non fuerat adiectum &c.* D.hoc tit.

9 Neq; obstat secundum Argum. quoniã respondendũ est,q̃ licèt cõtinuus debeat esse actus interrogantis & promittentis.l.1.§.1.cum alijs. D.de verb.oblig.l.2.tit.11.p.5.duorũ tamẽ reorũ constitutionẽ nõ vitiat interuallum etiã magnũ, iuxta nostrũ tx.& d.l. 3. ibi: *si ex interuallo accipiatur*.D.h.tit.&.d.l.si ex duob. 12.in principio,eo.tit. vbi nõ aliàs interuallũ vitiat constitutionẽ duorũ reorũ quã si ad alia negotia discedãt stipulator & promissor: quorũ iuriũ argumento,eã sententiã defendit Alciat.in l. 1.§. 1.notab.3.D.de verb. idem lib.1. paradox.cap.3.

10 Sed falsa omnino est,nec noster tx.contrariũ probat ibi,*separatim*,quoniã eo verbo, non significatur tẽporis interuallũ,sed q̃ distinctè & diuisim à reis promittendi spõsum sit,quod si inter primi & secundi rei responsionẽ interuallũ adsit,illud dũ modicũ sit,nõ vitiabit, ex d.l.duos.§.1.d.l.si ex duobus,in principio,si a-

11 liquis extrancus actus nõ intercedat, quod hic rectè Mynsig.& Bald.aduertunt. † Rursus nõ obstat tx.in d.l.3.ibi: *si ex interuallo*,quoniã vt paulo ante diximus,ideò interuallũ ibidẽ inter primã & secundã reorũ responsionẽ nõ vitiabit quia id expressè actũ à cõtrahentibus fuit.

12 † Nec obstat tx.in d.l.si ex duobus,in principio,quoniã frequẽtiùs respõdent Doctores, q̃ licèt partes ad diuersa negotia nõ discedant solũ tẽporis interuallum vitiat duorum reorum constitutionem,neq; contrarium probat tex. ibi,*cum actor ad alia negotia discesserit*,quoniam dictio illa,*cum*, non sumitur causatiuè,sed similitudinariè,vt sit sensus,quod vbi magnũ interuallum datur inutilis est stipulatio , quemadmodum inutilis est quando partes ad alia negotia discedunt. Quæ tamẽ interpretatio expressam vim infert & verbis & menti I. C. ibidẽ. Dicendũ ergo est , vsq; adeò duorũ reorum cõstitutionẽ ex interuallo vitiari, vt licèt actor ad alia negotia cõuersus,eis peractis protinus respondeat,constitutio non valeat.

13 Non obstat tertiũ Argum.ex d.l.si id quod, quoniã tx.ille debet intelligi vbi id quod promittitur in singulis personis propriũ intelligitur,veluti si promittatur dos , aut vsusfructus, nam cũ dos nõ possit esse sine matrimonio,l. vltima.C.d̃ donat.ante nup. & mulier duobus nubere nõ possit,§.adfinitatis. sup.de nuptijs. dos in singulis personis ꝓpria esse debet; quod & in vsufructu cõsistit,nã cũ pars dominij sit, l.4.D.d̃ vsufructu,& dominiũ penes duos esse nõ possit.l.si vt certo.5.§.si duob⁹. D. cõmodat.vsusfructus in singulis personis propri⁹ intelligitur. † Nec obstat si obijcias vsumfructũ diuiduũ esse,licèt cæteræ seruitutes indiuiduæ sint,l.1.§.si vsusfructus.l.sed vsusfruct. 81. D. ad leg.Falc.l.5.D.de vsufructu. l.vsus pars. D. d̃ vsu & hab.nã respondeo vsumfructũ natura ipsa si accipiatur d̃ p se ꝓ iure incorporali vtẽdi & fruẽdi indiuiduũ esse,& ideo ꝓpriũ in singulis personis esse debere,quãuis vtilitate respectu fructuũ qui colligũtur diuidu⁹ dicatur,in

15 d.§.si vsusfruct⁹.† Quæ res diuiduæ,aut indiuiduæ iudicãtur secundũ naturã rerũ quæ in ipsis con-

sis continentur, veluti obligationes, & actiones, & iura incorporalia, nō æstimantur per se, sed secundum id quod præstant, & vtilitatem quam afferunt, & inde cum vtilitas cæterarum seruitutum in vsu consistat, & vsus indiuiduus sit, omnes seruitutes iudicantur indiuiduæ. l. stipulationes. 72. D. de verb. oblig. vtilitas verò vsusfructus etiam in fructibus consistit, quorum respectu diuiduus dicitur.

16 Non obstat quartum ex d. §. cum tabulis. cui latè respondet Bart. & post eum alij in l. 2. D. hoc titu. ex quo tandē illud constat non aliter duos reos vel stipulandi, vel promittendi constitui posse, quàm si id expressè & nominatim actum sit, & à contrahentibus adiectum, vel tacitè si adijciatur dictio. *in solidū*, vel verbū *eadē*, vel verbum *cuilibet*, aut *vtrique*, vel quid simile distributiuum, & quod insinuet animum cō stituendi duos reos debendi aut credendi, iuxta quæ planè intelliges tex. in l. 2. in l. 3. §. 1. in d. §. cum tabulis. D. hoc. tit. & tex. hic.

17 Sed tunc obstat tex. in authentico, de duobus reis, in princ. & §. 1. collatione 8. & in authentica. hoc ita. C. hoc titu. & l. 10. titu. 11. p. 5. vbi hoc ita demum esse admittendum probatum est, vt duo rei sint constituti, si specialiter id est actum nō aliàs, cuius text. argumento Accurs. in d. l. 2. & in l. eandem, glos. 1. D. eod. docet illarum legum, item & nostri tex. decisionē nouiori iure esse correctam.

18 Sed lōgè fallitur opinione, quia verius multo est, quod attinet ad duorum reorum constitutionem, nihil esse immutatū, sed veteres Iurisconsultorum & Imperatorum sententias esse obseruandas. Neque cōtrarium probat tex. in d. authentica, *l oc ita.* ibi, *si pactum fuerit specialiter vnumquemque teneri in solidum*, qui quo ad effectum exactionis solidæ accipiendus est, vt constat ex corpore vnde sumitur, & rectè interpretatur Bart. in d. l. 2. cum enim olim singuli debitores in solidum cōueniri possent, ex nostro tex. cum similibus, hodiè beneficio d. authent. & d. l. 10. tantum in partem conueniūtur, & condemnantur, nisi alter non fuerit soluendo, vel absens, nec commodè dissoluat, vel etiam nisi debitores huic legum beneficio renunciauerint, quod vtique rectè facere poterunt, glos. fi. in fi. in §. fin. inf. eod. & in d. authē tico. de duobus reis, verb. *cedere*, quam communiter sequuntur Doctores, in d. authētica, hoc ita. argumento. l. fin. C. de pact. l. quod fauore. C. de legibus, Ant. Gomez d. cap. 12. in 2. tom. num. 2. & nominatim probat, l. 70. vers. *como renuncian señaladamente aquella ley que fabla de los deudores.* tit. 18. p. 3. & inde eiusmodi renuntiationem vulgò hodiè apponunt Tabelliones in instrumentis, etsi in plurimum eam ignorent, sed quam maximam habeat vim ea renuntiatio ex prædictis liquet, & præter relatos obseruat Gutierrez, de iuramento confirma. 1. part. 19 cap. 23. † Quæ omnia an hodie extante l. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ recopil. sint admittenda, vide latè disputantem Gregorium in l. 8. verb. *cada vno dellos*, titu. 12. part. 5. & Matienço, & Azebedo in d. l. 1. cum Ioan. Gutierrez lib. 3. practic. quæst. q. 95.

§. *Ex huiusmodi.* 2.

1 *Stipulandi si plures rei sint, omnibus debetur in solidum, vno tamen accipiente extinguitur obligatio. & num. 6.*
2 *Acceptilatio species solutionis est.*
3 *Aditione hereditatis confunditur obligatio.*
4 *L. Vranius Antoninus. 72. D. de fideiusso. & n. 11.*
5 *L. cum duo. 19. D. de duobus reis.*
7 *L. si is qui duos. 30. D. de liberatione legata, & num. seque.*
8 *Iuri decrescendi in legato damnationis locus non est.*
12 *Aditio hereditatis pro solutione, quando habeatur.*
13 *L. fin. D. de duobus reis.*
14 *Pactum factum ab vno ex cōreis, nunquid alijs prosit, & num. 16.*
15 *Pactorum quædam in rem, quædam in personā,*
17 *L. si vnus. 28. §. pactus. D. de pactis, & l. fin. D. de pactis.*

1 VBi plures stipulandi rei sunt singulis in solidū debetur, & vno accipiēte omniū extinguitur obligatio: quemadmodū vbi plures promittendi rei sunt singuli insolidum tenentur, & vnius solutione cōrei omnes liberantur, idē probat tx. in l. 2. in l. 3. §. 1. in l. reos. 11. D. h. tit. in l. 1. & 2. C. eodem. idemq; est etsi
2 vni acceptum feratur, † quia acceptilatio speciem solutionis habet. l. & per iusiurandū. 13. §. fin. l. si ex pluribus. 16. D. de acceptilation. aut si vnus deferente creditore iurauerit. l. duobus reis. 28. §. ex duobus. D. de iureiurando, & bene facit tx. in l. ex duobus. 16. & in l. ex duob⁹. 18. D. hoc tit. in l. fin. C. eodem.

Sed grauiter obstat, aditione hereditatis obli
3 gationem confundi & debitorē liberari. l. debitore. 7. C. de pactis. l. vt debitū. 5. C. de hered. actionib. l. si debitori. 51. D. de fideius. l. si id quod. 22. D. de liberatione legata. l. Stichū. 95. §. aditio. D. de solutionibus. † Sed si reus stipulādi alterū ex cōreis debēdi heredem instituat aditione hereditatis cōfunditur eius obligatio, & tamē alter ex conreis non liberatur, tex. difficilis in l. Vranius Antoninus. 72. D. de fideius. ergo cōstat vnum ex cōreis liberari posse, quāuis alter obligatus remaneat, contra nostrum tex.

5 Secundò obstat tx. in l. cū duo. 19. D. hoc. ti. vbi si ex duobus reis debēdi alter capitis diminutione exēptus sit ab obligatione, alter non liberatur.

6 Quibus non obstantibus dicendum est, solutione vnius ex conreis debendi alterū quoque liberari; quia licèt duo obligati sint, vna tamē res solum debetur, d.l.3.§.fi.ibi, *vna etiã summa est*, vbi rectè explicat Acc. verbo. *cum vna*, cuius solutione tota perimitur obligatio: si enim solutio obligationis ab extraneo facta etiam ignorante & inuito debitore eum liberat. l. soluendo. 41. D. de neg. gestis, longè magis in ea quæ à conreo fit & obligationis socio admittendum id erit.

7 Ex quibus explicari debet tx. diff. l. si is qui duos. 30. D. de liber. legat. ibi, *delegari debebit is qui nihil capit ei cui hoc cõmodum lege competit*, in cuius tex. explicatione anxiè torquentur omnes inuestigantes: cur fiat huiusmodi dele-
8 gatio contra iuris principia, quibus † cauetur in legato dãnationis non esse locũ iuri accrescendi, vt docet Vlp. in fragmentis, tit. 24. vers. *optimum*, & probat tx. in l. si Titio & ei. 7. D. de leg. 2. l. si duobus. 16. l. plane. 34. §. si comũctim. l. huiusmodi. 86. §. si Titio & Mæuio. D. de lega. 1. quæ iura vltra vulgarem interpretum opinionem sic explicari debent. Nõ enim satisfaciunt qui existimant illa verba, *cui commodum lege competit*, non esse referenda ad alterũ conreũ, sed ad fiscũ cui hoc cõmodum lege cõpetit beneficio legis Papiç caduciariæ, qua legata caduca fisco vindicantur, l. vnica. §. pro secundo. & §. in nouissimo. C. de caduc. toll. quoniã id non admittitur, vbi quod relictum est, pro nõ scripto habetur, d.l. vnica. §. in primo. C. de cadu. toll. in his enim fiscus nullum ius habet, dict. §. in primo, l. si in metallum.
9 3. D. de ijs quæ pro non scrip. hab. † Dicendũ ergo est, in d.l. si is qui duos, incapacẽ alteri delegari, nõ quidẽ ex iure accrescendi, sed ex regula nostri tx. quæ habet quod cũ duo rei eandẽ pecuniã promittũt solutione & acceptilatione vnius tota soluitur obligatio, & vterque liberatur; & inde cũ duobus reis liberatio relicta sit, & alter ex his lucrũ ex testamento potest capere, liberato eo cõreus etiam, qui capere non potest per necessarias cõsequentias liberatur; vnde cũ conreus in partẽ debiti conreo teneatur si solutione, aut acceptilatione alterius liberatus fit. l. 2. C. hoc tit. ita si ex lucro
10 alteri relicto liberetur, in partẽ ei obligari cõuenit, ad quã partẽ exigendam fit huiusmodi delegatio. † Neque obstat quòd ex persona vni⁹ alter nõ aliter liberatur, quàm si socij sint, d.l. si is qui duos, vers. *Quod si socij*, & tamen Paulus in principio in ea specie loquitur in qua rei nõ sunt socij? Nã respõdeo quòd, licèt socij nõ sint, alter per alterũ liberatur, vt sup. iã diximus: neq; Paulus in d. vers. *quod si socij*, contrariũ probat, quoniam ibi nõ negat Paulus alterum per alterum liberari, licèt socij nõ sint, sed negat alterũ per alterum capere si nõ sint socij; si enim socij non sint, licèt vterque liberetur, ille tamen nihil capit quia potest alter ab eo exigere partem: at vero si socij sint, cũ inter eos lucrum & dãnum cõmune esse debeat, l. 1. D. p socio. soci⁹ liberabitur & capiet, quia inter socios nulla est actio. d.l. 1. cũ sequẽtibus & ideo socius ab eo nihil petere potest.

11 Neque nostro tx. obstant argum. in contrarium adducta: nõ primũ ex d.l. Vranius. omissa enim solutione existimantium, conreũ heredem scriptum, aditione hereditatis eximi de obligatione, sed non liberari: quia fieri nõ potest aliquem eximi de obligatione & non liberari, cum liberatio nihil aliud sit quam exẽptio ab obligatione, vt frequenter notarunt interpretes in rubrica de solutionibus. Dicendum est liberatione vnius ex conreis alterum etiam liberari, si liberatio ex solutione nascatur, vt plane probat noster tx. ibi. *& vel alter debitum accipiendo, vel alter soluendo omnium perimit obligationẽ, & omnes liberat.* & inde cum aditione hereditatis conreus non soluat, sed solum eximat personam suam, ab obligatione alter conreus non poterit liberari.

12 Nec obstat aditionem hereditatis vicẽ solutionis habere, dict. l. Stichum. §. aditio. ibi: *aliquando pro solutione cedit.* nã id generaliter verum non est, nec procedit, præterquam eo casu, quo id vtile esset heredi, & newini fit iniuria, vt constat ex tx. in d. §. aditio. iuxta veram eius interpretationem. Vnde cum in dict. l. Vranius. dãnosum esset heredi aditionẽ cedere pro solutione, ideo non intelligitur pecunia soluta, sed tãtũ persona exẽpta ab obligatione.

Eodem modo interpretari debet tx. in d.l.
13 fi. D. hoc tit. qui pro superioti interpretatione nõ male adduci potest, vbi si vnus ex conreis exẽptus sit ab oligatione alter nõ liberatur, cuius rei elegantem rationem I.C. reddit, quia multum interest, an res ipsa soluatur, vel persona liberetur manente obligatione: Constat igitur ita demũ liberari conreum si alter solutione liberatus sit, non si eximatur ab obligatione sine vlla solutione.

14 Illud autem pro nostri textus exornatione dubitari rectè potest, nunquid pactum factum ab vno ex conreis alteri prosit? in qua quæstione distinguendum est, pactorum enim quædam in rem sunt, quædam in personã: in rem sunt quæ generaliter persona non expressa fiunt: in personã quæ certã personã exprimunt, veluti ne à Titio petatur.

15 † Pacta igitur in rem omnibus prosunt quorum dissolui obligationem paciscentis interest. l. & heredi. 21. §. fin. D. de pact. in personam nec alteri prosunt neque nocent, l. idem in duob⁹. 25. D. illo tit. cũ alijs, & inde pacta in rem conreo prosunt, in personã non prosunt.

16 Cui quæstioni & illa proxima est, an si vnus ex conreis generaliter paciscatur de non petendo, & huiusmodi pactum conreo

correo prodesse cœperit, an si iterũ paciscatur de petendo auferat cõreo prioris pacti vtilitatem: & non auferri probari satis videtur, in l. fin. D. de pactis. & in l. si cum Hermes. 7. C. de locato, & in l. nouatione. 4. C. de fideiusso.

17 † Sed omnino contrarium probat I. C. in l. si vnus. 27. §. pactus ne peteret. ver. *Eadem*. D. de pactis. vbi docet huiusmodi pactum posterius de petendo fideiussori & correo quoque nocere, cui difficultati respõdet gloss. ibi. ideo fideiussorem teneri, quia secũdo pacto consensit, secus in d. l. fin. vbi non consensit. Sed licet hæc sententia in se vera sit, tamen non conuenit literæ illius §. nec magis est admittenda altera eiusdem Accur. existimantis interuenisse fideiussorem post posterius pactum de petendo: at in d. l. fin. interuenisse à princ. quam latè ibidem cõuincit Horoscius ex nu. 48. Quibus reiectis dicẽdum est, in d. §. pactus permixtim tractari de pacto rei & de pacto fideiussoris, quemadmodum & in l. fideiussoris. 23. & in l. idem in duobus. 25. illo titu. vnde postquam I. C. in d. §. cœpit in princ. agere de pacto rei, in versi. eadem, tractat de pacto fideiussoris, quod posteriori pacto ab eodem facto tollitur; opposita exceptione vel replicatione, quẽadmodum tollitur prius pactum rei principalis posteriori eiusdem pacto.

§. *Ex duobus. fin.*

1 *Duorei debendi alter pure, alter sub conditione constitui possunt.*
2 *Æqualitas obligationis in duobus reis quando seruanda. & nu. 3.*

1 COnstitui possunt duo rei debendi alter pure, alter sub conditione, l. ex duobus. 7. l. eamdem. 9. §. fin. D. hoc tit. dies autẽ siue conditio impedimento non erit quo minus ab eo qui pure obligatus est statim peti possit.

2 Sed obstare videtur æqualitatem omnimodam, paritatẽque inter duos reos esse debere, neque alias eos constitui posse, vt probari videtur in §. 1. ibi. *eosdem.* sup. eod. quod etiam expresse docet I. C. in d. l. eãdem. 9. §. sed si quis. suppositio pro eius inductione, quòd depositarius tantùm tenetur de dolo, & non de culpa, l. 1. §. si conueniat. D. depositi. l. contractus. D. de regul. iur. §. præterea. suprà quibus mod. re contrah. obligatio, quo suppositio, probat ille tex. in d. §. sed si quis, quod si ex duobus reis ex causa depositi, promittat alius dolum & culpam, non possunt duo rei debendi constitui propter disparitatem obligationis, ergo paritatione hic disparitas obligationis debuit vitiare, quæ resultat ex eo quod alter purè, alter sub conditione, vel in diem teneatur.

Cui difficultati omissis solutionibus Accur. vbique, qui multum laborat, dicendũ est, quod quando disparitas obligationis ad æqualitatẽ reduci non potest, vt in casu illius §. impeditur constitutio duorum reorũ: si verò subsit æqualitatis spes tunc non impeditur constitutio ex diuersitate obligationis, vt in exemplo nostri tex. obligatio enim in diem vel sub conditione, adueniente die, vel conditione fit pura, reduciturque ad paritatem, quia implementum conditionis retrotrahitur ad tempus contractus. l. potior. 11. §. videamus. D. qui potior. in pig. hab. Nec obstat tex. in l. si ex duobus. §. fi. D. hoc tit. vbi inter obligatum ciuiliter & naturaliter, & obligatum naturaliter fit constitutio duorum reorum: nam respondeo potius illum tex. probare Bart. doctrinam. ibi. *& quasi duos reos promittendi constitui*, quę dictio (quasi) improprietatem denotans, satis ostendit eos non proprie esse reos.

TITVLVS. XVIII.

De stipulatione seruorum.

IN RVBRICAM, ET

Principium tituli.

1 *Continuatio huius tituli ad superiores.*
2 *Seruus quod stipulatur domino suo acquirit.*
3 *Seruus quoad ea quæ iuris ciuilis sunt pro nihilo reputatur.*
4 *Seruus ex sua persona, an possit aliquando stipulari, & num. 8.*
5 *Seruus hereditarius stipulari potest. & nu. 9. & cui acquirat, num. 10. & 12.*
6 *Seruus est veluti quoddam domini instrumentum.*
7 *Seruus ex domini persona capacitatem habet.*
9 *Hereditas vicem defuncti habet.*
11 *L. Seruus. 16. l. si ex re. 28. l. seruus. 35. D. de stip. ser.*
12 *Hereditas iacens, vbi factum requiritur, domini vicem non sustinet.*

1 ALIAM stipulationis speciem annectit hic Iustin. quæ à seruo concipitur, cum enim de stipulationibus à liberis factis hactenus dixerit, quia etiam serui stipulari possunt, de his nunc agendum est: † & sanè constat quodcũq; seruus

2 stipulatur, id omne domino suo acquiri. Quod etiam probat I. C. in l. 1. & per totũ. D. eod. tex. in §. item vobis. sup. per quas person. tex. in §. 1. sup. de his qui sunt sui. cum alijs quibus consonat. l. 7. tit. 11. part. 5.

3 Sed obstare videtur, seruum non posse stipulari, quia stipulatio iuris ciuilis est.

§. de constituta. vers. *nam alioqui*. Inst. de actionibus. l. ex hoc iure. 5. iuncta glos. verb. *quibusdam*. D. de iust. & iure l. fin. D. de duob. reis. l. si debitori. 47. D. de fideiussoribus. Quod vero attinet ad ius ciuile seruus pro nihilo reputatur, neque in eius persona aliqua cõsistit obligatio, l. in personam. 22. l. quod attinet. 32. D. de reg. iur. ergo seruus stipulari non poterit.

4 Secundo contra nostrum text. ibi, *ex persona domini*, obstat. quoniam videtur quod attinet ad ius stipulandi, seruum ex persona sua, non domini, stipulari, quum neq; mutus, neq; surdus, neque infans stipulari per se possint, l. 1. in principio. D. de verb. obligationibus, & tamen constat eorum seruos rectè posse stipulari, ex d. l. 1. ergo non à dominis, sed à se ipsis capacitatem, & ius stipulandi habent, quod similiter probat tx. in. l. Antistitius Labeo. 62. §. fin. D. de acquir. hereditate. vbi furiosus per se ipsum acquirere hereditatis commodum nõ potest. & tamen per seruum potest.

5 Tertiò contra nostrum tx. ibi. *Ideoque quod seruus hæreditarius, &c.* obstat, nam potius videbatur hereditarium seruum, cuius dominus mortuus est, stipulari non posse, cum eo mortuo nemo sit in rerum natura ex cuius persona capacitatem habeat, & cui possit stipulari.

6 His tamen non obstantibus dicendũ est seruum stipulari rectè posse, ac omne quod stipulatur domino suo acquirere, est enim seruus quoddam velut domini instrumentum, auctore Aristotele, lib. 1. Politicorum cap. 3. l. Quæ situm. 12. §. Alphenus. vers. *constat*. D. de fund. instruct. & instrum. legat. & quamuis ex se ipso ea quæ iuris ciuilis sunt acquirere nõ possit, ex d. l. quod attinet. d. l. in personam. &. l. seruitutem. 209. D. de reg. iur. quia nullũ caput habet, §. minima. vers. *seruus*. sup. de cap. diminutione, neque ciuilem personam l. vsusfructꝰ. 26. D. hoc tit. l. hereditas. 61. §. 1. D. de acquir. rerum dominio.

7 Ex domini tamen persona designationem, & capacitatem recepit, ex nostro tx. l. si mihi & tibi. 12. §. regula. D. de leg. 1. cum alijs. eiusque caput sequitur. §. omnis. inf. de noxalibus action. cuiusque ratione & is debere & ei deberi potest, l. nec seruus. 42. D. de pecul. (qui omnino adde Conna. lib. 2. cap. tertio, nu. 4.) ideoque & stipulari, nam vt stipulationes quo sibi quisque stipuletur inuentæ sunt. l. stipulatio. 38. §. alteri. D. de verborum obligation. §. alteri. Inst. de inutilibus. vbi latius dicemus, seruus qui domino acquirit sibi videtur acquirere, nec alia est serui quam domini persona, quandiu seruitus durat. l. si Pamphilo. 10. D. de opt. leg. & facit textus in §. ei verò qui. infrà de inutilibus. Ex quibus primum Argumentum dissoluitur.

8 Neque obstat secundum, nam vt seruus possit stipulari satis est dominum ius stipulandi habere, etiam si fortè re ipsa impediatur stipulari, hoc est facto aliquo, non etiam iure, veluti per ætatem, morbum aut furorem. iux. iura sic intelligenda in dict. l. prima D. de verborum obligat. l. 2. D. rem pup. salu. for. dict. l. Antistitius. §. fin. cum infinitis similibus.

9 Neque obstat tertium: quoniam vt Iustinianus hic ait, receptum est, vt hereditas in pluribus defuncti vicem sustineat. dict. l. hereditas. 61. D. de acqui. rerum dom. l. mortuo. 23.

10 D. de fideiuss. l. cum hereditas. 9. C. depositi. † & inde quod seruus hereditarius hereditate iacente stipulatur hereditati acquirit, ac proinde heredi futuro acquiritur. l. seruus. 35. D. eodem. quod tamen sic est intelligendum si indefinitè & generaliter ipsi hereditati, & futuro heredi stipuletur, non si nominatim, certo alicui heredi, veluti Titio, quia cum is stipulationis tempore dominus eius non sit, extraneo videtur stipulari, quod iure non est permissũ.

11 dict. §. alteri. † iuxta quæ intelligere omnino debes tex. in. l. seruus. 16. in l. si ex re. 28. & in dict. l. seruus. 35. cum alijs ibi. D. hoc titul. ad quæ etiam pertinet quod ait Paulus I. C. in l. interdum. 73. D. de verbo. obligationibus. si seruus hereditarius stipulatus sit, nullam vim habitura stipulatio est, nisi hereditas adita sit, quasi conditionẽ hãc tacitè subiectam habeat.

Sunt tamen casus in quibus seruus hereditarius inutiliter stipulatur, videlicet vbi certa

12 persona requiritur cui acquiratur, vt in vsufructu. l. vsusfructus. 26. D. hoc tit. dict. l. hereditas. 61. §. 1. de acq. rerum dominio. quem nec sibi potest seruus acquirere, nec domino mortuo, nec futuro heredi, qui incertus est, est enim seruitus personalis, ideo si non sit persona cui acquiratur & debeatur non subsistit. † Inde recte Iustin. hic hereditatem vicem perso-

13 næ defuncti in plerisque locum habere dixit, quia non in omnibus, vbi videlicet factum personæ requiritur, vt si iussu alicuius adeunda sit hereditas, non poterit hereditas iacens domini loco iubere, nec ipsi hereditati furtum fit, quia non est persona qua inuita res auferatur. l. hereditariæ. 70. D. de furtis.

§. *Siue autem. 1. & §. Sed cum factum. 2.*

1 *Seruus cum stipulatur nihil interest an sibi, an conseruo, an domino stipuletur, semper enim domino quærit.*

2 *Seruus qui factum stipulatur domino non acquirit. & num. 5.*

3 *L. si seruus meus. 38. D. hoc tit. l. seruus patroni. 10. D. de operis libert. & num. 6.*

5 *Facta personis cohærent.*

Cum

CVm seruus stipulatur nihil inter est, an domino, an sibi, an conseruo suo stipule
1 tur, semper enim domino acquiritur: quod & in liberis qui sunt in potestate admissum est, idem in l. 1. in l. siue mihi. 15. cum alijs. D. eodem, & in l. quodcunque. 45. D. de verb. obligatio. l. si filius 5. D. rem pup. salu. for. & dicemus latius in §. si quis alij, inf. de inutilibus.

Sed obstat tex. in §. sed cũ factũ, infra hoc ti.
2 l. stipulatio ista. §. hi qui. D. de verb. oblig. in quibus & multis alijs iuris locis ostẽditur seruũ factum stipulantem domino non acquirere.

Secundo obstat tex. in l. si seruus meus. 38.
3 D. hoc tit. & in l. seruus patroni. 10. D. de ope. libert. vbi si seruus à liberto domini operas sibi dari stipuletur, inutilis est stipulatio, neque illas domino acquirit.

Sed his non obstantibus nostri tex. ratio in
4 obscuro non est, cum constet omne id quod seruus vel filius acquirit domino aut patri acquiri, paucis casibus exceptis, de quibus in. §. igitur liber. & in §. item vobis, suprà per quas pers. vbi diximus, & inde quocumq; modo stipulatio concepta sit, vtilitas domino acquiretur, etiam si nec sibi, nec domino suo, nec conseruo, sed impersonaliter stipuletur, vt hic Iustin. aduertit, quia intelligatur quis sibi stipulari. d. l. stipulatio ista. 38. §. sicut. & §. si quis ita. D. de verb. oblig. nec aliter intelligi potest impersonalis promissio, quando nec temerè soleamus in stipulationibus accersere extrinsecus alitnã personam. l. si ita stipulatus. 126. §. Chrisogonus. D. de verb. obligat. & latius dicemus in. §. alteri. inf. de inut. & facit tex. in l. si seruus. 111. §. qui margaritam. D. de leg. 1. l. acceptis. 92. in fi. D. ad leg. Falcid.

Neque obstat tex. in d. §. sed cum factum. in
5 fra eo. quoniam ideo seruus factum in stipulatum deducens non domino, sed sibi soli acquirit, quia cum ea quę facti sunt naturaliter intelligantur, l. nec seruus 42. D. de peculio, explicat Cõna. d. lib. 2. cap. 3. n. 4. atque idcircò per sõnæ cõhæreant. l. si statu libera. 6. §. fi. versic. *Hæ enim.* D. de statu liberis, & facit. l. vnica. §. ne autem, ver. *si vero talis.* C. de Caducis toll. & l. 12. ver. *fueras inde.* tit. 11. p. 5. ideo ad dominum non transeunt, atque idcireo neque qui domino dare iussus est seruo dando liberatur, neque qui seruo dare iussus est dando domino rectè soluit. l. qui hered. 44. D. de cond. & dem. & in de rectè tã Iust. hic quam Paulus in d. §. hi qui docent seruos ea quæ facti sunt stipulãtes sibi nõ domino acquirere ob eamq; causam stipulãtes ea facta quæ iuris sunt, ideſt quibus ius cõtinetur nihil agere quia ius illis acquiri nõ possit. † Vnde etiã intelliges tex. in d. l. si seruus
6 38. & in d. l. seruus patroni. ideo enim stipulatio operarũ à seruo facta inutilis est, quia ius etiã in eis continetur, neq; nisi patrono debere possũt, vt cõstat ex toto t. D. de op. libertorũ.

§. *Seruus communis. 3. & §. quod seruus. 4. & fin.*

1 *Seruus communis quod stipulatur vnicuique dominorum pro dominica portione acquirit.*

2 *Seruus communis qui vnius domini iussu stipulatur ei soli adquirit, idem si nominatim ei stipuletur.*

3 *Seruus communis pro virili portione dominis acquirit si dominorum adiectis nominibus stipuletur.*

4 *Seruus communis si quod stipulatur alicui ex dominis acquiri non potest, alijs accrescit.*

QVod seruus cõmunis stipulatur vni-
1 cuique dominorum pro parte domi nica acquiritur, l. seruus 5. l. proinde. 7. l. si communis. 37. cum alijs ibidem. D. hoc tit. l. communis seruus. 45. ver. *sed si aliunde.* D. de acquir. rerum dominio. sic enim seruus communis omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro partibus vtiq; indiuisis, vt intelle-
2 ctu magis partes habeãt quàm corpore; † sed id non semper verum est, nam si vnius iussu stipuletur ei soli acquirit, item si nominatim vni dominorum, quod Iust. hic probat, & tex. in l.
3 5. † Estq; & alia exceptio si dominorum nominibus adiectis stipuletur, quia tunc non pro dominica portione, sed potius pro virili acquirit eis, d. l. si cõmunis seruus. 37. in principio.
4 † Præterea si illa res vni ex dominis acquiri non potest in solidum alteri acquiritur. l. 1. §. communis seruus. D. h. tit. proinde si communis seruus meus & tuus, viam, vel iter, vel actũ stipuletur, sine adiectione nominis nostri, cum ego solus vicinum fundum habeam soli mihi eum acquirit. l. proinde. 7. §. interdum. l. si communis. 17. D. hoc tit. & notat hic Iustin. alias huius nostri tx. limitationes scripsit Francisc. Duarenus ad tit. de stipulatione seruorum. §. de seruo communi. & nouiores hîc.

TITVLVS XIX.

De diuisione stipulationum.

1 *Stipulationum aliæ iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes. ex Iustiniano.*

2 *L. 1. D. de prætorijs stipulationibus. & numeris sequentibus.*

3 *Stipulationum noua diuisio.*

4 *Prætoris officium diuersum à iudicis officio. & quale vtrumque sit.*

5 *Stipulationes Prætoriæ quæ.*

6 *Stipulationes Iudiciales quæ.*

7 *Stipulationes communes quæ.*

1 STIPVLATIONVM alias iudiciales esse, alias prætorias, alias conuentionales, & alias communes docet Iusti. hic ex I.C. Pomponio in l. stipulationum. 5. in princ. D. de verb. obli. vbi latè & eleganter explicarunt omnes, maximè Duare. & Cuiac. & post ord. hic. P. Greg. 3. p. lib. 24. cap. 1. nu. 5.

2 Quam diuisionem, vt præter alios explicem obijcio tex. in l. 1. D. de Prætorijs stipulationibus, vbi in principio. Prætoria stipulatio non vt species vt in nostro tex. describitur, sed vt genus, quod in d. l. 5. ver. *quam iudiciales*, & hic verb. *Prætoriæ*. & verb. *veniunt*, animaduertit Accurs.

3 Sed ego, aliorum omissis opinionibus, hanc rem sic explico, vt stipulationum diuisio bipartita tantum sit, nimirum vt alias dicamus esse conuentionales, alias iudiciales: harum autem alias prætorias, alias iudiciales, nonnullas etiã communes, quia verò quæ sint cõuentionales stipulationes satis iam constat, & hic Iusti. docet versi. *conuentionales*, alias explicemus. Sed prius sciendum est, longè diuersam esse Prætoris, & Iudicis potestatem. † Prætoris enim officium, non in iudicandis rebus versabatur, præterquam in certis causis extra ordinem, sed in iudicijs, ac bonorum possessionibus dandis, in decernendis cautionibus, quæ Prætoriæ hic dicuntur & alijs id genus negotijs, l. 1. l. iubere cauere. 4. D. de iurisd. om. iud. Iudicis verò officium in cognoscendo consistit ac iudicando secundum eius formulæ præscriptum quã à magistratu accepit, nec ideo iurisdictione habet, sed tantum notionem, vt argumẽtis bene multis docet Duarenus in l. iurrigentium. 7. §. & ideo ver. *Actionem*. D. de pact. & lib. 1. disput. cap. 51. Coras. lib. 3. miscell. cap. 18. & alij quorum meminit Præceptor noster egregius Doctor Gabriel Henriquez in l. à Diuo Pio. nu. 20. D. de re iud. † Stipulationes igitur, siue cautiones dicuntur Prætoriæ, quas Prætor ex officio illo suo decernit, vt damni infecti, & legatorum nomine. Titu. D. de dãno infecto. & Tit. vt leg. nomine cau. His similes sunt AEdilitiæ, quæ ab AEdilibus videlicet ex ipsorum officio decernuntur, circa eas res de quibus iurisdictionem habent. l. si venditor. 28. l. itaque 32. D. de AEdil. edict. & per totum illum titu. & à iurisdictione dicuntur venire quia non solum Prætores Romæ, sed etiam AEdiles Curules iurisdictionem habebant. §. Prætorum quoque edicta, vbi diximus, & explicant nouiores sup. de iure naturali.

5 Iudiciales sunt quæ iussu iudicis de lite cognoscentis, & rei ipsius gratia, quæ in iudicium deducta est, interponuntur, veluti de dolo cautio in actione in rem, vel metus causa. l. si post acceptum. 18. l. præterea. 20. l. si homo. 46. D. de rei vend. l. metum. la 3. §. Item Iulianus. & §. ex hoc. l. si cũ exceptione. 14. §. quatenus. D. de eo ꝙ met. caus. l. readhibere. 21. D. de ædil. edict. sunt & multæ aliæ quæ interponuntur officio iudicis, vt in d. l. 5. notat Cuiac.

7 Communes sunt quæ iubente Prætore, vel AEdili, & interdum officio iudicis interponũtua, vt rem pupilli saluam fore, quæ prætoria dicitur. in l. 2. D. rem pup. salu. fore, vbi apertè apud eum interponitur. §. 3. sup. de Attil. tut. & interdum officio iudicis, iuxta nostrum tex. ad fi. quod eleganter hic Hotom. enunciatione. 7. explicuit: item stipulatio rem ratam habere, & plures aliæ quas Cuiacius in d. l. 5. pag. 2. retulit, & explicat, & alij iam in initio huius tx. relati, quos præter ordinarios hic videbitis.

TITVLVS XX.

De inutilibus stipulationibus.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*

1 QVIA non semper stipulationes valent, sed contingere aliquando solet eas non cõsistere vel ratione rei quæ in eas deducitur, vel ex facto, aut ex persona stipulantis & promittentis, vel in quã obligatio confertur, itemque ex stipulationis forma, commode nunc Iustin. post superiores tractatus eius rei sermonem instituit, namque siquis inutiles agnoscat stipulationes, quæ vtiles sint intelligere necessarium erit, argumen. tex. in princ. sup. de his qui sunt sui. & eorum quæ latè scripsit Euerardus in Topicis legalibus. cap. 19. à contrarijs.

Principium tituli.

1 *Stipulari possunt omnes res quæ dominio nostro subijci possunt.*

2 *Homo mortuus, aut hippocentaurus inutiliter stipulantur.*

3 *L. Inter stipulantem. 83. §. Stichum. D. de verbor. oblig.*

4 *Hippocentauri confingendi occasio.*

1 OMnis res quæ in dominio nostro esse potest in stipulationem rectè deducitur, vnde rectè Iustin. infert inutilem esse stipulationem eius rei quæ in rerum natura

2 nec est, † vt homo mortuus, neque esse potest, vt hippocentaurus. Vtriusque conclusionis partem rectè probabis ex l. 1. §. si id quod. D. de oblig. & actio. l. si stipuler. 35. l. si homo. 69. l. si ita stipulatus. 97. D. de ver. obl. cũ alijs, quibus consonat l. 20. & l. 21. tit. 11. part. 5. explicant

plicant Conan.lib.6.cap.4.nu.6.P.Gregorius 3.p.Syntag.c.1.n.15.sub.tit.24.

3 Sed obstat tx. in l. inter stipulantem. 83. §. Stichum.D.de verb.obl. in princ.vbi constat, Stichũ qui decessit stipulari rectè vtiliterque posse. Sed facilis est explicatio, id enim quod dicitur stipulationem hominis mortui inutilem esse quia dari non potest, sic exaudiri debet, nisi homo mortuus ita debeatur stipulatori, vt eum condicere, ac petere posset; idque contingit cum quis stipulatur à fure, aut ab eo qui moram fecit, neuter enim Sticho mortuo liberatur.l.si ex legati causa.23. D. de verb. l. 18.l. 19.tit. 11.parti.5. l.in re furtiua.8. D. de condi.furtiu.l.merito. 19.D.de vi & vi arm.ex plicant latè Doctores in d.l.si ex legati.& in l. nemo rem suam.§.fin.in l.scire debemus.§.si à fure.D.de ver.in l.quod te mihi.maximè Bar. num.11.Iaso.num.28.D.si cert.Ioa.Robertus lib.1.sent.cap.23.Conan.d.num.6.Cum enim fur,& morator debitor re perempta teneantur d.l.si ex legati cum similibus.merito ab eis potest stipulari res,quæ & condici potest, quæ stipulatio ad interesse committitur. l.seruum. 91.§.fin.D.de verb.& inde intelliges tex.in l. eum qui.30.§.1.D.de iure iurando. & in l.promissor.21.D.de const.pecu.in l.si mihi. 93. D. de solut.coniun.l.inter omnes.47.D.de furtis.

In text.ibi: *Hippocentaurum.*

4 Quæ fuerit huius monstri confingendi occasio Baldui.satis hic explicat,nu.3. quod etsi aliquando visum fuisse constet apud D. Hieronym.in vita Pauli.Plin.lib.7.cap.3.illud tamẽ irridet Lucretius lib.5.Galenus.li.3. de vsurp. Tullius lib.2.de nat.Deorum.& lib.1. Tusculan.Sed vt aliquando esse potuerit hippocentaurus,nemo tamen crediderit adhuc eiusmodi monstrum posse reperiri, ideoque non potest non esse inutilis eiusmodi stipulatio aut promissio.

§. *Idem iuris.* 1.

1 *Stipulatio rei sacræ,religiosæ,vsibus publicis destinatæ, hominis liberi,aut rei propriæ inutilis est:nec conualescit quamuis res profana,aut priuata,aut homo seruus,aut res propria aliena efficiatur,&.num.6.*

2 *Venditio loci sacri,siue religiosi,item & hominis liberi valet,& num.9.& differentia inter stipulationem & venditionem.*

3 *L.multum interest.34.D.de verb. oblig.& numero.15.*

4 *Emptio rei sacræ & religiosæ valet accessorie, & nu.16.*

5 *Stipulatio rei propriæ,item & eius emptio valet in quibusdam casibus,& n.17.*

7 *Stipulatio inuenta vt vnusquisque acquirat id quod sua interest, & in eam deducit.*

8 *Stipulationis validitas ex præsenti tempore considerator.*

9 *L.& liberi.4.l.sed Celsus.6.l.liberi.70.D. de cõtrahen emptione.*

10 *Communis differentia inter stipulationem, & venditionem rei sacræ & liberi hominis.*

11 *L.si ita distrahatur.25.D.de contrah. empt.& eius lectio animadversa.*

12 *Communis differentia reiecta.*

13 *venditio liberi hominis valet in id quod interest,non tamen stipulatio:& quæ sit differentiæ ratio.*

14 *Stipulatio rei sacræ, & liberi hominis ex causa onerosa in id quod interest valet.*

16 *L.in modicis.24. D.de contrab.empt.*

18 *Res quæ in commercio erat, si extra commercium sine promissoris culpa efficiatur,extinguũtur oblig.nec conualescit eo quod rursus ad cõmercium redeat.*

19 *L.si chorus.77.§.fi.D.de leg.3.& nu.23.*

20 *L.verbis legati.5.D.ad leg.Falcid.& n.51.§. si quis debitori.Inst.de legatis.& nu.51.*

21 *Dispositio quæ deuenit ad casum à quo incipere non potuit vitiatur,& num.52.*

22 *Actio semel extincta non reuiuiscit.*

23 *Communis interpretatio.l.si chorus.§.fi.*

24 *Impugnatio communis opinionis.*

25 *Iasonis interpretatio.*

26 *Reprehenditur Iaso.*

27 *Accursij opinio alia relata & reiecta.*

28 *Cumani interpretatio existimantis antinomiã contrahi inter dict.l. si chorus.§.final. & l. inter stipulantem . §. sacram. D. de verbor.oblig.*

26 *Celsi I. C.sententia in d.§.fin . an vero Iulij Pauli in d.§.sacram.verior sit,disputatur, & num.sequen.*

30 *Liberamur iisdem modis quibus obligamur.*

39 *Area legata, aut promissa, si quid postea in ea ædificatũ sit, an obligatio extinguatur:& iterũ facta area reuiuiscat:late discutitur; & antinomia d.l,si chorus.§. Area.& l.qui res.58.§. aream.D.de solutio.explicata.*

41 *Communis relata,& reiecta.*

42 *Vera interpretatio & conciliatio.*

43 *Interpretatio.d.§.Area.*

44 *L.qui vsum fructum.43.l.si in area.78. D.de vsu fruct.l.repeti.5.§.si Areæ.D. quib.modis, vsusf.amittatur.*

45 *Causa eadem & obligandi, & liberandi,& numero seq.*

52 *Casus superueniens quando vitiet dispositionem.*

1 INutilis est stipulatio rei sacræ, religiosæ, vel vsibus publicis destinatæ, liberi hominis, aut propriæ rei,nec conualescit quamuis res profana, aut priuata, aut homo seruus, vel propria aliena efficiatur. Idem in l.nemo

82.l. inter.83.§.sacram.l.liber homo . 103. D. de verb.cum alijs relatis à glos.verb . *ex libero.* in d.§.sacram,quibus consonat.l.22.tit.11. par. 5.præter ordinarios explicat Bart.in l.si filius. D.de solut.Bald.in l. ex libera.C.de suis & legit.Abb . in cap.cum ex officij . de præscript. Albornoz de arte cõtractuum.titu. 4. Cõnan. d.cap.4.nu.3.Pet.Greg.d.titu.1.nu.15.

2 Sed obstat tex.in l.& liberi.4.l. sed Celsus. 6.l.liberi.7. D.de contrah.empt. §. fin . inf. de emptione & venditi.in quibus & loci sacri,siue religiosi,item liberi hominis vẽditio valet, & per consequens stipulatio valere debet ,l.si in emptione.34.§.omnium.D. de contrah.emptione,iuncto tex.in princ.sup. hoc titu.

3 Secundò obstat tex. in l. multum interest. 34.D.de verb.vbi promitti potest res, cuius commercium quis non habet.

4 Tertiò obstat tex.in l.in modicis. 24. D. de contrah.empt.vbi etiam rei sacræ siue religiosæ emptionem valere constitutum est.

5 Quartò obstat tex.in l.si in emptione . 34. §.rei suæ.D.de contrah.emptione,vbi propriẽ rei emptio consistit:item obstat l. si rem meã. 31.l.existimo.98.D.de verb,in quibus rei suæ stipulatio valet.

6 Sed his non obstantibus Iustinianum defende,cuius decisionis ratio ea est , quoniam illæ res possunt in contractum deduci quarum dominium nobis acquiri potest,vt in stipulatione docet tex.in princ.sup.eod. & in emptione tex.in d.§.omnium,sed hæ res de quibus hîc, non possunt esse in dominio nostro. l. in rem. 24.§.loca sacra.D.de rei vend.§. nullius . cum sequentibus.sup. de rerum diuisio.

7 † Ergo non poterunt in stipulationem deduci, quæ ad hoc inuenta est , vt vnusquisque acquirat id quod in stipulationem deducit.l.stipulatio.38.§.alteri. D.de verbo. §. alteri. infrà hoc titulo.

8 † Neque ad rem pertinet quod impedimentum cesset?nam ad hoc vt firma sit vel inutilis stipulatio tempus contractus inspicitur. l. insulam.124.D.de verb.l.vsusfructus. 26. in fin. D.de stip.seruorum.

9 Nec obstat text.in d.l.& liberi. cum similibus,quoniam respondendum est,diuersum esse in contractu emptionis:rationem autem diuersitatis ex eo deduci quod in emptione agitur ad tradendum.l.ex empto.11.D.de action.empti . & ideo liber homo potest vendi,quia & tradi potest,l.iusto.44.D.de vsucap.sed in stipulationem deduci non potest,in qua agitur de dominio transferendo.l.vbi autem non apparet.75.§.fin.D.de verb.iuncto.§. sic itaque discretis.inf.de actionib.planè dominium liberi hominis,aut rei sacræ transferri non potest. argumen.l.traditio.20 . D . de acquirendo rerum dominio.

10 † Quam solutionem scripsit Accurs. hic vor bo.*sacram*.& in d.l.liberi hominis verbo *existimauerunt*. Sequitur Christophorus in §. conuentionales . supra de diuis. stipulationum † pro qua sententia induci potest non male tex. in l.si ita distrahatur.25. versi. *qui vendidit*. D. de contrahenda emptione secundum communem litteram , quam defendit Robertus lib. 1. receptę lect.cap.23.licet eam immutet Rœuardus lib.4. variorum cap. 19.

11 Verũ hæc doctrina licèt in se vera sit, quod tamen attinet ad nostrum tex.& d.l.liberi hominis.non potest defendi, quia in stipulatione rem tradi,non agitur de dominio transferẽdo, l.si rem tradi.28.D.de verborum. & ramẽ hæc stipulatio non cadit in homine libero , ex nostro text. & similibus, neque obligat promittentem quia non cadit in homine libero, cuius contrarium dicendum esset,secũdum supra traditam resolutionem,quam communiter impro bari testantur Bart.vterque Imola , Iaso num. 1.in dict.l. liber homo D. de verbo.

12 Dicendum ergo est venditionem liberi hominis æquè ac stipulationem non valere,quantum adhoc vt liber homo debeatur , valere tamen venditionem quantum ad hoc vt ad interesse venditor teneatur , si emptori ignoranti hominis conditionem eum vendidit , quo modo intelligenda est distinctio quam facit I. C. in d.l.liberi hominis.Cæterum promissio liberi hominis neque ad interesse obligat promittentem , estque ratio differentiæ,quia in contractu emptionis quacunque ratione contractus vel venditio non cõsistat , emptor qui ignorans emit euictionis nomine agit ad interesse,l.1.& per totum D.de euictionibus,quod in stipulatione locum nõ habet, cum nihil amittat stipulator,& ideo ad interesse non possit agere. † Quo fit, vt si ex causa onerosa inter 13 posita sit stipulatio liberi hominis, vel ex dolo promissoris , valebit quo ad hoc vt ad interesse agere possit stipulator , quia tunc eadem est ratio stipulationis & venditionis,ex sentẽtia Bart. in d.l.liber homo . pro qua in primo membro facit,quod stipulatio sortitur naturã contractus onerosi cui adhæret.l.si stipulatus. 4.D.de vsuris.l.1.§. si sub conditione. D.vt le. seu fidei commiss.in 2.membro facit.l. Aristo. 18.§.fin.D.de donat. cuius decisio tunc aptari poterit huic resolutioni , cum donatarius vel stipulator in re donata expensas fecerit , quo casu loquitur ille text.

15 Non obstat deinde tex.in dict.l.multum interest,quoniam respondendum est , eum text. procedere in re , quæ licèt non esset in commercio promissoris,erat tamẽ in stipulatoris, cui ad interesse tenetur promissor, quam interpretationem ad eum tex.communem esse agnoscit Romanus in l.2.§.1.n.12. D. si certũ petatur.pro qua facit l.mortuo.50. §. Labeo. D. de leg.2.& probat l.22.ad fin.tit.11.part.5.

16 Non

16 Non obstat tertium ex dict.l.in modicis, nam quod dicitur rem sacram, vel religiosam vendi non posse procedit quoties principaliter distrahitur: secus si accessorie & cum vniuersitate vendatur, quo casu in emptorem recte transibit ex regula l.quædam sunt. 62. D. de acquirendo rerum dom. & probat expresse text. in dict. l. in modicis.& in l. si mercedem 55.§. si eum fundum.D.de action. empti. capit.ex litteris 7. cap. cum sæculum 13. de iu re patronatus. explicant latè Hippolytus in l. 1. ex numer. 10. D.de officio eius. Lambertinus de iure patronatus libr.1.2. part.quæst. 5.artic.15.num.2.Couarru.lib.2. variarum ca. 18.num. 8. Molina libro primo de Hisp. primogenijs c.24.ex nu.18.

17 Nec obstat vltimum ex d.§. rei suæ.& d. l. si rem meã.nã cũ constet in id esse stipulationes inuentas vt vnusquisque quod sua interest acquirat, propria autem res amplius acquiri non possit,consequens est non posse stipulari nisi ratione possessionis,quo casu eam tradi recte stipulabimur,l.si rem tradi 28. D. verbor. & rectè emimus.d.§. rei suę.vel nisi expresse actum sit vt in eũ casum quo aliena fit, nobis debeatur.d.l.si rem meam.d.l.existimo l.cæterã 43.§.tractari.D.de leg.1.

Versiculus: *item contra.*

18 Colligitur ex hoc tex. si res quæ in cõmercio erat extra commercium efficiat sine culpa promissoris liberatur promissor, nec conualescit obligatio quamuis rursus ad commercium redeat. idem in d.l. inter stipulantem. 83.§.sacram.D. de verbor.l.qui res. 95.§.areã. D. de solution.explicant relati supra in initio huius §.facit l.cum seruus 15.& l.si seruus 27.D. de adim.legat.

19 Sed grauiter obstat difficilis text.in l.si chorus 77.§.fi.D.de leg.3.vbi in eadẽ specie cõualescere legatum docet Celsus.

20 Secundo & grauius obstat tex. in l. verbis leg.5.versi.*nec si vino*.D.ad leg. Falc. & in §. si quis debitori.versicul. *quod si vino*, supra de leg.vbi legatũ quod constitit ab initio,etsi res deueniat ad casum à quo incipere non potuit,nihilominus vtile est.

21 Sed his non obstantibus sententia nostri textus vera est, cuius in prima parte illa est ratio,quia si dispositio perueniat ad casum à quo incipere non potuit, vitiatur.leg.existimo.98. leg. pluribus.140. §. etsi placeat. D. de verborum. cum alijs, quamuis in multis deficiat hæc regula, vt præter ordinarios explicat Molineus in labirintho sexdecim legum numer. 155. Cuiacius Tractatu sexto ad Africanum. Probat igitur is textus quod quæ tollunt obligationem contractam multo magis impediunt contrahendam, & sanè meritò, quia facilius iura nostra conseruamus quàm de nouo acquirimus, regula leg. patre furioso 8. D. de his qui sunt sui. cap. quemadmodum 25. de iureiurando.cap. cum apud. 23.de sponsalib.

22 † Posterioris verò conclusionis pars quæ probatur in hoc versiculo. iuncto versiculo. *nec impendenti*. supra, illam habet rationem, quoniam actio semel extincta amplius non reuiuiscit.dict.§.sacram.dict.§. aream.l.qui liberatus 12. D.de adopt. l.fin.C.de remissione pignoris.

23 † Nec obstat textus in dict. leg. si chorus §. fin. Cui difficultati respondet Accursius ibidem verbo, *petipotest*, sustineri in eo textu legatum, non propter primam voluntatem, sed propter secundam, quam legatarius tenetur probare iuxta formam leg. cum seruus. 15 D. de adimend. legatis. quam solutionem admisit Bartol. in dict. §. sacram.numero quarto, Alexand.& Albericus numero vndecimo, resoluit communem Ias. numero vndecimo, idem Albericus in dict. §. aream inprincipio, & in leg.qui vsumfructum,numero primo,D. de vsufructu.

24 † Quæ tamen interpretatio merito displicuit Cumano ibi, qui monetur ea ratione,quoniam cum extinctum sit legatum per libertatem serui, tacita voluntas non sufficit ad confirmandum legatum serui iam extinctum,quia necessaria est expressa & solemnis. leg. heredes palam 21.§. primo D. de testam. Verum hæc Cumani improbatio non omnino conuincit,cum contra eam sit tex.in d.l. cum seruus. Neq; tex.in d.l.heredes palam.§.1. ad rẽ pertinet,quia procedit in mutatione solemnis testamenti,quæ fieri nõ potest nisi voluntate çquè solemni; Vnde cõmodius impugnatur hæc solutio,ex eo quod in d.§.fi .non constat de tacita voluntate,imo & sine ea probatur conualescere legatum quia æquiparat Iurisc.legatũ serui legato areæ, sed hoc conualescit sine noua voluntate (vt statim insinuabimus) ergo idẽ dicendum est, voluisse Iurisconsultum in legato serui.

25 † Quare Ias.differentiam constituit,inter cõtractus in quibus loquitur Iurisc.in d.§.sacram & in d.§.aream & Iust.hîc, & vltimas voluntates de quibus ibi tractat Celsus,adducens rationem,quoniam media tempora non nocent, l. sed etsi conditioni 6.§. solemnis. l. si alienum. 50.§.in extraneis .D.de heredi.instit.§. extraneis. sup.de heredum qualitate. quo fit vt cum in specie d.§.fi.inhabilitas serui legati contingat medio tempore debet legatum sustineri.

26 † Quæ tamẽ sententia refellitur ex l.si seruus 27.§.seruo legato.D.de adim.legatis.vbi in vltimis voluntatibus idẽ respondet Iurisc. quod in contractibus in dictis §§.statuitur:neq;ad rẽ quidquam pertinet quod media tempora non soleant nocere in vltimis voluntatibus,procedit

dit enim quãdo inhabilitas adest ex parte personæ, secus si ex parte rei, super qua interponitur stipulatio.

27 Nec magis admittenda est solutio eiusdẽ Accursij addentis dictionem (non) quod licèt ibidem admittat Rusardus, non tamen probat Charondas, neque fides codicum, qui frequentius circumferuntur, neque conuenit illius tx. verbis.

28 † Quibus omnibus omissis verior sententia est, quæ Cumano placuit in d.§.fin.nu.5. quãque eo non relato probant Cuiac. in d.§.sacrã. Fornerius lib.2.selectio.cap.16.qui omnes rectè animaduertunt frustra hic quæri solutionẽ cum constet Celsum, cuius est d.l.si chorus §. fin. existimasse legatum & stipulationem conualescere, vt refert Iulius Paulus in d.l.qui res §.ar am. neque miretur quis quod hæc quæ vere pugnantia sunt in Digestorum libris fuerint relicta aduersus ea quæ Iustin. pollicetur in l. 2.§.nulla itaque, & §.contrarium. C. de veter. iure enucle. nam posse fieri id potuit Iustinianus non re adimplere propter humanæ memoriæ fragilitatem. Maximè quia d. §. fi. ideo in Digestorum libris relinqui potuit, quia quod de area ibi scribitur incorrectum manet.

29 † Sed quia Cuiac. semota Iuris Consultorũ autoritate, vtra harum opinio verior sit, disputat in d.§.sacram, illud etiam & nos discutere operæ pretium erit, vt videamus quæ sentẽtia iuri & rationi magis conueniat.

30 † Et pro Celso in d.l.si chorus. §.fin. vrgent sequentia. Primum quod eadem est natura liberandi & obligandi vt docet tex. in d.§. sacram. id est, quod quibus modis obligamur, ijsdem in contrarium actis liberamur. cap. omnis res. de regul. iur. l. ferè. 196. D. de reg. iuris. l. quemadmodum. 8. D. de acquir. possess. l. etsi cõtra. 35. D. de vulgari. l. vlt. D. de leg. 3. quemadmodũ ergo libertas serui legati, sufficiens fuit ad extinguendum legatum, ita etiam reductio in seruitutem debuit operari contrarium effectum, & seruum in obligationem reuocare.

31 † Præterea quia si nauim quis promiserit, & illa destructa sit extinguitur stipulatio, si tamen ijsdem lignis postea sit compacta reuiuiscit, vt in d.§.sacram.

32 † Deinde si fructus ex fundo sint promissi inest tacita conditio promissioni, l. interdum. 73. D. de verb. l. 1. §. inest. D. de cond. & dem. & ideo si pereant liberatur promissor, reuiuiscit tamen obligatio si iterum nascantur & percipiantur, vt in d.§.sacram.

33 † Denique pro Celso facit sententia l. verũ. 58. D. de manumiss. testam. vbi si seruo libertas detur, & alienatus sit, rursusque hereditarius factus antequam hereditas adeatur, consequetur libertatem ex testamento.

34 † Sed his non obstantibus contraria sententia existimantium non conualescere legatum, neque stipulationem vrgentiori nititur ratione, quia scilicet quoties ex libero quis efficitur seruus vel è conuerso ex seruo liber, non reputatur eadem persona quæ erat antequam cõsequeretur libertatem ex d.l.si seruus. 27.§. seruo legato D. de adim. leg. ergo nullo modo potuit reuiuiscere legatum, cum de alia persona sit factum: facit & Africani sententia in l. qui vsumfructum. 43. versi. fin. D. de vsufructu, quam bene explicat Hotoma. lib. singul. quæstionum, quæst. 8.

35 † Præterea quia ad confirmãdum legatum, quod sola ope exceptionis est irritum, requiritur noua voluntas, vt in d.l. cum seruus. 15. D. de adim. legat. ergo à fortiori quoties ipso iure fuit irritum legatum non debuit sine noua voluntate conualescere.

36 † Neque obstat quæ pro Celso adduximus argumenta: nam quod de naue dissoluta diximus longe dissimile est, nam si ea mente dissoluta est, vt ijsdem tabulis reædificetur, non diuersa sed eadem nauis existimatur.

37 † Neque quod diximus de stipulatione fructuum, quia in ea specie non extinguitur stipulatio, sed suspenditur, donec anno sequenti fructus nascantur, multum autem interest an obligatio suspensa sit, an vero extincta. l. cõtinuus. 137.§. illud. D. de verbo.

38 † Neque etiam facit pro Celso d.l. verũ. quoniam si post alienationem testator redemerit seruum, semper videtur eadem persona quæ à princ. fuit tempore testamenti, & verba libertatis possunt in eo seruo verificari.

39 Vnde constat (hæc obiter expenamus, etsi aliquantulum à nostro instituto tam lata disputatio sit) quod si area legata sit, & in ea postea ædificatum non extinguitur legatum, quia scilicet, manet area, quinimo ædificium totum deberi legatario probat l. seruũ filij. 46.§. si areæ D. de leg. 1. l. si areæ. 40. D. de leg. 2. idemque apparet in stipulatione. d.l. qui res. 98.§. aream. D. de solutionibus.

40 Sed obstat ex diametro idem Celsus in d.l. si chorus. §. Area. vbi docet propter ædificium impositum extingui legatum areæ: Et cõprobari videtur hæc sentẽtia ex eo, quod vbi vsus fructus areæ legatur, ædificio facto extinguitur vsusfructus. l. qui vsumfructum. 43. l. si in area. 78. D. de vsufruct. l. repeti. 5.§. si areæ. D. quibus mod. vsusfruct. amitt.

41 Quam difficultatem vt componant doctores varia scribunt, communis autem sententia docet, quod vbi dominus legat aream suã si postea imposuerit ædificiũ non extinguitur legatum, & ita procedunt priora iura, si vero legauerit areã alienã in qua postea dominus ædificauerit extinguitur legatũ licèt heres tenetur ad æstimationem areæ, argu. l. cætera. 43.§. si duobus. D. de leg. 1. atque ita procedit sententia Celsi in d.§. penult. vt docet Bart. in d.l. seruum

uum filij.§. penul. quē ibi sequuntur Cuman. Imol.& Paul.n.2.idem Cuman.& Alexander dicens cōmunē in l.si ex toto.D. de legatis 1.

Sed licèt hæc sententia in se vera sit, ex ratione tx.in l.vnum ex familia 69.§. si rem D. de leg.2.diuinat tamen ad tx.in d. §. penult.

42 † Quare omissa alia conciliatione Cuiacij, in d.§.sacram.& alia Cuman.in d.§.si areæ. dicendum est,ædificio facto non extingui legatum areæ;nam ædificium tendit ad augmentū ipsius legati,vt in d.l.si in area: ergo non potuit operari effectum contrarium ex doctrinā l.legata inutiliter.14.D.de adim.legat.

43 † Neque obstat tx.in d.§. penult. qui solum ait,aream non posse peti,quia cum in legato sit area & ædificium, non potest quis solam aream petere,cum non possit quis legatū pro parte agnoscere.l.neminē.4.D.de leg.2.atque ita non asserit Iurisconsul.legatum per impositionem areæ extinctum esse,sed areā, quæ sola peti nō poterat cum super ædificatum erat, destructo ædificio peti posse.

44 † Neque etiam obstat d. l. qui vsumfructū cum alijs,quoniam obseruandum est,vsumfructum sola mutatione rei extingui.d.l.repeti.§. rei mutatione D.quibus modis vsusfructus amittatur.notat Bart.in d.§.sacrā nu.9. idem in l.si conuenerit.§.si quis.num.3.D. de pig.act. Connan.lib.4.cap.6. nu. 7. vnde propter hoc singulare ius quod versatur in legato vsusfructus,mutata forma areæ ædificio facto debuit vsusfructus extingui.

45 † Sed & adhuc testat primum argumentū quod sup.pro Celso adduximus, ex eo quod eadem sit causa obligandi,& liberādi,quam sic bene exponit Acc.ideſt contraria, & explicat Aristoteles secundo Rhetoricorū ca. 19. & sic obligamur,quia dare possum⁹;liberamur quia dare non possumus, vnde homine ad seruitutem redacto, obligari videbatur promissor, quia per ipsius libertatem fuerat liberatus.

46 † Sed respondendum est ex mente Bart. in d.§.sacram.nu. 3.eam Regulam procedere, vbi militat eadem ratio in obligatione & liberatione,sequitur ibidem Cuman.num. 6. Alexander nu.3.Iaso. nu. 26. Imola dicens communē in d. l. si ex toto,nu. 2. at in hac specie non militat eadem ratio,propter duplicem enim soluitur obligatio libertate serui; prima propter defectum voluntatis ipsius promittētis; secunda quia seruus promissus non est in commercio,& inde licèt per reductionem ad seruitutē ille seruus sit in nostro cōmercio, nō tamen ideo potuit reuiuiscere obligatio,cum prima causa voluntatis cesset.

47 Verum hæc solutio tuta non videtur, cum enim tx.in d.§.sacram.& in hoc nostro versi. *Item contra*, dicat seruum sine facto promissoris ad libertatem peruenisse apertè ostendit obligationem non esse dissolutam, ex promittentis voluntate,sed eo solo quod commercio nostro exemptus fuit homo.

48 Quare verior videtur Cuiac. interpretatio in dict.§.sacram.existimantis eam regulam nō procedere in obligatione omnino extincta; vt enim homo mortuus vitæ restitui non potest, sic in perpetuum extincta obligatio per manumissionem serui, non reuiuiscit, quoniā alius homo est, vt iam diximus. Vnde interpretor textum in dict. §. sacram. versic. *quoniam vna.* qui videtur eam regulam inducere pro sententia illius §. quæ tamen contra eam facit. 49 † Sed respondendum est, Iurisconsulti hunc sensum esse, obligationem nō reuiuiscere quamuis res ad pristinū statum redeat, quia non debet hic obtinere ea regula, quod eadem sit causa obligandi & liberandi, extincta enim obligatio per libertatem serui, non debet per contrarium actum seruitutis reuiuiscere, qui expectandus non est, vt inferius docet I. C.

50 Ex quibus cōstat rectè etiam Iustinianū hic, versiculo, *Ac nec statim*, probare huiusmodi stipulationem: *Lucium Titium, cum seruus erit, dare spondes?* & similia,inutilem esse, quoniam vt ait Iulius Paulus in d. l. inter stipulantē 83. §.sacram.prope fin.casum,aduersamque fortunam expectari hominis liberi neque ciuile neque naturale est.

51 Rursus vt iam redeamus ad Iustin. hic, non obstat textus in dict.l.verbis legati, & in d.§.si quis debitori versic. *quod si vino.* & in l.in ambiguis 186.§.non est nouum. D. de regul. iur. cap.factum 83.eodem tit.lib.6. cum alijs quibus probatum est, ea quæ vtiliter gesta sunt non vitiari,etsi deueniant ad casum à quo initium habere non potuerunt. Vnde stipulatio vtilis de re profana aut seruo facta vitiari non debuit,etsi extra commercium hæ res constituerentur. 52 † Cui difficultati,pluribus alijs omissis, vt satisfaciam in primis animaduerto, (quod & alij iam obseruarunt,) id iuris principium tum certius,tum generali⁹ esse, eo quod ex nostro §.& dict.§.sacram,audiri solet, quod si res deuenerit ad casum à quo incipere non potuit vitietur,quod vtique fallax & infirmū est (paucis casibus exceptis,) vt satis insinuat Iurisconsul.in d.§.etsi placeat. Et eruditè notarunt Molineus d.n. 155.in laberyntho sexdecim legum,Pet.Faber.in d.§. non est nouum. Corasius in l.pro parte.nu.9.D.de seruit.Hyp politus in l.1.num. 580. D. de officio eius, cui mand.est iurisdictio.

53 † Secundò obseruo, quod casus superueniēs qui in personā cadit actū non vitiat, etsi initio impediret.d.l.patre furioso D. de his qui sunt sui,vel alieni iuris.Si vero super re sit & ad eūdem effectū tendit,non vitiat, d.l.verb.legatis d.§. ex cōtrario,secus ad contrariū effectū,nisi tx nostrū tx.nisi actus iā esset perfectus, quia tunc nō vitiaretur etiā p contrariū actum siue

casum,

casum, quo modo intelligi debet tex. in d. cap. factum. & in d. §. non est nouum. Sed tunc implacabiliter obstat tex. in l. debitor. 82. D. de leg. 2. Sed huius nodi solutionem scripsimus in d. §. si quis debitori. versic. quod si viuo. supra de legatis.

§. *Si quis alium. 2. & §. Versa vice. 21.*

1 *Alieni facti promissio nisi pœna adiecta sit inutilis est. Et nu. 5. eius rei ratio, & nu. 31.*
2 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt. & nu. 13.*
3 *Alieni facti promissio, saltim quatenus stipulatoris interest, valere videtur. & nu. 15.*
4 *Actus semper debet interpretari vt potius valeat quam pereat.*
5 *Alieni facti promissio cur non valeat, communis opinio relata, & reiecta.*
6 *L. non impossibile. 50. D. de pactis.*
8 *Impossibili promissioni pœna adiecta non valet.*
9 *Difficultas obligationi impedimento non est.*
11 *Alieni facti promissio cur non valeat, vera ratio.*
L. Inter stipulantem. 83. in princ. D. de verbor. obligationibus.
12 Negotium, *aliquando* obligationem, *aliquando*, causam *exprimit & significat.*
14 *Stipulationes quæ in facto consistunt quando validæ.*
16 *L. qui autem. 14. §. sed si quis. D. de constituta pecunia.*
17 *L. eum quis. 5. §. Iulianus. in 2. D. de const. pecunia.*
18 *Communis d. §. sed si quis. & d. §. Iulianus. concordia relata, & reiecta.*
19 *Alia interpretatio.*
20 *L. quoties. 20. D. de verb. obligationib.*
21 *Alieni facti promissio Iure Canonico valet, & quomodo.*
22 *Alieni facti promissio non valet iure Regio ex opinione Didaci Perez, & Antonij Gomez.*
23 *Contrariam sententiam defendit Gregorius Lopez.*
24 *L. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ recopilat. & eius lectio animaduersa.*
25 *Alieni facti promissor qui suam operam & diligentiam adhibet vt factum adimpleatur an liberetur.*
Communis opinio eum liberari docet.
26 *Contraria sententia verior.*
27 *Factum promittens si non faciat, præstat interesse.*
28 *L. sancimus. C. de fidei ussoribus.*
29 *L. si vehenda. 10. §. Idem iuris. D. ad legē Rhod. de iactu.*
30 *Alieni facti promissio iureiurando firmata valet in id quod interest.*
31 *Alieni facti promissioni adijci potest pœna præstanda nisi factum sit.*
32 *Accessorium sequitur naturam principalis.*
33 *Pœnæ adiecta promissioni facti alieni non est accessoria sed principalis.*
34 *Promittens effectum alium, obligatur.*

1 ITem inutilis est alieni facti promissio, nisi huic stipulationi pœna sit adiecta, quā qui promisit soluat si factum non sit. idem in l. stipulatio ista. 38. in princ. l. inter stipulantem. 83. in princ. D. de verb. oblig. l. eum qui. 5. §. Iulianus in 2. versi. sed & si quis. D. de const. pecun. l. fluminum. 24. §. quamquam. D. de dam. infect. l. sicut reus. 66. D. de fideiuss. cum alijs quibus consonat l. 11. titu. 11. part. 5. explicant præter ordinatios in his locis Socinus regula 401. Decius consilio. 313. Parisius cōsilio. 110. num. 1. lib. 1. Cōnan. lib. 6. cap. 3. nu. 5. Anton. Gomez. 2. tom. var. cap. 10. nu. 23. Couar. in c. quamuis pactum. 2. part. §. 5. per totum. Dida. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. Mart. Olanus in concordia iuris ciuilis & regij littera. P. num. 78. Matiençio in l. 2. gloss. 6. & ibidem Azebedo ex num. 41. in tit. 16. lib. 5. nouæ recopilat. Gutierrez de iuramento confirma. 1. part. nu. 1. & sequentib. cap. 44.

2 Sed contra nostrum tex. illud videtur obstare contractus ex partium conuentione legē accipere. l. 1. §. si conuenit. D. depositi. l. cōtractus. 23. D. de reg. iuris. igitur rectè poterit
3 quis factum alienum promittere, † maximè quia non solum res, sed etiam facta in stipulationem deduci possunt, tx. in §. fin. su. de verb. oblig. l. 2. in princ. D. eod. quod si factum non fit succedit obligatio ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. 72. versi. Celsus. D. de ver. l. si quis ab alio. 13. §. fin. D. de re iud. vnde videbatur quod si id quod promissum est tertius non præstet, promissor id quod in se est, interesse scilicet, soluere cogendus est, † vt actus
4 eam recipiat interpretationem qua valeat, non qua pereat, iuxta regulam l. quoties. 80. D. de verb. l. quoties. 12. D. de rebus dubijs. l. quoties. 67. D. de reg. iur.

5 Sed adhuc dicendū est, facti alieni promissionem inutilem esse iuxta nostrum tex. & similes, in quorū vera decidendi ratione nō satis cō ueniunt interpretes, nā alij eam deducunt ex eo quod impossibilis cēseatur huiusmodi promissio, quum alium ad dandū vel faciendū nō possit quis cōpellere: vnde succedit regula, impossibiliū nulla est obligatio. l. impossibiliū. 185. D. de reg. iur. l. impossibilis. 7. D. de verb. obli. cuius rationis autor fuit Bal. in d. l. stipulatio ista. 38. ante n. 1. quē ibi sequūtur Alex. n. 6. Zasius. n. 7. nec dissentit Cōna. d. nu. 5.

6 Sed eam plurimi improbant ex eo quod alieni facti promissio impossibilis non sit, l. nō impossibile. 50. D. de pact.

Sed

Sed is tex. eam sententiam mihi non probat quoniã depositarius, cõmodatarius, & locator de quibus ibidẽ non promiserunt seruum non futurum furẽ, sed per eos non fieri vt his vitijs coinquinaretur, quæ proprij facti promissio est, resoluitur enim in illum acturum & curaturum, quæ obligat promittentem, iuxta nostrũ tex. in versic. *quod si effecturum.*

7 Vnde commodius ad hanc rem allegari posse videtur tex. in l. si apud. 3. versic. *Sin autem*, C. de ædilitijs act. iuncta vulgari allegatione l. 1. §. deiecisse. D. de vi & vi arm. l. qui actionẽ. 15. iuncta. l. minus. 204. D. de reg. iur.

8 Deinde confunditur superior ratio ex eo, quia si impossibilis esset hæc promissio, nec pœna adiecta valeret. l. si homo. 69. D. de verb. & tamen pœna adiecta alieni facti promissioni obligat, d. l. stipulatio. 38. §. at si quis. tex. in §. versa vice. inf. hoc tit. ergo impossibilis non censetur: † sed potius difficilis reputatur, quæ

9 sanè difficultas non est impedimento obligationi. l. continuus. 137. §. illud inspiciendum. D. de verb. oblig. & inde mirum videri longè magis potest cur non obliget facti alieni promissio, cui sola obstat difficultas.

10 Neque magis admittenda est opinio existimantium propter temeritatem non obligari alieni facti promissorem: quoniam temeritas causa est quo magis non quo minus obligetur quis. l. Iulianus. 14. §. 1. ibi: *hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.* D. de actionibus emp.

11 Dicendum igitur est, veram nostri tex. rationem petendam esse ex d. l. inter stipulantem. 83. D. de verb. in princip. ibi. *nam de se quemquam promittere oportet*, iunctis pricribus, *inter stipulantem & promittentem negotium contrahitur*, † pro quorum explicatione sciendum est

12 *negotium*, ibi non accipi pro ipsa obligatione, vt voluit ibidem Bart. per tex. qui id non probat in l. Aristo. 18. D. de donation. sed *negotium* significat ipsam causam, & tractatum ex quo obligatio oritur, vt in cap. forus 10. de verbo. significat. vnde quia in negotijs contrahendis sibi debet quis prospicere, neque extranea persona actui intermiscenda est, cautum est iure ciuili, ne quis alij stipulari possit. §. alteri. inf. eod. neque alium daturum aut facturum aliquid promittere, vt in nostro tex. & similibus. optimè cõducit regula l. quæcunq; gerimus. 10. D. de obligat. & action. quam rationem post alios scripsit Iaso num. 3. in d. l. inter stipulantem. Cuma. Cuiac. & Duaren. in d. l. stipulatio. in princip. AEmilius Feretus num. 14. & Antonius Gomez d. numero 23.

13 Neque obstant in contrarium adducta: quoniam etsi verum sit ex partium conuentione contractus semper legem accipere, ex d. §. si conueniat, id tamen verum est, quoties contrahentes conueniunt iuxta iuris regulas & obseruationes, non si contra eas, id enim est eis omnino prohibitum. l. contra iuris. 29. D. de pactis. & bene facit regula l. nemo potest. 58. D. de leg. 1. l. 32. titu. 9. par. 6. & inde conuentio facti alieni inutilis est, quia ex superiori ratione constat iure ciuili id esse omnino prohibitum.

14 Neque etiam obstat stipulationes quæ in facto consistunt iure nostro ratas esse, ex d. §. fin. sup. de verbor. oblig. nam illud est admittendum in stipulationibus facti validis & à iure permissis, videlicet, cum quis de se ipso promittit, non aliàs, ex d. l. inter stipulantem. in princip. ibi: *nam de se quemquam promittere oportet.*

15 Rursus non obstat in stipulationibus facti succedere obligationem in id quod interest: quoniam respondendum est regulam d. vers. *Celsus.* procedere in promissione facti proprij quod præstare potest promissor: eoque existente in mora iustissimè subrogatur obligatio ad id quod interest, quia vnicuique sua mora nocet, secus verò est in promissione alieni facti in qua promissor non potest dici in mora aut resistenti, aut certè non assistenti tali obligationi, vt docet Bart. in l. si quis pro eo. n. 8. D. de fideiuss. Nec mouere debet regula d. l. quoties. procedit enim in casu dubio, nos vero loquimur in casu claro & expresso, in quo obligatio non datur; ita respondet Bal. in rubr. C. de cõstit. pec. Zasius in d. l. stipulatio ista. n. 5. Paris. consil. 10. n. 88. lib. 1.

16 Sed obstat huic resolutioni, item & nostro tex. l. qui autem 14. §. sed si quis. D. de const. pecun. vbi promissor alieni facti indistinctè obligatur.

Sed respondendum est, cum tex. procedere in promissione quæ tendit ad firmandam obligationem antiquam, qua reus tenebatur, quæ quidem cum originem sumpserit in persona promittẽtis eũ obligat iuxta rationem l. quæcumque gerimus. 10. D. de oblig. & act. quam interpretationem ad eum tx. dicit communem Parisius vbi supra.

17 Sed tunc ex diametro repugnat l. eum qui. 5. §. Iulianus. in 2. vers. sed & si quis. illo tit. vbi idem Pomp. ab eodem Vlpia. relatus negat in eadem specie obligari promissorem.

18 Cui difficultati respondeti potest d. §. Iulianus. procedere quoad obligationem tertij qui non tenetur ex aliena promissione: at verò d. l. qui autem. quoad propriam obligationẽ promittentis qui tenetur, vt cum cõmuni interpretatur Crotus in l. 4. §. Cato. nu. 20. D. de verb.

Verùm hæc conciliatio præterquam quod reddit ineptam & omni dubitatione carentem decisionem d. l. eum qui. non conuenit verbo, *non tenetur*, quod ad promissorem multo aptiùs, quam ad tertium refertur.

19 Vnde responderi potest, d.§. Iulianus. vers. *eum qui.* promissionem continere factum omnino alienum, quod non tendit affirmandam propriam obligationem, quia promissor ibi non erat obligatus, atque ita secundùm ordinariam regulam nostri tex. non tenetur promissor: quæ interpretatio omnino conuenit literæ illius tex. quę habetur in Pandectis Florentinis, in quibus desiderantur illa verba. *pro se.*

Potest etiam & alia conciliatio inter hæc iura colligi ex his quæ tradit Duaren. in l. quoties. 81. D. de verb. Qui quidem tex. non leuiter impugnare videtur huius nostri decisionem.

20 Obtinuit tamen eum procedere in stipulationibus prætorijs, vt obseruat Accur. hic verbo. *non obligatur.* quem hic sequitur Angelus & Baldui. Bart. in d. l. stipulatio ista. 2. oppositione, vbi Angel. & Imola. col. 2. Alex. num. 3. Iaso. nu. 4. Romanus n. 6. Zasius n. 13. Alciat. nu. 17. idem Alciat. dicens communem in d. l. 4. §. Cato. n. 137. & approbat l. 11. tit. 11. par. 5. ibi: *fuera de juyzio,* & est ratio quia Prætoriæ cautiones ex æquitate procedunt, non attenta iuris subtilitate, arg. l. quod si Ephesi. 11. D. de eo quod certo loco, & magis in specie facit l. in conuentionalibus. 52. D. de verb. l. in stipulatione. 19. D. rem rat. hab. quæ interpretatio optimè conuenit d. l. quoties quis. quamuis aliam scribat Duaren. ibi.

21 Quo fit vt cum ius Canonicum æquitate etiam fundetur, cap. dilecti. 6. de iudicijs. omnis promissio alieni facti resoluatur in illam acturum & curaturum, vt docet Butrius in c. in literis. 2. & in c. sicut ex literis. de restitutione spoliat. & resoluit communem Couarr. sup. §. 5. num. 5.

22 Sed an iure Regio Hispano procedat nostri tx. regula scio frequenter quæri solere; & procedere putat Didac. Perez in l. 3. ti. 8. lib. 3. ordin. & Ant. Gom. d. 2. tomo cap. 10. nu. 23. nec obstare aiunt d. l. 3. per quem sola solemnitas verborum sublata est. Pro qua sententia facit vulg. l. vnica. C. de inoff. dot. l. si quando. 35. C. de inoff. testamento. cap. cum expediat. 29. de elect. lib. 6.

23 Sed contrariam sententiam, & sic iure Regio correctam esse nostri tex. regulam obseruat Greg. in l. 35. verbo. *y no sera desfues.* ti. 4. p. 3. & expressius Matien. in l. 2. t. 16. lib. 5. nouæ

24 recop. gl. 6. Quæ † lex eam sentẽtiam expressè comprobat secundum veriorem lectionem quæ dempta litera A. sic habet, *o que se obligaria alguno que daria otro,* quæ lectio omnino admittenda est, nam retenta litera A. ille versiculus superfluus esset, & idem continet quod superior, vt rectè obseruat Gregor. in d. l. 11. verbo, 33 *que procurare.* ti. 11. p. 5. sequitur Azebedo in d. l. 2. sub n. 41.

25 Sed & huic articulo superioriq́ue resolutioni & ille non longè est, vtrum promissor nostro iure liberetur si suam operam & diligentiam adhibeat, vt factum adimpleatur, & liberari videtur, eo quod difficultas excusat à pœna. l. si vehenda. 10. §. idem iuris. D. ad leg. Rhodi. de iact. per quem tex. docuit Abb. in c. Gemma. de sponsalibus. eum qui alienum factum sub pœna promisit liberari operam, & diligentiam adhibendo, dicit communem sententiam Iaso in d. l. stipulatio ista. n. 10. Zasius, n. 20. & in praxi seruatum Aret. in l. si stipulatus fuero te sisti. §. possum. D. de verb.

26 Sed contrariam sententiam veriorem existimo, primò ex eo quia aliàs inefficax redderetur decisio legis Regiæ quę obligat alieni

27 facti promissorem. † Secundò, quia etsi ea promissio resoluatur in illam, acturum & curaturum, debet quis ita curare, vt effectus sequatur, aliàs ad interesse tenebitur, quemadmodum qui factum promisit. l. vlti. §. fin. D. si cert. petat.

28 Tertiò facit l. sancimus. C. de fideiussoribus. per quem contra communem verius putat Aretin. sup. promittentem factum alienum sub pœna, non liberari adhibendo diligentiam, quod ante ipsum in facti contingentia responderat Castrensis, cons. 7. li. 3. docet Alciat. dicens communem, in d. l. stipulatio ista, nu. 31. Purpuratus in l. quod te mihi. D. si cert. pet. vbi Curt. nu. 33. Couar. sup. nu. 5. & à nemine relatus Balduin. hic. † Nec mouere debet tex. in d. §. idem iuris, qui procedit in difficultate quæ superuenit post contractum; nos verò loquimur in ea quæ aderat tempore contractus & promissionis, quia sibi imputare debet is qui difficile factum in se suscepit.

30 Quibus etiam & illud est addendum ex concordi omnium doctorum opinione, facti alieni promissionem iureiurando firmata valere, saltem in id quod interest, quia resolcitur in eam, facturum & curaturũ, quod expressè docuit additio glossæ hic, ad verb. *non obligatur,* & in d. l. stipulatio ista, ad verb. *vtimur,* gl. verbo, *inhibeatis,* in c. ex rescripto. 9. de iureiur. sequitur Greg. gl. 1. ad fi. in d. l. 11. ti. 11. p. 5. & cũ alijs Guti. de iuram. cõfirmat. 1. p. sub. c. 44. n. 3.

31 Quod si pœna facti alieni promissioni adiecta sit, valebit quidem hæc adiectio, & si factũ non sit, promissor pœnam præstare cogetur, ex tex. in d. §. versa vice, & d. l. stipulatio ista, vers. *at si quis,* vbi notarunt Bart. & omnes, ma

32 ximè Iaso. n. 10. † Nec obstat quod principali causa non subsistente accessoria effectum non habeat, l. cum principalis. 178. D. de reg. iur. & à stipulatione pœnali principalem obligationem nõ roborari. l. nuda. 5. C. de contrah. & cõmit. stip. quoniam † pœna hoc casu non consideratur, vt accessorium, quin potius ęquè principaliter stat, quæ nullo modo obligationem primã confirmat, sed tantũ efficit, vt eius metu dili-

diligentius curet promissor, & efficiat vt ab extraneo factum promissum expleatur; atque sic quodammodo factum suum promittit, scilicet, se daturum ni factum sit, & inde ex sua promissione tenetur.

Planè si quis non alium daturum facturúve promittat, sed effecturum se vt alius faciat, obligabitur ex nostro tex. verſ. *Quod si effecturū*, quia tunc non alienum, sed suum factum promittit, & inde tam suo quam suorum heredum nomine obligatur, vt nisi tertius ille det, aut faciat, quanti stipulatoris interſit promissor ipse teneatur. l. veteris. 13. C. de contrah. & committ. stip. quod latè exornant iam relati, alios etiam casus notantes in quibus videtur alieni facti promissionem confirmari, post glossam nostram. d. verbo, *non obligatur*, & Mynsing. hic ex num. 2.

§. *Siquis alij. 3. &). §. ei verò qui. 6.*

1 *Alteri stipulari nemo potest, remissiue.*
2 *Stipulari potest quis ei cuius iuri subiectus est, & numer. 5.*
3 *Pater filio quæ facti sunt nō stipulatur, & nu. 6.*
4 *Patris & filij vna vox, & persona, & nu. seq.*
5 *L. quod dicitur. 130. D. de verb. oblig.*
6 *Filius an sibi, an patri stipuletur nihil refert.*

GENERALIS illius regulæ, quam Iustinianus scripsit in. §. Alteri inf. eod. Iurisc̄ōsu't. in d. l. stipulatio ista. 38. §. alteri. & §. si stipuler. D. de verb. obligat. comprobatæ l. 7. titul. 11. p. 5. ibidem, alteri stipulari neminem posse, exceptionem hîc idem Impera-
2 tor tradidit, † quippe illam non admitti quoties quis ei cuius iuri subiectus est stipulatur, idem in l. quod dicitur. 130. verſ. *contra*. D. de verborum obligat. in d. l. 7. versicul. *mas aquel que estoniesse*, tit. 11. part. 5. explicant referendi, in d. §. alteri, vbi & nos latius discutiemus.

3 Sed obstare videtur, quod quemadmodum pater filio ea quæ facti sunt non stipulatur. d. l. quod dicitur, in 1. parte, ita neq; filius patri, quum quod attinet ad actum stipulationis si-
4 miles omnino pater & filius sint, † vox enim patris tanquam filij est, & vox filij tanquam patris intelligitur, ex d. §. ei verò. 6. inf. eod.

5 Sed eo argumento non obstante dicendum est ex stipulatione, sicuti ex alijs contractibus eis personis per nos acquiri, quarum iuri subiecti sumus, nam & seruus & filius familias, qui domini & patris iuris sunt, tex. in principio, & per totum sup. de his qui sunt sui, non ex sua sed ex domini, patrisque persona stipulantur, quia filius pars quædam sui patris. l. fin. C. de impub. seruus sui domini instrumentum est, l. quæsitū. 12. §. Alphenus, verſ. *constat*. D. de fundo instruct. & eius voce loqui videtur. §. post mortē. inf. eo. & diximus in principio sup. de stipulatione seruorū, & inde quāuis alteri stipulari nemo possit. d. §. alteri, rectè tamen filius patri, & seruus domino, quia tunc pater & dominus stipulari videntur; idemque est quum pater filio, & dominus seruo stipulatur. ex d. §. ei verò, l. dominus. 39. D. de verb.

6 Neque obstat tex. in d. l. quod dicitur, quoniam id quod dicitur patrem filio stipulando sibi ipsi acquirere, eoq; casu stipulationem non minus ei vtilem esse quàm si sibi stipulatus esset, est accipiendū de ijs, quæ per filium patri acquiri possunt. l. dominus seruo. 39. D. de verborū. tex. in d. §. ei verò, in fin. inf. eo. cuius modi ea sunt quæ iuris esse dicūtur, vt si pater stipulatus sit filio dari, nā dominij translatio quæ iuris est hac stipulatione contingetur. l. vbi autē. 75. §. fin. D. de verb. oblig. Si vero factū merum conferatur in personam filij, puta, vt ei ire agere liceat, inutilis erit stipulatio, quia factum cohæret personæ, neque ab vna persona in aliā transfertur. §. sed cum factum sup. de stipulatio. seru. cum ibidem notatis, dicitur autē inutilem esse stipulationem non quia actio ex ea patri acquiri non possit, filio ire agere prohibito, sed quia non perinde vtilis est, ac si ipse sibi stipulatus esset, & factum in suam personā
7 contulisset: † Nihil vero refert an filius stipulando ius, an factum stipuletur, modò patri, nō sibi stipuletur. d. §. sed cum factum, quia vtroq; casu siue factum, siue ius, stipuletur patri, vtilis stipulatio erit, d. l. quod dicitur, versic. contra, quæ est vera illius legis, & d. l. dominus seruo. in fin. ibi, *secundum quod & leges permittunt*, & d. §. ei verò qui, ibi, *in ijs rebus quæ tibi acquiri possunt*, interpretatio, reiecta Accurs. Bart. & aliorum illa verba referentiū ad peculiū profectitium, & ad vsumfructum in aduentitijs. in Glossa, verb. *Nihil agit*, Casus sexdecim, in quibus regula. §. limitatur, enumerat Acc. hîc, quos & nos in d. §. alteri, vbi eam regulam explicabimus, latè discutiemus.

§. *Planè. 4.*

1 *Alteri stipulari quamuis non possit, solutio tamen in extranei personā vtiliter confertur, & num. 7.*
Adiecto soluens ipso iure liberatur.
2 *L. Caius Seius. 46. D. soluto matrimonio. l. Pater. 7. C. de pactis conuentis, & nu. 9.*
3 *L. cum quis. 38. D. de solutionibus, & nu. 10.*
4 *L. si quis stipulatus. 57. §. 1. D. de solutionibus, & nu. 20.*
5 *L. cum quis. 55. D. de verb. obligat. & nu. 21.*
6 *L. 3. §. Idem Iulianus. D. de eo quod certo loco, & num. 22.*
7 *Adiecto solutum exigit stipulator actione mandati, si mandatum præcesserit: sin verò actione negotiorum gestorum.*
8 *Adiecto quamuis solui possit, ipse tamen petere non potest.*

11 *L. eum qui. §. 6. §. qui sibi aut filio. D. de verborum obligat. l. Stichum. 95. §. vsumfructum. D. de solutionibus. & n. seq.*

12 *Accursij interpretatio ad d. §. qui sibi, relata, & reiecta nu. seq.*

14 *Adiecto capite minuto solui non potest, ex nu. 10. & sequen.*

23 *Interesse non consideratur soluta sorte in tractatu de eo quod interest.*

24 *Alteri per alterum iure Regio acquiri potest.*

L. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ recopilat.

25 *Adiectus iure Regio obligationem & actionem qua experiri possit habet.*

26 *Dictio*, Aut, *inter personas honoratas resoluitur in coniunctionem.*

27 *Adiecto iure Regio aliquando obligatio non acquiritur.*

1 ET si alteri stipulari nemo possit ex d. §. si quis alij. sup. & d. §. alteri. inf. eod. solutio tamen in personam extranei vtiliter potest designari vsque adeò, vt stipulatore inuito, extraneo soluens ipso iure liberetur. Id exẽplo exornat Iust. hic, & doduces ex l. sed etsi. 7. §. fin. cum legibus seqq. D. de const. pecun. l. cum quis. 55. l. eum qui. 76. §. qui sibi. l. Iulianus. 131. §. 1. D. de verbor. obligat. eleganter explicat I. C. Caius, in l. fin. §. si ita stipulatus, & §. cum mihi. D. illo titu. l. sed si sibi. 11. cum sequent. D. de stip. ser. l. si mihi. 24. D. de fideiussor. l. quod stipulatus. 10. cum duabus leg. sequent. l. cum quis. 38. l. si ita stipulatus sim. 59. l. aliud. 106. D. de solutionib. l. cui rectè 10. D. de nouat. l. 1. §. si fructuarius, in fin. D. de stip. seruorum, cum alijs, quibus consonat. l. 7. in princip. tit. 11. par. 5. & de solutione, quæ fit adiecto. idem in l. hoc titu. par. 5. explicat notanter ibidem Greg. verb. *a otro tercero*. Anto. Gom. in 2. to. cap. 11. nu. 20. Matienço in l. 2. Gl. 5. nu. 8. & ibi Azebedo ex nu. 37. ti. 16. lib. 5. nouæ recopilat. Duaren. ad tit. de solut. ca. 5 vers. *septimo*.

2 Sed contra nostrum tex. ibi, *mihi aut Seio dare spondes?* quibus verbis Iustin. probat eam stipulationem vtilem esse, obstare videtur. l. Caius Seius. 46. D. solut. matrimonio. & in l. pater. 7. C. de pact. conuent. vbi illa conuentio. *Seiæ aut mihi dare spondes?* inutilis est, & ex æquitate nepotibus fauore matrimonij succurritur.

3 Secundò, contra tex. ibi, *Solui tamen Seio possit*, obstat difficilis tex. in l. cum quis. 38. D. de solut. vbi in eadem specie, Seio solutioni adiecto solui non posse docet Africanus.

4 Tertiò, idem vers. obstat. l. si quis stipulatus 57. §. 1. ibi, *amplius Titio solui non potest*. D. de solutionibus.

5 Quartò, contra eandem partem obstat. l. cum quis. 55. D. de verbor. oblig. vbi probatum est Seio quidem solui posse, non tamen eius heredi, quod difficile quidem videtur ex eo quod heres eadem persona cum defuncto sit, authẽtico, de iureiur. à mor. præst. in princ. vers. *cum vtique*. explicat Conn. lib. 3. c. 13.

6 Quintò, contra tx. ibi. vt *liberatio ipso iure cõtingat*, obstat tex. in l. 3. §. idem Iulianus. D. de eo quod certo loco. in quo adiecto soluens nullo modo liberatur.

7 Sed his non obstantibus contrarium docet Iust. hic, cuius decisionis ratio in obscuro non est, quoniam etsi verum sit neminem alteri stipulari posse, rectè tamẽ extraneam personam poterit solutioni adijcere, quo casu obligatio quidem stipulatori acquiritur, solui tamẽ adiecto rectè potest, etiã inuito & cõtradicente stipulatore, qui poterit postea mandati actione aduersus adiectũ agere, iuxta nostr. tex. & d. l. Iulianus. 131. §. 1. D. de verbor. & d. l. 7. par. quod ita demum verum esse putat Accurs. hic, verbo, *mandati*, si mandatum præcessit, vel adiectus præsens fuit, argumento. l. qui fide, 53. D. mandati, aliàs experietur actione negotiorum gestorum stipulator, sequuntur Bart. & Imola. in d. l. Iulia. §. 1. Gregor. in d. l. 7. ver-

8 bo, *por su mandado*. † Quamus autem Seio adiecto solui possit, & statim ipso iure liberetur promissor, quum tamen adiecto nulla fuerit obligatio quæsita, petere ipse non poterit, d. l. quod stipulatus. 10. D. de solut. dict. l. cui recte. 10. D. de nouationibus. d. l. sed etsi filio. 7. §. 1. in fine. l. si vero. 8. D. de const. pe-

9 cun. † Quibus sic constitutis non obstant in contrarium adducta. Non 1. ex d. l. Caius 46. D. soluto motrimonio. & d. l. pater. 7. C. de pact. conuent. quoniam sciendum est, obligationem quidem in extraneam personam conferri non posse, ex d. §. alteri, solutionem autem rectè posse, ex nostro tex. & similibus, quia magis fauetur liberationi quàm obligationi. l. Arrianus. 46. D. de obligat. & actio. & inde vtilem esse eam stipulationem mihi aut Seio dare spondes? quia tunc obligatio mihi acquiritur, at in illa formula de qua in d. l. Caius, & d. l. pater, *nepotibus meis vel mihi dare spondes?* quia in nepotum personas obligatio concepta fuit, quod iure prohibetur, ideò inutile in esse stipulationem traditum est, quãuis fauore nuptiarum & maximè propter affectionem personarum vtilis actio eo casu nepotibus detur.

10 Non obstat secundum ex d. l. cum quis, 38. D. de solutionibus, cui optimè respondet Accurs. hic, verbo *Seio*, quem sequitur Balduin. nu. 23. ita demum adiecto solui posse si in eadem causa eodemque statu fuerit solutionis tẽpore, quo fuit stipulationis; nã post stipulationẽ capite diminuto nõ soluitur rectè, quia alij soluitur quàm cui stipulator solui voluit. nec refert quæ fuerit capitis diminutio:

vtitur

vtitur enim Africanꝰ in d.l.cū quis, exēplo minimæ, mediæ, maximæ. Minimæ, vt si se ad arrogandum dederit adiectus. §. minima, sup. de cap. diminutione. Mediæ, vt si deportatus fuerit, vel aqua & igni ei interdictum sit. §. minor sup. illo tit. Maximæ, si seruus factus sit. §. maxima, eod. tit. sup. de cap. diminutione, igitur quoquo modo capite diminutus sit adiectus post stipulationem ei non soluitur rectè, quia vt subijcit Africanus, tacita conuentio inest stipulationi si in eadem causa maneat adiectus.

Sed tunc implacabiliter nobiscum pugnat
21 d.l.eum qui. 56. §. qui sibi aut filio. D. de verborū, & magis, l. Stichum. 95. §. vsumfructum. D. de solutionibus, vbi etiam adiecto capite minuto, & in eodem statu non manenti rectè
12 soluitur. † Quod tamen attinet ad tx. in d. §. qui sibi aut filio, facilem exitum habet, quoniam vt placuit Acc. in d. §. vsumfructū, verb. *intercedit*, ideò ibi, emancipato filio soluitur rectè, quoniam statum suum in meliorem mutauit, quomodo etiam putat accipiendum esse d. §. vsumfructum, sequitur Baldui. hic Acc. non relato, d. nu. 23.

Sed ea existimatio placere mihi nullo mo-
13 do potest. Primo, nam quod attinet ad tx. in d. §. vsumfructum, summā continet diuinationem, quum tx. ille, Titium capite minutū esse ostendat, non tamen in melius statū suum mutasse, quam status mutationem emancipatio-
14 ne contigisse non constat. † Secundo, quoniā etsi eam mutationem admitteremus, quæ plane emancipatione contigit in d. §. qui sibi aut filio, adhuc adiecto solui non posset, quia emancipatio cap. diminutio est, non minus quàm adoptio, & in imaginariam seruitutis formam reducit, vt planè constat ex. §. præterea, sup. quib. mod. ius pat. pot. soluit. & diximus in §. ad legitimā, sup. de leg. agnat. succesione, sed adoptione intercidit facultas soluendi adiecto.
15 d.l.cum quis, igitur & emancipatione. † Nec obstat emancipatione mutari in meliorē statum, nam & manumissione idem contingit, nec tamen manumisso soluitur rectè, qui mandati tēpore seruus fuit. §. rectè, vers. *item si adhuc*, inf. mand. facit l. eius qui in prouincia, 41. D. si cert. pet. & l. si quis seruo. 18. D. de solut. & in l. 5. tit. 14. part. 5. & hoc quidem procedet omnino si stipuler mihi aut filio familias alieno, vel seruo alieno, & is vel manumittatur
16 à domino, vel emancipetur à patre suo. † Nō idem fortè erit si stipuler mihi aut filio aut seruo meo, & is postea emancipetur à me, aut manumittatur; nam per me fit ne adiectus maneat in eodem statu, & nō potest facto meo mutari conditio stipulationis. l. verò 12. §. sed ertū quis. D. de solut. mādatum enim mutari & reuocari re integra rectè potest, si non filium aut seruum meum adiecero in stipulatione, sed ei debitorem soluere iussero, & reuocatum intelligitur manumissione & emancipatione, vt plane videatur hac in re constituēda esse differentia inter adiectionem & mandatum, quod latius probat Cuiacius tract. 7. ad Africanum, ad d.l.cum quis.

17 Ex superioribus ergo, & notatis ab eodem Cuiacio, in l. 55. D. de verborum obligation. existimo capitis diminutionem & status mutationem in dict. §. qui sibi aut filio, impedimento non fuisse quominus filio adiecto, emācipato postea rectè solueretur, quoniam illa emancipatio ex voluntate patris stipulatoris prouenies causam & conditionem stipulatiōnis mutare nō potuit, iuxta textum. in dict. §. sed & si quis.

18 Item etiam in d. §. vsumfructum, adiecto capite minuto solui potuisse contra d. l. cum quis, quoniam vt ibidem insinuat Iurisconsultus, sic stipulari possum, *mihi aut Titio cum capite minutus erit*, nec tamen ideo sequitur, capitis diminutione Titij, facultatem soluendi Titio non intercidere, perinde enim esset ac si ita dictum esset, in tempus quo Titius capite minutus erit conferri solutio potest. Vnde si in id tempus non fuerit collata, eo tempore solui ei non poterit, quia falsa alias & vitiosa esset collectio; vt & illa, potest constitui tibi ita vsusfructus cum capite minutus eris, l. tertia. D. quibus mod. vsusfructus amitt. ergo etsi ita non fuerit constitutus, te postea capite diminuto non finietur vsusfructus. Quare illa erit recta ratio in d. §. vsumfructum, etiam si Titius capite diminutus fuerit stipulationis tēpore ius ei soluendi nō perit, quia & in eum casum solutioni applicari potuit, si enim in eum casum potuit adijci, potuit & in ipso casu, atque hinc constat iuxta mentem consulti in dict. §. vsumfructum, stipulationis tempore, Titium adiectum iam esse capite minutum.

19 Eodemque modo accipi posset tx. in d. §. qui sibi, vt filio adiecto rectè soluatur, siue is contractus tempore emancipatus, siue in potestate stipulatoris fuerit: at si post stipulationem adiectus patiatur capitis diminutionē facultas ei soluendi intercidit, nec solum adrogatione, vt in d. l. cum quis, sed & emancipatione vt in dict. §. qui sibi, cum vtroque modo persona mutetur, vt iam sup. animaduerti.

20 Non obstat tertium Argumentū, ex d.l. si quis stipulatus. 57. §. 1. D. de solut. quoniā etsi stipulatore inuito adiecto solui possit, & promissor soluēs ipso iure liberetur, iuxta nostrū tx. hæc tamē facultas tollitur per litis cōtestationē, vt in d. §. 1. & in l. fideiuss. 17. in fi. prin. D. de fideiuss. hoc ideò, quoniā si stipulator exceptione repelleretur, quia extraneo solutio fieri poterat, stipulatio sine effectu esset, quū extraneꝰ petere non posset, d. l. q stipulatus. 10. D. de solut. dict. l. cui rectè. 10. D. de noua

tionibus, facit. l. is qui promisit. 23. D. de pignorib. l. si mihi. 24. D. de fideiuss. vnde quemadmodum quoties quis sibi decem dari in mel le stipulatur, quia decem sunt in obligatione, & mel in solutione litis contestatione adimitur facultas solutionis, si decem petantur, ita & quando sibi aut Titio quis dari stipulatur, quoniam ipse est in obligatione, & Titius in solutione, & inde ipso stipulatore agente facultas soluendi Titio adempta est.

21 Non obstat quartum, ex d. l. cum quis. 55. D. de verb. oblig. quoniam, vt eruditè ibidem Duaren. animaduertit, facultas soluenda adiecto, eius personam non egreditur, quæ à stipulatore electa, probataque est, d. l. cum quis. l. si ita stipulatus. 81. D. de solut. itaque debitorem alij soluentem liberari, cuius fidem ac integritatem non perspexit fortè nec probauit creditor iniquum ac iniuriosum esse, argum. l. cuius bonis. 9. (qui tex. est omnino videndus.) D. de curatore furioso, &c.

22 Non obstat quintum, ex d. §. idem Iulianus, cui difficultati rectè satisfacit Accurs. hic verbo, *contingat*. docens ideò ibidem liberationem promissori non contigisse, quoniam cum certo loco dare stipulatori aut Titio promisisset, puta Ephesi, & ibi recipere vel per se, vel per Titium stipulatoris interesse, non potuit saltem ratione interesse per Titium iniqua cõditio ei inferri, argum. l. non debet. 75. D. de reg. iur. planè loci interesse non vilis est momenti. §. loco. inf. de act. l. 1. per totum. D. de eo quod cert. l. 13. tit. 11. p. 5. Igitur rectè respondet Iulianus, liberationem ibi promissori non contigisse, etiam adiecto soluenti, quod vtique vt Accurs. verbo, *contigisse*, ibidem docet, & post eum Bart. & cæteri, quoad interesse tantum intelligendum est. † Nec obstat in

23 tractatu de eo quod interest forte soluta interesse non considerari. l. centum Capuæ. 9. l. si post moram. 11. D. de eo, quod certo loco, & facit l. si deposita, quarta. C. depositi, quoniam id est admittendum quando soluitur ipsi principali creditori, iuxta opinionem Marcelli, relatam in d. §. idem Iulianus; secus si adiecto soluatur alibi quàm loco destinato, vt rectè opinatur Iulianus.

24 Sed an hodie iure Regio Hispano attento nostri tx. decisio locum habeat dubitari à nostratibus rectè solet: & sanè resoluẽdum est, quod quum ex d. l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ recopil. alteri per alterum, & per pactũ & per stipulationem acquiri possit, vt latiùs notauimus, ad §. si quis alium, sup. eod. quod antea non admittebatur, iure communi, ex d. §. si quis alij sup. hoc ti. quasi ea ratione cessante, dicendum est, eo casu adiecto partem acquiri.

25 † Pro qua sententia facit, quoniam iure isto Hispano quoties quis sibi & alij stipulatur decem, quinque sibi, & quinque extraneo quæruntur, quilibetque agere poterit pro dimidia, argum. l. reos. 11. §. cum tabulis. D. de duobus reis. l. 1. C. si plur. vna sent. l. si quis testamento. 81. D. de leg. 1. & ita expressè docet Greg. in d. l. 7. glos. 2. tit. 11. par. 5. & satis probatur ex præcitata lege Regia. ergo idem erit dicendum quando quis sibi aut alij decem dari stipu

26 latur, † quum constet dictionem, *Aut*, inter personas honoratas positam non esse alternatiuam, sed potius resolui in coniunctam. l. cum quidam. 4. C. de verb. sign. quod exornat Bart. in d. l. Caius. 46. D. solut. matrimon. & in l. si is qui ducenta. §. vtrum. D. de rebus dub. Abb. Fel. & alij in cap. inter cæteras. de rescrip. Baldui. in Iust. lib. 3. pag. 301. Alciat. in l. fæpè. nu. 53. D. de verb. signifi. & inde hanc opinionem defendit Gregor. iam citatus, verbo, *a otro tercero*, sequitur Ant. Gom. 2. to. c. 11. nu. 20. vers. pulchrum & singulare dubium. Matiẽço in d. l. 2. glo. 5. nu. 10. & ibidem Azebedo nu. 37. †

27 Quod tamen, ex eodem Greg. & Gom. quos nouiores sequuntur, limitandum est, quando extraneus non esset adiectus principali dispositioni, seu obligationi, sed executioni aut solutioni, veluti si promissa sunt mihi decem, quæ sunt mihi aut Titio soluenda, tunc enim Titius censebitur adiectus solutioni, nihilque sibi acquiretur ex huiusmodi promissione, vt post sup. relatos resoluit Villalobos in Antinomia iuris Ciuilis & Regij, litera. A. num. 20. atque sic eo in casu sine dubio admitterentur, quæ in adiecto iure cõmuni resoluimus ad nostrũ tex.

§. *Quod si quis.* 5.

1 *Sibi & extraneo si quis stipuletur pro dimidia tantum parte valet stipulatio. & n. 5.*
2 *Seruus communis stipulando omnibus dominis acquirit; & si omnes acquirere non possunt, accrescit acquirentibus, & n. 11.*
3 *L. Pædius. 7. §. in seruum. D. de arbitris, & numero. 12.*
4 *L. Proprium. 5. §. adiectio. D. communia præd. & num. 16.*
6 *Dictio* Aut, *disiungit: dictio, &, coniungit.*
7 *L. fundus ille. 64. D. de contrah. emptione. Communis interpretatio Accursij.*
8 *Reprehenditur communis.*
9 *Stipulatio ex lucrativa causa non semper interponitur.*
10 *Ius accrescendi an in cõtractibus locum habeat?*
12 *Vtile per inutile aliquando vitiatur. & num. sequent.*
15 *Seruus iudex esse non potest.*
17 *Stipulatio mihi & Titio, iure Regio valida.*

1 SIQVIS sibi & extraneo dari stipuletur, pro dimidia tãtum parte valet stipulatio. Idem in l. si mihi. 110. D. de verb. oblig. Sed

Sed obstare videtur tx. in l. fundus ille. 64. D. de contrah. empt. vbi emptio fundi facta mihi & Titio in totum consistit.

Secundò obstat: Quoties communis seruus 3 stipulatur, quot sunt domini tot stipulationes censentur, quia omnium personam sustinet. l. 1. §. communis seruus. D. de stipul. ser. Sed eo casu, si alteri ex dominis acquiri non potest, solidum alteri acquiritur. d. §. communis. l. si communis. 17. D. de stipulat. seruor. §. fin. sup. eodem: ergo & hic quod Titio quæri non potuit mihi debet acquiri.

Tertiò obstat tx. in l. Pædius. 7. §. in seruũ. 4 D. de arbitris, vbi si in Titium & seruum compromissum sit, Titius dicere sententiam cogi non potest, nec si proferat pœna committitur, quia arbitrium nullum est, ergo similiter hic stipulatio omnino debuit vitiare, eo quod in extranea persona non consistit.

Quartò obstat diff. tx. in l. propriũ. 5. vers. 5 *adiectio*. D. communia, præd. vbi si mihi & vicino seruitutem stipuler, & vicino acquiri non possit, tota seruitus ad me pertinet.

Sed his non obstantibus dicendum est eam stipulationem, *mihi & Titio dabis?* validam vtique esse, quoad me attinet, inutilem quoad Titium, eius rei ratio euidens est, & ex superioribus. §§. descendit, quoniam mihi stipulari, & obligationem acquirere rectè possum, extraneo non possum, & inde ex ijs quæ in stipulationem deducta sunt, licèt non omnia, dimidia pars ad me pertinet, quia vtile per inutile non debet vitiari, l. 1. §. sed si mihi. D. de verb. c. vtile. 37. de reg. iur. lib. 6. cum vulg. planè qui ita stipulatur, *mihi & Titio decem dare spondes?* semper vna decem stipulatur. d. l. stipulatio ista, 58. §. alteri, vers. *eum qui*. l. eum qui. 56. in principio. D. de verb. facit tx. in l. si quis testamento. 82. D. de leg. 1. & inde cũ pro dimidia parte tantum stipulatio consistat, quinque tantũ ei debentur.

6 Quid autem inter hunc §. & proximum superiorem discriminis sit, & inter vtramque stipulationis formulã *mihi aut Titio* vel *mihi & Titio* cuique cõstat: nã illa dictio *aut* disiungit omnino, & in vnã personã omnẽ obligationẽ confert, vt ibidẽ animaduertimus; dictio verò & coniunctiua est, & pares facit, vnde pro qua parte in extraneã personam confert obligationem vitiosam stipulationem reddit.

7 Neque obstat tx. in d. l. fundus, quoniam vt rectè ibi animaduertit Acc. ver. *pertinere*, ne eo incõmodo venditor afficiatur, si pars tantũ vẽdita esset, quã forsan nõ venderet, neq; in cõmunione esse cogatur cũ emptore, ideò venditio in totũ valuit, sæpe enim solet cõmunio magnas afferre discordias, l. cum pater. 79. §. dulcissimis. D. de leg. 2. quæ in stipulationib⁹ non admittuntur, vbi non ita grauatur promissor, soluendo pro parte, maximè si in pecunia stipulatio sit, quæ facilè diuisionem recipit, & pro numero personarum diuiditur. §. qui decem. l. 9. D. de solutionibus.

8 Sed quamuis hæc solutio placuerit Bart. & sequatur ab Anto. Gom. 1. tom. cap. 10. n. 3. & quod attinet ad d. l. fundus, nõ omnino displiceat, nimis tamen restringit generalem nostri tx. regulã, infertur enim ex ea interpretatione, quòd si ita esset stipulatio cõcepta *mihi & Titio fundum dare spondes?* ne partem tantũ pro missor dare cogeretur, & ne inuitus in cõmunione maneret, vt totus fundus ad me pertineret; quod vtique est omnino falsum, & contra bene fundatam iuris dicendi rationem.

9 Secundò, quoniam nõ semper ex lucratiua causa, sed frequentiùs ex onerosa interponuntur stipulationes, & tunc constat sequi naturã illius rei super quæ cõcipiuntur, l. 1. §. si sub cõditione. D. vt leg. nomine caueat. ergo, si super contractu emptionis interposita fuisset stipulatio, in d. l. fundus, in totum venditio valeret, & venditor promissor totum tradere cogi posset, quod tamen stipulatio non patitur, cũ pro mea tantũ parte consistiterit, neq; altera mihi accresceret ex nostro tx. & d. l. si mihi.

10 Quare ego existimo quod etsi controuersum sit, an ius accrescendi in contractibus locũ habeat: quod latè post Bart. & Iaso. in d. l. si mihi. disputat Anton. Gom. d. tom. 1. cap. 10. nu. 3. Duaren. lib. 1. de iure accrescend. c. 15. illud est omnino admittendum, in bonæ fidei iudicijs propter corũ naturã & exuberantẽ æquitatem, iuxta d. l. fundus, maximè tamen, cum res sua natura indiuidua est, aut saltem cõmodam diuisionem non recipit: secus autẽ in stricti iuris contractibus, in quibus nihil, vltra ea, quæ sunt à contrahentibus expressa, admittitur, sed semper stricta fit interpretatio, & nulla coniectura locum habet, ex regula l. quicquid adstringendæ. 99. D. de verb. oblig. quam solutionem præsensit Duarenus. d. cap. 15.

11 Non obstat secundum, quoniã quando vni ex dominis acquiri nõ potest, quod seruus cõmunis stipulatur, vt in casu d. l. si cõmunis, & d. §. fi. à principio vna cẽsetur stipulatio respectu alterius cui acquiritur, & vnus cẽsetur dominus respectu illius actus: nec mouere debet tx. in d. l. 1. §. cõmunis, qui in prima parte intelligi debet quando omnibus dominis acquiri potuit, tunc enim omnium esse censetur eorumque personam sustinet, & quotquot sunt domini, tot stipulationes existimantur, quod si alteri ex dominis non potest acquiri, perinde habetur ac si eius solius esset, cui acquirendi facultatem habet, vt in dict. §. communis, in fin. docet Iulianus.

Deinde non obstat tertium, ex dicto paragrapho in seruum, cui Accurs. hic & in eo loco, verbo, *nullum*, respondet, generaliter verum esse vtile per inutile nunquã vitiari, iuxta

nostrum tex.cum similibus,esse tamen speciales causas in quibus inutile, quod vtiliter factũ est,vitiat & corrumpit, retulit Dinus in d.cap. vtile.37.nu.5.de reg.iur.lib.6. Sed cum in casibus specialibus,& in quibus generalis regula cessat, specialitatis & limitationis ratio semper reddenda sit, quam in hoc casu nullibi neque Accurs. neque aliqui eum sequuntur afferunt,consequens est, eam solutionem non immerimò improbari.

13 Quare existimo, quòd etsi hactenus ab authoribus controuertatur, an vtile, per inutile vitetur,maximè per Bal. & Iaso.in l.certi cõdictio.9.§.quoniam,colum.4.& n.7.D.si cert. pet.per eosdem & reliquos in d. l. 1. §. sed etsi mihi,vbi notanter Alciat.nu.3.& 23. post Angel.& Ioan.Fabrum hic, Matiençio in l.3.gl.3. nu.2.ti.6.lib.5.recop.qui alios retulit, id tamẽ certa regula non poterit in vniuersum comprehendi,res enim infinita est, in quaque iuris studioso multam operam ponere debebunt; ex eis tamen quæ à doctoribus traduntur, illud nunc poterit definiri, quod iam vulgare ac protritũ
14 est. † In his quæ indiuidua sunt, & separationem non facilè recipiunt vtile per inutile vitiari; in cæteris contra.l.1.§.illud.§.Trebatius, D.de aqua,quot.& æst.l.pæcuniæ.9.l.placuit. 29. D. de vsuris, spectanda autem semper hic est ratio legis, & voluntas eorum, inter quos negotium cõtrahitur,vt exempli gratia,in seruum quendam, & liberum hominem compro-
15 missum est à litigatoribus,† cum seruis iudicare non possit,(l.cum prætor.12.versi.*moribus*. D.de iudicijs.l.4.t.4.par.3.nec arbitrium proferre.l.28.d.tit.4.par.3.)constitutum est.alterum qui liber est, etsi compromissum receperit cogendum non esse iudicare. d.l. Pædius.7. §.in seruum,nam fortasis compromissum non recepisset,si solus à litigatoribus arbiter sumptus fuisset, eadem ratione, ne volens quidem iudicare poterit,argum.l.duo ex tribus.39.D. de re iud. item etiam quia litigatores eius solius arbitrio sese committere ab initio noluissent.

16 Non obstat quartum, ex d.l. proprium. 5. versic. *Adiectio*,quoniam retenta superiori doctrina, vt in indiuiduis vtile per inutile vitietur, obseruo in d.l.proprium, inutilem adiectionem non vitiasse vtilem seruitutis constitutionem, quia licet ius seruitutis exceptæ esset indiuiduum,personæ tamen à quibus excipiebatur erant diuiduæ, & ideò facta relatione ad personas diuiduas vtile nõ vitiatur per inutile,quia per relationẽ prędictã possibile est,vtile ab inutili separari. Neq; tunc obstat tex.in d.l.Pædius.7.§.in seruũ,vbi erat ius indiuiduũ, scilicet ferendę sententiæ, & personæ diuiduę, & vtile per inutile vitiatur, quoniam qualiter
17 id præcedat,paulò ante explicuimus. † Hodie verò iure nostro Hispano si quis sibi & Titio stipuletur valida est stipulatio, & quoad ipsum, & quoad Titium vt obseruauimus, in §. plane,sup.eodem ex Greg.in d.l.7.gl.2.ti.11. par,5.quem sequitur Matiençio in l.2.gl.5.nu. 7.Azebedo n.36.ti.16.lib.5.recop.

§. *Ei verò qui.* 6.

1 *Interpretatio huius textus,remissiuè.*

1 PRo huius,tex.explicatione vide omnino quæ notauimus in §.si quis alij.3.sup. eod.vbi præter glos.& alios interpretati sumus illa verba huius tex. (In ijs rebus quæ tibi acquiri possunt.)

§. *Præterea inutilis.* 7.

1 *Diuersitas inter interrogationem & responsionẽ vitiat stipulationem,& n. 4. & 26.*
Responsio simplex ad interrogata producit obligationem.
2 *L.1.§.si stipulãti.l.inter stipulantem.83.§.si stipulante.D.de verbor.obligat. l.si seruus legatus.111.§.qui quinq;.D.de leg.3.& n.5.& 8.*
3 *Stipulatio, etsi verbis maximè contrahatur & fiat,nisi habeat consensum nulla est.*
4 *L.1.§.si quis simpliciter.D.de verb.oblig.*
6 *Verborum defectus suppleri aliquando potest,cõsensus non ita.*
7 *L.si stipuler.35.§.si in locando.D.de verb.oblig. & eius lectio animaduersa.*
8 *Summa minor inest maiori.*
9 *Communis interpretatio.d.§.si stipulanti.*
10 *Reijcitur communis.*
11 *Communis interpretatio nostri textus in hoc §. præterea.*
12 *Argumentum contra communem interpretationem nostri textus.*
13 *Determinatio vna respiciens plura determinabilia pariformiter non semper determinat.*
14 *§.quod si quis.sup.h.t.de inutilib.stipulationib.*
15 *L.si seruus.11.§.qui quinque.D. de legat.1.*
16 *L.si ita stipulatus fuero hanc summam.120.D. de verb.oblig.*
17 *Communis eius interpretatio relata, & reprehensa.*
18 *Imolæ & Aretini explicatio reprehensa.*
19 *Iuniorum interpretatio ad d.l.si ita.*
20 *Refutatur hæc opinio.*
21 *Alia explicatio adducta,& animaduersa.*
22 *Vera d.l.si ita,explicatio.*
23 *L.inter stipulantem. 83. §. si stipulante. D. de verb.obligat.*
24 *Iure Regio corrigitur huius paragraphi decisio in l.1.& l.2.tit.16.lib.5. recop.*
25 *L.1.§.sed si mihi Pamphilum.D.de verb.oblig.*
26 *Duorum reorum vna est obligatio, licèt vnus purè,alter sub conditione constituatur, & numero.28.*

27 L.

27 *L.1.§.si quis simpliciter.D.de verb.obli.& 29.*
28 *L.3.final.versiculo*, vtique enim.*D.de duobus reis deb.*
29 *Iure Regio admittenda huius paragraphi decisio in versiculo*: Aut si ille purè, *& d.§.si quis simpliciter.*
30 *Responsio ad interrogantis mentem facta intelligitur,& in ea omnia quæ in interrogatione dicta sunt repetita.*
31 *Dicta in præfationibus censentur repetita in sequentib.*
32 *Glossa hic verbo*, non respondeat, *remissiuè.*

1 DIVERSITAS inter interrogationem & responsionem vitiat stipulationem, sed qui simpliciter ad interrogata respõdet, rectè obligatur, idem in l.1.§.si quis simpliciter.D.de verbor. consonat l.26.tit.11.par.5. explicant Vaconius lib.5.declar.iur. ca.70. & 71.Connan.lib.6.c.1.nu.6.& cap.4.nu.9.Ant. Gom.2.to.c.9.n.4.Mencha.de succes. creatione.§.5.num.3. post Greg.in d. l.26.& ordinarios in l.1.§.si stipulanti. D. de verb. & d.§. si quis simpliciter.

2 Sed obstat ex diametro difficilis tex. in d.l. 1.§.si stipulanti.D.de verbo. vbi Vlpian.docet quod si stipulanti mihi decem, tu viginti respondeas, in decem cõtrahitur obligatio, & ex contrario, si me viginti interrogante tu decem respondeas, obligatio nisi in decem non erit contracta.Cui sententiæ accedere videtur Africanus in l.si seruus legatus.111.§.qui quinque. D.de leg.1.*qui quinque* (inquit ille) *in arca habeat, ita legauit, vel stipulanti promisit, decem quæ in arca habeo, & legatum & stipulatio valebit*, cõsonat tex.in l.18.ti.9.par.6. Deinde ab eodem Vlp.non longè est Iul.Paulus in l.inter stipulantem.83.§.si stipulante.D.de verb.oblig.vbi si ego plures res stipuler, Stichum puta & Pãphilum, licet vnum spoponderis, teneris.

3 Sed his non obstantibus dicendum est, eum qui aliter quàm interrogatur respondet non obligari, quia etsi maximè hic contractus, & stipulatio verborum solemnibus nitatur.l.1.§. verbis.D.de oblig.& act.l.1.in princ.& per totum.D.de verbor.oblig. quod & satis Rubricę verba insinuant, de verb.oblig.quasi tota huius obligationis vis in verbis consistat, & ex eis oriatur; consonat l.1.*promission es otorgamiento que fazen los omes vnos a otros por palabras.*tit.11. par.5. Attamen nisi & interrogans & promittens mutuo consensu clarè in eadem rem conueniant, contrahi obligatio nõ potest, vt apud Vlp.docet Pdiçus in l.1.§.adeò.D.de pact. Venuleius in l.continuus.137.§.si hominem, ibi: *nam stipulatio ex vtriusque partis consensu perficitur.*D.de verb.obligat.& l.1.ibi: *con intencion*
4 *de obligarse auiniendose sobre alguna cosa cierta.* † Vnde dissensus inter contrahentes vitiat obligationem, siue consistat in quantitate, siue in qualitate, siue in specie, iuxta nostrum tex.& & d.§.si quis simpliciter, ibi: *semper probandum est vitiatam esse obligationem*, quibus verbis I.C. satis docet, non tantum stipulationem, sed obligationem quoque vitiari, vt ostendat se nõ ad verba collimare, sed ad concursus consensus obligatorij, quo læso, non solum non valet, vt stipulatio, sed nec vt pactum nudum, alias si non esset læsio in consensu, sed in verbis tantum, valeret obligatio, vt ex nudo pacto, vt contra communes sententias defendit Molineus in l.1.§.si quis ita.D.de verb.oblig.

5 Hinc † fit, valde errasse Doctores omnes (vno excepto Molineo) qui hactenus putarũt in d.§.si quis simpliciter,& d.§.si stipulante in 1.par.& in hoc.§.præterea,& similibus, propter diuersitatem verborum, seu formæ verborum stipulationis,& non propter diuersitatem voluntatis, seu dissensum, vel dubietatem, aut certitudinem consensus inutilem esse stipulationem: non enim solũ forma verborum, sicet interrogatio præcedẽs,& congrua respõsio statim sequens, est de forma stipulationis, vt in d.l.1.§.qui præsens.in l.si ita stipulatus, 126.§.Chrysogonus. de verb.l. obligamur.51. §.verbis.D.de obligat.& act.l.1.vers. *Diziendo el vno al otro*, vbi obseruat Greg.glos. 6.tit.11. p.5.sed etiam mutuus consensus, vt d. §.adeò, ibi: *nam & stipulatio quæ verbis fit nisi habeat cõsensum nulla est*, & eleganter contra alios defen-
6 dit Molineus in rub.nu.92.D.de verb.oblig.† quinimo consensus præstantior est, cuius defectus nec verbis, nec alia arte suppleri potest, aliquis tamen defectus verborum benè suppletur consensu, etiam per interpretationem resultantem ex verbis, iuxta tex.in d.§. si quis ita, vel etiam consensu statim sequenti iuxta.d. §.si quis simpliciter ad finem, ibi: *nisi stipulatori diuersitas responsionis illico placuerit*, vbi sola declaratio & certitudo consensus statim etiam sine verbis superueniens medetur stipulationi; atque sic constat ibi stipulationem non laborasse, propter diuersitatem in forma verborũ, sed magis propter defectum, aut dubietatem consensus, nam illud verbum, *placuerit*, non ad verba, sed ad voluntatem; non ad formam verborum, sed ad concursum consensus refertur.

7 † Hinc infero interpretationem ad l.si stipuler.35.§.si in locando.D.de verb.qui tex.propter diuersitatem responsionis contractum nõ vitiari probat, qui tex.eo difficilior est, dum primò ait ad interrogata responsum non esse: Deinde affirmare videtur responsum esse; quibus difficultatibus, vt satisfaciat glo.ibi verbo. *non responderit*, in continentia ait non esse responsum: sed ex interuallo, est communis interpretatio secundum Nigris in l.1.§.1.nu. 12.de verb. Sed diuinatoria est, ideò à plerisq; reijcitur.

Verissima ergo interpretatio est, in eo tex.

nullam dari repugnantiam, qui non simpliciter dicit non esse responsum, sed ad interrogata nō esse respōsum, & tamē si in eo quod responsum est conueniant contrahentes valet cōtractus. Vnde cauendum est à Zoanneto in restitut. ad Pandectas, c. 14. qui cum hæc non intelligeret negationē addendam esse illi textui putat, vt legatur, *in id quod responsum nō est*, quem merito improbat Ioan. Robertus lib. 1. receptæ lectionis. c. 4.

8 Quibus sic præmissis non obstant in contrarium adducta, & primò non obstat tx. in d. l. 2. §. si stipulanti. D. de verb. obligat. vbi saltem in concurrenti quātitate vtilis est stipulatio, quia in maiori summa inest minor. l. diem proferre, 32. §. si plures. D. de recep. arbi. l. inter pares. 38. in fi. D. de re iud. l. si quis cum totum. 7. D. de except. rei iud. l. quoties. 9. §. sed si non in corpore. ibi. *quoniam inest quadrans*, D. de hered. instit. cum alijs pluribus, quam rationem in d. §. si stipulanti I. C. expressit.

9 Nam huic difficultati respondet Accurs. ibi verbo. *non erit contracta*, & in l. in eo. 111. glos. 1. D. de reg. iuris, à paucis animaduersus, ideo in concurrenti quantitate valuisse stipulationem, quia sequuta fuit partium complacentia, quæ effecit ne stipulatio esset omnino inutilis, ex regula d. §. si quis simpliciter. vers. *cum adijcitur*, & sup. diximus, quam interpretationem tanquam nouam tradidit Chrysostophorus hic, sequuntur Eguinar. & Cuac. ibi, Molineus in d. §. si quis simpliciter. n. 47.

10 Verum hæc opinio, etsi à nouioribus sequuta fuerit, iure displicuit Iasoni, in d. §. si stipulati. n. 6. Primò quoniam l. C. ibi non mouetur eo quod sequuta fuerit complacentia partiū, sed quia in maiori summa inest minor, vnde dici non potest quin in ea conueniant contrahētes, qui mutuus consensus in minori summa stipulationis validitatem producit adiuncta congrua interrogatione & responsione, vnde ibi, non ex posteriori consensu ex complacentia orto, sed ex priori valuit stipulatio. Secundo, quoniam sequuta complacentia stipulatoris in 1. p. illius tx. vbi stipulanti mihi decem tu viginti respondes, contraheretur obligatio viginti, vt enim in decem contrahatur, nulla est necessaria complacentia stipulatoris, qui initio ea stipulatus est, sed potius promissoris respondentis viginti: at nec hoc casu id efficit complacentia, sed in decem tantum contractam esse obligationem constat.

11 Quare omissa ea sententia, & alijs pluribus, quam ibi, & hic Doctores comminiscuntur, & reiecta temeritate Coraſij, qui in secunda lectura illius §. num. 2. Iustin. dormitasse, & expressè contra iuris rationem locutum fuisse docet; dicendum est, ex adductis sup. in ratione decidendi, semper stipulationem in concurrenti quantitate, & summa valere, quia in ea consensus mutuus vtriusq; & stipulatoris & promissoris datur, vt in d. §. si stipulanti. Neque contrarium probat Iust. in hoc. §. præterea, qui debet interpretari, vt fit inutilis stipulatio, in summa tantum quæ excessit, quia in ea non adest consensus, non in concurrenti vbi nulla est diuersitas, quam interpretationem scripsit Accur. hic verbo. *non respondeat*, sequitur Bart. d. §. si stipulāti in princ. Iaso. n. 6. Coras. 1. lect. n. 3. & 2. lect. n. 2. Quare in prin. Ant. Gom. d. 2. to. c. 9. n. 4. Mēch. de succes. creat. §. 10. n. 142. Connan. lib. 6. c. 1. ad fin. & cap. 6. nu. 8. Vaconius. d. lib. 5. c. 71. Angel. Hotom. Baldui. Myn sing. Oinotomus hic, & est communis sententia ex Iasone, & Gomezio, sup. relatis.

12 Quæ tamen communis sententia implacabilem continet difficultatem, quoniam Iustin. hic diuersitatem in quantitate, & qualitate cōiungit & æquiparat, & vtroque casu omnino esse inutilem stipulationem docet, vna determinatione vtramq; stipulationem amplexus: & tamen constat diuersitatē in qualitate prorsus nullam facere obligationem iuxta tx. in d. §. si quis simpliciter: ergo idem dicendum est, Iustin. docere si diuersitas sit in quantitate, argum. regulæ. l. iam hoc iure. 4. D. de vulgari & pupill. quo vno argum. à communi opinione discedunt plerique.

13 Sed male, quoniam (vt & illud obiter dicamus) non est omnino verum, & perpetuum, illud dicterium, vnam terminationem respiciens plura determinabilia pariformiter determinare, sed vt subiecta materia patitur; quod potest & iure & exemplo probari: Iure in l. 2. D. de offi. procōsul. & leg. ibi. *apud proconsulem possunt tā liberi, quàm serui manumitti*, aliter enim manumittitur filius, aliter seruus, & in l. Lucius Titius. 85. ibi: *non enim fratrem solum heredem prætulit substitutis, sed & eius liberos.* D. de hered. instit. iuncta glo. fin. ibidem communiter recepta, quia aliter, scilicet ex testamento prætulit fratrem, aliter verò, scilicet ab intestato, prætulit liberos. Exemplū: Ars semper imitatur naturam. §. minorem sup. de adoption. sed ecce, si quis propè ignem ponat molle, lutum, & cæram, ignis liquefaciet penitus cæram, è luto verò superfluū expellit humorem lutumque indurat, ignis itaque est determinatio, (vt aiunt,) lutum & cæra determinabilia, & tamen ignis non pariformiter determinat, sed vt subiecta materia patitur: ergo similiter ars, & facultas legum latrix, secundum subiectam materiam operabitur. Igitur in nostro tx. illud verbum, *inutilis*, aliter determinabit diuersitatem in quantitate, aliter diuersitatem in qualitate, pro vt subiecta materia expostulat. Præterea id quod differt secundum plus vel minus, non dicitur differre. l. fi. D. de fundo instruct. ita in nostro casu, quantum ad substantiam æquè dictio *inutilis*, vtramque stipulationem determinat

minat, vtraque enim est inutilis, differunt tamen per plus & minus, vna enim est minus
14 vtilis quam altera.† Vltimò pro hac cõmuni, nouè considero tx. in §. quod si quis. supra eo. ibi, *valet quidem stipulatio*, vbi Iustin. simpliciter stipulationem valere dixit, quando mihi & Titio decem stipulor, & tamen constat eo casu, quoad Titium inutilem esse, vt statim in 2. par. illius paragraphi ostenditur, vbi probauimus, & I.C. in l. si mihi & Titio. 110. D. de verbor. obligat. ergo similiter in hoc nostro §. quamuis Imperator probet simpliciter stipulationem esse inutilem, & quando adest diuersitas in quantitate, & quando adest in qua- 20
litate, id tamen debet intelligi iuxta iuris regulas, fuit enim Iustiniani institutum in his libris conscribendis, capita rerum attingere, exceptionibus in alios reiectis.

15 Secundò, non obstat tex. in d. l. si seruus. §. 21
qui quinque. D. de leg. 1. vbi vt ex litera supra relata constat si quis præsentem habens summam, vel ad certum locum demonstratione facta stipuletur, *decem quæ in arca habes*, vel, *hanc summam decem aureorum dare spondes?* stipulatio valet. Sed ex adductis pro exornatione, d. §. si stipulanti facilis est explicatio, ideò enim ibi valuit stipulatio quia in minori summa consenserunt contrahentes cum in maiori sit.

16 Sed tunc difficilis redditur Papiniani locus, Africano omnino contrarius in l. si ita stipulatus fuero hanc summam. 120. D. de verbo. obligat. vbi in eadem specie nullam esse stipulationem Consultus docet.

17 Cui difficultati Accur. ibidem, verbo, *nulla est*, respondet actum fuisse, ne alias stipulatio valeret, quam si ea summa reperiretur: quam interpretationem admittunt ibi Bart. Alber. & Cuman. retulit Iaf. nu. 5. qui tamen n. 6. aliter respondet. Aliter Molineus. d. §. stipulanti, n. 8.

Verum communis intellectus non quadrat decisioni illius legis. Primò, quoniam eo admisso, nullam contineret dubitandi rationem Papinianus, cum certissimi iuris sit, quando expresse & specialiter fuit actum ne aliàs stipulatio valeret quam si centum aureorum esset 23
summa, si centum non reperiantur, nullam cõtrahi obligationem ex defectu consensus. Secundò etiam conuincitur, quia I. C. scribit, illam pactionem in vim conditionis accipi non posse.

18 Quapropter sunt qui illum tex. accipiant in contractu oneroso vltro citroque obligatorio, iuxta l. si decem. 55. D. locati, & exemplum relatum à Molineo in d. §. si stipulanti, num. 1. ita interpretantur Imola, & Aretinus ibi nu. 2. estque verissima sententia in se, iuxta tradita per Decium in l. in eo. 111. n. 9. D. de reg. iur. Ant. Gom. 2. to. c. 9. n. 4.

Non tamen conuenit decisioni d. l. si ita, quæ contractui merè gratuito ex parte accipientis magis congruit.

19 Vnde Duaren. & Donel. ibi, Connan. d. lib. 6. cap. 1. n. 9. Costa lib. 1. select. cap. 2. resoluũt, Papinianum ibi, solum id agere, vt probet stipulationem non esse conditionalem, quod eo argum. confirmat, quia etsi expressè fuisset adiecta illa conditio, *si modo centum aureorum sit*, non esset promissio conditionalis, quoniam ad præsens tempus refertur, quod conditionem non facit. l. cum ad præsens. 37. D. si cert. pet. l. conditio. 100. D. de ver. oblig. & diximus in §. conditiones, sup. de verb. oblig.

Quæ tamen licet vera sint, adhuc tamen magis vrget superior difficultas, nam si obligatio non fuit conditionalis debuit valere, cum in maiori summa minor insit, ex sup. traditis, & d. §. qui quinque.

Neque magis placet & alia interpretatio existimantium, in d. l. si ita, solum negari, stipulationem illam esse conditionalem, de quo erat apud Papinian. quæstio, vt sit sensus, nulla est in hoc casu stipulatio conditionalis: Nam id non patiuntur illa verba, *stipulatio nulla est*, quę plane significant stipulationem non valere: Deinde quia essent eadẽ ratio cum dicto præcedenti, quod vtique absurdum est.

Quare in tam graui difficultate ego sic statuo, quod cum I. C. proposuisset stipulationẽ, de qua ibi, non esse conditionalem, hoc arguta ratione probauit, in vers. *quoniam*, illa scilicet, quia si esset conditionalis & centum non inuenientur stipulatio nulla est, conditione sub qua stipulatio concepta est deficiente, cum ergo valeat stipulatio, idque pro constanti præsupponat Papin. manifestè sequitur eam non esse conditionalem, quoniam si esset, & centũ non inuenirẽtur, stipulatio nulla esset. Quemadmodum idem Papin. in l. scripto. 11. D. vnde lib. dum scribit, quod si nepos suus non est, non potest esse agnatus, quia qui non sunt sui, cum sint ex descendentibus & primum locum obtineant, non sunt agnati, pro constanti habet, & suum, & agnatum esse, quod rectè animaduertit Cuiac. lib. 4. obseruat. c. 6. in fin.

Tertiò, non obstat tex. in d. l. inter stipulantem. 83. §. si stipulante, vers. *item si ego*, qui apertam & expressam rationem habet in illis verbis: (Videris enim ad vnam ex duabus stipulationibus respondisse,) ex regula l. scire debemus. 29. & l. q dicitur. 86. D. de verb. oblig. in quibus docemur, tot esse stipulationes, quot res in eam deductæ: idcòque in ea sola re, in qua datur mutuus vtriusque consensus valet stipulatio, vnde si mihi Stichum & Pamphilũ stipulanti, tu ex his alterum, vel Stichum, vel Pamphilum spoponderis, vnam tantummodo stipulationem concipi dicemus, quia de vna tantum re responsum est. Qua ratione è conuerso si vnam rem stipulanti plures promit-

tantur

tantur, in ea in qua vterque conuenit stipulatio valet. l.1. §. sed si mihi Pamphilum. D. de verborum.

24 His addendum est hodie ex d.l.2.tit.16.lib.5. nouæ recopil.corrigi sententiam Vlpian.in d. §.si stipulanti,& Institiani hic, aientiũ, quod si mihi decem stipulanti viginti promittas, in decem tantum obligatio contrahitur, quoniã cum ex Regia illa constitutione solius promissoris animus sit inspiciendus, qui simul atque voluit obligatione adstringi,tenetur,ibi,*paresciendo que vno se quiso obligar à otro quede obligado*,constat eum esse in maiori summa obligatũ, quia in ea est animus obligandi; & in recipiente non potest considerari dissensus; quod erudite animaduertit & explicat Gomez.2.tom. cap.9.num.4.

25 Quæ sententia est etiam notanda iuxta d.l.1. §.sed si mihi Pamphilum.quoniam hodie non in ea tantum re quam ego stipulabar, verum etiam in omnibus alijs quas promissor expressit, stipulatio firma erit; vti ex præcitata lege Regia obseruat Anton.Gom.iam relatus vers. *quarta conclusio.*

In tex.ibi. *Aut si ille purè stipuletur, tu sub conditione promittas.*

26 Hactenus d sseruimus cum Iustin.& I.C.de diuersitate in quantitate; ecce aliud exemplũ, si quis simpliciter interrogatus sub conditione promittit,inutilis est stipulatio, idem in d.l.1. §.si quis simpliciter.D.de verbor.& explicant relati sup.in initio huius §. & repetentes omnes in d.l.1.d.§.si quis simpliciter, & consonat d.l.26.in princ.ti.11.p.5.

Sed obstare videtur,duorum reorum debendi vnam esse obligationem.l.3.§.fi.vers *vtique enim.* D.de duobus reis,& duos reos vna stipulatione constitui posse. l.duo rei.4.D. illo tit. At ex duobus reis promittendi alter purè, alter sub cõditione obligari potest.l.ex duobus, 7.D.de duob.reis.§.fi.sup.illo ti.ergo.

27 Adhuc tamen dicendum est, hanc diuersitatem omnino vitiare stipulationem ex ratione sup.relata, quia dissensus hunc contractum vitiat,qui cum expressè adsit, quoties ego pure tu autẽ conditionaliter stipularis:alia est enim pura obligatio, altera & prorsus dissimilis & diuersa conditionalis, consequens est stipulationem esse omnino inutilem,neque aliqua ex parte valere potest, quoniam in nulla mutuus datur consensus. Vnde eleganter I. C.in d.§.si quis simpliciter,vers.*cum adijcitur*,docet,quod si huiusmodi diuersitas & contrarius consensus denuo reuocatus fuerit complacentia contrahentium, vtilis erit stipulatio, quasi alia noua contracta sit,quod latius sup.exposuimus, & post alios explicat eleganter Molineus ibid. ex num.21.

28 Nec obstat argumen. quod de constitutione duorum reorum diximus, qui vna stipulatione fieri possunt,& alter purè,alter sub conditione,quoniam respondet Iaso.d.§.si quis simpliciter, num. 4.reiecta solutione Imolę, speciale esse in constitutione duorum reorum, vt diuersitas non vitiet,quia licet Iutis subtilitate vna fingatur obligatio, eo quod vna sit quæ debetur, cuius solutione cõrei quoque obligatio siue actio perimitur: duæ tamen personæ sunt,& duo obligationes.

Sed respondet Iaso contra tex. expressum in d.l.3.§.fi.ibi:*cũ vna sit obligatio*,vna etiã summa est.Præterea etsi fateremur duas esse obligationes,si tamen vterque vno contextu interrogatus sit, dicendum est,quoad illum qui alter respõdet quàm interrogatus fuit vitiari stipulationem oportere ex regula nostri tex.

Nec magis probari potest interpretatio Molinei in d.§.si quis simpliciter, nu.38. dicentis in d.l.ex duobus, propter complacentiam cõstitutionem valuisse;quia summam ad eum tx. continet diuinationem.

Quare dicendum est,eũ tex. esse intelligendum quando duo rei interrogati sunt separatim & diuerso modo,vnus purè, alter sub conditione.quia & sic possunt interrogari,vt in d. l.3.vers.*& parui refert*,& diximus sup. in prin. de duobus reis,vbi docet Faber. & notat Cortas.in d.§.si quis simpliciter.1. lect. n.13.& 2. lect.nu.6.

29 Quibus etiam addendum huius tex. & d.§. si quis simpliciter sententiam, hodie esse admittendam,etiam post d.l.2.ti.16.lib.5.nouæ recopilat. quæ verborum solemnitates tantum reiecit; & inde cum hic non ex defectu verborũ,sed ex defectu cõsensus stipulatio sit inutilis, vt docuimus, consequens est adhuc procedere,quod & obseruauit Greg Lop. in d.l.26. glo.*vale en todo*,t.11.p.5.& eo non relato Ant. Gom.d.2.to.c.9.n.4.vers.2.concl.in fi.

Versiculus: *Nam si hoc solum respondeas,&c.*

30 Igitur † cum præcesserit congrua,vel pura, vel conditionalis interrogatio, & promissor hoc solum respondeat,*Promitto*,magis ad mentem stipulantis, quàm ad mentem promittentis id referri debet, breuiter enim videtur in eandem diem vel conditionem spopondisse, quia interrogatio ipsa,veluti quædam responsionis futuræ præfatio,ist hic esse repetita creditur. Itaque Liuius formulam deditionis Collatinorum hanc lib.1.commemorat, *dedistis ne vos populum Collatinum, vrbem,agros,aquam,terminos,delubra, vtensilia, diuina humanaq; omnia in meã Populiq; Romani ditionem dedimus.* neq; enim in respondendo necesse est eadem omnia repeti quæ stipulator expresserit. † Hinc 31 Accur.noster verbo.*expresserit*,obseruat, quod ea quæ

ea quæ in præfationibus dicũtur in sequentib. censentur esse repetita, quod expresse probat etiã Iul.Paul.in l.Titia.134.§.Idẽ respondit in 1.D.de verbo.vbi post Bart. & alios explicat eruditè cum ampliationibus, & limitationibus Iaso,ex num.1.omnes in l.item quia.4.§. fi.D. de pact.Duaren.ad ti.de pactis.ca.4.Mendoça lib.3.disput.cap.8.

In glossa verbo, *Non respondeat.*ibi, *si autem non placeat.*

32 Pro huius glossæ explicatione, & singulorum casuum, quos prosequitur vltra superius tradita,& ab scribentibus in d.l.1.§ si quis simpliciter, & §.si stipulãti,vide omnino Ant.Gomez,qui sigillatim de omnibus egit.d.2.to.ca. 9.ex num.4.

§. *Item inutilis.* 8.

1 *Obligatio ex stipulatione inter patrem & filium, dominum & seruum non contrahitur,& quare.n.6.& 14.*

2 *Obligatio naturalis esse inter patrem,& filium; dominum & seruum potest,& num.8.cum seq.*

3 *L.promissæ.3.C.an seruus pro suo facto post manum.teneatur, & n.16.*

4 *L.pactum dotale.4.C.de pactis conuentis, & numero.15.*

5 *L.lis nulla.4.D.de iudicijs,& nu.12.& 18.*

7 *Obligatio ciuilis inter patrem & filium quare non sit. & n.seq.*

8 *Obligatio naturalis inter patrem & filium quare,& n.12.*

9 *Pater,& filius eadem persona censetur.*

10 *Patria potestas natura & iure inducta.*
§.1.Inst. de patria potestate.

12 *Obligatio ciuilis in castrensibus,quasi castrensibus,& aduẽtitijs inter patrem & filium est,& qua ratione?*

13 *Obligatio ciuilis inter dominũ & seruum quare non sit,& quare naturalis consistat.*

19 *Seruus neque domino suo, neque vlli alij ciuiliter obligatur,benè tamen naturaliter.*

20 *Filius fam. ex omnibus causis tanquam pater fam.obligatur.*

1 CVM pater aut dominus à filio fam. aut seruo suo,vel contrahi ab illis quicquam stipulantur,inutilis est stipulatio : comprobat eleganti ratione Iulianus in l.si seruus 32.vers. *& regulariter.* D. de vsufructu.l.liber homo.118.in prin.D.de verb.oblig.l.6.t.11.p. 5.& cõducit.l.lis nulla.4.D.de iudicijs.l.actiones.6.D.de oblig.& action.præter ordinarios explicat rationem huius sententiæ Cuiac. lib. 9.obseruat.c.13.Vaconius lib.1.declarat.ca.9. & lib.4.c.57.

2 Sed obstat difficil. tex, in l. frater à fatre 38. vers.*quæsitum*,& in l.si id quod.64.D. de condict.indeb. in quibus constat vtiliter inter patrem & filium,dominum & seruum obligationem contrahi, siquidem soluti repetitio impeditur.

3 Secundò,obstat tex.in l.promissæ.3.C. an seruus pro suo facto post manumit. ten. cui consonat.d.l.6.vers.*fueras ende.*tit.11.par.5.vbi inter dominum & seruum obligatio consistit.

4 Tertiò,obstat tex.in l.pactum dotale.4.ver sic.*sed si obligationem.*ibi.*maximè,&c.*C.de pactis conuẽt. vbi Imperator Gordianus insinuat, stipulationem de materna dote restituenda inter patrem & filium ritè & solemniter constitutam, efficacem obligationem parere.

5 Quartò,obstat tex.in d.l.lis nulla. 4. D. de iudicijs, vers. *nisi*, vbi constat ratione peculij castrensis inter patrem & filium iudicium rectè esse posse:ergo noster tex.indistinctè non procedit.

6 Sed his non obstantibus dicendum est neq; inter patrem & filium, neque inter dominum & seruum concipi vtiliter stipulationem posse,planè cum is tex.& de dominica & de patria obligatione ciuili, vel actiuè, vel passiuè non instituenda disponat, vtriusque axiomatis sigil latim ratio erit insinuanda. Illud autem quod generale est in primis obseruemus ideò inter eos,quorum hic mentio fit,non consistere stipulationem,nam cum conuentiones istæ ciuiles in id sint inuentæ vt vnusquisque quod sua interest efficaciter acquirat,tex.in §.alteri inf. eod.vbi dicemus,constetque id omne quod filius & seruus acquirit statim patri & domino acquiri illico & confestim, ita vt nec momento penes eos per quos acquiritur resideat.§.igitur liberi.§. item vobis sup.per quas personas, coniuncta.l.placet.79.D.de acq.hered. consequens est vtilem inter has personas stipulationem esse non posse efficiente causa cessante. Sed nunc in specie.

7 Quamobrem inter patrem & filium non fit obligatio ciuilis, valdè est apud nostros controuersum,hic,& in d.l.frater à fratre:crebriùs tamen illud placuit,patrem & filium ob patriæ potestatis vinculum iure ciuili eandem censeri personam.l.fi.C.de imp. quam potestatem iure ciuili introductam esse aiunt.§.1.sup.de patria potest.& inde pater filio, neque filius patri obligatur, quia semper pater seipsum obligaret, quod vtique absonum est, cum (vt dici solet,) actio & passio in eodem subiecto esse non possint.l.Vranius Antoninus 72.D.de fideiussor. † obligatio autem naturalis, quæ iuris gentium est.l.cum amplius. 85. §. is natura debet.D.de reg.iur. inter patrẽ & filium rectè consistit, quia eo iure non eadem persona, sed diuersa esse censetur.

8

6 Hæc tamen ratio non immeritò displicuit Vacon. d.li. 1.c.9.quia longè veriùs est,natura ipsa

ipsa patrem & filium eandem personam censeri, quod præter Aristotelem.5.& 8. Ethicorum satis probat Imperator in d.l.fi. ibi. *quum natura pater & filius eadem esse persona intelligantur*. C. de impuberū. † Præterea verum omnino & sine distinctione non est, patriam potestatem iuris ciuilis esse, quin potius quoad eius substantiam, natura ipsa originem habuit, ex eodem Philosopho, apud quem.5. Ethicorum sic scriptum est, *natura pater filiorum, auus nepotum imperium obtinet*, concinit I. C. in l. pronunciatio. 195.§. familiæ, ibi: *Iure enim proprio familiā dicimus plures personas quæ sunt sub vnius potestate aut natura, aut iure subiecta, vt puta patrem familias, matrem fam. &c.* D. de verb. sign. quamuis ius illud quod in liberos nostros habemus iure ciuili institutum fuerit, ex Iustin. in §. 1. sup. de patria potestate. vbi notanter est aduertendum asserere Imperatorem, Ius potestatis proprium esse ciuium Romanorum, neque enim ait, potestatem quam in liberos habemus, sed ius potestatis, aliud enim est ius potestatis, aliud ipsa potestas, quod eruditè obseruat Vaconius d.lib.1.cap.8. nu.2. qui est omnino videndus iuxta.d.§. 1. de patria potestate, cuius sententiam non fuit assequutus Bodinus lib.1. de republica.4.

11 Quare dicendum est, obligationem ciuilem ideò inter patrem & filium non cōsistere, quia lex ciuilis quæ (vt natura) nihil frustra operatur, his tantummodo ponitur, in quibus & iniustitia & iudicium esse potest, iudicium autem est iusti & iniusti iudicatio, iniustum autem est lucrum seu damnum, plus, seu minus, inter quæ iustum versatur: ergo inter personas in quibus non est iniustum, iudicium esse non potest, vnde constat quod vbi iudicium non est, hoc ideò contingit quia non est actio, quum actio sit ius persequendi in iudicio quod sibi debetur; at vbi non est actio, nec ciuilis obligatio, quæ frustra esset; inter patrem autem & filium iniustum esse non potest, quia quicquid acquirit filius acquirit patri, vt sup. diximus, & iniustitia ad sua simpliciter esse non potest, sed filius quando non est separatus est pars ipsius patris, se verò nemo vult lædere, vnde non est ad seipsum iniustitia, & inde neque iudicium, neque actio, neque ciuilis obligatio.

12 Ex quibus constat, quod cùm filius ex causa castrensi vel quasi patri non acquirat. d. §. igitur liberi, vbi notāt omnes, & hodie neque ex causa aduentitia quoad proprietatem inter ipsum & patrem iniustum esse poterit, & ideò his in casibus iudicium, actio, & ciuilis obligatio erit. d.l. lis nulla. 4. vers. *nisi*. D. de iudicijs. Cum autem iure naturali inspecto, etsi filius parere parentibus debeat. l. veluti. 2. D. de iustitia & iure. eis non acquirat, (quia acquisitionis ius ciuile est,) alter alteri obligari rectè poterat, & inter eos obligatio naturalis, nascebatur. dict. l. fraterà fratre. §. quæsitum. quæ omnia ad duos fratres sub eadem potestate existentes trahenda sunt, item & ad eosdem emancipatos, vt primo casu quia nihil habere possunt obligatio ciuilis non sit, secundo verò ex contraria ratione consistat.

13 Quæ quidem omnia & ad dominum & seruum non iniquè extenduntur, cum enim ex dominica potestate iure gentium inducta, & iure ciuili adaucta, quicquid seruus acquirit domino acquirat, vt in §.1. sup. de his qui sunt sui, cum sexcentis vulgatis iuribus, nec iudicium, nec actio, nec ciuilis obligatio inter eos erit, rectè tamen naturalis, vt in d.l. si id quod. 64. D. de cōdictione indeb. quia iura naturalia seruitute non corrumpuntur. §. seruitus sup. de iure personarum iuncto. §. sed naturalia sup. de iure naturali. l. quod attinet. 32. D. de reg. iur. vbi post Decium eleganter obseruat Petr. Faber.

14 † Quibus etiam addi potest sententia illa Saluij Iuliani, cuius sup. in initio meminimus, in d.l. si seruo. 32. D. de vsufruct. ideò inter patrē & filium, dominum & seruum inutiliter contrahi stipulationem, nam vbi quis ab alio stipulando mihi acquirit, id à me stipulando nihil agit.

15 Quibus sic præmissis parum obesse possunt argumenta in contrarium adducta: non primū: nam qua ratione inter patrem & filium, dominum & seruum naturalis obligatio consistat, de qua I. C. loquūtur in d.l. frater à fratre, vers. *quæsitum*, & in d.l. si id quod, quæque sufficiens est ad impediendum soluti repetitionē, l. si non sortem. 26.§. libertus. l. cum quis. 32. §. si in ea. D. de condictione indeb. post Accur. obseruat latè Bart. & ibi cæteri in l. 1. D. illoti. Padilla in l. cum quis. n. 18. C. de iur. & fact. ignor. diximus sup. ad rationem decidendi.

16 Non obstat secundam ex d.l. promissor. 3. C. an seruus, &c. quoniam potiùs ille tex. nostri sententiam comprobat: ex eo enim, quòd seruus quandiu in seruitute commorabatur promissionem ciuilem efficere non potuit, simpliciter domino suo, vt eum manumitteret, decē, verbi causa, promisit, quæ nisi ab eo postea manumisso iterū dominus sit stipulatus, nō actione ex stipulatu, sed per in factum aget dominus, quam esse subsidiariam ego existimo, sicuti & de dolo quam eidem domino in non dissimili specie concesit I. C. in l. & eleganter. 7. §. seruus pactionis. D. de dolo. itaque promissio in d.l. 3. simplex fuit, non efficax ex regula nostri textus.

17 Minus obstat tex. in d.l. pactum. C. de pact. conuent. loquuntur enim ibi Cæsares in filijs emancipatis, vt constat ibi. *cum in potestate patris constituti non essetis*, vnde rectè potuerunt à patre suo dotem maternam sibi reddi stipulari. Nec contrarium probat ille tex. ibi. *maximè si adhuc vinculis potestatis patris non attingeris*, quibus

quibus verbis præsertim illo, *maximè*, insinuari videtur, etiam filijs in sacris paternis constitutis valuisse stipulationem inter eos & patrē suum, quoniam noto, illud quod de patria potestate ibi dicitur, non esse referendum ad tempus contractus, sed ad tempus exactionis, ad quod totus ille versiculus vltimus referri debet, quod satis eius verba insinuant, vt sensus sit, obligatione verborum ritè intercedente, dotis petitionem eos habere, eamque exequi non prohiberi, maximè si adhuc vinculis potestatis patris nō attigerint, ideſt si adhuc emācipati sunt, & in patriam potestatem iterum non redierunt.

18 Vltimò, non obstat tex. in d.l. lis nulla. vers. *nisi*, quia in bonis castrensibus, & quasi castrensibus, vt sup. docuimus, cessat ratio nostri text. & ita expressè dispositum est in d.l.6.tit.11.p. 5. in eis bonis inter patrem & filium stipulationem consistere posse, quod etiam hodie ex §. igitur liberi. sup. per quas perso. ad bona aduentitia in proprietate erit extendendum.

In vers. *sed seruus quidem.*

19 Seruus, neque domino suo, neque vlli alij obligari potest, quod tamen de ciuili obligatione intelligendum est, naturaliter tamen & obligari & obligare posse constat, ex reg. d. l. in personam. 22. l. quod attinet. 32. D. de reg. iur. l. obligari. 43. l. serui. 14. D. de oblig. & actio. & conducit ratio Consulti, in l. tutelas. 7. §. 1. D. de cap. diminutio. itaque inter filium fam. & seruum, vt mox dicemus, illud quoad hanc rem attinet est discrimen, seruum ex sua persona nemini obligari posse, filium fam. & ciuiliter & naturaliter ex nostro tex.

Versiculus. *filij verò familiarum.*

20 Filius fam. ex omnibus causis tanquam pater fam. ciuiliter & naturaliter obligatur, tex. hic, & in l. tam ex contractibus. §7. D. de iudicijs. l. filius fam. 39. D. de obligat. & act. cum alijs pluribus à nobis sup. in princ. ex nu. 1 16. quibus modis re contrahitur obligatio, adductis, quæ hic, ni repetitio molesta foret, essent inculcanda.

§. *Mutum.* 9.

1 *Mutus, & surdus neque stipulari, nec promittere possunt. & nu. 7.*
2 *Verba in testamentis necessaria.*
3 *Literis & scriptura idem quod vocibus & lingua efficitur. & nu. 9.*
4 *Seruus muti, & surdi stipulari potest, & quare. nu. 10.*
5 *Verba in matrimonijs necessaria. & nu. 11.*
6 *Matrimonium muti & surdus contrahunt, & n. 11. & seq.*

13 *Mutus & surdus, ex sua promissione nouo iure Regio tenentur.*

1 MVTVS † item & surdus qui nihil omnino exaudit neque stipulari, neque promittere possunt, idem in l. 1. in princ. D. de verb. oblig. l. 1. in fi. D. de obligat. & actio. cōsonat l. 2. ad fi. & l. 4. t. 11. p. 5. explicant repetentes in d.l. 1. D. de verb. vide Caldas in l. 3. verb. *cum non absimilis*, ex nu. 58. C. de in integ. rest.

2 Sed primò obstat, nam & in testamentis etsi non solemnia, alia tamen verba sunt omnino necessaria, l. quoniam. 15. C. de testam. At mutus & surdus haud raro testantur, l. discretis. 10. C. qui test. fac. pos. §. item surdus. sup. quib. non est permis. vbi diximus: ergo stipulari, aut promittere poterunt.

3 Secundò obstat, non minus valere quod scriptura, quam quod vocibus lingua figuratis significatur, l. non figura. 18. D. de obl. & act. ergo si mutus & surdus scribant, ille *centum dare spondes*? hic, *spondeo*, valida erit stipulatio ab eis confecta, contra nostrum tex.

4 Tertiò, capacitas serui semper à domini capacitate regulatur. l. si mihi & tibi. 12. §. regula. D. de leg. 1. At surdi & muti seruus vtiliter stipulatur, d.l. 1. in princ. vers. *si quis igitur*: ergo & idem mutus & surdus.

5 Quartò contra hunc §. mutum. obstat, nam in matrimonio verba requiruntur, ca. pen. ibi. 6 *vel alia verba*, &c. de sponsalib. † At mutus & surdus ritè matrimonium contrahunt, cap. cum apud. 23. illo ti. ergo poterunt stipulari & promittere, etiamsi verba requirantur.

7 Sed his non obstantibus dicendum est, neque mutum, neque surdum posse stipulari, aut promittere, hoc ideò, quoniam vt ait Bart. post I.C. ibi in d.l. 1. stipulatio cōficitur, vtroque loquente, & sermonis efficaciam intelligente, debent enim contrahentes ad inuicem exaudire, & vterque alterius linguam intelligere, siue per se, siue per verum interpretem. d.l. in princ. iuncto. §. fi. ibi latè Ant. Gom. d. 2. to. c. 9. nu. 5. nimirum ergo si surdus simulque mutus, quæ duo vitia ferè semper sociata sunt, l. discretis. 10. C. qui test. fac. poss. Plinius natural. histor. lib. 10. ca. 69. aut surdus tantum, mutúsve stipulari, aut promittere nequeant, quippe cum alter consensum (qui etiam in hoc contractu requiritur, vt latè diximus in §. præterea, sup. eod.) verbis exprimere non valeat, alter verba nō exaudiat, quorum vtrumque necessarium est.

8 Neque obstant argumenta in contrarium adducta: nam decisio d.l. quoniam. C. de testamē tis. & eius solemnitas in muto testatore fuit antiquata noua decisione. d.l. discretis. C. qui testamen. fac. poss. qua his personis subuenitur, vt certis casibus & modis secundum illius

normam

normam posſint testari, aliaque facere, quæ eis permissa sunt, vt refert Iustinianus in d. §. item surdus, vers. *vnde nostra constitutio.* Igitur ante nouam illam decisionem, quia ad testamẽti solemnitatem verba erant necessaria, mutus aut surdus, qui nihil omnino exaudire poterat, non habebat facultatem testandi, sicuti neque stipulãdi hodie habet, quia iure isto verba sunt omnino necessaria.

9 Non obstat secundum ex d.l. nõ figura. quoniam quod ibi Paulus scribit, generaliter ad omnes contractus pertinet, qui consensu, aut re contrahuntur, siue alio legitimo modo, nõ ad stipulationem, quæ verborũ est obligatio, non autem scripturæ, & ritum à Romanis Iureconsultis institutum, vt lingua verba nũcupentur, non autẽ vt scribantur, plane si d.l. non figura, ad stipulationem quoque trahamus ad eã dũtaxat pertinet, quæ postea quã lingua nũcupata est, in tabulas relata, & præscripta est.

10 Non obstat tertium ex l. si mihi & tibi. §. regula. de legatis. 1. cõiuncto vers. *siquis igitur*, d.l. 1. D. de verb. quoniã vt docui in principio sup. de stip. ser. mutum & surdum stipulari nõ posse, naturæ magis defectus aut vitiũ est, quã personę incapacitas, qui licèt stipulationẽ ex defectu consensus ritè non expressi, non concipiant, capaces tamen effectus stipulationis, acquisitionis scilicet sunt, cuius ratione in seruis desideratur.

11 Non obstat quartum ex d.cap.pen. de spon salib. & magis ex capite, tuæ fraternitati. 25. ibi: *sed necessaria sunt quantũ ad Ecclesiam verba consensum exprimentia de præsenti*, illo titulo, ex quibus ad valorem matrimonij verba esse necessaria conuincitur, & tamen mutum & surdum contrahere coniugium posse docet Pontifex in dict. cap. cum apud. quoniã omissa solutione glossæ in dict. cap. tuæ, & in d. ca. pen. quam hic sequitur Angelus, & nouissimè Oinotamus, asserentis, verba esse præcise necessaria in valentibus loqui, at in his qui loqui nõ possunt exteriora sufficere signa, ex quibus coniugalis consensus exprimatur, verius est etiam in valentibus loqui verba non esse præcise necessaria, sed satis esse consensum exprimi per signa, vt cum multis erudite defendit

12 Couarruuias in 4. 2. p. cap. 4. † Neque illud probant Pontifices in dict. cap. tuæ. & in dict. cap. pen. quoniam interpretari debent, verba esse necessaria, idest vtilia, quoad certiorẽ probationem consensus, non quod alia probatio non sufficiat, sed quia hæc probatio ex verbis certior & potentior sit, ita Imola ibi, col. 7. & præsensit idem Abbas, & satis probat tx. ibi: *quantum ad Ecclesiam.*

13 Ex quibus omnibus constat, quod cum mutus, & surdus consensum exprimere, saltem per signa valeant, licèt non per verba, & hodie ex sæpissimè citata l. 2. titulo 16. lib. 5. recopilationis, solus consensus desideretur, vt quis efficaciter ex sua promissione teneatur, procul dubio dicendum erit, mutum & surdum stipulantes & promittentes, etsi non per verba, per signa vtiliter contrahere, stipulari, & promittere. Pro qua noua opinione vtiliter inducitur doctrina Gregorij in dict l. 2. ver. *monteſſen la cabeça*, titulo 11. partita 5. docentis, quod etsi iure ciuili, item & Regio partitarum, inutilis esset stipulatio, quoties quis interrogatus, sine verbis annuisset, ex supradictis, & d.l. 1. §. si quis ita interroget, vers. *contra si sine verbis annuisset.* D. de verborum oblig. & præcitata l. 2. partitæ, vers. *otro si dezimos.* hodie tamen stante dict. l. 3. ordinamen. tenebitur qui humeris, vel capite annuit interrogationi alterius, & sic voluit se obligare, quod & patet ex verbis illius legis, ibi, *ò en otra manera.* Igitur si in valentibus loqui exteriora signa, consensum experimentia, vtilem hodie stipulationẽ efficiũt, in muto & surdo, qui naturæ vitio & defectu loqui non valent, longè magis id erit admittendum.

§. *Furiosus.* 10.

1 *Furiosus nec stipulari, nec promittere potest, & num. 7. & 12.*
2 *Furiosus & prodigus æquiparantur. & num. 8.*
3 *Prodigus stipulari potest, & nu. 9.*
4 *Furiosus & pupillus similes sunt. & nu. 10.*
5 *Furiosus hereditatem acquirere potest, & numer. 13.*
6 *Fideiussor naturali obligationi accedit.*
10 *L. Fulcinius. 7. §. plane. D. quibus ex causis in poss. eat.*
11 *Furiosus in his quæ eius conditionem meliorẽ efficiunt infanti similis est.*
12 *§. pupillus. h. t. de inutilibus stipulationibus.*
13 *§. sui. supra de hered. quæ ab intest. def.*
14 *L. Marcellus. 26. D. de fideiussoribus. & l. is cui bonis. 6. D. de verborum obligationibus, antimonia.*
15 *Cõmunis interpretatio refertur & impugnatur.*
16 *Duareni & aliorum explicationes.*
16 *Accursij interpretatio verior probatur.*
17 *Verbum* obligatio, *ciuilem, non naturalẽ obligationem inducit, & significat.*
18 *Furiosus, pupillus, & prodigus re ipsa, & ipso iure aliquando ciuiliter obligantur.*
19 *Fideiubere pro absentibus, & ignorantibus possumus.*
20 *Verba quæ præcesserunt ad sequentia sæpe referuntur.*
21 *Pupillus sine tutore ciuiliter non obligatur.*
22 *L. Marcellus. ibi*, magis est vt ei non subueniatur.
23 *Subuenire, proprius ad beneficium restitutionis in integrum refertur.*
24 *L. incaptæ. 14. D. de minoribus.*

Inutilis

1 INVTILIS præterea est stipulatio aut promissio à furioso facta, quia nullum negotiū gerere potest, idem in l. 1. §. furiosum, D. de obligat. l. si à reo. 70. §. si à furioso. D. de fideiussor. l. in negotijs. 5. D. de regulis iuris, cum pluribus alijs, quibus consonat l. 4. titul. 6. partita quinta.

2 Sed primò obstat, nam furiosus, & prodigus, cui bonis interdictum est, in iure æquiparantur. l. is cui bonis. 6. D. de verbor. l. furiosi. 42. D. de regulis iuris, latè exornat Caldas in in l. si curatorem. verb. *cum non absimilis*, ex nu. 1. C. de in integrum restitutione. † Sed prodi-

3 gus stipulari rectè potest, sibique commodū stipulationis acquirit, d. l. is cui bonis. ergo & furiosus poterit.

Secundo similiter obstat, nam furiosus &

4 pupillus similes sunt. l. Fulcini⁹. 7. §. planè. ibi: *nam omnis status eius & habitus à pupilli conditione non multum abhorret.* D. quibus ex caus. in pos. cat. At pupillus stipulari potest, §. pupillus. inf. hoc tit. ergo idem in furioso dicendum erit: quod & illa ratione confirmari poterit, nam tx. noster ideo furiosum contrahere non posse, nullumque negotium gerere ex eo probat, quoniam non intelligit quod agit, item quia eius nulla voluntas est, vt in d. l. furiosi. 42. at pupillus eodem morbo laborat, quia integrum animi iudicium non habet, §. præterea, sup. quib. non est permissum fac. testam. facit tx. in l. cum Prætor. 12. D. de iudicijs. ergo quemadmodū pupillus adhuc etiam ad ius stipulandi admittitur eo iudicij, & intellectus defectu non obstante, admitti etiam & furiosus debet.

Tertiò obstat, nam ad adeundam hereditatem & eius commodum acquirendum, scientia

5 & voluntas sunt necessaria, l. si quis. 9. C. de iure delib. §. fi. sup. de hered. qual. & diff. cum multis relatis sup. in §. sui. sup. de hered. quæ ab intest. sed furiosus hereditatē acquirere rectè potest, d. §. sui. vers. *licèt furiosi sint*, tx. in l. fi. §. 1. C. de cura. fur. ergo contra nostrum tex.

6 Quarto & vltimò grauius obstat, nam vt fideiusor pro aliquo interuenire possit, eū saltem naturaliter obligari posse, & naturali obligatione adstringi necessariū est, l. 1. l. fideiussor. 17. §. fideiusor accipi, D. de fideiuss. §. in omnibus. inf. de fideiuss. l. 1. l. 5. tit. 12. p. 5. Sed pro furioso rectè potest fideiusor interuenire. l. Marcellus. 26. D. de fideiuss. ergo furiosus naturaliter obligatur.

Sed his non obstantibus dicendum est, quia

7 generaliter furiosus nullum negotium gerere potest, iudicium non habet, nullaque est eius voluntas, non pertinere ad ius stipulandi, nam quamuis solemnia stipulationis verba proferre posit, cum præter verba ad stipulationem consensus sit omnino necessarius, & sine eo stipulatio nulla sit, l. 1. §. adeo. D. de pactis. l. continuus. 137. §. 1. D. de verborum. late cum Molineo in Rub. num. 92. D. de verborum. docuimus sup. ad §. præterea. huius ti. quo quidem & animi iudicio ipse dest tutus omnino est, ad omnia enim mentis cæcitate laborat, testimonio Iuris authorum in locis sup. initio relatis, & alijs pluribus, quorum meminimus in dict. §. sui, versic. *licèt furiosi sint*. sup. de hered. quæ ab intest. & congestis per Ioannem Garciam. regul. 214. AEgidium Rauirez in l. 2. §. si à furioso, num. 21. D. pro emptore, & Marci Tullij lib. 3. Tuscul. quæstionū. quemadmodum neque ius testandi habent. §. præterea. sup. quibus non est permissum facere.

8 Neque obstant argum. contraria, nam quāuis furiosus prodigo par sit, similisque vtriusque conditio habeatur, vti ex dict. l. is cui bonis constat, & notauit Accur. hic verbo, *nullum negotium*, id vtique intelligitur quantum ad nexum obligationis, non tamen quantum ad acquirendi facultatem, furiosus enim, demens, aut mentecaptus, & fatuus nullum negotium contrahere potest etiamsi quid stipulari volet. l. 1. l. obseruare. cum sequent. D. de curat. furios. l. 1. §. fin. cum seq. D. de postul. d. l. in negotijs. cum similib. quid enim stipuletur is qui sui iudicij nihil habet? d. l. Fulcinius. 7. §. adeo.

9 D. quibus ex causis in pos. cat. † Prodigus autem qui non vsque adeo ciuilitatis sensum exuit, & frænum magis acceperit, quàm seisorem excusserit, conditionem suam stipulando meliorem facere non prohibetur, d. l. is cui bonis, ne videlicet quæ in ipsius fauorem, & conseruādi patrimonij facta est interdictio in eius detrimentum reflectatur, contra l. quod fauore. 6. C. de legibus, etenim quoties de acquirēdo tractamus verius est prodigum pupillum comparari, l. certi condictio. 9. §. quoniam. in fine, D. si certum pet.

10 Non obstat secundum ex dicta l. Fulcinius. §. planè. qua probatur furiosum pupillo comparari, &cæt. Nam id vt verum admitti potest, quando agitur de ipsis obligandis, quoniam nullus ipsorum potest obligare, nec cōditionem suam deteriorem facere, aliter enim alia est causa furiosi, alia pupilli. dicta l. in negotijs, 5. D. de regulis iuris, quare in his per quæ eorum conditio potest melior fieri furiosus infanti comparatur, l. prima. §. primo, D. de acquirenda possessione, vbi respondet Iurisconsultus neutrum posse apprehendere possessionem, quia scilicet, animum, & affectionem non habent ad adipiscendam

11 possessionem maximè necessarium. † Præterea textus in paragrapho, pupillus, infra generaliter statuit pupillum nullum negotium gerere posse, quia non intelligit quod agit in infante ita subdit; *Nam infans qui infantiæ proximus est non multum à furioso distant*, quare neuter potest stipulari. l. mulier.

70. in fi. D. de verb. oblig. & inde Iust. in d. §. pupillus, subdit, *quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum*, quod & de furioso paulò ante dixerat, in hoc §. *Furiosus nullum negotium gerere potest, quia non intelligit quod agit.* Itaque infans stipulari non potest, quia loquelam non habet stipulationi necessariam. l. 1. D. de verb. quæ ratio procedit etiam in furioso, qui licèt loquatur, sensum non habet, & propterea dicitur carere voce, in l. sancimus. 7. vbi Bald. & Corn. C. ad Trebell. facit tex. in l. pupillus si fari. 9. ibi. *Neque enim scire, neque decernere huiusmodi ætas potest, non magis quàm furiosus.* D. de acquiren. hered. l. vnica, vers. *impuberes.* C. de falsa moneta. l. generali. 3. C. de tabul. lib. 10. exornat Alciat. in d. l. 1. ex num. 29. D. de verb. Bald. & alij quorum meminit Caldas Pereira in d. l. si curatorem. verb. *cum non absimilis*, num. 50. & nu. 70. Denique inductio tex. in d. §. præterea, sup. quibus non est permissum, obstat, quoniam etsi verum sit, pupillum etiam maiorem infante, & pubertati proximum, integrum animi iudicium non habere, quod vtique firmissimum desideratur, vt quis ad ius testandi admittatur, illud tamen quale quale est, sufficiens est, vt possit stipulando conditionem suam meliorem facere, vt in d. §. pupillus, vbi dicemus. At fu- 17 furiosus, vt iam audiuimus, nullum omnino animi iudicium habet, & inde neque suam potest conditionem meliorem facere, quia quid agat prorsus non intelligit.

13 Non obstat tertium argum. ex d. §. sui. inf. de hered. quæ ab intest. vers. *licèt furiosi sint*, quoniam vt ibidē notauimus tx. ille loquitur in furioso suo herede, qui ipso iure legis authoritate heres fit, secus si sit extraneus, quoniam tunc agnoscere non poterit hereditatem. l. Antistius. 62. §. fi. (aliàs. l. furiosus. 63.) D. de acq. hered.

14 Non obstat quartum ex d. l. Marcellus. 26. D. de fideiuss. quæ ex diametro pugnat d. l. is cui bonis. 6. D. de verb. oblig. vbi Vlpian. scripsit pro eo cui bonis interdictum est fideiussorem interuenire non posse, sicuti neque pro furioso, idem vero Vlpian. ex Marcelli sententia docet in d. l. Marcellus, quod si quis 19 pro pupillo sine tutoris authoritate obligato, prodigo, vel furioso fideiusserit, ei non subuenitur.

Quæ duo I. C. responsa, vt componant in-
15 terpretes anxie laborant. † Tandem illud crebrius existimant, Marcellum loqui in pupillo proximo pubertati, furioso, & prodigo ante interdictionem contrahentibus, quos secundùm communes traditiones obligari non est dubium, ideòque fideiussori non succurritur, quia effectum fideiusio eo casu habet.

Verum hæc interpretatio maximam continet diuinationem, nec parum literam inuertit. Item, an pupillus pubertati proximus obligetur, diximus ad principium, supra de authoritate tutorum.

16 Quare Duaren. in d. l. is cui bonis, existimat in d. l. Marcellus. referri tantum Marcelli sententiam putantis fideiussorem furioli, prodigi, & pupilli obligari, nec necesse ei subueniri, quoniam aduersus prodigum, & furiosum nullam habet mandati actionem, quam tamen Marcelli sententiam idem Vlpian. improbauit lib. 11. ad Sabinum in d. l. is cui bonis. contrariam sententiam amplexus, vbi dispositiué procedens statuit fideiussoris nullam obligationem esse: itaque in dict. l. Marcellus. historica tantummodo fit narratio, nihilque ibi definitur, iuxta Duaren. quem tamen meritò Donellus reprehendit in dict. l. is cui bonis. & latenter eum reijcit Contius lib. 2. succeff. lectio. cap. 3. Ioann. Robertus lib. 2. recep. lect. cap. 37. Fornerius lib. 3. selectionum. cap. 25. latè Caldas in dict. l. si curatorem. verbo, *cum non absimilis.* num. 23. ostendens tam in d. l. Marcellus, quàm in alijs, quas pro sua opinione Duaren. retulit, non tantum Iuris Consultorum opiniones referri, sed eas aut approbari, aut reprobari.

Vnde omissis pluribus quæ à proximè relatis probantur, illa proculdubio mihi verior videtur, quæ ab Accursio, ibi, verbo, *obligato*, versiculo, *vel dicas hîc teneri*, probata est, licèt à nonnullis tanquam noua scripta, vt Marcellus ibi intelligatur de pupillo, prodigo, & furioso, efficaciter obligatis, quo casu fideiussor pro illis interueniens teneri potest, & conueniri, quod non malè deduces ex illo verbo, *obligato*, quod repeten-
18 dum est, in prodigo, & furioso, † eoque obligationem ciuilem non naturalem tantum significamus. l. iuris gentium. 7. §. sed cum nulla, versic. *igitur nuda.* D. de pactis, iuncta glossa, verbo, *obligationem*, elegans glossa in l. si pater. 45. verbo, *nō obligatur.* D. de iure dot. l. is cui. 94. §. Flauius. D. de solut. l. in personam. 23. vbi notat Pet. Faber, iuncta. l. quod attinet. 32. D. de reg. iur.

Quod si vrgeas: quî fieri possit, vt pupil-
19 lus, prodigus, & furiosus sine tutorum, curatorúmve authoritate obligentur? Respondebo tibi, contingere aliquando posse vt re ipsa ipsóve iure obligentur, vt quoties eorum negotium vtiliter gestum est, aut obligatio ex re ipsa descendit, vel ex quasi contractu, aut ex delicto, iuxta. l. 3. §. etsi furiosi. D. de negotijs gestis. l. furiosus. 45. D. de oblig. & act. l. 1. §. adipiscimur. in fi. D. de acquirenda poss. coniuncta l. si à furioso. 12. D. si certum petat. l. illud. 4. D. de euict. l. tutor. 49. §. finali. D. de minoribus. & in specie l. consilio. 7. §. fin. l. fi. D. de curat. furio. l. properandum. 11. §. fi.

20 §. fin. C. de iudicijs. † Neque te turbet, non posse pro hisce personis fideiussores interuenire, cum mandare nequeant, vt pro his fideiubeāt, nam pro absentibus & ignorantibus fideiubere possumus, quia mandatum non requiritur, l. fideiubere, 31. l. si à reo. 71. §. si à furioso, D. de fideiuss. quo casu mandati actio non cōpetit, l. ex mandato 20. §. fideiussori, D. mand. sed solū negotiorum gestorum actio, si vtilis fuit fideiussio, d. l. 3. §. fin. cum l. sequenti. D. de negot. gest. coniuncta l. si pupilli. 6. in principio eiusdem tituli.

21 Nec rursus oberit si obijcias Marcellum nō loqui de prodigo & furioso obligatis, sed de pupillo, vt constat ex illo verbo, *obligato*. Nā constanter affirmo, illud verbum, *semper*, repetendum esse, cum nouum in iure nō sit, vt verba quæ præcesserunt ad sequentia referantur, l. pupillus. 5. §. pupillus. D. de authorit. tutor. Quam Accursij interpretationem ad d. l. Marcellus licèt nō sic explicet verā agnouit Bart. in d. l. is cui bonis, vbi Ripa, n. 61. & defendūt Cuiac. prope finem, Donellus, n. 16. Fornerius d. lib. 3. c. 25. Robert. d. c. 37. & retulit Caldas d. verb. *cum non absimilis*, nu. 23.

22 Nec video qua ratione aliquibus ex iunioribus interpretibus hæc, quam tuemur, sententia displicuerit, eo quod existiment pupillum sine tutore obligari ciuiliter non potuisse, sed tantum naturaliter, iuxta tx. in princ. sup. de author. tut. l. obligari. 9. D. eod. iuncta l. 1. in fin. D. de nouat. indeque Marcellum de pupillo naturaliter obligato esse intelligendum, id enim verum agnoscimus, cum pupillus ex persona sua obligari vult, non si re ipsa, vel ipso iure obligetur, vt diximus supra.

23 Nec rursus eos mouere debuit Vlpianū, ibi ex Marcello scripsisse, hisce fideiussoribus nō subueniri, & tamen si negotiorum gestorum actione possent experiri, & regressum habere aduersus pupillum, prodigū, & furiosum, abunde & satis illis esset consultum atque subuentū, quod negaret nemo. Animaduertere enim docti viri debent illis verbis, *magis est vt ei nō subueniatur*, non omne auxilium fideiussori denegari, sed illud tantūmodo, quod ex restitu-
24 tione in integrum oritur: † id, quod cōstat ex verbo, *subuenitur*, quod proprium est in integrum restitutionis. l. minoribus. 6. l. in causæ. 14. D. de minorib. Itaque in dict. l. Marcellus, quæstio erat, vtrùm fideiussori pupilli, prodigi, & furiosi beneficio restitutionis subueniretur, vti & in d. † l. in causæ (cui annectendā esse d. l. Marcellus, & verborū similitudo, & earū legum inscriptiones testantur & monent, vtraque enim desumpta est ex Vlp. lib. 11. ad edictum de minoribus, notante etiam Anton. Augustin. lib. singulari de nominibus proprijs Iurisconsultorum, capite 1. pagina 158.) & hoc auxilio ei non succurri, vtrobique notat Vlp. illam commendans rationem, *quoniam ei mandati actio denegatur*, & optimè, nam qui sciens, & prudens se pro minore obligauit, si id consultò fecit, licèt minori succurratur, ei tamen non subuenietur, vt libro primo sententiarum, tit. 25. versiculo, *qui sciens*, notat Iulius Paulus, illi autem subueniretur, si mandati actionem haberet, qua à pupillo, prodigo, furiosòve id quod soluerit, repeteret, eis etiam læsis, quod ei denegandum est, restitutione contra eum postulata, l. 1. C. de fideiuss. minorum. vbi notanter explicat Azo in principio, & negotiorum gestorum actio concedēda, quæ quoties res est vtiliter gesta competit, d. §. & furiosi, qua obseruatione non malè illustratur d. l. Marcellus.

§. *Pupillus. 11.*

1 *Pupillus sine tutoris authoritate stipulari potest, promittere non potest, & quare, num. 2.*
2 *Pupillus conditionem suam sine tutore meliorē facere potest, deteriorem non potest.*
3 *Pupillus quoad acquirendum satis iudicium habet.*
4 *Pupillus infantiæ proximus ex benignitate conditionem suam sine tutore facit meliorem.*
5 *Infans nec stipulari, nec promittere potest, & num. 8.*
6 *L. seruum 6. D. rem pupilli saluam fore, & numero, 11. & seq.*
7 *L. 3. C. de acquirenda poss. & num. 14.*
9 *Voluntas in omnibus actibus necessaria.*
10 *Infantiam qui excessit stipulari potest, & sequent. num.*
14 *L. 1. §. 1. l. quamuis. 32. §. infans. D. de acquirenda possessione.*
Communis horum iurium explicatio relata & reiecta.
15 *Vera interpretatio.*
16 *Filius fam. impubes nec authore quidem patre obligatur, & num. 19.*
17 *L. si infanti. 18. C. de iure deliberandi, & num. sequen.*
19 *Pupillus cur tutoris authoritate interueniente obligetur.*
20 *Ætas quando infantiæ, quando vero pubertati proxima dicatur remissiuè.*

DE pupillis, & quatenus hi alios sibi obligare possint, seq; alijs obligare iust. hic agit, cuius rei disputationē late sup. ad tit. de author. tutor. §. 1. & 2. prosequuti sumus, quod tamen attinet ad verborum contractum, de quo nominatim in hoc tit. diserit Imperator, constat ex nostro tx. † pupillū sine
1 tutoris authoritate stipulari recte posse, promittere nō posse. idē in l. si pupillus. 127. l. si seruꝰ. 41. §. pupillꝰ. D. d verb. ob. consonat l. 4.

tit.9.par.5.l.obligari. 9. de authorit.tut.l. neque tutoris.7.C.de contrah.& commit.stipul. l.obligari.43.D.de oblig.l.1.C.hoc ti.

Sed obstare illud argum. videtur, quoniam in stipulatione,vt iam sæpè diximus, non minus quam verba consensus requiritur, d.l. 1.§. adeò.D.de pactis. At pupillus integrum animi iudicium non habet.§.præterea,sup.quibus nõ est permissum facere testamentum:ergo stipulari non poterit.

2 Sed tamen rectè Iustin.ait pupillum quamuis non promittere, stipulari tamen etiam sine tutoris authoritate rectè posse, cuius rei illa potest ratio commendari, cuius supra in §. furiosus, quoad prodigi personam meminimus, quia cum id eius sit fauore inductum, ne alij sine tutoris authoritate obligetur, tex. in princip.sup. de auth.tut. §. nunc admonendi. §. at ex contrario. sup. quibus alien. licet. l. in negotijs.5.D.de reg. iur. cum alijs,quibus consonat l.7.tit.2.par.3.d.l. 4.tit.11.par.5.l.13.tit. 6.par.6.l.17.ti.16.par.6.& latè explicat Cald. in d.l.si curatorem, verbo, *cum non absimilis*, ex num.25.C.de in integ. rest.non debet id in eius odium reflecti.d.l.quod fauore. 6.C.de legib. Igitur quia semper conditionem suam meliorem facere potest pupillus etiam sine tut. author.poterit etiam stipulari, & commodum stipulationis sibi acquirere ,ex nostro tex. & & similibus.

3 Nec obstat pupillum iudicium non habere, & inde tanquam sine consensu stipulationem ab eo factam inutilem esse,quia etsi non omnino perfecti integrique iudicij sit,quoad actum illum testandi, est tamen quoad acquirendum, in quo sanè acquisitionis actu quilibet prudens est, maximè tamen si iam pubertati proximus, sit de quo Imperator in prima nostri tex. par. loquitur. † Sed & in his qui non
4 longè ab infantia sunt propter eorum vtilitatem benigna iuris interpretatione idem iuris admissum esse etiam docet in hoc §. in l.9. D.rem pub.salu.

In tex.ibi: *Nam infans & qui,&c.*

5 Ergo infans stipulari aut promittere non potest,idem in l.1.in princ. & in l.mulier. 70.D. de verborum obligationibus. l.1. §. furiosum. D.de obligationib.& actio.l.1.§.sufficit. D.de administr.tut.d.l.4.ti.11.p.5. explicant repetentes, in d.l.1.in princip. Menoch.& Caldas inf.referendi.

6 Sed obstat l. seruum. 6. D. rem pup. saluam fore, vbi docet Caius infantem quamuis non intelligat quod agat,rectè posse stipulari.

7 Secundò obstat l.3.C. de acq.pos.vbi docet Imperator infanti traditam possessionem ei acquiri.

8 Verum his non obstantibus defendendũ est, infantem neque stipulari, neque promittere, neque aliquid acquirerè posse,ex nostro tx.& iam relatis. l. 1.§. 1. l. quamuis. 32. §. infans. D.de acquir.possess. explicat Caldas.d.l.si curatorem, verbo, *cum non absimilis*. num. 51.C. de in integr. restitut. quod attinet ad ius stipulandi , quare infans ad illud non pertineat , satis expressit rationem I. C. in l. 1. D.de verb.*Stipulatio* , ait, *non potest confici, nisi vtroque loquente*, & (vt ibi addit Bart.) *sermonis efficaciam intelligente*, & ideò neque mutus, neque surdus , neque infans stipulationem
9 contrahere possunt. † Quoad alios actus attinet obscurum non est , quod cum in omnibus voluntas sit necessaria , & consensus. l. multum interest. 6. C. si quis alteri, vel sibi,exornat Molin.in d.l.1.§.si quis ita interroget. D. de verbo. obligat. & est elegans locus apud Boëtium lib. 4. de consolatione Philosophica prosa 2. infans verò nihil omnino intelligat,etiamsi articulatè loqui sciat, eum non
10 posse acquirere necessarium est. † Quod si iam pupillus sit , infantiamque excesserit septimo anno adimpleto.d.l.1.§. sufficit. D. de administra.tut.l. si infanti, 18. C.de iure deliberandi, & dicemus inf.propter eius vtilitatem benigna iuris interpretatione,vt conditionem suam meliorem facere possit iamdiu placuit I. C.in d.l.seruum,& Iust.hîc, & Caio in d.l. 1.§. pen. D.de oblig.& act.

11 Neque obstant quæ sup. adduximus : quoniam Accur. verbo,*stipulari*,in d.l.6.intelligit illum tex. specialiter procedere fauore conseruandæ rei familiaris , idemque videtur insinuare hîc verbo , *non multum* , prope fi. & in d.l.1. de verbor. verbo,*possunt*, quam solutionem vbique recipiunt communiter Doctores, Bart. & Areti. in d. l. 1. & ibi Angel. & Paul. Imola,nu.12.Iaso nu.22.Butigel.n.65. Molineus, qui neruosè defendit , & plurima pro ea inducit.nu.19.

12 Sed eam reijcit Alcia.ibi.n. 31.tum quia non fuit necessaria tanta specialitas , cum posset rẽ suam saluam fore per seruum suum stipulari, vel publicum d.l.1.in princ.& l.1.& sequẽtib. D.rem pupilli saluam fore,tum etiam,quia nõ minor est causa acquisitionis, quam conseruationis,vt posit stipulari,vt eleganter considerat alia adducens Caldas, d.verb. *cum non absimilis*,num.55.

13 Quare omissa superiori interpretatione frequentius placuit antiqui Martini sentẽtia asserentis,pro vt d.l.seruum,Accurs. retulit,illum tex. esse accipiendum in pupillo maiore infante , ipsi tamen infantiæ proximo , in quo vtiliter receptum est , stipulari illo casu posse, iuxta nostrum tex. versic. *sed in proximis infantiæ* , is enim rectè iam acquirere potest , vt ibi adnotauit Angelus num.8.Socinus in l. 1. §.1.num. 6.D.de acquiren. possessione, & alij plures

plures relati per Caldas, vbi sup. num. 56. Pro qua interpretatione inducitur ille tx. ibi, *nam si præsens sit & fari possit*, quibus verbis satis cõstat Iurisc. ibi loqui de pupillo qui fari potest, & sic de eo qui maior est infante, aliter enim inf. septennium fari non dicitur infans, quia rationabiliter neque cum iudicio fatur. tx. in l. sancimus, 7. C. ad Trebellian. l. seruo inuito, 65. §. si pupillo. D. eod. l. cum quasi. 30. §. si plures. D. de fideicommiss. liber. l. 1. §. sufficit. D. de adminiſt. tut. & ita obseruat Galiaula in d. l. 1. D. de verb. nu. 16. Riminaldus in §. fin. num. 20. sup. quibus alienare licet. Quæ etiam sententia confirmatur ex verbo, *agere*, eiusdem legis, quod vtique infanti minimè conuenit, q̃ considerat Lancellotus, in dict. l. 1. nu. 24. nec debuit ab hac sententia discedere Acc. ex illis verbis, *si eius ætatis erit, vt non intelligat quid agat*, ex quibus ipse loqui Iurisc. de infante minore septennio putauit, quoniam congruenter satis ad eum qui septennium excesit, dum tamen non longè, sed infantiæ proximus est, referri possunt & debent, ex nostro tx. vers. *sed quod diximus*, facit tx. expressus in dict. l. pupillus si fari. 9. ibi: *neque enim scire, neque decerne re huiusmodi ætas potest, non magis quam furiosus.* D. de acquirend hereditate, vbi tamen loqui Iurisc. de pupillo qui fari poterat, & excesserat septennium, concors est omnium opinio.

14 Neque obstat tx. in l. donaturum 3. C. de acquirenda possessione, cui tamen ex diametro obstat d. l. 1. §. 1. & d. l. quamuis, 32. §. infans, D. de acquir. possess. quæ iura vt Doctores interpretentur anxiè laborant. Cæterum Paulus, Salycetus, & alij, in dict. l. 3. C. de acquir. possess. Angelus, in d. §. fin. sup. quibus alienare licet, existimant dict. l. 1. & dict. §. infans. procedere quando infans sine tutoris authoritate vacantẽ possessionẽ ingreditur, quam aiunt acquirere non posse, quod videtur significare tx. in d. §. infans, ibi, *nullus est sensus infantis accipiendi possessionem*, propria scilicet authoritate. At tx. in d. l. 3. procedere, quando infanti à domino, vel possessore est tradita possessio, vt significant illa verba, *per traditionẽ esse quæsitam*, & ibi, *tradita corpore acquiritur.*

Sed ea interpretatio merito displicuit interpretibus, & expresse confunditur ex tx. in d. §. 1. vbi scribitur infantem incipere possidere non posse, quia affectionẽ tenendi non habet, quod latius considerat Caldas, d. n. 52. qui etiã refert & improbat opinionẽ Dyni, cuius etiã meminit, eã tamen explodens Molineus in d. l. 1. D. de verbor. obligat. num. 23.

15 Quare dicendum est dict. l. 3. procedere tribus concurrentibus, quæ ibi ab Imperatore referuntur, scilicet quod titulus sit lucratiuus, possessio tradatur, & infans sit alicuius intellectus, non tamen pleni, quibus concurrentibus, infans potest possessionem acquirere, aliter nisi hoc posset, nec tutor solus posset, & hoc insinuant illa verba (donatarum rerum vacua possessio tradita infanti, licèt animi plenus non fuisset affectus, corpore quæritur) quem intellectum post Ryminald. in d. §. fin. sequitur Caldas iam relatus nu. 55.

In textu ibi: *sed quid in potestate, &c.*

16 Filius fam. impubes ne patre quidem authore obligari potest, idem in l. fin. §. 1. D. de verbor. obligat. explicat Mendez de Castro in l. cum oportet. 2. p. num. 126. C. de bonis quæ lib. Bar. & cæteri, d. §. 1.

17 Sed obstat tx. in l. si infanti. 18. C. de iur. delib. in versiculo, *sin autem septem annos.* ibi: *adire hereditatem, vel bonorum possess. petere consentiente patre si sub eius potestate sit.* At constat ex hereditatis aditione obligationem oriri. l. more. 8. D. de acq. hered. ergo pupillus cum authoritate patris rectè obligatur, contra nostrum textum.

18 Quo tamen argumento non obstãte ex nostro tx. & d. §. 1. dicendum est, impuberem sub patria potestate existentem obligari non posse, cuius rei ea ratio esse potest, quia non potuit cadere obligatio personalis in filio fam. impubere, cum solus sine patre personam non habeat, l. fin. C. de impub. consensus verò patris non fuit interpositus ad hoc, vt ipsemet pater obligaretur, sed filius, vnde quamuis cõsentiat nihil tamen fit, quoniam pater non obligatur, quia noluit, nec filius quia nõ potuit, cũ consensu careat. §. præterea sup. quibus non est permiss. quod tamen in filio fam. pubere dici non potest, quia cum post legitimam ætatem, possit naturaliter consentire, æquum est, vt qui consentire potest, obligari possit. iuxta tx. in §. item inutilis. vers. *filij verò fam.* sup. eod. † Quod si vrgeas ea ratione attenta nec

19 impuberem filium fam. etiam cũ tutoris authoritate rectè obligari: Respondebo tibi longè dissimile esse, cum eo casu impuberis iudicium & intellectus suppleatur tutoris authoritate, cuius maximè interest animaduertere, an vtiliter pupillus obligetur, aliàs enim ob rem malè gestam tenebitur, ex vulgatis iuris principijs. Pater verò etiamsi huiusmodi obligationi interfuisset non teneretur, quoniam patria potestas, non in id fuit inuenta, quemadmodum tutoris authoritas: itaque si sine patre obligari velit, curator ei quo authore obligetur creandus erit, l. fin. §. fin autẽ. 1. C. de bonis quæ lib. In ijs autem bonis quæ aduentitia sunt, patre tutore obligari impuberẽ posse, veluti si delatã sibi hereditatẽ adeat, cõstat ex d. l. vlt. & d. l. si infanti. C. de iure delib. quia pater in illis est ligitimus administrator ex l. 1. C. de bonis mater. cũ alijs à Bart. relatis in d. l. fi. §. 1. D. hoc tit. de verbor. obligat.

In glossa verbo, *Infantiæ proximus.*

20 Quando pupillus infantiæ proximus dicatur, & quando pubertati, docet hic Accur. quã rem accuratè explicat Menoch. lib. 2. de arbitrar. casu 57. ex nu. 1. vbi latè de hominis ætate & eius partitione, ex philosophis & medicis, plura Iurisconsultorum respõsa, plurimasque doctorum sententias explicans.

§. *Si impossibilis.* 12.

1 *Impossibilis conditio in faciendo concepta corrũpit stipulationem, & quare, num.* 3.
2 *Impossibilis conditio vltimis voluntatibus adiecta vitiatur, & quare, num.* 5.
4 *Impossibili conditioni fideiussor non accedit.*
6 *Impossibilis conditio in non faciendo concepta, necessaria est.*

1 IMPOSSIBILIS conditio quæ in faciendo concipitur, veluti, si in cœlum ascenderis, corrumpit stipulationem, idem in l. impossibilis. 7. D. de verb. l. non solum 30. D. de oblig. & act. cum infinitis alijs relatis ab interpretibus hic, & in dictis locis, consonat. l. 17. t. 11. p. 5. explicant Petrus Faber in l. verum. 31. & in l. impossibilium. 185. D. de reg. iuris, & paulò inf. referendi.

2 Sed obstat tex. in §. impossibilis. sup. de hered. inst. l. 1. cum pluribus illius tit. D. de cond. inst. l. 3. D. de cond. & dem. l. 3. ti. 4. p. 6. cum similibus, quibus probatur impossibiles conditiones vltimis dispositionibus adiectas vitiari, & pro non scriptis haberi, quod iuris axioma præter ordinarios interpretes latè explicant Mantica lib. 3. de coniecturis. ti. 10. n. 7. Anto. Gom. in lib. 1. var. c. 12. n. 66. Couar. in quarto 2. p. c. 3. ad fi. Menchaca, de succes. creat. §. 10. ex n. 168. sarmiento lib. 2. Selectarum, ca. 1. & sequen. Costa lib. 1. select. c. 8. & seq. & nouissimè Spino de test. gl. 13. principali, ex nu. 134.

3 Sed eo argum. non obstante adhuc dicendũ est stipulationem, cui conditio impossibilis adiecta est iure optimo vitiari, item & quemcunque aliũm contractum, quia cum absque consensu tum stipulatio, tum cæteri omnes contractus nulli sint. l. 1. §. adeò. D. de pactis. in eis autem contrahentes, qui impossibilẽ conditionem adijciunt, nullum esse consensum, aut animum se adinuicem obligandi, sed potius nugatorium actum faciendi cõstet, consequẽs est, ex eo contractu aut conuentione obligationem nullam nasci, neque naturalem, vt optimè animaduertit I. C. in d. l. impossibilium.

4 185. D. de reg. iuris. † Vnde ei conuentioni neque fideiussor accedit, iuxta l. si sub impossibili. 30. D. de fideiuss. Nec dici potest errore lapsos contrahentes impossibilem conditionem aliquando adijcere, quia ea præsumptione probabiliter vti non possumus, cum enim res geratur inter duos, nõ videtur vni mendũ excidisse, quod non alter animaduerterit, & confestim corrigere potuerit.

5 Diuersum autem ius testamentis est, in quibus iam obtinuit impossibiles conditiones esse reijciẽdas, ex d. l. 3. D. de cond. & demonst. cum concord. Et quamuis doctores nostri hic, & d. §. impossibilis, & alibi passim maximè laborent in vero constituendo discrimine, & Cumanus in l. 1. D. de condit. inst. existimauerit huius rei congruam nullam differentiæ rationem reddi posse, adeò vt induci rectè possit. l. non omnium. D. de legibus. ego tamen ex iuris principijs, & his quæ varijs in locis ab antiquioribus traduntur, ita dicendum existimo, testamenta, cæteraq; alias vltimas dispositiones ideò impossibili conditione nõ vitiari, quia cũ ab vnius solius testatoris voluntate pendeant, impossibili conditione eiusdem testatoris culpa, siue errore adiecta vitiari non debet, neque heredem, fideicommissarium, siue legatarium eo damno affici: tum quia præsumi non potest testatorem & scientem, & prudentem eam adijcere conditionem, qua nõ adimpleta, totum ius testamenti corruat, quam tamen impossibilem statim scit; vnde impossibilem conditionem adscriptam vltimæ voluntati mendum appellat Iurisconsultus in l. 1. de condit. inst. ibi: *sub impossibili conditione vel alio mendo, &c.* pondero dictionem, *alio*, quæ cum sit similium repetitiua, constat & conditionem impossibilem mendum existimari, & eo colore à Iurisconsultis reijci. Cum etiam quia vltimarum voluntatum maximus est fauor, & inde in eis interpretandis benignior est semper interpretatio sumenda, l. vel negare. D. quemadmod. testa. ap. iuncta l. in testamentis. D. de reg. iur. qui error in contrahentibus esse non potest, quorum procul dubio (vt paulò superiùs diximus) in huiusmodi actu talis est cogitatio, vt nihil agi existiment apposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem. Itaque contendo veram huius discriminis rationem ex Iurisconsultorum respõsis in d. l. 1. D. de cond. inst. & d. l. nõ solum. 30. D. de oblig. & act. desumendam esse.

In tex. ibi: *At si quis ita stipuletur, si digito cœlum non attigero.*

6 Conditio impossibilis, aut in faciendo consistit, vt in primo exemplo huius tex. de quo superius egimus: aut in non faciendo, veluti si in cœlum non ascendero; posterior hæc necessaria magis est, quàm impossibilis, cuius enim affirmatio impossibilis est, eiusdẽ negatio est necessaria, quod rectè ex Philosophia Acc. & Bar. adnotarunt, veluti sedere & stare aliquẽ simul impossibile est, contra non sedere &

stare

stare aliquem simul necessario verũ est, ideòque rectè Vlpian. in d. l. impossibilis. 6. D. de verb. hanc stipulationem, si in cœlum non ascenderis, vtilem esse & præsentem, id est puram probat, figuram enim conditionis magis quam potestatem habet. l. si pupillus. 9. §. qui sub conditione. D. de nouationibus.

§. *Item verborum.* 13.

1 *Verborum obligatio inter absentes non contrahitur, & quare. num.* 3.
2 *L. ea quæ.* 57. *D. de donat. inter virum & vxorem. & nu.* 4.
3 *Iure Regio etiam inter absentes efficaciter promissio & verborum obligatio erit.*
6 *Negatiua contra instrumentum publicum quomodo probanda, remissiuè.*

1 VERBORVM obligatio cõcipi inter absentes non potest. idem in l. 1. in principio. D. de verb. oblig. in l. 3. C. hoc ti. l. 3. C. de contrah. & committ. stipulat. consonat l. 1. 2. & 32. tit. 11. part. 5.

2 Sed obstat diff. tx. in l. ea quæ. 57. D. de donat. inter vir. vbi Iul. Paul. retulit sponsionem viro absenti ab vxore absente missam, & quod in eam deductum fuit rectè peti posse.

3 Sed dicendum est, rectè Iustin. docere inter absentes concipi stipulationẽ non posse, quia cum perficiatur vtroque loquente & sermonis efficaciam intelligente, ita vt alter alterũ exaudire, & ei statim congruè respondere debeat, inter absentes si fiat inutilem esse consequens est, item quia ea quæ pro formula certam verborum solemnitatem requirunt, (qualis est stipulatio quæ interrogatione & respõsione cõstat, §. 1. sup. de verbo.) per libellũ expediri nõ possunt. l. omnia. 73. D. de regul. iuris, cum etiam quia si inter absentes fieret & valeret, iã alter alteri stipularetur, contra regulam §. alteri. infrà hoc tit.

4 Nec obstat tx. in d. l. ea quę. quoniã vt rectè vbiq; docet Acc. dicendũ est, epistola illã esse cautionẽ stipulationis inter præsentes factæ, & ad eius probationẽ, quæ interpretatio expresse probatur ex Iurisc. in l. Titia. 134. §. idẽ respondit cũ Sepritius. D. de verb. l. 1. C. de cõtrah. stipul. facit tx. in l. cõtrahitur 4. D. de pignoribus, & est omnino admittenda, etsi Duaren. in d. l. 1. de verb & dib. 4. disputat. animadueri. contendat illam epistolam esse cautionẽ inter præsentes factam, vt in specie l. fi. D. de const. pecun. in l. Titius. 34. D. de pignor. sed expresse communitur ex eadem l. ea quæ. ibi: *literas ad eum misit.*

5 Hodie verò iure nostro Regio Hispano aliud dicendũ est, quum valeat etiam inter absentes promissio, vt probat expressa l. 2. ibi: *obligation entre ausentes.* tit. 16. lib. 5. nouæ rec op. & ei⁹ argum. docet Greg. in d. l. 1. gl. 4. tit. 11. p. 5. Matiẽço in d. l. 2. glos. 4. & ibidem Azebedo, ex num. 20.

Versiculus. *Sed cum hoc materiam.*

6 Constat ex hoc tx. iuncta l. optimã 14. C. de cõtrah. & com. stipulatione, negatiuam contra instrumentum publicum per aliud publicũ instrumentũ, vel per idoneos testes posse probari; idẽ in hac specie disponit d. l. 32. tit. 11. p. 5. quorũ testiũ numerus qui hic expressus nõ est ibi describitur, vt scilicet sint tres aut quatuor omni exceptione maiores. Optima autẽ regula ab Imperatore hic, & in d. l. optimã, ad negatiuæ probationẽ traditur, vt fiat ad certũ locũ, & tẽpus coarctata, vti & in d. l. 32. & in l. 117. tit. 18. p. 3. de qua re vide Couarruu. lib. vnico, Practic. q. c. 20. n. 6. & lib. 2. var. c. 13. n. 11. plurima per Mascard. de probationibus, volumine 2. conclus. 1091.

§. *Post mortẽ.* 14. *& §. Ita autem.* 16.

1 *Stipulatio*, post mortem meam, *&* post mortem tuam: *Item & illa:* Pridie quàm moriar, *&*, Pridie quàm morieris; *quæ olim erat inutilis, nouo iure valet, & num.* 6.
2 *Stipulatio conditionalis ad heredes transit.*
3 *L. hereditariũ.* 6. *D. de bonis aut. iud. poss. & num.* 10.
4 *L. quod dicitur* 45. *§. si ita quis. D. de verb. obliga. & num.* 11.
7 *L. vnica. C. vt act. ab hered. & cõtra here. incip.*
8 *L. quæcunque gerimus.* 11. *D. de oblig. & act.*
9 *§. Ex conditionali. Inst. de verb. oblig.*
10 *Moriendi momentũ & tempus vitæ tribuitur.*

1 INVTILIS præterea olim fuit illa stipulatio: *Post mortem meam*, vel *post mortem tuã dare spondes*, item illa, *Pridie quàm moriar*, vel *pridie quàm morieris*; sensus hodie iure renouato post Iustin. in l. scrupulosam. 11. l. fi. C. de contrah. & cõmit. stip. cõsonat l. 12. tit. 11. p. 5. explicat huius tx. rationẽ Coss. li. 1. Select. c. 19. idemq; ius q & in legatis olim obseruabatur, nunc Iustin. emendat in § post mortẽ, sup. de legatis, & generaliter in l. vnica. C. vt actiones ab heredibus & contra hered. incipiant.

2 Sed primò obstat, nã si stipulatio cõditionalis fuit, nec potuit adimpleri in vita cõtrahentiũ, ad eorũ heredes trãit, ab eisq; & cõtra eos initiũ obligatio sumit, §. ex cõditionali, sup. de verb. §. cũ quis, inf. h. t. l. puter. 23. D. de pact. dotalibus: ergo & stipulatio post mortem concepta antiquo iure vtilis esse debuit.

3 Secundò obstat, nullũ esse discrimẽ inter illam conceptionẽ, *post mortẽ meã*, vel *cũ moriar*, nã quẽadmodũ ex priori ipse dũ vixi debitor non fui ex nostro tx. sic nec ex posteriori, vt docet Iurisc. in l. hereditariũ. 6. D. de bon. aut. iud. poss. Sed cõceptio illa, *cũ moriar*, aut *cũ morieris*, valida olim fuit, & nunc est. tx. in §. ita autẽ, inf. h. t. ergo & prior illa, *post mortem.*

4 Tertiò, contra nostrum tex. obstat l. quod dicitur 45. § si ita quis. D. de verb. oblig. vbi hæc stipulatio post mortem meam filiæ meæ dari, vel ita, post mortem filiæ meæ mihi dari, vtilis est: ergo idem debebat admitti in propria persona cum non sit diuersa filiæ persona à patre. l. fi. C. de impuber.

5 † Quartum & nouum argumen. potest considerari ex l. centesimis. 46. D. de verb. cui satisfacies ex traditis ab Costa d. lib. 1. c. 19.

6 Sed dicendum est his non obstantibus antiquioribus iuris ciuilis regulis consideratis, illas conceptiones, *Post mortem*, & *pridiè quàm moriar* inutiles fuisse, hodiè verò valere, quod vtique rectius percipietur, & illius & huius iuris rationibus obseruatis. Antiquæ obseruationis tres retulit Hotom. hîc, & sanè non ineptas, primam quia impossibile est quemquam post mortem suam, vel dare, vel accipere, quùm non entis nullæ sint qualitates, vt in vulgaribus. Deinde quoniam quùm in id stipulationes inuentæ fuerint, vt vnusquisque quod sua interest acquirat. §. alteri. inf. eod. post mortè ineptè stipulatur. Tertia causa est quia, vt iam diximus, neque alteri dari, neque alterum datum stipulari possumus, qui verò sic stipulatur, is vel heredi suo dare, vel heredem alterius daturum stipulatur, contra §. si quis alium, & §. si quis alij. sup. eod. qui heredes stipulationis tempore alieni & extranei sunt, quamuis post mortem defuncti, id est quùm verè sunt heredes, illius personam sustineant, in stipulationibus autem contractus tempus spectari debet, l. seruus 16. l. vsufructus. 26. D. de stipulat. seruo.

7 † Quæ veteris iuris obseruationes etsi nõ dissplicèat, longè tamen magis arridet quæ à Iust. in d. l. vnica. C. vt actiones ab her. & cõtra hered. & à I. C. Caio li. 2. inst. t. 9. traditur, propterea id inutile esse, quia à persona heredis obligatio nec actiuè, nec passiuè, (vt nostri loquũtur) incipere poterat; ideòq; neq; heredi creditoris sub ea spõsione (post mortẽ meã) obligabatur debitor, neque sub illa (post mortem tuam) debitoris heredes creditori tenebantur.

8 † Hæc erat antiqua illa regula l. quæcumque gerimus. 1. D. de obligat. & action. quæ cauebatur, ne actiones ab heredibus, aut contra heredes inciperent. Sed iure optimo illam de medio sustulit Iustin. in d. l. vnica. C. vt actiones ab heredibus, &c. ne propter nimiam verborũ subtilitatem latitudo voluntatis contrahentiũ impediatur, constat enim ex solo contrahentium legitimo consensu & stipulationes & cæteros contractus effectum sortiri, & eorum valorem pendere, vt hîc Iustin. profitetur, & in §. 1. sup. de verb. oblig. & sæpè diximus ex l. 1. §. adeò. D. de pactis. Plane & illa conceptio. *Pridie quàm moriar*, aut *pridie quàm morieris*, similiter & olim inutilis habebatur, quoniam vt iam citato loco admonet Caius, quùm hæc stipulatio concepta sit in eũ diem, qui nunquam nisi post mortem meam certus est, vi ipsa & effectu in tempus morte posterius, ac proinde in heredis personam cõcepta iudicabatur.

9 Qua antiqui iuris ratione considerata parum oberunt quæ adduximus argumenta, quoniam tex. in d. §. ex conditionali. cum similibus, loquitur de ea conditione, quæ in vita contrahẽtium potuit adimpleri, & ab eorum personis initium sumere, iuxta veteres traditiones, & inde etsi tunc non extiterit, quia præsens stipulationis tempus inspicimus, d. l. si seruus. d. l. vsusfruct. & ex illo tempore vires accipit cõtractus, spes futuri iuris ad heredes transfertur, neque offenditur eo casu antiqua regula d. l. quæcumque gerimus. 11. D. de obligat. & action.

10 Nec obstat secundum argum. quoniam magnum est inter illas conceptiones, *post mortem meam*, & *cum moriar*, discrimen. Item etiam, & inter illam, *pridie quam moriar*. Hæc & illa, *post mortem*, vt diximus non nisi mortuo stipulatore adimplentur: at ea, *cum morieris*, in vita contrahentium, pertinet enim ad viuentis monenta, nimirum quod qui moritur, nondum mortuus dici queat, etiamsi nec planè viuere, iuxta Tauri Philosophi verba ex Platonis Parmenide apud Agellium lib. 6. noct. Attic. c. 13. Et inde in iure ciuili momentum moriendi, nõ mortis, sed vitæ attribuitur, vt vel ex eo intelligitur, quod nemo post mortem suam heres aut legatarius institui potest. d. §. post mortem, sup. de legatis, cum morietur autem potest. l. heres meus 79. D. de condit. & demonst. l. extraneũ. 9. C. de hered. instituend. quoniam istiusmodi actiones figuram potius, quàm vim, potestatemque conditionis habent. l. si pupillus. 9. D. de nouat. & sup. ad §. conditiones, de verbo. diximus, facit tex. in l. nam si cũ moriar. 17. & sequenti. D. de condict. indebit. l. qui duos 16. §. hæc conditio. D. de manumiss. testam. idemque sentit Paulus in d. l. hereditarium. 7. D. de bon. auth. iud. nam ea sola adiectio, *cum moriar*, in vita adimpleatur, totam autem vim suam post mortem habet, ideòque hereditarium æs alienum appellat Paulus. Igitur quia ea conditio viuentibus adhuc contrahentibus adimplebatur, & ab eis initium obligatio sumebat, olim vtilis fuit, nunc verò certè constat per nostras constitutiones firmissimam esse, nempè quod obligationes & actiones ab heredibus incipere, & contra heredes competere posse pridem declaratum est, in d. l. vnica.

11 Non obstat tertium, ex d. l. quod dicitur. 45. §. si ita quis. quoniam cum pater filiæ suæ stipulatur post mortem suam, ideò stipulatio vtilis est, quia ei quem in potestate habet rectè stipulatur. §. ei verò. sup. eod. quod late explicat

cat Costa lib. 1. Select. cap. 15. videndus pro illius. §. si ita. & l. si genero. C. de iure dotium, explicatione. At quando pater sibi post mortem filiæ suæ stipulatur, nihil est quod stipulationē possit remorari, quū constet, post alicuius tertij mortē dari fierive vtiliter stipulari quia multis modis contingere potest, vt tertius ille viuis contrahentibus moriatur. §. ita autem. vers. *item post mortem.* inf. eod.

§. *Item si quis.* 15.

1 *Stipulationis præposteræ conceptio iure nouo valet, secus olim, & quæ vtriusque iuris ratio.*
3 *L. Huiusmodi. 64. l. si ita stipulatus. 126. D. de verbor. obligat.*
4 *Præposteratio ordinis substantialis vitiat actū.*

1 PRAEPOSTERA stipulationis conceptio inutilem olim contractum reddebat, secus hodie iure nouo post Iustin. hic & in l. præposteri. 25. C. de test.

Sed difficilis est hic tex. & in primo exemplo, in quo inutilem olim fuisse præposteram stipulationem ostendit, ex l. huiusmodi. 64. & ex l. si ita stipulatus fuero, si Titius. 126. D. de verb. in quibus constat præsentem obligationem videri, siquidem existente postea conditione, ex die contractus pecunia debetur.

Et in noua decisione dum Iustin. probat, preposterationem in nullis actibus nocere. contra tex. in l. vt debitum. 5. C. de hered. actionibus. l. prolatam. 4. C. de sent. & interlocut. om. iud. l. 1. C. de executione rei iudicatæ, in quibus præposteratio actus vitiat.

2 Sed rectè Iust. hic, & in d. l. præposteri sequutus Imp. Leonem statuit præposterationem non vitiare, quando aliàs constat de contrahentium voluntate, perinde que esse dispositiones acsi vel in diem, vel sub conditione tātum conceptæ fuissent, nec est quòd Hotoma no hic enunciatione 4. ea emendatio contra superiorum Iurisconsultorum permissa videatur, quum exactio vsque ad diei conditionisve euentum differatur. d. l. præposteri. Vt in cæteris omnibus dispositionibus conditionalibus vel in diem. §. omnis. cum seqnen. sup. de verb. oblig. Illa autem vetustioris iuris ratio esse potuit, quod esset pugnantia voluntatis in præpostera stipulatione, quum ex conditione videretur suspensa, & ex præsenti die videretur pura, vt in nostri tx. exemplo. *Si nauis ex Asia venerit, hodie dare spondes?* quæ verba ita legenda existimo reiecta Ferrarij lectione quæ præposterationem nullā habet, vt rectè hic Mynsing. animaduertit sub nu. 3. Græci interpretis retinens, & relatione Parisiensis libri probans quæ sic habet, *Si nauis cras ex Asia venerit, hodie dare spondes?* quæ conceptio manifestā præposterationem continet, quum in ea datio euentu conditionis prior sit, quod manifestam continet repugnantiam. Ex qua contrarietate nullitas inducebatur. argum. l. ubi repugnantia. 149. D. de reg. iuris. quæ contrarietas cessat ex actione in tempus, & euentum conditionis dilata.

3 Huic † tamen antiquo iuri non est contraria sententia Africani in d. l. huiusmodi, Pauli in d. l. si ita stipulatus, quia illius contractus ea est sententia, vt tunc demum cum Titius consul factus fuerit in annos singulos etiam præteriti temporis habita ratione nummi præstentur, itaque conditione deficiente nihil præstari debuit; secus erat in exemplo nostri tex. in quo si vtilis esset stipulatio, obligatio efficax erat ante euentum cōditionis, quod per quam ridiculum erat.

4 † Neque contra ius nouum facit tex. in d. l. vt debitum. cum similibus, quoniam præposteratio ordinis substantialis vitiat, quando ordo ad actus validitatem requiritur, vt in institutione heredis. l. 2. §. prius. D. de vulg. §. ante heredis, sup. de legat. & in interrogatione, & responsione in actu stipulandi. l. 1. D. de verb. quod tamen non procedit in ordine voluntatis, d. l. præposteri. cum relatis à glo. fin. hic.

§. *Ita autem* 16.

1 *Huius paragraphi interpretatio remissiuè.*

1 PRO huius tx. explicatione, vide quæ diximus in §. Post mortem, ad secundum argum. sup. hoc tit.

§. *Si scriptum.* 17.

1 Promisisse, *verbum, efficacem & solemnem stipulationem semper inducit.*
2 *Promissio etiam nudis verbis aliquando fit, & num.* 5.
3 Promisisse, *si testes dicant stipulatio non præsumitur, & num.* 9.
4 *L.* 1. *C. de dotis promissione, & num.* 14.
5 *Facta non præsumuntur.*
6 Promitto, *verbum & ad nudum pactum, & pollicitationem referri solet.*
L. Sciendum. 19. §. *dictum. D. de ædilitio edicto.*
7 *L.* 1. *C. de contrab. & committ. stipulatione.*
Epistola pro cautione sæpè accipitur.
9 *L.* 1. *C. de vsuris, & num.* 13.
10 *Testes de his quæ sensu corporeo percipi possunt deponunt.*
11 *Testis varia & incerta depositio contra producentem interpretatur.*
12 *Noua hac in re opinio & sententia.*
14 *Dotis fauore incerta promissio sustinetur, iuxta communem.*
15 *Communis interpretatio d. l.* 1. *C. de dot. promiss. Specialia duo concurrere non possunt, & n.* 21.

16 *Fictio duplex circa eandem personam siue rem nunquam admittitur.*
17 *L. 1. C. de dotis promissio. nec iure Canonico, nec nouo iure Hispano procedunt.*
18 *Communis interpretatio illius legis reiecta.*
19 *Incertitudo ex actus qualitate plerumque cessat.*
20 *Dotis promissio certa semper intelligitur iuxta qualitatem contrahentium.*
22 *L. 1. D. de vsufruct. legato remissiuè.*
23 *Alia d. l. 1. C. de dot. promiss. interpretatio. L. cum post. 70. §. gener. D. de iure dotium. Dos promissa abeo qui dotem constituere cogi potest certa præsumitur.*
24 *Reprehenditur hæc posterior interpretatio.*
25 *Aliæ plures referuntur remissiuè.*
29 *Vera d. l. 1. explicatio.*

1 SI scriptum sit in instrumento aliquem promisisse, efficax stipulatio semper præsumitur, idem docet Iulius Paulus lib. 5. senten. ti. 7. vers. *verborum*. I. C. in l. sciendum. 30. & in l. Titia. 134. §. penult. D. de verb. tex. in l. 1. C. de contrahen. stipulat. §. fi. inf. de fideiuss. coniuncta l. 5. §. satis acceptio. D. de verb. l. blanditus. 12. C. de fideiuss. explicat post ordinarios maximè Duaren. & Cuiacium d. l. sciendum. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 43. n. 8. & lib. 3. q. 41. ex n. 5. Alciat. n. 36. Cagnolus ex num. 87. & alij ibidem, in l. lecta. D. si cert. petat. Molineus in rubr. n. 33. D. de verb. Costa in l. si ex cautione. decla. 3. nu. 13. C. de non num. pecun. latè Gonçalez, variar. quæst. c. 34. per totum, Azebedo in l. 2. n. 13. t. 16. lib. 5. recop. Mascard. 3. tomo de probatio. concl. 1135. & concl. 1136. Fortun. Garcia in l. 1. col. 10. D. de pactis. Barbosa in l. 1. 3. p. n. 46. D. soluto matrimonio.

2 † Sed obstare videtur tex. in l. 1. D. de pact. & l. sciendum. 19. §. dictum. D. de ædilit. edicto. & in cap. 1. 2. & 3. extra, de pactis. in quibus constat verbum, *promitto*: non stipulationem, sed nudum pactum inducere.

3 † Secundò obstat, nam in exercendis litibus eandem vim obtinent testium depositiones, & instrumenta. l. in exercendis. 15. C. de fide instrum. at si testes deponant aliquem *promisisse*, non inducitur stipulatio nisi & interrogationem factam fuisse probent. l. 1. C. de vsuris: ergo neque ex instrumento inducenda erit.

4 † Tertiò obstat difficilis tex. in l. 1. C. de dotis promissione. ibi: *ea quæ nubebat dotem dare promiserit*, vbi promissio non refertur ad stipulationem, sed ad nudum pactum & simplicem conuentionẽ, quod ex eo cõstat, quoniã ex ea promissione petitio fuit denegata, iuxta regulã l. iuris gentiũ. 7. §. igitur nuda. D. de pactis.

5 Quarto obstat, interrogationem præcedentem esse quid facti, vt constat, sed ea quæ in facto consistunt non præsumuntur nisi probentur, vulgata regula l. in bello. 12. §. facta. D. de captiuis. ergo ex eo quod responsio & promissio probetur, interrogatio præsumi non debet.

6 Sed his non obstantibus dicendum est, verbũ *promitto*, in instrumento repertum, scriptúmve solemnem stipulationem inducere ex nostro tx. & similibus, hoc ideò quoniam etsi verum sit, non tantum stipulationem, sed pactũ, & pollicitationem comprehendere. d. l. sciendum. 19. §. dictum. & latè Molineus, vbi sup. quia tamen cum inter præsentes promittitur frequentiùs stipulationis solemnitate id fit, eaque est potior huius vocis significatio, ideo magis præsumitur, argum. l. 1. §. qui in perpetuum. D. si ager vectigal. vel emphy. petatur: tum etiam quia semper omnia solemniter acta esse præsumuntur. d. l. sciendum. 30. D. de verb. oblig. & notat in pulchro casu Rod. Suar. allegat. 3. n. 5. item etiam, quia semper verba interpretamur, vt actus meliori modo quo possit valeat. l. quoties. 80. D. de verbo. & l. quoties. 13. D. de rebus dubijs. quod tamẽ sic est accipiẽdum nisi cõtrarium probetur. l. iuris gentium, 7. §. quod fere. D. de pactis, nam & ad nudam promissionẽ referri poterit, veluti si inter absentes esset facta promissio, inter quos inutilis
7 est stipulatio. l. 1. in princip. de verb. † Neque contrarium probat. l. 1. iuncta Accurs. interpretatione. C. de contrah. stipulat. quæ epistola stipulationem probari posse docet, quæ tamen inter præsentes nunquam scribitur, quoniam animaduerto epistolam ibi pro cautione, siue chirographo accipi, iuxta tx. in §. vlt. l. Publia. D. depositi. l. fin. D. de constituta pecunia, cui adde l. 3. titu. 11. p. 5. l. Titius. 34. D. de pignor. act. vt optimè in d. l. 1. D. de verb. & lib. 1. disput. animaduers. c. 45. interpretatur Duar.

8 Nec obstant contraria, primum enim argumen. ex iam dictis facile dissoluitur, quia constat in illis iuribus promittentem non interrogatum respondisse, ideòque ad nudum pactum promissio refertur, ex senten. l. C. in c. §. quod ferè, quia promittere etiam nudis verbis possumus. d. l. sciendum. §. dictum. D. de ædilitio edicto.

9 Non obstat secundum, ex d. l. 1. C. de vsuris. Aliud enim est si verbum *promisit*, scriptum sit in instrumento, quo casu stipulationem præsumimus ex nostro tx. aliud si à teste proferatur, nam tunc non intelligitur de stipulatione, iuxta d. l. 1. C. de vsuris, iuncta glossæ interpretatione ibi. & hic verbo. *si scriptum*. docet Bar. in l. si vnus. 28. §. pactus ne peteret. nu. 19. vbi Horos. num. 54. D. de pactis. Afflictis decisio. 120. num. 2. Menoch. d. quæst. 41. num. 19. & omnes hic, differentiæ rationem eam communiter tradunt interpretes, † quoniam testes
10 deponere debent de his quæ sensu corporeo percipiuntur. l. qui testamento. 20. §. fin. de testamen. quiautem de promissione deponunt si ad

si ad stipulationem essent referendi, non de his quæ sensu corporeo percipiuntur, sed de his quæ iuris sunt deponerent, & ideò ad stipulationem non sunt referendi: quam rationem assignauit Bart. vbi sup. Abb. n. 19. Felinus. n. 40. in c. sicut. de sen. & re iud. omnes doctores hic, & communem sententiam dicit Anton. Gom. 2. to. c. 11.

11 Verum hæc cõmunis sententia mihi displicet, quia verius est ipsum actum stipulandi esse quid facti, & in facto cõsistere, quemadmodum & promittendi, vnde cum percipi à testibus sensu corporeo, nempe, auditu, non minus possit interrogatio, quàm responsio, rectè poterunt testes de ea deponere: nec video qua ratione interrogatio iuris magis sit quam responsio. Et inde si communis hæc sententia esset sustinẽda ex eo potius, quoniam cum promissio & ad pactum, & ad pollicitationem, & ad sponsionem possit referri ex sup. dictis, testis autem depositio necessariè debeat concludere. l. neque naturales. 10. de probat. l. nõ hoc. 4. C. vnde legitimi. quum æquiuocè testis deponat contra producentem fiat interpretatio, argum. l. veteribus. 40. D. de pactis, & ita de nuda & simplici promissione interpretatio fiet.

12 Sed ego aliud existimo contra omnes, non multum referre, an in cautione, seu instrumento scriptum extet, Titium promisisse, an verò id præsentibus testibus confessus sit. Boni enim iudicis erit interrogare testes de modo & forma initæ conuentionis, est enim quæstio facti magis quàm iuris, quæ prudentis arbitrium
13 iudicis magnopere desiderat. † Textus autem in d. l. 1. C. de vsuris, quo communis mouetur parum ad rem attinet; quærebatur enim ab Antonino ibi, an vsurarum obligatio scripturam requiret, sicut stipulationem, & respondet absque scriptura & instrumento valere, si interrogatione præcedente, promissio vsurarum rectè facta probetur, sola enim stipulatio absque scriptura sufficit. Quomodo autem probari possit interrogationem præcessisse, & responsionem subsequutam esse non docet Antoninus, fiet tamen iuxta iuris regulas & obseruationes, si testes & de interrogatione, & de respõsione deponant, vt paulò ante diximus.

14 † Non obstat tertium argum. ex l. 1. C. de dotis promissione, quoniam pro eius explicatione animaduerto, quod etsi simplex promissio sine expressione speciei vel quantitatis non valeat. l. stipulationũ. 74. l. vbi autem nõ apparet, 75. l. triticum. 94. D. de verb. obligat. fauore tamen dotis incerta promissio sustinetur. l. quæro. 61. l. cum post. 70. §. gener. D. de iure dotium. l. si filiæ. 41. D. de legat. 3. notant gloss. Bart. & scribentes in l. 1. D. solut. matrim. Iaso ibi. n. 42. Crotus. n. 94. Idem Bart. in l. ita stipulatus. 115. nu. 4. D. de verb. oblig. Bald. Nouella, de dote. 6. p. priuilegio. 11. Campegius eod. tract. q. 80. n. 1. Constant. Rogerius. eod. tract. §. 8. n. 5. & 17. Peralta in l. 1. D. de leg. 2. Gonçalez d. c. 34 per totum, † quo præmisso, difficultatem illius tex. sic interpretatur, ibi Bart. ideò ibi verbum, *promittere*, stipulationem non inducere iuxta nostrum tex. ne duo specialia admittantur; Alterum, quod pactum nudum producat obligationem contra regulam l. iuris gentium. 7. §. igitur nuda. D. pactis: Aliud quod incerta promissio valeat contra regulam d. l. vbi autem, & d. l. triticum. Eandem interpretationem scripserat Bart. n. 71. in l. si is qui pro emptore. D. de vsucapionib. & ibidem resoluit communem Crotus num. 183. Iaso in l. lecta. num. 5. D. si cert. peta. Afflictis decisione 229. num. 5. Felinus in c. cum M. n. 10. de constitut. Ripa in l. si aliquam rem. D. de ac. pos. relati à Tiraq. tract. de iure constituti. 2. p. limitat. 5. & nemine ex his (quod mirum est) relato nouissimè hoc casu regulam nostri tex. limitandam cum Baldo & Aretino scribit Mascard. d. con-
16 clus. 1336. nu. 7. † Adducitur pro hac Bartoli opinione alia eiusdem. d. num. 71. vbi scripsit, duplicem fictionem in eadem causa, & re non posse consistere, sequuntur vltra ordinarios ibi Fulgosius in l. si quis argentum. nu. 4. C. de donat. & in l. si procuratorem. §. si fideiussori. D. mandati. Curtius Iunior in l. singularia. n. 5. D. si cert. petat. & videntur expressa iura in l. 1. D. de vsufruct. legato. & in l. si verò. 12. §. Marcellus. D. mandati, secundùm quam communem interpretationem duo notabilia deducun-
17 tur. † Primum quod cum hodie (attenta noua lege Regia cuius sæpè meminimus) pactum nudum producat obligationem. regu. d. l. 1. C. de dotis promissione. cessabit, vt aduertit Anton. Gom. in l. 52. Tauri n. 20. Secundum quod de iure Canonico secundùm receptas antiquorum sententias pactum nudum producat obligationem. cap. 1. de pactis. d. l. 1. non procedet, vt iaduertit Paulus, Roder. Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione legis Regni §. sed pro euidentia, num. 19. D. de re iudicata.

18 Verum hæc interpretatio falsa omnino est, primò quoniam in d. l. 1. nulla intercessit specialitas, dos enim per stipulationem fuit promissa, vt ostẽdit verbum illud, *promiserit*, quod iuxta nostrum tex. ad stipulationem refertur;
19 præterea incertam fuisse dici non potest, †, quoniam quoties actus aliquam continet qualitatem, ex qua possit certificari, non dicitur incertus. d. l. vbi autem non apparet. in fi. principij. l. in testamento. 27. D. de condit. & dem. & constat exemplo legati alimentorum. l. si cui annũ. D. de annuis leg. l. pen. D. de alimen. & cibarijs legatis. l. cum hi. 8. §. modum. D.
20 de transactionibus, quo fit † quod cum in dotis promissione detur qualitas illa, scilicet quod ex facultate promittentis, & dignitate

tate vtriusque contrahentis possit certificari, nõ potest promissio incerta dici, vt in d.l.1. aduertit Cynus, quem admisit Socinus nu. 52. in d.l.1. D. solut. matrim. & ibi Bald. de Bartolinis nu. 116. Costanus de dotibus, c. 4. n. 4. Duaren. lib. 1. disputat. cap. 56. † Secundò quia verius est, in quacumque causa duo specialia concurrere posse, vti in §. item. sup. quib. non est permis. facere testamen. aduertimus, & præter ibi relatos probat Bartholomæus Philippus tractatu de ficti. 5. p. c. 4. Costan. de dotib. ca. 4. n. 5. & nominatim in causa dotis probat. l. fi. C. ad Velleian. in l. vnica. §. sed vt plenius. C. de rei vxor. act. obseruat Crotus in d. l. 1. D. sol. matrim. n. 93. & in l. si constante. cod. ti. n. 133. & in d.l. si is qui pro emptore. n. 106. & ita tenendum est, quicquid contradicat Nouellus
22 de dote. 6. p. priuileg. 12. † neque obstant iura pro contraria opinione allegata, & primo tx. in d.l.1. D. de vsufruct. leg. cui sit satis ex his quæ ad eum scripsit Pinel. in l. 1. 3. p. nu. 6. cum sequentibus. C. de bon. mat. & Bartho. Philippus vbi sup. nec item tex. in d. §. Marcellus, quoniam qui soluit pecuniam noluit patri donare, & ideò ei actio denegatur, vt colligitur ex verbis l. C. ibidem.

23 Vnde Socin. in d.l.1. D. solut. matr. sub nu. 52. cum Accur. in d.l.1. C. de dot. promiss. existimat esse constituendam differentiam inter dotem promittentes: namque si promissio facta sit ab eo qui dotem tenebatur constituere, simplex promissio effectum habet, quia ex qualitate obligationis, & eius qui promisit facultatibus certificari poterit promissio, ex tx. d. §. gener: secus si ab eo fiat qui nulla obligatione tenebatur, iuxta d.l.1. C. de dot promiss. sequuntur Alciat. in d.l. triticum. n. 14. Duare. lib. 1. disput. c. 56. & in ti. D. solut. matrim. c. de dotibus. §. 2. Coras. in l. qui liberos. 180. D. de ritu nupt. Ripa. in l. ita stipulatus. n. 18. de verbo. oblig. Gama. in tract. extensio. 1. p. nu. 103. Connan. lib. 8. com. c. 8. n. 5.

24 Quorum tamen traditio admittenda non videtur quoniam Papin. in d. §. gener. non deduxit declarationem promissionis ex obligatione dotantis, sed ex eius facultatibus & qualitate vtriusque contrahentis, quod est generale in hac materia, vt colligitur ex tex. in l. cum ex causa. verbo, *in dotis*. D. de minor. ex d.l. quæro. & l. dotem, quæ in muliere loquitur. D. de iure dot. & eleganti glo. verbo, *iuxta modum*. in c.1. de adulterijs, exornat latè Gutier. lib. 1. canonic. quæst. cap. 37. per totum, & inde reg. tex. in d. §. gener. generaliter accepit Romanus consil. 44. n. 4. Couar. in. 4. 1. p. c. 5. nu. 5. Costanus d.c. 4.

25 Vnde omissa alia interpretatione Odof. in d.l.1. C. de dotis promissione, quæ licèt recepta sit, vt Bolognetus contestatur, in d.l.1. nu. 146. D. solut. matrim. confunditur tamen ex tex. in d. §. gener. ibi: *arbitrio quoque detracto*. Alia Costalij. d. §. gener. Alia Roberti lib. 4. ten. c. fin. Alia Charondas lib. 1. verosimil. cap. 17. Alia Forcatuli in cupidine Iuris peritorum cap. 2. nu. 8. & traditis à Gonçalez d. lib. vnico
26 variar. quæst. ca. 34. † Dicendum est ideò mulierem in d.l.1. de dotis promiss. non compelli dotem soluere, quoniam ipsa dotem non promisit præsentem, siue de præsenti (vt nostri dicunt,) sed in futurum contulit dispositionem & se promissuram dixit, vti colligitur ex illis verbis, *dotem dare promiserit*, ac proinde cum ex post facto non fuisset promissa aliqua species vel quantitas de præsenti, nec statim sit facta simplex promissio, nulla adest ratio propter quam ad præstationem dotis compelli possit, quamuis posset maritus eam copellere ad dotis promissionem de præsenti, licèt in futurum concepta fuerit promissio, cum ratione certæ dispositionis fuerit facta, qua subsequuta, matrimonio videlicet, compelli poterit, iuxta reg. quam doctores communiter deducunt ex tex. in l. penultima. D. de testam. tut. & ex l. Mæuia. 45. D. de hered. instit. & notat Socin. consil. 6. nu. 2. volum. 1. Menoch. consi. 97. nu. 183. vol. 1. conducit elegans casus l. tali facta. D. de iur. dot. Nec si verbum, *promiserit*, referretur, ad præteritum (potest enim vtroque modo accipi. l. Plotiana. D. de iure codicill. l. verbum erit. D. de verb. signi.) posset mulier compelli, quotiescumque enim verbum accipit denominationem à proprio actu, necessarium est de actu constare, nec simplex relatio sufficit. l. 3. C. de fide instrum. & de iure hastæ fiscalis lib. 10. notat Decius consi. 573. n. 9. post Alex. con. 122. nu. 3. vol. 7. quo fit, quod cum in prædicta scriptura quam maritus adduxit solum contineatur relatio præcedentis promissionis, nec aliter de actu promissionis constet, non potuit mulier; ad aliquam præstationem compelli.

Non obstat quartum, quoniam verum est facta nunquam præsumi. At in hoc casu, non præsumitur, sed probatum censetur factum interrogationis, eo ipso quod promissio probatur iuxta supra dicta.

§. *Quoties. 18.* ibi: *simpliciter respondeat.*

1 *Pluribus rebus stipulatione comprehensis, si simpliciter promissor respondeat, omnes promissæ sunt.*

2 *Pluribus vna interrogatione propositis, si vnam tantum quis promittat, in ea tantum obligatio contrahitur.*

3 *L. 1. §. si quis simpliciter. D. de verborum obligationibus.*

4 *L. inter stipulantem. 8. §. si stipulante. D. de verbor. oblig. & nu. 7.*

5 *Sti-*

5 *Stipulationes tot sunt quot summæ, siue res in stipulatione deductæ.*
6 *Diuersitas vitiat stipulationem quando circa eandem rem est.*
8 *Explicatio nostri textus in versiculo,* Singulas enim res.
9 *Accursij expositio, & eius confutatio.*
10 *Franciscei Hotomani explicatio, & lectio huius versiculi animaduersa.*
11 *Alia, communi litera retenta, expositio.*

1 QVOTIES quis plures res vna stipulatione, ideſt, verborum conceptione comprehendens interrogat, videlicet, *promittis mihi Stichum, Pamphilũ, Damam, Erotem, equum, fundum, centum numos*, & promissor simplex respõsum huic interrogationi præbet de pluribus rebus propositis, quippe si dixerit, *Promitto*, perinde habetur ac si singulæ species in stipulatione comprehensæ & deductæ repetitæ fuissent, plerumque enim ea quæ in præfationibus conueniſſe concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur, quia non est necesse in stipulationibus, quum respondetur eadem omnia reperi quæ stipulator expresserit, tx. in §. præterea. 7. versiculo. *nam si hoc solum respondeas*, sup. hoc t. (vbi diximus) tex. in l. Titia. 134. §. 1. & §. fin. D. de verb. oblig. quæ quia sup. explicuimus hic inculcare non licet.

Versiculus. *Si verò vnam ex his.*

2 Ergo qui pluribus rebus vna stipulatione siue interrogatione propositis, vnã tantum promittit, obligationem in ea pro qua spoponderit contrahit, idem in l. inter stipulantem. 83. §. si stipulante, versi. *item si ego plures.* D. de verbo. obligat.

3 Sed obstare videtur reg. tex. in §. præterea. sup. & in l. 1. §. si quis simpliciter. D. de verb. oblig. vbi diuersitas inter interrogationem & respõsionem contractum vitiat, at hoc constat diuersitatem fuisse, cum qui de pluribus rebus interrogatur, si vnam solum promittat ad interrogata non respondeat, ergo inutilis esse debuit promissio.

4 Secundò obstat tex. in d. l. inter stipulantem. d. §. si stipulante in princ. vbi. si ego stipuler Stichum aut Pamphilum, & tu vnum daturum te spoponderis, constat te non teneri, nec ad interrogatum esse respõsum: ergo neque hic vna ex pluribus rebus promissa debuit valere.

5 Sed his nõ obstãtibus contrariũ defendendũ est: quoniã teste Vlp. in l. scire debemus. 29. D. de verb. sciẽdum est in stipulationibus tot esse stipulationes, quot summæ sunt, totq; stipulationes esse, quot species sunt, quod ibidẽ ipse eleganter explicat, & in l. cp dicitur. 86. & Iul. Paul. in d. l. Titia. 134. §. fi. D. de verb. oblig. & in l. pluribus. 140. illo ti. latè explicat Iaso post antiquiores in d. l. 29. & Duare. & Cuiac. & inde in ea re pro qua respõsum est æqualiter cõueniunt contrahentes, vt de minori summa diximus sup. in d. §. præterea. quemadmodum & cum simplex responsum adijcitur geminatæ interrogationi, vt in 1. p. nostri tx. censetur distributum in plures particulares responsiones, vt est ipsa interrogatio, vnde plares censentur stipulationes. d. l. Titia. §. fi. & d. l. pluribus.

6 Nec obstat diuersitatem responsionis debere vitiare stipulationem, quia fatemur illam vitiare quando iuxta eandem rem consistit vt in d. §. præterea. versic. *Aut si ille purè stipuletur*, non si in aliquibus adsit, in alijs non, quia tunc in illis pro quibus responsum est, quia congruè respondetur valebit, in cæteris non ita, quia noluit promissor obligari, vt satis noster tex. insinuat.

7 Minus obstat tx. in d. §. si stipulãte. in 1. par. qui interpretandus est ex Iustin. in d. §. præterea, vers. *Aut si ille purè*, ideò vitiatam fuisse stipulationem, quia maxima fuit diuersitas inter interrogationẽ & responsionẽ, qui enim alternatiuè stipulatur, licèt solutione vnius rei debeat esse contentus, intendit tamen promissorem ad vtrumque obligare, nec quidem sine effectu, vt si alia ex his rebus pereat maneat alia in obligatione. l. si in emptione. 34. §. fin. D. de contrah. empt. l. Stichum aut Pamphilum. 93. D. de solutionib. cum alijs quæ retulit Anton. Gom. proximè citãdus. At qui vnam rem promittit ad illam solum vult teneri, vnde constat inter interrogationem & responsionem esse diuersitatem, quæ vitiat in d. §. præterea, & d. §. si quis simpliciter, quæ diuersitas ex eo quoque colligitur quòd qui alternatiuè stipulatur, velut sub conditione videtur velle obligare promissorem. l. cum ita. 9. D. de opt. legat. quæ conditio deest in promissione alterius rei tantum, atque hoc nimirum est, quòd Iuris Conf. ait in d. §. si stipulante. ad interrogata responsum non esse, vnde iure optimo propter defectum simultanei consensus, qui in stipulationibus requiritur, vitiatur stipulatio, quod ad interpretationem illius §. obseruat post Alber. & Paul. Cuman. in d. §. si quis simpliciter, & ibi Molin. ex n. 41. Conan. lib. 6. c. 1. nu. 6. Ant. Gom. 2. to. variar. c. 9. nu. 4. inde deducens iure Regio sublatã non esse illius §. decisionẽ.

Versiculus, *Singulas res enim stipulari.*

8 Pugnat hîc Iustin. (si eum iuxta communem omnium codicum lecturam audiamus,) his, quæ initio huius. §. dixerat docens, quod cum tot sint stipulationes, quot res, species, siue corpora verborum conceptione comprehensa, pluribus rebus vna stipulatione comprehensis, si promissor simpliciter aut indefi-

indefinitè respondeat, *promitto*, propter omnes tenetur: cum posterioribus hisce verbis contrarium exprimat, pluribus rebus sigillatim aut singulariter propositis ad singulas respondendum esse, † quam contrarietatem, vt effugiat
9 Accurs. & qui eum sequuntur sic subaudiunt, *ad singulas respondere debemus si in omnibus velimus obligari*, quam sententiam non dissimilibus verbis comprehendit paraphrastes, *quoniã ad singulas*, (inquit Theophilus,) *res, quæ stipulatione comprehenduntur respondendum est, sic enim in omnibus perfecta erit obligatio.* Sed eorum nemo rectè Iust. percipit, tum quia subauditiones hę Latinæ linguæ non conueniunt, quas si admitteremus, nihil certi posset vnquam constitui: tùm etiam quia constat, etiã si in omnibus obligari velimus indefinitè & simpliciter respondere sat esse, nec singularum enumerationem requiri. l. scire. 29. l. quod dicitur. 86. l. Titia. 134. §. fi. l. pluribus. 140. D. de verb. obligat. & paulò superius in hoc eod. §. dixerat Iustin. & in §. præterea. vers. *nam si hoc*
10 *solum respondeat.* Hotom. † hic vt difficultatem tollat sic legit: *Singulas enim res stipulari, nõ ad singulas respondere debemus*, quæ sententia & ex ante dictis descendit, & eis mirè conuenit, nam siue ad singularum rerum stipulationem vno verbo respondeamus, siue ad quarũdam tantum respondeamus, rectè obligamur, neque necesse est ad singulas respondere, nam siue ad vniuersas generatim quis respondeat, *promitto*, siue ad quasdam tantum respondeat, *illas promitto*, contrahitur obligatio, vt in prioribus propositionibus huius tex. Planè quod dicitur posse sine singularum rerum enumeratione stipulationem concipi. d. l. scire. ad eas res pertinet quæ totius nomine comprehenduntur veluti ad familiam Titij quę seruos omnes complectitur ad gregem, ad lecticarios, ad quadrigas, ad symphoniacos, & alia quæ sunt in eodem genere.

11 Sed † adhuc retineri vulgatam lectionem posse, & sic accipi posse existimo. *Singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus*, vt constet in omnibus rebus sigillatim enumeratis stipulatio, vna tantum promissione generali opus est: vt in aliquibus, necesse est sigillatim respondere tantum de ijs ad quarum dũtaxat præstationẽ obligari volumus.

§. *Alteri stipulari.* 19. & §. *Sed & si quis.* 20.

1 *Alteri stipulari nemo potest, & ex n. 8.*
2 *Pœnæ adiectione stipulatio alteri facta valida est, & nu. 9. & 11.*
3 *§. sed & si quis hoc titulo, & l. stipulatio ista. 38. §. stipuler. D. de verborum obligationibus, & num. 12.*
4 *L. si cum venderet. 13 de pign. act. & nu. 17.*
5 *Stipulatio pœnalis accessoria nulla, cum principalis non constitit, & n. 18.*
6 *L. Publia Mœnia. 26. D. depositi, & num. 19.*
7 *L. quoties. 3. C. de donat. quæ sub modo, & numero. 24.*
8 *Stipulationes inuentæ vt vnusquisque acquirat id quod sua interest.*
10 *Interesse quale esse debeat, vt alteri possit quis stipulari.*
11 *Pœna legitima in stipulationem deduci debet, & quæ legitima dicatur.*
13 *Tutor à cõtutore suo an pupillo possit stipulari.*
14 *L. eum qui 5. §. Iulianus, & §. fi actori municipum. D. de const. pecun.*
16 *Constitutũ differt ab stipulatione, & quatenus.*
19 *Bartoli & communis interpretatio ad d. l. Publia Mœnia.*
20 *Argumenta contra Bartoli interpretationem.*
21 *L. penultima. C. ad exhibendum.*
22 *L. si mercedem. 55. §. fi. D. de act. empt.*
23 *Alia explicatio d. l. Publia Mœnia.*
24 *Donationis fauore inductum vt alter alteri stipuletur, iuxta communem.*
25 *Communis à quibusdam improbata eo quod specialitatis ratio non sit.*
26 *Hoc argumentum diluitur.*
27 *Communis nouo argumento impugnatur.*
28 *Vera explicatio d. l. quoties. 3.*

1 CVM ad hoc sint stipulationes inuentæ, vt vnusquisque quod sua interest acquirat, alteri stipulari neminem posse docet hic Imper. & antea dixerat in §. si quis alij. cum sequentibus sup. eod. ex I. C. in l. stipulatio ista. 38. §. alteri, & §. si stipuler. D. de verbo. oblig. l. certi cõdictio. 9. §. quoniam. D. si cert. petat. l. solutũ. 11. §. per liberam. D. de pignor. actio. l. quo tutela. 73. §. nec paciscendo. D. de reg. iur. l. 1. C. per quas personas. l. multum interest. 6. vers. fin. C. si quis al. vel sibi. l. vt inter absentes. 3. C. de inutilib. stipulat. l. si genero. 26. C. de iure dot. l. cũ tes. 22. C. de donat. tex. in §. ex his. sup. per quas person. consonat l. 7. & l. 10. tit. 11. p. 5. explicant latè ordinarij interpretes in d. locis, maximè Iaso d. §. alteri & Greg. in d. l. 7. p. idem Iaso in l. si ita stipulatus fuero. 126. §. Chrysogonus ex num. 1. vbi est etiam tex. expressus. D. de verb. sign. Connan. lib. 6. com. cap. 4. nu. 10. Philipp. Portius lib. 2. regul. con. 46. Ant. Gabr. 3. to. com. lib. 3. ti. de verb. oblig. cõc. 1. Pet. Gregor. 3. p. Syntag. lib. 24. c. 2. n. 20. & n. 26. Ant. Gom. 2. to. c. 11. nu. 18. Couar. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 4. ex n. 1. de pact. l. 6. Gutier. lib. 1. de iuram. confir. c. 36. Mench. lib. 3. de succes. creat. §. 30. ex n. 28. Matien. in l. 2. gl. 2. & ibi Azebedo ex n. 30. ti. 16. lib. 5. recop. sed sunt maximè, & omnino videndi Duare. Donel. & Cuiac. in d. §. alteri. P. Fab. in d. §. nec paciscendo.

2 ed p Srimò obstare videtur, tex. noster in vers.

verſ. *Planè*. vbi Iuſtin. docet appoſita pœna hu
iuſmodi ſtipulationem valere etiamſi ſtipula-
toris nihil interſit, vt conſtat ibi, *etiam ei cuius*
nihil interſit, & ibi, *non illud inſpicitur, quod in-*
terſit eius

Secundò obſtat tex. in §. ſed & ſi quis ſtipu-
3 letur. inſ. hoc ti. & in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſti
puler. D. de verb. oblig. quibus conſonat d. l. 7.
tit. 11. p. 5. & probatur ſtipulationem vt alij de-
tur à me factam valere, ſi ei dari mea interſit.

Tertiò obſtat tex. in l. ſi cum venderet. 13.
4 verſic. *ſed & ipſe debitor*. D. de pign. act. vbi ex
contractu & pacto inter creditorem vendito-
rem pignoris, & inter emptorem, acquiritur
actio & obligatio ipſi debitori, & ſic alteri per
alterum.

Quartò obſtat, nam pœnalis ſtipulatio, de
5 qua in noſtro tx. acceſſoria eſt ſtipulationi an-
tea factæ extraneæ perſonæ: ſed illa prior ſti-
pulatio antea facta inutilis eſt, ex 1. p. noſtri
tx. ergo & ſtipulatio pœnalis tãquã acceſſoria
debet vitiari, ex regula l. cum principalis. 178.
de reg. iur. cap. acceſſorium. 42. eod. tit. lib. 6.
quod etiam expreſsè cõfirmatur ex tex. in l. ſi
homo mortuus, 69. D. de verb. vbi pœnalis ſti
pulatio impoſsibili conditioni adiecta nullius
momenti eſt.

6 Quintò obſtat tex. in l. Publia Mæuia. 26.
D. depoſiti. vbi ex pacto appoſito à matre fa-
uore filij, filio acquiritur actio, & res commen
datas à matre ei eſſe reſtituendas docet Iulius
Paulus.

Sextò, & vltimo obijcio tex. diff. in l. quo-
7 ties. 3. C. de donat. quæ ſub modo, vbi conſtat ii
ex ſtipulatione & pacto alteri per alterum
acquiri.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt,
8 quod quemadmodum alius pro alio promittẽs
daturum eum vel facturum non obligatur (vt
dictum eſt in §. ſi quis alium. ſup. eod.) ita alius
pro alio ſtipulans ei dari vel fieri nullam ei ac-
quirit obligationem: vtriuſque rei communis
ratio hæc eſt, quia inter ſtipulãtem, & promit
tentem negotium contrahitur. l. inter ſtipulan
tem. 83. D. de verb. vnde cum ſint ad hoc ſtipu
lationes inuentæ vt vnuſquiſq; acquirat quod
ſua intereſt, tex. hic, & d. §. alteri quæcumque
gerimus cum ex noſtro contractu originẽ tra-
hant, niſi ex noſtra perſona initium obligatio-
nis ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt. l.
quæcumque gerimus. 11. D. de oblig. & act. Eo
fit, vt quemadmodum ait Scæuola in d. l. quo
tutela. 73. §. fi. D. de reg. iur. neque paciſcendo,
neque legem dicendo, neque ſtipulando quiſ-
quam alteri cauere poſsit, ideſt, vt nemo poſsit
ita ſtipulari, emere, vendere, aut aliàs cõtrahe-
re, vt alter ſuo nomine rectè agat, eſt enim
quod in noſtro §. traditur generaliter ad om-
nes acquiſitiones trahẽdũ. d. l. ſolutũ. 11. §. per li
berã. D. de pign. actio. d. §. ex his ſup. per quas
perſon. d. l. 1. C. eo tit. niſi fortaſse ipſius inter-
ſit, alteri quoque ita cautum eſſe, vt in exẽplis,
quæ proponuntur in d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. ſi
9 ſtipuler. & in §. ſed & ſi quis. 20. inf. h. ti. † aut
niſi pœnam ſtipulatus fuerit qui alteri cauere
vult, tx. hic, & in d. §. alteri, ceſſant enim tunc
ſuperiores rationes, nam neque ſtipulator alij
quam ſibi pœnam quam ſubijcit ſtipulator, ne
que promiſſor aliũ quam ſe eam illaturũ pro-
mittit, vnde ſiue pro ſe quis ſtipuletur & pro-
mittat, ſiue pro alio, pœnæ ſubiectæ obligatio
ſolum modo contrahitur, quaſi ſub alia quauis
conditione certa ſumma fuiſſet in ſtipulationẽ
10 deducta. † Planè quia ſi ſtipulatoris intereſt,
poſſe eum alteri ſtipulari diximus; non ſuffi-
cit quodcumque intereſſe, affectionis, ſangui-
nis, vel amicitiæ, ſed pecuniarium, iuxta Acc.
ſentẽtiam in l. fideiuſſoris. 24. verbo, *neq; enim*.
D. de pact. quam ibi ſequitur Iaſo. n. 1. commu
nem dicens, poſt Bart. in d. §. alteri. 3. oppoſit.
etſi contrarium doceat idem Accur. in l. ſi vnus
28. §. ſi cum reo, verbo, *videmus*, illo ti. de pact.
Vnde neque filius matri, neque mater filio,
neque pater filio emancipato vtiliter ſtipulan-
tur. l. debitor. 59. §. fi. D. ad Trebell. l. cum pa-
trem. 19. C. de iure dot. l. pactum. 4. C. de pact.
conuent. neque frater fratri, neque conſangui-
neus conſanguineo, quamuis in eis verſetur in-
tereſſe affectionis: quod an ſit in feudis etiam
admittendum poſt Mynſing. hic vide latè per
Ant. Gabr. d. t. de verb. oblig. n. 22.

Quibus ſic præmiſsis non obſtabunt arg. in
contrarium adducta.

Non primum quoniam tex. verba, quæ pro-
bant non eſſe inſpiciendum id quod ſtipulato-
ris interſit intelligenda ſunt reſpectu promiſ-
ſionis alteri factæ, non verò reſpectu pœnæ ap
poſitæ in ſtipulatione; nam quantitas pœnæ
ſemper inſpicienda eſt pro eo quod intereſt ſti
pulatoris, ex noſtro tex. quæ ſub conditione
in ſtipulatione appoſita, promiſſa eſt, vt in exẽ
plo per Iuſt. in fina. verbis noſtri tx. adducto,
quapropter ſi alio modo, quã per adiectionẽ
pœnę intereſſe poſsit ipſius ſtipulatoris alteri
ſtipulari, ſtipulatio quidẽ vtilis erit, vt in d. §.
ſed & ſi quis, pœnam autem ſtipulari oportet
legitimam, vt adiecta quantitati legitimum mo
dum non excedat, ne in fraudem vſurarũ præ-
ſumatur inſerta iuxta tx. in l. ſeruus ea lege. 7.
D. de ſeruis export. iuſt ũenim aliquem modũ
ſeruari debere iudicamus, quem Iuſtin. reliquit
prudentis iudicis æſtimationi, in l. vnica. C. de
ſenten. pro eo quod intereſt, ſicuti & olim D.
Marcus Imperator reſcripſit in l. cum quidam
17. D. de vſuris. Preſidem ad modum iuſtæ ex-
actionis redigere debere ſtipulationem, de cu-
ius iniquitate debitor conquerebatur, hodie
excedere non debet duplum principalis quan
titatis. l. 247. Styli. l. 5. t. 11. lib. 1. fori. l. 10. ti. 5.
lib. 4. eiuſdem fori.

No

12 Non obstat secundum argum. ex d. §. sed & si quis. 20. inf. eod. d. l. stipulatio. 38. §. si stipuler. D. de verb. oblig. quoniam, vt paulò superius diximus ad primum & rationem decidendi, constat regulâ nostri tex. limitari quoties stipulatoris interest, aut interesse poterit, stipulationem alteri factam consistere, quia eo casu etsi pœna non adijciatur, nihilominus tamē valet stipulatio, quod & hic Iustin. & in d. §. si stipuler, & seq. Vlpian. exemplis comprobant. Alterum est de stipulatione facta à tutore, qui pupilli tutelam administrare cœperat, qui à contutore suo potest stipulari rem pupilli saluam fore, quoniam videlicet interest ipsius tutoris stipulantis, quod stipulatus est fieri, quoniam obligatus sit pupillo si res malè
13 gesserit. Verum † hæc sententia difficilis videtur, cum etsi non interfit tutoris, ex quo pupilli legitimus est administrator possit ei stipulari, ex. l. eum qui. 5. §. Iulianus lib. 11. & §. si actori municipum. D. de const. pecun. quinimo id facere omnino teneatur, cum eius officium sit, vt in his quæ pupillo quærere potest, negligentiam non committat. l. nomina. 2. l. quicquid. 7. C. arbitriū tutelæ, vnde verba etiam obligatiua & executiua (vt nostri loquuntur,) in pupilli personam posse conferri docet Accur. in l. quoties. in princ. D. de administr. tut. in l. in omnibus. 1. D. de prætor. stipulat. in l. multum interest. glos. magna ad fi. C. si quis alteri vel sibi. in l. 1. in princ. D. de stipul. seru. in l. 1. C. per quas person. nobis acqu. & in l. 2. C. quādo ex facto tutorum. quem le-
14 quuntur relati à Iaso. in d. §. si stipul. n. 9. Cui † difficultati respondendum est tex. in hoc §. sed etsi quis. & in d. §. si stipuler. loqui in eo tutore qui bona pupilli nō administrabat, quod ex eo patet, quia contutori cesserat administrationē, ibi: *nam si is qui pupilli tutelam administrare cœperat, cesserit administrationem contutori suo*, quo casu ità demum potest stipulari, si interest ipsius tutoris stipulantis, quod interesse præsumitur hoc in casu, propter periculum suscepti officij cui postea renuntiauit. secus si tutor bona administraret, & tutelæ officium gereret, quia tunc indistinctè poterit pupillo stipulari, etsi verba in personam eius concipiantur. d. §. Iulianus. d. §. si actori. hanc solutionem præsentit Bar. in d. §. si stipuler. n. 2. & refert ibi Ia-
15 so. n. 9. Quæ † tamen solutio falsa omnino est, tum quia longè verius est, non aliàs stipulari tutorem pupillo posse, quàm si eiusdem ipsius tutoris interfit, iuxta exemplum nostri tex. tū etiā quia eo casu verba stipulationis concipiēda sunt in tutoris personā. l. quoties. 10. in prin. D. d administ. tut. vbi I. C. statuēs quoordine stipulari tutor pro pupillo debeat, in personā tutoris concipienda verba stipulationis esse ait, nec verbū, *oportere*, quo I. C. ibi vtitur, aliud suadet quippe necessitatem, non solū voluntatem inducit l. 1. D. de iustit. & iure vbi latè omnes. Accedit reg. l. quæcunque geritur. §. 11. D. de
16 obli. & act. Nec † tūc obstat tex. in d. §. Iulianus & in d. §. si actori, quæ iura non loquuntur neq; tuto, inter quæ nō leue est discrimē, stipulatio iuris ciuilis & stricti iuris est. l. quicquid adstringēdæ. 99. D. de verb. cōstitutū iuris Prætorij, & in æquitate Prætoria fundatum. l. 1. D. de cōst. pec. ideōq; vtilitatis causa, ideō est, æquitatis receptū est, quoties actori municipū tutori pupilli, vel curatori furiosi, vel adolescētis ita cōstitutū est *municipibus solui, vel pupillo, vel furioso, vel adolescēti*, vtilitatis gratia dādam municipibus, vel pupillo, vel furioso, vel adolescenti actionē. Pro qua interpretatione quæ Cuma. & Romano placuit induci potest. l. & licèt. 15. D. de cōst. pec. ex qua constat, quod etsi iure ciuili cōstitutum sit alteri per alterū, per liberam personam quæri non posse hoc in constituto non procedit, in quo acquisitio per liberam personam rectè fit.

17 Nō † obstat tertiū ex d. l. si cū venderet. 13. de pign. act. cui omissis varijs interpretationibus de quib. per doctores in d. §. alteri dicendū est, ideo debitori illā obligationē & actionē acquiri, quoniā intererat ipsius creditoris, vt idē debitori acquireretur, ne actione pignoratitia ab ipso debitore postea vrgeretur & cōdēnaretur iuxta tex. in §. fi. cū ibi notatis sup. quib. modis re contrah. obl. l. 1. §. creditor. D. de obl. & act. l. pen. D. de pign. act. l. 2. l. 4. l. pignoratitia. 10. C. eo. l. fin. C. de luit. pign. & latius dicemus in §. omnium. infra de actionibus.

18 Non † obstat. 4. arg. quoniā animaduerto in specie nostri tex. cū quis alteri stipulatur, etsi ita factū nō sit, pœnā stipulationi subijcit vnā tātū esse & considerari stipulationē validā, scilicet pœnalē, nā prior stipulatio inutilis est, stipulatio verò pœnalis est quæ committitur ex tex. hic, & quę valet, & in qua pœna debetur, & cō mittitur, quæ pœnalis stipulatio sub cōditione cōtrahitur, ex tex. hic ibi: *quæ sit quātitas in cōditione stipulationis*. Cōditio autē posita est in facto & implemento prioris stipulationis alteri factæ & ita talis prior stipulatio non est valida neque continet ius, sed tantùm factum, argum. l. qui heredi. 44. D. de condit. & demonst. quod latè hic Mynsing. ex n. 15. explicat.

19 Nō obstat 5. arg. ex d. l. Publia Mæuia. 26. D. depositi. cui respōdet Bar. in d. l. certi cōdictio, 9. §. quoniā, n. 6. D. si cert. pet. ideò filio in casu illius tx. actionem ex matris cōuentione dari, quoniā quoties fit stipulatio vel cōuentio super re mea duratura mea quæritur actio tertio, quoties vero facta numeratione vel stipulatione res nō durat mea, nō cōpetit actio tertio, qui intellectus receptus est secundū Iaso. n. 2. Dec. col. fi. Alcia. n. 4. in d. §. quoniā. Alex. in l. 2. nu.
20 8. D. sol. matrim. Cōuincitur † tamē hic intel-

lectus

lectus ex l.penultima. C. ad exhibendum.vbi super re propria commodantis vel deponentis facta conuentio fuit, & tamen actio non datur nisi heredi paciscentis. Conuincitur etiã ex l. si mercedem.55.§.fin.D.de act. empti. vbi è conuerso res non durãt mea,&tamen actio tet
21 tio competit. Verum † hæc iura parum Bar. obstant.quoniam d.l.penultima vti ex ea constat loquitur in pacto appositio,non quidem super re mea,sed potius eius in cuius fauorem apposituni fuit,cui quærere licèt directam actionem nullo modo potuerim, nisi vel iure ciuili vel honorario mihi successor sit,quæram tamẽ
22 vtilem. Deinde † versa vice mirum non est in d.l.si mercedem.§.fin.actionem tertio dari, quia pactum in fauorem coloni factum vtile erat paciscenti, ne expulsus colonus eum ad interesse conueniret.l.emptorem.C.locati. Qui intellectus ex eo tex. probatur, quoniam l. C.in d.§. fin. constituit differentiam inter colonum qui mercede aliqua habitabat, & eũ qui gratis habitabat qui ad interesse contra vẽ
23 ditorem agere non poterat. † Verum licèt hæc ita se habeant Bart. intellectus non quadrat d.l.Publia Mæuia,quia longè verius est, ideo ibi filium agere directa actione depositi, quia matris hæres erat, cum enim ibi Publia Mæuia ad maritum suum profecta arcam clausam cum veste & instrumentis commendasset Caiæ Seiæ,in est apud eam depositisset, dixisset que ei,*cum salua,sanáve venero restitues mihi, ceterum si aliquid humanum mihi contigerit filio meo quem ex altero marito suscepi.*& defuncta postea esset,quærebatur cui restitutio esset faciẽda,an marito, an filio? & pro marito faceret, omnia quæ mulier habebat constante matrimonio mariti esse præsumi.l. Quintus. D. de donat.inter virum & vxorem,tamẽ Iulius Paulus respondet,nihilominus filio faciendam esse restitutionem tanquam heredi matris, contra quem maritus contendere postea poterit, qui intellectus planissimus fit,ex verbi. *defuncti intestata*,eiusdem legis, cum filius matri intestatæ succedat ex prin.sup.de Sena. Consul.Orficiano.

24 Non obstat sextum argumen.ex d. l. quoties.3.C.de donatio.quæ sub modo, quoniam respondet ibi Accur.verb. *admiserint*, speciali fauore liberalitatem & munificentiam exercẽtis introductũ esse alterum alteri posse stipulari,limitatis iuris ordinarijs regulis.Accu.sequũtur ibi Cynus,Bart.& Bald.Fulgos. & Salicetus.repetit idẽ Bart.in d.l. stipulatio ista. §.si stipuler.& omnes ferè in §.alteri, cum quibus cõmunem sententiam resoluit,& sequitur Couar.lib.1.varia.cap.14.num.2. Ant. Gom. lib. 2.varia.cap.11.nu.18.& in l.40.Tau.n.25. Ant. Gabr.lib.3.comm.de verb.oblig.conclus.1. n. 76.Natta,cons.467.n.17.Burg.de Paz.cõs.26 n.19.Portius lib.2.regul.conc.46.Octauia.de cisione Pedemõt.85.n.7.Costa in quæstio. de
25 patruo & nepote.p.7. † A qua tamen cõmuni opinione etsi sint qui discedãt, eo quod nemo hactenus ex his qui eam sequuntur huiustã specialis iuris rationẽ reddat,cõtendentes id non esse in donatione peculiare, cũ plures extent etiã similes casus in quibus hoc ipsum fuerit receptũ.l.pater.4. C. de pact. conuentis.l. Caius.46.D.solu.matrimo.l.si res tuas.8.C.ad exhib.l.si cum venderet.13. D. de pignorat. actio.cũ multis alijs quos cõgerit idem Accur. in d.§.si quis alij.sup.hoc tit. Bar. & omnes in
26 d.§.Alteri,& in d.§.si stipuler.hoc † arg. non multum me mouet,siquidem posset facile respõderi,nõ esse eam mentẽ communis opinionis,vt in sola donationis specie ex pacto inter extraneos concepto alteri cõmodũ quæratur, sed potius hũc esse vnũ ex illis casibus, in quibus fauorabiliter,& ex benigna iuris interpretatione laxantur iuris stricti præcepta iuxta donatoris voluntatẽ,quam equi æquum est.

27 Cæterum quamuis superior cõmunis eo argumen.non conuincatur, facilè tamẽ deduces eam falsam esse, pudendumque omnium esse errorem dum arbitrantur contra iuris principium nostri tex.accommodari in d.l. quoties, secundo donatario actionem, siquidem de ea stipulatione tam in prima quàm in secunda illius tx. parte Cæsares loquũtur, quę inter primum & secundum donatarium esset concipiẽda,secundum veteris iuris authoritatem, vt secundo actio competeret ad consequendas res à primo donatario aduenientę die restitutionis faciendæ secundo,à donatore præfinito, quo casu ridiculum est dicere alterum alteri stipulando acquirere,cum potius sibi ipsi qui stipulatur quærat nec aliquid magis in d.l.quoties, recipitur cõtra nostrũ tex. Nã obseruare poteris nullã fuisse actionẽ quæsitã secundo donatario,aliàs enim frustra sibi accommodari precaretur laxato iure stricto si ei iure cõmuni cõpeteret,argumen.l.imperatores.13.D.de priuilegijs credit.l. vnicæ. C.de thesauris lib. 10. †
28 Præterquam quod in specie illius tex. non ex pacto primi donatarij,quin potius ex voluntate donatoris,quæ nõ minus in secundũ, quã in primum fuit collata,ex l.vt heredibus.51.D.de legat.2. hæc actio non tam competit, quàm accommodatur,ex benigna iuris veteris facta interpretatione à Diuis Principibus eodem in re stricto repugnãte, quo attento secũdus iste donatarius erat destitutus actione seclusa stipulatione, quia sæculo & ætate Diocletiani & Maximiani illius rescripti authorum, qui ante Iustin.imperium tenuerunt, fine stipulatione ex causa lucratiua,aut vera rei donatæ traditione inanis & vana erat donatio, (si credendũ est Iustiniano in l.si quis argentũ.35.§. fin autem. C. de donationibus ac propterea aduenientę die restitutioni præfinita, non secundo

donatario, sed ipsi donatori si viueret aut eius heredibus condictitia actio ex iuris regulis cõ petebat iuxta l. 1. & 2. iunctis ibi traditis, C. de donationibus quæ sub modo: sed quia proponitur in specie d.l.quoties. donatorem perseueraſſe in sua voluntate æquè collata in secundum donatarium Diui Principes interposuerũt benignam iuris interpretationem, iuris communis rigorem laxantes, & æquitatem sequuti concesserunt huic secundo donatario actionem aduersus primum, quæ quia ex Principum clementia iure stricto repugnante accommodatur, vtilis dicitur, quod aduertisse videtur Forcatulus dial. 63. n. 2. Mainus lib. 1. actionum c. 5. & 6. col. fin. quæ est verisima illius tx. interpretatio. Nam quod nonnulli dicunt, competere ibi actionem secundo donatario, cessam nempe ab ipso donatore aduersus primum donatarium, arg. l. fin. D. de hered. vel actione vend. ridiculum mihi videtur, & totum in diuinatione positum, item & contra tx. in d.l. quoties in ver. *sed cum postea*, vbi non ad cessionem, quia hoc secundum ius commune esset, sed ad benignam iuris interpretationẽ refertur.

§. *Versa vice 21.*

1 *Alieni facti, nisi adiecta pœna, promissio inutilis est.*

1 PROMISSIO facti alieni iure isto inutilis est, nisi sit adiecta pœna promissioni, quæ, promissione nõ adimpleta, vtiliter petipoterit cũ qui pœnã promittit, si non fiat de se, non de alterius facto promittat, iuxta l. inter stipulantem. 83. in prin. D. de verborũ oblig. quod quia latè sup. explicuimus ad §. si quis alium, & ad §. alteri, in ratione decidendi, hic non inculcamus. Videndi tamen sunt omninò pro explicatione huius tex. quos retulimus in d. §. si quis alium, in prin. & ea quæ ibi diximus.

§. *Item nemo. 22.*

1 *Alienam rem, in eum casum quo propria futura est, inutiliter quis stipulatur.*

1 EADEM illa ratione, qua sup. in §. 1. huius tit. diximus rem propriam stipulari non posse, sit, ne quis alienam in eum tamen casum quo futura est propria vtiliter stipuletur, nam cum stipulationes ad hoc sint inuentæ, vt vnusquisq; quod sua interest acquirat, constat rem suam, neque quæ sua futura est, stipulari non posse: de qua re latè in §. 1. huius tituli. paucis casibus exceptis, quos hic Mynsing. ex n. 4. enumerat.

§. *Si de alia re. 23.*

1 *Diuersitas, & dissensus inter stipulantem, & promittentem vitiat stipulationem.*

1 QVOTIES quis ad ea quę interrogatus est non respondit, inutilẽ esse stipulationem latè supra diximus in §. præterea. sup. eod. quia dissensus stipulationem, sicut & cæteros omnes contractus vitiat. Vnde si ego Stichum stipuler, tu Pamphilum promittas, quem Stichum vocari credebas, inutiliter stipulatio concipitur: quod qualiter sit intelligendum diximus latè in d. §. præterea.

§. *Quod turpi ex causa. 24.*

1 *Stipulatio, quæ turpitudinem continet siue ex parte stipulantis, siue ex parte promittentis nulla est.*

2 *Iuramentum non confirmat stipulationem, quæ turpitudinem continet.*

3 *L. si ob turpem causam. 8. D. de condict. ob turp. causam.*

4 *Communis eius explicatio relata, & improbata.*

5 *Turpitudo an ex parte dantis, an ex parte accipientis, an ex parte vtriusque versetur, maximum discrimen.*

6 *L. 1. C. de condict. ob turp. caus.*

7 *L. mercalem. 5. C. de condict. ob turp. caus.*

8 *Vera explicatio d. l. si ob turpem.*

1 STipulatio, quæ turpitudinem continet, siue ex parte stipulãtis, siue ex parte promittentis, ipso iure non valet: idem in l. generaliter. 26. l. veluti. 27. l. si flagitij. 123. D. de verb. oblig. l. si à reo. 71. §. fin. D. de fideiuss. l. iuris gentium. 7. §. si vt maleficiũ. D. de pact. etiamsi † iuramẽtum accedat, d.l. iuris gentiũ.

2 §. si paciscar. consonat l. 28. tit. 11. par. 5. Couar. in cap. quamuis pactum. 1. p. §. 6. n. 6. & 2. p. in initio, ex nu. 1. cuius rei ea est ratio, nam quæ iure non licèt facere, nec fieri quidẽ posse credendum est. l. filius. 15. D. de condit. instit. & id dumtaxat posse dicimus quod de iure possumus. l. nepos Proculo. 125. D. de verb. signif. & quæ de iure prohibita sunt impossibilia existimantur. l. idem Iulianus. 42. §. vlt. D. de leg. 1. impossibilium autem nullam esse obligationẽ vtriusque iuris reg. docemur. l. impossibilium. 185. D. de reg. iur. c. nemo potest. eod. tit. lib. 6 quod quidem qualiter sit intelligendum, diximus ad §. si impossibilis. sup. eod.

3 Cæterum † regulæ nostri tx. grauiter obstare videtur l. si ob turpem causam. 8. D. de condict. ob turp. caus. vbi promissori ob turpem causam exceptionem competere Iulius Paulus docet, atque ita præsupponit agentem habere actionem.

4 Cui difficultati respõdent frequenter interpretes eum textum loqui in stipulatione, quæ conuentio cum firmissima sit producit mero iure obligationem & actionem etiam ex turpi causa, pro quibus facit verb. *promiseris*, iuncta reg.

regula.§.si scriptum & ibi traditis sup.eod.Verum hæc solutio expresse conuincitur ex l. generaliter.26.D.de verb.oblig.cum alijs sup.relatis,& ex hoc nostro tex. in quibus æquè infirmatur promissio turpis quæ fit per stipulationem,sicuti quæ fieret per pactum.Rursus quia pactum æquè efficax est ad naturalē obligationem,ac stipulatio ad ciuilem, ergo turpitudo in vtroque æquè debet eundem effectum operari.

5 Quare † frequentiùs distingui solet, quòd aut turpitudo versatur ex parte vtriusque, velati cum promittitur vt homicidium fiat quo casu nulla nascitur obligatio,neque exceptio est necessaria,iuxta tex. (quem sic intelligunt Doctores) in d.l.generaliter.26.ibi, *nullius momenti est*,& in l.veluti.27.ibi. *& actiones denegari debent*,& in l.si plagij.123.ibi,*& ab initio non valet*.D.de verb.oblig.& d.l.si à reo.71.§. vlt. D.de fideiuss.vbi huiusmodi obligationi non potest accedere fideiussor,& sic nullam obligationem ortam fuisse constat ex regula §. 1.infra tit.1.de fideiuss. Si verò turpitudo versetur ex parte accipientis tantum,obligatio mero iure nascatur,& per exceptionem repellatur,quo modo accipiendus est tex. in dict.l.si ob turpem.

6 Quæ † tamen sententia expressè repellitur,primo ex l.1.C.de condictione ob turpem causam,vbi turpitudo versatur ex parte vtriusque (vt mihi probant illa verba, *& quam fieri prohibitum est interpositam cautionem*) & tamen præsupponitur ortam fuisse obligationem, vt constat ex illis verbis,*vt absolutio sequatur*,iuncta regula l.decem. D. de verb. obligationib.

7 Secundò † ex l.mercalem.5.C.illo titu.vbi solutum marito ex causa lenocinij in qua adest vtriusque turpitudo,non repetitur, ergò aderat aliqua obligatio. Vlterius facit tex. in d.l. si ob turpem,quæ procedit vbi vtriusque versatur turpitudo(secundum nouam interpretationem quam scribit Horoscius in l. iuris gentium.7.§.si vt maleficium,nu. 23. & sequentibus.D.de pactis) & nihilominus exceptionē concedit ad repellendam actionem quæ mero iure competebat. Denique induci potest tex.in d.§.si vt maleficium, (secundum literā negatiuam) in quo alterius turpitudo solum versatur,& tamen obligatio nulla est, quibus verbis naturalem extiudi agnoscunt omnes Doctores.

8 Vnde † verior est Vltramontanorum opinio,existimantium obligationē mero iure nasci,sed exceptione repelli. Neque obstat d. l. generaliter cum alijs supra relatis.Pro quarum solutione constituit Cuiac. multum interesse an ipsa promissio turpis sit in sua substantia, quo casu nulla nascitur obligatio, neq; est necessaria exceptio,veluti si quis promittat homicidiū aut furtū perpetrare:at vero si promissio in se turpis non est,sed in causa,mero iure obligat,veluti cū pecunia promittitur vt maleficiū fiat,quia causa non est de substātia obligationis,quāuis si deficiat detur contra agentē exceptio,l.2.§.circa.D. de doli mali exceptione,quam docendi rationem præsensit glos. in d.§.vt maleficium,versi.*est tamen aliqua*, neq; obstat tex.ibi,*nulla est obligatio*, quoniam illa verba intelligenda sunt cum effectu, vt interpretatur glo.& plures relati ab Alexandro, in d.l.generaliter.nu.9.nec nouum est vt obligatio nulla esse dicatur quæ per exceptionē elidi potest.l.1.in fin. D.de nouationibus,iuncto §.præterea,inf.quibus modis tollitur oblig.& in alijs exemplis adductis à Croto.in l. si constante.num.6.D.soluto mātrim.

§. *Cum quis.* 25.

Stipulatio conditionalis spem debitum iri parit, quæ ad heredes transmittitur.

1 QVum ex stipulatione cōditionali spes sit debitum iri, si quis ex contrahentibus,siue stipulator,siue promissor decedat ante conditionis euentum,ad heredes vtriusque ius stipulationis trāsmittitur,de qua re latè tractauimus ad §.ex conditionali, supra de verborum obligation.

§. *Qui hoc anno.* 26.

1 *Tempus si stipulationi differendæ solutionis gratia adiungatur,agi nisi eo elapso non potest.*
2 *L.liber homo.118.§.decē.D.de verbo.obligatio.*
3 *L.quod certa die.70.D.de solut.l.qui ante Kalendas.13.D.de verborum.*

1 CVm tempus stipulationi causa differendæ solutionis adiūgitur, agi non potest nisi toto tēpore elapso, idē in l. qui hoc anno.42.D.de verb.l.15.tit.11.p.5. vbi explicat Greg.Molineus in l.1.§.si quis simpliciter nu.75.D.de verb.oblig.

2 Neque obstat tex.in l.liber homo. 118.§.decem.D.illo tit.quoniam ibi non differendæ solutionis gratia,sed demonstrationis causa tempus appositum cēsetur,vt scilicet dies commōstretur,in quo est facta promissio.

3 Neq; item obstat tex.in l.quod certa die.70 D.de solu.iuncta l.qui ante Kalēdas.13. D.de verb.vbi etiā si terminus assignatus sit ad faciē dum,ante tēpus potest promissor facere.Nam cū tēpus ad fauorē facientis assignatū sit, & in gratiā promissoris,reg.l.cū tempus. 17. D. de reg.iur.poterit quidē promissor quoquo anni die soluere etiā inuito creditori,de alijs autem annuis stipulationibus & legatis,de quibus tamē noster tx.nō loquitur,post glos.& moderniores hic videbis Ant.Gom.d.2.tom.c.11.ex n.26.& notata in §. at si ita. su. de verb. oblig.

§. *Si fundum. 27. & vltimo.*

1 *Dare qui promisit, iudicis arbitrio tẽpus habet.*

1 QVI dare aliquid promisit, etiãsi statim quidem debeat dare, non tamen potest illico vrgeri, nisi tantum tempus transierit quo dari tradive possit, neque enim debet esse cum sacco paratus. l. quod dici mus. 105. D. de solutionib. tx. in l. continuus. 137. §. item qui insulam cum seq. D. de verborum, oblig. cum autem id tempus quod debet promissori indulgeri iure non sit expressum iudicis arbitrio relinquendum erit, quod probat non malè. d. l. cõtinuus. §. cum ita, ibi, *ad virum bonum remittamus*, & expresse. l. 13. tit. 11. par. 5. & videbis quæ diximus in §. loca. sup. de verbor. obligationibus, quibus finem accipit is titulus.

TITVLVS. XXI.

De fideiussoribus.

IN RVBRICAM.

Et principium tituli, ibi: qui fideiussores appellantur.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Fideiussores quare sic dicti.*
3 *Fideiussores alieno nomine ex sua tamen persona obligantur.*
4 *Fideiussionum, & Fideiussorum multæ species:*
Sponsores, qui?
Expromissores, qui?
Adpromissores, qui?
Mandatores, qui?
Constitutores, qui?

1 CVM sæpè contingat vt pro eo qui se daturum, facturumve aliquid promisit alij non fluxæ fidei homines intercedãt, alienamque obligationẽ suscipiant, atque sua fide & periculo quod alter promisit esse velint, quæ ipsa obligatio stipulationis quædam species est, l. 5. §. satis acceptio. D. de verb. obligat. l. blanditus. 12. C. isto tit. cõmodè Iust. postquam de stipulatio-
2 nibus egit, de fideiuss. nunc tractat; † aptissimo etenim nomine sic appellantur, qui ꝙ à debitore promissũ est fide sua esse iubẽt, & securũ futurũ esse creditorẽ promittunt; qui dum curat vt ꝙ in obligatione deductũ est tutius ei debeatur (qui est huius contractus finis. l. 1. §. verbis, in fi. D. d̃ oblig. & act. tx. hic ibi, *dũ curant vt diligentius sibi cautũ sit*) extraneas quoque personas ꝓ aliena obligatione promissioni adstringit; quod genus cõuentionis, (sunt enim & fideiussionum plurimæ species, vt per mox referendos) quia frequentissimũ est, plurescq; habet cũ vtilitate difficultates cõiunctas, sic vt cõmendatione nõ egeat, paulo attentius iuxta Imperatoris conclusiones interpretabi-
3 mur, interim † illud notãtes, quãuis alieno nomine & ꝓpter alienã obligationẽ ex propria tamẽ persona obligari, d. §. verbis. l. indebitam, 47. D. de cõdict. indeb. notat Coras. in d. §. satis
4 accep. n. 5. in fi. † hunc ſponsorẽ frequẽter Cicero appellat, vt erudite hic obseruat Hotom. & deduces ex l. fideiuss. 69. in principio. D. h. ti. Expromissor autẽ propriè dicitur qui intercedit ꝓ alio nõ obligato, vel inefficaciter obligato. l. aliquãdo. 13. D. ad Velleian. notat elegãter, Molin. in Rub. n. 53. & seq. D. de verb. licèt plerũq; fideiussoris verbo expromissor cõprehendatur, notante Cuiacio, lib. 13. obseruat. c. 35. in fi. Adpromissor autẽ idem est, ꝙ fideiuss. d. §. satis acceptio, vbi adpromissores legendũ esse, nõ expromissores (eo quod promissioni atq; obligationi principali accedant) & suadet Pandectarũ Florentinarũ fides, & testantur Coras. ibi. n. 3. Molineus iã relatus. nu. 54. Alciat. li. 1. Parer. c. 2. Conna. lib. 6. c. 6. n. 1. Mãdator verò est cuius nomine cõtrahitur obligatio, de quo inf. ad tit. de mãdato. Cõstitutores autẽ sunt qui ꝓ alio se soluturos constituũt, ꝙ ipse ante debebat, sequũtur enim obligationẽ, & id vel nudo pacto; vel etiã per stipulationem efficiuntur, distantq; à fideiussoribus, quia ex quocunq; debito potest quis constituere, non tantũ quod ipse constituens, sed & quod alius debet. Quia verò sigillatim integram de fideiussoribus tractationem prosequi, institutũ nostrũ non patitur, post ordinarios hic, & ad tit. D. & C. eo. maximè Hippolytũ in rub. illi⁹ tit. & Duar. in eiusdẽ paraphrasi, Vvesẽbekiũ in Paratitlis, videdi sunt omnino Conna. d. li. 6. c. 6. cũ sequen. Lagus c. 3. de fideiussoria obligatione. Oldendorpius lib. de iure singulari. c. de priuilegio fideiussoris. Anton. Gabr. 3. tom. commun. opinionum, li. 3. tit. de fideiuss. Petr. Greg. 3. p. Syntagmat. lib. 24. c. 3. 4. 5. & 6. Portoles super Molinum. 2. p. §. fideiussio. Anton. Gom. 2. tomo. cap. 13. Petrus Duefias regul. 328. cum sequen. Baeça, de inope debitore. c. 5. Mascardus de probat. vol. 2. conclusione. 781. cum trib. sequẽtibus, Gutier. de iuram. confirmatorio. 1. p. c. 21. cum trib. sequent. & extat tit. 12. p. 5. & tit. 18. lib. 3. fori. plurima Matienço. in l. 10. tit. 16. lib. 5. recop.

§. *In omnibus. 1.*

1 *Fideiussor cuicunque obligationi accedit, naturali, ciuili, naturali & ciuili simul. & nu. 5.*
2 *Fideiussor ꝓ dotis restitutione nõ tenetur, & n. 7.*
3 *Fideiussor pro furioso intercedere potest.*
4 *L. 3. §. 1. D. de constituta pecunia.*

6 *Fideiuss-*

6 *Fideiussor in causa criminali vbi corporalis pœna imponenda est, interuenire non potest, secus si pœna aliainfligenda sit.*
8 *Pignus pro dotis restitutione dari potest.*
9 *Fideiussor pro dotis restitutione, soluto iam matrimonio constitui potest.*
10 *Fideiussor pro dote promissa dari potest.*
11 *Fideiussor etiam ante matrimonium, & eo constante pro dotis restitutione dari potest contra communem.*
12 *L. 2. C. ne fideiussores dotium dentur.*
13 *Fideiussor in duriorem causam, quàm principalis non obligatur, efficaciùs tamẽ obligari potest.*
14 *Fideiussor naturali obligationi quando accedit.*
15 *Fideiussor proseruo interuenire potest.*
L. in personam. 24. D. de reg. iuris.
16 *Seruus pro alio non fideiubet, nisi peculij ratione intercedat.*
17 *L. Marcellus. 26. D. de fideiussorib⁹, remissiuè.*
18 *Fideiussor ciuili obligationi efficaci accedit, inefficaci non ita.*

ACcedere potest fideiussor cuicunq; obli
1 gationi, siue ciuili & naturali simul, siue naturali, siue ciuili tantum, idem probat tex. in l. 1. in l. 2. l. Græcè. 9. §. 1. & sequentibus l. fideiussor. 17. §. fideiussor accip. l. stipulatus. 7. §. fin. cum l. sequenti. in l. Marcellus. 26. in l. si quis pro eo. 57. §. fin. cum alijs. D. hoc titu. consonat l. 5. tit. 12. p. 5.

2 Sed primò obstat: nam maritus ad dotis restitutionem soluto matri. & ciuili, & naturali obligatione tenetur, vt constat, sed pro dotis restitutione fideiussor non potest intercedere. l. 1. & 2. C. ne fideiuss. dot. dentur. ergo contra nostrum text.

Secundò sic argumentor: Fideiussor in duriorem causam quam principalis obligari non potest. tex. in §. fideiussores, vbi dicemus inf. At quoties accedit naturali obligationi, plus quã principalis obligatur, cum ipse & naturali & ciuili simul teneatur, ex d. l. blãditus. 12. C. hoc tit. §. fi. inf. eod. ergo naturali obligationi tantũ accedere non poterit.

3 Tertiò sic argumentor, furiosus contrahens neque ciuiliter neque naturaliter obligatur. §. furiosus. su. tit. 1. l. furiosi. 41. D. de reg. iur. Sed pro furioso fideiussor interuenire potest, d. l. Marcellus. 26. D. hoc titu. ergo, etsi nulla sit obligatio principalis fideiussor accedet, contra nostrum tex. vbi saltem, vel naturalis, vel ciuilis requiritur.

4 Quartò contra nostrum tex. ibi *ciuilis*, induci potest tex. in l. 3. §. 1. D. de constituta pecu. vbi si quis constituerit se soluturum quod ciuiliter tantum debet non tenetur, & inde videtur, neque fideiussorem teneri hoc casu posse.

5 Sed his non obstantibus dicendum est omnibus obligationibus fideiussorem accedere posse, nam cum ideò is contractus, hæcq; fideiussoria obligatio iure ciuili fuerit inducta, quò diligentius creditoribus cautum sit, eis autem in omni obligationum genere expediat securos, & soluendo habere debitores, quò magis eis quod promissum est in tuto sit, consequẽs est semper fideiussoriam obligationem locum habituram. Igitur siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu, contracta fuerit principalis
6 obligatio, adijci ei poterit fideiussor, † quin imò & obligationi quæ ex delicto, vel quasi originem traxit. d. l. Græcè. §. sed si ex delicto, veluti si fur ei cui furatus est fideiussorem det de pœna furti nomine persoluenda, nam pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet, l. si à reo. 71. §. id quod vulgo D. hoc titu. quodammodo enim delinquentes consentire pœnæ dicuntur, eique se subijciunt. l. Imperatores. 34. ibi, *Ipse te huic pœnæ subdidisti.* D. de iure fisci, notat Accur. in l. 1. §. bestias. ver. *honorari.* D. de postulando, & eleganter explicat Pinel. in authentica, nisi tricẽnali. nu. 32. C. de bon. mat. quod tamen est admittẽdum in his maleficijs, quæ authores suos pœna tantum pecuniaria plectunt, nam si corporali pœna afficiẽdus reus sit non admittitur fideiussor, vt latè per Bart. & omnes in l. 1. D. de custodia reorũ, argumen. l. liber homo. 13. D. ad leg. Aquil. de quare omnino videbis Rod. Suarez, in l. 4. tit. 3. lib. 2. fori nu. 13. & nu. 19. & sequentib.

7 Non obstant in contrarium adducta, non 1. ex d. l. 1. & 2. C. ne fideiussores dot. dent. quoniã respõdet Glossa hic illud esse speciale, ex ratione d. l. 2. ibi, *vt causa perfidiæ in connubio eorum non generetur*, quod Bar. in l. si cõstante, oppositione. 5. Ripa. ibi. n. 12. D. solut. matrimo. latè prosequitur & disputat omnino videdus; Baldus Nouellus, tracta. de dote. 6. p. priuil. 21. per totum. Ant. Gom. in l. 53. Tau. n. 26. Oroscio⁹ in l. ius publicũ. n. 4. D. de pactis. Gutierrez de iuramen. confirma. 1. par. c. 21. quæ specialitatis ratio iuuari rectè poterit ex eleganti l. C. loco in l. testamento. 17. in fin. verbis. D. de re
8 stam. tutel. † Diuersum est in pignore quod pro dote dari potest, l. quod autem. 7. §. si vxor D. de donat. inter. notat Cuiacius Tract. 4. ad
9 African. pag. 44. omnes † tamen conueniunt fideiussionem pro dote soluto matrimonio valida esse, l. exceptiones. in pri. D. de exceptio. vbi notauit Accur. ver. *post solutum*, Ant. Gom. d. l. 53. Tau. nu. 26. † Neque tex. in l. profectitia. 5. §. si pater non quasi pater. D. de iure
10 dot. l. fin. C. ad Velleian. in quibus vtilem esse fideiussionem pro dote probari videtur, quoniam loquũtur in dotis promissione, cui rectè accedit fideiussor cum eo casu cesset ratio d. l. 2. secus verò in cõseruatione, aut restitutione ex præcitata communi sententia.

11 Verum ego contra cõmunem cõtendo à marito dotis fideiussorem dari recte posse, quoniam cum pignus vxori à marito dari possit.

d.l. quod autem. §. si vxor. cur fideiusſor non dabitur, argum. l. promiſſor. 21. §. vlt. D. de
12 conſt.pecun.neq; moueor † inſcriptione tituli,ne fideiuſſores dotium dentur ; neque ratione l.2.illius tit.quoniam fateor inuitum virum vxori cauere cogi non poſſe, volentem tamen ſi ſatisfdet , eius fideiuſſor obligari ac cõuenirı poterit, quam opinionem erudite inſinuat Conna.lib.8.commun.cap. 9. nu. 8. latius defendit Duar. ad tit. D. ſoluto matr.c. 4.

13 Non obſtat ſecundum Argum.ex §. fideiuſſores inf.eod.quoniã vt ibidem latè dicemus, veriſimũ quidem eſt fideiuſſorẽ in duriorem cauſam quàm principalis obligari non poſſe, vt ſcilicèt in plus re,loco,tẽpore, cauſa teneatur, quod noſtri extenſiuè dicunt ; efficacius tamen rectè poterit teneri, & maiori obligationis vinculo, quod noſtri intenſiuè appellant;quoniam etſi vna eademque ſit & principalis & fideiuſsoria obligatio.d. l. 1. §. verbis, *ibi eadem obligatione teneantur.* D. de oblig. & act. l. & per iuſiurandum.13. §. etſi fideiuſſori. D.de acceptilat.id tamen intelligendũ eſt materialiter, ideſt, quantũ ad rem in ſtipulationẽ deductam,vt in ea obligatione vna tantum res vertatur ; non formaliter quia vna eſt obligatio principalis,alia fideiuſsoris,quod rectè prę ſenſit Acc.in d.§.verbis,ſcholio. *obligatione*,& dicemus in d.§. fideiuſsores.

14 Conſtat ergo ex his ; & noſtro tx. obligationi naturali tantum fideiuſsorem accedere poſſe ; quod & nominatim docet Iuriſconſultus in d.l.ſtipulatus.7.§.fi.& ſequen.d.l. fideiuſſor.17.§.fideiuſsor accipi. D.hoc tit.l.naturaliter.13.D.đ condict.indebiti.d.l.5. p. quod tamen ſic eſt intelligendum ; ſi hæc naturalis obligatio ciuiles effectus producere poſsit, de quibus latè per ſcribentes in l. frater à fratre. D.de cond.ind.vt ſi ſit efficax ad impediendũ ſoluti repetitionem. l.quod enim.8.D.hoc tit. obligatio enim naturalis ad antidota , de qua in l.ſed etſi leg 28.§.conſuluit. D.de petitione hered.cui adde Pinel.in l. 1.3. part. nu. 62. C. de bonis mater. non eſt ſufficiens vt accedere poſsit fideiuſsor.

15 Secundò infertur fideiuſſorẽ pro ſeruo accipi rectè poſſe,tx. hic, & in d.l.naturaliter.& d.l.5.par. quoniam etſi in eius perſonam nulla cadat obligatio ciuilis,l.in perſonam. 24.D.de reg. iur. (quam ſic accipi volo) naturalis verò rectè cadit.l.quod attinet.32.illoti.l.ſerui.13. D.de obligat.& act.l.nec ſeruus.41.D. de pe-
16 culio. † Ipſe autem ſeruus pro alio fideiubere non poterit,l.ſed etſi ſerui.21.D. hoc tit. quia non pertinet ad ius ciuile ex quo hæc fideiuſsoria obligatio fluit, vt ſup. diximus in principio, adeò vt ſi fideiubeat,nec naturaliter obligetur,(efficaciter,vt ego interpretari ſoleo)eo quod huic obligationi lex reſiſtat. l. cum lex. 47.D.h.t.facit tx.in l.ſi non ſortè.26.in principio.ad fi.D.de condict. indeb. notat Bart.in l.ſeruus inſcio.20.ſub.n.1.D.h.tit.niſi ratione peculij ſeruus fideiuſserit.l.3.§. ſi filius fam.& §.ſed ſi filius.l.quoties.47.§. 1. D. de peculio. d.l.ſeruus inſcio.tenetur enim eadem ratione, qua dominus tenetur de peculio.l.ſi ſeruꝰ.25. §.fin.D.de act.empti.notat Bart. vbi ſupra.

17 Non obſtat tertium Argum.cui omiſsis varijs interpretationibus de quibus per Caldas, in l.ſi curatorẽ,verbo,*cũ non abſimilis*,n.23.C. de in integ.reſtit. & alios quos retulimus in §. furioſus. ſup.de inutilibus, vbi latiùs diximus, tx.in d.l.Marcellus , loquitur in furioſo, ipſo iure obligato,iuxta l.3.§. & furioſi. D. de negot.geſt.l.furioſus.45.D.đ oblig.& act. quod rectè ibi ſenſit Accurſ. verb. *obligato*, verſic. *vel dicas hic teneri.*

18 Non obſtat quartũ Argum. quoniã etſi cõtrouerſum ſit,vtrũ ciuili tantũ obligationi accedere poſsit fideiuſsor , ꝙ latè diſputat Bart. in l.1.n.3.D.h.t.illud certiſsimũ eſt,ciuili obligationi efficaci,de qua in tit. inſ.de liter. obligat.accedere poſſe fideiuſsorẽ.l. tam mãdatorii.12.l.ſi cui. 15.C.de non num. pecun. notat Gloſſ.hic,verb *Ciuilis*. Coſta.in l.ſi ex cautione,verb.*licèt hypotheca data*.C.de nõ num. pecun.ſi verò ineffícax ſit, accedere ei fideiuſsor non poterit , veluti in ſola obligatione ciuili quæ remanet eliſa per exceptionem poſt pactũ,de non petendo, vèl iuſiurandũ. l. ſi vnus. 27.§.pactus ne peteret.D.de pact.l. fin. D. de iureiurando,hæc nõ impedit ſoluti repetitionẽ & conſtat ex ea nihil deberi.l.ſi ſtipulatus. 16.D.h.t. At vbi nihil debetur fideiuſſor eſſe non poteſt,l.ſi quis poſtquam. 38. D. eod.idẽ autẽ eſt nihil deberi,& deberi,& poſſe defendi, regula.l.quoties.6.D. qui ſatisd.cog.l. ſi nõ ſortem. 26.§.indebitũ.D.de cõdictione indeb.

§. *Fideiuſſor. 2.*

1 *Fideiuſſoria obligatio tranſit ad heredes. & n.3.*
2 *L.debitor.3.in principio.D. de ſeparationibus.l. fideiuſſoris. 24. C. de fideiuſsorib. & num.4.*

1 FIDEIVSSORIA obligatio tranſit ad heredes:idem in l.poteſt.4.§.fin. D. eod.l. fideiuſſoris. 24.C.eo.l.16.tit. 12. part.5.

2 Sed obſtat tx.in l.debitor 3.in principio.D. de ſeparat.& in d.l.fideiuſsoris, verſ. *ſed ſi idẽ*, vbi ſi reus principalis heres fideiuſſoris ſit extincta fideiuſsoria obligatione ex principali conuenitur.

3 Sed adhuc dicendum eſt non tantum fideiuſsorem , ſed etiam eius heredem obligatum eſſe,cũ enim loco rei principalis habeatur, vt in d.§.fi. quẽadmodũ principalis heredẽ ſuum relinquit obligatũ.l.ex depoſiti.11.l. ex cõtractibus.48.D.de oblig.& act.§.pen.inf.d perp. tẽp.act.ſic & fideiuſs.ex noſt.tx.Igitur ſi principalis obligatio ex delicto deleẽdat,& fideiuſ

ſoria

soria ei accesserit, vt diximus in §. 1. post mortem rei, nec fideiussor teneretur l. 1. C. ne ex delict. defunct. nisi lis contestata esset cum defuncto, tunc enim contra vtriusque heredem transiret eadem ratione tex. in d. §. penult.

4 Neque obstat d. l. debitor, quoniam quum fideiussor instituit reum principalem heredē, tunc concurrentibus duabus obligationibus, extinguitur fideiussoria, vtpotè minor. l. generaliter. 5. l. cum reus. 15. D. hoc tit. ne aliàs pro seipso quis obligatus sit, quod tamen limitandum est in eleganti casu d. l. debitor, quādo cederet illud in damnum creditoris.

§ *Fideiussor.* 3.

1 *Fideiussor tam præcedenti, quàm futuræ obligationi accedit.*

3 *Fideiussoria obligatio accessoria non est.*

1 ADhiberi potest fideiussor tā futuræ, quā præcedenti obligationi, dummodo sit aliqua vel naturalis futura obligatio. idem in l. ii stipulatus. 7. D. hoc tit. in l. eo tempore. 51. D. de peculio. in l. non quemadmodum. 35. D. de iudicijs. l. 6. tit. 12. part. 5.

2 Sed obstare videtur obligationem fideiussoriam accessoriam esse. l. 3. l. Vranius. 72. D. hoc tit. accessoriam autem sine principali esse non posse, vt constat: ergo futuræ obligationis fideiussor dari non poterit.

3 Sed dicendum est fideiusionem & præcedere & sequi obligationem principalē rectè posse, in quo fideiussor à mandatore & à constitutore differt, mandator enim præcedit tantum obligationem principalem, l. si verò nō remunerandi. §. si post creditam. D. mandat. Constitutor eam sequitur, nec antè se obligare potest. l. 1. D. de constitu. pecunia. fideiussor & ante & post obligationem accedere nō potest ex nostro tex.

3 Neque obstat argumen. quoniam vt diximus in §. 1. fideiusio non est formaliter accessoria ad obligationem principalem, sed de per se diuersam & separatam habet formam & speciem obligationis, & ideò & præcedere, & sequi obligationem potest, & quamuis materialiter principali obligationi accedat, idē est admittendum, quoniam magis forma & cōceptu verborum, quàm effectu præcedit, effectus tamen in tempus principalis obligationis differtur, neque antequam reus principalis posset conuenīri, conuenietur. l. fideiussor. 58. D. hoc titu. sicque interpretāda est regula nostri tex. & d. l. non quemadmodum.

§. *Si plures.* 4.

1 *Fideiussores si sint plures singuli in solidum tenē tur: sed ex Epistola D. Hadriani diuiditur. pro virili inter eos obligatio.*

2 *L. reos. 11. §. cum tabulis. D. de duob. reis. Authē tica hoc ita. C. de duobus reis, & num. 15.*

3 *L. fin. D. rem pup. saluam fore. & nu. 19.*

4 *L. si plures. 28. §. fin. D. hoc titu. & nu. 20.*

5 *L. si à Titio. 44. D. hoc titu. & num. 21.*

6 *L. si Titius & Seia. 49. D. hoc titu. & num. 22.*

7 *L. si dubitet. 11. §. ita demū. D. hoc tit. & n. 23.*

9 *L. qui exceptionem. 40. D. de condict. indeb. remissè.*

10 *Diuisionis beneficium quod à fideiussoribus opponitur, quando admittendum.*
Soluendo non esse confideiussores, quis, & cuius temporis habita ratione probandum.

11 *Tutores soluendo an sint, tempus litis contestatæ non inspicitur, sed tempus depositæ tutelæ.*

12 *Diuisionis beneficium quando opponi debet.*

13 *Diuisionis beneficium potest renūciari.*

14 *Fideiussor poterat conueniri olim antequā reus principalis, hodie secus nisi beneficio excussionis renunciauerit.*

17 *Fideiussores iure Regio Hispano ita demum in solidum tenentur, si nominatim & expressè ita cautum sit non si simpliciter.*
L. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ recopilationis.

18 *Diuisionis beneficij renuntiatio hodie non necessaria quando simpliciter fideiussio interponitur.*

19 *Fideiussores tutorum in solidum ipso iure tenentur.*

23 *Diuisionis beneficium inficientibus non conceditur.*

24 *Diuisionis beneficium & per viam actionis & per viam exceptionis opponitur.*

1 SI plures sint fideiussores singuli in solidū tenētur, liberūq; est creditori à quo velit solidū petere, l. inter eos. 51. in princ. D. eo. l. nō rectè. 3. l. cū alter. 11. C. hoc tit. l. 8. l. 10. ti. 12. p. 5. l. 4. tit. 18. lib. 3. fori. Sed ex Epist. D. Hadria. ciusq; beneficio diuiditur inter eos debitū pro virili portione, cuius Epistolæ memi nit l. C. in l. inter fideiusores. 27. D. hoc titu. & Imperat. in l. fi. C. de cōst. pecunia, explicāt Gom. lib. 2. c. 15. nu. 15. Matienço in l. 1. glo. 2. ex num. 1. titu. 16. lib. 5. recopil. Azebedo quī alios refert ibidem.

2 Sed primò obstat tex. in l. reos. 11. §. cū tabulis. D. de duobus reis, vbi non aliàs cōstituūtur duo rei, neq; in solidū tenentur, quam expressè ita cautum sit, quod & probat tex. in authēntico de duobus reis in princ. & in §. 1. & in authentica hoc ita. C. de duobus reis, d. l. 10. titu. 12. p. 5. ergo non ex eo quod fideiusserint in solidum tenebuntur.

3 Secundò obstat cōtra nostrū tex. ibi, *sed ex epistola Diui Hadriani.* tex. in l. fi. D. rem pup. salu. fore, vbi inter fideiusores tutorum huius epistolæ beneficio locus non est, Quæ sententia ideò est difficilior, quòd cū fideiusor duriō nō possit obligari quā principalis. §. fideiusso. inf. & tutoribus hoc diuisionis beneficiū cōpetat. l. 1. §. nunc tractemus. D. de tutel. & ratione distr. fideiusoribus eorū cōpetere etiā debuit.

4 Tertiò obstat tex. in l. si plures. 28. §. fin. D.

hoc tit.vbi fideiussori fideiussoris hoc beneficium non conceditur.

5 Quartò obstat tx.in l.si à Titio.44.D.h.tit. vbi si plures sint eiusdem summæ fideiussores epistola D.Hadriani non adiuuantur.

6 Quintò obstat l.si Titius & Seia. 49. D.eo. vbi si Titi⁹ & Seia ꝑ aliquo fideiusserint Titi⁹ in solidū cōuenitur,denegato beneficio Hadr.

7 Sextò obstat tx.in l.si dubitet.11.§. ita demum.D.isto tit. vbi fideiussoribus inficiantibus denegatur auxilium diuisionis.

8 Septimò obstat contra Iustin. asserentem beneficio D.Hadriani diuidi inter reos fideiussores actionem elegans Iulij Pauli locus lib. 1.recept.sentent.tit.20. vbi inter fideiussores ex edicto Prætoris,si soluendo sint, licèt singuli in solidum teneantur obligationem diuidi scripsit,ergo non epistola Hadriani.

8 Verùm his non obstantibus dicendū est fideiussores in solidū teneri,& à singulis solidū exigi posse,nisi opponant beneficium diuisionis, quod eis Epistola Diui Hadriani concessū fuit,neq; enim ipso iure diuiditur inter eos obligatio ; sed oportet nominatim id peti , & obijci agenti,alias si omissa exceptione soluerint nihil repetent.l.si testamento.50. §.quod si duo,l.inter eos.52.§.1.D.h.t. (neque obstat

9 † tx.in l.qui exceptionē.40.D.de cōdict. indebiti,cui præter ord.hic adde Robertum,lib.

10 1.sent.iur.c.8.Pinel.in l.21.c.3.n.8.C.d rescin. vēdit.)† Quod tamē ita demū admittitur modo cæteri soluēdo sint;tx.hic d.l.inter fideiuss. 28.d.l.10.p. si verò dubitetur an alij soluendo si audiēdus erit qui diuisionem fieri postulat, si velit suo periculo à cōfideiussoribus suis partes peti,d.l.si dubitet,in principio,si quis verò fideiussorum post litem contestatā efficiatur non soluendo , cæteros amplius non onerat, sed ad creditorem dānum hoc pertinet,d.l.inter eos.52.§.cum inter.neq; enim deceptus dici potest qui iure cōmuni vsus est. Inspicitur autem an sint soluendo tempus litis contesta-

11 tæ ex nostro tx.& concordantibus. † Diuersum est in tutoribus in quibus non inspicitur an sint soluendo tempus litis contestatæ, sed tempus depositæ tutelæ l.tutores qui post finem.40.§.tutoribus.D. de adminisſt. tutorum l.AEmilius Dexter.54.illo titulo.l.fi.D. rem pupill.saluā fore.l.fin.C.in quib. caus. tutorē hab.l.1.C.de diuidenda tutela,l.ex persona.3. C.de probationib⁹. Differentiæ ratio est, quia inter tutores diuiditur actio & obligatio ipso iure.l.si plures.39.l.tutores.40.§.in eum l.tres tutores.58.§.quod autem.D. de adminisſt. tut. & sic tempus depositæ tutelæ consideratur; Fi

12 deiussoribus † autem cōpetit beneficium diuisionis per viam exceptionis , & inde tempus illud quo hæc exceptio opponi debet,nempe litis contestatæ inspiciendum est : quinimo & ante sententiam diffinitiuam poterit quocunque tempore opponi l.fideiussor. 10. C. hoc tit.non postea,nisi in secunda instantia in gradu appellationis,argum.l.1.§. fin. D. ad Turpill.l.ita demum.C.de procuratoribus,l.2.versiculo 1.D.de pœnis l.eleganter. §. quid ergo. D.de condict.indeb.quibus probatur appellationem reponere reum in statum quo erat tēpore litis contestatæ.

Ex quo vtiliter infero, quod etsi fideiussores teneantur virtute instrumenti publici & Guarentigij (vt dicunt nostri) quo censentur condemnati per sententiam transactam in authoritatem rei iudicatæ,nihilominus tamen poterunt exceptionem diuisionis opponere ex proximè dictis, vt rectè aduertit Anton. Gomez,dict.cap.13.num.15.contra Angelum , in

13 dict.l.si dubitet:† quod tamen est limitandum nisi fideiussores eidem beneficio renunciauerint,vt frequentius fit,quia tunc eo non adiuuantur,vt cum Gloss. fin.in fin. in.§.fi.sup.de duobus reis, ibi late notauimus,& probat expressè l.70.tit.18. part. 3. notat Gregor. in l. 8.verbo.*cada vno de ellos*, dict. titul.12.part.5. Anton.Gomez,dict.cap. 13. num. 2. Gutierrez de iuramento confirmat.1.part.cap.23. & lib.3. pract. quæst. cap. 95. latè Matiençø &

14 Azebedo in l. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ recop. † Quemadmodum etiam etsi iure antiquo posset conueniri fideiussor antequam reus principalis,l.3.§.fin.D.de duobus reis,dict.l.non rectè.3.C.defideiuss.hodie verò non poterit nisi debitor principalis sit excussus & reperiatur non soluendo,vel nisi talis debitor sit absens, extra iurisdictionem suam. Text. in authentico de fideiuss.& mand.§.1.tx.in authentica præsente.C. eod. l. 9. tit. 12. part. 5. aut huic beneficio excussionis,quod vocāt,fuerit renunciatum, iuxta dict.l.70.tit.18.part.3. de qua re late Hippolytus in rubrica, de fideiuss. nu.8.& singulari.278.Socinus tract.fallentiarū.reg.134.Dueñas reg.335.Capell.Tholosana.decisione.196.Decius cons.27. ad fin. Curtius Senior cons.6.Boerius decisione.221.Anton.Gom.d.cap. 13.nu.14.

15 Quibus sic constitutis nō obstabunt in cōtrariū adducta.Non.1.ex d.§. cū tabulis , & d. authētica,hoc ita, quia ea iura loquūtur in cōstitutione duorū pluriūve reorū, qui nō aliter cōstitui possūt,quā si id expressè & nominatim actū sit,& à cōtrahētibus adiectū; vel tacitè si adijciatur dictio,*in solidū*, aut alia similis,vt

16 diximus in.§.1.ad.4.sup.de duobus reis. † Diuersum est in fideiussoribus, qui ex natura fideiussoriæ obligationis in solidū tenentur, acsi id expressè cautū elset,quia suscipientes obligationē rei principalis, & eius locū intrantes, quēadmodum ille in solidū tenetur , ita & eius fideiussores ex nostro tx. & similib. ꝙ vtique

17 iure Ciuili verisimū erit;† Secus autē iure Regio Hisp.ex l.8.t.12.p.5.& magis,ex l. 2. tit. 12.lib.

12.lib.5.Ordinam.l.1.tit.16.lib.5.nouæ recopil. quibus ita demum fideiussores in solidum tenentur si nominatim & expressè ita cautum sit, non si simpliciter, quia tunc pro virili tenerentur, vt olim in duobus reis iure isto admittebatur, vt eleganter notat Grego. in d. l. 8. verb. *cada vno de ellos.* sequitur Matienço in d. l.1.glos.11.& ibidem post Villalobos,& Ola
18 nam.Alphons. de Azebed.num. 1. † qui ex his resoluit hodie non esse necessariam renuntiationem beneficij epistolæ D.Hadriani nam si in solidum expresse fideiussores intercesserunt, in solidum cõueniri poterunt.d.l.8.d.l.1 sivero simpliciter ipso iure fit diuisio ex dictis legibus,& non beneficio epistolæ, cuius renũtiatio in primo casu non est necessaria, in secũdo non sufficit, quia debet etiam dictarum legum remedio renuntiari; vnde ineptè Tabellliones eas renuntiationes inculcant.

9 Non obstat secundum argumentum, ex d. l.fin.D.rem pup.salu.for.quoniam vt communiter post Accurs. hic omnes docent illud est speciali fauore pupillorum, qui huiusmodi beneficium ignorarunt; ne ex vna tutelæ causa, plures, variæque quæstiones apud diuersos iudices constituerentur; Igitur vnius tutoris fideiussores plures, quia & vnius in solidum obligati vicem sponte subeunt, in solidum tenentur. Secus esset si pro diuersis tutoribus plures fideiussores interueniissent, diuiditur enim tunc obligatio, quemadmodum & inter plures tutores.l.1.§.nũc tractemus.D.de tutel.& rationibus distrah. quibus accedit leges magis fauere eis qui coacti aliquod onus subeunt, quàm his qui sponte.tx.omnino videndus in l.si fideiussor.7.§. si necessaria. D. qui satisda. cog. quam solutionem scripsit. Ioa.Matienço. d.l.1.glos. 2.num.4.

20 Minus obstat tertium, ex d.l.si plures. §. fi. beneficium enim diuisionis fideiussori aduersus confideiussorem datur, non aduersus eum pro quo quis interuenit, is enim loco rei est, neque potest reus desiderare, vt inter se & fideiussorem diuidatur obligatio.

21 Non obstat quartum ex d.l.si à Titio.cuius solutio ex proximè notatis,& verbis d. legis. ibi.*confideiussores non erunt* constat; nam si à Titio.10.stipulatus fideiussorem acceperim: deinde eadem decem stipulatus à Seio, Sempronium fideiussorem accipiã, sicuti duo rei principales debendi eiusdem summæ efficiuntur, ita & duo fideiussores principales, & diuersi, inter quos beneficium diuisionis ideò locum habere non potest, quia quamuis ad eandem summam, diuersa tamen obligatione tenentur, & confideiussores non sunt.

22 Non obstat quintum, ex d.l.si Titius, & Seia. Nam quemadmodum epistola D. Hadriani fideiussor iuuatur cum cæteri confideiussores soluendo sint, non aliàs ex nostro tex. sic quando alter ex his pro alijs obligari non potest, beneficium non habebit; igitur subducta muliere dabitur in solidum aduersus Titium actio, cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit mulierẽ frustra intercedere prohibente Velleiano.

23 Non obstat sextum, ex d.§. ita demum: quia ideò ibi confideiussoribus diuisionis beneficiũ denegatum fuit, quia negauerunt se fideiussores esse, quo ipso facto illud amiserunt, inficiãtibus enim auxilium diuisionis non est indulgendum, cum eo ipso quis beneficium perdat quod neget illud, quod est causa sui beneficij, vt in d.§.ita demum.facit text. in l.fi.D.de rei vindicat.cui adde l.3.tit.3.p.3.l.sed etsi. 4.§.interdum.D.quod cum eo.l.si vnus.68.§. fin.D. pro socio.l.sed hoc ita.22. §. quod autem. D. pro socio.l.1. C.ad Maced. l.2.& per totum. C.si minor se maior.dixerit, & alias plures limitationes ad regulam nostri tex. videbis per Anton. Gomez. Ioan. Matien. & Azebedo vbi sup.

24 Nec obstat vltimum, ex Iulio Paulo.d.tit. 20.quoniam etsi id non perceperit Hotoma. hic.& Iacob.Cuiac.in dict. tit.20. existimauerit, quod Hadriani auctoritate rescriptũ est, id postea edictum Prætoris fuisse comprehensum. Ego longè verius esse credo huiusmodi diuisionis beneficium competere per viam actionis, & per viam exceptionis, primo casu, vt in specie l.si contendat.29.D.hoc tit. competit ex epistola: secundo verò, & ex epistola & edicto, quia cum fideiussor iure ciuili in solidum teneretur, iure Prætorio exceptione iuuatur.

§. *Fideiussores.* 5.

1 *Fideiussor in plus quàm principalis obligari nõ potest, in minus potest.*
2 *L.Græcè.9.§.illud.D.de fideiussoribus, & eius lectio animaduersa.*

1 FIdeiussor nõ potest obligari in plus quã principalis, in minus potest. idem in l. Græcè.9.§.illud.§.si quis. l. hi qui accessionis.35.D.eod.l.7.tit.12.p.5.l.70.t.18.p.3. explicat late Anton. Gomez.2. tomo, capit. 13.num.2.Gregor. in d.l.7.verb. *Non vale la fiaduria.*Mench. lib.primo quæstionum illustrium.cap.40.n.5.Alciatus.lib.5.Parerg.cap. decimo septimo.Molineus in l.1.§.sed si mihi. num.28.De verbor.obligat. & nos sup.ad §.1. ad.2.Argum.

In glos.verb.obligantur.ibi: *nos contrà scilicet, quod in nihilum teneatur.* Longè verior est contraria opinio, quippè, fideiussorem saltim in concurrenti quantitate teneri, argum. l.primę.§.si stipulanti.D.de verborum, iunctis à nobis latè traditis, in §.præterea, sup. de inu-

tilibus. Nec obstat tex. in d. §. illud. ibi: *placuit eos omnino non obligari*. Quoniã vt eruditè hic aduertunt Baldui. & Mynsing. Alcia. & Molineus, vbi sup. tex. ille iuxta codices manuscriptos sic legendus est, *placuit eos non omnimodo obligari*, id est non in totum, sed vsque ad concurrentem quantitatem, vt in d. l. 7. par. ibi. *Catal fiaduria no valdria quanto en lo de mas.* Quem sensum obseruat Gothifre. legens, *omnino non obligari*. id est, non in solidũ, & consentit Charondas in notis eiusdem tex. Planè quod attinet ad rationem quam hic Iustin. scribit, ideo fideiussoris obligationem in duriorem causam esse non posse, quàm obligationem principalis, quoniam plus non potest esse in accessione quàm in principali re, rectè hic eam disputat, & explicat Accur. verb. *nec plus*. Mynsing. ex num. 7. eos videas.

§. *Si quid autem.* 6.

1 *Fideiussor quod pro reo principali soluit actione mandati consequitur.*
2 *L. ex mandato. 20. §. 1. D. mandati.*
3 *Fideiussor qui soluit creditorem compellere potest cedere actionem aduersus reum, & confideiussores.*
4 *Fideiussor ante quam soluat agere aliquando potest, remissiuè.*

1 QVod fideiussor pro reo principali soluit actione mandati consequitur. idem in l. indebitam, 47. D. de cõdictio. indeb. l. idemque. 10. §. fideiussores. D. mandati. explicat Felicianus de censibus, lib. 3. cap. 3. nu. 9. idem in l. si fideiussor. vbi notat gloss. C. mandati. consonat. l. 12. tit. 12. par. 5. l. 8. & 11. tit. 18. lib. 3. fori.

2 Neque obstat textus in l. ex mandato. 20. §. D. mandati. vbi datur fideiussori actio negotiorum gestorũ. Quoniam si fideiussor interuenit pro absente absq; eius mandato, & soluit habet eum actione negotiorum gestorum obligatum, ex d. l. ex mandato. Si vero pro præsente, vel absente eius voluntate actio mandati lo
3 cum habet iuxta nostrum text. † Habet etiã fideiussor beneficium cedendarum actionum: quoniam compelli potest creditor cæterorũ, item & rei principalis nomina vendere. l. fideiussoribus, 18. D. hoc tit. facit text. cum mat. in l. modestinus. 76. D. de solutio. de cuius interpretatione latius alibi dicendum erit.

4 In glossa. verb. *Soluerit*. Enumerat glos. plures casus in quibus fideiussor potest agere antequã soluat: Adde tex. in cap. fi. de fideiussoribus, in l. 12. l. 14. ti. 12. p. 5. in l. 8. l. 11. ti. 18. li. 3 fori, Sociuum regula. 148. Dueñas, regula. 236. Felicianum. dict. cap. 3. num. 9.

§. *Græcè.* 7.

1 *Fideiussio Græcè etiam interponi potest.*

1 GRæcè fideiussor accipi etiam potest: cuius sententiæ illa est ratio, quoniam cũ non nisi stipulatione fiat. l. 5. §. satis accepto. D. de verb. l. blanditus. 12. C. hoc titu. stipulatio autem, etiam lingua Græca fieri possit. l. 1. §. fin. D. de verb. §. 1. sup. illo titu. consequens & lingua Græca, & quacunque alia, dũmodo contrahentes intelligant vel per se, vel interpretem fideiusionem fieri posse. Pro interpretatione autem Græcæ lectionis huius tex. post ordinarios hic, videbis Alcia. lib. 1. parerg. cap. 3. Cuiacium. lib. 14. Obseruat. cap. fi.

§. *In stipulationib. fi.*

1 *Fideiussio iure ciuili non nisi stipulatione interponebatur, iure regio nudis etiam verbis.*

1 ET si iure Ciuili (vt paulò ante diximus & hic probat Iustinia.) fideiusio non aliàs fieret, quam stipulatione interueniente, & inde fideiussoris obligatione probata, stipulatio quoque præsumeretur iuxta tex. cum ibi notatis in §. si scriptum sup. de inutilibus. l. sciẽdum. 30. D. de ver. obl. hodie autem fideiussor etiam citra stipulationem, quibuscunque verbis obligatur, iuxta tex. in l. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. vbi notanter Azebedo, & Matiençe, ante quos notat Greg. in l. 6. in glos. 1. tit. 12. p. 5.

TITVLVS XXII.

De literarum obligationibus.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Exceptionis non numeratæ pecuniæ materia remissiuè.*

OMNIVM obligationum summam diuisionem in duo genera deduci docuit Iustin. in §. 1. sup. de oblig. namq; aut Ciuiles sunt, aut Prætoriæ: quæ vel ex contractu, aut quasi contractu, ex maleficio, aut ex quasi maleficio nascuntur, cumq; de his quæ ex contractu descendant sermonẽ Iustin. instituerit, harum quatuor esse species animaduertit in §. fin. sup. de obligat. quia aut re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu, quarũ duæ priores hactenus sunt ab eodem expositæ vsque ad finem superioris tituli de fideiusoribus, & ita ventũ iam est ad tertiam obligationum speciem, nempe literarum, vt

vt nostri tituli indicat inscriptio, de qua præter ordinarios interpretes hic, & ad titul. C. de non num. pecun. & quos mox referemus in princip. huius titul. videbis Fran. Cõnan. lib. 1. cap. 6. num. 10. & 11. & lib. 5. cap. 1. num. fin. Reuard. lib. 3. vario. cap. 1. Forcatulum in Necyomantia, cap. 75. & sequenti. Pet. Greg. 3. part. Syntagmatum. lib. 24. cap. 13. & alios quos refert Brosæus in miscellanea huius titu. Adde etiam de exceptione non numeratæ pecuniæ plura cumulâtem Anto. Gabrielem. 1. tom. commun. opinionum. lib. 5. pag. 287. & pag 390. & 293. cum sequent. Afflictis, decisione. 110. Gutierrez, de iuramen. confirma. 1. p. cap. 37. & de virtute chirographi, & an possit si fit recognitum contra eum exceptio nõ numeratæ pecuniæ opponi, plura vtiliter & doctè Ioannes Yañez Parladorius, lib. 2. rerum quotidia. cap. fin. 1. part. §. 5.

Principium tituli.

1 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere intra biennium potest, qui spe futuræ numerationis pecuniam soluere promisit.*

2 *L. Fideiussor. 26. §. pater Seio. D. de obli. & actionib. & num. 23.*

3 *L. si ex cautione. 3. C. de non numerata pecunia, & num. 25.*

4 *L. pure. 5. §. fin. D. de doli exceptione, & n. 28.*

5 *L. Quoties. 10. §. non tantum. D. de adm. tute. & num. 32.*

6 *L. fi. C. de apochis publicis. lib. 10. & n. 33.*

7 *L. Publia. 26. §. fi. D. depositi. & n. 34.*

8 *Literæ, aut scripturæ obligationem nunquam inducunt.*

9 *Litterarum obligatio ex literis à lege inducitur.*

10 *L. ex hoc iure. 5. ibi.* Exceptis quibusdam quæ à iure Ciuili introductæ sunt. *D. de iustitia & iure.*

11 *Literarum obligatio iure Ciuili ob bonum publicum inducta.*

12 *Exceptione non numeratæ pecuniæ opposita intra biennium declinatur literarum obligatio, & transfert onus probandi in creditorem.*

13 *Exceptio non num. pecun. post biennium etiam opponitur quã tunc reus probare tenetur, ex Accursio communiter recepto.*

14 *Contraria sententia, biennio elapso exceptionem non num pecuniæ. opponi non posse, multis probatur.*

15 *Communis defenditur, & explicatur.*

16 *Creditor qui verè est, nisi intra certum tempus quod sibi debetur petierit, vt illud amittat lege ciuili efficit potest, & quo modo.*

17 *L. 9. tit. 14. de las prescripciones. lib. 4. nouæ recopil.*

Famuli, Institores, Cauponæ, Pharmacopolæ, & id genus alij, nisi intra triennium quod eis debetur petierint, obstat eis postea exceptio.

18 *Id in foro Fori, non in in foro Poli admittendũ.*

19 *Literarum obligatio Iurisconsultorum sæculo & ætate incognita, iuxta Bartolum.*

20 *L. non figura 38. D. de oblig. & act.*

21 *Noster textus in versicul.* Olim scriptura fiebat obligatio quæ nominibus fieri dicebatur.

22 *Nomina debitorum quæ dicãtur.*

24 *Scripturæ priuatæ quando fides adhibenda, & num. 34.*

25 *Literarum obligatio an oriatur si pecunia numerata sit.*

Accursij opinio existimantis eam non nasci.

26 *Contraria sententia verior.*

L. fi. C. de filio fam. minore.

L. 2. C. si aduersus creditorem.

27 *Noster textus in versi.* Quod sibi numeratũ non est.

28 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ in modum querelæ proponi potest, biennio circumscribitur.*

29 *Exceptio doli mali quæ biennio elapso opponitur, in factum est, & dicitur etiam non numer. pecun.*

30 *Literarum obligatio, vtrum intra biennium oriatur.*

31 *Noster textus ibi.* Sic & hodie fit, vt dũ quæri non potest, scriptura obligetur.

33 *Exceptio non numer. pecuniæ nisi in causa mutui locum non habet, ex sententia Emanuelis Costa.*

34 *Epistolis an credendum, remissiuè.*

35 *Literarum obligatio naturalem obligationem non producit.*

1 QVi spe futuræ numerationis se pecuniam debere scripserit, ea etiam non recepta biennio elapso efficaciter obligatur, etsi hodie intra biennium non numeratæ pecuniæ exceptionem possit obijcere & proponere: Idem deduces ex l. si pecuniam. 1. l. minorem. 2. l. si ex cautione. 3. l. aduersus. 5. in 1. p. l. si quasi accepturi. 7. l. si intra. 8. l. cum vltra. 9. l. tam mandatori. 12. l. generaliter. 13. l. in contractibus. 14. l. penul. l. fin. C. de non num. pecunia l. 1. l. 2. C. si pignoris cõuentionem numeratio pecun. sequuta non fuerit. facit tx. in l. apud Celsum. 4. §. aduersus. D. de doli exceptione. l. 27. tit. 11. p. 3. l. 9. tit. 1. p. 5. Ordinatio Lusitanorum, lib. 4. tit. 47. in pri. §. idem iuris. inf. de exceptionibus. & præter eos quos sup. retulimus latissimo sermone explicat Costa in d. l. si ex cautione. per totã. C. de non nu. pecun.

2 Sed primò pro ratione dubitandi contra tx. ibi. *olim scriptura fiebat obligatio,* quibus verbis Iustin. docet, apud Iurisconsultos etiam literarum obligationem cognitam fuisse sic argumentor, Obligationes ex contractu, aut re cõtrahuntur, aut consensu tantũ. l. 1. in prin. D. de obli. & act. ergo nõ literis, neq; scriptura.

Secun

Secundo contra tex. ibi. *si quis debere se scripserit*, dum Imperator ostendere videtur secus esse dicendum si quis alium debere scripserit, obijcio tex. in l. fideiussor. 26. §. Pater Seio. D. de pignorib. vbi qui scribit contractū obligationis rei suæ, quamuis nō se debere scribat, videtur obligationi consentire.

3 Tertiò, contra tex. ibi. *quod sibi numeratum non est.* iuncta Accur. interpretatione eod. verbo. ex quo constat literarum obligationem nō oriri, sed re obligari, si is qui chirographū scripserit pecuniam acceperit, obstat tex. in d. l. si ex cautione. C. de non nu. pecunia. in qua agebatur ex contractu, siue literarum obligatione, & probata pecuniæ numeratione petitor obtinet ea actione.

4 Quartò, contra text. ibi: *Post multum temporis exceptionem opponere non potest*, sic argumentor: Exceptio numeratę pecunię exceptio est, vt patet (id est, defensio. l. 1. l. 2. & per totum. D. de exceptionibus) ergo nullo tempore circumscribi potest. patet consequentia, nam hæc perpetuò competit, cum actor quidem in sua potestate habeat quando vtatur suo iure, is autem cum quo agitur non habeat potestatem quando conueniatur. tex. in l. purè. 5. §. fin. D. de doli exceptione.

5 Quintò, & grauius, contra tex. ibi. *vt & hodie dum quæri non potest scriptura obligetur.* quibus verbis docet Iustin. scriptura, siue literis tunc demum quis obligari dum quæri non potest, id est dum exceptionem nō habet hoc est elapso biennio, sic argumentor: Intra biennii habet quis non numeratæ pecuniæ exceptionem ex nostro tex. cum similibus, ergo intra biennium obligatio nata fuit. d. l. 2. D. de exceptionibus.

5 Sextò, contra nostrum tex. obstat tex. in l. quoties. 10. §. non tantum. D. de adminis. tut. vbi non tantum biennio elapso, verum & antea qui sibi numeratam pecuniam eamque mutuatam scripsit obligatur.

6 Septimò, obijcio tex. in l. fin. C. de apochis publicis, lib. 10. vbi si quis pecuniam se recepisse, quæ sibi numerata non est, fassus sit, exceptionem non numeratæ pecuniæ, neque intra biennium habet.

7 Octauò è conuerso, imò non posse quem scriptura obligari, probat Iul. Paulus in l. Publia. 26. §. fi. D. depositi. ibi. *ex epistola, de qua quæritur obligationem nullam contractam videri*: ergo.

8 Nonò & vltimò obijci potest, ex sola scriptura nullam vnquam nasci posse obligationē, constat enim nullam sine consensu contrahi. l. 1. §. adeò. D. de pactis: literæ autem & figuræ earum non tam ad obligationem quam ad fidē rerum gestarum pertinent, neque ad obligationem, sed magis ad probationē sunt inductæ. l. contrahitur. 4. D. de pignor. Et induci potest, tex. in l. non figura. 38. D. de oblig. ergo cum ex literis neque consensus, neque obligatio inducatur, perperam Iustin. eam hic comprobat, & ex ea condictionem tribuit.

9 Quibus tamen non obstantibus adhuc dicē dum est contrahi obligationem, quæ ex sola scriptura pendet, nullo alio auxilio iuuata, non expresso consensu, non verbis, non re, non authoritate alia quàm legis, videlicet cum quis fatetur scriptura accepisse se certam pecuniā, quam tamen non accepit, nec intra biennium confessionem eam reuocauit, vel de ea conquestus nō est, ex nostri text. & similium decisione, cuius veram rationem, vtcunque Iustin. eā hīc insinuare videatur, versi. *sed ne creditores*, prætermittunt tamen omnes tam veteres quā noui huius loci interpretes.

10 † Ego verò, quamuis agnoscam Hermogeniani verba in l. ex hoc iure. 5. ibi. *Exceptis quibusdam quæ à iure ciuili introductæ sunt.* D. de iustit. & iure. ad hanc literarum obligationem referenda non esse (vt perperam ibi Accur. scripsit, comuniter ab omnibus sequutus ex pluribus quos accuratè recensēt Felicianus, lib. 1. de censibus, cap. 1. nu. 10. quippè non potuit I. C. huius obligationis literariæ meminisse quæ illo sæculo in vsu nondum erat, vt mox ad primum argumen. ostendemus) † Ingenuè tamē fateor non à iure gentium, sed ex iure ciuili eā originem habuisse, & ob bonum publicum inductam fuisse, ne scilicet contingeret quandoque creditores pecunijs suis fraudari, & vt idē Iustin. ait in authentico de tempore non solutæ pecuniæ super dote, collatione. 8. in princ. ne sua negligentia, aut calliditate forsan negotijs fruantur homines, & causas præbeant alijs, non enim sub æqualitate semper probationes erunt, eas exhibere volentibus, & quia multa quoque tempus refutat. Et quamuis cum pecunia numerata non est, re vera nulla sit omnino obligatio, neque ius induxerit vt scriptura syngraphæ satis habeat momenti ad fidem adstringendam, cum causa propter quam facta est sequuta non sit, in re tamen obscura atque incerta nihil aliud constitui potuit, quam vt scripturæ crederetur, non quòd rerum veritas mutetur, sitque aut naturaliter, aut ciuiliter obligatus qui nihil debeat, sed quod in tanta rerū humanarum incertitudine, constituendum fuit aliquod extremum, in quo possemus conquiescere, quod non vnius alicuius ciuitatis, sed omnium gentium hoc decretum fuit, vt rerum dubiarū fides scriptura probata satis idoneè probata censeatur, ex quo dici potest non iuris naturalis aut ciuilis veritate hūc esse obligatum,

12 sed opinione, † quam, opposita & probata nō numeratæ pecuniæ exceptione, etiā post biennium excludere poterit: neque in contrarium mouere debet noster tex. in versi. *multum.* & d. l. in contractibus, in princ. nam id quod de bien-

biennio præstitutum est, nō adfert aut nouam aut veram obligationem, sed admit cōtra probandi facultatem, vt communis existimat.

13 † Et, vt ego intelligo, transfert probandi onus, quod antea creditori incumbebat, in ipsum reum, vt paulò inferius latiùs dicemus, igitur scriptura, siue literis, eum etiam qui pecuniam non accepit obligatum dicimus, quia cū neque re, neque verbis, neque cōsensu sit obligatus, ob publicam autem vtilitatem scripturis fidem adhiberi expediat, necessarium fuit literis obligationem efficacem contrahi, biennio elapso, quando iam præsumit lex pro creditore agente, siquidem potuit debitor qui syngrapham fecit intra biennium de pecunia non numerata conqueri, & obligationem repetere. l. si quasi accepturi. C. de non num. pecu. & quemadmodum creditor intra biennium se pecuniam numerasse probare tenetur ex cautione agens, quia lex presumit contra syngraphā non esse pecuniam numeratam, vtcumq; chirographum hoc testetur. dict. l. si ex cautione. 3. C. illo tit. partim propter odium fœneratorum qui plerumque exigunt syngraphas priusquam numerent; partim propter facilitatē ipsorum debitorum qui facilè quamlibet confessionem exhibent modo spes sit aliquāndo numeratum iri pecuniam, sic etiam si biennij effluxerit pro agente præsumitur, omnisq; probandi in debitorem ejicitur, quia non est verisimile eum tam negligētem fuisse, vt intra biennium perpetuum non exigeret pecuniam aut certè chirographum datum reposceret. d. l. si quasi. & ita resoluit Accur. hic verb. *obligetur* versic. *adhuc tamen*. & in d. l. si ex cautione. ver. *probare*, versic. *item idem dicas*. & in d. l. in contractibus, verb. *nullo modo*, in princip. cuius opinionem sequuntur plures quos recensēt Costa in d. l. si ex cautione. vltima fallentia. n. 2. & cōmunem dicens Felinus in cap. si cautio. num.
14 61. de fide instrum. † Contrariam tamen sententiam, quinimo biennio elapso debitorem etiam assumentem onus probandi hanc exceptionem opponere non posse defendunt antiquiores quos retulit Alber. d. l. si ex cautione. nu. 2. & 3. Costa vbi sup. nu. 2. in princ. & probare videtur. text. in l. si intra. 8. in l. asseueratio. 10. & in d. l. in contractibus. 14. C. de non num. pecu. & tx. hic ibi. *hodie dum queri non potest*. l. si non singulis. 5. ibi. *si intra præstitutum tempus rei gestæ quæstionem detuliſtis*. C. si certum peta. & d. l. 9. ibi. *dende en adelante non podria poner tal querella*. tit. 1. Par. 5.

15 In qua quidem controuersia ego à prima opinione non discesserim, quæ sanè longè æquior est, & inde apud Lusitanos. d. li. 4. ordinationum. tit. 47. §. penul. cautum post præstitutum tempus ad probandam negatiuam debitorem admittendum esse. Neque obstant leges sup. allegatæ, quæ exceptionem non numeratæ pecuniæ biennio concludi dicūt, quia dicendum est de ea exceptione intelligi, quæ per modum querelæ potuit proponi, translatura videlicet onus probandi in creditorem, vt de necessario debuit esse temporalis, & iisdem temporibus finiri quibus & querela: Ceterum exceptio in factum, quę in hac materia ex speciali facto appellatur exceptio non numeratę pecuniæ, & petente creditore oriri incipit, non est temporalis, sed perpetua, secundum ordinariam exceptionum naturam, si modo reus suæ exceptionis fundamentum probare intendat, quod in alijs exceptionibus regulare est.

16 Constat itaque ex sup. animaduersis fieri nō semel posse, vt si reus biennio elapso conuenia tur ab eo qui syngraphā accepit, nihilque numerauit; deficiatque in exceptionis probatione, ipso iure virtute chirographariæ cautionis sit condemnandus, Vnde iam vides fieri simili tēr lege ciuili posse, vt è conuerso qui vērè creditor est nisi tamen intra certū tempus, quod sibi debitū est petierit illud amittat; quod quā uis varijs sit opinionibus obrutum, vt deduces ex ijs quæ scripsit Ant. Gabriel. 2. tom. communium opinionum, lib. 17. pag. 314. & pag. 343. & latiùs. 3. tom. sub tit. de præscrip. conclu. 4. obtinuit tamen lege, siue statuto ita cauente præscribi posse debitum nisi intra certum tem
17 pus creditor illud petierit, vt † est apud nos in l. 9. tit. 15. *de las prescripciones*. lib. 4. nouæ recop. qua cauetur, famulos, pharmacopolas, institores, cauponas, & alios similes intra triennium salarium, vel quod sibi debitum est petere debere, eo verò elapso, non audiri, iuxta quam legem, & legem 6. illius tit. etsi plurima scripserint post alios Couarr. in reg. possessor 2. p. §. 11. Auend. de exeq. mand. 2. p. cap. 30. n. 11. Mencha. lib. 1. de succes. creat. §. 10. n. 26. Gutier. in l. nemo potest. n. 476. Didac. Perez in l. 3. tit. 13. lib. 3. ord. Otoscius in l. omnes populi. num. 75. D. de iust. & iure. Parlador. lib. 1. rerum quotid. c. 1. §. 11. ex nu. 14. † Verissimum quidem est eas in foro fori esse seruandas, non in foro poli; nisi data bona fide in præscribente, ne alias obstet regula. c. vigilāti. c. fina. de præscript. de qua re præter sup. relatos est omnino videndus Petr. Dueñas, reg. 366.
19 Quibus sic constitutis † non obstant argum. in contrarium adducta. Non primum, quoniam etsi valde apud nostros controuersum sit, num hæc literarum obligatio fuerit antiquis Iureconsultis cognita; Bartolus tamen in d. l. non figura. D. de oblig. & act. illo sæculo in vsu non fuisse docet, quem communiter omnes sequuntur, vt constat ex Costa in d. l. si ex cautione. scholio. 1. Feli. de Solis qui plures retulit. d. tract. de censib. lib. 1. c. 1. n. 11.

20 Neque contrarium probat tex. in d. l. non figura. vbi Accurs. verbo. *quod*, quem sequitur Emanuel vbi proximè, magis probare videtur

illum

illum tex. ad literarum obligationem esse referendū: quoniam vt rectè Ioan. Faber hic interpretatur, quem sequitur Fortun. Garcia in l. si vnus. §. pactus ne peteret. n. 10. D. de pactis, Iurisconsultus ibi probat, illis in casibus in quibus consensus per epistolā expressus satis est vt contractus valeat, de quibus in l. cōsensu. 2. D. illo tit. tunc nō ipsa literarū figura obligat, sed magis cōsensus ipse literis *significatus*. Quę interpretatio suaderi rectè potest, eo quod scriptura frequentius nō ad obligationem, sed ad probationē fit. l. contrahitur. 4. D. de pignori. fiunt epistolæ, & scripturæ, vt quod actum est per eas probari facilius possit, quamuis & sine his quoque valeat, si aliàs probetur, tūc autem non dicemus scriptura obligari, sed magis cōuentione cōsensuve ea significato, sic in d. l. nō figura, inquit Iul. Paul. non figura literarū, sed oratione quam literæ exprimunt obligari.

21 Neq; rursus obstat noster tex. ibi. *Olim scriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur*, ex quibus putauit Emanuel vbi sup. notare Iustin. etiam Iurisconsul. tēpore literarum obligationem in vsu fuisse, sed lōgè falliter opinione, quoniam vti rectè post Alciat. in l. qui pecuniam. D. si cert. pet. scripserunt hic Hotom. Baldui. & Mynsinger. aliter multò contrahebatur olim illa obligatio quæ nominibus fiebat, moris siquidem Romæ fuit, vt vnusquisq; pater famil. tabulas domi haberet, in quibus quicquid per singulos dies aut acciperet, aut expenderet, ordine præscriberet, quarum tabularum maxima erat fides, de qua Cēsores quinto quoque anno iusiurandum à ciuibus exigebant, † nomina autem dici consueuerunt arti 22
culi debitorum, qui in tabulis præscribebātur, tunc maximè cum pecunia præsens nō numerabatur. Vnde fœneratores qui pecunias suas apud argentarios depositas habebant, & in eorum mensa fœnus exercebāt, cum quis qui pecunia indigebat, cum eis conueniebat, cautionēque illis faciebat, id est syngraphā, qua confitebatur se illis ex mutuo debere, fœneratores apud mensam secundum argentarij vel debitoris cōmoditatem iubebant ei numerari, huiusmodique syngraphæ cum argentarij rationibus, in quibus nomen illius debitoris erat scriptum, vocabantur nomina. Cuius rei testimonio plurima sunt veterū scriptorum loca. Nā Tullius lib. 3. Officiorum loquens de Canio emente instructos hortos à quodam Pythio, *nomina (inquit) facit negotium conficit*. Apud Iurisconsul. in d. l. peculij est. 4. ibi. *si vero nomina*. D. de peculio. in l. 1. ibi. *aut nomine facto petatur*. D. de annuis legat. in l. Thais. 41. §. fin. ibi: *Stichus arcarius probāte domino nomina fecit*. D. de fideicommiss. libert. & extat etiam eleg. text. in l. fin. in princ. ibi. *nomina, id est, fœneratitias cautiones*. C. de pactis conuentis, ex quibus intelligi iam potest nominibus contractam obligationem dici contueuisse, cum in tabulis scriptum erat, aliquem alicui certam pecuniam debere, quod non tantum in creditoris, verū etiā in aliorum quorundam tabulis fieri solebat, quæ ideirco in iudicium interdum afferebātur. Quæ nomina, siue illorum formula, etsi hodie non sint in vsu, teste Iustin. hic, appellatio tamen manet, accipiunturque iam nunc nomina pro debitoribus, vel debitis ipsis, & quandoq; pro causa obligationis, vt latius post Mynsing. hic nu. 3. & eos qui de verbis iuris scripserunt, verb. *nomina*, notant Rebuff. & alij in l. nominis. D. de verb. signifi. Et inde similiter constat Iustin. in præsenti nō de literarum obligatione, sed antiqua illa conficiendorum nominum formula sensisse, quam etiam eleganter licet paulo aliter quàm nos explicat Rquard. lib. 3. varia. cap. 1.

23 Non obstat secundum argumen. ex d. l. fideiussor. 26. §. Pater Seio. D. de pignor. qui tex. dupliciter obstat. Primò dum probat patrem ex filij scriptura, qua confitebatur mutuam pecuniam patrem suum recepisse obligari, sicque non tantum literarum obligationem contrahi quoties quis se debere scribit, verum & si aliū, vt inde constet aliena quoque scriptura obligari. Secundò, dum probat filium qui nihil accepit, neque obligationi consensit, rei suæ obligationi consentire, ex quo pignori domū suā futuram scripsisset. Sed articulus iste faciè dissoluitur, siquidem constat satis eum consentire qui rem suam supponit, neq; hunc consensum tacitum aut subintellectum dicemus (qui etiam sufficeret) sed expressum, nihil enim interest quis verbis an factis voluntatē suam declaret. l. de quibus. 32. D. de legib. l. si tamen. 48. §. ei qui seruum. D. de ædil. edicto. quare rectissimè scripsit Modestinus Cōsultus in d. §. Pater Seij, cum sua manu pignori domum suam futuram Seius scripserit consensum ei obligationi dedisse manifestum esse, cuius responso simile est quod refertur in l. sicut. 8. §. non videtur. versi. *sed si subscripserit*, & in l. Lucius Titius. n. § Paulus, (aliàs est. l. Paulus notat. 12.) D. quibus
24 mod. pig. vel. hyp. soluit. † Longe autem difficilius illud videtur, quod ex eod. illo. §. Pater Seij, deduci potest, patrem ex scriptura filij esse obligatū, & sic ex aliena, etiam priuata. Qua in re post gloss. hic verb. *si quis*, anxie dubitant doctores, contra quam scripturam hæc non numeratæ pecuniæ possit exceptio opponi, & sane constat, quod cum priuatæ scripturæ fides non sit adhibenda nisi in illius præiudiciū qui illam scripsit. l. exemplo. 7. cum vulgatis. C. de probationibus, de quo late Mascard. de probationibus. concl. 1295. eo casu exceptio locum habebit, & contra publicam similiter, vt cum communi resoluit Costa in d. l. si ex cautione, declarat. 1. quod tamen ita est intelligendum, nisi in publico instrumento debitor confitea-

tur

tur se debere & recepisse, fidemque de numeratione notarius faciat, tunc enim cum eius attestatio fidem faciat, etiam intra biennium nō esse sibi numeratum debitor tenebitur probare, contra publicum instrumentum, vt nominatim hic resoluit Ioan. Fab. n. 10. & latè disputat Costa. vbi sup. fallentia. 19.

Vlterius non obstat tertium argum. quoniā
25 etsi controuersum sit, an literarum obligatio oriatur, si is qui chirographum conscripsit re vera pecuniam accepit. Accur. hic. verb. *numeratum.* & in princ. verb. *scriptura conficiuntur.* in fi. inf. de empt. & vendit. existimat, eo casu nō literarum obligationem, sed magis certi condictionem ex mutuo oriri; eius sententiam sequūtur Alber. Paul. Aret. & alij. Quorum meminit Costa in d. l. si ex cautione. scholio. 1. §. *secundò ex eisdem verbis*. C. de non numerata
26 pecunia. † Contraria tamen mihi magis placet, quam tenet hic Ioan. Fab. sub n. 19. & defendit Costa. vbi proxime. Et expressè probatur in d. l. si ex cautione. vbi indistinctè reum ex cautione condemnandum esse, si petitor numerationem probaret, Imperator expressit. Pro qua etiam induci potest tx. in l. fi. C. de filio fam. minore, & in l. 2. C. si aduersus credit. Vbi minor. 25. annis qui mutuam accepit pecuniam & creditori cautionem dedit, restituitur beneficio ætatis aduersus cautionem per quam se obligauit, ergo cautio ipsa obligauit minorem, & ex cautione damnum obligationis incurrit, nam si cautio eum non obligasset aduersus obligationem re contractam restituē
27 dus erat, non verò aduersus cautionem. † Cui sententiæ non obstat tx. hic. ibi. *quod sibi numeratum non est*, quoniam Imperator, quo magis ostenderet vim literarū obligationis lapso exceptionis legitimo tempore, proposuit non esse numeratam pecuniam, non tamen intellexit cessare literarum obligationē si numeratio facta esset, quod colligi potest ex nostro tx. ibi. *sed ne creditores possent diutius pecunijs suis fraudari.* Neq; tunc duplicem obligationem nasci, aliā ex literis, aliam ex numeratione dicemus,
31 sed vnicam tantum, eamque literis, ex eleganti tx. in l. cum enim. 7. D. de nouationib. coniuncta Bartoli doctrina in l. 1. nu. 9. D. illo. tit. vbi scripsit literarum oblig. non minoris efficaciæ
28 esse, quam stipul. Minus obstat quartum argumen. quoniam vt ad rationem decidendi resolutimus, verissimum quidem est, non num. pecuniæ exceptionem, quæ in modum querelæ intra biennium potest proponi, biennio circumscribi posse, quia in potestate est debitoris etiam creditore non agente illam proponere. d. l. si quasi. 7. C. de non num. pecu. de qua speciali exceptione esse nostrum tex. intelligen-
29 dū dubium non est. † At verò doli siue in factū exceptio perpetua erit, quoniam videlicet in potestate debitoris nō fuit agere de dolo creditoris, qui quo tēpore accepit cautionem nihil dolo malo egit, cum numeraturum se pecuniam speraret, nunc autem dolum committit cū pecuniam quam nō numerauit petere incipit, l. 2. §. & generaliter. D. de doli exceptione, quare si hæc doli exceptio eo demum tempore nascitur quo creditor agit, vt notat Accur. verb. *exceptione.* in l. qui se debere. D. de condictione causa dati, consequēs est debitorem sine vlla temporis præfinitione huiusmodi exceptione defendendum fore, ex ratione d. l. pu rè. 5. §. fi. D. de doli excep.

Difficilius autem est illud quod quinto loco adduximus argumentum: nunquid videlicet literarum obligatio intra biennium oriatur? In
30 qua quæstione Bald. Fulgos. Fortunius, & Alciatus, quos refert Emanuel in d. l. si ex cautione. 3. declaratione. §. secundum hæc. ante legitima exceptionis tempora, cum qui se scriptura obligauit naturaliter dūtaxat teneri propter consensum post tempora verò ciuiliter existimarūt. Qui mouentur, Primò per tx. hic, ibi, *Sic & hodie fit vt dum queri non potest scriptura obligetur.* Secundò per tx. in d. l. si ex cautione, vbi actor ante biennium necesse debet probare se numerasse, ergo si orta esset ciuilis obligatio vtiq; actio efficax esset, etiāsi non probaret numeratam fuisse pecuniā, & onus esset debitoris proprium exceptionem non numeratæ pecuniæ probare. Tertiò per tx. in l. 1. C. de non nu. pec. vbi frustra cautionē intra tempora exceptionis emitti docet Imperator, ergo effect⁹ non oritur ciuilis obligat. l. pē. §. ad crimē. D. de publicis iudicijs. His tamen nō obstantibus contrariā opinionem, videlicet literarū obligationem nō contrahi post biennij tempora, sed statim resoluit Emanu. vbi s. quæ expresse probatur ex d. l. si ex cautione, & similibus ex quibus constat, intra biennium agi ex literarum obligatione rectè posse, quā tamē excludet nō nume. pec. exceptio, vt s. ad rationem decidēdi resoluimus, ergo si ea opposita non fuisset, obtineret vtiq; petitor, etiāsi numerationem
31 non probasset, ex sola cautione. † neq; contrarium probat noster tx. cuius in illis verbis, *sic fit*, &c. ille est sensus post legitima tēpora efficaciter obligari, qui ante propemodū obligatus non erat exceptione opposita, argum. l. si dari. 25. in fi. D. de ver. obl. Nec tex. in d. l. 1. contrariū suadet, quoniā aduerbiū, *frustra*, ad effectū refertur, vt interpretatur Ias. in l. verbis ciuilibus. n. 3. D. de vulgari. Plane hoc casu ciuili orta naturalē tamen obligationem nō nasci, verissimum est, vt pluribus eleganter probat Costa vbi proxime ex n. 4. vsq; ad fin.

Deinde nō obstat sextū ex d. l. quoties. 10.
32 §. non tantū. D. de admi. tut. quoniā iustissimè admissū est nō posse tutorē qui confessus est debere pupillo suo ex causa mutui, non numerat. pec. exceptionē opponere, cū verosimile

non

non sit cum spe futuræ numerationis confessum esse qui pupilli pecuniam in sua potestate habet, cessetque hoc casu ratio illa ob quã huiusmodi exceptionem inductam fuisse sup. animaduertimus: & ita hoc in casu limitandam esse regulam nostri text. pluribus relatis resoluit Costa in d.l.fi.ex cautione fallentia. 16.

33 Non obstat deinde septimum argum. ex d. l.fi.C.de apochis pub.lib.10.vbi & in d.l.in cõ tractibus.14.§.sed quoniam.C.de non nu. pecun.scriptum est aduersus publicarum functionum securitates, siue in solidum, siue ex parte solutæ esse conscribantur nullam non numeratæ pecuniæ exceptionem opponi posse, quoniam, etsi nonnulli hunc specialem casum esse in quo propter fisci fauorem exceptio hæc nõ admittitur, contendant id non esse sine ratione admissum, aio, tum quia rectè contendit Costa exceptionem hanc non nisi in mutui causa admitti, in d.l.fi.ex cautione fallentia. 2. ex num. 1. cum etiam, quia cum primis debeat fieri solutio quàm scribatur apocha siue securitas. l. omnes. in fi.C.de quad.præscr.l.placuit.4.C. de collat.fund.lib.11.& prius quàm soluenti detur conscribẽda sit, ideſt simul cum alijs in prototypo, seu registro scribenda. l.2.C.de discussoribus, lib.10. verosimile non est has duas scripturas fieri si pecunia primo nõ sit numerata, argumento.l.cum scimus.21.§.fin autem. C.de agrico.& censit.lib.11.

34 Non obstat octauum in quo ex aduerso cõtendebamus, quinimo nullam posse ex scriptura obligationem nasci. l. Publia. 26.§.fin. D.depositi, quoniam respondeo ex literis siue epistolis nunquam nasci obligationem, sed tantũmodo probationem, quãdo enunciatiue loquũtur, vt in d.§.fin, secus verò si dispositiue, l.fin. §.fin. D.de oblig.& action.cum pluribus alijs: vnde cum is, qui cõfitetur se recepisse, & se soluturum dispositiue loquatur, in nostro casu obligari, mirum non est. Quia tamen plures epistolarum sunt species, quibus an obligatio contrahatur & probetur, quotidie dubitatur, quas prosequi sigillatim nostrum institutum non patitur, aliquas remissiue prosequemur. Igitur an epistola contra scribentem fidem faciat si agnoscatur, videbis latè prosequentem Menoch. lib.1.de arbitrarijs. casu.94. per totũ. Mascardam, concl.626. tracta. de probat.& an epistolæ iudicis ordinarij, si sigillatæ appareãt faciãt fidẽ late disputat cõcl.627. & de epistolis credentialibus, an aliquid illarum virtute contra scribentem, & in eius præiudicium agi possit resoluit concl.628.& quanta sit fides adhibenda cõtra tertiũ epistolis Pontificis, Imperatoris, Regis, aut alterius Principis, cõclusi. 629. de epistolis vero mercatorum, siue literis cambij an probent, & obligent plena manu, concl.630.& iterum concl. 689.& in vtili quæstione, an socius, mercator, debitor, aut erimi-

nosus, qui nulla contradictione facta, literas ad se datas accipiunt, an scriptam obligationem contractum, siue debitum, aut delictum probasse præsumatur ad exornationẽ l. si filius fam. 16. D. ad Maced. plura eleganter Menoch. lib. 1. de arbit. casu. 21. & latius tractatu de præsump. lib. 3. præsump. 65. apud quos infinitas quæstiones in materia videre poteris.

35 Tandem non obstat nonum & vltimum argumentum, quia verissimum est, ex literis consensum nõ nasci, quamdiu numeratum nõ est. & inde hoc casu naturalem obligationem oriri non patitur bene fundata iurisprudẽtia, sed tantummodo ciuilem (fremant licèt nonnulli) vt supra ad rationem decidendi, ad primum & quintum argumentum resoluimus.

TITVLVS XXIII.

De obligationibus ex consensu.

1 *Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis, & nu. 6.*

2 *Consensus in omnibus cõtractibus est necessarius.*

3 *L. societatem. 4. D. pro socio, & nu. 10.*

4 *Scriptura non est necessaria in contractibus, qui consensu perficiuntur, & nu. 11.*

5 *Bona fides in omnibus contractibus necessaria. & num. 14.*

6 *Consensu cur hi contractus magis quam alij perficiantur.*

7 *Consensum solum in omnibus conuentionibus obligationem efficacem non inducere è republica fuit.*

9 *Pignoris obligatio nuda conuentione non contrahitur.*

12 *Consensus inter absentes quoque per nuncium, vel per epistolam est.*

13 *Pupillus quare sine tutoris authoritate in bonæ fidei etiam iudicijs non obligetur.*

1 SVCCEDIT post hæc explicatio vltimæ speciei obligationum, quæ ex contractu nascũtur, quæ eas obligationes respicit, quæ consensu fieri dicũtur, quas hic Iusti. enumerat, paulò post sigillatim latius explicans, sunt autem hæ emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum, quæ omnes solo consensu contrahuntur, vt idem Iustin. repetit. inf. in princ. tit. de empt.& vendit. de locat.& conduct. & antea. I.C. in l. consensu. 2. (vbi totidem ferè verbis extat noster tx.) D. de obl.& act. l.1. in fi. D. de cõtrah. emp.& vẽd. l.1. D. locati. l.1. D. mãdati.

Sed quo magis Iustin. sententia explicetur paucis agamus, & primo contra tex. ibi, *consensu fiunt obligationes in emptionibus.* &c. loquitur hic

hic Iust. annumeratiuè, non explicatiuè, vt nostri aiunt, quasi dicat, in his tantùmodo contractibus consensu obligationē fieri. † Constat tamen in omnibus negotijs eum desiderari, neq; absque cōsensu nasci obligationē posse. l. 1. §. cōuentionis, versi. *adeo*. D. de pactis. l. in quibuscunque. 48. D. de oblig. & act. cū vulgatis: ergo incongruè Iustinia. loquitur. Adde etiam si placet, solo etiam consensu pignoris obligationem contrahi. l. contrahitur. 4. versi. *sicut*, D. de pignorib. ergo non tantum in contractibus hic enumeratis.

3 Secundò contra tex. ibi, *societatibus*, obstat tex. in l. societatē. 4. D. pro socio. vbi societatē, re, verbis & cōsensu coiri probat Modestinus: ergo non tantum consensu.

4 Tertiò contra tex. ibi. *quia neque scriptura*, quatenus Imp. docet, ideo in his solo consensu contrahi obligationem, quia scriptura opus nō est, sic argumētor: Regulariter in omnibus pactis in quibus ex solo cōsensu obligatio oritur, l. in his. 5. §. Imperator. D. de solution. l. 1. §. adeo. D. de pactis. scriptura non requiritur. l. *pactum quod bona fide*. 17. ibi. *etsi scriptura nō existente*, C. de pactis. ergo & in pactis solo cōsensu contrahi obligationem dicemus.

Quartò cōtra nostrū tex. ibi, *neque præsentia omnimodo opus est*, sic argumentor: Cōsensus dictus est, quasi duorum simul sensus, quia simul cōtrahentes idē sentiant. l. in omnibus rebus. 55. D. de oblig. & act. l. 1. §. cōuentiones. D. de pac. ergo præsentia est omnino necessaria, aliter quo modo poterūt cōtrahentes simul sentire?

Quintò contra nostrum tex. ibi. *alter alteri obligatur in id quod alterū alteri ex bono & æquo præstare oportet*, sic argumentor: Si pupillus sine tutoris authoritate cōtraxerit, quamuis qui cū eo cōtrahit obligetur, ipse tamen non obligatur. tex. in prin. ver. *vnde in his causis*, sup. de aut. tut. ergo contra nostrum tex.

5 Sextò & vltimo contra versi. *Itē in his*. quo Iust. docet in his tantummodo cōtractibus bonam fidē requiri, sic argumētor: In omnibus cōtractibus, siue bonæ fidei sint, siue stricti iuris, bona fides desideratur. l. bonā fidē. 4. C. de obl. & act. l. 1. C. de rescin. vend. concessis actionibus, seu exceptionibus de dolo, l. & elegāter. 7 D. de dolo. l. dolo. 5. C. de inutilib. ergo nō est speciale, vt in his tantūmodo cōtractib⁹, bona fides desideretur, & ex bono & æquo agatur.

6 Quibus tamen difficultatibus non obstantibus sententia Iustin. defendenda est, & quāuis generaliter verum sit, in omnibus cōtractibus consensum esse necessariū. d. §. adeo, per antonomasiā tamē in his solo cōsensu obligationē cōtrahi dicimus, quia nō quemadmodū in alijs cōtractibus, vltro citroq; obligatorijs, præter cōsensum vel scriptura opus est, vt in literarū obligatione, ex tit. sup. proximo, vel cōtrahētium præsentia, & verbis solēni ordine prolatis, vt in verborum obligationibus. tex. in prin. & §. 1. sup. de verb. l. 1. in prin. D. eod. vel dari quicquā ad efficacis obligationis natiuitatē necesse est, vt in obligationibus, quæ re contrahūtur. vt sup. quib. mod. re cōtrah. oblig. & in placito permutationis. l. 3. C. de rerum permu. & in cōtractibus innominatis. d. l. 3. ita in istis obligandi modis præter consensum aliud requiritur. In his enim neq; verborū vlla proprietas, neq; scripturæ solēnitas, neq; partium præsentia, neq; dari quicquā necesse est, vt substant. ā capiat obligatio, sed sufficit eos qui negotia gerunt cōsentire. Quibus cōsequens est, vt inter absentes quoq; tales obligationes cōtrahātur, veluti per epistolā, per nuntium, vel procuratorē, d. l. in cōsensu. 2. l. 1. in fi. D. de cō tra. emp. itē vt mutus & surdus, qui per stipulationē acquirere, aut obligari nequeūt. §. mutū. l. de inutili. sti. possint tamē emere, & locare, & reliquas quę cōsensu cōstāt obligationes cōtrahere. l. in quibuscūq;. 48. D. de obli. & act. & in duces l. si stipuler. 35. §. fi. D. de verb. l. vbi nō voce. 124. D. de reg. iur. cōsensus ergo quāquā est de substātia omniū contractuū, per se tamē solus sine alio adminiculo nusquā parit, & obligationē & actionē nisi in his cōtractibus, inquibus solus sufficit. 7 † Sed quæri oportunè potest, cur hi cōtractus magis quā alij qui similiter bonæ fidei sunt, solo cōsensu perficiātur? Cui quæstioni nō satisfacit Iul. Paul. in d. l. 1. §. fi. in fi. qui nominatim de cōtractu emptionis agēs, dixit, iuris gentiū emptionē esse, & ideō solo cōsensu perfici. Cōstat enim ex eo iure ortas esse & plures alias cōuentiones. l. iuris gentium. 7. in princ. D. de pactis, & tamen non sō so consensu contrahuntur, sed rei interuentus adhuc est necessarius, vt vides ex tit. sup. quib. 8 mod. re contrah. ob. † Quare pluribus omissis opinionibus, vt quæstionem dissoluam obseruo, ius gentium hominum conuentionibus, quę solius conuentionis vi nituntur efficacē obligationem noluisse præstare, ne si quocūque dicto, aut promisso tenerentur homines, & ex quolibet consensu efficax oriretur obligatio, magnū omnium fortunis oriretur periculum, respublica maximis litibus perturbaretur, ac eius quies, trāquilitas & salus, quæ suprema lex esse debet, detrimentū pateretur: vnde eleganter est traditū ex nudo consensu obligationē non nasci, d. l. iuris gētium, §. sed cum nulla. D. de pactis, quod si conuentio nuda non esset, sed præter conuentionē aliqua iusta causa subesset, tūc quidē obligationem efficacē iusgentiū produxit, veluti in mutuo, quia dedi tibi pecuniam mutuam æquū fuit, vt tenereris mihi eam soluere, in deposito quia dedi tibi rē custodiendā, æquū fuit vt teneris mihi eam restituere, & sic de singulis, & similiter in contractibus innominatis, quia in illis præter conuentionem adest iusta causa, quia dedi, quia feci. Vnde fit in cōtractibus

emptionis,venditionis,locationis,conductionis,societatibus,& mandatis, quia præter conuentionem adest iusta causa publicæ vtilitatis ob horum contractuum maximam frequentiam,ideo solo consensu perficiuntur;cũ enim hæ conuentiones omnium sint frequentissimę & ad hominum cõmercium maximè necessariæ,si solo consensu non perficerentur,& post conuentionem licita esset pœnitentia, passim contrahentes fraudarentur.

9 Neque obstant iura, & rationes in contrarium adductæ. Nõ primum,sup. ex d.§.adeo, quoniam vt tam diximus, etsi generaliter in omnibus cõtractibus cõsensus sit necessarius, non tamen sufficiens ad efficacem obligationem producendam,nisi alia interueniant, quæ his in contractibus non desiderantur, sed solũ consensus sufficiens erit. Et quamuis de pignoris obligatione quæri soleat, an inter consensu existentes numeretur, sintque aientia iura in d.l.contrahitur. 4. D.de pignoribus .in l. 1. D.de pignorat.act.in l.in re hypothecæ.4.D. de fide instrum. ego tamen ea sic interpretor, vt dicendum sit pignoris obligationem, nuda conuentione à traditione rei pignoratæ contrahi posse, non tamen à præexistente causa, quæ suadeat ex illa conuentione obligationẽ nasci:veluti mutuasti mihi decem,donec ea tibi soluerentur conuenit inter nos, vt Stichus seruus meus, vel fundus Titianus, vel quid aliud tibi pignori esset, est ne eo casu vt obligatio contrahatur præter conuentionem necessaria traditio, aut scriptura, siue verborum solemnis formula?neutiquam, sed sola conuentio sufficiens est, nec tamen eo casu solo ipso consensu contrahi pignus,aut hypothecam dicemus,sed ob illam præexistentem causam.

10 Parum obstat secundum ex d.l. societatem. 4. D.pro socio,quia rectè Accur.hic verb. *societatibus*,& ibidem glos.1.respondet,eo quod Modestinus ibi scripserit societatem re,& verbis contrahi,non negari,quin & consensu contrahatur, sed illud est inter hæc discrimen, quia cum solus consensus ad coëundam societatem sufficiat, non tamẽ res,aut verba sine cõsensu,is enim est vbique omnino necessarius, neque aliquis contractus aliàs subsistet.

11 Minus obstat tertium argumentum, quoniam etsi verum sit,ex nudo pacto, etiam sine scriptura obligationem nasci,ea tamen obligatio inefficax est ad agendũ:plane Iust. in hoc, & superioribus, item & in his quæ sequuntur titulis,de obligat. ciuilibus loqui dubitari non potest,ex prin.& toto ti.sup.de oblig. quinimo & illud etiam meminisse iuuabit verbum, *obligatio*, regulariter de ciuili obligatione esse accipiendũ,vt rectè in eisdem terminis deduces ex d.l.iuris gentiũ.7.§. sed cum nulla.& §. igitur nuda.D.de pactis.

12 Non obstat quartum,quoniã etsi verũ sit,cõsensum nihil aliud esse,quã duorũ, pluriũve in idẽ placitum conuentionẽ,nam & quemadmodũ qui ex diuersis locis in vnũ colliguntur & veniunt,conuenire dicuntur, ita qui ex diuersis animi motibus in vnam sententiam decurrunt,non tamen semper inde fit, vt cõtrahentium præsentia sit necessaria,ad hoc vt eos consentire dicamus: possunt siquidem vel per epistolam, vel per nuntium voluntatem suam explicare,per inde enim est,ac si per semetipsos eã exprimerent,vt hic Iust.ostendit. l.C. d.l.2.D.de oblig.& act.d.l.1.§.fin.in fi. D.de contra.emp.l.si ego.24.D. de neg.gest.tx.vbi notat Bar.in l.ablenti.10.D.de donat. & in l. nec ambigi.6.C.eo,latè hic per Ioa.Fab.& Angel.n.3.qui disputãt,an & quãdo reuocatio nũtij sufficiat, vt consensus per eum expressus nullus sit.

13 Non obstat quintum arg.quoniã etsi fateamur,obligationes quæ solo cõsensu proficiscũtur,mutuas præstationes cõtinere,in eisq; alterũ alteri obligari in id quod alterũ alteri præstari oportet,idq; bona fides expostulet, eadẽ tamẽ & illud suadet ne pupillus possit sine tutoris authoritate obligari,quia nõ æquũ,sed iniquũ potius esset pupillũ cõsensu carentẽ libri co cõsilio teneri.Cessatergo ratio ob quã generaliter in bonæ fidei iudicijs mutuę obligationes proficiscũtur,de quo quia latè in pri.de autu.immorandũ nõ est,planè de bonæ fidei iudicijs commodius,inf.ad §.in bonæ fidei, & §.actionum,de actionib.disputabimus.

14 Non obstat textũ, ad cuius explicationẽ doceo,bonam fidẽ variè accipi,vti constat ex his qui de verbis iuris scripserunt,verb. *bona fides*. sed ea maxime bona fides appellatur,quæ à dolo & fraude abest,& malæ fidei opponitur, & hæc in omnibus contractibus etiam stricti iuris desideratur, d.l.bonã fidẽ,cũ alijs. Accipitur etiã bona fides pro eo quod ęquũ & bonũ est,& summam æquitatem desiderat, nõ quod malæ fidei contraria fit.l. 1.§.1.D.de act.emp. l.si tibi domũ.48.§.1. D. locati. l. bona fides. 31.D.depositi.& ideo quędã bonæ fidei actiones dicuntur in §.actionũ.inf.de actio.quod in eis libera potestas iudici concedatur æstimandi quantũ ex bono & æquo præstetur in §. in bonæ fidei,inf.de actio.l.quia tantumdẽ.7. D. de neg.gest.explicat Bud.in l.emptorẽ.12.D. de act.empt.sicq; intelligo tex.in l. eas obligationes.8.D.de capitis dimin.in stricti tamẽ iuris actionib9 id iudici nõ permittitur, sed omissum habetur pro omisso,& solũ veniũt ea quę à cõtrahẽtibus sunt expressa,l.1.§.1.l. triticũ. 94.l.quidquid astringẽdæ.99.D.de verb.obli. quæ ideo stricti iuris vocãtur,glos. d. §.actionũ.quã ibi sequũtur Faber,& Iaso,n.3.Panor. in cap.cũ venerabilis, n.2.de except.latè Couar.in reg.possess.2.p.§.6.nu. 4.& id est,quod Iustin,docet hìc in versi. *item in his*.

TIT V-

TITVLVS. XXIIII.

De emptione & venditione.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Emptionis, venditionisque appellationibus veteres promiscuè vtebantur.*
L. veteres. 19. D. de actio. empti.
3 Venditor *est qui rem tradens pretium consequitur.*
Emptor *qui pretium numerans rem accipit.*
4 Emptio, & Emptor, *vnde dicantur.*
5 *Emptionis verbum quamcunque alienationē comprobendi existimat communis.*
6 *Mancipi quæ res essent, remissiuè.*
7 *Alienatio olim non nisi per emancipationem, & imaginariam venditionem fiebat.*
8 *L. statu liberi. 29. §. Quintus Mutius. D. de statu liberis. & nu. 11.*
9 *Emptionis appellatio nullum olim contractum comprehendit, contra communem, & pinres leges explicatæ.*
12 *Sententia dominium tribuit.*
13 *Emptionis definitio variè traditur.*
14 *Emptionis communis definitio.*
15 *Emptio contractus est.*
16 *Emptio contractus iuris gentium.*
17 *Emptio sine pretio non est.*
18 *Pretium consistit in pecunia numerata.*
19 *Pecunia vtrum inuentum sit iuris ciuilis, an vero iuris gentium, & num. seq.*
21 *Ius gentium non ex temporis antiquitate, sed ex ratione à iure ciuili distinguitur.*
23 *Emptio contractus bonæ fidei, quare dicatur.*
24 *Emptio contractus vltro citroq; obligatorius.*
25 *Emptio vtriusque contrahentis circa rem & pretium, consensum exigit.*

1 QVIA inter cæteros contractus qui consensu fiunt, emptio, & venditio est facilè princeps, ac præcipuè humanæ societati necessaria, ideò de illis dicturus, ab ea tractationem auspicatur Iustinia. de cuius origine & necessitate, quia eleganter hic Baldui. & Minsynger. agunt & ante eos I. C. in l. 1. D. de contrah. empt. & paulò inferius referendi, ad huius Rubricæ explicationem emptionis, & venditionis significationem, item & definitionem, tantummodo subijciemus, alia quæ hic disputari poterant, infra commodius enarrantes.

2 Quamuis ergo veteres promiscuè in emptione venditioneq; appellationibus vterentur, teste Caio in l. veteres. 19. D. de actio. empt. & inde non pauci sint loci, in quibus alter pro altero ponitur, emptorque appellatur, qui venditor est & é contra, vt in l. & eleganter. 7. vbi notat glos. verb. *ex empto.* D. de dolo, l. sed hoc. 26. D. de euictio. l. qui fundum. 7. §. qui bona fide. D. de vsucap. pro empt. l. ex conuentione. 11. C. de pactis. l. vnica, vers. *nec tamen*, C. si seruus extero se emi mand. quæ est vera interpretatio d. l. veteres, comprobata. l. idem est. 20. illotit, D. de act. empti. & authoritate glossæ ibidem, quam sequuntur Alcia. lib. . parergo. ca. 15. Con. lib. 7. cap. 6. num. 2. Pinel. in l. 2. 1. par. cap. 2. nu. 3. C. de rescind. ven. Mudæus in rub. D. de contrah. emp. nu. 8. quidquid velint idē Alcia. vbi sup. cap. 22. lib. 3. Cuia. lib. 9. obseruat. cap. 15. † Satis tamen constat alium emptorem esse, alium venditorem, vt expressè Iulius Paulus docuit in l. 1. ad fin. D. hoc tit. emptor enim est qui pretium dando rem ab alio accipit, venditor qui rem tradendo pecuniam
4 consequitur, † id quod vel vi verbi ostenditur, cum *emptor*, & *emptio*, à ver. *emo*. descendāt, verbum autē *emo*, à Græco verbo, *emon*, tractū sit, quod meū facere significat: vnde, *emere*, acquirere sibi, & comparare, vti ex bonis authoribus obseruant Brisson. Berruci. Hotoman. & Praterus de verbis iuris, ver. *emptio.*

Ex qua tam lata huius verbi significatione,
5 *emptionis*, verbo quamcunq; alienationem comprehendi plures sunt arbitrati, inter quos Accur. verb. *fernari*, in l. .. & ibidem Cynus. C. de vsucap. pro empt. idem Accur. in l. sicut. 8. §. venditionis. ver. *generaliter*, D. quibus modis pig. vel hypot. soluit. sequuntur plures relati per Pet. Dueñas reg. 239. Tiraq. de vtroque retractu. tit. 1. glos. 2. in princ. Pinelum in dict. l. 2. C. de rescindend. vend. 2. part. cap. 1. nu. 10. Fabianum de Monte, tracta. de emptione, & venditione. quæst. 2. num. 2. Fornerium, in l. alienatum. 67. D. de verborum significatione, Rober. lib. 1. animaduersionum, cap. 8. Anton. Burgensem in Rubrica extra eodem, quæstio. 19. Cuius tam latæ significationis eam fuisse rationem testatur Alciat. dict. lib. 3. cap. 22. Conna. lib. 7. cap. 6. num. 1. Rebuff. in l. alienationis. 28. D. de verb. signifi. quod olim om
6 nes res quæ mancipi erant, † quæ autem hæ essent post Vlpianum in fragmentis. titul. 19. explicant Budęus in prioribus adnotationibus ad Pandectas ad l. 2. ver. *vindicias*. D. de origine iuris, Renard. lib. 1. variorum, cap. 5. & ad leges
7 duodecim tabul. cap. 16. † perfectè alienari non poterant, nisi per emancipationem, ideſt imaginariam venditionem, traderētur, teste Vlpia. dict. titu. 19. quæ ita fiebat, quando quis in aliquem rem aliquam transferre volebat, in ea re non minus quinque testes ciues Romani, ac puberes adhibebantur: præterea, alius eiusdem conditionis, qui libram æneam tenebat, & sic appellabatur libri pens, is qui rem comparabat æs manu tenens ita dicebat, *hunc ego hominem, vel rem, meum esse*

aio, hoc ære, æneaque libra, iure Quiritum. deinde ære percutiebat libram, illudque loco pretij dabat ei à quo rem ipsam accipiebat : ita referunt Budęus vbi sup. Vaconius declaratione 16.n.9. Anto. Augustl.lib. singulari de legibus ad leges. 12. Tab. l. 27. quoniam igitur omnes alienationes fiebant interueniente imaginaria illa venditione, vt in exemplis. l. iubemus C. de emancip. liber. §. præterea, su. quibus modis ius patriæ potest. soluit. tx. in prin. sup. de testam. & ad Topica Cicer. post Boëtium refert Petrus Velleus de Gueuara. §. 8. n. 3. Con. & alij sup. Reuardus lib. 2. var. cap. 1. Viglius in §. accessit, sup. de testam. inductum fuisse videtur, vt emptionis verb. quæcumq; alienatio cõprehenderetur. † Pro qua sententia vi
8 dentur expressa iura in l. statu lib. 29. §. Quintus Mutius, ibi. *Quoniam lex duodecim tabularũ emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur*, D. de statu liberis, l. sicut. 8. §. venditionis & §. sed si permiserit. D. quibus modis pig. vel hypo. sol. l. sed & quod ad eas. 9. §. ꝙ emptionem, D. de pignoribus, l. 1. §. eam rem. D. quæ res pig. oblig. poss. l. fi. C. de rebus alien. non alien. tx. in cap. 1. de contentione inter dominum & emptorem in vsibus feudorum.

9 Contraria tamen sententia longè verior est, quinimo emptionis verbo solum ipsum venditionis contractum, & non alium comprehendi, quam contra sup. relatos magis probant Pinellus, vbi sup. Caldas. in l. si curatorem, verb. *venundedisti*, ex n. 1. C. d in integr. rest. minor. Parlador. lib. 1. rerum quotid. c. 3. n. 22. Sarmiento. lib. 3. Selectarum cap. 2. nu. 13. Rebuf. in l. alienationis 28. pag. 225. D. de verb. significe. Lafarte de decima vendit. cap. 1. nu. 37. Iac. Cuia. sub nomine Antonij Mercatoris libr. 1. notatorum. c. 18. Pro quibus extat tex. in l. 1. D. h. ti. vbi aliud est emptio, aliud permutatio, quamuis permutatio similima sit emptioni, ex l. 1. D. de rerum permutatione, tx. in l. iuris gentium. 7. D. de pactis. l. si pupillorum. 7. §. si prætor. D. de reb. eorum. l. fi. C. de prædijs curialium. lib. 11. l. insulam sexta, D. de præscriptis. verb. l. fi. C. de pactis inter emptor. cap. 1. de his quæ fiunt à prælato sine consensu Capituli, & c. fi. de accusation. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2.

10 Neque tunc obstant quæ in contrarium adduximus, quia varijs omissis interpretationib. quas ad ea iura referunt iam citati, & mox referendi, obseruandum est, emptionis verbo, generaliter quancumque alienationem cõtineri, si eadem subsit ratio in cæteris alienationibus, tunc enim etsi ex vi, & proprietate sermonis emptio omnem alienationem non comprehẽdat, vt iam diximus, Iureconsulti tamen interpretati sunt ex mente, vt quod in venditione dicitur habeat locum in qualibet alienatione, in qua eadem sit ratio, ex decisione. l. illud. 32. D. ad legem Aquil. l. à Titio. 108. D. de verborum obligation. quæ sane doctrina rectissimè cõuenit legibus pro prima opinione adductis, vt patet in d. l. sicut. 8. §. venditionis, loquitur enim ibi Iurisconsult. de creditore consentiente debitori, vt pignus vendat, vt constat ex. §. si voluntate illius legis, quo casu si vẽditor aliter alienet, continetur venditionis verbo illa alienatio, quia eodem damno afficeretur creditor, si debitor pignus vendidisset, & sic eadem est ratio, venditionis & alterius cuiuscumq; alienationis.

Qualiter autem hæc doctrina quadret d. §.
11 Quintus Mutius, non satis constat, sed omissis pluribus interpretationibus, quas scripserunt Pinelus in l. 2. 1. p. cap. 1. num. 11. C. de rescindenda vendit. Molineus in consuetudinibus Parisiensib. 2. p. tit. 8. 55. gloss. 1. in principio, Oroscius in d. l. iuris gentium. 7. in princi. Sarmiento lib. 3. Selectarum, cap. 2. nu. 13. & lib. 6. ca. 7. Rebuffus vbi sup. Ialo in d. l. Iurisgentium, in princip. Cuiacius lib. 2. obserua. capi. 7. Alciat. lib. 3. Parer. cap. 22. & lib. 5. cap. 5. Mudęus, tractatu de pignoribus, titul. quæ res obligentur, num. 6. Ioann. Matienço in dialogo relatoris. 3. p. cap. 27. cum sequenti, Ioann. Gratian. regula, 482. per totam, noto lege antiqua duodecim tabul. cautum fuisse, vt si seru' in domini testamento liber esse iussus sit, si heredi aliquid dedisset, eisque ab herede alteri vẽderetur, emptori id quod dare iussus est seruus dando liber fiat, vt Vlpianus tradit in fragmentis. titul. 2. versi. *sub hac conditione*. quam legem interpretatur Iurisconsult. in l. statu libera. 6. ver. *statu liber*, & versi. *si quis non dare*. l. ita libe. 8. D. de statu liberis. Quæstio igitur in dict. §. Quintus Mutius, talis proposita fuit, an statu liber (is est cui in diem, vel sub conditione libertas relicta est), qui vt consequatur libertatem aliquid heredi dare iussus est; dando ei qui iniustè heres declaratus est ab intestato, liber fiat? & liberum eum fieri Iurisconsul. respondet, quia emptionis verbo omnis alienatio, in l. duodecim tab. continetur. † Constat autem per
12 sententiam dominium acquiri. §. fi. inf. de officio iudicis, l. nepoti. 6. D. de fundo instructo. l. 3. §. item quæritur, D. de reb. eorum. l. 3. in fin. D. de Publiciana, & ita interpretatur I. C. legem illam duodecim tab. quæ dando emptori statu liberum ad libertatem peruenire volebat, obtinere in quacumq; alienationis specie, quia eadem ratio in quacumq; alienatione sub est, quoniam dict. lex inducta videtur, ne in potestate heredis sit seruum libertate fraudare eum alij vendendo : quæ interpretatio ad dict. §. Quintus Mutius probatur ex dict. leg. statu libera, versic. *statu liber*, & versic. *solum*, & ex l. si is cui. l. seruus si hered. D. eo l. 4. §. si sub conditione, ver. *& magis*. D. de fideicommis. libe. vbi subodoratus est Accursi. verbo

verbo, *emptionis*, Cuiac. Oroscius, & Sarmiento vbi sup. Ex quibus omnibus iam constat nõ tam latè patere verbum, *emptionis*, quam hactenus creditum sit, sed tantummodo comprehendere hunc contractum vltro citroq; obligatorium, de quo Iusti. in hoc titu.

Iuxta veram autem emptionis definitionem 13 etsi non satis conueniant interpretes vt cõstat ex traditis à Petro Greg. 3. par. Syntagmatũ. lib. 25. cap. 2. Medicis, lib. de definitionib. 2. p. cap. 48. Dida. Perez in l. 1. titu. 7. glos. 1. lib. 5. ordin. Soto li. 6. de iust. & iure. q. 2. ar. 1. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vend. 1. p. c. 3. nu. 28. Lassarte de decima venditionis, cap. 1. ex nu. 1. mihi tamen semper placuit, quæ ex Accur. deducitur in l. pacta conuenta. 72. verb. *ex pretio*. D. de cõtrahen. emptione, quæ ex proxime relatis cõmunis est, & Fabiano de Monte in tractatu 22 emptionis, quæst. 1. comprobaturque Regia l. 1. titu. 5. par. 5. † *Vt emptio sit contractus iuris* 14 *gentium bonæfidei vltro citroque obligatorius quæ consensu, re, & pretio perficitur*: hæc enim definitio constat genere, & differentijs, conuertiturque cum suo definito, iuxta regulas in omni definitione obseruandas, vt latè scripsimus in d. 15 putatione de mora, ex nu. 24. † Dicitur *contractus*, loco generis, quia sunt plures alij etiam contractus, & conuentiones, inter quos præcipuus emptionis, & vendit. l. 1. §. adeo. §. fin. l. iuris gentium. 7. D. de pactis, l. si quis, emptionis. C. de præscriptione. 30. vel. 40. ann. l. si donationis, C. de his quæ vi. l. 1. ad fi. l. 2. l. 9. D. de contrah. emp. l. 2. l. in quibuscunque. 47. D. de oblig. & act. l. emptionem. 2. C. hoc tit. tex. in princ. sup. de oblig. ex consensu, l. 1. l. 8. tit. 5. p. 16 5. Additur, *iuris gentiũ*, † quia verius est hunc emptionis cõtractum iuris gentium totũ esse, non iuris ciuilis, l. ex hoc iure. 4. D. de iust. & iure, l. 1. §. fin. D. hoc tit. l. 1. D. locati, & vbiq; Bart. & communis. §. ius autem gentium. sup. 17 de iure naturali. † Quod si obijcias emptionem sine pretio celebrari nõ posse, l. 2. §. fi. D. hoc tit. l. empti fides. 9. C. eod. cum alijs referẽ 18 dis in §. pretiũ. inf. eod. † pretiumq; in pecunia numerata intercedere debere. §. item pretium. inf. eod. l. 1. versi. *sed an sine numis*. D. hoc 19 tit. † constet autem pecuniam multis post seculis cudi cœptam fuisse ex d. l. 1. in princ. obseruat Plinius lib. 33. nat. hist. cap. 3. Alex. ab Alex. lib. 4. dierũ genial. cap. 15. Couar. tracta. de veterum numismat. potest. in princ. Virgilius Polydorus lib. 2. de inuentorib. rerum. ca. 2. eamque inuentionem iuris ciuilis esse probat. l. 1. C. de veteris numismat. potest. lib. 11. & in l. fin. C. de falsa moneta, vnde videbatur 20 emptionem quoque iuris ciuilis esse. † Omissis pluribus, quæ ad huius difficultatis explicationem traduntur à Bar. Iaso. & repetentibus in d. l. ex iure, & in d. l. 1. negandum est, pecuniam numeratam inuentum esse iuris ciuilis, iuris gentium enim esse probat tex. in §. vendit, sup. de rerum diuisio. & argenteos numos solutos fuisse ab Abraham constat ex cap. 23. 21 Geneseos. † Neque obstat, quod multis post seculis pecunia inuenta sit, quia ius gentiũ non ex temporis antiquitate distinguitur à iure ciuili, sed ex ratione, quia si quod hodie dictante ratione naturali inducatur, & apud omnes gentes obseruetur iuris gentium erit, l. omnes populi. 8. in fin. & l. 1. §. ius autem gentium. D. de iust. & iure, d. §. ius autem gentium, sup. de iure naturali. l. 1. D. de acquir. rerum dom. docent eleganter Pinelus in rubr. C. de rescindenda vẽditio. 1. par. cap. 1. nu. 7. Mendoça, lib. 3. disput. cap. 1. nu. 11. & nu. 26. vnde cum pecuniæ nouiter inuentæ omnes gentes vna & eadem ratione cõsenserint, optime dicitur iuris gẽtiũ esse.

Ponitur autem hoc verbum, vt & alia quę sequuntur, loco differentiæ, vt alios contractus excludat, qui non iuris gentium, sed iuris ciuilis sunt, vt patet ex d. l. ex hoc iure, ver. fi. vbi notat glos. Bart. & communis. tex. in d. §. ius autem gentium. vbi Doctores.

Rursus diximus, *bonæ fidei*, esse, quia hic con 23 tractus bonæ fidei est, l. res bona fide. 54. D. h. tit. l. 1. §. venditor. l. ex empto. 11. D. de actio. emp. l. 1. C. si maior factus, §. actionum. inf. de actionib. quibus omnibus probatur emptionis contractum bonæ fidei esse, vt & in l. si dolo, C. de rescin. venditione. ad differẽtiam aliorũ, qui non bonæ fidei, sed stricti iuris sunt, vt mutuum, stipulatio, & cæteri in d. §. actionum præmissi. Item etiam dicitur bonæ fidei, quia Prætor cum iudicẽ dabat qui de causa emptionis cognosceret, iuxta l. 2. C. de pedaneis iudicibus. l. à Diuo Pio. D. de re iudicata, in formula commissionis apponebat ea verba, *ex fide bona*, quibus videbatur iudici permissũ ex æquo, & bono, quantum dandum esset arbitrari. §. in bonæ fidei. inf. de actionib. quod secus erat in cæteris cõtractib. stricti iuris, vt diximus sup. ad titul. de obliga. ex consensu, ad sextum arg.

Deinde dicitur, *vltro citroq; obligatorius*, quia 24 hic contractus vtrumque contrahentem obligat, emptorem ad soluendum venditori pretium, venditorem ad tradendum emptori rem ipsam vẽditam, l. ex empto. 11. D. de act. emp. l. 2. D. de oblig. & act. ix. in princ. sup. de authoritate tutorum. & tex. d. princ. sup. de obligat. ex consensu, & sic ad differentiam illorum contractuum, qui vna tantum ex parte producũt obligationem, vt mutuum & similes. Neq; obstat l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verb. signific. vbi probari videtur, omnem contractum hinc inde obligationem producere, alia enim est sententia l. C. ibi, quam interpretes hactenus existimarunt, vt dicemus ad princ. huius tit. ad rationem decidendi.

Præterea dicitur in definitione, *qui con* 25 *sensu*, quia hic contractus vtriusque partis cuir

ca rem & pretium exigit consensum, l. in venditionibus. 9. D. hoc titul. l. 2. C. eodem. & eo intercueniente perfecta dicitur citra vllam rei, vel pretij traditionem, vt latè dicemus in princip. inf. hoc titul. & sic similiter hoc verbum ponitur loco differentiæ, vt excludantur alij contractus, qui licet exigant consensum, quia sine consensu contractus dici non potest, l. 1. §. adeo, D. de pactis, tamen non solo cõsensu perficiuntur, sed re, vel verbis, aut literis, vt per tit. sup. quibus modis re contrahitur obligat. titul. de verb. obligat. titul. de literarum obligationibus.

26 Tandem dicitur, *re & pretio.* non quod interuentus rei & pretij ad contractus perfectionem sit necessarius, sed quia de eis inter partes conueniri debet, vt latius dicemus in principio inf. hoc. tit.

Principium tituli.

1 *Emptio & venditio contrahitur simul atque de re & pretio conuenerit, etsi nec res tradita, nec pretium numeratum, nec scriptura facta, nec cura data sit.*

2 *Emptio sine re quæ veneat non consistit, & numero 13.*

3 *L. quid tamen. 14. D. hoc titul. & num. 14. & seq.*

4 *Traditio dominium transfert.*

5 *Pretij numeratio vt dominium venditæ rei trãsferatur requiritur.*

6 *L. 1. §. fin. D. de contrab. emptione, & eius lectio restituta.*

7 *Emptionis contractus, qua ratione solo consensu perficiatur.*

8 *L. Labeo 19. §. contractum. D. de verborum significatione.*

9 *Contractus est, etsi ex vna tantum parte obligatio nascatur.*

10 *Consensus purus, non sub conditione præsens nõ in futurum, vt emptionis contractus statim perfectus sit.*

11 *Promissio de contrahendo non est contractus.*

12 *L. 1. D. de pignor. actione.*

14 *Consensus in corpore rei venditæ sufficiens est vt emptio & venditio teneat. l. in venditionibus 9. D. de contrab. emptione.*

15 *L. cum ab eo 41. §. mensam, D. de contrahenda emptione, & n. seq.*

16 *Error in corpore vitiat contractum emptionis & venditionis.*

17 *Dignius trahit ad se minus dignum.*

18 *Aqua Coryfulca aurum ab ære, & à quocunq; alio metallo separat.*

19 *Contractum perfici aliud est, aliud contractum impleri.*

20 *Emptionis contractus multis modis & quibusdam veluti gradibus perficitur.*

21 *Emptio perficitur simulatque de pretio conuenitur.*

22 *Periculum ad emptorem pertinet, quando quod pure venit apparet, quid, quale, quantumque sit.*

23 *Actiones ex empto & vẽdito quando oriãtur.*

24 *Dominium in contractu emptionis non transfertur donec pretium sit numeratum, aut aliàs satisfactum.*

25 *L. quoties. C. de rei vendicatione.*

26 *Gabella Regia Hispana à die conuentionis debetur, l. 1. tit. 17. libr. 9. nonæ Collectionis Regiæ.*

27 *Tempus retractus currit ex die conuentionis, l. 13. titul. decimo, libro tertio Fori, lege sexta titulo 7. lib. 5. ordin. l. 70. Taur. l. 9. titul. 11. lib. 5. recop.*

28 *Scriptura quando vt fieret inter partes conuentum est, ante eius perfectionem, contractus non perficitur.*

29 *Scriptura ad probationem magis quam ad obligationem fit.*

30 *L. 2. §. fin. D. de contrahenda emptione, & numero 34.*

31 *Scriptura multis in casibus ad actus valorem requiritur.*

32 *Scriptura requiritur in emptione, & venditione, quando ita expresse inter partes conuentum est.*

35 *Scriptura vt fieret, quãdo in contractu emptionis conuentum est, ante eius confectionẽ possunt partes ab emptione discedere.*

36 *L. 1. tit. 16. li. 5. recopilationis.*

37 *Ab emptione sine scriptis celebrata resilire alterò inuito, alij non licet, recte tamen mutuo consensu si res integra sit.*

38 *Gabella soluenda est contractu celebrato, etsi contrahentes postea ab eo discedant.*

39 *Emptione celebrata, si res integra non sit discedere contrahentes non possunt, sed actus priori similis requirit.*

40 *Emptione omnino perfecta rei traditione & pretij numeratione. si discedere velint contrahentes nouus alius contractus celebrandus est. Ex quo alia gabella solui debet.*

41 *Arra quid significet, & sit.*

42 *Arra si in pecunia numerata data sit, pars pretij est; aliud si detur in specie aliqua: primo casu res desinit esse integra: secundo non ita.*

43 *Emptione in scriptis celebrata, si arra data sit, resilire non licet: si emptor discedat arras perdit: si venditor duplum.*

44 *Arris datis, si contrahens vnus discedat, vtrũ contractui stare compelli possit communis non posse.*

45 *Contraria opinio verior.*

PRO exactiori huius tx. explicatione obserua, Iustinianum hic tres generales cõclusiones siue principia in hac emptionis

nis & venditionis tractatione docere, in princip. in versi. *In his*, & in versi. *ita tamē*, quas suo ordine explicabimus.

Primum iuris principium est, contractum emptionis & venditionis perfici simul atq; de pretio conuenerit, etiam si neque res tradita, neque pretium numeratum, neq; scriptura facta, neq; arrha data sit, idem in l. 1. §. fin. inl. 2. in l. in venditionibus. 9. D. hoc tit. l. 2. l. empti fides. 9. l. non idcirco. 12. C. eod. l. 1. D. locati, l. 2. l. in quibuscunque. 47. D. de oblig. & actio. in princ. sup. titu. proximo, l. 1. l. 6. tit. 5. par. 5. explicant relati in rubrica sup. hoc tit. Anton. Gom. 2. tom. cap. 2. ex nu. 1. Albornoz de arte contractuum titu. 9.

Sed pro dubitandi ratione primò sic argumētor: Vt ex definitione constat, in hoc contractu rē interuenire necesse est & sine re quæ veneat emptionem non consistere docet tex. in l. neque emptio. 8. l. etsi consensum. 15. l. do mum. 57. D. hoc tit. l. 20. tit. 1 1. par. 5. ergo res etiam in hoc contractu desideratur, aut saltem quod de ea conuentum sit, quod tamen hic Iustin. omisit, pretij tantum mentionem faciens.

Secundò sic argumētor: Etiam sine consensu contractus emptionis consistit, ergo male Iustin. solo consensu perfici cōtractum docet, Antecedens probatur sic, errantis neque volūtas neque consensus est, l. si per errorē. 15. D. de iurisd. omn. iudicū. l. 2. D. de iudicijs, l. in omnibus. 54. & 56. D. de oblig. & actionib. l. 20. 21. tit. 5. part. 5. Sed si circa materiam rei emptæ erratum sit à contrahentibus, contractus valet, l. quid tamen. 14. D. hoc titul. non solo consensu perficitur, cum etiam sine eo valeat.

Tertiò sic argumentor. Si res vendita emptori tradita non sit perfectus non est contractus emptionis quia ante traditionem non trā sit dominium in ementem, l. si quis alienā. 46. D. de act. empti. l. si traditio. 4. l. si pater. 8. C. eod. l. qui tibi hereditatem. 6. C. de hered. vel act. vend. §. cum autem. versi. *Vtique tamen*. inf. hoc titu. ergo requiritur rei traditio.

Quartò contra tex. ibi: *neque pretium numeratum sit*, sic argumentor: Si ex parte emptoris pretij numeratio non sit subsequuta etiam traditione interueniente emptor nō efficitur rei emptæ & sibi traditæ dominus. §. venditæ sup. de rerum diuisione, l. quod vendidi. 19. D. hoc tit. l. procuratoris. 5. §. plane. D. de tribut. ergo male Iustin. docet ante pretij numerationem perfici contractum.

Sed his non obstantibus defendendum est, emptionem & venditionem cōtrahi simul atque de pretio conuenerit, cuius principij rationem eam assignat Iulius Paulus lib. 33. ad edictum in l. 1. §. fin. D. hoc tit. quod cum emptio sit contractus iuris gentium, dict. l. ex hoc iure D. de iust. & iur. §. ius autē gentiū. sup. de iure naturali. solum id quod iuris gentium est, consensum exigere ad perfectionem potest, quæ tamen l. C. ratio salua eius pace, insufficiēs est, si quidem depositum, commodatum, permutatio, & plures alij contractus iuris gentiū sunt, d. l. ex hoc iure, l. iuris gentium. 7. in prin. D. de pactis, & nihilo magis consensu perficiūtur, sed rei exigunt interuentum & traditionē nec antea obligationem vllam producunt, vt per totum titulum, quibus modis re contrahitur obligatio. l. obligamur. §2. D. de obliga. & acti. l. 1. §. item emptio. D. de rerum permutatione, l. ex placito. C. eod. & inde vane eam l. C. rationem excusare conantur Mudæus in l. 2. in princ. D. hoc tit. Hotoma. hic enunciatione 1. Cōna. lib. 7. cap. 6. nu. 2. Lassarte de decima venditionis cap. 1. n. 8. & nu. 15. Antea quā tamen hinc abeamus quæ fuerit l. C. mens, in d. §. fi. hactenus ab interpretibus male accepta interpretemur oportet. Duo igitur iuris principia proposuit ibidē, alterum emptionē esse iuris gentium, alterum consensu peragi, ex quo infert, ideo inter absentes cōtrahi posse, & per nuntium, & per epistolam: vnde existimo litera siue contextum illius ver. præposterè excussum esse, habet enim (*est autem emptio iuris gentium, & ideo consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuntium & per literas,*) sed congruentius sic legatur, (*est autem emptio iuris gentium, & consensu peragitur, & ideo inter absentes, &c.*) Et tūc rectissima illatio est, ideo inter absentes & per nuntium contrahi, quia consensu peragitur, vt constat ex princ. sup. de obligatione ex consensu, l. 2. D. de oblig. & action. à qua interpretatione non multum discrepat Lassarte, d. num. 15.

Omissa igitur ea l. C. ratione, & pluribus alijs quæ frequenter ab interpretibus traduntur eā huius rei ego esse arbitror, (quæ & in cæteris etiam contractibus qui solo contrahuntur consensu erit admittenda & addenda his quæ sup. in princ. de obligationibus ex consensu diximus) quod quamuis iure ciuili ex solo consensu efficax non oriatur obligatio cum nulla causa subest, l. iuris gentium. 7. §. sed cum nulla. D. de pactis. vbi iusta causa subest ciuilem obligationem subnasci exigit, iuris gentium, ciuilis etiam atque polytica ratio. dict. §. sed cum nulla, à sensu contrario, l. 2. §. circa. D. de doli exceptione cum alijs, & inde in contractibus vltrò citroque obligatorijs solo consensu obligatio contrahitur, hic & in titul. supra de obligationibus ex consensu, quia statim simul atque conueniunt partes iusta causa obligationis subest, alter enim obligatur quia alius obligatus est, & hic quia ille similiter obligatus est, atque sic illius obligatio iusta causa est, vt hic obligetur, huius autem obligatio, vt ille teneatur: quæ sanè ratio in his contractibus qui vltrò citroque obligatio-

gationem inducunt considerari potest, non in illis in quibus ex vna tantũ parte nascitur obligatio, vt in deposito, commodato, & similibus, vnde in illis solo consensu nascitur obligatio, quanquam bonæ fidei sint, sed necessarius est etiam rei interuentus, vt sæpe diximus ex tit. sup. quibus modis re contrahitur obligatio.

8 Neque hanc sententiam tenendo te turbet tex. in l. Labeo 19. §. contractum D. de verbor. signifi. vbi hactenus creditum est, ex Labeone, Vlpianum contractum definire, vt contractus sit vltro citroque obligatio, in qua etiam existimatione residet Dominicus Banes libro singulari de iure & iustitia quæstio. 77. articulo 1. in princ. † quoniam verissimum quidem est, eas etiam conuentiones quæ ex vna tantũ parte obligationem producunt vt mutuum, cõmodatum, precarium & similes, contractus quidẽ esse & dici, vt in l. certi condictio 9. §. quoniam l. ciuitas 27. D. si certum petatur, l. vnica C. vt actione ab hereditate, l. iubemus nulli. 14. §. verum. C. de sacrosanct. Eccles. l. si donationis 7. C. de his quæ vi, l. si quis emptionis 8. C. de præscriptio. 30. vel 40. ann. l. contractus 16. C. de fide instrumentorum, §. fin. sup. de obligationibus. Neque contrarium probat text. in dict. §. contractum, quia omissis pluribus interpretationibus, quas congerunt Baldus Nouellus num. 20. Galiaula num. 64. & alij in rubrica D. de verborum oblig. Bellonus lib. 2. supput. cap. 2. Riminaldus in rubrica supra de donationibus, nume. 66. Alfanus collectanea 951. Charondas libro 2. verosimil. cap. 7. vti rectissime illum text. interpretati sunt Thobias Nonius in §. fin. num. 7. sup. de obligationibus, Vaconius declaratione 36. num. 6. Ferdinandus Mendoça lib. 1. disputat. iuris ciuilis, cap. 4. num. 33. & lib. 3. cap. 2. num. 2. quem & cæteros potuit videre Lassarte de decima venditionis cap. 1. num. 1. I. C. Vlpianus ibi, non definit contractum, sed ex eodem Labeone libro. 1. Prætoris vrbani, significationem horum verborum agere, gerere, contrahere explicat, dicens, quod agi dicitur illud, quia generale verbum est, quod siue verbis siue re fit, vt in stipulatione & mutuo: Contrahi dicitur obligatio vltro citroque procedens, quia contrahere significat hinc inde mutuo & vicissim trahere, & in vnum colligere, seu congregare, eiusmodi autem obligatio est quæ procedit ex venditione, locatione, & similibus conuentionibus quæ solo consensu obligationem producunt. Geri dicitur quod re tantum non verbis fit. Vnde constat verbum, *Contractum*, in dict. l. Labeo esse participium verbi *contraho*, quemadmodum *gestum*, & *actum*, verborum *gero*, & *ago*: quod participium, *contractum*, etsi stricte sumptum mutuam & reciprocam obligationem dumtaxat significet, non tamen negat Iurisconsultus verbale nomen contractus ad omnem actum & conuentionem, ex qua siue simplex, siue reciproca obligatio proficiscatur propriissimè adaptari, quia de hoc verbali nomine nulla erat dubitatio, neque disputatio, aliàs enim expresse assereret Iurisconsultus contractum non esse mutuũ, commodatum, depositum & similes conuentiones, quod tamen dicet nemo, si modò sapiat, propter dict. l. ex hoc iure, d. l. iuris gẽtiũ cum alijs sup. relatis.

10 Constat igitur ex his vera ratio cur emptio & venditio, & tres aliæ conuentiones relatæ sup. in principio tit. superioris, solo consensu perficiantur, quæ tamen generalis definitio nõ est indistinctè admittenda, sed ita demum si pure fiat conuentio, nam si sub conditione partes conueniant (quod fieri potest, §. emptio, vbi dicemus, infra eod.) donec existat conditio emptio non est, illa existente retro & à tempore quo conuentum fuit, fingitur valuisse, l. necessario 8. D. de per. & com. rei venditæ. Præsens etiam debet esse consensus non in futurum collatus, vt emptio perfecta dicatur; neque enim perfectus erit contractus, si mihi venditurum seruum meum decem nummis promisero, tuque conuenias, quia licet hoc casu adsit consensus, est tamẽ talis qualem verba demonstrant, scilicet in venditionem futuram,

11 sed non adest consensus, vt nunc facta sit, † tũ etiam quia promissio de contrahendo non est contractus qui promittitur, vt notat Bart. in l. singularia D. si cert. petat. & in l. si pupillus D. ad leg. Falcid. facit tx. in l. qui pecuniã 30. D. si cert. petat. l. si pœnam. 68. l. si quis stipulatus 112. §. 1. D. de verb obl. l. si heres 5. D. de act. empt. l. si fideiussor. 5 2. §. meminisse D. de leg. 1. prosequitur elegãter Mudæus in l. 2. ex n. 2.

12 D. de contrah. empt. † neque contrariũ probat tx. in l. 1. D. de pign. actione, vbi verbum futuri temporis non suspendit pignoris obligationem; quia etsi verbum illud *daturus*; de quo in eo tx. contrahentis sit, notat solùm futuram traditionem rei, non verò conuentionem fuisse de præsenti, quod necessarium est, vti rectè Fulgosius ibi n. 3. interpretatur.

13 Quibus sic cõstitutis nõ obstãt quæ in cõtrariũ adduximus, non primũ ex d. l. neq; emptio cũ similibus, quia fatemur sine re quę veneat venditionẽ perfici nõ posse, eius tamẽ præsentia, sicuti neq; pretij, non est necessaria, sed sola conuentio: neq; ideo incuriæ arguas Iustinianũ, quod non dixerit hîc emptionẽ perfici, simul atq; de re, & pretio conueniret, sat enim fuit pretiũ referre vt & res relata intelligatur, cum pretium sit quod æstimationis causa constituitur pro aliqua re, & sic pretium habet relationem ad rem cum res pretio æstimetur, nec fieri possit vt de pretio conueniatur, quin etiam & de re conuentum sit.

Non

Non obstat secundum argumentum ex d.l.
14 quid tamen.14.D.hoc tit.ideo enim ibi venditio valuit, quia contrahentes in corpore consenserunt,vt patet ex vers.*nam si inauratũ aliquid sit,&c.*coniuncta l.venditionibus.9. ibi: *si tibi error facit cum de corpore constet.* D.de illo tit.
15 Sed tunc ex diametro obstat tx.in l. cum ab eo 41.§. mensam D. eodem,vbi conuentum in corpore fuit, & nihilo magis venditio valuit: cui difficultati variijs modis conantur satisfacere Acc.& alij ordinarij interpretes vbiq; Cuia. lib.2.obseruatio.cap.4.& lib.8.c.9.Idem Cuiacius & ibi Ioan.Corralius.nu.4. Donel.n.5.in l.si id quod D.de verbor.obli. Mudæus in d.l. in venditionibus n.8.Zasius in libello de antinomijs 1.part.

† Ex quibus omnibus dicendum est,in d.§.
16 mensam errorem fuisse in materia, & sic in substantia,& inde vitiasse contractum,etenim mensa nulla ex parte argentea erat, sed ænea, vel lignea forte,& experimento argenteæ lamiæ ornata: at in d.l. quid tamen,viriolæ mixtæ erant ex auro & ære,quæ mixtura facit,vt
17 quasi aureæ torę dici possent,illę enim duę res mixtæ quodammodo quasi vna censetur,quia separari non possunt.l. idem Pomponius.5.§. sed si plũbum versic.*Sed si.*l.in rem 24.§. item quæcunque D. de rei vind. † & inducí potest regula qua docemur,magis dignum trahere ad se minus dignum l.quæ religiosis.44. D.de rei vend.l.cum in diuersis 44.D.de relig.& sump. fun.cap.quod in dubijs 3.vbi latè glossa verb. *consecrato*, de consec. eccles. vel altaris, quam exornat Iaso in l.Imperium nu.3.D.de iurisd. om.iud. Itaque distinguendum est inter ea quę aurum aut argentum immixtum, aut infusum habent,& ea quæ auri aut argenti nihil habẽt; illorum venditio valet,quoniam cum auri aliquid eis insit,in eorũm venditione prorsus in materia non erratur,vt in d.l.quid tamen, horum tamen valere non potest, si vt aurea siue vt argentea veneant, quia prorsus in materia erratur.d. §.mensam.Quæ iura sic conciliãda
18 sunt. † Quibus addendũ est,quod cum hodie rectè vi & arte aquæ chrysullæ aurum ab ære vel quocunque alio metallo separari possit,vt post Plinium lib.33.c. 6. aduertunt Alciatus. lib.6.parerg. cap. 11. Forcatulus dialogo. 38. num.3.& sic omninò res diuersæ maneant.l.lacus 12.§.fin. D de acquir.rerum dom. cessabit iam iurisconsulti sententia in d.l.quid tamen.
19 Non obstant tertium & quartum argumen. quia respondendum est,aliud esse contractum perfici, aliud contractum impleri; perficitur contractus quando nihil aliud desiderat ad sui validitatem;& statim producit obligationem, & actionem,impletur autẽ quando is qui obligatus est suæ obligationi satisfacit, vt vides etiam in stipulatione & testamento,quæ etsi perfecta sint, implenda tamen sunt & à promissore,& ab herede.Emptio ergo perfecta dicitur,simul atque de pretio conuentum est,statimque obligatio producitur, non tamen est impleta quousque res emptori tradatur,& pretium venditori numeretur,quia hæc effectum siue exitum ipsius,non vero eius valorem siue
20 substantiam respiciunt. † Quam rem, quia Accurs.hic & verb.*contrahitur* notanter & vtiliter satis,quem sequuntur Bald. in l. necessario 8. D.eodem,Fabianus de Monte tract.de empti. & vendit.quæst.5.n.60.Matienço in l.7.glos. 6.n.14.tit.11.lib.5. recopil. Lasarte de decima venditionis cap.3.n. 6. tribus veluti gradibus perfici hunc contractum scripsit,quæ obseruatio ad plurium legum interpretationem
21 conduci passim sustinendum erit. † Primo est,vbi semel de pretio cõuenitur inter partes, etiam si sub conditione facta sit venditio, nam existente conditione, non licet à conuentionis placito discedere,l.1.l.2.C. quãdo licet ab emptione discedere.l.sicut C de obligat. & actio.l.ab emptione. 59. D. de pactis,de quo
22 in vers.*ita tamen* inf. hoc princ. † Alter est, vt statim contractus obliget,ita vt res vendita periculo sit emptoris, cum purè celebrata est venditio,nimirum si id quod venierit appareat quid,quale;quantúmve sit, & pretium purè venit,adeò est perfecta venditio vt periculũ rei venditæ ad emptorem respiciat,de qua perfectione noster etiam tx.loquitur,& l. necessario 8.D.de periculo & commodo rei venditæ
23 † Vltimus est,quando actiones emptori, & venditori mutuo & vicissim competunt, quæ perfectio non antea cõtingit,quam is qui agere vult ex parte sua adimpleuerit,vt puta si emptor petat rem sibi tradi & pretiũ ante soluerit l. ex empto. 11. in fin. princ. l.Iulianus §.offerri D.de actionib.empti.l.si pater.C.eo. l.ædiles etiam,§.fi.cum l. sequenti D.de ædili. edicto,l.filiam,l.filiæ licet C.de collation.docent Baldus,Fulgosi.& Decius in d.l. filiæ,idẽ Fulgosius in l.iuris gentium n.5. D.de pactis. Decius consilio.421.Sed quod attinet ad vltimam hanc perfectionem verius longè est, statim vbi de pretio conuentum est emptorem vel venditorem agere posse,licèt emptor nõdum pretium soluerit, vel venditor rem non tradiderit,vt probat noster tx.hic, & in l.1.§. itẽ emptio, D.de rerum permutatione. docet Angelus,Alexander & Iaso in d.l.filię,idem in §.actionũ n.34.n.134.inf.de actionibus.Tiraquelus de vtroque retractu tit. 1.§.1.glos.17. nu.4.Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam.§.sed pro euidentia n.40. & sequentibus. Neque iura in contrarium allegata aliquid obstant, siquidem distinguendum est, inter natiuitatem actionis, & eius exercitium & effectum illa statim oritur, hic locum habere non potest, nisi emptor pretium soluerit,vel vẽditor rem tradiderit, potest enim opponere

emptor de re non tradita, venditor de pretio non soluto, & tunc repellitur actor, & ita recte l.C.in d.§.offerri,ait, quod non est ex em
24 pto actio scilicet efficax. † Addi potest & alius perfectionis gradus, qui effectum ipsius contractus,id est dominij translationem respicit,de quo noster tex.accipi non potest, quo vsque enim res tradatur, & pretium soluatur, vel alio modo venditori satisfiat nõ transit dominium in emptorem.d.§.venditæ, cum alijs sup.allegatis.

25 Hinc deduces interpretationem l. quoties. C.de rei vendic.ideo enim ibi secundus emptor cui res tradita fuit primo præfertur, quia licèt contractus cum primo celebratus fuerit perfectus,ex nostro tex. quoad actionem & obligationem non tamen fuit perfectus quoad dominij translationem,& inde venditor trãstulit dominium tradendo secundo,quod idem dispositum est l.50.tit.5.part.5.& explicat elegantèr Anto.Gom.2.tom.cap.2. nu. 20. cum sequentibus.

26 Infertur etiam,quod cum ex dispositione l. 1.tit.17.lib.9.recopil.ex quacunque venditione debeatur fisco decima pars pretij,statim vbi fuerit de pretio conuentum inter partes, ante vllam pretij solutionem,vel rei traditionẽ agi poterit pro gabella,quia tunc dicitur perfecta vẽditio,& cum datur actio alicuius actus ratione,tempus actionis ex die illius actus computatur.l.ait lex.D.ad legẽ Aquil. & ita ex pluribus legibus huius regni late concludit Lassarte de decima venditionis cap.3.ex nu.2.

27 Colligere hinc etiam poteris explicationẽ l.13.tit.10.li.3.fori.l.6.tit.7. lib.5. ordinam.l. 70.Tauri.l.7.ti.11.lib.5.recopil. quibus cõcessum est proximioribus consanguineis, ius retrahendi rem auitam,alij venditam intra nouẽ dierum spatium, vt hi nouem dies currant ex die conuentionis de pretio non ex die traditionis,vt ex nostro tex.resoluunt Montaluus in d.l.fori.Cisuentes,Gomez Arias,& Ant.Gomez in d.l.70.Tau.Matiençoglos.6.Azebedo,num.60.in d.l.recopil.Couar. lib. 3. varia. cap.11.nu.5.Lassarte d.cap. 3. nu.4.

Versiculus. *In his autem.*

28 Quia aliquando ita demum venditionis contractum valere contrahentes volunt, si scriptura fiat,quæ superius dicta sunt de emptionibus & venditionibus quæ sine scriptura consistunt obtinere Iustin.docet,quod si vt scriptura,fiat conuentum sit,non aliter erit contractus perfectus quà si sint perfecta instrumenta iuxta formam quam hic Iustin.expressit. idem deduces ex l.2.versi.fin.D.hoc tit.l.contractus.16. C.de fide instru.l.6.tit.5.part.5.explicant Anton.Gom.2.tom.cap.2.num. 17. Lassarte de decima vendit.cap.3.num.13.

29 Sed primò pro dubitandi ratione sic argumentor:Scriptura ad probationem magis quã ad obligationem fit,l.contrahitur.4.D. de pignoribus l.in re.4.D.de fide instrum. l.pactum quod bona fide.17.C.de pact.facit tex. in l.in exercendis.15.C.de fide inst.ergo etiam ante instrum.cõfectionem obligatio cõtracta erit.

30 Secundò contra nostrum text.ibi. *Constituimus* iunctis verbis paulo ante scriptis ibi. *innouatum est.* ex quibus deduci videtur id fuisse nouiter à Iustiniano constitutum, quod de instrumentorum confectione,in præsenti traditum est,obijci potest tx.in l.2.versi.fi D.eod. vbi hoc idem seculo I.C.receptum fuisse, insinuare videtur Iulius Paul.

31 Quibus difficultatibus vt satisfacias obserua quod etsi generaliter ad valorem contractuum scriptura nõ sit necessaria quia non ad obligationem,sed ad probationẽ fit d.l.cõtractus. excipiuntur tamen nonnulli casus in quibus ad rei valorẽ etiam scriptura requiritur,aliquos refert glos. verb. *Valet*,in d.l.contrahitur,triginta tres glo.celebris ver.*in scriptis* in c.1.§. postquam.de censibus lib.6.quæ tamen dum inter alios casus excommunicationis sententiam refert,docens ad eius valorẽ scripturam omnino requiri vereor ne vera sit, ex his quæ nouissimè scripsit Doct.Ioan. Yuañez Deça Frechilla præceptor noster Põtificij iuris Primarius Anteccessor,in tractatu nuper edito de excommunicatione 2.par.art.4.ex nu.1. quam sequutus extollit Anto.Gom.d.ca.2.num. 17. Lassarte dict.cap.3.nu.13.exornat Auiles in capitibus Prætorum cap.1.verb.*cartas* num. 5. Aluarus Vaez de iure emphyt.1.p.cap.1.ex nu. 7. † Inter quos præcipuus emptionis & venditionis contractus, quando inter contrahentes cõuenit vt scriptura fieret, id enim sufficit vt scriptura omnino requiratur, vt nostrũ tx. ita interpretantes,resoluunt sup.citati,Boerius decisione 183.nu.9.Couar. in cap. relatum in 1.nu.9.in fin.de testam.Didacus Perez in l. 3. titu.8.lib.3.ord.pag.1055. & ita expresse cauetur in dict.l.6.tit.5.par.5. vbi obseruat Greg. & ita tenẽdum est,quamuis Accur.ver. soli. in authentica at si contractus. C.de fide instrum. communiter sequutus vt constat ex Bal. n.7. Salice.n.5.& 6.in d.l.contractus.Aret. Fabro. Port.& alijs in præsenti. Afflictis decis.105.n. 4.Fabiano de emptione & venditione quæst. 5.nu.53.& 75.Matiençoin l.2.glos.fi. tit. 16. lib.5.recopil.existimet, tunc dici contractum hunc in scriptis celebrari quando à cõtrahentibus expressum est,quod fiat scriptura, & aliàs nõ valeat contractus. Præsumit enim lex quo casu,vt instrumenta cõficiantur conuentũ est, non aliàs contrahentes consentire quàm si scriptura fiat,esseque hunc non purum, sed conditionalem consensum & ita ante scripturæ confectionem contractus non valet.

33 Quod

33 Quod tamen non erit admittendum, quãdo alijs præsumptionibus, & coniecturis appareret noluisse contrahentes scripturam de substantia contractus esse, vt rectè animaduertũt Greg. & Did. Perez vbi sup. idem Didacus in l.2.tit.7.lib.5. ordin. vers. *nunc quæritur.* pag. 187. Lassarte, d.c.3.n.14. cum sequentibus, qui est omnino videndus.

34 Non obstat secundum argumentum ex d.l. 2.in fi.D.h.t. quoniam omissa opinione existimantium illa verba (*sine scriptis*) sapere Tribonianum, non autem esse I. C. dicendum est, id nouè à Iustiniano in præsenti fuisse inductũ, vt emptio in scriptis celebrata non prius perfecta habeatur, quàm in mundum redacta sit, his omnibus obseruatis solemnitatibus quas tam hic, quã in d.l. contractus Iustinianus expressit, cum tamen olim ex qualibet scriptura agere liceret, vt deduces ex d.l. contractus.

Versiculus. *Ita tamen.*

35 Ex hoc tx. & vers. *Donec*, sup. eodem constat emptione in scriptis celebrata ante instrumentorum confectionem licere contrahentibus impunè resilire, etiam alterutro inuito & contradicente, quia quousque scriptura fiat venditio non dicitur perfecta, & inde ei stare inuitus cogitur nemo, d.l. contractus, 16. C. de fide instrum. l. sed Celsus 6. §. 1. in fi. D. hoc tit. l.6.tit.5.part.5. iuncta regula. l.1. C. quando liceat ab emptione disc. l. ab emptione 59. D. de
36 pactis. † Vnde obiter constat interpretatio ad tx. in l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. l. 2. tit. 16. lib. 3. recop. ex quibus etsi ad obligationem inducẽdam tantummodo animus volentium se obligare attendendus sit, non alia perfectior formula, quoties tamen, vt scriptura fiat conuentum est, etsi in re & pretio partes cõsenserint, ante scripturæ confectionem nullus contrahẽtium censebitur obligatus venditioni stare, quia contractus perfectus non est, ex defectu voluntatis, vti nominatim resoluunt Did. Perez in d.l. 3. col. 1055. Matienço in d.l. 2. glos. 7. Vbi Azebedo n. 29.

37 Quod si vẽditio sine scriptis celebretur alteri alio inuito à contractu resilire non licebit; quamuis si res sit integra, id est neque retradita, neque pretio soluto vtriusq; partis voluntate recedi possit, d. l. 1. C. quãdo liceat ab emp. disced. d.l. ab emptione 59. D. de pactis, l. emptio 3. D. de rescind. vend. l. nihil tã naturale 36. D.
38 de reg. iur. l. pro vt quisque 80. D. de solut. §. 1. §. fin. inf. quib. modo tollitur obligatio. † Ex qua venditione, quia fuit à principio perfecta, licèt per contrariũ consensum dissoluta debebitur fisco gabella, vt ex Paulo, d.l. ab emptione num. 4. resoluit decisio Pernsina 113. & ex Didaco Perez Lassarte de decima vendition. c.14. num.7.

39 Re autem iam non integra, vt quia vel pretium fuit numeratum vel traditio fuit subsequuta, non sufficiet etiã vtriusque partis assensus, vt possit ab emptione recedi, sed actus priori similis erit necessarius, d.l.1. d.l. ab emptione, & vbique notant Doctores, Ant. Gomez, 2. tom. c. 2. n. 2. Fabianus de Mõte de emptione & venditione, q. 5. n. 65. Lassarte vbi sup. c. 14. n. 8. & 9. Ex qua contractus resolutione non debetur noua gabella, quia nõ tam nouus celebratur contractus, quam prior distrahitur,
40 vt aduertit Lassarte vbi sup. † At vero si ex vtraque parte impletus iam fuisset cõtractus, vt quia emptori res esset tradita, venditori pretium numeratum, etiam actu retro simili interueniente nõ recenseretur ab emptione, sed nouus alius contractus celebratur, iuxta tx. quem sic intelligas in d.l. 1. C. quando liceat ab emptione disce. debeturq; sine dubio alia gabella, vt resoluit Lassarte d.n. 9.

41 † An autem datio arrarum faciat rem integram non esse controuerti solet? est autem arra quod datur in symboluin & argumentum celebrati alicuius contractus, quam veteres arrabonem appellabant, vt ex bonis autoribus notant Brissonius, Hotomanus & Prateius, de verborũ iuris verbo *Arra*, nos vulgo, *señal*, appellamus, quo sensu hic accipitur, & in l. quod sæpe 35. D. eod. l. de lege. l. fin. D. de lege cõmun. l. 2. C. quãdo liceat ab emptione disced. cũ alijs: aliquando sumitur pro pignore complẽdi matrimonij, l. arris. l. fi. C. de ipõsalibus, glos. in c. Gemma eod. tit. l. 1. tit. 11 part. 4. hodie apud nos aliud significat, vt per Rodericum Suarez in l. 1. n. 1. tit. de las arras, lib. 3. fori, Gregorius in d.l. 1. Couarruuias in quarto 2. part. c. 3. §. 7. n. 12. Matien. in rubrica tit. 2. glossa 2. n. 6. lib. 5. recopil.

42 † Hæc autem arra venditionis aliquando datur in pecunia numerata, aliquando in aliqua specie, veluti si detur annulus, l. ex empto 11. §. is quivina, D. de action. empti, l. cuique, §. item si institor. D. de institor. actione, & quando datur in pecunia numerata censetur pars pretij, l. fin. de lege commiss. & inde arra definitur à Varrone pecunia sic data, vt reliquum reddatur: quando vero species pro arra datur impleto cõtractu repetitur actione ex empto, dict. §. qui vina, & d. §. item si institor. docent Mudeus in d.l. quod sæpe, Cuiacius lib. 11. obser. c. 7. originem eius grauiter hic explicat Hotomanus enuntiatione 2.

Igitur, vt ad quæstionem redeamus, si arra in pecunia numerata consistat (quia tunc vt pars pretij datur, vt paulò supra diximus & notat glossa in l. 3. D. de lege commiss.) res integra non erit, si verò in alia specie consistat, vt in annulo, non desinit res esse integra, textus, quem sic intelligas in l. 2. C. quãdo liceat ab emptione disced. l. 7. tit. 5. partita

tita 5.notat Bartolus n. 4. & ibidem Oroscius in d.l.ab emptione,Fabianus,d.quæst.5.n.67. Mainerius in d.l.nihil tã naturale.nu. 16. Azebedo in l.2.nu.5.tit.2.lib.5.recopil.

43 † Illud est præterea ex hoc eodem tex. notãdum quod in posterioribus verbis admonet Iustin.quoties in scriptis est celebrata venditio,ita demum ante instrumẽtorum confectionem ab ea recedere licere,si arra data non sit, tunc enim is qui recusat adimplere contractũ si quidem est emptor perdit id quod dedit,sive rò venditor duplum restituere compellitur,licèt nihil super huiusmodi arris vel lucrandis vel amittendis, ab eisdem contrahentibus sit expressum: quod idem scriptum est in d.l.contractus.16.§.illud.C. de fide instrumentorũ. & in alia specie idem in d.l.3.in l.fin. C.de sponsalibus & in notam in l.7.tit.5.par.5. notat Anton.Gom.2.tom.cap.2.Lasia.d.cap. 3.nu. 18. Cuiacius lib.11.obseruat.cap.17. neque existimes disparem esse vtriusque conditionẽ eõ quod emptor quod dedit tantum amittat,venditor vero duplũ restituat, nã si emptor quod de suo dedit amittit:, venditor de suo similiter tantumdem dat,alterum non dat sed reddit.

Ad glossam. *Compellitur*, versiculo *sed numquid*.

44 Opportunè quærit Accur.hic, numquid vltra pœnam amissionis arrarum compelli venditor possit vel contractũ implere,vel id quod emptoris interest soluere? & Martinũ & Azonem existimasse docet pœnitentem arras tantummodo amittere,ex hoc tex.& d.l.contractus.vbi nominatim docet Sali. nu.14. & in rubri.C.hoc.tit.docuerat idem Azo.nu.21.sequitur Fabianus d.q.5.nu.69.Ant. Gom. & Lassarte,vbi sup.& probat expresse d.l.7.tit.5.p.5.vbi Greg.gloss.1. tacite enim contrahentes videntur cõuenire,vt arrarum amissione, absq; alia pœna recedi possit,& ita praxis obseruat.

45 † Quamuis in puncto iuris contraria Bulgari & Ioannis sententia hic ab eodẽ Accur.relata verior sit.Primò ex l.2.C.quan.lic.ab.emp. dis. Secundo quia per donationem arrarũ non videtur discessum à prouisione legis, quia ex promissione arrarum resultat cõtractus distinctus è contractu venditionis.l.ex arris. C. de act.empt.& quia licèt pœna succedat loco rei, hoc est verum vsque ad concurrentem quantitatẽ,l.prædia.D.de act.empt. Deinde inducta ad vnum effectum,non debent contrariũ operari,l.legata inutiliter.D.de adim. leg. sed arra datur vt firmior reddatur contractus.l. quod ę pe.35.D.hoc tit.ergo ex arrarum datione nõ debet infirmior reddi.& ita resoluit Accu.hic. Bart.& alij,quos sequitur Fabianus,& proximè relati. Neque noster tex.& d.l.7.contrariũ probant,siquidẽ in eis solum dicitur, quod sine in scriptis,siue sine scriptis venditio sit celebrata,& aliquis ex contrahentibus eam adimplere recuset arrarum amissione puniẽdus est, ob idque non negatur contractum adimplere cogi posse.

§. *Pretium*. 1.

1 *Pretium certum,vt emptio consistat constitui à contrahentibus debet.& nu.6.*
2 *L.pretij causa.9.C.de rescinden.vend.& numero.17.*
3 *Pretio non designato si partes conueniant in illum semper subintelligitur.& nu. 19.*
4 *Pretium in illum si à contrahentibus absque alia præfinitione demonstretur,valet contractus.& num.20.& seq.*
5 *Locationis contractus,similis venditioni,& numero.26.*
6 *L. pacta conuenta. 72. D.de contrahen. emptione.*
7 *Emptionis contractus ab alijs distinguitur, quod in hoc pretium est de substantia.*
8 *Pretium in alijs contractibus pro eo quod æstimationis causa constituitur.*
9 *Pretium certum esse debet.*
10 *Incertitudo regulariter vitiat dispositionem.*
11 *Pretium certum quando dicatur.*
12 *Emptio probatur ex instrumento, in quo expressum est, certum pretium fuisse constitutum.*
13 *Emptio vno nummo non consistit.*
14 *L.si vsusfructus.66.D.de iure dotium.*
15 *Pecunia alijs rebus non æstimatur, & inde eius venditio non consistit, nisi vt massa vendatur.*
16 *Gabella ex permutatione pecuniæ non debetur.*
17 *Pretij conuentio,non eius numeratio requiritur vt emptio consistat.*
18 *L.1.C.de rerum permutatione.*
19 *L.si fideiussor.50.§.meminisse.l. & æquo. 66. D.de leg.1.*
20 *L.si fundus.16.§.fin. D. de pignoribus.l.fin. in principio.D.de contrab.emptione.& numero sequent.*
26 *L.excepto.18.C.de locato.*
27 *Pretium in arbitrium certæ personæ conferri potest.& nu.32.*
28 *Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus validum,remissiue.*
29 *Vltima voluntas in arbitrium alterius conferri non potest,& num.33.*
30 *L.si merces.28.D.locati.*
31 *L.hæc venditio.7.D.de contrab. emptione. & numero seq.*
33 *Legatum in alienam expressam voluntatem poni non potest,contractus poni potest.*
34 *Pretium in arbitriũ boni viri poni nõ potest in arbitriũ certæ & designatæ personæ poni potest.*

35 L.

35 *L.fin.C. de empt. & vend.*
36 *Emptio in arbitrium certæ relictæ personæ à quo tempore perfecta sit.*
37 *L.hæc venditio.7.D.de contrah.emptione.*
38 *Actio ex empto emptori: Actio ex vendito venditori ex hoc contractu nascitur.*

1 REPETIT Iustinianus quod sup.in principio docuérat,emptionem esse & perfici simul atque de pretio conuenerit, constitui ergo certum pretium à contrahentibus debet,vt emptio consistat,idem in l.2.l. hæc venditio .7. §. 1. l. in venditionibus. 9 l. quod sæpè,35.§.1.& fin.l.sequenti,l.pacta cõuenta,72.D.h.t.l.empti fides.9.l.fin.C. eo.cũ alijs pluribus,quibus consonat,l.1.l.9.tit.5. p. 5.explicant præter ordinarios Connanus lib. 7.c.6.n.7.Petrus Greg.3.part. Syntagmat. li. 25.c.12.Ant.Gom.2.to.c.2.n.9.Pinel.in rub. C.de rescind.2.part.c.1.ex n.1.& ca.3.ex n.1.

2 Sed pro dubitandi ratione 1 primò sic argumentor: Si aliqua res loco pretij data sit pro alia re vendita,contractus emptionis consistit, *ergo* sine pretio. Anteced. probr. ex tx.expressio in l.pretij causa.9.C.de rescind.vẽd.l.1. iuncta glosla verbo *taxata*.C.de rerum permutatione:ergo.

3 Secundò sic argumentor:Si conuentio fiat non designato pretio valet contractus,intelligiturque vt iusto pretio,vendatur,l.si fide iussor 50.§.meminisse.l. & æquo. 66. D. de leg. 1.ergo contra nostrum tx.

4 Tertiò sic argumentor:Emptionis & venditionis celebrato contractu pro iusto pretio absque alia certitudine conuentio subsistit, l. si fundus 16 §.fi.D.de pignoribus,l.fi.in prin. D.h.t.ergo sine pretio certo valet contractus.

5 Quarto sic argumentor:Cõtractus emptionis locationi similis est,tx.hic in fine&in principio inf.de locatione cũ alijs: sed contractus locationis valet,si merces constituatur,vt secũdum communem æstimationem & consuetudinem præstetur,l.excepto. 18. C. de locato. ergo idem in emptione admitti poterit.

6 Sed his non obstantibus dicẽdum est,pretiũ illudque certum constitui oportere vt contractus emptionis & venditionis valeat, cuius rei ratio constat ex I.C.in d.l.pacta conuenta 72. ibi, *quoniam emptionis substantia consistit ex pretio*,& inde cũ substantialia alicuius actus omitti non possint,sunt enim sine quibus actus cõsistere nequit, neque ad existentiam perduci, vt notat Abb.in c.cum I.& A. n. 10.de re iud. Alciat.lib.5.paradox,c.16.Zasius lib.1.responsorum cap.12.constat emptionem sine pretio esse non posse.

7 Sed tamen id est quod quærimus,cur de emptionis substãtia pretiũ sit?sed tu alijs omissis respõde, ideo pretiũ tãquã substantiale requiri in venditione,quia omnes contractus quædã habent specialia quibus alij ab alteris discernãtur & separentur,l.naturalis. 5. §. & siquidẽ.§. at cum do. D. de præscript. verbis:contractus autem emptionis ea nota ab alijs, maximè tamen à permutatione, distinguitur,quod in eo pretiũ interuenire debet,l.1.D.h.t.l.1.D.de re
8 rum permutatione, quod vtique pretiũ † etsi aliquando alijs in contractibus interuenire videamus, vt in l.si quis ante.10.D.de acqui pos. l.si.§.si. D.ad legẽ Rhod.de iactu.l.ea lege.54. §.locaui,l.insulã 61.D.locati:tunc pretiũ sumitur nominaliter pro eo q̃ æstimationis causa cõstituitur,non pro substantia ipsius contractus.

9 Ideo autẽ huius pretij certitudo requiritur, quia si incertũ sit ad effectũ contractus perduci non potest, † cum incertitudo regulariter
10 omnẽviciet dispositionem,l.duo sunt Titij.30. D.de testam. tutela (quam pluribus exornat Spino in Speculo,glos.10.principali,ex n.1.)l. triticum,94.D.de verb.ob.§.incertis.sup.de legat. & præter ordinarios hic explicat Fabianus de empt.& vendit.q.5.n.24.Ant. Gomez d.c.2.n.9.Pinel.d.2.part.c.1.

11 Est autẽ certum pretium non solum quando eius quantitas expressa & definita est, vt in l. certum,6.D.si cert.pet.l. stipulationũ 74. D. de verb.ob.sed & quando per relationẽ ad aliquem locum, vel actum apparet quantum & quale sit,l.vbi autem,75.§.illud,D.de verb.ob. & inde valet vend. celebrata, *quanti ego emi quanti in arca habeo, quanti simile rem Titio vẽdidi*,d.l.hæc venditio.7.§.huiusmodi,D.de cõtrah.emptione, non enim incertũ est pretiũ in rei veritate, quãuis quanti res empta sit ignoretur, argumento.§.cõditiones quæ ad præsens,sup. de verborũ, quod si ex illo loco vel actu ad quẽ relatio fit nulla certitudo resultet, nõ valet contractus,l.si quis fundũ, 37.D.h.t.

12 Ex his autem,& alijs quæ paulò superius diximus, primò constat,veram non esse opinionem existimantiũ non probari emptionẽ ritè esse celebratã ex eo instrumento in quo non est expressũ,fuisse certum pretium cõstitutũ, quod hic docet Faber, Mudæus in l. 2.§. fine pretio,n.5. D. h.t. Mascardus de probationibus con.617.n.4.quia cum pretiũ sit de substãtia venditionis, & solemnitates substantiales interuenisse semper præsumantur, §. fi.cũ ibi notatis sup.de fideiuss.probabit fine dubio instrumentum pretium interuenisse, & sic ritè fuisse celebratum contractum.

13 Hinc etiam fit,quod cum venditio sine pretio esse non possit,vno nũmo contrahi venditio non poterit,l.imaginaria,D.de reg.iur. l, si quis cõduxerit,D.locati.quia vnus nũmus pretium non est, & ex pretij modicitate donatio præsumitur, venditio autem donationis causa facta non valet,l.nuda.55.D. h.t.l. si de donationis 3.facit.l.si non donationis.8.l.empti fides.9.C.eo.& in l.cum in venditione. 36. l. si

quis

14 quis donationis.38.D.hoc tit. † Neq; te turbet tex.in l.si vsusfructus.66.ibi(*vel licet hunc vsumfructum mulieri maritus, vel vendat nummo vno*)D.de iure dotium.quoniam vt rectè interpretatur Cuiac.in l.fi. D.pro donat. Rguardus & Pet.Fab.in d.l.imaginaria,Anton. de Quesada lib.vn.quæst.iuris.cap.13.num.8. illa verba non sunt accipienda de vno nummo materialiter,ita quod vno nummo vsusfructus sit vendendus,sed potius quod parui vendatur.

15 Præterea deducitur, quod cum emptio sine pretio esse nō possit,& pretium sit æstimatio rei,& pecunia alijs rebus non possit æstimari, l.si ita fideiussorem.42.D.de fideiuss.vendi pecunia non poterit, ex ratione nostri tex. quia eius pretium constitui non poterit, nisi pecunia ad pondus vt massa argenti vendatur, quia eo casu vera venditio erit.l. lege Cornelia. 9. versi.*eadem lege*. D.ad leg.Cornel.de fals.docet Nau.in cap.fin.nu.10.de vsuris. sequitur Lassarte de decima venditionis cap.9. nu. 33. aliàs non erit venditio pecuniæ,sed permutatio,docet Couar.lib.3.var.cap.7.nu.2.Pinelus in rubrica.C.de rescind.venditione.1.par.cap. 3. n. 15.Matiençio in eleganti specie in l. 4.gloss.1. 16 nu.1.tit.16.lib.5.recopil. † Vnde cū ex permutatione debeatur gabella,l.1.tit.18.lib.9.recopil.quando grossa pecunia pro minuta datur,gabella regio fisco esset soluenda nisi contrarium esset expressum in l.34.tit.18.li.9. recopil.& ita nominatim scripsit Lassarte, vbi sup.num.33.

17 Quibus sic ad exornationem nostri tex.præmissis non obstant argumenta quæ in contrarium adduximus.Non primū ex d.l. pretij causa.C.de rescind.venditione,quoniam obseruādum est,quod hic & alijs in locis de pretio dicitur,de eius conuentione, non de eius numeratione esse accipiendum:sufficit enim ad contractus valorem si de pretio conuentū sit,quāuis numeratio non intercedat, vt satis probat tex.in princ.sup.eod.& inde cum in d. l.prætij causa,à princ.in pecunia numerata conuentum esset,quamuis ex postfacto inter eosdem contrahentes conueniat,vt pretij causa & in solutum pecora traderentur ex hoc non annullatur contractus,quia in denominatione contractus quod à princ.factum est semper attenditur.l.si quis nec causam.4.D.si cert. petat. notat eleganter glos.verb.*spetiem* in l.2. in princ. D.si cert.petat. Quæ interpretatio suadetur ex eadem l.pretij causa.ibi:*consentienti*.quo verbo significatur nouum consensum venditoris fuisse necessarium,vt pecora numerationis loco intercederent,quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest, vt in vulgatis; & cum conuentū esset de pretio, eius loco pecora in solutū accipere cogi nō poterat, huius solutionis illa potest cōmendari ratio,quod quādo loco debitæ pecuniæ ex vtriusq; partis consensu species datur vno actu & perficitur vetus contractus,& nouus alius celebratur, nam videtur debitorē prius soluisse creditori pecuniam, deinde creditorem eādem pecuniam debitori dedisse,vt rem illā ab eo consequeretur,qui circuitus vt vitetur vnus actus occultatur, argumento l.3.§ sed si debitorem. D. de donat.inter vir.& quę notant omnes in l.singularia,D. si cert.petatur.& ita cum eo casu fingatur soluta pecunia venditori de qua fuerat conuentū, mirū non est valuisse contractum licet pecora fuerint soluta,quæ eadem illa quantitate à vēditore empta censentur,l. si prædium. 4. C.de euictionibus.ideoq; in eo casu d.l.pretij causa, duplex sine dubio debebitur fisco gabella, cum duplex fuerit venditionis cōtractus, quæ est elegans animaduersio ad d.l.pretij.vt considerauit Lassarte,de decima venditionis. cap.7.n. 51.& ita exornabis solutionē cōmunem glossæ ibidem.verb.*consentienti*.& ex traditis à Pinelo in d.rub.C.de rescind.vendi.cap.1.nu.16.

18 † Qui ex n. 13. ibidem latè disputat interpretationem d.l.1.C.de rerum permut.ex qua male glossa & DD.à sensu contrario colligebāt, ex illis verbis(*licet non taxata quantitate*) quod taxata quantitate fieret vera emptio vnius rei pro alia,quia illa verba talem collectionē non admittūt,sed potius vult tx. idem iuris esse eo casu non taxata quātitate quod esset si taxaretur,& hæc est sanior collectio:& ita plane probat,quod si ibi altera species taxata daretur pro venali minus dubium esset cōpetere tunc actionem ad interesse ad similitudinē empti & venditi,sed & non taxata competit talis actio ob qualitatem rei venalis.

19 Non obstat secundum argumentū ex d. l.si fideiussor.50.§.meminisse.l.& æquo.66.D.de leg.1. quoniā obseruo,aliud esse promissionē, siue præceptum de vendendo à testatore iniūctum,quod sine pretij prefinitione valet,estq; venditio iusto pretio celebranda,arbitrio iudicis æstimanda,vt in terminis docet Menoch.li. 2.de arbitra.casu.143.Mascardus de probationibus con.1226.nu.17. quia in incertis iudicis arbitrio res committitur,argumento l.1. ad fi. D.de iure delib.quam exornauimus in disputatione de mora.nu. 102. de quo præcepto siue promissione de vendendo l.C.loquuntur in d. §.meminisse,& in d.l.& æquo: Aliud vero ipsummet venditionis contractum, qui sine certo pretio non valet,ex reg.nostri tex.

20 Non obstat tertium argumentum ex d.l. si fundus.16.§.fin.D.de pignoribus.& d.l. fi.in princ.D.hoc tit.quæ leges separatim,quia dissimiles species continent,sunt explicandæ; In primis quoad tex.in d.l.si fundus.§.fin.obserua,quod & si controuersum sit, valeat ne venditio ita celebrata,vendo tibi domū pro iusto pretio: valereque probent relati per Mudæū in l.hæc venditio.7.§.1.nu.4.D.hoc tit.Fabianum

num de Monte de emptione & veneditione quæst.5.nu.26.quia iustum pretium satis certum esse videtur cum sit boni viri arbitrio declarandum, in cuius declaratione nulla est incertitudo neque mora.arg.l.1.D.de leg.2.Præterea,quia id est probatū in d.l.si fundus. §.fin.

Contraria sententia longè verior est,eā conventionem non valere in vim contractus venditionis,sed in vim pacti de vendendo,quod cū sine vlla pretij constitutione valeat, vt paulò superius diximus multò magis pro iusto pretio valebit:quæ sententia placuit pluribus quos referunt Ant.Gom.d.cap.2.num.9.Pinel.d.2.p.cap.1.nu.19.Pro qua primò facit regula generalis nostri tex.iuncta regula d.l.certum.D.si cert.pet.quod autem dicitur nullam moram neque incertitudinē esse in boni viri arbitrio, obtinet,cum certa persona quæ arbitrari debet designata est,aliter non entis nulla datur qualitas.l.si seruum.§.1.D.de act.empti. l. eius qui. D.si cert.per.

Vlterius facit.l.fin.C.hoc tit.ibi,*nulla coniectura in posterum seruanda, vtrum in personam certam,an in boni viri arbitrium,&c.* quibus verbis significat Imperator, etiam quando contrahentes expressè in boni viri arbitrium æstimationem remittunt nisi certa demonstretur persona non valere.

† Tandem & ex eadem illa l.si fundus.16.§. fi.vbi non probatur valuisse conuentionē pro iusto pretio in vim contractus vēditionis,quia verius est contractū emptionis ibi non interuenisse propter pretij incertitudinem, sed conuētionē valuisse tamquam pactum de vendendo iusto pretio,quæ interpretatio probatur ex d. §.fin.ibi(*quodammodo conditionalis est venditio*) si consideres verbum illud,*quodammodo*, quod nota est improprietatis,insinuatque verè,neq; puram neque conditionalem venditionem ex ea conuentione resultare. ita eleganter Donellus in tract.de pignoribus.cap.de iure dominij impetrando,Mudæus eodem tractatu.cap. de pacto legis commissoriæ,num.34. & sic cessat alia interpretatio glossæ ibidem,quam sequūtur Ant.Gom.& Pinelus.vbi sup.Cōua. lib.3. varia.cap.2.num.fin.

Ex qua obseruatione, iuxta aliquorum sententias,infertur interpretatio ad d. l.fi.in prin. D.de contrah.empt. qui existimant cōuentionem illam inter debitorem & fideiussorem factā,quod si fideiussor pro principali soluisset, pignora creditori data empta haberet, sine vlla pretij præfinitione,quo casu I. C. respōdet contractā esse obligationē ita accipiendam esse non vt vere venditionis contractus inde resultet,sed pactum de vendendo in quo non requiritur pretij constitutio: & inde verba illa (*contractam esse obligationem*) referuntur ad obligationem ex pacto,non vero ex contractu vēditionis.ita interpretatur Donellus vbi supra, Molineus. de vsuris.quæst.52.numero 358.

† Sed expressè cōuincitur ex d.l. fi. ibi.(*sub conditione emptio facta est.*) Vnde omissis alijs, quæ tradiderūt Baldui.de pigno.c.17.in fi.Pinel.d.2.p.c.1.ex nu.28.ego existimo, valuisse emptionē in d.l.fin.quia pretiū interuenit, nā cum præcesserit illa conuentio,& pignoris cō tractus pro certa pecuniæ quantitate, deinde adiectū,quod si fideiussor pro debitore solueret eadē prædia illi empta essent,tacitè actū vī detur vt pro eadē illā quantitate qua pignoris nexu tenebātur,essent empta, nā quando præcessit alius cōtractus, tunc posterioris idē videtur esse pretiū,licèt nihil expressum fuerit.tx. eleg.in l.si fundū.35.D.mandati. & ita obseruat Mudæus in l.2.§.fine pretio.nu.2.D.h.tit. Vnde colliges elegantem limitationē ad tex. in l.1.& 2.C.de pactis pigno.c.illo vos.de pignoribus.vt solū ea iura obtineant quando in fauorem creditoris pactum illud apponitur, secus autem si fideiussori fiat,vt ibi notant Bart. & alij,Mudæus.tract.de pignoribus. cap.de pacto legis commiss.num.13.

Non obstat vltimū argumentum ex d. l. excepto.18.C.de locato.quoniam ille tx. est intelligēdus in locationibus earum rerū quæ ex cōsuetudine certā iam mercedem constitutam habent,quæ si simpliciter locentur, videntur locari pro mercede consueta,idemq; & in venditionibus erit obseruandū, argumento illius tex.vt scripsit Ant.Gom.d.lib.2.cap.2. nu.9. in fi.& nos inf.ad §.qua de causa,de locat.&cō ductione.

Versiculus. *Alioqui.*

Valet contractus emptionis quoties pretiū in arbitrium alicuius certæ personæ confertur veluti emptus sit mihi fundus quāti Titius æsti mauerit,idem deduces ex regula l. si coita sit. 75.D. pro socio. l. si merces.28. D.locati.l.si quis arbitratu.43.D.de verb.obl.l.fi.C. h. tit. tx.in prin.inf.de locatione.l.9.tit.5.p.5.explicant relati in princ.huius §.& inf.referendi.

Sed primò pro dubitandi ratione sic argumentor:Argumentum de vltimis volūtatibus ad contractus & è conuerso validum est. l.seruum filij.41.§.eum qui chirographum.D.de legat.1.quod multis exornauimus in disputatione de mora num.151.& num.202. † Sed vltima voluntas nō potest in alterius arbitrium conferri. l. illa institutio.32.l.si quis Sempronio.86.D.de hered.inst. l. nonnunquam.51. D.de cond.& dem.ergo nec contractus. Quod præterea confirmatur,quia cum contractuum substantia in proprio contrahentium consensu consistat.l.obligationum substātia.3. D. de oblig.& act.l.1.§. conuentionis. D. de pactis, mirum est quod pretium quod est de substantia emptionis ex aliena voluntate & arbitrio pendere possit.

30 Secun-

30 Secundò obstat tex. in d. l. si merces. 28. in prioribus verbis, D. locati, vbi si merces promissa sit alieno arbitrio, locatio non valet, & tamen ex nostro tx. & prin. & per totum tit. inst. de locatione. constat idem ius in venditionibus & locationibus esse admittendum.

31 Tertiò cum glos. hic verbo. *definierit*. contra nostrum tx. in vers. *sin autem*, docentem Titio non arbitrante inualidam esse emptionē, obijci potest tx. in l. hæc venditio 7. D. h. t. cum similibus, in quibus contractus Titio non arbitrāte valet, quia conditio reducitur ad arbitrium boni viri.

32 Sed his non obstantibus dicēdum est verissimam esse Iusti. sententiam quia certum pretiū est illud quod vel statim certum est, vel efficitur certum per relationem ad aliud, l. certum. 6. D. si. cert. pet. d. l. hæc venditio. 7. §. huiusmodi. D. de contrah. empt. nihil autem interest certa res à principio sit, an ex postfacto certificanda veniat, l. vter ex fratribus 23. D. de cōdit. instit. l. si quis ita 15. D. de reb. dubijs. cū alijs, quę referunt Pinelus & iam relati.

33 Neque argum. primo loco adductum mouere debet, quia respondeo verum esse non posse legatum in tertij expressam voluntatē conferri, veluti *si Titius voluerit*, aliud tamen est in contractibus quia & sic stipulari licet, *si Titius arbitretur, si Titius voluerit*, ex d. l. si quis arbitratu: cum relatis sup. vt post alios resoluit Costa lib. 1. select. cap. 21. n. 5. Differentiæ ratio est, quòd in contractibus sat est quod contrahentes adstricti maneant sub ea conditione, *si Titius voluerit*, ea enim est contractus substantia vt ex eo obligatio nasci possit; in testamentis autem quorum substantia tota consistit in voluntate testatoris, l. 1. D. de testam. cum vulgatis, veteres decreuerunt ea per se firma esse oportere, non debere ex alieno arbitrio pendere, d. l. illa institutio. de qua re latius alibi dicendum erit.

34 Non obstat secundum† ex d. l. si merces. in princ. quia fatemur generaliter etiam boni viri arbitrio pretium relinqui non posse, quia certum non est, quod in emptione requiritur, nec certificatur per relationem ad certam personā & sic cū incertū maneat vitiabit contractū, d. l. si merces, & d. l. si. C. h. t. nos verò loquimur de pretio collato in arbitriū alicuius certe & designatæ personæ, quam solutionem probant Pinelus, d. 2. p. c. 1. n. 4. Ant. Gom. d. li. 2. c. 2. n. 9.

35 Nec rursus contra Iustin. hic ibi: *Sed nostra decissio, &c.* obstat d. l. si merces, in 2. p. quatenus I. C. Caius ibi firmat, quod Iustinian. in præsenti noua sua cōstitutione induxisse probat; quoniam vt ex nostro tx. constat, inter veteres satis, abundeque illud fuit dubitatum cōstaret ne venditio, an non, si pretium in arbitrium tertij relictum esset, alij aiebant, inter quos Caius, alij verò negabant, horum opinione prætermissa; & probata Caij & sequacium, valere Iustin. scripsit, & sic proprium fecit, l. vnica §. quibus. C. de vet. iure. enucleand. quod ad alia iura obseruant Coua. in c. Raynuntius. §. 1. n. 2. de testamentis, Coral. lib. 5. miscell. cap. 17. quæ interpretatio ex eo magis probatur quod Iustin. in d. l. si. vers. *sin autem vel ipse noluerit*. verbis Caij vsus sit, in d. l. si merces, vers. *sin autem*. Vnde Cuiacius in l. si quis arbitratu. 43. D. de verb. oblig. Tribonianum in d. l. si merces, sub nomine Caij vsum fuisse Iustiniani verbis docet.

36 Sed antea quam hinc abeamus illud opportunè quæri poterit: à quo tempore dicatur perfectus iste contractus, an à tempore conuentionis; an verò ab eò tempore quo tertius ille nominatus arbitrium suum, pretium declarando exposuerit? quod sane vtilissimū erit, quando concurrunt duo gabellarij, vnus prioris, alter posterioris temporis: & quamuis Lassarte de decima vendit. c. 35. n. 19. tunc perfici cum Titius arbitrauerit, ex nostro tx. ibi. *tunc omnino & tunc pro nihilo*. contrarium tamen verius est, huiusmodi venditionem conditionalē esse, & inde postea existente conditione hoc est, arbitrante Titio, videri venditionem perfectam à tempore conuentionis, quod satis ex nostro tx. probatur, & d. l. si. C. eo. ibi: *sub hac conditione stare contractum*, & d. l. si merces ibi. *sub hac conditione stare locationem*: nam conditionalis venditio existente conditione à tempore cōuentionis videtur perfecta, d. l. necessario. 8. D. de per. & com. rei vend. Deinde quia nulla esset differentia inter conuentionem, *quanti æstimabitur*, & *quanti Titius æstimauerit*, quod est contra d. l. si merces, & d. l. si. cum illa valeat in vim pacti de vendendo, non verò in vim venditionis, ita docet Angel. hic, Corneus consilio 50. num. 2. lib. 1.

37 Non obstat vltimum argum. quoniam cum eodem Accurs. hic, quem sequuntur Greg. in d. l. 9. verbo. *quanto tu quisieres*. tit. 5. par. 5. Antonius Gomez, d. c. 2. n. 19. respondendum est, quod aut substantialia contractus relinquuntur alterius certæ personæ arbitrio, vt pretiū, res, & tunc tertio non arbitrante contractus est nullus, quasi conditione deficiente: Aut accidentalia siue qualitates contractus, & eo casu tertio non arbitrāte ad virum bonū recurritur; sic intelliges nostrum tx. & alios, vt latius idē Accurs. resoluit omninò videndus in l. in personam 23. §. generaliter. glos. magna, D. de reg. iur. discriminis ratio est, quia quando substantialia contractus in alicuius arbitrium conferū tur eo non arbitrante nulla est obligatio, siue actio, cui iudicis officium accedere & deseruire possit, eo non arbitrante, & sic contractus nullus redditur. argumento l. 4. C. depositi. Quando verò iam obligatio fuit producta, vt quia conuentum est de pretio, si qualitas siue acci-

accidentale arbitrio tertij relinquatur, & is vel non arbitretur, vel malè & iniquè arbitretur ex illa actione nascitur iam iudicis officiū, & sic ad arbitrium boni viri recurritur, argumē to l. societatem. 77. §. arbitrorum. cum ibi notatis, maximè per Coras. n. 11. D. pro socio.

Versiculus. *Emptore quidem ex empto, &c.*

Igitur perfecto contractu emptionis & ven
ditionis duæ hinc inde mutuæ proficiscuntur
38 actiones: altera ex empto, altera ex vēdito, vt per totum t. D. & C. de act. empti. & cū actiones omnes ex persona & iure agentis distinguatur. l. 1. §. 1. D. si pars hered. petat. ex empto dicitur illa quæ emptori datur, ex vendito quæ venditori competit. l. tenetur. 6. l. ex empto. 11. l. Iulianus. 13. §. ex vēdito. D. de act. em pti cum alijs, quamuis aliquando hoc discrimē confundatur. l. veteres. 19. D. illo tit. l. sed hoc nomine. 26. D. de euictionibus. l. vnica. §. nec tamen. C. si seruus extero, cum alijs.

§. *Item pretio.* 2.

1 *Pretium in pecunia numerata esse debet, numero 6.*
2 *Emptio & venditio contractus est iuris gentium.*
3 *Pecunia inuentum iuris ciuilis, num iurit gentium sit?*
4 *L. pretij causa. 9. C. de rescind. vendit. & num. 12. remissiuè.*
5 *L. fin. D. de condict. causa dati & nu. 13.*
7 *Emptio vtrum consisteret si res pro re daretur, valde fuit apud veteres dubitatum.*
8 *L. 1. D. de contrah. emptione.*
9 *Emptionem iuris gentium esse qua ratione dicatur.*
10 *Pretium in pecunia numerata de substantia emptionis postquam pecunia fuit inuenta.*
11 *Permutatio olim emptio appellabatur.*
13 *Pecuniam si dem vt rem accipiam emptio & vēditio celebratur.*
14 *Permutatio celebratur cum species pro specie datur.*
15 *Pecunia & species simul pro alia specie datur, quis contractus celebretur valde dubitatum.*
16 *Opiniones diuersæ multis in casibus inter Sabinianos & Proculeianos fuere.*
17 *Pretium an in alia re præter pecuniam esse posset valde controuersum inter I. C.*
18 *Consistere non posse verior opinio.*
19 *Poëtarum testimonijs, historijs & chronicis, quāta fides adhibenda: remissiuè.*
20 *Gabella duplex debetur ex permutatione, ex emptione & venditione simplex.*

1 PRETIVM quod in contractu emptionis & venditionis requiritur, & certum esse debet, & in pecunia numerata cōsistere, aliàs si species pro specie detur, contractus emptionis nō erit, sed alia species cōtractus quę permutatio appellatur; idē deduces ex l. 1. D. h. t. l. 1. D. rerum perm. l. naturalis. 5. §. & siquidem. D. de de præs. verbis. l. emptionē. 7. C. de rerum permu. l. 1. ti. 5. p. 5. latè prosequūtur relati in rubrica. sup. h. t. & in §. pretium. eo. maximè Pinelus in rub. C. de res. ind. venditione. 1. p. c. 1. ex n. 1. & 2. p. c. 3. per totum. Ant. de Padilla, in d. §. & siquidem.

2 Sed primò, pro dubitandi ratione sic argumē tor: Emptionem & venditionem iuris gentium contractum esse constat. l. ex hoc iure. 4. D. de iust. & iure. l. iuris gentium. 7. in prin. D. de pactis. §. ius autem gentiū. sup. de iure naturali. †
3 Sed pecuniæ nummique signati inuentum & vsus lōgo interuallo post antiquum illud proprium que ius gentium fuit, vt ex historijs bonisque authoribus constat, & insinuat I. C. in d. l. 1. verfi. *sed quia.* D. h. t. ergo valet cōtractus emptionis etiam si pretium in pecunia numerata non consistat.

4 Secundò, pro dubitandi ratione obijci potest tex. in l. pretij causa. 9. C. de rescind. vend. vbi constat valere cōtractum pretij causa pecoribus in solutum datis.

5 Tertiò, & grauius contra nostrū tx. probantē quod si ex altera parte pecunia, ex altera res interueniat emptio & venditio celebrabitur, quod expressè probat t. in d. l. 5. §. siquidē. obijcio difficillimum tx. in l. fin. D. de condictione causa dati, vbi si dedi tibi pecuniā, vt mihi Sthi cū dares, emptionē non contrahi I. C. probat.

6 Sed his non obstantibus dicendum est, non aliàs emptionis substantiam & contractū perfici, quā si de certo pretio à principio vel per relationem certificando in pecunia numerata conuentum sit. Decisionis ratio fluit ex traditis in. §. pretium in 1. par. sup. eode. cum enim emptionis substantia, & qua nota ab alijs contractibus distinguitur certum pretium sit, certum autem nisi per numerationem esse non possit, consequens est, vt illud in
7 pecunia numerata consistere debeat. † Qua in re etsi inter veteres I. C. maximè fuisset dubitatum, vtrum emptio consisteret, si res pro re daretur, & an vna res alterius pretium esse posset, vt vides ex hoc tex. & d. l. 1. eorum tamen opinio prævaluit qui nō emptionem, sed permutationem eo casu celebrari, existimabant; quæ erudite Baldui. & alij nouiores hic exponunt.

8 Nec mouere debent argumenta quæ in contrarium adduximus. Non primum quoniam varijs omissis solutionibus de quibus per Bart. & alios in d. l. ex hoc iure. & in d. l. 1. D. eod. quas refert & improbat Pinelus in d. rubr. C. de rescind. venditione. 1. par. ca. 1. num. 3. cum sequentibus dupliciter responderi potest.

9 † Primò (vt iam in rubrica sup. h. ti. diximus) quod non solum tempore, sed etiam approbatione aliquid dicatur iuris gentium, vel quia ab initio conditi orbis apud omnes homines fuerit receptū, vel q̃ posit talis rei inuentionē eius vsus ab omnibus gentibus recipiatur, & vnanimiter approbetur, vt eleganter præsensit Connanus lib. 1. c. 5. ad fin. quem sequitur Pinelus vbi sup. c. 2. n. 7. & expressè probat post I. C. in l. oēs populi. D. de iust. & iure. Iust. in §. ius autē ciuile. vers. *quod vero*. sup. de iure naturali, qui cū in illo tx. ad appellationem iuris gētiū rationē naturalē omniumq̃; gentium approbationē, non tantū temporis reiue antiquitatem considerasset his verbis (*quod vero naturalis ratio inter omnes constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur*) paulò post in §. Ius autem gentium, ex eo iure gentium emptionem, atque omnes fere contractus emanasse ait, non tempus, sed rationem approbationemque rei attendens, atque ita emptio iuris gentium dicitur, quia apud omnes gentes eius vsus naturali ratione receptus est.

10 Vel secundò dici potest de substantia emptionis & venditionis esse pretium in pecunia numerata postquam inuenta est pecunia, antea tamen de substantia non fuisse, itaque tunc emptio sine pecunia optimè contrahebatur quando vna res pro alia dabatur. Quod expressè conuincitur eo quod permutatio contractus sit iuris gētium & antiquior sanè ipsa emptione. l. 1. D. hoc tit. & tamen in d. l. ex hoc iure, & in d. §. Ius autem gentium, vbi numerātur contractus iurisgentium, permutationis
11 nulla fit mentio, † vt indè coniecturari liceat permutationem emptionem appellari in dictis iuribus, quasi ante pecuniæ vsum rei pro re permutatio, emptio diceretur, quod & potest etiam suaderi ex significatione verbi, *emptio*, quod à Græco verbo, *emon* tractum, significat sibi acquirere & comparare, vt ex bonis authoribus notauimus in rubri. sup. hoc titu. quod sanè permutatione contingit, emptione non semper, argumento. tex. in l. Clauibus. 64. D. hoc ti. l. ex empt. 11. D. de actio. empti. & eorum quæ authores mox ad tertium argumentum referendi scripserunt.

12 Non obstat secundum ex d. l. pretij causa cui latè satisfecimus in §. pretium. ad primum argumentum sup. h. tit.

13 Non obstat tertium ex d. l. fin. D. de condict. caus. dat. quoniam omissis pluribus interpretationibus de quibus per gloss. Bart. & DD. in dict. l. fin. & in d. §. & siquidem. Cuiacium, & alios in d. l. iuris gentium. 7. in principio. D. de pactis. Connan. lib. 7. cap. 15. Coras. lib. 2. miscellan. cap. 9. Forcatulum Dialogo 43. & 49. Molin. tractat. de indiuiduis in princip. num. 25. & alios plures quos plena manu congerit Pinelus in d. rubrica. C. de rescind. venditione. 2. par. cap. 3. ex num. 9. ad 27. Hāc rem ego sic componendam existimo: Principiò obseruans, hanc conuentionē pecuniam do, vt rem accipiam, quibuscumque verbis celebratam semper emptionem esse, vt hic & iuribus similibus, quia tria substantialia huius contractus concurrunt, consensus, res, & pretium in pecunia numerata. † Secundò ad-
14 uerto, cum contractus permutationis celebratur quando species pro specie datur vt in d. §. & siquidem, & in nostro tex. maximè contro uerti, quod contractus genus inde resultet, quando ex vna parte res, ex altera res & pretium datur, quod latè post Tiraquel. & alios quos refert, disputat Pinelus in rubr. C. de rescind. 2. par. cap. 2. Lassarte de decima venditio-
15 nis, cap. 17. à num. 21. † In qua quæstione, obtinuit attendendum esse valorem rei quæ simul cum pecunia datur, quod si pecunia valorem rei excedat erit contractus emptionis: Si autem rei valor pecuniam superet erit permutatio. tex. in cap. ad quæstiones. 6. de rerum permut. tex. sic intelligendus, in l. cum te. C. de pact. inter emp. iuncta. l. 3. §. 1. l. si pecuniam in princip. §. 1. D. de condict. causam dat. l. sicut. C. de obligat. & act. & ita componendus cum l. ea conditione. C. de rescind. venditione. In dubio verò quoties de valore rei non constat permutatio celebrata intelligitur, quia in concursu duarum qualitatum, quarum vna altera extinguitur semper prævalet naturalis. l. 3. D. de tutelis. l. profectitia. 5. §. fi. D. de iure dotium. cap. præsenti. de præbend. in sexto, vnde iam fit quod cum in d. l. fin. ex altera parte Stichus, ex altera res & pecunia data esset, nec de valore, siue excessu rei aut pecuniæ apparet permutatio inducta fuit, non emptio. Nec dicas hanc interpretationem diuinare, quia expressè colligitur ex illis verbis *vtrum id contractus genus proportione emptionis & venditionis sit*: ex quibus constat serui Stichi æstimationem nō pecunia omnino fuisse refusam, siquidem de rata aut portione tantum quærit I. C. denotans aliam portionē non in pecunia fuisse datam, sed in alia specie, & hoc modo conciliabis Celsum in d. l. fin. cum Iulio Paulo, in d. l. naturalis. 5. §. & siquidem. D. de præscriptis verbis.

In textu ibi: *Et Sabinus & Cassius*, & ibi: *Diuersæ scholæ authores, &c.*

16 In multis iuris definitionibus diuersas & cōtrarias veteribus Iureconsultis sententias & opiniones fuisse, quas diuersæ illæ Proculeianorum, & Cassianorum siue Sabinianorū sectę pepererunt, ex multis iuris ciuilis locis constat, vt plena manu scripsimus in disputatione
17 de mora ex nu. 169. † Insignis tamen est locus iste,

iſte, cum enim valdè controuerſum eſſet, an in cæteris rebus præter pecuniam, pretium eſſe poſſet, veluti an homo, fundus, aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet? Sabinus & Caſſius eorumq; ſectatores permutatione rerũ emptionẽ & venditionem cõtrahi exiſtimabant. Proculeiani contra ſentiebant, aliudque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem, alioqui non poſſe rem expediri permutatis rebus quæ videatur res veniſſe, & quæ pretij nomine data eſſe; horum opinio prævaluit, diſtinctaque eſt ſpecies contractus, cùm res pro re, ſiue ſpecies pro ſpecie datur, ab emptione quæ permutatio dicitur, vt ex hoc tex. cum concordantibus colliges; quod ſi vna ex parte detur, certa ſpecies, vt puta, hic ſeruus, & ex alia, ſpecies incerta, putà ſeruus in genere: vel detur ſpecies pro genere ideſt pro his rebus quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, quas I. C. genus vocant. l. 2. vbi omnes. D. ſi cert petat. vel genus pro genere non eſſe permutationem, ſed contractum innominatum *Do vt des*, docuit Accurſ. in l. 1. *verb. nomen.* D. de rerũ permutatione, & in l. 2 *verb. poſtulabis.* C. eod. ſequuntur vbique communiter DD. Bart. nu. 6. Baldus in fin. Paul. n. 15. Iaſo. n. 8. Ripa. nu. 25.
18 Viglius. n. 40. in l. 2. D. ſi cert. pet. † Contraria tamen ſententia verior eſt, quæ primo probatur ex noſtro tx. & d. l. 1. D. eo. vbi in illis Homeri verſibus quæ ex lib. 7. Iliad. referuntur, quos Latinos fecerunt nouiores hîc permutationem ſignificari ſcribitur; & tamen exercitus Græcorum, ære, ferro, hominibuſque vinum ſibi comparauit. Secundò facit tex. in d. §. & ſiquidem, vbi quoties res pro re datur permutatio contrahitur, & tamen rei appellatio ſpeciem & genus comprehendit cum latiſſima ſit. l. 1. in fi. D. ſi cert. pet. cum concordantibus, & conducit tex. in d. l. emptionem. 7. C. de rerum permut. vbi datum fuit frumentum pro oleo, & ſic genus pro genere (vt noſtri loquuntur) & permutationem eſſe docet Imp. ex quibus contra communem defendunt Decius in d. l. 2. n. 18. Alc. nu. 23. Menchaca lib. 3. quæſt. vſu frequen. c. 59. n. 4. Padilla in d. §. & ſiquidẽ. nu. 9. Vaconius, declaratione 27. Coraſ. lib. 2. miſcell. cap. 15. Pinellus in d. rub. C. de reſcind. vend. 2. p. c. 1. n. 10. Mendoça lib. 3. diſputationum. c. 5. n. 3. cum ſequenti. Laſſarte de decima vendit. c. 17. n. 7. qui latè diſputant quod diſcrimen inter permutationem & innominatum contractum verſetur.

In tx. ibi: *Argumento vtebantur Græco poëta.*

19 Quando poëtarum teſtimonijs, hiſtorijs, & chronicis fides ſit adhibenda præter ordinarios hîc vide Bart. Iaſon. & alios in l. 1. D. ſi cert. petat. plura congerit Maſcard. concluſ. 287. Suarez allegatione 6. nu. 11. Ioan. Garcia. de nobilitate, Gloſſa 18. num. 11.

In Gloſſa *Speciem.*

20 De his innominatis contractibus plura Accurſ. in l. iuris gentium. 7. in princ. D. de pact. & in d. l. naturalis. 5. D. de præſc. verbis. Inter permutationem autem, & emptionem plures differentias eſſe plures hîc adnotarunt, ſed illa apud nos præcipua eſt, quod ex vẽditione vnica debetur gabella, ex permutatione verò duplex, vt cum alijs reſoluit Laſſarte de decima vendit. cap. 16. num. 3. & 4.

§. *Cum autem.* 3.

1 *Periculum rei venditæ etiam ante traditionem regulariter pertinet ad emptorem, & nu. 5.*

2 *Periculum cuiuſque rei ad dominum ſpectat.*

3 *Conditio quæ exiſtit retrotrahitur ad tempus contractus.*

4 *Periculum rei venditæ ſub conditione pertinet ad venditorem, & nu. 8.*

5 *Debitor ſpeciei re ſine eius culpa amiſſa liberatur.*

6 *Mora petendi rem emptam emptori nocet.*

7 *Debitor quantitatis nullo caſu liberatur, quia genus perire non poteſt.*

8 *L. cum ſpectem. 5. C. de periculo & commodo rei venditæ.*

9 *L. neceſſario. 8. §. quod ſi pendente. D. de periculo, & commo. rei venditæ.*

11 *Periculum rei venditæ contractu in ſcriptis celebrato, pertinet ante inſtrumentorum confectionem ad venditorem.*

12 *Periculum rei venditæ, in genere ad venditorem ſpectat.*

13 *Periculum rei ad pondus, numerum, vel menſuram venditæ ad quem pertineat, diſtinguitur.*

1 PERFECTA venditione periculum rei venditæ etiam ante traditionem item & eius augmentũ non ad venditorẽ, ſed ad emptorẽ pertinet. Idem in l. 1. & per totũ. D. & C. de per. & commod. rei vend. l. quod ſæpè. 35. §. in his. D. de contra. emptio. l. cum emptor. 5. D. de reſcin. vẽd. l. Lucius. 11. D. de euict. conſonat. l. fi. t. 10. l. 3. fori. l. 23. cum ſeq. t. 5. p. 5. explicant Conna. lib. 7. ca. 10. Ant. Gom. lib. 2. c. 2. n. 32. Couar. in pract. c. 3. n. 6.

2 Sed p dubitãdi ratione, primò ſic argumẽtor: Periculũ cuiuſq; rei ad dñm ſemper ſpectat. l. ſi creditor. 4. l. ſi nulla. 7. l. pign⁹. 9. C. de pig. act. cũ alijs relatis à Dueñas regula. 203. ſed etiam ſi perfecta ſit venditio dominium rei venditæ ante traditionem in emptore non tranſit, vt diximus ſup. in princ. huius t. per tx. ibi: ergo nõ emptoris periculo, ſed potius venditoris, diminutio ſiue rei augmentum erit.

3 Secundò ſic argumentor: Quotieſcumque

contractus sub conditione fit, conditione postea existente perinde habetur, ac si à principio purus contractus fuisset: quia perfectio illa ad tempus contractus retrotrahitur. l. necessario.8.D.de pericul. & commod.rei vend. l.qui balneum. 9.l.potior. 11.cum alijs. D.qui potio. † Sed in venditione conditionali periculum ad venditorem pertinet.l.cum speciem. 5.C.de per.& commo rei vēd.ergo contra nostrum textum.

Sed his non obstantibus adhuc dicendum est, regulariter ad emptorem non ad venditorem periculum rei venditæ spectare, cuius rei illa potest commendari ratio; quia perfecto contractu emptionis quemadmodū emptor pretium numerare debet,& pretij debitor est, sic vēditor emptori rem tradere tenetur, eiusque rei debitor efficitur.l.ex empto. 11. D.de act. empti.§.pretium,ad fi.sup.eo.manet ergo venditor certæ speciei debitor,vt constat,debitor autem certæ speciei re sine eius culpa perempta liberatur.l.quod te mihi.5.D.si cert. pet.l. si ex legati causa.23.D.de verb.obli. l.18.l.19. tit.11.p.5.exornat Ioann.Gracian.regula.217. & inde periculum ad emptorem pertinet, non quia dominus est,sed quia venditor,qui speciei debitor erat, re sine eius culpa perempta liberatus fuit.† Quod si adhuc quæras cur debitor speciei in hoc casu re perempta liberatur? respondebo tibi; hoc ideò contingere quia postquam perfectus fuit contractus potuit emptor aduersus venditorem agere, vt rem venditam sibi traderet,ex regula l.cum qui. 41.§. 1. D.de verb.oblig.§.omnis sup.de verò. vnde rem ipsam habere videtur. l. rem in bonis. 52. D. de acq.rerum dom.l.qui actionem.D.de reg. iur. & ita iam est in mora petendi,quæ ei, non venditori,nocere debet.l.illud. 17.D.de per.& cōmo.rei vend.l.mora.D.de reg.iur.& sic rei diminutio vel augmentum, ad ipsum spectat.

Ex quibus iam constat prioris argumenti solutio, vt ad emptorem rei periculū pertineat, non quia dominus est,sed quia creditor est speciei, sanè nullus euenire potest casus qui eum à pretij solutione & obligatione liberet, cum debitor sit quantitatis, quæ nunquam perit ex regula l.incendium.9.C.si cert.pet.l.10.t.1.p. 5.quam exornat Dueñas regula.156.

Neque obstat secundum argumentum ex d. l.cum speciem,quoniam cum venditio sub cōditione celebratur, si pendente conditione res extincta sit, quamuis postea existat conditio, periculum venditoris est, non emptoris, quia cum emptor pendente conditione agere contra venditorem non potuerit.l. cedere diē. D.de verb. signif. dici non potest eum in mora fuisse.

Neque huic solutioni obstat tex.in d l.necessariò.8.§ quod si pendēte. D.de pericul.& cōmo.rei vend.vbi conditione existente periculum quod ea pendente contigit,ad emptorem spectare docet I. C.quia nō loquitur de re omnino extincta pendente conditione, sed de re quę deterior fuit effecta,hoc periculum ad emptorē pertinet.illud ad venditorem. † Discriminis ratio inter hos casus illa est, quando res deterior fit pendente conditione,quia illa existente contractus perficitur.l.hæc venditio. 7. D.h.t.& perfectio hæc ad tempus contractus retrò trahitur,& perinde habetur ac si eo tempore extitisset,vel pure contractum esset. d. l. necessariò cum similibus,dubium esse non potest, quin ad eum periculum spectet ex regula nostri tx. Quando vero pendente conditione res omnino extincta fuit periculum ad venditorem pertinet,quia cum in hoc contractu res omnino interuenire debeat.l.nec emptio.8.D. h.t.si pendente cōditione extinguatur vitiatur omnino contractus, quia res non est quæ veneat: & inde quemadmodum si conuentio inita non esset periculum ad venditorem spectaret,sic & contractu facto & rei interitu postea contingente: quæ est vera interpretatio.d.l.cū speciem,& d.§.quod si pendente.

Ex qua resolutione & nostri tx.ratione infertur primò,quod si in scriptis venditio fuerit celebrata,ante instrumentorum confectionem periculum semper ad venditorem pertinebit, quia antea perfecta non est,tx.in princ.vbi diximus,sup. eo. & ante cōtractus perfectionem periculo domini debet perire.

Secundò infertur quod si res aliqua in genere vendita sit,vt seruus,aut vestis,indefinitè periculū ad vendtiorē pertinere, quia genus perire nō potest,argumēto.l.qui decē.72. D. de solut. l.in ratione.30.ad leg. Falcid. & inde succedit regula.l.incendium.9.C.si cert.pet. †. Quod si res ad pondus,numerū,vel mensurā vendantur,sequens erit distinctio admittenda. Quando indefinitè quis vendit decē corbes frumenti,decē amphoras vini,& alia id genus,quia vēditio ingenere fit, periculum vēditoris erit ex proximè traditis:quando verò hæ quantitates venduntur vt species, vt puta frumētum quod est in horreo,vinū quod est in doliario,quia hę res tamquam species iudicantur,periculum emptoris erit ex nostro tex. iuncta regula l. talis scriptura. 3. §. item si. l. sed si certos.51. D.de leg. 1. cum alijs, & sic intelliges tex. in l. 2. versic. *cum autem*. C. de pericul. & commod. rei vendit. l. si vina. 15. D. eod. l. quod sæpè. 35. §. in his. D. hoc titu. quod si huiusmodi res vendantur ad pondus, numerum vel mensuram, vt puta vendo tibi decem frumenti mensuras, ex illo horreo. &c. ad rationem decem solidorum, &c. tunc certum est quousque frumentum mensuratum sit periculum ad venditorem spectare, ex Glossa hic verbo, *statim*, ad fin. &in dict. §. in his. l. 1. §. sed & custodiam. D. de periculo & com.

& commod. rei vend. l. 2. C. eod. ea ratione, quis venditio ad pondus, mensuram, numerationem vel degustationem facta censetur quasi sub conditione celebrata; conditionalis autem venditio imperfecta est, eiusque periculum his in casibus ad emptorem non pertinet, quam rationē insinuat I. C. in d. §. in his, quod latè prosequuntur relati, sup. in princ. & in optimo casu Lasiarte, de dec. vend. cap. 5. n. 29.

§. Quod si fugerit. 4.

1 *Periculum rei venditæ dolo vel culpa venditoris perditæ, aut deterioris effectæ ad eum spectat, & num. 6.*
2 *Venditor eam rei venditæ custodiam, quam commodatarius rei commodatæ, adhibere tenetur, & num. 12.*
3 *Cōmodatarius leuissimam etiā culpam præstat.*
4 *L. pen. C. de pericul. & comm. rei vend. & n. 13.*
5 *Incendia culpæ inhabitantium plerumque fiunt.*
7 *Mora est culpa prætermittendi officij in soluendo recipiendóve debito quæ alteri damnosa est.*
8 *L. si fundus. 33. D. locati.*
9 *Delictum sine culpa committi non potest. L. Lucius. 11. D. de euictionibus.*
10 *Bello capta quæ immobilia sunt Principi addicuntur.*
11 *L. lectos. 12. D. de periculo & commod. rei vend.*
12 *L. custodiā. 3. D. de periculo & commo. rei vend.*
14 *Venditor qui rei venditæ custodiam suscepit periculum præstat.*
15 *Verba intelligenda sunt vt aliquid operentur.*
16 *Venditor de casu fortuito non tenetur.*

1 QVOD Iustin. paulò superius dixit rei venditæ periculum, etsi ea tradita non sit, ad emptorē spectare sic accipiendum est, si absque venditoris dolo vel culpa res deterior efficitur; planè si eius dolo, culpáve deterior res fiat, aut seruus vel fugiat vel subreptus sit venditoris periculum erit, idem in d. l. quod te mihi. 5. D. si cert. pet. l. naturalis. 5. §. 1. in fi. D. de præscrip. verbis. l. quod sæpé 35. §. si res. D. h. t. l. si vendita. 11. D. de periculo & commo. rei vend. l. 3. 4. & fi. C. eod. regula. d. l. si ex legati causa. 23. D. de verb. oblig. l. qui decem. 72. D. de solutionibus. l. 23. l. 27. ti. 5. p. 5. explicant relati in §. cum autē sup. eod.

Sed pro dubitandi ratione primò sic argumentor: 2 Eandem custodiam venditor præstare tenetur, quam præstāt ij, quibus res commodata est. l. custodiam. 3. D. de peric. & commo. 3 † sed in commodato etiam leuissima culpa præstanda est, tex. in cap. 1. de commod. ergo venditor non tantum de dolo & lata culpa, verum & de leua & leuissima tenebitur.

4 Secundò sic argumentor: Si domus vendita incendio consumpta sit periculum & damnum emptoris est. l. penultima. C. de periculo & commo. rei vend. † incendium autem sine culpa contingere non potest. l. 3. versi. *& quia plerumque.* D. de officio Præfect. vigil. ergo culpa venditoris non excusat emptorem.

6 Quibus difficultatibus vt satisfacias & nostrum tex. intelligas obserua ideo venditorem hisce in casibus teneri, quia (vt sup. diximus) regulare est, vt cuique sua mora noceat, c. mora. 25. de reg. iuris, lib. 6. l. in condemnatione, 124. §. vnicuiq;. vbi latè Glossa & DD. eo tit. vbi autem dolus & culpa adest ibi, & mora inuenitur, 7 est enim culpa † prætermittendi officij in soluendo recipiendóve debito quę alteri damnosa est, vt post magnam disputationem resoluimus in tractatu de emendatione morę, n. 23. cum sequent.

8 Ex quibus primo intelliges tx. in l. si fundus, 33. versi. *nam etsi venditoris.* D. locati vbi probatur, publicato fundo vēdito etiam post perfectam venditionem periculum esse vēditoris, non verò emptoris contra nostrum tx. id enim ideò contingit, quia loquitur de fundo vendito publicato, idest fisco adiudicato propter aliquod venditoris delictum, (damnatione enim sæpè bona publicantur. l. 1. D. de bon. dam.) & inde cū culpa & dolus ipsius venditoris interuenerit rectè ex princ. nostri tx. respōlum est, 9 ipsius esse periculum † quia delictum sine culpa & dolo committi non potest. l. 1. §. Diuus. l. in lege 7. D. ad leg. Cornel. Indeque componendus est ille tex. cū l. Lucius. 11. D. de euict. vbi publicato fundo vendito periculum ad emptorem pertinet, quia loquitur ibi I. C. de publicatione quæ non propter delictum vendi- 10 toris contingit, sed propter bellum. † Ea enim quæ bello capiebantur si immobilia erant publicabantur, idest fisco addicebantur. l. si captiuus, versi. *verum est.* D. de captiuis. l. Diuus. D. de iure fisci. l. penultima. D. ad leg. Iul. peculat. quæ aliquando Princeps veteranis militibus in laboribus præmium assignabat, vt in l. item si verberatum. 15. §. 1. D. de rei vindicatione, & d. l. Lucius, & inde cum talis publicatio sine culpa venditoris contingeret rectè ibi responsum est periculum emptoris esse, iuxta nostrū hunc textum.

11 Secundò hinc infertur interpretatio ad textum in l. lectos. 12. D. de periculo & cōmodo rei vend. vbi periculum rei venditæ ante traditionē, si mora ab emptore facta non sit, pertinet ad venditorē, ideò nimirum quia tale periculum contingit culpa venditoris qui lectos venditos in via publica posuit, eosq; ædilis qui viarum publicarum curam habebat. l. penultima. D. de via public. concidit, quod iure facere potuit: nam si iniustè ædilis lectos concidisset periculum emptoris esset, venditorq; re solū tenetur actionē ei contra ædilē cedere, vt in l. cū qui. 13. D. de peri. & commodo, quā cessionem facere tenetur venditor quoties periculū deteriorationis aut interitus propter alienam

culpam contingit, iuxta tx. in §. vtique tamen, inf. h. tit. d. l. quod sæpè. 35. §. 1. D. eod.

12 Neque obstant argumenta in contrariũ adducta: non 1. ex. d. l. custodiam. 3. D. de pericul. & commod. quoniam obseruo culpam aliam latam esse, aliam leuem, aliam leuissimã, glossa verbo. *exactam*: in §. item is cui sup. quib. mod. re contrah. obligatio. latè Bart. & omnes in l. quod Nerua. D. depositi, venditor igitur de lata culpa, quæ dolo finitima est, & de leui, non etiam de leuissima tenetur. l. Iulianus. 13. in §. his. l. si seruus. 54. versi. quod si. D. de act. empt. Neque obstat tex. in d. l. custodiam, quoniam loquitur ibi I. C. de venditione rerũ quę pondere, numero, vel mensura cõstant, vt ex præcedenti l. 2. manifestum fit, quæ quia ante mensuram non est perfecta, de leuissima etiam culpa venditor tenebitur.

13 Minus obstat secundũ argumentum ex d. l. penult. C. de per. & commod. rei vend. quoniã licèt incendium culpa eueniat inhabitantium, vt in d. versi. *& quia*, non tamẽ sequitur culpam esse ipsius venditoris vel patris familias, cũ possit contingere culpa seruorum vel alterius tertij, ideòque nisi venditoris culpa probetur, emptoris erit periculum, iuxta tx. in l. si vendita. 11. D. de per. & commod. rei vend.

14 Planè etsi regulariter fuga aut furtum serui venditi ad venditorem non spectet, spectat tamen quando ipse suscepit in se custodiã vt hic, & in d. l. quod sæpè. 35. §. si res. D. hoc t. l. si in venditione. 10. à contrario sensu. D. de per. & commo. rei vend. cuius principij ratio est, quia

15 verba † ita intelligenda sunt vt aliquid operẽtur. l. si quando. 109. D. de leg. 1. l. generali. §. 1. & vtrobiq; gl. D. de vsuf. leg. l. si stipulatus. 4. D. de vsuris. l. 1. in fine. D. ad municipal. & inde cum sine vlla adiectione venditor de leui culpa teneatur, hæc adiectio custodiæ aliquid debet operari, & sic vt vltra teneatur, idest de leuissima culpa, quare cum fuga, aut furtum sine culpa saltem leuissima non contingant, ad venditorem spectare debent, qui custodiam in se sus-

16 cepit. † Qui tamen de casu fortuito non tenebitur. d. l. quod sæpè. §. si res. l. si ea res. 31. D. de act. empt. notat Accurs. verbo, *omne periculum* in l. iuris gentium. 7. §. si paciscar. D. de pact. Bart. in l. sed & si quis. §. quæsitum, ubi Iaso. n. 30. D. si quis cautio. nisi nominatim casus etiã fortuitos in se susceperit, argumento, cap. 1. de commod. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. sed nec tunc de insolito tenebitur. l. fistulas. 78. §. frumenta. D. hoc tit.

§. *Vtique tamen.* 1.

1 *Venditor emptori vindicationem & condictionem aduersus eum qui damnum fecit cedere tenetur, & quare. n.* 4.

2 *Furti actio ei cuius interest datur.*

3 *L. si. D. de rebus eorum, & num.* 6.

4 *Venditor rei venditæ dominus manet ante traditionem, & num.* 6.

5 *L. is cuius.* 85. *D. de furtis.*

6 *Ferd. Mendoça noua opinio reiecta.*

1 QVIA, quamuis habita conuentione de pretio contractus emptionis perfectus sit, venditor dominus manet, & vindicationem rei, & condictionem exhibere debet emptori aduersus tertium qui dãnum dedit, idẽ in d. l. quod sæpè. 35. §. si res. D. h. t. l. eum qui. 13. D. de per. & comm. rei vend. l. eum qui. 14. D. de furtis.

Sed. 1. pro dubitandi ratione sic argumentor.

2 † Actio furti ei datur cuius interest rẽ non esse surreptam, quamuis ipse dominus non sit. l. is cuius. 85. D. de furtis: Sed emptoris interest rẽ non surripi, quia ad eum periculum spectat ex nostro tex. cum concordantibus, ergo ei ipso iure absque cessione competit actio.

3 Secundò, contra tx. ibi: *adhuc ipse dominus est*: quibus verbis probatur, rei vẽditæ dominiũ ante traditionẽ penes vẽditorẽ semper esse, obijcio difficillimũ tx. in l. 1. §. fi. D. de reb. eorum, vbi ex sola cõuentione & cõtractu vẽditionis, sine vlla traditione dominiũ emptori quæsitũ fuisse habetur pro cõstãti, ergo cõtra nost. tx.

4 Quibus tamẽ difficultatibus facillimo negotio satisfacies, si ea quę sup. initio diximus repetas, quod etsi perfecta sit vẽditio simul atq; de pretio cõuenit, manet tñ res vendita in vẽditoris dominio & potestate quousq; emptori tradatur. l. clauib⁹. 74. D. h. t. l. si pater. 8. C. de act. empt. l. qui tibi hereditatẽ. C. de hered. vel act. vend. l. seruum emptor. C. de rei vindicatione, & hoc est pro regula traditũ, in l. traditionib. C. de pactis, dominia non nudis pactis, sed traditionibus trãsire, ideſt, non cõtractibus nudis à traditione, vnde cũ emptor ante traditionẽ dominus nõ sit, hæ autẽ actiones nõ nisi domino cõpetant. l. in rẽ. 23. D. de rei vind. cũ vulgatis, iũcta. l. 1. D. de cõdict. furtiua. l. item Mela. §. legis. D. ad leg. Aquil. d. l. cũ qui. 14. l. si vẽdidero. 80. D. de furtis, æquumq; sit ipsum emptorem qui re & pretio caret. §. cũ autẽ sup. h. ti. actionẽ habere cõtra dãnũ inferentẽ, cõsequens est, eas actiones à domino cedi, iuxta nostrũ tex.

5 Neque ostat tex. in d. l. is cuius, quoniam respondendum est, ex illo tex. venditori magis, quam emptori actionem dandam esse, quia & ipsius venditoris interest, cum is ex empto teneatur ad actiones cedendas, & quia dominium penes se erat ante traditionem: emptoris verò non interest, qui ex empto agendo consulere sibi poterit, vt eleganter considerauit. I. C. in d. l. si vendidero. Hereditatis autem emptori, quia vniuersalis emptor est, sine vlla venditoris cessione specialiter hæ actiones dantur. l. si cum emptore. 16. D. de pactis.

Rursus

6 Rursus non obstat tex. in d.l.1.§.fi.D.de reb. eorum, cuius authoritate etsi Ferdi. Mendoça, lib.3.disputat.iur.c.2.n.12.ausus fuerit defendere rei venditæ dominium ante traditionem transire, loquitur vir aliàs eruditus contra notissima iuris principia. Nec sententiam quam firmat probat tx. in d.§.fi. nam quod hîc & alibi dicitur traditionem præcedere oportere, interpretandum est de vera vel ficta traditione, quæ etiam sufficit, & inibi sine dubio interuenit, nam quando pactum quod de iure valere non potest apponitur in venditione, dominio penes venditorem manête, vt pactum subsistat, & partium voluntas effectum habeat, ius inducit fictam traditionem, & dominium transfert in emptorem. Ecce exemplum, in l. quædam mulier. D.de rei vind. in l. quisquis. C.de donationibus, vnde quia in d.§.fi. fuit pactum appositum quod prædia essent pignori obligata venditori, quo vsque emptor pretium solueret, quod valere non poterat si venditor dominium retineret. l. neque pignus. D.de reg. iur. l. rem alienam. D.de pig. actione. inducitur à iure ficta traditio, ex qua, absque reali, transfertur dominium in emptorem.

§. *Emptio.* 6.

1 *Emptio & venditio & purè & sub conditione celebrari potest, & n.4.*

2 *Inementis vel vendentis arbitrium emptio conferri non potest, & nu.6.*

3 *Emptio celebrata sub hac verborũ conceptione:* Si intra certum tempus tibi displicuerit, *pura est.*

4 *Emptio cõditionalis quoad indissolubilitatẽ perfecta statim est: quoad obligationẽ imperfecta.*

5 *Emptio sub quacumq; cõditione celebrari potest.*

7 *L.3.D.de contrah.emptione.*
L.1.D.de lege commissoria.

8 *L.actus legitimi.77.D.de regul.iuris.*
Relatiuum quis vel qui, *restringit.*

1 EMPTIO & venditio nõ solum purè, sed etiam sub conditione celebrari potest, idem in l. hæc venditio.7.D.h.ti.l.necessario.8.D.de periculo & commodo, facit regula §.omnis sup.de verb.oblig.l. huiusmodi.20. l.si rem.31.D.eo. l.9.l.27.tit.5.p.5.

Sed pro dubitandi ratione contra nostrũ tx.
2 ibi: *Stichus intra certum diem tibi placuerit* sic argumentor: In ementis vel vendentis arbitrium venditionis contractus conferri non potest. l. quod sæpè.35.§.1.D.h.t.l.in. vêdêtis.13.C.eo. facit regula. l. sub hac.7.D.de oblig.& act.l. stipulatio non valet.17.l.centesimis.46.§.fi.in fi. D.de verborum.l.senatus.45.§.legatum.D. de leg.1.l. fideicommiss.11. §. quamquam. D.de leg.3. ergo contractus eo modo factus si tibi placuerit, quia in arbitrium contrahentis confertur, nullus erit.

3 Secundò contra nostrum tex. ibi: *Sub conditione, veluti si Stichus*, sic argumentor: Si emptio ita celebretur, vt si intra certum tempus res emptori displicuerit, res sit inempta, pura, non conditionalis est venditio. l.3.D.h.tit.l.1. D.de lege commiss. ergo contra nostrum tex. qui eam conditionalem esse probare videtur.

4 Tertiò sic argumẽtor: Emptio, & vẽditio cũ à lege inducta, & approbata sit. l. ex hoc iure, D.de iust. & iure. cũ alijs relatis in §.itẽ pretiũ. inf.eo.actus legitimus est, ex reg. l.legitima.6. D. de pactis. l. tutelas.7. D.de cap.dimi.l.2.§. hæc autem.D.vnde legitimi.l.1.D.de legitim. tut.cum alijs. Sed actus legitimi non recipiunt diem, neque conditionem. l. actus. 77. D. dẽ reg.iur.cap.actus.eo tit.in 6.ergo emptio non recipiet neq; diem, neq; conditionem.

Sed his non obstantibus dicendum est, hunc
5 contractum purè, & sub cõditione fieri posse. Purè contractus fit, quando nec dies est appositus, nec conditio adiecta; sub conditione, quãdo in aliquem casum, & euentum differtur obligatio. §.omnis.§.sub conditione. sup.de verb. oblig. & hoc casu antequam existat conditio imperfectus est contractus quoad obligationẽ, quæ ante conditionis existentiam nunquam nascitur. l.non omnis.19.D.si cert.pet. l.cedere diem.213.D.de verb.signific. quoad indissolubilitatem perfecta venditio est. d.l. necessario.8.D.de per.&comm.rei vend. notat Glossa communiter recepta in l.1. C. illo tit. & post existentiam conditionis fingitur tempore conuentionis venditionem perfectam fuisse, d. l. necessario. quia tempus impletæ conditionis, ad tempus cõuentionis refertur, l. si filius fam. 78.D.de verb.oblig.l.potior.11.§.i.l.creditor. §.si prior.D.qui pot.& diximus in §.cum autẽ. sup. cod. Estq; nostri tx. regula, non tantùm in conditione casuali, vel mixta admittenda, sed & in potestatiua, quæ ex voluntate, & potestate alicuius ex contrahentibus pendeat, iuxta doctrinam Iurisconsulti in l. suus quoque.4. §. puto.D.de hered.instit. veluti vendo tibi equũ si in Capitolium ascenderis, hæc enim venditio valet. l.cum ab eo.41. D.de contrah. empt. quia licèt in voluntatẽ cõtrahentis expressam committi contractus non possit. d.l. in vendẽtis. cum similibus. in velatam tamen potest. l. nonnunquam.52. D.de condit. & demonstr. l. expressa. D.de reg. iur. An autem eo casu impleta conditione retròtrahatur contractus ad tempus conuentionis post alios disputat omninò vidêdus Lassarte de deci. vẽd.c.5.ex n.11.

6 Neque tunc obstant argumenta in contrarium adducta. Non primum ex d.l. in vendentis, cum similibus: quoniam respondendum est regulam contrariam procedere, quando perpetuò, & indistinctè validitas, & substantia contractus in alterius ex contrahentibus arbitrium committitur, quia tunc inutilis est

conuentio, propter rationem ab Imperatore expressam in d.l.in vendentis. At vero noster tex. procedit, quando voluntas contrahentis ad certum tempus restringitur, vt ex litera constat *si intra certum diem tibi placuerit*, quo casu valet venditio, quia transacto illo tempore oritur obligatio, si emptor sibi rem placere dixerit, & inde sustinetur contractus propter illam obligationis spem, licèt nunc nulla nata sit, & ita interpretatur post Ioann. Fabrum in §. pretium. n. 5. sup. eod. & nouiores hic, Ioan. Robertus lib. 2. sent. c. 12.

7 Non obstat secundum ex d.l.3. D. hoc ti. & d. l. 1. D. de lege commissoria, quoniam hæc conuentio, *si tibi placuerit sit tibi emptus aureis tot*, multum differt ab ea conuentione, *si displicuerit redhibeatur, vel sit inëptus*, illa enim est vēditio conditionalis, hęc est pura, quæ sub conditione resoluitur; illa nisi certo præfinito tempore fieri non potest, vt diximus; hæc autem nullo præfinito tempore fit, & dantur à lege sexaginta dies vt displicētiam declaret, quibus transactis amplius displicere non potest, nisi in conuentione expressum sit, quod si aliquādo displiceat redhibeatur. l. quod si nolit. 31. §. si quid ita venierit. D. de ædil. dict. latè prosequuntur Couar. lib. 3. var. c. 8. Ant. Gom. lib. 2. c. 2. nu. 28. Conna. lib. 7. ca. 9. Menchaca lib. 11. quæstio. vsu frequentium. c. 69.

Neq; obstat tertium, quoniam respondendū est, regulam d.l. actus legitimi. D. de reg. iur. non esse generaliter accipiendam de omnibus actibus legitimis, vt patet ex illo relatiuo (*qui*) quod relatiuum generalem sermonem præcedentem restringit, norant Bar. & omnes per tex. ibi, in l. omnes populi. D. de iust. & iure. l. cunctos populos. C. de summa Trinitate. l. ea tamen adiectio. D. de leg. 3. nec accipiendam esse solummodo in actibus ibi expressis, sed in omnibus actibus legitimis ea institutis natura, vt effectum purum & præsentem exigant, ideòque cum dies & conditio, quia continent dilationem, eorum substantiæ repugnent, vitiant actum, certum autem est, emptionis & venditionis substantiæ diem aut conditionem non repugnare, ideoque conditionem admittunt, iuxta nostrum tex. An autem & diem, disputat videndus Lassarte vbi sup. ca. 5. vel posset vlterius tentari. d. l. actus, illum recipere sensum vt probet, quod actus legitimi, qui ex iuris aliqua dispositione diem aut conditionē non admittunt, vitiari si dies, aut conditio adijciatur, quæ interpretatio ex tex. magis probatur.

§. *Loca. fin.*

1 *Loca sacra, religiosa, publica, necliber homo vendi possunt.*

1 LOCA sacra, religiosa, aut publica emi non possunt, item nec liber homo, quod si ignorans emptor emat, actionem ad id quod interest habebit: idē dedu ces ex l. sed Celsus. 6. l. liberi. 70. D. de contrah. emptione: consonat l. 15. cum sequent. tit. 5. par. 5. in quibus quæ res emi aut vendi possint, explicatur, late prosequitur Conna. lib. 7. c. 7. Pet. Greg. 3. par. syntag. lib. 25. c. 4. & c. 7. cum sequent. & nos latè de huius tex. & similium interpretatione egimus in §. 1. ad 1. 3. & 4. argumentum, sup. de inutilibus stipulation. ideo non insistimus, nam eadem sæpius inculcare nihil attinet.

TITVLVS XXV.

De locatione & conductione.

IN RVBRICAM.

1 *Continuatio huius tituli.*
2 *Locationis & conductionis materia: remissiuè.*
3 Locatio *vnde dicta.*
Conductio *vnde dicta.*
4 *Locare, & locator, quis?*
5 *Conducere, & conductor quis?*
6 *Locationis & conductionis nominibus promiscuè veteres vtebantur.*
L. veteres. 20. & sequens. D. de act. empti.
7 *Iacobi Cuiacij interpretatio ad eas leges.*
8 *Redemptores qui.*
9 *Locationis & conductionis definitio.*
10 *Locatio est contractus bonæ fidei iuris gentium vltrò citroque obligationem inducens.*
11 *Locatio conuētio est nominata, & in quo differt à contractu. do vt facias.*
L. Naturalis. 5. §. at cum do. D. de præscript. verbis.
12 *Locari possunt res mobiles & immobiles, personarum vsus & facta. & n. seq.*
14 *Seruitutes locari possunt, excepto vsufructu.*
15 *Beneficiorum Ecclesiasticorum fructus locari possunt, olim in decēnium hodie in triennium.*
16 *Locari propriæ & alienæ res possunt.*
17 *Conductor nisi aliud conuenerit, conductam rem locare potest.*
18 *Conducere propriam rem nemo potest.*
19 *Locatio rei vsum, venditio rei dominiū præstat.*
20 *Nūmi vtendi dantur certa constituta mercede.*
21 Redditus *fundi propriè dicitur qui ex locatione fluit.*
22 *Redditus pecuniæ, qui ex fœnere redigitur.*
23 *Pecuniæ non vsus, sed abusus est.*
24 *Fœnus à locatione quatenus differat.*
25 *Merces in contractu locationis interuenire omnino debet, eaq; nota à precario & commodato hic contractus differt.*
26 *Locatio ad rem fit.*
27 *Locatio perpetua emphyteusis dicitur.*
28 *Locatio temporanea, quæ ad longum vel modicum tempus fit.*

29 Lo-

29 *Locatio ad longum tempus dicitur quæ vltra decennium fit.*

30 *Locatio ad longum tempus vtile (quod vocant) dominium transfert.*

31 *Locatio temporanea vna expressa, alia tacita.*

32 *Locatio tacita quæ.*

1 PRoxima est & tractatu, & disputatione emptioni, & vēditioni locatio, & cōductio, vt in huius t. initio Iust. in l. 1. & 2. D. eod. Iul. Paul. & Caius cōtestātur. Cuius cōuentionis, quia nō oēs possumus & articulos, & quęstiones disputare, vt 2 cōstet materiei explicatio, præter † ordinarios hic, ad titulum D. & C. & in Decretal. eodem, videndi sunt Bart. & alij in l. naturalis. 5. §. at cum do. D. de prescript. verb. Con. lib. 7. c. 11. Pet. Greg. 3. par. syntag. lib. 27. c. 1. & nouissimus Carocius integro nuper edito libro de locat. & cond. Ant. Gom. lib. 2. var. c. 3. & plures alij ad Iustin. inferiùs à nobis referendi. Illud autem, vt quę dicenda sunt constent, hic omittere non possumus, vnde locatio, & conductio dicantur, quid sit, item & quotuplex.

3 Ergo, *locationem*, à verbo, *locare*, dictam constat, locare autem est, teste Varrone, in aliquo loco ponere, hinc locare dicuntur qui in agro, fundóve constituunt aliquem ad vtendum, vel habitandum. *Conductionem* verò à verbo, *conducere*, 4 ideſt, secum ducere: † vnde fit in hoc contractu, *locare*, &, *locatorem*, dici, qui rem suam alteri vtendam, vel factum proprium pro mercede concedit, & quasi locum suum alteri dat, sic locare ædes, locare fundum, locare opus, & alia id genus apud doctiss. Brissonium lib. 10. de 5 verb. signific. † *conducere*, verò, & *conductorem*, appellari, qui mercedem dat vt vsum consequa- 6 tur, quasi ductum eius res locata sequatur. † Sæpe tamen is qui mercedē dat locator, & qui rem, vel factum pro mercede concedit conductor dicitur: maximè in conductione operis, vel facti, nam diuersis respectibus potest dici locator, & conductor, nam qui opus faciendū suscipit, quia opus conducit rectè conductor appellatur. l. item si. 22. §. cum insulā. l. in operis. 26. l. opus. 36. l. ea lege. 51. §. locaui. l. insulā. §8. D. h. tit. l. 2. §. conductore. D. de administr. rerum ad ciuit. pert. & quia operam locat locare dicitur, & qui mercedem dat conducere. d. § cum insulam. l. 2. C. de locato. & hoc est quod I. C. Caius in l. vereres. 20. & seq. docet, veteres promiscuè vsos fuisse locatione, & conductione (ideſt ea nomina confudisse) sub tit. D. de act. empti. locatorem appellando conductorē, & è contrà, vt ex d. legib. patet, & l. 1. D. de su- 7 perficiebus. † Cæterum Cuiac. lib. 9. obseruat. cap. 15. alium esse sensum d. l. veteres. & sequē. existimauit, animaduertens principium l. 21. vbi in Codicibus vulgatis legitur, *idem est*, legēdum, *id est*, vt in l. rei communis. cum l. sequen. D. pro socio. & ita inquit voluisse I. C. in iis legibus, circa edictum de publicanis, (vt ex legum inscriptione apparet, vtraque enim in eo loquitur) admonere sæpe veteres emptionis, & venditionis appellationibus promiscuè vsos, id est, in locatione, & cōductione, vt sensus sit, sæpè veteres locatorem, venditorem, & conductorem emptorem appellasse. Pro qua interpretatione facit tx. in princ. inf. h. ti. & in l. liberto. 21. ibi vel emptoribus fructus. D. de annuis legatis. A qua interpretatione non discedunt Hotom. & Brisson. de verbis iuris verb. 8 *emptionis*. † Et ex ea (si vera est) intelligi poterit, quare, vt Festus Pompeius testatur, omnes qui aliquid vtendum, vel faciendum conduxerint, redemptores dicantur, vt in l. redemptores. 39. D. de rei vindicatione. l. in lege 29. l. ea lege. 51. §. locaui. l. cum in plures 60. §. lege dicta. D. locati. l. 1. D. in quibus caus. pignus. l. plenum. 12. §. fi. D. de vsu & hab. l. circumq; 5. D. de institutoria actione, & pluribus alijs in locis congestis à doctiss. Brissonio lib. 16. de verb. signif. verbo, *redimere*, quæ etsi in se verissima sint, prior tamen intellectus. d. l. veteres, magis quadrat, cum & vulgarem litteram retineat.

9 Definitionem locationis & conductionis varie tradiderunt nostrates, vt colliges ex his quę iam relati resoluunt, & congerunt antiquiores in Rubr. D. & C. hoc tit. & in paratitlis Vvesembekius, & Cuia. Medicis de definitionibus, 2. par. c. 29. Ioan. Nider de contractibus mercatorum. c. 1. num. 4. Martinus Antonius del Rio in l. contractus. cap. 1. D. de reg. iuris. Sed quæ rei essentiam magis explicat & declarat sequētibus continetur verbis: *Locatio est conuentio nominata in qua personarum vel rerum vsus pro certa mercede ad tempus conceditur*, Dicimus, *conuentionem*, esse loco generis. l. ex hoc iure. 4. D. de iustitia & iure. l. 1. §. conuentionis. §. fi. l. iuris gentium. 7. in princ. D. de pactis, reliqua omnia verba loco differentiæ. † Sed antequam sigillatim verba explicemus, illud in primis intelligas velim, conuentionem iuris gentium, bonæ fidei, & vtroque obligationem inducentē esse, quemadmodum emptio, eademq; illa omnia quæ iuxta eam superiori titulo diximus, 10 nisi inculcatio fastidiret, hîc repetenda fore. † Dicimus autem hanc conuentionem, *nominatam*, esse, loco differentiæ vt excludatur innominata, *do vt facias*, quæ contrahitur quando factum tale est, quod locari non solet. l. naturalis. 5. §. at cum do. D. de præscrip. verbis, quoniam etsi maximè merces in pecunia numerata detur, si tamen factum locari non solet, non locatio, sed contractus innominatus erit, *do vt facias*, ex dict. §. at cum do. maximè in persona quæ non sit solita locare factum illud. l. si pecuniam. 5. in principio vbi notat Accurs. verbo. *acceperis*, & verbo. *repetetur*, quam ibi sequitur Alexand. num. 3. laso. 4.

D.de condictione causa dati causa non secuta,vbi quis accepit pecuniam vt Capuam iret, & cum esset impeditus Capuam ire, conceditur repetitio ex capite pœnitentiæ, quod minimè liceret, si esset contractus locationis, regula l.ab emptione. 59. D. de pactis.l.1.& 2. C. quando liceat ab emptione disced. iuncto principio inf.hoc ti.quod idem probat tex. in l.1.vers.*Ideo autem*. D. si mensor falsum mod. dixerit,vbi ex qualitate personæ quæ non solebat operas suas locare æstimauit Vlpian. nõ esse contractum locationis inter agri mensores,& dominos agri, quod præter alios explicat Padilla in d.§.at cum do.nu.3. † Dicimus, *personarum*, vt ostendamus non solum res mobiles & immobiles locari posse, sed & personarum vsum, aut factum, nam si artifex operas suas locet propriè locatio est.l. item si.22. §.cũ insulam.l.in operis.26.l.qui insulam. 30. §.qui mercedem. l. opus. 36.l. qui operas. 38. leg.ea lege 51.§.locaui.l. cum in plures. 60. §. lege dicta.D.hoc tit.l. si hi.22.C. eod.l.1.§.& qui operas. D. de postulando. l. qui autem. 3. D.de his qui not.infamia.l.plenũ.12.§.si vsus. l.per seruum.14.de vsu & hab.l.si seruus. 27.§. fi.D.ad legem Aquil.l.si operas 26. D.de vsufruct.l.cum seruus. 39. D. de stipulatione seruorum.l.stipulatus es.44. D.de fideiussoribus. l.1.§.si conseruatis.D.ad leg.Rhod. de iactu. † Nec tantum quoties faciendum aliquid,sed & quoties vehendum datur locatio est.l. Celsus. in prin.D.ad exhib.l.3.§.1.D.nautę,caupones. l.2.& l.vltim.§. si ea D. ad leg. Rhod.l.videamus.12.§.qui vinum.l.item quęritur.13.§.si naucularius.l.sed addes.19.§.si quis mulierē. D. hoc ti.& dominus mercium qui vehendas merces locat,locator; nauicularius verò, & auriga qui conducit,conductor dicitur, vti ex relatis locis deprehendes,& ex Brissonio lib.3.& lib. 10.de verb.signif.

Dicimus, *rerum*, quoniam omnes res mobiles & immobiles locari possunt, quæ & vendi & emi possunt; exceptis seruitutibus realibus. l.locare 44. D. hoc ti.cũ tamen mixtæ locentur, vt vsusfructus. l.arboribus. 13.§.vsusfructuarius.D.de vsufruct.tex.in princip.Inst.de vsu & habit. dempto vsu qui personæ cohæret.tex.in d.princ.& in §.item is qui,& §.item is ad quem. sup.de vsu & habitatione: † vnde Ecclesiasticæ personæ,quia fructuarij loco habentur,glossa in cap.præsenti.9.verb.*reseruari* de officio ordin.lib.6.beneficiorum fructus locare possunt, olim poterant vsque ad decem annos,cap.2.de locato, hodie non vltra triennium, extrauagant. Ambitiosæ de rebus ecclesiæ non alienandis, Concilium Tridentinum Sessione 25.de reformatione cap.11.prosequitur latè Couar.var.lib.2.ca.16.per totum,maximè n.4.† Nec interest res quæ locatur propria sit an aliena.l.si tibi alienam.7.l.si quis domum.9.D.h. ti.quia dominium transferri necesse non est.l.non solet.39.D.eo.& inf. citemus in explicatione verbi, *vsus*, † maximè si quod ius in re aliena locanti sit, veluti si quis rem quam conduxit, alij locauerit, quod fieri potest,nisi aliud conuenit.d.l.si tibi.l.Moschis 47.§.fi.D. de iure fisci.l.nemo. 6.C.h.ti.cũ tamen æquè idoneo.l.æquissimum. 17. §.fi.l.sed & si quid. 19.§.mancipiorum.D.de vsufr.l.non aliter. 7.D.de vsu & hab.cui & eius glossæ ade Ripā tractatu de peste.c.6.n.7.& 8. † Propriam autem rem conducere nemo potest.d.l. si quis domum.9.§.fin. (aliàs.l.si quis fundum 10.§.fi.)D.h.t.l.qui rem.20.l.ad probationem 23.C.eod.l.neque pignus 45.D.de reg.iur. cũ enim proprium sit domini posse re sua vti, ex eius definitione à Bart.tradita in l.si quis vi.§. differentia.nu.4.D.de acquir.possess.iniquum esset eius vsus nomine cuiquam à domino mercedem præstari: quare si locata res incipit esse conductoris,cessat locatio.d.§.fi.potest tamen emptor fundum quem emit conducere à vendēte donec pretium exsoluat, veluti celebrata emptione,& locatione sub conditione. l. sicut emptio.20.cũ duabus legibus sequent.D.h.ti.

Dicimus præterea in definitione,*vsus*, loco differentiæ, vt hic contractus ab emptione & vēditione separetur & distinguatur, quæ licèt consensu & pretio contrahatur, sicut locatio mercede, tex.in princ.inf.eod. tex.in princ.& §.pretium,& §.item pretium,sup.t.1.tamen in ea dominium transfertur,si is qui vendidit dominus est.l.clauibus.74.l.cum manu. 80.§.nemo.D.de contrah.emptione, non solùm vsus, vt in locatione.l.nõ solet.39.D.h.t.† Ponitur item verbũ,*vsus*, vt ab hac nostra definitione, *fœnus*, excludatur, quod videbatur esse locatio & conductio,nummi enim vtendi dãtur & accipiuntur certa mercede, vt apud Satyricum Sermonum lib.1.Satyra 2.

Omnia conductis coëmens obsonia nummis.

Idest fœnori sumptis: qui paulò post, vsuras mercedes appellat.

Quinas hic capiti mercedes exsecat.

† Et vt prædij reditus propriè dicitur qui ex locatione.l.fundi.38.D.de vsufruct.legato. l.liberto.21.in princ.D.de annuis legatis.l. Lucius Titius 88.§.insulam libertis.D.de leg.2.† ita reditus pecuniæ,qui ex fœnore quasi ex locatione redigitur. l. Titius.24.D. de præscrip. verbis.† Quia tamen pecuniæ vsus non est,sed abusus.l.1.l.hoc iure.5.§.si pecunię.D.de vsuf. earũ rerum quæ vsu consum. † fœnus hac definitione non continetur, quia propriè locatio non est, item quia contracta locatione eadem res redditur,contracto fœnore non item, tum etiam quia fœnore non vsus tantum pecuniæ, sed & dominium transit cum mutuum sit,l.2.§. appellata.D.si cert.pet.quamuis vt fœnus cõtrahatur præter numerationē stipulatio quoq; requi-

requiratur, quia citra eam vsuræ nō debentur, l. quamuis. 3. C. de vsuris, notat Cuiacius omnino videndus, lib. 9. obseruat. ca. 15.

Addimus deinde in definitione, *pro certa mercede*, quibus verbis in primis ostēdimus mercedē in hoc contractu interuenire debere, nam vt emptio & venditio contrahitur si de pretio conuenerit, sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit, tex. in princ. inf. eod. In eoque hic contractus à cōmodato, & precario differt, in quibus vsus etiā rei ad tempus conceditur, gratis tamen, aliàs fieret locatio, tex. in §. item is cui sup. quibus mod. re contrah. obligatio. l. 1. D. de precario. certa etiam debet esse merces, non simpliciter constituta, tunc enim esset contractus innominatus, tx. in prin. inf. hoc tit. l. si merces. 25. D. hoc tit. dicemus statim. Sed vtrum ea in pecunia numerata cōsistere debeat, an verò sufficiat alias res fungibiles loco mercedis dari, nō parū dubitatur: & nos in princ. huius tit. dicemus.

Denique adiunximus, *ad tempus*, vt excludatur ab hac definitione contractus emphyteusis qui in perpetuum, aut in incertum tempus fieri solet. l. 1. 2. & 3. D. si ager vectig. vel emphy. pet. vnde locationem duplicem esse sunt qui putent, vnam perpetuam, alterā temporaneā.

† Perpetua locationis nomen non retinet, sed appellatur emphyteusis, contrahiturque cum prædium alicui fruendum perpetuo traditur, ita vt quandiu pensio, siue reditus pro eo præstetur neque ipsi conductori, neque heredibus eius auferri liceat. §. Adeo inf. h. tit. vbi latè dicemus, ostendemusque eo casu locationem nō contrahi. † temporanea vel sit ad longum tempus, vel ad modicum. † Ad longum tēpus dicitur fieri, si vltra decennium fiat: glossa verbo, *ad modicum*, in Clementina 1. de reb. eccles. gl. in d. l. 3. D. si ager vectigalis vel emphy. pet. quas sequuntur plures relati à Couar. lib. 2. variar. c. 16. n. 1. Menochio de retinenda poss. remedio 4. n. 39. & de arbitrarijs casu 5. n. 8. Medicis de definitionibus. 2. p. c. 49. † Quæ multum differt à locatione ad modicum tempus, quia ex hac nullum transfertur dominium in conductorem. l. non solet 39. D. locati. l. cum manu. 80. §. fi. D. de contrah. emptione ex illa autē transit saltem vtile dominium. l. 1. §. quod autem. D. de superficiebus. iuncta. l. in rem. 23. D. de rei vindicatione, docent ex Bar. & alijs, Medicis iam relatus. Fran. Sarmiento lib. 3. selectarum. c. 2. n. 31. Valascus de iure emphyteutico. 1. p. q. 29. Lasserte, de decima venditionis, c. 2. n. 59. † Est autem duplex temporanea hęc locatio, expressa vna, alia tacita: expressa est quando verbis expressis partes conueniunt de re aliqua locanda, † tacita quando conductor finito locationis tempore, sine noua conuentione rem locatam retinet, tunc enim noua locatio est, per omnia priori similis. l. item queritur. 13. §. qui impleto. D. h. ti. l. legē. 16. C. eod. diciturque locationis renouatio, de qua plurima notatu digna scripsit Carocius tractatu locati & conducti. 3. par. rubrica de renouatione locationis. q. 1. & pluribus seq.

Principium tituli.

1 *Locatio & conductio eisdem quibus emptio & venditio consistunt regulis, maximè vero quia sine certa mercede in pecunia numerata non fiunt, & num. 7.*
2 *Locatio nulla constituta mercede consistit.*
3 *L. licet. 8. C. de locato, & n. 25.*
4 *L. si olei. 21. C. de locato, & nn. 26.*
5 *L. si merces. 28. §. si vis maior. D. hoc ti.*
6 *L. Et hæc distinctio. 38. §. fi. D. hoc tit. & n. 24.*
7 *Locatio contrahitur simul atq; de mercede conuenit, & quare.*
8 *Locatio rem & mercedem exigit.*
9 *Locatio & conductio duplicem actionem parit, ex locato quæ locatori, ex conducto quæ conductori datur.*
10 *Merces in contractu locationis in arbitrium certæ personæ relinqui potest.*
11 *Salmanticæ domorum quæ ab scholasticis locantur mercedes in arbitrium certarum personarū relinqui debent sub certa pœna.*
12 *Locatio dominium non transfert.*
13 *Periculum deteriorationis rei locatæ ad locatorem non ad conductorem pertinet.*
14 *Venditor rem venditam traditam auocare ab emptore non potest.*
15 *Locator rem locatam auocare à conductore aliquibus in casibus solet.*
16 *L. æde. 4. C. de locato remissiuè.*
17 *Venditor quocumque tempore rem tradat ab obligatione liberatur.*
18 *Locator alio tempore quàm conuento si tradat non liberatur.*
19 *L. exceptio. 18. C. de locato.*
20 *Conductor qui finito conductionis tempore conducta re vtitur, ijsdem conditionibus & legibus reconducere videtur.*
21 *Merces si nulla certa constituta sit pro rei vel personæ vsu, ea quæ præstari solet constituta censetur.*
22 *L. sicut emptio. 20. D. locati.*
23 *L. si quis conduxerit. 46. D. locati.*
24 *L. si conuenerit. 23. D. communi diuidundo.*
25 *Merces in alijs rebus quam pecunia numerata vtrum consistere possit.*
26 *Merces vnde dicta, & quid significet.*
27 *Mercedem quacumque in re consistere posse docet communis.*
28 *Contraria sententia multis probatur.*
29 *Neutra opinio vera: & noua quædam distinctio.*
30 *Locatio aut est vtendi, fruendi, aut faciendi.*
31 *Locatio facti sine certa mercede in pecunia numerata non consistit.*

32 *Locatus si rei vsus sit in quacumque re merces consistere potest.*

33 *Differentiæ ratio.*

34 *Differentiæ inter contractum locationis, & cõtractum innominatum*, do vt facias.

1 VT vides ex hoc tex. quia eisdem quibus consistit emptio & venditio regulis, cõstat & locatio, fit, vt quemadmodum sine pretio emptio non valet, ita neque locatio sine certa mercede; & vt pretium in pecunia numerata esse debet, sic & merces, idem deduces ex prin. §. pretium, & §. item pretium sup. tit. 1. l. 1. & 2. D. hoc. tit. l. si conuenerit. 23. ad fin. D. communi diuidũdo. l. 1. §. si quis seruum, D. depositi. l. naturalis. 5. §. at cũ do. D. de præscrip. verbis. l. si vxori. 53. 2. par. D. de donat. inter virum, expressius in l. 1. ibi: *que le ha de pagar en dineros de cõtado*, & ibi, *Ca si otra cosa recibiesse que none fuessen dineros contados non seria loguero*, tit. 7. par. 5. l. 3. verbo, *precio*, l. 4. verbo, *precio*, l. 16. verbo, *precio*, d. tit. 8. l. fin. tit. 6. par. 5. explicant mox referendi.

2 Sed pro dubitandi ratione, primo sic argumẽtor: Etiam nulla constituta mercede locatio & conductio consistit, fitque iuxta consuetudinem antiquam præstatio. l. excepto. 18. C. hoc titu. ergo merces non est de substantia huius contractus.

3 Secundò contra nostrum tex. qui mercedem in pecunia numerata requirit, obstat tex. in l. licet. 8. ibi: *annuis quantitatibus*. C. de locato. vbi mercedem in annuis quantitatibus consistere docet Imperator & tamen constat, non in pecunia tãtum, verũ in alijs rebus quãtitatẽ dari, vt pluribus probat Pinelus mox referendus.

4 Tertiò, difficilius obstat tex. in l. si olei. 21. C. h. t. *Si olei certa ponderatione fructus anni locãti* (inquit Diocletianus) *de contractu bona fide habito propter hoc solum, quod alter maiorem obtulit ponderationem recedi non oportet*, ex quibus verbis satis constat, etiam in alijs rebus præter pecuniam dari & constitui mercedem posse.

5 Quartò obstat, tex. in l. si merces. 28. §. si vis maior. D. hoc tit. vbi fit distinctio inter colonos qui certa mercede conduxerunt, & inter eos qui fructibus.

6 Quinto obijcitur tx. in l. & hæc. distin. 38. §. fi. in fi. D. cod. vbi locatio ita fuit celebrata, vt fructus mercedis nomine pensarentur, ex quibus omnibus conuincitur expressè, etsi merces in alia re quam pecunia præstetur, locationem & conductionem consistere.

7 Quibus vt satisfaciamus, & literam nostri tx. explicemus, cum contractus hic emptioni & venditioni similimus à Iust. dicatur, quibus in rebus conueniat, quibusque differat in primis explicemus. Ergo, (quæ maior est similitudo,) 12 quemadmodum emptio & venditio, simul atq; de re & pretio conuenerit perfecta est, principium sup. ti. 1. ita locatio & conductio perficitur, & actionem producit, vbi de mercede conuentum est. l. 1. D. h. t. l. 2. D. de obligat. & act. principium sup. de oblig. ex consensu, cuius rei ratio assignari videtur à I. C. in d. l. 1. quòd licet hic contractus naturalis est, & omnium gẽtium. Quæ tamen ratio si generaliter accipiatur insufficiens est, nam commodatum, & depositum contractus quoque naturales sunt. l. ex hoc iure. 4. D. de iust. & iure. l. iuris gentiũ. 7. D. de pact. & nihilominus solo consensu nõ perficiuntur, sed rei interuentum desiderant. §. item is cui. §. præterea sup. quibus mod. re contrah. obligat. Accipienda igitur est ratio. I. C. solum respectu solemnitatis verborum, nã benè sequitur: contractus est naturalis, ergo nullã solemnitatem verborum desiderat: quare autẽ is contractus, sicut neque emptio aut venditio, rei interuentum non requirat, sed solum consensum; diximus in prin. sup. de oblig. ex consensu, & sup. de emptione & venditione.

8 Similis est etiam vterque contractus in materia, nam sicut in emptione res & pretium exiguntur, tx. in d. princ. §. pretium, sup. ti. 1. ita in locatione res & merces desiderantur, tex. hic & latè paulò post dicemus.

9 Deinde, quemadmodum ex contractu emptionis & venditionis duplex oritur actio empti, & venditi, illa quæ emptori, hæc quæ venditori competit. §. pretium, sup. ti. 1. toto ti. D. & C. actionibus empti, ita ex locatione duplex nascitur actio, altera ex locato quæ locatori, altera quę conductori ex conducto datur, toto t. D. locati. & C. eod. tx. in hoc prin. vtraque est nominata iuris gentium & bonæ fidei. §. actionũ inf. de actionib. §. conductor inf. eod.

10 Præterea sicut in cõtractu emptionis, quamuis in arbitriũ contrahentis pretiũ relinqui nõ possit, potest in arbitriũ certæ & determinatę personę. §. pretiũ sup. t. 1. vbi diximus. l. fin. C. de cõtrah. empt. sic & in mercede locationis dicendũ est. l. si merces. 28. in princ. D. locati. †

11 Vnde inferes ad locationes & conductiones quas quotidie Salmaticę scholares faciũt, nulla certa mercede, aut pensione à princ. constituta domos ad taxã cõducentes, est enim recte cõtracta huiusmodi locatio, quia censetur merces collata in arbitriũ eorũ qui ad iustã mercedem æstimandã deputati sunt, vulgò æstimatores, siue taxatores dicuntur. Quinimo huius Salmãticensis Academiæ legibus scholares, qui aliàs conduxerint excommunicationem incurrunt, quamuis postquam iam domos ad taxam cõductas pacificè habitauerint, possint vel taxationi, aut æstimationi stare, vel de certa mercede cum locatore conuenire, vt in constitutione. 25. Martini Quinti scriptum est.

Audisti nonnullos † casus in quibus emptio & vẽditio locationi & cõductioni conueniũt, ecce in quibus dissentiũt. Primũ ex contractu

emptio-

emptionis dominium tranſit.d.l. clauibus.74. D.de contrah.emptione.§. venditæ ſup. de rerum diuiſione ex locatione non item.l.non ſolet.39.D.h.tit.l.cum manu.80.§ fin.D.de con
13 trah.emption. Periculum † deteriorationis aut interitus rei ad emptorē ſpectat. §.cum autē ſup. tit.1.l.neceſſario.8. D. de periculo,& com.rei vend.in locatione autem non ad conductorem , ſed potius ad locatorem . l. item quæritur.13.§.exercitu.l.ex conducto. 15.§.ſi
14 vis.D.h.tit. † Venditor poſtquam rem venditam tradidit amplius auocandi eam ab emptore ius non habet. l. quidamfundum. 16.D. de in rem verſo , niſi fidem de pretio non habuit.l.procuratoris. 5. §.planè.D.de tributo-
15 ria † locator ſæpè eam à conductore reuocat
16 l.æde. † 4.C.hoc tit. (cui addes Anto. Gabrielem.3.to.cōmu.opinionum libr.3, de locatione & conductione conc.3.per totam.Anto.Gomez.2.tomo.cap.3.num.6.Ioann. Gutier.de iuramento confirmatorio.1.p. cap.37. nu.11.Couarr.lib.vnico pract. quæſt.cap.30. num.fi.ad fin.Vincent.Carocium tract. locati & conducti.2.par.rubric.de locatione ſine tēpore quæſt.6.ſub num.69. latiſsimè. 4. p.fol. 189. q.1. & ſequentibus , & 2.p. tit.de vſufructuario, quæſt.5. pag.89.& 3.p. titul. de reb. eccleſ. locandis ,& titul. de loco publico fruendo, concluſione.2.nu.14.fol.132.& 2.p. tit.de locatione per procuratorem. quæſt. 2. num.1.latiſsimè etiam eruditus Petrus Barboſa in l.ſi fil.fam.§. fi. num.33. D.ſoluto matri mon. Ioan. Franc.Ripa in l.1.nu. fin.D.ſolut. matrimo.Rebuffus de priuilegijs ſcholarium, priuilegio 80.l.4.l.5.l.6.tit.8.par.5.) Vendi-
17 tor † quocunque tempore rem tradat ab obligatione liberatur , quia traditio eundem ope-
18 ratur effectum ; † locator alio quàm conuento tempore tradendo non liberatur , quia alia locatio eſt,argumento l.ſi vſusfructus.6.D.de vſufruct.legato. Venditor ſi ſemel rem emptori tradat ab hac obligatione liberatur, amplius enim cum eo exempto agi non poteſt.l. qui pendentem.25.D.de act. empti.l. ſi cum fundum.68.iuncta gloſſa verbo.*tradat*. D.de contrah.emption. (etſi is text. hanc ſententiam non probet , vt aduertit Mudæus in titulum de contrah. emptione.cap.ad quæ actio exempto competat num.8. p. 133.) cum locatore ſæpè agi poteſt vt res tradatur,nempe quoties ea re vti non licet.l.ſi quis domum.9.l.ex conducto.15.D.hoc tit.Deniq, ſeruitutes prædiales vendi poſſunt.l. ſi aquæductus. 47. D. de cōt.em.locari nō poſſunt.l.locare.44.D.h.tit.
19 His pro explicatione noſtri tx. præhabitis, adducta argum.diſſoluamus . Ergo non obſtat primū ex d.l.excepto.18.C.h. tit.quoniā reſpondendum eſt, ea lege nō probari in prin.cō uentionis certā mercedem conſtitutam non fuiſſe, hoc enim ex noſtro tx.omnino neceſ-
20 ſariū eſt,ſed quod ſi quis plus temporis quàm conuentum fuit rē conductam detinuerit, & de penſionis quantitate dubitetur,ea præſtanda eſt iuxta conſuetudinē præteriti tēporis. †
21 nam quando finito locationis tempore cōductor manet in re locata iterum recōduxiſſe videtur eiſdem conditionibus & mercede.l.item quæritur.13.§. qui impleto. l. qui ad certum. 14.D.locati.l.legē.16.C.eo. † Accu.tamen in d.l.excepto gloſ.ſi.quem ſequuntur Iaco.Bartol.& Fulgoſi.& Medicis de definitionibus.2. p.c.49.n.2.generalius interpretatur l. illā procedere quando quis domum alienam inhabitauerit tanquam inquilinus,quia tunc licèt nihil de penſione conuenerit,præſtabit eam penſionem quæ præſtari ex ea ſolet,quæ interpretatio apud nos in praxi obſeruatur , vt teſtatur, Ant.Gom.2.to.c.2.n.9.Quod facit pro eo qui admittitur ad officium,ſiue ſeruitiū ſine taxatione ſalarij,intelligitur enim admiſſus cum ſolito.vt reſoluit Ant.Gom. 2.tom.cap.3.nu.4. facit tex.in l.vel vniuerſorum.12.D.de pignorat.actione & quæ vtiliter reſoluit Carocius omnino videndus tractatu de locato.1.par.tit. de ſubſtantia locationis prima.q.1.cum ſequē. maximè.q.3.de mercede conſuetudinaria.

22 Ex qua reſolutione & veriſsima d. l. excepto,interpretatione . Primò intelliges tex. in l.ſicut emptio.20.D.locati , vbi locatio donationis cauſa contrahi non poteſt, nimirū quia pro ſubſtantia mercedē requirit , vt in noſtro tx.qua ratione nec emptio donationis cauſa facta valet.l.cum in venditione.36. l.ſi quis do-
23 nationis.38.D.de contrah.emptione. † Secū dò intelliges tex.in l.ſi quis cōduxerit. 46.D. locati.vbi conductio facta vno nummo nō valet,nēpe,quia vnus nummus pretium non eſt. l.ſi quis ante.10.D.de acqui. poſſeſsione: exornat Carocius.d.tract.1.p.q.ſiue rubrica de lo-
24 catione immodica. † Tertiò intelliges tex.in l.ſi conuenerit. 23. D. cōmuni diuid.& in l.& hæc diſtinctio.38 .§.fi.D.hoc tit.quæ inter ſe pugnare videbantur,nā in d.l.ſi cōuenerit:reſponſum eſt , hanc conuentionem inter ſocios vt alternis annis fructus perciperent locationem non eſſe,quia cum alter alteri nihil fructuū nomine ſoluerit,nulla merces aderat , & ſic locatio eſſe non potuit ex noſtro tex. At in d.§.fin.interuenit in ea cōuentione merces, vt conſtat ibi,*certo pretio*,ideoque contractus fuit locationis & conductionis, & ex conducto & locato agi potuit,vt rectè interpretatur Cuiacius trac.8.ad Africanū ad d.l.& hęc diſtinctio.

25 Non obſtat ſecundū argumentū ex d.l.licet cum alijs iuribus relatis in 3.4.& 5.quibus probabamus locationē cōſiſtere etſi merces conſiſtat in alijs rebus quā in pecunia numerata,cuius quæſtionis diſputatio & reſolutio,quia reliquis omnibus huius tractatus & frequentior
26 & vtilior eſt dilucidè eā exponemus. † Cū er-

go,

go *merces*, à *merendo ære* dicatur, teste Varrone lib. 4. de lingua Latina, idemq; significet quod præmium, siue stipendium quod pro vnius diei labore præstatur, & generaliter quod datur pro vsu, aut opera rei vel personæ, vt in l. cum plures. 12. §. cũ tutor. D. de adm. tut. l. si pater. 29 39. §. 1. D. de varijs & extraord. cog. siue diurnum illud sit, siue menstruum, siue annuum, vti deduces ex pluribus congestis à doctiss. Brissonio lib. 1. de verb. signifi. verb. *merces*, qui Iuuenalis meminit Satyra. 7. dicentis.

Scire volunt omnes, mercedem soluere nemo.
Mercedem appellas, quid enim scio, culpa docẽtis
Scilicet arguitur.

Videbatur locationem celebrari posse si 31
pro vsu rei, vel personæ opera non solũ pecunia, sed & quæcunq; alia res, vel species daretur, veluti vestis, schyphus, frumentum aut vinum, cum hæc omnia merces sint, hoc est præmium, & in locatione solum mercedem interuenire exigatur, vt hic & in l. 1. §. fin. D. man-
27 dati cum alijs in initio relatis. & inde † in qua cunq; re mercedẽ interuenire in hoc cõtractu existimarunt plures, quibus fauent d. l. licet cũ alijs in argumentis relatis, & ita defendunt Coras. lib. 2. miscell. cap. 11. Cuiacius tract. 8. ad 33
Afric. ad d. l. & hæc distinctio Pinelus in rub. C. de rescind. venditione. 2. par. cap. 3. nu. 28. Menchaca lib. 3. q. vsu freq. cap. 53. Ioann. Garsia lib. singulari de expensis. cap. 14. n. 20. Aluarus Valascus lib. de iure emphyteutico. q. 20. nu. 5. Albornoz lib. 2. de arte contractuũ tit. 8. Conna. lib. 7. cap. 11. Menoch. de recup. possessione, rem. 3. n. 93. & ante eos glos. verb. *magno*, in cap. propter sterilitatem de locato.

28 Contrarium tamen, imò non aliter locationem, esse quàm si pecunia numerata mercedis nomine detur, defendit Accur. hic verb. *si merces*, & in d. §. At cum do. verb. *Si res*, & in d. l. si olei gloss. 1. & in d. §. si quis seruum. verb. *non dabatur*, sequũtur Doctores cõmuniter hic & in dictis locis & plures relati à Pinelo, Menchaca, & Ioan. Garsia vbi sup. Anto. Gomez. 2. tomo varia. cap. 3. n. 3. Padilla in d. §. At cum do. n. 1. Lassarte de decima venditionis. c. 1. ex n. 24. & probatur expresse in d. l. 1. & sequen. tit. 8. p. 5. & sententia nostri tex. vbi contractus emptionis & venditionis, ijsdem regulis consistere quibus contractum locationis & è cõuerso, docet Imperator, & sup. exposuimus, constat autẽ emptionẽ sine pecunia numerata esse non posse. §. item pretium sup. de emptione & vendit. ergo nec locatio, maximè cum merces 34
locationis pretiũ quoq; dicatur in l. si. §. si. D. ad leg. Rhod. de iactu. l. si quis ante. 10. D. de acquir. possess. deinde facit d. l. naturalis. §. at cum do. ibi, *pecunia data locatio erit*. D. de præscript. verbis ex tex. in d. §. si quis seruum. ibi, *sed quia pecunia non dabatur*. Neque hanc sententiam tenendo obstant iura pro alia opinione adducta, quia eis satisfacit sigillatim Ignatius Lassarte d. nu. 24. sed minus rectè, quare ego in tata difficultate aliquando primam opinionẽ defendi, posterioris fundamentis satisfaciens cũ Corasio & Pinelo iam relatis.

Nunc autem vtriusque rationibus maturius consideratis, reque altius perpensa vtrãque falsam esse affirmo, & ad veram huius quæstionis explicationem animaduertendum censeo, † locationem, aut esse vtendi & fruendi, aut faciendi: hoc est, aut vsum rei locari. l. 2. l. qui ad certum. 14. D. hoc titu. aut hominis factum. l. 1. §. fi. D. mandati, & latè diximus in definitione verb. *Personarum*, vel *Rerum*. sup. ad rubricã.

Ergo si locatio facti sit, non aliter celebrari poterit, quàm si mercedis nomine pecunia detur numerata, & ita procedit tex. in d. §. at cum do, & in d. §. si quis seruum, vbi de facto locando agebatur, & sic necessaria fuit pecunia. 32
† Si verò vsus rei locetur, tunc pecunia præcisè necessaria non est, sed merces poterit in fructib⁹, quãtitate, vel alia re dari, iuxta d. l. si olei cum alijs supra, quæ expresse loquuntur in locatione vsus & nõ facti, qua admissa distinctione perfectissimè omnia iura pro vtraque opinione congesta explicantur. † Discriminis autem ratio est, quòd omnibus contractibus certæ à iure ciuili attributę sunt qualitates, quibus vnus ab altero distinguatur. l. 2. in princ. D. si certum petat. l. 1. l. cum manu. 80. D. de cõtrah. emptio. l. vbi ita denotatur. 27. D. de donat. causa mortis, ne aliàs confusio, & incertitudo contractuum insurgat, vt diximus in d. §. itẽ pretium, vnde quia locatio faciendi simillima est contractui innominato, *Do vt facias*, vt in d. §. at cum do. & facile cum ipso confunderetur, necessarium fuit mercedem in pecunia numerata exigi, vt ab illo separaretur, vt in d. §. at cũ do. quę ratio cessat in locatione vsus rei, ea enim cõfundi non potest cũ innominata cõuentione, *do vt facias*, quia si in aliquem cõtractum innominatum posset transire, in eam vtique qui dicitur, *do vt des*, cum quo nullo modo cõfundi potest, cum ille sit, vel emptio, vel permutatio. d. l. naturalis. 5. §. & siquidem. D. de præs. verbis, constat autem locationẽ vsus, nec emptionem, nec permutationem esse, cũ ex ea dominium non transeat, vt sup. in rubrica diximus ex l. non solet. 39. D. hoc tit. quod in emptione vel permutatione contingit. l. 1. D. de rerum permutatione. l. clauibus. 74. D. de contrah. emptione.

Cui distinctioni non obstat noster tex. vbi indistinctè locatio æquiparatur emptioni in pretio & alijs: nã respondẽdum est, æquiparationẽ à Iusti. factam, quod quẽadmodũ in emptione pretium, ita in locatione merces requiritur, non esse ita accipiendã vt quẽadmodum in emptione pretiũ in pecunia numerata, ita & in locatione in pecunia numerata exigatur, nã aliàs

aliàs pretium venditionis & merces locationis non distinguerentur, constat tamen esse distincta cum diuersum nomen habeant, l. si idem. 7. C. de codicillis, sed ita, quod sicut in emptione requiritur pretium, ita & in locatione requiritur merces, hoc est requiritur quod non sit gratuita, vt in d. l. si cõuenerit. 23. D. communi diuid. l. si vir. 52. D. de donat. inter virum.

35 Sane huius disputationis non leuis est effectus, primò quia quando est locatio, est contractus bonæ fidei, alias est innominatus, *do vt facias*, & sic est stricti iuris. §. actionũ inf. de actionibus. Secundò quia in cõtractu locationis nõ est locus pœnitentiæ postquam semel perfectus est. d. l. si olei. 21. in contractu autem innominato pœnitere licet. l. si pecuniam. 5. D. de condictione causa dati. Deinde in cõtractu locationis fit mercedis remissio propter sterilitatem, cap. propter sterilitatem. 4. de locato, latè Carocius, tract. de locato. 4. par. rubrica de remissione mercedis, quæstione 1. & sequẽtibus. secus autem erit in contractu innominato, vt defendit Curti. n. 21. in l. 2. D. si cert. petatur.

§. *Qua de causa.* 1.

1 *Mercede nulla constituta, sic dictum si postea conueniendum esse, non locatio erit, sed innominatus contractus & inde præscriptis verbis agendum, & num.* 5.

2 *Mercede iuxta consuetudinem soluenda locatio constitit, & num.* 6.

3 §. *fin. Inst. de mandato. & num.* 8.

4 *Præscriptis verbis actio quando cum actione de dolo detur, & num.* 8. *& sequentib.*

8 *Mercede ab initio constituta locatio cõtrahitur, si postea constituendam conuentum sit cõtractus innominatus: si de mercede non agatur cõtractus mandati.*

9 *L. si tibi pollenda.* 22. *D. de præscriptis verb.*

10 *Contractus omnes aut nominati aut innominati.*

11 *Nominati contractus qui.*

12 *Innominatorum contractuum quatuor species sunt, & referuntur.*

13 *Differentiæ contractuũ nominatorum & innominatorum remissiuè.*

14 *Innominati contractus omnes producunt actionem præscriptis verbis.*

15 *Præscriptis verbis actio quare ita dicatur.*

16 *Actio in factum, eadem cum actione præscriptis verbis aliquando.*

1 CVM certa merces, vt cõtractus locationis celebretur, & mutuę illæ actiones locati & conducti præstentur, omnino necessaria sit ex principio huius tit. si nulla certa à princ. constituatur, sed postea de ea conueniendum esse dictum sit, nõ erit locatio, sed cõtractus innominat⁹, & præscriptis verbis actione agendum erit. idem in l. si tibi polienda. 24. D. de præscript. verbis. explicat Cephalus cõsilio. 740. num. 4. volum. 5.

2 Sed pro dubitandi ratione, primò sic argumentor: Etiam si nulla merces constituta sit, locatio valet, estque merces soluenda iuxta consuetudinem. l. excepto. 18. C. hoc tit. ergo contra nostrum tex.

3 Secundò contra nostrũ tx. ibi. *actio præscriptis verbis datur.* obijcio tex. in §. fin. inf. de mãdato, vbi in hac eadem specie non actione præscriptis verbis, sed actionem mandati dandã esse Iustin. scripsit.

4 Tertiò & grauius obstat, nam actio, præscriptis verbis, quam ex innominata conuentione oriri constat, ex cõtractu innominato *facio vt des* non competit, sed tantũ de dolo actio. l. naturalis. 5. §. quod si faciam. D. de præscrip. verbis. docet Accu. in rubr. & in l. quoties. 21. glo. 1. illo tit. & in §. fin. de interdictis. Sed conuentio de qua hic, est, *facio vt des*, cum fullo vestimenta poliat, farciátve, vt alter pecuniã det. ergo non præscriptis verbis, sed de dolo actio danda eo nomine fuit.

5 Quibus difficultatibus satisfacies si dixeris, de substantia locationis & conductionis certã mercedem requiri, eamque à principio constitui oportere ex tex. in princ. sup. eod. coniuncto. d. §. pretium, & vbique traditis, indeque si omittatur, tamquam deficientibus substantialibus contractus locationem non subsistere.

6 Neque contrarium probat tex. in d. l. excepto. quoniam quicquid velit Pinelus in rubr. C. de rescindenda vend. 2. par. cap. 3. nu. 6. verissima est solutio glossæ verb. *consuetudinem*, quã sequitur, & commendat Ant. Gom. 2. tom. ca. 2. num. 9. & cap. 3. nu. 4. quoniam nõ potest dici incerta merces quæ iuxta consuetudinẽ cõstituitur ex qua postea certificatur, argum. l. certum. 6. D. si cer. petatur, tũ maximè si res, locaretur, quæ iuxta consuetudinem taxatũ habet pretium siue mercedem, quod latè & vtiliter exornat Vincentius Carocius. d. 1. part. tractatus locati & conducti. q. 3. de mercede consuetudinaria, latè discutiens quæ sit attẽdenda consuetudo, an particularis, locatoris, vel con-

7 ductoris, vel regionis, loci, vel ciuitatis. † Ex quibus inferes ad mularum cõductiones quæ quotidie fiunt, pro quibus merces ex generali consuetudine introducta, siue constituta est, hodie vero taxata noua pragmatica hac de relata. 19. Ianuarij. 1594. vnde etsi nihil expressè à cõtrahentibus sit actum, locatio subsistet.

8 Non obstat secundum ex d. §. fin. inf. de mandato. quoniam etsi, eo quod à Iustin. hic, actio præscriptis verbis concedatur in ita cõuentione, vt in specie nostri tex. contractus innominatus celebratus existimetur, (vt paulò post dicemus) l. 2. & 3. D. de præscrip. verbis docet glo. ver. *ex pacto*. in l. siue apud acta. C. de transactio-

actionibus. vbi Curtius.nu.19.pro explicatione tamen distinguendum est,quod si à principio certa constituitur merces,sine dubio contractus locationis & conductionis celebratur: si vero merces in futurum constituenda est,cõtractus erit innominatus, quod si nulla omnino merces statuatur,mandatum erit, iuxta tx. in d.§.fi.inf.de mandato. Quoniã mandatũ gratuitum esse debet.l.1.D.mandati. † Ita distinguit I.C.Caius in d.l.si tibi polienda. 22.D.de præscrip.verbis.qua in re illud notabis, quod etsi hæc conuentio,pro mercede postea statuẽda locatio non sit,vt hic,si tamen ex vna parte adimplementum sequatur, ad iustam constituendam mercedem cõpetit hæc actio præscriptis verbis,d.l.si tibi.in quo maximè locatio à venditione differt,vẽditio enim pro iusto prẽtio aut pretio statuendo nihil valet,vt resoluimus sup.in §.pretium.de empt. & vendit. nec etiam re tradita agi potest ad iustum pretium, vt ex alijs resoluit Pinelus in d. rub. C. de rescind. 2.p.c.1.n.22.Ant.Gom.2.tom.c.2. n.9.

Non obstat tertium Argumentum, quoniã pro eius explicatione animaduerto. Contractus omnes, omnesque conuentiones aut nominatos esse,aut innominatos.

† Nominati contractus dicuntur qui speciale & elegans nomen habent,innominati qui speciale nomen non habent.l.iuris gentium. 7.in princ. D.de pactis. † Innominatorũ contractuum quatuor species retulit I. C.in l.naturalis.5.§.1. cum sequentibus. D. de præscriptis verbis.Nãque *do vt des*,aut *do vt facias*, aut *facio vt des*,aut *facio vt facias*. sunt † inter contractus nominatos & innominatos plurimæ differentiæ, quas glossa.Bar. & omnes prosequũtur in d.l.iuris gentium.in princ.& in d.l. naturalis, & plena manu Berengarius in l. pacta conuenta.3.p.D.de contrah. empt.Ferdin. Mendoça lib.3.disputationũ.cap.2.n.4. & sequentibus,& nouissime AEduardus Caldeyra. lib.2.vari.cap.10.in princ.præcipua tamẽ est, quod nominati producunt vnam specialem & actionẽ ex suo nomine, distinctam à reliquis, vt vides in emptionibus,locationibus, & similibus, §.actionum.inf.de actionib. † innominati autẽ omnes vnam tantummodo actionem pariunt,quæ dicitur *præscriptis verbis*,de qua in toto titu. D. de præscrip. verbis. & in nostro tx.& §.sequenti.& passim. † Cur autem hęc actio quæ omnibus innominatis conuentionibus datur *præscriptis verbis*,dicatur,intelligere, non erit difficile,si memineris,post antiquiora Pop.Rom. tempora quibus ruditer pro cuiusque arbitrio agebatur,certis quibusdam verborum formulis omnes actiones compositas fuisse,l.2.§.deinde.D.de orig.iuris, & dicemus in princ.inf.de action.ita vt qui in formula erraret à causa caderet,l.1.& 2.C.de formul.sublatis.quas in albo propositas prętor habebat,l.1 C.de interdictis.l.1.D.ne quid in loco publico. l.si quis id quod.7.D.de iurisd.om.iud. vt inde quilibet pro suo negotio conuenientem formulam desumeret, & coram prætore proponeret,Cæterum quando conuentio erat innominata,quæ certã & determinatam formulam non habebat(plura enim sunt negotia, quã vocabula,l.4.D.de præscriptis verbis) actor suo marte,aut ope alicuius l. C.suæ petitionis formulam certis quibusdam verbis componebat, secundum factum,aut conuentionem inter ipsos contrahentes celebratam,& prætor secundum ea verba iudicem dabat qui de causa cognosceret,& inde quia hæ actiones dãtur à prætore iuxta præscripta petitionis verba,præscriptis verbis appellantur, † nonnunquam *In factum* dicuntur,quia iuxta factum prætori narratum cõcipiuntur.l.1.§.si quis seruum. D. depositi.l.si dominus.8.D.de præs.verbis. ita explicant Cuiacius, & Baldui. hic, Hotomanus enunciatione.4. & in disputatione de Pactis pa.123.Fortunius in l.iuris gentiũ.7.§.& ideo. nu.3.D.de pactis. Vaconius declaratione. 23. n.4.Ferd.Mendoça lib.3.disputat.cap.4.nu.4. vnde cõstat actionẽ præscriptis verbis,& ciuilem in factum idem esse,vt citati obseruant.

† Quibus præmissis propositæ difficultati respondendum est(omissa ea disputatione, an hæc conuentio dicenda sit,*do vt facias*, an *facio vt des?* quæ pendet ex resolutione alterius quęstionis,an contractus innominati denominentur à forma conuentionis,vel ab implemento, de qua per Accur.verb.*tradidisti*.in l.cũ proponas.C.de dolo.& verb.*dãda*.in l.cum mota. C. de transactionibus.& vtrobiq; doctores) quod quando dominus vestimentorum agit contra fullonem,est contractus *do vt facias*.& tunc sine difficultate procedit noster text. quãdo vero fullo agit contra dominũ est contractus *facio vt des*,quia vnus & idem contractus biformis est,respectu dantis,*do vt facias*: respectu facientis, *facio vt des*. sicut emptio, & conductio,respectu vnius est locatio,& venditio,respectu alterius emptio,& conductio.Bart. in d. §.quod si faciam.l.naturalis.5.D.de præs. verbis.vbi Padilla,nu.5.Mendoça d.cap.4.nu.26. ergo difficultas non obstat, nam regula d. §.si faciam intelligenda est in cõtractu *facio vt des*, quæ incepit à facto nulla præcedente conuentione.vt ex eius verbis patet ibi,*quod si faciam, &c.* tunc enim actio præscriptis verbis non datur,sed de dolo quia nulla fuerunt verba quæ prætor in concedenda actione sequatur, quod necessarium est,vt actio præscriptis verbis cõpetat,vt sup.diximus, nos vero loquimur de contractu *facio vt des*,quæ incepit à cõuentione,vnde actio præscriptis verbis datur. sicque intelliges tx.in l.solent.15.D.de præs. verbis. d.l.cum mota.l.iuris gentium.7.versic.& ideo. D.de pactis.

§. Præ-

§. *Præterea.* 2.

1 *Vtenda re viciſsim vtrinque data nulla conſtituta mercede contractus innominatus celebratur, & num.4.*

2 *L. & hæc diſtinctio.35.§.fin.D.locati. & numero.5.*

3 *Gratia vtriuſque ſi contractus celebratus eſt accipiens de interitu rei non tenetur,*

1 SI viciſsim vtrinque res vtenda fruendáve ſine aliqua mercede datur, non locatio eſt, ſed contractus innominatus, ex quo præſcriptis verbis agendum eſt. idem. in l. ſi gratuitam. 17. §. ſi cum vnum. D. de præſc. verbis. l. 1. §. ſi quis ſeruum. D. depoſiti. vbi quando operæ ſerui cum cuſtodia penſantur actio præſcriptis verbis enaſcitur. l. ſi conuenerit. 23. ad fin. D. communi diuid.

2 Sed pro dubitandi ratione primò ſic argumentor. Etiamſi res hinc inde viciſsim vtenda detur mercede non conſtituta, contrahitur locatio: ergo contra noſtrũ tex. Antecedens probat l. C. Africanus in l. & hæc diſtinctio. 35. §. ſi. verſi. *quod ipſum*. D. locati. vbi inter duos qui ſingulos fundos habebant cõuenit vt alter alterius conductum haberet, ita vt fructus mercedis nomine penſarentur, & locatio valuit.

3 Secundò contra text. ibi. *& apud alterum alterius bos perierit*. ſic argumẽtor. Hic contractus vtriuſque gratia celebratus fuit, vt conſtat, ſed quando vtriuſque gratia contractus celebratur accipiens de interitu non tenetur. l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. D. commod. d. l. ſi gratuitam. 17. §. ſi margaritas: ergo contra noſtrum

4 tex. † His non obſtantibus veriſsima eſt ſententia & concluſio noſtri tex. cuius ratio eſt, nam in locatione facti, merces quæ pro facto datur conſiſtere debet in pecunia numerata, l. naturalis. 5. §. at cum do. D. de præſ. verbis. dict. l. 1. §. ſi quis ſeruum. D. depoſiti. latè diximus in princi. ſup. eod. in hac autem conceſsione facti, licèt merces hoc eſt præmium interueniat, nõ tamen in pecunia numerata non erit locatio, vti ex noſtro text. deducitur, dum quæſtionem hic propoſitam illi ſimilem eſſe ait, an rebus hinc inde datis emptio & venditio cõtraheretur? in qua conſtat venditionem non celebrari, propter defectum numeratæ pecuniæ. §. item pretium. ſupra eodem de emptione, & venditione. l. 1. D. de contrah. emptio.

5 Nec obſtant argumenta in contrarium adducta. Non primum ex dict. l. & hæc diſtinctio. § fin. (reiecta enim opinione exiſtimantium, vltra certum pretium conſtitutum, ita conuentum fuiſſe in illo text. quia in illo tex. nulla de pretio mentio fit) dicendum eſt ibidem agi de locatione vſus rei, vti ex litera cõſtat in qua neceſſaria non eſt merces in pecunia numerata, ſed ſufficit ſi in alia quantitate detur, vt valeat locationis contractus. l. licet. 8. l. excepto. 18. l. ſi olei. 21. C. hoc titu. & diximus in principio ſupra hoc tit. At in hoc tex. agitur de locatione facti, in qua pecunia numerata neceſſaria eſt.

6 Nec obſtat, in locatione mercedem certam eſſe oportere à principio, text. in §. qua de cauſa, ſupra hoc titul. l. ſi tibi. 22. D. de præſ. verbis. vnde cum ibi futuri fructus mercedis nomine darentur, mercedem incertam fuiſſe videtur, argumento l. vbi autem. 75. §. illud. D. de verb. oblig. incertũ enim eſt, quot fructus naſcentur. l. ſed etſi reſtituatur. 28. §. fin. D. de iudicijs. Nam reſpondendum eſt in ſpecie illius tex. principio conuentum fuiſſe vt certa merces viciſsim daretur, deinde autem conueniſſe vt loco illius mercedis conuentæ fructus ex fundo percepti retinerentur, quæ poſterior conuentio locationem non mutat, argumento. l. ſi prædium. 4. C. de euictionib. l. pretij. 9. C. de reſcind. vend. quam interpretationem ſentit gloſſa ibi verbo, *mercedis*, & confirmat verbum, *penſarentur*, quod idem ſignificat quod compenſare. l. quod ſi artificem. 32. D. de rei vind. l. ſi conuenerit. 18. D. de pig. actione. compenſatio autem eſt, vnum pro alio contribuere. l. 1. D. de cõpenſationibus. latè diximus in §. in bonæ fidei infrà de actionibus. vnde cum Africanus dicat, conuentum fuiſſe, vt fructus vniuſcuiuſque fundi locati cum mercede alterius compenſarentur, clarum eſt mercedem conuentam fuiſſe ſupponere, vt contra Pinelum defendit Laſſarte, de decima emptionis. cap. 1. num. 30.

7 Non obſtat ſecundum ex dict. §. nunc videndum: quoniam. vti rectè hic Accurſius aduertit. verbo *bos perierit*. intelligendum eſt bouem periiſſe dolo vel culpa ſaltem leui ipſius, aliàs enim nulla aduerſus eum actio daretur, cum vtriuſque gratia contractus fuiſſet celebratus, ex dict. §. nunc videndum. dict. §. ſi margaritas. l. contractus. 23. D. de regulis iuris.

§. *Adeo autem.* 3.

1 *Emphyteuſis contractus ſit cum prædium alicui perpetuo fruendum traditur, ita vt quandiu penſio præſtetur nec cõductori, nec heredibus eius cõferri poſsit. & num.8.*

2 *Emphyteuſis & locatio ſimiles, & numero.29. & 44.*

3 *Emphyteuſis & venditio ſimiles. & numero. 29. & 31.*

4 *Emphyteuſim qui conceſsit rei dominus manet & numero. ſeq.*

5 *Dominium non duplex, ſed ſimplex. & nu.33. & num.38.*

6 *Emphyteuta rem alienare irrequiſito domino nõ poteſt. & num.39.*

7 *Emphyteuta cessans in pensionis solutione expelli à domino potest. & num. 44. & 49.*
8 *Emphyteuseos contractus, vtrum Pandectarum iure cognitus, & nu. 55.*
9 *Emphyteuta rei periculum non præstat. & n. 60.*
10 *Emphyteusis vnde dicatur.*
11 *Emphyteusis origo.*
12 *L. lex vectigali. 31. D. de pignoribus.*
13 *Emphyteuticarius fundus, & fundus vectigalis idem.*
Titulus Si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur.
14 *Vectigal, publicum tributum, sæpe etiam priuatum significat.*
15 *Emphyteuticus contractus primæua natura in perpetuum celebrabatur.*
16 *Perpetuarius colonus, & perpetuarium ius.*
17 *L. 1. C. de mendicantibus validis. lib. 11.*
18 *Emphyteusis etiam ad vitam, vel per aliquas expressas generationes conceditur.*
19 *Emphyteusis olim solũ in agris sterilibus, postmodum etiam in fructuosis fit.*
20 *Emphyteusis definitio, & explicata sequentibus numeris.*
21 *Emphyteusis contractus iure ciuili inductus.*
22 *Emphyteusis contractus an bonæ fidei, an stricti iuris, an nominatus, an innominatus sit, remissiuè.*
23 *Emphyteusis vtile dominium in accipientem transfert.*
24 *Emphyteusis in rebus immobilibus tantum cõsistit.*
25 *Feudatarius non reale, sed personale seruitium præstat.*
26 *Emphyteuta quid reale soluere tenetur.*
L. penultima. C. de diuersis prædijs. lib. 11.
27 *Emphyteuta per constituta tempora canonem soluere debet.*
28 *Emphyteuta in dominij recognitionem canonẽ antiquo domino soluit.*
30 *Emphyteusis à locatione qua præcipuè nota separetur.*
31 *Emphyteuta dominus emphyteuticæ rei efficitur, cum communi.*
32 *Dominium penes duos esse non potest.*
34 *Emphyteuta vtilem vindicationem habet.*
35 *Emphyteuta qui à Principe vel fisco rem habet dominus efficitur.*
36 *Vindicatio directa datur dominis: vtilis non dominis æquitate suadente datur.*
37 *Vtilitas pro æquitate sæpe sumitur.*
40 *Emphyteuta rem alienans domino quinquagesimam pretij partem soluere debet.*
41 *Emphyteutam potuisse antiquo iure libere rem alienare pluribus probatur.*
42 *Emphyteuta nouo iure, licèt rem irrequisito domino directo vendere non possit, an ex alia causa alienare eo inconsulto possit, & num. sequentib.*
44 *Emphyteusis pensio (quæ in hoc contractu est necessaria) in quacunque re consistere potest.*
45 *L. 2. C. de rescind. venditione. & eius remedijũ, in locatione admittenda. remissiuè.*
L. 15. tit. 9. lib. 9. nouæ recopilationis.
46 *Emphyteusis pensio modica semper esse solet: nõ tamen ideo vitiabitur quod rei fructibus respondeat.*
47 *Emphyteusis pensio quæ iusta dicatur.*
48 *Emphyteusis & feudum in multis similes, & quatenus differant.*
50 *Colonus pensionem non soluens expelli potest, melioratione tamen in re factas non amittit.*
51 *Emphyteuta cessans in pensionis solutione expelli potest, amittitque meliorationes quas ex rei natura facere debuit.*
52 *Emphyteuta vt ratione cessationis possit expelli, si priuati sit per triennium, si ecclesiæ per biennium cessasse necessarium est.*
53 *Colonus quam solutione pensionis cessat expelli statim potest.*
L. quæro. 54. §. inter locatorem. l. cum domini. 56. D. locati.
Capit. propter sterilitatem. §. verum de locato.
54 *Moram in solutione commissam emphyteuta & colonis celeri satisfactione, emendare possunt.*
55 *Emphyteusis contractus iuris ciuilis. secundum communem.*
56 *Contraria sententia, vt contractus iuris gentiũ sit verior.*
57 *Iuris gentium quæ dicantur.*
59 *Noster textus. ibi.* ac si naturalis esset contractus.
61 *Emphyteuta rei periculum in se suscipere potest.*
62 *Periculum quando dicetur particulare.*
63 *L. 28. titu. 8. part. 5.*
64 *Emphyteutica domus si combusta sit an & tũc pensio soluenda sit, remissiue.*
65 *Sterilitas in locatione pensionis remissionem inducere solet, in emphyteusi non ita.*

1 SImiles vsque adeo sunt cõtractus emptionis & venditionis, & contractus locationis & conductionis, vt aliquibus in casibus quæri soleat, vtrum emptio & venditio an vero locatio & conductio contrahatur, videlicet, cum prædium alicui perpetuo fruendum traditur, ita vt quandiu pensio, siue reditus pro eo præstetur neque ipsi conductori, neque eius successoribus auferri possit, quo in casu nonnullis Prudentibus emptionem venditionémve contrahi, alijs locationem & conductionem celebrari placebat. Zeno-niana lege contractus emphyteuseos (qui propriam habeat naturam) appellatur, in quo nisi aliud cautum sit totius rei interitus ad dominum pertinet, partis vero ad colo-

colonum. idē colliges ex l. 1. D. si ager vectig. l. 1. & 2. C. de iure emphyteu. consonat l. 28. & 29. tit. 8. par. 5. & conducit l. 3. tit. 14. par. 1. & l. 69. tit. 18. par. 3. plurima de hoc contractu scripserunt post ordinarios in dictis locis, maximè Iasonem, qui plena manu omnia cumulauit in d. l. 1. & 2. Valascus qui integrū volumen confecit de iure emphyteutico, Caldas Pereyra Castro libro integro de nominatione & renouatione emphyteusis, Carocius tractatu de locato. 2. par. tit. de iure emphyteutico. quæst. 1. & sequentibus, Iulius Clarus lib. 4. §. emphyteusis. Couar. lib. 2. varia. cap. 17. & cap. 18. quo modo autem is contractus probetur Mascardus. 2. tom. de probationib. conclusione. 601. nos ea quæ ad nostri tex. explicationem pertinent tantummodo percurremus.

2 Contra quem pro dubitandi ratione, & modo locationem, modo venditionem cōtrahi in casu nostri tex. sic argumentor: Locatio cōtrahitur cum alicuius rei vsus pro certa mercede conceditur, vt latè probauimus in rub. sup. hoc titu. Sed in emphyteusi rei vsus vel in perpetuum, vel ad tempus pro certa pēsione siue reditu conceditur. tex. hic, & in d. l. 1. C. de iure. emphyt. ergo inter locationem, & emphyteusim nullum est discrimen. † Præterea, cum dato pretio rei dominiū transfertur, emptio contrahitur. diximus latè in rubrica de emptione. & venditione, sed per emphyteuticum contractum alienatio inducitur, cap. nulli. de reb. Eccles. l. fi. C. de fundo dotali. l. fin. C. de reb. alien. tx. in authentico de non alienand. aut permut. §. alienationis, ergo alienatione inducta, pensione, mercede, siue pretio recepto venditio celebrabitur: & inde is contractus aut emptio erit, aut locatio, vt veteres putarunt.

4 Secundò contra nostrum tex. & quod nullo modo venditioni hic contractus similis sit, sic argum. Si aliqua ratione hic emphyteuticus contractus similis emptioni est, ad emptionēque declinare antiquis videbatur, ea potissimū quia dominium mutat, si non directum, saltem vtile, vt omnes hic resoluunt, & inf. dicemus: hoc tamen est falsum, quia qui rem concessit dominus manet, vt patet ex nostro text. ad fi. 5 † dominium autem non duplex, sed simplex est, illudque directum: ergo male contractum hunc emphyteuticum emptionem veteres appellabant.

6 Tertiò contra tex. ibi. *cuiue conductor, heres ue eius, &c.* quibus & sequentibus verbis probat Iustin. licere emphyteuticario conductori rem alienare, sic argumentor: Non potest emphyteuticarius prædium in emphyteusim concessum, aut meliorationes in eo factas alienare, nisi domini interueniente consensu, aut eo saltem requisito vt intra duos menses, aut alienationi consentiat, aut pretium offerat. l. fin. C. de iure emphyteu. ergo contra nostrum tex. qui sine distinctione alienationem concedit.

7 Quartò contra tex. ibi. *quandiu pensio, siue reditus pro his domino præstetur.* vbi Iustin. ignorat posse dominū, si conductor emphyteuticarius reditus, siue pensionis solutione cessauerit, illum à conducta re expellere, sic argumentor: Si cessauerit, paratus tamen sit soluere, expelli nō potest. cap. propter sterilitatem. 3. §. verum. e. potuit. 4. versi. *nisi forte.* de locato. ergo ob solam cessationē non poterit conductor expelli.

8 Quintò contra tex. ibi. *lex Zenoniana lata est.* quo versi. Iustin. explicat, Zenoniana lege, & nomen, & conditiones, naturam & leges emphyteuseos contractui inditas fuisse, sic argumen. Etiam Pandectarum iure huius cōtractus emphyteuticarij, earumque legum mentio fit. l. sciendum. 15. §. 1. D. qui satisd. cogant. l. 1. & rubrica. D. si ager vectig. vel emphyteuticarius petatur. l. si domus. 71. §. fin. D. de leg. 1. l. 3. §. si ius. D. de reb. eorum. Rebuffus in l. 49. D. de verbor. signifi. pag. 365. in princ. ergo contra nostrum tex.

9 Sextò & vltimò contra nostrum tx. ibi. *sin autem particularis.* sic argumen. Siue dānum particulare, siue generale sit, ad dominum semper spectare debet: ergo non ad emphyteuticariū. Anteced. probat regula vulgaris. l. pignus. 8. C. de pignoratit. actione cum multis adductis. in §. cum autē. sup. de empt. & vend. iuncta reg. l. quæ de tota. 76. D. de rei vendicatione.

10 Quibus omnibus difficultatibus satisfacies, si cum Imperatore Iustin. dixeris post Zenonē Cæsarem in l. 1. C. de iure emphyteutico, huiusmodi contractū, quia venditioni, & emptioni, locationi & conductioni in multis simīlis est, in pluribus dissimilis certam speciem cō stituere vti ex eius definitione mox subijcienda colligitur, & ex eiusdem verbi notatione, dicitur enim emphyteusis non à verbo Græco *emponema* quod meliorationē significat, vt hic voluit Accur. verb. *emphyteusis*, & in authent. de non alienandis. §. scire autem. verb. *meliorationum*, collatione. 2. sed ab alia Græca dictione *emphyteu*, quod est implantare, germina ponere, & inserere, vt hic aduertunt nouiores, & cum Alciat. Cora. & alijs Valascus. vbi sup. quæst. 2. num. 3. Forcatul. in Nœcyomātia dialogo. 19. nu. 4. † origo enim huius contractus fuit, quod olim Respub. prædia tantum sterilia exigua mercede singulis annis exsoluenda municipibus perpetuo concedebat, vt plātationibus meliora redderentur: quod & hic præsensit Accur. & sequuntur à Valasco d. nu. 3. relati. Conna. lib. 7. comm. cap. 12. nu. 2.

12 Vnde primò infertur, olim in Ciuitatum vel Vniuersitatum agris solum hoc contractus genus constitisse: neque obstat Scæuolæ responsum in l. lex vectigali. 31. D. de pignoribus, vbi vides & in priuatorum prædijs hunc contractum admitti, omissa

enim Forcatuli opinione. vbi sup. n. 5. dicendū est, (vt latè inf. ad. 5. arg.) in particularibus quo que prædijs Digestorum tempore emphyteusim in vsu fuisse.

13 Infertur etiam nullam esse differentiam inter fundum vectigalem, & emphyteuticarium, vt patet ex nostro tx. & l. 1. in prin. D. si ager vectig. vel emphyteuticar. petat. l. sciendum. 15. §. 1. D. qui satisd. cog. sentit Accur. in rubri. D. si ager vectigalis. dum exponit vectigalis, id est, emphyteuticarius, vel pro, ideſt & meri
14 to, † quia licet proprie & strictè vestigal sit publicum tributum. l. eum qui vectigal. 16. D. de verb. signifi. & in tit. C. de vectigalibus & commissis, sæpe tamen significat priuatum tributum. l. inter publica. 17. §. publica. D. de ver. sig. l. 2. §. si quis à nemine. D. ne quid in loco pub. vnde cum profundo dato in emphyteusim certum tributum pendatur, potest optime vectigalis appellari, licèt priuati sit, d. l. lex vectigali. 31. D. de pignorib. & ita obseruandum est, licèt contrarium defendat Valascus. de iu. emphyteu. quæst. 31. Ioan. Coras. lib. 1. miscell. cap. 21.

15 Vlterius colligitur, contractum emphyteusis sua primæua natura in perpetuum tantum celebrari potuisse, ita videlicet, vt quandiu pē sio soluеretur, fundus nō auocaretur, iuxta no strū tx. & d. l. 1. D. si ag. vect. vel emphy. pet. c. ea enim. §. perpetua. 10. quæst. 2. l. quicunque. 3. C. de fundis patrimonialibus. lib. 11. authentico de non alienandis. §. 1. versi. alienationis. coll. 2. docent plures relati à Valasco quæst. 1.
16 num. 12. † ex quibus intelliges colonum perpetuarium, aut ius perpetuariū, de quibus mentio fit in l. 1. 3. & fin. C. de locatione præd. ciuil. lib. 11. nihil aliud esse, quàm emphyteutā, vel ius emphyteuticariū, vt interpretatur tx. in l. . C. de off. comitis sacri palatij: docent hīc Baldui. & Hotom. Connanus, lib. 7. com. iur.
17 cap. 12. num. 2. Valascus. quæst. 36. quamuis † coloni perpetuarij dicantur, qui cum essent validi integritate corporis, & robore ætatis, fingentes malis artibus & medicamentis se esse debiles nulla necessitate mendicant palam, nā priuatus qui eos prodierit, & validos esse probauerit, ius perpetuarium in eos consequitur, iuxta text. sic intelligendum in l. vnica. C. de mendicantib. validis. lib. 11. Valascus. quęst. 37. num. 2. Don Ludouicus Peguera lib. quæstio-
18 num criminal. cap. 4. per totum. † Postea tamen hæc primordialis emphyteusis natura mutata fuit, & permissum vt ad vitam concedentis, aut per duas vel tres generationes fieri possit. d. authentico de non alienandis. §. emphyteusim. collatione. 2. Valascus. quæst. 1. num. 12. & emphyteusis quæ ad vnam, duas, plures-ve generationes fit, dicitur ad tempus fieri, ad differentiam eius quæ fit perpetuo. d. authentico de non alien. §. si vero. coll. 2. & ita interpretandus est tex. in l. fi. D. si ag. vectig. aliàs enim si ad certum tempus fieret non esset emphyteusis, sed locatio facta in modicum, vel in longū tempus. vt late diximus ad rub. sup. eod.

19 Denique deducitur, contractum emphyteusis sua origine solum in agris sterilibus constitisse. vt plantatione & cultura meliorarentur, vt ex notatione sup. relata patet, vnde quoties in locatione fit mentio de fundo sterili, vel melioratione contractus emphyteusis arguitur. Valascus. quæst. 2. nu. 6. Zoannetus rerū quotidianarum cap. 59. nu. 3. & hæc ratio est, cur in rebus tantum immobilibus emphyteusis possit celebrari, tex. hic ibi. prædijs. & in l. 1. & fin. C. de iure emphy. quia res mobiles, neque coli, neque meliorari possunt. quæ fuit propria huius contractus causa. Valascus quæst. 12. nu. 11. quamuis hodie ager etiam cultissimus & fertilis possit in emphyteusim concedi. cap. ad aures. de reb. Eccles. quia ratio meliorationis in hoc contractu nō fuit finalis sed impulsiua, Valascus quæstio. 2. numero. 5. † Qui quæstio. 1.
20 illius tractatus postquam plures aliorum retulit emphyteusis definitiones, sub numer. 2. sic ait. [*Emphyteusis est contractus per quam vtile dominium rei immobilis transfertur in perpetuum, vel ad tempus, pro quo soluitur aliquid reale per tempora constituta directo domino in domi nij recognitionem.* ex qua definitione. quia substantia huius cōtractus cognoscitur, & quibus in rebus emptioni, quibusque in rebus locatio ni & cōsentiat & dissētiat intelligitur, parumper subsistam.

21 Dicitur *contractus* propter sæpe repetitam l. 1. §. adeo. D. de pactis, sed an iuris gentium, an verò iuris ciuilis sit? valde disputarunt interpretes: ego cū doctissimo Valasco de iure emphy. quæst. 3. latè disputante, cōtendo & inuentam & confirmatam hanc conuentionem à iure ciuili esse, quæ communis est omnium fere scribentium existimatio, sequuta etiam à Bartholomæo de Albornoz lib. 3. de arte cōtractuū. tit. 1. Feliciano de Solis lib. 1. de censibus, cap. 1. nu. 16. ad fin. quicquid contra sentiant Coras. lib. 1. miscell. ca. 21. Conna. lib. 1. com. c. 6. nu. 21. Hotom. in §. ius autem, sup. de iure naturali. † An autem bonæ fidei, an verò stricti iu
22 ris sit? an nominata an innominata conuentio, disputat idem Valascus iam relatus quæstione 5. & quæstione. 6. eum videbis. itaque constat primum hoc verbum, *contractus*, in hac definitione loco generis esse, reliqua vero omnia differentiæ.

† Nam illa verba. *per quem vtile dominium*
23 *transfertur*. primo constituunt differentiam inter hunc contractum, & contractum locationis & conductionis, per quem nec directum, nec vtile dominium transit, l. non solet. 39. D. hoc titul. quod ex hoc in emphyteuticarium transmittitur, l. 1. l. 2. D. si

ager vectigalis vel emphyteuticar. petatur. Secundò constituunt differentiam inter hunc cõtractum & emptionem & venditionẽ, in quo si is qui vendidit dominus est dominium transfertur. l. claubus. 74. l. cum manu. 80. §. fin. D. de contrahen. emptione, & diximus in rubrica. sup. de emptione & venditione. & inf. dicemus ad primum. † Ideo autem *rei immobilis* dicitur, quia nisi in rebus immobilibus, aut solo cohærentibus emphyteusis consistere nequit, tex. hic. & in d. l. 1. 2. & 3. C. de iure emphy. l. 28. ibi. *que es fecha sobre cosa rayz.* vbi notat Gregor. titu. 8. part. 5. & ita resoluit communis. quam refert Valascus. quæst. 1. nu. 4. nihil autem interest sterilis sit, an fertilis ex paulò supra num. 19. animaduersis, & Valasco sup. nu. 5. licèt autem initio, & ex primordiali huius contractus natura in perpetuum constitui tãtum modo posset, postea tamen & ad tempus incertum, veluti ad vnam vel duas generationes constitui coepit, vt diximus superius, & nostra explicat definitio illis verbis, *in perpetuum vel ad tempus.* & latè notat Valascus d. quæst. 1. n. 12. † illa autem verba. *aliquid reale,* adijciuntur tum ad differentiam feudi, pro quo non reale, sed personale seruitium soluitur, cap. 1. §. in primis, quib. mod. feud. amittat: laso. in l. 1. nu. 50. C. de iure emphy. Valascus vbi sup. nu. 6. tum etiam † quia quidvis potest solui, & dari, siue pensio in pecunia, siue reditus in vino, tritico aut oleo, tex. hic. ibi. *pensio siue reditus.* Theophilus, & Claudius Cantiuncula in hoc. §. Nec cõtrarium probat tex. in l. pen. C. de diuersis prædijs. lib. 11. vbi Imp. Valentinus canonem emphyteuticum ærario inferri iubet, quod ad numeratam pecuniam, non ad speciẽ absque dubio refertur, siquidem reditus, vini, frumenti, & olei ærario non inferuntur. Quoniam ille tex. refertur ad canonem in pecunia, ob id autem non negatur, & in alijs quoque rebus canonem posse dari, vel ideo, quia tex. ille loquitur in canone emphyteusis rei publicæ qui frequentius ob bellorum necessitates in pecunia dabatur. Quia verò nihil interest ad essentiam huius contractus, an multum, an modicum soluatur, vti contra alios resoluit Valascus. vbi supra numer. 8. quamuis ex eo quod modica sit pensio si locatio in longum tempus fiat, possit præsumi locatio, vbi cum alijs idem Valascus resoluit. num. 9. ibidem. † Ideo autem, *per tempora constituta,* soluendum canonem diximus, quia cum à iure præstitutum non sit, poterunt contrahentes illud præfinire, quod si non sit expressum ex consuetudine regionis intelligendum erit, argumento eorum quæ diximus in §. 1. supra eodem. † Denique, quamuis controuersium sit, an vnum, an duplex dominium sit, vt latè infra ad secundum argumentum quia doctrinæ gratiæ, placuit commoditates, & iura de re disponendi. inutile, & directum dominium diuidi, & penes concedentem, antiqui iuris & potestatis nonnulla manent vestigia, penes conductorẽ, eiúsve heredes ipsius iuris cõmoditas & vsus, diximus canonem, pensionem, siue reditum *directo domino in dominij recognitionem esse soluendum,* non pro mercede, in quo hic contractus maximè à locatione differt, vt ex traditis ad rub. huius tit. constat.

His pro generali textus explicatione præmissis, non obstant argumenta in contrarium adducta, non primum quoniam ex latè proximè suprà traditis, quàm multæ sint inter hunc contractum, & emptionem & venditionem atque locationem & conductionem differentiæ, constat, quia verò vtriusque conuentionis quædam habebat insignia, modo emptio, modo conductio veteribus dicitur, nũc autem ex his duobus mixtum quoddam factum nec pura emptio, neque pura conductio est, sed emphyteusis Zenoniana lege appellatur, vti authoritate nostri text. docet Constantinus Harmenopolus in epitome iuris ciuilis lib. 3. titul. 4. vnde meritò Accurs. hic verb. *neque ad venditionem.* tres inter emphyteusim, & venditionem differentias assignauit, plures ahas Albericus in d. l. 1. colum. 1. C. de iure. emphy. & plena manu Valascus, de iure. emphy. quæst. 19. per totam. Emphyteusim autem & locationem in septem differre testatur idem Accurs. hic. glossa neque ad locationem. vbi Cynus n. 7. Baldus 1. lectione num. 8. & 2. lect. num. 3. Anania & Bernardus in dict. cap. potuit extra de locato. Valascus quæst. 20. quas sigillatim recensere, cum & sint verisimæ, & difficultate careant, superuacuum tanè esset.

Illud tamen & perdifficile & pernecessarium est, aliquam constituere regulam ad hos contractus locationis & conductionis dignoscendos, nam quod docuit Pinelus in l. 2. 2. par. cap. 3. num. 8. C. de rescindenda venditione, solam concessionem ad vitam inducere naturam emphyteusis, perpetuum non est, potest enim locatio ad duas vel plures generationes fieri, vti aduertit eruditus Ioannes Garsia Gallecus de expensis cap. 6. num. 23. & quod ab alijs dicitur modicam pensionem emphyteusim inducere non semper verum est, cum possit in emphyteusi iusta pensio domino præstari, quare verior eiusdem Garsiæ iam relati opinio mihi videtur, quam & Pintianum Senatum amplecti idem testatur, vt non ex vna dumtaxat re, sed ex pluribus simul concurrentibus natura emphyteusis dignoscatur, inquirendum enim est, an ad vitam? an parua pensio? an in recognitionem dominij directi? his enim, aut ex his duobus saltem concurrentibus emphyteusis iudicatur; quod sanè vtilissimum est propter impensas & remissiones quæ in altero ex his cõtractibus quis & præstat, & pari-

tur, in alio non item, de quibus idem Valascus quæst. 26. & q. 27.

31 Non obstat secundum argument. quoniam ad explicationem eius obseruandum est, præcipuam similitudinem inter hunc emphyteuticarium, & emptionis contractum in eo consistere, quod quemadmodum emptor rei emptæ, si is qui vendidit dominus est, dominus efficitur, d. l. claudibus. d. l. cum manusata. 80. § 1. sic emphyteuticæ rei emphyteuta. l. 1. §. qui in perpetuum, D. si ager vectig. vel emphyteutici petatur, vbi Bartol. Angelus, & quotquot scribunt, text. in l. possessores 12. ibi *Cum fundorum sint domini.* C. de fundis patrimonialibus lib. 11. l. si qui ex titu. 5. ibi. *Quod apud eos dominium ex nostra liberalitate permaneat.* C. de diuersis prædijs Vrbanis, & rusticis lib. 11. l. fundi patrimoniales 4. ibi. *quam tradimus ea iure dominij.* C. de fundis, proximo libr. 11. l. 1. C. de fundis rei priuatæ. l. fin. C. de locatione præd. ciuil. docet Bartol. vbique receptus in l. si quis vi. §. differentia, colum. 1. D. de acquir. possession. & cum multis communem opinionem dicit Aluarus Valascus quæst. 13. num. 1. Francisc. Sarmiento libr. 3. selectarum interpreta. cap. 2. num. 25. vnde non immeritò à quibusdam emphyteuta emptor apellabitur,

32 quia dominus efficitur. † quod si vrgeas, quod cum dominium penes duos esse non possit, l. si vt certo 5. §. si duobus vehiculum, D. commodi cum alijs, & is qui rem concessit dominus adhuc maneat, tex. hic & in dict. l. 1. 2. & 3. C. de iure emphyt. vix superior definitio admitti poterit: Respondebo, dominium directum penes concedentem manere, de eoq; nostrum text. cum alijs intelligendum esse, vtile autē in emphyteuticarium transire, & ita communis sup. relata.

33 Quæ tamen sine scrupulo non est, si quidem in stricta disputandi ratione longe verius videtur, nec directum, nec vtile dominium in emphyteutam transire. Primò quia licèt duplex dominium esse constituat communis vnum directum, hoc est verum proprium, principale, & superius, l. si finita 15. §. si de vectigalibus. D. de dam. infecto, alterum vtile, quod à vero dominio separatum vtilitatem, & commoditatem omnem ad se trahit: quam distinctionem eleganter scripsit Aluar. Valasc. d. q. 13. nu. 3. verius tamen est nullum esse vtile dominium, cū nullibi in iure nostro huius dominij mentio fiat, vt contra communem docuerunt vltramontani à Castrensi relati in l. ex hoc iure n. 9. de iusti. & iure, à Valasco vbi sup. eodem Paulo in l. si quis vi. §. differentia, D. de acquirend. possession. Igneo in l. contractus 23. nu. 137. D. de regu. iur. Mayno. libr. 1. actio. cap. 7. Coras. lib. 6. miscel. c. 20. Fr. Duar. lib. 1. disput. c. 17. Parladorio libr. 1. rerū quotid. cap. 1. §. 2. num. 4. Secundò quia verū dominium, est genus comprehendens sub se (iuxta communem) vtile & directum: genus autem comprehendit sub se omnes suas species, l. si quid earum 47. §. inter emptum. D. de legatis 3. Sed in l. 1. §. qui in perpetuum. D. si ager. vectig. vel emphyteuticus petatur, negat Iurisconsul. emphyteutas dominos esse, ergo negat esse dominos directos, aut vtiles. †

34 Tertiò quia actio rei vendicationis quæ emphyteutis datur, non est directa, sed vtilis, iuxta Accurs. in d. §. qui in perpetuum: Sed actio rei vindicationis datur ei qui nullum habet dominium, si æquum sit actionem dari, l. idem Pomponius 5. §. de arbore D. de rei vin. iuncta l. adeo 7. §. 1. versi. plane & §. si alienam, & l. sed si. 26. §. si arbor. D. de acquiren. rerum dominio. ergo emphyteuta non habet neq; vtile, neq; directum dominium.

35 Hanc sententiam si defendas non obstant quæ pro communi adduximus, non text. in d. l. fundi & in d. l. possessores cum similibus, quia loquuntur de emphyteusi à principe, vel à fisco accepta quæ vicem habet perfectæ alienationis, authentico de non alienandis, §. alienationis collatione 2. ideoque qui eam accipiūt vocantur domini, & quidem directi, licèt aliquid eius nomine fisco præstetur, cum omnes pro his agris quos possident publicas agnoscant præstationes. l. fin. C. sine censu vel reliquis, vti rectè interpretatur Maynus vbi sup. lib. 1. cap. 6. Valascus d. quæst. 13. & confirmari potest ex pluribus traditis à Pinelo in l. 1. 3

36 p. n. 33. & nu. 37. C. de bon. mater. † Deinde non obstat text. in dict. l. 1. §. qui in perpetuum. D. si ager vectigalis vel emphyteut. petat. & l. 1. §. quod autem. D. de superficiebus. nam non est perpetua hæc regula; datur actio in rem, ergo cui datur dominus est, nam & creditori, & vsufructuario, & ei qui locum publicum conductum habet datur, & tamen hi domini non sunt, l. neque pignus 45. D. de regulis iuris, l. recte dicimus. 25. D. de verborum significatione, l. 1. §. qui seruum D. ad Syllanianum. l. non solet 39. D. locati: & nihilominus in rem actionem habent. l. pignus C. de pignoratitia, l. ei qui. D. de seruitut. l. 1. §. item Iuliano. D. de remissionibus §. æque infra de actionibus iuncta l. 2. D. si seruit. vind. l. 1. iuncta glossa verb. *Conduxerit*, D. de loco publico fruendo. Neque contrarium probat d. l. in rem 23. D. de rei vendicatione, quoniā regula illius tex. verissima est in rei vendicatione directa, quæ non nisi domino datur: at rei vindicatio quæ datur emphyteutæ, creditori, & alijs dominium non habentibus, non est directa, sed vtilis, vti rectissime interpretatur Accursi. in dicto §. qui in perpetuum: quæ quia deficientibus edictorum, aut legum verbis solum æquitate suadente dā

tur, l. 2. §. item Varus, versicul. *quamquam.* D. de

D. de aqua pluuia arcenda, vtilis dicitur, id
37 est æqua, vtilitas enim † sæpe pro æquitate sumitur. l. iusto. 44. §. cum qui D. de vsucapioni. l. peregre. 23. §. quæsitum. D. de acquiren. possess. & ei dari non potest qui dominus est, sed potius ei qui nullum dominium habet, l. idem quinta. §. de arbore D. de rei vendicatione iuncta d. l. adeo. 7. §. 1. D. de acquirendo rerum dominio.

38 Quæ omnia licet in puncto iuris veriora videantur, quod tamen ad praxim attinet nō pluris sunt, siquidem cum commoditas dominij maxima ex parte penes emphyteutam sit eūque vti & frui, & rem ad libitum distrahere videamus ex nostro tex. (& inf. dicemus,) rectè sane doctrinæ gratia eo nomine adinuento, vtilis dominus dicitur, quia dominij vtilitatem habet, sicut & alij plures, quibus idem vtile dominium concessum est. Adde superiorem neotericorum sententiam verbis magis quam rebus consistere, contra regulam l. secundæ. C. communia de legatis, vnde Accur. in d. l. 1. §. qui in perpetuum. D. si ager vectigalis vel emphiteuta. petatur defendi rectè potest, vti præter Valasco, & Sarmiento sup. relatos sequuntur & defendunt Faber num. 13. Corrasius num. 11. Gomezius nu. 34. Iason num 60. in §. 1. inf. de actionibus, Crotus num. 13. in l. ex hoc iure D. de iustitia & iure, Didacus Castillo in l. 17. Tauri scholio *Directo domino*, & sequi videtur legū Partitarum conditores in l. . tit. 28. part. 3. & in d. l. 74. Tauri & late Pinelus in dict. l. 1. 3. p. ex nu. 11. & neruose defendit, omnibus argumentis pro contraria opinione adductis satisfaciens Felicianus de Solis in libro de censibus in proœmio ex num. 11. & soluuntur secundum argumentum.

39 Non obstat tertium, quoniam etsi verum sit non posse emphyteutam emphyteuticarium prædium, meliorationésve in eo factas alienare nisi domini interueniente consensu, aut eo saltem requisito vt intra duos menses aut alienationi consentiat, aut offerat eamdem æstimationem quam extraneus, alias priuandum iure
40 emphyteutico. † duobus tamen illis mēsibus elapsis libere posse emphyteusim, & meliorationes cui voluerit vendere, d. l. fin. C. de iure emphy. cap. potuit. 4. extra de locato & à nouo emphyteuta quinquagesimam partē pretij, vel æstimationis ipsius rei directo domino persoluendam esse, d. l. fin. quod apud nos in vsu esse testatur Auendanius responso 13. nu. 4. quæ præstatio laudimium appellatur, ex eo quod propter laudum, aut approbationem domini ei soluitur, vt resoluit Amedæus à Ponte in quæstionibus laudimialibus, quæst. 1. indeque difficilem nostrum tex. reddi, qui venditionē, donationem, dotisdationem & aliam quamcunque alienationem ab emphyteuta factam adeo validam esse probat, vt non possit dominus directus rem ipsam ab ipso accipiente auferre, omissis tamen pluribus quæ iuxta eum scripserunt Francis. Sarmiento lib. 3. selectarum cap. 2. num. 18. Forcatulus dialogo. 19. num. 5. †
41 verius videtur prohibitionem alienationis iuris emphyteutici sine domini cōsensu vel admonitione, nouiter à Iustiniano inductam fuisse in dict. l. fi. vt patet ex verb. *Sancimus*, quod nouum ius inducere passim notant omnes & diximus in §. in bonæ fidei inf. de actionibus vnde quod hic dicitur de alienatione iuris emphyteutici verum est, & accipiendum iuxta iuris anterioris dispositionem, qua attenta liberè poterat res emphyteusis alienari, quæ interpretatio euidenter comprobatur, Primo quidē ex l. 3. §. si ius. D. de rebus eorum, l. lex vectigali. 31. D. de pignoribus l. si domus. 71. §. fin. D. de legat. 1. iuncta l. fin. C. de rebus alienis. Secundo quia ante Zenonis constitutionem de qua hic fit mentio, refertur autem in l. 1. C. de iure emphyteut. quæ nouam & peculiarē huic contractui naturam concessit, hic contractus aut reputabatur emptio, aut venditio, vt patet ex hoc eo. nostro tex. sed siue emptionis, siue cō ductionis naturam haberet, licere debuit sine alterius consensu alienare: quoniam in emptione certum est licere emptori rem emptam sine venditoris consensu cui voluerit vendere l. dudum. 14. C. de contrah. emptione. in conductione idem probat l. nemo. 6. C. hoc tit. l. si tibi. 7. l. si cui. 45. l. cum in plures. 60. D. locati. ergo antiquo iure in alienatione huius iuris emphyteutici necessarius non fuit domini consensus, neque admonitio. † Valde tamen dubitatur an quemadmodum post nouam Iustiniani constitutionem in dict. l. fin. necessarius
42 est in venditione iuris emphyteutici domini consensus, necessarius quoque sit in donatione, aut alia liberali alienationis specie? quam quæstionem ad vtramque partem latissime disputat Iaso in dict. l. fin. ex num. 54. Francis. Sarmiento dict. lib. 3. selectarum cap. 2. & receptior sententia est Accur. in dict. l. fin. in emphyteusi priuata venditionem tantum prohiberi, non vero donationem, ex l. si domus. 71. §. fin. D. de legatis 1. iuncta legati definitione de qua in princ. sup. de legatis, & ex l. 1. C. de fundis patrimonialibus lib. 11. ex l. fin. C. de prædijs decurionum lib. 11. & ex nostro tex. & l. 1. D. si ag. vect. vel empyteu. petatur. qui tamen omnes, qui communiter id tradunt, fatentur in quacunque alienationis specie laudimium directo domino persolui, ab eoque nouum emphyteutam inuestituram seu collationem accipere debere, sicque interpretantur d. l. fin. in quacunque alienationis specie loquentem. † Contraria tamen sententia longe ve-
43 rior est, non tantum venditionem, verum quamcumque aliam alienationem prohibitam fuisse irrequisito domino, quam defen-

dit doctissimus Sarmiẽto iam relatus, Primò quia omnia contraria fundamenta procedunt secundùm antiqua iura,& ante Iustiniani tempora in d.l.fi. Secundò ex d.l.fi.ibi. *Meliorationes suas alijs vendere, vel ius emphyteuticarium trãsferre.* Verbum enim *transferre* generale est significans nullam alienationem sine domini consensu fieri posse. Vltimò quia in d.l.fi.ponitur regula negatiua, non licere emphyteutę alienare sine consensu domini, quæ si in venditione tantum vera esset potius affirmatiuè cõstitui debuisset licere alienare excepta venditione. Quinimo existimat Sarmiento vbi sup. solam venditionem cum consensu domini fieri posse, alias autem alienationes nec consensu nec sine eo admittendas, qui non contemnendis argumentis suam comprobat opinionem, eum videbis,& denique illud notabis, quod de donatione diximus, in legato quoque admittendum esse, cum donatio sit, tx.in princ. sup. de legatis: docent antiqui in d.l.fi. Ioannes Dilectus de arte testandi, cautela.46.n. 1. Redoanus de rebus ecclesiæ c.22.n.35.

44 Non obstat quartum argum. ex d. c.propter sterilitatem.3.§.verum d.c.potuit.4.de locato, quoniam pro eius explicatione in primis noto, quod quemadmodum in locatione merces, tx.in prin. sup.h.ti. sic in emphyteusi pensio interuenire debet, tex. hic cum similib. in initio relatis, quamuis longè differat empyteusis pensio à locationis mercede, nam in locatione controuersum est (vt ad principium supra disputauimus) an in pecunia numerata interuenire debeat, in emphyteusi in quacunque potest quantitate consistere, tex.hic, verbũ enim *pensio*, latissime patet, vt late per Alu. Valascum de iure emphyt. quæst. 11. nu. 1. Brissoniũ verb. *pensio*.

45 Deinde in locatione merces debet esse iusta fructibus rei correspondens, (etsi ex modica deceptione locatio nõ rescindatur, l. item si 22.§.fi.& l. sequenti D.h.tit.) vnde in ea locũ esse remedio l.2.C.de rescinden.vend. resoluit communis teste Pine.in l.2.1. p.c.3.ex n.17. C.de rescin.vend. latè Anton.Gabriel.lib. 10. com.op.2.tom.pa.61.col.1. in princ. excepta causa locationis Diuinæ domus, Regiarũque facultatum in qua non admittitur ex noua D. Philippi Secundi sanctione, quæ habetur in l.
46 15.ti.9.li.9.nouæ collectio. † in emphyteusi autem pensio modica esse debet, quia melioratio contingens prædio in vtilitatem domini loco mercedis reputatur, vti ex Bar. & alijs resoluũt Rolandus cõsilio. 96.n.25. Valascus q. 1.n.8. vnde fit, quod si de contractus specie dubitetur,& modica pensio constituta sit emphyteusis præsumetur, si verò fructibus correspondens præsumetur locatio, Zoanetus libro rerum quotidian.c.59.n.3. Valascus d.q.1.n.9. licet non ideo vitietur emphyteusis quod iusta pensio fructibus correspondens constituta sit, vti contra Bartolum in l.1.in princ. C.de iure emphy. optime Valascus vbi sup. † quod si
47 quæ sit iusta pensio dubitetur, meminisse multum iuuabit celebris Accur. traditionis in authentica perpetua verbo. *iusta* C.de sacro sanctis Ecclesijs aientis iustam esse pensionem quæ in viginti annis collecta rei conficit æstimationem, pro qua text.in authentico de non alienan. §. quia vero, verb. *si vero* collatione. 2. quem exornant & declarant Couar. lib. 3.variar. cap. 9. num. 5. Valascus quæst.11. ex num.2.

48 Ex qua obseruatione, & sup. ad definitionẽ dictis deducitur, quod licet feudum & emphyteusis, in multis conueniant & contractus similes sint, vt late prosequitur Hotom. in disputatione de feudis q.35. Valascus de iure emphyteusis q.38.in hoc tamen maxime differunt & distinguuntur, quod emphyteusis requirit pensionem, vt hic vides, feudum autem pro fidelitate & seruitio datur, cap.1.qualiter iurari debeat, cap.1.de capitulis Corradi.c.1. de feudis, non vero pro pensione, nam si pensio pecuniaria singulis annis soluenda constituatur talis pactio erit contra naturam feudi, vt cum alijs resoluit Valascus.q.39.n.5. Hotom. vbi sup.

49 Constat ergo (vt ad argumentum magis accedamus) cum pensio ex natura huius contractus sit, quod si eam emphyteuta non soluerit, à iure suo cadet, & emphyteusis ad dominum proprietatis reuertetur, quod ex nostro tx.deducitur,& ex d.l.2.C.de iure emphy.l.2.D. si ager vect. vel emphy.cap.potuit.4.extra de locato, & ex d.l.28.tit.8.p.5. si ita dominus voluerit non quidẽ ipso iure, vt in dictis iuribus
50 † in quo conuenit emphyteu. cũ simplici locatione, colonus enim si non soluat pẽsionem expelli poterit, l.æde 4.C.h.t.l.quæro 54.§.inter locatorem, l.cum domini 56.D. eo.quamuis hoc inter vtrumque contractum discriminis sit, quòd colonus qui ob non solutam pensionem expellitur solum ius cõductionis amittit, non vero melioratione, si quas in re locata fecit l.sed addes 19.§.si inquilinus, primo, l.dominus 35.§.1.& l.colonus 61.D.hoc tit.docet Cagnolus in authentica qui rem, nu.45. C. de sacrosanct.eccle. Ioan. Garcia.de expensis.cap. 6.num.20. Valascus quæst. 25. nu.2. † Em-
51 phyteuta autem non solum cadit à iure suo, sed & melioratione amittit.d. l.2. C.de iure emphy. vbi late Iaso,& in d. authentica qui rẽ vbi Cagnolus, num.43. plures refert Valascus d.q.25.num.2. quod sane intelligendum est in melioratione quas ex natura contractus facere tenetur, non in alijs, tum quia hæ sunt pleno iure ipsius emphyteutæ, l. senatus 43. §. 1. D.de leg.1. cap.1.§.si vassallus: hic finitur lex Corradi, secundum intellectum gloss. ibi. tum quia in d.l.2. solum dispositum est, amittere

cum

cum emponemata, quod verbū significat melioratione ex plantatione in satione, vel cultura prouenientem, vti ex alijs docet Ioannes Garcia d.c.6.n.22. Valasc.d.q.25.Baldui.hîc.

52 Differt & in alio priuatio emphyteutæ à priuatione simplicis coloni, quòd emphyteuta non aliter ius amittit, quàm si per triennium à solutione cessauerit, si emphyteuta priuati sit, dict.l.2.versic. *si verò Ecclesia per biennium*, d.authentica qui rem. d.c.potuit.4. de locato, & vtrobique glossa, & doctores, & nos latè in disputatione de mora ex n.99.colonus autem vbi cessauerit, statim expelli potest. d.l. æde. docet ex multis Valascus q.21.n.1.

53 Neque obstat tx.in l.quæro.54.§. inter locatorem.l.cum domini.56.D.h.t. d.c.propter sterilitatem.§. verum. de locato, vbi probatur expectandum esse biennium, vt simplex colonus à conductionis iure reijciatur, quia omissis interpretationibus Glossæ vbiq; Iasonis n.23. Cagnoli n.48. in d.authētica qui rem, Valasci q.21.n.5.cum seq. respondēdum est in simplici locatione vsq; ad quatuor annos facta, conductorem non soluentem pensionem statim expelli posse.d.l.æde.secus in locatione quinque vel sex annorum, quia tunc expectandum est biennium.d.§.verum. d.§.inter locatorem. & d.l.cum domini. In locatione autem ad longum tempus, quia emphyteusi similis est, expectandum esse triennium, quam dictionem constituunt l.5.& 6.tit.8.part.5.probant Ant. Gom.2.tomo.cap.3. Ioann.Gar.de expensis. c.14.n.7. Valascus d.q.21.n.8.

54 Hanc autem priuationis pœnam tam colonus, quàm emphyteuta euitare poterunt, si celeri sibi satisfactione consulere studuerint.d.c. propter sterilitatem.§.verum.d.c.potuit. ver. *nisi celeri*.de locato, quod quamuis de æquitate canonica admitti putauerit communis, longè verius est procedere secundùm benè fundatam docendi rationem, vti latissimo sermone diximus integra illa disputatione de moræ emēdatione, quam multis abhinc annis pro nostris hic Salmanticæ habuimus, & maximo iubente Senatu typis mandauimus, id autem præcipuè resoluimus sub num.100. & nu.185. ideòq; hîc non repetimus.

55 Non obstat quintum argumētum, quoniam obseruandum est, valdè apud nostros controuerti, nunquid emphyteusis contractus iuris ciuilis, num verò iuris gentium sit, & tamen quamuis multi existiment emphyteusim vsu Romanorum fuisse inductam, antequam sibi natura proprij contractus à iure ciuili condonaretur, postea verò dubitantibus I.C. quænā esset species, an emptio, an locatio? Zenonis constitutionem latam fuisse, quæ ei propriam naturam, atque obligandi vim dedit, quemadmodum contractibus à iure gentium nominatis, argum.l.legitima.6.D.de pactis. ita ex alijs resoluit Valascus q.3. n.7. indeq; ab omnibus ferè receptū est, emphyteusim iuris gentium contractum non esse, sed iuris ciuilis quoad inuentionem & approbationem, ex nostro tex. ibi: *ac si naturalis esset contractus*, docet glossa in l.ex hoc iure.verb.*exceptis*.D.de iust.& iur. & ibi communiter omnes docent, referente Valasco vbi sup.q.3.n.7. & cum multis nouissimè Felici.probat de censibus lib.1.c.1. nu.10. ego longè verius credo, non è Romanis, sed ab alijs prius fuisse inuentam: moueor Aristotelis authoritate, qui lib.2.œconomico. tradit, Bizantios olim in pecuniarum indigentia solitos certa mercede prædia publica locare, fertilia quidem ad aliquod tempus, infertilia verò, ac infructuosa in perpetuum. Cuius loci meminerunt Alciat. lib.1. pareg. cap. 17. cum Holoandro, & alijs, Valascus d.q.3.nu.1.

56 Vlterius dici non potest, ante Zenonis sæcula emphyteusim vim obligādi non habuisse, nec contractus naturam, contrarium enim ex legibus sup. allegatis apparet, & quia, vt hic Iustin.ait, ante Zenonem dubitabatur, an esset venditio, an locatio? satis constat vel vēditionis, vel locationis olim naturam habuisse. Nec verum est cōtractum iuris ciuilis esse, est enim iuris gentium, sicut emptio, & locatio, vt contra Accur. & communem defendunt Corasius lib.1.miscell.c.21.Ferdin.Mend.lib.2.disputat. c.10.n.2.& lib.3.c.1.n.27. quod ex eo cōstat,

57 vt Aristotelis locū interim omittamus, † quia (vt latè sup.diximus ad rub. de empt.& vend. & comprobat idem Valascus d. q.3.) vt quid iurisgentium dicatur non inspicimus antiquissimam obseruationē, & quid à principio apud omnes gentes in vsu fuerit, sed sufficit si à posterioribus inuentum fuerit, receptumque naturali ratione dictante apud alios.l.1.§. ius autem gentium.D.de iust.& iure. l.1. D.de acq. rerum domin. tx.in §.ius autem ciuile. sup.de iure natur.gent.& ciuili.vnde cum contractus emphyteusis apud omnes gentes in vsu sit, cō-

58 sequens est iuris gentium esse.

Neq; contrarium probat noster tx.in vers. *Lex Zenoniana lata est*, quia quod Imperator Zenon in contractu emphyteutico nouiter induxit, id solum fuit, vt censeretur contractus specie distinctus ab emptione, & locatione, dirimens antiquam I.C. differentiam, statuensque propriam, ac peculiarem habere naturam, nec emptioni, nec locationi communem, vt patet ex nostro tex. & apertius ex d.l.1.C.de iure emphyt. ibi: *Sed hoc in tertium esse constituimus*.† Minus obstant alia verba nostri tex.

59 ibi: *hoc ita obtinere ac si naturalis esset contractus*, quia omissa emendatione Cuiacij legentis: *ac si natura talis esset contractus*, respondendū est hæc verba hunc habere sensum, Zenonem statuisse quæcumque pacta emphyteusi adiecta perinde esse obseruanda ac si naturalis esset cō-

tractut. hoc est ac si talia pacta de natura essent emphyteutici contractus, vt rectè animaduertit Alua. Valas. di. quæst. 3. nu. 8.

60 Non obstat sextum quoniam respondendū est, quod etsi regulariter, res pereat semper periculo domini, eiusque augmentum & diminutio ad ipsum spectet, ex vulgatis, & inde si fato aliquo tota res emphyteutica penitus absumatur, ad dominum directi dominij pertineat, text. hic & in d. l. 1. C. de iure emphyt. d. l. 28. tit. 8. part. 5. late Valascus quæstione. 27. ex n.

61 1. † si tamen non penitus, sed pro parte absumatur periculū erit emphyteutæ, qui nihilominus domino pensionem soluere tenebitur, tex. hic & in d. l. 1. & in d. l. 28. nisi pensio iusta sit fructibus emphyteuticæ rei correspondens ex Valasco vbi sup. nu. 6. Potest autē emphyteuta periculum in se suscipere, ita vt siue tota, siue pars absumatur pensionem omni casu soluere debeat, quia potest quilibet fortuitis casibus se supponere, l. fistulas. 78. §. frumenta. D.

62 de contrahenda emptione. † Illud tamen vel de solet dubitari, quando interitus dicatur particularis, vt emphyteuta à solutione pensionis non liberetur? & omissa Accur. opinione in l. nomen filiarum. 164. §. portionis. D. de verbo. signific. & in d. l. 1. verb. *particulare*, verior est eiusdem opinio hic existimantis particulare esse damnum si aliqua particula superfit, licèt ea non sufficiat ad solutionem constitutæ pensionis: quam opinionem cōmuniter sequutam testatur Valas. d. q. 27. nu. 4. quāuis magis æquitati conueniat eum à canone non liberari, si pars quæ supereſt, ad mercedem sufficiat, Bart. in d. l. 1. nu. 9. Valas. quęs. 27. nu. 4. Ioan. Gar. de ex-

63 pensis. cap. 14. nu. 9. † Apud nos tamen hæc controuersia definita est. d. l. 28. ver. *mas empero*. tit. 8. part. 5. vbi pensio non remittitur nisi particula quę durat minor sit octaua parte, vbi

64 notabiliter expl. Grego. ver. *la octaua parte* † iuxta quæ dubitari solet de emphyteutica domo combusta, area durante an & tunc pensio soluenda sit? quam disputat Valas. d. q. 27. n. 2.

65 Ioan. Garcia de expensis cap. 15. num. 17. † Hinc etiam deducitur & alia differentia inter locationem & emphyteusim, in illa enim propter sterilitatem fructuum fit mercedis remissio. l. licet. 8. C. de locato, l. si vno, l. ex conducto. §. si vis, l. si merces. 25. §. vis maior. D. eod. cap. propter sterilitatē. 3. de locat. prosequitur latè Valasc. de iure emphy. q. 27. n. 23. Carocius tractatu de locato. 4. par. rub. de remissione mercedis quæst. 1. & seqq. in emphyteusi autem nulla fit remissio, vti ex nostro tx. & sup. dictis patet, & latissime prosequitur Valascus di. quæst. 27. num. 23. & nu. 7. Ioan Garcia cap. 14. num. 9. & ita solutur argumentum, & textus.

§. *Item quæritur. 4.*

1 *Emptio contrahitur quoties ex materia sua vt aurifex certæ formæ speciem faciat conuentum est, & num. 3.*

2 *L. item si pretio. 22. §. cum insulam. D. locati, & num. 4.*

4 *L. Sabinus. 20. D. de contrah. emptione.*

5 *L. 1. l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ recopilationis.*

6 *Locatio fit cum materia eius manet cuius antea erat. l. conuenit. 65. D. de contrahenda emptione.*

1 EX eadem illa familiaritate quam habent inter se locatio & conductio item & emptio & venditio, dubitabatur, an si cum aurifice mihi conueniret vt ex auro suo is annulos mihi faceret certi ponderis, certæq; formæ, certo pretio accepto, emptio an vero conductio esset? & Cassij sententia reiecta materiæ emptionem operæ locationem contrahi existimantis, emptionem esse magis placuit. idem in l. 2. §. adeo D. eod. l. Sabinus. 20. l. conuenit. 65. D. de contrahenda emptione, l. item si pretio. 22. §. quoties. D. hoc titu. l. scribit. 34. §. in aurifice. D. de auro & argento legato. explicat Lasarte, tractatu de decima venditionis cap. 2. pet totum, maximè num. 3.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor. Si cum artifice, vel fabro conuentum sit vt insulam ædificet, & omnia quidem ex sua materia faciat, locatio est non emptio d. l. item si §. cum insulam D. hoc tit. ergo & in casu nostri text. quamuis ex huiusmodi contractu materiæ dominium transferatur, non emptio, sed locatio erit.

3 Quo argumento non obstante, quicquid existimauerit Cassius verissimum est in primo nostri tex. casu non locationem, sed emptionē contrahi, decisionis ratio est, nam in locatione operarum necessarium est quod corpus ipsum deturab eo, cui id fit, d. l. Sabinus, hac autem cōuentione nullum corpus, sed tantum pecunia datur, vnde locatio esse non poterit, vti rectè considerauit ex Sabino Pomponius in d. l. Sabinus ibi (*nec posse vllam locationem esse, vbi corpus ipsum non detur ab eo, cui id fit.*) Deinde nā in hac conuentione interuenit datio, hoc est translatio dominij materiæ & factum, hoc est artificis opera, datio autem veniat principaliter, factum autē accessorie, principaliter enim agitur, vt factos annulos des mihi, quod autē ipse facias venit in quādam consequentiā, quia aliter dare non potes, nisi prius facias, vnde cū id quod principaliter agitur attendendum sit, l. si quis nec causam 4. D. si certum petatur. & datio, siue dominij translatio sit de natura emptionis, l. clauibus. 74. l. cum manu. 80. D. de cōtrahenda emptione, & contraria locationi, l. non solet. 39. D. hoc tit. constat non locationem

nem, sed emptionem esse, ita Bart. in d. l. 2. §. adeò. & in l. cotem ferro, §. qui maximos. D. de publicanis, sequuntur Menoch. de retinenda possess. remed. 4. nu. 15. Lassarte vbi sup. & præterea facit, quia res quæ locatur in dominio locatoris manere debet. d. l. non debet. in hac autem cõuentione abalienatur in eum qui pecuniam dedit, vnde non est locatio sed venditio, ex reg. l. naturalis. 5. §. 1. D. de præsc. ver.

Nec obstat tx. in d. §. cum insulam. vbi etsi
4 contractus emptionis, non autem locationis, ex ratione animaduersa sup. contrahi videretur, tum etiam quia proprietatem materiæ, & ædificij in conductorem transferre locatorem constat, quod venditioni magis quàm locationi conuenire videtur: nihilominus tamen rectè respondisse Iul. Paulum constat, omissa enim interpretatione Pauli Castren. in d. l. 2. §. adeò. & in d. §. cum insulam. quam hic sequuntur Hotom. & Baldui. & probare videtur d. l. Sabinus. 20. in fi. D. de contrah. empt. rectè tamen improbat omnino videndus Lassarte d. c. 2. n. 7. respondendum est, ideo ibi locationem esse, & non venditionem, quia conductor id solum requirit, quod artifex ædificet, & licèt ex tali ædificio sequatur eius proprietatem ipsi conductori acquiri, hæc acquisitio non est in consideratione, non enim prouenit ex voluntate ædificantis, aut ex ipsa conuentione, sed ex legis dispositione, quæ habet, ædificium superimpositum solo meo mihi acquiri. §. ex diuerso. sup. de rerum diuisi. l. adeo. 7. §. ex diuerso. D. de acq. rerum domin. l. si precario. D. cõm. præd. & inde licèt datio, & factum interueniat quia tamen factum principale est, datio autem accessoria contractus locationis inducitur, vt resoluit Bart. vbi sup. Menoch. d. remed. 4. n. 17 & eleganter Lassarte d. c. 2. n. 7. ex quibus cõstat tam hic, quàm in d. l. Sabinus. iure optimo Cassij sententiam improbatã fuisse, tum etiam quia si eam admitteremus, fieret vt ex vno, eodemque contractu & actu diuersæ conuentiones resultarent, & orirentur, contra regulã
5 l. 1. §. quod si rem. D. depositi. † Huius autem inuestigationis non est leuis vtilitas, namque si Cassij sententia vera esset, sequeretur, materia deteriori, aut vitiosa data, actionem ex empto conductori dari, qui iam non conductor, sed emptor esset, in d. §. cum insulam. quod si de opere aut structura dissensio esset conducti actio locum haberet, vt rectè admonuit Theophilus hic, Mudæus in rub. D. de cõtrah. emp. n. 13. Item, cum ex dispositione l. 1. & 2. tit. 17. lib. 9. recopil. ex contractu vẽditionis gabella debeatur, in eo casu soluenda esset solum secundum æstimationẽ materiæ, ex valore autẽ operis soluenda non esset, quod latè & vtiliter expendit Lassarte d. cap. 2. ex nu. 1. Hæc omnia cum artifex constituto pretio quid efficit ex sua materia.

6 Quod si materiam meam ei dedero, vt ex ea opus aliquod mihi faciat, contractum locationis & conductionis esse, non autem emptionis hic posteriori parte Iustinian. probat, & Consulti in locis sup. relatis: nam vt locatio operarum contrahatur necessarium est, quòd materia in qua opus aliquod præstatur, eiusdem maneat cuius erat. d. l. conuenit. 65. vnde cum quãdo aurum tibi do, vt annulos mihi facias, aurũ meum maneat. d. l. scribit. 34. D. de auro, & arg. leg. locatio, & conductio contrahetur: & ita est interpretanda d. l. conuenit. 65. D. de contrah. empt. Ex quo constat malè existimasse Bart. in d. l. 2. §. adeò. quem sequuntur plures relati à Menoch. de retin. possess. remed. 4. num. 17. huius rei ratione esse, quia in hac materia principaliter venit factum, dare autem venit in cõsequentiam: vnde quemadmodum in superiori casu, quia datio venit principaliter, factũ autẽ accessoriè venditio fit, non locatio, ita & è cõtrario hic non vẽditio, sed locatio esse debuit. Nam licèt hæc Bart. sententia in se verissima sit, non tamen huic conuentioni, aut nostro textui quadrat, quia hic nulla datur datio nec principaliter, nec accessoriè, sed solùm artificis factum, quia materia quæ data est manet dãtis. d. l. scribit. d. l. conuenit. in princ. & inde opus quod ex ea factum est, naturali ratione eiusdẽ manet, ex reg. d. l. adeo. 7. §. cum quis. D. de acquir. rerum domin. §. cum ex aliena. sup. de rer. diuisi. maximè cùm eius nomine factum sit. l. quicquid. 27. D. de acquir. rer. dom. vnde ei dari non potuit, qui antea dominus erat, argum. §. sed si rem legatarij, cum ibi notatis.

§. *Conductor. 5.*

1 *Locatio bonæ fidei contractus est, recipit eas leges, & conditiones, quæ à contrahentibus adijciuntur, si quid deest, ex bono & æquo suppletur, & num. 4. & 7.*

2 *L. veteribus. 39. D. de pactis. l. Labeo. 21. D. de contrah. emption. & n. 9.*

3 *L. Pomponius. 6. D. de pactis dotalibus, & n. 10.*

4 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*

5 *Sterilitas fructuum fortuito contingens damno est locatoris, remitti tamen pacto potest.*

6 *Incendium locatæ domus periculo est locatoris, hoc tamen in se conductor rectè suscipere poterit, item & alia pericula.*

8 *Vsuræ in contractu locationis ex die moræ debentur.*

QVÆ leges in hoc contractu positæ sunt eæ potissimum seruãtur, si quid est prætermissum ex æquo, & bono suppletur. idem in l. si quis domum. 9. §. Iulianus. l. videamus. 11. §. si hoc in locatione. l. ex conducto. 15. in princ. l. si merces. 28. §. conduc-

tor.

ctor. D. hoc tit. l. contractus. 23. versi. *Sed hæc ita.* D. de reg. iur. l. legem. 16. l. circa. 19. C. eod.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: Si quid in hoc contractu prætermissum est cõtra locatorem qui legem potuit apertius dicere est interpretandum. reg. l. veteribus. 39. D. de pactis. l. Labeo. 21. D. de contrah. emp. ergo non est ex bono & æquo facienda æstimatio, ex quo aliquando contra vtrumq; fieri interpretatio posset.

3 Secundò contra nostrum tex. probantem pacta, & conditiones à contrahentibus appositas obseruandas esse, obijcio difficilem text. in l. Pomponius. 6. D. de pactis dotalibus, vbi scriptum est, maritum pacisci non posse, vt in rebus dotalibus dolum tantum præstet, vnde videtur pacisci in hoc contractu non licere, nisi ea quæ à contractu sunt, non alia, cuius cõtrarium innuere videtur noster tex.

4 His tamen non obstantibus, dicendum est, & primam & secundam nostri tex. partem verissimam esse, & conditiones legesque à contrahentibus huic contractui adiectas omnino obseruandas, & quod prætermissum est ex bono & æquo præstandum. Prioris partis omnibus est nota ratio, contractus omnes ex conuẽtione partium legem, idest formam accipere, l. 1. §. si conuenit. D. de posit. quod cum in omnibus generale sit, maximè in hoc, qui bonæ fidei est (*mox dicemus*) cui nihil magis cõgruit quàm pacta & conuentiones seruari, l. 1. D. de pactis. l. 1. D. de const. pecunia. l. ex empto. 11. D. de act. empti. † Vnde licet fructuum sterilitas casu fortuito contingens damno sit locatoris, l. ex conducto. 15. §. si vis. l. si merces. 25. §. si vis maior. D. hoc titu. si tamen fundus ita locatus sit, vt etiam, si quid ita accidisset præstaretur, pacto standum est. l. si quis. 9. §. Iulianus. D. locati. l. fistulas. 78. §. frumenta. D. de cõtrahenda empt. l. contractus. 23. D. de regulis

6 iuris. † Item etiam licèt incendium domus locatæ periculo locatoris sit, argumento. §. cum autem, cum ibi notatis. sup. de emptione & vẽditione: si tamen pactum sit in locatione, ne ignem in domo habere liceat, si habeatur & incẽdium contingat periculum conductoris erit. l. videamus. 11. §. si hoc. D. hoc titu. Vlterius licet in hoc contractu periculum damni contingentis in re locata ad locatorem spectet, non ad conductorem, nisi eius culpa lata vel leui cõtingat. §. qui pro vsu, vbi dicemus statim seq. inf. hoc tit. si tamen conuentum sit, vt solùm dolus ad conductorem spectet, vel è cõtra, vel etiam leuissima culpa ad eum pertineat, id erit obseruandum. d. l. contractus. D. de reg. iuris, vbi id regulare in omnibus contractibus esse docet Martinus del Rio, cap. 19. Neq; obstat,

7 d. l. Põponius, cui statim faciemus satis. † Posterioris partis ea est ratio, quod cum is cõtractus bonæ fidei sit. §. actionum. inf. de acti. & in his facultatem iudex habeat ex fide, ex bono & æquo, ideſt, quod sibi bonum & æquum videbitur iudicandi. §. in bonæ fidei, in princ. inf. de act. quamuis in contractibus stricti iuris solùm id præstandum sit, quod est comprehensum à partibus, & in eis omissum pro omisso habeatur, l. quidquid. 99. D. de ver. obli. in hoc autem, etsi quid sit omissum, prout æquum, & bonum erit præstabitur, sicuti & in cæteris bonæ fidei iudicijs. l. quia tantundẽ. 7. D. de neg.

8 gest. † Ergo cum in bonæ fidei iudicijs sine vlla conuentione à die moræ debeantur vsuræ. l. uicera. 32. §. in bonæ fidei, D. de vsur. l. Iulianus. 13. §. ex vendito. D. de acti. empti. conductor qui moram in soluenda mercede adhibuit, vsuras etiam de quibus nulla merces facta est, præstabit. l. 2. l. præses. 17. C. de locato. l. cum quidam. 17. §. ex locato. D. de vsuris. vnde ortum habuit decisio tex. in l. ex conducto. 15. §. 1. & in l. in lege. 24. D. locati.

9 His sic constitutis non obstant adducta argumenta. non primum ex d. l. veteribus. & d. l. Labeo, quoniam illæ leges loquuntur, quando illa lex siue conuentio, quæ à contrahente fuit adiecta ambigua est, & obscura, quo casu eadem æquitas suggerit, vt contra eum fiat interpretatio, qui legem apertius dicere potuit, noster verò text. loquitur quando omnino à cõtrahentibus omissum est, quo casu in bonæ fidei iudicijs ex bono & æquo suppletur.

10 Minos obstat tex. in d. l. Pomponius, quoniam respondendum est, decisionem illius tex. specialiter procedere in datione dotis in qua pactum illud improbatur, vt rectè docuit glos. in d. l. contractus. D. de reg. iur. Specialitatis autem ratio est, quod pacta quæ fiunt contra dotis priuilegia moribus improbantur. l. si liberis. 27. D. de pactis dotal. nam dotis causa semper & vbique præcipua est propter matrimonium, & rationem tex. in l. 1. D. solut. matrimonio. l. 2. de iure dotiũ. l. 3. D. de priuilegijs creditorum, & inde in dote pacto, mulieris melior conditio effici potest, deterior non potest, l. Attilicinius. 17. D. de pactis dotalibus notat Martinus del Rio, in d. l. contractus c. 19. in fi.

§. *Qui pro vsu.* 6.

1 *Conductor de dolo, lata, leui, leuissima culpa, non autem de casu tenetur, & num. 4. cum seq.*

2 *Contractus si vtriusque gratia celebratur, leuissima culpa præstanda non est.*

3 *Locatio & conductio vtriusque gratia celebratur.*

4 *L. si merces. 25. §. qui columnam. D. hoc. tit. locati. & num. 7.*

5 *Superlatiuus aliquando pro positiuo.*

7 *Casus fortuiti sunt qui humano consilio non possunt præuideri, aut si præuideri, non tamen impediri.*

8 *Casus*

8 *Casus fortuiti in nullo contractu præstantur.*
9 *Casus fortuiti renunciari solent, & quid eorum appellatione comprehendatur.*

1 CONDVCTOR non tantum de dolo, lata & leui culpa, verum & de leuissima quoque tenetur, non autem de casu. Idē in l. in iudicio 28. C. hoc t. l. si merces. 25. §. qui columnam. l. qui mercedem. 40. D. eo. l. 7. cum sequentibus. ti. 8. p. 5. explicat Carocius. d. tracta. de locatione. 4. p. q. 1. cum seq.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: In contractibus qui gratia vtriusque celebrantur, leuis tantum culpa præstatur, non leuissima. l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. D. commod. l. si seruus. 108. §. cum quid. D. de leg. 1. c. 3 1. extra de commodato. † Sed contractus locationis gratia vtriusque celebratur, vt cōstat: ergo in eo non veniet leuissima culpa, quod & expressè probat. d. l. contractus, & l. 3. §. 1. D. nautæ, caupones, & stabularij, venire autem in hoc contractu leuissimam quoque culpam manifestè constat, siquidem nostri tx. verba, *ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus pater fam. suis rebus adhibet*, cum habēt sensum, nam sicut eam non adhibere diligentiam, quā quis rebus suis adhibere solet lata culpa est, eam autem non adhibere, quam diligentes patres fam. adhibent, leui culpæ respondet, ita diligentiam non præstare, qualem diligentissimus pater fam. præstaret leuissima culpa erit, quam tamen non præstaturus videbatur conductor ex paulo ante dictis.

4 Cui difficultati, vt satisfaciat Accursi. in d. §. qui columnam, dupliciter respondet, cōductorem de leuissima non teneri, sed de leui tātum, ex ratione d. §. nunc videndum cum concordātibus, quibus in casu nostri tx. consonat. d. l. 7. & seq. ti. 8. p. 5. & explicat Carocius d. 4. p. q. 1. nec contrarium probare nostrum tex. *qualē diligentissimus pater fam. suis rebus adhibet*, & in d. §. qui colūnam. ibi. *si omnia facta non sunt, quæ diligentissimus quisq; obseruaturus fuisset*, quoniā superlatiuus ille, *diligentissimus*, pro positiuo, 5 *diligens*, accipiendus est, † quod in iure nostro non erit infrequens, vt i. l. heres. 25. §. non tātum. D. fam. hercis. & *custodia diligens*, pro *diligentissima*, in d. l. si vt certo. 5. §. nunc videndū. D. commodati, & *exactum officium*, pro *exactissimo*, in l. in re mandata. 21. C. mādati, *latior culpa*, pro *lata*, in l. quod Neruа 32. D. depositi, & *grauior*, pro *graui*, in l. homo liber 54. §. 1. D. de acq. rer. dom. Verba enim hæc indifinita, siue in positiuo, siue in superlatiuo, siue in comparatiuo efferantur, iuxta subiectam materiam sunt accipienda, & inde in hoc casu recurrendū ad regulam d. l. contractus. Ergo *diligentissimus* in nostro tex. pro, *diligens*, ponitur, quod vt audisti, non est insoleus, & multis probat testimonijs Alcia. in l. proximus. & in l. proximi. 155. in l. in vulgari. 162. in l. illa verba. 160. per iura expressa in esse in eisdē locis. D. de verb. sign. quam solutionem nouiores omnes hic 6 admittunt, & ego probo. † nisi locata esset opera in tractandis rebus quæ summam cautionē singularemque diligentiam requirunt, vt in exemplis. d. §. qui columnam, tunc enim abesse intelligitur culpa, si omnia facta sint, quæ etiam diligentissimus quisque obseruaturus fuisset, quoniā his in rebus quæ leuiter facileque franguntur, leuissima quoque culpa præstari debet. d. §. qui columnam. d. l. qui mercedem. l. 3. §. sed ita tota. D. nautæ, caup. & hæc est posterior Accurs. solutio hic, communiter etiam recepta, & vtiliter exornata à Vincent. Caroc. d. 4. p. q. 2. & n. 6. & probata. l. 10. tit. 8. 7 par. 5. † Casus autem fortuiti, qui humano cōsilio præuideri non potuerunt. l. 2. §. si eo tempore. D. de administra. rerum ad ciuita. pertinent. l. quæ fortuitis. C. de pignor. actione. l. à procuratore. D. mandati, aut si præuideri, non tamen impediri. l. 1. §. is verò. D. de obligat. & act. l. in rebus. 18. C. de commodato. d. l. in iudicio. C. h. tit. † cum in nullo contractu, etiam si 8 recipientis tantum gratia fiat, præstentur. d. c. 1. extra de commodato. c. 2. de deposito. c. propter sterilitatē. 3. de locato. d. l. contractus. 23. D. de reg. iur. l. sed si quis. §. quæsitū. D. si quis cau. d. l. quæ fortuitis. §. item is cui. sup. quib. mod. re contrah. oblig. l. 3. ti. 2. l. 23. ti. 8 p. 5. & latè explicāt Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 1. p. c. 3. n. 26. Ant. Gom. 2. to. var. c. 3. n. 18. Petrus Dueñas, reg. 380. Nau. in Manc. 27. n. 179. Couar. lib. vnic. pract. quæst. c. 3. Bossius in praxi. t. de remissione mercedis. n. 37. in hoc contractu non veniunt, ex nostro tex. ad fi. & sup. relatis, latè Carocius. d. 4. p. rub. de casibus, † 9 quamuis aliquando de eis quoque conductores teneantur, vt si eis renunciauerint. cap. 1. de commod. l. 1. C. eod. l. si quis fundum. D. h. t. l. 1. §. sæpè. D. depositi. d. l. 23. par. explicant. Pinel. Ant. Gom. Nauar. iam citati. Valascus de iure emphy. q. 27. n. 34. & seq. Mart. del Rio in in d. l. contractus. c. 2. Carocius, vbi proximè. q. 1. & sequen. quod verū esse intelligebat Bar. in d. §. quæsitum. n. 3. nisi casus nimis esset insolitus, per tex. in l. fistulas. 78. §. frumenta. D. de contrah. empt. ex quo tx. contrariam sententiam docuit ibi Bar. & communis, quam resoluit Pinelus, vbi sup. n. 29. & nu. 30. quæ tamen secundum inductionem Cumani, & Imolæ, quam ipse refert. proculdubio ex tx. non probatur, quia appellatio casus fortuiti propriè pertinet ad insolidum, probat Corneus consil. 128. ad fin. volum. 2. quæ opinio in praxi quoque obseruanda est, ex adductis à Carocio supra.

§. Mor-

§. Mortuo conductore. 7.

1 *Mortuo conductore ante præstitum conductionis tempus heres eius eodem iure in conductione succedit.*
2 *L. locatio. 4. D. locati. & n. 8.*
3 *L. Si domina. 10. C. de vsuf. & n. 11.*
4 *Vsusfructus conductus ad heredes non pertinet, & num. 11.*
5 *Locatoris heres locationi stare non cogitur, & num. 16.*
L. nihil proponi. 120. §. fructus. D. de leg. 1.
L. si filio fam. 16. §. si vir in quinquennium. D. solut. matrim. & nu. 19.
6 *L. Si tutelæ. 8. D. de adm. tut. remissiuè.*
7 *Heres succedit in vniuersum ius defuncti.*
9 *L. quæsitum. 8. §. quod à Titio. l. cum precario. 12. §. fi. D. de precario.*
10 *Precarium contraria voluntate finitur.*
12 *L. Si socrus. 18. C. de iure dotium.*
13 *L. necessario. 8. §. fi. D. de periculo, & commodo rei venditæ.*
16 *Locationi successor particularis stare non cogitur, & num. seq.*
L. emptorem. 9. C. de locato.
17 *L. in venditione. 8. §. 1. D. de bonis auth. iud. poss.*
21 *Conductor rem conductam locare potest, nisi socius sit, qui inuitis socijs sublocare nõ poterit.*

1 COnductore ante præstitum tempus defuncto heres eius eodem iure succedit, idem in l. sed addes. 19. §. ex conducto. l. cum in plures. 60. §. heredem. D. h. ti. l. viam veritatis. 10. C. eod. l. si socrus. 18. in fi. C. de iure dotium. consonat l. 2. ti. 8. p. 5. conducit maximè l. 9. ti. 17. p. 1. quæ loquuntur in heredibus clerici locatoris, & ad varias quæstiones eleganter exornabis ex Bar. & alijs interpretibus ibidem, in l. si filio fam. 26. §. si vir in quinquennium. D. solut. matrim. & in l. emptorem. 9. C. h. t. Alciat. in l. 2. n. 20. D. si cert. pet. Coua. lib. 2. var. c. 15. Ant. Gom. 2. to. var. ca. 3. n. 9. Petro Dueñas, reg. 204. Pinel. in l. 1. 3. p. nu. 68. C. de bon. mat. Gut. in l. nemo potest. n. 28. D. de leg. 1. Catell. Cota. in memoralib. verb. *Successor*, Valasco, lib. de iure emphyteutico. q. 20. n. 19. q. 22. n. 10. q. 29. n. 13. q. 30. nu. 7. Molina lib. 1. de Hispa. primog. cap. 21. Mieres, de maioratib. 4. par. q. 21. & nouissime per Carocium, tract. de locato. 4. p. t. de successore. q. 1. & seq. & Barbosa, in d. §. si vir in quinquennium.

2 Sed pro dubitandi ratione primò sic argumentor: Conductoris heres ipse conductor nõ est. d. §. heredem. ergo cum gesti negotij tempore ignotus & incertus esset, & obligatio personalis sit, nec afficiat, neque sequatur fundum (vt mox dicemus) ad heredes transmitti non potest, quod probat. l. locatio. 4. D. h. t.

3 Secundò obstat difficilis tex. in l. si domina, 10. C. de vsufruct. vbi Diocletianus & Maximianus expressè docent mortuo conductore ad eius heredem contractum non transire, ibi, *morte conductricæ ei qui locauit etiam vtendi, fruendi causa non est deneganda.*

4 Tertiò contra nostrum tex. obstat, nam si Titius emerit, vel conduxerit vsumfructum, isq; decesserit heredi eius nihil relinquit, neque ad eum contractus transit: ergo.

5 Quartò sic argumentor: locatoris successor non compellitur stare locationi per suum authorem factæ. l. emptore. 9. C. h. t. l. fi. merces. 25. §. qui fundum. D. hoc t. ergo neque conductoris heres conductioni stare cogi debet, siquidem eadem est ratio, nec contractus claudicare debet, vt expressè in his terminis probat l. 2. t. 8. p. 5. Quam eandem sententiam probat non obscurè l. nihil proponi. 120. §. fructus. D. de leg. 1. ibi. *colonum autem cum herede ex conducto habere actionem.* Ex quibus verbis & integro illius. §. contex. deducitur successorem nõ teneri stare locationi defuncti, quin potius colonum expellere posse, ergo idem in casu nostri tex. dicendum est. Accedit huic difficultati difficilis tex. in d. l. si filio fam. §. si vir in quinquennium. D. soluto matrim. si eum tex. cum Bart. ibi accipias, vt mulier non compellatur præcise stare locationi factæ à marito constãte matrimonio, sed tantum causatiuè, scilicet, nisi velit, quod interest marito soluere. Deniq; obstat tx. in l. arbores. 59. §. 1. ibi, *potest vsufructuarius conductorem repellere.* D. de vsufructu, & & in l. si fundus quem. 33. D. h. t. in quarum legum speciebus & casibus successores locationi non stant: ergo nec hîc conductoris heredem compellemus.

6 His tamen argumentis non obstãtibus verissimum est, vtriusque & locatoris & conductoris heredem, eodem iure in conductione, & locatione succedere, ex iuribus sup. allegatis, quibus etiam fauet decisio tex. in l. si tutelæ. 8. D. de administ. tut. iunctis traditis iuxta eundem tex. à Bartolo in d. §. si vir in quinquennium. n. 1. Abba. in c. querelam. n. 8. extra ne prælati vices suas, & conducit similiter decisio eiusdẽ,

7 tx. ind. c. querelam, & in c. 1. de solut. † Ratio autem decisionis deducitur ex vulgari, satisque noto iuris principio, quia videlicet heres est successor vniuersalis iurium defuncti, eiusdemque iuris & potestatis, non melioris conditionis, vnde quemadmodum conductor aut locator contractu celebrato & perfecto ei præcise stare compelli poterat, sic & eius heres, vti ex definitione hereditatis, & heredis, de quibus latè sup. ad rubr. de heredibus instituendis, deduces ex regula l. hereditas. 63. l. heredem. 60. & l. non debet. D. de regulis iuris. l. nihil aliud. D. de verb. signi. & addi quoque potest regula l. Seia. 73. D. de euict. l. rem alienam. 41. D. de pignor. actione, l. si ab eo. C. de liberali causa. l. cum

cum à matre. C. de rei vendicatione authentici de iureiurando à mor. præst. in principio, qua docemur heredem nō posse cōtra factum testatoris venire. Accedit locationem, vi ipsa quasi venditionem esse habitationis ad certum tempus, qua de causa ijsdem iuris regulis continetur quibus emptio & venditio, quippè quæ ipsius gemina est. l. 2. D. h. t. nec tantum si conductor totius temporis mercedem representarit, verum etiam si conuenerit (quod frequentius est) vt pluribus pensionibus eam præstet, qua conditione frequenter etiam venditio contrahitur, ergo quemadmodum venditione perfecta quis resilire non potest. l. ab emptione 59. D. de pactis. l. 1. & 2. C. quando licet ab emptione discedere, ita neque locatione celebrata: quasi cōtraxisse enim videtur heres, qui in defuncti locum successit cum hereditarijs creditoribus, ex quo hereditatē adire cœpit, ijsdēque obligationibus teneri. l. 3. §. vlt. D. quib. ex caus. in poss. eat. §. heres. inf. de oblig. quæ ex quasi contractu nasc.

8 Nec obstant argumenta in contrarium adducta. Nō primum quoniam etsi verum sit, heredem conductoris veré conductorem non esse, fingitur tamen idem ipsemet conductor; estq; eiusdem iuris, cuius defunctus fuit, ex d. authe. de iureiurando à mor. præst. Nec contrarium probat tx. in d. l. locatio. 4. D. h. t. vbi Pomponius ait, *locatio, precarijve rogatio ita facta quoad is qui eam locasset, dedisseve vellet, morte eius qui locauit tollitur*, ex quibus verbis videtur huiusmodi contractum locationis ad heredem non transire, sed morte contrahentis finiri, quoniā obseruo nostrum tex. loqui in contractu locationis & cōductionis ad certum vsque tempus, putà annum, biennium, vel triēnium celebrato, vt constat ex verbis ibi, *intra tempora conductionis*, quo casu certum est morte nō finiri, sed ad vtriusque heredes transire ex ratione supra animaduersa: secus autem esse si locatio ita facta esset, quoad is qui rem locasset vellet, quia tunc morte locatoris expirat, quia velle iam non potest, qui volūtatem nullam habet, morte enim cessauit, vt & cætera omnia, authentico de nuptijs. §. deinceps, exornat in terminis plura adducens ad interpretationem d. l. locatio Medicis tract. mors omnia soluit. 1. par. nu. 260. Valascus de iure emphyt. quæstio. 34. ex num. 3.

9 Sed huic resolutioni videtur obstare difficilis tex. in l. quæsitum. 8. §. quod à Titio. l. cum precario. 12. §. fi. D. de precario. in quibus precarij concessio, quæ quoad accipientem personalis est, concedentis morte non finitur, imo ad heredem eius transit absque noua ipsius heredis concessione, quod etiam probat tex. in c. fi. de precario, & eorum iurium argumento docet Bart. in l. centesimis. §. fi. col. 3. D. de verb. obligat. vbi Alex. & Iaso. col. 5. Tiraq. de iure cōstituti. 2. p. ampliat. 12. cum alijs, Couar. lib. 3. var. c. 15. n. 3. Valascus vbi sup.

10 Sed respondendum est longè diuersam vtriusque casus speciem esse, quippe regulariter precarium postquam concessum est eum habet sensum, vt valeat & duret donec reuocetur, ac cōcedentē pœniteat. l. 2. §. 1. D. de precario, sicq; non pendet à voluntate, cum sufficiat illa quæ ab initio adhibita fuit, sed pendet à reuocatione voluntatis, ideòque morte concedentis non finitur, siue simpliciter concessum sit ex proximè dictis, siue donec reuocetur, quia reuocatio exigit contrariam voluntatem quæ in moriente non datur, licèt voluntatem mors extinguat. Si vero precarium concedatur *ad voluntatem*, vel *ad beneplacitum*, vel *quoad volet is qui concessit*, morte cōcedentis expirat, non tanquā voluntate reuocata, sed tanquam ea cessante, per mortem enim cessatio voluntatis inducitur, cum non sit persona, nec subiectum in quo voluntas consistat, tex. sic intelligendus in d. l. locatio. 4. D. h. t. c. si gratioſe, de reſcriptis lib. 6. vti eleganter post Couar. d. ca. 15. nu. 3. & 4. sequitur Menoc. de arbit. lib. 1. q. 69. n. 18. Carocius, de locato. 4. p. t. de succes. quæst. 7. n. 15. explicuit Valascus d. quæst. 34. n. 3. eam resolutionem iuxta quotidianas quæstiones latius deducens; & sic soluitur primum argum.

11 Nec obstat secundum ex d. l. si domina. 10. C. de vsuf. vbi vides vsusfructus conductionem ad heredes conductricis non transire, sed ea mortua ad proprietatem reuerti, cui consonat videnda omnino l. 3. tit. 8. p. 5. quæ notabiliter eam legem explicat. Quoniam respondet Accurs. hic scholio. 1. eum tex. in vsufructu procedere. qui cum morte finiatur ex reg. §. fin. sup. de vsufruct. vsufructuario decedente ad heredes suos nihil vsusfructus transmittere, mirum non est, cum omne ius quod ipse habebat eius euanuisse morte constet. l. ambiguitatem. C. de vsufruct. † Verum hanc Accur. solutionem impugnat difficilis tex. in l. si socrus. 18. C. de iure dotium in posteriori parte, ibi. *Nam si acceptura certum quid annuum filiæ suæ vsumfructum locauit, mortua conductrice vsusfructus extingui minime potuit.* Quæ verba perspicuè demonstrāt in specie d. l. si domina, totum contrarium decidendum fuisse. † Iuuaturque hæc sententia ex difficiliori Iulij Pauli respōso in d. l. necessario. 8. §. fi. D. de periculo & cōmodo rei venditæ: *Cum vsumfructum mihi vendis* (inquit ille) *interest, vtrum ius vtendi fruendi, quod solum tuū sit vendas? an vero id ipsum corpus quod tuum sit vendas? nā priori casu, etiam si statim moriere nihil mihi heres tuus debebit, heredi meo debebitur si tu viuis, posteriori casu heredi meo nihil debebitur, heres tuus debebit.* Ex quibus verbis deducitur aperte vsumfructum, morte eius qui accepit, non finiri. † Quorum iurium grauissimam sentiens difficultatem Accurs. in d. l. si domina, glos. 1.

glos.1.ad medium,& in d.l.fi. dupliciter respõ det. Primò ea iura intelligi quando ille qui locauit, non dominus sed fundi fructuarius erat, quo casu morte vendentis aut locantis, non autem morte conductoris vsusfructus extinguitur,quæ solutio etsi quadret d.§.fi.ibi,*posteriori casu*,&c.iũctis prioribus, non tamen conuenit decisioni d.l.si socrus,vbi qui vsumfructum locauit dominus fundi,& proprietarius, nõ vsufructuarius erat,vt constat ibi:*si socrus fundum, deducto vsufructu vxori tuæ donauit.*

15 Sed iterum respondet Accur.discrimen esse constituendum inter formalem , & causalem vsumfructum , namque si vsusfructus formalis sit & à proprietate separatus & disiunctus morte non finietur.d.l.si socrus,& d.§.fi.in fi. si vero causalis finietur.d.l. si domina . & soluitur

16 secundum & tertium argumentum. † Nõ obstat quartum , ex d. l. emptorem. 9. cum alijs quibus comprobatur successorem particularem locationi stare compelli non posse : quoniam in huiusmodi successore non militat ratio,quam sup.ad nostrum tex. adduximus, repræsentationis cum defuncto: ergo in d.l. emptorem.& in d.l.si merces. §. qui fundum,sup. allegatis,& in l.arbores.66.de vsufruct.& in l. qui fundum.35.D.h.t.regula nostri tx.limitatur , vt videlicet singularis successor locationi stare non compellatur,quam limitationem regulam fecere plures,eam quoque limitantes,vt per Soci.reg.480. Zoanet. rerum quotidianarum.c.23.& c.42. Gozad.consilio 24. colum. penul.& fin.Hippol.de Marsilijs sing. 321. & sing.548.Nata Astensis consilio 426. nu. 1.& alij plures relati à Petro Brosseo,in remissione ad d.l. emptorem, & eos, quos in initio huius

17 tex.adduximus.† Præcipua tamen explicatio & limitatio est,intelligendam eam esse de successore volũtario,prout est emptor rei locatæ, nam si successor necessarius sit, compelli stare locationi nõ debet, tx. singularis in l.in vendi tione.8.§.1.D.de bonis auth.iud.poss. vbi creditor missus in possessionem bonorum debitoris tenetur obseruare locationem factam per debitorem,quia vt ibi inquiunt Angel. & Cuma.est successor necessarius.l. fi. D. de separation. ideòque tenetur obseruare locationem factam per prædecessorem,ita glossa in l.diuortio,verb. *tertia*,ad medium. D. soluto matrim. vbi Alexander.n.35.idem Alex.in d.§.si vir in quinquennium.n.19. & plures citati per Octauianum decisione Pedemontana.82.n.6.Tiraquel.lib.2.retract.§.3. glos.1.n.15.& esse communem regulam asserit Rolandus, consil. 49. n.6.lib.2. Cephalus consilio. 181.n.8.lib.2. †

18 Pro qua sententia facit , quoniam ideò successor voluntarius non tenetur stare colono,quia imputandum est venditori, qui volũtariè rem vendidit,neque pactus est , quod colonus non expelleretur,prout potuit & debuit pacisci.d.

19 l.emptorem.d.l.si merces.§.fin.† Vnde colligitur interpretatio tx.in d.§.si vir in quinquennium , nam cum mulier respectu restitutionis dotis successor sit necessarius, quia ei ex necessitate dos restituitur , obseruare locationem per maritum factam debet , tùm etiam , quia vniuersalis successor stare locationi per prædecessorem factæ debeat ex nostro tex. dos autem , quid vniuersale sit , vt constat , & latè docet Barbo.in rubri.3.par.D. solut. matrim. mulierem succedentem in dote, tanquam vniuersalem successorem obseruare locationem à marito factam debere decet,quomodo eum tx. interpretatur commu. quam infinitis resoluit ibidem Barb.n.1.

20 Falso tamen,quoniam ea opinio, neque mente neque verbis.d. §.si vir in quinquenniũ quadrat,sed illa longè magis mulierem non teneri præcisè obseruare locationem factam per maritum,si diuortium interueniat, imò in eius esse potestate colonum expellere, iuxta reg. l. emptorem,verum,quia ex eo teneretur ad interesse colono expulso soluendum,& sic damnum incurreret,cautionem præstare mulierem cogi,quod dum duraverit locationis factæ per maritum tempus colonum non expellet , ita interpretatur glossa finalis in l.2.§. fi. in 2.fol. D.de dote prælegata , probant Bart. in d.§.si vir.nume.1.Paulus.num.3. Rom. num.5.esseque magis communem intellectum , asserunt Couar.d.lib.3.variar.cap.15.nu.5.& cum Viuio Anton. Gomez , Dueñas , & alijs insignis Barbos.latissimè disputans ibidem.nu.2.& nouissimè probat Cuiac.lib.23.obseruat.c.38. ad fi.& sic soluitur argum.& tex.

In glos.verbo,*succedit*,ibi,*sed an moriente.*

21 Insinuat Accursi. regulariter licere conductori conductam rem alteri locare,quod verissimum est,ex l.nemo.6. C.hoc tit. & diximus latè ad rubr. sup. eod. & per plures vtiles , & quotidianas quæstiones prosequitur omnino videndus Carocius d.tract.de locato & conducto.2.par.titu . de sublocatione.quæstio.1.& sequent.limitandum tamen id esse,si à pluribus socijs domus cõducta sit,nam vno ex socijs recedente , non poterit is qui recedit partem suam alij locare, recusantibus alijs,quia cum in hoc casu societatis & locationis contractus concurrant,societas præfertur,in qua cum certæ personæ industria,& familiaritas electa sit, non potest fieri sublocatio quę substitutio est, & eo casu non admittitur, vt latius dicemus in §.Soluitur,inf. tit.de societate,sequuntur antiquiores hîc,quos refert Oynotomus,nu.5.& latè disputans Carocius , vbi proximè, quæstione 6.

Titu-

TITVLO XXVI.

De societate.

IN RVBRICAM.

1 *Societas solo consensu contrahitur.*
2 *Societatis plurimæ sunt species, & nu.6.*
3 *Societatis definitio.*
4 *Societas est contractus iuris gentium bonæ fidei.*
5 *Societas incedens non propriè societas, sed communio.*
6 *Societas legitima inter virum & vxorem.*
7 *Lucra constante matrimonio quæsita communicantur inter virum & vxorem, & numeris sequentibus, diuersæ consuetudines referuntur.*
12 *Minsyngerij opinio relata & reprehensa.*
13 *Societas duorum, pluriúmve conuentio.*
14 *Collegia quatenus à societatibus differant.*
15 *Societas æqualis omnino esse debet, & num. sequent.*
16 *Societas rerum honestarum est, inhonestarum & turpium nulla.*
17 *L.2.tit.15. par.6.*
18 *Discordiam communio parere solet.*
19 *Societatis finis commodior rerum vsus, vberiorque quæstus.*
20 *Monopolia prohibita.*
21 *Societatis materia remissiuè.*

1 SVCCEDIT alterius, qui solo consensu perficitur contractus disputatio, merito namque inter eos qui cõsensu fiunt societas refertur, quã omnino solo contrahi consensu constat, tex. in prin. sup. de obligat. ex cõsensu. l.2. D. de obli. & act. l. qui admittitur. 19. l. planè. 24. D. pro socio. l.1. vbi notat Greg. verb. *consentimiento*, 2 t.10.p.5. † Cuius etsi plures sint species, quas latè referunt & explicant paulò inferius addu cendi, de conuentionali tamen quæ propriè so cietas appellatur Iust. in hoc tit. differit, de qua cum eo nos breuiter, luculenter tamen age- 3 mus. Ecce eã, † *Societas est duorum pluriúmve cum æquali lucro & damno honestè contracta conuentio ob commodiorem vsum, vberioremque quæstum.* Hanc definitionem (additis à nobis paucis) scripsit ex Marco Tullio, oratione. 5. in Verrem, post Azonem in Sum. C. eod. Accur. in Rub. huius ti. & communiter omnes sequũtur, vt videbis ex nouioribus Baldui. Hotom. Vvesemb. Minsyng. Oinotom. hic, eodẽ Vvesembek. ad ti. D. eod. n.2. & alijs pluribus ad fi. huius rubricæ referendis: eam autẽ genere, & 4 differentia constare liquet, nã verb. † *conuentio*, genus est & explicari debet, prout sup. dixi- mu ad rub. de emp. & vend. ex l. ex hoc iure. 5. D. de iustitia & iure. l.1. §. adeò. l. iuris gẽtium, 7. D. de pactis. §. actionũ, inf. de act. ex quibus collatis deduces, societatem esse contractum, & conuentionem iuris gentium nominatam bonæ fidei, quemadmodum emptionẽ, venditionem, locationem, conductionẽ, & cæteras alias de quibus ibidem. Reliqua omnia verba sunt loco differentiæ, vt nunc audies, si in vnoquoque parumper subsistamus.

5 Sed iuxta ea in primis noto, idem illud verb. *conuentio*, quod loco generis in definitione esse diximus, discrimen quoque constituere inter hanc conuentionalem societatem, & alias, quę etsi societates quandoq; dicantur, contractus tamen non sunt, & male à nostratibus societatis species dicuntur & nominantur, quia communionem producunt, quas vt ab hac nostra dicernant, legitimas, aut incidentes appellant. Ecce si duob⁹ eadem res relinquatur, vel testamento, vel donatione, vel à duobus aliquo alio modo acquisita sit hi socij vocantur, & hæc cõmunio incidens societas dicitur, dum hi cõmunem rẽ pro indiuiso possidẽt, vnde socij ædificij. l. si vt proponis. 4. C. de ædifi. priuat. socij qui habent ędes communes. l. damni infecti. 18. §. si is. D. de dam. infect. & socij qui communes seruos possident. Vlp. in frag. tit. de libertis, & in exemplis l. si vnus. 19. l. vnus. 34. D. de seruitut. rusticorum, iuncta. l.2. D. de seruitut. sed hæc propriè nõ est societas, sed communio. §. item si inter, inf. de obligat. quæ ex quasi contract. l.2. D. communi diuid. l. vt sit. 31. D. pro socio, & inde in ea non competit actio pro socio, quæ ex societate oritur, sed vel communi diuidundo, vel familiæ herciscundæ. d.l. vt sit. 31. l. nam cum. 32. l. quibus casibus. 34. l. pro so- 6 cio. 38. D. h.ti. † Deinde inducitur à lege inter aliquos bonorum omnium communicatio, ita vt lucra & damna inter eos communia sint, 7 hæc legitima societas à Doctoribus dicitur, † vt putà inter virũ, & vxorẽ, qui ex legis dispositione socij sunt, diuini humaniq; iuris. l.1. D. de ritu nuptiarũ, cũ infinitis alijs quas plena manu cõgessi in l.3. & 7. C. de murilegulis. lib.11. ex nu.16. vnde inter eos lucra, & damna, constante matrimonio contingentia ex legis dispositione communicantur, gl.1. in c. cum societas 27.q.2. per tx. ibi, & in ca.2. de donation. inter virum & vxorem. d.l.1. D. rerum amotarum, l.1.t.3.lib.3. Fori. l.2. cum sequentibus. t.9. lib. 5. recop. Sed tamen illud est obiter animaduertendum, hanc viri, & vxoris societatem, & communionem, quod attinet ad victum, & vestitum, dignitates, & honores omni iure esse approbatam, & ita accipienda sunt dicta iura, & alia plurima à nobis d.nu.16. & seq. relata. † 8 Quoad cõmunicanda verò lucra & damna alia est obseruatio, iure ciuili Romanorum, item, & hodierno Pontificio lucra non communi-

cantur, vt contra glossam relatam resoluit Matienço in l. secunda, glossa 1. num. 2. tit. 9. lib. 5. recopilat. Gutierrez lib. 2. practicarum quæst. quæstione 118. num. 6. quibus fauet tex. in l. ex
9 pecunia. 12. C. de iure dotium. † Secus autem iure municipali, siue Regio Hispaniæ, apud omnes enim lucra & commoda inter virum & vxorem diuiduntur, sed non apud omnes Hispanos vniformiter; in Regno Castellæ, & prouincijs Castellanæ ditioni subiectis olim consuetudine tantum, hodie iure scripto, lucra constante matrimonio quæsita, diuiduntur. l. 1. titu. *de las ganancias* (sic lucra Hispani dicimus, Galli coniugale acquæstum vocant) lib. 3. Forilegum. l. 1. & sequentibus, titu. 9. lib. 5. nouæ recopilationis (quamuis
10 apud Cordubenses † id non obseruari, sed vnicuique coniugi sua lucra concedi testatur Simancas de Catholicis institut. cap. 9. num. 93. & num. 103. cui non consentiunt Ayora de partitionib. in præfatione ad fin. Angulo in l. 3. glossa 4. tit. 5. lib. 5. recopilat. sub nume. 16. de municipali consuetudine hi dissentiunt, quæ ea sit ipsi viderint.) Apud Lusitanos inito matrimonio omnia bona quæcumque sint inter coniuges communicantur, iuxta eorum ordinationem, lib. 4. titu. 7. in principio, quam refert eruditus Barbosa, in l. si constante. 25. in principio, num. 134. D. soluto matrimonio, & cum alijs Ioann. Garcia Gallecus, tractatu de coniugali acquæstu, ex num. 2. qui de pluribus alijs consuetudinibus mentionem facit, & elegantiores materiæ quæstiones prosequitur, iuxta eas videndus, cum alijs qui iuxta d. tit. 9. lib. 5. nouæ collec-
12 tionis scripserunt. † Hæc autem incidens & legitima societas siue communio ad nostram non attinet tractationem, de conuentionali enim solummodo agimus, vt verbum *conuentio* explicat, præcipuè si adiungas, *contracta*, quibus duobus satis explicamus, tunc propriè societatem coiri, quando tractatu habito, animi deliberatione, & affectu fit, vnde & obligationem solo consensu produci, in ea constat ex iam relatis, & in eius definitione hæc verba addebat Minsyngerius hic num. 3. *animo contrahendæ societatis*, sed superfluè post verbum *conuentio*, quæ sine animi deliberatione non fit, neque contrahitur. l. 1. ibi: *Nam quemadmodum qui ex diuersis locis in vnum colliguntur, & veniunt, conuenire dicuntur, ita qui ex diuersis animi motibus, in vnam sententiam decurrunt.* D. de pactis. l. si seruus. 27. §. si calicem. D. ad legem Aquiliam, cum alijs quæ nouissimè Brissonius adducit lib. 3. de verbor. sign. pag. 120. col. 2.

13 Dicitur, *duorum pluriúmve*, tùm quia propriè societas inter plures consistit, cum idem significet à verbo, *socio*, deducta, quod *coniunctio*, *communio*, quæ vnius dici non possunt, cum etiam vt collegia excludantur, quæ aliquando societates dicuntur. l. 1. D. quod cuiusque vniuers. nom. l. 3. §. à municipibus. D. de bonorum possess. l. mortuo. 22. D. de fideiussoribus. l. sed etsi. 31. D. de furtis, & eorum rectores, & qui eis præsunt magistri societatū vocantur. l. item magistri. 14. D. de pactis. †
14 quæ tamen in eo à conuentionali societate differunt, quòd hæc est *duorũ pluriúmve*, illam ab initio non pauciores quam tres constituunt. l. Neratius. 85. D. de verbor. signif. siue profana sint, siue religiosa, aut Ecclesiastica, quamuis postquam semel sunt constituta in vno, cæteris mortuis iura vniuersitatis conseruentur. l. sicut. 7. §. in decurionibus. D. quod cuiusque vniuers. nomine. glos. verbo. *pauciores*, in cap. 2. de postul. prælat. conuentionalis autem societas, licèt mille supersint vno mortuo dissoluitur. §. soluitur, inf. hoc tit. l. adeò. 59. D. eod.

15 Dicitur, *cum æquali lucro & damno*. Quoniam cum societas quædam sit veluti fraternitas. l. verum. 64. D. hoc tit. iniquum esset inæquales lucri damnive partes fieri, alium plus, alium minus consequi: quamuis conuentionis lege id effici possit, vt paulò fusius ad Iust. in princ. & §. 1. inf. eod. dicemus.

16 Dicitur, *honestè contracta*. Quoniam materia societatis, sunt res & operæ honestæ omnes, tex. in princip. inf. eod. l. societates. 5. D. eod. quæ quidem in commercium cadunt. d. l. verum. §. fin. Rerum autem turpium, nulla est societas, sed magis fœda conuentio. l. quod autem. 53. l. nec prætermittendum. 57. D. hoc tit. l. si à reo. 70. §. fin. D. de fideiuss. l. quod sæpè. 35. §. 1. D. de contrahend. emptione. † Vn
17 de nec quæ delicto, vt furto, latrocinijs, iniurijs, vel alio turpi quæstu parta, vel ob pœnam amissa, præstitáve inter socios iure communicantur. l. si fratres. 53. §. fin. cum l. sequent. D. hoc tit. l. 2. titu. 10. par. 5. & in hoc societas hæc conuentionalis, cum societate incidenti, vt doctores appellant, quæ neque rei turpis esse potest, communis est. l. communi diuidundo. 7. §. inter prædones. D. communi diuid. quemadmodum neq; legitima, lucra enim ex turpi quæstu inter socios non communicari constat, ex pluribus quæ adducunt Palacios Rubios, de donat. inter virum. §. 6. Roder. Suarez ad tit. *de las ganancias*, limitatione. 4. Didac. Perez in l. 2. l. 8. ti. 4. lib. 5. ordinam. Matienço in l. 2. glo. 1. n. 61. t. 9. lib. 5. recop. Ioan. Garcia Gallecus, de coniugali acquæstu, nu. 71. & est elegans tex. in l. 2. tit. 15. par. 6.

18 Dicitur, *ob cõmodiorẽ vsum & vberiorẽ quæstũ*. Quoniã etsi aliquando cõmunio non leues soleat parere discordias. l. cũ pater. 79. §. dulcissimis. D. de leg. 2. vnde in æternum nulla societatis coitio est. l. nulla. 71. D. h. t. quandiu † ta-
19 men concordi animo socij permanent non le-

ues

ues solent produci fructus, iuxta vetus illud prouerbium, *concordia res paruæ crescunt.* Finis ergo huius conuentionis est, commodior rerum vsus, vberiorque quæstus, societatemque ad vtilitatem ex coniunctis operibus, communicationeque rerum comparandam, & quæstus gratia excogitatam esse, insinuat Vlpian. in l. coiri. 7. ibi. *quæ ex quæstu veniunt.* D. hoc titu. tex. in proœmio. tit. 10. & in l. 1. eiusdem par. 5. vnde donationis causa non rectè contrahitur. l. societates. 5. §. donationes. D. hoc tit. Inuentaque est societas ad vtilitatem cum priuatorum, tum Reipublicæ, magnarumque negotiationum exercitium, pluribus opes, operamque conferentibus. Quomodo vberius res necessariæ importantur, earumque rerum maior paratur copia & vtilitas, † vt contra monopolijs caritas annonæ atque indigentia, quę idcirco etiam prohibita sunt. l. vnica. C. de monopolijs. l. 1. t. 14. vbi Matiençq glos. 9. nu. 13. lib. 5. recop. est igitur hoc societatis proprium, vt iure quodam fraternitatis lucra & damna, periculaque inter socios communicentur, vt latius ad princ. huius tit. dicemus.

21 † Pro cuius generali explicatione, quia non omnia prosequi possumus, præter ordinarios hic, & ad titulum. D. & C. eod. videndi sunt Couarr. lib. 7. comment. cap. 13. Petr. Grego. 3. par. Syntagmat. lib. 27. cap. 4. cum sequent. Nicolaus Mozzius, lib. vnico de contractibus, tractatu de societate, ex num. 1. Mascardus. 3. tomo, de probationibus. conclus. 1310. Menoch. tract. de præsumptionibus, lib. 3. præsumptione. 56. cum sequent. Gregor. in l. 1. & seq. tit. 10. par. 5. Anton. Gomez 2. tom. cap. 5. aliqua Couar. lib. 3. var. cap. 2. n. 2. & 3. & c. 19. n. 1. Albornoz lib. 1. de arte contractuum, tit. 14. & quæ pertinent ad forum conscientiæ, in hoc contractu explicant præter alios Nauarro in Manuali, c. 17. ex nu. 251. Dominicus Soto lib. 6. de iustitia, & iure, quæst. 6. art. 1. Ludou. Lopez, lib. 1. de contractibus. c. 61. Dominicus Bañez, lib. de iure & iustitia. q. 78. ar. 4. pag. 635.

Principium tituli.

1 *Societas & omnium bonorum, & vnius negotiationis contrahi potest, & nu. 4.*
Societatis in contractu partes lucri & damni si definitæ sunt ita seruantur, sin minus æquales intelliguntur, & n. 16. & n. 21.
2 *Societatis ratio in æquales partes fieri aliquando expostulat, & nu. 20.*
3 *L. si non fuerint. 29. D. pro socio. & num. 21. & 26.*
4 *Societas multis modis contrahi potest.*
5 *Societate omnium bonorum contracta omnia bona communicantur ante, & post vndecumque quæsita.*
6 *Spurius vt succedat cautela quædam proponitur.*
7 *Societate indefinitè contracta quæstus ex sociorum opera communicantur.*
8 *Societate omnium bonorum contracta, etsi nihil de futuris dictum sit, vndecumque quæsita cõmunicantur.*
9 *Dominium omnium bonorum quæ socij habent ipso iure communicantur.*
10 *Dominium post societatem coitam adquisitorũ non communicatur ipso iure, sed traditione opus est.*
11 *Nisi nomine communi societatis quærantur.*
12 *Lucra constante matrimonio quæsita inter virũ & vxorem ipso iure communicantur.*
13 *Societas vnius negotiationis gratia contrahi potest.*
14 *Societas vectigalis à particulari negotiatione distinguitur.*
15 *Societas vnius solius rei contrahi potest.*
18 *Societate ita contracta vt vnus operam, alius pecuniam adhibeat, lucri æquales partes fiunt nisi aliud conuentum sit.*
19 *L. cum duobus. 52. §. si in coëunda. D. pro socio.* Hostiensium, *quid significet.*
20 *Lucrum maius habet qui plus in societatem contulit.*
24 *Lucrum æquale quando capitale æquale, pactum contra factum iniustum.*
25 *Pactum contra æqualitatem societatis factum inualidum in foro conscientiæ, non in foro exteriori nisi grandis resultaret læsio.*
26 *Lucrum inæquale quando præter capitale plus industriæ quis contulit societati.*
27 *Lucrum æquale esse quando capitale est inæquale, iniustum est.*

1 SOcietas tum omnium bonorum, tum vnius negotiationis rectè contrahitur: partes autem & lucri & damni si definitæ sunt, ita seruarũt; sin minus æquales intelliguntur. Idẽ deduces ex tx. in l. societates. cõiũcta l. si non fuerint. 29. l. cũ duobus. 52. §. quidam. & passim. D. h. t. consonat tx. in l. 3. & 4. t. 10. p. 5.

2 Sed pro dub. ratione contra nostrum tx. ibi. *æquales scilicet partes, & in damno, & in lucro spectantur.* sic argumẽtor: Arbiter ad lucri & damni diuidendas partes nominatus, secundũ æquitatem arbitrari debet. l. societatem. 76. cũ quatuor sequenti. D. h. t. Sed hic rectè arbitrabitur etsi inæquales partes socijs adiudicauerit, quia id sæpè suggerit æquitas. l. si societatem. 6. l. quod enim. 80. D. h. ti. ergo non semper æquales partes inter socios fient.

3 Secundo, cõtra vltima verba. *nec enim vnquã, &c.* sic argumentor: Pactum vt ad vnũ duę partes lucri & dãni pertineant, ad alium tertia, inĩ quũ est, nisi is qui plus est habiturus, plus quoque quã alius in societatẽ cõferat. d. l. si nõ fuerint. 29. ibi. *Si modo aliquid plus cõtulit societati.* ergo indistinctè pactum non erit seruandum.

4 His tamen non obstantibus verissima est

Iustin. sententia à nobis sup. ex hoc tex. deducta, ad cuius explicationem animaduertendum est, societatem aut omnium bonorum, aut alicuius negotiationis gratia contrahi posse. Societatem omnium bonorum dupliciter, siue bifariam celebrari, aut hoc expressè acto, vt omnium bonorum socij sint. l. 3. versi. *cum specialiter.* l. si societatem. 73. D. hoc titu. l. 3. in princip. l. 6. tit. 10. par. 5. aut simpliciter & indefinitè, non adiecto cuius rei futura sit societas, an negotiationis alicuius, an omnium bonorum, vt putà si dictum sit, placet, vt simus socij. l. coiri societatem. 7. D. h. tit. l. 7. titu. 10. par. 5. † Planè inter vtrumque contrahendæ societatis modum maximum est discrimen, nam in priori casu omnia bona inter socios communicantur. l. 1. in fin. D. hoc tit. non solum ante, sed & post quæsita, non tantum opera socij, sed & absque eius opera, aut industria quæruntur, vt hereditates, legata, & donationes. d. l. 3. versi. *cum specialiter.* l. cum duobus. 52. §. socium vniuersa bona. l. si societatem. 37. D. hoc tit. l. 6. tit. 10. par. 5. declarat eleganter Mudæus, inde † proponens cautelam qua filius spurius dimidiam partem hereditatis paternæ consequatur in dicto versic. *cum specialiter.* Hanc cautelam scripsit etiam Ludo. de Sardis, tract. de naturalibus liberis, pag. fi. Cepola tract. cautelarum, cap. 38. versic. *septima cautela.* Palacios Rubios, in rub. de donat. inter virum. §. 65. num. 11. Couar. in 4. 2. p. c. 8. §. 5. num. 11. & nos in epitome de succes. ab intest. ca. vnico. §. 7. num. 23. vbi tamen non omnino tutam diximus.

† In posteriori verò solũ cõmunicantur inter socios ea quæ ex quæstu acquirũtur, id est ex opera socij, putà emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus. l. coiri societatem. 7. cum legibus sequenti. D. hoc titu. l. 7. tit. 10. par. 5. non verò ea quæ ex hereditatibus legatis, aut donationibus, etiamsi adiectum sit, quod lucri socij sint, vt in dictis legibus, quam differentiam constituit Accur. in d. l. cum duobus. §. socium. verbo. *Societum.* sequuntur communiter hîc doctores, & in d. l. coiri. & in l. aditio. D. de acq. hered. † Quamuis tamen in omnium bonorum societate, non solùm ea contineantur, quæ conuentionis tempore societatis fuerunt, sed & postea quæsita, licèt de futuris nihil dictum sit. l. si societatem. 73. D. hoc titu. Greg. in l. 3. glos. 2. ti. 10. par. 5. difformiter tamen præsentia, quàm futura communicantur, illa enim ipso iure solo consensu fiunt communia absque alia traditione. l. 1. in fin. l. 2. D. hoc tit. l. 6. versi. *Otro si dezimos*, tit. 10. par. 5. † Nec obstat eo casu traditionem non interuenire, indeque dominium acquiri non posse, ex regula l. traditionibus. 20. C. de pactis, quia licèt realiter, specialiter, & expressè non interueniat, tacitè tamen creditur interuenire, d. l. 2. D. hoc titu. cum enim socius init societatem id agit, vt quæ prius vt propria possedit, deinceps tamquam communia possideat, vt sic æqualitas in vtriusque persona conseruetur, vnde constituit se in ea parte nomine socij rem suam possidere, quæ constitutio translationem dominij, quasi interuenientе traditione operatur, argumento l. quod meo. 18. D. de acquiren. possess. l. quædam. 77. D. de rei vind. Couarruu. lib. 3. variar. cap. 19. n. 1.

† Bona autem quæsita post societatem, non communicantur ipso iure, sed vera traditione opus est, & ad id competit actio pro socio. d. l. si societatem. 73. l. si quis societatem. 74. D. hoc titulo docet glos. in d. l. 1. in fin. sequuntur omnes hic Iaso. in l. si socius. D. si cert. petat. Alexand. in l. 3. §. in re certa, num. 9. D. de acquiren. possess. Gregor. in d. l. 3. glo. 2. Corneus consi. 266. num. 1. vol. 3. Matienço in l. 2. glos. 3. num. 7. tit. 9. lib. 5. recopil. Couarru. d. cap. 19. † Quod tamen est limitandum nisi nomine communi societatis quærantur, tunc enim vtrique socio quæruntur absque traditione quoad dominium, & possessionem, vt resoluunt Couarr. & Matienço iam relati, Gutierrez lib. 2. pract. quæst. quæst. 118. num. 2. Ea verò quæ in nominibus sunt in suo statu manent, quamuis actiones socijs præstari debeant l. 3. D. hoc titu. d. l. 6. versi. *Pero si.* l. 47. ti. 28. p. 3. quæ superiores omnes conclusiones probat, item & illud Iuri Ciuili Romanorum addit, nulla habita præsentium, aut futurorum bonorum distinctione, omnia post societatis coitionem ipso iure communicari, quod ibidẽ aduertit Greg. verbo, *Señorio.* Couar. Matienço & Gutierrez, sup. † qui rectissimè inde sub inferunt lucra constante matrimonio quæsita inter coniuges statim, & ipso iure communicari, quoad dominium & possessionem, sequitur Anton. Gomez in l. 53. Taur. num. 37. Palacios Rubios, in rubr. de donat. inter virum §. 66. num. 24. nouissimè cum alijs Ioan. Garcia, de coniugali acquæstu. num. 172. & numero 187.

Contrahi etiam vnius alicuius negotiationis gratia societas solet, veluti vectigalis publici conducendi, quæ vnius negotiationis est, optimumq; eius exemplum in oratione pro Quintio, in qua Caius Quintius cum Sexto Nœuio societatem coierat de his rebus quæ in Gallia cõpararentur. Item in Verrinis de publicanis quorum alij decumarum, siue decimarum, alij portorij, alij scripturæ siue pascuorum vectigalia redemerãt, & in l. cum duobus. 52. §. quidã sagariam negotiationem. D. h. tit. l. 3. & ibi. glo. 3. t. 10. par. 5. † Quauis vectigalis societas à particulari negotiatione distinguatur, a societate vnius rei in l. societates. 5. D. h. t. quia à priuatæ negotiationis societate lõge differt, vt patet ex l. 3. §. quo ait. l. locatio. 9. §. socij. D. de publica-

blicanis & vectigalib. l. actione. 65. §. hęc in pri
uatis. D. hoc tit. in l. 1. ad fi. ti. 10. par. 5. & dice-
15 mus in §. soluitur, inf. eod. † Vnius etiam so-
lius rei societas contrahi potest, vt vnius equi
emendi, vnius domus vendendæ. d. l. societates
5. etiamsi eorum qui societatem contrahunt,
non sit, sed aliena. l. fin. C. hoc tit. hoc, & ante-
riori casu, ea solum quæ ex negotiatione vel re
proueniunt communicantur, non alia. l. cũ duo
bus. 52. §. cum duo, l. si fratres. 53. D. h. ti. vt hic
omnes resoluunt.

His non obstant argumenta in contrarium
16 adducta, ad quorum explicationem, & eorum
quæ de partibus lucri & damni societatis hic
Iustin. tradit, in primis obseruo, si aliud expres-
sè à contrahentibus actum non sit, lucrum &
damnum æqualiter inter socios diuidẽdum ex
nostro tx. & similibus, quibus conuenit in alio
casu decisio tex. in l. quoties. 9. §. heredes. D. de
heredib. instituend. §. si plures. sup. illo tit. l. le-
gata inutiliter. 19. §. fin. D. de leg. 1. & ita ex-
pressè docet Aristoteles, lib. 3. Polyticorum,
ca. 6. hoc ideò, nam cum societas sit ius frater-
nitatis. l. verum 63. D. hoc tit. quemadmodum
inter fratres iniquum esset alium plus, alium
minus consequi, ita & inter socios, & imputet
sibi qui legem contractus non dixit apertius,
argumento l. veteribus. 39. D. de pactis, cum si-
milib. nam si conuentum sit quæ partes fieri
debeant ea conuentio obseruabitur, ex nostro
tex. cum alijs, quia generale est, vt contractus
ex conuentione partium legem accipiant. l. 1. 20
§. si conuenit. D. depositi, Menoch. de arbitra.
ca. 125. Pet. Mozzius in rubr. relatus. §. de na-
turalib. societa. n. 1. & seq.

17 † Verùm id quod dicimus, partibus non ex-
pressis æqualem fieri oportere, non secundum
proportionem Arithmeticam, sed secundùm
Geometricam intelligendum est, pro vniuscu-
iusque operis, atque opibus quas in societatem
confert. l. societatem. 6. D. hoc ti. itaque æqua-
les portiones socij habebunt portionibus, quas
quisque pecuniæ & operæ contulerit, ergo si
æquales portiones contulerit, putà singuli au-
reos mille, æquales quoque lucri partes conse-
quentur; ita Accur. hic, quem Portius sequitur.
Corneus consil. 152. ex num. 9. & consil. 266.
num. 2. vol. 3. Paul. Leonius, consi. 15. num. 32.
Vvesembekius ad tit. D. eod. nu. 6 si verò vnus
duas pecuniæ partes, putà duo millia, alter vnã
tantum puta mille conferat, ille duas lucri par-
tes, hic vnam tantum consequetur, quia lucri
portio, portioni collatæ respondere debet.

18 † Vnde fit, quod si ita sit societas contracta,
vt vnus pecuniam, alter verò operam aut in-
dustriam tantum adhibeat, quod frequens est, 21
§. de illa, inf. hoc titu. plerumque enim plus est
in manus pretio, quàm in re. d. l. societates. 5.
ibi: *cum plerumque pauperior operã suppleat.* l.
mulieris. 13. §. res abesse. D. de verbor. signi-
ficat. & vt vulgo dicitur, *hostimentum est opera pro pecunia*: nihil autem de partibus lucri, &
damni pactum, sit lucrum æqualiter inter so-
19 cios diuidetur, iuxta nostrum tex. † & tex.
in l. cum duobus. 52. §. si in coeunda. D. hoc
titu. ibi: *pretium enim operæ artis est hostimen-
tum*, sic enim *hostimentum*, non *velamentum*,
vestimentum, siue *leuamentum* legendum est,
vti rectè admonet Duaren. ad titu. pro socio,
cap. 1. colum. 2. ad medium. Connan. lib. 7.
comment. cap. 13. est autem *hostimentum*, vt
Festus interpretatur, *æquamentum*, *retributio*,
compensatio, ab antiquo verbo, *hostire* quod in-
ter cætera significat æquare, vel æquum red-
dere, vel compensare, vt apud Plautum in
Asinaria. *Quin*, *promitto*, *inquam*, *hostire con-
tra vt merueris*, ideſt æqua reddere, & talio-
nem referre, & ibidem. *Par pari datum hostí-
mentum est*, *opera pro pecunia*. Quia hoc casu
censentur æquales portiones in societatem
contuliſſe, Petrus Vvaldis, tractat. societatis,
colum. 1. in 4. par. Menoch. d. casu 125. num.
2. Socin. Iunior. consil. 74. num. 8. lib. 2. quo
casu cum industria vnius alterius pecuniæ res-
pondet, si finita societate nihil superlucratum
sit, capitalis pecunia inter socios diuidi debet,
non autem contra cum industria non correſ-
pondeat, quoniam tunc iudicis arbitrio diui-
sio fit. l. societatem mecum. 76. D. hoc ti. Me-
noch. sup. n. 3. & sensit gl. in l. 1. C. h. titu. Cor-
neus consi. 152. n. 11. vol. 3.

Deinde deducitur, quod cum in diuisione
lucri semper sit habenda ratio, vt qui plus in
societatem contuliſ, plus etiam consequatur,
d. l. si societatem. 6. l. quid enim. 80. D. hoc
tit. Menoch. d. casu. 125. num. 5. Soci. d. con-
sil. 74. num. 8. quod si singuli mille conferant,
vnus tamen plus negotietur quàm alius, hic
maiorem lucri partem consequetur ratione
maioris industriæ, quia plus dicitur contuliſ-
se qui maiorem contulit industriam. d. l. si so-
cietatem. Ioann. Faber hic, Bald. in l. 1. C. hoc
tit. Socin. d. consil. 74. qua in re aduertendum
censeo, quod si omnes socij negotientur, licèt
vnus eorum maiorem peritiam & industriam
habeat, æqualiter tamen lucrum diuidi debet,
quia videntur compensare operam, eo ipso
quod pacti non sunt illius operam maiori ali-
qua lucri parte dignam, & quia rarò, aut nun-
quam contingeret absque conuentione expreſ
sa lucri, partes esse æquales contra nostrum
tex. ita Salicet. in d. l. 1. q. 7. C. hoc tit. Mudæus
in l. si non fuerint, n. 2. D. eod. cũ pluribus. So-
cinus iam relatus, nu. 5. & ita soluitur primum
argumentum.

Nec obstat secundum, ex d. l. si non fue-
rint. 29. versiculo, *si modo*. D. hoc titu. l. 4.
titu. 10. par. 5. ex quibus probatur non alias
valere huiusmodi pactum & conuentionem
vt ad vnum ex socijs lucri duplex portio

pertineat, ad alium tertia, quàm si is similiter duas capitis partes contulerit, quod & secundum æquitatem esse videtur, & ab Azone traditum est in rubrica, siue summa. C. huius ti. ex l. si societatem. 6. l. quid enim. 8o. versi. *illud.* D. eod. & ita defendit Mudæus in d. l. si non fuerint. num. 6. Quoniam respondendum est, verissimam esse nostri tex. conclusionem & sententiam, quod siue capitale æquale sit, siue inæquale, poterit pactione effici, vt inæqualis lucri portiones sint, quam opinionem Ioannes antiquus glossator scripsit, in d. l. si non fuerint
22 verbo. *societati.* † Primò ex regula nostri tex. vbi indistinctè hæc conuentio approbatur. Deinde, quia si hic qui duas partes lucri habiturus est ex conuentione, duas quoque capitalis partes in societatem contulisset, vt voluit Azo, & qui eum sequuntur illas etiam sine vlla partium conuentione vi ipsa societatis haberet, iuxta latè supra tradita, quod tamen contrarium esse videtur nostro tex. & d. l. si non fuerint, vbi hæc lucri & damni inæqualitas partium conuentioni, non collatione tribuitur.
23 † Vlterius, quia in cæteris bonæ fidei contractibus, licitum est se circumscribere, & ad inuicem decipere, absque contractus violatione. l. in causæ. 16. §. idem Pomponius. D. de minoribus. l. item si pretio. 22. §. fin. D. locati, ergo & in societate idem erit admittendum etiamsi capitale lucri partibus non respondeat. Verùm quia res est difficilis, vt vniuersam disputationem comprehendamus, & luculenter quid in vtroque foro sequendum sit resoluamus sequentes constituo propositiones.
24 † Prior est quod si capitale sit omnino æquale, quia vnus non plus altero neque pecuniæ, neque operæ in societatem contulit, pactum de inæqualibus partibus lucrandis erit iniustũ, & in hoc omnes & Theologici, & Iuris vtriusque professores conueniunt, vt constat ex Nauar. Manual. c. 17. n. 152. Syluest. in summa verbo. *Societas*, 1. nu. 8. Mich. de Palacios lib. 4. de contractibus, c. 12.
25 Sed an propter talem iniquitatem & iniustitiam inualidum sit tale pactum, dubitatur, & ego existimo iure fori non infirmari, ex regula d. §. idem Pomponius, & d. §. fi. nisi grandis iniquitas resultaret, qualis in casu d. l. si no fuerint, in quam rem induci potest: l. 2. C. de rescinden. venditione, & quæ iuxta eam notant omnes.
26 Altera propositio est, si capitale sit æquale, vnus tamen socius aliquid plus industriæ & operæ, atque laboris in societatem contulerit, valebit pactum, quod habeat duas lucri partes, alter vero tertiam, licèt verè ea industria tanto lucro digna non sit, quia tunc hoc partium conuentioni tribuitur, in qua potuerunt se inuicem decipere, & ita interpretor tex. in d. l. si non fuerint, ibi, *si modo aliquid plus contulit societati, vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuscunque alterius rei causa.* Vt necessarium non sit quod illud plus industriæ correspondeat tertiæ partis capitalis, vt eleganter interpretatur d. Mudæus. num. 7. † Vltima propositio est, quod quemadmodum iniquum est pactum, vt partes lucri sint inæquales, quando capitale sunt omnino æquale, ita etiam iniquum erit pactum, vt partes lucri sint æquales, si capitale sit inæquale, quamuis posterius hoc pactum æquum esse doceant Bart. consi. 98. Corneus. 266. num. 2. vol. 3. & in l. si pascenda. nu. 2. C. de pactis. Aimon Crauet. consi. 173. num. 1. Menoch. d. casu. 125. num. 6. Gregor. in l. 4. verbo. *esse tal*, sed cum regulariter partes lucri partibus capitalis respondere debeant, aliàs iniqua sit societas, vt Theologi iam relati concludunt, contrà putò: tum quia nulla ratio differentiæ inter hos duos casus constitui potest, ineptum enim est, quod Corneus vbi sup. ait, vt censeatur qui plus cõtulit, residuum alteri donare, eadem enim & in altero casu militat, nec donationes præsumi debent, vt in vulgatis, nec donationis causa societas rectè contrahatur. d. l. societates. 5. §. fin. D. hoc tit.

§. *De illa.* 1.

1 *Socius vt lucri partes duas, vnam damni ferat, & è conuerso vt alter duas damni partes, lucri vnam habeat conueniri potest, & nu. 4. & 24.*
2 *Societatis natura, vt æqualitas inter socios seruetur expostulat, & nu. 5.*
3 *Lucrum & damnum æqualiter semper partienda, & quemque sequi secundum naturam est, & num. 5.*
4 *L. Mutius. 30. D. pro socio, & num. 6.*
7 *Fructus naturaliter dicuntur, quidquid in fundo nascitur, ciuiliter quod deductis expensis superest.*
8 *Societas coiri ita potest, vt vnus industriam, alter pecuniam conferat.*
9 Obtinere *in controuersa quæstione opinionem aliquam præualere demonstrat.*
10 *Societati plurimũ, qui industriam ponit, cõfert.*
11 *Societas, an locatio contracta sit cum quis industriam tantum confert, ex mercede intelligetur, si certa constituta est locatio, si incerta (iuxta lucrum) societas erit.*
12 *Lucrum qualiter diuidendum cũ quis industriã tantum societati contulerit, & n. seq.*
19 *Societas coiri ita potest, vt nullam partem damni socius ferat, lucrum autem æquale sit. L. si non fuerint. 29. D. pro socio.*
20 *Lucri partem vt quis habeat, damni verò nullã in eo qui pecuniam contulit, inutilem & inualidum.*
21 *Pactum hoc quando iustum esse possit.*
22 *Cap. per vestras, de donat. inter virum & vxor.*
23 *Capitale vt saluũ sit, quomodo paciscendi quis possit.*
25 *Societas leonina quæ?*

Con-

1 CONuentio inter socios, vt vnus lucri partes duas, vnam damni ferat, & è conuerso alter duas damni partes, vnam lucri habeat, valida est, idem in l. Mutius. 30. D. hoc ti. consonat l. 4. tit. 10. par. 5.

Sed pro dubitandi ratione primò sic argumentor: 2 Societatis natura postulat, vt inter socios æqualitas seruetur. d. l. si non fuerint. 29. l. verum. 60. D. hoc ti. & latè diximus in princ. sup. eod. sed pacta contra naturam contractus contractum vitiant. l. 2. in princip. D. si certum petatur. l. cum manu. 80. §. fin. D. de contrahenda emptione. l. cum precario. 12. D. de precario: ergo cum prædicta conuentio contra naturam societatis sit societatem vitiabit.

Secundò sic argumentor. Secundum natu- 3 ram est, vt pro qua parte quis sentit commodum, sentiat quoque & damnum. §. cum autem, versic. *nam & commodum*, sup. de empt. & venditione, l. secundum naturam. 10. D. de regulis iuris. l. 29. ti. fin. p. 7. id quod expressè in hoc societatis contractu docet Iust. in §. illud, inf. eod. ergo ille qui duas lucri partes fert, ferre debet & è conuerso damni duas alteras partes, cuius contrarium hic expressum est. Et generaliter cautum est pacta quæ inæqualitatem in societate inducunt, non valere, Abbas consi. 77. vol. 1. Tiber. Decian. cons. 97. n. 54. vol. 2.

4 Sed his non obstantibus contraria sententia in princ. à nobis proposita longè verior est, cum enim inter veteres aliquos iuris authores (Quintum Mutium Scæuolam, & Seruiū Sulpitium) hac de re controuersia esset, an in societate valeret pactum cuius in initio meminimus. contra Quintum Mutium, Seruij sententia valere existimantis, obtinuit; pro cuius explicatione animaduertendum est, longè maiorem esse disparitatem atque inæqualitatem quę ex huiusmodi pacto resultat quàm ea quæ inducitur ex superiori illa, de qua in fi. principij huius tit. & d. l. si non fuerint, quod vel ex eo probatur, quia nunquam dubitatum fuit, tale pactum valere, vt vnus ex socijs duas lucri partes habeat, alter verò tertiam, vti ex dictis iuribus constat. At in hac de qua agimus dubitatum & controuersum fuit, vt patet ex nostro tex. & d. l. Mutius. Vlterius in illa conuentione disparitas, & inæqualitas quandam in se habet paritatem, & æqualitatem, quippè lucri portioni, damni quoque portionem respondere; in hac autem in ipsa inæqualitate lucri & damni, inest etiam alia disparitas, quod duabus portionibus lucri, respondet tertia tantū pars damni, & duabus portionibus damni, respondet sola tertia pars lucri. Vnde fit, quod cum in versic. fin. & vltimo argumento principij, dixerimus, non aliter valere pactum, vt vnus duas lucri & damni partes habeat, alter verò tertiam, quam si is qui maiorem partem habiturus est, aliquid plus in societatem contulerit, ita necessariò in hac conuentione dicendum sit, pactum esse inutile, nisi socius qui duas partes lucri, & vnam tantum damni est habiturus longè maiorem partem capitalis posuerit, quàm alius, & inde indistincte non est falsa Mutij sentētia, de qua sup. nisi tantum ille socius maiorem partem in societatem contulit, quia hoc casu pactio valet. Quæ interpretatio euidenter probatur ex verbis nostri tex. ibi. *quia sæpè quorumdam ita pretiosa est operu in societate, vt eos iustum sit conditione meliori in societatem admitti*. Ex quibus verbis apparet Seruium & Iustinianum ea ratione niti, quod talis socius propter summam industriam sortitus melioribus conditionibus in societatem admitti: ergo loquuntur, & Mutium reprehendunt quando is socius pretiosiorem industriā ponit, quam pecunia alterius. Ergo valebit huiusmodi conuentio, quando societas contracta fuit, vt vnus pecuniam tantum, alter verò solum operam & industriam ponat, quo casu si industria & opera multo pluris æstimentur, quàm pecunia (quod sæpè contingit, vt in his qui merces ad Indos deferunt, & inf. dicemus) iustum est pactum, non solum de inæqualitate lucri, sed & de inæqualitate dāni respectu lucri, nam dubiū nō est quin talis socius maiorem partem quam alius conferat in societatem. d. l. si societatem. 6. l. quid enim. 80. §. illud. D. hoc tit. Vnde cum is qui plus in societatem confert non solum ex vi conuentionis maiorem lucri partem est habiturus. d. l. si non fuerint, sed ex natura tacita societatis, princip. sup. hoc titu. consequens est respectu lucri inæqualis valere pactum, & idem admittendum esse in disparitate damni respectu lucri, vti in exemplo nostri tex. quia in prædicta societate, sicuti nec in alia, non potest damnum contingere nisi in ipso capitali, quia prius sunt deducenda omnia lucra, vt in fine nostri tex. & in d. l. Mutius. sed in tali societate damnum contingens in capitali non est commune, neque spectat ad socium, qui solum industriam ponit, sufficit quod perdat operas. glossa fi. in l. 1. C. hoc ti. & in l. si non fuerint. §. 1. verb. *solus*. D. hoc tit. sequuntur doctores communiter, vt testatur Tiberius Decianus, consil. 97. num. 15. vol. 2. Diuus Thomas 2. 2. quæstio. 78. artic. 2. ad quintum. Syluester in summa, verbo *Societas*. 1. num. 6. Nauar. in Manuali, cap. 17. nume. 152. Ergo iniustum non erit pactum, vt tertia pars damni ad eum spectet, licèt quæ partes lucri ad ipsum pertineant, cum sine tali pactione nulla damni pars ad eum spectaret. Loqui autem Iustinianum de societate contracta ex pecunia vnius, & opera alterius, probatur satis ex eius contextu.

5 Cui, & superiori resolutioni non obstant argumenta, quæ supra in initio pro Mu-

tio adduximus, priora enim illa quæ probant æqualitatē lucri, & paritatem damni respectu lucri seruari, de natura societatis esse, facile diluuntur, si aduertas eam æqualitatem seruari, non quando æquales portiones secundū Arithmeticam proportionem socijs adsignantur, sed quādo illæ portiones lucri, portionibus capitalis respōdēt, quas quisq; in societatē cōtulerit, vnde cū noster tx. loquatur quādo vnus pretiosiorē contulit industriā in societatē, iniquū non erit pactum, vt hic duas lucri partes consequatur, & tertiam damni: Argumenta autem procederent quando capitale fuisset omnino æquale. Quo modo & alij etiam obiectioni fit satis, nam licèt pacta quæ inæqualitatē inducūt sint nulla iuxta communem, hæc cōuentio nullam inducit disparitatem, cum æqualitas sit cōsideranda respectu portionis quam quisque siue pecuniæ, siue operæ in societatem contulerit. † Nec authoritas Seruij relata in l. Mutius ibi. *Seruius in notis Mutij ait, nec posse societatem ita contrahi*, quibus verbis contradicere sequenti videtur. Longè enim prior species à secunda differt; in prima enim Mutij sententiam existimantis hāc conuentionē nō valere sequutus est, & probauit, si in eo sensu accipiatur conuētio, vt durante societate, si quid lucri contigerit in vna re, duæ eius partes ad vnum pertineant, & si in alia damnum acciderit tertia tantū pars ad eundem spectet, hoc enim casu iniquam esse conuentionē, nec societatem ita contrahi posse rectè existimauit, quia in vna eademque societate simul consistere & lucrum & damnum non potest, quoniā compensatione facta lucri & damni, semper alterutrum tantum in fine societatis supereſt, hoc scilicet, quod prævalet, & maius est, vel lucrum, deducto omni damno, vel damnum omni lucro deducto, vt satis apertè Iustin. docet in h.tx. ad fi. ibi. *Quod tamen ita intelligi oportet, vt si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit, compensatione facta, solùm quod supereſt, intelligatur lucro esse*. estque optimum exemplum in fructibus. † Ecce fructus dicuntur, si naturam expectes, quicquid in fundo nascitur. l. item si fundi. 9. in princ. D. de vsufructu. quo sensu accipitur cum dicimus fructuum decimas esse soluendas, id est cum integritate nullis deductis expensis, vt in vulgatis, & tamen ciuiliter solùm fructus dicūtur qui supersunt expensis deductis. l. fructus. 7. D. soluto matrim. In secundo autem casu & specie cōtra Mutium Scæuol. ex sup. obseruatis rectè respondet.

Ex quibus omnibus, & nostro tex. in verſic. *Nam & ita*, constat, societatem ita coiri posse, vt vnus industriam, alter verò pecuniam conferat. l. cum duobus. ſ 2. §. si in coëunda. D. hoc tit. l. 1. C. eod. Caio. lib. 2. instit. tit. 9. de oblig. quod inter veteres prudentes controuersum olim fuisse, multis contrarium existimantibus, apparet ex d. l. 1. ibi. *magis obtinuit*. † Obtinere enim prævalere significat. l. iam tamen. 5. §. in hac stipulatione. D iudicatum solui, & quæstionem controuersam demonstrat. l penult. D. de leg. 1. l. obtinuit. 3. D. de condit. & demon. cum alijs multis quæ adducit Brissonius. lib. 13. de verbor. signif. verbo. *Obtinere*. † Et quintum Mutium Scæuolam contrarium existimasse docuit Contius. in marginalibus adnotationibus ad d. l. 1. nullis tamen fundamentis: nam ea, quod in societate ex vtriusque parte contributio requiratur. l. 1. D. hoc tit. ille autem qui industriam ponit, nihil conferre videatur, parum mouere debet, & rectè satisfacit Imperator, quia is qui industriam ponit, multum in societatem confert, cum sæpè opera vnius pro pecunia valeat. l. societates. 5. d. l. cum duobus. ſ 2. §. si in coëunda. D. hoc tit. de cuius vera lectione egimus sup. in princip. hoc tit. ad primum argumentum. † Nec magis pro Mutio & sequacibus valet, cum qui in societatem operam tantummodo confert, non tam societatem contrahere, quàm locationem celebrare videri, cum operam suam pro lucro sibi contingente locet, argumento l. item si pretio. 22. §. 1. D. locati. l. in operis 26. illius tituli, cum locatio non aliter consistat, quam si certa merces pro opera constituatur, princip. sup. de locatione, & conductione. l. si merces. 25. D. locati. contractus autem societatis inducitur, vbi de incerto lucro diuidendo agitur, princip. sup. hoc titu. Ergo si à ptincip. conueniat, vt certa quantitate accepta in negotiando cum aliena pecunia operam quis ponat, quia certa merces datur, nec lucrum diuiditur, erit sine dubio locatio: quod si conuentum sit, vt tu industriam ponas, ego pecuniam; & lucrum, quale fuerit, diuidatur, societas erit, non locatio, quia certa merces constituta non est, ex latè in princip. de locatione traditis, & l. si conuenerit. 23. D. communi diuid. quicquid aliàs pluribus adductis conetur Corneus in l. si pascenda, quæst. 1. C. de pactis.

De lucri autem diuisione in hac societate maxima etiam controuersia est. Sed quamuis ex Iust. hîc, coniuncto princ. sup. eod. deduci videatur, quod vbi nihil aliud cautum est, æquales partes fieri debent, quia tantum valet industria, quantum pecunia; quam sententiam docuit gloss. in l. 1. C. h. tit. † Ego ex traditis per Petrum Vvaldum in tractatu de duobus fratribus. 4. quæst. 2. Socinum Iuniorem, consil. 74. n. 11. & 12. vol. 2. Menoc. de arbitrarijs. casu. 125. n. 3. Couar. lib. 3. variar. c. 2. in fin. Michael. de Palacios lib. 4. de contractibus. ca. 12. col. 4. Socinū consi. 265. col. 4. vol. 2. sic distinguendum puto, vt si aliquid à partibus conuentum sit, id obseruetur ex regula proposita in princ. sup. eod. quia in æstimatione industriæ

possunt

possunt se contrahentes circumuenire, argumẽto l. in causæ. 17. §. idem Pomponius. D. de minoribus, Corneus in d. l. si pascenda. quæst. 2. C. de pactis. † Si verò nihil dictum sit, tunc 14 arbitrio boni viri, & iudicio mercatorum industria æstimanda est. l. in proposita. 78. D. hoc tit. & quanti fuerit æstimata, tantum censebitur in societatem collatum, ergo si id alterius pecuniam excesserit, qua parte excesserit, pro ea quis maius lucrum consequetur, si minoris æstimata fuerit, minus quoque lucrum habebit, iuxta. d. l. si societatem. 6. l. quid enim. 80. 15 versi. *illud*. D. pro socio, quod si † deducto omni lucro damnum supersit in capitali pecuniæ quam vnus sociorum posuit, quomodo tale dãnum diuidendum sit, non minus controuerti-16 tur. † Sanè si totum capitale perdatur, sine difficultate & controuersia dãnum in pecunia cõtingens ad eũ qui eã contulit spectabit, siquidem & is qui industriam & diligentiam adhibuit operam itidem perdidit, glossa in d. l. 1. C. pro socio, & in d. l. si non fuerint, verb. *solus* eodem titu. quas communiter sequuntur doctores, vt testatur Couar. d. cap. 2. nu. 2. Nauar. in Manuali cap. 17. nu. 252. Syluester in summa verb. *Societas*. 1. nu. 6. Palacios Ruuios in repetitione cap. per vestras notab. 6. §. 11. nu. 6. de donat. inter virum & vxor. Corneus in l. si pas-17 cenda. q. 5. C. de pactis. † Si verò non omne capitale pereat, tunc id quod reliquum est diuidi inter socios debebit æqualiter & pro virilibus portionibus, glossa in d. l. 1. quã Menoch. probat d. casu 125. etsi nonulli contrarium teneant quos referunt Ioan. Lopez vbi sup. Mudæus in d. l. si non fuerint, nu. 17. Corneus cõs. 18 152. nu. 11. volu. 3. quanuis hoc † casu distinctio Couar. mihi placeat, vt si opera & industria alterius, & vsui ipsius pecuniæ, & ipsimet pecuniæ æqualis sit doctrina Accursij admittatur. Si verò vsui tantum pecuniæ respõdet alia opinio procedat, quam distinctionem sequitur quoque Corneus in d. l. si pascenda. q. 4. ad finem. C. de pactis.

19 Vlterius ex sup. obseruatis, & nostro text. ibi. *posse conuenire, vt qui lucri partem ferat, de damno non teneatur*, constat, coiri societatem ita posse, vt nullam partem damni socius ferat, lucrum verò commune sit, quod etiam probat. d. l. si non fuerint. 29. vers. *ita coiri*. D. hoc tit. l. 4. titu. 10. p. 5. Nec obstat pecuniam in societatem licitè dari non posse, eo pacto, vt finita societate salua sit & integra conferenti, quia contra leges societatis est commodum & lucrum percipere, damnum verò effugere. d. l. si nõ fuerint in princ. vbi glos. l. cum duobus 52. §. quidam fagariam. D. hoc titu. l. secundum naturã. 10. D. de reg. iur. §. illud inf. eod. quoniã huiusmodi conuentionem valere interpretes existimant in societate de qua actum paulo superius 22 est, quippe quando vnus pecuniã, & alter operam tantum ponit, nam si is qui industriam solum ponit paciscatur, quod nullam partem dãni in pecunia contingenti sentiat, lucrum autẽ commune sit, valere pactum omnes affirmant, & hoc casu nostrum tex. interpretantur, Baldui. & Mynsing. hic. Salycet. in d. l. Mutius, n. 2. D. eodem, & in l. 1. C. eod. Abb. in ca. per vestras col. 2. de donat. inter virum, & consil. 77. lib. 1. Anania in cap. fin. nu. 7. de vsuris, Couar. lib. 3. varia. cap. 2. nu. 3. vers. *Sexto potest*. Palacios Ruuios in d. cap. per vestras, notabili. 6. §. 11. nu. 1. vbi reddit rationẽ, quare imponente operas sustineatur pactum, Ludouicus Lopez in Instructorio negotiantium lib. 1. cap. 65. q. 1. & apertè probatur, in d. l. si non fuerint. 29. ibi, *Si tanti sit opera*, quibus verbis probatur tu pactum illud fuisse appositum ab eo qui operam posuit, tum etiam ita demum tale pactum ab eo appositum valere, si tanti sit industria & opera, quanti fuit pecuniæ periculum: vnde si damnum fuerit centum aureorum, opera eisdẽ centum æstimetur, valebit pactum, cum & is operam perdendo centũ etiam perdat. † quod si pactum apponatur in fauorem eius qui pecuniam contulit, vt pecunia salua sit, hoc est nullum damnum sentiat, lucrum autẽ commune sit tũc obtinere argumentum, & pactum in iustum esse dicẽdum est, ex sup. relatis, & glos. verb. *negotiatoribus*. in cap. plerique. 14. quæst. 3. D. Thoma. quæst. 78. art. 2. in 2. 2. Conrado de contractibus, quæst. 97. Romano consilio. 238. Couar. d. cap. 2. nu. 3. in princ. & induci potest l. Titius. 24. vers. *sed ne ipsius*. D. de præscriptis verbis. 20

Hæc interpretatio ad nostrum tx. etsi in se verissima est, adhuc tamẽ defendi potest, valere huiusmodi etiam conuentionem vt damnũ non sentiat is qui pecuniam contulit, non quidem indistinctè, sed quando ipse lucrum quod æquis portionibus commune foret, maiori ex parte ei qui subiret totius rei periculum adiudicaret, quasi id quod ex lucro suam portionem excedit iustum sit pretium subeundi periculũ, quo casu, quia alius contractus venditionis, aut assecurationis cum societate permiscetur (remittendo enim partem lucri, emit certitudinẽ sui capitalis) valebit tale pactum: cum sine difficultate valeret, cum alio extraneo celebratũ, docent Petrus Vvaldens. nostrum text. ita interpretatus, tract. de Societate. 4. part. colum. 8. Palacios Ruuios, in d. cap. per vestras notabili. 6. §. 11. num. 8. Couar. lib. 3. varia. cap. 2. nu. 4. Nauar. in Manual, cap. 17. nu. 254. & sequentibus Michael de Palacios lib. 4. de contractibus & restitutione cap. 12. colum. 8. pag. 363. Corneus in d. l. si pascenda pecora quæst. 7. vers. 2. *casu*, licèt contrarium doceant Soto & Aborroz relati per Ludoui. Lopez d. c. 65. q. 2. 21

Ex qua verissima obseruatione infertur explicatio ad tex. in d. cap. per vestras de donat. 22

inter vir.& vxo.vbi marito vergente ad inopiam, dos deponi apud aliquem mercatorem debet,vt ex parte lucri honesti, maritus onera matrimonij subeat,& cum intentio Pontificis ibi fuerit,vt dos salua mulieri seruaretur,ob id enim iubebat eam à marito auferri, satis cõstat eum noluisse, vt ad maritum damnum spectaret,sed salua & integra dos mulieri reseruaretur: vnde ex eo tex.deducunt omnes non esse iniquum pactum in societate, vt conferenti pecuniam lucrum commune sit, capitale autem saluum sit,quod varijs fundamentis admittũt relati à Ioãne Lopez ibi,notabili.6. §. 10. nu. 1. quorum sententiam quamuis nonnulli improbauerint,vt idem Palacios Ruuios resoluit §.: 0.num.6.existimantes, quod licèt in d.cap. per vestras,nulla mentio de diuisione dãni fiat, intelligitur tamen ad vxorem pertinere, pro qua parte responsum est,lucrũ ad eam spectare,ex regula §.illud.infra eo. verius tamen est iuxta nostram sententiam saluam & integram dotem mulieri reseruari,omneque eius periculum ad mercatorem spectare, quia intelligendum est assecurationem interuenisse,remittendo scilicet mercatori partem lucri, vt pro ea periculum ipsius sortis subiret, vt rectè interpretatur Nauar.d.cap.17.num. 256. Barahona in additionibus ad Palacios Ruuios.d.§.10.nu. 1.littera A. ex qua interpretatione superior obseruatio probatur,ex eodem Nauar. licèt illam non admiserit Ludo. Lopez.1.q.ad primũ argumen. sub d.cap.65.

23 Ex eadem etiam obseruatione infertur,quòd licèt contractus sit illicitus & vsurarius,quando quis dat oues,aut alia animalia in societatẽ eo pacto,vt quolibet anno recipiat certam partem fructus,&si moriantur debeant sibi restitui eiusdem ætatis & qualitatis, & sic quod capitale sit saluum,vt resoluit Laurentius in tractatu de vsuris.2. par.quæst. 23. Conradus de contractibus.q.91.& 92. Nauar.in d.cap. 17.n. 260.Palacios Ruuios.d.notab.6.§.10.n.6.quia capitale periculo conferẽtis esse debet,aliquãdo tamen huiusmodi pactum valebit,vt animalia salua sint,nec iniustum contractum reddet, videlicet,si fructus,& fœtus eorum ita diuidãtur ex inita conuentione,vt maior eorum pars ad custodem spectet propter susceptum periculum,ratione enim illius pluris,potuit tradẽs pacisci in sui fauorem,& ita nominatim docẽt Ioan.Lopez vbi sup.§.11.nu.7.Nau.d.n. 260.

24 Ergo ex tam longè petitis satis fit manifestum,conuentionem de qua inter Mutium & Seruium,de inæqualibus partibus damni & lucri,tunc fore iustã,cum aliqua ratione ad æqualitatem reduci potest, in quo reprehẽditur Mutius qui negabat ad æqualitatem reduci posse, quod tamen quam sit falsum, multis iam à nobis ostẽsum est. Vnde, similiter huiusmodi cõuentionem valere posse constat,vt damnum & periculum vnus ex socijs non sentiat, si lucrũ diuidendum sit,quia ex collatis in societatem vel industria, vel pecunia resultare æqualitas 25 potest. † Nulla verò in eo casu, quo pactum est,vt vnus damnum non sentiret,lucrum autẽ omne perciperet,alter vero omne dãnum sentiret nullã verò lucri partem haberet,qui enim hic poterit æqualitas dari?ergo inutilis erit huiusmodi societas,quæ rectè à veteribus I. C. Leonina appellata est.l.si nõ fuerint.29.§. Aristo. D.hoc tit.l.4.ibi. *E tal compañia como esta llaman las leyes Leonina.*tit.10.part.5.Nam iuxta AEsopi fabulam,cum leo cum asino & vulpe societatem iniret,vt communis esset ex venatu præda,&inter eos diuideretur: & præda facta partes fieri iussisset, & asinus illas faciẽs, in æquales portiones diuideret,indignatus leo asinum dilaniauit,iussitq; vt denuo vulpes partiretur, illa totam ferè prædam leoni tribuit, minimam vix sibi retinens partem, leo,probata distributione,rogat,quis nam ei illam partiẽdi artem docuisset?calamitas asini, ait vulpes, hinc ergo dicta est societas leonina cum omne lucrum & commodũ vni paratur, reliquis fraudatis,ita interpretatur Erasmus in adagijs centuria.7.chiliadis primę, adagio.89.Ioã.Faber. hic, Alber.in d.§.Arist.Cat.Cotta.in memorabilib.versi.societatem,Forcatulus in Necyomantia, dialogo.95.num.4.

§. *Illud expeditum.* 2.

1 *Societas ita contracta vt lucrum sit commune,dãnum etiam commune facit:& è conuerso,& numero.*3.

2 *L.Sed etsi socius.*17.*§. si absenti.l.de illo.* 22.*§. idem quærit. D.pro socio,& num.*4.

1 PActum de lucro in societate, de damno etiam intelligitur,& è contra, ergo si conuentum sit vt duæ lucri partes ad alterutrum pertineant,de eisdem damni partibus tacite actum similiter intelligitur, consonat l.3. versi.*E si de las ganancias*,titu.10.par.5.

2 Sed pro dubitandi ratione obijcio tex. in l. sed etsi socius.17.§.si absenti.in l.de illo.23.§. idem quærit. D. hoc titu. in quorum exemplis,constat damni portiones portionibus lucri non respondere, sed aliquando socium ad lucrum admitti, qui damni partem non habeat.

3 Eis tamen non obstantibus dicendum est, quando aliud non est à contrahentibus expressum,quod in lucro dictum fuit, in damno etiã subintelligi,& è contra,decisionis ratio sumitur ex vulgari regula.l.secundum naturam.10. D.de reg.iur.cui conuenit l.29.titu.fin.par.7. cap.qui sentit, cod.tit.lib.6.l.15 qui in poresta te.15.§.fin.D.de legatis præstandis,& in proposito.l.si non fuerint.29.§.Aristo,l. cum duo

hus

bus.52.§.quidam sagariam. D. hoc titu. ad cũ scilicet spectare damnum ad quem spectat cõmodum, ita vt pro qua parte commodum sentit, pro eadem sentiat & damnum, contrariorũ enim eadẽ est ratio, vt hic docet glossa, & multis alijs in locis ab Euerardo congestis intopicis legalibus capite à contrarijs, & probat l.fi. §.fin.D.de leg.3.l.si filia.20.§.Papinianus. D. fam.herciscundæ.

4 Nec argumenta obstant, quoniam respondendum est socium teneri ea omnia præstare, quæ propter eius culpam, desidiam, aut negligentiam ex societate perierint, vt dicemus in §.socius.infra eo.vnde cum in illis iuribus interuenerit culpa socij, factum est, vt alter licèt sentiat lucrum damnum verò non patiatur, & ita interpretandus est noster text. & regula de cõtrarijs, vt obtineat quando par est vtriusque ratio, secundùm Bart.in d.l. secundùm naturam vbi Decius, nu.2. Iaso in l. inter stipulantem. 83.§.sacram.num.26.D.de verb.oblig. Rolandus cons.60.nu.32.vol.1.

§. *Manet autem societas. 3.*

1 *Societas tempestiua renuntiatione dissoluitur, & num.3.& 5.*
2 *Societas vtriusque socij consensu contrahitur.*
4 *Renuntiatio intempestiua dissoluit societatem quoad renuntiantem, alter verò quod post acquisierit sibi acquirit.*
6 *L si conuenerit.4.D.pro socio.*
7 *Societatis renuntiatio ipsi socio fieri debet, non absenti, si ei absenti renuntietur lucrum postea quæsitum absens sibi parat, damnum & sibi & renuntianti.*

1 QVibusmodis coiri societas soleat, quę que soleant in ea adijci pacta cõditiones & leges, ab huius titu. princ. Iustinianus dixit, nunc & sequenti capite quibus modis dissoluatur explicat, hic ergo ait, societatem ante renuntiationem non dissolui, ea tamen malitiosè facta lucrum captatum communicari, & quod societati obuenerit, totum ei cui renunciatum est acquiri, quod idem ferè desumitur ex l.societatem.4.§.dissociamur. l.sed si socius.17.§.si absenti.l.verum.63.§.fi.l.actione.65.§.1.D.hoc tit.l.tandiu.5.C.eod.l.11.tit.10.p.5.explicat Pet.Nicol.Mozzius.d. tract. §.quibus modis annulletur societas. Cõna. lib. 7.cap.13.nu.12.Anton.Gom.2.tom.cap.5.n. fin.& alij mox referendi.

2 Sed pro dubitandi ratione contra hunc tex. probantem solo dissensu societatẽ dissolui, sic argumentor: Societas non nisi vtriusque socij mutuo consensu contrahitur.l. qui admittitur. 19.l.planè.24.D.hoc titu.ergo non vnius tantum dissensu, sed vtriusque dissolui debet, ex regula.l.ab emptione.59.D.de pactis.l.1.&2.C. quando liceat ab emptione disced.l.necessario. 8.§.quod si pendente. D. de periculo & com. rei vend.

3 Sed dicendum est, eo argumento non obstãte, solo dissensu dissolui societatem posse, cum enim solo cõsensu cõtrahatur.l.2. D de oblig. & act.& diximus in rubr. solo etiam dissensu dissolui cõsequẽs est ex d.l.1.C.quado liceat ab emptione disced.coniũcta reg.l. nihil tã naturale.35.D.de reg.iur.cap.1. eod. tit. extra, vnde fit, quod cum societas tacito consensu celebrari possit.d.l.societatem.4 D.hoc titu. declarat cum alijs Mascardus de probationibus conciu. 1310.ex nu.8.poterit tacito quoque consensu & renuntiatione dissolui.l.itaque. 64. D. hoc titu.Mascardus vbi sup.concl.1311.ex nu.3.

4 Nec argumentum obstat, quoniam ad eius & nostri tex.explicationem animaduertendũ est, aliquando renuntiationem societatis à socio fieri cũ iusta causa & tũc indistinctè vnius socij renuntiatione dissoluitur.l.si conuenerit. 14.cum duabus sequentibus. D.pro socio: aliquando verò fieri sine causa, & hoc casu, si alicuius negotiationis gratia, vel ad certum tempus, societas contracta est, & ante finitam negotiationem vel tempus vnus renũtiauerit societati, quia renuntiatio est in dãnum socij appellatur intempestiua, & valet vt socium à se liberet, ipse autem se à socio nõ liberat, & ideo tenetur socio ad interesse, socius verò siquid acquisierit non tenetur ei communicare.d.l.si cõuerit.14.l.actione.65.§.Labeo, & §. item si societatem, & §.item qui. D.hoc.tit.nisi pacto id sibi licere expressum sit.d.§.Labeo in fin. d. l. 11.tit.10.par. 5. Tiberius Decianus cons. 97. num.41.volum.2.Mascard.d.conclus.1311.nu.

5 7. † Si verò renuntiatio sine fraude & damno socij fiat, quia finita est negotiatio, vel tempus transactum, tunc vnius tantum socij voluntas sufficit, vt distrahatur societas.d.l.actione. 65. §.1. Tiber. Decianus consil.60.num.42.vol.2. Neque argumentum obstat, quia cũ rerum cõmunio parere discordias soleat.l. si nõ sortem. 26.§.si centum.D.de condictione indebiti.l.in hoc iudicium.14.§. si conueniat. D.communi diuid.l.cum pater.79.§.dulcissimis. D. de leg. 3.inuitus in societate esse cogi potest nemo, ex d.iuribus, & l.fi.C. communi diuid. Deciano cons.97.nu.7.& 8.vol.2.quando sine fraude &

6 damno fieri renuntiatio potest. † Hinc fluit interpretatio tex.in d.l.si conuenerit. 14. ibi. *fruſtra hoc conuenire.* D.hoc tit.cuius loci grauis reputatur difficultas, siquidem illis verbis, videtur significari, conuentionem ne intra certum tempus à societate discedatur inutilem esse, cõtrarium tamen constat ex proximè dictis, nã omissa interpretatione Fulgosij ibi in principio, existimãtis illa verba de pacto generali intelligenda esse, ne vnquam à societate discedatur, quod absque dubio improbatum est.l.cum

duo-

duobus.52.§.idem respondit.l.adeo.59.l. nulla 70.D.hoc tit. etiamsi iuramento firmatum sit. Oldradus consilio.241. Decianus consi.97.nu. 9.volum.2.quæ interpretatio optimè conuincitur ex d.l. si conuenerit,vt constat, & notat ibi Mudæus nu.3.dicendum est verba illa, *frustra hoc conuenire*,ad effectum referenda esse,verbum enim *frustra*,ad effectum referri solet.l.1. C.de non nu.pecunia, Alciatus in l. verbis ciuilibus in princ. D. de vulg. vt sensus sit, effectu conuentionē illam non esse perpetuo validā, nam si ponamus aliquam iustam eueniſſe causam ante impletum tempus, licebit contra conuentionem à societate discedere,atque ideo effectu nulla erit conuentio,licèt à princi.valuerit. † Fieri autem hæc renuntiatio societatis 7
ipsimet debet,non eius procuratori,nisi dominus ratum habeat.d.l.actione.65.§. item rescriptum,& inde si socio absente renuntiatio fiat, quousque socius id sciat,valet renuntiatio solū, vt absentem à se liberet,se autē ab absente non liberat,& ideo si quid interim absens acquisierit non tenetur renuntianti cōmunicare, quicquid autem renuntians acquirit, cum absenti commune fit,d.l.sed & socius.17. §. si absenti. D.hoc titu.quod summa æquitate fundatur,absens enim lucrum facit recta intentione, vt id acquiratur societati,sed alter qui domi remansit,ipse exemit se per renuntiationem ab ea societate,cui hoc lucrum acquiri poterat , & sic non priuat eo emolumēto absens præsentem, sed ipsemet priuat se,& inde damnum quod sine culpa absentis acciderit , cum adhuc credit societatem durare merito debet esse cōmune, quia si renuntiatum sciret , fortè non subijsset sibi soli tantum periculum , quæ quidem omnia in renuntiante longè aliter se habent, hic enim quantum in se est statim dissoluit societatem,quæ dissolutio in damnum tertij ignorantis meritò non operatur, quia tunc solum non attenditur scientia vel ignorantia,quando eius non interest,neque pecuniarum damnum sentire potest.l.2.D.de diuortijs. l. si pater filio.4.§.sin autem.D.de manumiss.vindicta. vnde & ex nostro text.ad fin. fit renuntiationē societatis factam in socij fraudem , vt non communicetur hereditas renuntianti delata,valere quidem renuntiationem quoad cætera,hereditatem tamen illam communicandam esse , ex regula nostri.tex.quam exornat Mascardus iā relatus,de probationibus concl. 1311 . num.7. Matienço in l.2.gloss. 1.nu.29.44. & 46. titu. 9.lib.5.recopilationis,& Mudæus in d. l.actione.65.§.diximus.

§. *Soluitur adhuc societas.* 4.

1 *Societas morte dissoluitur,& num.*3.*&* 5.
2 *Societas ad heredes socij aliquando transit, & num.*7.
3 *Personæ industria & opera vbi eligitur eius morte negotium expirat.*
4 *Noster textus in vers.* Nisi in coeunda societate aliter conueniat.
6 *Societas simili morte finitur.*
7 *Societas vectigalium morte socij non expirat.*
8 *L. verum.*63.*§. heredem. D. pro socio.*
9 *Societas cum defuncti socij heredibus tacito etiā consensu continuari potest.*
10 *Societas dissoluitur finito negotio cuius gratia contracta est.*
11 *Societas dissoluitur alicuius ex socijs bonis publicatis.*
12 *Societas dissoluitur si aliquis ex socijs ære alieno oppressus bonis cedat:licet is nouam aliam societatem contrahere postea possit, num.*13.
14 *Decoctio , absque cessione , societatem non dissoluit.*

MOrte (quæ omnia soluit) societatem 1
etiam extingui docet hic Iustin. idem in d.l.societatem.4.§.dissociamur. l.cū duobus.52.§.idem respōdit societatem.l.adeo. 59.l.verum.63.§.fin.l.actione.65.§. morte. D. hoc tit.l.10.tit.10.p.5.

Sed in primis pro dubitandi ratione, obstat 2
tex. in l.adeo.59.& in d.l.verum.63.§.in heredem,quibus consonat l.1.tit.10.par. 5.& probatur societatē ad heredes quoq; socij trāsire.

Hoc tamen argumento non obstante societatem morte vnius ex socijs dissolui verissimū 3
est,eligit enim socius certam personam in socium,cuius operam & fidem cognitam habet, & inde si socius moriatur eius heres in socium admitti non debet.l.nemo.35.D.hoc titu.cum eius fides & integritas socio incognita sit, in his enim in quibus industria alicuius personæ eligitur ab ipsa persona non discedimus.l.inter artifices.31.D.de solutio.ca. quoniam Abbas. de officio & potest. iudicis delegati. quæ sanè ratio in societate præcipuè militat, in qua nemo cum alio inuitus esse cogi potest,nec sociū habere quem nolit.l.qui admittitur.19.D. hoc titul,vnde paciſci quis non potest , vt eius heres socius quoque sit,& ad eum societas porrigatur.d.l.nemo.35.l.adeo.59.D.hoc titu.quāuis in heredem,heredique socij actiones dentur,vt cæpta perficiantur,& cætera secundum conuentionem & bonam fidem præstentur. d. l.nemo.l.heres socij.40.l.verum.63.§.in here-
dem.D.hoc tit. † Nec contrarium probat Iu 4
stinia.hic vers.*nisi in coeunda societate alter conueniat*,quoniam hæc verba ad eum casum sunt referēda,quo mortuo vno ex socijs societas dissoluitur, quia licèt non valeat cōuentio, vt heres socij socius sit,valet tamen , quod non obstante vnius morte inter superstites societas duret,quæ aliàs regulariter quoad omnes vni morte dissoluitur.d.l.actione.65. §. morte. D. hoc tit. † quod sanè intelligendum est, siue à 5

prin-

principio simpliciter, nullo certo præfinito tẽpore, siue præfinito societas sit contracta, semper enim societas dissoluitur ex generalitate nostri tex. & d.l.nemo. vbi notabat Mudæus, Matienço in l.2.glos.1.nu.15.titu.9.lib.5.recopil. quibus addendum est † quod Iustin. hic ait, naturali morte societatem dissolui, de ciuili quoque intelligendum, cum eosdem hic pariat effectus, ex regula l.Gallus.29.§. & quid si tantum. D.de liberis & posthum. & expressa l.verum.63.§.fin.D.hoc titu. & paulò inferius dicemus cum de bonorum socij publicatione cum Iustin. agamus. 6

Argumentum autem non obstat, quoniam etsi regulariter morte societas dissoluatur, nec ad heredes transeat etiam conuentione inita, id tamen non admittitur in vectigalium, aliarumque publicarum rerum societate, d. l.adeo. d.§. in heredem. l.1.D.de loco publico fruendo. d. l.1. ibi: *fueras ende si la compañia fuesse fecha sobre algunas cosas del Rey, ò del comun de algun concejo.* titu.10.part.5. Tiberius Decianus. cons.22. num.14.vol.3. Matienço in l.2.glo.1.num.18. titu.9.lib.5.recopil. † cuius discriminis rationem, etsi variè interpretes constituant, paucis tamen insinuauit Domitius Vlpianus in d.§.in heredem, ibi: *quod non similiter in voluntaria societate obseruatur*, discrimen constituens inter societatem rerum priuatarum, quam voluntariam appellat, & societatem rerum publicarũ quam necessariam esse ostendit, dicitur autem necessaria, nam aliquando finita locatione vectigalium coguntur inuiti iterum recõducere. l.cotem ferro. 11.§.qui maximos. D.de publicanis, atque ita id quod interdum fit iure cogẽte, hoc inter eos conueniri, & in pactione poterit deduci, iure ipso permittente, Mudæus in d.l.adeo, nu.3.& 4. † quod si socij cum heredes eius prædefuncti tacito consensu societatẽ continuauerint, hæc non antiqua, sed noua societas erit. l.plane.37. l.si Titius.62. D.hoc tit. late explicant Tiber. Decianus vbi sup. Octauianus decisione.150. Mascard.conc.1310. Menoch.d.li.3.de præsumptionibus, præsumptione 56.& 57. Ioannes Garcia de coniugali acquæstu.nu.55.& nu.166. 9 10

Finitõ negotio, cuius gratia societas contracta est, dissoluitur & ipsa societas, ex nostro tex.in versi. *item si alicuius*. d. l.actione. 65.§. item si alicuius. D.hoc titu.l.10.titu.10.part. 5. cum enim contrahentium consensus & volũtas limitata fuerit, alicuius scilicet negotiationis expediendæ causa, veluti mancipiorum vẽdendorum, aut olei, aut vini emendi causa, finita illa, peractaque negotiatione, societas ipsa finiri debet, limitata enim causa limitatum producit effectum. l.in agris.16. D.de acquiren.rerum dominio.

Alter distrahendæ societatis modus est bonorum publicatio, ex hoc eodem nostro text. versi. *Publicatione*. d.l.actione.65.§.publicatione. l.verum.63.§.morte. D.hoc titu. d. l.10.tit. 10.part.5. cum enim bona tunc publicentur, cum aut vita, aut ciuitas adimitur, aut propter delictum seruilis conditio irrogatur. l.1.in princip. D.de bonis damnatorum, quibus casibus maxima, aut media capitis diminutio contingit.§.1.& 2.sup.de capitis diminutione, soluitur societas, quia is cuius bona publicãtur pro mortuo habetur, morte autem societatem dissolui dubium non est, publicatione societas finitur, si omnium bonorum facta sit, quo casu alius eius loco succedit, vt I.C. docet in d.§.publicatione. 11

Dissoluitur etiã societas, si aliquis ex socijs æris alieni mole prægrauatus vt carcerem effugiat bonis suis cedat, iuxta l.1. C. quibus bon. ced.poss. & ea quæ plena manu cõgessimus in §.fin.inf.de actionib. siue ob publica, siue ob priuata debita cessio fiat, iuxta tex. nostrũ in versi. *item si quis ex socijs*. d.l.actione.65.§.item bonis. D.hoc tit.l.10.tit.10.part.5. sicque intelliges tx.in d.l.societatem.4.§.dissociamur, ibi. *egestate*. D.eo.qui vti rectè ibi Accur. interpretatur, de bonorum cessione quæ propter egestatem fit accipiendus est, quia aliàs egestas societatem non dissoluit, Parisius consilio.82. n. 40.lib.1. Matienço in l.1.glos.2.num.10.titu. 19.lib.5.recopil. Ideo autem cessione, siue egestate societas dissoluitur, quoniam bonorũ cessio species quædam mortis est, quemadmodũ enim ille cuius bona publicantur pro mortuo habetur, quia successorem habet vniuersalem, ita & is qui bonis cesit, cum successorem etiã accipiat in omnibus bonis pro mortuo habendus est, iuxta illud M. Tullij in oratione, pro Publio Quintio, quod in d.§.fin. cum alijs retulimus. 12

Poterit tamen cum adhuc libertatem & ciuitatem retineat, capaxque acquisitionis sit. l. is qui bonis.4. D.de cessione bon. nouam societatem, vel cum eisdem socijs, vel cum alijs inire, quod hic Iustianus in fine docet, & explicat Riminaldus, cons. 377. col. 3. † Sola tamen decoctio non sufficit, nisi & cessio bonorum sequatur, vt post Angelum hic nu.2. resoluũt Paul. Parisius consil.82. num.40. lib.1. Bembenutus Stracha tractatu de mercatura, rubrica de decoctoribus.§.circa tertiam speciẽ. nu.47. 13 14

§. *Socius socio.* 5.

1 *Socius socio de leuissima culpa non tenetur, de dolo & lata & leui tenetur, & declaratur. numero.5.*

2 *Socius eam in communibus rebus diligentiam adhibere debet quam diligens quisq; pater fam. suis rebus præstat.*

3 *Negotiorum gestor de leui tantum culpa tenetur.*

6 *L. Heredes.25.§.non tantum. D. fam.hercis.*

Socius

1 SOcius socio ea tenetur præstare quæ propter eius dolum & culpam latam vel leuẽ, non autem quæ per leuissimam perierint, idem deduces ex l.de illo.23.§.idem quærit. l. nõ ob eam.25.l.& ideo.26.l. cum duobus. 52. §.venit.l.socius socio.72. D.hoc titu.l. contractus.23. D.de reg.iuris.l.7. versi.*fueras ende*. l. 13.tit.10.par. 3.

2 Sed pro dubitandi ratione sic argumentor: Leuis culpa est eam diligentiam non adhibere quam diligens pater fam.adhibere solet,latè diximus in §.item is cui,& §.præterea,sup.quib. mod.re contrah.oblig. At in socio non exigimus diligentiam diligentis patris fam. l. heredes.25.§. non tantum. D. fam. herciſ.sed eam quam rebus suis adhibere solet. tx. hic,& in d. l. socius socio. ergo non tenetur de leui. †

3 Quod præterea ex eo probatur, nam quando quis tenetur de leui culpa non sufficit eam diligentiam adhibere quam rebus suis adhibere solet,vt patet in negotiorum gestore, qui solum de leui culpa tenetur.l.si pupilli.6.§.videamus D.de neg.gest.iuncto §. 1. in fin. inf. de oblig. quæ ex quasi contract. sed socius solum tenetur diligentiam adhibere,quam rebus adhibet: ergo,&c.

4 Secundò pro dubitandi ratione,quinimo & de leuissima quoque culpa eum teneri contra nostrum tex.hic ostenditur, si socius exactissimam diligentiam rebus suis adhibere solet,eandem & rebus communibus societatis adhibere tenebitur,text.hic,ergo & de leuissima tenebitur.

5 Verum has difficultates facillimè dissolues, si aduertas hic solum definiri socium socio teneri non solum de dolo, sed & de culpa, idest desidia & negligentia,an autem ea sit leuis vel leuissima non definiri: ergo aliquando tenebitur de leui culpa, aliquando solum de lata,aliquando etiam de leuissima,considerando culpã & negligentiam respectu diligentiæ quam rebus suis adhibere solet,de ea enim negligentia & desidia tenetur,siue leuis, siue leuissima sit, quam in rebus proprijs non admisisset: ergo si in proprijs negligens antea fuisset & dedidiosus,de negligentia & desidia non tenebitur socio, qui sibi imputare debet talem assumpsisse socium, vt hic,& in d.l.socius socio,& alijs exẽ

6 plis,à glossa hic verb.*debet*.adductis. † Quam interpretationem confirmat tex.in d. l. heredes.25. §.non tantum.D.famil. herciſ. & in d. l.contractus.23.D.de reg.iur.vbi postea quam propositi sunt contractus, qui dolum tantum, & qui dolum & leuem culpam recipiunt,societas proponitur, quæ dolum & culpã recipit, quasi sub illis non contineatur, qui dolum tantum recipiunt,nec sub his in quibus leuis etiã culpa præstatur. Nec obstat tex.in d.§.non tãtũ, vbi coheres tenetur coheredi de culpa quia cum illo non contraxit,sed incidit in eum, vnde à contrario videbatur in societate non esse præstandam culpam,quia socius cum socio cõtrahit,non verò in eum incidit,nam omissa interpretatione existimantium Iulium Paulum contrariam sententiam defendisse,quam pluribus alijs fuisse probatam patet ex nostro tex. ibi,*præualuit tamen*,respondendum est,argumẽtum illud à contrario sensu nõ procedere,quãdo sententia quæ ex eo elicitur alijs legibus repugnat,cap.à nobis.18.de sentent. excommu. docent Euerar.in topicis legalib.cap.19.Martinus del Rio in l.transigere.nu.172.C.de trãsactionibus,est autem negligentia diligentiáve socij consideranda iuxta tempus initæ societatis,vt ex nostro tex.verb.*solet*, docet hic Accurs.ergo si inita societate in proprijs rebus negligentior fiat, socio qui eius industriam, non quam nunc habet,sed quam habebat elegit,tenebitur.Mudæus in d.l.socius socio.nu.2.Martinus del Rio in d.l.contractus. cap.16.

TITVLVS XXVII.
De mandato.

IN RVBRICAM.

1 *Coniunctio tituli in controuersiam vocata.*
2 *Mandati contractus vtilis,& in republica maximè necessarius.*
3 *Mandati definitio proposita & explicata sequentibus numeris.*
6 *Mandati actio duplex, Directa vna, Contraria alia.*
7 *Mandati materiam qui prosequuntur remissiùs.*

1 HEM † iam vltimum exemplum cõtractuum qui solo cõsensu perficiũtur & fiunt, quod à Triboniano in Pandectis tit.1.lib.17. & in Iustin. Codice lib.4.tit.35.cæteris similibus obligationibus iure optimo præponitur propter singularem eius excellentiam,à Iustiniano verò nes-

2 scio quare vltimo loco attexitur. Plane † huius contractus,quem mandatum dicimus, tum necessitatem,tum vtilitatem non leuem esse atque hominum societatibus peroportunã grauissimè elegantissimèq; adnotauit Cicero pro Roscio Amerino, cuius verba lubentissimè referrem,quod hic præstiterunt Baldui. eiusque assecla Mynsinger. nisi nos institutum nostrũ auocaret:ex eo tamen loco, & alijs nostrorum

3 Prudentum sic placet definire. *Mandatũ* † *est contractus iuris gentium bonæ fidei,in quo quis officium honestum & lege permissum, alteri gerendum efficiendúmve committit, alter verò gratuito, tacite,vel expressè exequendum suscipit*. Definitio omnibus partibus constat. Diximus,*Cõtractus*, loco generis propter l.1.§.adeo. D. de pactis.l.

1.D.

1 D.hoc tit.l.2.D.de obl.& acti.tex.in princ. sup.de oblig.ex consensu.Addidimus.*iuris gentium*,propter l.ex hoc iure. 5. D.de iustitia & iure.l.iuris gentium.7.in princ.D.de pactis,ex quo mandatorum consuetudo seu rerũ vsu ita exigente,seu aliquo homine prudente eam demonstrante,seu vtroque moribus hominum recepta est & comprobata.Adiecimus,*bonæ fidei*.
4 † tum propter Iustin.authoritatem in §.actionum.inf.de actionibus, tum etiã quia si in alijs conuentionibus illa requiritur, in hac tamen longè magis desideratur,in qua operæ nostræ vicaria amicorum fides supponitur & (vt Cicero vbi sup.pulcherrimè ait) duæ sanctissimæ res coniunguntur,& amicitia & fides, perditissimique est hominis,qui iniquè in ea versatur, simul & amicitiam dissoluere & fallere eũ qui læsus non esset,nisi credidisset, ex quo proinde inductum est,vt mandati semel suscepti fides vim haberet obligationis,l.1.D.hoc tit.At texuimus, † *officium*,quia hic contractus est
5 beneuolentia,quam reddit amicus amico, vnde à principio voluntarium est. §.mandatum.inf. & gratuitum esse debet,quod etiam nostra definitione complectitur ibi, *gratuito*, & probat tex.in §.in summa infra hoc tit. Subiunximus, *honestum*, quia inhonestum & turpe mandatũ nullum est.§.illud inf.hoc tit.Apposuimus, *& lege permissum*,quia etsi honestum sit, si tamen contra leges,non valet,vt in exemplo.l. 1. D. ad Macedon.Diximus, *tacitè vel expresse*, quia vtcunque voluntas mandantis deprehendatur
6 satis est ad mandati actionem.Porrò † ex hoc contractu duæ proficiscuntur actiones: Directa,& contraria. Directa quæ datur mandatori, & eius heredibus ad id quod interest, putà si mandatum non sit impletum, vel perperã aut extra fines gestum. Contraria ei qui mandatũ suscepit ad repetendum quicquid sumptus in exequendo mandato factum est. quod latè I.
7 C.prosequuntur ex l. 1. D. hoc titu. quos † omnes & alios huius tractationis articulos quia comprehendere non possumus præter ordinarios interpretes,hic & in titu.D.& C.eod. videbitis Conna.lib.7.cap.14.Pet.Greg. 3. p. syntagm.lib.27. cap. 5. Nicolaum Mozzium de cõtractibus,tractatu de mandato, Straccha tractatu de mercatura tit.mandati. Vvesembekium,in paratitlis.D.eod. Albornoz lib. 1. de arte contractuum.tit.de Mandato. Iaf. in §.sequens à num.32.inf.de action.. & alios inf.nominatim referendos. Nunc autem cum Iustiniano agamus.

Principium tituli.

1 *Mandatum quinque modis contrahitur.*
2 *Mandatarij tantum gratia aliquando mãdatum contrahi potest.& num.4.*
3 *L.si procuratorẽ.8.§.si tutores. D. mandati, & num.5.*

1 QVinque † modis contrahi mandatũ posse docet Iustin.hic,siue mandãtis, siue mandatarij & mandantis, siue aliena gratia,siue mandantis & aliena, siue aliena & mandatarij:cuiusque autem exempla ordine proferuntur hic,& in §.mandantis, in l.2. l.si remunerandi.6.l.si mãdauero. 22. cum alijs ibi. D.mandati,& in l.20.cum seq.tit.12.p.5.

2 Sed pro † dubitandi ratione sic argumẽtor: Mandatarij tantum gratia contrahi quoq; mãdatum potest,veluti si mandẽ vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces quã fœneres,tex.in §.tua inf.eod.l.2.§.fin. d.l.si remunerandi.6.§.planè.D.hoc titu.l. 23.d. titu. 12.p.5.ergo est alius modus præter eos quos retulit Iustinianus.

3 Secundò sic argumentor: † Si tutor contutori suo mandet vt pupillo seruum emat,nascitur eo nomine mandati actio.l. si procuratorẽ. 8.§.si tutores.D.hoc tit. & tamẽ hic casus à Iustiniano comprehensus non est, quia in eo mãdantis,mandatarij,simul & aliena gratia mandatum fit : ergò Iustiniani distinctio perfecta non est.

4 Sed hæc † argumenta parum nos remorari debent, siquidem constat quãdo mãdatarij tantum gratia mandatum fit,nullam ex eo obligationem nec mandati actionem nasci, text. hic, & in d.l.2.in princ.& §.fin. & in d. §. planè. si quidem consilij non fraudulenti nulla obligatio est,vt in præcitatis legibus, & in l.consilij. 48.D.de reg. iur. etiamsi non expediat ei cui dabatur,cui liberum fuit apud se explorare expediret ei nec ne,quod si dolus aut calliditas interceserit quamuis de dolo detur, nihilò magis mandati actio competit.d.l.consilij, & eleganter.d.l.23.titu.12.par.5.& inde rectè Iust. huiusmodi casum,ad mandati tractationem nõ pertinere ait.

5 Nec obstat † secundum ex d.§. si tutores, quoniam omissis Glossæ & aliorum interpretum opinion.vltra omnes alios quos huc vsq; viderim,ego respondeo,ibi mandãtis mandatarijque personam vnam censeri non duplicem, quia officium tutoris est in solidum apud quẽlibet ex tutoribus,& vnusquisque est in solidũ tutor.l.fin.C.de auth.præst.omnesque in solidum tenentur.tex.in l.si plures.38.D.de admin.tutorum,& inde etsi plures sint personæ, vna tamen est obligatio.ex regula.l.3.§.fi. ibi: *cum vna sit obligatio*.D.de duo.reis,&tutor pupilli negotia per contutorem gerens, non videtur ab administratione cessare.l.tres tutores. 55.§.non solum.D.de admin.tutor. vnde in d. §.si tutores,sua tantum mandantis videlicet & pupilli gratia,mandatum interfuit,quæ species à Iustiniano hic comprehensa fuit:qui intellectus eleganter poterit exornari ex his quæ scripsit Baeça,de decima tutoris.c.15.per totum.

§. Man-

§. Mandantis. 1.

1 *Mandantis gratia quando mandatum contrahatur.*
2 *Mandantis & mandatarij gratia mandatum cõtrahitur si communis sit vtilitas.*
3 *Vsuræ propter moram non soluentium infliguntur.*
4 *Fideiussor ante reum principalem conueniri non potest, & nu. 6.*
5 *L. cum quidam. 17. §. si pupillo. D. de vsur.*
8 *Mandatum quando aliena gratia contractum dicatur, & num. sequen.*
9 *Lectio nostri textus, ibi,* tantùm, *animaduertitur.*
10 *Mandantis & aliena gratia, quando mandatũ factum dicatur.*
11 *Mandatarij & aliena gratia, quando fiat.*

1 Diuisionem † mandati superius traditam exemplis nunc Iustinianus illustrat quę & nos sigillatim, paucis tamẽ percurramus oportet. Mandãtis igitur tantum gratia interuenit mandatum, veluti si quis tibi mandet vt eius negotia geras, veluti vt fundũ ei emas, vel pro eo spondeas, siue fideiubeas, quia generaliter scriptum est, illius causa mandatum contrahi, ad quem mandati pertinet vtilitas, idem deduces ex d. l. 2. & alijs sup. hoc exemplum parum habet negotij: iam pergamus.

Versic. *Tua gratia & mandantis.*

2 Si communis † sit vtilitas & mandanti & mandatario, vtriusque gratia contractum mandatum dicemus, veluti si Titius tibi mandet vt pecuniam sub vsuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur: ecce vtilitatem Titij mandantis, vt ei pecunia mutuetur, item & mandatarij propter lucrum vsurarum, idem exemplum & alia nostri tex. deduces ex d. l. 2. & alijs relatis sup. in princ.

3 Sed pro dubit. ratione, sic argumentor: Vsuræ † non propter vtilitatem siue lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. l. cum quidam. 17. §. si pupillo. in fi. D. de vsuris, ergo cum nulla vtilitas siue lucrũ ei qui sub vsuris credidit hoc casu soluente debitore cui creditum est possit cõsiderari, illius gratia mandatum non esse contractum consequens est.

4 Secundò contra † text. ibi: *aut si volente te agere cum eo ex fideiussoria causa*, quibus verbis Iustinianus probat in potestate creditoris esse, conueniat, ante reum principalem, fideiussorẽ nec ne? sic argumentor: Fideiussor ante reũ principalem conueniri, non potest, authentica præsente. C. de fideiussor. l. 70. tit. 18. par. 3. l. 9. tit. 12. p. 5. ergo nulla in eo quod primo loco reus principalis conueniat fideiussoris mandantis vtilitas versatur, cum necessario creditor primò reum deberet conuenire, nec antequã principalis sit excussus contra fideiussorem agi possit.

5 Quibus † tamen difficultatibus facilè satisfacies, si aduertas & in primo & in secũdo exẽplo vtriusque & mandatarij & mandantis vtilitatem attendi, proindeque dicendum, vtriusq; similiter gratia, mandatum contrahi: neque contrarium probat tex. in d. §. si pupillo, quoniam verissimum quidem est vsuras nõ nisi post moram deberi loco eius quod interest, quando in stipulationem deductæ non sunt ex vulgatis, si vero in stipulationem initio conuentionis deducantur, à principio, etiam deberi incipiunt. l. quamuis. C. de vsuris, veluti cùm pecunia sub vsuris credita est, vt in exemplo nostri text. quo in casu negari non potest, quin mandatarij vtilitas versetur.

6 Neque obstat secundum, quoniam obseruo, quod etsi iure antiquo fideiussor etiam ante reum principalem cõueniri posset. l. creditor. 3. cum vulgatis. C. de fideiussor. nouiori iure aliud obseruatur, iuxta tex. in d. authentica præsenti, ex qua non aliàs fideiussor interpellatur, quam principalis excussus sit. Cum ergo olim posset creditor quem vellet cõuenire, vel principalem debitorem vel fideiussorem, si creditori cum eo agere volẽti mandasset fideiussor vt eius periculo cum reo ageret, quin vtriusque causa hoc mandatum fiat dici non potest, liberatur enim fideiussor si à principali debitore exactum sit, consuliturque creditori qui ex illa cautione, *periculo meo*, omnes litis sumptus à mandante consequetur, quæ est vis huius mãdati, cum absque eo suis sumptibus aduersus inanem reum principalem litigasset. Tertium
7 & † vltimum exemplũ huius mandati quod mandantis & mandatarij gratia fit, quando videlicet mandat tibi Titius vt eius periculo stipuleris ab eo, quẽ tibi deleget in id quod tibi debuerat, desumptũ est ex tex. in l. si mãdauero. 22. §. interdum. l. si mandatum. 45. §. fin. D. hoc tit. quæ duo loca ad huius nostri explicationem non parum lucis afferunt.

Versic. *Aliena autem tantum causa.*

8 Hoc † exemplum quod aliena tantum causa interueniat mandatum, veluti si tibi aliquis mandet vt Titio fundum emas, vel vt pro Titio spondeas desumpsit etiam Iustinia. ex d. l. 2. D. hoc titu. in versi. aliena. comprobatur ex l. 21. titu. 12. part. 5.

Sed pro dub. ratione sic argumentor: Si contrahentium non interest non debet valere contractus nec mandatum, in §. alteri sup. de inuti lib. stip. l. stipulatio ista. 38. §. alteri. D. de verb. oblig. l. 7. tit. 11. par. 5. ergò aliena tantum causa minimè interueniet mandatum.

Huic

Huic autem † difficultati satisfacit Hotoma.hic,dum ait propter eam delendam esse dictionem (*tantum*) ex nostro tex. & ex d. l. 2. nec reperiri in libris manuscriptis. Sed malè arbitratur,& in eo quod addit in litera, interesse si cuiuis homini benefaciamus,nam leges in cõtractibus non respiciunt talem vtilitatẽ,& melius soluit glossa,in d.l. 2. verb. *negotia* in fin. quam ibi explicat Fulgos. & tu aptiùs dicas nũ quam dari actionem mandati nisi agẽtis interfit,in l.si procuratorem.3.§. mandati actio. D. hoc tit.& quamuis alicuius tertij gratia fiat mãdatum,non potest non interesse mandatarij habere mãdatorem obligatum,quia hoc casu mãdans est veluti fideiussor,vt eleganter explicat Theophilus,in §.tua tãtum gratia,infra hoc titul.ac proinde licèt mandatoris vel mandatarij non videatur à principio interesse, adhuc tamen est vtile mandatum propter prædictam obligationem, in l.si remunerandi. 6. §. si tibi mandauero.D.hoc titu.

Versic. *Sua & aliena, &c.*

10 Quartum † exemplum à Iustiniano hic traditum est, veluti si de communibus suis & Titij negotijs gerendis aliquis tibi mãdet, vel vtsibi & Titio fundum emeres, quod etiam comprobatur ex iuribus supra relatis.

Sed difficile redditur ex eo, nam incertitudo vitiat cõtractũ,iuxta text.in l.triticũ. 94. D. de verb.oblig.l.cum post. §. gener. D. de iure dotium,at in hoc mandato fundus non fuit designatus,ergo nullo modo debebat valere.

Sed non obstat hæc difficultas, quia respondeo mãdatũ hic valere, quia quotiescunq; incertitudo nõ est circa pretium,sed circa rẽ,veluti si dixero, *emas fundum decem*, quia videor dicere secundũ pretij quantitatẽ,valet & tenet mandatum,& ratio est,quia ratione iniuncti officij præsumitur quod non emat fundum inutilem,cùm diligens esse debeat, argumento l.si in aliquã. D. de officio proconsul.& leg.ita Bar. in l.2.§.mea & aliena.D.hoc titu. quod si dicas nullam fuisse mentionem pretij factam hic respondeas,cum glossa nostra in versi. *& Titio fundum*,ad finem esse speciale in hoc cõtractu vt valeat & teneat etiamsi de pretio nihil actũ sit,iuxta text.in l.præterea. D. eod.

Versicu. *Tua & aliena.*

11 Vltimo † loco constituit Iustinianus mandatum celebrari aliena gratia,& mandatarij, veluti,si tibi mandet vt Titio sub vsuris crederes, quia si sine vsuris pecuniam crederes aliena tantum gratia intercedit mandatum:idem collige ex d.l.2.& ex l.12.tit.12.part.5.sed hoc exemplum parum nos remorari debet,cum ex superius dictis satis comprehendatur.

§. *Tua tantum gratia.* 2.

1 *Mandatarij solius gratia,quando mandatum factum est,nullam obligationem mandati parit, & num.3.& 4.*

2 *Mandans vt quis delictum committat,ex consilio,obligatur, & num.4.*

3 *Mandatum, vt certæ personæ quis credat,mandãtem obligat. & num.6.*

1 QVod mandatarij † solius in rẽ est quasi merum consilium, mandati obligationem non parit.idem,in l.2.§.tua. l.si remunerandi.6.§.si tibi.D.hoc titu.l.23.titul.12.part.5.

2 Sed pro † dub.ratione sic argumentor: Si quis alteri vt delictum committat mandet consulátve, ex huiusmodi consilio obligatur. l. liber homo.37.D.ad leg.Aquil.l.1.in prin. & in §.persuadere.D.de seruo cor.l.semper. 15. §.si in sepulchro.D.quod vi aut clam.l.si quis vxori.53.§.cum Titio. D. de furtis.l. non solum. 11.in princ.D.de iniurijs,& in §. Proculus., illius legis,tex.in §.non solum infra de iniurijs, vbi dicemus,ergò contra nostrum tex. probantem ex consilio obligari neminem.

3 Secundò sic argumentor:† Si mandauero tibi vt pecuniam Titio fœneres, tua solius interest,& tamen eo casu mandati obligationem contrahi Sabinus existimauit, tex. in versi. *& adeo*.infra hoc tex.ergo contrà conclusionem.

4 Verum † hæc argumenta leuiora sunt,quã nos remorari debeant, siquidem vt supra in princip.huius titul.diximus, constat mandatī obligationem contrahi nunquam posse,si nihil mãdantis interfit, d.l.si remunerandi. §.plane, neque ex consilio potest quisquam nisi illud fraudulentum sit obligari.d.l.consilij.48. D.de reg.iur.l.6.ti.34.p.7. & dict. l.23.planè si fraudis aliquid admixtũ habeat, quãuis mãdatorio mãdati actio nõ detur,de dolo dabitur, l. quod si cũ scires. 8. D.de dolo.l.2.D. de proxeneticis,quemadmodum † & in delictis quæ si iussu aut consilio meo fiant, perinde teneor ac si ipse feciſſem,vt in dict.l.liber homo,cum relatis in primo argumento ex regula l. 1. §. deiecisse.D.de vi & vi armata,quæ est longè diuersa causa, quam prosequuntur Couarr. in Clementina si furiosus.2.part. §. 2.ex nu.1. Anto. Gomez,3.tomo.cap.3.nu.39.redditurq; à Iustiniano hic elegans satis ratio, quare consilium non obliget, quia liberum cuiq; est apud se explorare an sibi expediat consilium nec ne? In eo verò † casu, quando certæ alicui 6 personæ, vt crederes, mandaui, si aliàs ei non eras crediturus, ideo mandati actio nascitur, quia quodammodo iam mea interest exequi mandatum, & quodammodo fide mea illi credis. dict.l.si remunerandi.§.plane,quod si tu facturus eras, & cum me consuleres ex-

pediret tibi Titiõ credere nec ne? ex consilio meo credidisti, mandati non teneor, & sic intelliges tex. in d. versi. *& adeo*, infra hoc tex.

§. *Illud. 3.*

1 *Mandatum rei turpis nullum est, etiam si iuramentum accedat.*

1 QVi turpe † mandatum obijt & inde pœnam tulit, non idcirco in mãdato rem agere potest, quia rei turpis nullum mandatum est, idem deduces ex d. l. si remunerandi, 6. §. rei turpis. l. salarium. 7. l. si vero. 12. §. si adolescens. l. si mandauero. 22. §. qui ædem. D. hoc tit. l. 25. tit. 12. part. 5. quẽadmodum neque pactum neque stipulatio quæ turpitudinem continet. l. iuris gentium. 7. §. si vt maleficium. D. de pactis. l. generaliter. 26. l. si flagitij. 223. D. de verb. l. 28. tit. 11. part. 5. etiã si iuramentum intercedat vt hic glossa nostra verb. *non est obligatorium*, scripsit, & latè post alios. Couar. in cap. quamuis pactum. 1. part. §. 6. nu. 6. & 2. par. in initio, ex regula ca. non est obligatorium, de regul. iuris. lib. 6. & diximus in §. quod turpi. 24. sup. de inutilib. stipu. quãuis ob crimen alicuius hortatu & iussu factum suaserem & eum qui fecit teneri dubium non sit, vt paulò superius diximus.

§. *Is qui exequitur. 4.*

1 *Mandati fines diligenter custodiendi sunt.*
2 *L. fin. §. fin. D. mandati.*
3 *L. fin. C. de neg. gestis.*

1 MAndatum † ita obeundum est, vt nihil amplius quam mãdatum est fiat, neque mandati fines excedantur, sed custodiantur quàm diligentissimè, idem deduces, ex l. 3. 4. & 5. l. rogatus. 33. l. potest. 41. l. si quis pro eod. 46. D. hoc tit.

2 Sed pro † dub. ratione obijcio difficilẽ tx. in l. fi. §. fi. D. eod. vbi mandatarius qui non seruauit formam mandati, actionẽ tamen habet, vt constat ibi: *& aliter egisset quàm quod ei mandatum esset, an actione mandati teneretur? respondi, teneri.*

3 Cui difficultati † vt satisfacias obserua, quãdo mandatũ specificã & determinatã formã habet, eius esse quàm diligẽtissimè fines custodiẽdos, vt ex nostro tex. & eius exẽplis deduces, quod si nõ fuerit forma rei gerendæ præscripta, sed fidei mandatarij negotiũ cõmissum, ex bono & æquo vtrimq; agendũ esse, quod si finis excedatur, mandatarius contrariam mandati actionem nõ habet pro eo quod excesit: in concurrenti verò quantitate actio non denegatur, ex Proculeianorũ sentẽtia, quã hic Iustinianus probat, quia in maiori summa minor inest. §. præterea, vbi diximus, supra de inutil. & quamuis controuerti soleat an saltem tunc actio negotiorũ gestorum oriatur cõtra dominum cuius negotium vtiliter gestum est, constat oriri, nisi specialiter à domino prohibitus eius negotiũ geram, iuxta tx. quẽ sic intelligo in l. fin. C. de negot. gest. Neq; obstat tex. in d. §. fin. quoniam etsi non specificè formam mandati adimpleuerit mandatarius, adimpleuit tamen per æquipollens, & constat nihil interesse quid ex æquipollentibus fiat, vt ibidem notat glossa communiter recepta.

§. *Recte quoque. 5.*

1 *Mandatum reuocatione finitur. & num. 4.*
2 *Obligationi semel constitutæ, aliquo ex contrahẽtibus inuito, non potest renuntiari.*
3 *Lite contestata res definit esse integra, & nu. 5.*
6 *Mandatum morte mandantis & mandatarij, finitur re integra, & nu. 8.*
7 *Obijciuntur plurima vtriusque iuris difficillima capita quæ contrarium probare videntur.*
8 *Mors omnia soluit.*
9 *Integram rem quando esse dicemus, vt mandatũ morte expiret.*
10 *L. si pater. 4. D. de manumiss. vind. & l. quæsitũ. 15. §. Iulianus. D. qui & à quibus, cõciliatæ.*
11 *L. fin. D. de solutionibus, & eius lectio animaduersa.*
12 *L. eius qui in prouincia. 41. versi. quas verò. D. si cert. petat. & l. si quis mancipijs. 17. §. si impubes. D. de institoria actione.*
13 *L. si defunctus. 15. D. de procuratoribus.*
14 *L. si ego. 9. §. si res alicui. D. de iure dotium.*
15 *L. si vero. 12. §. fin. D. Mandati.*
16 *L. fundi venditor. 35. §. item si amicus. D. de acquir. poss.*
17 *L. sed interim. 12. §. si vxor. D. de donat. inter virum.*
18 *L. illam. 33. C. de donationibus.*
19 *Cap. gratum, cap. relatum, de officio delegati.*
20 *Cap. legatos. 2. vers. Præsenti, de officio legati, lib. 6.*

QVamuis pluribus modis mandatum finiri soleat, duos tamen præcipuos quibus dissoluitur refert hic Iustinianus, docens & reuocatione, & alterutrius morte, vel mandantis, vel mandatarij finiri, de quibus sigillatim dicendum est.

1 Mandatum † igitur rectè contractũ si dum adhuc integra res sit reuocatum fuerit, euanescit, idem in l. si verò. 12. §. si mãdauero. D. hoc tit. l. si pater 3. C. eod. l. ante litem. 16. D. de procurat. l. si mandassem. 15. D. hoc tit.

2 Sed pro † dub. ratione sic argumentor, mandatũ cõtractus est qui solo cõsensu perficitur, tex. in princ. sup. de oblig. ex consensu, & diximus in rub. huius tit. sed obligationi semel cõsti tutę renũtiari nõ potest, aduersario nõcõsentiẽ te.

te.l.ſicut.5.C.de oblig.& actionibus:ergo mandatum reuocari non poteſt.

3 Secundò poſt litem † conteſtatam res deſinit eſſe integra,ex ratione d.l. ante litem, ſed poſt litem cõteſtatam procurator reuocari poteſt.l.poſt litem.17.D.de procur. ergò re non integra poterit mandatum reuocari.

4 Sed his non † obſtantibus dicendum eſt finita mandantis voluntate ſi adhuc integra res ſit mandatum extingui,neque obſtat contractum eſſe mandatum ſolo conſenſu perfectũ, quia non prius obligatio in mandante efficaciter cõſtituta eſt, quam impletum ſit mandatũ, vel ſaltem impleri cœptum, cœpitq; intereſſe eius qui mandatum ſuſcipit perfici quod mãdatum eſt.l.ſi procuratorem.8.§. mandati. D. hoc tit.vt rectè poſt gloſſam, hic verb.*euaneſcit*,interpretantur cõmuniter Doctores. Quãdo autem res integra dicatur vt mandatum poſſit reuocari dicemus in verſicul.ſequẽ.& explicat hic Mynſinger.nu.3.

5 Nec † magis obſtat tex.in d.l. poſt litem, quia Vlpia.ibi non probat poſſe re non integra mandatum generaliter reuocari, ſed cauſa prius cognita,quo caſu æquum eſt fieri reuocationem poſſe,quæ autem in cauſæ cognitione attendi debeant diſces ex eod. Vlpiano ibidẽ, & in legib.ſequent. & in l.filius fam. 8. §. fin. cum legib. ſequent. D. illo titu. de procur.& ita limitari debet noſter tex.hic in 1. par.

Verſic. *Item ſi adhuc integro.*

6 Finitur etiam mandatum re integra morte alterius vel mandantis vel mandatarij ſequuta: idem in l.inter cauſas.26.in princ. in l. ſi quis alicui.27.§.morte.D.hoc titu.l.mandatum. 15. C.eo.l. & quia.6.D.de iuriſdict.omn.iud.l.eius qui in prouincia.41.verſi.*nam & ſibi*. D.ſi cert. petatur.l.non ſolum.8.§.morte.D.de oper.no ui nunciat.l.quæſitum.15.§.Iulianus. D.qui & à quibus.l.fin.verſi.fi.D.de ſolutionib.cap.relatum.19.cap.licet vndiq;.30.de officio & poteſt.iud.deleg.cap.ſi delegatus.7.cap. fin.§.officium.eod.tit.lib. 6.& iure regio comprobat l.12.21.tit.4.l.33.titu.5. part. 3. vbi eleganter explicat Greg. Lopez & præter ordinarios, in dictis locis & alijs infra referendis maxime Iaſonem & Alciatum num.22. Zaſium.nu. 14. in d.l.eius qui.D.ſi cert.petatur,explicãt Bal. in Authent.ſi qua mulier.nu.14.de Sacroſ. Eccleſ.& in cap.cũ venſſent nu.2.de teſtib. Paulus,in l.ſi conſtante,columna. 3.D. ſoluto matrimonio.Fulgoſ.in l.ſi pecuniam.nu. 7. D.de condict caul.dat.Alex.in l.qui Romæ. §. Flauius.D.de verborum,Decius. conſilio 35. nu. 8.Dueñas,regula.88.Socinus,regul.254.Cuia. tract.8.ad Africanum,pag.67.Hippolytus ſingulari.44. Menchaca quæſtio. vſu frequent. cap. 15. & cap.22.Conanus,lib.7.cap.14. nu. 10.& nu.11.Petr. Greg. 3. part. ſyntagm. lib. 27.cap.5.nu.21.Menoch.de arbit.q.69.nu.25. Couar.lib.1.var.cap.14.nu.16.Ant.Gabr.3.to. commun.

7 Cæterum † pro dub.ratione contra noſtrã concluſionem,tot iuribus confirmatam & authoritatibus illuſtratam. Primò obijcio difficilem tex.in l.ſi pater.4.D. de manumiſſ. vindict.Secundò obſtat tex.in l.fin.D.de ſolutionibus.Tertio opponitur tex. in l. ſi quis mancipijs.17.§.ſi impubes.D.de inſtitoria, coniuncta.l.cuicunque.5.§.ſi ab alio,illo titu. Quartò repugnat tex.in l.ſi defunctus.15.D. de procuratoribus.Quintò aduerſatur text. in l. ſi ego. 9.§.ſi res alicui.D.de iure dot.Sextò extat ex diametro tex. in l. ſi verò.12.§. fin. cum l. ſequenti.D.mandati.Septimò contrarium probat text.in l.ſi fundi venditor.33.§.fi.D.de acquir.poſſeſ.Octauò pugnat tex. in l. ſed interim.12.§.ſi vxor.D.de donat.inter. Nonò contra nos eſt tex.in l.illam.C.de donati.Decimò regulam noſtri tex. euertit Pontifex. in cap. gratum.20.de officio deleg.Vltimò,poſt mortem durare mandatum probat tex.in cap. legatus.2.verſi.præſenti,de officio legati.lib. 6.ex quibus omnibus dubia nimis redditur noſtri tex.regula & ſententia.

8 Eis tamen † non obſtantibus dicendum eſt generaliter mandatum ſolui ſi adhuc integro negotio mors alterutrius interueniat,ideſt vel eius qui mandauerit, vel illius qui mandatum ſuſceperit, quia cum mandatum ex ſola voluntate contrahentium initium ſumat,vt ex his quæ diximus in Rubrica, ſupra hoc titulo conſtat, voluntas autem morte,vt reliqua omnia expiret. Authentico de nuptijs.§. deinceps.collatione.4.conſequens illud diſſolui,& ita poſt ordinarios hic & in locis ſupra relatis, reſoluit Sebaſt.Medicis,tractatu,mors omnia ſoluit.2.part.concluſione.64.Anto.Gabriel.3. tom.comm.titu.de procuratoribus concluſione.2. & alij quos retulit latè ſequutus Nicolaus Mozzius tractatu de mandato.§. quomodo annulletur mandatum. num. 19. cum ſequentibus.

9 Quia vero † Iuſtinianus hic & I.C.in præcitatis locis,rem integrã eſſe vt mandatum mãdatis morte expiret,requirunt, quãdo res integra ſit videamus,& ſanè ſi ad negotia mandatũ datũ ſit, dicetur res nõ integra cũ cœperit intereſſe vel madantis vel mandatarij d.l.ſi procuratorẽ.8.§.mãdati actio.D.h.tit.quod exẽplis hic Mynſing.declarat.n.3. in fi.Si verò ad lites exercẽdas cõſtitutus ſit procurator,eo caſu res deſinit eſſe integra per litis conteſtationẽ ſi actoris procurator ſit.l.ante litẽ.16. cũ ſequen.D.de procurat.l.nulla.C.eod.in procuratore autẽ rei ſatiſdationem attendimus. Quod ſi iuriſdictio alicui ſit demandata quamuis valde controuertatur, an litis conteſtatio ſit neceſſa-

cessaria, an verò sola citatio sufficiat? obtinuit tamen sufficere citationem vt iurisdictio non expiret, quod probat tex. in d. cap. gratum. 20. ibi: *propositio citationis edicto negotium sit quasi cœptum*, de officio deleg. l. 35. ibi: *ò alomenos por emplazamiento*. tit. 18. part. 3.

10 Quibus sic breuiter constitutis non obstant argumenta quæ in contrarium adduximus, & primò non obstat tex. in d. l. si pater. 4. D. de manumiss. vind. Cui ex diametro obstat tex. in d. l. quæsitum. 15. §. Iulianus. D. qui & à quibus. Sed varijs omissis opinionibus pro cõciliatione harum legum, & huius difficultatis explica tione dicendum est, mandatum fauore libertatis morte mandantis re integra non finiri, in d. l. si pater, quod ibi expressè profitetur. I. C. & omnes hic obseruarunt, neque obstat tex. in d. §. Iulianus, quoniam vt rectissimè animaduertit Menoch. lib. 1. de arbitr. quæst. 69. nu. 25. & 26. Iul. Paulus ibi non negat seruum liberum fieri, sed vindicta non esse liberum, quod planè conuinces si vno spiritu legas tex. vsque ad verb. *manumisit*, ita. *Iulianus ait si postea quàm filio permisit pater manumittere, filius, ignorans patrem decessisse, manumisit*: vbi terminatur oratio, sequensque illis verbis clauditur, *vindicta non fieri eum liberum*, atque ita in suo codice manuscripto punctuari testatur Menoch. d. nu. 25. Cur autem is seruus vindicta liber non efficiatur satis constat, quia inter viuos illa manumissio fit. §. multis supra de libertinis, & inde cum post mortem domini manumissio contingat seruo, in dict. §. Iulianus, & in dict. l. si pater testamento manumissus reputatur, non vindicta.

Secundò non † obstat tex. in d. l. fi. in prin.
11 D. de solutionib. quia do eo mandatũ ibi post mortem mandantis collatum fuisse vt ex litera constat, & ideo morte non expirat, cum voluntas expressa vltra protendatur, eiusque effe 16 ctus in tempus mortis excurrat, quo etiam modo intelliges tex. sexto loco supra in contrarium adductum, in d. l. si vero. 12. §. fin. cum lege sequenti. D. mandati. Neque tunc obstabit. 2. pars illius l. fin. vbi si cõmunem legendi modum retineas mandatum post mortem collatũ fuit, & tamen morte dissoluitur, quoniam cum eruditissimo Cuiacio, lib. 1. obseruat. cap. 38. ob seruo contextum illum ita legẽdum esse: *Ei autem cui iussi debitorem meum soluere, post mortem meam non recte soluitur, quia mandatum morte dissoluitur*. quo modo si legas satis sententiæ l. C.
12 ratio quadrat.

Tertiò non † obstat tex. in d. l. si quis mancipijs. 17. §. si impubes, & in d. l. cuicunq;. 5. §. si ab alio. D de institoria actione, quoniam cum Bart. n. 9. in d. l. eius qui in prouincia. D. si cert. pet. respondeo Institoris mandatum non censeri morte reuocatũ, quia generale est, & post administrationem inchoatam dicitur res non integra. Neque tunc obstat text. in d. l. eius qui
1 vers. *quas verò*, vbi seruus præpositus erat Kalendario, & sic negotiationi vniuersali, & tamen ait I. C. mandatum extinctum fuisse morte mandantis, quoniam rectè respondet Bart. d. num. 9. mandatum ibi extingui, nõ quia mãdantis mors interuenit, sed propter status serui mutationem, quæ reuocationem inducit, l. cũ quis. 38. in princ. D. de solutionibus, fuisse autem serui statum mutatum constat ex dict. l. eius qui in princ. ibi: *quo idem Stichus liber & ex parte heres erat scriptus*.

13 Quartò non † obstat tex. in d. l. si defunctus. 15. D. de procuratoribus, quoniam vt superius diximus ad rationem decidendi, in procuratore siue mandatario rei ad lites exercendas desinit res esse integra, præstita cautione iudicatum solui, quam si dominus sciente, & non contradicente procuratore præstiterit, etiam inuitum ad suscipiendum iudicium compellere poterit. l. filius familias. 10. §. fin. vbi notat Accurs. idem in d. l. si defunctus, verbo compellendus. D. de procuratoribus.

14 Quintò non † obstat tex. in d. l. si ego. 9. §. si res alicui. D. de iure dot. qui sanè tex. difficiles explicatus non habet, cum I. C. ibi in versiculo, *sed benignius* expresse doceat, quod etsi iuris rigore inspecto mandatum extingui deberet morte mandantis iuxta regulam nostri tx. benignius tamen est fauore dotium non extingui, necessitatemque imponi heredi consentire quod defunctus fecit, & ita post Bart. Bald. & alios, quos refert, resoluit Nicol. Mozzius vbi sup. nu. 20. Couar. lib. 1. var. c. 14. nu. 16.

15 Sextò non † obstat tex. in d. l. si verò. 12. §. fin. cum sequenti. D. mandati, quia vt suprà diximus, ad secundum, mandatum illud collatum fuit post mortem mandantis, ideoque ea interueniente non extinguitur.

Septimò non † obstat text. in d. l. fundi vẽditor. 33. §. item si amicus. D. de acquir. possessione, cui rectè respondet glos. verb. *constat*. in l. 2 §. sed si quis donatur?, quẽ ibi sequitur. Bar. D. de donationib. quoties quis mandat facere id ad quod ipse necessariò tenebatur, mandatum eius morte non extinguitur, cum etiam post mortem faciendi necessitas duret. vnde cum venditor vacuam possessionem tradere emptori debeat, si amico vt emptori traderet mandauit quamuis ante traditionem, & sic re integra decedat, mandatum nihilo magis extinguitur, quæ est elegans huius tex. & regulæ limitatio.

Octauo non † obstat tex. in d. l. sed inte-
17 rim. 12. §. si vxor. D. de don. inter, quoniam hic tex. si rectè perpendatur, nostram regulam confirmat, siquidem in eo casu discrimen constituitur, fuerit interpositus Titius à muliere an verò à marito cui donabatur, si ab vxore interpositus fuit, eaque defuncta tradidit mari-

marito obligauit se conditione cũ morte mulieris reuocatum fuerit mandatum, sin autem à marito sit interpositus, etiamsi mortua muliere ei tradat valet traditio, quia per traditionem à muliere Titio factam, qui mariti persona referebat, res desijt esse integra, atque ita non potuit extingui mandatum.

18 Nono non † obstat tex. in d.l. illam. 33. C. de donation. quoniam vt rectè respondet Bar. is tex. loquitur, in mandato in rem mandatarij. quod sane morte non expirat mandantis, post Bart. in d.l. 12. §. sed & si quis. D. de donat. recipiunt multi quos refert & sequitur Mozzius, vbi supra versi. *septimo fallit.*

19 Decimo non † obstat tex. in d. cap. gratũ, de officio deleg. quoniam varijs omissis opinionibus verissimum est mandantem ibi decessisse cœpto iam negotio, & re non integra, proposito quippe citationis edicto quo iurisdictio continuatur: Neque contrarium probat tex. in d. cap. relatum. vbi probari videtur id non sufficere, sed necessariam esse litis contestationem, quoniam ideò litis contestationis meminit ibi summus Pontifex, quia de facto fuerat lis contestata, non tamen negat citationem quoque idem etiam operari.

20 Vltimo non obstat tex. in d. cap. legatos. secundo versi. *præsenti.* de officio legati, li. 6. quoniam is tex. loquitur in legato à latere cuius iurisdictio etiam re integra moriente Papa non expirat, quia ordinariam iurisdictionem habet, dicturque legatus Sedis Apostolicæ, quæ cum nunquam finiatur, neque iurisdictio legati finiri potest, vt ibi resoluunt glossa, & communis, Mozzius vbi sup. d. nu. 20.

§. *Mandatum non suscipere.* 6.

1 *Mandatum non suscipere liberum est, susceptum nisi tempestiuè renuntiari non potest, & quando dicatur tempestiuè renuntiari. num.* 3.

1 MAndatum non suscipere cuilibet liberum est, semel autem susceptum nisi tempestiue renuntietur, aut iusta causa subsit cur non fuerit oportunè renuntiatum, mandati obligationem patit. Idem deduces ex l. si mandauero. 22. §. fi. l. si quis alicui. 27. §. qui suscepit mandatum. l. sane. 23. cum sequen. D. hoc titu. quæ leges huic collatæ, iustæ interpretationis loco esse possent.

2 Sed & † huic §. obijci potest illa dub. ratio quæ desumitur ex tex. in d. l. sicut. 5. C. de obligatio. & actio. l. in commodato. 17. §. sicut. D. comm. l. 29. titu. 4. part. 3. ex quibus constat, quod etsi initio voluntatis sit mandatum suscipere quemadmodum & cæteras alias obligationes inire, semel autem constitutæ obligationi non poterit renuntiari.

3 Sed facilis † est solutio, nam etsi omnes cõtractus nominati à principio ex contrahentiũ voluntate pendeant, & vbi iam obligatio contracta est, alter sine alterius voluntate discedere non possit, cæterum mandatum hoc speciale habet quod mandatarius, etiam suscepto mãdato, re existente integra, pœnitere potest & renuntiare, quemadmodum & mandans mandatum reuocare. §. rectè, in principio sup. eod. idque ea ratione, quoniam ex mandato tum demum datur actio post quam cœperit interesse, d. l. si procuratorem. 8. §. mandati actio. D. hoc titu. sed re integra mandantis nihil interest: ergò adhuc nulla actio competit, & per consequens locus est reuocationi & renuntiationi, quæ ratio in alijs contractibus cessat. Quod si suscepto negotio aliqua iusta causa subsit reuocandi vel renuntiandi, vel quæ intempestiuam renuntiationem, vel reuocationem excuset, admittẽda erit, ex d. §. qui suscepit, & d. l. sane, cũ similibus. quibus coniungi potest. l. si pecuniã. 6. in princ. D. de condict. caus. dat. Si verò cum tempestiuè renuntiare posset, omisit, mandati actione tenebitur ex dictis iuribus.

§. *Mandatum & in diem.* 7.

1 *Mandatum & in diem differri, & sub conditione contrahi potest, & sequenti.*

3 *Cap. actus legitimi, de reg. iuris, lib. 6. interpretatur ex l. actus. D. eod.*

1 MAndatum † & in diem differri, & sub conditione contrahi potest. Idem in l. 1. in l. si mandauero. 22. D. hoc titu.

Sed pro dub. ratione, sic argumentor: Mãdatum † actus est legitimus, legitimum enim illud dicitur, quod legibus vel inducitur vel confirmatur. l. legitima. 6. D. de pactis: sed actus legitimi, neque diem neque conditionẽ recipiũt, cap. actus. 50. de regul. iur. lib. 6. ergo.

3 Sed dicendum † est, decisionem. d. c. actus, interpretandam esse ex tex. in l. actus. 77. D. eod. neque enim omnes actus legitimi adiectione conditionis vel temporis vitiantur, sed iuxta communes interpretationes dicendum est, actus legitimos qui neq; diem neque conditionẽ recipiũt hos temporis vel conditionis adiectione vitiari: sunt autẽ plurimi actus qui & in diem & sub cõditione fieri possunt, inter quos mandatũ teste Iusti. hic & I. C. in locis relatis.

4 In diẽ † igitur contrahi mandatum potest, veluti si dictũ sit, fideiubeas vel soluas pro Titio ex illa die, d. l. si mãdauero, quã notat Bald. in l. post mortem colũna penultima, versi. *modo quæro.* C. de fideicommissis docẽs, volũtatem disponẽtis circa tẽpus, ad vnguẽ esse obseruandã, quã doctrinã extollunt & declarant Parisius, cons. 91. nu. 9. volu. 1. Decius, cons. 592. Bẽvenutus Stracca de mercatura titu. de mandato. num. 19. Potest † & ad diem mandatum contrahi, quod inter nummularios, siue bancariós, aut

campsores frequens est, vt si tibi mādauero vt vsque ad talem diē Titio soluas, vel pro eo fideiubeas, quo die elapso mandatum expirat, neque mandatarius agere poterit, etiam si per iudicem mandatum prorogetur, vt notat Ioā. Andr. in additionib. ad Speculatorē. tit. de procuratorib. §. ratione. colu. 3. Medicis. tractatu,
6 mors omnia soluit. 2. par. nu. 205. Sub † conditione mandatum fit quoties aliquid tibi mando sub aliqua conditione casuali mixta, vel potestatiua, qua deficiente, perinde est ac si mandatum non interuenisset, regula l. pecuniā. 36. D. si cert, petatur, obseruat Nata consilio. 388. volu. 2. Vantius, tractatu de nullitatibus. Tit. de nullitate ex defectu mandati. num. 100.

§. *In summa. 8. & finali.*

1 *Mandatum non nisi gratuitum esse potest, & numero. 3. & 4.*
2 *L. si remunerandi. 6. in principio. D. mandati.*
4 *Salariū quando promittitur, aliquando actio præscriptis verbis, aliquando locati, aliquando incerta ex stipulatu nascitur, & nu. sequenti.*

1 MAndatum † contrahi, nisi gratuitū nō potest: vbi igitur merces interuenerit, mandati depositiue actio non competit, sed locati, conductiue agendum est: idem in l. 1. D. hoc tit. l. si tibi. 24. D. de præscript. ver.
2 Sed primò † pro dub. ratione obijcio tex. in l. si remunerandi. 6. in princ, D. mandati, vbi etsi quid remunerandi gratia, mandatarius acceperit, nihilominus mandati cōpetit actio.
3 Secundò contra † nostrum tex. in fine ibi: *mandati competit actio*, obstat tex. in §. qua de causa primo sup. de locatione & conductione, vbi in simili casu non mandati sed præscriptis verbis agendum esse docuit Iustinianus.
4 Quibus † difficultatibus vt satisfacias & rē comprehendas sciendum est, mandatum, (quod & in Rubr. suprà obseruauimus) sua natura gratuitum esse, cum pendeat ex officio atque amicitia, cui contraria est merces d. l. 1. d. l. si tibi. Mercede igitur interueniēte sine qua facturus non erat mandatarius locatio est, ex eaque agitur text. hic: sed si vltrò & remunerandi gratia mandatario extra conuentionem quid offeratur, honestè id accipitur: neq; impedit mādati actionem. d. l. si remunerandi. d. l. si tibi in principio. Sin verò conuentum promissumq; salarium, sine certa tamen mercede super facto quod locari non solet, non actione mandati petetur, (est enim hoc mandato contrarium) sed aut ex stipulatu si stipulatio interuenit, aut ex alio contractu aliaque actione, putà præscriptis verbis, vel extra ordinem agetur, l. 1. in fi. C. mandati, l. salarium. 7. D. eod. Quod si in genere & in certa pollicitatione de salario sit conuentum, verbi gratia, si feceris, experieris apud non ingratum reposuisse operam, vel omnino conuentum non sit, verius est in hoc scilicet gratuiti mandati contractu, similibusque nihil peti posse. l. salarium. 17. C. hoc titul. l. qui mutuam. 56. §. salarium, in fin. D. eod. nisi extra ordinem ab ijs qui accipere alioqui solent, vt sunt aduocati & procuratores ad litem. dict. l. salarium. 17. D. hoc. titu. dict. l. 1. in fin. C. eod. l. 1. C. de suffragio. l. 1. §. in honorarijs. D. de varijs & extraor. cognit. Aut nisi alicui mandata sit res, quæ locari solet, vt si sarcinatori vestimenta sarcienda tradantur, sine mercede conuenta, eo tamen animo vt postea merces exsoluatur, nam actio præscriptis verbis competet. text. in d. §. qua de causa, & in d. l. si tibi. ad fin. D. de præscript. verb. Quibus accedit finis & interpretationi huius tituli, nostroque instituto & ab Academia iniuncto mandato, quod hactenus non præstiterunt alij.

TITVLVS XXVIII.

De obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur.

IN RVBRICAM.

Et principium tituli.

1 *Coniunctio tituli.*
2 *Quasi contractus definitio. & nu. 4.*
3 *Quasi contractus, & contractus differentia præcipua.*
5 *Argumētum à sufficienti partium enumeratione firmum.*

1 CONIVNCTIO huius tituli, quum ab eodem Imperatore Iustiniano statim in fronte proponatur ibi, *Post genera contractuum enumerata, despiciamus etiam de his obligationibus, quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur: sed tamen quia nō ex maleficio substantiam capiūt, quasi ex contractu nasci videntur*, nimis in ea immorari non oportet, maximè si memineris diuisionis, quam idem præstitit in §. sequens. supra, de obligationib. quo loci, & nos cum eo diximus, obligationes omnes quotquot sunt, aut ex contractu nasci, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut quasi maleficio, cumque illas quæ ex contractu nascuntur, idem ipse Imp. vel re, vel verbis, vel literis, vel consensu contrahi eodem in §. docuerit, & de eis huc vsque latè luculenterque actum sit, rerum series & ordo iam, vt de obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur, agere-

ex

2 expostulabat. † Est *quasi contractus tacita conuentio per quam obligatio iuris præsumptione, inter ignorantes, aut inuitos contrahitur.*

3 † Hæc ergo potissima inter contractus & quasi contractus differentia, quod contractus nō nisi inter scientes, & consentientes, & volentes fiunt. l. 1. §. adeo. D. de pactis. vnde volūtariorum illis nomen. l. vsufructu. 4. ibi: *sine ex voluntario contractu.* C. de vsufructu. conducit text. in l. sicut. 5. C. de oblig. & actionib. l. in cō modato. 17. §. sicut. D. commodati. at quasi contractus inter ignorantes & inuitos, vt ex exēplis, Negotiorum gestorum, Tutelæ, Communionis rerum, Aditæ hereditatis, & Indebiti, quæ Iustin. sequentibus. §§. proponit, & alijs quæ hic adijciunt interpretes, deprehenditur.

4 Dicitur autem quasi contractus † *tacita conuentio*, loco generis, quia non omnis tacita conuentio est quasi contractus, innumeræ enim sunt tacitæ conuentiones, quæ quasi contractus non sunt, sed veri contractus, qui iuris præsumptione fieri intelliguntur, nam in omnibus contractibus quod tacite inter contrahentes agitur pro expresso habetur. l. cum quid. 3. D. de rebus cred. ita societas quædam tacita est, veluti cum duorum bina voluntate ipsorū consulta sunt. l. adeo. 7. §. voluntas. D. de acquir. rerum dom. §. si duorum (vbi diximus) supra de rerum diuisione. Mandatum tacitum est, cū quis pro se fideiubere patitur. l. qui patitur. 18. D. mandati. Locatio & conductio tacitè contrahitur cum post tempus primæ locationis exactum conductor manet. l. item quæritur. 13. §. vltimo. D. locati. & alia plura exempla deprehendes ex l. item quia. 4. D. de pactis, & toto tit. D. in quib. causis pignus vel hypotheca tacite contrahat. Præterea dicitur *tacite conuentio*, quia nūquam fit tractatu habito, & expressa voluntate, sed præsumptione & intellectu iuris, vt latius infrà apparebit.

5 Ex hoc † autem nostro tex. ibi: *Sed quia nō ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.* coniuncto d. §. sequēs, ibi: *aut ex contractu sunt, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio* (supplendus enim est Iustinianus hic, ex illo tex.) deducūt omnes argumentum à sufficienti partium enumeratione, quod per aliquos vocatur à diuisione, & per alios ab inductione, validissimum esse, in quam etiam sententiam vulgo adducitur tex. in l. patre furioso. 8. vbi lato sermone omnes scribunt. D. de his qui sunt sui vel alieni iuris. prosequitur Marcus Tullius in Topicis. §. 3. (iuxta Velleij partitionem) Quintilianus lib. 5. cap. 10. Aristoteles lib. 2. Topicorum. Agellius lib. 2. noctī Attic. cap. 7. & lib. 5. cap. 11. & lib. 6. cap. 3. plures alij quos nominatim recensēt Petrus Vellcius. d. §. 3. nu. 1. & copiose rem tractans Euerardus in Topicis legalibus loco. 96.

Nec Iustiniani partitioni, siue diuisioni obstat Gaij notus ille locus, l. 1. ibi: *aut proprio quodam iure ex variis causarum figuris.* D. de oblig. & actionib. & alius eiusdem Iusti. in §. omnia. ibi: *& alijs quibusdam modis.* inf. de actionib. sunt enim accipienda iuxta eam interpretationem, quam latè suprà scripsimus in d. §. sequēs. quæ ideo iterum hic non inculcatur.

§. *Igitur cum quis.* 1.

1 *Negotium absentis qui sine mandato sua sponte gerit domino obligatur, viciſsimq; dominum sibi obligat. & ex nu. 12.*

2 *Immiscere se rei ad se non pertinenti culpa est, & num. 37.*

3 *Negotiorum gestorum actio habet locum etiam si quis præsentis negotia gerat. & nu. 39.*

4 *Nomina rebus conuenire debent.*

5 *Actiones vltro citroque obligatoriæ nascuntur ex contractu, & ex quasi contractu. nu. 43.*

6 *Negotiorum gestorum actio nascitur etiam præcedente mandato, vt nu. 46. & sequentibus.*

7 *Negotiorum gestor impensas sæpe non recuperat. & nu. 50. & seq.*

8 *Negotiorum gestor impensas recuperat, etsi negotia inutiliter gesta sint. & nu. 54.*

9 *Negotia pupilli qui gessit cum, quatenus locupletior est gestione factus obligat, non vltro, & num. 57.*

10 *Negotiorum gestorum actio nascitur quoties domini negotiorum contemplatione gesta sunt. & num. 58.*

11 *Negotiorum gestor de culpa leuissima tenetur, & num. 60.*

13 *Negotiorum gestorum actio quare inducta.*

14 *Negotiorum gestorum actio duplex. Directa, & Contraria, & cui Directa, cui Contraria detur. & nu. 21. & nu. 23.*

15 *Actiones Directæ, & Contrariæ sæpe ex contractibus oriuntur, & latè nu. seq.*

16 *Actio Directa vtrinque nascitur quando vterque ex contrahentibus principaliter ab initio obligatur.*

17 *Actio contraria nascitur, & cōceditur ei qui ab initio principaliter non obligatur.*

18 *Rubricæ, D. commodati, Depositi, Mandati. D. de contraria tutelæ & vtili actione. & C. eodem.*

19 *Actionis Contrariæ opponuntur Directis, & Principalibus.*

20 *Actiones Contrariæ quare sic dictæ.*

22 *L. sin autem. 20. D. de neg. gestis.*

23 *Negotiorum gestorum actione Directa quid dominus à gestore consequatur.*

24 *Negotiorum gestor quomodo rationem reddere debet.*

25 *Librum rationum plures ex necessitate habere debent.*

26 *Negotiorum gestorum actione contraria quid gestor à domino consequatur.*

27 *L. actio. 49. D. de neg. gestis. exornatur, & late exponitur. num. seq.*

28 *Negotiorum gestorum actio vtilis ex Accursij sententia quæ eius tamen opinio reprehenditur. num. 29. & vera proponitur. num. 30.*

30 *Actiones Directæ, siue Constitutæ, quæ olim legis actiones dicebantur.*

31 *Actiones vtiles quæ ex benignitate, vel interpretatione prodierunt quæ essent.*

32 Vtilitas *in libris nostris, idest, æquitas.*

33 *Negotiorum gestorum actio directa quæ, & quæ vtilis, & eius rei exemplum. nu. 41.*

34 *Iudicia alia Ordinaria, alia Extraordinaria.*

36 *Negotiorum gestorum iudicia Extraordinaria.*

37 *Negotia aliena gerens qua ratione rem ad se pertinentem gerere videatur.*

38 *L. fin. C. de neg. gestis.*
Negotiorum gestor prohibitus, an impensas recuperare possit.

39 *L. Si remunerandi. 6. §. si passus. D. mandat.*

40 *L. Curatorem. 6. C. de neg. gestis.*

42 *Negotiorum gestorum actio datur, etsi vnum tantum negotium gestum sit.*

44 Quasi contractus *improprie* contractus, *vnde contrahere prohibitus poterit quasi contrahere. num. 45.*

45 *Vxor quæ sine mariti licentia contrahere nõ potest, potest quasi contrahere. Sed iure Hispano vtrumque ei denegatur.*

46 *L. 3. §. fin. D. de neg. gest. l. si mandatum. 14. C. eod. titu.*

48 *L. At qui natura. 20. §. Si libero homini. D. de neg. gest.*

49 *L. is qui commodatum. 13. §. si libero homini. D. commodati.*

50 *Negotiorum gestorum actio denegatur quando quis non eo animo vt dominum obligares negotia gesit, quod exemplis sequentibus num. ostẽditur.*

52 *L. fin. D. de neg. gestis.*

53 *L. si pupilli. 6. §. sed & si quis. D. de neg. gestis.*

54 *Negotium vtiliter cæptum sufficit, vt actio negotiorum gestorum detur.*

55 *Vtilitas ex cuius opinione æstimanda in actione negotiorum gestorum.*

56 *L. quod si seruus. 3. §. & regulariter. l. si pro parte. 10. §. versum. D. de in rem verso.*
Actio de in rem verso quare inducta.

58 *L. si pupilli. 6. § sed & si quis. D. de neg. gestis.*
Negotiorum gestorum actio denegatur si sui contemplatione negotia quis gerat.

59 *Negotiorum gestorum actio denegatur ei qui domino insolita negotia gerit.*

60 *Negotiorum gestor quando de dolo, culpa leui, vel leuissima teneatur.*

ECce primum exemplum & speciem in qua ex quasi contractu obligationem nascitur iure ciuili probatum est.

1 † Si quis negotium absentis sua sponte ac sine mandato gesserit, ita obligatur vt etiam leuissimam quoque culpam præstet, viciſsimque dominum etiam ignorantem ex bono & æquo astringat. idem deduces ex l. 1. 2. 3. & sequentibus. D. de neg. gestis. l. ex maleficijs. 4. §. si quis absentis. D. de oblig. & actionib. l. 1. & toto titu. C. de neg. gestis. consonat l. 26. cum sequentibus. titu. 12. part. 5. explicant præter ordinarios ij, qui à nobis paulò inferius recensendi sunt.

2 Sed primò † pro dubitandi ratione sic argumentor: Rei ad se non pertinenti se immiscere culpa est. l. culpa. 36. D. de reg. iur. cap. nõ est. 19. eod. titu. lib. 6. in eleganti casu Felinus consilio. 15. vbi ex facto consultus lepidè respondet, rusticum de culpa teneri qui falconi alterius carnes falsas comedẽdas porrexerat, moriq́ue fecerat, aut certe mortis occasionem præstiterat, eo quòd rei quam non intellexerat minime debuerat se immiscuisse, obseruat etiam Tiraquel. in tract. de Nobilitate. cap. 27. in fine. Sed cura rei alienæ ad nos non pertinet, cũ ea tantum ad nos pertinere dicantur quæ vel ratione dominij, possessionis, pignoris, vsus, siue administrationis ad nos spectant, notat Petrus Pekius in dict. cap. non est. num. 2. ergo qui aliena negotia gerit ex culpa, non ex contractu, aut quasi contractu tenetur, vt Iustinianus hic docet.

3 Secundò † contra tex. ibi: *igitur cum quis negotia absentis.* quibus verbis, item & iuribus suprà adductis, probatur negotiorum gestorũ actionem tunc demum nasci cum absentis negotia gesta sint, sic argumentor: Nascitur negotiorum gestorum actio, & si quis præsentis, dũtamen, ignorantis negotia gerat. l. soluendo. 41. D. de neg. gestis. l. solutionem. 23. l. si prome. 40. l. soluere. 53. D. de solutionib. expressius docet id tex. in l. qui seruum meum. 43. D. de neg. gestis. notat Accurs. in l. 1. verb. *absentium.* & in d. l. soluendo. verb. *liberat.* D. de negot. gestis. quem communiter omnes sequuntur: ergo contra Iustin. hic.

Tertiò contra text. ibi: *negotiorum gestorum.* sic argumentor: Nomina † rebus conuenire debent. §. est & aliud. ibi: *& consequentia nomina rebus esse studentes,* suprà de donationibus, vbi notauimus. Sed contingit sæpè non plura, sed vnum negotium obsentis geri, ergo tunc non negotiorum gestorum, sed negotij gesti dabitur.

Quartò contra text. ibi: *vltrò citroque.* &c. quibus verbis Iustinian. probat actionem mutuã & reciprocã vltrò citròq́, nasci negotijs absentis gestis, sic argumẽtor: Actiones † vltrò citroque obligatoriæ tunc nascuntur cum contractus aliquis præcesserit. l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verbo. significatione, sed quoties quis absentis negotia gerit nullus præcedit

dit contractus, vt in princ. huius ti. & in hoc §. docet Iust ex l. C. in locis sup. in initio allegatis, ergo vltrò citroque obligatio nasci non potuit.

Quintò † contra tex. ibi. *sine mandato*. sic 6 argumentor: Etiamsi mandatum præcedat mutua & reciproca negotiorum gestorum actio, ideſt directa & contraria nascitur. l. ait Prætor. 3. §. fin. l. atqui natura. 20. §. si libero homini. D. de nego. gest. l. si mandatum. 14. C. eod. ergo contra nostrum tx.

Sextò † contra nostrum tx. in versi. *sicut au-* 7 *tem*. vbi Iust. probat, eum qui absentis negotia gesit recuperare posse quod in eius negotijs impendit, obijcio tex. in l. officio. 5. in l. quod in vxorem. 13. in l. si paterno. 15. & in l. fin. C. de negot. gestis, in quibus diuersæ proponuntur species, in quibus quod absentis in negotijs impensum est, neque hac, nec alia actione exigi potest.

Septimò † contra tx. ibi: *Is qui vtiliter gesit* 8 *negotia dominum habet obligatum*, sic argumentor: Etiamsi inutiliter negotia gesta sint actio negotiorum gestorum locum habet. l. sed an vltro. 11. §. 1. D. de neg. gest. ergo contra nostrum textum.

Octauò † contra tex. ibi: *dominum habet obli-* 9 *gatum*. obijcio. l. si pupilli. 6. in princ. D. de negot. gestis. vbi qui pupilli negotia gesit, etiam si vtiliter, eum nisi quatenus locupletior factus est, obligatum non habet.

Nonò † contra eadem verba obijcio eandē 10 l. si pupilli. 6. §. sed & si quis negotia mea gesit. D. de negot. gestis, quo in loco similiter actionem negotiorum gestorum cessare quoties quis mea negotia, sui tamen contemplatione gesit probatum est. Accedit l. si negotia absentis. 12. D. de neg. gestis. etiāsi domini contemplatione negotium fiat, nihilominus tamen negotiorum gestorum actio gestori denegatur. Quemadmodum & in l. negotiū. 22. C. illo tit. si pactum præcedat. & culpa præcedente in l. siue hereditaria. 23. D. de neg. gestis.

Vltimò † contra tex. ibi: *ad exactissimam quis-* 11 *que diligentiam compellitur reddere rationem*. sic argumentor: Exactissimam diligentiam non adhibere leuissima culpa est, latè diximus in §. item is cui. num. 66. sup. quib. mod. re contrah. oblig. Sed negotiorum gestor de dolo tātummodo tenetur. l. ait Prætor. 3. §. interdum. D. de neg. gestis: ergo contra nostrum tex.

Verum † argumentis his non obstantibus, 12 quorum disputatio explicationem totius fere de negotijs gestis tractatus præstabit, verissima est conclusio quam ex nostro hoc §. sup. desumpsimus. Pro cuius, & totius rei explicatione obseruandum est, quod si aliquis interueniente mandato aliena negotia gesserit, mandati ei actio competit. l. 1. & toto ti. D. Mandati, diximus in rub. & toto ti. sup. de mandato. si vero mandatum non interceſserit negotiorum gestorum. l. 1. & toto t. D. de negotijs gestis. l. 26. cum sequentibus. d. ti. 12. par. 5. explicant hic, & in ordinarijs locis classici, Vvesembek. in paratitlis. D. eod. Ludo. Vitalis lib. 1. variar. lectionum. c. 10. Pet. Greg. 3. p. Syntagm. t. 29. c. 1. & cap. 2. omnes in §. Actionum. versi. 13 *negotiorum gestorum*. inf. de actio. idque † summa cum ratione factum esse, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscūtur, quasi statim redituri, nec ob id vlli curam negotiorū suorum mandant, deinde nouis causis interuenientibus ex necessitate diutius absunt quorū negotia disperire iniquum erat, quę sanè dispe rirent, si vel is qui obtulisset se negotijs gerendis nullam habiturus esset actionē de eo quod vtiliter de suo impendisset, vel is cuius gesta essent aduersus eum qui inuasisset negotia eius nullo iure agere posset, vti recte I. C. in l. 1. & sequentibus. D. de neg. gest. & in l. ex maleficijs. 4. §. si quis absentis. D. de oblig. & action. à quibus orta est d. l. 26. t. 12. p. 5. considerarunt. 14 Duplex † autem est negotiorum gestorum actio, quæ hoc casu nascitur, vt eadem iura, & noster quoque tx. docet. Altera directa; altera contraria. Directa est quæ negotiorum domino datur, Contraria quæ negotiorum gestori. 15 Pro cuius rei explicatione † obseruabis ex omnibus contractibus vltrò citroque obligatorijs duplicem semper oriri actionem, & aliquando vtramque directam esse, aliquando vnam directam, aliam contrariam. §. ex quibusdam. inf. de pœna temere litigant. In explicanda autem doctrina, quando vtraque sit directa, vel vna contraria, torquentur interpretes omnes, & receptior est Accur. sententia, verbo. *consentire*. in l. 2. D. de oblig. & actio. quam sequuntur & explicant ibi Bartolus, & reliqui, idem Bart. in l. in commodato. 17. §. contraria. D. commodati. Aretin. in §. fi. sup. de societate. Sed eam reprehēdit Bolognetus in l. in actionibus. n. 44. D. de in lit. iur. Aliam doctrinam tradit Coras. lib. 6. miscell. cap. 6.

16 Quibus † tamen omnibus omissis dicendum est, quod vbi ex contractu, vel quasi contractu vterque contrahens principaliter obligatur, vtraq; actio est directa, vt in emptione & vēditione, locatione, & cōductione, societate. d. §. ex quibusdā, & d. §. fi. vbi gl. sup. de societate. Quod si † ex cōtractu, vel quasi cōtractu, 17 vnus à princip. principaliter obligetur, alter verò non æquè principaliter, sed secundariò, tunc actio vna est directa, & altera contraria; directa datur ei qui principale ius habet ex contractu, vel ex quasi contractu; contraria vero ei qui principaliter obligatus non est aduersus eum qui eundem obligatum habet: vt patet in Commodato, Depositō, Pignore, Mādato, Tutela. Nam qui cōmodat, deponit, mandat, pignus dedit, vel is cuius tutela gesta est,

quia principale ius habet ex cõtractu, vel quasi, habet quoque directas actiones: sed qui commodatum, mandatum, depositum suscepit, vel pignus recepit, vel tutelam administrauit habet contrarias actiones, vt cõsequatur id quod de suo impendit, vel propter contractum amisit. l. in commodato. 17. §. fi. l. in rebus. 18. §. possunt, & §. penul. & fi. D. commodati. l. ei apud quem. 5. D. depositi. l. si verò. 12. §. contrario. D. mandati. l. 1. l. si necessarias. 8. l. tutor. 16. §. 1. D. de pig. act. l. 1. 2. & 3. D. de contraria tutelæ & vtili actione. §. tutores. inf. cod.

18 Ex quibus † iam planè intelliges verba Rubricæ D. commodati, vel contra. Depositi vel contrà. Mandati vel contrà. De contraria tutela & vtili actione, & Cod. de contrario iudicio tutelæ. sub illis enim verbis, *vel contra*, signifi-

19 catur actio contraria. Vnde † etiam *contrariæ* actiones opponuntur *principalibus*, ideſt, *directis*. l. in commodato. 17. D. commodati, quasi ea quæ directa est principaliter oriatur ex cõtractu; contraria vero non item; ita explicuit Faber in §. fi. sup. de societate, Minsyng. in §. itẽ is cui num. 10. sup. quib. mod. re contrah. obligatio. Loriotus de apicibus iuris, tractat. de actionibus. axiomat. 7. Mercerius lib. 1. opinionum. c. 13. Hotom. Baldui. & Cuiac. hic.

20 Ex qua † obseruatione intelliges quare hæ actiones, quæ Cõmodatario, Depositario, Negotiorum gestori competunt, vt sibi de indemnitate cõsulatur, iuxta l. ei qui. 5. D. depositi. l. furti. 6. §. fi. D. de his qui notant. infam. appellentur contrariæ, id enim ex eo fit, quod Prætor olim actionum formulas in albo descriptas habebat. l. 1. C. de interdictis. l. 1. §. eum quoq;. D. de edendo. accomodatas tamen ad controuersias quæ plurimum in vsu erant (plura enim sunt negotia quàm vocabula. l. 4. D. de præscr. verbis.) veluti deponentis contra depositarium, commodantis contra commodatarium, &c. actiones autem aduersus illos, hoc est aduersus deponentem, vel commodantem, quia raro cũ illis agi contingebat descriptæ non erant, & inde cum dandæ essent actiones, eædem illæ formulæ datæ sunt, quæ quia ad contrariam partem accommodabantur, contrariæ dictæ sunt.

21 Quibus † sic obseruatis, ex nostri tex. verbis ibi: *sed domino quidem rei gestæ aduersus eum qui gessit directa competit actio, negotiorum autem gestori contraria*, colligitur, cum cuius negotia gesta sunt aduersus gestorem habere directam negotiorum gestorum actionem; gestorem autem contra dominum habere contrariam, quia videlicet dominus principaliter ex hoc quasi contractu habet obligatum gestorem, ideòque directa actione experitur, gestor autem ex accidenti, quia aliquid de suo impendit dominum negotiorum obligat, atque ideo contrariam actionem habet.

22 Sed † his omnibus, & nostro textui obstat Vlp. in l. fin autẽ. 20. D. de neg. gestis, vbi probari videtur gestori directam actionem competere. Sed omissa interpretatione Ludou. Vitalis lib. 1. variar. cap. 13. n. 2. existimantis actionem contrariam ibi appellari directam, pro vt opponitur vtili, iuxta doctrinã l. C. in hactio. 47. D. de neg. gest. (de qua mox) respondendũ est, consonum Vlp. esse eo loci nostræ resolutioni, nam directa actio competit successori domini, contraria in successorem. Atque ita contraria datur gestori, & directa in gestorem, ita enim litera ordinanda est, directa competit successori, & contraria competit aduersus successorem.

23 Competit † autem directa actio ad hoc vt cogatur gestor rationem reddere suæ administrationis, & ratione reddita condemnetur in id, quod non vt oportuit gesserit, & in id quod ex tali gestione retinet, & ad vsuras reliquæ pecuniæ. l. 2. l. qui aliena. 32. D. de neg. gestis, notat Cuiac. lib. 11. obseruatio. cap. 9. Gundis. de Paz in praxi. 3. to. c. 6. §. 4. n. 4.

24 Quomodo † autem gestor tenetur rationẽ reddere dubitatur; & principio tenetur librũ exhibere, in quo omnes rationes suæ administrationis scriptæ sint; quicumque enim † rem alterius administrauerit in qua sit acceptum &

25 expẽsum, codicem habere debet qui vtrumq; cõtineat, docet Barin. l. 2. Ioan. Garcia. tract. de expensis. c. 20. n. 22. & in tutore probat tx. in l. 1. §. officio, & §. de rationibus. D. de tutelæ & rationibus distrah. & in curatore. l. aduersus. l. rationes. C. de administ. tutor. & in executore testamenti. l. nulli. C. de Episcop. & cleric. c. tua nobis. c. Ioannes, de testamentis. in procuratore. l. qui proprio. §. procurator. D. de procuratoribus in hospitalarijs. l. Orphanotrophij in 1. C. de Episcop. & clericis. Clem. 2. §. vt autem, de religiosis domibus. Qui expensarum Codex debet clarè, & distinctè, & sigillatim singulas expensas continere. l. cum seruus. 81. l. qui sub conditione. 110. D. de cond. & demõst. l. vbi pure. 31. D. de fideicommiss. libert. Ioan. Garcia. d. c. 20. nu. 23. & præterea probare debet omnia capitula esse vera. d. l. qui sub conditione: & probatio qualiter facienda sit, docet ex alijs idem Ioan. Garcia. d. n. 23. cum seq.

26 Contraria autem negotiorum gestorũ actio datur gestori, vt sic ei dominus præstet id quod vtiliter, vel necessariò in rebus gestis impẽdit, nõ autem id quod voluntarie expensum est. l. sed an vltro. 11. §. 1. l. si quis. 20. l. ex duobus. 27. l. quæ vtiliter. 45. D. de neg. gestis, & vsuras. l. ob negotium. 18. C. eod. & etiam ad hoc, vt liberetur ab obligatione pro domino negotiorũ susceptã, & indemnitas rerum gestarum sibi præstetur. l. si quis mandato. 18. D. de neg. gest. l. 2. C. de sent. quæ sine certa quant.

27 Verum † cum præter duas has actiones, aliam

aliam quoque ex hoc contractu nasci dixerit I.C. in l.actio.49.D.de neg.gestis,scilicet, *vtilem*, eam vt explicemus, antequam hinc abeamus oportet, quam rem præter Bart. & reliquos illius loci interpretes prosequuntur Gerardus singulari 29. Craueta in repetitione l. cum filio.num. 119. D. de legat. 1. Cuiac.lib. 15.obseruat.c.11.& tractat.8.ad Africanum ad l.fi.D.de neg.gestis.Forcatul.dialogo.63.n.1. Rœuardus de authorit.prudent.cap. 3. Costanus quæstionum iuris c.10.n.6. qui omnes, & reliqui illius loci interpretes anxiè torquentur inuestigantes quæ dicatur actio negotiorum gestorum *vtilis* & *directa*, quaque ratione dixerit Iulius Paulus ibi inter vtramque actionẽ nihil interesse, & quæ dicantur extraordinaria iudicia in quibus formularum conceptio non obseruatur, verba Iulij Pauli hæc sunt. *Actio negotiorum gestorum illi datur cuius interest hoc iudicio experiri, Nec refert directa quis an vtili actione agat, vel conueniatur, quia in extraordinarijs iudicijs vbi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est, maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis est, eundemque habet effectum.* In ea † tamen quæstione frequentius placuit Accur.sententia existimãtis actionem *directam* esse quæ ex verbis & sententia legis nascitur, *vtilem* quæ nascitur ex mente legis dumtaxat, non ex verbis; quam opinionem ab Accur.in d.l.actio.glos.1.scriptam. & in l.si id quod.verbo *Sententia*.D.de iurisd.omn.iud. in l.curatoris.glos. 2. C. de neg. gest. & alijs multis in locis, receptam testatur Corasius in l.ei qui pignori.num.27. D.de seruitutib. Nicolitius in repetitione Rubricæ.num. 184.D. de oper. noui nunciatione. Ludou. Gomez in §.item Seruiana.nu.4.inf.de actio. Vnde actio negotiorum gestorum *directa* dicitur, quæ cõpetit vbi quis sua sponte negotia aliena gerit. l.1.D.de neg. gestis,cum similibus,quia ea ex verbis & mente legis nascitur: *vtilis est*, quę nascitur ex mente legis, vbi quis ex necessitate, aut necessitatis suspicione aliena negotia gerit. l.3.§.hac actione.D.de neg.gestis.d. l. curatotis. inter quas actiones nihil interest cum in extraordinarijs iudicijs formularum conceptio non obseruetur.

Verum † licèt hæc sententia & opinio multis placuerit, nõ tamen placuit doctissimo præceptori nostro egregio viro & inter huius nostræ tempestatis Iurisconsultos celeberrimo Doctori Ioanni de Leon apud nostros Salmanticenses Iuris Cæsarei vespertino Antecessori, qui in priuatis scriptis quæ nobis sub sua disciplina excipientibus ad l. Pomponius. 11. D.de neg. gestis, dictabat, sequentibus argumentis eam falsam esse conuincebat. Primò quia cum illud dicatur in verbis legis esse quod est in mẽte.l.Prætor.20.§.interdictum.D.de oper. noui nunciatione.l.nominis.6.§.verbũ.D.de ver. significat. *verbum* (inquit Vlp.) *ex legibus sic accipiendum est, tam ex legũ sententia quàm ex verbis*. actio quæ descendit ex mente legis *directa* dicitur, potiùs quàm *vtilis*. Deinde quia cum lex duabus partibus constet, scripto & sententia.l.scire leges.17.D.de legibus.cap.præterea de verb.significat.& ex his sentẽtia potior sit, l.non dubium.5.C.de legibus.actio quæ nascitur ex sententia legis potiùs *directa* quàm vtilis appellabitur. Vlteriùs interdictũ *vti possidetis*, de ędibus tantum loquitur non de fundo. l.1.in princ.D.vti possidetis,& tamẽn pro fundo ex sententia legis redditur interdictum directum.l.1.vbi notarunt omnes. C. vti possidetis.Præterea verba Edicti de negotijs gestis generalia sunt.l.3. in princ. D.de neg.gestis. nec magis ad negotium gestum sponte, quàm necessitate cogente referuntur, ergo non est cur vna potiùs actio *directa*, quàm alia dicatur. Vltimo, quia inter has actiones nullum esse discrimen profitetur Iulius Paulus in d.l.actio, & tamen certum est plurimum interesse an sponte vel necessitate cogente gerat quis aliena negotia, cum primò casu de gestis tantum teneatur, posteriore etiam de gerendis.l.3. §.interdum, D.de neg.gestis.l.tutores.§.curator. versic.*qui se*.& §. tutor. D.de administ.tut.l. tutori.C.de neg.gest.

Ergo reiecta † Accur.communi opinione, dicendum est, ex legibus.12. Tabul. *legis actiones* à Pontificibus fuisse compositas, & post aliquod tempus in ordinem fuisse redactas, cũ his quas Sextus AElius composuit, ex quo tẽpore *directæ* siue *constitutæ* dici cœperunt, quæ antea *legis actiones* dicebantur.l.2. §.deinde. D. de orig. iuris, quæ actiones ei tantum speciei accomodari poterant quæ ad legem pertineret; quod † si aliquis casus eueniret ad quem lex non pertineret, ratio tamen postularet, vt eadem actio concederetur, tunc ad exemplum *directæ* vel *constitutæ* actionis, *vtilis* actio à iure ciuili vel Prætorio concedebatur, vel ex iuris benignitate, vel ex interpretatione, ex *benignitate*, vt in l.postquam,& sequen. C. de hereditate, vel actione vendita in.l.1.C.de obligat.& act.l.1.l.quoties.3.C.de donat. quæ sub mod. l.sicut proponis.§.æquissimum. C. de rei vindi.l.vxor.in fi.D.de donation. inter vir.l. 1.§. qui in perpetuum.D.si ager vectigalis: ex *interpretatione* vt in l.1. iuncta.l.hæc actio.4.D.si quadrup.paup. fe.dic.l. 1.l. si vero. §.Seruius. D.de his qui deiecerunt.l. 1.§.si quis.in fin.D. de vi & vi armata.l.3.§.fin. D.de alienat.iudicij.l.etiam.§.si quis sciens.D.de petitione hereditat. *Vtiles* autem dicũtur quia ex æquitate proficiscũtur, nam † *vtilitas* in libris nostris æquitatem & ius gentium significat, & stricto iuri opponitur.l.qui actionem. 11.de præscrip.verbis.l.seruitutes.§. si sublatum. D. de seruitutibus.l.si longius.in fi.D.de iudicijs, quod ad in-

ter-

terpretationem tex.in l.1.§. Prætor. D.depoſiti. l. ita vulneratus. verſic. multa. D.ad leg. Aquil.l.ſed an vis.D.de pignoribus,obſeruant Duaren.lib.1.diſputat.cap.11.Cuiac.in §.rectè ſup.de mandato,plura cumulans doctiſs. Briſſ.
33 lib.19.de verb.ſignific.fol.655.pag.2. Vnde † *negotiorum geſtorum actio directa* dicitur illa quę geſtori & aduerſus geſtorem competit, *vtilis* quæ competit ſucceſſori,& aduerſus ſucceſſorem.l.curatores.13.vbi notat Accur.C.de neg. geſt.l.2.C.de hered.tut.Item & illa quæ competit poſthumo cuius negotia geſta ſunt,&aduerſus poſthumũ.l.poſthumo.24.D.de tutelæ & rationibus diſtrah. ex quibus Cuiac. in tractatu 8.ad African.pag.146. interpretatur l. ſi nemo.§.fi. D. de teſtamentar. tutela.l.cum pater.30.l.quæ vtiliter.47. D.de neg. geſtis. Inter has negotiorum geſtorum actiones vtiles & directas nihil intereſt, vt rectè docet Iulius Paulus in d.l.actio. cuius rei illam reddit rationem, *quia in extraordinarijs iudicijs formularum conceptio non obſeruatur*: Quæ vt percipiatur,†
34 ſciendum eſt, Iudicia alia *ordinaria* fuiſſe, alia 38
extraordinaria; Iudicia *ordinaria* erant, quæ non apud Prætorem, ſed apud iudicem datum ex formula agitabantur, in quibus actor actionem impetrare, & eius formulæ adſtringi debebat, vt ad plurium iurium obſeruationem obſeruat Reuardus lib.ſingulari pro tribunalium.Carolus Sigonius lib.1.de iudicijs. Duaren.& alij, quos aliud agens refert Præceptor noſter D. Gabriel Henriquez in ſuis ad l.à Diuo Pio ſcriptis,typis mandatis,in prin.num.20. D. de re iudicata, quod ſi à formula cecidiſſet actor protinus cadebat ab inſtantia iudiciali. l. 1. & 2.C.de formulis ſublatis, latè proſequimur in
35 Rubrica.inf.de actionibus. *Extraordinaria* † iudicia erant, in quibus is ordo non obſeruabatur, ſed vel apud Prætorem agitabantur, l. 1. & per totum. D. de varijs & extraordin. cognitio.l.pecuniæ.§.perſecutionis. D.de verbor. ſignificatione,cum alijs quæ ſic explicari debent: vel in quibus opus non erat, vt actor ſolemnia verba à Prætore præſcripta ſequeretur,ſed ſufficiebat quoquo modo intentionem
36 ſuam exprimere; cuiuſmodi ſunt † iudicia bonæ fidei,in quibus propter illa verba, *Ex fide bona*, vel *quod æquius & melius religioni iudicantis viſum fuerit*, poteſt iudex ex bono & æquo arbitrari quantum alterum alteri præſtari oporteat,& ideo in his formularum conceptio non obſeruatur,vt latius inf.dicemus ad §. actionũ,l. de actionibus,vnde cum actio negotiorum geſtorum bonæ fidei ſit.d.§.actionum, in eo iudicio, ſicut in cæteris omnibus bonæ fidei, formularum conceptio non obſeruatur, & ideò cum vtilis & directa vi & poteſtate inter ſe nõ differant,ex d.l.actio.verſi. *maxime*.ſed tantum formulæ conceptione, in actione negotiorum geſtorũ quæ bonæ fidei eſt nihil intereſt *directa* quis, an *vtili* actione agat vel commentiatur.

37 His ſic † pro noſtri tx.& actionis negotiorũ geſtorum explicatione notatis, argumenta in contrarium adducta, vt diſſoluamus reſtat: ergo non obſtat primum ex d.l.culpa.quoniam reſpondendum eſt,cum qui aliena negotia gerit, rem ad ſe omnino non impertinentem gerere, licèt enim aliena ſit ratione dominij, ad ſe quodammodo pertinet cõmunitatis ratione,ex l.C.ſententia in l.vt vim.ibi, *& cum cognationem quamdam inter nos natura conſtituit*.D. de iuſtitia & iure, tum etiam quia intereſt hominis hominem beneficio afficere.l. ſeruus.7. D.de ſeruis exportandis,facit l.non tantum.6. D.de appellationibus,ibi: *Credo enim humanitatis ratione omnem prouocantem audiri æquum*. l. 6. ibi: *otroſi lo puede fazer otro eſtraño por amor,o por piedad que aya del condemnado*.ti.23. par.3.quomodo interpretantur Dynus, & Petr. Pekius, n.fi.in d.c.non eſt, Decius & Maynerius in d. l.culpa, Loriotus in l.contractus.in prin.D.de reg.iuris,& ibi Martinus del Rio.c.14.

ex qua † interpretatione deducitur interpretatio.d.l.fin.C.de negotijs geſtis,vbi inductum eſt denegari actionem geſtori qui contra domini prohibitionem ſe negotiationi immiſcuit,cuius rei eſt ea ratio, quia ex geſtione domino beneficium reſultat, cuius ratione tenetur,beneficium autem inuito non confertur.d. l.ſi.l.ſi autem.8.§.fin.D.de neg.geſtis.l.ſi propter.40.D. mandati.obtinet autè ea lex quando negotium quod geſtum eſt ipſius prohibentis tantummodo vtilitatem reſpiciebat,ſecus ſi ſimul reſpiceret commodum reipublicæ vel alterius,vt in exemplo l.at ſi quis.14.§.idẽ Labeo ait.D.de religioſis & ſumptib.fun.l.ſoluendo.41.D.de neg.geſtis,docet Bar.in d.l.ſi. Ioan.Baptiſta Aſinius in d.§.Idem Labeo. nu. 11.Aret.num.25.in d.§.actionum. Decius in d. l.inuito.n.2.D.de reg.iuris.

39 Non obſtat † ſecundum argum.quoniam etſi ex d.l.1.&2.D.de neg.geſtis cum alijs,ſint qui putent negotiorum geſtorum actionem non dari,cum præſentis negotia geſta ſunt, abſentiamq; cauſam finalem eius actionis eſſe, quod proſequitur Ludou.Vitalis lib.1.varia.c.10.lõgè tamen verius eſt, etiamſi præſentis negotia geſta ſint hanc actionem dari, ex iuribus à nobis in argumento relatis,quibus contraria non obſtãt, neque noſter tex. vbi abſentiæ mentio fit,quia rectè reſpondet Accur.abſentiam fuiſſe cauſam impulſiuam,non vero finalem.Neq; obſtat tex. in d.l.ſi remunerandi. 6.§.ſi paſſus. quia id quod dicimus actionem negotiorum geſtorum dari in præſentem, ita eſt interpretandum,dummodo præſens id ignoret vel cõtradicat,aliàs enim ſi ſciat & patiatur mandare videtur,ex d.§.ſi paſſus.hoc enim intereſt inter abſentes & præſentes,quod illi ſiue ſcientes ſiue ignorantes obligantur negotiorum geſtorum

storum actione, hi autem non aliter quàm si ignorent, vel contradicant. Ita sunt accipienda verba l. secundæ ibi. *Si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis*, & in l. qui seruum quadragesima prima ibi. *me ignorante vel absente*. D. de negotijs gestis.

Sed huic † resolutioni obstat. l. curatorem. 40 6. C. de negotijs gestis vbi actio negotiorum gestorũ datur in curatorẽ, qui vere curator nõ erat, & tamen non attenditur, an minor absens, an præsens, sciens, vel ignorans fuerit. Respondendum tamen est ex edicto Prætoris relato in l. 3. D. de negot. gestis, hanc actionem proprie dari in eum qui negotium alienum absque mandato, sponte & sine necessitate gesserit. d. l. 3. in princ. §. hac actione. quod edictum I. C. produxerũt ad consequentiam, & licèt verba edicti cessabant, per interpretationem, tamen ex æquitate hanc actionem curatori & in curatorem, qui sibi mandatũ putauit, & ei qui quasi tutor posthumi, qui natus non est, negotia administrauit, dari voluerunt. d. l. curatorem. l. cum pater. 29. D. de negotijs gestis. l. si nemo, 9. §. fi. D. de testament. tutela, l. 1. D. de eo qui pro tutore. l. posthumo. 24. D. de tutelæ & rat. distrah. notat Eguinarius, hic & in d. l. cum pater.

41 Ex qua † interpretatione deducitur, quod licèt actio negotiorum gestorum sit duplex, vna directa, altera vtilis, vt latè sup. docuimus ex d. l. actio. 47. D. de negotijs gestis quæ hoc casu curatori datur, nõ est actio directa, sed vtilis, vt rectè notauit Accurs. in d. l. cum pater & probat tex. in d. l. posthumo. & in l. curatoris, 7. C. de negotijs gesti: quia licèt vtraque eiusdem effectus & potentiæ sit. d. l. actio. tamen actio vtilis datur, quæ dari solet legis, siue edicti verbis deficientibus solum ex æquitate. l. 1. §. item, versi. *quanquam*. D. de aqua pluu. arcenda. Vtilitas enim sæpè pro æquitate sumitur, vt iam animaduertimus.

42 Tertium argumentum facillimos habet explicatus, quoniam etsi verba Prætoris in plurali numero edicta fuissent: *Si quis negotia alterius, siue quis negotia, &c.* rectè tamen illa interpretatur Vlp. in l. 3. D. de negotijs gestis statim in princip. vt negotia gesta dicantur, siue vnum factum sit, siue plura, quod sanè neque nouum est, neque insolens, vt pluralis sermo & locutio ad singularem reducatur, vt multis adductis testimonijs contendit ibidem Accurs.

43 Difficilius † sanè est quarto loco adductum ex d. l. Labeo. 19. §. contractum. D. de verb. signif. pro eius tamen explicatione obseruasse iuuabit, quod etsi vbi contractus præcessit obligationem vltro citròque nasci dicendum sit, ex d. §. contractum, iunctis à nobis pro eius vero sensu obseruatis in principio ex num. 8. sup. de emptione & venditione, non tamen illud necessariò sequitur, eam non oriri, neq; ex vtraque parte adesse, quin contractus celebretur, si quidem ex particularibus propositionibus sciatum est, consequentiam non rectè deduci, & sæpè detur mutua hæc obligatio, vt in exemplis huius tituli, nullo precedente contractu. Contractus non aliter celebratur, quàm mutuo vtriusque interuenìente consensu. l. 1. §. conuentionis. §. adeò. D. de pactis. † In his vero oblig. quarũ in his. §§. mentio fit, cum nullus vtriusque adsit cõsensus, altero enim absente, vel inuito, vel ignorante (vt in hoc. §.) nascitur, quia negotium proximius est contractui, quam maleficio, non tamen contractus est, appellatur, *quasi contractus*, hoc est, *impropriè contractus*, dictio enim *quasi*, nota est improprietatis. l. cum quasi. D. de fidei commis. libertat. l. 1. D. de transactionibus, cum multis alijs quæ diligentissimus Brissonius congessit lib. 15. de verbo. signif. pag. 550. vnde Iustin. noster in princ. huius tit. eas obligationes de quibus in hoc tit. dicturus erat non proprie nasci ex contractu dixit.

45 Ex quibus deducitur quod cum *quasi cõtractus*, sit impropriè *contractus*, appellatione *contractus*, non veniet propriè *quasi contractus*, sed impropriè, notante Accurs. in l. omnem. 20. D. de iudicijs, glossa verb. *contractus*, in cap. fin. de foro competenti. Vnde si in statuto mentio fiat de contractu, quia in eis verba sunt propriè intelligenda. l. 3. §. hæc verba. D. de negotijs gestis, non continebitur quasi contractus. Quare si statuto prohibeatur mulier sine mariti consensu contrahere, libere poterit adire hereditatem, quia ex aditione quasi contractus resultat. §. heres inf. eod. docet Bart. in l. 3. §. fi. D. quibus ex causis in possessionẽ eat; disputant latissimè Iaso in §. omnium ex num. 34. Ludou. Gomez. num. 21. Benincasius ex num. 364. inf. de actionibus. Tiraq. in legibus connubialibus glo. 5. à. num. 119. Apud nos autem cum l. 55. Tauri. l. 2. tit. lib. 5. nouæ recop. inductum sit, ne mulier sine mariti consensu possit contrahere, nec quasi contrahere, hereditatem sine marito adire nõ poterit, nisi adeat cum beneficio inuentarij. l. 54. Tauri. l. 1. ti. 3. lib. 5. nouæ recop.

46 Succedit explicatio quintæ difficultatis ex l. 3. §. fi. l. 20. §. si libero homini. D. de negotijs gestis. l. 14. C. eod. pro quarum explicatione notabis, interueniente mandato domini cuius negotia gesta sunt negotiorum gestorum actionem cessare, & ita regulam nostri textus intelligendam esse interueniente autem alterius tertij mandato, tunc aduersus dominum quia verũ est mandatum eius non intercessisse, actionem negotiorum gestorum dari, aduersus mandantem mandati actionem. d. l. si mandatum. 14. C. de negotijs gestis & ita accipienda esse verba. d. §. fi. ibi. *vtramque locum habere*, vt significent non vtramque dari aduersus dominum negotiorum

tiorum gestorum, sed vnam mandati aduersus mandatarium, & alteram negotium gestorum aduersus dominum competere, quod præterea manifestum fit ex alijs.d.§.fi.verbis ibi: *nam & hic dicit aduersus vtrumque actionem esse.*

47 Hæc autem vera esse intelligas quando is cui mandatum est, vt negotia alterius gereret iam in animo proposuerat eadem negotia administrare: tũc enim quia eius contemplatione negotia gessit habet negotiorum gestorũ actionem aduersus dominum negotiorum, secus autem si antea id non proposuisset, vt probãt verba.d.§.fi.ibi: *Si cum proposuissem negotia Titij gerere.* Nam quando ea negotia gerere non proposuerat aduersus eum qui mandauit habet mãdati actionem, & dominus aduersus mandantem habet negotiorum gestorum actionem, gestor autem aduersus dominum actionem nõ habet.l.Nam & Seruius 22.§.fi.l. si quis mandatũ 29.D.de negotijs.d.l.si mandatum.14.C. illo ti.notant hic Baldui.& Mynsing.

48 Sed adhuc † his omnibus & nostro tex.obstat d.l.at qui natura.20.§.si libero homini.D. de negotijs gestis. Vbi licet mandatum intercesserit datur nihilominus actio negotiorum gestorum, & non mandati. Huic tamen difficultati respondendum est, textum illum loqui de eo qui libero homini bona fide seruienti mandauit, vt negotia administraret, quo casu mandatum inutile est, neque ex eo mandati actio nascitur, vnde mirum non est, negotiorum gestorum competere.

49 Verum † huic resolutioni obstat ex diametro, textus difficilis in l. is qui commodatum. 13.§.si libero homini.D.cõmodati, vbi in eadẽ specie inquit Pomponius mandati actionem competere, non negotiorum gestorum.

Hunc nodum, vt dissoluat Accurs.in d.l. is qui. §. si libero homini, verbo *mandati*, varias constituit interpretationes, quas eleganter cõfutat Fulgosius in d. l. at qui natura, vbi & ipse aliam tradit interpretationem. Quibus omnibus omissis dicendum est, in d.l.at qui natura.§.si libero, dominũ ei qui bona fide seruiebat mandatum dedisse, non animo contrahendi, sed vt ex necessitate seruili ei pareret, vt cõstat ex verbis eiusdem textus ibi, *mandem vt aliquid agat*, & ibi: *quia non libera voluntate exequatur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate seruili.* Et ideo mãdati actio nasci nõ potuit, sed competit negotiorum gestorum, quia is qui seruiebat affectionem habuit gerendi, & potuit obligari. At in d.l.is qui.§.si libero dominus mandatum dedit, non vt ei pareret ex seruili necessitate, sed vt ex libera voluntate exequeretur, idque negotij contrahendi gratia, vt apparet ex eodem tex.ibi. *Cum eo qui nobis seruiret contraheremus*, ex quibus verbis constat, dominum qui ibi mandatum dedit, contrahere voluisse, & ideo cũ contraxerit mandati actione tenebitur, quæ nascitur ex contractu, principium tit.sup.de mandato, non verò negotiorum gestorum quæ oritur ex quasi contractu, vt hic. Nec obstat, quod non eo animo contraxerunt, vt manerent obligati, nam respondet I.C. quod plerumque accidit, vt vltra id quod agitur, tacitè nascatur obligatio, vt in condictione indebiti.§.is quoque. sup. quibus mod. re contrah.oblig. Sed quia de actione dubitari non immeritò poterat, cum propriè mandatũ non fuerit, I. C. scribit, *Præscriptis verbis* agi posse, hæc enim actio non solum competit quando nulla actio datur, sed quando dubitatur quæ nam actio detur.l.1.in fin. D.de præscrip.verbis.

50 Non obstat sextum argumentum ex l. 5. l. 13.l.15.l.fin.C. de negotijs gestis quoniam etsi verum sit regulariter negotiorum gestorem hac actione à negotiorum domino quod in eius negotijs impensum est recuperare posse, ex nostro tex.& d.l.26.tit.12.par.5.cum alijs supra adductis, sunt tamen plures casus in quibus licet vtiliter negotium gestum sit denegatur gestori contraria actio, quos Accurs.hic verbo. *Idque*, enumerat, & in l. Nesennius. 36.§.fi.ver. *videantur*. D.de negotijs gestis. & in l.si paterno.15.verbo, *repetiturus*. C.illo tit. Omnes tamen ad hanc regulam reduci possunt, vt generaliter denegetur gestori actio, quando non eo animo negotia gessit, vt dominum obligaret, sed alia intentione vel voluntate, quia regulare est, vt quoties cessat voluntas obligandi etiã per errorem, cesset & obligatio. l. in hoc iudicium.14.versi. *diuersum*.l.si quis.29.D.communi diuidundo.l.si in arca.32. D. de condictione indeb. † Ex qua regula deducitur eum qui pietatis causa, vel paterna, vel domestica affectione, vel ratione obsequij negotium alienum vtiliter gesserit non habere contrariam actionem.l.Nesennius.35.l.is qui amicitia.46.D.de neg.gestis.l.alimenta.11.l.si filius.12.l.quod in vxorem.13.l.si paterno.15.C.illo.t.quia præsumitur non habuisse animum alium obligandi, vnde si contrarium constet per protestationem antea factam daretur his casibus contraria actio. d. l. Nesennius. vbi doctores omnes conducunt quæ post alios in optimo casu scribit Ioan.Gar.tract.de expensis. cap.4. num.4.

51 †Ex eadem etiã regula fit, vt si negotiũ meum tanquam tuum administraueris habebo directam contra te negotiorum gestorum actionẽ. l.fi.in princ.D. de neg. gest. cæterum tibi aduersum me non competet contraria, quia non habuisti animum me obligandi.d.l.in hoc iudicium.d.l.si quis.29.D.com.diuid. Nec contrarium probat Asticanus in d. l. fin. in 2. p. quia quod ibi dicitur actionem dari gestori qui legata soluit cum se heredem putaret, intelligẽdum est, quando soluit hereditario nomine, & sic habuit animum alium obligandi, vt rectè

52 inter-

interpretatur Accur.ibi verb. *Soluisses*, Cuiac. tractatu.8.ad Africanum,ad eandem.l.fi.col.2.

53 † Vnde magis vrget tex.in l.item si. 5.§. Sed etsi quis negotia(aliàs est.§.fub l.si pupilli.6.) D.de negotijs gestis,ex quo colligi posse videtur, ei qui negotium meum suo nomine gessit dari contra me negotiorum gestorum actionē. Cæterum respondendum est,in specie illius.§. contrariam negotiorum gestorum actionem non competere, vt patet ex illis verbis, *non id quod ei abest*, & ibi: *habebit contra me actionem*, datur enim contraria vt quis consequatur id quod ei abest,vt latè sup.diximus, datur ergo actio in id quod ego locupletior factus sum, vt Vlpian.exprèssè docet ibi:*Sed in quo ego locupletior factus sum habebit contra me actionē*. Quæ significant competere gestori remedium retētionis,& compensationis, vel condictionis incerti,ex l.Paulus.14. D.de doli exceptione. l. qui exceptionem.40.§. si pars. D. de condict. indeb.§.cæterum, sup.de rerum diuisi.Quod si negotia quę Titij erant quis gesserit tamquam Mæuij,ex eadem illa regula Mæuium habebit obligatum, quia licèt non habuerit animū obligandi Mæuium in specie, sufficit habuisse animum obligandi in genere,vt eum scilicet obligaret qui negotiorum dominus esset. d.l. item si.5.D.de negotijs gest.d.l.in hoc iudicium.14. l.si quis.16.D. communi diuid. & de iure Regio Hispano probat tex.expressus in l. 31.tit. 12.par.5.& ibi.Greg.adnotauit.Ioann. Garcia tract.de expensis,ca.7.nu.19.

54 Non obstat septimum argumentum ex d. l. sed an vltro.11.§.1.D.de negotijs gestis, quoniam vt rectè Accur.hic verbo *obligatum*, docet,& elegantissimè I. C.in d.§. 1. scribit, rem exemplis illustrans, sufficit negotium vtiliter cœptum fuisse vt impensas quis consequatur, etsi postea effectum non habeat, est verissima doctrina ab omnibus hic,& ibi scripta, & probata.l.28.ti.12.par.5.vbi notat Gregor. verb.

55 *la deue cobrar*, vtilitatem † autem metiri oportet,non ex opinione gerētis,sed ex re illius cuius negotia gesta sunt,vt eruditè hic Mynsing. obseruat.n.9.& aliud agens Ioan.Garcia tract.

56 de expensis.ca.1.nu.30.Sed hic † illud videtur mouere quod Vlpian. scripsit in l. quod si seruus 3.§.& regulariter. D. de in rem verso, *Toties de in rem verso actionē esse quibus casibus procurator mandati, vel qui negotium gessit negotiorum gestorum habet actionem*. Vnde cū teste eodem Vlp.in l.si pro parte.§.versum. D.de in rē verso,actio de in rem verso non detur nisi duret versum, consequens erat, negotiorum gestorum actionem non dari,nisi duraret vtilitas. Sed rectè respondet Bart.in l. siue hereditaria. D. de negotijs gestis, cuius sententiam sequitur Greg.in d.l.28.glo.*la deue cobrar*,actionem de in rem verso dari, semper & toties, quoties datur actio negotiorum gestorum, non tamen è conuerso, vt detur hæc concedatur quoties illa locū habet,cùm enim actio de in rem verso vtilitatis causa inducta sit,habeatq; locum siue peculium ademptum sit sine dolo malo, siue actio de peculio anno finita sit.l.1. in princip. D. de in rem verso, quia iniquum erat quemquam vllo tempore cum alterius iactura locupletari, consequens est cessare, vbi cessat versum, cum eo casu dominus, siue pater in lucro non moretur, quæ ratio in actione negotiorum gestorum non militat, satis enim est absentis negotia vtiliter gesta, etsi gestum non duret,vt quod bona fide impensum est,recuperari possit.

57 Non obstat octauū ex d.l.pupilli.6.in prin. D. de negotijs gestis, satis enim prospectum est ei qui pupilli negotia gessit,eius absente tutore, siquidem ipsum pupillum quatenus locupletior est factus obligatum habet, tutorem autem ex integro,huius enim potius quam pupilli negotium gestum videtur, quod idem & iure nostro probatum est in d.l.28. ad fi.vbi explicat Gregor.verb.*que tiene*,tit.12.par.5. qua lege indistinctè cauetur necessarias expensas initio, & euentu gestorem à pupillo semper posse recuperare, quia semper quidem moratur pupillus in lucro.

58 Non obstat nonum ex d.l.si pupilli.6.§. Sed etsi quis. D. de negotijs gestis, quoniam cum hæc bonæ fidei actio sit. §. actionum inst. de actio. non nisi ex æquo & bono dandam esse placet, id est,vbi eā dari æquitas suggerit,quæ autem æquitas suadet ei fauere qui mea negotia,non mei contemplatione,sed sui lucri causa gessit? suum enim potius quàm meum negotium gessit,vt Labeo scribit, & qui deprædandi causa accedit,suo lucro,non meo commodo studet: rectè enim Rex Alphonsus Hispanus in l.29.ti.12.par.5.*Con buena entencion se deuen mouer los omes a recabdar las cosas agenas,con voluntad de fazer plazer à aquellos, cuyas son, è non por cobdicia de ganar, nin de robar ninguna cosa en aquello que recabdaren*. Ergo vbi ea mente quis ad negotia mea accedat, vt suæ potius quàm meæ consulat vtilitati,si quid impenderit, ne id à me consequatur æquitas suggerit, quemadmodum,vt eo etiam in casu,si eius opera & industria locupletior ipse fiam ei rependam,aut ipse sibi retentione consulat,quia alias cum iactura aliena locupletarer, quod naturæ ius non finit.d.§. Sed etsi quis. versi. *Sed in quo ego*.d.l.29.versi. *Pero si fallaren*, quando autem animo deprædandi magis, quam vt vtiliter mei contemplatione gerendi,eum accessisse dicendum sit explicat ibidem Grego. verb.*Con mala intencion*.

59 Præterea † sine ratione non est quod Pomponius scribit in d.l.si negotia absentis. 12. D. de nego.gest.cui consonat l.33.tit.12.par.5.si quidem sine culpa non est,qui absentis & ignorantis

rantis negotia gerens, ea quæ ille non est solitus negotiari gerat, quia absentis negotia eo casu non geruntur, vnde si quod damnum ex ea re sequutum fuerit gestorem, lucrum vero absentem sequetur: non enim debet quis ei rei se immiscere cuius peritiam non habet: argum. l. culpa. 36. D. de regulis iuris. & eorum quæ in eius proposito sup. hoc eod. §. obseruauimus, quod vero attinet ad decisionem l. negotium. 22. C. de negot. gestis. & l. siue hereditaria. 23. D. illo tit. an & quando gestor ad exactam exactionem, siue exactissimam diligentiam teneatur mox audiemus, in vltimi argumenti explicatione.

60 Ergo illud iam non obstat, quoniam etsi Iustin. noster in illis verbis, *ad exactissimam diligentiam compellitur reddere rationem*, gestorem de leuissima etiam culpa teneri probet, quod & ratione probari videtur, siquidem negotiorum gestor vltro se offert negotijs alienis gerendis, qui vero se negotio vltro offerunt, (licèt aliàs regulariter de dolo tantum, & lata culpa tenerentur) de leuissima teneantur. l. 1. §. sæpè, iuncta l. quod Nerua. 32. D. depositi. Contrarium tamen verius est negotiorum gestorem regulariter de dolo lata, & leui culpa domino teneri, non vero de leuissima. l. pupilli. 6. §. videamus. D. de neg. gestis. l. si negotia. 12. eod. ti. l. tutori. 20. C. de negotijs gest. quia in his solũ cõtractibus leuissima culpa prẽstatur, qui gratia recipientis tantummodo celebrantur. l. si vt certo. 5. §. nunc videndum. D. cõmodati, velut i in commodato. c. 1. de commod. l. contractus. 23. D. de regulis iuris: cõstat autẽ negotiorum gestionem nullam ipsius gerentis continere, sed potius ipsius domini, ergo de leuissima culpa teneri non debet. firmat Grego. in l. 30. glo. *por su culpa*, in princ. titu. 12. par. 5. Nec tunc obstat noster textus, quia licèt superior regula verissima sit, aliquibus tamen in casibus tenetur de leuissima, vt in hoc §. quando scilicet si ipse non gessisset alter diligentior eo gesturus erat, quo casu loquitur noster textus, vt patet ibi. *Si modo*, alius diligentior eo commodius administraturus esset negotia, facit tx. in d. l. si pupilli. §. videamus, iuncta d. l. tutori. C. illo. tit. notat Accurs. hic, Gregor. in d. l. 30. glo. *por su culpa*, & probat expresse tx. in l. 34. vbi latè idem Gregor. prosequitur. gl. *estas cosas*, tit. 12. par. 5. aliquando etiam tenetur in casu fortuito, si illum videlicet in se suscepit. d. l. negotium. 22. C. de negotijs gestis, aut ipsius culpa casus contigit. d. l. siue hereditaria vel ipse in mora fuit. l. cùm res. 47. §. fi. D. de leg. 1. aut deprẽdandi animo se immiscuit. d. l. si pupilli. §. sed & si quis. D. de negotijs gestis. l. 29. tit. 12. par. 5. vel negotia noua attentauit. d. l. si negotia. l. 33. ti. 12. par. 5. aut pupilli negotia gessit. d. l. si pupilli. 6. in princ. iuncta glos. fin. notat Accur. in d. l. si negotia. Loriotus in l. quod Nerua. n. 93. D. de positi, aliquando etiam solũ tenetur de dolo vel lata culpa. d. l. 3. §. interdũ D. de negotijs gestis. l. 30. versic. *Pero si se mouiesse*. ti. 12. par. 5. prosequitur Pet. Greg. Tholosanus. 3. par. Syntag. lib. 29. cap. 2. nu. 9. Hæc de primo exemplo obligationum quę ex quasi contractu nascuntur, & de actione negotiorum gestorum.

§. *Tutores quoque.* 2.

1 *Tutelæ actio mutua pupillo in tutorem, tutori in pupillum ex quasi contractu nascitur. & latè ex num. 6.*

2 *Tutelæ actio durante tutela non datur. & n.* 38.

3 *Tutor in rem suã auctor esse non potest. & n.* 40.

4 *Pupillus sine tutoris authoritate, nisi quatenus locupletior fit, non obligatur. & n.* 41.

5 *Tutor antequam tutelam suscipiat rem pupilli saluam fore promittit. & n.* 42.

7 *Tutelæ actio Directa, & Contraria.*

8 *Tutor rationem suæ administrationis finita tutela reddit.*

9 *Rationẽ reddere quilibet administrator tenetur.*

10 *Tutelæ actione venit quicquid ex re pupilli apud tutorem est, item & pupillaris pecuniæ compendium. & num. sequent. l. si curator. C. arbitrium tutelæ.*

11 *L. Iuium & Mæuium. 47. §. altero. D. de administ. tutorum.*

16 *Tutelæ in actione venit incrementum pecuniæ non solum eius temporis quo duranit tutela, sed ea finita, dum rationes non reddantur.*

17 *Vsuræ debentur post moram in iudicijs bonæ fidei fauore minorum ipso iure, quia ipso iure contrahitur mora.*

18 *Tutor qui finita tutela se abstinuit vsuras postea non præstat ex Præceptoris Doctoris Gabrielis Henriquez opinione.*

19 *Tutor post pubertatem administrare non tenetur. l. tutor. 29. §. tutor. D. de administratione tutorum.*

20 *Tutor tenetur ad iustum lucrum quod ex fructibus rerum minoris redigi potuit.*

21 *Tutor secure potest collocare pecuniam pupillarem ex consensu matris vel consanguineorum pupilli.*

22 *Tutor modicam pecuniam collocare non tenetur.*

23 *Tutor confecto inuentario rationes reddit.*

24 *Tutor inuentarium qualiter conficere debet.*

25 *Tutor conficit inuentarium expensis pupilli.*

26 *Tutor quæ res quæ pupilli non erant in inuentario scripsit, vtrum postea contrarium probare possit. l. fi. C. arbitrium tutelæ.*

27 *Tutor etiam testamentarius inuentarium conficere debet si id iudici videbitur, etsi pater remiserit. & num. seq.*

31 *Inuentariũ pater legitimus filij administrator nõ conficit, licet bonorũ descriptionẽ patri debeat.*

32 *Tu-*

32 *Tutor repetit impensas in re pupilli vtiliter factas, & an repetat expensas quas fecit domi egressus. num.* 34.

34 *Tutor repetit impensas in pupilli litibus factas.*

36 *Tutor repetit expensas factas in rerum pupilli meliorationibus, etiamsi non extent.*

37 *Tutor exigere potest salarium administrationis, ratione quod apud Hispanos taxatum est, præstaturque decima pars fructuum bonorum pupilli.*

29 *Tutores singulis annis apud Saxones rationem suæ administrationis reddunt : Id quod & apud omnes admitti sanctissimum esset.*

ECCE secundum exemplum obligationum illarum quæ ex quasi contractu nascuntur, ex eodem Caio sumptum in l. ex maleficijs. 4. (aliàs l. si quis absentis. 5.) §. tutelæ. D. de obligationibus. cuius summa
1 est. Ex tutelæ † administratione, & tutorem pupillo, & vicissim hunc illi de eo quod tutor præstiterit teneri, iudiciumque sic dari quasi contractum inter eos negotium fuisset extant integri tituli. D. de contraria tutelæ & vtili actione, & D. de eo qui pro tutore vel curatore negotia gessit. D. de tutelæ & ratio. distrahen. consonat. l. fi. in fi. tit. 16. p. 6. explicant vbique interpretes, & in §. omnium. ver. *Tutelæ*, inf. de actionibus. multa adducit Petr. Gregor. 2. par. Syntag. lib. 13. ca. 10. & noster Gundisaluus de Paz in sua praxi. 3. to. ca. 6. §. 8. & plures alij nominatim à nobis inf. recensendi.

Sed quo magis mutuæ huius obligationis & actionis potestas intelligatur, & Iustini. sententia enucleetur pro dubitandi ratione se-
2 quentia obijcio. Et primò contra † tex. ibi. *Tutores quoque qui tutelæ iudicio tenentur.* obijcio difficilem tex. in l. si tutor reipublicæ. 9. §. cæteræ actiones & l. sed non dantur 10. D. de tutel. & rationibus distra. cũiuncta Vlp. & Pauli verba hæc sunt. *Cæteræ actiones præter tutelæ aduersus tutorem competunt, etsi adhuc tutelam administret, veluti furti, damni, iniuriæ, condictio. Sed non dantur pupillo dum tutelam tutor gerit.* Probant ergo, dum nominatim docent actiones furti, damni, iniuriæ, & condictionem, quæ durante tutela natæ sunt, contra tutorem, dum tutor est, non dari, tutelæ actionem natam non fuisse, eam enim similiter si nata fuisset, non dandam dicerent, cum ergo cæteras actiones quamuis natas suspendi dixerint, hanc durante tutela natam non fuisse probandum videtur.

Secundò contra eadem verba & nullam esse inter tutorem & pupillum obligationem sic ostendo : Aut obligatio, quæ inter tutorem & pupillum est nata fuit ante tutelam, aut post tutelam susceptam neutro tempore ori-
ri potuit, nec pupillus obligari : ergo inter pupillum & tutorem nulla est obligatio. Maior huius argumentationis necessaria est. Minor sic ostenditur, ante tutelam pupillus obligari non potuit, quia sine tutore pupillus non obligatur, latè diximus ad principium tit. sup. de authorit. tut. Post tutelam † non potuit
3 minor obligari, quia cum huiusmodi obligatio, si qua contrahenda erat tutore authore contrahi oportebat, tutor autem in rem suam, vt ei pupillus obligetur author esse non possit. §. fin. vbi diximus sup. de auth. tut. obligationem nasci non potuisse consequens est, indeque nullam inter tutorem & pupillum esse, contra nostrum tex.

Tertiò sic argumentor : Nulla versatur differentia inter obligationes quæ oriuntur ex contractu, & quæ nascuntur ex administratione † quemadmodum enim pupillus non obli-
4 gatur ex contractu sine tutoris authoritate, nisi in eo tantum in quo factus est locupletior l. pupillus. 5. §. pupillus. D. de auth. tut. l. 3. §. 1. D. commod. diximus in d. princip. de auth. tut. ita & ea obligatione quæ nascitur ex administratione, qualis est negotiorum gestorum, dũtaxat obligatur in id in quo locupletior factus est. l. si pupilli. 6. in princ. l. litis. 39. D. de neg. gestis. l. 2. C. eod. ergo videbatur actione tutelæ non magis teneri pupillum, quam tenetur alia actione orta ex contractu.

5 Vltimò contra tex. ibi. *nullum enim negotium inter pupillum & tutorem contrahitur.* Sic argumentor : Rem pupilli vel adolescentis saluam fore tutores & curatores antequam administrationem suscipiant stipulatione interposita satisdare debent, toto tit. D. rem pup. salu. fore. l. legitimos. 5. §. 1. D. de legit. tutorib. l. 1. 2. & 3. C. de tut. vel curat. qui satis non dedit. l. 94. tit. 18. p. 3. l. 9. tit. 16. p. 6. ergo dici non potest nullum negotium inter pupillum & tutorem gestum.

6 His tamen difficultatibus non obstãtibus verissimam esse conclusionem ex nostro tex. desumptam dicendum est. Namque cum pupilli consensus, vt ei tutor detur non requiratur, quinimo & ignoranti inuito detur. l. nec non. 6. D. de tutor. & curato. datis, oriaturque inter tutorem & pupillum obligatio pupillo etiam ignorante, & non consentiente, imò & eo inuito quia inter se nihil contraxerunt, neque ex delicto, vel ex quasi delicto obligati sunt, obligatio quæ inter ipsos est ex quasi contractu procedere dicitur, ex qua deinde actio nascitur quæ *tutelæ* vocatur, &
7 hæc pariter † (quemadmodum illa negotiorum gestorum quam tam latè supra. §. proximo discussimus) duplex est. Directa scilicet & contraria, quarum prior datur in tutore, vt reddat rationem suæ administrationis finita iam tutela, posterior

tutori datur in adultum iam pupillum, qua repetit si quid impendit de suo in rem pupillarem, aut se, rémve suam pro eo obligauit. Sed quia res est frequentissima, vsu, praxique forensi quotidie occurrens, & inde perutilis etiam eius rei cognitio, pauliſper subsistẽdum duxi.

8 Ergo tutor omnis siue testamentarius, siue legitimus, aut datiuus administrationis suæ rationem reddere debet, à qua neq; per testatorem excusari potest. l. quidam decedens. D. de administr. tut. nascitur enim ex administratione, vt paulò superius dixi, tutelæ actio directa, & contraria. Illa datur pupillo ad petendam rationem eorum quæ gesta sunt. l. 1. §. officio. D. de tutelis & rat. distrah. l. fin. ti.
9 16. par. 6. quod † & in quolibet administratore procedit, vt ad d. §. officio. notat Iacobus de Arenis, quem refert & sequitur Decius consil. 464. num. 1. & consi. 178. in prin. Socinus consi. 40. lib. 4. Pinelus in l. 1. C. de bonis mater. 2. par. n. 59. Didac. Castillo in l. 27. Tauri. Venit
10 † autem in hac actione quicquid est de pecunia vel re pupilli apud tutorem. l. Lucius in 2. D. de administr. tutorum. cum incrementis legitimis. l. 1. C. de vsuris pupillari. l. tutor qui repertorium. §. quæ sunt. D. de administ. tut. Sed & omne compendium ex pupilli vel minoris pecunia redactum eis reddere per hanc actionem compellitur tutor vel curator finita tutela vel cura. l. si curator. C. arbitrium tutelæ.

11 Sed obstat † insigne Scæuolæ responsum in l. Titium & Mæuium. 47. §. altero. D. de administratione tutorum. vbi tutor qui negotiatus fuit cum pecunia pupilli vsuras tantum legitimas; non etiam lucrum ex eadem pecunia redactum reddere compellitur. Cui difficultati
12 † non satisfaciet qui dixerit, tex. illum loqui in actione pro socio, per quam petere non potest minor compendium ex sua pecunia redactum, quia morte finita est societas, licèt possit per actionem tutelæ, vt in d. l. si curator.

13 Nam tx. in d. §. altero loquitur in actione tutelę, quod colligitur tũ ex t. cui subiacet, arg. l. imperatores. D. de in diem additione, cũ etiam quia si loqueretur in actione pro socio, dubitaret tantum ac compendium communicandũ esse, non vero vtrum totum pertineret ad minorem.

14 Quare in ea difficultate statuendum est, tutorẽ in vsus suos conuertentem pecuniam solum teneri ad præstandas legitimas vsuras, vt in d. §. altero. & est tx. in d. l. tutor qui repertorium in §. quæ sint. Nec obstat d. l. si curator quoniam loquitur in pecunia pupilli destinata ad comparationem prædiorum ex iudicis decreto, quo casu res efficitur pupilli si velit, vel possit legitimas vsuras à tutore consequi: quæ interpretatio colligitur ex eiusdem legis verbis, *Si curator* (inquit Imperator Antoninus) *post decretum præsidis sublata pecunia quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita sibi prædia comparauit, &c.*

15 Sed adhuc obstat l. 2. D. quando ex facto tutoris vel curatoris, vbi Vlp. generaliter tradit rem emptam ex pecunia pupilli eius fieri, si velit, & notat glossa in l. ex pecunia ver. *non tibi* in fi. C. de iure dotium quare licèt superior resolutio conueniat d. l. si curator, non tamen adaptari potest. d. §. altero. Ergo dicendum est in eo tex. non fuisse rem specialiter emptam ex pecunia pupilli, sed varijs negotiorum generibus fuisse tractatum, quorum compendium ad pupillum non pertinet.

16 Vlterius venit in actione tutelæ directa incrementum pecuniæ, non solum eius temporis, quo durauit tutela, vel cura, sed etiam post eas finitas, dum rationes reddiderit tutor vel curator, & reliqua soluerit, aut saltem deposuerit. l. fin. C. vsu. pupill. l. tutor pupillo. 29. §. tutor qui post pubertatem. D. de administrat. tuto. cuius rei illa commendatur
17 ratio, quia † licèt vsuræ nõ debeantur nisi post moram etiam in iudicijs bonæ fidei, in minorum tamen fauore ex iuris dispositione mora contrahitur ipso iure. l. in minorum. C. in quibus causis in integrum rest. non est necess. quæ semel contracta durat. l. Titia. §. vsuras in 2. responso. D. de leg. 2. ex quibus fit, quod licèt in alijs obligationibus sufficiat, si non extet per debitorem quominus soluat requisitio ad impediendum cursum futurarum vsurarum, in minorum obligationibus & consignatio necessaria est, vt in dictis iuribus, & in l. si per te non stat. 9. C. de vsuris. explicant Paul. & Alexand. in l. si ex legati causa.
18 D. de verborum obligationibus. Cæterum † memini nunc hac in re me præsente apud suum Museum contrarium respondisse doctissimum pariterque disertissimum causarum patronum, & iuris subtilissimum interpretem præceptorem meum colendissimum Doctorem Gabrielem Henriquez Primarium Iuris Cæsarei Antecessorem in ardua quæstione, quam ipse defendit, & in qua obtinuit tutorem videlicet vel curatorem finita tutela vel cura, si se abstinuerit ab administratione, teneri tantum ad vsuras eius pecuniæ, quæ apud eum fuit, vel esse debuit ex administratione quæ durauit tempore tutelæ vel curæ, non ita respectu eius pecuniæ, quæ ad eum peruenire potuisset finita tutela vel cura, quo casu illorum iurium decisio non procedit,
19 quia † cum ipse administrare non teneatur. l. tutor post pubertatem. C. arbitrium tutelæ. ad sortem non obligatur sine qua vsuræ currere non possunt. l. lecta. 41. versiculo *nec sortis*. D. si certum petatur. Nec contrarium probat textus in dict. l. tutor. §. tutor

§. tutor, quinimo confirmat hanc sententiam, quia licet loquatur in tutore qui se abstinuit ab administratione obligat tamen cum solum ad vsuras pecuniæ debitæ tempore administrationis, vt probant illa verba, *ex quo obtulit pecuniam*, & ibi: *retineret tutelam* & ibi: *nisi & deposuit obsignatam tuto in loco*, quibus verbis significatur de ea pecunia I. C. Marcellum loqui quæ ratione eius administrationis præteritæ tempore tutelæ debeatur minori.

20 Conuenitur etiam per hanc tutelæ actionem tutor non solum ad fructus bonorum pupilli, verum etiam ad iustum lucrum quod redigi potuit ex venditione fructuum qui supersunt post alimenta, nam & hos fructus tenetur tutor congruo tempore vendere, & pretium benè collocare. l. 3. §. si pecunia. l. ita autem in principio. l. si tutor constitutus. D. de admin. tut. explicat præter alios Romanus consilio. 188. colum. 1. ad fin. Couarr. lib. 3. var. cap. 2. Baeça de decima tutoris, cap. 2. num. 92.

21 Sufficit † autem tutori si pecuniam collocet ex consensu matris pupilli, vel consanguineorum, vt ex bona fide dicatur negotium gessisse. glos. 2. in l. pupillo. C. de his quibus vt indignis. Exornat Iaso in l. 1. C. de transactionibus. Sufficiet insuper ab initio vtiliter gessisse, licèt ex post facto damnum inde proueniat

22 pupillo, vt benè resoluit Couar. sup. † Sed si pecunia modica sit non tenetur tutor eam collocare, vt notat Albericus in l. Seio. D. de in integrum restitutione. Laurentius de Rodulphis, tract. de vsuris. 2. par. quæst. 66. Socinus, consi. 2. versic. *circa tertiam quæstionem*. volum. 1. Corneus consi. 243. colum. 4. lib. 3. Barbacia, consi. 91. col. 1. lib. 3.

23 † Venit præterea in hac directa tutelæ actione, vt tutor rationes reddat confecto legitimo inuentario. l. tutor qui repertorium. 7. D. de administratione tutor. l. fin. in princip. versic. *si autem inuentario*. C. arbitrium tutelæ. l. 15. tit.

24 16. par. 6. etsi postea † patrimonium pupilli augeatur debet etiam inuentarium augeri, notat Accur. in l. mulier. C. de iure dot. communis ex Cassaneo in consuet. Burgundiæ, rub. 6. §. 6. n. 5. & facit l. fi. §. tale. C. de curat. furioso, nam si quid omiserit tutor, vt suspectus poterit accusari, & à tutela remoueri, & criminaliter puniri. l. 1. §. item solet, vbi notant Bart. & Oroscius. D. de officio Præfecti vrbi. l. in eos. D. de tutelis: exornat Abbas consil. 73. col. 3. & 4. lib. 2. Iaso. consi. 219. num. 1. lib. 6. Excusabitur tamen si protestetur, quod si aliqua in inuentario non sint posita, quæ sint in bonis pupilli pro appositis habeantur. notat Bart. in d. §. item solet, col. 2. Albericus in l. tutores. C. de administ. tutorum.

25 † Hodie inuentarium confici debet expensis pupilli, quemadmodum & quæ in reddendis rationibus expenduntur, quoniam officiũ tuoris ipsi damnosum esse non debet, argum. l. si quis ex signatoribus. D. quemadmodum testament. aper. & quia officium tutelæ ciuile est, & personale. l. Athletas. §. 1. D. de excusat. tut. & qui tenetur ad officia ciuilia & personalia nihil debet de suo erogare. l. fi. §. personalia. D. de munerib. & honorib. & in terminis ita resoluit And. de Ysernia, sing. 5. asserens Neapoli ita fuisse iudicatum. Baeça d. c. 2. numero. 46. Nec in contrarium mouere debet doctrina Accur. verb. *locis*. in l. si irruptione. §. ad officiũ, D. finium regund. quia procedit vbi vtilitas officij pertinet ad vtrumque ligantem.

26 † Sed si tutor res quæ pupilli non erant faciat scribi in inuentario, nõ admittetur volens probare per errorem fuisse scriptas. l. si. 2. responso. C. arbi. tutelæ. vbi notarunt omnes iuris interpretes, excepto Baldo, qui in auth. Sed cum testator. C. ad le. Falcid. huius erroris probationẽ admittendã esse docet, cuius opinionẽ probabiliorẽ & æquiorẽ profitetur Grego. in l. penul. tit. 18. p. 3. verb. *magner qui esse probar.* in fine, quæ & mihi valde probatur, tũ ex eo quod indagatio veritatis non impeditur eo quod in instrumẽto aliquid cõtra eã scriptũ sit. l. cũ precibus. 18. C. de probationibus, tum etiã quia quantumcumq; solemniter fiat inuentariũ non præiudicat creditoribus contrarium probare volentibus. l. fin. §. licentia. C. de iure delib. quãuis non inficior in huius. §. casu diuersam militare rationẽ. Neq; obstat d. l. fi. quia loquitur in tutore qui sciens passus est ampliorẽ summã scribi in inuentario, vel ad effectu, vt ditiorẽ, aut nobiliorẽ ducat vxorẽ, vt ait lex Partitę, vel quia donare voluit, quod in tutore sciẽte pręsumitur contra l. cum de indebito. D. de probat. atq; hoc est speciale in d. l. fi. C. arbit. tutelę. Cæterũ si per errorẽ probetur scriptũ, probato errore non tenebitur, pro qua interpretatione põdero verba illa: *res pupillares vel adulti scripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem subsẽtiæ*, duo enim simul requirit, primum scriptum esse in inuentario pupilli patrimoniũ: secundum tutorem confessum fuisse aliquid amplius, cõtra quam confessionem probatio non admittitur, cõtra eã tamen quę per errorẽ fit benè admittitur, quam sententiam comprobat d. l. Partitæ, ibi: *E que consentierõ à sabiẽdas*. Quæ iuxta d. l. final. C. arbit. tutelæ, sunt omnino obseruanda, simul & quæ in eius proposito scripserunt Caualcanus tract. de tutore & curatore. n. 65. Baldui. in Inst. pag. 183.

27 † Vsque adeò tutor ad inuentarij confectionem tenetur, vt licèt pater possit eam remittere, vt in d. l. fin. §. illo proculdubio. C. arbit. tutelæ. quod procedit, non solùm in testamentario tutore, sed etiam in legitimo & datiuo, vt notat glos. verbo. *non fecerint*. in l. 3. §. tutores. D. de suspect. tutoribus & in

l. tutores. 24. verb. *publicarum*. C. de adm. tut. Nihilominus tutor cogendus erit per iudicem ad illud faciendum, si hoc pupillo prodesse existimauerit, per tx. in l. 3. §. quamuis, versi. *Si pater minus perpenso consilio*. D. de administ. tutorum. l. in confirmando. D. de confirm. tut. notat Bart. in l. nemo potest. n. 12. D. de leg. 1. & in l. tutor qui repertorium. n. 18. D. de administra. tut. est communis sententia ex traditis Couar, lib. 2. variar. cap. 14. nu. 4. Baeça de decima
28 tutoris. c. 2. n. 49. † Nec in contrarium mouere debet sententia existimantium patrem nullo casu posse remittere confectionem inuentarij, ideò quia dolus futurus remitti non po- 34
test per testatorem, argumento l. si vnus. 28. §. illud nulla. D. de pactis. & in terminis videtur tex. in l. quidam decedens. D. de administr. tut. cum adductis à Couar. d. lib. 2. cap. 14. num. 3. Nam hæc sententia est contra tex. expressum
29 in d. l. fin. §. illo proculdubio. Et præterea † conuincitur ex eo, quia inuentarij confectio etiam sine licentia & voluntate patris ex iusta causa potest omitti, vt in d. l. tutor qui reperto rium, & latè comprobat Ioan. Garcia tract. de expensis & meliorationibus. cap. 20. n. 22. (& ex tex. in l. 2. C. quando & quibus quarta pars
30 deb. lib. 10) Vbi tamen † rectè aduertit tutorē à libro rationum quem conficere tenetur. l. 1. §. officio. D. de tutelis. & rat. distrah. l. aduersus. 35
l. rationes. C. de administ. tut. diximus in §. 1. huius tit. non ita facile excusari posse. Nec obstat quod futurus dolus videatur remitti inuentario non confecto, nam hæc præsumptio excluditur propter iussum patris: de quo lex multum cõfidit. l. isti quidem. 8. D. de eo quod met. caus. l. fi. C. de curat. fur. & propter iudicis authoritatē, cuius arbitrio permittitur æstimare an iusta causa subsit ad probandam inuentarij remissionem.

31 † Pater tamen legitimus administrator filij inuentarium facere non tenetur, neque administrationis rationem reddere. l. cum oportet. 6. §. non autem. ibi. *neque ratiocinia*. C. de bonis quæ liber. quem tex. ad hoc expendit Cynus ibi. quæst. 4. & plures relati à Pinelo in l. 1. 2. par. num. 21. C. de bon. mat. Nicol. Boërio de- 36
cis. 61. num. 5. & 6. Anton. Gom. in l. 48. Tauri num. 16. vbi affirmat apud Hispanos ita obseruari, & de eadem obseruantia apud Gallos testatur Rupellanus in enchiridione iuris Gallię. pag. 363. Vnde caue bis à contraria sententia Speculatoris tit. de instrumentorum editione. §. fin. num. 14. quem sequebatur Cumanus cõsil. 89. num. 7. & Pinelus sup. num. 22. Mencha
32 ca de succes. creatione. §. 6. num. 46. † Illud tamen inter omnes constat, quod licèt pater 37
inuentarium facere non teneatur, tenetur tamen patri descriptionem bonorũ, quemadmodũ vsufructuarius. l. 1. §. recte. D. vsufructuar. quemad. cau. notat Curt. Iunior. in l. vnica. C. de prohib. sequest. pecu. Quæ descriptio licèt plenè non probet, facit tamen semiplenam probationem in fauorem filiorum, vt notat Cumanus consil. 161. inducens ad id l. chirographis, iũcta glos. D. de administ. tut. Hæc de directa tutelæ actione.

33 † Contraria actio tutelæ datur, ex nostro tex. tutori vel curatori ad repetendas impensas in re pupilli vtiliter factas. l. 1. & per totum. D. de contraria & vtili actio. tutelæ. quarum expensarum exempla latè prosequitur. Ioan. Gar. tract. de expensis & meliorat. c. 3. n. 51. & cap. 4. n. 26.

† Sed an repetat expensas quas fecit domo egressus ad gerenda negotia pupilli dubitari solet: & verius est has quoque deducere. l. 1. §. si pupillus, versic. *item sumptus*. D. de tutelis, facit. l. si fratres. §. si quis ex socijs. D. pro socio. l. idemque. §. idem Labeo. D. mandati. notarunt Dynus, Odofred. & Alber. in l. eos. D. de tutelis. Cassaneus in consuetudinib. Burgundiæ, Rubr. 6. §. 4. Orosci. in l. sumptus. D. de pactis. Baeça de decima tutoris. cap. 1. num. 3. dum tamen is deducat quæ domi esset impensurus, vt notat Alberi. in l. à tutoribus. §. quemadmodum. D. de administ. tutor. Boërius in consuetud. Bituricensibus. §. 11. col. 2.

† Illud etiam quod tutor in litibus pupilli impendit in hac contraria tutelæ actione venit, quod licèt ad lites cœptas dumtaxat pertinere putent plures, vel ad inchoandas quæ tempore erant perituræ. l. 1. §. illud. D. de mun. & honorib. ibi. *vsucapiones interpellare*. l. sed si is. §. quoties. D. de Carbon. edicto. l. 1. §. item si periculum. D. de ventre in poss. mitt. est tamen verius & nouas lites instituere posse propter legitimam administrationem quam habet, in qua ligitandi facultas continetur, l. 2. D. de curat. bonis dando. ibi: *eisque actiones & in eos competunt*. l. sed etsi is. §. si impubes. D. de Carb. edicto. ibi: *Qui omnia curet & actiones exerceat*, & apertè cauetur in l. 17. ti. 16. p. 6. ibi: *en todo pleyto que el mouiesse, o le fuesse mouido enjuyzio*.

†Præterea veniũt in hac actione meliorationes & expẽsę factę in reb⁹ pupilli etiã si nõ extẽt res in quibus factæ sunt, veluti quia perierũt, cõbustæ, euictæve sint. l. planè. in fin. D. de pet. her. & in sumptibus litis vtiliter institutæ aut prosequutæ admittẽdũ est, licèt minor postea fuerit cõdẽnatus, argu. l. qui. mutuũ. §. fi. D. mãdati. l. si seruus in rem. in princ. D. de in rem verso. l. si seruũ. C. eo. & in terminis est tex. in l. qui ergo. §. sufficit. D. de contrar. iud. tut.

† Denique aduerte (quia & hoc quoque hodie hac actione tutor consequitur) quod licèt tutoris officium gratuitum sit. l. in eos. D. de tutelis. l. à tutoribus. §. principalibus. D. de administrat. tutor. ex causa tamen poterit assigna-

signari salarium tutori. dict. §. principalibus. l. idemq. §. idem Labeo. D. mandati. l. 1. §. si à pupillis. D. de tutel. & rat. distr. Apud nos Hispanos decima pars fructuum & redditûum bonorũ pupilli, pro administratione tutori datur. l. 2. tit. 7. lib. 3. fori. quæ vsu recepta est, vt testatur Auẽdaño aliqua vtilia ad eam legem adducens, tract. de exeq. mand. 1. par. cap. 4. nu. 6. Ioann. Garcia tract. de expensis. cap. 1. à num. 20. Segura in l. coheredi. §. cum filiæ, fol. 31. D. de vulg. copiosissimè Baeça tract. *de decima tutori Hispanico iure præstanda*. His sic pro explicatione mutuæ huius actionis tutelæ directæ & contrariæ enarratis, restat adducta argumenta in Iustinianum vt iam diluamus.

38 Ergo † non obstat primum ex l. si tutor. 9. l. sed non dãtur. 10. D. de tutelis & rat. distrah. quoniam etsi verum sit, vt ex latè sup. adductis constat, actionem tutelæ directam & contrariam nasci ex ipsa rerum minoris administratione, & gestione, agere tamen nec pupillus contra tutorem, nec tutor contra pupillum nisi finita tutela & administratione non possunt, elegans tex. in l. Titius. 48. ibi. *nec agi tutelæ ob prius tempus posse*. D. de excusat. tut. l. 1. §. hæc actio. l. nisi finita. 4. l. si tutor. 9. versic. *Et generaliter*. & §. cæteræ actiones. l. sed non dantur. 10. l. cum tutor. 18. ibi: quæ actio sine dubio non prius competet, quàm pupillus ad pubertatem perueniat. D. de tutel. & rat. distr. l. 1. §. finito. D. de contrar. & vtil. actio. tutel. l. 1. D. rem pupil. sal. fore. §. fi. sup. de Attiliano tut. quod & in magistratibus, vt non nisi magistratu depositò conueniantur, probat l. nec magistratibus. 32. D. de iniurijs. l. 11. tit. 1. lib. 16. titu. 9. par. 7. huius rei rationem scripsit Vlpian. in dict. versic. *Et generaliter*, inquit enim. *Absurdum enim erat à tutore rationem administrationis bonorum pupilli reposci, in qua adhuc perseueraret*. Sicque sunt accipienda multa quæ doctè & vtiliter de tutorum rationibus scripsit Baeça, tract. de decima tutori Hispanico iure præstanda. cap. 2. ex num. 152. quamuis cæteri omnes administratores singulis annis rationem reddere teneantur. Clem. 2. §. 1. vbi glos. verb. *Singulis an-*
39 *nis*, de religiosis domibus. † Quod ius in tutoribus etiam apud Saxones admissum, vt si ipsi pupillis non existant proximi heredes cogantur proximioribus successoribus illo iure quotannis calculum administrationis ponere, multis testimonijs adductis probat Vvesembekius in paraphasi tituli. D. de tutelæ & rat. distrah. num. 3. idem scribit Oynotomus in dict. §. fin. num. 3. sup. de Attil. tut. & in hoc nostro tex. num. 48. Idemque statutum esse per Imperatorem Maxim. Carolum V. in Comitijs Augustanis anno. 1548. celebratis, vt tutor ad requisitionem magistratus quolibet anno suæ administrationis sufficientem rationem reddere debeat: quæ lex sanctissima & pupillis vtilissima, vtinã generaliter in Christiana Republica admissa fuisset, vt plurium tutorum effræmata cupiditas & auaritia cohiberetur, qui sui muneris obliti, & legis Platonicæ immemores, apud quem lib. 1. de legibus sic scriptum est: *Tutor non minus Orphanos, quàm si genuisset eos, diliget; neque res illorum peius, quàm suas gubernet*. & Tulliani moniti apud quem Officiorum. 1. traditur, tutelam & procurationem reipublicæ ita gerendam ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non eorum quibus commissa est. Et quod magis est diuini Oraculi Exodi. 22. *Viduæ & pupillo non nocebitis, si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ & filij vestri pupilli*. Pupillorum bona dilapidantes, animo magis deprædandi tutelæ, curæve munus obijsse, quam illorum personas & bona tuendi videntur, quare & fures censendi sunt. l. si pupilli. §. sed etsi quis. D. de neg. gestis, in quam rem plura Pet. Greg. iam relatus, Caldas in l. si curatorẽ, verb. *sine curatore*. n. 4. C. de in integ. rest. Nec ratam fuisse hanc tutelæ actionem durante tutula probãt Vlp. verba ex d. §. cæteræ, sup. in argum. adducta, non enim probant natam non fuisse, sed non cõpetere, quod longè diuersum est, planè non competunt ex ratione d. versic. *absurdum*, quod optimè hic Accurs. insinuauit.

40 † Non obstat secundum argumentum: verissimum enim quidem est, pupillum sine tutoris authoritate obligari nõ posse, item nec in rem suam tutorem illã posse interponere nec præstare. l. 1. l. pupillus. §. itẽ ipse. D. de auth. præstanda. latè Baeça. d. c. 2. ex n. 132. Caldas in d. l. si curatorem, verb. *contractum fecisti*. num. 25. cum sequen. C. de in integ. rest. attamen receptum est, vt tutori suo pupillus sine tutoris authoritate ciuiliter obligetur, ex administratione scilicet: *etenim* (vt inquit Vlpian. in l. 1. in princip. D. de contrar. & vtili actione) *prouocandi fuerant tutores, vt promptius pro pupillis aliquid de suo impendant, dum sciunt se recepturos id quod impenderint*. Ergo ex administratione reipsa obligatur pupillus, vt & in alijs multis casibus, quemadmodum & furiosus, & prodigus. l. furiosus. 46. D. de obligat. & actio. coniuncta l. Marcellus. 25. D. de fideiussoribus, & his quæ in earũ proposito diximus in d. princ. de auth. tut. & magis in §. furiosus, sup. de inutilibus stipulationibus. Cui resolutioni non obstat tex. in l. fistulas. 78. §. 1. D. de cont. empt. quoniam ei rectè satisfacit Caldas in d. verb. *Contractum fecisti*, ex num. 26.

4 † Non obstat tertium argum. Quoniam est magna inter actionem hanc, & alias quibus pupillus tenetur differentia, quia hac pupillus

in solidum obligatur tutori, vt latè supra ostendimus, & probat l. 3. D. de contrar. & vtili actio. item & ei qui pro tutore negotia gessit. l. 1. §. hæc autem. D. de contr. & vtili. actio. l. 1. D. de eo qui pro tutore. Quamuis autē in inquirenda discriminis ratione laborent Bart. & reliqui, eorum omissis opinionibus ex Vlpian. in d. l. 1. D. de contr. & vtili act. tutelæ, expedita res est, dicendum enim est, summa diligentia legislatores curasse, vt non solum pupillorum res gererentur, sed etiam personæ eorum gubernarentur, ab his videlicet quorum fides & probitas & à competente Iudice, vel Magistratu probata fuisset, ideòque varijs modis ad tutelæ munus obeundum homines prouocauerunt, illo autem potissimum, vt si quis tutor reipsa pupillum obligaret posset eum in solidum conuenire. Cæterū si tutelæ munus non subiret, sed solum bona eius curaret, & negotia eius gereret, voluerunt vt pupillus dumtaxat conueniri posset in id, in quo factus fuisset locupletior, vt ita ad tutelam suscipiendam prouocarentur, & is qui negotia dumtaxat gesturus erat, attentius & vtilius ea tractaret: quod latè obseruauit Ludouic. Vitalis lib. 1. variar. cap. 11.

42 † Non obstat quartum argumentum. Quoniam vt ex Baldui. hic rectè Mynsing. num. 2. aduertit, id quod Iustin. in nostro tex. docet, nullum negotium inter tutorem & pupillum contrahi, intelligendum est, quoad tutelæ iudicium pertinet, de quo hic agitur: Cæterùm nemo negat contrahi aliud negotium inter pupillum & tutorem, tempore tutelæ susceptæ, ex stipulatione rem pupilli saluā fore, de qua in tit. D. rem pupil. sal. for. qua cauetur ipsi pupillo, vel adolescenti rem eius saluam futuram, qui si præsens est, & fari potest, etiāsi eius ætatis erit, vt non intelligat quid agatur, tamen propter vtilitatem receptum est, rectè eum stipulari & agere. l. seruum. 6. D. rem pupil. sal. fo. Quod si aliter erit seruus pupilli, aut eo deficiente, seruus seu notarius publicus eius nomine ad acquirendum pupillo actionem stipulabitur. l. 2. d. l. seruum. 6. illo titu. aut sanè dare aliquem Prætor debebit cui cāueatur. l. aut dare. 3. eo. tit. ex cuius stipulatione non quidem ipso iure pupillo acquiritur (nemo enim alteri stipulari potest. §. alteri. sup. de inutilib.) sed ex æquitate vtilis actio datur. l. non quasi. 4. D. rē pupil. sal. for. qua stipulatione continetur id quod ex tutela fieri oporteat. l. cum rem. 11. l. cum pupillus. 9. l. si postea quam. 10. D. eod. quod rectè in paraphrasi eiusdem tit. Vvesembek. aduertit, & quæ ad ius Regium spectant nos supra ad tit. de satisdationibus tutorum.

Iam tertium exemplum obligationum ex quasi contractu explicemus.

§. *Item si is aliquos.* 3.

1 *Communi diuidundo iudicium resultat ex quasi contractu, quæ ex rerum communione descendit. & num.* 3.

2 *Communi diuidundo iudicium nascitur ex societate. & num.* 6.

3 *Actio pro socio ad personales præstationes pertinet.*

4 *Communio quia magnas solet excitare discordias, iudicium diuisionis necessarium fuit.*

5 *Communi diuidundo quando personalis, quando realis actio sit.*

7 *Communi diuidundo iudicio expensæ in re communi factæ repetuntur.*

L. cum duobus. 52. §. *idem respondit socius. D. pro socio.*

L. si vt proponis. C. de ædif. priuatis.

8 *Communi diuidundo in iudicio veniunt damna in re communi data.*

L. Si is cum quo. 22. *D. communi diuid. & eius lectio animaduersa.*

9 *Communi diuidundo actio directa & vtilis, & cui directa, & cui vtilis detur. & num. seq.*

11 *Familiæ herciscundæ iudicium quando & quibus detur remissiuè.*

1 EST & alia † quasi contractus species, quæ ex rerum siue societate communiū resultat & consortes communi diuid. iudicio adstringit & obligat, vt in exemplis Iust. hic, & I. C. in l. 1. 2. 3. D. communi diuidundo, præter ordinarios in dictis locis, & in hoc nostro tex. explicat accuratè Vvesembek. in paraphrasi illius titu. Petrus Greg. 1. p. Syntag. lib. 5. cap. 2.

2 Sed pro dubitandi ratione † contra nostrum tex. ibi. *Si inter aliquos communis res sit sine societate*, quibus verbis Iustinian. probat inter socios huiusmodi actionem pro rerum diuisione non dari. Obijcio nostrum eundem tex. ibi: *aut quod socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit.* & magis in d. l. 2. ibi: *locus est communi diuidundo iudicio cum societate res communis est.* quibus verbis perspicuè ostenditur inter socios hac actione etiam agendum esse.

3 † Verum eo argumento non obstāte dicendum est ob causam rei sine societate communē hanc obligationem mutuam, quæ communi diuidundo iudicium dicitur, nasci, quod iudicium ideò necessariū fuit, quod pro socio actio magis ad personales inuicem præstationes pertinet, quàm ad communium rerum diuisionē. l. 1. D. comm. diuid. familiæ verò herciscundæ iudicio (de quo sequenti versic. agendum est) hereditatis tantum fit diuisio, non aliarum rerum singularium. l. per hoc iudicium. 4. D. communi diuidun. quæ cum vel ex societate, vel citra vllam societatis affectionem alia ex causa pos-

sa possint inter aliquos esse communes. d.l. 2. D.commun.diuid.l. vt sit. 31. cum seq.D.pro socio. explicat Cuiac.lib.5. obseruat. cap. 10.

4 † Opus fuit iudicio aliquo quo res quomodocumque communes ad diuisionem perduceren tur, nec enim quispiam inuitus in societate cõmunionéve est retinendus.l. fin. C. communi diuid. etiamsi pacto conuentum fuerit ne diuisio vnquam fieret. l.in hoc iudicium. 14. §.penult.D.communi diuid. solet enim communio magnas excitare discordias.l.cum pater. 78. §. dulcissimis. D. de leg.2. l. qui neque. 8.in fin. D. de rebus eor. l. in re communi. 25. D. de seruit. vrb.l.si non sortem.26.§. si centum.D. de condict.indeb. Tex.in proœmio, & in l.1. tit. 15. par.6. latiùs itaque patet, quoad vsum attinet, communi diuidundo iudicium, quàm familiæ herciscundæ, quia hoc inter solos heredes de hereditate datur, vt hîc Iustin. docet, & mox cum eo nos dicemus, illud verò omnibus omnino, qui rem aliquam habent communem, adeò vt & coheredibus, vbi familiæ herciscundæ iudicium deficit, dari soleat.l.si filia.§.familiæ.l.inter. D. famil.herciscundæ. 5 † Datur autem ex causa communionis à qua paratur discedi, siue ex contractu societatis, siue alio modo, putà emptione, legato, donatione res sit communicata, tex. hîc, & in d.l. 2.D.com.diuid.& tunc quidem realis est actio, quippe qua non dari nobis quod alterius est, sed quod nostrum est demonstrari petimus. At verò qua ex parte petimus, quicquid ex bona fide alterum nobis dare facere oportet, tum personalis actio est nõ ad diuisionẽ, sed ad prę-stationes pertinẽs: quod cum ita sit illud etiam consequitur, vt hæc actio tũ demum quasi ex contractu nata videatur, nimirum cum alterum alteri dare facere oportet, qui exitus eiusmodi est qui solet earum esse quæ verè ex contractu nascuntur. Vbi autem hoc demum intenditur, vt quæ cuiusque res sint demonstretur, difficile sanè dictu est, eam quasi ex contractu natam esse. Vnde rectè Iust.in nostro tx. tunc ex quasi contractu communi diuid. agi demonstrat quando alter ex socijs, siue consortibus fructus ex re perceperit, aut solus in eam rem necessarias impensas fecerit, non vt quæ res communis est diuidatur quis agat: vt cum iudicio iuniores hîc Baldui. Mynsing. & Hotom. obseruarunt, Vvesembe. iam relatus. n. 2. vnde liquet hanc actionem mixtã causam obtinere.

6 † Argumentum sup. inductum parum obstat, constat enim ex iam dictis tunc actionem siue iudicium communi diuidundo ex quasi contractu dari, cùm res sine societate conuentionali, sed ex ea quæ incidens appellatur communis est, veluti quòd pariter empta res fuerit, donata, legata. Nam si ex societate communi diuidundo ageretur, tunc ex vero contractu nasceretur iudicium, ex d. l. 2. D. communi diuid. vt latiùs prosequuntur interpretes in §. actionum. verbo *communi diuidundo*, infra de actionibus.

7 † Veniunt autem in hac actione expensæ quas alter ex socijs in re communi fecit, vt in nostro tex. ibi: *aut quod socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit*. Qua in re omnino obseruabis insignem decisionem l. cum duobus. 52. (aliàs incipit, si fratres.) §. idem respondit socius. D. pro socio, in illis verb *aut deinceps propriam rem habebit*, quibus probatur, quod si habens rem communem cum alio impensas necessarias in ea fecerit, & requisitus alter intra quatuor menses quod ad suam partem pertinet non soluerit cum vsuris centesimis, amittit partem & applicatur ei qui fecit impensas, nisi malit persequi potiùs quod sua interest, quem tx. in hoc singularem reputat Cremens. sing. 23. Hippolytus sing. 369. Cæpola cautela. 85. & exornabis ex traditis à Ripa in rub. nu. 5. D. de dam. infecto. Iasone in l. quominus. nu. 119. D. de fluminib. Dueñas reg. 182. Castillo in l. 76. Tauri. verb. *en commiso*. Greg. in l. 6. ti. fin. p. 3. & nouissimè à Ioan. Garcia, tract. de expensis, c. 19. ex nu. 14. qui in eãdem etiam sententiam adducit l. si vt proponis. vers. *Etenim si solus*. C. de ædif. priuat. quam d.l. Regia transcripsit, de quarum ratione videndus est Corasius lib. 4. miscellan. cap. 29. nu. 5. Sed ego earum decisionem generaliter accipere non auderẽ, sed quoties in re, cuius reparatio publicè interest, expensæ factæ sunt.

8 † Vlteriùs & in hac actione & iudicio veniunt damna facta in re communi propter delictum socij, vt Pompon. scripsit in l. si is cum quo. 20. D. communi diuid. explicant Duaren. lib. 1. disput. cap. 4. Ræuard. lib. 1. varior. ca. 17. qui sanè tx. nõ debet intelligi in iudice qui per iniuriam malè iussit villam communem dirui, quamuis hoc videantur significare illa verba, *motu iudicis*, quoniam si hoc ita esset nõ socius teneretur, sed iudex ex iuribus allegatis à glossa ibi; nec contrarium probant illa verba, *motu iudicis*, maximè si cum Ræuardo sup. legas, *magistratus imperio*, contracto errore ex notarum similitudine, videlicet. M. I. vnde veriùs existimo eum tex. loqui in delinquente, cuius nomen propter contumaciam annotatum est eo quod copiam sui non faciebat, iuxta l. 1. D. de requiren. reis. coq; pertinẽt illa verba, *ad delictũ non respondit*, quæ est Florentinorũ Pandectarum lectio, quam cum imperiti non intelligerent mutarũt, *ad edictũ non respondit*, vt probat Duaren. inde mutans, *ad delictũ*. Licet autẽ absens annotatus dãnari nõ posset, vt in d.l. 1. ob grauissimũ tamen maiestatis, aut perduellionis crimẽ eius bona ob aliorũ exemplũ diruebantur; coq; referẽdus est ille tex. qui cum de hoc principaliter nõ tractet præsupponit terminos habiles. Et de absentibus ob hæc

atrociora crimina damnandis plura antiquitatis exempla congesit Did.Simanc.in Catholicis institutionibus.tit.2. & vide Parladorium lib.1.rerum quotid.c.21.

9 † Est autem hæc actio Directa,& Vtilis.Directa competit solis dominis rei corporalis communis.l.4. D. com.diuid.siue neuter, siue alter tantum eorum, siue vterque rē possideat l.communi.30.D.com.diuid. & vel inter omnes, vel certos ex his hoc iudicium accipi potest.l.etsi non omnes.8.l.si quis.29. D.illo.tit. Vtile autē iudicium datur illis qui vtile,(quod nostri doctrinæ gratia sic appellant, cum tamē apud I.C.nusquam tale legatur) dominium habent,vt qui fundos vectigales possident.l. cōmuni.7.D.com.diuid.qui Publicianam habent d.l. 7.§. 1.aut alia iusta ex causa pro suo vsurpant. d. l. 7. §. si duo sint.illis etiam qui ius incorporale vt vsumfructum, pignus, & consimilia iura habent inter se communia.d.l.communi.7.§. si duo.l.item.10.§.1.l.arbor. 19.§.fi. D. com.diuid. Quia enim hæc veram diuisionem non admittunt, vt constat ex latè traditis in l.2. §. & harum. §. ex his l.stipulationes non diuiduntur.72.D.de verb.oblig.ideò vtile tantum iudicium datur, quo non ipsum ius incorporale (qui enim potest?) sed illa diuiduntur,quæ eo comprehensa sunt, vt in vsufructu fructus,in pignore vsus pignoris: nam si nihil insit quod diuisionem recipiat, vt in seruitutibus,hac actione non agetur.l.arbor.19.§.si per
10 eundem. D. com. diuid. † Datur etiam interdum non dominis ratione præstationum, quæ personales actiones sunt,neque rei coherent.l. item Labeo.22.§. pen. D. fam. hercis. quoties videlicet res, aut extincta est, aut communis esse desijt.l.si quis putans. 6.in princ.l.in summa.11.D.com.diuid. Sed & in heredes transit, contraque cæteros successores, non tanquam heredes,sed vt dominos & possessores,quo tamen in iudicio etiam id veniet quod defunctus percepit.l.4.§.sicut.d.l.item Labeo.D.illo.tit. Cum verò iudicium duplex sit.l.2.D.com.diuid. quibus hæc actio datur, contra eosdem etiam dari certum est.

11 *Idem iuris est* † (inquit Iustin. in hoc nostro §.) *de eo qui coheredi familiæ herciscundæ iudicio ex his causis obligatus est*. Scilicet inter coheredes vltrò citroque nasci obligationem, simul enim atq; adierunt hereditatem videntur quasi contraxisse, ita vt alter alteri in mutuis præstationibus sit obligatus, qua de re, & hoc familiæ herciscundæ iudicio, & quomodo hereditas diuidenda sit, quia plena manu fauente & auspice Iesu, ad §. quædam actiones, infra de actionibus, dicemus, silendum nunc est.

§. *Heres quoque.* 4.

1 *Heres adiens hereditatē quasi cōtrahit cū legatarijs, vnde eis actione ex testamēto tenetur.& n.3.*
2 *L.3. §.fin. D. quibus ex causis in possess. eatur. & num.5.*
Heres cum creditoribus testatoris nec contrahit, nec quasi contrahit,& nu.4.
5 *Heres adiens hereditatem cum testatore quasi contrahere videtur.*

1 HERES † hereditatem adiens tacite cū legatarijs contrahere intelligitur.ideòque eis actione ex testamento tenetur, idem in l.apud Iulianum.3.§.fin.cum.l.seq.D. quib.ex caus.in possess.eatur. l. si. quis absentis.5.§.heres.D.de obligat. & actio.l. qui cum alio.19.D.de reg.iur.explicant Bart.in l.1.nu. 8.D.de condict.indebi.Ias.in §.1.nu.34.inf. de actionibus

2 † Sed pro dubitandi ratione contra nostrum tx.ibi.*neque enim cum herede vllum negotium gessisse legatarius propriè dici potest*: quibus verbis probat Iustin. heredem ex hoc quasi contractu legatarijs tantummodo teneri,non defuncti creditoribus,obijcio.tx.in d.l.3.§.fi.D.quibus ex causis in poss. eatur, vbi ex Marcelli sententia Vlp. probat creditoribus quoq; defuncti concedi, vt pupilli heredis bona possideant,eiusque rei rationem reddit. *Etenim videtur impubes contrahere cùm adijt hereditatē*. Quod Iulius Paul. in l.sed & is.4.statim sequenti, & ad pupillum suum heredem extendit, *sed & is* (inquit) *qui miscuit se cōtrahere videtur*. Ex quibus receptū est heredem non tantum cū legatarijs,verū & cum defuncti creditoribus quasi contraxisse, vt sine scrupulo frequenter omnes ex hoc nostro §.docent.& nominatim Petrus Faber in d.l.qui cum alio.19. D. de regul. iuris,in finalibus verbis.

3 † Verū quicquid eruditus vir velit,& passim omnes doceāt lōgè verius est, vt Iust.hic expressè docet adeuntē heredē legatarijs ex quasi cōtractu teneri,nō creditoribus. Prioris cōclusionis ratio euidens est. Ecce enim,heres cū legatarijs nō cōtraxit aliquod negotiū,quibus inuitis legatū relinquitur; nec testator cū illis cōtraxit,cùm nesciētibus forte illis legatū relictū sit,cōtractus autē sine consensu nullus esse possit,vt sæpè docuimus ex l.1.§. adeò. D.de pactis.Præterea nec dolo heres,vel culpa legatario obligatur,ficq; nullus subest maleficij vel quasi maleficij prætextus,igitur reliquū est vt ex quasi cōtractu heredē obligatū dicamus, & ex tali obligatione actio in eū detur, quā dari, & *ex legatorū*,siue *ex testamēto* nūcupari omnes hîc, & in §.sed nostra (vbi & nos quoq; diximus) sup.de leg.aiūt.& probat l.quod legatur. 38.D.de iudicijs.l.proinde. 8.l. certi cōdictio. 9.§.1.de reb. cred.eāq; quāuis non hereditariā actionem,hereditariarum loco esse docet Iul. Paul.

Paul. sic intelligendus in l. hereditariarum. 40. D. de oblig. & act. † Posterioris ex eo descen
4 dit, quia æs suum ab herede repetunt, heres ergo eis tenetur non quasi ex contractu, sed ex ipso defuncti contractu, qui suam obligationē ex negotio cum illis gesto contractam in heredem suum transmisit. Hæ sunt obligationes hereditariæ: creditores vel debitores defuncti, sunt creditores vel debitores hereditarij, at ex legatis non est obligatio hereditaria, sed obligatio heredis, quæ hereditarię loco est, vt in d. l. hereditariarum. Obligatio hereditaria incipit ex persona, vel in personam defuncti, Obligatio heredis vel in heredem ex hoc quasi contractu ab ipso vel in ipsum incipit. l. 1. & toto titu. C. de hered. actionib. vbi in paraphrasi erudite obseruauit Cuiac.

Non obstat † tex. in d. l. apud Iulian. 3. §. fi.
5 & leg. seq. D. ex quibus causis in poss. eatur: quoniam animaduerto, quod etsi cum creditoribus heres aditione non contrahat, nec quasi cōtrahat, contrahit tamen vel quasi, cum ipso defuncto, ex quo quasi cōtractu tenetur eius exequi voluntatem, item & ipsum quem iam adita hereditate repræsentat (authē. de iure iuran. à mor. præstito. in princip. cum multis alijs copiosè adductis suprà in rubri. de heredibus instituendis) omnibus absoluere oneribus & obligationibus, quinimo se ipsum, in quo eandem testatoris personam iuris fictione intuemur. Sicque prædicta iura intelligenda aio, contendoque, quod tibi magis persuadebis si memineris inueteratæ illius institutionis quæ olim inter ciues Romanos obseruabatur, & cuius apud Iustinianum nostrum est non infrequens mentio in titu. suprà de testamen. ordinandis, scilicet emptionis & venditionis, quæ, licèt imaginariè, celebrabatur tamen inter testatorem & heredem, quo contractu heres mancipatione post mortem testatoris dominus iure Quiritū factus per omnia eius personam subibat, & directo, velut olim testator, poterat conueniri iuxta Iustinianum in §. restituta. suprà de fidei commiss. hered. vbi quoque insinuauimus.

§. *Item is cui quis per errorem.* 5.

1 *Indebitum recipiens ex quasi cōtractu obligatur, vt explicatur num. sequen.*

ALiud ecce iam obligationum quæ ex quasi contractu nascuntur exemplum, cùm
1 quis † pecuniam indebitam ab imprudēte oblatam accipit, quo casu certi condictione tenetur, non ex contractu, sed quasi ex contractu, quod desumptum est ex d. l. si quis absentis. §. is quoque. D. de oblig. & act.

2 Sed pro dubitandi † ratione sic argumentor: Ille ex quasi contractu obligatur, vt Iusti. noster argumentatur in prin. in §. 1. 2. & 3. sup. hoc tit. qui nec ex contractu, nec ex delicto, nec ex quasi delicto tenetur. Sed is qui indebitum accipit obligatur ex contractu, qui re perficitur & celebratur. d. l. 5. d. §. is quoque, & §. is quoque, sup. quibus mod. re contrahit. obliga. ibi: *Is quoque qui non debitum accipit re obligatur.* Ergo male Iustinianus hanc obligationem inter eas quæ ex quasi contractu nascuntur collocat.

3 † Facilis tamen est explicatio, nam etsi indebitum accipiens potiùs ex distractu quàm ex contractu obligari videatur, & profecto ita sit vt nulla sit harum omnium obligationum quæ tantopere à contractu aliena sit, cum in alijs scientia sit in alterutro, scit enim negotiorum gestor se obligari, scit tutor, scit qui fructus ex re communi percipit, scit qui hereditatem amplectitur, scit qui sumptus in rem communem facit se alterum obligare: hocque casu nonnunquam vsu eueniat vt neuter sciat, nam qui soluit nunquam id intelligit, qui accipit si bona fide accipit ab animo contrahendæ obligationis est alienissimus, cum nihil magis contrariū sit consensui quàm error, tamen quia qui soluit existimatur eo animo esse, vt si indebita sit pecunia quam soluit accipientem sibi ad reddendum obliget, & qui accipit sic accipere vt nihil alienū iniuria retineat, ex quasi contractu obligatio nata intelligitur, ex eadem illa argumentatione quam superioribus in casibus Iustinianus formauit. Ideò autem eandem obligationem, & inter eas quæ re contrahuntur Iustinianus recensuit, quoniam quantumuis is animus in dante & accipiente à lege fingeretur, nisi tamen vere res intercessisset, efficax non posset esse obligatio. quade re copiosè cum Iustiniano in d. §. is quoque. sup. quib. mod. re contrah. oblig. differuimus.

§. *Ex quibusdam.* 6.

1 *Indebitum per errorem solutum, ex his causis ex quibus inficiando lis crescit, non repetitur, cuius rei ratio sequentibus numeris explicatur, maximè num.* 8.

3 *Inficiatione quæ actiones crescunt, & num. seq.*

8 *Transactionis nomine datum repeti vt indebitū nunquam potest.*

9 *Dotis nomine etiam ex falsa causa datum repeti non potest.*

1 PEr obscura & perdifficilis huius §. ratio, & eius iuris quod apud veteres receptum hic Iustinia. profitetur, pleriſque visa est, & sanè non iniuria, vt rem paulò attentius examinanti constabit, sed antequam sententiam proponam, hunc §. non ad huius tit. tractationem, sed ad indebiti tantum materiam, de qua in proximo superiori pertinere cum iuniorib.
2 obseruo. Ecce sententiam. † Indebitum per

errorem solutum,ex his causis,ex quibus inficiando lis crescit,non repetitur.Desumpta est ex l.ea quæ.4.C.de condict. indeb. explicant Bart.in l.1.ex nu.25.D.de cond.indeb. Iaso.& Mynsing.nu.41.& 44.in §.ex maleficijs,inf.de actionib.Pet.Greg.3.p.Syntag.lib.21.cap.15. notat Greg.Lopez in l.8. glos. *E el que negare que non.* titu.7.part.3.

2 † Sed iniustam & valde iniquam huiuscemodi traditionem esse nemo est qui nõ videt,quid enim in causa esse potest,vt repetitio mihi denegetur illius rei quam omnino indebitam soui,si memineris eorum quæ tam latè supra cũ I.C.& Impp.docuimus in §. is quoque,supra, quibus modis re contrahitur obligatio,asserentes,iustissimam,maximèque naturali iuri consonam fuisse sententiam,& prudẽtum placitũ, quo cautum est,ne quis cum aliena iactura locupletetur indebiti ob imprudentiam soliti repetitionem esse concedendam,vt latius d.loco admonuimus.

3 Quem scrupulum,vt † remoueamus penitius res examinanda est. Igitur scire oportet actiones quasdam esse,quæ per inficiationẽ iure ciuili crescunt, & quæ antea in simplum dabantur,in duplum postea conceduntur, rẽ exẽplis docuit Iustinianus in §. ex maleficijs:infra de actionibus.Nam contra negãtem ex l.Aquilia,si eum damnum dedisse probetur,dupli procedit condemnatio, l.contra negantem. 4. C. ad legem Aquiliam.l.2.§.& infra.l. inde Neratius.23.§.hæc actio.D.ad legem Aqui. consonat l.16.titu.15.par. 7. in confitentem in simplum,vt in dictis iuribus.Idem in actione † mi
4 serabilis depositi,ex incẽdij,ruinæ,naufragijve occasione.l.1.§.merito . D . depositi. explicat Ant.Gom.2.tom.cap.7.num.2. diximus in. §. præterea. supra quibus modis re contrahitur
5 obligatio.In † legatis relictis pijs & venerabilibus locis ex nostro tex.hic,&
6 d. §.ex maleficijs.Item si quis heres † contumax fuerit in reddenda filio testatoris legitima relicta . l. si quis in suo.33.C.de inofficio.testam.Si quis in
7 ficiatus † sit numerationem pecuniæ,auth.cõtra qui propriam. C. de nõ numerata pecunia. auth.de triẽte & semisse.§.studiũ,versi. *si enim protulerint*,collatione. 3 . & in alijs multis casibus in quibus mendacium,mala fides, & dolus puniuntur,quando in præiudicium alterius vergunt,vt multis probat Petrus Grego. d. c. 15. & est optimus tex.in l.8.titu.7.part.3. vbi negans se fuisse citatum in duplum cõdemnatur, quemadmodum etiam inficians res feudi , feudum amittit.Molineus in consuetudinibus Parisiensibus,titu.de matiere foedale. §. 30.Pet. Grego.1.part.Sintag.lib.6.cap.15.num. 151.& cap.19.num.22.

8 Vlterius sciendum est, in his casibus in quibus per inficiationem actio crescit, quod solutum est repeti non posse,d.l.ea quæ.4.C.de cõdictione indebiti,& tex.hic,Pet.Greg.3.part. Syntag.lib.22.cap.17.num.4.in reddenda eius rei ratione anxie laborant interpretes,vt constat ex Baldui.Hotom.Mynsing.Bodeo hic, illam paucis insinuauit Petr. Greg. latius Baldui.cui ego assentior , multa in hanc rem eam latè prosequutus adduxit Iuuenalis à Costafor ti in dict.§.is quoque.ex nu. 20. supra, quibus modis re contrahitur obligatio,Scitum est,teste Iulio Paulo,in l.in summa. 65. in princ.D. de condictione indebiti,quod transactionis nomine datur,licet res nulla media fuerit non repeti,nam si lis fuerit eo ipso quod à lite discedi tur,causam videri esse: quod igitur transactionis iustæ causa lite mota datum erit , licèt alioqui nihil ab eo contra quem agebatur debitum esset non repetetur tanquam indebitum . Sed neque alium verum debitorem liberat.l. nec intentio.C.de transactionibus. tunc ad rem:quis nondum lite mota damnum,quod verè datum erat vltro præstitit,ex istimans se dedisse , nec volens ex temeraria inficiatione subire dupli periculum . Hic quominus ex suo errore agat aduersus eum qui sibi debitum accepit, impeditur,quod videatur quodammodo trãsegisse, ne inficiatus subijceretur periculo dupli . Sed ne causetur sibi iniuriã fieri , nõ negamus ei actionem dari,vt quod soluit,ab eo qui vere damnũ dederat repetat.l.qui seruum.21.D.de interro. act.quod si re vera nullum damnum fuisset datum durius esset iustum errorem obesse soluenti,aut eum qui accepit esse in lucro cum alterius damno.Satis enim constat cessare legem Aquiliam si quis falso confessus sit damnum se dedisse,quod re vera nullum datum erat.d.l.in de Neratius.§.vltimo.cum leg. seq. Similis est alter casus quem hic Iustinianus proponit.Legatũ fuit aliquid ad pias causas , ego existimãs me heredem,nec temere volens ex inficiatione subijci periculo dupli,vltrò solui,postea intelligens me heredem non esse , volo repetere quod per errorem solui , hic traditur me non posse,præsertim,si is qui accepit,verum sibi debitum acceperit,nitaturque fauore piæ causę, & ego qui dedi videar quodammodo transegisse:attamen ne sim in damno habeam actionem aduersus eum qui verè debebat legatum . Hæc
9 sunt æquissima. Sed si nullus esset † verè debitor,nullum verè debitum,non video qua ratione religionis prætextu impediri repetitio possit,vt alter cũ alterius iniuria locuples sit. Nec mouere debet Iuliani sententia in l. cum is qui Pamphilum.32.§.si in ea opinione.D.de condict.indebiti.*si in ea opinione sit mulier* (inquit Iulianus) *vt credat se pro dote obligatã, quidquid dotis nomine dederit non repetit, sublata enim falsa opinione,relinquitur pietatis causa, qua solutum repeti non poterit*,cui consonat l.35.titu.14. part.5.& explicat Bald.Nouellus, cuius memi nit Greg.ibi. glos. 1 , Roger.eodem tract.§.8.

num.

num. 38. Palacios Rub. in repetitione rubr. de donat. inter virum. §. 48. num. 5. & in repet. ca. per vestras. 3. notab. §. 12. num. 8. non est enim æqua ratio in Ecclesijs ditandis, & filiabus dotandis, vt rectè hic Baldu. quem sequutus sum, animaduertit, hilarē enim datorē diligit Deus, nec vult prætextu religionis dominos inuitos rebus suis fraudari, aut ignorantes, & qui nullum piæ donationis habent affectum circumueniri.

TITVLVS XXIX.
Per quas personas nobis obligatio acquiritur.

IN RVBRICAM.

1 *Coniunctio tituli.*
2 *Titulus is quatenus differat â tit. 9. sup. lib. 2.*

1 QVomodo † is titulus superioribus cohæreat, satis Iustinia. statim in initio explicuit, expositis nāque obligationum omnium generibus, quæ ex contractu, vel ex quasi contractu nascuntur, de quibus ex titu. 14. huius. 3. lib. actum, quia eæ nobis non solum per nos metipsos, sed & per alias quoque personas acquirūtur, per quas nobis acquirātur inspicere nobis oportunum nunc fuit, vt cum de acqui. rer. dom. ageretur sup. lib. 2. harum institutionum, titu. 9. factum est, enarratumque per quas personas illud nobis acquiri posset, ex quibus iam constat, quid
2 hic titu. ab illo distet. A quo † & ijs quæ ibi Iustin. docuit eo præcipuè etiam distinguitur, quod etiam per procuratorem nobis acquirantur rerum dominia, nō itē obligationes. l. 1. C. per quas perso. l. possessio quoq;. 49. §. & possessio. D. de acq. possess. quæ magis adhærent personæ ipsius acquirētis. l. quæcūq; gerimus. 11. D. de oblig. & action. vnde traditū est per liberum hominem nobis non acquiri actionē, nisi ea cedatur. l. solutam. 11. §. per liberam. D. de pigno. actio. qua de re latius cum eodem Iustinia. d. tit. 9. lib. 2. Quid præterea hic titu. ab eo de stipulatione seruorum, in quo etiam de acquisitione obligationis ex persona serui agitur, differat, rectè hic explicuit Accur. in principio glossa. 1.

Principium tituli, & §§. sequen. vsque in finem.

1 *Filius fam. obligationis commodum quoad vsumfructum patri quærit, remissiuè.*
2 *Seruus omne obligationis commodum domino acquirit. remissiuè.*
3 *Liber homo quatenus acquirat ei cui bonâ fide seruit, remissiuè.*
4 *Communis seruus quomodo dominis acquirat. remissiuè.*

1 QVemadmodum filius fam. obligationum quas contrahit commodum patri quærat hic Iustinia. docet, eadem ferè inculcans, quæ in §. igitur liberi, supra, per quas personas nobis acquiritur, tradiderat, vbi cum & nos dixerimus pluribus loqui, & rem actam agere molestum esset.

2 De seruili etiam acquisitione hic coniungit, & scitum est, quia seruus nihil sibi retinere potest, omne obligationis commodum ad dominum pertinere, quod & in d. tit. 9. lib. 2. §. item vobis latius docuerat, quæ ibi ad eum adduximus hic repetenda sunt.

3 De liberis autem hominibus, & alienis seruis, quos bona fide possidemus, aut in quibus vsumfructum, vel vsum habemus, & quomodo per eorum personas nobis quæratur, dixerat item latius in §. de his, in §. idem placet. & in §. ex his itaque. illo titu. vbi quæ ad eorum paragraphorum enarrationem adnotauimus, hic quoque referri debent.

4 Si vero seruus communis sit, & vel omnibus dominis, vel indefinitè, vel eorum alicui nominatim stipuletur, quemadmodum illis acquirat, monuerat etiam iam idem Imperator in §. sed cum factum. in §. seruus communis. sup. de stipul. seruorum quibus in locis & nos explicuimus: iam pergamus.

TITVLVS XXX.
Quibus mod. tollitur obligatio.

IN RVBRICAM.

1 *Coniunctio tituli.*
2 *Obligationum dissoluendarum quatuor sunt modi Solutio, Acceptilatio, Nouatio, Consensus.*

1 VIo more nunc etiam Iustinianus, & sanè rectè, post explicatos contrahendarum obligationum ex cōtractu, vel quasi contractu productarum modos, naturalem methodum & ordinem docendi sequutus, subnectit rationes earumdem dissoluendarum. Quemadmodum supra lib. 1. tit. 12. cum antea modos, quibus ius patriæ potestatis comparatur edocuisset, subiunxit, *Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.* & paulò post, eodem etiam lib. 1. titu. 12. peractis tractationibus testamentariæ legitimæ, & datiuæ tutelæ, proposuit, *quibus modis tutela finitur.* Rursus lib. 2. titu. 17. expositis testamē

torum

torum solemnitatibus & causis, adiecit. *quibus modis testamenta infirmentur*, semper intelligēs nihil tam naturale esse quam vt vnumquodq; dissoluatur eo modo quo creatum est, l. nihil tam naturale. 35. D. de regulis iuris. Enumerat ergo hic quatuor modos dissoluendarum obligationum, nempè Solutionem eius quod debetur, Acceptilationem, Nouationem, & Consensum, quos vel eorum plerosque habuisse videtur à Pomponio, qui in l. pro vt. 80. D. de solutionib. sic scribit. *Prout quidq; contractum est, ita & solui debet, vt cum re contraxerimus, re solui debet, veluti cum mutuum dedimus vt retro pecuniæ tantumdem solui debeat. Et cum verbis aliquid contraximus, vel re, vel verbis obligatio solui debeat: verbis, veluti cum acceptum promissori fit: re, veluti cum soluit quod promisit, æque, cum emptio, vel locatio contracta est, quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissensu contrario dissolui potest.* Eū dem fermè docendi modum & legum Hispanicarum conditores sequuti sunt, vti constat ex procœmio, titu. 14. part. 5. ibi. *Onde pues que en los titulos ante deste fablamos de todas las cosas: por que se pueden obligar los omes vnos a otros por palabras, queremos dezir en este en que manera se puede desatar tal obligamiento.* Rem prosequitur Pet. Grego. 3. p. Syntagmat. lib. 21. cap. 18. cum sequentibus, & multi alij nominatim inferius recensendi. Sed iam de primo modo dicamus.

Principium tituli.

1 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
2 *Solutionis vicem habet hereditatis aditio, & nu.* 35. *& sequentibus.*
3 *Obligatio restituitur cōfusionis causa cessante, & num.* 38.
4 *Obligatio quæ ex delicto nascitur solutione non tollitur. & num.* 39.
5 *Soluens qui perpetua exceptione tueri poterat nō liberatur solutione, & num.* 40.
6 *Solutio rei quæ debetur sæpè debitorem non liberat, & num.* 41. *& seq.*
7 *Solui aliud pro alio, inuito creditore, sæpè potest.*
8 *Beneficium non confertur in iuuitum. & nu.* 50.
9 *Solutione fideiussoris reus principalis liberatur.*
10 *Cessio actionum post solutionem facta vtilis sæpè est. & latè num.* 54.
11 *Solutionis verbo quæcunque liberatio comprehenditur. & num seq.*
12 *Obligatio rei debitæ, depositio, & cōsignatio pro solutione est.*
13 *Confusio actionum solutio est.*
14 *Satisfactio quæcumque solutio est.*
15 *Interitus rei ante culpam & moram debitoris, solutio est.*
16 *Ius iurandum loco solutionis habetur.*
17 *Pactum de non petendo olim naturalem, hodie ciuilem etiam obligationem dissoluit.*
18 *Cessio solutioni affinis est.*
19 *Solutionis effectum delictum quando habeat.*
20 *Pœnæ exsolutio solutio debiti est.*
21 *Compensatio vicem solutionis habet.*
22 *L. 1. l. 2. tit. 21. lib. 4. recopil.*
23 *Solutio propriè accipitur pro numeratione, siuè præstatione rei debitæ.*
24 *Solutionis definitio.*
25 *Minores sine tutoris, curatorisve authoritate soluere non possunt, quod & in furiosis & prodigis admittendum est.*
26 *Soluere pro debitore quilibet potest, cumq; ab obligatione liberat, nisi suo nomine solnat, & num.* 50.
27 *Minoribus quomodo solui debeat remissiuè.*
28 *Solui inuito creditori potest.*
29 *Solni adiecto recte potest.*
30 *Solui extraneis quando potest.*
31 *Soluens procuratori reuocato, an liberetur?*
32 *Solutio re, loco, & tempore iuxta conuentionem fieri debet.*
33 *Solutio in alia moneta, an fieri possit. & n.* 49.
34 *Solutio in duriorem causam semper facta intelligitur.*
37 *L. 2. §. cum quis. D. de hered. vel act. vend.*
38 *L. si maritus. 22. C. de inoffi. testam.*
41 *L. 3. §. si reddita. D. commodati.*
42 *Commodatarius non dicitur rem reddere quando eam deteriorem reddit.*
43 *L. Iulianus. 131. §. qui fundum. D. de verborū oblig.*
44 *Iuris deficientis ratione iterumpeti potest res.*
45 *L. si rem meam. 20. D. de solutionib.*
Soluisse non videtur qui sic soluit vt à creditore res auocari possit.
46 *Authentico de triente & semisse. §. studium, collatione. 3.*
47 *Authent. vt hi qui obligat. se perhib. hab. res min. §. si vero tacuerit. collat. 6.*
53 *L. inuito. 69. D. de reg. iuris.*
54 *L. Modestinus. 76. D. de solutionibus, & latissime vsque in finem.*
55 *Cessio actionum post solutionē regulariter nullius momenti est, nisi conuentione præcedente, quæ aliquibus in casibus legis authoritate inducitur iuxta Molineum.*
56 *Molinei opinio reijcitur.*
57 *Vera huius articuli explicatio, vsque ad finem.*
58 *L. Stichum. 95. §. si mandatu. D. de solutionibus.*
59 *L. si minoris. 25. D. de adminis. tut.*
60 *L. dominus Sticho. 25. D. de peculio legato.*
61 *L. si res obligata. 57. D. de legatis. 1.*
62 *L. cum is. 36. D. de fide iussoribus. & num. seq.*
64 *L. cum possessor. 5. D. de censibus.*

1 EIus quæ † debetur rei, item & alterius (dummodo creditor consentiat) solutione, quamuis ab alio, etiam inuito debitore facta sit, dissoluitur obligatio, quin & rei fide-

deiussoris ve solutione, vtraque obligatio extinguitur. Hæc conclusio cum plures contineat particulas, pluribus nominatim tamen indicandis. l. C. & Impp. placitis & decretis confirmatur, quæ commodius mox subijciemus, interim eam probat. l. 1. & 2. tit. 14. part. 5.

Verum † contra eam pro dubitandi ratione primò, & in primis contra tex. ibi, *tollitur*, coniuncta Accur. (si is est) & aliorum expositione hic, sic argumentor: Aditio hereditaris solutio est. l. Stichum. 95. §. aditio. D. de solutio: sed † si confusionis cessauerit ratio obligatio restituitur. l. 2. §. cum quis. D. de hered. vel act. vend. l. si maritus. 22. C. de inofficioso testamen. facit l. si debitor. 3. versi. *si vero partem*. C. de senten. pass. ergo sublata non fuit. l. qui res. 98. §. aream. D. de solut. l. cum ex causa. 9. C. de remis. pignor.

Secundò contra tex. ibi, *omnis obligatio*, iuncta Accur. explicatione hic eodem verbo, existimantis, obligationes ex maleficio, vel quasi solutione facta tolli, obijcio Vlpia. responsum in l. si pro fure. 7. §. furti. ibi. *ea res facit, vt neque furti actio per conditionem, neque condictio per furti actionem consumatur*. D. de condict. furtiua, ex quibus verbis perspicuè constat non omnē obligationem solutione, aut satisfactione tolli.

Tertiò contra tex. ibi: *solutione eius quod debetur*, sic argumentor: Si is qui exceptione perpetua se tueri potest soluerit, solutione non liberatur, quinimo solutum repetit, l. qui hominem. 34. §. fin. D. de solutionibus, ergo verum non est solutione eius quod debetur obligationem tolli.

Quartò, † contra eandem partem obijcio. l. 3. §. si reddita. D. commodati. l. Iulianus. 131. §. qui fundum. D. de verborum obligatio. l. si rē meam. 20. D. de solutionibus. Ex quibus probatum est etiam solutione facta rem non liberari, quod etiam Iustinianus probauit in authentico de triente & semisse. §. studium. versi. *si quis autem annumerationem in se factam pecuniarū negans, postea vtatur solutionibus à se factis, tali homini nullam vtilitatē horum, quæ verè soluta sunt esse sancimus*. collat. 3. & in authentico, vt hi qui obligatas se hab. perhib. res min. §. si verò tacuerit, collat. 6. ergo solutione eius quod debetur obligationem perimi perpetuū non est.

Quinto † contra text. ibi: *consentiente creditore*, ex quibus verbis deducitur ita demū aliud pro alio solui posse, si creditoris accedit assensus, primò obijcio tex. in l. non amplius. 16. §. cum bonorum. D. de legat. 1. Secundò in l. si domus. 71. §. qui confitetur. D. illo eod. titu. Tertiò in l. 1. §. fin. D. de auro & arg. legato. Quartò in l. si quis argentum. 35. in princ. C. de donationibus. Quinto in d. l. qui hominem. 37. in princ. D. de solutio. Sextò, in l. inter stipulantem. 83. §. penul. D. de verb. oblig. Accedat septimò tex. in authentica, hoc nisi debitor. C. de solution. quibus omnibus in locis & multis alijs constat etiam creditore inuito aliud pro alio solui recte posse.

Sexto † contra tex. ibi: *vel inuito eo solutio fiat*, vbi Iustinianus probat etiam debitore inuito solutionem ab alio eius nomine factam illum ab obligatione eximere & liberare, sic argumentor: Qui soluit pro alio eum ab obligatione liberat, & beneficium hoc in eū confert, ex nostro tex. sed inuito non confertur beneficium, vt est in prouerbio, l. inuito. 69. D. de regulis iuris. ergo solutio debitorem non liberabit.

Septimò † contra tex. ibi: *si fideiussor solue rit non ipse solus liberatur, sed etiam reus*, sic argumentor: Si fideiussoris solutione reus etiam ab obligatione esset liberatus, & eius obligatio omnino extincta iuxta hunc nostrū text. post solutionem inutilis esset actionis cessio à creditore contra reum principalē fideiussori facta, vt argumentatur l. C. Modestinus in nobili illo suo responso relato in l. Modestinus. 76. ibi: *nihil ea cessione actum, cum nulla actio superfuerit*. D. de solutionibus: sed actionum cessio † post. solutionem facta, vtilis est, l. si minoris. 25. D. de adminis. tutor. l. si res obligata. 57. versic. *quod si testator*. D. de leg. 1. l. dominus Sticho. 23. in princ. D. de peculio legato, l. Stichum, aut Pamphilum. 95. §. si mandato meo. D. de solutionibus: ergo reus ab obligatione fideiussoris solutione liberatus non fuit.

Harum difficultatū disputatione quidquid ad Iustiniani contextum hic pertinet, rectè explicabitur, eis tamen non obstantibus, desumptam ex eo conclusionem verisimam esse cō tendendum est, & pro eius exactiori, & totius materiæ, cuius principia hic apetit Imperator, enarratione præfanda nonnulla. In primis, † solutionem largè accipi pro qualibet liberatione, l. solutionis. 44. D. de solutionib. l. liberationis. 47. l. solutionis. 176. D. de verbo. significa. insinuant d. l. 1. & 2. titu. 14. part. 5. vnde vi & effectu paria sunt, Primò † oblatio rei debitæ depositio & consignatio, quæ ipso iure liberat quēmadmodum & vera solutio, l. si creditrici. 6. l. acceptam. 19. C. de vsuris. l. obligatione. 6. C. de solut. quibus addendi omnino sunt, qui earum explicationem vtiliter prosequūtur Menochius lib. 2. de arbitrarijs, centuria. 3. casu. 132. Felicianus de Solis. lib. 4. de censibus, cap. vnico. ex num. 1. Secundò, † confusio obligationum, vt cum debitor creditori, aut contra, creditor debitori succedit. l. 1. §. si debitor. D. ad legem Falcid. l. si Stichum. 39. §. 1. l. Vranius. 72. D. de fideiussoribus. l. Stichum. 95. §. aditio. D. de solutionib. l. debitori. 7. C. de pact. vel omnino si in vniuersum ius succedatur, vt in dictis legibus, vel pro parte, si tantū pro parte sint heredes. l. si vxor tua. 7. C. de bonis auct. iudicis possid. (nisi inuentarium confectum sit, glossa

in l.fin.§.in computatione.C.de iure delib.l.8. titu.6.par.6.cum alijs Did. Spi. in Spec.gloss.

14 35.nu.43.) Tertio † satisfactio cum alio modo satis fit volenti creditori, quam de quo conuentum est,putà pignoribus,nouatione, delegatione,l.si rē alienam.11.§. omnis. D. de pig. actio.l.satisfactio.52.D.de solutionib.d.l.2.ti. 14.part.5.& latius inferius in huius titu. paragraphorum explicatione docebimus.Interitus

15 † etiam speciei liberat debitorem perinde atque solutio.l.si ex legati causa. 23. D. de verb. oblig.l.verborum.107.D.de solution.lato sermone Iaso & reliqui repetentes in d.l.si ex legati causa,& in l.quod te mihi.D.si certū pet. dum tamen ante moram debitoris intereat. di-

16 cta l.quod te mihi.Ius † iurandum etiam loco solutionis cedit,l.ius iurandum. 27.D.de iure iurando.consonat l.16.titu.11.par.3.l.9.tit.

17 14.part.5.Item † & pactum de non petendo hoc,licet olim naturalem tantum obligationē, quæ consensu constat, & contrario consensu tolli potest,l.si vnus.28.§.pactus.D.de pactis. l.Stichum.95.§.naturalis. D.de solutionib.tol leret,nō verò ciuilem,nisi æquitatis exceptione,ex dictis iuribus, hodie ipso iure vtramque perimet,ex l.2.tit.16.lib.5.nouæ recop.notat Parladorius,lib.2.rerum quotid.cap.3.nu. 21.

18 † Affinis est etiam solutioni cessio. l. non solum.33.§.si mihi Titius.D. de vsucap. nā quæ res debita solui,eadem non debita cedi dicitur. Pro solutione præterea & delictum est, † si

19 quis vi res sibi debitas propria authoritate inuito debitore repetat.l. extat. 13. D. eo quod met.causa.l.1.C.de suffragio.l.si quis in tātam. 7.C.vnde vi.l.10.l.13.titu.30.part. 3.explicat Greg.Lopez glossa.2.in l.5.tit.8.part. 3. & in l. 11.tit.13.part.5.& in l.10. titu. 10.part.7.& in l.fin.titu.14.part.7.Ant.Gom.3. tom. cap. 4.col.2.Couar.lib.3.var.cap.:6.nu.7.Palacios Rub.in rub.de donat.inter vir.§.66.n.23.Frā. Sarm.lib.2.Select.cap.13.nu.7. Gutier. lib. 1. Canonic.quæst. cap.34.nu.90.& lib.1.practicar.cap.77.qui ad plures vtilissimas quæstio-

20 nes rem prosequuntur. Vlterius † si pœnam quis pro delicto quo obligatus est subeat, soluisse videtur,& liber à crimine dicitur.l.penul. C.de pœnis.Habet deniq, solutionis vicem cō

21 pensatio. † l.2.tit. 14. par. 5. notat cum alijs Parlad.lib.2.rerum quotid.cap.fin.§.11. n. 30. Gundisal.de Paz in praxi.1.tom.4.part.cap.3. num.8.latè nos in §.in bonæ fidei,inf.de actio

22 nib.Quæ † sunt notāda pro explicatione Hispanicarum legum,quibus prouisum est aduersus contractus,aduersus nomina, seu obligationes,aduersusque sententias, & demum cæteras scripturas paratam habentes executionem solutionis exceptionem, & alias ibi enumeratas tantummodo admittendas esse,quippè, leg.2. titu.21.lib.4.recopilationis, de quibus multo sermone Parlador.vbi proximè.

23 *Propriè* verò *solutio* accipitur maximè si hæc verba,*eius quod debetur*, coniungas,pro numeratione,siue præstatione rei debitæ,quemadmodum & Marcellus ait in l.solutam.49. D.de solutionib.*solutam pecuniam intelligemus, vtique naturaliter si numerata sit creditori.*l. verborum. 107.ibi:*naturaliter veluti solutione*,eod. illo tit.

24 ex quibus iam constat, solutionem † nihil aliud esse quàm *rei debitæ per ipsum debitorē, vel alium eius nomine creditori idoneo facta actualis satisfactio*. Hæc descriptio quæ crassa est omnia requisita ad solutionem continet. Primò enim requiritur,vt persona soluens sit idonea,& habilis,scilicet sit maior suiq; iuris, nam qui sub

25 tutoribus, † curatoribusque degunt vt sine horum authoritate contrahere prohibentur, princi.sup.de authoritate tutor.ita nec soluere possunt.l.quod si forte.13.§. 1. cum legibus sequentibus.D.de solutionibus.l. quoties. 10. §.sicut.D.de administ.tut.l. si procurator.6.§. fin.D.de condict.indebiti, in eleganti casu est tex.celebris in l.1.§.fuit quæsitum.D.ad Trebel.(quem latè explicat videndus Fran.Caldas in l.si curatorem,verbo,*hunc contractum* ex nu. 16.C.de in integrum resti.) docet expresse idē Iustinianus in §.fin.sup.quibus alien.licet, vbi diximus,quod & in alijs personis, quibus curatores dantur,recipiendum est, veluti in prodigo,furioso,quorum eadem est conditio,l.si curatorem.3.versi. *cum non absimilis*.C.de in inte

26 grum restitutione,vbi latè Caldas.Quin † etiā & is qui non debet nomine debitoris,quamuis ignorantis soluere potest, & continget liberatio.l.solutionis.25.l.si pro me. 4. D.de solutionib.l.soluendo.41.D.de nego.gestis.l.3. versi. *è non tan solamente*,titu.14. part. 5. secus si suo nomine,ideſt,ad suam obligationem, putà fide iussoriam distrahendam soluat.l.Cassius. 16.l. quoties.37.D.de solutionib. tunc enim debitor solummodo exceptionis ope adiuuatur, l. Papinianus.28.cum ibi notatis.D.mādati.Tutores etiam & curatores soluunt loco pupillorum aut adultorum:item procuratores,& quicumque administratores, nomine suorum dominorum.

27 Præterea † exigitur, vt idoneo creditori fiat solutio, ergo adultæ ætatis rectè soluitur, non etiam minoribus sub cura tuteláve constitutis,d.l.quod si forte.§.1.l.in pupillo.45. D. de solutionib.latè diximus in §. At ex contra-

28 rio.sup.quib.alien.licet. Et quidem † inuito creditori rectè soluitur,l.quod quis.49. D. de oblig.& act.l.quod in diem. 70. D.de solutionib.l.si creditrici.6.l.acceptā.19. C. de vsuris, l.obsignatione.9.C.de solution.l.8.titu.14.p.

29 5. † Item adiecto solutioni in obligatione, l. si stipulatus fuero.11.l.cum quis.28.l.cum decem.71.D.de solutionib.l.5.ad med.titu.14 p. 5. vbi Greg. glos. *paga al otro* diximus latè in §.planè solutio, sup. de inutilib. stipulationibus.

bus. Seruo etiam ex peculiari contractu recte
soluitur, l. si quis seruo. 18. l. si seruus. 31. l. quod
30 seruus. 35. D. de solutionibus. † Extraneis au
tem, quibus neque debetur, nec solutio permis
sa est non rectè, l. inuito. 12. C. de solutionibus,
nisi volente, mandanteque creditore, l. solutã.
49. D. de solutionibus, l. 4. C. eod. l. 6. titu. 14. p.
5. aut habente ratum. l. ratum. 13. l. solutam. 49.
l. cũ decem. 71. §. 1. D. de solutionibus, vt cum
procuratori generali, vel ad hoc speciale man-
datum habẽti soluitur, l. vero procuratori. 12.
31 D. de solutionibus. l. 7. tit. 14. part. 5. nisi ei †
mandatum sit reuocatum. d. l. vero, l. cum quis.
38. §. 1. D. de solutionibus. d. l. 6. titu. 14. par. 5.
Quamquam hoc casu debitor ignorans reuo-
catum mandatum ex æquitate soluens libere-
tur. d. l. vero. §. fi. l. qui hominem. 34. §. si Titiũ.
D. de solutio. Parladorius lib. 2. rerum quotid.
cap. fin. 5. part. §. 15. nu. 3. qui alios plures qui-
32 bus rectè etiam solutio fit recensẽt. Solutio †
autem facienda est eo modo quo debetur, nam
quemadmodum aliud pro alio inuito creditori
non rectè soluitur. l. 2. §. 1. D. si certum petat. l.
3. tit. 14. part. 5. ita nec alio loco, quam quo cõ
uẽtum est. l. 1. l. pen. D. de eo quod certo loco.
latè dicemus in §. loco, infra de actionibus, ne-
que alio tempore, l. qui Romæ. 122. in princi.
vbi latè omnes. D. de verborum oblig. nisi cite
riore, tempus enim gratia debitoris adiectum
videtur. l. cum qui Kalendis. 41. §. 1. D. de verb.
oblig. l. quod quis. 49. D. de oblig. & action. l.
quod in diem. 70. D. de solutionibus. An autem
33 in alia † moneta recipere solutionem credi-
tor compelli possit vide l. Paulus. 99. D. de so-
lutio. Petr. Greg. 3. part. Syntagm. lib. 21. cap.
18. num. 6. Parladorium. d. cap. fi. d. §. 17. latè di
34 ximus in princ. sup. quibus modis re contrah.
obligat. Solutionis † finis cum sit vt obliga-
tio tollatur, quoties quis ex pluribus causis de-
bet, si soluat in duriorem causam soluisse credi
tur, l. 1. cum sequent. D. de solutionibus, quam
præter ordinarios rectè explicuerunt Vvesem
bekius in paratitlis illo titu. num. 7. Contius li.
1. disput. cap. 7. l. 10. tit. 14. part. 5.
35 † His sic constitutis non obstant argumenta
quæ contra nostrum textum adduximus, fate-
mur enim verissimum esse, quod si debitor suc
cedit creditori, vel è conuerso creditor debito
ri aditione hereditatis obligationes confundũ-
tur. l. 1. §. si debitor. D. ad leg. Falci. l. heres. 21.
§. quod si stipulator. l. Vranius. 71. D. de fide-
iussoribus. l. Stichum. 95. §. aditio. D. de solutio
36 nibus. l. debitori. 7. C. de pactis. l. cum secundũ.
3. C. de fideicommiss. † Cuius principij veram
rationem, quam interpretes latè discutiunt, ma
ximè Cuiac. tract. 7. ad Africanum, ad l. 20. D.
de hered. vel actione vendita. reddere in prom
ptu est, cum enim heres defuncti personam re-
ferat & repræsentet vt in vulgato authentico.
de iure iurando à moriente præstito. in princ.
collatione. 5. exornat Conna. lib. 3. c. 13. & pro
bat l. cũ à matre. 14. C. de rei vindicatione (cui
addendus est Pinelus in l. 1. 3. p. n. 79. C. de bo.
mat. Couar. lib. 1. var. cap. 8. n. 5. Molina. lib. 4.
de Hispan. primogen. c. 1. n. 23) eãdemque cum
testatore efficiatur, non mirũ si obligatio actiua
vel passiua extinguatur, ne alias idem apud
eundem obligatus sit, vt in d. §. si stipulator. Sic
Castrensis in d. l. debitori. n. 4. Baldus in l. vxor
patrui. 20. C. de legatis. & plurimi relati à Pe-
tro Dueñas regula. 18. Guidone Papæ, consi-
lio. 226. Romano. consil. 276.
37 † Nec tunc obstat tex. in d. l. 2. §. cum quis.
D. de hered. vel act. vendita, cui similis est l. si
ei cuius. 10. D. communia prædior. nam omis-
sis varijs interpretationibus, aditione obliga-
tionem confusam fuisse in eius specie Vlpia-
num probare dices, eam tamẽ restitui noua ex
causa, quippe cum heres institutus hereditatẽ
vendit, sequuta venditione noua actio ex ven-
dito ipsi venditori contra emptorem datur, vt
emptor soluat quod defunctus debuit. l. heredi
tatem. 24. D. de hered. vel act. vendit. vel emp-
tori contra heredem, vt soluat heres quod de
functo debuit. l. si hereditatem. 20. D. illo titu.
Quoniam cum debitor creditori succedit eiq;
heres existit, pecuniam hereditati solutam fuis
se intelligimus, quia aditio pro solutione est, vt
latè probauimus, sicque maiorem hereditatem
ad eum peruenisse. l. si ei cui vendidi. 41. D. de
euictionibus, & ita noua actio ex vendito se-
quuta venditione competit, in d. §. cum quis.
Quod præterea constat, nam illud omne quod
venditor hereditatis idemque heres ab extra-
neo quocunque si heres institutus fuisset conse
qui posset, id vtique ab hereditatis emptore ha
bere debet. d. l. 2. §. si Titius. ibi: *Et ait Iulianus,
quod venditor hereditatis petere à quolibet extra-
neo heredepotuisset, id ab hereditatis emptore conse-
quatur.* D. de hered. vel act. vendita. & ex for-
mula stipulationis emptæ & venditæ heredita
tis, cuius meminit Vlpianus in l. in illa stipula
tione. 50. D. de verb. obligat. & multis alijs in
locis ab eruditissimo Brissonio congestis, lib.
6. de formulis. pag. 566. & pag. 637. quam in-
terpretationem ad d. §. cum quis, insinuasse vi-
detur Accurs. ibidem. verb. *teneri*, in fin. latiùs
explicant Duarenus ad illum titu. D. de hered.
vel act. vend. cap. 3. Cuiac. ad African. tract. 7.
ad d. l. 20. eodem titu.
38 † Minus obstat d. l. si maritus. 22. C. de inof.
testam. quoniam vt paucis hic Balduinus insi-
nuauit, cessauit confusionis causa, & ideò obli-
gatio restituitur, quæ cum à causa testamenti
penderet, quandiu potuit filia querelam propo
nere, tacita inerat conditio, videlicet si vxor
quæ ex asse scripta heres fuerat, ex eodem te-
stamẽto obtinuisset cum effectu hereditatem,
quo casu militabat confusionis ratio suprà ani-
maduersa. Ergo cum per querelam ruptum te-
stamen-

stamentum fuerit, resque ad causam intestati deducta, perinde est, ac si nunquam heres extitisset, nec obligatio confusa fuisset.

39 † Non obstat secundum argumentum, ex d. l. si pro fure. 7. D. de condict. furtiua. §. furti. quoniam quamuis Iustiniani verba in hoc nostro. §. generalia sint. ibi: *tollitur autē omnis obligatio solutione eius quod debetur*, cum tamen de obligationibus quæ ex delicto, aut quasi delicto nascuntur nondum actum sit, satis constat 43 ea ad obligationes quæ ex cōtractu, aut ex qua si contractu descendunt, referenda esse. Planè quo ad pœnalem actionem attinet verisimū est, vt hic Balduinus, nu. 2. aduertit, eam rei persecutionem non tollere, nec è conuerso rei per 44 secutionem actionem pœnalem extinguere, nihilominus tamē semper solutione eius quod debetur tollitur ea obligatio cuius nomine solutio facta est. Alia autem est & diuersa obligatio qua quis dependet pœnam patrati sceleris, nihilque habet commune cum ea, qua quis sarcire cogitur damnum datum.

40 † Non obstat tertium, ex d. l. qui hominem. 34. §. fin. D. de solutionibus, cuius explicatio fluit ex his quæ scripsimus in §. is quoque nu. 15. sup. quibus mod. re cont. obligatio. Vbi docuimus soluentem debitum omni iure ciuili & naturali, quod tamen perpetua fauorabili exceptione declinari poterat, solutum repetere posse, non enim tanti cogetur redimere dānosam liberationem. Omnino enim vt ritè fiat solutio oportet soluentem non ignorasse ius suæ obligationis, ex ijs quæ ibidem pleniori manu diximus.

41 † Non obstat quartum ex d. l. 3. §. si reddita. D. commodati, cum alijs in argumēto adductis, quibus rectè satisfacit Accursius hic, verbo. *Omnis obligatio*, idcò in eis solutionem debitorem non liberasse, quia vt oportebat facta non fuit. Primò enim quod attinet ad tex. in d. §. si reddita, satis constat commodatarium dici non posse rem commodatam reddidisse, quando eam deteriorem reddit, propriè enim dicitur res nō reddita quæ deterior redditur. l. qui tabulas. 43. D. ad leg. Aquili. l. 1. §. si res deposita. D. depositi, & abesse res videtur (vt ex Sabino & Pedio Vlpianus in l. mulieris. 13. §. res. D. de verborum signific. probat) cuius licet corpus maneat, forma tamen mutata est, vnde si corrupta reddita sit vel transfigurata videtur abesse, quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re. † His addi possunt multa à nobis 42 supra in §. item is cui. quibus modis re cōtrah. obligat. adducta, ex quibus constat in commodati contractu rei vsum certum & determinatum concedi, quem egredi commodatario, aut excedere non licet, si contrà fecerit commodati actione teneri, qua præcipuè comprehenditur rei deterioratio ex d. §. si reddita plures passim obseruant, præcipuè Bart. in l. si eum ser-

uum. 23. in fin. D. si cert. petatur, in l. stipulationes. nu. 33. D. de verborum obliga. Iaso. in §. sic itaque discretis, num. 40. & in §. actionum. nu. 6. & nu. 66. infrà, de actionibus. Et qui Hispano sermone libellum in ea actione proponit Gūdisaluus de Paz, in praxi. 3. tom. cap. 6. §. 9. An autem eo casu, ex quo res reddita non videtur, ipsa tota res peti possit, an verò eius æstimatio, aut id quod interest disputat Accur. & post eum cæteri in d. §. si reddita. † Deinde in d. l. Iulianus. 131. §. qui fundum. D. de verborum obligat. ideò traditione rei debitæ debitorem liberatum non fuisse dices, quoniam, vt rectè Vlpianus in l. etiam. 27. D. de solution. docet, † res quæ debebatur tradita fuerit, quandiu aliquid iuri rei deest, adhuc ipsa res peti potest, vt puta fundum possum petere, licèt mihi traditus sit, si ius quoddam cautionis supererit, vnde cum in d. §. qui fundum, cautio de euictione deficeret, quia integrè solutio eius rei quæ debebatur facta non fuerat, adhuc petere fundum creditor potuit, vt deficiens ius ei præstaretur, petit ergo fundum non vt sibi detur, cū eum habeat, sed vt sibi de euictione caueatur, vti rectè post Bart. in d. §. si reddita, in l. elegan ter. §. non solum. D. de dolo, & in l. exhibitionis. C. ad exhibend. notat in d. §. qui fundum. Iaso num. 2.

Vlterius † in d. l. si rem meam. 20. D. de solutionibus, satis constat dici non posse debitorem soluisse, cum sic soluit vt à creditore res auocari possit, sic enim fieri solutio debet, vt non possit vllo modo auelli, aut euinci. l. qui sibi aut Titio. 33. in princ. D. de solutionib. optimus tex. in l. datio possessionis. 3. (aliàs. l. ratio) in princ. D. de actio. empti. & in l. Mæuius. 68. §. fundo legato. D. de leg. 2. non enim videtur rem nactus is, qui ita nanciscitur vt eam retinere non possit. l. non videtur. 22. D. de acquirē. possessio. & est in eandem rem tx. in l. qui res. 46 98. in princ. D. de solutionib. Rursus † quod Iustinianus ait in d. §. studium, versi. *si quis autem*. sine ratione non est, si memineris propter mendacium & inficiationem aliquando actiones crescere, & inficiantem puniri, vt admonuimus in §. ex quibusdam, sup. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur, ergo si is qui numeratam pecuniam accepit, cum à creditore vrgeretur, se recepisse inficiauerit, deinde cum iam numeratum fuisse probatum esset, ipse etiam fateatur, quod nunc soluerit eum à pœna non liberat, authentica contra qui propriam, vbi lato sermone omnes scribunt. C. de non num. pecunia, quod in d. versi. *Si quis autem*. rectè docuit Accur. verb. *debitum*. Simile est † quod 47 ab eodem Iustiniano traditum est in d. authentico, vt hi qui obligatas, d. §. *si verò tacuerit*, cū enim iure constitutum sit, vt hi qui obligatum habet minorem, aut eius res, ad curationē eius accedere non possit, vt in principio, de excu-

sat.

sat. tut. n. 7. insinuauimus, & latè idē Imperator in prin. d. authentici. *Vt hi qui obligatas, &c,* Si quis cū minorē obligatum habet, siue eius res, & quo tempore creatur curator tacet, eo ipso omni actione quā aduersus minorem habet cadit, nec potest redhibitionibus, aut alijs solutionibus, tempore curationis compositis se miscere. Vides ergo omnibus in casibus quorum in hoc quarto argumento meminimus solutionē ideo non liberare debitorē, quia vti oportebat facta non fuit.

48 Non obstat † quintum, quo pluribus Iurisconsultorum testimonijs adductis contendebamus aliud pro alio etiam inuito creditore aliquādo solui posse. Facilis tamē eius est explicatio si cōsideres regulariter iuxta nostrū tx. & l. 2. §. mutui datio. ad fi. D. si cert. petatur. l. 3. tit. 14. p. 5. aliud pro alio inuito creditore solui nō posse, idq; pro regula iure nostro traditum esse, vti cum ampliationibus, & limitationibus scripserunt videndi Iaso, & reliqui in d. §. mutui datio, & in eius relectione Viglius ex n. 70. Socinus reg. 377. Dueñas, regula. 159. nouissimē Morla in Emporio iuris. 1. p. tit. 8. q. 16. & plura nos s. in prin. tit. quib. mod. re contrahit. oblig. ex n. 28. plures tamen esse casus in quibus etiam inuito creditore aliud pro alio solui potest. l. 3. in prin. tit. 14. p. 5. qui ex dictis legibus in argumento adductis desumuntur, quos si gillatim prosequi & explicare infinitū propè esset, prosequuntur tamen paulò ante citati: & quod attinet ad tx. in d. aut. hoc nisi, explicuimus, in d. prin. n. 29. & cum alijs ex nostris Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. part. §. 17.

49 num. 13. Monetæ † autem valor quo tempore cōsiderandus sit, vide quæ lato sermone scribit Anto. Gabriel. 4. tom. comm. lib. 3. conclusionum ex conclus. 1. Pet. Grego. 3. part. Syntag. iuris, lib. 21. cap. 18. ex num. 6.

50 Non obstat † sextum ex l. inuito. 69. D. de reg. iuris, certissimi enim iuris est, solutionem non modo ab alio quàm debitore, verum etiam ipso ignorante & inuito fieri posse, quia naturalis simul & ciuilis ratio suadet alienam conditionem etiam ignorantis & inuiti meliorē nos facere posse, deteriorem nō posse. l. soluendo. 39. D. de neg. gestis. l. solutione. 23. l. si pro me. 40. l. soluere. 53. D. de solutionib. l. 4. versi. *èmaguer aquel que deue aquel debdo no supiesse que otro fazia la paga por el, con todo esso seria quito; è aunque lo supiesse è lo contradixesse.* tit. 14. par. 9. qui-

51 nimo † non is tantum qui pro alio etiam inuito soluit cum liberat, sed & is qui quod alter debet promittit illum liberat, etiamsi nolit, si nouationis causa hoc fiat. l. si Stichū. 8. §. si ab alio.

52 D. de nouationi. Huius rei † euidens est ratio, quia fieri nullo pacto potest, ne soluta & per alium pecunia liberetur ab obligatione debitor, cùm iam verum sit nihil abesse creditori, atq; vt maximè liberari debitor noluerit, eius tamen heres improbè conuenietur à defuncti creditore, ad quem quod attinet res perijt, vnde petens vel à defuncto, vel successore ipsius præscriptione doli mali excluditur. l. si debitor. 91. D. de solutio. nec enim bona fides patitur vt bis idem exigatur. l. bona fides. 57. D. de reg. iuris. l. 15. versi. *Como quier.* titu. 14. par. 5.

53 Nec tunc † offendimur regula. d. l. inuito, quoniam omissa opinione Hotomani hic enuntiatione, 3. ad fin. qui eam regulam intelligit de illis beneficijs quę à legibus conceduntur, cuius rei exempla extant in l. pactum. 46. D. de pactis. in l. si quis. 29. C. eod. quo pertinere ait illud Ciceronis Verr. 2. *quod mihi lex mea causa dat, eo mihi nō vti nō licebat?* quę opinio & Placētini & Acc. prius fuit, quia verius est ad priuilegia eam regulam non pertinere, quod eo non dico, quasi non in priuilegijs quoque obtineat, cum omnium beneficiorum ista sit natura, vt non sit necessitas, sed potestas: & quicquid in honorem alicuius inuentum est, desinat priuilegiū vocari posse, si cogas, authore Quintiliano in Declamatione. 7. Sed illa regula voluisse Iulium Paulum idem significare, quod lib. 70. ad edictum Vlpianus, cum ait, *quod cuique pro eo præstetur, inuito non tribui.* l. inuitus nemo. 156. §. quod cuique. D. de regulis iuris, contendo vt quemadmodum ab inuitis beneficium non datur. l. donari. 82. D. de regulis iuris, ita beneficium in inuitos conferri nisi per interpositam personam non potest: ergo quamuis beneficium dici non possit quod in inuitum confertur, vt multis scientissimus Pet. Faber. eò loci contendit, sitque id verum & certum, attamen pulcherrimum est opus etiam inuitos nolentesque seruare, vt ait Seneca lib. 2. de beneficijs. cap. 14. eorumque conditionem meliorem facere ex Caio. d. l. soluendo.

54 Denique † non obstat septimum, quoniā ad eius explicationē obseruo, si post solutū sine vllo pacto quod aliqua ex causa debitū est, actiones cedantur inutilem esse cessionē ex d. l. Modestinus, quia cū soluendo quis pro alio etiā inuito & ignorāte cum liberet, vt paulò superius diximus, nulla actio supereſt quæ cedi possit. d. l. Modestinus. l. 1. C. de contrario iudicio tutelæ. Nec obstāt leges in arg. adductæ, respōdet enim Acc. in d. l. Modestinus, verb. *nulla actio*, in illis ante solutionē vt actiones cederetur cautū fuisse, quo casu cessio postea facta valet, ex d. l. Modestinus, ibi: *vel cū conueniſſet vt*

55 *mandarentur actiones.* Verū † hæc Acc. opinio meritò ab interpretibus reijcitur, quia manifestā cōtinet diuinationē cū ex illis legibus conuentionem præcessisse non constet.

Ea ergo, & duabus alijs interpretationib⁹ eiusdē Ac. reiectis, quas Molin. 1. lectione Dolana refert & reijcit, idē Moli. ibi respōdet, cessionē post solutionem factam non aliter valere quam si ante solutionem vt mandarentur actiones cō

uenit,ex d.l.Modestinus,vel vbi duo pluresve pariter,aut dispariter obligati essent, nã tunc licèt ea conuentio non præcedat legis authoritate pro cauta habetur,& lex ipsa tacitum pactum inducit,iuxta tx.in l.cum is.36.D. de fideiuss.in l.cum possessor.5.D.de censibus, vnde cũ in d.l. si minoris,cum similibus, duo aut plures obligati fuissent cum soluente vno pro cauto habeatur vt mandentur actiones , post solutionem fieri poterit,quia pretiũ magis mãdatarum actionum solutum , quam actio quæ fuit perẽptavidetur.Cui resolutioni inquit Molineus non obstare tx.in d.l.Modestinus, quia non est intelligendus in tutore pariter obligato,nec in alio obligato dispariter,sed in extraneo qui citra vllam obligationem soluit totũ quod ex causa tutelæ debebatur,cuius solutione liberati omnes fuerunt,& tenebuntur actione negotiorum gestorum,quamuis actio pristina cedi non possit,quæ iam solutione fuerat sublata.Pro qua interpretatione induci possunt verba d.l.Modestin⁹,ibi,*actiones post aliquod in teruallũ cessæ sint*,nam si tutor fuisset qui soluit, nõ cederetur ei actio,aduersus contutores pro omni debito,sed partibus contutorum,l. si plures.D.de admin.tut.Deinde inducũtur illa verba ibi,*sine vllo pacto*, quæ verba tã expressum quam tacitum pactum excludunt,cũ negatiua sint l.si is qui ducenta. §. vtrum.D.de reb. dubijs.Vnde fit tx.in d.l. Modestinus, intelligi non posse de contutore soluente, nec de obligato pariter,aut dispariter,nam in his lex inducit tacitum pactum cedendarum actionum, ex d.l.cum is.d.l.cum possessor.

56 Hanc † tamen Molinei interpretationem, licèt argutam & subtilem,rectè Præceptor noster egregius I.V.consultissimus Doctor Ioa. de Leon Iuris Ciuilis Salmanticensis Digesti Noui(appellant vesperorum Cathedræ moderatorem) Antecessor in priuatis scriptis ad d.l. Modestinus,nobis sub eius disciplina excipientib⁹,improbabat.Falsum etenim est quod Molineus existimat,soluente eo qui pariter vel dispariter obligatus est , legis authoritate induci tacitũ pactum de cedendis actionibus , & ideo post solutionem in d.l.si minoris , cũ similibus cessionem valuisse. Qui error planè conuincitur.Primò ex tex.in l.fideiussor.40.D.de fideiussoribus.l.cum autem.11.C.eod. in quibus si vnus ex fideiussoribus soluat non præcedente conuentione expressa de cedendis actionibus non potest alter ab eo conueniri,vnde constat soluẽte eo,qui pariter obligatus est pactũ de cedẽdis actionibus legis authoritate nõ induci, quia si ab ipsa lege induceretur potuisset vnus ex fideiussoribus cõueniri . Secũdò cõuincitur ex tx.in l.1. C.de cõtrario iudicio tutelæ , vbi probatur vni ex tutoribus soluẽti totũ quodex causa tutelæ debebatur,licèt pariter obligatus sit,actione cedi nõ posse,quod aliter esset si pactũ de cedendis actionibus à lege induceretur.

57 Ergo † dicendũ est,inutilẽ esse post solutũ cessionẽ,quando solutio omnẽ perimit obligationẽ,quia nulla actio supereſt quæ cedi possit ex d.l.Modestinus.d.l.1. C. de contrario iudicio tutelæ;verũ si post solutionẽ aliqua supersit obligatio , etiã post solutionem facta cessio valida est, in qua specie intelligi debet tex . in l.Stichum aut Pãphilum . §. si mandatu , cum alijs in contrarium adductis.

58 Pro quorũ † omniũ explicatione,obseruãdũ est,quod vbi plures vno vinculo & obligatione tenẽtur,si vnus ex obligatis soluat, alius quoq; per necessarias consequẽtias liberatur, l.3.§.vbi duo.D.de duob.reis,& tex.noster, in hoc versi.fin.& ideo post solutionẽ vnius cessio aduersus aliũ inefficax erit,cũ nulla supersit,quæ cedatur . Idẽ quoq; erit si duo aut plures obligati sint,& dispariter obligatus,vel nullo modo obligatus soluat pro alio, nã cũ solutione eius alter liberetur, d.l.soluendo . D. de neg.gest.cũ alijs,actio aduersus liberatum cedi nõ poterit,quomodo intelligi debet Modestinus in d.l.Modestinus. D.de solutio.qui nõ tantũ loquitur in pariter obligato,sed etiam in dispariter,vel nullo modo obligato, qui pro alio soluit,ita vt eũ liberaret. Cæterum vbi plures obligati sunt diuersis obligationibus , si vnus ex obligatis nomine suo,& propter suam obligationem,vel simpliciter soluat , quo casu pro se soluisse intelligitur,l.si filius.D.de in rẽ verso.l.& magis.D.de solutio.manet alterius obligatio quæ post solutionem cedi possit , iuxta tx.in l.Papianus.28.D.mandati. vbi probatur mandatore soluente reum non liberari,quia cũ duæ fuissent obligationes , & mandator propter mandatum suum, & suo nomine soluerit, reus nõ liberatur;& ideo actiones aduersus eũ mandari possunt.Putare tamen nõ debes (pro vt communis putabat)id procedere semper & in vniuersum quoties plures dispariter obligati sunt;nam si dispariter obligatus soluat pro alio,vel pro omni obligatione soluenda nõ habet locum cessio,cum omnis obligatio sublata sit,sed tunc demum cum pro se tantum,& sua obligatione soluit,non pro aliena.

59 Ex quibus † intelliges primò tex.in d.l.Stichũ aut Pamph.§.si mandatu,nã cũ ibi duæ fuerint obligationes diuersæ,altera mãdatoris, altera debitoris,cũ mãdator in dubio pro mãdato suo,&suo nomine soluisse intelligatur,eius obligatio tolletur , alterius vero manebit, vt probatur ex illis verbis,*& ideo mãdatore cõuento & dãnato,quãquã pecunia soluta sit, nõ liberari debitorẽ ratio suadet*,quo fit vt obligatio debitoris quæ adhuc durat , à creditore post solutionem rectè cedi possit mandatori , iuxta textum ibi: *Sed & præstare debet creditor actiones mandatori aduersus debitorem,vt satisfiat.*Deinde duplex est etiam obligatio in 2. part. eiusdem tex.

text. in verſic. *Et hoc pertinet*, altera tutoris, altera debitoris pupilli, & ideo cum tutor ſuo nomine ſoluens, & pro ſua obligatione tutelæ ſoluat, eius ſolutio nihil proderit ad liberandum ipſo iure debitorem, iuxta tx. ibi, *nec ſi condemnatus tutor ſoluerit, ea res proderit debitori*, & ideò poſt ſolutionē fieri poterit, iuxta eūdem tex. verſi. *quin etiã*. Illud etiã pro illius. §. explicatione obſeruare debes, quod licèt obligatio maneat ſoluente tutore vel mandatore aduerſus debitorem pupilli, vel alterū reum, tamen ſi creditor vel pupillus aduerſus eum experiantur exceptione doli mali poſſunt ſubmoueri, quia de præda magis quàm de damno ſolliciti ſint, iuxta tx. in d.l. ſi minoris. 25. D. de adminiſt. tut. verſi. *quid tamen ſi iã fecerũt iudicatum*. Vnde ſolutio tutoris quæ nihil prodeſt ipſo iure ad liberãdum debitorem iuxta tex. in d. §. ſi mãdato, ibi: *nec ſi dãnatus tutor ſoluerit ea res proderit debitori*, prodeſt doli mali exceptione oppoſita, iuxta d.l. ſi minoris, ibi: *proderit hoc tutoribus*, quæ iura aliter cõciliari nõ poſſunt, fit tamẽ ex his, actionẽ quæ cedẽti inutilis eſt propter paratã exceptionẽ vtilẽ eſſe ei cui creditur, quia nõ de prꝛeda, ſed de damno ſollicitus eſt.

59 Deinde † intelliges ſecundò tx. in d.l. ſi minoris. D. de adminiſtra. tuto. nã cum ibi duplex fuerit obligatio, altera tutorũ quia tutelã geſſerunt, altera curatorum, quia curã adminiſtrarunt, ſoluentibus curatoribus tutores ipſo iure nõ liberãtur, & ideo poſt ſolutionem rectè poteſt minor aduerſꝰ tutores mãdare actiones.

60 Vlteriùs † & tertiò intelliges tx. in d.l. dominus Sticho. 23. in princ. D. de peculio legato quo loco Stichus non ſoluit nomine debitorũ, nec vt eos liberaret, ſed pro ſe ipſo gratia conditionis implendæ, vt quã citiſsimè ad libertatem perueniret, & ideo ſolutione eius debitores nõ liberãtur, & heredes patroni tenebũtur heredibꝰ Stichi actiones mãdare aduerſꝰ debitores. Præterea intelliges tx. in d.l. ſi res obligata. §7. D. de leg. 1. in qua lege duę fuerunt obligationes, altera perſonalis & principalis quæ heres defuncti nomine tenebatur, altera acceſſoria realis pignoratitia, quæ ſequitur quemcũq; rei poſſeſſorem. l. vni. C. de alien. iudicij, vnde ſi fideicõmiſſarius ſoluat quaſi dominus & poſſeſſor rei obligatæ, pro ſe & pro ſua obligatione ſoluiſſe intelligitur, & ideo perſonalis & principalis quæ reſidet apud heredes poſt ſolutionẽ manebit, quæ quamquã ſuo tẽpore (hoc eſt ante ſolutionem) fideicõmiſſario mandata non ſit, per iuriſdictionẽ Præſidis & præſtabitur etiam poſt ſolutionem quia adhuc manet.

Rurſus † ex ſuperiori interpretatione dedu-
61 ces verã videri cõmunem ſententiam quam refert & ſequitur Bar. in d.l. Modeſtinus. n. 3. exiſtimantium, plurimũ intereſſe inter obligationem duorũ reorum, & inter obligationem fideiuſſoris, nã licèt ſoluente vno ex reis, alter per neceſſariam cõſequentiam liberetur, iuxta tx. in d.l. 3. §. fi. D. de duo. reis, ſoluente tamen fideiuſſore reus nõ liberatur, vt in mandatore & debitore, per tx. in d.l. Papinianus. D. mandati, & in l. Stichum aut Pamphilum. 95. §. ſi mandatero in prin. D. de ſolutio. in tutore & curatore & debitore pupilli, in d.l. Stichũ §. ſi mandatũ. in 2.
62 p. Inde † deduces interpretationẽ ad tex. in d. l. cũ is. D. de fideiuſſor. vbi poſt ſolutionẽ factẽ ab altero ex fideiuſſoribus, actiones mandari poſſunt aduerſus reliquos fideiuſſores, & reũ principalem, quod fieri nõ poſſet ſi omnis obligatio ſolutione fideiuſſoris perempta fuiſſet, & reus fuiſſet liberatus, quibus accedit tex. in d.l. ſi filius. D. de in rem verſo.

63 Hæc † tamen ſententia falſa eſt, & lõgè multò veriùs ſoluente fideiuſſore nõ ſolum reum, iuxta noſtrum tx. in h. prin. ſed etiã cæteros eõ fideiuſſores ipſo iure liberari, iuxta tx. in d.l. vt fideiuſ. 40. D. de fideiuſſ. vbi ſoluente vno ex fideiuſſoribus, nec à creditore, nec à fideiuſſore cõueniri poteſt reus, quod ex eo fit, quia ſoluẽte fideiuſſore reus liberatur, ideo ſublata principali obligatione rei debẽdi, acceſſoriam quoq; obligationem alterius fideiuſſoris tolli neceſſe eſt. Secundò, pro eadẽ ſententia inducei poteſt tex. in d.l. cũ is. 36. D. de fideiuſ. vbi ea ratione omnes liberatos Iulius Paulꝰ docet, quia vnius ſolutione tota obligatio perimitur, qua eadẽ ratione vtitur Modeſtinus in d.l. Modeſtinus, & Imp. in d.l. 1, C. de contrario iudicio tutelæ, & ſi ſolutione vnius fideiuſſoris nec reus nec fideiuſſor liberarentur, fruſtra erat ad eam rationẽ confugere, cum expeditior ratio eſſet ceſſionẽ valere, quia cũ ſolutione ſola ſoluentis obligatio perimatur aliorũ obligatio manebit quę cedi poſsit; nec obſtat mandatore ſoluente reum liberari, nam inter obligationem mandatoris, & fideiuſſoris plurimũ intereſt, nam fideiuſſoria obligatio acceſſoria eſt principalis obligationis, cum fideiuſſor fide ſua eſſe iubeat, & in ſe ſuſcipiat alienam obligationem, & ideo liberari nõ poterit niſi peremptа obligatione principali rei debendi, at obligatio mandatoris non eſt acceſſoria, ſed æquè principalis ac diſtincta ab obligatione rei debendi, ideo ſi mandator ſoluat nomine ſuo, & pro ſuo mandato ſoluiſſe creditur & debitoris obligatio manebit, ex quibus ceſſat cõparatio tutoris & curatoris. Nec obſtat tex. in d.l. cum is, vbi poſt ſolutionẽ alterius fideiuſſoris ceſsio facta valuit, na reſpõdeo tx. illum intelligendũ eſſe in duobus caſibus. Prior eſt vbi ceſsio poſt ſolutionem non ex interuallo, ſed in continenti facta fuit quo caſu rectè valet, dict. l. Modeſtinus, ibi *poſt aliquod interuallum*: Sequens eſt vbi ante ſolutionem præcedit conuentio de cedendis actionibus, quo etiam caſu ſimiliter valet ceſsio poſtea facta, iuxta tex. in dict. l. Modeſtinus, ibi: *vel cum conueniſſet*. in qua ſpecie loquitur Iu-

lius Paulus in d. l. cum is, vt patet ex ratione qua vtitur, ibi: *non enim insolutum accipit, sed quo dammodo nomen debitoris vendidit.* quæ ratio tantum procedit vbi præcedit conuentio de cedē dis actionibus, vt constat ex tex. ibi: *cum nouissimo quoque casu*, in d. l. Modestinus.

64 Huic † deniq; resolutioni nō obstat tex. in d. l. cū possessor. 5. D. de censibus dū ait post solutionem omniū tributorū ab vno ex possessoribus prædiorū factā, actionem ei aduersus reliquos, quorū prædia æquè tenentur, accōmodari posse. quoniā varijs omissis interpretationibus dicendū est, in fiscalibus tributis illud speciale esse, quod si plura prædia tributaria sint à diuersis possessa, si fiscus facile à singulis possessoribus pecuniā exigere nō potest, poterit expediendi negotij gratia ab eo qui soluendo est omnia tributa exigere, ita vt is à reliquis recuperare possit, quod pro illis soluit: quod in fauorem fisci iure antiquo receptū fuit, & noua Theodosij & Valentiniani cōstitutione cōfirmatur in nouella de tributis fiscalibus relata à Petro Piteo inter nouellas Theodosij & Maiorani, vnde mirū nō est in d. l. cum possessor, expediendi negotij gratia vnū ex possessoribus cōueniri potuisse pro cæteris, vnde cū fisco sine alterius iniuria faueri debeat, cap. licet, de foro cōp. ne possessor soluēs pro alijs dispendiū patiatur lex ipsa cōuentionē de cedendis actionibus habet pro interposita, & quasi solutione pretiū magis mandatarū actionū solutū esset quòd acto quæ fuit sublata videretur, cessionē post solutionem factam ratam esse voluit.

§. *Item per acceptilationem.* 1.

1 *Acceptilatio ipso iure tollit obligationem, & ex num.* 3.
2 *Acceptilatio non nisi verborum obligationem dissoluit. & n.* 7. *&* 12.
3 *Acceptilatio vnde dicta.*
4 *Acceptilatio ad expensilationem propriè refertur.*
5 *Acceptilatio duplex Vulgaris, & Aquiliana.*
6 *Acceptilationis Aquilianæ formula; eiusq; verba sigillatim explicata sequentibus numeris.*
9 *Acceptilationis causa efficiens voluntas creditoris.*
10 *Acceptilatio quoad formam iuris Ciuilis, quatenus habet consensum iuris gentium est.*
11 *Acceptilatio non nisi à creditore & debitore cōcipitur.*

1 ECce † alium modū quo obligatio titè cōtracta dissoluitur ipso iure, quæ *Acceptilatio*, appellatur, quæ duplex est *Vulgaris* per quā verborū obligatio tollitur, *Aquiliana*, per quā etiam aliæ omnes in stipulatū deductæ & nouatæ dissoluuntur. l. 1. & per totū. D. &. C. de acceptilationibus, & quamuis iure nostro Regio Hispano similis soleat citari, & adduci. l. 2. tit. 14. p. 5. non tamen loquitur in acceptilatione, sed in generali pacto de nō petendo, quod (vt iā sæpè admonuimus) hodie eandē vim habet. explicant præter ordinarios in dictis locis Connanus lib. 4. comm. cēt. c. 3. n. 9. & 10. & lib. 5. c. 1. n. 13. &. c. 4. n. 10. & lib. 6. c. 2. n. 3. & c. 5. n. 10. & lib. 7. ca. 9. n. 1. & cap. 15. nu. 6. Pet. Greg. 3. par. syntagmat. lib. 21. c. 19. Brisson. lib. 1. de verb. signifi. fol. 6. & lib. 6. de Formulis, pag. 645. & lib. de solutionib. c. de acceptilatione, & alij plures inf. sigillatim ad varias quæstiones recensendi. Ergo cū acceptilatio legitimus sit dissoluendæ obligationis modus, quānis nō naturalis, sed imaginarius, eodē quo & solutio dissoluet obligationē. Vt hic Iustin. ex I. C. responsis desumens latè deducit.

2 Sed vt paucis agamus † & rem cū ipso Iust. explicemus cōtra eius verba ibi. *Quod enim ex verborū obligatione Titio debetur, &c.* quibus verbis probat eā tātum obligationem acceptilatione dissolui posse quæ verbis cōtracta est, obijcio alia eiusdem tx. ibi: *per quā contingit vt omniū rerum obligatio per acceptilationē tollatur.* quibus planissimè ostendit quacunq; ex causa etiā obligatione orta per acceptilationem dissolui posse. Accedit quòd cū ex tit. de obliga. huius lib. 3. de multiplici obligationū specie egerit, de eaq; re, verbis, literis, cōsensu, cōtractu, aut quasi cōtractu orta fuit, agens nunc in hoc tit. quibus modis obligationes tollantur, de illarum omniū dissolutione eum agere dicendum est.

3 Quo arg. † non obstante dicendū est, Acceptilationem esse liberationem per mutuā interrogationem qua vtriſq; contingit ab eodem nexu absolutio. l. 1. D. de acceptil. est acceptilatio imaginaria solutio, idest quę speciē solutionis iure Ciuili refert, & obligationem tollit. Etsi autē nouatio quoq; solemnibus verbis cōstet, & priorem obligationem tollat, tamē propriè imaginaria solutio nō est, quippe quæ debitorē nō liberet, neq; absoluat, sed alio nouo nexu detineat deuinctū, vt sequenti §. audiemus. *Acce-*
4 *ptilatio* † autem dicta est, ab *accepto ferendo*; acceptū enim ferre nihil aliud est quam fateri se ab aliquo accepisse, vt multis probat Brissoniꝰ iā relatus, & I. C. in l. cū & sortis. 35. D. de pignor. act. l. tali. 48. §. 1. D. de iure dotiū, l. seruus. 6. D. de manumiss. l. si ex pluribus. 89. D. de solut. vnde rectè acceptilatio dicta est verborum cōceptio, qua creditor tāquam solutione facta acceptū se habere dicit & debitorem liberat. Propriè autem refertur ad *expensilationē*. Cicero Verrina. 3. *Propter quod minus Dolabella Verri acceptū retulit, quàm Verres illi expēsum tulit. Expensilatio*, modus fuit contrahendi obligationes per literas, siue per nomina, vt latè Horom. ad tit. sup. de literarū obliga. enunciatione. 1. *Acceptilatio* igitur modus eius dissoluendæ, cum ea summa debitori accepta ferretur. Sed cū omne debiti genus in tabulas referretur hoc est etiā quod ex stipulatu debebatur, institutum fuit, vt

vt omnes solutiones in acceptũ referrentur. d. l. cũ & sortis. 35. D. de pignor. actione. l. si mulier. 10. D. de condictio. causa dati; generaliter ergo *acceptilatio* est, in tabulas acceptæ pecuniæ relatio. Ea duplex est, † *Vulgaris* & *Aquiliana*. Vulgaris per quam sola verborum obligatio hac forma dissoluitur. *Quod ego tibi promisi, habes ne acceptũ? Habeo, acceptumq; fuli.* Aquiliana per quam omnes etiã aliæ obligationes in stipulatũ deductæ & nouatæ dissoluuntur, eius formulam à Gallo Aquilio inductam, (cuius in formulis cõcipiendis singularis quædã extitit sapiẽtia vt constat ex ea de dolo malo quam Cicero Euerriculũ malitiarũ omnium appellat; & ex ea de nepote postumo vitio ad huc filio herede instituto) ex Florentino in l. & vno. 18. §. 1. D. de acceptilatione in fi. §. retulit Iustin. † *Quicquid te mihi ex quacunq; causa dare facere oportet, oportebit ve, præsens in diẽve, quarumq; rerum mihi tecum actio, quæq; aduersus te petitio, vel aduersus te persecutio est, erit ve, quod ve tu mecum habes, tenes, possides, dolove malo fecisti quominus possideas; quantiq; earum rerũ res erit, tãtam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopõdit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit id haberet ne à se acceptũ Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit*, eius etiã fit mentio sub nomine Aquilianæ stipulationis, in l. transactum. 2. in l. Aquiliana. 4. in l. cum Aquiliana. 5. in l. qui cum tutoribus 9. §. qui per fallaciam. in l. pacto conuento. 15. D. de trãsaction. in l. quidã debitor. 38. D. de dolo. in l. age cũ Geminiano. 3. in l. actione. 4. in l. vt respõsum. 15. in l. si causa cognita. 32. in l. vbi pactum. 40. C. de transactionibus.

7 Ergo † (quia acceptilatio eas tantum obligationes quæ verbis contractæ sunt dissoluit) Aquiliana stipulatio, & acceptilatio quicquid quacunq; ex causa debetur, in verborũ obligationem conuertit; vt postquã creditor omnes debitoris obligationes in illã cõmutauit, tũ debitor vna stipulatione omnes illas extinguat, vt quo contracta modo fuerit obligatio, eodẽ dissolueretur; atq; huc illa Modestini definitio referenda est. *Acceptilatio est liberatio per mutuã interrogationem qua vtriusq; contingit ab eodẽ nexu absolutio.* l. 1. D. de acceptil.

8 Verum † quoniam in ea formula Aquilij nihil est quod reconditã iuris prudentiã non redoleat, eius verba sigillatim expendamus.

Ait, *quidquid te mihi ex quacunq; causa*. Siue ex contractu, vel quasi contractu, siue ex maleficio vel quasi maleficio, siue nominibus cõtracta obligatio sit. Ait, *Dare facere*, obligationes omnes personales complectitur quæ vel dandi vel faciendi sunt. l. 2. in prin. D. de verb. oblig. Ait. *Oportet oportebit ve*, non intelligas futuras obligationes intelligi, sed illud respicere, vt priore verbo præsens debitũ; posteriore & præsens & in diẽ cõprehendatur, vt sit sensus, quicquid ex præterita causa te mihi dare facere oportet, oportebitve, l. si ita stipulatus. 76. §. 1. l. si à colono. 89. l. cũ stipulamur. 125. D. de ver. obligat. l. verbũ oportebit. 8. D. de verb. sign. Ait. *Præsens in diemve*. Tria obligationum genera complectitur puram, in diẽ, & sub conditione, id est vel in præsenti, vel in posterum, vt facile apparcat & quæ ab conditione debẽtur postremo verbo comprehendi, quoniã eã quoq; tolli per acceptilationẽ possunt, l. quotiẽs diẽ 18. D. de acceptil. & sub conditione. 16. D. de soluti. Ait. *Quarumq; rerũ mihi tecum actio, quæque aduersus te petitio, vel aduersus te persecutio*. Actio in personam infertur, petitio quæ remissa; persequutio ad vtrumq; pertinet, & specialiter ad id quod cognitione Prætoris vel Præsidis persequimur extra ordinem. l. actio. 178. D. de oblig. & actiõ. l. pecuniæ. 178. D. de verborum signifi. Ait. *Est erit ve*. Actio mihi tecũ est, quę iam nata est; ex obligatione in diem vel sub cõditione nondum nata est. Ait. *Quodve tu mecũ habes, tenes, possides*. Hæc verba non tam necessitatis, quàm cautionis sunt, id enim suũ cuiusq; est quod vindicare potest. l. Quintus. 27. §. 1. D. de auro & arg. legato. *Habere*, generale verbum est; *Tenere* facti, *Possidere* etiam iuris. Habere ad res incorporales; Tenere ad corporales; Possidere ad vtrasque pertinet. Dominus ædes habet: Possessor bonæ fidei possidet; Inquilinus tenet. l. habere. 188. D. de verb. sign. l. possessio 49. §. 1. D. de acquir. possess. rarò tamen hæc proprietas obseruatur. Tenet tam liber homo, quam seruus naturaliter: possidet solus liber homo ciuiliter, aut naturaliter: Possidet qui animo *domini* tenet, & *Vti possidetis*. & *Vnde vi*, interdicere potest: Possidet naturaliter qui depositum cõmodatum, itẽ vi raptũ, aut possessum tenet, & cum hoc, *Vnde vi*, interdici potest, & in rem cũ illis agi. l. officium. 9. D. de rei vindicatione. Ait. *Dolove malo fecisti quominus possideas*. Par enim conditio est eius qui quid possidet, vel habet; atq; eius cuius dolo malo factũ est, quominus haberet vel possideret. l. sin autem. 27. §. sed & is. D. de rei vindicat. l. 2. §. hoc interdictum. D. ne quid in loco pub. l. parem esse conditionẽ. 150. l. ad ea. 157. §. semper. D. de reg. iur. Ait. *Quantiq; earũ rerũ, &c.* Rem suã nemo stipulari potest, sed æstimationem rei suæ potest, & eã sibi restitui. §. idẽ iuris, sup. de inutilibus stipu. ideo ad æstimationẽ omniũ actionũ, petitionũ persequutionũq; reducit obligationes præcedentes, vt actiones in rẽ cõtineantur. Quãquam autẽ multa in hac Aquilianæ stipulationis formula verba exprimũtur, nõ tamẽ opus est creditorẽ omnibus verbis in ea cõprehensis sic vti, vt hic referuntur, sed satis est interrogare de sua obligatione. Illud autẽ quod nonnulli existimant in hac acceptilatione mẽtionem Aquilij fieri, ea formulâ, *quicquid tibi*

bodierno die per Aquilianam stipulationem spopõdi, id omne habes ne acceptũ? Spopõdit Aulus Agerius, *Habeo, acceptũque tuli* ridiculũ est. nec tam ineptus Aquilius fuit (de quo Plinius li. 17. ca. 1. *Caius Aquilius eques Romanus domo sua clarior quã iuris Ciuilis scientia*) vt suũ nomen in publicam formulam insertum voluerit, vt rectè hic Hotoman. ad fin. aduertit.

9 Causa efficiens † in acceptilatione est volũtas benigna creditoris acceptũ ferentis, quã lex fauẽs liberationibus iuxta decisionẽ. l. Arrianus. 41. D. de oblig. & actio. approbat, & eã liberandi formã valere iubet; † vnde iuris Ciuilis actus, quoad formã attinet, dicitur, l. actus. 78. D. de reg. iuris, quãuis quatenus cõsensum, cõuẽtionemq; cõtinet, & ijs qui iuris ciuilis nõ sunt participes permittitur, rectè ad ius gentiũ referatur. l. inutilis. 8. §. fi. D. de acceptila. explicat Cuiac. lib. 5. obseruat. cap. 36. Illud autẽ, inter alia, notabile est inter acceptilationẽ, & solutionem discrimen, quod etsi soluẽs quis pro alio etiã inuito & ignorante illũ liberet, iuxta principiũ huius tituli, vbi latè diximus, & in §. 1. sup. de oblig. quæ ex quasi cõtractu nascun-
11 tur, Is tamen † dumtaxat acceptũ rogare potest, qui debet, & acceptũ facere cui debetur. Itaq; procurator, curator, seruus, filius, pater, &c. nõ rectè alieno nomine acceptũ faciũt aut rogant, nisi nouata priore, & in personã rogantis transfusa obligatione, l. an inutilis. 8. §. seruus. §. accepto, coniuncto. §. filius famil. l. species. 11. l. & per ius iurandũ. 13. §. tutor. l. seruus. 22. D. de acceptilat. quæ iura sic sunt interpretanda, hoc ideo quia acceptilatio verbis fit, per stipulationem, nemo autem alteri stipulari potest. §. alteri, sup. de inutilibus stipulat.

12 Ergo † vt iterum atque iterum Iustin. hoc §. inculcat, acceptum ferri nõ potest nisi quod verbis cõtractum est, nam acceptilatio verborũ obligationem tollit, quia & ipsa verbis perficitur: quod autem verbis nõ est cõtractũ, tolli hoc modo nequit, tex. hic & in d. l. an inutilis. 8. §. acceptũ. l. nisi consentiat. 14. D. de acceptilat. Verũ quia ratione cõuentionis iuris gẽtium censetur. d. l. an inutilis. §. fin. si aliæ quã verb. oblig. accepto ferãtur vim pacti habebit ea cõuentio, nisi appareat cõsensum nõ esse, d. l. an inutilis. 8. l. fin. D. de accept. l. si vnus. 28. §. si acceptilatio. D. de pactis. l. cũ emptor. 5. D. de rescin. ven. quæ iura sic sunt intelligenda.

§. *Præterea nouatione.* 2.

1 *Nouatio quid sit? & vnde dicta. nu.* 8. *& quibus modis fiat. n.* 9.
2 *Paraphrasis huius textus.*
3 *Nouationis materia remissiuè.*
4 *Nouatio antiquo iure interuentu nouæ personæ vtrum fieret ipso iure, an ope exceptionis, & nu.* 18. *& sequen.*
5 *Nouatio à pupillo facta primam obligationem perimit, à seruo non item, & quæ discriminis ratio. num.* 22.
6 *Nouatione inutili an prior obligatio omnino perimatur, ita vt creditor ad eam redire non possit, & num.* 23.
7 *Nouatio Pandectarũ iure non fiebat, nisi id à cõtrahentibus ageretur, & late ex num.* 24. *maxime num.* 35.
9 *Nouatio contingit cum aut persona mutatur, aut res, aut forma.*
10 *Nouatio obligationis conditionalis, & nouatio cõditionalis obligationis præsentis, quãdo valeat.*
11 *Nouatio aliquid addere vel detrahere debet priori obligationi.*
12 *Nouari quæcunque obligatio potest.*
13 *Nouatio non fit noui sed prioris debiti, nisi inter partes ita conueniat.*
14 *Delegatio nouationis species est, & eius definitio ex Cuiacio, & quomodo perficiatur.*
15 *Delegari etiam non debitor potest, & n.* 41.
16 *Delegatio quomodo fiat.*
17 *Delegatio alia actionis, alia debitoris, & quod inter vtramq; discrimen.*
18 *L. Valerianus.* 10. *D. de Prætorijs stipulat. & num. sequent.*
24 *L. fi. C. de nouationibus, & noster textus quid noui induxerint, & nu. seq.*
25 *L. si diuortio.* 21. *D. de verb. oblig.*
29 *L. Heres à debitore.* 22. *§. non est nouum. D. de fideiussor.*
30 *L. aliam.* 29. *D. de nouationibus, & n. seq.*
31 *Stipulatio sequitur naturam contractus cui adhæret. & num.* 33.
34 *Verbum* Dare, *sæpè dominij translationem, aliquando nudam traditionem significat.*
38 *Nouatio ope exceptionis, an hodie admittatur, in quibus casibus olim ipso iure inducebatur, & num.* 39.
40 *Delegatio vtrum hodie ipso iure nouationem inducat, & num. seq.*
42 *L.* 15. *titul.* 14. *part.* 5. *interpretata contra Gregorium, & alios.*

ACceptilationi (de qua superiori. §.) affi-
1 nis est *Nouatio*, quæ est dissoluendarum obligationũ tertius modus à Iustiniano relatus. *Est* † *nouatio prioris debiti in aliam nouã obligationem vel ciuilem vel naturalẽ transfusio, atque translatio.* hoc est, cũ ex præcedente causa ita noua cõstituitur, vt prior obligatio perimatur. l. 1. l. si pupillus. 9. & passim. D. & C. de nouation. Hic. §. quia & antiquũ & nouũ ius nouationis cõplectitur, enarrari sic poterit. Cũ †
2 id quod nobis ab aliquo debetur, ab altero, nouandi animo stipulamur; quãuis posterior obligatio nulla sit, prior tamẽ extinguitur. A nostro verò debitore nisi noui quid afferamus stipulãdo nouare nõ possumus. Olim, si nouandi animus adesset, nouatio fiebat; Iustin. verò lege nõ modo animus ac volũtas, vt olim, ad nouãdũ exqui-

exquiritur, verùm etiã diserta nominatimq; testata cõuentio, alioqui nec prior obligatio tollitur, & ei posterior accedit. tx. iste sumptus est ex l. 1. & toto t. D. de nouat. l. 1. & t. maximè l. fi. C. eo. concordat tx. in l. 2. vers. *O por renouar pleyto otra vez, o por dar de mano quiẽ cũpla el pleyto, o faga la paga*, & magis in l. 15. *Renouamiento.* t. 14. p. 5. explicant varijs in locis Doctores & præter † ordinarios sunt omnino videndi Bris. 3 lib. 6. de formulis. pa. 644. vbi *Nouationis* formulam refert. & iterum lib. 12. de verb. sig. fol. 439. & lib. singulari de solutio. ca. De nouatio. Cuiac. lib. 19. obseruat. c. 36. Pet. Greg. Tholosanus. 3. p. Syntag. lib. 21. c. 20. ex n. 1. plura copiosè Ant. Gabr. sub 3. to. cõmunium opinionũ lib. 3. concl. 1. de nouatio. latius Mascar. trac. de probatio. cõc. 4. vtilissimè & accuratissimè Menoch. de præsump. lib. 3. præsumptio. 134. Gutier. de iuram. confirm. 1. p. c. 63. ex nu. 1. & in diuersis quæstionibus Doctissimus Lusitanus, & in magno Portugaliæ Regio conuentu, & consilio Senator Pet. Barbosa in l. maritum. n. 41. & in l. si cum dotem ex n. 7. & in l. si constante. §. fi. ex n. 9. D. solut. matrim. quæ ad praxim attinẽt explicat Parlad. lib. 2. rerum quotid. c. fi. §. 12. limitatione. 6. & in eleganti quæstione nouissimè Morla in Emporio iuris. 1. p. tit. 8. nu. 86.

Sed quo magis & antiqua & noua, *nouationis* iura, eiusq; materiæ nodi & difficultates explicentur contra nostrum tex. & eius verba obijciamus aliqua oportet. Ergo in primis contra tex. ibi, *Præterea nouatione tollitur obligatio.* sic 4 argumentor: Antiquo † iure non fiebat etiam interuentu nouæ personæ nouatio ipso iure, sed solum cõpetebat exceptio. l. apud Celsum. 4. §. Labeo. D. de doli mali except. & magis in l. Valerianus. 10. D. de Prẽto. stipulat. ergo, &c.

Secundò contra nostrum tx. ibi. *Adeò vt interdum licèt posterior stipulatio inutilis sit tamẽ prima nouationis iure tollatur*, obijcio nostrum eũ- 5 dem tx. in vers. *Non idem iuris*, vbi ea ratione † nouatio inutilis est, quia si quis quod alter debet à seruo nouandi causa stipulatur, nec ius vetus tollit, nec nouũ inducit, cùm ex serui persona stipulatio vires nõ capiat: ergo idẽ & in primo casu nostri huius tex. admittendum erat, quando à pupillo nouandi animo quis stipula- 11 tur, cum is tutore non authore, non obligetur.

6 Tertiò cõtra nostrum tx. ibi. *Quo casu res amittitur, nã & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est*, cũ Acc. hic, verb. *nulla est*, obijcio difficilẽ tx. in l. si Titi⁹. 49. §. huic similis. D. de 12 fideiuss. & in l. 1. §. 1. C. de reputationib⁹, ex quibus constat, quo casu nouatio nũlla est, ad priorem obligationem creditorem redire posse.

Quarto & vltimò contra nostrũ tx. in vers. *Sed cũ hoc*, ibi, *ideo nostra processit constitutio, &c.* quibus verbis Imp. Iust. vetera nouationũ iura 13 corrigens, & nouũ ius proponens pro regula tradit, si cõiuges nouã eius cõstitutionẽ quę habetur in d. l. fi. C. de nouatio. Obligationẽ pristinã, non nouari per sequentem obligationẽ, quãuis in sequenti vel pristinæ obligationi aliquid addatur, vel minuatur, vel noua persona interueniat, vel plenior, vel minor cautio, vel tẽpus, vel cõditio addita vel detracta sit, sed potius ad incrementũ pristinæ obligationis accedere, nisi expressè à contrahentibus quòd prima obligatio tollatur, & nouetur, actũ sit, q& expresse. d. l. 15. t. 14. p. 5. cautũ erat. sic argu- 7 mentor. † Antiquitus ante nouas has constitutiones indubitati iuris erat nouationẽ non fieri nisi id à contrahẽtibus ageretur. l. eũ qui. 56. §. si à te. l. qui vsumfructũ. 58. D. de verb. obli. l. si pupillus. 9. §. qui actum. l. aliam. 29. D. de nouatio. ergo nihil noui hisce constitutionibus inductum esse, dicendum videtur.

8 Verùm † his argumentis non obstãtibus verissimã esse sententiã initio huiusce nostri commentarij propositã dices, & pro eius & totius rei explicatione notabis, *Nouationẽ*, à, *Nouo* dictã, siue à *Noua obligatione*. d. l. 1. D. de nouatio. 9 tribus † modis contingere, cũ aut persona mutatur veluti cũ quis quod sibi Seius debebat à Titio dari stipulatus sit, interuentu enim nouę personæ, noua nascitur obligatio, & prima tollitur translata in posteriorẽ quod ex stipulatione & ex promissione fieri omnino debet, quia pacto mutari obligatio non potest. l. qui negotia. 34. D. mãdati. l. si ex pretio. 6. C. si cert. pet. eoq; modo vetus extinguitur, & noua obligatio exoritur. l. si vnus. 28. §. pactus. D. de pactis. l. 2. l. 3. C. de nouat. Fit etiã nouatio & in eandẽ personã, hoc modo. *Decẽ quæ mihi ex causa mutui debes dare promittis?* vel si fortè conditio, dies aut fideiussor adijciatur, vel detrahatur, quãuis 10 sit † cõditio in nouãdo adiecta sit, siquidẽ extitit nouationẽ confirmat, sin minus nihil actũ intelligitur. l. quoties. 14. D. de nouat. quemadmodũ nec si quod sub cõditione debetur, purè quis nouandi causa stipuletur, nũc quidẽ statim nouat, licèt pura stipulatio aliquid egisse videatur, sed tunc nouabit, cùm extiterit cõditio, etenim existens cõditio primã stipulationẽ cõmittit, cõmissamq; in secundã transfert. l. si Stichũ. 8. §. 1. l. nouatio. 24. l. si non. 31. D. de nouat. qui 11 † enim à suo debitore nouandi animo stipulatur nisi noui quid afferat nihil agit, tx. hic vers. *Sed si eadẽ persona*. l. si ita fuero. 6. l. cum enim. 7. D. de nouat. nã alioqui Penelopes tela (vt in veteri prouerbio est) retexi, & actũ agi videtur. 12 Qualis † autẽ obligatio præcedat, nihil interest vtrũ naturalis, an ciuilis, an honoraria; vtrũ verbis, an re, an litteris, an cõsensu cõstituta, modo vt obligatio fuerit, nã quæ nõ est nec tolli, nec nouari potest, vt paulò superiùs diximus ex d. l. si Stichũ. §. 1. & l. quod in diẽ. 12. D. de nouat.

13 Vlteriùs † meminisse oportet, vt initio ex l. 1. D. de nouat. docuimus, nouationẽ esse, *Priorus*

debiti nouã obligationẽ; nam si aliud debitũ in obligationẽ deducatur, nõ erit nouatio, sed alia separata obligatio. l. si non tortẽ. 26. §. si centũ. D. de condict. indebiti: nisi id actũ sit inter partes, verbi gratia, si pro homine vel equo qui prius debebatur dentur & promittantur decẽ, notat Bart. in l. penul. in fi. D. de prætor. stipulat. Salicet. in l. fi. nu. 3. C. de nouationibus.

14 Nouationi † finitima est, *Delegatio*, (alij nouationis speciẽ dicunt) per quã debitor & creditor simul mutantur, nã delegatio est (si Cuiacio credimus) mandatũ in stipulationẽ nouãdę & transferendæ prioris obligationis, quod fit, exẽpli gratia, creditore iubente debitorẽ suum id quod sibi debet creditori suo promittere, vel alij cui donatũ velit, vnde inter delegatũ & delegatorẽ nascitur actio mandati. l. si quis delegauerit. 12. D. de nouat. & delegat. Perficitur autẽ delegatio sequuta nouatione, hoc est nouandi causa delegato promittẽte ei cui delegatus est:

15 sive debitor † delegatus fit, sive non debitor: (vt ego cũ Cuiac. contra reliquos) iuniores hic existimo) nã & nõ debitor delegatus ex stipulatu conueniri & exigi potest. l. in diẽ. 5. coniũcta l. delegare. 11. D. de nouat. (& latius inf. dicemus iuxta interpretationẽ. l. 15. t. 14. p. 5.) Delegatio per stipulationẽ fit, hoc est perficitur atq; cõpletur; nam origo & causa delegationis est mandatũ, executio & exitus stipulatio nouandi causa interposita.

16 Delegare † autẽ quis potest vel voce, vel scripto, vel nutu. l. delegare. 17. de nouat. quia (vt diximus) nihil aliud est, quàm mandare. d. l. si quis delegauerit. 12. in fi. mãdatũ autẽ solo cõsensu cõstituitur, vt latè adti. sup. de mandato. Quod verũ est quoad delegantẽ attinet, nã is qui delegatur nõ modo consentire, sed etiam stipulanti verbis promittere debet. l. 1. C. de nouat. consensus enim eius est necessarius quia nemo obligatur inuitus. l. nec emere. C. de iure delib. l. sicut. 5. C. de oblig. & act. stipulatione autẽ opus est, quia hæc cõuentio in nullũ iuris gentiũ contractũ incidit, vnde verbis ciuilibus est corroboranda, & hęc est delegatio debitoris nouationi proxima.

17 Alia est † delegatio siue mandatum & cessio actionis, vt cũ aliquẽ procuratorẽ facio in rem suã, vel meã, vt agat cũ alio meo nomine. l. cũ de bonis. 11. versi. *delegationis*. C. de donat. Alia est mãdatũ nõ vt agat quis, sed vt alij promittat, delegatio debitoris. Et inter hanc & illã delegationẽ, idest inter hæc duo mandatorũ genera multũ interest. Nã delegatio actionis fit inuito debitore, delegatio debitoris non itẽ. d. l. l. nec creditoris. 6. C. de nouatio. Delegatione actionis non tollitur obligatio, vel actio, quæ deleganti competit; delegatione debitoris tollitur, tex. celebris, in l. si delegatio. 3. C. de nouat. Delegatio debitoris nouatione legitimè perfecta nõ potest reuocari à mãdatore, etiã si is cui delegatus est debitor eũ nondũ exegerit, aut exigere nolit. Delegatio siue cessio actionis potest reuocari re integra, idest, si is cui delegata est actio litẽ cõtestatus non sit, vel si nihil exegerit, vel si nõ denũtiauerit debitori vt soluat. d. l. si delegatio. 5. Item si is cui quis specialiter delegauit actionẽ in rẽ suã, non in rem delegati, inuito mãdatore non potest nouare, vel alio modo soluere obligationẽ. l. nõ abstulit. 4. C. de nouat. Is cui delegatus debitor & promissit, cõtrà. Est & aliud delegationis genus si non mandato vt quis agat in iudicio, vel vt stipulanti promittat, sed vt soluat alij quod mihi debet, qui multũ distat ab eo qui delegatus est, vt promittat, nã hic si promittat nouatur obligatio; ille verò si promittat non nouatur. l. si debitorem. 21. D. de nouationibus.

His pro difficillimæ & subobscuræ materię elucidatione prænotatis, quæ aduersus Iust. nostrum constituximus argumenta iam diluemus.

18 Primũ † ergo ex d. l. Valerianus. D. de prætor. stipul. &c. nõ obstat, nam ei respondet Acc. ibi verb. *voluerat*, ideo ibi non fieri ipso iure nouationẽ, quia nouatio de qua ibi, à prætore, nõ verò à contrahẽtibus facta fuit, nã si cõtrahentes voluissẽt prima obligatio esset ipso iure sublata. Hic tn intellectus expresè cõtinetur, quoniã in prætorijs stipulationibus necessaria nouæ personæ interuentus desideratur, ex Vlp. in l. Prætoriæ. 7. D. de prætor. stipulat. *Prætoriæ satisdationes*, (inquit ille) *personas desiderant prose interuenientiũ, & neq; pignoribus quis neq; pecuniæ, vel auri vel argenti depositione in vicẽ satisdationis fungitur*. Sed interuentu nouæ personæ iuxta l. C. fœcula, præsumebatur nouatio, ex nostro tx. in prin. ergo non solũ Prętorẽ, sed etiã cõtrahentes præsumitur nouationẽ fecisse, vnde Accurs. & alijs etiã arg. reprehendit ibidem Cuman. num. 1.

19 Quare † antiquus Petrus, cuius meminit Cynus in l. fi. C. de nouat. existimat in d. l. Valerianus, non solũ Prætorẽ, sed etiam contrahentes voluisse nouare, non tamen ob id tolli primã stipulationẽ ipso iure, quia in secunda interuenerat diuersa persona, hoc est diuersus fideiussor, & etiã diuersum tẽpus, argumẽto l. si seruus. 141. §. cũ mihi aut Titio. D. de verb. oblig. Petrũ autẽ reprehẽdit Bart. in d. l. Valerianus. nu. 2. quia imo facilius præsumebatur nouatio antiquo iure per interuentũ nouæ personæ, diuersitas autẽ tẽporis vel loci, non facit induci diuersitatẽ rei. l. qui res. 98. §. nihil Romæ. D. de solutio. Deinde in d. l. Valerianus, non constat interuenisse diuersos fideiussores, & si interuenissent nihil interesset, cum ipsi non possent inducere nouationẽ, sed principales. l. heres à debitore. 22. §. non est nouũ. D. de fideiuss. (de cuius interpretatione mox latius.)

20 Vnde † idẽ Bart. d. n. 2. respõdet, verũ esse in stipulationibus cõuentionalibus primam tolli ipso iure per secundã conuentionalẽ, diuersum tamen

tñ esse in Prætorijs stipulationibus, & necessarijs, in quibus cum inter partes nihil expressè actũ sit, non ipso iure, sed ope exceptionis nouatio inducitur. Qui tñ Bart. intellectus licèt cõmunis sit, displicet ex eo, quia Vlp. in d.l. Valerianus, non probat primã stipulationẽ tolli ope exceptionis, sed exceptionẽ primæ stipulationis obligatis peperisse videri, quibus verbis nõ asserit primã stipulationẽ sublatam esse ope exceptionis, prout Bart. existimabat.

21 His ergo † omissis interpretationibus, & alia Cumani ibidẽ. n. 4. in fin. qui literam corrũpit, pro illius legis explicatione constituo, Prætoriam stipulationem simpliciter interpositã perpetuã esse. l. si finita. 15. in prin. D. de dãno infecto, si tñ Prætor iubeat tẽpus apponi effici tẽporalem ope exceptionis. l. obligationũ. 44. §. placet. D. de obl. & act. l. cum qui. 56. §. qui ita. D. de verb. obli. vnde exceptio quæ cõpetebat in prima stipulatione in d.l. Valerianus, erat tẽporalis, ergo si interponatur secunda stipulatio, tollitur ipso iure prima, vt insinuat Vlp. ibi *quia à prima stipulatione prorsus discedi voluerit*, sed exceptio primæ stipulationis adhuc durat: quia sicut respectu tẽporis, in prima cõpetebat cõpetit etiam in secũda propter tẽpus appositũ, & inde rectè Vlp. non ait primã stipulationẽ tolli per exceptionẽ, sed exceptionẽ primę stipulationis competere & prodesse ad secundam stipulationem.

22 Nõ † obstat. 2. arg. ex h. eod nostro tx. vers. *Nõ idẽ iuris*, est enim inter vtrũq; casum maximũ discrimen. Qui à pupillo sine tutoris authoritate stipulatus est nullã obligationẽ acquirit. l. nouare. 20. vers. *Pupillus*. D de nouat. vbi Iul. Pau. ait, pupillũ sine tutoris autoritate nouare non posse; ex quo cõtingit, vt & liberetur creditor, iuxta nostrũ tx. ibi. *Adeò vt interdũ licèt posterior stipulatio inutilis sit, tñ prima nouationis iure tollatur, veluti si id q̃ tu Titio debes à pupillo sine tutoris authoritate stipulat⁹ fuerit*, neq; tñ noua obligatio nascatur. Quod si quis obijciat; nouationẽ non tã ea de causa institutã esse, vt obligationes tollantur, quàm vt rediuiuæ aliæ nascãtur iniquũ esse inutili nouatione veterẽ obligationẽ extingui; Respondebo, nõ nouationis vitio id fieri, quę per se, ac natura sua idonea est ad obligationẽ concipiendã, qua de causa etiam ea nascitur eo casu obligatio, quæ nasci potest in pupillũ, sine tutore ꝓmittentem, nimirũ naturalis. l. 1. in fin. D. de nouat. & ijs quæ in eius rei proposito sup. resoluimus in prin. de authorit. tutor. n. 4. 6. & 7. sed vitio stipulantis id accidere, qui tã stultus fuerit, vt sibi pupillũ sine tutoris authoritate obligare voluerit: nã pupillus sine tutoris authoritate nõ obligatur nisi factus locupletior, vt in d. prin. resoluimus. Alia causa est in seruis à quibus si quis nouandi animo stipuletur, nec vetus iustollit, nec nouũ inducit. Cuius dissimilitudinis ea est ratio, quoniam subesse personã oportet nouationis capacem, iuxta Vlp. sententiã in l. quoties. 14. §. 1. ibi, *quoniã nũc cũ extitit cõditio nõ est persona quæ obligetur*. D. de nouat. Itaq; tametsi seruus naturaliter, æquè vt pupillus obligetur. l. naturaliter. 13. de condict. indebiti, tñ quia ciuilis obligationis, cuius cõcipiendæ causa nouatio instituta est, capax non est; idcirco quasi materia & causa sine qua non deficiat, ita nihil actum esse iudicatur, quo modo ego rem cũ erudito Hot. interpretor. 23 ¶ Nõ obstat † tertiũ ex d.l. si. Titius. 49. §. huic similis. D. de fideiuss. & d.l. 1. §. 1. C. de reput. cui multis modis Accurs. hic respõdet ver. *nulla est*, & in d. §. huic similis, ver. *facta*, ex quo & cæteris interpretib⁹ sic resoluẽdũ est, ꝙ si creditor frustra nouauerit ad veterem actionem redire nõ poterit, sibi enim imputet, ꝙ cum pupillo solo nouatione vsus sit. Si verò cũ adulto minore tñ viginti quinq; annis, facta sit nouatio, & ipse per ætatis beneficiũ restituatur in integrum, ad eandem redire poterit. d. §. huic similis, & d. §. 1. nisi forte minorem dolo mãlo ad obligationis veteris nouationem induxisset, quia tũc secus erit. d. §. huic simil. vers. *quod si dolo*, & sententia I. C. in l. qui res. 98. §. huic applicatur. D. de solut. 24 ¶ Rẽstat † iã tandem. 5. & vltimũ arg. ex d.l. cũ qui. 56. §. si à te. D. de verb. obli. cũ alijs quibus cõtendebamus, sæculo etiã & ætate I. C. nõ aliàs nouationem induci, quàm si expressus contrahentiũ adesset assensus, in cuius præcipuè rei explicatione, huius nostri §. item & decisionis d.l. fi. cõsistit difficultas. Huic ergo difficultati cõmuniter respõdent nostri antiquo iure tũc fieri nouationẽ quãdo in secunda stipulatione vel obligatione plus cõtinebatur, quàm in prima; diuersum tñ esse quando minus, vt in exemplis in dictis locis à I. C. propositis, quo casu nisi expressè ageretur nõ inducebatur nouatio ita Acc. verb. *Sed qui totũ*, in d.l. qui vsumfructũ, quem sequitur Bart. ibi. n. 1. est cõmunis intellectus secundum 25 Alex. ibid. n. 5. Ias. in prin. ¶ Verũ † licèt cõmunis sit, vtroq; tñ c. cõuincitur. Primò ex nostro tx. ibi, *fortè si cõditio, aut dies, aut fideiussor adijciatur, aut detrahatur*, & d.l. fi. C. de nouat. Secundò ex tx. in l. si diuortio. 21. D. de verb. obl. vbi actio pro dote cõpetens non nouatur per stipulationem sequentem in qua duplicabatur 26 summa dotis præcedentis. ¶ Cõmunem † tñ interpretationem defendens Barto. in d.l. si diuortio. n. 2. respondet, ideó ibi nõ induci nouationem quia secunda stipulatio facta fuit animo nõ nouandi, & sic expressè actum fuisse ne secunda stipulatio nouaretur. 27 ¶ Hic † verò Bart. intellectus ad illũ tex. quàm sit diuinatorius nemo est qui nõ videat, cum Põponius ibi simpliciter loquatur, vnde in dubio stipulatio cõsequens plus cõtinens renouare debuit præcedentẽ ex d.l. qui vsumfructũ, & ex l. scire debem⁹. 29. in prin. D. de verb. obl. & latè scripsit

idem

idē Bar. in d.l. Valerianus. D. de Præt. stipulat.

28 Omissis † ergo pluribus interpretationibus quas cōgerit Alex. in d.l. si diuortio. n. 4. placet Cuma. intellectus, ideo ibi non induci nouationē, quia actio quæ ex prima stipulatione cōpetebat erat priuilegiata, & diuersi generis, & formæ quā secūda, cū actio sit bonæ fidei, habeatque multa priuilegia ex l. 2. §. si spōsa. D. de priuil. creditorū. l. assiduis. 12. C. qui potio. in pignor. habeātur. §. fuerat, inf. de actio. l. vnica, per totā. C. de rei vxor. act. vnde cū sit priuilegiata nō interfuit mulieris stipulātis, primā actionē de dote nouari, quinimo pateretur dānum quia perderet priuilegia dotalia, quæ non habet secūda stipulatio. l. aliam. 29. D. de nouat. (de qua paulò inferius) qui intellectus verisimus sanè est, iuxta Alex. n. 3. Iaso. n. 7. in d.l. si diuortio,

29 & n. 2. in d.l. qui vsumfructū. Nec † obstat his difficilis tx. in l. heres à debitore. 22. §. non est nouū. D. de fideiuss. vbi secunda stipulatio pura nō nouat præcedentē stipulationē fideiussoriā, in qua ipse fideiussor ad diē tantū erat obligatus, sed ex vtraq; obligatur: nā ideo ibi non fit nouatio prioris obligationis, quia nouatio habet vim solutionis. l. si rē. 31. §. si duo rei. versi. *ex quibus*. D. de nouat. l. si ex plurib⁹. 16. D. d̄ acceptilat. (latè sup. superiori. §.) vnde si secunda stipulatio fideiussoria nouaret primā, cū nouatio habeat vim solutionis, censeretur tūc principalis facta solutione liberatus, iuxta tex. in l. & per iusiurandū. 13. §. etsi fideiuss. D. de acceptilat. & consequēter liberato principali nō posset subsistere vltima obligatio fideiussoris, ex l. fideiussor obligari. 17. in princ. D. de fideiuss. quē tx. intellexit hoc modo Cuma. ibid. n. 1. sequitur Alex. in d.l. si diuortio. n. 3. in fi.

30 Sed † adhuc restat scrupulus ex d.l. aliam. 29. D. de nouat. Cui tñ respōdet Bar. ibi. n. 2. quotiescunq; agitur de nouāda stipulatione priuilegiata, actionē illā nunquā amittere priuilegiū nisi nouatione id specialiter agatur, & inde cū in d.l. aliā agatur de nouādis actionibus priuilegiatis dotis, & tutelę, meritò exigitur specialis volūtas, nō quidē ad faciendā nouationē, sed ad hoc vt dictæ actiones priuilegium amitterent. Quē intellectū cōmunē resoluit Cuma. n. 4. in d.l. aliā. & d.l. si diuortio. n. 5. Soci. in rub. n. fi. Alcia. n. 38. D. de verb. obl. Ias. in l. singularia. n. 26. D. si cert. pet. & in l. 1. nu. 14. C. de iudicijs.

31 Qui quidē † cōmunis intellectus confirmatur ex eo, nam stipulatio sequitur naturā actus, cui adhæret. l. stipulationū. 5. §. cōuētionales. D. de verb. obl. cum alijs relatis à Bar. in l. 1. n. 1. C. de neg. gestis, & inde stipulatio simplex nouationis causa interposita antiquæ actionis priuilegia tenebit ex l. si stipulatus. 4. vers. *Verū si emptor*. D. de vsuris & ita vt actio nouata priuilegiū amittat, necessariū est specialē volūtatē adesse.

32 Verū hic † Bar. intellectus primò cōfunditur ex tx. in l. si se non obtulit. 4. §. ex cōuentione. D. de re iud. vbi agitur de nouanda actione iudicati, quę priuilegiata est, & tñ non esse necessariā volūtatē respectu priuilegij docet tex. ille. Secūdò cōfunditur ex tx. in l. si creditor. 15. l. nouatione. 18. D. de nouat. l. 1. C. etiā ob chirographa. pecu. quibus iuribus nō satisfacit Bar. ibi dē. n. 2. dicens in eis agi de priuilegio acquisito ex partiū cōuentione; diuersum tñ esse in priuilegio acquisito ex legis dispositione, vt in d.l. aliā, quæ quidē solutio insufficiens est, nā priuilegia ex cōuentione cōpetētia difficilius essent amittenda, ex regula l. Celsus. 28. D. de fideiuss. & sup. diximus circa intellectū. l. si diuortio, vn de necessarium cōsequens est, ex simplici nouatione antiquæ actionis priuilegia amissa remanere, vt cōtra Bar. docuit Paulus in d.l. aliā Ias. in d. §. ex cōuentione. n. 2. Ripa. n. 10. Angel. in §. fuerat. n. 24. inf. de act. Salic. in l. fi. n. 8. C. de nouat. Abb. in c. examinata. n. 14. extra de iudicijs. ¶ Qua sententia † cōtra Bart. retenta, nō 33 oberit vnicū ipsius fundamentū, quoniā stipulatio sequitur naturā actus cui adhæret, quoties adijcitur ad confirmandū aliquē contractū, nō tñ quoties proponitur ad nouā obligationem

34 cōstituendā, vt in nostra specie. Nec † etiā obstat tx. in d.l. si stipulatus. 4. D. de vsuris, nāverbū, *dari*, de quo ibi, aliquādo refertur ad dominij translationē. l. vbi autē nō apparet. 75. §. fi. D. de ver. obl. §. fic itaq; discretis, inf. de act. nō nunquā verò ad simplicē traditionē. §. itē is cui sup. quibus modis re contrahit. obl. l. rogasti. 11. D. si cert. pet. l. quicquid. 28. D. de act. empt. regulatur enim verb. *Do*, secundū subiectā materiā vt aduertit Forcat. dialogo. 49. & inde in d.l. si stipulatus, cū promissio illa, *rē dari* secundū suā propriā naturā cōprehendat dominij trāslationē, & simplicē traditionē, Papin. interpretatur verbū illud secundū qualitatē causæ præcedentis, vt colligitur ex ciusdē verbis: vnde si verbū illud, *Dare*, solùm comprehenderet dominij translationē qualitas antiquæ actionis nō conseruaretur in illa promissione nouāte. Cōstat

35 † igitur ex superioribus ex nouatione simpliciter facta priuilegia antiquę actionis perire, & non conseruari in actione nouante ex sentētia Castrensis & aliorū sup. relata. Qua retenta cō tra Bart. & cōmunē intellectū non oberit d.l. aliā, nā ad illius legis & totius materiæ cognitionē obseruādū est, iure. D. non fieri nouationē nisi inter partes actum fuisset de causa nouationis, vt expressè cautū est in l. 2. l. si ita fuero 6. l. si Stichū. 8. §. 1. l. si rē. 31. §. si duo. D. de nouat. l. si vnus. 28. §. pactus ne peteret. D. de pactis. l. si seruū. 91. §. fi. D. de verb. obli. obseruat Acc. in l. in personā. 31. §. qui pecuniā ver. *stipulatus*. D. de pactis, tenuerūt antiqui quos refert & sequitur Fulgo. in d.l. fi. C. de nouat. Alberi. in l. 2. D. eod. Portius hîc. n. 3. Hotom. & Baldui. candē sequitur sententiam Cuiac. in d.l. qui vsumfructū. D. de verb. obli. Iuxta quā veteris

iuris

iuris obſeruationem Iul. Paul. in d.l. aliã. docet priuilegia veteris actionis nouata non perire, niſi ſpecialiter actũ eſſet, cũ eo iure ad faciẽdã nouationẽ requireretur ſpecialis volũtas. Quæ interpretatio ſatis colligitur ex d.§. ex cõuẽtione, vbi etiã agitur de nouãda actione priuilegiata. & ꝙ I.C. appellat in d.l. aliã, ſpecialẽ voluta 39
tẽ, ibi I.C. refert ad ſimplicẽ animũ nouantis.

36 Sed † hæc interpretatio licèt in ſe veriſsima ſit, difficultatem tñ maximã cõtinet ex noſtro §. præterea. & d.l.fi. C. de nouat. in quibus imp. Iuſt. nocentia nouationũ volumina corrigens aduerſus veteris iuris nouationis ſanxit nũquã fieri nouationem niſi ſpecialiter & expreſsè à partibus actũ ſit; quorũ iuriũ deciſiones ſuperfluæ fuiſſent ſi ad faciendam nouationem eſſet neceſſaria expreſſa voluntas contrahentium.

37 Superiori † tñ reſolutione retenta reſpõdẽ dũ eſt, verũ eſſe nunquã Pandectarũ iure nouationẽ induci, niſi inter partes de nouationis cauſa ageretur, tñ quælibet volũtas ſufficiens erat, ſiue illa colligeretur ex verbis extrinſecis, ſiue ex præſumptionibus à lege inductis, vt grauiter Cuman. explicuit in d.l. Valerianus. nu. 5. Quæ quidem volũtas ex noua huius noſtri tx. & d.l.fi. cõſtitutione ſufficiens ad nouandũ nõ eſt, ſed neceſſariũ eſt ſpecialiter inter partes agi 40
de remittenda prima obligatione, & alia de nouo cõſtituenda. Qui intellectus ſatis colligitur ex noſtro tx. ibi: *Sed cũ hoc quidẽ inter veteres cõſtabat, tũc fieri nouationẽ, cũ nouãdi animo in ſecũdã obligationẽ itũ fuerat, per hoc autẽ dubium erat, quãdo nouãdi animo videretur hoc fieri, & quaſdã de hoc præſumptiones alij in alijs caſibus introducebãt, ideo noſtra proceſsit cõſtitutio quæ apertiſsimè definiuit, tũc ſolùm nouationẽ fieri, quoties hoc ipſum inter cõtrahẽtes expreſsũ fuerit, ꝙ propter nouationẽ prioris obligationis cõuenerũt.* Secundũ quã interpretationẽ ſunt etiã accipiẽda finalia verba d.l.fi. ibi: *nõ lege, ſed volũtate nouandi*, quibus verbis Iuſt. voluit excludere oẽs volũtates collectas ex verbis extrinſecis, vel ex preſumptionibus à lege inductis: quæ eſt veriſsima. d.l.fi.

38 & noſtri tx. interpretatio. Ex qua † veriſsima interpretatione iam ſatis conſtat Pandectarum iure nunquam fieri nouationem abſq; particulari cõtrahentiũ voluntate, cùm nouatio induceret liberationẽ ipſo iure ab obligatione præcedenti, ex d.l.fi rẽ. 31. §. ſi duo rei. l.fi. §. fin. D. de nouat, & inde in omnibus caſibus in quibus olim fiebat nouatio ipſo iure, hodie etiam fieri ope exceptionis docuit Acc. in l. 2. ver. *agatur.* D. de nouat, quã ſequitur Bar. ibi, & in l. pecuniã. n. fi. D. ſi cert. pet. & in l. ſolutionẽ. n. 8. D. de ſolutio. & magis cõmunẽ dicit Alex. in d.§. ex cõuẽtione. n. 9. & cõſ. 10. n. 2. vol. 2. Soc. cõſ. 21. n. 1. vol. 1. Dec. cõſ. 400. n. fi. pro qua ſententia adducũt. d.l. Valerianus. D. præt. ſtipul. quę nihil tñ facit; vt iã viſum eſt; facit autẽ pro ea difficile argumentũ, nã cũ nouatio nõ fieret ſine particulari voluntate (vt dictũ eſt) & in ea vtraq; pars cõcurrat, neceſſario fatendũ eſt pactũ interueniſſe, ex l. 1. D. de pactis, ex quo inducitur liberatio primæ obligationis ope exceptionis. iuxta regulam l. ſi vnus. 28. §. pactus ne peteret. D. de pact.

Hæc † tñ cõmunis ſententia omnino reijciẽda eſt, eamq; impugnat Fulgoſ. n. 5. in h. reſcriptũ. §. ſi pacto. D. de pact. Iaſo in l. ſingularia. n. 37. D. ſi cert. pet. & ibi Dec. n. 27. idem Dec. in d.l. pecuniã. n. 12. Alex. in d.l. qui vſumfructũ. n. 7. & ibi Alciat. n. 2. D. de verb. Socin. cõſ. 64. n. 5. vol. 3. Alex. cõſ. 72. n. 6. vol. 2. quæ ſententia cõtra ſup. relatos probatur ex d.l.fi. C. de nouatio. ibi: *nihil penitus prioris cautelæ innouari*, quæ verba, neq; etiã ope exceptionis, neq; vllo modo nouationẽ admittunt, vt notat Alex. in d.l. qui vſumfructũ. n. 7. aliàs enim ſi ope exceptionis fieret nouatio, noſter tx. nouaq; Iuſt. deciſio en d.l.fi. verbis non rebus impoſita eſſet, ꝙ tñ ferendũ eſt, vt rectè conſiderat Iaſo. d. n. 37. quæ opinio & ex eo probatur, nã ſi expreſsè actũ nõ ſit vt nouatio fiat, ſecũda cõuentio accedit ad incrementũ prioris obligationis: ergo ex illa non poteſt deduci voluntas ſufficiẽs ad inducendã nouationẽ etiam ope exceptionis.

Grauior † tñ huius tx. difficultas, & totius etiã materiæ vtilior articulus in eo conſiſtit, an per *Delegationẽ*, inducatur nouatio, cum noſter tex. & d.l. fin. corrigant omnia iura antiqua ex quibus interuentũ nouæ perſonæ noua naſceba tur obligatio, & inducebatur nouatio. In qua enodanda quæſtione grauiter laborat Acc. & cæteri interpretes, diſputantes an horũ iurium diſpoſitio nouationẽ prohibens, niſi expreſsè agatur, locũ habeat, & cõprendat etiã delegationẽ; & Acc. in l.ſi delegatio. 3. gl. 1. C. de nouat. affirmat. d.l.fi. nõ corrigere, nec habere locũ in delegatione propriè ſumpta ꝙ etiam docuit Bar. in l. delegare in 1. n. 1. D. de nouat. vbi Caſtrẽſis. n. 1. Cuma. n. 2. Bal. in l. pecuniã quã. D. ſi cert. pet. dicit cõmunẽ & receptã ſentẽtiã Alex. in d.l. qui vſumfructũ. n. 5. & 6. D. de verbo. plures referens Iaſo. in d.l. ſingularia. n. 37. D. ſi cert. pet. Greg. in l. 15. ver. *abiertamẽte.* tit. 14. p. 5. Parla. lib. 2. rerũ quotid. c. fi. §. 12. limitat. 6. n. 49. Reiecta cõtraria † gloſſæ ſententia 41
in l. 2. verb. *euanuit.* C. de nouat, & eſt propriè delegatio (vt latius ſup. diximus) vice ſua alterũ delegare per ſolemnẽ ſtipulationẽ qui ſit debitor delegantis (iuxta cõmunẽ) & promittat tã quã debitor delegantis, præcedente eius iuſſione, & talis promiſsio acceptetur per creditorẽ ita docet Vlp. in l. delegare. 11. D. de nouat. & iã notauimus, reſoluit Iaſo, in d.l. ſingularia. n. 36. aliàs enim ſi delegatus non ſit debitor delegãtis propriè nouationẽ nõ induci, frequẽtiùs ꝓbatur (quãuis male) vnde p delegationẽ ritè factã nouatio inducitur, & prior debitor remanet liberatus, quãuis debitor delegatus nõ ſit ſoluẽ

do,

do, vt in pulchra quæſtione reſoluit Bar. in d. l. ſingularia. n. 19. quē ita explicat Laſ. ibi. n. 38. non ita ſi delegatio impropriè facta ſit, quoniā delegās non liberatur, niſi expreſsè actū ſit: & ita accipiendam eſſe noſtri tx. & d. l. fi. deciſionem crebrius receptum eſt.

42 Quod ſanè † licèt iure ciuili Romanorū admitti poſſet (ni quę nos ſup. reſoluimus obſtarent) Hiſpanico tamē corruere videntur propter l. 15. t. 14. p. 5. quæ approbās opinionē gloſſæ in d. l. 2. ver. *euanuit*. C. de nouat. pro regula tradit delegantē nō remanere liberatū, ſiue delegatus eſſet ipſius delegantis debitor, ſiue nō, niſi expreſsè actū ſit, vt conſtat, ibi: *dando otro debdor, ò manero en ſu lugar*, & ibi, *eſte debdor, o manero q̄ metiere en ſu lugar de nueuo, ſincaſſe obligado por la debda, è el otro quito. Ca entonces valdria el ſegundo pleyto, è ſeria deſatado el primero*. vbi Greg. ver. *abiertamēte*, in fi. affirmat d. l. Regiā deſtruere communem Bart. & aliorū ſententiā ſup. relatā, ex qua per delegationē debitoris delegantis fiebat nouatio, licèt expreſsè non ageretur, quod idē admittunt Auendaño in dictionario, ver. *delegacion*, Villalobos lib. com. opin. ver. *nouatio*, Gutierrez de iuram. confirm. 1. p. c. 61. n. 5. Parlador. vbi ſup. nu. 50.

43 Cæterū † quamuis doctiſsimus Greg. Lop. & qui eū ſequūtur ita d. l. Regiā intellexerint, veriùs videtur dictam cōmunem incorrectam adhuc manere, quoniam d. l. Partitæ non loquitur, quādo is qui delegat⁹ eſt erat debitor delegātis, in quibus terminis procedit cōmunis opinio, nam dicit *debdor, o manero*, debet intelligi; *debdor*, reſpectu eius cui delegatur, nō reſpectu delegantis, neq; in d. l. cōſtat, illam nouam perſonam quæ interuenit eſſe debitorem delegantis, prout requirebatur, vt prædicta communis opinio eſſet correcta. Qui intellectus manifeſtè apparet ex illis verbis, *quedaua por debdor, o manero de aquella debda*, nam verbū illud *debdor* refertur ad eum cui quis delegatus eſt. Præterea probatur ex illis verbis, *pagādo el vno dellos ſerian quitos de la obligacion*, nā ſi iſte delegatus qui interceſsit eſſet debitor delegantis, & delegans ſolueret, nō eſſet liberatus delegatus à ſua obligatione qua deleganti tenebatur, maximè quia ver. *debdor* & *manero*, pro eodem ibi accipiuntur, & differentiam quam Greg. Lop. vbi ſup. fecit inter vtrumque deſtruit expreſsè. l. 19. d. t. 14. p. 5. cui non poteſt ſatis fieri. Sed iam vltimum qui reſtat diſſoluendarum obligationum modum quem Iuſt. in poſteriori huius ti. & lib. parte. intexuit elucidemus.

§. *Hoc amplius. 3. & vltimus.*

1 *Conſenſu ſolo obligationes contractæ, contrario conſenſu diſſoluuntur, & de eis remiſsinè.*

2 *Gabella ſemel fiſco debita ratione contractus ſoluenda eſt, etſi partes ab ea diſcedant.*

1 QVVM † nihil tam naturale eſſe ſcripſerit Domitius Vlp. (in l. nihil tam naturale. 36. D. de reg. iuris) quā eo genere quodq; diſſolui quo colligatū eſt, obligationes quæ nudo cōſenſu contrahi conſtat nudo etiā conſenſu diſtrahi diſſoluique rectè hic docet Imp. Iuſt. ex Neratio (quo nemo hunc locum diligentius explicat) in l. ab emptione. §. 8. D. de pactis. Pōponio in l. prout. 80. D. ſolutionib. & Imp. in l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptione diſced. cōcordat l. 7. ti. 5. p. 5. de his obligationi b⁹ cū ſigillatim ſup. ſuis in locis dixerim⁹, deq; earū ſolutione, eadē hic inculcare eſſet ſanè otioſum. De emptione & vēditione diximus in prin. ex n. 37. ſup. de emptione & venditione. Quæ eo loci de emptione & venditione reſoluimus de locatione & cōductione dicta eſſe ſua det Iuſt. in prin. ſup. de locatione & conductione, in cuius explicatione de horū contractuum ſimilitudine plura congeſsimus. De Societ. diſſolutione egimus cū Iuſt. in §. manet, & ſequentibus ſup. de ſocietate. De mandato in §. rectè in prin. ſup. de mādato. Ergo ſi cū conueniſſet vt fundus Tuſculanus emptus centū aureis eſſet, deinde fundo nec verè, nec fictè tradito, nec pretio numerato, vt à contractu diſcederetur conuentū eſſet, inuicē contrahentes liberatos ſatis conſtat. Cæterùm † vt in d. princ. de
2 empt. & vend. n. 38. docuimus, cū ex huiuſmodi contractu (quibus in locis id ius receptū eſt) gabella fiſco debita ſit, diſtractus fraus fiſco eſſe non poteſt, ſolui ergo & adhuc debet, ex ſententia Ioſephi Ludouici, Did. Perez, & Laſſarte. d. n. 38. adductorū, notauerat etiā Caſtrenſis in l. iuriſgentiū. 7. §. adeo. n. 2. D. de pact. Anto. Gom. li. 2. var. c. 2. n. 31. Pinel. in l. 2. 2. p. c. 3. n. 36. C. de reſcin. Mench. quæſt. vſufruct. c. 11. n. 20. Parlad. lib. 1. rerū quotid. c. 3. §. 4. n. 37. omniū optimè rē diſputans. Ideo autē cōtraria volūtate primā diſſolui dixit hic Iuſt. quia pactū, pactio, nuda voluntas, nudus conſenſus in hoc genere conuentionum promiſcuè vſurpantur, vt rectè hic Hotoman. obſeruat.

Sunt & præter hos quos in h. t. Iuſt. recenſet, & alij multi modi, quibus obligationes diſſoluuntur, quorum pleroſque hic adducit Accur. ſcholio fin. & poſt eum reliqui, eorum etiam plurimos nos commemorauimus in princ. huius. titu. copioſè proſequitur eruditiſsimus Menochius lib. 3. de præſumptionib. ex præſumptione. 134.

Finis iam ſit.

(?)

FINIS.

RERVM AC VOCVM

hisce trium priorum Institutionum Imperatoris Iustiniani librorum commentarijs explicatarum Index copiosissimus, in quo ex duobus numeris prior paginam, posterior, paragraphi sectionem notat: singulis enim paragraphis suæ hypotheses memoriæ studiosorum seruandæ gratia sunt præmissæ, & suis numeris in margine, vt, quo in loco de eis ageretur appareret, consignatæ: quæ, omnia præter cætera obseruatione digna complectũtur. Additi sunt in secũda hac editione numeri marginales huicindici. 1. 2. 3. quibus libri suo ordine facilis indicentur.

A.

A 1. BARBARIO gesta ex æquita te sustinentur, p. 165. n. 10.

1. ABDICATIO excludebat filiũ â paterna familia, p. 204. n. 5.

3. Abemptione sine scriptis celebrata resilire altero inuito, alij non licet, recte tamen mutuo cõsensu, si res integra sit, p. 299. n. 37.

3. ABINTESTATO qui succedere non potest, non potest neque cõtra testamẽtũ venire, pa. 67. n. 2.

3. Abintestato qui succedere potest, nõ semper succedere poterit contra testamentum, p. 67. n. 3.

2. Abintestato etiam quartæ Pegasianæ detractio locum habet, p. 463. n. 15. & p. 464. n. 16.

1. ABORSVFACTO non rumpitur testamẽtum, pa. 215. n. 20.

2. ABSENS rei suæ possessionem retinet, p. 129. nu. 2. & 6.

3. Abstensionis beneficium non tollit suitatem infilio, p. 59. n 21. p. 114. n. 2. p. 342. n. 25.

2. Abstensionis beneficium â prætore quare inductũ p. 342. n. 24.

1. Abstensio facit, vt si non iure ciuili, saltim prætorio quis esse desinat heres, p. 353. n. 26.

3. ACCEPTILATIO vnde dicta, p. 388. n. 3

3. Acceptilatio duplex, vulgaris & Aquiliana, pa. 389. nu. 5.

3. Acceptilatio species solutionis est, pa. 229. nu. 2.

3. Acceptilationis causa efficiens voluntas creditoris, p. 390. n. 9.

3. Acceptilatio ipso iure tollit obligationem, pag. 388. n. 1. & ex. n. 3.

3. Acceptilatio nõ nisi verborum obligationẽ dissoluit, p. 388. n. 2. & p. 389. n. 7. & p. 390. nu. 12.

3. Acceptilatio ad expensilationẽ proprie refertur, p. 388. n. 4.

3. Acceptilatio non nisi a creditore & debitore concipitur, p. 390. n 11.

3. Acceptilatio quoad formã Iuris ciuilis, quatenus habet cõsensum, iuris gentium est, p. 390. n. 10

3. Acceptilationis Aquilianæ formula, eiusque verba sigillatim explicata, p. 389. nu. 6.

3. ACCESSORIVM sequitur naturam principalis, p. 242. n. 32.

3. ADQVISITIONEM per arrogationem

CONSENSVRECEPTAMFVISSE quomodo intelligẽdum, contra Accursium, p. 12. n. 2.

3. Acquisitionis causæ, aliæ lucratiuæ, aliæ onerosæ & quæ sit lucratiua, quæ onerosa, p. 386. n. 8.

2. Acquisitionis occasione qui non vtitur, non dicitur patrimonium diminuere, p. 352. n. 16.

2. Acquiritur nobis per nos, & eos quos in potestate habemus, & bona fide possidemus, p. 147. n. 2.

2. ACQVIRERE hereditatẽ genus, sub se cõprehendens plures acquisitionis species: quem admodum AMITTERE, comprehẽdens amissionis modos, p. 364. n. 10.

3. ACTIONES contrariæ, quare sic appellatæ, & quid præstent, p. 193. nu. 48.

3. Actio semel extincta nõ reuiuiscit, p. 237. nu. 22.

3. Actiones vltro citroque obligatoriæ nascuntur ex contractu, & ex quasi contractu. pa. 360. n. 5. & p. 365. n. 43.

3. Actiones contrariæ quare sic dictæ, p. 361. n. 20.

3. Actiones vtiles, quæ ex benignitate, vel interpretatione prodierunt, quæ essent, p. 363. n. 31.

3. Actiones directæ, & contrariæ sæpe ex contractibus oriuntur, p. 361. nu. 15,

3. Actio directa vtrinque nascitur, quando vterque ex contrahentibus principaliter ab initio obligatur, p. 361. n. 16.

3. Actio contraria nascitur & conceditur ei, qui ab initio principaliter non obligatur, p. 361. n. 17

3. Actiones contrariæ opponuntur directis, & principalibus, p. 362. n. 19.

3. Actiones directæ, siue constitutæ, quæ olim legis actiones dicebantur, p. 363. n. 30.

3. Actio prosocio ad personales præstationes pertinet, p. 374. n. 3.

3. Actio de in rem verso quare inducta, pag. 367. num. 56.

3. Actiones directæ transeunt in heredem per aditionem, vtiles per bonorum possessionem, & fidei commissi restitutionem, p. 108. n. 51.

2. Actiones, nisi cedantur, in aliquem transire non possunt, p. 456. n. 7. & p. 461. n. 47.

3. Actio ex empto emptori: Actio ex vendito venditori nascitur. pag. 305. n. 38.

2. Actio ad legitimæ supplementum qua ratione â

Iustiniano inducta,p.331.n.11.& p.333.n.31
3. Actio directa pro debitis filij adrogati, in adrogatorem dari non potest,bene tamen vtilis,& quare,p.137.n.12.
2. Actiones, vtrum pro rata diuidantur inter heredem & fideicommissarium,p.473.n.5.& pag. 474.n.14.& p.475.n.17.
3. Actiones ex empto & vendito quando oriantur, p.197.n.23.
3. Actio in factum,eadem cum actione præscriptis verbis aliquando,p.320.n.16.
2. Actiones pœnales non transeunt in heredem,neque in fideicommissarium,p.456.n.6.& pag. 461.n.46.
3. Actiones quæ ex contractibus nascuntur personales sunt,p.183.n.141.
3. Actiones personales condictiones sunt, pa.183. n.142.
3. Actio ex stipulatu datur quando incertum in stipulationem deductum est,p.206.n.18.
3. Actiones Prætores olim dabant, item & exceptiones,p.152.n.10.& 11.
2. Actio ad supplementum ante Iustinianum quæ? p.334.n.36.
3. Actiones vtiles â directis effectu non discrepãt. p.108.n.52.
3. ACTVS agentium vltra eorũ voluntatẽ operari non debent,p.185.n.2.& pa. 187.n.27.
3. Actus semper debet interpretari vt potius valeat quam pereat,p.240.n.4.
3. Actus legitimi neque diẽ neque cõditionem recipiũt,p.212.n.3.&,p.246.n.3.& p.247.n.16
2. Actus ciuiles euertuntur ijsdẽ modis quibus fiũt. p.312.n.2.
2. Actus simulatus & fictus nullus est,pa.308.n.64.
3. ADDICTIONI bonorum,vt fit locus,heredem nec ex testamento nec ab intestato existere,necessarium,heredem autem non existere quo modo probandum,p.149.n.3.
3. Addictio bonorum ex rescripto. D. Marci testantium fauore inducta,& quare,p.148.n.1.
3. Addictio bonorum locum habet,& si qui repudiauit heres restitui possit & quare,p. 149.nu.1. & pa.150.n.9.
3. Addictio indiem,quid in Rubrica. D.de indiem addictione,p.139.n.7.
3. Addictio bonorum locum habet etiam inter viuos libertatibus datis,p.149.n.1.& 5.& 6.
3. Addicuntur non solum res , sed & personæ : vt exemplis multis ostenditur,filiorum, seruorũ, debitorum iudicum,pa.139.n.5.& 6.
3. Addictio bonorũ ex rescripto. D. Marci nõ nisi cautione interposita sit,p.143.n.21.24.& 25.
3. Addictio bonorũ ex rescripto. D. Marci libertatũ,& testatorũ etiã fauore inducta,p.143.n.22.
3. Addictio bonorum libertatũ conseruandarũ causa an hodie iure Hispano necessaria.p.145. n.38.
3. Addictione bonorum facta,quare cauere debeat, cui bona sunt addicta,p.147.n.64.
3. Addicto bonorum libertatum conseruandarum causa inducta,rescripto. D. Marci nullis libertatibus datis admittenda?p.149.n.1.& 2.
3. Addici sibi bona pluribus desiderantibus, & quo ordine admittendi sint,p.145.n.44.
3. ADIECTO quamuis solui possit,ipsẽ tamen petere non potest,p.244.n.8.
3. Adiecto iure regio aliquando obligatio nõ acquiritur,p.246.n.27.
3. Adiecto solutum exigit stipulator actione mandati,si mandatum præcesserit : sin vero negotiorum gestorum,p.244.n.7.
3. Adiecto capite minuto solui non potest,p. 245. num.14.
3. Adiectus iure Regio obligationem,& actionem qua experiri possit habet,p.246.n.25.
2. Ademptionis legatorum definitio,p.422.n.2.
2. Ademptionis verbum generale est,p.422.nu.7.
2. Adẽptio legatorũ,siue testamẽto,siue codicillis facta firma,p.423.n.1.& 7.& p.426.n.38.
2. Ademptio legatorum fit reliquis omnibus testamenti partibus manentibus,& pure & sub conditione concipitur,p.422.n.5.
2. Ademptio valet,si alienatus fuerit,& differẽtiæ ratio,p.230.n.13.
2. Ademptum dici non potest,quod non est datum p.423.n.2.& p.424.n.22.
2. Ademptio legatorum etiam sine scriptura coram duobus testibus fieri potest,p.426.n.39.
2. Ademptio tacita,quæ noua redemptione reuocata fuit,nec libertatem , nec hereditatẽ adimit, p.230.nu.17.
2. Ademptio legatorum quãdo ex coniecturis præsumatur,& inducatur,pa.426.n.40.
2. ADIRI hereditas olim poterat,& aditione,& creatione,p.396.n 27.
2. Adire hereditatẽ cõpelli potest,nemo,p.471.n.2.
2. ADITIO hereditatis confirmat testamentum iure ciuili Romanorum,p.364.n.9.
2. Aditionem hereditatis in animo & nuda voluntate cõsistere quomodo accipiẽdũ,p.364.n.12
2. Adictionis tempus in heredibus potissimum spectandum,p.347.n.4.& p.348. nu.13.
3. Aditione hereditatis confunditur obligatio, pa. 229.n.3.
3. Aditio hereditatis pro solutione , quando habeatur,p.230.n.12.
3. Adire,& acquirere potest qui potest repudiare, p.214.n.23.
2. Aditione dominium acquiritur,p.206.n.7.
3. Aditio hereditatis actus est legitimus,cuius substantiæ dies aut cõditio repugnat,p.109.n.56
3. ADOPTIO consanguinitatis & agnationis iura tribuit,pa.71.n.9.
3. Aditio hereditatis est de iure ciuili,p. 108.n.45.
3. Aditio hereditatis in nuda voluntate consistit,p. 108.num.44.
3. Aditio hereditatis pro forma paternum,& domi nicum iustum requirit,& quare,p.109.nu.63.
2. Aditio hereditatis neque diem,neque conditionem recipit,& quare,p.247.n.17.
2. Aditio hereditatis retrotrahitur ad tempus mortis testatoris,p.247.n.10.
3. Aditio etiam necessaria ab intestato,vt in codicillis relicta confirmentur,p.146.n.48.
1. ADOPTIO quid sit,p 43.n.1.
1. Adoptio naturæ simillima,p.60.n.1.& 6.
1. Adoptare spadones possunt,& quare,p.61.n.10.
1. Adoptare fœmina non potest,p.61.n.11.
1. Adoptari fratris loco quis non potest, p.60.n.6.
2. Adoptiui filij instituendi vel exheredandi, pag. 218.n.1.& 5.
1. Adoptari seruus, libertusve non potest,si seruus proprius adoptetur,liber efficitur, pa.61.n.2.
1. Adoptionis duæ species,& quæ sit adotio in specie pa.44.n.3.
1. Adoptio duplex aut eorum qui sui iuris sunt , & hæc arrogatio appellatur:aut eorũ qui in aliena sunt potestate,& de vtriusque forma,p.59.n.1

1. Adoptio hodie patris naturalis iura non ſoluit niſi ab aſcendentibus, ſiue paternis ſiue maternis fiat, p. 59. n. 4.
1. Adoptionis materiæ remiſsiue, p. 58. n. 2.
1. Adoptio ex. S. C. Sabiniano ex tribus maribus quid ſit, pag. 44. n. 4.
1. Adoptionis definitione tradita, ſingula eius verba ſigillatim explicantur, pa. 43. n. 2.
1. ADOPTIVIS filijs adoptātiū nomina more Romano imponi ſolita exemplis oſtenditur pa. 8. n. 18.
1. Adoptio ex teſtamento quid apud veteres, & obiter explicata. l. facta. 63. §. ſi vero nominis. D. ad S. C. Treb. p. 45. n. 6.
2. Adoptio continet adoptionem & adrogationem, pa. 331. n. 18.
2. Adoptiui filij iniuſte exheredati querelam habent, pa. 331. n. 17.
1. Adoptare clericus aliquem tanquam filium, aut nepotem, non poteſt, p. 60. n. 7.
1. Adoptiuus filius, quando ab adoptiuo patre in adoptionem alteri poſsit, p. 61. n. 9.
3. Adoptiui quandiu adoptio manet, quo iure ad bona naturalis patris admittantur, pa. 85. n. 1.
3. Adoptati filij in poteſtatem adoptantis non tranſeunt, p. 124. n. 31.
3. Adoptiuus filius iure ciuili Romanorum ab inteſtato cum filijs legitimis & naturalibus adoptiuo patri ſuccedit, & quare, pa. 31. n. 1.
3. Adoptiui filij patri adoptiuo ab inteſtato ſuccedunt, p. 55. n. 5.
3. Adoptiuus retinet hodie iura naturalis patris, p. 68. nu. 1.
3. Adoptiuus filius minus iuris habet, ſi emancipatus ſit, quam naturalis emancipatus, pa. 67. n. 1
3. Adoptiuus filius conſanguineis adoptantis patris non ſuccedit, p. 31. n. 2.
2. Adoptiuus dicitur legitimus filius quoties naturali opponitur, pa. 218. n. 4.
2. Adoptiuus retinet hodie iura patris naturalis, pa. 218. n. 3. & p. 219. n. 8.
3. Adoptiuus amittit iura patris naturalis cum ab aſcendenti adoptatur. p. 68. n. 4.
3. Adoptio non ius ſanguinis, ſed ius agnationis adfert, pag. 31. n. 3.
2. Adoptatus ab aſcendentibus naturalibus habet antiqua omnia adoptiuorū iura, pa. 219. n. 11.
2. Adoptiuus filius non efficitur familiæ adoptantis, pa. 219. n. 9.
2. Adoptiuus ab inteſtato tantum ſuccedit adoptāti, p. 219. nu. 10.
3. Adoptiuus pater in filij ſucceſsione an matrē naturalem excludat? pa. 77. n. 3. & 6.
2. Adoptione itâ demū teſtamentū adoptiui patris hodie ſi adoptatus ex aſcendentibus naturalibus ſit, p. 300. nu. 6.
3. Adoptiuus filius nouiore iure Hiſpano extantibus legitimis filijs non ſuccedit, pa. 31. nu. 41.
3. Adoptio ex tribus maribus quæ? p. 68. n. 3.
1. ADROGATVS quale ius ſucceſsionis in bonis adrogati hodie habeat. p. 60. n. 4.
1. Adrogator neque quoad quartam poteſt ſubſtituere fideicommiſſariē, pa. 57. n. 46.
1. Adrogatorem patrem in caſu huius legis Teſtamento facto deceſsiſſe probatur, p. 48. n. 10.
1. Adrogatio non niſi præcedente cauſæ cognitione fit. p. 45. n. 7.
1. Adrogatus efficitur ſuus heres adrogatori, pag. 46. num. 10.
3. Adrogatus filius ab inteſtato etiā legitimis extātibus patri adrogatori iure ciuili & regio partiarū ſuccedebat, nouiori attēto nō ita, p. 32. n. 6.
3. Adrogatus filius quartā quā in bonis patris adrogatoris, ex cōſtitutione D. Pij habet, hodie legitimis filijs extātibus nō cōſequitur, p. 32. n. 7
3. Adrogatus quartam partem in bonis patris adrogatoris habet. p. 68. n. 2.
1. Adrogatus item & eius liberi in poteſtatem tranſeunt adrogatoris, p. 60. n. 8.
1. Adrogatus trāſit in familiā adrogatoris, p. 45. n. 8
1. Adrogatio eſt eorum qui ſui iuris ſunt adoptio, & ſibi de adrogatione repetita quædam ē media antiquitate. Emēdataque. l. is qui nepotem. 44. hoc tit. p. 44. nu. 5.
1. Adrogatorem heredes non habuiſſe in caſu huius legis, pag. 47. n. 12.
1. Adrogatū filiū heredes non habuiſſe, p. 47. n. 13.
1. Adrogationis impuberis diſſolutio non niſi cauſa cognita permiſſa, pa. 60. n. 1. & 3.
1. Adrogatus ſe, omniaque ſua bona in adrogātis familiam transfert, p. 59. n. 3.
1. Adrogatio puberis hanc cauſæ cognitionem nō requirit, p. 59. n. 2.
3. Adrogatione iis patronatus nō perit. p. 128. n. 62
3. Adrogator an matrem naturalem in ſucceſsione adrogati filij excludat, p. 133. n. 13.
3. Adrogator heredi ſimilis quatenus ſit, p. 137. n. 16
3. Adrogator pro eo quod adrogatus debuit quatenus conueniatur, p. 136. n. 1. & 4 & p. 137. n. 15
3. Adrogator alere & educare adrogatum debet, p. 136. n. 2.
3. Adrogatur tenetur quatenus eſt in peculio filij adrogati, pa. 137. n. 8.
3. Adrogator quare adrogato quartam relinquere debet, p. 136. n. 3.
3. Adrogatus ſi extra cauſam peculij debita nō cō traxit, an adrogator teneatur. p. 137. n. 8.
3. Adrogator an patrem naturalem excludat, pag. 133. n. 17.
3. Adrogatus ſi adrogatione durante teſtetur, quid reiinquere patri adrogatori debeat, remiſsiue, pa. 134. n. 24.
3. Adrogatus adrogatori quatenus ſuccedat, pag. 134. n. 25.
3. Adrogato impuberi defuncto ſuccedunt legitimi eius heredes, p. 134. n. 28.
3. Adrogatione facta omnia adrogati bona in patrē adrogatorem tranſeunt, p. 123. n. 19.
3. Adrogati & naturalis ius idem adrogatione durante, vt exemplis oſtenditur, p. 123. n. 21.
3. Adrogatus poſſeſsionem quoque in adrogatorē transfert ex communi, pa. 124. nu. 36.
3. Adrogati liberi tranſeunt in poteſtatem adrogatoris. p. 123. n. 30.
3. Adrogatum filium, emendat pater, quemadmodum & naturalem. p. 123. n. 22.
3. Adrogator, an iure hereditario, an iure peculij filio ſuccedat, pa. 131. n. 6.
3. Adrogatus patrem in ius non vocat, p. 123. n. 29.
3. Adrogatus an hodie poſsit, teſtari remiſsiuē, pag. 128. num. 60.
2. Adrogator pater pupillariter filio ſubſtituit, pa. 177. n. 14. & p. 278. n. 70.
3. Adrogato mortuo, dominiū bonorū eius ad adrogatorē tranſit, niſi aliæ ſuperſint perſonæ, quæ in ſucceſsione præferantur, p. 131. n. 1. & 5.
3. Adrogatore mortuo, an infilium ſine apprehenſione poſſeſsio transferatur, pa. 131. n. 94.

3. Adrogato succedere debent illi, ad quos pertinet hereditas si arrogatio facta nõ esset, p. 132 n. 2. & 135. n. 34.
3. Adrogatori non quæruntur, quæ minima capitis diminutione pereunt, p. 128. n. 61.
3. Adrogatis impuberibus ex constitutione D. Pij quarta pars bonorum adrogatoris præstanda, p. 127. n. 54.
3. Adrogatus nomina etiam debitorum patri adrogatori quærit, p. 126. n. 48.
3. Adrogatis puberibus quarta etiam præstatur, licet non ex constitutione. D. Pij. p. 127. n. 55.
3. Adrogatio species adoptionis, p. 119. n. 2.
3. Adrogatio vnde dicta, ex Accursij sententia, pa. 119. n. 3.
3. Adrogatio, quæ olim non nisi Calatis comitijs fiebat post legem Regiam de Imperio latam coram principe fieri cæpit, p. 119. n. 5.
3. Adrogatus quæ Prætorio iure habebat, adrogatione amittebat, p. 130. n. 80.
Adrogari pupillus hodie potest, p. 120. n. 8.
3. Adrogari pupillum, nec mulierem potuisse qua ratione apud AGellium dictum sit, cum contrarium. l. C. testentur, p. 119. n. 7.
3. Adrogationis variæ species, p. 120. n. 9.
3. Adrogatum consanguinitatis iura habere quomodo intelligendum, p. 123. n. 27.
Adrogatus legitimarum hereditatum, & tutelarum iure admitti, p. 130. n. 78 &. 79.
3. Adrogatus iura agnationis habet, p. 123. n. 26.
3. Adrogatus cognationis iura non amittit, pag. 130. n. 85.
3. Adrogatori hodie quoad vsumfructum tantum bona quæ erãt adrogati quærũtur, p. 131. n. 92
3. Adrogatus iura suoru heredũ habet, p. 123. n. 25.
3. Adrogatus in adrogantis familia, p. 133. n. 24.
3. Adrogatum filiũ alere tenetur pater, p. 123. 23.
3. Adrogat⁹ iura incorporalia adrogatori patri, etiã sine cessione, p. 125. n. 43. & p. 126. nu. 45. & 46. & quare. n. 47.
3. Adrogatus retinere sibi nihil potest, p. 124. n. 32.
3. Adrogatus admittitur ad legatũ familiæ relictũ, p. 130. n. 81.
2. Adrogatione filij, vt olim ita hodie testamentũ rumpitur, p. 300. n. 7.
3. Adrogatione irritum fit testamentum adrogati, p. 127. n. 56.
1. Adrogatio non nisi causa cognita fiebat, cautio neq; de eius impuberis defuncti bonis illis restituendis ad quos, nisi adrogatio facta esset erant peruentura, p. 59. n. 1. &. 3.
2. Adscriptitij & corum liberi prædio ita adhærent vt auocari inde nũquam possint, p. 126. n. 3.
3. ADSCRIPTIO creditæ pecuniæ, quod genus negotij sit, p. 181. n. 115
3. ADSIGNATIO liberti ius patronatus filio tribuit, p. 97. n. 4.
3. Adsignatio liberti, verbis, nutu, testamento, codicillo, pure & sub cõditione fieri potest, p. 97. n. 5
3. Adsignari libertus, nisi filio qui in potestate sit, non potest. p. 97. n. 1.
2. ADVOCATVS qui sponte iudicium testatoris impugnat commodum ex eo testamento percipere non potest, p. 329. n. 6.
2. Aduocatus qui coactus iudicium defuncti impugnat, legatum consequi potest, p. 329. n. 7.
2. Aduocatus aliquando gratis patrocinium præstare cogitur, remissiuẽ, p. 329. n. 8.
3. ADVLTERII pœna in muliere olim mortis non erat, hodie ex legis permissione & mariti volũtate mors ei infligitur. p. 48. n. 18.
2. AER, aqua profluens, mare & eius litora iure naturali communia sunt, p. 91. n. 1.
2. AEDIFICIORVM cura maxima antiquis fuit, p. 101. n. 2.
2. AEdificiũ cedit solo. Adducunturque plura quæ contrarium suadere videntur, p. 102. n. 1.
2. AESTIMATIO quæ facit emptionem dominium tribuit, p. 143. n. 13.
3. AEQVALITAS obligationis in duobus reis quando seruanda, p. 231. n. 2.
3. AEqualitas inter liberos seruanda, pa. 15. n. 17.
1. AETAS ad sponsalia vtroque iure est septem annorum, p. 39. n. 8.
1. AEtas legitima in masculis 14. annorum, in fœminis. 12. requiritur vtroque iure, vt legitimũ matrimonium sit. pa. 39. nu. 7.
2. AEtas nõ dissoluit patriã potestatẽ, vnde etiã sexagenarius potest esse filius fam. p. 187. nu. 20.
2. AEtas legitima ad testandum pubertas ad interpret. pag. 197. n. 8,
2. AEtas pupillaris approbanda, remissiue, p. 298. num. 11.
3. AETas quando infantiæ, quando vero pubertati proxima dicatur, remissiue, p. 262. n. 20.
3. Adpromissores qui?, p. 276. n. 4.
1. Affectibus tribus potẽtissimis, Libidini, Iræ cupiditati opponuntur iuris præcepta, p. 21. n. 16.
2. AFFECTIO vltra quartum gradum ferẽnũ quam extenditur, p. 261. n. 65.
3. AFFINITAS quid sit, pag. 90. n. 25.
3. Affinitatis, eius que gradus numeratio qualis? p. 91. n. 32.
3. Affinitas iure ciuili, non nisi ex iustis nuptijs cõtrahitur, p. 9. n. 26.
3. Affinitas vt oriatur seminum commixtio requiritur, p. 90. n. 29.
3. Affinitas ex copula matrimoniali impedit matrimoniũ vsque ad quartum gradum, p. 91. n. 33.
1. Affinitas iure canonico etiam ex copula fornicaria oritur, p. 90. n. 27.
1. Affinitas ex copula fornicaria ad secudũ vsque gradum impedit, & dirimit, p. 40. n. 2.
3. Affinitas ex copula fornicaria in tertio, & quarto gradu transuersalium neque impedit neq; dirimit matrimonium, p. 49. n. 27.
3. Affinitas ex copula fornicaria quoad primum & secundum gradũ impedit, & dirimit quoad tertiũ & quartũ nec impedit, nec dirimit ex noua concilij Tridenti lege, p. 91. n. 34.
3. Affinitas ex copula sodomitica, an oriatur, remissiue, p. 90. n. 28.
3. AGNATIO, quæ? p. 71. n. 3.
3. Agnatio iure, non partium voluntate permittitur, p. 121. n. 4.
3. Agnatio & cognatio differẽtijs sublatis gradus vnde legitimi & vnde cognati, permixti sunt. p. 85. n. 4.
3. Agnatio adrogatione perimitur, p. 129. n. 77.
2. Agnatione sui heredis quare rumpatur testamentum, p. 300. n. 4.
1. Agnationis ius quod ciuile est, ciuili lege tolli potest: cognationis non ita, p. 72. n. 1.
1. AGNATI qui sint, & qui cognati, p. 71. n. 4.
3. Agnati consanguinei, qui? p. 71. n. 6.
3. Agnati, & cognati, quatenus differant, p. 71. n. 5.
3. Agnati vsque ad decimum gradum, l. 12. tabularum legitimi heredes sunt, p. 72. n. 1. &. 5.

3. Agnati proximiores admittuntur ab intestato cæteris omnibus exclusis, pag. 73 nu. 1.
1. Agnatis pluribus eodem gradu existentibus eligi vnus potest, pa. 74. n. 2.
3. Agnati ab intestato admittuntur, suis heredibus deficientibus, pa. 70. n. 1.
3. Agnati, qui ius agnationis amiserunt ex. cap. vn de cognati admitti possunt, pag. 84. nu. 2.
3. Agnatis, cognatis ve vsque ad decimum gradū non superstitibus inuicem vir, & vxor sibi succedunt, pag. 94. n. 11.
3. AGERE ex stipulatu, Ambigua ratio est, quæ aliquando nomen actionis, aliquando causam agendi ostendit, pag. 209. n. 50.
3. AGELLII locus lib. 4. ca. 4. p. 207. n. 33.
3. ALIENATIO olim non nisi per emancipationem, & imaginariam Venditionem fiebat, pag 291. n. 7.
2. Alienatio voluntaria legati à testatore facta illud perimit, secus si necessaria sit, pag. 405. n. 1. & cum distinctione. num. sequentib.
3. Alienationes in fraudem creditorum actione recissoria reuocantur. p. 33. n. 4.
2. Alienationis verbum vsucapionem comprehendit in l. Iulia. pa. 142. n. 5.
2. Alienationis appellatione pignus continetur, pa. 405. nu. 3.
2. ALIENA re legata, cuius proprietatem quis ex causa oneroja, vsum fructum ex lucratiua consequutus fuit, proprietatis æstimationem quis consequitur, pag. 404. n. 1.
3. Alienam rem, in eum casum quo propria futura est, inutiliter quis stipulatur, pag 274. n. 1.
2. Alienam rem qui legat, eum alienam esse scire oportet? quod tamen limitatur num. sequētib. pag. 378. nu. 12.
2. Aliena res legata non est in obligatione, pag. 378. nu. 9. & 11.
1. Alienas res legatas inuito domino legatarius retinere non potest, pag. 381. nu. 40.
2. Aliena res si legatur, in qua quis aliquod ius habet, ius illud legatum tantū censetur, pag. 379, nu. 16. & 18 & p. 380. n. 28.
3. ALIENI facti promisio cur non valeat, communis opinio relata, & reiecta, pa. 140. n. 5.
3. Alieni facti, nisi adiecta pœna, promisio inutilis est, pag. 274. num. 1.
3. ALIENI facti promissor qui suam operam & diligentiam adhibet vt factum adimpleatur an liberetur, pag. 242. nu. 25.
3. Alieni facti promisio iure iurando firmata valet in id quod interest, pa. 242. nu. 30.
3. Alieni facti promisionis adijci potest pæna præstanda nisi factum sit. p. 242. n. 31.
3. Alieni facti promisio non valet iure Regio ex opinione Didaci Perez, & Antonij Gomez, p. 242. num. 32.
3. Alieni facti promisio nisi pæna adiecta sit inutilis est, p. 240. n. 1. & 5. eius ratio, & p. 242. n. 31.
3. Alieni facti promisio, saltim quatenus stipulatoris interest, valere videtur, pag. 240. n. 3. & p. 241 num. 15.
3. Alieni facti promisio cur non valeat, vera rotio pag. 241. n. 11.
3. Alieni facti promisio iure canonico valet, & quomodo, pag. 242 num. 21.
2. Alienus est, in quo quis vsumfructum habet & de vtriusque institutione, pag. 227. n. 23.
2. ALIVS, Alia, aliud est dictio siue nomen simi lium repetitiuum. p. 134. n. 19.
2. Alius pro alioteſtari non potest, pag. 150. nu. 3.
1. ALTERVM non lædere naturali ratione cōstitutum, pag. 23. n. 30.
3. ALTERI stipulari nemo potest, p. 270. n. 1. & pag. 271. nu. 8. & pa. 243. nu. 1.
3. Alteri per alterum non acquiritur, pa. 178. numero. 96.
Alteri per alterum iure Regio acquiri potest, pa. 246. nu. 24.
3. Alteri an caueri possit, pag. 143. nu. 27.
3. Alteri stipulari quamuis non possit, solutio tamē in extranei personam vtiliter confertur, pag. 244. nu. 1. & 7.
2. ALTERNATIVA disiungit tribuitq; vni cuique integrum ac si solus esset nominatus, p. 393. nu. 35.
2. ALTIVS ædificia tollere vnicuique licet, pag. 91. nu. 2.
2. ALVEVS à flumine derelictus cuius fiat, pa. 100. nu. 4. & 7.
2. ALLVVIO dominium iuregētium tribuit, pag. 99. num. 1.
2. AMOR patris erga filiū maximus, p. 177. n. 19
3. Amoris maximam vim & potestatem esse ostenditur, pag. 157 nu. 17.
3. Amoris causa crimen cōmissum parcius animaduersum, pag. 156. nu. 18.
2. ANCILLAM propriam quam quis cognouit manumittere par est. pag. 227. nu. 2. & pa. 228. num. 8.
1. Ancilla quæ à domino prostituitur libertate donatur, pag. 37. nu. 4. & 8.
2. Ancilla cum suis natis legata, & si mortua sit nati debentur, pag. 415. nu. 1.
1. ANICIA familia & eius origo, remissiue, pa. 8. num. 17.
2. AND. Tiraquellus reprehenditur, qui abdicationem & exheredationem idem esse existimat pag. 204. n. 7.
3. ANGELVS Spanochius contra communem alienum posthumum institui semper potuisse defendit, pag. 102. n. 8.
2. ANIMALIA natura mansueta in dominio nostro sunt, & inde in eis furtum committitur, pag. 97. nu. 1.
2. Animalia quæ cœlo, terra, marique capiuntur capientium fiunt, pa. 96. nu. 1.
2. ANIMVM interio resque actus lex positiua quando iudicat, pa. 364. nu. 14.
1. ANNORVM dinumeratio varie olim, & hodie apud diuersas nationes, pa. 4. n. 8.
1. Anni a natiuitate Domini dinumerantur: aliquādo etiam ab incarnatione. pag. 4. n. 7.
1. Annus, Mensis, & dies, & locus in quo instrumentum confectum est prætermitti non possunt. pag. 4. nu. 5.
2. ANNVLI Magis signandi quam ornandi gratia inuenti, pa. 158. n. 6.
2. Annuli signatorij ornamentorum appellatione, non continentur, pa. 158. n. 7.
2. Annuli aurei insigne fuit nobilitatis, p. 158. n. 8
2. ANNVVM siquid alicui vsque ad præfinitum diem relinquatur, legatarij morte non finitur. pag. 217. num. 9.
2. ANTIQVITATIS cognitio interpretatio ni noui iuris multum lucis affert. p. 151. n. 5.
2. Antiquata l. 12. tabularum a magistratibus curatores prodigis dantur. pag. 199. n. 5.

Antinomia Vlpiani, in. l. singularia, & Africani in. l. qui negotia. p. 179. n. 101.

1. Appellatio contra sententiam nullam, autsi aliquam, iniustam tamen, interponitur. pag. 331. nu. 13.

2. Apes, Pauones, columbæ, cerui, quorum fera natura est capientium fiunt. p. 97. n. 1.

2. Apes, & columbæ mansuefactæ in dominio nostro sunt, ideoque in eis furtum committitur, cum distinctione, de qua hic. pa. 97. n. 4.

2. APPROBATVM quod semel est, amplius reprobari non potest. p. 423. n. 3.

2. APVD Hispanos in vltima parte testamenti scribitur heredis institutio. p. 222. n. 10.

3. AQVA chrisulca aurum ab ære, & a quocunque alio metallo separat. p. 297. n. 18.

1. Aquæ & ignis pœna in desuetudinem abijt, eius loco successit deportatio. p. 73. n. 9.

2. Aquæductus seruitus, an realis, an personalis sit, pa. 113. n. 3. & p. 114. n. 21.

2. ARAGONES iure militari fere testantur. p. 175. n. 15.

2. ARBOR meaquæ in vicini fundo radices egit an vicino acquiratur. 99. n. 2 & 4.

1. ARCHONTES apud Athenienses initium temporis computationi præstabant. pag. 4. numero. 10.

3. AREA legata aut promissa, siquid postea in ea ædificatum sit, an obligatio extinguatur: & iterum facta area reuiuiscat? late discutitur.

3. ARRA quid significet, & sit. pag. 299. numero. 41.

2. Arra quid significet, & quid differat â donatione propter nuptias, pag. 140. n. 10.

2. Arra idem quod donatio propter nuptias in Hispania, pag. 140. n. 12.

2. Arra aliquando similis sponsalitiæ largitati, pag. 140. n. 13.

2. Arra pignus contrahendi matrimonij, & futurarum nuptiarum, pag. 140. n. 11.

3. Arra si in pecunia numerata data sit, pars pretij est: aliud si in specie aliqua detur: primo casu res definit esse integra, secundo non ita, pag. 299. n. 42.

3. Arris datis, si contrahens vnus discedat, vtrum contractui stare compelli possit communis nõ posse. p. 300. n. 44.

2. Arrogatus filius similis adoptiuo. pag. 219. numero. 12.

Reliqua vide verbo adrogatus & adrogatio.

1. ARGVMENTVM de contractibus ad vltimas voluntates, validium remissiuê. pag. 36. num. 2.

2. Argentum alienum quod ornandi mei gratia ei accedit mihi acquiritur non alias. pa. 101. n. 2.

3. Argumentum de toto ad totum validum, quem admodum de parte ad partem. p. 29. nu. 42.

3. Argumentum â causa testati, ad causam intestati validum. pa. 149. n. 2.

1. Argumentum a verbi notatione quando efficax sit remissiue, pag. 67. nu. 11.

3. Argumentum de contratibus ad vltimas voluntates validum est, pa. 221. n. 2.

2. Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates validum, pa. 414. nu. 15.

3. Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus validum, remissiue, p. 303. n. 28.

3. Argumentum a sufficienti partium enumeratione firmum. p. 359. n. 5.

2. AS, libra, & pondo idẽ significant. p. 239. n. 7.

2. Asis appellatione hereditas comprehenditur, pa. 239. n. 8.

2. Asis appellatione aliquando integrum, & totũ continetur, p. 240. n. 9.

2. Asse expleto siquis instituatur, alium assem habet. p. 244. n. 13. & pa. 245. n. 16.

2. Asse ex superato siquis instituitur accipit quod supereſt vsque ad dupondium. p. 244. n. 13.

3. ASCENDENTES, si descendentes non extent secundo vocantur. p. 93. n. 4.

3. ASSIGNARE libertũ est testari cuius ex liberis esse velit, pa. 96. n. 1.

1. ATILIANVS tutor quis. p. 76. n. 3.

1. AVCTORITAS tutoris quid sit, pa. 78. num. 2.

1. Auctoritas tutoris in ipso negotio ponenda est non postea, p. 80. n. 1.

3. Auctoritas. D. Pauli ad Galatas cap. 4. si filius ergo heres quomodo intelligenda. pa. 9. nu. 56.

1. AVGVSTVS vnde dictus? quare Romani Imp. sic appellati, & quis eorum hoc cognomine nuncupatus primo fuerit, pa. 12. n. 32.

2. AVREOS annulos serui signandi gratia non habebant sed ferreos. p. 158. n. 9.

2. Aurum a quocunque metallo hodie separatur, p. 102. n. 3.

3. AVVS eodem quo nepos â filio gradu distat, p. 17. n. 32.

B.

3. BALDI opinio, & differentiæ ratio inter bonorum possessionem, & hereditatem proponitur. p. 108. n, 55.

2. BARBARIVS non fuit prætor, sed prætura functus, pag. 164 n. 6.

2. BARTOLI ratio, cur filius fam. non testetur, donare tamen possit causa mortis, p. 189. nu. 35.

3. Bartoli opinio, quare bonoræ possessionem petere filius fam. iniussu patris possit, adire autem non possit? pag. 108. nu. 50.

3. BELLO capta, quæ immobilia sunt, principi addicuntur, pa. 309. n. 10.

3. BENEFICIVM non confertur in inuitũ, pag. 381. nu. 8. & p. 385. n. 50.

3. Beneficiorũ Ecclesiasticorum fructus locari possunt, olim in decennium, hodie in triennium. pa. 314. nu. 15.

2. BONA testatoris tantum pertinent ad substitutum in directa militari: secus in pupillari, p. 281. nu. 61.

2. Bona dicuntur, quæ deducto ære alieno super sunt pag. 441. n 2.

2. BONAFIDES varie sumitur in iure ciuili remissiue, pag. 105. nu. 6.

3. Bonafides in omnibus contractibus necessaria, p. 289. nu. 5. & p. 290. nu. 14.

2. Bonafides est scientia iustæ possessionis. p. 125. num. 5.

2. Bonafides significat scientiam iustæ possessionis, pag. 105. nu. 6.

2. Bona fides requiritur, vt alienæ materiæ dominium per immutationem quis acquirat. pagina 100 num. 2.

2. Bonafides an initio possessionis sufficiat, an per singula momenta sit necessaria, pag. 150. num. 3. & 8.

2. Bona fides alienantis, & accipientis præstat vsucapiendi conditionem, pag. 128. num. 1.

2. Bona fides defuncti prodest successori, p. 130. n. 1
2. Bona fides quoad fructum acquisitionem requiritur per singula momenta, p. 131. num. 5.
3. Bonæ fidei contractus sortiuntur naturam vltimarum voluntatum. pag. 223. n. 12.
2. Bona, vel mala fides, quod ad fructuum perceptionem attinet, ex quo quis rem ad se pertinere, vel non pertinere intelligit, cognoscitur, pag. 105. n. 9
2. Bonæ fidei possessor facit fructus suos dominio reuocabili, pag. 107. n. 15
2. Bonæ fidei possessor restituit fructus extantes, non verò consumptos, pag. 107. n. 15
2. Bonæ fidei possessor an fructus extantes restituat? p. 105. n. 5. & p. 107. nu. 15
1. BONORVM possessio cum re, & sine re. p. 53. num. 33
2. Bonorum possess. contra tabulas remedium rescissorium, p. 209. n. 42
2. Bonorum possess. cum re, & bonorum possess. sine re, p. 209. n. 39
2. Bonorum possess. secundum nuncupationem quę sit? pag, 172. nu. 7
2 Bonorum possessionem â seruo agnitam sufficit si domini ratihabitio sequatur, pag. 148. n. 5
3 Bonorum possessio, vnde legitimi, quæ & quibus detur, p. 113. n. 22
3. Bonorum possessio & hereditas plerumque confunduntur, vt multis ostenditur, p. 107. n. 36.
3. Bonorum possessio commoda & incommoda continet, quemadmodum hereditas, pag. 107. num. 40
3. Bonorum possessiones quædam ex testamento, quædam ab intestato, pag. 111. n. 1
3. Bonorum possessio â filio fam. agnita, quam pater ratam non habet, vtriusque respectu inutilis; & quare? p. 110. nu. 68. & 69.
3. Bonorum possessio iniussu patris agnita sine re est, donec eam pater ratam habeat, p. 110. n. 67
3. Bonorum posseſsio contra tabulas datur liberis præteritis, p. 111. n. 2. & p. 112. n. 11
3. Bonorum possessio non directum, sed vtile dominium transfert, pag. 110. n. 65.
3. Bonorum possessio contra tabulas rescindit nō testamentum, sed iudicium defuncti, pa. 112. num. 16.
3. Bonorum possessionem qui agnoscit, pro herede gerere dicitur, bonorūq; possessores heredes dicuntur, p. 107. n. 41
3. Bonorum possessionem qui ex mādato agnoscere potest, & potest hereditate adire, p. 107. n. 19
3. Bonorum possessio, quæ patrono, patronæque liberisque eorum dabatur, an necessaria fuerit? pag. 113. n. 26
3. Bonorum possessio ex testamento datur liberis præteritis, p. 111. n. 1. & 4. & p. 112. n. 10.
3. Bonorum possessio, vnde vir & vxor, hodie sexto loco datur, p. 115. n. 7
3. Bonorum possessio, quæ tanquam ex familia dabatur, quæ & quibus daretur, p. 113. n. 25
3. Bonorū possessio, vnde cognati, quæ & quibus detur, p. 113. n. 24.
3. Bonorum possessione contra tabulas data durat testamentum, potestq; hereditas adiri, quamuis testantis iudiciū rescindatur. p. 111. n. 6. & 8. & p. 112, num. 9
3. Bonorum possessio ex legibus, Senatus vè Consultis, quæ & quibus detur. p. 115. n. 1.
3. Bonorum possessionem, vnde decem personæ, sustulit Iustinianus, p. 115. nu. 5
3. Bonorum possessionem, Tanquam ex familia, & eam quæ, vnde liberi patroni, & patronæ olim erat, Iustinianus abrogauit, p. 113. n. 6.
3. Bonorum possessio, vnde liberi, & vnde legitimi, necessaria suis heredibus abstinentibus. item & emancipatis, p. 114. n. 3. & 4.
3. Bonorum possessio secundum tabulas etiam ex testamento nullo datur. p. 111. n. 17.
3. Bonorum possessio secundum tabulas, quæ scriptis heredibus datur, quando cum re, & quando sine re, est, p. 112. n. 19
3. Bonorum possessio, vnde liberi, datur liberis ab intestato, quorum prima est causa in successione, p. 113. n. 21
3. Bonorum possessiones, contra tabulas: secundū tabulas: vnde liberi, & vnde legitimi, Iustinianus approbauit. p. 114. n. 1
3. Bonorum possessio, quæ cognatis manumissoris dabatur, p. 114. n. 28
3. Bonorum possessio, vnde vir & vxor; cui vxori, & quando concedatur, p. 114. n. 27.
3. Bonorum possessio apud quemlibet Magistratum quibuscunque verbis agnosci potest, pa. 117. n. 21
3. Bonorum possessionis agnoscendæ tempus vtile est, p. 117. n. 1. & p. 126. n. 50
3. Bonorum possessionis definitio, & explicatio. pag. 99. nu. 9
3. Bonorum possessiones iure Prætorio cur inductæ? pag. 98. n. 2
3. Bonorum possessionem filius ignorante patre agnoscere potest, p. 107. n. 30
3. Bonorum possessio per procuratorem petitur, hereditas non ita, p. 106. n. 28
3. Bonorum possessori competit possessoria petitio, heredi aditio hereditatis, p. 106. n. 25
3. Bonorum possessor quasi dominus, heres dominus fit. pag. 106. n. 29
3. Bonorum possessori qui dat, adimplet conditionem de dando heredi, p. 104. n. 4. & p. 107 num. 38
3. Bonorum debitoris inductæ venditiones, quibus vniuersalis successio acquirebatur, infamiam debitori irrogabant, p. 151. n. 4. & 5
3. Bonorum possessio extraordinaria, p. 101. n. 21
3. Bonorū possessio edictalis quæ? p. 101. num. 22.
3. Bonorum possessio quatenus differat â possessoria hereditatis petitione, p. 100. n. 16
3. Bonorum possessio ordinaria quæ? p. 100. n. 20.
3. Bonorum possessio alia ordinaria, alia extraordinaria, alia edictalis, alia decretalis, p. 100. n. 19
3. Bonorum possessores loco heredum sunt, non tamen heredes, p. 106. n. 22
3. Bonorum possessorum & heredum differentiæ plures, p. 106. n. 23
3. Bonorum possessio â Prætore peti debet, heredi tas animo aditur, p. 106. n. 27.
3. Bonorum possessio est iuris Prætorij: & differentiæ nonnullæ inter eam & hereditatem, p. 100. n. 14
3. Bonorum possessio quocūq; modo proferatur, siue coniunctim, siue disiunctim, aut conuerso ordine, iuxta subiectam materiam accipitur, p. 99. n. 13.
3. Bonorum possessio qua ratione dicatur, ius prosequendi, retinendiq; patrimonij, p. 100. n. 15
3. Bonorum possessio, vnde cognati, naturali æquitate â Prætore inducta fuit, p. 84. n. 4

3. Bonorum possessiones legitimis etiam heredibus vtiles sunt, pag. 103. nu. 18.
3. Bonorum possessionis agnoscendæ gratia liberis & parentibus annus datur; alijs personis centum dies, p. 115. n. 1. & p. 116. n. 3.
3. Bonorum venditione sublata, possident creditores hodie debitoris bona. p. 151. n. 1. & 5. & p. 153. n. 21
2. Bonorum possessio non nisi coram iudice agnosci potest, p. 363. n. 2. & p. 365. n. 19.
3. Bonorum possessio competit, quibus & ius legitimæ possessionis, p. 103. n. 17
3. Bonorũ possessio intra annum â filijs peti debet, & â cognatis intra triginta dies: hereditas intra triginta annos potest adiri, p. 106. n. 24
3. Bonorum possessio inuitis non datur, hereditas aliquando inuitis etiam obuenit, p. 106. n. 16
3. Bonorum possessio qua ratione ius dicatur, pag. 99. n. 10
3. Bonorum possessiones hodie vtiles, contra multorum opinionem, p. 98. n. 1
3. Bonorum possessio maiorem exigit solemnitatem, p. 108. n. 54.
3. Bonorum possessionem & hereditatem hoc in casu non differre, disputationis gratia probatur, pag. 107. n. 35
3. Bonorum possessio, vnde decem personæ, quæ & quibus detur, p. 113. n. 23
3. Bonorum possessionum aliæ causæ cognitionẽ requirunt, aliæ non requirunt, & de vtrisque p. 118. nu. 9
3. Bonorum possessio sæculo etiam Iurisconsultorum sola voluntate poterat agnosci, p. 117. n. 3. & p. 118. n. 10
3. Bonorum possessio agnita an præsumatur intra tempora legitima, an verò id probandum, & nostri textus interpretatio, ibi, admittentis eam iudicium ostenderit, p. 118. n. 16
3. Bonorum possessiones extraordinariæ causę cognitionem requirunt: secus ordinariæ, nisi vel dubium aliquod sit, vel contradictor existat, p. 118. n. 13
3. Bonorum possessio decretalis quæ? & quæ inter edictalem & decretalem differentia, pag. 101 num. 23
2. BREVILOQVAE; siue reciprocæ substitutionis forma, quæ melius compendiosa dici posset pag. 270. num. 11

C.

2. CAECVS in scriptis nunquam testari potuit, p. 201. num. 4.
2. Cæcus testamentum facere nuncupatiue potest, & quomodo, p. 201. n. 1. & 3
2. Cæcus olim nuncupatiue testari poterat hodiernis solemnitatibus prætermissis. p. 201. n. 2.
2. Cæci testamentum an ab heredis institutione incipere oporteat, p. 201. nu. 5.
2. Cæci testamentum valet nouo iure quinque testibus, & tabellione præsentibus, p. 201. nu. 6.
2. CAELIBATVS Romanis, reliquisque nationibus dedecori fuit, p. 409. n. 24
1. CAESARIS appellatio vnde originem traxerit, eiusque vocis etymon varium, p. 7. n. 7.
1. Cæsaris appellatio â quo in reliquos Imp. translata, p. 7. nu. 9
1. Cæsares appellabantur, qui Imperatoribus successores designabantur. Hodie Reges Romanorum dicuntur, p. 7. nu. 10
2. CAIA Terratia Vestalis virgo vna omnium fœminarum testabilis facta, p. 160. n. 12.
2. CAII I.C. locus, de extraneis heredibus, explicatus, p. 346. n. 2. & 6.
3. CAPITALE vt saluũ sit, quomodo pacisci quis possit, p. 346. nu. 23
1. CAPVT in iure ciuili aliquando statum significat, pag. 72. n. 2
1. Capitis diminutio est prioris status commutatio, p. 72. n. 1
1. Capitis diminutio minor quæ, p. 73. n. 11
1. Capitis diminutio minor, siue media quæ, pag. 73. num. 8
1. Capitis diminutio maxima quæ. p. 72. n. 5.
3. Capitis diminutio nouas successiones quia naturaliter deferuntur, non perimit, p. 82. n. 5
2. Capitis diminutione irritum fit pagani testamentum, pag. 182. n. 5
3. Capitis diminutio legitimas successiones perimit, p. 82. n. 3. & 6
3. Capitis diminutio non perimit successiones ex S.C. Tertulliano, aut Orficiano, p. 82. n. 1.
1. Capitis diminutione quamuis non cognatio, ius tamen cognationis perire potest, p. 73. n. 1.
2. CAPTATORIA institutio quæ, pa. 261. num. 81
2. Captatoria conditio improbatur. S.C. pag. 256. num. 17
2. CAPTI ab hostibus quare liberi manent, pa. 193. nu. 85.
2. Capti ab hostibus serui hostium fiunt, pag. 193. num. 82
1. CAPTIVVS hostiũ seruus fit, p. 63. n. 2. & 6
2. Captus ab hostibus testari non potest, pag. 201. num. 1. & 3
2. Captus ab hostibus, eorum seruus fit, & capite minuitur, pag. 310. num. 6
2. Capti â latronibus liberi manẽt, & testari possunt p. 193. num. 83
2. CAPTIVITAS iure gentium introducta, & quare, pa. 193. n. 84.
2. Captiuorum testamenta lex Cornelia defendit pag. 311. num. 20
2. CASTRORVM disciplina antiquior Romanis, quam liberorum charitas, p. 174. nu. 5.
3. CASVS fortuiti in nullo casu præstantur, pa. 333. nu. 8
3. Casus fortuiti sunt, qui humano consilio nõ possunt præuideri; aut si præuideri, non tamen impediri, pag. 333. num. 7
3. Casus fortuiti renuntiari solent; & quid eorum appellatione comprehendatur, p. 333. num. 9.
3. Casus superueniens quando vitiet dispositionẽ. p. 239. num. 52
2. CATONIANA regula ad hereditates an pertineat, p. 347. nu. 5. & p. 348. num. 14.
2. Catoniana regula ad conditionalia legata non pertinet, pag. 420. num. 3.
3. CAVSA pro negotio in d.l. 1. p. 164. n. 4
2. Causa in proœmio posita censetur finalis. p. 305 num. 17
2. Causa falsa adiecta legato, illud non vitiat, nisi conditionaliter proferatur, p. 419. n. 1. & 2.
3. Causa eadẽ & obligandi & liberãdi. p. 239. n. 45
3. CAVTIONIS verbo quid comprehendatur remissiue. pag. 143. nu. 23
3. Cautio idonea iudicis arbitrio relinquitur, pag. 143. num. 24

3. Cautio in adrogatione impuberum qua ratione exigatur, p. 127. n. 52
1. Cautio ab adrogatore præstanda quæ? p. 45. n. 8
3. Cautionibus superuacuis onerari quis non debet p. 141. n. 5. & p. 147. n. 64
1. CENTVMVIRI, quare sic dicti, p. 315. nu. 15.
2. Centum viri plures causas iudicabant, p. 315. nu. 16.
2. Centumviri judicandi, non verò legis condendæ potestatem habebant, p. 316. n. 17.
3. CERTI CONDICTIO appellatur actio quæ pro mutuo datur, & quare, p. 183. n. 145
3. Certi condictio, quæ datur pro mutuo, an sit generalis, quæ datur vbicumque certum petitur, p. 182. n. 146
3. Certi condictio generalis vna, eius species plures, p. 184. n. 151
3. Certi condictio generalis est omnibus contractibus, ex quibus certum petitur, p. 206. n. 17
3. Certi condictiones tot sunt, quot causæ ex quibus oriuntur, ex opinione Vaconij, quæ exemplis probatur, p. 184. nu. 150.
3. Certi condictio ab actione ex stipulatu quatenus differat, p. 206. n. 21
1. CESSANTE ratione legis cessat lex, p. 177. n. 4.
2. Cessante ratione legis cessat lex, p. 431. n. 28. & p. 432. n. 41.
3. Cessante vna ratione legis non cessat lex, p. 145 nu. 41.
3. Cessante ratione legis negatiuè & contrarie cessat lex, p. 145. n. 42.
2. Cessat, verbum, suspensionem magis, quam omnimodam extinctionè denotat, p. 288. n. 37
3. CESSIO solutioni affinis est, p. 382. nu. 18.
3. Cessio actionum post solutionem facta vtilis sæpe est, p. 381. n. 10. & latè p. 385. n. 54.
1. CHARITAS vnicuique quod suum est, tribuit, p. 16. n. 5.
1. Charitas bene ordinata incipit à se ipso: lædere se ipsum nemo potest; & de pœna eius, qui mortem sibi conscisiuit, remissiuè, p. 22. n. 29.
3. CHIROGRAPHVM recognitum executioni mandatur: confessio in iudicio facta instar sententiæ est, p. 178. n. 87.
1. CIVIS Romanus qui non est, non potest testari, p. 310. n. 9.
2. CIVITAS Vtrùm possit instituì, p. 237. n. 7
2. Ciuitas non potest instituì, & quare? p. 237. n. 9
1. CICERONIS authoritas in Paradoxis, p. 29. n. 2.
1. Ciceronis locus in Topicis, p. 32. n. 4.
2. Ciceronis locus lib. 2. de Finibus, de fide Sexti Peducei, p. 446. n. 12.
2. CLAVIBVS horrei, vbi merces sunt, traditis, mercium dominiũ transfertur, p. 111. n. 1.
3. CLERICORVM appellatione etiam in minoribus ordinibus constituti continentur, p. 53. n. 15.
3. Clericus in minoribus constitutus, etiam si beneficium habeat, matrimonium tamen contrahere potest, p. 53. n. 18.
3. Clerici in minoribus constituti filius indistinctè matri succedit, contra Bartolum, pag. 53. nu. 16.
3. Clericus in minoribus, qui beneficium habet, si matrimonium contrahat, illud statim ipso iure amittit, p. 53. n. 19.
3. Clericos longè magis decèt honestas & castitas, p. 51. n. 4.
2. Clerici filius incapax est eius tamen seruus, si instituatur, capiet, si manumissus aut alienatus sit, p. 236. n. 15.
3. Clerici sacris initiati matrimonium contrahere non possunt, quamuis Græcis vti coniugio ante matrimonium contractum liceret, pag. 54. nu. 22.
3. Clericorum filij patribus speciali lege non succedunt, p. 42. n. 10.
3. Clerici filijs suis non succedunt, p. 42. n. 11.
3. Clericis intestato defunctis qui succedunt remissiuè, p. 94. n. 13.
3. COBIERA olim, quæ hodie camarera appellatur, p. 50. n. 33.
2. Codex quid significet, p. 484. n. 4.
2. Codex quid significet, remissiuè, p. 171. n. 6.
1. Codex Iustiniani ex repetitia prælectione quando editus, p. 3. n. 14.
2. CODICILLI facti ab eo, qui se adrogandũ dedit, an sustineantur, p. 188. n. 22.
2. Codicilli non confirmant testamentum pagani, bene tamen militis, p. 182. n. 3.
2. Codicilli ius & causam testamenti sequuntur, p. 188. n. 24.
2. Codicillos non facit qui testari non potest, & de codicillorum causa, p. 188. n. 27.
2. Codicilli heredis institutionem non habent, p. 222. n. 6.
2. Codicillis hereditas dari directo non potest, p. 264. n. 12.
2. Codicilli plurimum habent de natura testamentorum, vt multis ostenditur, p. 161. n. 24.
2. Codicilli apud hostes facti valent, & qua ratione p. 102. n. 7.
2. Codicilli pars sunt & sequela testamenti, pag. 487. n. 2.
2. Codicilli vel directis, vel precarijs verbis concipiuntur, p. 487. n. 5.
2. Codicilli ex testamento firmitatem & robur accipiunt, p. 423. n. 6. & p. 425. n. 25.
2. Codicillis sicut dari legata possunt, ita etiam & adimi, p. 424. n. 21.
2. Codicillorum in scriptis solemnitas non immutata, p. 492. n. 9.
2. Codicillis legata relinqui possunt, p. 477. n. 6. & p. 479. n. 16.
2. Codicilli nullo facto testamento, testamenti vicem exhibent, p. 484. n. 3.
2. Codicilli lata testamenti significatione continentur, siue ante, siue post illud conficiantur, p. 484. n. 2.
2. Codicillis testamento confirmatis relicta ipso iure debentur, p. 485. n. 2. & 4.
2. Codicillos is demum facere potest, qui potest testari, p. 485. n. 3. & p. 486. n. 8.
2. Codicilli a codicibus dicti, & eorum definitio, & qui de eorum materia scripserint, pa. 485. num. 8.
2. Codicillis vtrum hodie iure directo hereditas dari possit contrariæ sententiæ referuntur, & noua adhibetur pro rei explicatione distinctio p. 489. n. 8. vsque ad n. 11.
2. Codicillis testamento confirmatis si hereditas data sit, perinde est, ac si testamento daretur, p. 488. n. 3. & p. 489. n. 7.
2. Codicillis hereditas dari, adimive iure directo non potest, & per totum, pag. 488. num. 1. &

maxime n.3 & p.489.n.4
2. Codicillorum & testamenti nuncupatiui hodie vna solemnitas l.1.tit.4.lib.5. nouæ recop.p. 492.n.7
2. Codicilli, qui nullam solemnitatem requirunt quot testes habere debeant,p.492.n.6.
2. Codicilli si sint contrarij,quibus eorum fides adhibenda,p.492.n.5
2. Codicillos plures relinquere potest, testamentũ vnum,p.491.n.1.& 2.& quæ differentiæ ratio,ibi:& n.3.Quid hodie iure Hispano,n.4
2. Codicillis quibus verbis per fideicommissum hereditas relinqui & olim posset, & nunc possit vsque in finem,p.490.n.17
2. Codicillis per fideicommissum hereditas relinqui potest,p.490.n.13.& quare n.14.
2. Codicillis conditioni, institutioni testamento factæ,nec adijci,nec adimi potest,p. 490.nu. 15.& 16
2. Codicilli siue ab intestato,siue facto testamento valent etiam non confirmati, nisi mutata voluntate sit,p.486.n.1.& p.487.n.3.cum sequent,& nu.11
2. Codicillorum origo & initium,p.485.n.1.
2. Codicillis etiam ab intestato fideicommissa relinqui possunt,p.487.n.6.
2. Codicilli ab intestato facti per se subsistunt, nec posthumi agnatione rumpuntur, & an idem hodie admittendum sit,l.1.tit.4.lib.5. recop. p.487.n.7.& 9.
1. COGNATIO quid sit & quotuplex, p.71 num.2.
1. Cognatio ciuilis quæ,p.71.n.5.
3. Cognationis siue consanguinitatis definitio, p. 87.n.1
3. Cognatio est genus subse cognationem & agnationem comprehendẽs,p.71.n.1
3. Cognatio in genere,quæ?p.71.nu.3.
3. Cognatio in specie,quæ,p.71.n.4
1. Cognatio naturalis quæ?& quæ agnatio?p. 71. num.3.
3. Cognatio ciuilis quæ?p.71.n.7.
3. Cognatio comprehendit etiam agnationem, p. 87.n.2
3. Cognatio seruilis ius successionis inter libertos producit,p.91.n.1
3. Cognationis iure libertis ante Iustinianum deferebatur successio,p.91.n.2. & pag. 92.nu. 6.& 7.
1. Cognationis legalis impedimentum inter adoptantem & adoptantis descendentes perpetuũ est:inter collaterales in primo gradu, quandiu adoptio durat,p.40.n.3
3. COGNATI sunt, qui sanguinis naturali ratione ad hereditatem vocantur, pag. 84. nu. 1.& 3.
3. cognati descendentes olim ab intestato iure ciuili non admittebantur:secus hodie,p. 68.n.2
3. Cognati post suos & agnatos, & eos qui inter illos admittuntur,succedunt,p.85.n.1.
2. COHEREDEM non habere, & habere repudiantem,idem est,p.241.n.25
3. COITVS damnatus & punibilis,quamuis dicatur quicumque lege damnatur,in hoc tamen casu is coitus damnatus dicitur, si propter eũ mater mortis naturalis pœnam incurrat,p.48 n.14.& 16.
3. Coitum eius modi esse,vt filius à successione excludatur,quamuis mater neque condemnata, neque rea postulata sit, satis est, pag. 48.nu. 15.& 19
2. COLLECTIVO nomine vocati vnius loco habentur,p.394.n.39
3. COLLEGIA quatenus à societatibus differant.p.338.n.14
3. COLONVS pensionem non soluens expelli potest, melioratione tamen in re factas non amittit,p.328.n.50
3. Colonus cùm solutione pensionis cessat, expelli statim potest,p.329.n.53
2. COLVMBARIVM an possit quis in suo fundo habere,& quid iure Regio,p.97.n.5
2. COMMERCIVM alicuius rei esse quomodo intelligatur,p.382.n.43
3. COMMODA sequuntur quem sequuntur in commoda,p.74.n.4
3. COMMODARE quid, & commodatum vnde dictum,p.190.n.12
3. Commodari res quæ vsu consumuntur non possunt,p.191.n.19
3. Commodare est species,p.192.n.38
3. Commodare & vtendum dare differunt tanquã genus & species,p.192.n.36
3 Commodari nomina debitorum possunt, p. 191. n.18.
3. Commodari habitatio an possit,p.191.n.17.
3. Commodari quæcumque res possunt,pag.190. nu.16
3. Commodari possunt res, quæ vsu deteriorantur,p.191.n.24
3. COMMODATARIVS eandem rẽ reddere debet,p.190.n.6.& p.194.n.49.
3. Commodatarius leuissimam etiam culpam præstat.p.309.n.3.
3. Commodatarius summam in custodienda re cõmodata diligentiam adhibere tenetur,pa.189. num.2.
3. Commodatarius finito vsu,aut tempore concesso,si vtatur re commodata,furtũ committit, p.191.n.32
3. Commodatarius casu non præstat, de leuissima tamen culpa tenetur,p.190.n.8.& p.194. n. 57.& p.195.n.67
3. Commodatarius aliquando dolum tantum præstat,p.190.n.9.& p.195.n.70.
3. Commodatario possessoria remedia non competunt,p.191.n.27
3. Commodatarius iudicis officio restituitur ad rem commodatam,p.191.n.28
3. Commodatarius exactissimam diligentiam adhibere tenetur,p.195.n.67
3. Commodatarius de casu eius culpa contingente tenetur,aut si ita conuentum sit,pag.195. num.69.
3. Commodatarius non dicitur rem reddere, quando eam deteriorem reddit,p.384.n.42
3. Commodatarius vsum tantum habet, commodans rei dominium retinet,p.191.n.26.& p. 192.n.35
3. COMMODATI definitio,p.190.n.13
3. Commodati definitio proposita constat genere & differentia,p.190.n.15
3. Commodatum aliquando gratia commodatarij aliquando gratia commodantis, aliquando gratia vtriusque fit,& in his casibus ad quid teneatur qui rem accepit,p.195.n.70
3. Commodatum manet, & si conuentum sit vt dominium transferatur iuxta Alciati opinio.

nionem, pag. 191. num. 41
3. Commodatum debet esse gratuitum, pag. 191. num. 25
3. Commodatum ad certum & determinatũ vsum & tempus conceditur, p. 191. n. 31
3. Commodatum irregulare, quando conuenit vt dominium transeat in accipientem, pag. 194. num. 50.
3. Commodatum â mutuo eô præcipuê differt, quôd in hoc dominium, in illo vsus rei tantum modo in accipientem transfertur, p. 191. n. 20 & 29. & p. 192. n. 40
2. Commodatum in codicibus & pugillaribus consistere, qua ratione dicatur, p. 485. n. 5
3. COMMODATI ACTIO datur aduersus commodantem, pa. 190. nu. 5. & pa. 192. nu. 35
3. Commodati actio nascitur, quoties cui res vtenda gratis conceditur, ex re obligatione orta, p. 189. n. 1. & p. 190. n. 11
3. Commodati actio duplex, directa vna, contraria alia, p. 193. n. 43
3. Commodati actio directa datur commodanti aduersus commodatarium, & eius heredem, p. 193. n 44
3. Commodati actione directa quid veniat? p. 193. nu. 45.
3. Commodati actio contraria datur aduersus commodantem, & quid comprehendatur, p. 193. num 46
3. Commodati actio quare directa vtraque non potest, p. 193 n. 47
3. COMMVNIO quia magnas solet excitare discordias, iudicium diuisionis necessariũ fuit p. 375. n 4
3. COMMISTIONE pecuniæ dominium acquiritur, p. 183. n. 137
3. COMMVNIS seruus quomodo dominis acquirat, remissiuê, p. 379. n. 4
2. Communem seruum manumittens, socio suam partem, quam in seruo habet, donare videtur, p. 140. n. 1
2. Communis seruus â socio manumissus alio indẽni seruato liber fit, p. 141. n. 5
2. COMPENDIOSA substitutio quæ? & eius formula p. 262. n. 77
2. Compendiosa substitutio, vt plures comprehendat substitutiones, æqualibus fieri debet, pag. 270. n. 12
2. Compendiosæ substitutionis materia remissiuê, p. 299. n. 3
3. COMPENSATIO vicem solutionis habet, p. 382. n. 21
3. COMMVNI DIVIDVNDO actio directa & vtilis, & cui directa, & cui vtilis detur? p. 375. n. 9
3. Communi diuidundo iudicio expensæ in re cõmuni factæ repetuntur, p. 375. n. 7
3. Communi diuidundo iudicium resultat ex quasi contractu, qui ex rerum communione descendit, p. 374. n. 1. & 3.
3. Communi diuidundo quando personalis, quando realis actio sit, p. 375. n. 5
3. Communi diuidundo iudicium nascitur ex Societate, p. 374. n. 2. & p. 375. n. 6
3. Communi diuidundo in iudicio veniunt damna in re communi data, p. 375. n. 8
3. CONCVBINA quæ esse posset, p. 37. n. 4.
3. Concubina iuris authoribus focaria, & ab vxore parum distans, p. 37. n. 4
3. Concubinam boni authores, quam appellant, p. 36. n. 2
1. CONCVBINATVS iure ciuili permissus non tamen honestus, p. 21. n. 13
3. Concubinarius coitus iure ciuili non damnatur, iure Pontificio reprobatur, p. 37. n. 5
3. CONDICERE prisca lingua denuntiare significat, p. 183. n. 144
3. Condictio an vna, an plures? p. 183. n. 138
3. Condictio indebiti re contracta non ex contractu, sed ex quasi contractu nascitur, pag. 187. num. 31
3. Condictio indebiti ex æquitate nascitur, p. 187. n. 27. & 36
3. Condictio, quæ datur in l. non omnis 19. §. si pupillus. D. si cert. petat. est generalis, non specialis ex mutuo, p. 183. n. 135
3. CONDITIO præcise debet impleri, p. 175. num. 53
2. Conditio difficilis non reijcitur ab vltimis voluntatibus, p. 251. n. 18
2. Conditioni nouissimæ parendum est, p. 252. n. 2 & p. 253. n. 5
2. Conditio proprie illa est, quæ potest existere & non existere, p. 250. n. 8
2. Conditio impossibilis vtrum vitiaret vltimas dispositiones, an vitiaretur? varie controuersum, p. 250. n. 11
2. Conditio impossibilis, quam testator putabat possibilem, non reijcitur ab vltimis voluntatibus, iuxta communem, p. 252. n 22
2. Conditio de præterito non est proprie conditio p. 256. n. 15
2. Conditio de præterito quamuis non suspendat, dilationem tamen habet, donec verificetur, p. 256. n. 16
2. Conditio impossibilis non est cõditio, nisi quoad sonum verborum, p. 250. n. 9.
2. Conditio, si heredi seruus mille dederit, non est maxime difficilis, p. 251. n. 19
2. Conditio, si heredi seruus millies dederit, difficillima, p. 251. n. 20.
2. Conditio retrotrahitur ad tempus actus, pag. 246. n. 9.
3. Conditio resolutiua non facit actum conditionalem, p. 59. n. 27
3. Conditio suspendit actum, impeditque transmissionem, p. 58. n. 14.
3. Conditiones in specifica forma adimplẽdæ sunt, p. 105. n. 5.
3. Conditiones de præsenti, vel de præterito ortum obligationis non impediunt, pag. 224. n. 1. & 3.
3. Conditio, quæ existit, retrotrahitur ad tempus contractus, p. 307. n. 3
2. Conditio quandocũque existens retrotrahitur, p. 182. n. 8
3. Conditio, quæ est omnino extitura, non est proprie conditio, p. 218. n. 7.
3. Conditionis definitio explicata, p. 218. n. 6.
2. Conditio, si non nupserit, obseruanda est, p. 408. n. 6.
2. Conditio, si non nupserit, reiicienda est, p. 408. num. 14.
2. Conditionis, si non nupserit, disputatio vtilis, ob maximam frequentiam, & insignes difficultates, p. 408. n. 6
3. Conditio, si voluero, inutilem stipulationem efficit,

ficit, secus est in illa, cum voluero, pag. 222. num. 12
2. Conditionis implendæ causa datum vtrûm in Falcid. imputetur, p. 438. n. 11
2. Conditio, si non nupserit, virgini, & ei, quæ nun quam nupsit, iniuncta reijcitur, p. 414. n. 53. & 56.
2. Conditio, si nupserit, virgini adiecta lege Iulia remissa, tam in primis, quâm in secundis nuptijs, intelligitur contra Costam, p. 414. n. 55
2. Conditio, si mulier non nupserit, tertio adiecta quando reijciatur, p. 410. n. 30
2. Conditio, si à liberis impuberibus non nupserit, quare non reijcienda? p. 411. n. 36
2. Conditio (si voluerit) ex necessario voluntariũ heredem facit, p. 337. n. 15
2. Conditio, si non nupserit, viduæ iniuncta, propter solam voluntatem testatoris obseruanda, p. 414. n. 52
2. Conditio, si non nupserit, qua lege reijciatur, con trouersum, & plures opiniones remissiuè, p. 409. nu. 26
3. Conditionis de futuro euentus per eorum natu ram certus est, p. 224. n. 2.
3. CONDITIONALIS legata ad heredes non transeunt, p. 221. n. 3.
3. Conditionalis cõtractus ad heredes cur transeat? p. 221. n. 7.
2. Conditionalis actus non dicitur proprie talis, p. 256. n. 11.
2. Conditionale legatum intercidit, si legatarius pendente conditione decedat, p. 248. n. 19.
2. Conditionalis actus in sua substantia perfectus est, p. 257. n. 18.
2. CONDITIONES verè, non per æquipollens adimplendæ sunt, p. 256. n. 14.
2. Conditiones plures si coniunctim institutioni adiectæ sint, omnes expleri oportet: si disiunctim ex parte tantum, p. 252. n. 1.
2. Conditiones turpes, & quæ contra honestatem sunt, vitiantur in testamentis, & quare, pag. 251. n. 14.
2. Conditiones impossibiles de facto in vltimis voluntatibus vitiantur, contra communem, pag. 251. n. 17.
2. Conditionibus alternatiue adiectis, sufficit si vni pareatur, p. 253. n. 3.
2. Conditionibus alternatiuè, & negatiuè adiectis, omnibus parendum, p. 253. n. 4.
3. CONDVCTIO vnde dicta, p. 313. n. 3.
3. Conducere, & conductor quis? p. 313. n. 5.
3. Conducere propriam rem nemo potest, p. 314. nu. 18.
2. CONDVCTOR quale ius vtendi habet, p. 120. n. 23
3. Conductor de dolo, lata, leui, leuissima culpa, non autem de casu tenetur, pag. 333. num. 1. & 4.
3. Conductor qui finito conductionis tempore cõducta re vtitur, ijsdem conditionibus & legibus reconducere videtur, p. 317. n. 20
3. Conductor nisi aliud conueniat, conductam rem locare potest, p. 314. n. 17
3. Conductor rem conductam locare potest, nisi socius sit, qui inuitis socijs sublocare nõ poterit p. 336. n. 21.
2. CONIVNCTIO duplex, alia legis, alia hominis, & quæ legis & quæ hominis? pag. 391. num. 17.
2. Coniunctio hominis triplex, realis, verbalis, mista, p. 391. n. 18.
2. Coniunctio verbalis ab initio partes inter legatarios facit: Realis concursu, p. 392. n. 32. Quid in mista iuris sit, sequen. numeris discutitur.
2. Coniunctio realis quæ, quæ verbalis, & quæ mista? pa. 391. nu. 19. & 20. & 21. & pag. 402. nu. 104.
2. Coniunctionis quoties sit mentio, mista, quæ cæteris potior est, intelligitur, p. 391. n. 22.
2. CONIVX transfert partem lucrorum constante matrimonio quæsitorum etiam non agnitam, p. 55. n. 39.
3. Coniuge non superstite legitimo iure intestati hereditas fisco defertur, p. 94. n. 12.
3. CONFESSI pro iudicatis habentur, pag. 178. n. 90.
2. CONFISCATIS bonis propter delictum, confiscatur peculium, p. 194. n. 91.
3. CONFVSIO actionum solutio est, p. 381. nu. 13.
3. CONSENSVS nuptias facit, non coitus nec dotalium instrumentorum confectio, pag. 56. num. 8.
1. Consensus parentum iure ciuili necessarius, vt matrimonium iustum sit, secùs iure Canonico, p. 40. n. 9. & 11.
3. Consensu fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis, p. 288. n. 1. & p. 289. n. 6.
3. Consensu cur hi contractus magis quam alij perficiantur? p. 289. n. 6.
3. Consensus illius est necessarius, qui dissentiendi potestatem habet, pag. 141. num. 6. & pag. 148. n. 67.
3. Consensus purus, non sub conditione præsens, non in futurum, vt emptionis contractus statim perfectus sit, p. 296. n. 10.
3. Consensus inter absentes quoque per nuncium vel per epistolam est, p. 290. n. 12.
3. Consensus in corpore rei venditæ sufficiens est, vt emptio & venditio teneat, l. in venditionibus 9. D. de contrahen. emptio, p. 292. n. 14.
3. Consensum solum in omnibus conuentionibus obligationem efficacem non inducere ê republica fuit, p. 289. n. 7.
3. Consensu solo obligationes contractæ, contrario consensu dissoluuntur: & de eis remissiuè, p. 396. n. 1.
3. Consensus in omnibus contractibus necessarius, p. 289. n. 2.
3. CONSANGVINEI proprius dicuntur fratres eodem patre nati, p. 7. n. 34.
3. Consanguineus qui defuncto, sanguine connexus est, p. 7. n. 35.
3. CONSEQVENTI concesso, antecedens necessario concessum videtur, p. 112. n. 15.
2. CONFISCATIO subsequitur amissionem vitæ, libertatis siue ciuitatis, pag. 194. num. 93.
2. CONSILIVM Galli quale esset, pa. 216. num. 2.
2. Consilium Galli Aquilij & Iunij Veleij hodie matribus necessarium, p. 221. n. 6.
2. Consilio parendi nulla necessitas, pag. 290. num. 6.
2. Consilio sapientum olim Principes de magnis rebus

rebus decernebant. idemque apud Hispanos hodie lege cautum,p.486.n.9.
3.CONSTITVTORES?p.176.n.4
3.CONSTITVI nisi id quod debitum est,nō potest,p.217.n.2
3.Constitui conditionale debitum potest,pa.218. num.3
3.CONSTITVTVM differt ab stipulatione,& quatenus,p.272.n.16
2.CONSVETVDO quamuis scripta, nihilominus consuetudo est,p.172.n.3
3.CONSVMPTIO non est actus acquirendi, sed potius amittendi dominij, pag. 182. num.134
3.CONTRACTVS obligatione est prior, sicuti effectu prior est causa,p.203.n.18
3.Contractus facti sunt,p.159.n.3
3.Contractus omnes aut nominati, aut innominati,p.320.n.10.
3.Contractus est,& si ex vna tantum parte obligatio nascatur,p.296.n.9.
3.Contractum perfici aliud est, aliud contractum impleri,p.297.n.19
3.Contractum iuris ciuilis esse defenditur,p.203. num.15
2.Contractus conditionalis propriè contractus dici non potest,p.307.n.58
3.Contractus nullus sine re celebratur, p.166.n. 3.& p.167.n.8
3.Contractus si vtriusque gratia celebratur,leuissima culpa præstanda non est,p.333.n.2
3.Contractus ex conuentione partium legem accipiunt,p.240.n.2.& p.241.n.13
3.Contractus ex conuentione partium legem accipiunt,p.332.n.4
1.CONTRARIORVM eadem est disciplina & ratio,p.36.n.1
3.CONTVBERNIVM est inter seruos,non matrimonium iure ciuili,p.92.n.9
2.CONVENTIO de pretio perficit contractum emptionis & venditionis, non tamen transfert dominium,p.110.n.3.
1.CORRECTIO legum semper euitanda,p. 431.n.34
3.CREDITI verbum latissimam habet significationem,p.171.n.21
3.Creditum proprie mutuum significat,& quare? p.171.n.22.& 24.
3.CREDITOR conditionalis,creditor est,p. 218.n.5.& 11.
3.Creditor qui verè est, nisi intra certum tempus quod sibi debetur petierit, vt illud amittat lege ciuili effici potest, & quomodo? p.285. num.16
2.Creditor conditionalis, verè creditor, p.257. num.22
2.Creditor,qui rebus pignoratis vtitur præter domini voluntatem furtum committit,pa.118. num.12
2.Creditor pignus distrahere expactione,& debitoris contumacia potest,p.144.n.1.
2.Creditor,qui contra conuentionem pignus vendit,furtum committit,p.144.n.2.
3.Creditor deleui,non etiam de leuissima culpa tenetur,p.201.n.6.
3.Creditor falsus & simulatus,qui indebitum recipit,furtum committit,p.186.n.26
2.CRETIO quid sit? & eius forma remissiue, p.366.n.28.& 29.
2.Cretio quatenus â gestione pro herede differat, p.367.n.31
3.CVLPA tres tantum gradus iuxta Accursij sententiam iure Hispano probatam,pag. 195. num.160
3.Culpæ appellatio latam,leuem,& leuissimam cō prehendit,p.195.n.62.
3.Culpa leuissima est, exactissimam diligentiam non interposuisse,p.195.n.66
3.Culpa leuissima,latior,lata,leuis,leuissima,iuxta Bart,p.194.n.59
3.Culpa leuis est,exactam diligentiam non præstare,p.195.n.65
3.Culpa lata est,vulgarem diligentiam non adhibere,p-195.n.64
1.CVRATORES inuiti præterquam adlitem non accipiunt, pag. 82.num.3. & pag. 83.nu.9.
1.Curator ad certam rem dari potest,p.70.n.8.
1.Curator testamento non datur, & qua ratione datus,si pubes velit,poterit confirmari, pa. 83.nu.11
1.CVPIDITAS in studijs, vt quis proficiat, necessaria,p.13.n.33

D.

2.DAMNATVS ad mortem ciuilem vel naturalem iure ciuili Romanorum non testatur,p.202.n.11.
2.Damnum & damnatio vnde dicta, pa. 151.n.2.
3.DARI qui promisit, iudicis arbitrio tempus habet,p.276.n.1.
3.Dare verbum ad iudicum dationem pertinebat:dicere ad prolationem sententiæ: addicere ad executionem,p.138.n.3.
3.DEBITOR quis est,p.216.n.4.
2.Debitor est â quo inuito pecunia exigi potest,p. 405.n.4.
3.Debitor speciei re sine eius culpa amissa liberatur,p.308.n.5.
2.Debitor speciei re perempta liberatur, pa. 110. num.5.
3.Debitor speciei,re sine eius culpa perempta, liberatur,nec de casu tenetur,p.195.n.68.
3.Debitor quantitatis nullo casu liberatur,quia genus perire non potest,p.308.n.7.
3.Debitor verus per sententiam liberatus naturalis tantum debitor iuxta communem, p.262. num.51.
3.Debitor qui condemnatus non soluebat,antiqua lege creditoribus tradebatur,p.151.n.3.
2.Debitorem mutare compellitur nemo,& quare, p.456.n.8.& p.461.n.40.
3.DEBITVM omni iure ciuili & naturali, quod perpetua fauorabili exceptione declinari poterat,si solutum sit repeti potest, l. qui ex ceptionem 40.D. de condict. indebiti, p. 186.n.15.
2.Debitum legatum expressa quantitate debetur, etiam si debitum non sit,p.407.n.4.
3.DECOCTIO, absque cessione,societatem non dissoluit,p.349.n.14.
3.DECRETALIS bonorum possessio etiam hodie necessaria, contra plures, pag. 118. num.10.
2.DEFINITIO in primis necessaria, & quæ eius vis & effectus ex Cicerone & alijs, p.354.n.18,

3. Diffinitio conuerti debet cum suo definito, p. 157. n. 9.
2. Definitio debet conuerti cum definito, p. 255. num. 2.
2. Definitio debet cõuerti cum suo definito, remissiuê, p. 18. n. 2.
3. DELEGARI etiam non debitor potest, p. 392. n. 15. & p. 395. n. 41.
3. DELEGATIO quomodo fiat, pag. 392. num. 16.
3. Delegatio debitoris nisi eo consentiente fieri non potest, p. 129. n. 74.
3. Delegatio alia actionis, alia debitoris, & quod inter vtrumque discrimen? p. 392. n. 17.
3. Delegatio nouationis species est, & eius definitio ex Cuiatio & quomodo perficiatur, pag. 391. n. 14.
3. Delegacio vtrum hodie ipso iure nouationem inducat, p. 391. n. 40.
2. DELIBERARE possunt heredes expediat eis adire, vel non adire, p. 350. n. 1. & 4.
2. Deliberandi tempus olim arbitrium, hodie certum est, p. 351. n. 6.
3. DELICTVM sine culpa committi non potest, p. 309. n. 9.
2. DEMENTIAE color quare necessarius, p. 316. n. 19.
2. DE MINIMIS Prætorem non curare, quomodo intelligatur, p. 98. n. 4.
2. DEMONSTRATIO quando conditionem inducat, p. 419. n. 5.
2. Demonstratio certa loco minis est, p. 211. n. 4.
2. Demonstratio falsa quando alias de corpore non constat legatum vitiat, p. 419. n. 3.
2. Demostratio falsa legatum non vitiat, p. 419. n. 1. & quare n. 2.
3. DEPONERE antiquis significabat alienare, p. 197. n. 10.
3. Deponere & commendare idem, p. 197. n. 12.
3. Depositi actio cui & aduersus quos detur remissiue, p. 200. n. 34.
3. Depositi in contractu rei tantum custodia committitur, p. 197. n. 14.
3. DEPOSITVM antiquissimum inuentum, & vnde dictum, p. 197. n. 9.
3. Depositum re contrahitur, p. 196. n. 1.
3. Depositum voluntarium, necessarium, Iudiciale, p. 197. n. 15.
3. Depositum iudiciale quale sit, p. 198. n. 17.
3. Depositum iudiciale, sequestrum etiam solet nuncupari, p. 198. n. 18.
3. Depositum, contractus & iudicium fiduciæ qua ratione dicatur, p. 197. n. 11.
3. Depositum iudiciale differt ab extraiudiciali in multis remissiue, p. 198. n. 21.
3. Depositum manet, & si non idem, sed tantumdem reddatur, pag. 197. num. 3. & pag. 199. num. 26.
3. Depositum irregulare contrahi in d. l. Lucius & similibus putat communis, p. 176. n. 69.
3. Depositum potest quandocunque reuocari, pa. 176. n. 70.
3. Depositum gratia deponentis fit, pag. 199. num. 29.
3. DEPOSITARIVS de dolo semel commisso semper tenetur, p. 199. n. 28.
3. Depositarius cuius causa depositum fit de casu etiam tenetur, pag. 197. n. 7. & pag. 200. num. 33.
3. Depositarius qui minorem diligentiam in rebus depositis quam in suis adhibet, tenetur, p. 197 n. 4. & p. 199. n. 27.
3. Depositarius re deposita vtens furtum commit tit: p. 197. n. 14.
3. Depositarius, pacto, culpa, vel mora præcedentibus, de casu quoque tenetur, p. 197. n. 8. & p. 200. n. 34.
3. Depositarius qui pro rei custodia aliquid recipit leuem etiam culpam præstat, p. 197. n. 6. & p. 199. n. 32.
3. Depositarius dolum & latam culpam tantum præstat, p. 196. n. 2.
3. Depositarius si rem depositam inficietur, in voluntario in simplum, in necessario in duplum damnatur, & quæ sit differentiæ ratio, p. 197. n. 16.
3. Depositarius qui se deposito obtulit de culpa tenetur, p. 197. n. 5. & p. 199. n. 31.
1. DEPORTATIONIS loco, pœna arbitraria hodie, p. 62. n. 4.
1. DEPORTATVS omnia ciuitatis iura amittit. 62. n. 3.
2. Deportatus omnino legati incapax est ideo ei relictum coniuncto, aut heredi accrescit, non fisco contra Bart. p. 397. n. 63.
2. Deportatus institui non potest, p. 224. n. 2. & p. 225. n. 11.
2. Deportatus capere potest ex testamento militis quamuis non expagani testamento, pag. 178. n. 17.
2. Deportatus olim fideicommissorum capax erat, p. 450. n. 37.
2. Deportatus capiebat legatum, & fideicommissum, quamuis ab eo postea auferretur constitutione, D. Antonini, p. 236. n. 22.
2. Deportatus ab intestato capere potest, pa. 236. num. 21.
2. Deportati seruus heres non instituitur, pag. 226. n. 18.
3. DESCENDENTIBVS omni iure legitima successio primo defertur, p. 93. n. 3.
3. DETERMINATIO vna respiciens plura determinabilia pari formiter non semper determinat, p. 250. n. 13.
3 DICIS GRATIA quid, id est perfunctoriê & simulatê, p. 191. n. 23.
3. DICTA in præfationibus censentur repetita in sequentibus, p. 252. n. 31.
2. DICTIO quandiu, temporalem exclusionem significat, p. 400. n. 95.
3. Dictio, Aut, interpersonas honoratas soluitur in coniunctionem, p. 246. n. 26.
3. Dictio, vt, regulariter modum: dictio, Si, regulariter conditionem inducit, p. 218. n. 10.
3. Dictio, Se, additur in definitione, quia dese quemquam promittere oportet, non de alio, p. p. 202. n. 12.
2. Dictio, mihi, non vitiat pupillarem exheredato factam, p. 292. n. 16.
2. Dictio, mihi, (quæ in forma pupillaris requiritur) si adijciatur quo casu filius exheredatur, an substitutionem vitiet, p. 391. n. 8.
3. Dictio, aut, disiungit: dictio, &, coniungit, pag. 247. n. 6.
3. Dictio, quasi, proprietatem sæpe exprimit, pag. 177. n. 81.
3. Dictio, id est, posita inter genus & speciem, ponitur restrictiuê, p. 192. n. 39.

1. Dictio, quoque, repetitiua præcedentium, p. 204.n.45.
3. Dictio, quandoque, idem quod, quandocunque, p.174.n.60.
1. DIES duobus modis accipitur, ciuiliter & naturaliter, p.198.n.8
1. Dies naturalis duodecim horarum semper fuit, p.198.n.10
1. Dies ciuilis, artificialis & canonicus appellatur, p.198.n.9
1. Dies Roman. in duodecim horas semper diuisus p.197.n.15
1. Dies more Romano incipit â sexta hora noctis, p.197.n.14
3. Dies sessionum qui, p.118.n.8
3. Dies vtiles sunt quibus adeundi iudicis facultas est, p.117.n.2
3. Diei adiectio obligationem nasci an impediat, p.213.n.12.& p.214.n.20
3. Diei adiectio, an actionis ortum impediat, pag. 215.n.27
3. Dies certa quare conditionem non inducat, pa. 218.n.8
1. Diei certi adiectio cur ab institutione remoucatur, p.247.n.12
3. Dies stipulationi adiectus ad executionis verba refertur, p.214.n.16
3. Dies incerta â conditione nihil differt, pa.215. num.30
3. Diei incertæ adiectio obligationem nasci impedit, p.215.n.29
1. Dies incertus institutioni adiectus tollitur, pag. 246.n.8
1. Dies incertus pro conditione habetur, pa.247. n.11.& p.248.n.19
3. DIFFICVLTAS obligationi impedimento non est, p.241.n.9
3. DIGNIVS trahit ad se minus dignum, pag. 297.n.17
1. DIGNIVS trahit ad se minus dignum, pag. 473.n.3
3. DIFFERENTIAE cõtractuum nominatorum & innominatorum remissiue, p.320.n.13
3. Differentiæ inter contractum locationis, & contractum innominatum, do vt facias, pag. 318. num.34
1. Differentia inter precarium & commodatum, p.136.n.10
3. DILIGENTIA exactissima, exacta, vulgaris, p.195.n.63
1. DIRECTA libertas seruis proprijs tantũ modo relinquitur, p.483.n.3
1. DISCRIMEN inter legatum operarum, & legatum vsus, p.124.n.3
3. DISPENSARI, vtrum in primo collateralium gradu consanguinitatis possit, pag. 89. num.19
3. Dispensandi potestatem in prohibitis gradibus præter sum. Pont. habet hemo, p.91.n.35.
3. DISPOSITIO quæ deuenit ad casum a quo incipere non potuit vitiatur, p.237.n.21.& p. 239.n.51
1. DISTRAHENS rem alienam furtum committit, p.119.n.3
1. DISTRIBVTO nomine vocati perinde admittuntur, ac si proprio nomine vocarentur, p. 393.n.38
1. DIVIDERE hereditatem potest testator in tot vncias, quot voluerit, p.239.n.1
1. Diuisio iuris triplex in personas, res, & actiones p.29.n.1
2. Diuisio hereditatis in partes, omnino necessaria. p.239.n.6
2. Diuisio ordinaria & solemnis duodecim vncias, p.239.n.2
2. Diuisio obligationum â Iustiniano facta diminuta, p.163.n.2
3. Diuisionis beneficium inficiantibus non conceditur, p.281.n.23
3. Diuisionis beneficium & per viam actionis & per viam exceptionis opponitur, pag. 281. num.24.
3. Diuisionis beneficij renunciatio hodie non necessaria quando non simpliciter fideiusio interponitur, p.281.n.18
3. Diuisionis beneficium quod à fideiussoribus opponitur, quando admittendum, pag. 280. num.10.
3. Diuisionis beneficium quando opponi debet, p. 280.n.12
3. Diuisionis beneficium potest renunciari, p.280. num.13
3. DIVERSITAS inter interrogationem & responsionem vitiat stipulationem, p.249.n. 1.& 4.& p.252.n.26
3. Diuersitas vitiat stipulationem quando circa eãdem rem est, p.269.n.6
3. Diuersitas & dissensus inter stipulantem, & promittentem vitiat stipulationem, pa. 274. num.1
1. DYASYRTICVM perlæpidum AElij Pertinacis in Antonium Caracallam, p.6.n.2.
3. DO, DICO, ADDICO, solemnia prætoriæ Iurisdictionis verba, p.134.n.2.& p.139. num.6.
2. DOMESTICVM testimonium quod dicatur, p.166.n.8
1. DOMINICA in seruos potestas iure gẽtium introducta, p.36.n.1
2. DOMINIVM quid sit, p.90.n.5.
2. Dominij definitio remissiuê, p.141.n.2.
2. Dominium rerum omnium, quarum habemus proprietatem vel iure naturali vel iure gentium vel iure ciuili nanciscitur, p.95.n.1
3. Dominium non duplex sed simplex, p.323.n.5. & p.326.n.33 & p.327.n.38
2. Dominium vnius eius demque rei respectu duplicari non potest, p.386.n.10.
2. Dominium penes duos esse non potest, pa.206. num.8
3. Dominium penes duos esse non potest, p.326. num.32
2. Dominij maximus effectus est de rebus disponere, p.141.n.1.
3. Dominium iure ciuili quæsitum potest princeps tollere, p.10.n.65.
3. Dominium quæsitum sine publica causa Princeps auferre non potest, p.10.n.67.
2. Dominium aliquãdo sine traditione transfertur p.110.n.1.
3. Dominium transferri in accipientem est contra substantiam depositi, p.175.n.61.
2. Dominium etiam sine apprehẽsione multis in casibus transfertur, p.345.n.45.
3. Dominium transit in contractũ emptionis ideo pactum, ne trãsferatur eam perimit, p.176.n. 64.& p.177.n.85.
3. Dominium in contractu emptionis non transfer
tus

tur donec pretium sit numeratum, aut alias satis factum, p. 298. n. 24
3. Dominium in commodatarium non transfertur, p. 190. n. 4.
3. Dominium post societatem coitam adquisitorũ non communicatur ipso iure, sed traditione opus est, p. 340. n. 10
3. Dominium omnium bonorum, quæ socij habẽt, ipso iure communicantur, p. 340, n. 9.
2. Dominium bonorum paternorum quo casu pater testato decesit, inæqualiter in suos deriuatur, secus eo intestato defuncto, p. 343. n. 31. & p. 344. n. 32. & 33.
3. Dominium quod aditione quæritur iurisgentiũ est, p. 10. n. 68
3. Dominium aditione hereditatis transfertur per filium & seruum, in patrem & dominum, pa. 109. n. 64
3. Dominium ipso iure in suos heredes continuatur: possesio non ita, p. 62. n. 8
3. DOMINO condictio non datur, pag. 185. num. 7.
2. DOMINVS personat seruum, pag. 226. num. 17.
1. Domini in seruos olim vitæ necisque potestatem habebant: hodie in eos supra modum sæuire non licet, p. 36. n. 2
1. Domini qui supra modum in seruos sæuiunt illos vendere cogendi sunt, p. 37. n. 1. & 5.
2. Domino serui heredis instituti legari rectê & purê, & sub conditione potest, p. 410. n. 5
2. Dominus ædificij habet dominium vniuersale, materiæ autem in dominio antiqui domini manent si alienæ erunt, p. 103. n. 6
2. DONATIONIS definitio communis, pag. 133. n. 12
2. Donatio proprie est, quæ â mera libertate proficiscitur, p. 373. n. 5. & p. 374. n. 14.
2. Donationes proprie sunt quæ nullum negotium admistum habent, p. 137. n. 1
2. Donatio contractus non est, neque nominatus, neque innominatus contra receptas opiniones p. 134. n. 17
2. Donatio quibuscunque verbis, etiam sine scriptis valet, p. 137. n. 3
3. Donatio aliud, aliud pactum seu promisio de donando, p. 207, n. 32
2. Donatio vtrùm modus naturalis, an ciuilis dominij acquirendi sit, p. 132. n. 1
2. Donatio conditionalis non est donatio & quare, p. 257. n. 20
2. Donatio traditione perficitur, p. 132. n. 2. & p. 133. n. 5. & vnde dicta.
2. Donatio nunquam præsumitur, pag. 134. num. 15
2. Donatio in dubio non præsumitur, pag. 192. num. 66
3. Donationis fauore inductum vt alter alteri stipuletur, iuxta communem, p. 273. n. 24
2. Donatio quæ quingentorum solidorum summã excedit insinuari debet, p. 138. n. 10
2. Donatio reuocatur propter donatarij ingratitudinem, & pluribus alijs in casibus, remisiuê, p. 139. n. 13
3. Donatio præsentem effectum habet & â traditione initium sumit, p. 207. n. 31
2. Donatio perficitur siue per verba præsentis temporis, siue per verba futuri fiat, cum Accursio contra alios, p. 138. n. 9
2. Donationes omnes aut mortis causa fiunt, aut inter viuos, p. 135. n. 1
2. Donatio inter viuos, adiecta clausula vt in legitimã imputetur vim relicti habet, p. 334. num. 35
2. Donatio inter viuos olim mancipatione & traditione fiebat, hodie nudo pacto iuxta commu nem, p. 137. n. 2
2. Donatio fructuum â viro vxori, vel è cõuerso facta, in quibus fructibus valeat, p. 106. n. 14
2. Donare causa mortis filius fam. potest patre permittente, p. 136. n. 18
2. DONATIONES CAVSA MORTIS legatis æquiparatæ, 186. n. 2
2. Donationes causa mortis contractibus similes ex Bartolo, p. 189. n. 36
2. Donationes causa mortis vltimis voluntatibus similes, an in omnibus casibus & semper, pag. 189. n. 38. & 39.
2. Donatio mortis causa ita facta, vt nullo reuocetur, donatio inter viuos est, p. 135. n. 6
2. Donatio mortis causa vltimis voluntatibus â Iustiniano comparata fuit, p. 186. n. 14
2. Donatio causa mortis an contractibus, an vltimis voluntatibus similis esset valde olim disputatum fuit, p. 136. n. 13
2. Donatio mortis causa, mentionem necessario habere debet, p. 135. n. 2
2. Donatio mortis causa inter virum & vxorem valet, p. 135. n. 4
2. Donatio mortis causa tribus modis expirat, pa. 135. n. 5
2. Donatio causa mortis quando similis sit vltimis voluntatibus, & quando donationibus inter viuos, p. 137. n. 20
2. DONATIO PROPTER NVPTIAS, siue arrha hodie vltra decimã partem bonorum viri non valet, p. 140. n. 14
2. Donationem propter nuptias propter adulteriũ vir amittit, p. 104. n. 8
2. Donatio propter nuptias dicitur hodie, quæ olim ante nuptias vocabatur, p. 139. n. 1
2. Donatio propter nuptias doti similis, pag. 140. num. 4.
2. Donatio propter nuptias constante matrimonio constitui, & augeri potest, p. 139. n. 2. & pag. 140. n. 5.
2. Donationem inter nuptias eandem olim fuisse cum donatione inter viuos, p. 139. n. 3.
2. Donatio propter nuptias tacitam habet conditionem si nuptiæ sequantur, p. 140. n. 4.
2. Donationem propter nuptias amittit vir sine causa diuertens, p. 140. n. 7.
2. Donatio propter nuptias redditur viro soluto matrimonio, p. 140. n, 9.
2. Donatio propter nuptias alienari non potest, pa. 140. n. 6.
2. Dos, etiam non numerata, si quantitate expressa legetur, valet legatum, p. 407. n. 3
3. Dos promissa ab eo qui dotem constituere cogi potest certa præsumitur, p. 268. n. 23.
2. Dos soluto matrimonio quando vxori restituenda, p. 407. n. 1.
2. Dos â viro vxori legari potest, vtileque legatum est, p. 407. n. 2.
3. Dotis promisio certa semper intelligitur iuxta qualitatem contrahentium, p. 267. n. 20.
3. Dotis fauore incerta promisio sustinetur iuxta communem, p. 267. n. 14.

3. Dotis nomine, etiam ex falsa causa datum repeti non potest, p. 378. n. 9.
1. DOTALIA instrumenta, vt naturales legitimentur, quando necessaria, p. 41. n. 4. & 5.
3. Dotales res vsucapi possunt, p. 142. n. 4.
2. Dotales res æstimatæ, pleno integroque iure marito acquiruntur, p. 141. n. 6
2. Dotalis rei legatum valet, quoad æstimationē, p. 382. n. 45
2. Dotalem rē maritus pignorare potest, p. 142. n. 7
2. Dotales res etiam præter vxoris consensum â marito aliquando alienantur, p. 144. n. 16
2. Dotales res ex necessaria alienatione mariti & vxoris dominium effugere possunt, pa. 143. nu. 15.
2. Dotalium rerum dominium an maritus, an vxor habeat, disputatur, p. 142. n. 2.
2. Dotalem seruum maritus manumittere potest, p. 142. n. 8.
3. DVBITANS debeat, nec ne, qui soluit cōditionem habet, p. 186. n. 25
2. DVCERE, viris, p. 322. n. 36
2. DVODECIM in partes cur diuisio solemnis hereditatis fiat, p. 239. n. 5.
3. DVORVM reorum vna est obligatio, licet vnus purē, alter sub conditione constituatur, p. 252. n. 26. & 28.
3. Duo rei debendi alter purē, alter sub conditione constitui possunt, p. 231. n. 1.
3. Duo rei stipulandi, & promittendi qualiter constituantur, p. 227. n. 1.
2. DVPLEX causa priuilegij militaris, p. 177. num. 6.

E.

3. EBRIVS delinquens extraordinarie punitur, p. 157. n. 19
2. ECCLESIAE res si legetur valet legatum quoad æstimationem, p. 382. n. 47
1. EDICTA Prætorum curita dicerentur, pag. 27. n. 3.
1. Edicta Prætorum initio annua, deinde perpetua, p. 27. n. 4.
2. Edictum non faciendi testamentum prohibitorium est, p. 184. n. 9.
2. Edictum de testibus prohibitorium est, pa. 159. num. 3.
1. Edicto. D. Marci quin quēnali possessione dominus efficiebatur hodie statim, p. 132. n. 2
3. ELECTIO conditionem non admittit, pag. 109. n. 62.
2. Electione semel facta variare non licet, pa. 417. num. 2.
3. EMANCIPARE inuitum filium pater non potest, p. 59. n. 24.
2. Emancipari hodie instituendi vel exheredandi quemadmodum sui, p. 217. n. 10.
2. EMANCIPATIO capitis diminutio est, p. 310. n. 4.
3. Emancipatio actus legitimus ex ratihabitione pendere potest, p. 109. n. 57. & 59.
1. Emāncipatio qualiter olim celebraretur, p. 64. n. 3
1. Emancipatio hodiē quomodo fiat, p. 64. n. 6.
3. Emancipationis & patriæ potestatis differentiæ sublatæ sunt noua Iustiniani lege, p. 66. n. 2.
3. Emancipationis & patriæ potestatis differentiæ per Iustinianum sublatæ, p. 16. n. 23.
1. Emancipatione dissoluitur patria potestas, p. 63 num. 1. & p. 64. n. 8.
2. Emancipatione amittitur ius agnationis, p. 217. num. 6.
2. Emancipatione dissoluitur patria potestas, pag. 217. n. 4.
2. Emancipatione filij fam. militis eius status quoad bona castrensia non mutatur, p. 311. n. 18.
2. Emancipatione dissoluitur patria potestas, pag. 276. n. 7.
2. Emancipatione filij fam. eius testamentum non fit irritum, p. 310. n. 5. & p. 311. n. 18.
2. Emancipationis & patriæ potestatis sublatæ differentiæ ab intestato, non ex testamento, pag. 282. n. 65.
3. EMANCIPATVS nec hodie ex potentia suitatis hereditatem non aditam transmittit, p. 16. n. 26.
3. Emancipatus ab extraneo adrogatus, & ab eodē emancipatus, ad bona naturalis patris ex, cap. vnde liberi, ab intestato admittitur, p. 66. n. 7. & p. 67. n. 8.
3. Emancipatus qui extraneo se adrogandum dedit quasi filius nec ciuili nec Prætorio iure ab intestato patri naturali succedit, pag. 66. n. 1. & 4. & 7. & 10.
3. Emancipatus iure ciuili abintestato non succedebat, & quare? secus iure Prætorio, p. 15. nu. 21. & p. 16. n. 22.
3. Emancipatus licet hodie iure ciuili succedat tan quam suus, non tamen cum suorum qualitatibus, p. 66. n. 3.
2. Emancipatus ad similitudinem suorum hodie abintestato succedit, non cum qualitatibus suorum, p. 282. n. 66.
2. Emāncipatus poterit esse testis in eo testamento, in quo frater heres instituitur iure communi, p. 167. n. 5.
2. Emancipatus sui heredis iura non habet, p. 207. num. 5.
2. Emāncipata filia, aut alias sui iuris effecta propinquorum consensum requiebat, p. 321. n. 30.
2. Emancipatum quare admiserit Prætor, & quibus remedijs ex testamento & abintestato, p. 217. n. 7.
1. Emancipato filio tutor dari potest, pag. 67. n. 4. & p. 68. n. 11.
2. Emancipati cur iure ciuili non necessario instituendi, p. 217. n. 3.
2. Emancipati iure ciuili incogniti, iure Prætorio admittuntur præteriti per bonorum possessionem contra tab. p. 217. n. 1.
2. Emancipati instituti habent etiam bonorum possessionem contr. tab. p. 217. n. 2. & 8.
2. Emancipati si sint ab adoptiuo patre contra eius testamentū nō agūt, p. 218. n. 1. & p. 219. n. 6.
2. Emancipati iure ciuili iustum matrimonium contra voluntatem parentum contrahunt, p. 321. num. 18.
3. Emancipati succedunt hodie iure ciuili: & quis effectus? p. 16. n. 24.
3. Emancipati quamuis cum suis abintestato admittantur, non tamen cum eorum qualitatibus, p. 16. n. 25.
3. Emancipati, qui iure ciuili non succedunt, iure Prætorio admittuntur, ex testamento & ab intestato, p. 65. n. 1.
2. Emancipati nec hodie fit pupillaris substitutio, p. 282. n. 64.
2. EMERITA nobilissima in Lusitania Hispa

niæ ciuitas vnde sic appellata,p.97.n.3.
3. EMPHITEVSIS vnde dicatur,pag. 323. num.10
3. Emphyteusis origo,p.323.n.11
3. Emphyteusis definitio,& explicata sequentibus numeris,p.324.n.20
3. Emphyteusis pensio modica semper esse solet: non tamen ideo vitiabatur quod rei fructibus respondeat,p.328.n.46
3. Emphyteusis pensio quæ iusta dicatur, pa. 328. num.47.
3. Emphyteusis contractus an bonæ fidei, an stricti iuris,an nominatus,an innominatus sit, remissiuê,p.324
3. Emphyteusis à locatione qua præcipue nota separetur,p.325.n.30
3. Emphyteusis contractus iure ciuili inductus,pa. 324.n.21
3. Emphyteusis iuris ciuilis,secundum communẽ, p.329.n.55
3. Emphyteusis olim solũ in agris sterilibus, post modum etiam in fructuosis fit,p.324.n.19.
3. Emphyteusis in rebus immobilibus tantum consistit,p.325.n.24
3. Emphyteusis & locatio similes,p.323.n.2. & p. 325.n.29.& p.328.n.44
3. Emphyteusis & venditio similes,p.323.n. 3. & p.325.n.29.& p.326.n.31
3. Emphyteuseos contractus, vtrum Pandectarum iure cognitus,p.323.n.8.& p.329.n.55
3. Emphyteusis & feudum in multis similes,& qua tenus differant,p.328.n.48
3. Emphyteusis vtile dominium in accipientẽ transfert,p.324.n.23
3. Emphyteusis pensio (quæ in hoc contractu est necessaria)in quacunque re consistere potest, p.328.n.44
3. Emphyteuticus contractus primæua natura in perpetuum celebrabatur,p.324.n.15
3. Emphyteusis etiam ad vitam,vel per aliquas expressas generationes conceditur, pag. 324. num.18.
3. Emphyteusis cõtractus fit,cum prædium alicui perpetuo fruendum traditur, ita vt quandiu pensio præstetur nec heredibus eius conferri possit,p.321.n.1.& p.323.n.8
3. Emphyteusis priuata & secularis alicui, eiusque successoribus concessa,quibus libet etiam particularibus competit,p.5.n.17
3. Emphyteusis ecclesiastica alicui,successoribusq; suis concessa,non de particularibus,sed de vniuersalibus intelligenda,p.4.n.14
3. Emphyteusim qui concesit,rei dominus manet p.323.n.4.& n.seq.
3. EMPHYTEVTICARIVS fundus, & fundus vectigalis idem,p.324.n.13
3. EMPHYTEVTICA domus si combusta sit,an & tunc pensio soluenda sit,remissiue,p. 330.n.64.
3. EMPHYTEVTA dominus emphyteuticæ rei efficitur,cum communi,p.326.n.31
3. Emphyteuta in dominij recognitionem canonẽ antiquo domino soluit,p.325.n.28
3. Emphyteuta per constituta tempora canonem soluere debet,p.325.n.27.
3. Emphyteuta rem alienare irrequisito domino nõ potest,p.323.n.6 & p.327.n.39
3. Emphyteuta rei periculum non præstat,pa.323. n.9.& p.330.n.60.
3. Emphyteuta cessans in pensionis solutione expelli à domino potest,p. 323.n.7. & p.328.n. 44.& 49,
3. Emphyteuta quid reale soluere tenetur,pa. 325. num.26.
3. Emphyteuta nouo iure,licet rem irrequisito domino directo vẽdere non possit,an ex alia causa alienare eo incõsulto possit,p.327.n.41.
3. Emphyteuta vtilem vindicationem habet, pag. 326.n.34.
3. Emphyteuta rem alienans domino quinquagesimam pretij partem soluere debet,p.327.n.40.
3. Emphyteuta qui à Principe, vel fisco rem habet, dominus efficitur,p.326.n.35
3. Emphyteuta cessans in pensionis solutione expelli potest amittitque melioriationes, quas ex rei natura facere debuit,p.328.n.51.
3. Emphyteuta vt ratione cessationis expelli possit si priuati sit, per trienniũ,si Ecclesiæ per biennium cessasse necessarium est,p.329.n.52
3. Emphyteutam potuisse antiquo iure libere rem alienare,pluribus probatur,p.327.n.41.
3. Emphyteuta rei periculũ in se suscipere potest, p.330.n.61
3. EMPTIO & emptor,vnde dicantur,p. 291. num.4.
3. Emptionis definitio variê traditur, pag. 293. num.13
3. Emptionis communis definitio,p.293.n.14.
3. Emptio contractus est,p.293.n.15
3. Emptio contractus iuris gentium,p.293.n.16.
3. Emptio & venditio contractus est iuris gentium p.305.n.2.
3. Emptio contractus bonæ fidei quare dicatur,pa. 293.n.23.
3. Emptio contractus vltro citroque obligatorius, p.295.n.24
2. Emptio & venditio contractus bonæ fidei,pag. 209.n.45
3. Emptio & venditio contrahitur simul atque de re & de pretio conuenerit,& si nec res tradita, nec pretium numeratum, nec scriptura facta, nec cura data sit,p.295.n.1.
3. Emptio perficitur simul atque de pretio conuenitur,p.297.n.21.
3. Emptio sine pretio non est,p.493.n.17.
3. Emptio vno nummo non cõsistit,p.301.n.13
3. Emptionis contractus ab alijs distinguitur,quod in hoc pretium est de substantia,p.301.n.7.
3. Emptio probatur ex instrumento,in quo expressum est,certum pretium fuisse constitutum,p. 301.n.12
3. Emptio in arbitriũ certæ relictæ personæ a quo tempore perfecta sit,p.304.n.36
3. Emptio vtrum consisteret si res pro re daretur, valde fuit apud veteres dubitatum, pag. 305. num.7.
3. Emptio & venditio & pure & sub conditione celebrari potest,p.311.n 1.& 4.
3. Emptio contrahitur quoties ex materia sua vt aurifex certæ formæ speciem faciat conuentum est,p.330.n.1.& 8.
3. Emptio sub quacunque conditione celebrari potest,p.311.n.5.
3. Emptio conditionalis quoad indissolubilitatem perfecta statim est: quo ad obligationem imperfecta,p.311.n.3.
3. Emptio celebrata sub hac verborum conceptione,si intra certum tempus tibi displicuerit, pura est

ra est, pag. 311 num. 3
3. Emptio sine re quæ veneat consistit, p. 295. n. 2. & p. 296. n. 13
3. Emptio rei sacræ & religiosæ valet accessoriè, p. 136. n. 4. & p. 137. n. 16.
3. Emptio vtriusque contrahentis circa rem & pretium, consensum exigit, p. 293. n. 15.
3. Emptionis contractus multis modis & quibusdã veluti gradibus perficitur, p. 297. n. 10.
3. Emptionis contractus, qua ratione solo consensu perficiatur, p. 295. n. 7.
3. Emptionis verbum quamcunque alienationem comprehendi existimat communis, pag. 291. num. 5.
3. Emptionis venditionisque appellationibus vetes promiscuè vtebantur, p. 291. n. 2
3. Emptionis appellatio nullum olim contractum comprehendit, contra communem, & plures leges explicatæ, p. 292. n. 9.
3. Emptione celebrata, si res integra nõ sit discedere contrahentes non possunt, sed actus priori similis requirit, p. 299. n. 39.
3. Emptione in scriptis celebrata, si arrha data sit, resilire nõ licet: si emptor discedat arrhas perdet, si venditor duplum, p. 300. n. 43.
3. Emptione omnino perfecta rei traditione & pretij numeratione, si discedere velint contrahentes nouus alius contractus celebrandus est. Ex quo alia gabella solui debet, pag. 299. num. 40
3. Emptionem iuris gentium esse qua ratione dicatur, p. 306. n. 9.
3. EMPTOR qui pretium numerans rem accipit, p. 291. n. 3
2. ENVNCIATIVA verba non inducunt dispositionem, p. 263. n. 3. & p. 265. n. 14.
2. Enunciatiua verba regulariter non disponunt, p. 304. n. 24.
2. Enunciatiua verba disponunt per modum rationis prolata, p. 304. n. 25.
1. EPICHARMVS Poeta Comicus mulctatus ob carminis lasciuiam, p. 22. n. 19
1. EPHORI apud Lacedæmonios, pag. 4. num. 10.
1. EPIGRAPHES hæc in nomine Domini nostri Iesu Christi, in emendatioribus codicibus desiderantur, p. 3. n. 2
2. EPISCOPALIS dignitas liberat filiũ patria potestate, eum tamen suorum heredum iuribus non priuat, p. 346. n. 3. & 7.
2. EPISCOPVS filius fam. si præteritus sit paternum testamentum nullum dicit, pag. 346. num. 4.
3. EPISTOLA pro cautione sæpe accipitur, p. 166. n. 7.
3. Epistola contractus probatur, p. 207. n. 35.
3. Epistolis an credendum, remissiuê, pag. 288. num. 34.
1. ERA, verbum vnde originem duxerit, & sic dicta, late proponitur, p. 5. n. 13.
3. ERRANS rem suam non amittit, pa. 185. num. 6.
2. ERROR iniquitatem & iniustitiam parit & inde ius quod est æquum & bonum producere non potest, p. 164. n. 5
2. Error non facit quem desinere esse incapacem, siue inhabilem, p. 164. n. 3.
2. Error falsi tituli vsucapionem non præstat, cum distinctione, p. 130. n. 1. & 2.
3. Error in corpore vitiat contractum emptionis, & venditionis, p. 297. n. 16
2. Error in causa traditionis impedit dominij trãslationem, p. 109. n. 3.
3. Error in causa non impedit dominij trãslationẽ, p. 188. n. 39.
3. Error iuris in rei propriæ amissione, nemini nocet, p. 187. n. 33
2. Error communis facit ius, p. 164. n. 4.
2. EXCEPTIONES debent esse de regula, p. 159. n. 2
3. EXECVTIO rerum iudicatarũ, captis pignoribus etiam olim fiebat, p. 151. n. 6.
3. EXCEPTIO doli mali, quæ biennio elapso opponitur, in factum est, & dicitur etiam non num. pecun. p. 287. n. 29.
3. Exceptionis non numeratæ pecuniæ materia, remissiue, p. 282. n. 2.
3. Exceptio non numeratæ pecuniæ in solo mutuo locum habet, p. 176. n. 72
3. Exceptio non numeratæ pecuniæ quam actionẽ excludat, p. 178. n. 92
3. Exceptio non num. pecun. post biennium etiam opponitur, quam tunc reus probare tenetur, ex Accursio communiter recepto, p. 285. n. 13.
3. Exceptio non num. pecuniæ, quæ in modũ querelæ proponi potest, biennio circunscribitur, pa. 287. n. 28
3. Exceptio non num. pecuniæ nisi in causa mutui locum non habet, ex sententia Emanuelis Costa, p. 288. n. 33
3. Exceptionem non num. pecuniæ opponere intra biennium potest, qui spe futuræ numerationis pecuniam soluere promisit, pag. 283. num. 1.
3. Exceptione non numeratæ pecun. opposita intra biennium declinatur literarum obligatio, & transfert onus probandi in creditorem, pa. 284. n. 11
1. EXCVSATIO ab onere tutelæ quid sit? p. 85. nu. 2.
1. Excusationes plures qui habet, & proponit, si in vna deficit, alijs vti potest, p. 87. n. 1.
1. Excusant tria onera tutelæ, p. 85. nu. 8.
1. Excusat aduersa valetudo, p. 86. n. 10.
1. Excusat militia, p. 86. n. 15.
1. Excusat numerus quinque liberorum, pag. 85. num. 3.
1. Excusat absentia rei publicæ causa, pag. 85. num. 5.
1. Excusat lis noua inter pupillum & tutorem, pa. 85. nu. 7.
1. Excusat controuersia status, p. 86. n. 13.
1. Excusat ætas minor 25. ann. & maior, 70. pa. 86. nu. 14.
1. Excusat inopia & paupertas, p. 86. n. 9.
1. Excusant inimicitiæ inter tutorem & defunctũ, p. 86. n. 12.
1. Excusat diffusum pupilli patrimonium, pa. 86. num. 17.
1. Excusat pupilli gesta tutela, p. 86. n. 18.
1. Excusat adultæ coniugium, p. 86. n. 19.
1. Excusat imperitia literarum, p. 86. n. 11.
1. Excusat magistratus, p. 85. n. 6
1. Excusat administratio rerum fisci & ciuitatis, p. 85. n. 4.
1. Excusant aliquæ dignitates, p. 86. n. 20.
1. Excusant aliquarum disciplinarum possessiones p. 86. n. 16.

1. Excusantur aliæ personæ, quæ magis incapaces se esse perhibent, quam excusationem allegét, p. 86. n. 21
1. Excusatus falsis allegationibus ab honore & obligatione tutelæ non liberantur: sed tanquam falsarius puniri potest, p. 87. n. 1
3. EXECVTORIBVS testamentarijs tantũ modo relictis, nullo, neque ex testamento, nec abintestato vocato, vt vtrum legata conseruẽtur, iure communi & Regio, p. 146. n. 49
2. EXHEREDARE significat quem ab hereditate remouere, p. 204. n. 3
2. Exheredare, in hac tractatione, ad omnes parentes refertur, p. 314. n. 1
2. Exheredari posse filios iustas ob causas ê republica est, p. 319. n. 6.
2. Exheredari potest filia inter cæteros, p. 211. nu. 2. & p. 212. n. 12
1. Exheredari impubes non potest, pag. 290. num 2.
2. Exheredari an possit filia quæ contra parentis voluntatem nuptias contrahit, pag. 320. num. 11
2. Exheredari non potest filia quæ post, 25. ætatis annum, patre eam marito copulare recusante, in suum corpus peccauit, pag. 320. num. 10.
2. Exheredari potest filia ob turpem vitam, p. 320. num. 9.
2. Exheredari non potest filia quæ matrimonium sine parentis consensu contraxit, pag. 320. num. 18
2. Exheredari impubes, infans & posthumus etiam hodie potest, p. 293. n. 11
2. Exheredari potest pupillus doli capax & qui causam exheredationi potuit præbere, p. 292. nu. 18. & p. 293. n. 11
2. Exheredari potest filius propter aliam causam quam quæ â iure sunt expressæ, pag. 323. num 47.
2. Exheredari parentes, & ob quas causas â liberis possint, p. 325. n. 60.
2. EXHEREDATIO initium testamenti esse solet, p. 420. n. 4.
2. Exheredatio iustam causam requirit, pag. 213. num. 2.
2. Exheredatio nominatim facta quando dicatur, p. 211. n. 2.
2. Exheredationis causa quot testibus probanda, p. 324. n. 50.
2. Exheredatio non valet si causa ingratitudinis expressa non sit, p. 286. n. 19.
2. Exheredatio de omnibus filijs facta valet, si quis vnicum habet, p. 212. n. 7.
2. Exheredatio nec suitatem, nec patriam potestatem tollit, vt pluribus ostenditur, p. 283. n. 68
2. Exheredatio fieri sub turpi & contumelioso signo potest, institutio non ita, & quænt eius rei differentia, p. 212. n. 9.
3. Exheredatio non nisi ex iustis causis fit, in dicta que est ex superiori quadam ratione naturali, quæ eius successionis vincit, p. 10 n. 62.
2. Exheredatio res in extraneo inepta, pag. 204. num. 4.
2. Exheredatio est debitæ successionis, & hereditatis ademptio, p. 204. n. 2.
2. Exheredatio actus ciuilis excludit suitatem ciuilem etiam qualitatem, pag. 206. n. 9. & p. 207. num. 21.
2. Exheredatio tacita, quæ inducitur ex institutione heredis extranei, qua ratione filium non excludat, p. 206. n. 12.
2. Exheredationis causæ quæ, p. 319. n. 9.
2. Exheredationis causæ olim in arbitrio iudicis positæ, hodie certæ & expressæ sunt, p. 319. num. 7.
2. Exheredatio remouet liberos â parentum successione, p. 314. n. 2.
2. Exheredationis causæ antiquo iure in arbitrio iudicis positæ, p. 316. n. 16.
2. Exheredatio tollit patriam potestatem & suitatem, p. 276. n. 12. & p. 283. n. 68.
2. Exheredatio in re certa, siue parte hereditatis nõ trahitur ad totam hereditatem, p. 240. n. 13. & p. 241. n. 30.
2. Exheredationis pæna, & aliæ quæ imponuntur clandestinê contrahentibus an hodie post concilium admittendæ, p. 322. n. 44.
2. Exheredationis causa â quo probanda? pag. 323. num. 48.
2. Exheredatio inter cæteros, quæ & quibus verbis concipiebatur, p. 212. n. 12.
2. EXHEREDANDI potestas lege. 12. tabularum inducta, p. 315. n. 7.
2. Exheredandus filius nominatim, p. 211. n. 1.
2. EXHEREDATIS non datur bonorum possessio contra tab. p. 221. n. 4.
2. Exheredatis pupillaris substitutio fit, pag. 276. num. 11.
2. Exheredatis Prætor non succurit, p. 314. n. 3.
2. EXEMPLARIS SVBSTITVTIO, p. 262. n. 75.
2. Exemplaris substitutio quare inuenta, & sic dicta, p. 285. n. 4.
2. Exemplaris substitutionis definitio, pag. 285. nu. 5.
2. Exemplaris substitutio fit filijs quacũque ex causa testari non valentibus, p. 287. n. 26.
2. Exemplaris liberis tantum, quibus legitima debetur, fit non alijs, p. 286. n. 14.
2. Exemplaris exheredatis quoque fit, pag. 286. num. 17.
2. Exemplaris fieri non potest naturalibus filijs furiosis, p. 286. n. 15.
2. Exemplaris substitutio expirat liberis resipiscentibus, p. 284. n. 1. & p. 288. n. 36.
2. Exemplaris substitutio expirat resipiscentibus filijs, illisque ad furorem non redeuntibus, pa. 288. n. 36. & 38.
2. Exemplaris expirat si pater qui testamentum fecit aliud faciat, p. 288. n. 41.
2. Exemplariter substitui qui possint, pag. 287. num. 27.
2. Exemplaris, an matrem excludat remissiue, pag. 288. n. 34.
2. Exemplarem substitutionem mater non facit, si pater fecit, p. 285. n. 10.
2. Exemplarem substitutionem mater quoque facit & omnes ascendentes etiam materni & quare, p. 285. n. 6. & 8. & 9.
2. Exemplarem mater facit filijs illegitimis quibus legitimam relinquere debet. pag. 286. num. 16.
2. Exemplarem substitutionem parentes secundi gradus non faciunt, si primi fecerint, pa. 285. num. 11.
2. EXEMPLARIA qualia esse debent vt eis fides adhibeatur, p. 171. n. 2.

2. Exemplari simplici, nulla fides adhibetur, pag. 171. n. 5
3. EXPRESSA voluntas facit tacitam & præsumptam cessare, p. 5. n. 22
1. Expressum præfertur tacito, p. 269. n. 9
3. EXPROMISSORES, qui? pag. 276. num. 4.
1. EXTENSIO de casu ad casum admittitur, vbi est eadem ratio, p. 291. n. 12.
1. EXTRANEVS HERES quis in hac tractatione dicatur, p. 225. n. 9.
2. Extraneus heres testamenti, mortis aditionisque tempore institutionis capax esse oportet, pag. 347. n. 1. & 7.
1. Extranei heredes sunt testatoris iuri non subiecti, p. 346. n. 1. & 5.
1. Extranea persona quærere nobis nihil potest, pa. 149. n. 1.
1. EXTRAORDINARIVM remedium conceditur, quando ordinarium competit, pa. 330. n. 10.
3. Extraordinaria iudicia quæ, pluribus demonstratur, p. 157. n. 17.

F.

FACERE dicitur etiam qui dat, qui loquitur, p. 208. n. 45.
2. Facere quis, præcise compelli quis potest, pag. 417. n. 2.
3. Facere compelli quis præcise potest, pag. 226. num. 6.
3. Facere verbum quis præcise compelli possit? pa. 225. n. 1. & p. 226. n. 2.
3. FACTA non præsumuntur, p. 266. n. 5.
2. Facta legari possunt, p. 417. n. 1.
3. Facta personis cohærent, p. 233. n. 5.
3. Factum promittens si non faciat, præstat interesse, p. 141. n. 27.
1. FALCIDIA Vnde dicta, p. 427. n. 3.
2. Falcidia quid sit, p 427. n. 2.
2. Falcidia lex, & eius primum, & secundum caput p. 430. n. 21. & 22. & 23.
2. Falcidia lex testatorum gratia inducta fuit, pag. 430. n. 26.
2. Falcidia heredis gratia inducta, p. 429. n. 5. & p. 432. n. 40.
2. Falcidiæ legis primum & secundum caput, pag. 434. n. 62.
2. Falcidia ipso iure resecat legata, pag. 439. num. 8.
2. Falcidiæ rationem æs alienum antecedit, p. 441. num. 1.
2. Falcidiæ rationem pretia manumissorum seruorum antecedat, p. 443. n. 16.
2. Falcidiam non detrahit heres qui tacitam fidem de restituendo incapaci accommodauit, pag. 450. n. 23.
2. Falcidiæ appellatio vtrum propriè Trebellianicam complectatur, p. 466. n. 38.
2. Falcidia & Pegasiana ab intestato, an deducantur, p. 477. n. 4.
2. Falcidia an cesset ex tacita testatoris voluntate, p. 434. n. 58.
2. Falcidiæ in ratione deducitur a testatore heredi debitum, p. 441. n. 3.
2. Falcidiæ testatorum causa inducta, pag. 437. nu. 2.
2. Falcidiæ ratione vnum tantum quadrantem heredes omnes licet plures sint retinent, p. 437. nu. 3. & p. 438. n. 9.
2. Falcidiæ beneficium substitutis etiam prodest, p. 437. n. 4. & p. 438. n. 10.
2. Falcidia in dote prælegata, neque in instrumentis dotalibus non admittitur, pag. 429. nu. 12. & p. 436. n. 71.
2. Falcidia ex legatis pijs non detrahitur, p. 429. nu. 10. & p. 431. n. 31. & p. 432. nu. 41. & pag. 436. n. 69.
2. Falcidiam heres, qui integra legata soluit, retinere non potest, pag. 429. nu. 9. & pag. 436. nu. 68.
2. Falcidia in militis testamento locum habet, quãdo ipse confecit inuentarium iuxta communẽ, quæ tamen reprehenditur, p. 433. n. 51.
2. Falcidia locum habet iure communi, etiam vbi legata non adita hereditate conseruantur, & sic etiam abintestato, p. 431. n. 37.
2. Falcidia in singulis heredibus locum habet, pag. 437. n. 1. & 5.
2. Falcidiæ in ratione ea tantum imputantur quæ iure hereditario capiuntur: secus in Trebellianicæ & eius discrimen, p. 438. n. 12.
2. Falcidiæ quartæ in subducendæ, ratione mortis testatoris tempus expectandum, p. 439. n. 1.
2. Falcidia ex rebus alienari prohibitis non detrahitur, p. 429. n. 11. & p. 436. n. 70.
2. Falcidia impositus fuit modus legatis, restricta ampliſsima legandi potestate legibus, 12. tabul. concessa, p. 428. n. 1.
2. Falcidiam prohibere testator potest, p. 429. nu. 7. & p 433. n. 53. & p. 435. n. 63.
2. Falcidiæ legis beneficium non habet heres, qui in inuentario non facto hereditatem adijt, pa. 429. n. 6. & p. 435. n. 64
2. Falcidia in militis testamento locum non habet, p. 429. nu. 4. & p. 432. n. 30. & p. 432. nu. 44. & p. 433. n. 51.
2. Falcidia in legatis seruorũ, qui postea manumittendi sunt, locum non habet, p. 429. n. 13.
2. Falcidiæ legis sententiam, authoritatem & effectum, qui prosequantur, p. 428. n. 2.
2. Falcidiam ex legato filio relicto extraneus heres non deducit, p. 429. n. 8. & p. 435. n. 67
3. Falcidia vtrum hodie locum habeat remissiuẽ, p. 145. n. 43.
2. Falcidia an hodie iure Regio Hispano attẽto ne cessaria sit, p. 430. n. 27.
2. Falcidia lex iure Regio Hispano Partitatum probata, p. 431. n. 36.
3. FAMILIA aliquando eos comprehendit qui eiusdem generis sunt, & si non sint agnati, pa. 130. n. 83.
3. Familiæ per masculos conseruantur, non per fœminas, p. 68. n. 1.
3. Familiæ erciscundæ iudicium quando & quibus detur remissiuẽ, p. 376. n. 11.
3. FAMVLI, Institores, Cauponæ, Pharmacopolæ & id genus alij, nisi intra triennium quod eis debetur petierint, obstat eis postea exceptio, p. 285. n. 17.
2. FEVDORVM cõsuetudines extra feudorũ causas, authoritatem non habent, p. 324. n. 51.
2. Feudi natura fructus restitui non patitur, pag. 357. n. 52.
3. FEVDATARIVS non reale, sed personale seruitium præstat, p. 325. n 25.
3. FENESTELLAE liber suppositicius est,

pag. 106. num. 11.
2. FERA an eo ipso quod à me vulnerata sit, quamuis non capta mea fiat? pag. 95. num. 4. & 7.
3. FERD. MENDOZA noua opinio reiecta p. 311. n. 6
2. Ferd. Menchaca lapsus, p. 461. n. 45
2. Ferd. Mendoça defendens donationem contractum esse reijcitur, p. 134. n. 18
3. FICTIO nascitur ex æquitate, nec cum tertij præiudicio admitti potest, p. 26. n. 15. & p. 29 num. 40
2. Fictio cedit veritati, p. 300. n. 8
2. Fictio naturam imitatur, p. 242. n. 31
2. Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero, p. 300. n. 5.
3. Fictio duplex circa eandem personam siue rem nunquam admittitur, p. 267. n. 16
2. Fictio legis Corneliæ, & postliminij, pag. 202. nu. 5.
1. Fictio legis Corneliæ: & fictio postliminij quid inducant, p. 63. n. 3
2. Fictiones legis Corneliæ & postliminij hodie in vsu, p. 202. n. 9
2. FIDEICOMMISSARIVS, idem quod heres nouo iure, p. 168. n. 3
2. FIDEICOMMISSA etiam nutu, & signis relinquuntur si testator loqui non potest, p. 173. n. 12
2. Fideicommissa extra testamentum relinqui potuerunt, etiam ab intestato, pag. 236. num. 20.
2. Fideicommissa olim a fide & pudore heredis pendebant, in necessariam tamen præstationem postea abierunt, p. 236. n. 19
2. Fideicommissariæ substitutionis materia remissiue, p. 299. n. 2
2. Fideicommissa iure Digestorum vtrum efficaciter peti possent, p. 448. n. 24
2. Fideicommissa, quæ nuda voluntate relinquuntur, nuda quoque tolluntur, p. 416. n. 34
2. Fideicommissa olim incapacibus relinqui poterant, hodie non posse, p. 449. n. 30
2. FIDEICOMMISSVM vniuersale, & singulare fieri potest, pure in diem, & sub conditione, p. 451. n. 1. p. 454. n. 23
2. FIDEICOMMISSARIVS cui pure relictum est fideicommissum illud transmittit, etiam non restitutum, & quare, pag. 460. nu. 37.
2. Fedeicommissarium aliquando heredis, aliquando legatarij loco esse, quomodo accipiendum. p. 470. n. 2
2. Fideicommissa quibus verbis relinqui in vsu maxime fuerit, p. 48. n. 1
2. Fideicommissa ex quibuscunque verbis valent, & ex coniecturis inducuntur, quæ remissiuè proponuntur, p. 484. n. 2
2. Fideicommissarius hereditatem adire compellere toties heredem potest, quoties actionũ transfusio datur, p. 471. n. 5
2. Fideicommissaria libertas quando alieno seruo imponenda, elegans distinctio, pag. 483. num. 4.
2. Fideicommissaria libertas proprij serui cur sustineatur, p. 483. n. 3
2. Fideicommisso non potest quis plus grauari quã a testatore habuit, p. 482. n. 2
2. Fideicommissum non solum rei testatoris, sed & heredis & legatarij, & fideicommissarij relinqui potest, p. 482. n. 1
2. Fideicommissa etiam exminus solemni voluntate præstanda, ex heredis confessione, & ex n. 5. cũ sequent. de huius rei vna ratione, pag. 479. num. 1.
2. Fideicommissum restitui filio fam. & seruo etiã sine patris, aut domini iussu potest & quare, p. 458. n. 21
2. Fideicommissum à legato quatenus distet, pag. p. 481. n. 2
2. Fideicommissum singulare ab herede, legatario, fideicommissario relinqui potest, pag. 482. num. 1.
2. Fideicommissarius, an heres sumptus in hereditarijs rebus conseruandis soluere debeant, remissiue, p. 475. n. 22
2. Fideicommissarius particularis cogere heredem hereditatem adire recusantem anposit, p. 475 n. 4. & p. 476. n. 5
2. Fideicommissa minus solemni testamento relicta à legitimis heredibus cur non præstentur, p. 479. n. 11
2. Fideicommissa ab intestato vtrum remotiores etiam heredes præstent? p. 479. n. 12
2. Fideicommissa ab intestato relinqui possunt, & quare, p. 477. n. 1. & p. 478. n. 8.
2. Fideicommitti à fideicommissario etiam potest, & à quocunque qui à testatore honoratus est, p. 477. n. 3
3. Fideicommissario actiones vtiles, quæ competunt, an ciuiles, an vero Prætoriæ sint, p. 458. num. 27
2. Fideicommissario nec sepulchrorum, nec patronatus iura competunt, p. 457. n. 20
2. Fideicommissarius qui defuncti necẽ non vindicauit, fideicommisso priuatur, pag. 457. num. 19.
2. Fideicommissarius loco heredis est, vnde statutum loquens in herede ad fideicommissarium vniuersalem extendi potest, p. 456. n. 12. & p. 457. n. 13. & p. 461. n. 45
2. Fideicommissarius transmittit hereditatem ex potentia iuris deliberandi, p. 457. n. 15
2. Fideicommissario competit beneficium Edicti, D. Adriani, p. 457. n. 16
2. Fideicommissum vbi in testamento relinquitur, heres quare sit necessarius, p. 452. n. 7
2. Fideicommissum, quando institutus non adijt, legitimi heredes soluere non debent, iure communi, secus iure Regio, pa. 452. n. 8. & p. 454. num. 19
2. Fideicommissum qui incapaci restituere palam rogatur, illud retinere si fidem non accõmodauit recte potest, p. 450. n. 32
2. Fideicommissa à nuda defuncti voluntate pendent, p. 851. n. 3. & p. 454. n. 21
2. Fideicommissaria substitutio non est proprie substitutio, p. 261. n. 71
2. Fideicommissa sola nud. voluntate conualescunt, quia quasi nunc data existimantur, pag. 195. n. 97
2. Fideicommissarij particulares testes idonei in testamento non vero vniuersalis & quare, pag. 169. n. 14.
2. Fideicommissa initio infirma, vsque ad tempora D. Augusti. p. 445. n. 1. & late, pag. 446. ex num. 9.
2. Fideicommissorum materiam qui explicuerunt,

runt, pag. 444. num. 12
3. Fideicomissi definitio, p. 443. n. 2
1. Fideicomissa quatenus à legatis differant, pag. 443. n. 2. & 5. & 6
2. Fideicommissa quare sic appellata, pag. 443. num. 3.
2. Fideicommissa iure naturali gentium inspecto valere, p. 445. n. 2. & p. 447. n. 16.
2. Fideicommissa alia vniuersalia, alia particularia, p. 444. n. 9
2. Fideicommissaria hereditas quæ dicatur, p. 444. num. 10
2. Fideicommissa cur necessitatem non inducerēt olim, p. 446. n. 9
2. Fideicommissa leg. 12. tabularum, confirmari videntur, p. 445. n. 4
2. Fideicommissa à D. Claudio ad iuris necessitatem redacta, pag. 445. n. 6. & p. 447. n. 17. & quare, n. 19
2. Fideicommissorum cognitionē Romæ consules quando haberent, p. 447. n. 18
2. Fideicommissarius Prætor appellatus qui de fideicommissis ius dicebat, p. 447. n. 17
2. Fideicommissio subiecta si ab ignorante emantur, quamuis alienari prohibita sint, quare acquirantur, subtilis ratio, pag. 446. num. 13
2. Fideicommissarius quis sit, pag. 444. num. 12. & 11.
2. Fideicōmissa etiam ab intestato relicta quinque testium numerum desiderant, p. 480. n. 3
2. Fideicommissa etiam ex testamento imperfecto quando debeantur, p. 453. n. 16
2. Fideicommissarius restituta sibi hereditate non habet dominium directum sed ius dominio proximum, quod nostri, vtile dominium appellant, p. 459. n. 34
2. Fideicommissa etiam ab intestato relinquūtur, p. 451. n. 2. & p. 454. n. 20
3. FIDEIVSSOR cuicunque obligationi accedit naturali, ciuili, naturali & ciuili simul, pa. 277. n. 1. & 5.
3. Fideiubere pro absentibus, & ignorantibus possumus, p. 258. n. 19
3. Fideiussor naturali obligationi accedit, p. 257. num. 6
3. Fideiussores quare sic dicti, p. 276. n. 2
3. Fideiusionum, & fideiussorum multæ species, p. 376. n. 4
3. Fideiussor in causa criminali vbi corporalis pœna imponenda est, interuenire non potest, secus si pœna alia infligenda sit, pag. 277. num. 6
3. Fideiussor pro furioso interuenire potest, pag. 277. n. 3
3. Fideiussores alieno nomine ex sua tamen persona obligantur, p. 276. n. 3
3. Fideiussores iure Regio Hispano ita demum in solidum tenentur, si nominatim, & expresse ita cautum sit non si simpliciter, pag. 280. num. 17
3. Fideiussores tutorum in solidum ipso iure tenentur, p. 281. n. 19
3. Fideiussor in plus quam principalis obligari non potest, in minus potest, pag. 281. num. 1.
3. Fideiussor quod pro reo principali soluit actione mandati consequitur, pagi. 282. num. 13
3. Fideiussor pro dotis constitutione non tenetur, p. 277. n. 2. & 7.
3. Fideiussores si sint plures singuli insolidum tenentur: sed ex epistola. D. Adriani diuidetur pro virili inter eos obligatio, pag. 279. num. 1
3. Fideiussoria obligatio accessoria non est, pag. 279. n. 3
3. Fideiussor tam præcedenti, quam futuræ obligationi accedit, p. 279. n. 1.
3. Fideiussoria obligatio transit ad heredes, pag. 278. n. 1. & 3.
3. Fideiussor ciuili obligationi efficaci accedit, inefficaci non ita, p. 278. n. 18.
3. Fideiussor ante reum principalem conueniri nō potest, p. 352. n. 4. & 6.
3. Fideiussor pro seruo interuenire potest, p. 278. num. 15
3. Fideiussor naturali obligationi quando accedit, p. 278. n. 14
3. Fideiussor in duriorem causam, quam principalis non obligatur, efficacius tamen obligari potest p. 278. n. 13
3. Fideiussor etiam ante matrimonium, & eo constante pro dotis restitutione dari potest contra communem, p. 277. n. 11
3. Fideiussor pro dote promissa dari potest, pag. 277. n. 10
3. Fideiussor pro dotis restitutione, soluto iam matrimonio constitui potest, p. 277. n. 9
3. Fideiusio iure ciuili non nisi stipulatione interponebatur, iure Regio nudis etiam verbis, p. 282. n. 1.
3. Fideiusio Græce etiam interponi potest, pag. 282. n. 1.
3. Fideiussor antequam soluat agere aliquando potest, remissiue, p. 282. n. 4.
3. Fideiussor qui soluit creditorem compellere potest cedere actionem aduersus reum & confideiussores, p. 282. n. 3
3. Fideiussor poterat conuenīri olim antequam reus principalis, hodie secut nisi beneficio excussionis renunciauerit, pag. 280. num. 14.
3. FIDEM alienam magis sequitur qui dominiū in alium transfert, p. 171. n. 24.
1. FIDVCIARIVS tutor quis sit, pa. 75. n. 1. & 3.
1. Fiduciarius tutor, id est, fideicommissarius tutor, p. 76. n. 4.
1. Fiducia in emancipatione quomodo fieret, pag. 64. n. 5.
3. Fiducia cum eo patre quomodo olim contraheretur, p. 75. n. 2.
1. Fiducia in mancipatione cum semper contracta intelligatur, pater semper est legitimus tutor filij impuberis emancipati, pa. 75. num. 3.
3. FISCO vacantia bona occupante, vtrum additioni bonorum sit locus, p. 147. n. 57.
3. Fiscus qui bona vacantia occupat vtrum legata & libertates conseruare teneatur, pag. 146. num. 52.
2. FILIVS FAM. quidquid acquirit, patri acquirit, p. 147. n. 1.
1. Filius adrogatus quartam habet in bonis adrogati tamquam æs alienum, p. 55. n. 36. & 37.
2. Filio adrogato querela contra adrogati patris testamentum non datur, pag. 330.

n.5.&p.331 n.18
2. Filius familias testari etiam patre permittente non potest,p.136 n.19
1. Filius adrogatus cum duobus testamentis an decedere possit late disputatur,p.51.n.28
2. Filius fam.qui de peculio testatur,patrem hodie non excludit,p.193.n.76
2. Filius fam nouo iure vsumfructum tantum patri acquirit,p.147.n.2
1. Filiorum appellatione,filiabus & posthumis tutor datur,p.70.n.1.& 2.
2. Filius fam.miles in castris iure militari testatur, p.178 n.7 & p.179.n.10
2. Filius fam.testatur de castrensibus & quasi castrensi ex Principum indulgentia, non ex permissione peculij,p.192.n.72
2. Filius fam.habilis est ad donandum si bona haberet,p.192.n.68
2. Filius fam.cum donat causa mortis,patrem donare censetur,p.192.n.67
2. Filius fam.quare donare causa mortis sine patris consensu non possit,p.191.n.64
2. Filius fam & si bona habeat,non tamen liberam administrationem,p.191.n.59
2. Filius fam.ciuis Romanus,p.190.n.54
2. Filius fam.miles post missionem iure communi esttatur,p.178.n.6
2. Filius fam. non testatur quia ei concessum non fuit,p.190.n.53.
2. Filij & filiæ in potestate,posthumi & posthumæ institui necessario hodie iam debent, vel nominatim exheredari alias testamentum nullum est,p.219.n.1.
1. Filio adrogato ita demum substituitur ex Vlpiano in l.2.§.sed si extraneum. D. de vulgari,si institutus sit,eius autem intellectus,p.47.nu. 15.&p.50.n.24
1. Filius exheredatus adrogatus non agit querela inofficiosi testamenti,51.n.25
2. Filia præterita quare testamentum valet, posthumæ autem agnatione rumpitur, pag.214. num.14
2. Filius matri, auo materno, & etiam patri, si eum emancipauerit testis esse potest, pag. 167.n.6.
2. Filius in potestate & suus heres patri,pag.206. num.6.
2. Filia suus heres est patri, quemadmodum filius, p.107.n.14
2. Filia & nepotes liberi non præcise, quamuis sui heredes sint,minorem tamen suitatem habent, & quare,p.207.n.17
2. Filius tribus emancipationibus liberatur â patria potestate, filia & nepos vnica, pag 207. num.18
3. Filius natus ex coitu inter affines in tertio, & quarto gradu ex copula fornicaria, naturalis est & patris & matris respectu,p 49.n.28
3. Filius ex ea quæ proprio seruo se immiscuit, quæ capitaliter plectitur,matri non succedit, pag. 50.nu.31
3. Filius ex adultera muliere natus matri non succedit,p.48.n.17
3. Filius ex muliere quæ cum Iudæo,vel Mahometico coit matri non succedit,quia is coitus pœna mortis naturalis punitur,p.49.n.29.
2. Filio fam. præterito testamentum est nullum, nec conualescit,& si viuo patre decedat, pag. 205.n.1,& p.206.n.4
2. Filius certo iudicio,non coniecturato excludi debet,p.207.n.14
2. Filius in potestate qua ratione necessario heres institui,aut exheredari debeat iuxta communem,p.206.n.5
2. Filius cui â patre legatum, aut fideicommissum relictum est,oblitus dici non potest,pag.207. num.17.
2. Filius quidquid acquirit patri acquirit iure Pandectarum,p.177.n.17
2. Filius vna veluti persona cum patre, pag. 177. num.18.
2. Filius fam.minoribus ordinibus initiatus iure communi testari potest.p.193.n.81
2. Filius fam. qui bona habet pro anima sua quid iure communi relinquere poterat, pag.193. num.79
3. Filius ex adultero & soluta matri succedit,& quare p.48.n.20.& 21
3. Filij vulgo quæsiti,matri eiusque propinquis ex cap.vnde cognati succedunt,p.85.n.1
3. Filius ignorante patre hereditatem adire non potest,p.107.n.31.
2. Filius necessario instituidebet heres, & nouo & antiquo iure attento,& late,pag.330.num.6. & p.332.n.19
2. Filius naturalis contra testamentum patris non succedit,p.330.n.3.
2. Filius sub conditione casuali institui non potest, p.260.n.52.
2. Filius in eo quod accipit vltra legitimam rectè potest grauari,p.266.n.19
2. Filius institutus in hereditate paterna, non potest legitimam agnoscere, & reliquum repudiare p.265.n.17.
2. Filius citra edicti, si quis omissa causa &c. pœnam potest hereditatem repudiare,si legitimè onus fuerit iniunctum vel substitutum habeat p.281.n.49
3. Filij propter parentum delicta puniuntur in aliquibus delictis,p.64 n.8.
3. Filij incestuosi matri succedere possunt, nisi ex eis qui primo gradu coniũguntur nati sunt, p. 48.n.22.
3. Filij ex damnato & punibili coitu nati nec patri nec matri iure communi succedunt, p.52. num.2.
3. Filij clericorum adulterini, & incestuosi appellantur,p.53.n.3.
3. Filius natus ex congressu famuli cum domina sua,vel cum filia, aut consanguinea vel affine domini sui,an matri succedere possit? pa. 50.n.32.
3. Filij clericorum serui & mancipia ecclesiæ,cuius pater est minister,quando,p.51.n.5.
3. Filius ex muliere raptum committente, cui pœna mortis infligitur,matri non succedit,p.49. num.30.
3. Filius fam.ex voto non obligatur,& quare,pa. 181.n.118.
3. Filius fam. voluntatem an habeat, pag. 108. num.46.
3. Filius fam.fideicõmissi restitutionem etiam sine patre petit,p.108.n.49.
3. Filius fam. ex mutuo quamuis obligetur obligatio nulla dicitur, propter perpetuam exceptionem senatus cons. Maced. pag. 181. num.117.
3. Filius fam.cum patre aut alio fratre in eadem

dem familia existente contrahens naturaliter tantum obligatur,p.181.n.119.
3. Filius fam. ex omnibus causis tãquam pater fam. obligatur,p.181.n.110.
2. Filij fam. iure ciuili iniussu patris matrimonium contrahere non poterant,p.410.n.34.
3. Filius an sibi an patri stipuletur nihil refert, pag. 143.n.6.
3. Filius fam. obligationis commodũ quando vsum fructum patri quærit, remissiue, pag.379.numero.1.
3. Filius iniussu eius in cuius est potestate hereditatem adire non potest,p.76.nu.6.
2. Filia & nepotibus præteritis validum erat testamentum vsque ad Iustiniani tempora, p.339. num.4.
3. Filius fam. ex omnibus causis tanquam pater fam. obligatur,pa.255.nu.20.
3. Filius fam. impubes nec authore quidem patre obligatur,pa.261.n.16.& 19.
2. Filio suo herede præterito ab initio testamentum inutile secus in alijs suis heredibus, vsque ad Iustinianum,pa.342.nu.28.
2. Filius fam. contrahere potest,p.186.n.1.& pa. 187.n.14.& p.188.n.18.
2. Filius fam. is est,qui ex iustis nuptijs procreatus sub patris potestate est,p.187.nu.15.
2. Filius fam. est qui adoptione, vel adrogatione sub nostra constituitur potestate,pagina.187. num.16.
2. Filius fam. de bonis Castensibus testatur, pag. 186.num.4.& pag.192.n.69 & 70.
2. Filius fam de bonis quasi Castrensibus testatur, p.186.n.5.& p.192.n.70.
2. Filius fam. donare causa mortis potest patris accedente voluntate,pag.186.num.2.& pa. 191. num.64.
2. Filius fam. ad pias causas testatur,pag.186.n.6. & pag.193.n.78.
2. Filius fam. sacris ordinibus insignitus liberè testatur,p.186.n.7.& p.194.nu.80.
2. Filius fam. in tertia hac parte non potest præiudicare patrem in vsufructu,p.195.n.102.
2. Filius fam. quare iure ciuili non testetur. late disputatur,pa.188.n.18.
2. Filius fam. si testamentum fecerit. & sui iuris decedat,an testamentum conuales cat,p.187.n. 12.& p.195.n.96.
2. Filius fam. in bonis aduentijs, in quibus & proprietatem,& vsumfructum habet,an possit testari,p.187.n.13.& p.195.n.98.
2. Filius,qui ita appellatur,quia matrem habet, pa. 187.n.18.
2. Filius & si abstineat,nomen heredis non ponit, pa.273.n.4.
2. Filij hereditas diuersa ab hereditate patris, pag. 274.n.11.
2. Filius vna cum patre veluti persona est,in princ. pa.274.n.15.& 18.
2. Filio facta si sit vulgaris an vtrumque casum cõprehendat,p.267.n.27.
2. Filius sua contemplatione institutus existimatur,pa.266.n.23.
2. Filius fam. post missionem si testetur,nec patrem nec fratrem testes habere potest, pagina.166. num.4.
2. Filio in potestate præterito datur bonorum possessio contr.tabul.p.209.n.36.
2. Filius fam. contrahere potest,pa.189.nu.37.
Filius fam. paganus testatur dequasi castrensi peculio,pag.183.n.3.
2. Filius fam. codicillos facere non potest,pa.188. nu.21.& 27.
2. Filius fam. qui testatur & liberos non habet, de tertia solum modo bonorum suorum parte disponit,p.195.n.101.
2. Filius fam. non testatur, quia familiam non habet quam heredi relinquat,pa.191.n.62.
2. Filio in potestate præterito datur bonorum possessio contr.tabul.contra superficiem & lignũ testamenti,pag.209.n.37.
2. Filia fam præterita valet testamentum & admittitur filia per ius accrescendi ad certam portionem,p.205.nu.2.
2. Filia poterat inter cæteros exheredari, pag.205. num.3.
2. Filius fam. iam hodie iure nouiori Hispano testatur perinde ac si sui juris esset, pagina.195.numero.100.
Filij non sunt sui heredes matri,p.121.n.3.
2. Filius fam. hodie potest etiam patre inuito mortis causa donare,pa.137.n.21.
1. FAELICES qui animi virtute & excellentia rerum diuinarum & humanarum causas cognoscunt,p.9.n.24.
1. Fœlices quibus ad vota omnia succedunt, pag. 9.num.25.
1. Fælices quare imperatores appellati,& quis eorũ primus hoc cognomen reliquis Imperatoribus veluti hereditarium reliquerit,p.9.n.26.
2. FOEMINAE citius perueniunt ad illam prudentiam quæ illis contingit, pag.197.numero.11.
3. Fœminas admisit Prætor per bonorum possessionem vnde cognati,p.72.nu.10.
2. Fœminæ semper sub perpetua tutela, pag.197. num.10.
Fœminæ in codicillis testes esse non possunt, pa. 492.nu.10.
3. Fœminis iure agnationis (nisi sorores essent) successio non deferebatur,p.72.n.9.
Fœminis Iust. quale ius in successione tribuerit? p.72.nu.11.
1. Fœmina,quæ seruum manumisit impuberem eius tutrix non est,p.74.n.3.
2. Fœmina filios in potestate habet, pag. 276.numero.5.
1. Fœmina tutrix,aut curatrix esse non potest, pa. 74.n.4.
3. Fœminæ quamuis olim iure agnationis generaliter non succederent,id in sororis filijs limitabatur qui ex capite cognatorum, ad agnatorum caput, translatæ cum eis admittebantur, pag. 72.num.1.
3. FOENVS alocatione quatenus differat,p.314 nu.24.
2. FORMA pupillaris substitutionis,cum singulis liberis,vel qui eorum nouissimus morietur fit,p.296.n.3.
3. FORI leges obseruãdæ,quatenus sunt in vsu, pag.32.n.5.
1. FLAVIVS, quare Imperator Iustinianus dicatur,p.7.n.11.
1. Flauiorum cognomen Regibus Gotthis commune ex quorundam sententia,p.8.n.12.
2. FLVMINA, portus, & ripæ iuris publici sunt,p.92.nu.1.
2. Flumina quæ sint publica, & ex quibus aquam ducere

ducere liceat, pagina. 92. numero 2.
3. FRATRES & collaterales, liberis aut parentibus non extantibus tertio admittuntur, pa. 93. n. 5.
3. Frater & soror qualiter ab intestato admitterentur, remissiue, p. 78. n. 8.
3. Fratres vtrinque coniuncti, eis qui vno ex latere sunt præferuntur, p. 93. n. 6.
3. Fratrum qui vtrinque coniunguntur filij, eodem iure quo parentes succedunt, pag. 93. numero. 7.
2. Fratres patrueles qui dicãtur & an necessario substituendi, p. 288. n. 33.
3. Fratribus, fratrum ve filijs non extantibus suo ordine proximiores agnati, siue cognati admittũtur, p. 94. n. 10.
3. Fratrum præmortuorum filij cum patruis simul succedunt, p. 94. n. 9.
3. Fratrum filij cum patruis in stirpes non in capita succedunt, p. 22. n. 22.
3. Fratribus vtrinque coniunctis, eorum ve filijs nõ extantibus, qui ex vno latere veniunt vocantur, p. 94. n. 8.
2. Fratribus & sororibus querela inofficiosi datur turpi persona â fratre instituta, pagina. 327. num. 84.
2. Fratres furiosi substituendi, prælatis consanguineis, vterinis & de aliorum prælatione in hac substitutione, p. 288. n. 28.
2. Frater fratri ab intestato succedit, p. 186. n. 9. & p. 194. n. 86.
2. FRAVS pœnam aut damnum significat & sine fraude capere, est impune capere, pag. 430. nu. 14. nu. 86.
2. FRENETICI, dementes, & mente capti nõ testantur, p. 198. n. 4.
3. FRVCTVS naturaliter dicuntur, quidquid in fundo nascitur, ciuiliter quod deductis expẽsis supereſt, p. 344. n. 7.
2. Fructus an distinguantur ab vsufructu, pag. 119. nu. 11.
2. Fructus quotidie nascitur & quotidie constituitur p. 131. n. 6.
2. Fructus alij sunt naturales, alij industriales, alij ciuiles, p. 105. n. 7.
2. Fructus quos quis sua opera & industria expresit suos facere æquum est, p. 105. n. 1.
2. Fructus ex persona petitoris æstimandi sunt, pag. 107. n. 18. & 20.
Fructus non iure seminis, sed soli percipiũntur, p. 104. n. 3.
2. Fructus percepti tantummodo restituendi in hac minori restitutione contra communem, pag. 357. n. 53. & 54.
2. Fructibus maturis, si distractus sit fundus, fructus ad emptorem pertinent, p. 108. n. 3.
3. FVNCTIONEM res recipere, eas alias aliarum vice fungi, eiusque locum subire, pa. 172. num. 17.
2. FVNDI appellatione proprietas & vsusfructus continetur, p. 120. n. 5.
2. Fundo instructo legato, alienato, an, & instrumentum debeatur, p. 416. n. 4.
2. FVNERARIAE actionis priuilegij ratio, pag. 441. n. 5.
2. Funeraria actione, quod in defuncti morbum & infirmitatem expensum est, recuperari potest, p. 442. n. 14.
2. Funeris impensa ante Pegasianum vtrum deducatur remissiue, pagina 475. numero. 11.
2. Funeris impensa etiam expressos anteriores hypothecarios antecedit, contra Accur. quod etiã iure Hispano procedit contra Ioan. Matiençó, p. 442. n. 9.
2. Funeris impensam vt quis recuperare possit an testatio sit necessaria, p. 442. n. 13.
2. Funeris impensa Falcidiam, & omne aliud debitũ antecedit, & referuntur qui de priuilegio funerariæ actionis varijs in locis tractatur, pag. 441. n. 4.
2. Funeris impensa quoscunque creditores siue priuilegiarios, siue hypothecarios, & tacitos & expressos antecedit, p. 441. n. 8.
2. Funeris impensa necessaria priuilegium habet, nõ immoderata, p. 442. nu. 11.
2. Funeris impensa apud Hispanos. l. Regia taxata, p. 442. n. 12.
2. Funus si pietate non sit qui faciat, iudex facere tenetur, p. 441. n. 7.
2. FVRIA lex quare insufficiens appellata, pag. 430. n. 18.
Furia lege quid cautum iuxta amplissimam legã di facultatem, pag. 430. n. 17.
2. FVRIOSVS, mutus & surdus, cur testes in testamento non sint, p. 162. n. 38.
3. Furiosus & pupillus similes sunt, pag. 257. numero. 4. & 10.
3. Furiosus nullum consensum, nullum iudicium habet, p. 62. n. 6.
2. Furioso interdicta, interdicta quoque mentecaptis, p. 287. n. 24.
2. Furiosus exheredari non potest, pagina. 287. numero. 10.
3. Furiosus hereditatẽ acquirere non potest, nisi suus heres sit, qui etiam inuitus, & ignorans acquirit, p. 62. n. 7. & 8.
3. Furiosus & prodigus æquiparantur, pag. 257. n. 2. & 8.
3. Furiosus nec stipulari, nec promittere potest, pa. 257. n. 1. & 7. p. 258. n. 12.
3. Furiosus in his quæ eius conditionem meliorem efficiunt infanti similis est, p. 257. n. 11.
3. Furiosus hereditatem acquirere non potest, pag. 257. n. 5. & p. 258. n. 18.
3. Furiosus, pupillus, & prodigus re ipsa, & ipso iure aliquando ciuiliter obligantur. pag. 258. numero. 18.
2. Furiosus quadamtenus iudicatur pater qui filiũ exheredat, & quare, p. 319. n. 5.
1. Furiosis & prodigis. l. xii. tabul. curatores dantur, p. 83. n. 1.
2. Furiosus cui furor intermittitur tempore intermissionis, quia compos mentis existimatur, testari potest, p. 198. n. 6. & p. 199. n. 11.
2. Furiosis plurima species, p. 198. n. 3.
Furiosus testamentum facere non potest, p. 197. num. 1.
2. Furiosus quis sit, p. 287. n. 21.
2. Furor superueniens negotium reigestum non dirimit, p. 198. n. 7.
3. FVRTI actio ei cuius interest datur, pa. 310. num. 2.
2. Furtiua & vi possessa res vsucapi non potest, pa. 127. n. 1. & 6.
2. Furtiua res in domini potestatem reuersa vsucapi postea potest, p. 127. n. 2. & 7.
2. Furtum an in minima re committatur, pag. 97. num. 2.

1. FVTVRVM quod non dum est, esse tamen speratur, legari potest, in est que tacita conditio si nascatur, p. 387. n. 1. & explicatur num. sequent.

G.

3. GABELLA expermutatione pecuniæ non debetur, p. 302. n. 16.
3. Gabella soluenda est contractu celebrato, & si cõtrahentes postea abeo discedant, p. 299. n. 38.
3. Gabella duplex debetur ex permutatione, exemptione & venditione simplex p. 307. n. 20.
2. Gabella semel fisco debita ratione contractus soluenda est, & si partes abea discedant, pag. 396. num. 2.
3. Gabella regia Hispana âdie conuentionis debetur l. 1. ti. 17. lib. 9. nouæ collectionis Regiæ, pag. 298. n. 26.
3. GALLI Aquilij consilium quare inductum, p. 103. n. 15.
1. GENERALITER legato relicto, electio, legatarij est, si per vendicationem relictũ sit: secus si per damnationem, p. 417. n. 1. & 2.
3. Genus apud dialecticos, est quod prædicatur de pluribus differentibus specie, p. 171. n. 18.
3. Genus Iurisconsulti appellant, quod dialectici speciẽ dicunt, speciem vero, quod illi individuũ nominãt, p. 171. n. 20.
1. GERERE pro herede, quando quis dicatur, pa. 365. n. 16.
1. GERVNDIA important aliquando necessitatem, p. 212. n. 2.
1. Gerundium inducit necessitatem in titulo D. de liberis & posthumis, p. 212. n. 4.
3. GRADVS definitio & quare sic dictus, pag. 87. num. 6.
3. Gradus tot sunt in iure ciuili in linea recta, & in linea transuersa, quot sunt personæ ad propagationem necessariæ, vna dempta, p. 88. n. 8.
3. Gradus computantes personam quamdam effingere debent, âqua initium sumant, & cuius ratione fiat computatio, p. 87. n. 7.
3. Graduum dinumerationem ad sextum vsque tantum modo, quare I. C. fecerint, p. 88. n. 11.
3. Gradus cognatorum, & affinium quas ob causas Iurisconsultus nosse debet, p. 86. n. 1.
3. Graduum computatio quoad matrimonia aliter iure canonico quam ciuili fit, p. 89. nu. 12.
3. Graduum canonica computatio quoad matrimonia attendenda, ciuilis quoad hereditates, tutelas & iura patronatus, p. 89. n. 16.
3. Graduum explicationem qui prosequãtur remissiue, p. 86. n. 1.
3. Gradus quatuor prætor in successione constituit; vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, p. 85. n. 3.
2. Gradus âquo filius præteritus est nullus est, pa. 249. nu. 50.
2. Gradus heredum potest quis facere quot voluerit, p. 263. n. 2.
3. GRATIA vtriusque si contractus celebratus est accipiens de interitu rei non tenetur, pag. 327. n. 3.
2. GRAVAMEN reijcitur â legitima filij & conditio quæ libet, pag. 260. n. 53.
1. Grauari legatis, fideicommissisve non potest qui honoris, lucri, aut commodi nihil accepit, pag. 477. n. 5.
2. GREGEM quot animalium capita efficiant, remissiue, pa. 416. n. 2.
2. Grege legato, quod âdijcitur, vel diminuitur, lẽgatario accrescit vel decrescit, p. 416. n. 1.
2. Gregis vsufructu legato, quando intercidat? pa. 416. num. 3.
2. GREGORIVS Lopez reprehenditur existimans innocenter seruum accusatum tamen de adulterio, heredem esse non posse, p. 228. nu. 6.

H.

2. HABITATIO seruitus personalis est, pag. 124. nu. 1.
2. Habitationis ius quale sit, pag. 124. nu. 2.
3. HEBRAEORVM lex de intestati successione masculos fœminis præsupposuit, p. 15. n. 14.
2. HERES qui animo solo adijt, vtrum in foro conscientiæ teneatur, pag. 365. n. 15.
2. Heres cum cretione institutus, non nisi solemnibus verbis adire poterat, pag. 363. n. 3.
2. Heres qui adit causam suæ additionis intelligere debet, pag. 363. n. 5.
3. Heres succedit in vniuersum ius defuncti, pag. 334. nu. 7.
2. Heres potest etiam hodie ex Pegasiano restituere ex Eman. Costa opinione, pag. 478. n. 9.
2. Heres, qui coactus adit beneficio quartæ priuatur, pag. 471. n. 1.
2. Heres qui hereditatẽ restituere grauatus est Hispano nouiori iure cogi non potest, & quare, p. 471. num. 9.
2. Heres quis lege effici potest, pag. 455. n. 3.
2. Heres qui semel est, non potest desinere esse heres, pag. 455. n. 4. & 5. & pag. 460. nu. 42.
2. Heres cum cretione institutus deliberandi tempus â testatore habet, pag. 350. num. 2. & pag. 351. n. 5.
3. Heres adiens hereditatem quasi contrahit cum legatarijs vnde eis actione ex testamento tenetur, pag. 376. n. 1. & 3.
3. Hereditas vicem defuncti habet, p. 232. n. 9.
3. Heres cum creditoribus testatoris nec contrahit, nec quasi contrahit, pag. 376. n. 2. &, pag. 377. num. 4.
3. Heres adiens hereditatem cum testatore quasi cõtrahere videtur, pag. 377. n. 5.
2. Heres rem legatam, quam defunctus pignoratam sciebat luere tenetur, nisi vt id legatarius faceret testator cauit, p. 385. n. 1. distinguiturque n. 4.
2. Heres sine parte scriptus, accipit vocantem si vocare sciat testator, sin vero, alterum assem, pag. 244. n. 10.
2. Heres post aliorum institutiones, indefinite sine parte institutus, quod ex asse reliquum est, habet, pag. 244. n. 7. & 9.
2. Heres qui semel est non potest desinere esse heres, pag. 247. n. 15.
2. Heres qui in primo testamento perfecto & in secundo imperfecto institutus est, si ex secundo adeat, an primo videatur renuntiare, pag. 313. num. 14.
2. Heres defuncti personam refert, eiusque loco habetur, pag. 261. n. 67.
2. Heres heredis primi testatoris est heres, p. 291. n. 10
2. Heres, nec qui ex eius familia sunt testes adhiberi possunt, pag. 166. n. 1 & 4.
2. Heres, qui semel est semper heres manet, pa. 214. num. 24.

2. Heres adita hereditate succedit in locum & ius defuncti, & plura iura interpretata, pa. 223. n. 22.
2. Heres, quis sit, pag. 223. n. 21.
2. Heres repræsentat personam defuncti, pag. 240. nu. 20 &, pag. 242. n. 31.
2. Heres instituí etiam testatori extraneus, & is, quē non nouit, potest, pag. 253. n. 1. & 6.
2. Heres neque hereditas viuentis non est, pa. 223. num. 14.
2. Heres ab hereditate dicitur, pa. 223. n. 13. & 22.
2. Heres qui semel est, non desinit esse heres, p. 267 num. 31.
2. Heres item, & ij qui in eius familia sunt qua ratione prohibeantur testimonium dicere, noue exponitur, pag. 166. nu. 4.
2. Heres continuat possessionem, quia eadem defuncti persona censetur, pag. 131. n. 3.
2. Heredes instituí possunt liberi homines, & serui proprij & alieni instituí possunt, pa. 224. n. 1.
2. Heredes quot voluerit potest quis instituere, & vnum & plures, pag. 237. n. 1.
2. Heredis appellatio quoscunque successores complectitur, pag. 334. n. 2.
2. Heredis nomen olim necessario â testatore scribi oportuit, hodie â quocunque, p. 156. nu. 38.
2. Heredis seruo legari non potest, quemadmodum nec ipsi heredi, pag. 419. n. 1.
2. Heredis seruo legatum, & si postea alieuis sit, nō conualescit, & quare? pag. 420. n. 2.
2. Heredis ante institutionē antiquo iure quidquid relinquebatur, nullum erat, p. 420. n. 2.
2. Heredis seruo conditionaliter legari potest, pag. 420. num. 3.
2. Heredibus etiam inuitis deficientium portiones accrescunt. non ita legatarijs, nisi reali vel mista couiunctione iungantur, pag. 392. n. 31.
3. Heredem non relinquere ignominiosum & dedecoris plenum semper fuit, pa. 98. n. 3.
2. Heredis instituto actus legitimus est, p. 246. n. 2
2. Heredibus pluribus designatis partibus institutis quas as non exhibet, pro rata portiones decrescunt, pag. 224. n. 12.
2. Herede instituto, vel proximo legitimo nō adeūte hereditas efficiebatur caduca, p. 261. n. 68.
3. Heredibus testamentarijs, & legitimis deficientibus fiscus bona capit, & legata & libertates cō seruat. pa. 141. n. 3. &, pag. 146. n. 52.
2. Herede non adeunte corruit ius testam, & quare? pag. 224. n. 23.
2. Heredes quidam necessarij, quidam sui & necessarij, quidā volūtarij & extranei sunt, p. 335. n. 3
2. Heredem repræsentare defunctum pro parte, & pro parte non repræsentare impossibile, p. 240. num. 11.
2. Heredes plures sine partiū consensu instituti, quæ æqualiter admittantur, æqualiter cēsentur grauati, p. 243. n. 4.
2. Heredes plures collectiuo nomine instituti vnam tantum partem habent, p. 243. n. 2.
2. Heredes sine partium definitione instituí æquis partibus admittuntur, p. 243. n. 1. & 3.
2. Heredis verbum in definitione substitutionis quare adiectum, p. 257. n. 25.
2. Heredis institutio initiū testamenti, p. 222. nu. 8.
2. Heredis institutionē, si testamentum nō habeat iure ciuili Romanorū nullum est, p. 222. n. 5.
2. Heredis institutio pendere non debet ex alieno arbitrio, pa. 188. n. 31.
2. Heredē quemadmodum Prætor non facit, ita nec desinere aliquem esse heredem, pag. 267. n. 32.
2. Heredis institutio caput & initiū testamenti, & sine eâ testamentum nullum, p. 156. n. 36.
2. Heredis institutionem, & si testamentum non habeat hodie iure regio valet, pa. 156. n. 39.
2. Heredis institutio facta in priuata schedula quam testator testamento confirmauit, vtrum valeat pag. 156. n. 40.
2. Heredis ante institutionem pure scripta olim nulla. §. ante heredis infra delegatis, p. 222. nu 7.
2. Heres, & hereditas, an cum diphthongo scribi debeant referuntur variæ sententiæ, pag. 224. num. 25.
2. HEREDITAS iacens, quæ vniuersitatē patrimonij, quæ morte alicuius ad quem piam peruenit, significat, datur suis etiam existentibus, pa. 344. n. 36.
2. Hereditas acquiri multis modis potest, remissiuē, pag. 364. num. 11.
2. Hereditas suis heredibus obuenit â suis petitur: inter suos diuiditur, pag. 339. n. 6. & p. 344. n. 36. & 37.
2. Hereditatis acquisitio & repudiatio nuda testificatione fieri no potest, p. 393. n. 1. & p. 364. n. 9
2. Hereditatis emptæ & venditæ stipulatio quomodo conciperetur? remissiuē, pa 470. n. 7.
2. Hereditatem iam repudiatam, ex iustis causis adire potest quis cogi, pa 471. n. 6.
2. Hereditas iure ciuili verbis directis intestamento relinquenda, non per æquipollens siue verbis obliquis, p. 489. n. 6.
2. Hereditatem adire, qui eam restituere grauatus est, potest cogi: secus si legatis grauata sit, & quæ differentiæ ratio, pag 471. n. 3. & 4.
2. Hereditate restituta omnes actiones fideicommissario & in fideicommissariū transeunt, p. 455. nu. 1. &, pag. 456. n. 10.
2. Hereditas ex die, vel ad diem dari non potest, pa. 452. n. 5.
2. Hereditas ex minus solemni testamento nullo iure adiri potest, pag. 480 nu. 12.
2. Hereditatis aditio est actus legitimus, qui peraliū expediri non potest, p. 368. n. 41.
3. Hereditas iacens, vbi factum requiritur domini vicem non sustinet, p. 232. n. 12.
3. Hereditas & bonorum possessio indiuidua, pag. 110. n. 70.
3. Hereditas delata dicitur quamquis adeundo consequi potest, p. 214. nu. 24.
3. Hureditas adeuntem obligat creditoribus, & legatarijs, p. 107. n. 32.
3. Hereditatis repudiatio quomodo probetur, pag. 149. num. 5.
3. Hereditas non adita non transmittitur ad heredes quod an in legitima hereditate locum habeat disputatur, pag. 84. n. 6. & 7.
3. Hereditatis definitio, remissiuè & pluribus exornata, pag, 7. n. 32.
3. Hereditate non adita nec legata, nec libertates debentur, p. 145. n. 45.
3. Hereditas efficiebatur caduea si proximus agnatus suis deficientibus eam amitteret, p. 98. n. 4.
3. Hereditatem acquirens, causam hereditatis acquirēdæ vt intelligat est necessariū, p. 62. n. 3. &. 4.
2. Hereditas ex die incerto, purè & sub conditione relinqui potest, p. 246. n. 1.
3. Hereditas an in suis heredibus detur? remissiue: vsucapio pro herede, an in suis heredibus detur remissiue, p. 63. n. 9.

2. Hereditas ex certo die, vel vsq; certum, siue incertum diem dari non potest, p. 246. n. 1
2. Hereditas ad incertum vsque diem quare nō relinquatur, p. 248. nu. 21
2. Hereditate non adita nihil in testamento scriptum subsistit, p. 334. nu. 1
3. Hereditate non adita ius testamenti, & codicillorum corruit. p. 140. n. 2. & p. 145. n. 45.
1. Hereditas, quid diuersum â rebus hereditarijs, pag. 223. nu. 19
2. Hereditas, & legatum proprio seruo relicta, si is venditus sit nouo domino acquiruntur, contra Accurs. p. 230. n. 15
2. Hereditas testamento data, eodem testamento adimi non potest. p. 230. n. 14.
1. Hereditas ex die, vel ad diem non rectè datur, pag. 232. nu. 2
2. Hereditas iacens refert & repræsentat personam defuncti, pag. 232. n. 8
1. Hereditas ante aditionem non quæritur. p. 235 num. 12.
2. Hereditas siue Assis partis ab vncia vsq; ad Assem, & earum nomina, p. 239. n. 4
2. Hereditas plerumque propter affectionem relinquitur, p. 253. n. 2
2. Hereditatis definitio exornata & explicata, pa. 223. nu. 17
2. Hereditas adita efficitur patrimonium heredis. pag. 223. n. 16
2. Hereditas iacens quid sit, p. 223. n. 15
2. Hereditas iacens cæptam vsucapionem implet, p. 131. n. 4
1. Hereditas non adita non transmittitur ad heredes. p. 48. n. 16.
2. Hereditas, & vsusfructus, qua ratione possideri dicatur, p. 111. n. 4
1. Hereditas iacens prout est persona ficta, quæ defunctum repręsentat, suis heredibus existentibus non datur, p. 344. n. 34. & 35
2. HERMAPHRODITVS neq; testamēto, neq; codicillis testis adhibetur, p. 161. n. 25
1. HERMOGENIA, Gregoria, & Theodosianus Codex, p. 2. n. 11.
2. HISPANI ab AEra Cæsaris annos olim cōputare solebant, p. 4. n. 12
2. Hispanus an Gallum, aut Italum heredem facere possit, p. 226. nu. 13
3. Hispanorū regnū iure sanguinis defertur. p. 25. num. 4.
3. Hispano iure admittitur in regnis repręsentatio l. 1. tit. 15. p. 2. p. 23. n. 29.
3. HIPPOCENTAVRI confingendi occasio, p. 235. n. 4
2. HODIE damnatus ad perpetuas triremes nō efficitur seruus pœnæ. p. 203. n. 14.
2. Hodie exheredari debet filia nominatim, p. 211 num. 12.
2. Hodie ex nouiori Iustiniani lege discrimē nullum inter filios & filias, & nepotes non præcessos. p. 208. n. 30
2. Hodie filij à matre institui vel exheredari nominatim debent. p. 221. n. 5
1. HOMINVM causa, iura constituta. p. 29. n. 2
1. Homines omnes, aut liberi sunt, aut serui, p. 29. num. 3
1. Hominum triplex status, liberi, serui, & libertini. p. 31. n. 1
1. Hominum tertia species, exposita, p. 29. num. 4 & 5.
1. Homines liberi qui sint: & quæ sit libertas. p. 29 num. 1
3. Hominis dispositio iuxta legis dispositionem regulatur. p. 30. n. 46,
3. Homo mortuus, aut hippocentaurus inutiliter stipulantur, p. 234. n. 2
1. HONESTE viuere, qualiter accipiatur ex bonis autoribus, p. 21. nu. 110
1. Honestatem omnibus in rebus spectari. pag. 21. num. 12.
1. Honestas non in factis modo, sed in dictis & verbis necessaria, p. 21. n. 14
3. HOSTIMENTVM quid significet. p. 341 num. 9
3. HVMANIOR & benignior sententia in ambiguis semper sequenda, p. 142. n. 20

I.

IGNORANTIS nullum certum consilium, p. 253. n. 5
3. Ignorantia iuris errorem parit. p. 185. n. 4.
3. ILLEGITIMORVM multæ species & varia nomina, p. 41. n. 6.
3. Illegitimi filij quicunque nati ex ciuibus etiam Romanis, qui iuxta legum præcepta, vel vxoriæ, vel concubinariæ non coierant. p. 41. n. 5.
3. Illegitima proles Romanis quæ diceretur, p. 41 num. 1.
3. Illegitimi erant, qui ex alienigena patre, matreve procreati essent, p. 41. n. 2
ILLVSTRES matres quæ? remissiue, pa. 46. num. 4
3. IMMISCERE se rei ad se non pertinenti culpa est. p. 360. n. 2. & p. 364. n. 37
1. IMPEDIMENTA matrimonij remissiue pag. 41. nu. 4
3. Impedimentum iustitiæ publicæ honestatis quale? & quatenus hodie impediat remissiue, pa. 91. n. 31
1. IMPERATOREM, Regem, & Principē legibus armatum & armis decoratū esse oportet. p. 14. n. 2
1. Imperatoris nomen quando ad Principes translatum, & quando initium habuerit. p. 7. n. 6
2. Imperatores assidentibus Iurisconsultis causas decidere solebant. p. 305. n. 31
1. Imperatoris nomen vt quis adipiscere tur, quot hostium cecidisse necessarium, p. 6. n. 5.
1. Imperatorum constitutiones, quæ ab Augusto initium cepere septima accessio, vsque ad Iustiniani ætatem, p. 2. nu. 11
1. Imperatoris nomen Castrense olim & militare p. 6. nu. 3.
2. Imperatorum leges in Hispania, nisi quatenus ratione nitti̇̄tur, non obseruātur. p. 415. n. 58
2. IMPOSSIBILE est illud, cuius contrariū est necessarium, p. 250. n. 10
2. Imposibilis conditio ab vltimis voluntatibus & libertatibus reijcitur, p. 249. n. 1.
3. Imposibili promissioni pœna adiecta non valet p. 241. nu. 8.
3. Imposibili conditioni fideiussor non accedit, p. 262. nu. 4
3. Imposibilis conditio in non faciendo concepta, necessaria est. p. 262. nu. 6
3. Imposibilis conditio in faciendo concepta corrumpit stipulationem, & quare, pag. 262. n. 1. & 3.

3. Impoſsibilis conditio vltimis voluntatibus adiecta vitiatur & quare, p. 262. n. 2. & 5.
2. Impoſsibilis cõditio varijs modis dicitur, ſed illa proprie impoſsibilis eſt, cui natura impedimento, quo minus exiſtat, p. 249. n. 7.
2. Impoſsibilis conditio vitiatur in vltimis voluntatibus & quare, p. 250. n. 13.
2. IMPOTENTIAE & noluntatis caſum cõprehendunt verba, ſi heres non erit, pag. 266. num. 20.
2. IMPROBI inteſtabilesq; qui ſint, & quare teſtamẽtis teſtes non adhibeãtur, p. 163. n. 41.
2. IMPROPRIE dicitur teſtamentum, quod heredis inſtitutionem non habet, p. 222. n. 12.
1. IMPVBERES in aliorum eſſe tutela naturali rationi congruit, p. 77. n. 1.
2. Impuberes teſtari non poſſunt, p. 196. n. 1. & 3.
2. Impubes nullis in negotijs teſtis adhibetur, pag. 161. nu. 17.
1. Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberes poſſunt, p. 88. n. 3.
2. Impubes teſtis teſtamento non adhibetur, & quare, p, 161. n. 28.
2. Impubes an poſtea pubes factus teſtimonium dicat de his, quæ in pupillari ætate vidit? p. 161. num. 29.
2. Impuberibus nullũ eſt animi iudiciũ, p. 196. n. 4.
2. Impuberes doli capaces puniri poſſunt, pa. 293. num. 20.
2. Impuberi furioſo facta exemplaris intra pupillarem ætatem valet vt pupillaris, poſteavt exemplaris, pa. 286. n. 13.
2. INCAPACES delictorum qui eſſent, pag. 449. nu. 31.
2. Incapaci reſtituere rogatus in foro conſcientiæ reſtituere tenetur, p. 451. nu. 39.
2. incapax nec fideicommiſſum capit, p. 445. n. 7. & pag. 449. n. 28.
2. Incapaci reſtituere rogatus, ſi fidem ſuam accõmodauerit, relicto priuatur, p. 445. n. 8. & p. 450. nu. 32
2. Incapaces inſtitui poſſunt, licet ab eis hereditas auferatur, p. 235. nu. 10
3. INCENDIA culpa inhabit antium plerumque fiunt, pag. 309. nu. 5.
3. Incendium locatæ domus periculo eſt locatoris, hoc tamen in ſe conductor recte ſuſcipere poterit, item & alia pericula, p. 331. n. 6.
2. INCERTA perſona cur inſtitui non poſsit, pa. 253. n. 4.
2. Incertis perſonis legari quare non poſsit? p. 418. num. 2.
3. Incertum quando dicatur deductum in ſtipulationem, p. 206. n. 19.
3. Incertum qui promiſit ſi non præſtat, id quod interest ſoluere debet, p. 806. n. 20.
3. INCERTITVDO regulariter vitiat diſpoſitionem, p, 301. n. 10.
2. Incertitudo omnem vitiat diſpoſitionem, pag. 418, n. 1.
3. Incertitudo ex actus qualitate plerumque ceſſat, pag. 267. n. 19.
3. INCESTVS dicitur coniunctio inter affines ſiue conſanguineos, p. 49. n. 24.
3. Inceſtus poteſt appellari quælibet illicita coniunctio, p. 48. n. 23.
3. Inceſtus pœna, remiſsiue, pag. 72. n. 6
3. Inceſtus pœna quæ iure Regio? & conciliatæ. l. 15. tit. 17. & l. 3. tit. 18. par. 7. pag. 49. n. 25
3. Inceſtus inter aſcendentes & deſcendentes, & inter fratres & ſorores pœna mortis naturalis punitur: in alijs gradibus arbitrariè, pag. 49. num. 26
3. Inceſtuoſo mater non ſuccedit, p. 80. nu.
2. INCLVSIO vnius eſt excluſio alterius, pag. 206. nu. 10.
1. INCLYTVS quare Iuſtinianus dictus, pag. 9. nu. 27
3. INCORPORALIA iura vt in aliquem transferantur ceſsio neceſſaria, pag. 126. numero. 45.
2. Incorporales res nec tradi nec poſsideri, nec vſu capi poſſunt, p. 111. nu. 2
2. Incorporales res quaſi poſsidentur. pag. 111, num. 3
2. INCOLIS & vicinis ciuibus maior fides, quam exteris adhibetur, p. 173. n. 18
3. INDEBITVM quadruplex, pag. 185. num. 8.
3. Indebitum naturaliter, debitum vero ciuiliter repeti poteſt, pag. 185. nu. 11.
3. Indebitum accipiens obligatur, pagina. 185, num. 1.
3. Indebitum recipiens ex quaſi contractu obligatur, pag. 377. nu. 1. & explicatur num. ſequentib.
3. Indebitum per errorem ſolutum ex his cauſis, quibus inficiando lis creſcit, non repetitur, p. 377. & pag. 378. num. 8. explicatur eius rei ratio.
3. Indebitum ratione ſoluentis, debitum vero ratione accipiẽtis, vtrum repeti poſsit? l. ſi pœnæ 18. §. quamuis l. repetitio. 44. D. de conditione indeb. cum alijs ibi exponuntur. pag. 186. num. 18.
3. Indebitum omnino eſſe oportet, quod per errorem ſolutum repetendum eſt, p. 186. n. 17.
3. Indebitum ciuiliter, debitum autem naturaliter repeti non poteſt, niſi facti ignorantia ſolutũ ſit, iuxta communem. pag. 186. nu. 14. & pa. 187. nu. 34.
3. Indebitum vtroque iure ciuili & naturali ſi ſolutum ſit, repeti non poteſt, pag. 185. n. 9.
3. Indebiti conditione vt quis agat, per errorẽ ſoluiſſe neceſſarium eſt, p. 186. nu. 23.
2. INDEFINITA verba æquipollent vniuerſalibus, p. 394. n. 43
2. INDI Hiſpani dicuntur, p. 226. n. 14.
2. INDIGNVS qui non ad ſuã, ſed ad fiſci vtilitatem capit, facit partem. p. 396. n. 55. & 57
3. IN EMENTIS vel vendentis arbitriũ emptio conferri non poteſt, p. 311. n. 2. & 6.
3. INFANTIAM qui exceſsit ſtipulari poteſt. p. 260. nu. 10
2. INFANS tutore autore poſſeſsionem & acquirere poteſt, & hereditatem pro herede gerendo. p. 367. nu. 34
3. Infans nec ſtipulari, nec promittere poteſt, pag. 260. n. 5. & 8.
2. Infans ingratitudinis cauſam committere nõ poteſt. 293. n. 19
3. INFICIATIONE quæ actiones creſcunt. pag. 378. n. 3
3. IN FRAVDEM creditorum facta vt reuocentur quid neceſſarium, pag. 149. n. 5.
1. In fraudem creditorum manumiſsio quando facta dicatur, p. 34. nu. 1
2. In fraudem creditorum alienata actione reuocatoria

toria reuocantur, pag. 337. num. 17
2. In fraudem creditorum alienata cum fructibus restituuntur & reuocantur, pag. 354. n. 33.
3. IN DIEM debitum ante diem solui potest licet peti cum effectu non possit. p. 215. nu. 28.
1. INGENVVS quis est, p. 31. n. 1. 4. & 6.
1. INIMICITIAE superuenientes inter testatorem & heredem, indignum heredem faciũt p. 311. n. 16
1. IN NECESSITATIBVS nemo existit liberalis, p. 57. n. 43
3. INNOMINATI contractus omnes producunt actionem præscriptis verbis. p. 320. n. 14
3. Innominatorum contractuum quatuor species sunt, & referuntur, p. 320. nu. 12
2. INITIVM in testamentis expectamus, pag. 202 num. 4.
2. INSANVS EST qui propter animi morbum aliquid contra officium facit, pag. 316. num. 20.
2. INSINVATIO multis in casibus non est necessaria, remissiue. p. 139. n. 11
2. INSTITVERE heredem quid sit. pa. 225 num. 6
1. Institui filius, à patre illa adiectione non potest cum erit annorum quatuordecim, pag. 280. num. 45.
2. Institui omnes possunt, qui non sunt prohibiti, pag. 286. nu. 10
2. INSTITVTVS in re certa habetur loco legatarij, p. 140. n. 11. & p. 241. n. 23
2. Institutus in re certa dato coherede est legatarius, heres autem si alter coheres repudiet, pag. 141. n. 24.
2. Institutus in re certa est heres in omnibus bonis quando verbis directis institutus fuit, pag. 241. n. 29
2. Institutus in re certa quando transmittat ius accrescendi, p. 241. n. 27
2. Institutus in re certa hoc casu habet ius accrescendi. p. 241. nu. 26.
3. Institutus in legitima habet illam iudicio testatoris, nemo potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, pag. 48. n. 19
2. Institutus & substitutus simul admitti non potest, pag. 271. nu. 2
2. Institutus in re certa, coherede non dato in omnibus bonis institutus dicitur, pag. 309. num. 73
2. Institutus censetur magis dilectus, pag. 258. num. 36
2. Institutus pendente conditione neque adire, neque repudiare potest, pag. 281. nu. 50
2. Instituti si sint illi cum quibus non est testamẽti factio, institutio nulla, & testamentum nullum, p. 235. nu. 9
2. Instituti & substituti concursus. p. 264. n. 4
1. INSTITVTIO est futuri heredis facta nominatio, p. 225. n. 7
2. Institutio pure facta non immutatur alia rursus eodem testamento scripta conditionali, secus si diuerso testamento, p. 307. n. 59.
2. Institutio heredis tacite certum diem recepit, p. 248 n. 73
2. Institutio cum heres erit annorum quatuordecim an valet? pag. 246. num. 4. & pag. 247. num. 18.
2. Institutio in parte siue re certa, nullo alio dato coherede, trahit ad se vniuersam hereditatem, pag. 240. num. 10 & 16
2. Institutio & substitutio quid diuersum, p. 256. nu. 12. & p. 257. n. 24
2. Institutio secunda sæpe datur quæ non sit substitutio, pag. 255. n. 3
Institutio heredis non ex coniecturis, sed ex directis, & expressis verbis inducitur, pag. 240. num. 12.
2. Institutio heredis sub impossibili conditione, vel mendo facta valet mendo siue conditione remota, p. 241. n. 22.
3. INSTITVTIONVM Iustinianivulgaris, & inueterata partitio reprehenditur, pag. 2. num. 1.
1. Institutiones à quo fuerint compositæ, & quo tempore, p. 1. nu. 4.
1. Institutiones & in alijs quoque disciplinis plures scripserunt, p. 1. n. 2
1. Institutiones ad ius ciuile pertinentes ex veteribus Iureconsultis qui scripserunt, pag. 1. num. 3.
1. Iustitutiones hæ Codicis Iustinianei, & Pandectarum promulgationi successerunt, pag. 3. num. 14.
1. Institutiones, non instituta hæc iuris elementa appellandæ, & quare. pag. 1. n. 1.
2. INSTRVMENTA à Tabellionibus qua in materia confici debeant, pag. 170. num. 2. & num. 9.
1. Instrumenta apponi debent, quæ pro solemnitate præmitti consueuerunt, pag. quarta. num. 4.
3. Instrumentorum dotalium confectio iure ciuili quibusdam casibus necessaria, vt filij legitimi efficerentur. p. 56. n. 9
3. INTEGRAM rem quando esse dicemus, vt mandatum morte expiret, pag. 355. num. 9.
3. INTERITVS rei ante culpam, & moram debitoris, solutio est, p. 382. n. 15.
2. INTERDICTIONIS bonorum solemnia verba. p. 199. n. 7
2. INTERPELLANDVS tamen est debitor, vt soluat, pag. 144. n. 2
3. INTERESSE quemadmodum probetur. pag. 225. n. 3.
3. Interesse quale esse debeat vt alteri possit quis stipulari, p. 271. n. 10.
3. Interesse non consideratur soluta sorte in tractatu de eo, quod interest, pag. 246. numero. 23.
2. INSVLA in flumine publico nata, quoad vsum communis est. pag. 100. num. 2. & num. 5.
2. Insula in flumine publico nata, quo modo dominis, qui propè ripas prædia possident, acquiratur, pag. 99. num. primo. pag. 100. num. 2.
2. Insula in flumine nata quomodo occupantis dicatur, p. 100. n. 3. & 6
2. INTESTABILIS, qua ratione ad testamenti factionem referatur, p. 159. n. 7.
2. Intestabilis ex alieno testamento capere potest, p. 163. n. 42
2. INTESTAMENTIS qualitas requiritur tempore quo ordinantur, pag. 162. num. 30.
3. INTESTATVS quis pluribus modis dicitur, remissiuè, pag. 7. num. 38.

3. Inteſtatus quibus modis efficiatur, qui teſtamentum ordinauit, pag. 8. nu. 41.
3. Inteſtatus eſt, qui aut teſtamentum non fecit, aut ſi id fecit, valere tamen non potuit, pa. 7. num. 39
3. Inteſtatus is qui non iure fecit teſtamentum. pa. 12. num. 4.
3. Inteſtatus efficitur, cuius teſtamentum per bon. poſſeſsio. cont. tab. aut querelam reſciſſum eſt, p. 12. n. 14
3. Inteſtatus efficitur ille, cuius teſtamentum iure factum poſteà rumpitur, p. 12. n. 6
3. Inteſtatus quis efficitur quoties ex ſuo teſtamẽto heres exiſtit nemo, p. 12. n. 12
3. Inteſtatus efficitur, cuius teſtamentum iure factum, irritum poſteà fit, p. 12. n. 10.
3. Inteſtatorum hereditates omnium gentium iure liberis deferuntur, pag. 14. nu. 2. & 10. & pag. 17. nu. 31.
3. Inteſtatus is propriè eſt, qui cum teſtamentum facere poſſet, illud non fecit, p. 11. n. 1
3. Inteſtati ſucceſsio proximioribus defertur: ſi plures eiuſdem gradus ſint omnibus, pag. 17. num. 32
3. Inteſtati minus propriè, qui teſtari ex impotentia non potuerunt, dicuntur, p. 8. n. 40
3. INTERVALLVM duorum reorum conſtitutionem vitiat. p. 227. nu. 3. & p. 228. nu. 9
1. INQVILINVS inhoneſtam mulierem in domum quando inducere poſsit. p. 21. nu. 14.
2. INVENTARII definitio proponitur, & explicatur, pa. 361. nu. 5
2. Inuentarium plures conficere tenentur, remiſsiuê, pag. 361. nu. 4
2. Inuentarij materia remiſsiuê. p. 361. n. 3
2. Inuentarij introducendi cauſa, p. 361. n. 1
2. Inuentarium manu publici notarij confici debet & ab ipſo herede ſubſcribi, pa. 361. n. 7. & pa. 362. num. 9
2. Inuentarium intra quod tempus confici debet. p. 361. n. 6
2. Inuentarij confectio prodeſt, & nocet omnibus quorum intereſt, p. 475. n. 18
2. Inuentarium vocatis & citatis creditoribus, & legatarijs fieri debet, & eis abſentibus tribus ſaltim teſtibus, p. 361. n. 8.
2. Inuentarium non conficiens an amittat quartam Pegaſianam, remiſsiuê, pag. 475. n. 19
2. Inuentarium vtrum fideicommiſſarius conficere teneatur, p. 475. n. 17
2. Inuentarium diuini numinis inuocationem, & Sanctiſsimæ Crucis ſignum habere debet, ſed horum prætermiſsio illud non vitiabit. p. 362 num. 12
2. Inuentario legitime confecto onus probandi plura bona fuiſſe actori, non heredi, pag. 361. num. 11.
2. Inuentarium heres conficere tenetur, pag. 361. num. 2
3. Inuentarium pater legitimus, filij adminiſtrator non conficit, licet bonorum deſcriptionem patri debeat, pa. 372. n. 31
2. Inuentarium cum heres conficit, quid debeat proteſtari, p. 362. nu. 10
1. INVOCATIONEM diuini numinis præmitti, & ex antiquitate, non tamen neceſſariũ p. 3. n. 1. & 3
2. INVITVS nemo cogitur vendere, pag. 141 num. 6.
2. INVNDATIONE dominium amiſſum recessu fluminis reſtituitur, p. 100. n. 7
2. IRRITVM fieri aliud eſt, aliud irritum eſſe pag. 310 nu. 11
2. ITINERIS & aquæductus ſeruitus an ruſtica, an vrbana ſit, p. 113. nu. 2. & pag. 114. num. 19
2. IVDICIS arbitrio, quod modicum tempus dicatur, relinquetur. p. 156. n. 35.
3 Iudices dati qui, & plurima iura animaduerſa, quę in iudicibus datis loquuntur, pag. 152. numero. 13.
3. Iudices & iudicia dar eolim quibus Romæ conceſſum, pag. 152. nu. 9.
2. Iudicis decretum neceſſarium, vt prodigis bonorum ſuorum adminiſtratio interdicatur, p. 199. n. 6.
3. IVDICIA alia ordinaria, alia extraordinaria, pag. 364. nu. 34
3. Indicialia & veteris teſtamenti præcepta per Chriſti aduentum ceſſarunt, pag. nona. numero. 55
3. IVS ACCRESCENDI inductum eſt iuxta cõmunes opiniones, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, pa. 83. num. 2. & 5
3. Ius accreſcẽdi in legitimis hereditatibus locum habet, pag. 83. n. 1
2. Ius accreſcendi inducitur ex tacita mente defuncti, pa. 269. nu. 8
2. Ius accreſcendi in militis teſtamento aliquando locum non habet, pag. 309. n. 76.
2. Ius accreſcendi locum non habet, diuerſis modis relictis. p. 397. nu. 65
2. Ius accreſcendi locũ nõ habet ſummis ſiue quantitatibus relictis, iuxta communem, p. 397. n. 66. quæ ſequen. non improbatur.
3. Ius accreſcendi locum habet in prætorijs ſucceſsionibus, p. 116. n. 4.
3. Ius accreſcendi quatenus differat a ſucceſſorio edicto, pag. 116. nu. 5.
2. Ius accreſcendi regulariter admittitur in legatis per indicationem relictis, ſecus ſi per damnationem, p. 397. nu. 69
2. Ius accreſcendi qua ratione inductum iuxta cõmunem, p. 241. nu. 22
2. Ius accreſcendi in contractibus locum non habet p. 141. n. 2
2. Ius accreſcendi inter viuos admiſſum ex neceſsitate, p. 141. n. 1
2. Ius accreſcendi ceſſat cum ſcit teſtator in alicuius ex legatarijs legatum ab initio nullum eſſe. p. 398. nu. 76.
2. Ius accreſcendi locum habet legato vſufructu ſeruo communi, ſecus ſi proprietas ſit legata, & quare. p. 402. nu. 106.
2. Ius accreſcendi locum non habet, quoties eadem res duobus diuerſis teſtamentis relinquitur, niſi iuris fictione pro vno habeantur, p. 402. num. 108
2. Ius accreſcendi ceſſat quando eadem res à diuerſis tamen heredibus relinquitur, pag. 403. nu. 109.
2. Ius accreſcendi admittitur, etiam in vſufructu intermiſta coniunctione coniunctos, pa. 400. num. 94
2. Ius accreſcendi inter coniunctos coniunctione legali locum non habet, & contra communem pag. 401. num. 99.

2. Ius accrescendi locum nõ habet inter legatarij hæredes, ad quos legatum non agnitum transmissum est. p 402. num. 103.
2. Ius accrescendi cessat, quoties si legatarij concurrerent, alter rem, alter æstimationem haberet. p. 399. num. 86.
2. Ius accrescendi cessat in legatis, quæ habentur pro nõ scriptis, quoties legatarij ab initio non solidũ, sed partes habent. p. 400. n. 88 & explicatur sequẽ.
3. Ius accrescendi potentius successorio edicto. pag. 98. num. 6.
3. Ius accrescendi an in contractibus locum habeat? pag. 247. nu. 10.
2. Ius accrescendi locum non habet in vsufructu inter verbis tantũ coniunctos, cũ Accursio contra communem, secus in proprietate. p. 403. n. 114. & quare? p. 404. n. 116.
2. Ius accrescendi in legitimis successionibus quare admittatur. p. 401. n. 101.
2. Ius accrescendi in vsufructu locum habet in mista & reali coniunctione, & quare? p. 404. n. 120.
2. Ius accrescendi in vsufructu an admittatur? pa. 403. num. 113.
2. Ius accrescendi in hęredibus institutis non ratione coniunctionis, sed alia admittitur. p. 401. n. 100.
3. Iuri decrescendi in legato damnationis locus non est. p. 230. n. 8.
2. Ius accrescendi etiam inter re coniunctos. pa. 391. num. 26.
1. Ius accrescendi in legatis qua ratione inductum. p. 392. nu. 30.
2. Ius accrescendi locũ habet, duobus re coniũctim, disiũctimve relicta, vno ad eã peruenięte. p. 389. n. 2
2. Ius accrescendi non esse inter re coniunctos, sed potius ius non decrescendi, bonis probatur testimonijs. p. 391. n. 22.
2. Ius acrescendi vtrum in vsufructu sit. p. 391. ff. 25. & p. 403. n. 113.
2. Iuris accrescendi definitio p. 352. n. 27.
2. Ius accrescendi in legitimis hæreditatibus, quare inductum. p. 392. nu. 29.
2. Ius accrescendi qua ratione in hæreditatibus inductum sit. p. 392. n. 28.
2. Iuris accrescendi materiam Iustin. hic methodicè proponit. p. 389. n. 1.
2. Ius accrescẽdi in hæreditatibus fiscus impedire nõ potest, & quare? p. 396. n. 59. secus in legatis. pag. 396. num. 62.
2. Ius accrescendi ante aditam hæreditatem, nõ post aditam locum habet. p. 396. nu. 60.
2. Iuris accrescendi materiam qui disputent. pa. 390. num. 16.
2. Ius accrescendi locum habet inter coniunctos cõiunctione legali. p. 390. n. 13.
2. Ius accrescendi fideicommissario non competit cũ Iacobo Cuiacio contra communẽ. p. 457. n. 18.
2. Ius accrescendi portionem cum suo onere & commodo coniuncto defert. p. 438. n. 8.
3. Ius accrescendi in vltimis voluntatibus locum habet. p. 141. n. 3.
2. Ius accrescendi olim filiabus & nepotibus nõ præcessis præteritis concessum, quale. p. 208. n. 29.
2. Ius accrescendi cessat inter diuerso iure succedentes, veluti si vnus iure communi, alter speciali admittitur, iux. communem. p. 400. n. 93. & p. 401. n. 98. quæ sequent nu. improbatur.

2. IVRE CANONICO valet testamentũ duobus, tribúsve testibus adhibitis, quod in terris Summo Pontifici subiectis obseruandum est. pag. 154. n. 11. & 19.
2. Iure Canonico mulieres testes testamẽtis adhiberi nõ possunt contra Ferd. Menchaca. p. 161. n. 19.
3. IVS CIVILE tripartitũ est: pertinet enim vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones. p. 158. n. 1.
1. Ius ciuile ex vna quaq; ciuitate dicitur. p. 25. n. 5.
1. Iuris ciuilis definitio. p. 25. n. 1. & 3.
1. Ius ciuile quatenus iuri ciuili addit, detrahit, seruit. p. 25. n. 4.
1. Iuris ciuilis Romanorum progressus. p. 2. n. 5.
1. Ius ciuile publicum & priuatum: & quod publicũ quod priuatum sit. p. 23. n. 1.
1. Ius ciuile constat ex scripto & non scripto. pag. 25. nu. 1.
2. Iuri ciuili dominica quibus modis nanciscantur, remissiuè. p. 96. n. 5.
1. IVRA AGNATIONIS non amittunt filij, qui dignitatibus à patria potestate liberantur. pa. 63. n. 4.
2. Iure ciuili adhibetur in testamẽtis octauus testis, qui protestatore illiterato subscribat. p. 157. nu. 43.
3. IVRIS DEFICIENTIS ratione iterum peti potest res. p. 384. n. 44.
2. IVRA SEPVLCRORVM, quamuis non monumenta ipsa, possunt præscribi. p. 95. n. 7.
3. IVS TACITVM est quod consuetudine & moribus inducitur, aliquando quod per consequẽtiam inducitur. p. 122. n. 7. & 11.
3. IVS GENTIVM non ex temporis antiquitate, sed ex ratione á iure ciuili distinguitur. pa. 393. num. 21.
3. Iuris gentium quæ dicuntur. p. 324. n. 57.
1. IVS SCRIPTVM ab Athenienſibus initiũ habuit. p. 25. nu. 2.
1. Ius naturale primæuum, & alterum ius naturale secundarium: & quale vtrumque. pagin. 24. num. 4.
1. Ius non scriptum moribus & consuetudine inductum fuit. p. 28. n. 1.
3. Iuris gentium vt quid dicatur, quid requiratur. pa. 203. nu. 19.
3. Iuris error minoribus nec mulieribus nocet. pag. 187. num. 35.
1. Ius semper respicit publicam vtilitatem. pag. 23. num. 2.
1. Ius naturale in brutis animalibus non esse. p. 23. n. 2. & p. 24. num. 3.
1. Iuris prudentia qualiter de diuinis rebus tractet. pag. 18. num. 6.
1. Iuris naturalis definitio exornata. pagin. 23. numero 1.
1. Iuris gentium definitio. p. 24. num. 11.
1. Iuris prudentiæ definitio exornata. pagin. 18. num. 1.
1. Ius scriptum in quibus consistit. pagin. 28. numero 3.
1. Iuris gentium secundum caput. pagin. 24. numero 5.
1. Ius non scriptum à Lacedęmonjis promanauit. pa. 25. num. 3.
2. Iuris gentium quæ sint. p. 260. nu. 58.
2. Iuris ignorantia mulieribus & minoribus non nocet. p. 177. nu. 3.

2. Ius gentium vnicum est, & qua ratione naturale aliquando appelletur. p.95.n.2.
1. Iuris gentium primum caput.p.24 nu.4.
2. IVRIS PRVDENTES testatoris insanam voluntatem non obseruant.p.190.nu.47.
1. Iuris prudentia maxime in iusti atque iniusti scientia consistit.pag.18.n.5.
1. IVRIS CONSVLTORVM responsa legis actionibus accesserunt.p.2.n.8.
1. Iurisconsulti nomine qui digni sunt.p 19.n.7.
1. Iurisconsulti, aduocatique omnes militaribus gaudent priuilegijs.p.24.n.4.
2. IVS SVBSTITVTIONIS potentius iure accrescendi.p.269.n.7.
2. Ius positiuum interpretatur ius diuinum & naturale, quamuis id non posset derogare.p.154. n.15.
2. Ius transmissionis potentius iure substitutionis.p.268.n.36.
3. Iure peculij an verò hæreditario quis succedat maximum discrimen.p.153. n 9.
3. Iure hæreditario quæ deferantur, & quæ iure sanguinis, remissiue.p.23.n.26.
2. Ius succedendi contra testamentum regulatur à iure succedendi ab intestato.p.325.n.8.
2. IVRIS IVRANDI conditio à Prætore cur remittatur.p.480.n.4.& p.481.n.17.
3. Ius iurandum exigi à liberto pro operis in posterũ præstandis.p.128.n.66.
3. Ius iurandum loco solutionis habetur.p.382.n.16.
2. Iuris iurandi cõtemptores grauiter animaduertendi.p.447.nu.20.
1. IVS DICENDI nullum quare filius non trãsmittit.p.40.n.22.
2. IVRAMENTVM sequitur naturam actus cui adhæret.p.424.n.18.
2. Iuramentum contra bonos mores non obligat.p.424.n.17.& 19.
2. Iuramentum confirmat actus aliàs inualidos.pag.424.n.14.
2. Iuramentum quod non vrget in æternæ salutis dispendium, nec alterius detrimẽtum, semper est obseruandum.p.424.n.13.
2. Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ.p.308.n.69.
3. Iuramentum non confirmat stipulationẽ, quæ turpitudinem continet.p.174.nu.2.
3. IVS TERTII nemo alius opponere potest.p.396.nu.58.
2. IVRE Regio sustinetur testamentum sine hæredis institutione.p.222.nu.11.
2. Iure Regio signandorum & sigillandorum testamentorum vsus abolitus.p.158. nu.10.
2. Iure Regio eadem solemnitas requiritur testamento inter liberos, quæ inter extraneos.p.415.n.18.
2. Iure Regio potest quis decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, secundum Matiençó.pag.242.nu.36.
2. Iure Regio quilibet ex testibus subscribit pro testatore & alijs scribere ignorantibus.p.157.n.44.
2. Iure Regio nouiori duæ partes ex tribus bonorum filij patri necessario debentur.p.193.n.77.
2. Iure Regio etiam in bonis Castrensibus pater succedit filio militi.p.327 n.83.
3. Iure Regio etiam inter absentes efficaciter promissio & verborum obligatio erit.p.263.n.5.
2. Iure Regio qui hæredi intra quartum gradum coniungitur, repellitur à testamentario testimonio. pag 161.n.7.
2. Iure Regio in testamento nuncupatiuo requiruntur septem testes, si testes vicini non sunt. pag. 173.nu.15.
2. Iure Regio Hispano totus Thesaurus Regi acquiritur, quarta tantũ parte inuentori acquisita. pag. 109 nu.3.
3. IVS PATRONATVS Ecclesiasticum pertinet ad hæredes, non prout hæredibus, sed quia sunt hæredes.p.19.n.11.
3. Ius patronatus Ecclesiasticum iure hæreditario defertur.p.19.n.9.
3. Ius patronatus libertorum iure sanguinis defertur filijs eitam non hæredibus.p.19.n.7.
3. Ius patronatus æqualiter ad patroni filios, etiam non hæredes pertinet.p.97.nu.1.
3. Ius patronatus ad filios mala mente exhæredatos non pertinet.p.47.n.1.
2. IVSTA CAVSA in errore vsucapionẽ producit.p.121. n.2.
2. IVSTÈ fit quod lege permittente fit.p.315. n.8.
2. IVSTVM testamentum quod dicatur.p.150.n.4.
1. IVSTITIA constans & perpetua voluntas quatenus dicatur. p.16.n.6.
1. Iustitiæ insigne, suum cuique tribuere, eoque à cæteris virturibus secernitur.p.16.n.7.& p.18. n.20.
1 Iustitia omnium virtutum summa est.p.16 n.6.
1. Iustitia perpetua dici qualiter possit. p.16. num.3. & 17.
1. Iustitia, ius, & iurisprudentia quatenus differant. p.18.num.3.
1. Iustitiæ definitio proponitur & exornatur.p.15.n 1 & p.16.n.6.
1. Iustitia humana constans non est.p.16.n.1.& 9.
1. Iustitia non in voluntate, sed in actu & exercitio consistit.p.16.n.4.& p.17.n.18.& 19.
1. IVSTINIANVS hoc nomen non adoptionis iure, vt multi falso existimant, sed proprio & à nullo deriuatum habuit.p.18.n.14.
1. Iustinianus agnomina Alemanicus &c. ab euentu habuit.p.8.n. 19.
1. Iustinianus Imperij culmen quando ascenderit? p. 8 num.20.
1. Iustinianus ex antiquissima & nobilissima Anicio rum familia fuit.p 8.n 15.
1. Iustinianus Belisarij & Narsetis strenuorum ducum industria egregias victorias consequitur.p. 8.nu 21.
2. Iustinianus quid noui iuxta legatorum actiones induxerit.p.376.n 7.
1. Iustinianus Æneida à se ipso nũcupatur.p.8. n.16.
1. Iustinianei Codicis prima editio.p.2.n.12.
1. IVLIVM Cæsarem cæso ventre natum falso creditur.p.7.n.8.
2. IVLII PAVLI locus lib.4. sent.tit. 3. verfi. lex Falcidia. p.475.n.16.
1. IVVENES dociliores quam senes.p.13.n.34.
2. In alieno fundo nec venari nec aucupari licet, & exponetur.p.96.n.3.& 6.
2. Immobilis rei furtum fit. pagin. 129. numero 5. & 7.
2. Indignitatem nemo nisi solus fiscus opponere potest.p.396.n.58.
2. In definitionibus nihil debet esse superfluũ. p. 118. num.4.

2. impossi-

2. Impossibilis conditio vitiat contractus, & quare. pag.250.n.12.

L.

1. LABOR inanis quem nulla præmia sequuntur.pag.462.n.13.
2. LAPILLI & Gemmæ quæ in littore maris inueniuntur inuentoris capientis fiunt.p.98.n.1.& 2.
3. LÆSIONIS probatio in restitutione semper necessaria.p.150.n.10.
2. Læsionis probatio non est minori necessaria quoties actus sua natura perniciosus est minori, licet Bartolus contrà sentiat.p.359.n.64.
1. LEGO, verbum latissimam habet significationē in 12.tabulis,& multis alijs in locis.p.372.n.5.
2. Lego, verbum positum, Prudentium interpretatione, singulas tantum res relictas comprehendit. pag. 372.n.6.
2. Legari non possunt res sacræ, sanctæ, religiosæ, neque earum æstimatio debetur.p.381.n.39.
1. Legari possunt res testatoris, heredis & alienæ.p. 378.nu.1.& 7.
2. Legari incorporalia possunt.p.416.n.2.
2. Legari à legatario an hodie possit.p.482.n.2.& 3.
2. Legari, cum heres, vel legatarius moreretur, olim poterat.p.421.n.2.
1. Legari potest illis, qui ex alieno testamento, vel sibi, vel alijs capere possunt.p.418.n.2.
1. Legari post legatarij, heredisve mortem olim non potuit, hodie potest.421.n.1.
2 Legans rem in qua ius aliquod habet, id tantum legasse videtur.p.385.n.2.
2. Legabantur per vindicationem, quæ vtroque tempore, testamenti, & temporis testatoris erant.pag. 380.n.26.
1. LEGATI definitio.p.372.n.1.
2. Legati definitio à Iustiniano tradita competit etiā fideicom.p.372.n.1.& p.373.n.11.
2. Legatum qualiter fit donatio.p.373.n.9.
2. Legatum lucrosum semper est.p.231.n.10.
2. Legatorum genera olim quatuor.p.375.n.2.
2. Legata verbis relinquuntur.p.173.n.13.
2. Legatum ab herede præstari qua ratione dicatur. p.374.nu.19.
1. Legatum aliquando à testatore præstatur.p.373.n. 7.& p.374.n.17.
2. Legatum à legatario etiam aliquando relinquitur. p.373.n.6.& p.374.n.16.
2. Legatum à semetipso quando relinquitur.pa.373. n.5.& p.374.n.15.
2. Legata imperatiuis verbis semper relinquebātur. p.446.n.11.
2. Legatum testamenti pars est.p.418.n.3.
1. Legatorum tractatio in tres partes ob prolixitatē in Pandectis diuisa.p.372.n.3.
2. Legati partitionis formula.p.469.nu.4.
1 Legatorum differentiæ quoad verborum solemnitates sublatæ sunt.p.375.n.1.& 6.
2. Legatum per vindicationem quibus verbis relinqueretur.p.380.n.27.
2. Legatum per vindicationem quale,& quibus verbis,& quales effectus haberet.p.375.n.3.
2. Legato dānationis coniunctim relicto partes ab initio legatarij habent,& non admittitur ius accrescēdi.p.393.n.34.& p.397.n.69.& p.398.n.76.& 77.
2 Legatum per damnationem, quomodo fieret,& cuius effectus esset.pag.375.n.4.
2. Legatum per sinendi modum quale olim.pag.375. num.5.
2. Legata non nisi testamento relinqui quomodo intelligendum.p.372.n.2.
2. Legatum non nisi in vltima voluntate relinquitur.p.373.n.10.
2. Legata in minus solemni testamēto relicta, an in foro conscientiæ debeantur.p.453.n.17.
3. Legata quando cedant, & quid in legato libertatis.p.150.n.12.
2. Legatæ rei dominium recta via à morte testatoris transit in legatarium: nisi res aliena sit.p.379. nu. 19.20.21.& 22.
2. Legati dominium recta via transit à morte testatoris.p.373.nu.8.
3. Legati dominium quæritur legatario ipso iure, reuocabiliter tamen.p.109.n.61.
2. Legatum recta via transit in legatarium.p.231. numero 11.
3. Legatum etiam ignorantia acquiritur,& quare? p. 59.nu.28.
2. Legatorum & fideicommissorum etiam hodie nōnullæ differentiæ.p.377.n.3.
2. Legatorum & fideicommissorum hodie vna causa & conditio.p.377.n.1.
2. Legatum rei alienæ, quam quis propriam existimabat, non valet,& quare.p.384.n.62.quod tamen limitatur.num.sequent.
2. Legatum rei alienæ iure Canonico non valet iuxta communem: quæ tamen falsa ostenditur. pa. 381.nu.36.
3. Legatum annuum, aut in singulos annos conditionale.p.216.n.2.
2. Legatum annuum alimentorum naturam sortitur. p.217.nu.8.
3. Legatum annuū ob annua stipulatione quatenus differat.p.216.n.6.& p.217.n.8.
2. Legatum integrum præstari ex voluntate testatoris semper colligitur.p.434.n.59.
2. Legatum relictum sub ea conceptione, quotiescunque vidua erit, quando præstandum.p.412.n.41.
2. Legatum frequentius relinquitur ob benemerita. p.373.num.4.& 13.
3. Legatum in alienam expressam voluntatem poni non potest, contractus poni potest.p.304.n.33.
2. Legatum relictum sub conditione, donec nuberet, an præsens, an conditionale sit? pag.411. numero 40.
2. Legatum à principio inualidum ex postfacto non conualescit.p.38.nu.24.
2. Legatum eius rei cuius non est commercium nullum, & distinguitur. pag.382.num.44.& 50.
2 Legatum rei, quæ nondum est, quamuis tacitam conditionem habeat (si nascatur, aut res in esse producatur) nō tamē est cōditionale.pa.387.n.3.
1. Legatum vxori relictum, si caste vixerit, lucratur etiam si nubat.p.22.n.27.
2. Legatum liberationis qualiter legatarius ab herede consequatur.p.374.n.22.
2. Legatum quod in specie consistit, perit periculo legatarij: secus si in genere, aut qualitate.pagin.415. num.1.& 2.
3. Legatum purum ex rei natura aliquando dilationem recipit.p.223.n.5.
2. Legatū à creditore creditoris rei debitæ factū inutile est.p.406.n.1.quod tamen seq. nu.explicatur.

2. Legatum si peruenerit ad casum à quo incipere non potuit, vtrum vitietur. p. 406. n. 7.
2. Legatum acquiritur domino in cuius potestate est mortis testatoris tempore, & discrimen inter hereditatem & legatum. p. 231. n. 9.
2. Legatum pure relictum immutatur, si sub cõditione iterum relinquatur. p. 307. n. 60.
1. Legatum mulieri relictum donec caste vixerit, quã diu illud lucretur. p. 22. nu. 26.
2. Legata aut fideicommissa ex minus solemni voluntate non debentur. p. 480. n. 2.
2. Legata non nisi ex testamento relinquuntur Iure Ciuili Romanorum. p. 477. n. 2. & 7. & p. 479. n. 17.
2. Legata quemadmodum non nisi verbis relinqui possunt, ita ipso iure non nisi verbis adimuntur. p. 395. nu. 51.
2. Legata adimuntur facilius, quam hereditates, & quare ex illustrissimo Franc. Manti. p. 2 ca 95. n. 10.
2. Legata etiam non adita hereditate debẽ tur ex militis testamento. p. 431. n. 30.
2. Legata pia, etiam non adita hereditate debentur. p. 431. n. 31.
2. Legata quando testator Falcidiam prohibuit, etiã non adita hereditate debentur. p. 431. n. 32.
2. Legata etsi hodie conseruentur non adita hereditate, testator tamẽ efficitur intestatus. p. 431. n. 35.
2. Legata adimuntur ipso iure vel eodem testamento, vel alio æquè solemni. p. 425. n. 33.
3. Legata conditionalia ad heredes cur non transeãt. p. 221. n. 9.
3. Legata iure Regio etiam ex testamento hereditate non adita conseruantur, dum tamen aliquis eam adeat ab intestato. p. 145. n 40. & p. 146. n. 49. & 50. & 51.
2. Legata ratione debeantur in d. l. fin. D. de hered. instituend. p. 305. n. 9.
2. Legata quæ iure singulari valent, testamentũ non valere supponunt. p. 304. n. 28.
2. Legata, pendente libertate, seruo relicta cui acquirantur. p. 228. n. 7.
2. Legata, & alia relicta in primo testamento quod secundo tollitur, aliquando cõseruantur. p. 309. n. 74.
2. Legata relicta ab instituto, debentur à substituto. p. 257. n. 32.
2. Legati portio repudiata hoc casu pertinet ad heredem. p. 234. n. 4.
2. Legatorum onus an pro rata an in solidum ad fideicommissarium spectet. p. 470. n. 4.
2. Legatorum seruandorum causa heres adire hereditatem non compellitur, & quare. p. 439. n. 6. & pag. 440. n. 15.
2. Legatorum dies cedit ab adita hereditate. pa. 439. num. 7.
2. LEGATARIVS conditionalis, legatarius quare verè non sit. p. 257. n. 21.
2. Legatarius partiarius, quis, remissiuè. p. 469. n. 2.
2. Legatarius tres actiones pro legati persecutione habet, realem, personalem, hypothecariam. pag. 376. n. 1. & 6.
2. Legatario cui res aliena relinquitur, personalis tantum actio datur. p. 378. n 11.
2. Legatarij & fideicommissarij testes idonei in testamento inscriptis, non vero in nuncupatiuo, secũ dum Connanum & Fornerium. p. 168. n. 7.
2. Legatarij & fideicommissarij, & qui ex eorum sunt familia testamẽtarij testes esse nõ possunt. p. 168. n. 1.
2. Legatarij idonei testes etiam, vbi ex vi statuti duobus testibus valet testamentum. pag. 169. numero 12.
2. Legatarij & fideicommissarij testes esse possunt p. 166. nu. 3.
2. Legatarij non sunt principaliter testes in re sua, sed per consequentiam. p. 168. n. 5.
3. LEGITIMA filijs in parentum bonis an iure naturali an vero iure Ciuili inducta sit? remissiuè. p. 10. n. 60.
3. Legitima naturali ratione debetur, eius quota, iure positiuo: vnde & augeri & minui potest. pa. 10. num. 61.
2. Legitima, quo titulo relinquenda omni iure sit. p. 332. nu. 19.
2. Legitima institutionis titulo, quare filio semper relinquenda. p. 333. n. 27.
2. Legitima relinqui debet filio titulo institutionis. p. 260. n. 54.
2. Legitima potest relinqui titulo substitutionis. pa. 260. n. 55.
2. Legitima an hodie relinquenda titulo institutionis remissiuè. p. 260. n. 56.
2. Legitima filiorum quæ olim, quæ hodie? pag. 334. nu. 38
2. Legitima filiorum iure Hispano omnia parentum bona, excepto quinto. p. 334 nu. 39.
2. Legitima, vt querela excluderetur, in vltima voluntate relinqui debuit. p. 333. n. 34.
3 Legitima successio ea quæ ab intestato defertur. p. 69. n. 10. 1.
3 LEGITIMÆ successiones sunt quæ ex S. C. Tertylliano, & Orficiano deferuntur. pag. 82. num. 2.
2. Legitima successio non præfertur testamentariæ. p. 265. n. 14.
1. LEGITIMVM proprius id est, quod sine facto hominis legis ministerio defertur. p. 72. n. 7.
2. Legitimum quid dicatur, ad multorum iurium explicationem. p. 177. n. 14.
3. Legitimis extantibus, naturales non possunt legitimari, nec succedere. p. 55. n. 3. & 4.
1. Legitima filij naturalis & legitimi est quarta pars portionis, quam ab intestato habiturus erat. p. 48. num. 17.
3. LEGITIMATIO per curiæ oblationem, & eius initium. p. 33. n. 2.
3. Legitimatio quæ Principis rescripto fit, successit loco illius, quæ olim per curiæ oblationem fiebat. p. 55. n. 2.
3. Legitimatio per Principis rescriptum & eius effectus. p. 33. n. 4.
3. Legitimatio per subsequẽs matrimoniũ, licet olim aliquibus in casibus dotaliũ instrumentorum cõfectionẽ requireret, hodie non ita. p. 35. n. 20.
3. Legitimationem adita hereditate à venientibus ab intestato in eorum præiudicium fieri non posse defenditur. p. 10. n. 66.
3. LEGITIMATVS per curiæ oblationem patris consanguineis non succedebat, nec consanguinei ipsi filio. p. 34. n. 8.
3. Legitimatus per curiæ oblationem, legitimis non extantibus, Iure Ciuili, patri, & pater ipsi succedebat ab intestato. p. 34. n. 7.
3. Legitimatus per curiæ oblationem patris agnatos in successione excludit. p. 34. n. 9.

3. Legitimatus per Principis rescriptum quoad honores & dignitates similis est legitimis ex iustis nuptijs. p.33.n.5.

3. Legitimati per subsequens matrimonium in alicuius præiudiciũ non admittuntur.p.35.n.19.

3. Legitimati per subsequens matrimonium in omnibus & per omnia fimiles legitimis ab initio sunt p.35.nu.18.

3. Legitimatus exstantibus legitimis quintam tantũ modo paternorum,siue maternorum partem consequi potest.p.34.n.13.

3. Legitimati cum legitimis patris consanguineis ab intestato succedunt.p.35.n.15.

3. Legitimatis etiam legitimis exstantibus alimenta sunt relinquenda,si vnde commode ali possint nõ habeant.p.34.n.14.

3. Legitimatus legitimis nõ exstantibus, ex testamẽto & ab intestato suorum iura etiam hodiè habet. p.35.n.17.

3. Legitimatos filios legitimis exstantibus ab intestato succedere posse putant nonnulli,dum tamen non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi sunt inter omnes minus habẽte.p.34.n.10.

3. Legitimatus legitimis exstantibus nouissimo Hispano iure non succedit.p.34.n.13.

3. Legitimatus an Hispanica nobilitate gaudeat.remissiuè.p.35.n.16.

2. LEX Attinia, siue Attilia,de rebus furtiuis.p.127. num.7.

2. Lex Ælia Sentia seruorum manumissiones in fraudem creditorum impedit.pag.336.nu.7.& p.337. nu.17.18.& 19.

2. Lege Ælia Sentia à domino qui soluendo non est seruum vnum proprium,etiam in creditorũ fraudem manumitti permissum,& quare p.337. n.19.

2. Leges Ælia Sentia, Papia Pappæa,Iulia de maritãdis ordinibus & earũ capita,remissiuè.p.409.n.25.

2. Lex Cincia muneralis quid iuxta donationes cauerit.p.133.n.10.

1 Lex Fusia Caninia quando lata:quodque iuxta seruorum manumissionem statuisset, & à quo abrogata p.35.n.1.

2. Lex Papia de Caducis quid induxerit.p.268. n.38.

2. Lex Papia de quibus incapacibus loqueretur. pag. 398.nu.73.

2. Lex Iulia & Papia exornatur remissiuè,& eius capita.p.235.n.14.

2. Lege Iulia & Papia prohibiti capere ex vltima voluntate,prohibiti fuere capere donationem causa mortis.p.136.n.16.

2. Lex Iulia & Plautia de rebus vi possessis. pag. 127. num.8.

1. Lege Terentia abrogatæ fuerunt leges Regiæ. pag. 2.nu.5.

2. Legis Velleiæ primum caput.p.216.n.3.

2. Legis Velleiæ secundum caput.p.216.n.4.

1. Leges 12. tabularum legibus Regijs successerunt, p.2.nu.6.

3. Legis 12. Tabularum verba de suorum heredũ successione. p.55.nu.1.

2. Lex 12 tabularum prodigi bonorum administratio cognatis,gentibusque suis deferebat.pag. 199. num.4.

3. Legis 12.tabularum verba de intestatorum hereditatibus,ex Riuallio,Balduino & alijs iunioribus. p.14.nu.3.

3. Legis 12.tabularum de intestatorum hereditatibus explicatio.p.14.n.9.

2. Lege 12.tabularum rem furtiuam vsucapi posse prohibitum fuit.p.127.n.6.

1. LEGES quam necessariæ in benè constituta Republica.p.14.n.3.

1. Legis definitio ex Iustiniano.p.26.nu.1.

1. Lex præcipit,vetat,permittit,punit.p.20.n.2.

3. Legis verbis comprehensum quod ex eius mente deducitur.p.122.n.12.

1. Leges à maioribus magistratibus in Pop.Rom.latæ Plebiscita à minoribus,quinta pars iuris.p.2.n.9.

1. Leges Regiæ primum ius scriptum in Pop. Rom. p.2.n.5.

2. Legis ratione correcta,corrigitur etiam lex.p.431. num.29.

1. Lex Ciuilis alia Ciuili tolli & mutari potest.pag. 29.nu.6.

3. Lex heredẽ & dominium facere potest.p.104.n.3

1. Legis actiones tertia pars iuris Romani.p.2.n.7.

2. Lex quando pluribus rationibus mouetur, etsi vna cessat,non cessat.p.432.n.39.

3. Lege generali correcta, & quæ ex ea oriebantur, cessant.p.153.n.20.

3. Lex correctoria extendi non debet.p.149.n.4.& p. 150.n.11.& 12.

2. Lex puniens cum armis inuentum, habet locum si inueniatur & apprehendatur.p.98.n.2.

2. Leges imponentes pœnas nuptias iniussu parentũ contrahentibus,an iustæ?p.322.n.34.

2. Legem sibi imponere nemo potest à qua recedere non liceat.p.423.n.11.

2. LEVANDÆ nauis gratia in mare eiecta dominorum manent.p.111.n.1.

3. LIBERAMVR Rijsdem modis quibus obligantur.p.238.n.30.

2. LIBER HOMO,res sacra,aut religiosa, & fugitiuus seruus nõ vsucapiuntur p.126.n.1.& 2.

3. Liber homo quatenus acquirat,cui bona fide seruit.remissiuè.p.379.n.3.

2. Liber homo bona fide possessus acquirit bonæ fidei possessori,ex re eius & suis operis.p.148.n.2.

2. LIBERA potestas de proprijs rebus disponendi. Iure Ciuili aliquando remoratur.p.141.n.3.

2. LIBERATIONIS legatum vtile est, & quibus rationibus?p.405.n.1.

2. Liberationis legatum pluribus modis relinquitur. p.406.n.5.

1. LIBERORVM appellatio latissima est.p.104 numero 8.

2. Liberorum oppellatio legitimos tantum comprehendit.p.279.n.36.& 39.

2. Liberis omni iure debita parentum successio.pag. 314.num.5.

1. Liberi ex iustis nuptijs procreati in parentum potestate sunt.p.37.n.1 & p.38.n.5.

2. Liberi patris nõ matris familiã sequũtur.p.38.n.5.

3. Liberi nisi ter venditi à patre sui iuris non fiebant. p.75.num.1.

2. Liberis mente captis cuiuscunq; ætatis, sexus,gradus sint substituere parentes possunt. p.284.n.1.& p.287.n.21.per totum.

3. LIBRVM rationum plures ex necessitate habere debent.p.62.n.25.

1. LIBERTAS naturalis hominibus est.p.28.n.2

3. Libertatis maximus fauor naturali ratione admissus.

admissus.pag.141.num.18.
2. Libertas quæ semel competit amplius non potest reuocari.p.137.nu.18.
3. Libertas semel data non reuocatur prætextu restitutionis minoris ætatis. pag. 150. num. 11. & 13.
2. Libertatis fauor nuptiarum fauori præfertur, & quare.p.411.n.38.
3. Libertatis datio legatum non est. pag. 141. nu.11.
3. Libertas fideicommissaria quæ. pag. 142. nu. 12.
3. Libertatatis legatum pium est,& etiam non adita hereditate debitum.p.141.nu.4.& p.147.n. 61.
3. Libertatis directæ,& fideicommissariæ differentiæ nonnullæ.p.142.n.13.
2. Libertas fideicommissaria ius patronatus manumissori tribuit.p.484.nu.4.
2. Libertas per fideicommissum alienis etiam seruis relinqui potest: directo non ita,& quare. p. 483. num.1.& 2.
3. Libertates relinquuntur directo, & per fideicommissum.p.141.n.9.
2. Libertatis fauore cogitur quis,partem, quam in communi seruo habet,vendere.p.141.nu.7.
3. Libertates quomodo conseruentur ex D.Marci rescripto,& qua ratione.p.142.n.16.
3. Libertates ex rescripto.D. Marci præstita cautione ab eo cui bona addicuntur, quomodo competãt. pag. 145.nu.37.
3. Libertates addictione bonorum conseruantur nisi alia lex eas impediat p.149.n.3.& p.150.n. 10.
3. LIBERTVS quis est.p.94.n.2.
3. Liberto patronus,eisque liberi, item cognati ad quintum vsque gradum succedunt.p.96 n.1.
3. Libertum vni ex filijs adsignare S. C. Claudiano concessum.p.97.n.3.
3. Liberti in bonis qua ratione patronus ius patronatus habeat,& in quibus consistit.p.94. nu.3.
3. Liberti vxor quæ in manum eius conuenerat patronum in legitima successione excludebat. pag. 95.n.2.
1. Libertinorum olim triplex status,hodie vnus. pa. 32.nu.1.
3. Libertinorum,& ingenuorum successiones similes.p.96.n.2.
1. Libertini dicuntur qui à libertis procreati sunt;libetti,qui cũ serui essent manumissi sunt.p.32.n.2.
2. LIBIDO in fœminis, quam in viris detestabilior,& quare.p.228.n.9.
2. LIMINARCHÆ qui?p.178.n.1.
2. LIMITATI agri alluuione non augentur. p. 99 nu.3.
3. LINEA duplex tantùm recta,& transuersa.pag. 87.nu.4.
Linea,quæ funiculum significat est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens. pag. 87. num.3.
3. Linea recta continet ascendentes,& descendentes: transuersa vero cognatos, & propinquos, qui ex latere sunt.p.87.n.5.
3. Linea recta ascendentium & descendentium eadẽ computatione denumeratur apud Ciuiles & Pontificios canones.p.89.n.13.
3. Linea in successione primogenij semel admissa dũ non finit,alijs successionis viam præcludit.p. 27. n.22.& 26.& p.28. n.29.& 30.
3. LITE contestata res definit esse integra.p.355.n. 3.& 5.
2. LITERÆ & scriptura papyro cedent. p.104. n. 1.& 2.
3. Literis & scriptura idem quod vocibus & lingua efficitur.p.255.n.3.& p.256.n.9.
3. Literæ,aut scripturæ obligationem nunquam inducunt.p.284.nu.8.
3. Literarum obligatio Iure Ciuili ob bonum publicum inducta.p.284.nu.11.
3. Literarum obligatio Iurisconsultorum seculo,& ætate incognita,iuxta Bartolum.p.285.n.19.
3. Literarum obligatio Iurisconsultorum ætate incognita.p.166.nu. 2.
3. Literarum obligatio ex literis à lege inducitur. p. 284.nu.9.
3. Literarum obligatio naturalem obligationem nõ producit.p.288.n.35.
3. Literarum obligatio vtrum intra biennium oriatur.p.287.nu.30.
3. Literarum obligatio an oriatur si pecunia numerata sit.p.287.n.25.
2. LITVS est terra,quæ mari alluitur per maximos fluctus hybernos.p.93.n.2.
2. Litus maris quod commune est occupatione quo ad vsum priuatũ efficitur quandiu ędificium ibi durat.p.92.n.4.
2. Litorum vsus omnibus communis est:& quę sit inter litus & ripam discriminis ratio?ibi.p. 93.n.4.
2. LOCA publica præscribi vtrũ possint.p.125.n. 3.& 5.
2. Loca sacra qualiter effici prophana possent, & de Deorum euocatione.p.94.n 4.
3. Loca sacra,religiosa,publica,nec liber homo vendi possunt.p.312.n.1.
3. LOCARE,& locator,quis? p.313.n.4.
3. Locari propriæ & res alienæ possunt.p.314.n.16.
3. Locari possunt res mobiles & immobiles,personarum vsus & facta.p.314.n.12.
3. Locatio vnde dicta p.313.n.3.
3. Locationis & conductionis materia, remissiuè. p. 313.n.2.
3. Locationis & conductionis definitio.p.313.n.9.
3. Locatio tacita quæ.p.315.n.32.
3. Locatio rem & mercedem exigit. p.316. n.8.
3. Locatio nulla constituta mercede consistit.p.316. num.2.
3. Locatio aut est vtendi, fruendi, aut faciendi. pag. 318.n.30.
3. Locatio contrahitur simul atque de mercede conuenit.p.316.n.7.& quare.
3. Locatio conuentio est nominatiua,& in quo differt à contractu,do,vt facias.p.313.n.11.
3. Locatio est cõtractus bonæ fidei iuris gentiũ vltro citroque obligationem inducens.p.313.n.10.
3. Locatio bonæ fidei contractus est,recipit eas leges & conditiones, quæ à contrahentibus adijciuntur,si quid deest, ex bono & æquo suppletur.pag. 331.nu.1.& p.332.n.4.& 7.
3. Locationis cõtractus,similis venditioni.p.301.n.5. & p.303.nu.26.
3. Locatio & conductio eisdem quibus emptio & venditio consistunt regulis,maximè vero quia sine certa mercede in pecunia numerata non fiunt. p.316 n.1.& 7.
3. Locationis & cõductionis nominibus promiscuè veteres vtebantur.p.313.n.6.
3. Locatio dominium non transfert. p.316.n.12.

3. Locatio ad rem fit.p.315.n.26.
3. Locatio facti sine certa mercede in pecunia numerata non consistit.p.318.n.31.
3. Locatio rei vlum,venditio rei dominium præstat.p.314.n.19.
3. Locatio & conductio vtriusque gratia celebratur.p.333.n.3.
3. Locatio fit cum materia eius manet,cuius antea erat,l.conuenit.65.D.de contrahenda empt. p. 331.nu.6.
3. Locatio perpetua emphyteusis dicitur.p.315.numer.27.
3. Locatio ad longum tempus dicitur quæ vltra decennium fit.p.315.nu.29.
3. Locatio ad longum tempus vtile(quod vocant) dominium transfert.p.315.n.30.
3. Locatio temporanea vna expressa,alia tacita. p. 315.nu.31.
3. Locatio temporanea, quæ ad longum vel modicum tempus fit.p.315.n.28.
3. Locatio & conductio duplicem actionem parit, ex locato quæ locatori,ex conducto quæ conductori datur.p.316.n.9.
3. LOCATOR rem locatam auocare à conductore aliquibus in casibus solet.p.317.n.15.
3. Locator alio tempore quam conuento si tradat non liberatur. p.317.n.18.
3. Locatoris heres locationi stare non cogitur. p. 334.n.5.& p.336.nu.16.
3. Locatori successor particularis stare non cogitur.p.336.nu.16.
3. Locator si rei vsus sit in quacunque re merces cõ sistere potest.p.318.n.32.
3. LOCVPLETARI cum aliena iactura natura non sinit.p.187.n.28.
1. Locupletari cum aliena iactura ius non sinit. p. 28.nu.5.
2. LVCRATIVÆ duæ causæ concurrere non possunt.p.387.nu.& p.386.n.8.
3. LVCRI partem vt quis habeat, damni verò nullam in eo,qui pecuniam contulit, iniustum & inualidum.p.345 n 20.
3. Lucrum & damnum æqualiter semper partienda,& quemque sequi secundum naturam est.p. 343.n.3.& 5.
3. Lucrum qualiter diuidendum ,cum quis industriam tantum societati contulerit.pag.344. numero.12.
3. Lucrum maius habet qui plus in societatem contulit.p.341.nu.20.
3. Lucrum æquale quando capitale æquale, pactũ contrà factum iniustum.p.342.n.24.
3. Lucrum æquale esse quando capitale est inæquale,iniustum est.p.342.n.27.
3. Lucrum inæquale quando præter capitale plus industriæ quis contulit societati.p.342.n.26.
3. Lucra constante matrimonio quæsita inter virũ & vxorem ipso iure communicantur. p. 340.numer.12.
3 Lucra constante matrimonio quæsita communicantur inter virum & vxorem.Diuersæ consuetudines referuntur.p.337.n 7.

M.

3. MAIOR pars creditorum licèt partem debiti remittere possit, non tamen totũ debitum.p.144.n.32.
3. Maioris partis creditorum consensus an sufficiat,vt aut cautio non petatur, aut minus idonea accipiatur.p.144.n.31.
2. MALÆ fidei possessor omnes fructus quos percipit & percipere potuit,restituit.p.107.n.16.
2. Malæ fidei possessor vacuam possessionem bona fide accipienti tradens,præstat vsucapiendi conditionem.p.129.
2. Mala fides superueniens an possidenti noceat. p.131.n.2.& 6.
3. MANDATI definitio proposita.p.350.n.3. & explicata.nu.sequen.
3. Mandati contractus vtilis & in republica maximè necessarius.p.350.n.2.
3. Mandati materiam qui prosequuntur,remissiuè. p.351.n.7.
3. Mandati actio duplex,directa vna,contraria alia. p.351.n.6.
3. Mandati fines diligenter custodiendi sunt. pag. 354.n.1.
3. Mandatum & in diem deferri,& sub conditione contrahi potest.p.357.n.1.
3. Mandatum non suscipere liberum est, susceptũ nisi tempestiuè renuntiari non potest,& quando dicatur tẽpestiuè renũtiari.p.357.n.1.& 3.
3. Mandatum morte mandantis & mandatarij finitur re integra.p.355.n.6.& 8.
3. Mandatum quando aliena gratia dicatur contractum.p.352.n.8.
3. Mandatum quinque modis contrahitur. p.351. num.1.
3. Mandatum rei turpis nullum est , etiamsi iuramentum accedat.p.354.n.1.
3. Mandatum non nisi gratuitum esse potest.p.358. nu.1.& nu.3.& 4.
3. Mandatum vt certæ personæ quis credat,mandãtem obligat.p.353.n.3.& 6.
3. Mandatum reuocatione finitur.p.354.n.1.& p. 355.n.4.
3. MANDANS,vt quis delictum committat,ex consilio obligatur.p.353.n.2.& 4.
3. Mandantis & mandatarij gratia mandatum contrahitur,si communis sit vtilitas.p.352.n.2.
3. Mandantis gratia quando mandatum contrahatur.p.352. nu.1.
3. Mandantis & aliena gratia quando mandatum factum dicatur.p.353.nu.10.
3 MANDATARII solius gratia quando mandatum factum est,nullam obligationem mandati parit.p.353.n.1.& 3.& 4.
3 Mandatarij tantum gratia aliquando mandatum contrahi potest.p.351.n.2.& 4.
3. Mandatarij & aliena gratia quãdo fiat.p.353.n.11.
3. Mandatores qui.p.276.n.4.
2. MANCIPATIO ciuilis acquirendi dominij modus est.p.133.n.11.
5. MANCIPI quæ res essent,remissiuè. p.291. num.6.
1. MANVMISSIO ingenuitatem non officit. p.31.num.1.2.& 5.
1. Manumissio multis fiebat ex sacris constitutionibus:vindicta, censu,testamento, inter amicos,& per Epistolam.p.32.n.3.
1. Manumissio quocunque loco & tempore poterat expediri.p.32.n.5.

. Manumissio in fraudē cred itorum lege Ælia Sentia vetita.p.33.n.1.
1. Manumissionis iustæ causæ si semel fuerint probatæ,improbari postea non possunt.p.35. n.4.
1. Manumissione(quæ est datio libertatis)serui liberti fiunt.p.32.num.1.
2. Manumissi originem suam repetentes omnia quæ de domo manumissoris habuerunt,amittunt.p.252.n. 24.
1. Manumittere minorem annis viginti seruum suum lege Ælia Sentia prohibitum est,iusta nō existente causa.p.35.n.1.& 4.
1. Manumittere seruos quos quis voluerit in testamento minor potest.p.35.n.5.
1. Manumitti filij familias , qua ratione dicantur. p.32.n.2.
2. MARITVS rerū dotaliū dominus est cōstāte matrimonio,vt pluribus ostenditur.p.143. n.10.
2. Maritus res dotales alienare non potest . p. 142. num.1.
2. Maritus etiam vxore consentiente dotales res alienare non potest.p.143.n.9.
3. MASSAM argenti aurive qui accepit, an pro ea pecuniā soluere possit.p.173.n.36.
2. MATERIÆ voluntate dominorū,aut casu cōfusæ cōmunes fiunt.p.101.n.1.& p 102.n. 4.
1. MATER quæ maxima in filiorū procreatione pars est,& certior, quam pater, liberos in potestate non habet.p.37.n.2.&.p.38.n.6.
1. Mater liberis tutorem dare potest. pag .67. nu .2. & 9.
2. Mater rectè potuit olim filium ita instituere . p. 280.n.46.
1. Mater ex priuilegio olim,hodie iure ipso filiorū tutrix,siue curatrix est. p.74.nu.5.& 6.
2. Mater an hodie pupillariter substituere possit, remissiuè.p.282.nu.57.
2. Mater suos heredes nō habet.p.207.n.26.
2. Mater hodie non posset instituere filium , cum erit annorum quatuordecim , saltem in legitima.p.281.n.51.
3. Mater spurijs & naturalibus qui succedere poterant,succedebat.p.46.n.3.
3. Mater semper est certa.p.40 n.27.
3. Mater tutorem confestim petere olim debebat, id est,quam primum posset, hodie intra annū. p.80.nu.3.& 6.
3. Mater auo & proauo præfertur in filij successione,si cum eis concurrat solum.p.77.n.4.
3. Mater vt à filij successione excludatur statuto an effici possit. remissiuè.p 79. n. 8.
3. Mater etsi nullum alium peperit filium nisi eū de cuius successione agitur,nouo iure ei succedit. p.78.n. 1.
3. Mater nouo Hispano iure filij intestatò defuncti fratres & sorores excludit.p.79.n. 7.
3 Mater quæ quatuor peperisset filios eorū bonis ex Imper.Claudij constitutione ius successionis habebat.p 76.n.4.
3. Mater quæ intra annum mortis patris aut reiecti,excusatiue tutoris,alium filio impuberi non petierit,eius successione priuatur.p.79.n.1.
3. Mater in filij successione patribus & sororibus consanguineis defuncti admittitur , & ex qua parte.p.79.n.1.
3. Mater succedebat ab intestato, filius iure prætorio per bonorum possessionem , vnde cognati, post suos & agnatos hæredes.p.76.n.3.
3 Mater & auia tutelæ officio fungi possunt, sed si secundas velint contrahere nuptias tutorem filijs impuberibus petere tenentur,aliàs successione priuantur.p.80.n 9.
3 Mater etiam libertina legitimos hæredes ab intestato filios habet.p.16.n.30.
3. Mater filijs,& filij matri iure Hispano succedūt. p.81.n.3.
1 Matri & patri æqualis pietas debetur . p.38. numero 4.
3. Matri in filij successione defuncti,liberi naturales & adoptiui: naturalis pater,frater,& soror consanguinei præferūtur.p.77.n. 1. &.4.
3. Matri iam ex S.C.Orficiano agnatis & cognatis exclusis filius succedit.p 81.n.2.
3. Matri ingenuæ & libertinæ etiam conditionis succedit filius,ex S.C.Orficiano.p.81.n.1.
3. Matri filius ab intestato lege duodecim tab.succedere non poterat.p.81.n.1.
3. Matris intestatæ hæreditas ad liberos suos ex lege duodecim tab.non pertinebat.p.16. n. 27.
2. Matris præteritio habetur pro exheredatione. p 210.n.1.
3. Matres lege duodecim tab.filijs nō succedebant. p.76.n.1.
1. MATRIMONII definitio exornata. p. 38. num.1.
1. Matrimonium Iure Canonico serui cōtrahunt. p.39.n.6.
1. Matrimonium inter aliquos etiam Romanos ciues prohibitum.p.39.n.3.& 4.
1. Matrimonium inter consanguineos in quarto gradu,affines,in eodem quarto gradu,contrahi non potest.p.40.nu.1.
1. Matrimonium iure Ciuili serui non cōtrahunt. p.39.n.5.
1. Matrimonium iustum ciues Romani contrahūt, non alij.p 39.n.2.
1. Matrimonium contrahentium cōtra legum præcepta pœnæ.p.41.n.1.
1. Matrimonium apud Romanos patriam non dissoluebat poreſtatem.nisi per coemptionem contractum esset.p.65.n.6.& 8.
2. Matrimonium ex consilio parentum consensum requirit.p.320.n.22.& p.322.n.42.
2. Matrimonium solo contrahentium cōsensu omni iure valet.p.320.n. 19.
2. Matrimonium qui contrahunt contra parentis voluntatem,nulla iusta existente causa, peccant mortaliter.p.321.n.24.
2. Matrimonium iniussu parentis contractum à filijs fam.iure Ciuili validum, sed iniustum. p. 321.n.25.
2. Matrimonium clandestinum hodie, vno in casu post Tridentinum.p.322.n. 45.
2. Matrimonium qui contrahunt contra formam Tridentini cū illud non valeat,pœna legis Tauri non sunt puniendi.p.323.n.46.
2. Matrimonium apud nos liberat filium à patria potestate.p.187.n.19.
2. Matrimonium à filijs sine cōsensu parentum cōtractum nullum Iure Ciuili.p.320. n. 14.
2. Matrimonium quod olim vsu fiebat , parētibus deficientibus,non nisi tutoribus interueniētibus cele-

celebrabatur.p.320.n.15.
2. Matrimonium illegitimum iure Canonico si à parentibus puellæ sponsis non tradantur. p. 320.num.16.
2. Matrimonium contrahentibus sine parentum voluntate pœnæ grauissimæ iure Hispano impositæ.p.320.n.17.
3. Matrimonium iustum iure Ciuili tantum erat inter Ciues Romanos:cum exteris ius connubij non erat.p.41.n.3.
3. Matrimonium inter ascendentes & descendentes omni iure prohibitum.p.89.n.17.
3. Matrimonium inter seruos iure Pontificio, & Hispano celebratur.p.92.n. 10.
3. Matrimonium mutus, & surdus contrahunt. p. 255.num.6.
1. Matrimonio apud Hispanos patria potestas dissoluitur.p.65.n.7.
2. Matrimonia Clandestina semper sancta Dei Ecclesia detestata fuit.p.320.n.21.
2. Matrimonia Clandestina valida sunt, qui cõtra sentiunt & affirmãt, excõmunicati.p.320.n.23.
3. Matrimonia inter collaterales vltra quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis, licita sunt.p.89.num.18.
2. Matrimonia libera esse debent.p.408.n.15.
2. Matrimonia vt ciues Romani contraherent maxime eorum legislatores studuerunt. p.409.nu. 22.& p.413.n.46.
2. MEDIA tempora non nocent.p.348.n.11.
3. MELIORATIO an vnico exstante filio fieri iure Hispano possit remissiuè.p.97. n.3.
2. Melioratio ab vxore & viro simul facta à superstite potest reuocari.p.289.n.5.
2. MENTE captus is est qui siue furore agitatur siue mentis quouis alio morbo corripitur.p.287 num.23.
2. Mente captus quis sit?p.287.n.22.& 25.
2. Mentis sanitas in testatore desideratur. p. 198. num.2.
2. Mentio mortis non semper donationem causa mortis inducit.p.136.n.12.
3. MERCES vnde dicta,& quid significet. p. 317.nu.26.
3. Merces in contractu locationis in arbitrium certæ personæ relinqui potest.p.316 .n.10.
3. Merces in alijs rebus, quam pecunia numerata, vtrùm consistere possit.p.317.n.25.
3. Merces in contractu locationis interuenire omnino debet, eaque nota à precario & commodato hic contractus differt.p.315.n.25.
3. Mercede ab initio constituta locatio contrahitur; si posteà constituendam conuentum sit cõtractus innominatus: si de mercede nõ agatur contractus mandati. p.319. n.8.
3. Mercede nulla constituta, si dictum sit postea conueniendum esse,non locatio erit,sed innominatus contractus,& inde de præscriptis verbis agendum.p.319.n.1.& 5.
3. Mercedem quacunq; in re consistere posse docet communis. p.318.n.27.
3. Mercede interueniente,non commodatum, sed vel locatio,vel innominatus contractus fit. p. 190.n.10.& p.196.n.71.
3. Merces si nulla certa cõstituta fit pro rei vel personæ vsu,ea quæ præstari solet constituta censetur.p.317.n.21.
3. Mercede iuxta consuetudinem soluenda locatio consistit.p.319.n.2. & 6.
1. MERETRIX propriè quid sit.p.22.n.22.
1. Meretrix de vicinia expelli potest.p.22.n. 20.
1. Meretrices nota veste incedere debent.p.22.numer.21.
2. MEVM quod iam est, amplius meum efficinon potest.p.404 n.2.
2. MIGRATIONES domorum Kalend. Iulijs olim Romæ fiebant.p.136.n.11.
2. MILES est qui castra sequitur & belli necessitatibus est obnoxius, Hispanè soldado.p.174. num.7.
2. Miles qui in castris testatur conuocare & rogare testes debet iuxta Accursium.p.178. n.2.
2. Miles post missionem iure communi testatur.p. 181.nu.1.
2. Miles citra expeditionum necessitatem à castris absens iure communi testatur.p.178.n. 1.
2. Miles mutus & surdus testatur iure militari. p. 180.num.1.
2. Miles cum duobus testamentis decedere potest. p.171.num.3.
2. Miles decedit pro parte testatus,& pro parte intestatus.p.242.n.32.
2. Miles quare possit decedere testatus & intestatus.p.242.n.34.
2. Miles vsq; ad certum tempus, vel ex certo tempore hæredem facere potest.p.246. num.6.& p. 248.num.22.
2. Miles post aditam hæreditatem directo substituit.p.258.n.34.
2. Miles vnum hæredem ad tempus, & alium ex illo tempore instituere potest,quod pagano nõ permittitur.p.258.n.31.
2. Miles testari pro filio suo potest, quamuis sibi non testetur.p.259.n.47.
2. Miles non censetur exhæredare liberos quos ignorans prꝛterijt.p.220.n.7.
2. Miles potest scienter filios suos præterire.p.220. num.1.& 3.
2. Militis hæres vltra vires hæreditarias non tenetur.p.433.n.49.
2. Militis voluntas probari legitimè debet, idest, per duos saltem testes.p.177.n. 13.
2. Militis testamentum sine legitimo numero testium valere quo modo intelligendum. p.177. num.12.
2. Militis testamentum quibuscunque notis scribi potest, testamentum etiam ad pias causas. p. 170.num.7.
2. Militis filij bona ab intestato occupat pater iure hæreditario.p.327.n.82.
3. Militis testamentum iure communi non subiacet querelæ.p.327.n.8.
2. Militis abrogatione eius testamentum non fit irritum.p.311.n.19.
2. Militis testamentum ad ius gentium redactum. p.178.n.16.
2. Militis præteritio pro exhereditatione est.p. 210.num.4.
2. Militis in testamento Falcidia locum nõ habet. p.182.n.4.
2. Militare testamentũ,de quo in hoc titulo militis & iure militari factum esse oportet. p. 174.n.3.

2. Militare testamentum an subiaceat querelæ? pa. 18.num.4.
2. Militare testamentum capitis diminut'one irritum non fit,& quare? p.182.n.6.
2. Militare testamentum post missionem intra annum valet.p.181.nu.2.&3.
2. Milites quo modo voluerint & potuerint testari possunt.p.176.n.1.
2. Milites iuris periti an gaudeant hoc militari priuilegio.p.177.num.5.&9.
2. Milites pluribus à Romanis fauebantur priuilegijs.p.174.n.6.
2. Milites & eorum priuilegia,dignitas & origo.remissiuè.p.174.n.2.
2. Milites stationarij liminarchæ iure militari testantur.p.178,n.2.&4.
2. Militem in numeros referri nihil aliud est,quã in ordines & legionem certam redigi. p. 176. num.21.
2. Militem sacramentum militare feciſſe, fuiſſeq; in numeros relatum,& priuilegijs militaribus frueretur satis erat, contra Accursium. p.175. numer.17.
2. Militibus iuris ignorantia non nocet. p. 176. numer.2.
2. MILITIÆ priuilegia hodiè in vsu, quamuis magna ex parte veteres solemnitates sint sublatæ.p.175.n.16.
2. MILITARIA priuilegia habent etiam qui maritimam sequuntur militiam.p.176.n.23.
2. Militaria priuilegia hodie non dantur equitibus,ideſt à los Caualleros,sed militibus tantũ, hoc est,à los soldados.p.175.n.13.
2. MILLIES,ideſt,decies centena millia. p.251. numer.21.
3. MINIMA capitis diminutio quæ?p.128.n.61.
2. MINOR debet probare se minorem & læsum. p.359.n.63.
2. Minor restituitur si lapsus sit, aut circũscriptus, non aliàs.p.359.n.62.
2. Minor industrius, & diligens vtrùm restituendus sit.p.358.n.58.
2. Minor contractum nullum, si post legitimam ætatem quinquennio tacuit,non impugnat. p. 360.n.70.
2. Minor restituit emptori pretium cum vsuris, si pretium exstet,non aliàs.p.358. n.56.
2. Minor etiam in lucris prætermissis restituitur. p.351.n.9.& p.352.n.15.& 16.
2. Minor sicuti nec in damno,ita nec in lucro morari debet.p.355.n.37.& 41.
2. Minor qui primogenium repudiauit restitui potest,contra Gregorium & alios.p.352. numer. 17.& 18.
2. Minor aduersus solutionem restituitur, si in ea læsus sit, & quomodo id sit intelligendum. p. 146.num.11.
2. Minor aduersus repudiationem non restituitur, vt explicatur.p.350.n.4.& p.351.n.8.
2. Minoris XXV. annorum res si legata sit, quando valeat legatum quoad ipsam rem, quando quoad æstimationem.p.382.n.46.
2. Minori iurisperito vtrum restitutio concedenda.p.358.n.60.
3. Minores sine tutoris,curatorisve auctoritate soluere non possunt,quod & in furiosis & prodigis admittendum est.p.382.n.25.
2. Minoribus XXV. annis siue masculis siue fœminis restitutio in integrum cõceditur,& quare.p.358.n.57.
3. Minoribus quomodo solui debeat,remissiuè.p. 381.n.27.
2. MISSILIA per principes iacta accipientium fiunt.p.111.n.1.
2. MISSIONVM alia honesta, alia causaria, alia ignominiosa,& in qua noster textus intelligatur.p.181.n.7.
3. MIXTVM sub simplicibus comprehendi solet.p.208.n.47.
2. MODICVM intermissionis interuallum nõ vitiabit testamentum.p.156.n.34.
2. MODVS ædificijs impositus est legibus politicis.p.91.n.3.
3. Modus non suspendit obligationem.p.218.n.9.
2. MOMENTVM pro breui temporis puncto accipitur.p.360.n.72.
3. MONACHVS omnia acquirit monasterio, retinereque sibi nihil potest.p.124.n.33.
2. Monachus, excommunicatus, hæreticus, vsurarius, & clericus de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, vtrùm testari possint, remissiuè. p. 203.num.19.
3. MONOPOLIA prohibita.p. 339. n.20.
2. MONVMENTVM vsucapi non potest,rectè tamen ius mortuos in illud inferendi. p. 126.num.5.
3. MORA est culpa prætermittendi officij in soluendo recipiendóve debito quæ alteri damnosa est.p.309.n.7.
3. Mora petendi rem emptam emptori nocet. p. 308.num.6.
3. Moram in solutione commissam emphyteuta,& colonus celeri satisfactione emendare possunt. p.329.n.54.
3. MORS omnia soluit.p.355.n.8.
2. Mortis dies incertus est,& pro cõditione habetur. p.248.num.20.
2. Mortis dies incertus est & pro conditione habetur.p.232.n.6.
3. Mors ciuilis morti naturali similis,cum idem ex vtraq; resultat effectus.p.47.n.13.
2. Mortis patris tempus inspicitur quoad legitimæ & prælegatorum tertij, & quinti emptionem ineundam.p.439.n.2.& 3.
3. Moriendi momentum, & tempus vitæ tribuitur.p.264.n.10.
3. Mortuo conductore ante præstitum conductionis tempus, hæres eius eodem iure in conductione succedit.p.334.n.1.
3. MORIBVS plura apud Romanos inducta. p.122.n.8.
2. Moribus inducta fuit pupillaris substitutio. p. 274.num.17.
2. MVLIERIBVS maxime pudicitia expedit. p.413.n.48.
1. Mulier familiam viri sequitur.p.38.n.6.
3. Mulierum fauore multa, ob earum fragilitatem in iure admissa.p.16.n.12.
3. Mulier proprio seruo aut famulo se immiscens, cui subijciatur pœnæ.p.157.n.21.
3. Mulieribus semper Iustinianus fauit.p.78.n.1.
3. Mulier liberæ conditionis cum seruo priuato coiens

coiens eius efficiebatur cõditionis.p.156.n.11. ex num.1.non nisi seruo fisci, secus nouo iure, maxime.p.157.n.20.
2. Mulieri si quid relinquatur, si castè vixerit, vtrùm lucretur, si nuptias contraxerit? p.413.n.49.
2. Mulieris testimonium generaliter admissum fuit, & quare? p.160.n.13.
2. Mulier testamento testis adhiberi non potest. p. 160.num.8.
2. Mulier in alijs actibus & negotijs testimonium dicit.p.160.n.9.
2. Mulier testis codicillis adhiberi potest cum communi.p.160.n.10.& p.161 n.21.
2. Mulieres an codicillis testes adhiberi possint disputatur.p.161 n.21.
2. Mulieres olim intestabiles, ideſt, testimonij dictionem non habentes.p.160.n.11.
2. MVTATIO status testatoris testamentum vitiat.p.198.n.9.
3. MVTIANA cautio qua ratione admittatur in vltimis voluntatibus.p.220.n.12.
3. Mutiana cautio repræsentat ea quæ sub conditione, quæ in faciendo consistit; relicta sunt. pag. 219.num.3.
3. Mutiana cautio admittitur in vltimis voluntatibus, remissiuè.p.219.n.6.
3. Mutianam cautionem admittendam in contractibus ex multorum opinione.p.219.n.7.
3. Mutianam cautionem in contractibus non admittendam defendit communis.p.220.n.10.
3. MVTVATARIVS pro vino, oleo, tritico, & similibus, pecuniam an soluere possit. p.173.n.30.
3. Mutuatarius non eandem rem, sed aliam eiusdem generis reddit.p.169.n.1.& p.170. n.4.
3. Mutuatarius etiam si casu res pereat, non liberatur & quare? p.194.n.51.
3. Mutuatarius rem alterius generis soluere non potest, nisi imminente necessitate. p.172. nu.28.
3. Mutuatarius nullo casu liberatur, & anvt teneatur culpa è ius sit necessaria.p.190.n.7.
3. MVTVI definitio.p.170.n.13.
3. Mutuum re celebratur, eatenusque obligatio nascitur quatenus datum est.p.171.n.14.
3. Mutuum re contrahitur in his quæ pondere, numero, vel mensura cõsistunt.p.169.n.1.& p.171.n.15.
3. Mutuum in pecunia numerata tantum videtur cõsistere.p.170.n.2.
3. Mutuum quare in his tantummodo rebus consistat, maximè controuertitur.p.171.n.17.
3. Mutuum in alienis nummis læpe consistit. pag. 170.num.11.
3. Mutuum vt contrahatur sufficit ab initio eo animo, vt idem in genere redderetur, fuisse. pa.175. numer.54.
3. Mutuum vtrùm consistat, si eadem numorum corpora reddantur.p.175.n.51.& 54.
3. Mutuum transfert dominium in accipientem.pag. 169.num.1.
3. Mutuum quod ab initio non cõsistit, consumptione reconciliatur, iuxta communem. pagi. 182. numer.132.
3. Mutuum reuocati antequam quis vtatur non. l. incommodato.17.§.sicut.D. commodati. pagin. 176.num.71.
3. Mutuum ciuile contrahitur, in l. in contractibus. 14.C.de non numerata pecunia. pagin. 178. numero.91.
3. Mutuum consumptione reconciliatur iuxta communem.p.181.n.123.
3. Mutuum inter duos fratres sub eiusdem patris potestate constitutos contrahi non potest. pag.181. numer.120.
2. MVTVS nemo nascitur, quin & surdus etiã sit. p.363.nu.8.
2. Mutus & surdus regulariter non testantur. pagin. 200.num.1.
2. Mutus qua ratione testari non possit.p.172.n.9.
2. Mutus & surdus quare non testentur. pagin. 200. numero.1.
2. Mutus & surdus quando possint testari ex noua Iustiniani lege, iure regio probata. p.201.n.3.
3. Mutus & surdus ex sua promissione nouo iure Regio tenentur.p.156.n.13.
2. Mutus & surdus quando acquirere hæreditatem possint.p.370.n.56.
3. Mutus & surdus neque stipulari, neq; promittere possunt.p.255.n.1.& 7.
2. Mutus & surdus miles esse non potest. pagin. 180.num.3.
2. Mutus & surdus paganus iure communi testari potest.p.180.n.4.

N.

2. NARRATIVA verba non inducunt dispositionem.remissiuè.p.180.n.5.
2. NATALI die in quo ætas legitima impletur an possit quis testari.p.197.n.13.
2. NATVRAM lex semper imitatur. pag. 299. num.1.
1. NATVRALIS lex alia etiam naturali aliquando abrogatur.p.29.n.5.
1. Naturalia immutabilia sunt.p.28.nu. 1.
3. Naturalis obligatio qualis qualis sit impedit repetitionem.p.185.n.12.
2. Naturales fructus an possessor bonæ fidei lucretur. p.105.n.4.p.106.n.11.
1. NATVRALIS filius appellatur in libris nostris qui ex iusto matrimonio etiam est, quoties adoptiuo opponitur.p.58.n.3.
1. Naturalis filius per curiæ oblationem legitimus efficitur: hodie principis rescriptum.p.41.n.1.& 2.
1. Naturalis filius per subsequens matrimonium legitimatur.p.41.n.3.
2. Naturalis filius furiosi an faciat cessare exemplarè. remissiuè.p.288.n.40.
3. Naturalis filius matri cuiuscunq; conditionis etiã legitimis extantibus succedebat. p.46.n.3.
2. Naturalis filius suus non est, indeq; neq; instituendus, neq; exheredandus.p.218.n.2.
2. Naturalis filius adoptatus & emancipatus habet cõtra tabulas.p.219.n.7.
2. Naturalis filius, filius fam. non rectè dicitur, & inde recte iure etiam ciuili testatur. pag. 187. numer.17.
3. Naturales legitimi per subsequens matrimonium effecti ab intestato cum suis succedunt, sui item iam effecti.p.56.n.7.
3. Naturalis filius legitimus per curiæ obligationem, aut subsequens matrimonium effectus, cum suis

ab intestato succedit.p.55.n.1.
3. Naturalis filius per Constantini leges paternæ successionis incapax omnino effectus fuit. pag. 38. numero.15.
3. Naturalis filius matri etiam exstantibus legitimis succedebat iure antiquo ciuili, & Hispano, etsi mater esset illustris.p.39.n.26.
3. Naturalis filius antiquo iure neq; contra testamentum, neque iure ab intestato admittebatur. pag. 38.num.14.
3. Naturalis filius qui succedere potest ab intestato, non potest succedere contra testamentum. pagin. 68.num.4.
3. Naturalis filius quintam bonorum partem etiam legitimis exstantibus hodie consequitur ex opinione Ioan. Matiençonp.39.n.18.
3. Naturalis filius iure Canonico is est qui ab eis nascitur, inter quos matrimonium contrahi posset. p.37.num.6.
3. Naturalis filius an succedere posset iure ciuili Romanorum maxime controuersum. pagin. 37. numero.8.
3. Naturalis filius iure Romanorum vt quis sit, multa requiruntur.p. 36.n.1.
3. Naturalis filius is est iure Hispano, quem Pontifices naturalem appellant: sed à patre recognosci, admittive necessarium est.p.37.n.7.
3. Naturalis filius vel per curiæ oblationem vel per subsequens matrimonium legitimari solet. pagi. 37.numer.1.
3. Naturalis filius contra patris testamentum non succedit: quamuis alimenta petere possit. pagin.39. num.24.
3. Naturalem filium sæculo Iurisconsultorum successionis capacem fuisse pluribus probatur. pagin. 38.nu.10.
3. Naturalem fiulim vsque ad Constantini tempora quoad ius successionis incognitum, & incapacem, ex aliquorum opinione. pagin. 37. nu.9.
1. Naturali filio tutor quando dari possit.p.67.n.3.& p.68.num.10
3. Naturali filio iure nouissimo si legitimi extent, nihil præter quintũ relinqui potest: si legitimi descendentes nõ extent omnia bona habere possunt. pag.39.num.1.
3. Naturali filio mater succedit etiam illustris. pagin. 80.num.6.
3. Naturalis exstantibus legitimis matri non succedit, quamuis alimenta petere possit. pagina. 40. nu.18.
3. Naturalis non extantibus legitimis descendentibus matri succedit, ex testamento, & ab intestato, excluditque ascendentes etiam legitimos & quoscunq; matris consanguineos.p.40.n.29.
3. Naturalis ab intestato quod ius in successione habeat.p.39.n.20.
3. Naturalis ab intestato, extantibus legitimis alimẽta consequi potest: extantibus ascendentibus, duas hereditatis vncias habebit.p.39.n.25.
3. Naturalis adoptiuo oppositus intelligitur legitimus & naturalis ex iustis nuptijs. pagin. 55. numer.7.
3. Naturalibus filijs Valens & Valentinianus primi iura successionis quæ concesserint. pagin. 38. numer.16.
3. Naturalibus filijs quinta bonorum pars, siuè quæ alia, alimentorum nomine necessario relinquenda.p.39.n.19.
3. Naturalibus filijs qualiter Iustinianus Imperator prouiderit.p.38.n.17.
3. Naturales legitimi per rescriptum effecti quatenus hoc iure Hispano succedant. pagin. 56. num.6.
3. Naturalis patris ius per adoptionem non dissoluũ tur.p.66.n.3.& 6.
3. Naturalis filia curiali nupta legitima effic iebatur. p.33.num.3.
2. NECESSARIVS heres est seruus proprius heres institutus. pag.335.num.1.& pag.336.nume. 9.& 11.
2. Necessarius heres efficitur voluntarius si sub conditione si velit, institutus sit.p.336.num.6.& pag. 337.num.15.
2. NECESSITAS quæ est in seruis, vt velint nolint adeant hereditatem domini sui, à dominis remitti potest.p.268.n.39.
2. Necessitas seruo proprio heredi instituto non remittitur, etiam coherede aut substituto dato, licèt in filio contra sit.p.337.n.16.
2. Necessitas quando à patre remissa censeatur.p.267. numer.13.
2. NEGATIVA per rerum naturam improbabilis.p.323.n.49.
2. Negatiua contra instrumentum publicum quomodo probanda, remissiuè.p.265.n.6.
2. Negatiuè etiam constitui possunt hę seruitutes stillicidij fluminisve non auertendi. pagin. 116. numero.15.
3. NEGOTIVM absentis qui sine mandato sua sponte gerit domino obligatur, vi cisimque dominum sibi obligat. pag. 360. numer.1.& pag. 361.num.12.
3. Negotium, aliquando obligationem, aliquando causam exprimit & significat. pagin. 241. numero.12.
3. Negotium vtiliter cœptum sufficit, vt actio negotiorum gestorum detur.p.367.n.54.
3. Negotia aliena gerens qua ratione rem ad se pertinentem gerere videatur.p.364.n.37.
3. Negotia pupilli qui gesit, eum quatenus locupletior est gestione factus, obligat, non vltrò.p.361. n.9.& p.367.n.57.
3. NEGOTIORVM gestorum actio denegatur, quando quis non eo animo vt dominum obligaret negatiua gesit.p.366.n.50.quod exemplis numeris sequentibus ostenditur.
3. Negotiorum gestorum actio nascitur, quoties domini negotiorum contemplatione gesta sunt. p. 361.n.10.& p.367.n.58.
3. Negotiorum gestorum actio nascitur etiam præcedente mandato.p.361.n.6.& p.365.nu.46.
3. Negotiorum gestorum actio duplex, directa, & contraria, & cui directa, cui contraria detur.p.3 .n. 14.& p.362.n.21.& 32.
3. Negotiorum gestorum actio directa quæ & quę vtilis.p.364.nu.33. & eius rei exemplum.p.365.nu.41.
3. Negotiorum gestorum actio quare inducta pagin. 361.n.13.
3. Negotiorum gestorum actio habet locum etiam si quis præsentis negotia gerat.pag. 360.nu.3.& p. 364.num.39.
3. Negotiorum gestorum actio denegatur ei cui domi-

domino insolita negotia gerit.p.367.n.59.
3. Negotiorum gestorum actio denegatur, si sui contemplatione negotia quis gerat. pagina. 367. numer.58.
3. Negotiorum gestorum actio datur, etsi vnum tantum negotium gestum sit.p.365.n.42.
3. Negotiorum gestorum actio vtilis ex Accursij sententia.p.363.nu.28.quæ eius tamen opinio reprehenditur.n.29.& vera proponitur. n.30.
3. Negotiorum gestorum actione directa quid dominus à gestore consequatur.p.362.n.23.
3. Negotiorum gestorum actione contraria quid gestor à domino consequatur.p 362.n.26.
3. Negotiorum gestorum iudicia extraordinaria. pa. 364.n.36.
3. Negotiorum gestor impensas sapè non recuperat.p.361.n.7.& p.366.n.50.
3. Negotiorum gestor impensas recuperat,etsi negotia inutiliter gesta sint.pag.361. num. 8. & pagin. 367.num.54.
3. Negotiorum gestor quomodo rationem reddere debet.p.362.
3. Negotiorum gestor prohibitus, an impensas recuperare possit.p.364.n.38.
3. Negotiorum gestorum quando de dolo,culpa leui vel leuissima teneatur.p.368.n.60.
3. Negotiorum gestor de leui tantum caulpa tenetur. p.350.num.34.
3. Negotiorum gestor de culpa leuissima tenetur. p. 361.n.11 & p.368.n.60.
3. NEC, pro, Non veteres sæpe dixisse bonis adductis testimonijs ostenditur.p.14.n.7.
3. NEMO plus iuris in alium transferre potest,quã ipse habet.p.126.n.49.
3. NEPOS per representationem quamuis in patris locum succedat, ex sua tamen persona. pag. 65.num.7.
3. Nepos ex filio secundo præmortuo in successione transuersali excludetur à patruo suo filio tertio possessoris,& quare?p.28. n.32.
3. Nepos ad ea quæ iure sanguinis deferuntur,veluti Regnum, Primogenium, & similia etiam post mortem aui conceptus admittitur.p.18.n.4.
3. Nepos ex filio secundo præmortuo, in recta linea successionis excludit patruum suum,tertium possessoris filium.p.28.n.31.
1. Nepos auo mortuo quando sui iuris fiat. pagin. 61.num.2.
1. Nepos in aui potestate vt sit,conceptionis inspicitur tempus.p.64.n.1.
3. Nepos etiam non conceptus in aui vita ex patris sui persona admitti potest.p.18.n.3.
3. Nepos eam habebit partem quam pater eius si viueret erat habiturus.p.20.n.3.
3. Nepos in aui vita conceptus,vt ab intestato succedat,quando requiritur.p.65.n.2.
3. Nepotes ex pluribus filijs nõ in capita,sed in stirpes admittuntur.p.18.n.5.
2. Nepotes non præcesi qui iam sui heredes sunt, quare præteriti non infirment testamentum,præcesi vero agnatione illud rumpant nouè exponitur,p.214.n.15.
2. Nepotes præcesi institui vel exheredari debent ab auo ne præteriti agnatione testamentum rũpant. p.216.n.1.
2. Nepotes neptesque institui debent, si in aui vita concepti sint.p.219. n.2.
3. Nepotes,ad aui successionem cum patruis suis admittuntur.p.64.n.1.&5.
3. Nepotes cum patruo ad alterius patrui successionem legitimam admittuntur. pagina. 20. numero.4.
3. Nepotis causa in primogenijs, quæ ex voluntate fundatoris deferuntur magis ex vi substitutionis quam representationis deferenda iure communi. p.26.num.9.
3. Nepotes filiorum appellatione quando contineãtur.p.25.n.8.
3. Nepotes non præcesi sui heredes auo ad instar filiorum sunt.p.20.n.2.
3. Nepotes cum patruis non esse admittendos tribus argumentis probatur.p.20. n.5.
3. Nepotes plures ex filio vno, vnius loco quoad tutelam & successionem habentur. pagina. 21. num.15.
3. Nepotes filijs non extantibus potiores legitima successione.p.18.n.1.
3. Nepotes vt auo, siue proauo ab intestato succedãt in eorum saltem conceptos fuisse vita necessarium est.p.18.n.2.
3. Nepotes ex filio, quamuis non sint sui heredes ab intestato cum suis admittuntur nouo Romanorũ & Hispanorum iure.p.15.n.20.
3. Nepotes cum patruo ad aui successionem admittũtur.p.20.n.1.& p.21.n.9.
3. Nepotis causa in primogenijs quæ lege vel consuetudine deferuntur, qua ratione admittatur. pa. 27.n.24.
3. Nepotis causa contra patruum potior est, ex pluriũ authoritate remissiuè.p.26.n.18.
3. Nepoti ex incestuoso, siuè damnato (propter quod mater pœnam mortis naturalis incurreret) nato nihil præter alimenta relinqui potest. p.45.nu.28.
2. NOMINA significandorum hominum gratia reperta.p.418.n.1.
2. Nomina hominum significandorum gratia reperta.p.212.n.5.
3. Nomina rebus conuenire debent.p.360.n.4.
2. Nominum quatuor species.Prænomẽ,nomen,cognomen,agnomen.p.418.n.3.
1. Nominum,cognominum, agnominum, & prænominum Imperatoris Iustiniani vtilis cognitio. pag.6.num.1.
2. Nominibus pluribus nuncupari honestum semper fuit.p.418.n.2.
2. Nominis omissio aut error,cum de corpore cõstat legatum non vitiat.p.419. n.4.
3. Nominati contractus qui.p.320.n.11.
3. Nomina debitorum quæ dicantur.p.286. n.22.
2. Nomina debitorum, an comprehendantur bonis legatis,remissiuè: & an nomine exacto legatum reuocatum existemetur.p.417.n.2.
3. Nomina debitorum inter corporalia numerantur & in bonis nostris sunt.p.126.num.48.& pa.127. nume.51.
3. NOSTRVM deberi nobis ratione dominij non potest, recte tamen ratione possessionis. p.152.num.9.
2. NOTÆ quas vulgo dicimus, cifras.p.170.n.8.
3. NOVARI quæcũq; obligatio potest.p.391.n.12.
3. NOVATIO quid sit?390.n.1. vnde dicta.p.391 num.8.

num.8.& quibus modis fiat.n.9.
3. Nouationis materia remissiuè.p.391.n.3.
3. Nouatio consistit,cum aut persona mutatur,aut res, aut forma.p.391.n.9.
3. Nouatio Pandectarum iure non fiebat, nisi id à cõtrahentibus ageretur.p.391.n.7.& latè.p.393. nu. 24.maxime.p.394.n.35.
3. Nouatio non fit noui,sed prioris debiti, nisi inter partes ita conueniat.p.391.n.13.
3. Nouatio antiquo iure interuentu nouæ personæ vtrùm fieret,ipso iure,an ope exceptionis? p.391. n.4.& p.392.n.18.
3. Nouatio obligationis conditionalis,& nouatio cõditionalis obligationis præsentis quando valeat. p.391.n.10.
3. Nouatio ope exceptionis,an hodie admittatur, in quibus casibus olim ipso iure inducebatur.p.395. n.38.& 39.
3. Nouatio à pupillo facta primam obligationem perimit,à seruo non item,& quæ discriminis ratio. 391.n.6.& 393.n.23.
3. Nouatio aliquid addere vel detrahere debet priori obligationi.p.391.n.11.
1. NOVELLÆ constitutiones,quas authentica iura appellamus,vltima accessio, & pars Iuris Ciuilis Romanorum. p.3.n.15.
2. NVBERE fœminis conuenit.p. 322.n.36.
3. NV DA traditio dominium non transfert. pagi. 185.num.5.
3. NV MERO, pondere,vel mensura consistere res dicimus,natura,aptitudine, vel consuetudine .p. 171.uum.16.
2. Numerus militum quis esset olim,hodie dici potest, El tercio de gente de guerra. pag. 176. numero.20.
2. NVNCVPATIVVM testamẽtum fieri debet lingua,& voce testatoris.p.172.n.8.
2. Nuncupatiua testamenta frequenter scribi solent. p.155.n.23.
2. NVPTIÆ vnde dictæ.p.321.n.34.
2. Nuptiæ omnes post primas,secundæ nuptiæ dicuntur.p.358.n.44.
2. Nuptiæ nomen significat sæpè matrimonium , & coniugium ipsum.p.321.n.32.
2. Nuptiarum maximus fauor.p.321.n.26.
2. Nuptiarum dies apud nos Hispanos congrue dicitur,dia de las velaciones.p.322.n.35.
2. Nuptias secundas contrahere licitum,minus tamẽ honestum.p.413.n.47.
2. Nuptias celebrare non omni tempore licebat.pag. 322.n.38.
2. Nuptiæ nec hodie omni tempore celebrantur. pa. 322.num.39.
2. Nuptiæ proprius & elegantius significant primum coniugij diem tantis cæremonijs percelebrem. p.321.nu.33.
2. NVLLVM quod apparet sæpè in iure nostro rescinditur.p.209.n.44.
3. NVMMI vtendi dantur certa constituta mercede.p.314.n.20.

O.

3. OBLIGATIO nomẽ semper significat ciuile.p.161.n.46.
3. Obligationis definitio exornata.p.159.n. 8.
3. Obligationis definitio hic tradita ei conuenit. p. 160.n.23.
3. Obligatio duplex est.p.159.n.10.
3. Obligatio vbi non est,nec actio esse potest. pagin. 159.nu.6.
3. Obligatio æquiuocè pro actione sæpè sumitur. pa. 100.num.18.
3. Obligatio nulla sine consensu nascitur.p. 166. numer.1.& 4.
3. Obligatio efficax nulla oritur nisi iusta causa subsit. p.166.num.4.
3. Obligatio ex quasi maleficio.p.165.n.24.
3. Obligatio ex maleficio quando oriatur.pagin.165. num.13.
3. Obligatio ex quasi contractu quando nascatur. p. 165.nu.11.
3. Obligatio ex stipulatione inter patrem & filium, dominum, & seruum non contrahitur,& quare? p.253.n.1.& 6.& p.254.n. 14.
3. Obligatio ciuilis inter dominum & seruum quare non sit,& quare naturalis consistat. p.254.n.13.
3. Obligatio ciuilis oritur ex chirographo ante biennium.p.160.n.20.
3. Obligationis ciuilis alia exempla.p.160.21.
3. Obligatio ciuilis inter eos , qui in eadem familia sunt quare non oriatur.p.162.n.57.
3. Obligatio ciuilis inter patrem & filium quare nõ sit.p.252.n.7.
3. Obligatio ciuilis in castrensibus,quasi castrensibus. & aduentitijs inter patrem & filium est,& qua ratione?p.254.n.12.
3. Obligatio naturalis inter patrem & filium quare. p.253.n.8.& p.254.n.12.
3. Obligatio naturalis ex pacto nudo.p.159. n. 15.
3. Obligatio naturalis ex contractu serui.pagin. 159. nume.16.
3. Obligatio naturalis quæ,& quando oriatur. pag. 159.num.14.
3. Obligatio naturalis quæ.p.160.n.19.
3. Obligatio naturalis & ciuilis simul quę.p.160.n.22
3. Obligatio naturalis naturales effectus producit. p.160.num.18.
3. Obligatio naturalis ex consensu,vel æquitate nascitur.p.160.n.26.
3. Obligatio naturalis improprièdicitur obligatio.p. 161.num.47.
3. Obligatio naturalis proficit ad nouationem.p.161. numer.42.
3 Obligatio naturalis quo iure inducta.p.161.n.44.
3. Obligatio naturalis vinculum est.p.161.n.32.
3. Obligatio naturalis impedit indebiti soluti repetitionem.p.163.n.40.
3. Obligatio naturalis tantum oritur inter patrem & filium,& duos fratres existentes in eadem familia.p.162.n.56.
3. Obligatio naturalis in delictis an oriatur. pag.165. num.25.
3. Obligatio naturalis nascitur ex æquitate . pagin. 166.num.17.
3. Obligatio naturalis obligationem non producit. p.159.num.11.
3. Obligatio naturalis esse inter patrem & filium, dominum & seruum potest.p.253.num.2. & p. 254.numer. 8.
2. Obligatio naturalis ex fide præstita oritur.pagin. 445.n.3.

3. Obli-

3. Obligationi naturali fidei iussor accedit. pagin. 161.num.41.
3. Obligationi ciuili quæ ex chirographo post biennium nascitur, conuenit hæc definitio iuxta Felinum & Costam: reprehenditur eorum opinio. p.160.n.14.
3. Obligationi semel constitutæ, aliquo ex cõtrahentibus inuito, non potest renuntiari. pagin. 354. num.2.
3. Obligationis substantia in eo consistit, vt aliquem nobis obstringat.p.161.n.34.
3. Obligationem restitui, factum continet eamque adimplere præcise quis cogi potest. pagina. 226. nu n.9.
3. Obligatio elisa per pactum de non petendo, inanis est.p.159.n.13.
3. Obligatio ex causa peculiari qua pater & dominus tenetur, ciuilis tantum est, vt quibusdam placet. p.160.n.15.
3. Obligatio hęc ex causa peculiari ciuilis & naturalis, & simul.p.160.n.8.
3. Obligatio quæ perpetua exceptione elidi potest, obligatio non est, iuxta communem.p.161. num. 35.& 38.
3. Obligatio ex chirographo ante biennium actionẽ non producit.p.159.n.12.
3. Obligatio in contractibus innominatis ante rei traditionem non nascitur.pagin.166.num.2.& pag. 167.nu.7.
3. Obligatio, vt ex contractu nascatur mutua obligatio, non requiritur.p.165.n.9.
3. Obligatio ex contractu nascitur vbi mutuus contrahentium consensus interuenit. pagina. 165. numer 8.
3. Obligatio producit actionem, quia id quod nobis debetur prosequimur.p.183.n.140.
3. Obligatio conditionem non recipit: stipulatio recte recipit, & quæ differentiæ ratio. pag. 218. num.12.
3. Obligatio quam dicunt litterarum, sine litteris cõtrahi an possit.p.178.n.86.
3. Obligatio nascitur ex contractu à lege approbato. p.183.n.139.
3. Obligatio restituitur confusionis causa cessante. p. 381.n.3.& p.385.n.38.
3. Obligatio rei debitæ, depositio & consignatio pro solutione est.p.381.n.12.
3. Obligatio quæ ex delicto nascitur, solutione non tollitur. pagina.381.numer.4.& pagina.384. numero.39.
3. Obligatio ex tempore constitui non potest.p.214. n.15.& p.215.n.26.
3. Obligationum prætoriarum origo. pagina. 163. numer.7.
3. Obligationum dissoluendarum quattuor sunt modi, solutio, acceptilatio, nouatio, consensus.pa. 380.nu.2.
3. Obligationes legitimæ quæ, & earum exempla. p.163.n.6.
3. Obligationes omnes aut ex contractu, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio oriuntur. pagin.164.num.1.& p.165.n.8.
3. Obligationes iura appellantur quia incorporales sunt.p.161.n.33.
3. Obligationes producunt actiones. pagina. 159. numer.4.
3. Obligationes omnes quæ ex contractu nascuntur aut re, aut verbis, aut consensu fiunt. pagin.166. numer.1.
3. Obligationes omnes aut Ciuiles aut Prætoriæ,& quæ sunt ciuiles & prætoriæ. pagin.163. numer. 1.& 4.
3. Obligationes quæ perse non subsistunt, nullo iure confirmantur.p.163.n.3.
3. Obligationes initium à persona eorum qui obligandi sunt, sumere debent. pagin.107.n.33.
3. Obligationes re contrahi quare dicantur, & quæ sit differentia inter obligationes quæ ex contractibus innominatis oriuntur & has quæ contrahuntur.p.167.n.6.
3. Obligationes prætoriæ annales, ciuiles perpetuæ p.164.n.10.
3. Obligationes prætoriæ honorariæ etiam dicuntur.p.164.n.11.
3. OBLIGATVS ad dandum præcise dare compellitur.p.161.n.61.
3. Obligatus ad factum præcise facere compellitur, contra communem.p.162.n.62.
3. Obligatus dici non potest qui exceptionem habet. p.214.n.21.
1. OBSCÆNOS libros Archilochi exportari Lacedæmonij iusserunt. p.22.n.18.
1. Obscæna verba præsentibus præcipue mulieribus nunquam proferenda.pag.21.n.16.
2. OBSIDES ciues Romani dum apud hostes sunt, testari non possunt. pag.203.n 17.
2. Obsides apud Christianos an testari possint? remisse.p.203.n.18.
3. OBTINERE in diuersa quæstione opinionem aliquam prævalere demonstrat. p.344 n.9.
1. OLYMPIADVM denumeratio apud Græcos quando initium habuit.p.4.n.9.
2. OMISSIO hæreditatis quid sit.p.370.n.59.
3. OPERÆ aliæ officiales, aliæ fabriles,& quæ officiales,& quæ fabriles.p.128.n.64.
3. Operæ officiales alij quam patrono deberi non possunt: fabriles possunt, & quare? pagin.129. numer.68.
3. Operæ officiales adrogatori patri non acquiruntur.p.129.n.71.
3. Operæ quæ transeunt in filios.p.129.n.70.
3. Operæ seruorum capitis diminutione nõ pereunt p.129.n.72.
3. Operæ ab adrogato conductæ in adrogatorẽ transeunt iuxta Accur.p.129.n.73.& 75.& 76.
2. Operas serui alieni qui habet, potest illas locare,& alij concedere p.124.n.2.
3. OFFERRE significat quid inter præsentes celebrari.p.207.n.29.
3. Offerens se actui siue rei ad se non pertinenti suspectus præsumitur.p. 199.n 31.
2. OFFICIVM iudicis nullam actionem præsuponat.p.448.n.26.
2. ONEROSÆ causę iuxta eandem rem concurrere possunt.p.385.n.9.& 11.
3. OPTIO actus legitimus rati habitionem recipit.p.109.n.58.& 62.
3. Optio serui legati à filio familia sine patre fit.pag. 108.num.53.
2. Optione legata legatarij, item & eius hæredes (si ipse non optauit) eligere possunt. pagin. 417. numer.1.

3. OPINIONES diuersæ multis in casibus inter Sabinianos & Proculeianos fuere. pagin. 306. numer. 16.
3. ORCINVS libertus quis, & quare dicatur, remissiuè. p. 141. n. 10.
2. Orcinus libertus quis, & quare sic dictus, & quibus casibus fiat. p. 483. n. 1.
2. Orcinus libertus, libertus testatoris, & libertus nullius dicitur. p. 483. n. 2.
3. ORATIONES Principes in Senatu quãdo habebant. p. 81. n. 4.
3. Orationes Principum in Senatu quando habebantur. p. 16. n. 29.
3. ORDINARIA iudicia, ordinaria pœna quid? & quibus iudicijs & pœnis opponantur. pag. 152. num. 14.
2. Ordinario seruo cum Vicarijs legato, vicarij debentur, etsi ordinarius mortuus sit, & qui ordinarij, & qui vicarij serui sint? p. 416. n. 2.

P.

2. PACTIONIS verbum sumitur pro conuentione, non pro nudo pacto. p. 117. n. 2.
2. PACTVM à pactione quemadmodum dicatur. p. 151. n 5.
3. Pactum à pollicitatione quatenus differat. pagin. 206. num. 26.
3. Pactum est duorum pluriúmve in diem placitum, & consensus. p. 206. n. 24.
3. Pactorum quædam in rem, quædam in personam. p. 230. nu. 15.
2. Pactum appositum contra substantiam contractus vitiat contractum. p. 115. n. 7.
2. Pactum ne societatis diuisio fiat, à socijs adiectum reijcitur. p. 90. n. 4.
2. Pactum nudum obligationem non parit. pag. 138. numer. 4.
2. Pactum de donando nouo iure producit efficacem obligationem & actionem, quæ condictio ex lege dicitur. p. 138. n. 7.
3. Pactum nudum iure Regio producit obligationem & actionem. p. 161. n. 29.
3. Pactum hoc nudum appellari non debet, sed legitimum, & vestitum legis approbatione. pagina. 161. num. 30.
3. Pactum contra substantiam actus nullum. pagin. 124. n. 35.
3. Pactum de non petendo olim naturalem hodiè ciuilem etiam obligationem dissoluit. pagin. 382. numer. 17.
3. Pactum factum ab vno ex conreis nunquid alijs prosit. p. 230. n. 14. & 16.
3. Pactum hoc quando iustum esse possit. pagin. 345. numer. 21.
3. Pactum contra æqualitatem societatis factum inualidum in foro conscientiæ, non in foro exteriori, nisi grandis resultaret læsio. p. 342. n. 25.
2. Paganus qui in hostico deprehenditur iure militari testari potest. p. 174. n. 4.
2. Paganis iuris ignorantia nocet, quia leges omnes scire debent. p. 177. n. 7.
1. PANDECTARVM seu digestorum volum. post codicem Iustiniani iussu in ordinem redacta. p. 3. num. 13.
2. PARENTES iure antiquo in legitima filij successione, eius liberos, & fratres excludebant, quod postea emendatum fuit. p. 191. n. 86.
3. Parentibus miserationis causa legitima debetur ex communi. p. 17. n. 36.
2. Parentibus non minus piè liberorum, quam liberis parentum debetur hæreditas. pagina. 324. numero. 59.
3. Parentibus nulla competit bonorum possessio ex his quas liberi habent. p. 17. n 35.
3. Parentum infœlix casus liberis nocere non debet: pœna suos sequitur auctores. p. 64. n. 7.
2. PARSIMONIÆ species in codice scribere. p. 485. num. 6.
2. PARTES in institutione expressæ, in substitutione repetitæ censentur. p. 270. n. 1.
2. PARTITIO quid sit? p. 572. n. 7.
1. Partitio Iustiniani impugnatur & defenditur. pag. 20. n. 3. & p. 21. n. 8.
2. PARTICVLARIS quæ? p. 4. n. 12.
3. PATER & filius vna eademque persona natura esse censentur. p. 21. n. 10.
3. Pater filio quæ facti sunt non stipulatur. p. 243. num. 3. & 6.
1. Pater naturalis quoad omnia bona substituit: impuberi adrogator quoad solam quartam, & quare. p. 54. n. 35.
2. Pater, qui emancipat filium, dimidiam partem vsus fructus bonorum eius nanciscitur. pagin. 147. num. 1. & 3.
2. Pater & filius vna eademq; persona censentur. pa. 165. n. 2. & p. 166. n. 5.
3. Pater qui contracta fiducia filium emancipabat, iure ciuili ad eius successionem admittebatur: si fine ea iure prætorio. p. 75. n. 3.
2. Pater cum fratribus filio succedit. p. 186. n. 10.
3. Pater emancipato filio, nisi contracta fiducia emancipasset ab intestato Iure ciuili non succedebat. 70. num. 6.
3. Pater inuitus & ignorans ex causa peculij obligatur. p. 160. n 7.
3. Pater fiduciarius in liberorum emancipatione adhibitus. p. 75. n. 2.
3. Pater intestati filij bona olim iure peculij occupabat. p 70. n. 5.
2. Pater & filius quando vna eademque persona existimentur. p. 166. n. 5.
3. Pater & filius eadem persona censetur. p. 153. n. 9.
3. Pater deficientibus liberis admittitur ab intestato. p. 70. n. 2. & 5.
3. Pater omnibus filijs etiam emancipatis iure ciuili succedit. p. 70. n. 7.
2. Pater in castrensi peculio filij quod ius habet. pag. 379. num. 17.
1. Patrem adrogatorem quoad omnia bona substituere filio adrogato potuisse. p. 47. n. 14.
2. Patri manumissori dabatur bonorũ possessio cont. tab. p. 315. n. 65.
2. Patri contra testamentum filij datur iure Pandectarum bonorum possessio. p. 324. nu. 57.
3. Patri etiam naturali in totum bona per filium non acquiri ante Iustinianum putarunt plures, sed male. p. 131. n. 93.
3. Patris & filij vna vox & persona. pagina. 243. num. 4.
2. Patris voluntas non tribuit filio potestatem testandi. p. 91. n. 57.

2. Patribus familias olim permissum testari, nõ alijs. pag.310 nu.8.

1. PATRIA POTESTAS quoad ius publicũ attinet non consideratur.p.68.nu.5.

1. Patria potestas morte dissoluitur.p. 61. n. 1.

1. Patria potestas dissoluitur Episcopali dignitate. p. 63.num.3.

1. Patria potestas naturalis adoptiuè ab ascendenti facta dissoluitur.p.64.nu.1.

1. Patria potestas Patriciatus dignitate dissoluitur. pag.62.num.1.

1. Patria potestas dissoluitur illis modis, quibus quis à curia liberatur.p.62. nu.2.

1. Patria potestas,si pater incestus cõtraxerit nuptias dissoluitur.p.65.nu.4.

1. Patria potestas,si pater hæreticus fiat,amittitur. p. 65.nu.5.

1. Patria potestas captiuitate patris,& filij suspenditur.p. 63.n.1.3.&. 6.

1. Patria potestas nisi omnibus & parentibus & liberis consentientibus,dissolui non potest nisi in casibus nu.3. comprehensis.p.65.nu.1.

2. Patria potestas in his quæ publici iuris sunt nõ attenditur.p.188.n.32.

2. Patria potestas an tempore testamenti,& mortis testatoris requiratur,discutitur.p.277.n. 20.

3. Patria potestas in milite non est necessaria vt pupilliariter substituat iux.communem. pagin. 282. num 58.

2. Patria potestas fundamentum pupillaris & tutelæ.pag.291.num.6.

2. Patria potestas omnino necessaria vt pupillaris fieri possit,& quare.p.277.n.16.

2. Patria potestas etiam in milite necessaria vt pupillaris fieri possit.p.276.nu.8.& pag.282.n.58.

3. Patria potestas natura & iure inducta. pagin. 254. num.10.

2. Patria potestas necessaria ad suitatem quo tempore sit?pag.340.num.14.

1. Patriæ potestatis ius proprium Ciuium Romanorum quo modo intelligendum.p.38.n.7.

3. Patriam potestatem Prætor non considerat.p.108. nu.47.& 48.& 49.

2. Patriam potestatem tempore mortis sufficere credit communis.p.277 n.21.

2. Patriam potestatem vtroque tempore requiri contra communem defenditur.p.277.nu.23.

1. Patriam potestatem ciuilis mors dissoluit pagin. 62.num.1.

2. Patria potestate dificiente suitas non contingit.pa. 214.num.11.

2. PATRONVS qui nunquam præsentauit tenetur,si potest in quasi possessione sui prædecessoris. p. 345.nu.47.

3. Patronus lege duodecim tab.impunè à liberto qui naturales,vel legitimos filios habebat, præteriri poterat.pag.95.nu.1.

3. Patronis iure Prætorio in libertorum bonis quale ius tributum.pag.95.nu.4.

3. Patronis quid lex Papia concesserit.pagina 95.numero 5.

3. Patronis in bonis liberti quid Iustiniani leges dederint.pag.95 nu.1.

1. Patrono an iniungi fideicommissum in legitima possit.pag.57.nu.46.

1. PARTVS quoad status conditionem sequitur ventrem, quoad honores, & dignitates patrem. pag.31.nu.1.5.& 7.

2. Partus ancillarum in fructibus non sunt.pag. 108. numero 3.

2. Partus ancillę furtiuæ vsucapi potest.pa.127. nu. 5. & pa.128.nu.16.

2. PECHEROS Hispanè qui dicantur,remissiuè pa.174.nu.11.

2. PECVDVM fœtus ad fructuarium & bonæ fidei possessorem pertinent dominio reuocabili.p. 108.nu.1.

2. PECVLIVM legatum quando præsumatur, quidve expresumpta testatoris mente comprehendatur,remissiue,pa.416.nu.1.

2. Peculium quadruplex remissiuè. pa.183.num.1.

2. Peculium profectitium non confiscatur filio, paternis alijs bonis confiscatis.pa.194.nu.89.

2. Peculium profectitium à creditoribus paternis distrahi an possit?pag.187.nnm.11. & pagina 194. num.88.

3. Peculium profectitium patris est. pag. 181. numero 126.

2. Peculium occupabat pater mortuo filio ab intestato, iure peculij non hæreditatio. pagina 191. num.73.

3. Peculij profectitij filius liberam administrationem habet, ac si pater famil.esset.pagin.181.numero 127.

2. Peculij ex concessione non censetur concessa donandi facultas.p 192.nu.65.

2. Peculio legato eius accretio, decretióve viuo testatore contingens ad legatarium pertinet.pagin. 416.num.1.

3. PECVNIA vnde sic appellata.p 174. nu.46.

3. Pecuniæ appellatio omnia quæ in patrimonio sunt corporalia & incorporalia complectitur.pa. 174.num.45.

3. Pecunia vtrum inuentum sit iuris Ciuilis an vero iuris gentium.p.293.nu.19.

3. Pecunia inuentum iuris Ciuilis, num iuris gentium sit?p.305.n.3.

3. Pecunia alijs rebus non æstimatur,& inde eius vẽditio non consistit,nisi vt massa vendatur.pagin. 302.nu.15.

3. Pecuniæ appellatio,frequenter res quæ pondere, numero,& mensura constant complectitur. pag. 174.num.47.

3. Pecuniæ non vsus,sed abusus est.pagin. 314. numero 23.

3. Pecuniæ & aliæ res fingibiles ad pompam & ostentationem commodari possunt.p.191.nu.21.

3. Pecuniæ & species simul pro alia specie datur,quis contractus celebretur valde dubitatum. pagin. 306.num.5.

3. Pecuniam si dem, vt rem accipiam, emptio & vẽditio celebratur.p.306.n.13.

2. PEGASIANÆ quartæ definitio ex Franc. Hotom.p.465.num.31.

2. Pegasianæ quartæ in subducenda ratione, quod tempus expectandum, remissiuè.pagin. 475.numero 20.

2. Pegasianum S.C.quartæ partis hæreditariæ retentionem hæredi, totam restituere grauato concessit.p.492. n.1.& p.463.nu.12.

2. Pegasianum S.C. qua ratione inductum. pagin. 463.nu.12.

2. Pegasianum S. C. in Trebellianum translatũ fuit, & quare? p. 473. n. 7.
2. Pegasiani S. C. stipulationes quare captiosæ dicantur. p. 473. num. 8.
2. Pegasiani S. C. sententiam & interpretationẽ quis prosequatur. p. 462. n. 2.
2. Pegasiano S. C. plures leges, quæ quartæ detractionem concedunt, esse referendas, etsi nulla illius in eis mentio fiat. p. 462. num. 3.
2. Pegasiani S. C. authoritas in Trebel. trãslata fuit, vnde illius infrequens in libris nostris mentio. p. 462. nu. 2. & p. 466. nu. 34.
2. Pegasiano vt locus sit, pars, quæ apud hæredem remanet, quadrantem expellere non debet. pag. 475. num. 3.
3. PELLEX quæ sit, & Numæ Pompilij lex de ea loquens emendata. p. 36. num. 3.
2. PEREGRINVS quare hæres instituì non possit. pag. 225. nu. 12.
2. PERICVLVM cuiuscunque rei ad dominum semper spectat. pag. 110. nu. 2.
3. Periculum cuiusque rei ad dominum spectat. pagi. 307. num. 2.
3. Periculum ad casum fortuitum refertur. pagin. 194. num. 53.
3. Periculum rei ad pondus, numerum vel mensuram venditæ ad quem pertineat, distinguitur. p. 308. num. 13.
3. Periculum quando dicetur particulare. pagin. 330. num. 62.
3. Periculum deteriorationis rei locatæ ad locatorem non ad conductorem pertinet. pagin. 317. numero 13.
3. Periculum rei venditæ in genere ad venditorem spectat pag. 308. nu. 12.
3. Periculum rei vẽditæ sub conditione pertinet ad venditorem pag. 308. nu. 4. & 8.
3. Periculum rei venditæ etiam ante traditionem regulariter pertinet ad emptorem. pag. 307. num. 1. & pag. 308. num. 5.
3. Periculum rei venditæ dolo vel culpa venditoris perditæ, aut deterioris effectæ ad eum spectat. pa. 309. nu. 1. & 6.
3. Periculum rei venditæ contractu in scriptis celebrato, pertinet ante instrumentorum confectionem ad venditorem. p. 308. n. 11.
3. Periculum ad emptorem pertinet, quando quod pure venit apparet quid, quale, quantumque sit. pag. 297. nu. 22.
2. Pericula quæ milites subeunt maxima causa priuilegij. p. 177. nu. 9.
2. PERSEQVVTIO quid sit. p. 448. nu. 25.
2. PERSONA prius quærenda est, quam iuris ratio. pag. 183. nu. 1.
3. Personæ omnibus rebus pretiosiores. p. 158. nu. 2.
2. Personam duplicem qui refert, duplex remedium habere potest. p. 325. n. 63.
3. Personæ industria & opera vbi eligitur, eius morte negotium expirat. p. 348. n. 3.
2. Persona rei seruitutem habere nõ potest: & interp. l. Titio centum. 70 § Titio centum D. de cond. & demon. p. 112. nu. 6.
2. Personalis actio domino non datur. p. 376. num. 4. & 9.
3. PERDVELLIONIS crimen maximũ aduersus Principem & Rempub. p. 64. nu. 9.
3. PERMVTATIO celebratur cum species pro specie datur. p. 306. nu. 14.
3. Permutatio olim emptio appellabatur. pagin. 306. num. 11.
3. PERPETVARIVS Colonus, & perpetuum ius. p. 324. nu. 16.
1. PIETAS debitus erga Deum, patriam, parentes, & eos, qui parentum loco colendi sunt cultus. pag. 9. n. 21.
1. PII cognomen à quo in reliquos Imperatores deriuatum. p. 9. n. 23.
1. PHILIPPVM III. potentissimum Regem nostrum ex Anicia familia. p. 8. n. 18.
3. PIGNVS qui accipit re obligatur, eandemque ipsam restituere tenetur. p. 200. n. 1.
3. Pignus nudo consensu & voluntate constituitur. p. 200. n. 2.
2. Pignus nec hypotheca in rebus proprijs non consistit. p 376. n. 5. & 11.
3. Pignus pro dotis restitutione dari potest. pagin. 277. nu. 8.
3. Pignoris obligatio nuda conuentione non contrahitur. p. 290. n. 9.
3. Pignoris contractus vtriusque gratia celebratur. pag. 201. nu. 5.
3. PIGNORATITIA quæ datur aduersus tertios possessores quæ, & hypothecaria & quę Seruiana dicitur. p. 20. n. 4.
3. Pignoratitia actio directa & contraria quæ sint. p 200. num. 3.
2. PLANTA siue propria siue alienæ, semper solo cedit. p. 103. n. 1.
2. PLATONIS de obseruatione testamentorum sententia. p. 190. nu. 46.
1. PLEBS à populo quatenus differat. pagin. 46. num. 2.
1. Plebiscitum pars est iuris scripti: & quid sit, & quatenus Romanos ciues adstringeret. pagin. 26. numero 1.
2. Plebiscita legis vim habere cœperunt post legem Hortensianam. p. 427. nu. 4.
2. PLVRES hæredes si instituuntur indefinitè pro æquis partibus succedunt. p. 234. nu. 2.
2. Plures collectiue vocati vnius loco habentur. pag. 243. nu. 5.
2. Plures casus in quibus lex impedit vsucapionem remissiue. p. 130. n. 2.
2. Pluribus in casibus res fiscales præscribuntur. pag. 130. num. 2.
3. Pluribus rebus stipulatione comprehensis si simpliciter promissor respondeat, omnes promissæ sunt. p. 269. nu. 1.
3. Pluribus vna interrogatione propositis, si vnam tãtum quis promittat, in ea tantum obligatio contrahitur. p. 269. nu. 2.
2. Pluralitas vniuersitatem constituit. pagin. 237. numero 4.
3. POENA adiecta promissioni facti alieni nõ est accessoria, sed principalis. p. 242. n. 33.
3. POENA legitima in stipulationem deduci debet, & quæ legitima dicatur. p. 271. n. 11.
3. Pœna conuentionalis omni iure Ciuili, Canonico, & Regio præstatur quatenus interest. pagin. 215. num. 5.
2. Pœnæ nomine legari olim posse, secus tamen hodie, quo modo intelligendum. p. 421. n. 1.

3. Pœnæ adiectione stipulatio alteri facta valida est. p.270.n.2.& p.271.n.9.&.11.
2. Pœnæ seruus iure Authenticorum ingenuus non efficiebatur.p.103.nu.13.
3. Pœna certa vbi constituta est,an liceat iudici arbitrari.p.152.num.15.
3. Pœnæ exsolutio solutio debiti est.pagin. 381. numero 20.
2. Pœnis,præmijsque propositis ad virtutem & bonitatem ciues allicien di sunt.p.409. nu. 23.
3. POETARVM testimonijs,Historijs,& Chronicis quanta fides adhibenda,remisiue.p.307. n. 19.
3. POLLICITATIO inter præsentes quoque fit.p.207.n.28.
3. Pollicitatio est solius offerentis promissio. pagin. 206.nu.25.
2. Pontificio iure etiam quoad vsucapionem per singula momenta bona fides requiritur, & corrigitur noster tex. p.131. n.7.
2. PORTIO accrescit portioni, non personæ. pag. 398.num.75.
2. Portio repudiata in hæreditate communi seruo relicta accrescit dominis,quorum iussu adit seruus. pag.234.nu.3.
2. POSTERIORA derogant prioribus. pagin. 303.num.11.
1. POPVLVM post legem Regiam ius constituere non posse.p.25.n.2.& 6.
3. POSTHVMVS quis dicatur,remisiue.pagin. 101.num.1.
3. Posthumus adire hæreditatem iure Ciuili non potest, quousque natus fari possit.pagin.102. numer.11.
3. Posthumus institutus dum in ventre erat per bonorum possessionem, ex edicto, de ventre in possessionem mittendo:natus ex edicto de bonorum possessione furioso, infanti, &c. adiuuabatur.p.102.num.12.
3. Posthumus aut suus, aut alienus,& quis suus, quis alienus.p.101.nu.2.
3. Posthumus certo & indubitabili signo potest demonstrari.p.102.n. 7.
3. Posthumus incerta persona, siue suus,siue alienus, iux.communem.p.102.nu.5.
3. Posthumis suis hoc prætorium remedium non necessarium, quia ipso iure hæredes fiunt. pagin. 103.nu.
2. Posthumus retronatus intelligitur. pagin. 214.numero 10.
2. Posthumus suus hæres nullus est interim dū est in vtero.p.214.nu.9.
2. Posthumus ingratitudinis causam committere nō potest.p.23 n.3.
3. Posthumus agnatus est eis, quibus per virilem sexum coniungitur,si in eorum vita conceptus sit. pag.71.nu.8.
2. Posthumus præteritus natus mortuo patre quamuis decedat testamentum non conualescit.pagin. 215.num.17.
2. Posthumus suus quis dicatur.p.214.n.8.
2. Posthumus etiam ille qui post testamentum nascitur,& quare.p.213.nu.6.
2. Posthumus verè ille est,qui post mortem patris natus est.p.213.nu.5.
2. Posthumus nominatim exhæredatus dicitur quando indubitabili signo demonstratur.p.216.n.26.
2. Posthumus vt rumpat testamentum non debet declinare ad monstrum.p.215. n.18.
2. Posthumus alienus institui potest, contra communem.p.233.nu.15.
3. Posthumus alienus & infans nouo iure adire hæreditatem,aut saltem eorum tutores, illorum nomine possunt.p.102.nu.13.
3. Posthumus alienus iure Ciuili hæres institui non poterat,iux.communem opinionem. pagin. 101. num.3.
3. Posthumus alienus lege duodecim tab.institui poterat.p.102.n.9.
2. Posthumus alienus quis sit remisiue.pagin.214.numero 12.
2. Posthumus alienus incapax institutionis. pag. 232. num.4.
2. Posthumus alienus an institui posset,an vero ei legari,remisiuè.p.418.n.1.
2. Posthumus, vt rumpat, vt decedat baptizatus & per viginti quatuor horas viuat oportet iure Regio Hispano.p 215.n.19.
2. Posthumi agnotio rumpit testamentum.pag. 188. num.25.
2. Posthumi agnatio quando infirmet codicillos. pa. 188.nu.26.
2. Posthumi pro natis habentur quoties de eorum cō modo agitur.p.283. n.67.
2. Posthumi,posthumæque præteriti, præteritæve agnatione testamentum rumpitur.p.213.n.1.
2. Posthumi nominatim exhæredari debent. pagin. 213.nu.1.
2. Posthumis præteritis testamentum valet, & illis natis rumpitur.p.214.nu.13.
2. Posthumi non sunt in patria potestate,nec sui hæredes,sed futuri sperantur.p.276.n.10.
2. Posthumis quoque pupillaris substitutio fit. p. 276. n.9.&.pag.183.nu.67.
2. Posthumum nominatim exhæredari non posse videtur.p.213.nu.4.
2. Posthumorum plurimæ sunt species, remisiuè. p. 214.nu.7.
2. Posthumis querela dari potest, & qua ratione. p. 330.n.7.&.p.333.n.28.
2. Posthumæ possunt inter cæteros exhęredari,si modo quid eis legetur.p.213. n.1.
3. POSTLIMINIVM fingit ciuem ab hostibus captum,& reuersum nunquam captum fuisse,sed semper in ciuitate mansisse.p.63. n.2.
3. Postliminium restituit ea,quæ iuris sunt, nō quæ sunt facti.p.214.n.17.
3. Postliminium facit quem tanquam suum hæredem succedere, etsi in morientis potestate non fuerit. pag.63.nu.1.
2. POSSESSIO est ius insistendæ rei non prohibitæ possideri.p.25.n.7.
2. Possessio sine animo non amittitur.pagin.129. numero 6.
2. Possessio sine apprehensione neque in suos transfertur.p.345.num.44.
3. Possessionem qui habet rerum à defuncto relictarum,bonorum possessionem petere debet, & è cōuerso.p.99.nu.11.
1. PRAGMATICÆ Regni Hispani de meretricum vestibus & ornamentis.p.22.n.21.
1. PRÆCIPERE,præsentire,præuidere ex bonis auctoribus.p.20.n.5.

1. PRÆCEPTA ideſt, doctrinæ ſiue diſciplinæ. pag. 20. num. 4.
1. Præcepta hæc iuris, ſunt anticipationes, & communes quædam notiones. p. 20. nu. 6.
1. Præcepta omnia iuris ad tria hæc, tanquam ad præiacentem cauſam, referuntur. p. 21. num. 9.
1. Præcepta generalia iuris, honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere exornantur remiſsiuè. p. 20. nu. 1.
3. PRÆPOSTERATIO ordinis ſubſtantialis vitiat actum. p. 265. n. 4.
2. PRÆSVMPTIO iuris & de iure per contrariam confeſsionem eius in cuius fauorem inducta eſt, elidi poteſt. p. 415. num. 65.
2. PRÆTERITIO tacitè inducit exheredationem. p. 207. nu. 15.
2. Præteritio matris inducit exheredationem. pagin. 207. n. 16
2. Præteritis à matre qua ratione prætor non ſuccurrat. d. 221. nu. 1. & 4.
1. Prætor in Pop. Rom. initio vnicus, poſtea plures creati fuere, & quale eorum munus. p. 27. n. 2.
2. Prætor per beneficium abſtenſionis non potuit tollere ſuitatem in filio. p. 267. nu. 30.
3. Prætor legis condendæ poteſtatem non habuit. p. 106. num. 13.
3. Prætor iuris condendi poteſtatem habuit. p. 104. nu. 2. & p. 106. n. 16.
2. Prætor media tempora in teſtamentis non inſpicit. p. 310. nu. 14.
3. Prætor non facit hæredem, ſed bonorum poſſeſſorem. p. 104. n. 1. & p. 105. n. 6. & 12.
3. Prætor dominium non tribuit. p. 105. n. 12.
2. Prætor ex æquitate ſuſtinet teſtamentum eius qui ſui iuris & Ciuis Romanus deceſsit, & noua voluntate primum teſtamentum confirmauit. pag. 310. num. 13.
3. Prætoris officium diuerſum à iudicis officio, & quale vtrumque ſit. p. 234. nu. 4.
3. Prætorum edicta quæ, vnde dicta, & quæ poteſtas. pag. 164. nu. 8.
1 Prætorum edicta quando & quare adiuncta. pagi. 27. num. 1.
1. Prætorum edicta quæ initio annua, deinde perpetua facta fuere, ſexta iuris Ciuilis pars. pagin. 2. num. 10.
1. Prætorium ius aliquando Honorarium appellatur. pag. 27. nu. 5.
2. PRÆTVRA Magiſtratus Romanus, qui ſolis Ciuilibus Romanis dabatur. p. 165. n. 11.
2. PRECARIVM ad libitum concedentis reuocatur. p. 135. num. 9.
3. Precarium contraria voluntate finitur. pag. 335. num. 10.
3. Precarium ſine temporis præfinitione ad concedentis voluntatem fit. p. 192. nu. 33.
3. Precario qui rem habet, eam poſsidet, poſſeſſoriaque remedia habet. p. 191. n. 30.
3. PRÆSCRIPTIS verbis actio quando cum actione de dolo detur. p. 319. n. 4. & 8.
3. Præſcriptis verbis actio quare ita dicatur. pagin. 320. num. 15.
2. PRETIVM ſuccedit loco rei 387. nu. 17.
3. Pretium certum quando dicatur pagin. 301. numero. 11.
3. Pretium certum eſſe debet. p. 301. nu. 9.
3. Pretium in pecunia numerata eſſe debet. pag. 305. num. 1. & 6.
3. Pretium conſiſtit in numerata pecunia. pagi. 293. num. 18.
3. Pretium certum, vt emptio conſiſtat conſtitui à contrahentibus debet. p. 301. n. 1. & 6.
3. Pretium an in alia re præter pecuniam eſſe poſſet valde controuerſum inter I. C. pagin. 306. numero 17.
3. Pretium in pecunia numerata de ſubſtantia emptionis poſtquam pecunia fuit inuenta. pag. 306. num. 10.
3. Pretium in arbitrium boni viri poni non poteſt, in arbitrium certæ & deſignatæ perſonæ poni poteſt. p. 304. nu. 14.
3. Pretium in arbitrium certæ perſonæ conferri poteſt. p. 303. n. 17. & p. 304. n. 32.
3. Pretium iuſtum ſi à contrahentibus abſque alia præfinitione demonſtretur, valet contractus. pag. 301. n. 4. & p. 302. nu. 20.
3. Pretium in alijs contractibus pro eo quod æſtimationis cauſa conſtituitur. p. 301. n. 8.
3. Pretij conuentio, non eius numeratio requiritur, vt emptio conſiſtat, p. 302. n. 17.
3. Pretio non deſignato ſi partes conueniant iuſtum ſemper ſubintelligitur. p. 301. n. 3. & pagin. 302. n. 19.
2. PRIMOGENIVM à duobus an ſimul inſtitutum ab alio poſsit reuocari nec ne? p. 289. n. 3.
3. Primogenij ius non ſolum conſiſtit in filio primogenito, ſed in tota eius linea conſideratur. pagi. 27. num. 26.
3. Primogenij ſucceſsio indiuiſibilis eſt, vniq́ue ſoli deferenda. p. 26. n. 16. & p. 29. n. 44.
3. Primogenij ius præſens & purum in perſona filij, ſucceſsio vero conditionalis ſi ſuperueniat. pag. 28. num. 30.
3. Primomogenij bonis Regia facultate alienatis nõ tenetur emptor probare pretium ſubrogatum. p. 175. n. 59.
2. Primogenij bona Regia facultate alienantur. pag. 261. num. 61.
2. Primogeniorum bona alienari abſque Regis facultate non poſſunt: & inde neque legari. pa. 381. num. 49.
3. Primogenia Hiſpana deferuntur eiſdem legibus, quibus Hiſpanorum Regnum. p. 25. nu 3.
3. Primogenia Hiſpana, vt fideicommiſſa cenſenda. pag. 25. nu. 5.
2. PRINCEPS legibus ſolutus, legibus tamen viuit. p. 313. nu. 3.
1. Principis placitum triplex. pag. 26. num. 2.
1. Principis placita, quæ iuris Ciuilis pars ſunt, vnde initium habuerunt. p. 16. n. 1.
3. Principis à voluntate quæ pendent impoſsibilia cenſentur. d. 150. n. 6. & 7.
2. Principis Maieſtas ſolemnitates omnes ſupplere ſolet. p. 313. n. 1.
3. Principis conceſsio vim legis habet. pagin. 109. numero 60.
3. Principẽ conſulere Iuri conſultis quando neceſſarium p. 142. nu. 18.
2. Principis verò cum eius expenſis bellum geſtum eſt. p. 98. n. 2.
3. PRRINCIPIA cuiuſque rei in primis cognoſcenda. p. 13. n. 1.

1. PRIVATIO præsupponit habitum. pagina 73. num. 2.
2. PRIVILEGIVM nemini debet esse nociuum pag. 433. num. 48.
2. Priuilegium militare personale est, inductum tamen ob certam causam, inde ea cessante cessat. p. 178. nu. 3. & 5.
2. Priuilegium testandi intelligitur, & quis iure communi testetur. p. 179. n. 9.
2. Priuilegia & iura singularia etiam ex eadem ratione non extenduntur. p. 177. n. 10.
2. Priuilegium non militantibus cõcessum locale est. pag. 177. num. 11.
2. Priuilegia stricte interpretanda, & interpretata. l. quod constitutum. 22. versic. fin. d. hoc titul. p. 181. num. 5.
2. Priuilegia concessa ijs, qui Reipub. causa absunt post reditum vsque ad annum perseuerant. pag. 181. num. 4.
2. PRIVS aut posterius non est in ijs, quæ coniunctim fiunt. p. 294. n. 10. & p. 295. nu. 15.
2. PROBARI semper debet militis voluntas. pa. 180. num. 4.
3. PROCVRATOR acquirere nobis possessionem potest. p. 179. n. 99.
2. Procurator cum libera administratione potest rẽ vendere, & dominium transferre. pagina. 110. numer. 7.
2. Procurator siue mandatarius acquirit nobis possessionem p. 149. n. 2.
2. PRODIGVS quid sit. p. 199. nu. 2.
2. Prodigus cur non testetur. p. 200. nu. 10.
3. Prodigus stipulari potest. p. 257. n. 3. & 9.
2. Prodigus testamentum facere non potest. pag. 199. num. 1.
2. Prodigus in pœnam à testimonij dictione arcetur, & quis prodigus sit. p. 163. n. 40.
2. Prodigis ex Atheniensium moribus, & Romanorum legibus curatores dabantur. p. 199. n. 3.
2 Pro furto rei minimę, neque de dolo, neque furti, famosa actio datur. p. 97. n. 5.
2. PROMISSIO sine causa nullam efficacẽ obligationem producit. p. 79. n. 9.
3. PROMITTO, verbum & ad nudum pactũ, & pollicitationem referri solet. p. 266. n. 6.
3. Promissio de contrahendo non est contractus. pa. 296. nu. 11.
3. Promissio etiam nudis verbis aliquando fit. pag. 266. nu. 2. & 5.
3. Promisisse, si testes dicant, stipulatio non præsumitur. p. 266. nu. 3. & 9.
3. Promisisse, verbum, efficacem & solemnem stipulationem semper inducit. p. 266. nu. 1.
3. PRONEPOTES admittuntur ad proaui successionem legitimam quemadmodum nepotes. pag. 19. nu. 12.
3. Pronepotum in legibus repræsentationem inducentibus quare tantummodo mentio fiat? pag. 22. num. 20.
2. PRONOMEN, idem, habet implicatam copulam, & potius auget, quam minuit. pag. 394. nume. 47.
2. PROPRIA causa est, in qua per consequentiã commodum resultat. p. 168. nu. 6.
3. Promittens effecturum alium, obligatur. pag. 243. num. 34.
2. PROPRIA res sub conditione legari potest & alijs in casibus. p. 404. n. 3. &. 5.
2. Propria res legari nemini potest. pagin. 404. numero 1.
2. Proprius seruus est, in quo quis nudam habet proprietatem. p. 227. num. 22.
2. PROTESTATIO deficere voluntatem ostẽdit. p. 308. nu. 61.
3. PROXIMIOR in legitima successione remotiorem excludit. p. 64 n. 3. & 4.
3. Proximiori agnato legitimam hæreditatem non agnoscentem lege 12. tab. successio fisco deferebatur. pag. 74. n. 1. & 5.
2. Proximitas quoad suitatem respectu eiusdem lineæ consideratur. p. 340. nu. 15.
3. Proximitas in successione, quo tempore considerãda sit. p. 73. nu. 1.
3. PRETII numeratio vt dominium venditæ rei transferatur requiritur. p. 295. n. 5.
2. PRÆCEPTORVM sententiæ sequendæ. pa. 257. nu. 28.
3. PRINCIPALE est attendendum, non quod consequens est. p. 194. nu. 56.
2. PARTITARVM legum conditores incongruè dixerunt pro milite Cauallero. p. 174. n. 8.
1. PATERNVS amor omnium alium vincit. pa. 67. num. 8.
1. PRVDENTIA omnium virtutum superior. pag. 18. nu. 4.
2. PVBES, qui curatorem habet testari potest. pa 200. nu. 11.
2. Pubes deponit in alijs negotijs de ijs, quæ vidit in pupillari ætate, iux. communem, pag. 162. numer. 31.
2. Pubertas in masculis quartodecimo anno, in fœminis duodecimo expleto incipit. pagin. 196. numer. 6.
1. Pubertas quo annorum numero computetur. pa. 60. n. 5. & p. 61. nu. 13.
1. Pubertas quando in maribus, & fœminis incipiat. pag. 80. nu. 3.
2. Pubertatem antiqui varie constituerunt. pagin. 196. num. 5.
1. Puberes etiam rem suam bene gerentes vsque ad XXV. annum curatores accipiunt. pagin. 82. num. 2. & 5.
2. PVBLICA vtilitas multa inducit contra iuris rigorem, p. 165. num. 13.
3. PVPILLVS quoad acquirendum satis iudicium habet. p. 260. n. 3.
3. Pupillus sine tutore ciuiliter non obligatur. pag. 259. nu. 21.
2. Pupillus tutore auctore omne negotium recte gerit. p. 196. nu. 2.
2. Pupillus qui mutuam pecuniam dedit, condictionem habet. p. 144. n. 3. & p. 145. n. 8.
3. Pupillus indebitum recipiens, re non obligatur, & quare? pag. 188. nu. 44.
1. Pupillus re ipsa naturaliter obligatur, & quando. pag. 79. nu. 10.
1. Pupillus consensum non habet. p. 79. n. 7.
2. Pupillus sine tutore nihil agere potest. pag. 145. numer. 5. & 10.
2. Pupillus sine tutore meliorem conditionem suam facere potest. p. 145. nu. 10.
2. Pupillus sine tutore soluens repetere potest. pag. 145.

145.num.4.& pag.145.num.9.
2. Pupillus si ex solutione à debitore facta locupletior fiat, & restitui velit, exceptione repellitur. pa. 146.num.6.
2. Pupillus amittere rei suæ possessionem inconsulto tutore potest.p.144 n.2.& p.145.nu 7.
2. Pupillus sine tutoris auctoritate alienare non potest.p.144 nu 1.
1. Pupillus sui iuris est.p.66.nu.3.& 7.
2. Pupillus tutore auctore cur non testetur.pag. 197. num.16.
3. Pupillus sine tutore bonorum possessionem agnoscere cur non possit?p.99.nu.12.
3. Pupillus dominium in accipientem non transfert. pag.170.nu.10.
3. Pupillus si pecuniam credat, ea consumpta mutuum contrahitur.p.170.n.9
1. Pupillus nec naturaliter sine tutoris auctoritate obligatur.p.78.nu.4.& 6.& p.79.nu.9.
1. Pupillus sine tutore hæreditatem adire non potest, etiam quantumuis lucrosam. pagin 79.nume.6. & 13.
1. Pupillus sine tutoris auctoritate meliorem conditionem suam facere potest, deteriorem non potest.p.78.n.3.&.p.80.n. 14.
2. Pupillus vltimo die pupillaris ætatis potest testari. p.297.nu.2.
2. Pupillus qui propriè dicatur p.273.num.7.
3. Pupillus quare sine tutoris auctoritate in bonæ fidei etiam iudicijs non obligetur.pagin.290.numer.13.
2. Pupillus,tutoris interueniente auctoritate, hæreditatem adire potest.pag.363.num.6.& late pag. 395.num.20.
2. Pupillus causam suæ aditionis intelligere non potest pag.363.num.7.
3. Pupillus conditionem suam sine tutore meliorem facere potest, deteriorem non potest.pag. 260. num.2.
3. Pupillus sine tutoris auctoritate, nisi quatenus locupletior fit,non obligatur.pag.369.num.4.& p. 373.num.41.
3. Pupillus cur tutoris auctoritate interueniẽte obligetur.pag.261.nu. 19.
3. Pupillus sine tutoris auctoritate stipulari potest, promittere non potest,& quare? pag. 259. num. 1. & p.260.num. 2.
3. Pupillus infantiæ proximus ex benignitate conditionem suam sine tutore facit meliorem. pag. 260.num.1.
2. Pupillo adiecto solutioni sine tutore solui potest. pag.146 num.7.
1. Pupillis curatores quandoque dantur.pag.82.nu. 4.& pag.83.num.10.
2. Pupilli appellatio simpliciter prolata comprehendit eum, qui maior est infante. pagin.368. numero 47.
2. Pupilli educari non debent apud legitimos eorum hæredes.pag.290.num.5.
2. PVPILLARIS ætas finitur etiam vltimo die non impleto,iux.Accur.p.297.n.5.
2. Pupillaris ætatis mentio inducit pupillarem substitutionem.p.291.nu.13.
2. Pupillaris substitutio,vnum testamentum cum paterno,& quare? p.289.nu.1.
1. Pupillaris substitutio respicit vtilitatem pupilli. pagin.57.num.45.
2. Pupillaris substitutio fit exhæredatis,defertq; omnia pupilli bona ad substitutum.pagin. 290. num. 1.& pag.291.num.4.
2. Pupillaris quæ,& eius formula.pagin. 262. numero 74.
2. Pupillaris ex interuallo fieri potest. pagin.278.numer.29.
2. Pupillaris substitutus adrogato datus eius non fit hæres. pag. 277 num.15.& pagin. 278. numero 70.
2. Pupillaris substitutio est secunda institutio,& quare? pag.259.nu.46.
2. Pupillaris substitutio expirat adueniente puberta te.pag.297.nu.1.
1. Pupillaris nec extraneo impuberi,nec filio suo hæredi puberi fieri potest. pagin. 299. numero 1.
2. Pupillaris substitutionis effectus non per omnia habuit quam fecit mater ex Africani consilio. pa. 282.num.56.
2. Pupillaris substitutio pars & sequela testamenti paterni.pag.294.nu.6.
2. Pupillaris substitutio annullatur, in totum paterno testamento infirmato, non nisi pro patre. pa. 295 num.17.
2. Pupillaris substitutio facta in testamento imperfecto inter liberos, an valeat, remissiuè. pag. 294.num.7.
2. Pupillaris substitutio potest fieri vel singulis liberis, vel ei qui eorum nouissimus morietur. pag.296.num.1.
2. Pupillaris (ante Iustinianum) ante institutionem scribi non poterat. pagin. 295. numer. 14. & 16.
2. Pupillaris substitutio separatim, diuersa in charta fieri potest. pagin.289.numer.1.& pagin. 290. num.3.
2. Pupillaris finitur in masculis anno decimoquarto perfecto, in fœminis duodecimo. pagin.297. num.4.
2. Pupillaris substitutio liberis impuberibus in potestate constitutis fit, non alijs. pagin.275.numero 1.
2. Pupillaris cur exhæredatis quoque filijs fiat? pag. 291.num.4.
2. Pupillaris substitutio quare inuenta. pagin.273. num.5.
2. Pupillaris quare sic dicta.pag.273.n.6.
2. Pupillaris posthumis etiam fit. pagin. 293. numero 1.
2. Pupillaris substitutio contra iuris regulas inducta.pag.273.nu. 8.
2. Pupillaris substitutio pars est & sequela testamenti paterni, nec valet nisi paternum prius fiat, & factum subsistat. pagin. 294. numero 1.& 5.
2. Pupillaris substitutio vnum testamentum cum paterno.pag.294.nu.5.
2. Pupillaris quæ exhæredatis fit,quibus concipienda verbis.pag 291.n.7.
2. Pupillaris substitutio non metitur nec regulatur ex institutione.p.291.n.5.
2. Pupillaris substitutio iuxta iuris regulas inducta. p.274.num.13.
2. Pupillaris an exhæredatis impuberibus hodie

hodie fiat.pag.292.num.17.
3. Pupillaris substitutio adrogati expirat per adrogationem.pag.128.num.57.
2. Pupillaris substitutionis tempus pater limitare potest, prorogare non potest. pagin. 297. numero 2.
3. Pupillari substituto adrogati, (quo casu pupillaris non expirat) debetur etiam quarta. pag. 128. num.59.
2. Pupillaris substitutus ipsi pupillo fit hæres. pagin. 277.num.13.
2. Pupillarem hoc casu valere defenditur reiecta dictione,mihi.p.292 num.14.
2. Pupillarem mater,aut ascendentes materni non faciunt.pag.285.nu.7.
2. PVGNANTIA in testamentis ea vitiat.p.413. nu.5.& p.424.nu.14.
1. PVRPVRA accedit vestimento, eiusque domino acquiritur,nisi commode separari possit. p. 101.num.1.& 2.
1. PETRVS Augustinus Morlà furto conuictus. pag.22.nu.18.

Q.

3. QVALITAS adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.p.73.n.2.
3. QVANTITAS loco eius quod interest stipulationi adiecta,à iudice taxari potest,secus si nomine pœnæ adijciatur.p.225.n.4.
2. QVÆ ex animalibus nostris nascuntur nostra fiunt,remissiuè.p.99.n.1.
2. Quæ ex hostibus capiuntur iure gentium nostra fiunt.p.98.nu.1.
3. Quæ differunt secundum plus & minus non differunt specie.p.195.n.61.
2. Quæ sit differentia inter res publicas,& res vniuersitatis,earumque omnium vsum cõmunem esse ostenditur.p.93.n.2.
1. Quæ ex legatis dispositione acquiruntur etiã nõ agnita transmittuntur ad heredes.p.55.n.37.
2. QVARTÆ vnius ademptio alias excludit. pa. 464.nu.22.
2. Quartas duas vtrum quis hodie detrahere possit, & olim.p.464.n.21.
3. Quarta ex constitutione D. Pij debetur impuberi adrogato defuncto.p.134.n.27.& 28.
1. Quartam partẽ quam filius adrogatus habet ex cõstitutione D.Pij in bonis adrogatoris, est omniũ bonorum contra communem.p.56.n.40.
1. Quarta pars bonorum patris adrogatoris præstanda adrogato ex const.D.Pij.p.46.n.10.
2. Quartæ nomine quæ quantitas olim & hodie contineatur,remissiuè.p.475.n.23.
2. Quartam siue à testatore,siue à lege habitam amittit,qui coactus adit.p.479.n.5.
2. Quartam partem hereditatis quam heredis grauati restituere grauati detrahunt, non Pegasianam, sed Falcidiam esse pluribus probari videtur. pag. 463.nu.6.& explicatur.pag.466.nu.32.contra Ant. Contium.
2. Quartam qui ex voluntate testatoris deducit, pro rata onera hereditaria non subit: secus si legis authoritate retineat,& quare.p.476.n.1.
2. Quartæ Trebellianicæ detractionem vtrum testator prohibere possit.p.465.n.25.& num.seq.vsq; ad num.30.
3. QVASI contractus definitio.p.359.n.2.& 4.
3. Quasi contractus, & contractus differentia præcipua.p.359.n.3.
3. Quasi contractus impropriè contractus,vnde contrahere prohibitus poterit quasi contrahere. pag. 365.n.41.& 45.
2. Quasi possessio fine apprehensione transferri potest.pag.345.n.46.
3. Quasi,verbum,denotat impropriet atem .pag.165 num.12.
1. Quasi vox interdum veritatem exprimit. pag. 50. num.25.
2. QVERELÆ definitio.p.317.n.32.
2. Querela qua ratione inducta.p.315.n.9.
2. Querela quo tempore,& qua authoritate fuerit inuenta.p.315.n.10.
2. Querela centum virali iudicio inducta, iuxta aliã opinionem.p.315.n.13
2. Querela moribus Populi Romani inuenta dementiæ quæsita colore.p.316.n.18.
2. Querela non est nomen actionis, sed quedã præparatio ad petitionem hereditatis ex causa de inofficioso.p.317.nu.31.
2. Querela inofficiosi datur aduersus fideicommissarium vti aduersus heredem.p.457.n.17.
2. Querela sæpe alijs quam intentanti prodest. pagi. 325.num.67.
2. Querela in primis datur liberis.p.319.n.4.
2. Querela remediũ rescissorium est. p.330.n.4.
2. Querela non datur parentibus contra testamenta filiorum de castrensibus, vel quasi castrensibus. p.314.n.58.& p.326.n.75.
2. Querela,an hodie post Iustinianũ locum habeat, in casibus in quibus filius est exheredatus, an vero in his,in quibus exheredationis causa fit expressa?contrariæ sententiæ.p.317.n.28.
2. Querela cum alijs remedijs vt competat.pag.331. num.14.
2. Querela olim etiam institutis filijs in minus legitima portione dabatur.p.353.n.30.& 33.
2. Querela non excludũtur illi,quibus datur bonorũ possessio Prætoria.p.331.n.15.
2. Querela etiam vbi nullum,vel irritum est testamẽtũ conceditur.p.330.n.2.& p.331.n.12.
2. Querela vti liberi naturales, adoptiui, nati, & posthumi ita demũ possunt,si aliud remediũ,nec supplementum habeant.p.330.n.1.& 10.
2. Querela fratribus aut sororibus etiam turpi persona herede scripta,quando iusta causa eos exheredandi est,non datur.p.328.n.91.
2. Querela filijs fratrum contra patrum suorum testamentum an detur? p.328.n.90.
2. Querela cognatis, vltra fratres & sorores non datur.p.328.nu.89.
2. Querela parentibus iure Hispano etsi bona filij castrensia,vel quasi castrensia sint datur. pag. 326. num.77.
2. Querela rumpitur testamentum hodie quoad institutionem tantummodo. p.324.n.52.
2. Querela non potest proponi scripto herede deliberante.pag.326.nu.73.
2. Querela non præparata non transmittitur. pag. 316.nu.71.
2. Querela quomodo,& contra quem hodie proponenda est,l.1.tit.4.lib.5.Recop.pag.324.nu.54.
2. Querela quibus personis detur.p.319.num.1.& 4.

& p.324.num.56.& pag.327. num. 84.
2. Querela inofficioſi datur contra militis teſtamẽ. pag.120.nu.5.
2. Querelæ tempus currit minori ætate legitima impleta.p. 324 num.55.
2. Querelæ an fiat locus adita per ſubſtitutum hereditate.p.281.nu.48.
2 Querelam proponunt parentes contra filiorum teſtamenta.p.324.nu.56.
2. Querelam proponere debet filius intra quinquennium ab adita hereditate.p.324.num.53.
2. Querelam cauſa expreſſa admittendam non eſſe ſecundum Ioan.p.317.n. 29.
2. Querelam inofficioſi proponere poteſt,qui alieno nomine iudicium teſtatoris agnouit.p.328. nu. 1. & pag.329.nu.3.
2 Querelam proponere non poteſt, qui quali quali modo iudicium teſtatoris voluntarie agnoſcit. p. 329.num.2.
2. Querelam moribus inductam probatur ex noſtro textu.p.319.num.2.
1. QVEM non honoro grauare nõ poſſum. pag. 57. num.45.
2. QVI à fiſco emit dominus ſtatim efficitur. p. 132. num. 1.
2. Qui bona fide in alieno ſæuit exceptione impenſas retinet.p.104.num.2.
2. Qui ex aliena materia ſpeciem facit domino ſolue re æſtimationem tenetur.p.101. nu.4.
2. Qui fruitur, vt vta.u. ceſſe eſt.p.118.n. 5. & pag. 118.num.18.
1. Qui non honoratur grauari non poteſt. pagin. 48. num.19.
2. Qui noua forma ſeu ſpecie alienam materiam ita immutat, vt ad primam reddere non poſſet,eius dominium acquirit.p.100.nu.1.
3. QVIDNI ſolemne erat ſtipulationis verbum. pag.210 nu.6.
3. QVID omnino non fieri,aut minus rite fieri patia ſunt.p.11.nu.3.
2. Quibus modis res in nullius bonis eſſe dicantur. p.94.nu.2.
2. Quibus verbis teſtator roget teſtes,quando in ſcriptis teſtatur.p.168.n.8.
2. Quinque teſtes vicini,ſi teſtium copia adeſt neceſſariò requiruntur.p.173. n.16.
2. Quo tempore res furtiua præſcribatur. pag. 128. num.10.

R.

2. RATIO differentiæ inter confiſcationem ob delictum, & additionem bonorum ob æs alienum.p.194.nu.92.
3. RATIONEM REDDERE quilibet adminiſtrator tenetur.p.370.nu. 9.
1. Rationes reddere tutor finita tutela debet,etiamſi minor fit.p.77.nu.2.
2. RECIPROCA ſubſtitutio,quæ & breuiloqua dicitur.p.262.nu.76.
3. Reciproca eſt & mutua ſucceſsio ab inteſtato. p. 80.num.3.
2. RECVSATIO extra iudicium fit.p.370.n. 58.
3. REDEMPTORES qui.p.313.num.8.
3. Redditus fundi propriè dicitur qui ex locatione fluit.p.314.nu. 21.
3. Redditus pecuniæ, qui ex fœnore redigitur.p.314. num.2.
3. RE contrahitur obligatio quando quis indebitum accipit.p. 187.nu.29.
3. Re obligatur nullus niſi quatenus accepit. pagin. 227.num.6.
3. REGES Prudentum conſilio, & conſuetudine vti neceſſarium eſt.p.15.nu.5.
3. REGVLA, ſi vinco vincentem te,à fortiori vincam te (quæ remiſsiuè illuſtratur) limitatur in noſtro textu.p.77 n.5.
2. REI appellatio latiſsima eſt,corporalia,& incorporalia complectens.p.90.nu.2.
3. Rei appellatio latiſsima eſt.p. 162. n. 58.
3. Rei debendi,promittendi, & credendi etiam in alijs contractibus præter ſtipulationem dicũtur. pag.227.num. 4.
3. Rei ſtipulandi, & rei promittendi qui dicantur. p. 227.num.2.
2. Rerum diuiſionem ſuadente naturali ratione ob commune bonum inductam eſſe conſtat. pag.90. num. 3.
2. Res omnes aut corporales ſunt, aut incorporales. pag.111.nu.1.
2. Res omnes vel in bonis noſtris ſunt, vel extra bona.p.91.num.1.
2. Res vi poſſeſſi longa poſſeſsione præſcribitur. p. 127.nu.3.& p.128.n.10.
3. Res quæ in commercio erat,ſi extra commercium ſine promiſſoris culpa efficiatur,extinguitur obligatio,nec conualeſcit eo quod rurſus ad commercium redeat.p.237. nu.18.
3. RELATIVVM quis,vel qui reſtringit. p.312. num.8.
2. Relatiuum,quod,totum refert,ac demonſtrat. pag. 394.nu.44.& 46.
1. RELEGATVS liberos in poteſtate retinet. pag. 62.nu.2. & 3.
2. RELIGIOSA loca qualiter profana fiant, & ibi explicatur.pag.94.n.5.
1. RELIGIONIS erga Deum præceptum commune,& primum, ſed quod non niſi Dei ſpiritu rectè percipi poteſt.p. 20.n.7.
2. REMEDIVM Prætorium annale, ciuile vero triennale. p.209.n.40.
2. Remedia plura habere vtile eſt.p.269.n.41.
2. Remedia plura quando concurrere poſsint.p.331. num.12.
3. RENVNTIATIO intempeſtiua diſſoluit ſocietatem quoad renuntiantem, alter vero quod poſt acquiſierit ſibi acquirit.p.347.nu.4.
2. REPETERE poteſt heres quartam quam ignoranter fideicommiſſario ſoluit.p.473.n 4.&10. vſque ad n.14.
3. Repeti non poteſt debitum in diem, ſi ante diem ſolutum fit.p.186.n.16.
3. REPRAESENTATIO inter collaterales in vno tantum caſu locum habet.p.65.n.6.
3. Repræſentatio fictio eſt.p.26.n. 15.
3. Repræſentatio in fideicommiſsis perpetuo familiæ relictis an admittatur.p.30.n.45.
3. Repræſentatio non tantum ad concurrendũ verũ & ad excludendum quoq; admittitur.p.29.n. 40.
3. Repreſentatio in Regni ſucceſsione qua ratione admittatur.p.29.n.37.
3. Repræſentatio in retractibus non admittitur, ſecus

cus de iure Hiſpano.p.25.n.10.& p.26.n.14.
3. Repræſentatio in bonis indiuiſibilibus non admittitur,& quare.p.26.n.17.
3. Repræſentatio admittitur in filijs fratrum cum patruis ſuis ſuccedentibus.p.22.n.21.
3. Repræſentatio inter collaterales, præter quam in filijs fratrum,non admittitur.p.73.n.2.
3. Repræſentatio in regnorum ſucceſsionibus iure communi ad nittenda non eſt.p.23.n.18.
3. Repræſentatio admittitur in Hiſpanorum primogenijs.p.24.n.1.& p.28.n.34.
3. Repræſentatio in feudis iure ſingulari admittitur.p.23.n.27.
3. Repræſentatio non admittitur in his quæ iure ſanguinis deferuntur.p.24.n.1.& p.28.n.35.
3. Repræſentatio admittitur in his quæ iure hæreditario deferuntur,non in alijs.p.23.n.25.
3. Repræſentatio inter collaterales in regni, & maioratus ſucceſsione, vſque in infinitum admittitur iure Hiſpano.p.23.n.24.
3. Repræſentatio inter collaterales non porrigitur vltra filios fratrum.p.23.n.23.
3. Repræſentatio fictione inducta non niſi in caſibus à iure expreſsis admittenda.pag.21.n.13. & pag. 21.num,18.
3. Repræſentationis fictio vlteriorem in proximiori gradu conſtituit,pluresq; vnius perſonæ vice fungi facit.p.21.n.14.
3. Repreſentationem non admitti vltra pronepotem putat communis p.22.n.18.
3. Repræſentationem non ſecundum fictionem, ſed veritatem induci putat Andreas Tiraquellus, ſed male.p.21.n.11.
3. Repræſentationis ius in nepotibus auo paterno ſuccedentibus olim tantum admiſſum, hodie in omnibus etiam maternis aſcendentibus,ſuccedẽtibus admittendum eſt.p.21.n.16.
3. Repræſentationis iure ſuccedens non ex perſona repræſentati,ſed ex ſua ſuccedit.p.22.n.17.
3. Repræſentationis iure nepos cum patruo admittitur.p.21.n.9.
1. RESPONSIS Prudentum quando legis tributa poteſtas.p.27.n.1.
3. Reſponſio ſimplex ad interrogata producit obligationem.p.249.n.1.
3. Reſponſio ad interrogantis mentem facta intelligitur,& in ea omnia quæ in interrogatione dicta ſunt repetita.p.252.n.30.
1. REPVTATIONES quæ in iure noſtro dicantur.p.355.n.42.
2. Repræſentationem hereditatis in nuda voluntate conſiſtere quomodo ſit intelligendum. pag. 370. nume.57.
3. RESTITVI ad repudiatam hereditatem poteſt quis,aut quia ſuus, aut quia minor, pagina. 150. numer.5.
2. Reſtituitur minor aduerſus ſolutionem.pagin.146. numer.3.& 11.
2. Reſtituitur res in integrum edicto quod vi,aut clã, & vnde vi.p.354.n.34.& 35.
2. Reſtitutionis in integrum definitio communis.p. 354.num.29.
1. Reſtitutionis in integrum definitiones plures remiſsiuè.p.355.n.38.
3. Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. p. 149. n.1.& p.150.n.14.
1. Reſtitutio in integrum minori læſo concedenda, etiamſi curatorem habeat, niſi veniam ætatis impetrauerit.p.82.n.7.
2. Reſtitutionis in integrum vera definitio nouè proponitur,& explicatur.p.355.n.39.
2. Reſtitutionis in integrum, quæ minoribus conceditur,materia vtilis & neceſſaria. pagin. 354. numero 27.
2. Reſtitutio gratiæ ſine fructibus fit:ſecus in reſtitutione iuſtitiæ, iuxta communem. pagina. 356. num.44.
2. Reſtitutio non niſi legitimè, id eſt,cauſa cognita concedi debet,& infra legitimum etiam tempus. p.359.nu.65.
2. Reſtitutio frequentius cum fructibus fit, & in integrum & priſtinum ſtatum reponit.pag.354.nu. 32.& p.355.n.40.
3. Reſtitutio gratiæ, non reſtituit ea quæ in tertios poſſeſſores tranſierunt:ſecus ſi iuſtitiæ reſtitutio fit.p.149.n.3.& p.150.n.15.
2. Reſtitutionis tempora à momento in momentum expectantur.p.360.n.71.
2. Reſtitutioni ſub conditione ſubiectum, ea pendente pleno iure heredis eſt.p.335.n.3.
2. Reſtitutionis legitimum tempus quod ſit.pag.359. numer.66.
2. Reſtitutionem intra legitimum tempus peti ſatis eſt, etſi lis intra illud non finiatur, iuxta communem. p.359.n.67.& p.360.n.69.
1. Reſtitutus à Principe amiſſam patriam poteſtatem recuperat,& quæ differentia inter reſtitutionem, & indulgentiam.p.62.n.5.& 6.
3. REVS nõ ſolum is dicitur qui alicuius criminis poſtulatur,verum is cuius de re diſceptatur. pag. 226.n.1.
1. REX HISPANVS Ioannes primus, vt à nati uitate Domini annorum fieret computatio lege ſanxit.p.5.n.14.
2. RIPA eſt quod flumen continet naturalem vigorem ſui curſus tenens.p.93.n.3.
2. Riparum vſus omnibus eſt communis; proprietas dominorum,quorum prędijs adhærent. p.93.n.1
1. ROMANI per Conſules annorum narrationem inibant.p.4.n.11.
2. RVMPI non poteſt id quod nullum eſt. pagin. 209.nu.43.
2. Rumpi teſtamentum quando dicatur.pagin. 310. num.10.
2. RVSTICVS qui in ciuitate teſtatur obſeruare debet ſolemnitatem noſtri tex.p.155.n.25.
2. Ruſtici teſtamentum hodie tribus tantum teſtibus confici poteſt.p.173.n.19.
2. Ruſticum prædium erit ſi colligendorum fructuũ & pecorum gratia fiat.p.11.n.5.

S.

1 SACERDOTIVM patriam poteſtatem nõ diſſoluit ſecus in poſſeſsione relligionis.pa. 65.n. 9.& 10.
2. SACRÆ, religioſæ,& ſanctæ res nullius in bonis ſunt.p.94.n.1.
2. Sacræ aut religioſæ hodie per Pontificem fiunt aut per Epiſcopum, & quod ſit diſcrimen inter religioſum & ſacrum.p.95.n.8.
2. Sacra vaſa hodie quomodo profana efficiantur,remiſsiuè.p.95.n.6.

2. SACRAMENTVM militare duplex erat, & quale vtrumque apud antiquos. p. 175. n. 18.
2. Sacramentum militare etiam noſtri milites præſtant. p. 175. n. 19.
3. SALARIVM quando promittitur, aliquando actio præſcriptis verbis, aliquando locati, aliquando incerta ex ſtipulatione naſcitur. p. 358. n. 4.
3. SALMANTICÆ domorum quæ ab Scholaſticis locantur mercedes in arbitrium certarum perſonarum relinqui debent, ſub certa pœna. pa. 316. numer. 11.
2. SANCTÆ res, quæ, & vnde dictæ. p. 95. n. 10.
2. SCIENTIA rei alienæ vtrùm vſucapionẽ impediat. p. 126. n. 6.
3. Satisfactio quæcunq; ſolutio eſt. p. 38. n. 14.
3. Sciens non debere ſoluens donare creditur, & inde condictionem non habet. p. 186. n. 24.
3. SCRIPTVRA ad probationem magis quam ad obligationem fit. p. 298. n. 29.
2. Scriptura fit ad probationem, non ad obligationẽ. p. 172. n. 4.
3. Scriptura quando vt fieret inter partes conuentũ eſt, ante eius perfectionem, contractus non perficitur. p. 298. n. 18.
2. Scripturæ ordo maximè conſiderandus. pagin. 426. numer. 5.
3. Scripturæ priuatæ quãdo fides adhibenda. p. 286. n. 24. & p. 288. n. 34.
3. Scriptura non eſt neceſſaria in contractibus, qui conſenſu perficiuntur. pagin. 289. num. 4. & pag. 290. n. 11.
3. Scriptura vt fieret, quando in contractu emptionis conuentum eſt, ante eius confectionem poſſunt partes ab emptione diſcedere. p. 299. n. 55.
3. Scriptura requiritur in emptione, & venditione, quando ita expreſſè inter partes conuentum eſt. p. 298. n. 32.
3. Scriptura multis in caſibus ad actus valorem requitur. p. 298. n. 31.
3. Scriptura non ad obligationem, ſed ad probationẽ fit, & ideo ſi cauſam non habet non adſtringit. pa. 211. n. 8.
3. Scriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta quatenꝰ publicæ aſsimiliter. p. 178. n. 89.
2. SECVNDO nubentium pœnæ ſublatæ ſunt, non tamen illæ, quæ in gratiam filiorũ primi matrimonij inductæ ſunt. p. 414. n. 50. & 51.
1. SENATVS cõſulta vnde originem habuerint, & quæ eorum poteſtas. p. 26. n 1.
2. S.C. vim legis habent. p. 455. n. 2.
2. S.C. Apronianum. p. 238. n. 13.
3. S.C. Claudianum multiplex, & quale hoc cuius hic mentio fit, & quid eo cautum. p. 154. n. 1. & 2. & p. 155. n 6. & p. 156. n. 10.
3. S.C. Orficianum quod in filijs loquebatur, ad omnes deſcendentes extenſum poſtea fuit. pagin. 81. numer. 2.
3. S.C. Orficianum ius legitimæ ſucceſsionis in maternis bonis filijs dedit. p. 16. n. 28.
2. S.C. Trebelliano actiones non ipſo iure tolluntur in perſona heredis, ſed exceptionis auxilio. pag. 456. num. 11.
2. S.C. Trebelliani cauſæ, & initium. p. 456. n. 10.
3. S.C. Tertyllianum potius auo, quam matri ſuccurrere videri. p. 76. n. 7.
1. SENATOR Senatu remotus capite non minuitur. p. 3. n. 3.
2. SENEX decrepitæ iam ætatis teſtari non poteſt. p. 198. n. 5.
1. Senes plures, literas addiſcere non erubuerunt, in eaque ætate plurimum profecerunt. pag. 13. n. 35.
3. SENTENTIA producit ciuilem obligationem. p. 162. n. 53.
3. Sententia dominium tribuit. p. 291. n. 12.
3. Sententia in qua ciuilem obligationem inducit cõtra naturalem. p. 185. n. 13.
3. Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam executioni mandatur. p 178. n. 87.
2. SEPARATIO bonorum impetrari à ſeruo herede inſtituto debet, aliàs à domini creditoribus occupantur. p. 336. n. 8. & p. 337. n 21.
2. SEPTEM teſtes in teſtamento quare requirantur, non plus, non minus, accurate explicatur. pa. 153. nu. 7.
2. SEPVLCHRA extrui ne defunctorum corpora inſepulta maneant, naturale debitum eſt. pag. 441. nu. 6.
2. Sepulchrorum alia hereditaria, alia familiaria, alia communia, & qualia eſſent explicatur. p. 95. n. 9.
3. SEQVESTRATIO triplex, voluntaria, neceſſaria, mixta, & qualis earum quælibet ſit. pag. 198. n. 20.
3. SERVILIS cognatio vnde originẽ habeat. pa. 92. num. 6.
3. Seruilis cognatio nuptijs impedimento eſt. pagin. 92. n. 4. & 9.
1. SERVITVTIS perſonalis definitio. p. 30. n. 1.
1. Seruitus qua ex cauſa inducta. p. 30. n. 4.
1. Seruitutem contra naturam inductam fuiſſe quomodo intelligendum. p. 30. n. 2. & 3.
1. SERVVS proprius ſine libertate tutor datus libertatem directam conſequitur. p. 68. n. 6.
1. Seruus qui ad Eccleſiam confugit extrahendus inde eſt, & domino reſtituendus. p. 37. n. 2. & 6.
1. Serui fiunt aut iure gentium, aut iure ciuili. pagi. 30. numer. 6.
2. Seruus alimentorum cauſa relictum habere poteſt. p. 148. n. 3.
1. Seruus ſi quid maiori animaduerſione dignum cõmiſerit, iudicis authoritate punitur in minoribus poteſt à domino emendari. p. 35 n. 3.
2. Seruus fugitiuus, quomodo poſsideatur. pagi. 127. numer. 6.
1. Seruus publicus quis ſit. & explicantur. l. non aliter. 18. hoc titul. & §. cum autem. inſtituta, eodem. p. 46. n. 9.
2. Seruus iuris communionem non habet, indeq; teſtis teſtamento non adhibetur. p. 162. n. 37. & §. ſequen. p. 168. n. 3.
2. Seruus liber factus deponit de his quæ in ſeruitute vidit. p. 162. n. 32.
1. Seruus capite non minuitur. p. 73. n. 1.
1. Seruus pœnæ hodie nemo bene natus ſit. p. 73. n. 6.
2. Seruus quiquid acquirit, acquirit domino etiã inuito & ignoranti. p. 148. n. 1.
1. Seruus proprius etiam ſine libertate heres ſcriptus heres eſt neceſſarius p. 34 n. 1.
2. Seruus heres quis ſit. p. 207. n. 21.
1. Seruus quaſi liber tutor datus, tutor non eſt, vitiat enim error tutelam. 69. n. 6.
1. Seruus alienus purè inutiliter tutor datur, ſub cõditione, cum liber erit, vtiliter. p. 69. n. 1.

1. Seruus proprius sub conditione, cum liber erit, tutor non datur. p. 69. n. 3.
2. Seruus heres institutus hereditatē domino acquirit quam eius præcedente iussu adit. pagina. 148. num. 4.
2. Seruus domino suo possessionem acquirit. pagin. 148. num. 6.
2. Seruus vsufructuario ex re & operis acquirit, alia domino proprietatis p. 148. n. 1.
2. Seruus vsufructuario acquirit hereditatem, quando eius contemplatione instituitur. pagina. 149. numer. 3.
2. Seruus proprius heres institutus sine libertate an & heres sit, distinguitur. p. 226. n. 9.
2. Seruus testari non potest, & quare. pagin. 186. numer. 1.
2. Seruus incapacis instituti potest. p. 235. n. 11.
2. Seruus hereditarius ante additionem futuro heredi nihil quærit. p. 233. n. 10.
2. Seruus prioris domini contemplatione institutus acquirit hereditatem, quamuis in alterius potestate sit. p. 232. n. 12.
2. Seruus proprius heres institutus qui in eadem causa manet heres necessarius est, & liber fit. pagin. 229. num. 6.
2. Seruus heres sub cōditione potestatiua instituti potest non sub alia. p. 226. n. 25.
2. Seruus nō domino inutiliter stipulatur. p. 233. n. 11.
2. Seruus acquirit hereditatem ei in cuius est potestate additionis tempore. p. 231. n. 8.
2. Seruus qui incapax est personatur à domino. pag. 232. n. 3.
2. Seruus alienus cum libertate inutiliter heres instituitur. p. 231. nu. 5.
2. Seruus alienus institui potest heres. p. 231. n. 1.
2. Seruus acquirit illi domino in cuius est potestate mortis testatoris tempore. p. 231. n. 4 & 9.
2. Seruus hereditarius institui potest, & à defuncto domino capacitatem habet. p 232. n. 7.
2. Seruus alienus post mortem domini institui potest p. 232. n. 1.
2. Seruus alienus adit iussu illius domini in cuius est potestate additionis tempore, & quare. pagin. 231. num. 2 & 8.
2. Seruus alienus missus suo arbitrio adit. p. 231. n. 3.
2. Seruus publicus qui sit. p. 117. n. 53.
2. Seruus in dubio sui non domini contemplatione instituitus intelligitur. p. 231. n. 13.
2. Seruus alieni posthumi institui potest. p. 232. nu. 1. & p. 233. n. 13.
2. Seruus communis institutus, pro dominica portione acquirit eis, quorum iussu adit, & quare. p. 234. num. 1. & 3.
2. Seruus communis qui vnius domini contemplatione instituitur, ei solo acquirit. p. 234. n. 5.
2. Seruus institui potest si sit illius cum quo testamēti factio sit. p. 234. n. 6.
2. Seruus hereditarius institutus iussu futuri heredis noui domini adit. p. 232. n. 9.
2. Seruus alienus sub cōditione, & in diem rectè instituitur. p. 231. n. 7.
2. Seruus proprius vt necessarius heres sit ex eodem testamento & hereditatem & libertatem accipere debet. p. 229. n. 9.
2. Seruus qui necem defuncti vindicauit pro præmio libertatem accipit. p. 229. n. 10.
2. Seruus proprius adulterij cum domina sua crimine maculatus, heres institui ab ea non potest, & quare. p. 227. n. 1. & 3.
2. Seruus qua ratione ex sua persona incapax est institutionis p. 226. n. 15.
2. Seruus ex persona domini qui capere potest, heres instituitur. p. 226. n. 16.
2. Seruus expers iuris ciuilis. p. 224. num. 3. & pagin. 226. num. 15.
3. Seruus quoad ea quæ Iuris ciuilis sunt pro nihil est; quoad ea quæ iuris naturalis sunt personam æqualem cum ingenuis habet. p. 160. n. 17.
2. Seruus à domino ante mortem vel manumissus heres non est. p. 335. n. 2.
3. Seruus in iudicio esse non potest. p. 162. n. 49.
3. Seruus heres nemo est antequam nascatur. pagin. 61. num. 44.
3. Seruus naturaliter obligatur. p. 161. n. 43.
3. Seruus communis stipulando omnibus dominis acquirit; & si omnes acquirere cō possunt, accrescit acquirentibus. p. 247. n. 2. & 11.
3. Seruus omne obligationis commodum domino acquirit, remissiuè. p. 379. n. 2.
3. Seruus communis pro virili portione dominis acquirit si dominorum adiectis nominibus stipuletur. p. 235. n. 3.
3. Seruus communis quod stipulatur vnicuique dominorum pro dominica portione acquirit. pagi. 233. num. 1.
3. Seruus qui factum stipulatur domino non acquirit. p. 233. n. 1. & 5.
3. Seruus ex domini persona capacitatem habet. pag. 232. num. 7.
3. Seruus est veluti quoddam domini instrumentum. p. 232. n. 6.
3. Seruus hereditarius stipulari potest. p. 232. n. 5 & 9. & cui acquirat. p. 232. n. 10. & 12.
3. Seruus communis qui vnius domini iussu stipulatur ei soli acquirit, idem si nominatim ei stipuletur. p. 233. n. 2.
3. Seruus cum stipulatur nihil interest, an sibi, an cōseruo, an domino stipuletur, semper enim domino quærit. p. 233. n. 1.
3. Seruus ex sua persona, an possit aliquando stipulari. p. 232. n. 4. & 8.
3. Seruus quoad ea quæ Iuris ciuilis sunt pro nihilo reputatur. p. 231. n. 3.
3. Seruus quod stipulatur domino suo acquirit. pagi. 231. num. 2.
2. Seruus publicus, ideſt in publicum emptus. pagin. 368. num. 44.
2. Seruus qui Iure ciuili incapax est, ex domini persona æstimatur. p. 347. n. 2.
2. Seruus quidquid acquirit domino acquirit. pagin. 385. num. 2.
2. Seruus ab intestato iure ciuili Romanorum existere nunquam heres potuit, licèt aliud apud Hebræos. p. 336. n. 11.
3. Seruus iudex esse non potest. p. 248. n. 15.
3. Seruus muti, & surdi stipulari potest, & quare. pag. 255. n. 4. & p. 256. n. 10.
3. Seruus neq; domino suo, neq; vlli alij ciuiliter obligatur, bene tamen naturaliter. p. 255. n. 19.
3. Seruus pro alio non fideiubet nisi peculij ratione intercedat. p. 278. n. 16.
1. Serui alij nascuntur, & alij fiunt. p. 30. n. 5.

2. Serui apud Christianos iam hodie pauci aut nulli sunt.p.148.n.2.
3. Serui legitimos habent heredes.pagi.91. num.3. & p.92.num.8.
3. Serui libertatem recusare non possunt.p.141. nu.7. & p.148 n.68.
2. Seruo alieno directo libertas non relinquitur, rectè tamen per fideicommissum.p.232. n.6.
2. Seruo proprio herede instituto inutiliter eodem testamento libertas, siue hereditas adimitur. pag. 230.num.12.
2. Seruo cum peculio legato,illo mortuo, manumisso, vel alienato nihil debetur.p.416.n.3.
1. Seruum vnicum manumittere domino qui soluendo non erat lege Ælia Sentia permissum.pag. 33. n.2.& 3.
3. Seruum naturaliter non obligari, aliquibus probatur.p.141.n.19.
2. SERVITVTIS definitio.p.112.n.1.
2. Seruitutes omnes indiuiduæ sunt.p.123.n.4.
2. Seruitutem qui debet ad factum non tenetur, sed solùm patientiam præstare.p.115.n.7.
2. Seruitus actus,& eius definitio.p.113.n.9.
2. Seruitutes sine prædijs esse non possunt. pagi.116. numer.1.
2. Seruitus obligationis iure deberi potest, sed tunc dicitur debita,non constituta.p.116.n.2.
2. Seruitus altius tollendi quid sit, & quomodo seruitus dicatur,cum vnicuique licitum sit ædificia sua tollere.p.116.n.17.
2. Seruitus fluminis recipiendi quid sit. pagin. 116. numer.14.
2. Seruitus altius non tollendi quid sit.p.116.n.16.
2. Seruitutem oneris ferendi qui debet,rem onus ferentem reficere tenetur.p.115.n.8.
2. Seruitus tigni immittendi quid sit.p.115.num.9.
2. Seruitus oneris ferendi quid sit.p.115. n.6.
2. Seruitus aquæ hausus,quid.p.113.n.12.
2. Seruitus pecoris pascendi.p.114.n.14.
2. Seruitus calcis coquendæ,& arenæ fodiendæ quid. p.114.n.17.
2. Seruitus pecoris ad aquam appulsus, quid.pagi.114. numer.13.
2. Seruitutes rusticæ quid sint.p.113.n.1.
2. Seruitus pascendi quanto tempore præscribatur. p.114 n.16
2. Seruitutes omnes,aut rusticæ sunt, aut vrbanæ.p. 114.num.18.
2. Seruitus,an rustica, an vero vrbana sit ex prædio dominante cui debetur,intelligitur.p.114. n.19.
2. Seruitus natura sua realis,si personæ debeatur efficietur personalis.p.114.n.22.
2. Seruitus sine vtilitate prædij dominantis constitui non potest.p.112.n.2.
2. Seruitus aquæ ductus,quid sit.p.113.n.11.
2. Seruitus actus, & seruitus viæ vna seruitus sit an duplex.p.113.n.6.
2. Seruitutes rusticæ,etsi plures sint, præcipuæ amè à Iustiniano hic enumerantur.p.113.n.7.
2. Seruitus stillicidij auertendi quid sit.p.116.n.12.
2. Seruitus via quid præstet, & quatenus ab itineris, & actus seruitutibus differat.p.113. n.10.
2. Seruitus itineris,& eius definitio explicata. pagi. 113.num.8.
2. Seruitutum,alia personalis,alia realis. pagin. 112. numer.4.
3. Seruitutes indiuiduæ,& quare.p.248.n.15.
3. Seruitutes locari possunt,excepto vsufructu. pag. 314.n.14.
2. Seruitutes luminum,& ne luminibus officiatur,& ne prospectu officiatur,remissiuè.p. 116.n.18.
2. Seruitutes constituuntur & in contractibus, & in vltimis voluntatibus.p.117.n.1.
2. Seruitutes duas habens potest vnam remittere aliã retinere.p.113.n.4.
2. Seruitutem actus qui habet, habet iter tanquam commoditatem,non tanquam seruitutem distinctam.p.114.n.24.
2. Seruitutem non habet quis rei suæ,sed alienæ,licèt hæc causalis seruitus appelletur.p.112.n.5.
2. Seruitutem actus qui legauit,an possit iter adimere.p.113.n.5.& p.114.n.23.
2. SIGNVM & subscriptio tabellionis hodiè necessario requiritur, & æquipollet antiquæ subscriptionum solemnitati.p.157.n.45.
3. SILENTIARII & silentiariorum decuriones qui? p.46.n.5.
2. SINE herede decedere iniuriæ, & ignominiæ plenum.p.274.n.14.
3. SOCIVS vt lucri partes duas, vnam damni ferat,& è conuerso,vt alter duas damni partes, lucri vnam habeat,conueniri potest.p.343. n.1. & 4.& p.345.n.24.
3. Socius socio de leuissima culpa non tenetur, de dolo & lata,& leui tenetur.pag.350.n.1.& declaratur.n.5.
1. Socius inuito socio neq; meretrices, neq; inhonestum socium inducere potest.p.22.n.23.
3. Socius eam in communibus rebus diligentiam adhibere debet,quam diligens quisq;pater familiàs suis rebus præstat.p.350.n.2.
3. SOCIETATIS definitio.p.337.n.3.
3. Societas solo consensu contrahitur.p.337.n.1.
3. Societas leonina quæ? p.346.n.25.
3. Societas ita contracta, vt lucrum sit cõmune, damnum etiam commune facit,& è conuerso.p. 346. num.1.& 5.
3. Societas est contractus iuris gentium bonæ fidei. p.337.n.4.
3. Societas tempestiua renunciatione dissoluitur. p. 347.n.1.& 3. & 5.
3. Societas vtriusque socij consensu contrahitur.pa. 347.nu.22.
3. Societas ciuili morte finitur.p.349.n.6.
3. Societas coiri ita potest, vt nullam partem damni socius ferat,lucrum autem æquale sit. p.345.n.19.
3. Societas, an locatio contracta sit, cum quis industriam tantum confert, ex mercede intelligetur, si certa constituta est locatio, si incerta(iuxta lucrum)societas erit.p.344.n.5.
3. Societas coiri ita potest, vt vnus industriam, alter pecuniam conferat.p.344.n.8.
3. Societati plurimum,qui industriam ponit, cõfert. p.344.n.10.
3. Societas adrogatione non dissoluitur. p.125.n.44.
3. Societatis renũciatio ipsi socio fieri debet,nõ absenti,si ei absenti renuncietur, lucrũ postea quæsitum absens sibi parat, damnum & sibi & renuncianti.p.348.n.7.
3. Societas morte dissoluitur.p.348.n.1.3.& 5.
3. Societas ad heredes socij aliquando transit. p.348. n.2.& 3.& p.349.n.7.

3. Societas vectigalium morte socij non expirat. pa. 349.num.7.
3. Societas vectigalis à particulari negatione distinguitur.p.340.n.14.
3. Societatis plurimæ sunt species.p.337.n.2. & 6.
3. Societas duorum,pluriúmve conuentio.pag. 338. numer.13.
3. Societas vnius negotiationis gratia contrahi potest.p.340.n.13.
3. Societas vnius solius rei contrahi potest. pag.341. numer.15.
3. Societate ita contracta, vt vnus operam, alius pecuniam adhibeat,lucri æquales partes fiunt, nisi aliud conuentum sit.p.341.n.18.
3. Societatis in contractu partes lucri & damni si definitæ sunt,ita reseruantur,sin minus æquales intelliguntur.p.339.n.1.& p.341.n.16.& 21.
3. Societatis ratio in æquales partes fieri aliquando expostulat.p.339.n.21.& p.341.n.10.
3. Societas multis modis contrahi potest. p.339,n.4.
3. Societate indefinite contracta quæstus ex sociorũ opera communicantur.p.340.n.7.
3. Societas æqualis omnino debet.p.338.n.15.
3. Societas rerum honestarum est, inhonestarum ,& turpium nulla.p.338.n.16.
3. Societatis finis commodior rerum vsus, vberiorq; quæstus.p.338.n.19.
3. Societate omnium bonorum contracta omnia bona communicantur ante & post vndecumq; quæsita.p.340.n.5.
3. Societatis materia remissiuè.p.339.n.21.
3. Societas cum defuncti socij heredibus tacito etiam consensu continuari potest.p.349.n.9.
3. Societas dissoluitur finito negotio ,cuius gratia cõtracta est.p.349.n.10
3. Societas dissoluitur alicuius ex socijs bonis publicatis.p.349.n.11.
3. Societas dissoluitur , si aliquis ex socijs ære alieno oppressus bonis cedat:licèt is nouam aliam societatem contrahere postea possit.p.349.n.12.& 13.
3. Societas legitima inter virum & vxorem. pagin. 337.num.6.
3. Societas & omnium bonorum, & vnius negotiationis contrahi potest.p.339.n.1. & 4.
3. Societate omnium bonorum contracta , etsi nihil de futuris dictum sit,vndecumq; quæsita communicantur.p.340.n.8.
3. Societas incidens non proprie societas , sed communio.p.337.n.5.
3. Societatis natura , vt æqualitas inter socios seruetur, expostulat.p.343.n.2.& 5.
2. SOLDADO, vnde Hispanè dicatur,iuxta communem.p.171.n.10.
2. SOLEMNITAS testamentorum quare inducta.p.153.n.3.
2. SOLIDORVM æstimatio hoc tẽpore,& olim ad plurimorum iurium explicationem.pagi. 139. numer.12.
3. SOLVERE an possit quis in nummis alterius generis.p.173.n.37.
3. Soluere pro debitore quilibet potest,eumq; ab obligatione liberat,nisi suo nomine soluat, p.382.nu. 26.& p.385.n.42.
3. Solui aliud pro alio, inuito creditore sæpè potest. p.331.n.7.
3. Solui extraneis quando potest.p.383.n.30.
3. Solui adiecto rectè potest.p.381.n.29.
3. Solui inuito creditori potest.p.382.n.28.
3. Soluisse non videtur,qui sic soluit , vt à creditore res auocari possit.p.384.n.45.
3. Soluens distrahere potius, quam contrahere obligationem velle videtur.p.185.n.3.
3. Soluens procuratori reuocato an liberetur?pagin. 383.n.31.
3. Soluens qui perpetua exceptione tueri poterat,nõ liberatur solutione.pagin.381.num.5.& pag.384. numer.40.
3. Soluendo non esse confideiussores, quis,& cuius temporis habita ratione probandum.p.280.n.10.
3. SOLVTIO, re,loco,& tempore iuxta conuentionem fieri debet.p.383.n.32.
3. Solutio est quæcumq; satisfactio.p.162.n.60.
3. Solutione fideiussoris reus principalis liberatur. p.381.n.9.
3. Solutio omnem speciem liberationis continet. pa. 162.n.59.
2. Solutio facta minori. 25. annis curatorem non habenti securitatem soluenti præstat.p.146.n.9.
2. Solutio pupillo sine tutoris authoritate facta soluentem non liberat,& quare.pagin. 145.n.1.& p. 146.num.4.
2. Solutio facta pupillo , iudicis interuentu plenissimam præstat securitatem.p.145.n.2.& p.146.n.5.
3. Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.p.380.n.1.
3. Solutio in alia moneta an fieri possit?p. 383.n.33. & p.385.n.49.
3. Solutio in duriorem causam semper facta intelligitur.p.383.n.34.
3. Solutionis effectum delictum quando habeat. pag. 382.n.19.
3. Solutio propriè accipitur pro numeratione , siue præstatione rei debitæ.p.382.n.23.
3. Solutionis vicem habet hereditatis aditio.p. 381. n.2.& p.383.n.35.
3. Solutio rei,quæ debetur, sæpè debitorem non liberat.p.381.n.6.& p.384.n.41.
3. Solutionis verbo quæcumq; liberatio comprehenditur.p.381.n.11.
3. Solutionis definitio.p.382.n.24.
2. SOLVM quod in nullius bonis est cedit ædificio,quandiu manet.p.103.n.5.
2. SOROR substitui debet fratri furioso.p.288.n.35
2. SORTI quando,& quibus casibus dubiæ quæstiones sint cõmittendæ?remissiuè.p.417.n.3.
3. SPECIALIA duo concurre non possunt.pag. 267.n.15.& p.168.n.21.
2. Specialia duo concurrere non possunt iuxta communem.p.178.n.8.
2. Specialia duo in eadem re,& causa concurrere posse multis ostenditur.p.179.n.11.
3. SPECIES apud eosdem quæ prædicatur de pluribus differentibus numero.p.171.n.19.
3. SPECIALI iure concessa non veniunt in considerationem.p.150.n.8.
2. Specialiter quid exprimi,vel sub verbum generalitate comprehendi idem est.p.266.n.21.
3. SPONSALIA olim apud Italos qui contraherentur.p.207.n.33.
3. Sponsalia per stipulationem contrahuntur,& sine verbis solo consensu,vel literis fieri possunt.pag. 204.n.3.& p.207.n.33.

3. Sponsores qui? p.276.n.4.
3. SPVRIVS filius quis propriè dicatur.p.42.n.7.
3. Spurius illis iuribus matri illustri non succedit. p. 46.num.2.
3. Spurius iure Pandectarum, Codicis,& Partitarum etiã legitimis extantibus matri succedit.p.46.n.1.
3. Spurius & vulgo quæsitus filius matri succedit. p. 82.n.1.& p.83.n.4.
3. Spurius patris propinquis succedere non potest. p. 42.num.13.
3. Spurius alimentorum quæ consequutus fuit liberam dispositionem habet,nisi ex tacita vel expressa testatoris voluntate contrarium colligatur. pa. 43.n.17.& 18.
3. Spurius,qui ex eo coitu natus est ob quem mater pœnam mortis naturalis incurrit,etiam legitimis non extantibus matri non succedit.p.47.nu.11.
3. Spurius legitimis non extantibus matri etiam nõ illustri,nouo iure non succedit,& quare? p.47.n.9.
3. Spurius legitimis non extantibus matri, nouissimo quoque iure ex testamento & ab intestato succedit p.47.n.7.
3. Spurius clerici an matri succedat ? Negatiua pars multis argumentis,& authoritatibus probatur.p. 51.num.1.
3. Spurius filius mortuo patre in legitimorum præiudiciũ vtrũ possit à Principe legitimari? p.10. n.63.
3. Spurius legitimis extantibus iure Hispano matri non succedit.p.83.n.5.
3. Spurius ex substitutione pupillari,vulgari,vel fidei commissaria succedere an possit.p.45.n.30.
3. Spurius in tempus capiendæ hereditatis,& sub cõditione si à Principe legitimetur , rectè instituitur.p.43.n.10.
3. Spurius vt succedat cautela quædam proponitur. p.346.n.6.
3. Spurio patris propinqui non succedunt.p.43. n.14.
3. Spurio incapaci quibus modis paterna, maternáve hereditas relinqui possit.43.n.19.
3. Spurio alimenta siue inter viuos , siue in vltima voluntate relinquenda.p.43.n.15.
3. Spurio vtrùm restitui possit hereditas ab herede à patre simpliciter instituto & qui fidem nunquam accomodauit p.44.n.21.
3. Spurij filij quicumq; illegitimi etiam dicuntur.p. 42 nu.8.
3. Spurij filij nec ex testamento, nec ab intestato à bonis paternis iura successionis habent, quod in re Romanorum,Hispanorum omnium , Aragoniæ, Lusitaniæ, Valentiæ, Cantabriæ.receptum ostenditur,& multis exornatur.p.43.n.9.
3. Spurij matris inofficiosum testamentũ dicere possunt , etiamsi illustris sit,contra plures.p.47.nu.8.
3. Spurij filij socio omnium bonorum si paterna hereditas relinquatur , poterit filius spurius dimidiã partem hereditatis consequi, sed non tutum consilium quoad forum animæ.p.44.n.23.
3. Spurij hoc casu ad consanguineorum ex parte matris successionem admittuntur.p.47.n.12.
3. Spurij clericorum filij matri succedere possunt ex alia opinione quæ probatur vsque ad num. 12.pa. 52.num.7.
3. Spurijs,& vulgo quæsitis filijs mater succedit.pag. 80.numer.1.
3. Spurijs filijs si dotis, aut donationis propter nuptias nomine bonorum omnium vsumfructum pater dederit,ea lege vt post illorũ mortem bona pleno iure ad superiorum liberos reuertantur , omnium bonorum quodammodo dominos eos relinquet.p.44.n.26.
3. Spurijs etsi legitimi extent,potest mater quintam bonorum partem relinquere.p.47.n.10.
3. Spurijs inter viuos à patre an aliquid possit donari.p.45.n.32
3. Spurijs alimenta relinquenda iuxta eorum qualitatem,dum tamen quintam bonorum partem non excedant.p 43.n.16.
3. Spurijs filijs matrimonium contrahẽtibus si quinta bonorũ pars dotis,aut donationis propter nuptias nomine dentur,reliqua bona genero,nurui: ve spurij sic omnia bona consequentur. Sed id patri tutum non est.p.44.n. 24.
3. Spurijs,an executores testamenti paterni,qui pauperibus elargiri bona testatoris iussi sunt,possint aliquid eo nomine dare.p.45. n. 31.
3. Spurijs vt bona paterna relinqui possint plures aliæ cautelæ,remissiuè p.45.n 29.
3. Spuriorũ liberis clericus quidquid velit relinquere poterit.p.45.n.27.
3. Spurios clericorum filios matribus succedere non posse cum magis communi defenditur. pagin.52 num.13.
2. STATIONARII qui? p.178.n.2.
3. STERILITAS in locatione pensionis remissionem inducere solet,in emphiteusi non ita.pag. 330.num.65.
3. Sterilitas fructuum fortuito contingens damno est locatoris,remitti tamen pacto potest.pagin. 332. numer.5.
2. STILLICIDIVM quasi stillarum cadium.p. 116.nu.13.
2. STIPVLATIO an iuris ciuilis, an iuris gentium sit.p.133.n.6.
3. Stipulatio sequitur naturam contractus , cui adhæret.p.394.n.31.& 33.
3. Stipulatio ex curatiua causa non semper interponitur.p 207.n.9
3. Stipulatio duas producit actiones certi condictionem,& actionem ex stipulatu.p.206.n.16.& pag. 208.nu.48.
3. Stipulatio iusta nulla præexistẽte causa an valeat? 209.n.5.& 210.n.7.
3. Stipulatio pura est quæ neq; diem, neq; conditionem habet.p.213.n.7.
3. Stipulatio quamuis pura tempus aliquando recipit. p.213.n.6.& 10.
3. Stipulatio vera verba requirit.p.208.n.37.
3. Stipulatio,etsi verbis maximè contrahatur & fiat, nisi habeat consensum nulla est. p.149.n.3.
3. Stipulatio quacumq; lingua concipi potest,& quare.p.211.n.9.
3. Stipulatio contractus est stricti iuris. pagina. 206. nume.23.
3. Stipulatio pura , non est præsens. pagina. 213. numer.8.
3. Stipulatus,pro stipulatione sæpè vsurpatur p.209. num.49.
3. Stipulatio actus legitimus est. pagina. 212.numer.2.
3 Stipulatio in diem obligationem statim producit, licèt

licèt executio differatur.pagin.213.num.11.& pa. 215.num.27.
3. Stipulatio sine præexistente causa an valeat? p.205. numer.15.
3. Stipulatio sub conditione, si quid non fecero, similis est, cum moriar. pagina. 219. numero. 1.& 4.
3. Stipulatio facta absenti non directam, sed vtilem actionem parit.p.208.n.39.
3. Stipulatio ficta sine verbis inducitur. pagin. 208. num 39.
3. Stipulatio verborum obligatio appellatur. pa.202. numer.5.
3. Stipulatio purè concepta confestim actionem parit.p.213.n.5.
3. Stipulatio vnde dicta.p.201.n.2.
3. Stipulatio pensionis annuæ in vitæ tempus concepta,& pura,& perpetua intelligitur esse.pag. 216. nu.1.& 3.
3. Stipulatio contractus est.p.203.n.14.
3. Stipulationis finis qui? p.205.n.14.
3. Stipulatio conditionalis ortum obligationis impedit.p.217.n.1.
3. Stipulatio contractus nominatus sit an innominatus,remissiuè p.204.n.20.
3. Stipulatio certa formula concipitur, quæ interrogatione & responsione constat.p 205.n.11.
3. Stipulatio pœnæ certa est.p.205.n.7.
3. Stipulatio conditionalis spem futuræ obligationis quæ in heredes transit, producit. pagina. 221. numer.1.
3. Stipulatio omnem vim & potentiam ex verborum conceptione,hoc est,interrogatione, & responsione habet.p. 202.n.10.
3. Stipulationis definitio.p.202.n.7.
3. Stipulatio an contractus iuris gentium sit,an iuris ciuilis.p 203.n.55.
3. Stipulatio differt à verborũ obligatione, sicut causa ab effectu.p.202.n.15.
3. Stipulatio conditionalis ad heredes transit.pagin. 263.n.2.
3. Stipulatio,post mortem meam, & post mortem tuam:item illa,Pridie quam moriar,& pridie quã moriaris,quæ olim erat inutilis, nouo iure valet. p.263.n.1.& p.264.n.6.
3. Stipulatio pœnalis accessoria nulla, cum principalis non consistit.p.271.n.5.& 272.n.18.
3. Stipulatio quæ turpitudinem continet siue ex parte stipulantis,siue exparte promittentis,nulla est. p.274.n.1.
3. Stipulatio conditionalis spem debitum iri parit, quæ ad heredes transmittitur.p.275.n.1.
3. Stipulatio mihi & Titio,iure Regio valida.pagin. 248.n.17
3. Stipulatio inter absentes per Epistolam an contrahi possit.p.204.n.4.& p.207.n.34.
3. Stipulatio rei sacræ,& liberi hominis ex causa onerosa in id quod interest valet.p.236.n.14.
3. Stipulatio inuenta vt vnusquisq; acquirat id quod sua interest, & in eam deducit. pagina. 236. numero.7.
3. Stipulatio rei sacræ,religiosæ,vsibus publicis destinatæ,hominis liberi, aut rei propriæ inutilis est: nec conualescit quamuis res profana, aut priuata,aut homo seruus,aut res propria aliena efficiatur.p.235.n.1.& p.236.n.6.
3. Stipulatio rei propriæ,item & eius emptio valet in quibusdam casibus.pag 236.num.5.& pagin. 237. numer.17.
3. Stipulatio aut in dando, aut in faciendo consistit. p.202.n.11.
3. Stipulationis annuæ à filio familiàs sui iuris facto. p.216.n.4.
3. Stipulationis verbis contractæ scribi consueuerũt. p.208.n.36.
3. Stipulationis validitas ex præsenti tempore consideratur.p.236 n.8.
3. Stipulationis præposteræ conceptio iure nouo valet,secus olim,& quæ vtriusque iuris ratio. pag. 265.n.1.
3. Stipulationi adiectus locus commodam temporis dilationem inducit.p.223.n.1.& 5.
3. Stipulatione comprehendi omnes res possunt,quę dari,aut fieri possunt.p.205.n.13.
3. Stipulatione pure,sub conditione,& in diem concipi potest.p.211.n.1.
3. Stipulationes communes quæ.p.234.n.7.
3. Stipulationes etiam sine verbis,pluribus in casibus fiunt.p.205.n.5.& p.208.n.37.
3. Stipulationes in dando,aut in faciendo consistũt. p.208.n.44.
3. Stipulationnes iudiciales quæ.p.234.n 6.
3. Stipulationes Prætoriæ quæ.p.234.n.5.
3. Stipulationes,veteribus formulis sublatis, quibuscunq; verbis concipiuntur.p.210.n.4.
3. Stipulationes tot sunt quot summæ, siue res in stipulatione deductæ. p.269.n.5.
3. Stipulationes inuentæ vt vnusquisq; acquirat id quod sua interest. p.271.n.8.
3. Stipulationes quæ in facto consistunt quando validæ.p.241.n.14.
5. Stipulationum aliæ iudiciales, aliæ Prætoriæ,aliæ conuentionales,aliæ communes ex Iustiniano.p. 234.nu.1.
3. Stipulationum inducendarum magna causa & ratio.p.205.n.8.
3. Stipulationum causa verba contrahentium.pagin. 205.n.9.
3. Stipulationum solemnia verba,& formula.p. 209. n.1.& p.210 n.4.
3. Stipulationum noua diuisio.p 234.n 3.
3. Stipulationibus quæ in faciendo consistunt, ne id quod interest incertum sit,pœnam adijcere vtile est.p.225.n.1.
3. STIPVLARI possunt omnes res quæ dominio nostro subijci possunt.p. 234.n.1.
2. Stipulari alter alteri non potest.pagin. 268.n.43.
3. Stipulari potest quis ei cuius iuri subiectus est. pa. 243.n.2.
3. Stipulari possunt & qui exaudire & proferre verba possunt,non alij.p 205.n 12.
3. Stipulari,& dari,& fieri nobis aliquid simul possumus.p.205.n.6.& p.208.n.44.
3. Stipulandi si plures rei sint omnibus debetur in solidum,vno tamen accipiente extinguitur obligatio.p.219.n.1.& p.230.n.6.
3. Stipulatur qui interrogat, & qui respondet.pagin. 202.num.6.
3. Stipulatur factum,qui & non factum promisit.p. 208.n.46.
3. Stipulum veteribus firmum significabat. pagina. 261.n.4.

3. Stips, stipes, & stipendia quid. p. 201. n. 3.
2. SVAM rem, tanquam alienam si quis legauerit, valet legatum. p. 405. n. 1.
2. SVBSTITVTIO est alicuius post alium institutio quasi sub institutione. p. 257. n. 26.
2. Substitutio verè est, & propriè institutio. pag. 256. numer. 13.
2. Substitutio quocunq; modo fit. p. 257. nu. 27.
2. Substitutio aliquando ante institutionem scribitur. p. 257. n. 30.
2. Substitutio dicitur secunda institutio respectu ordinis succedendi. p. 257. n. 29.
2. Substitutio omnis post primam institutionem facta secunda institutio dici potest. p. 258. n. 43.
2. Substitutio in specie significat subrogationem quę in hereditatibus fit. p. 258. n. 42.
2. Substitutio in genere significat quamcunq; subrogationem. p. 258. n. 41.
2. Substitutio vulgaris codicillis fieri potest. pa. 263. numer. 2.
2. Substitutio dicitur secunda institutio respectu effectus. p. 259 n. 45.
2. Substitutio pupillaris in vna re pupilli tantùm facta, ad omnia eius bona extenditur. pagina. 284. numer. 72.
2. Substitutio datur quæ non sit secunda, sed tertia, quarta, aut quinta, vel vlterior institutio. pag. 255. numer. 5.
2. Substitutio pupillaris non potest dici secunda institutio, & quare. pag. 255. num. 6. & pagin. 259. numer. 46.
2. Substitutio est actus conditionalis. p. 256. n. 10. & p. 257. n. 18.
2. Substitutio directa non nisi testaméto fieri potest. p. 260. n. 57.
2. Substitutio fit in fideicommissis & legatis, & pluribus alijs in rebus. p. 255. n. 4.
2. Substitutionis definitiones plures, remissiuè. pag. 255. nu. 8.
2. Substitutionis definitio communis, exornata, & defensa. p. 254. n. 1. & p. 257. n. 28.
3. Substitutionis ius non est transmissibile. pag. 27. num. 28.
2. Substitutionis vera proponitur definitio. pag. 256. numer. 9.
2. Substitutionem an Princeps vel Populus tollere possit. p. 260. n. 59.
2. Substitutionem sine institutione dari non potest contra Bart. p. 265. n. 13.
2. Substitutiones in primogenijs tot sunt, quot vocationes. p. 260. n. 60.
2. Substitutiones introduci è republica fuit. pag. 262. num 79.
2. Substitutiones iniquas & iniustas esse videri, & quare. p. 262. n. 78.
2. Substitutiones qua ratione inuentæ. pagin. 261. numer. 66.
2. Substitutiones ne vltra certum aliquem gradum porrigantur, an statui possit? pagina 261, numero 64.
2. Substitutiones primogeniorum non possunt tolli nisi ex magna publica causa. p. 261. n. 62.
2. Substitutiones vulgaris & pupillaris principaliores, & ad quas reliquæ reducuntur. p. 261. n. 71.
2. Substitutiones quot sint. p. 261. n. 70.
2. Substitutiones quo iure inuentæ sint. p. 260. n. 57.
3. Substitutiones plures fæpè vno verbo causantur. p. 26. n. 11.
3. Substitutiones in primogenijs tot quot succedentium capita. p. 26. n. 20.
2. Substitui hereditarijs quoq; filijs potest. p. 255. n. 7.
2. SVBSTITVTVS dici non potest antequam alij deferri hereditas non potuit. p. 249, n. 51.
2. Substitutus instituto, qui coheredi suo fuerat substitutus, ad vtriusq; partem admittitur. p. 271. n. 1.
2. Substitutus conditionalis est institutus, & ideo nõ transmittit hereditatem ante aditionem. pag. 267. num. 35.
2. Substitutus pupillaris pupilli bona habet. pagin. 284. n. 71.
2. Substitutus seruo alieno, quem testator liberum putabat, in dimidiam hereditatis partem vocatur, seruo id alteram dimidiam admisso. pagin. 272. num. 5.
2. SVBSIGNATIO hæc, annulo, non alio signo fieri debet. p. 158. n. 4.
1. SVBSIDIARIA actio in magistratus datur pupillis & cæteris qui sub cura sunt, si tutores eorúmve fideiussores soluendo non sint. p. 84. n. 1. & 2. & p. 85. n. 3.
3. SVBROGATVS sortitur naturam illius in cuius locum subrogatur. p. 194. n. 54.
3. Subrogatus sortitur naturam eius in cuius locum subrogatur. p. 222. n. 13.
3. SVBVENIRE, proprius ad beneficium restitutionis in integrum refertur. p. 259. n. 23.
3. SVCCEDERE frequentius apud bonos authores & Iurisconsultos est, alterius locum subire, occupare, ingredi. p. 3. n. 4.
3. Succedere in hac tractatione est mortui alicuius locum & bona occupare. p. 3. n. 6.
2. SVCCESSORIVM edictum non habet locum nisi in iure iam delato. p. 326. n. 74.
3. Successorium edictum summè necessarium. pa. 116. numer. 6.
2. Successorium edictum patri datur in d. l. pater filium. p. 325. n. 69.
3. SVCCESSIO triplex. p. 3. n. 8.
3. Successio alia vniuersalis, alia particularis, vniuersalis quæ? p. 4. n. 11.
3. Successio pacto non datur. p. 121. n. 5.
3. Successio testamentaria legitima non impropriè dicitur. p. 6. n. 29.
3. Successio non ita debetur ascendentibus, vt liberis. p. 17. n. 33.
3. Successio inter agnatos in legitimis tutelis. pa. 74. num. 2. & 6.
3. Successio est in agnatis nouo iure. p. 74. n. 7.
3. Successio ab intestato legitimo iure inducta. pagi. 9. nu. 53.
3. Successio ab intestato aut descendẽtiũ est, aut ascendentium, aut transuersalium. p. 93. n. 2.
3. Successio ab intestato mutua & reciprocatã affirmatiue, quam negatiuè. p. 42. n. 12.
3. Successio ab intestato antiquior est successione testamentaria. p. 8 n. 47.
3. Successio ab intestato ipso iure absq; hominis facto defertur. p. 6 n. 27
3. Successio legitima propriè quæ ab intestato defertur. p. 6. n. 28.
3. Successio ab intestato proximiori consanguineo tantum defertur. p. 7 n. 33.

3. Succeſsio ab inteſtato primo ſuis heredibus defertur.pag.55.nu.2.
3. Succeſsio eſt in cognatorum ſucceſsionibus, pa. 74.num.4.
3. Succeſsionis appellatione,frequentius vniuerſalis comprehenditur,pag.4.num.13.
3. Succeſsionis ab inteſtato ius apud.XII. Romanorum tabulas,pag.8.num.52
3. Succeſsionis ab inteſtato antiquiſsima lex apud Hebræos,pag.8.n.50
3. Suceſsionis ab inteſtato ius apud Athenienſes. pag.8.nu.51
3. Succeſsionis ab inteſtato nouam definitionem omnibus ſuis conſtare partibus oſtenditur. p. 6.num.25
3. Succeſsionis ab inteſtato communis definitie. pag.5.nu.19.
3. Succeſsionis ab inteſtato noua proponitur definitio,pag.5.nu.20.
3. Succeſsioni ab inteſtato non eſt locus, quando teſtamentariæ locus eſt,p.7.nu.36.
3. Succeſsiones ab inteſtato iure legitimo inductæ ſunt ex naturali ratione,pag.9.nu.57.
3. Succeſsiones aliæ veteres,aliæ nouæ,& quæ veteres,& quæ nouæ dicantur,p.81.n.4.
3. Succeſsionem ab inteſtato iure diuino, & naturali inductum ex plurium opinione, pag. 9. num.54.
3. Succeſsionem ab inteſtato omnes gentes admiſerunt,pag 8.nu.49.
3. Succeſsionem in ſuis heredibus non eſſe', quid apud iuris authores? & difficillima Pandectarum loca in eam rem iudicata,pa.3.nu.7.
3. Succeſſores ab inteſtato ex defuncti voluntate, quando admitti intelligantur,pag.5.nu.23
3. SVMMA minor ineſt maiori.p.250. nu.8
3. Summa reſcripti. D. Marci de libertatibus non adita hereditate conſeruandis,pag.140.n.1
2. SVITAS non niſi ex Romanæ iuris prudentiæ libris poteſt explanari,p.340.n.9.
2. Suitatis definitio ex Iuſtiniano hic.p.340. n.10
2. Suitas ſine patria poteſtate non conſiſtit, pag. 217.num.5
2. Suitas iure ciuili inducta, iure ciuili remoueri debet.p.107.n.22.
2. Suitas quomodo conſideretur quoad cauſam inteſtati, obiterque difficillima iura explicata pag.340.nu.11.
3. Suitas non tollitur datione ſubſtituti vulgaris in filio iuxta veriorem ſententiam, tollitur tamen neceſsitas.p.58.nu.19.
3. Suitas tollitur datione coheredis extranei, iuxta communem,pag.58.n.15.
2. Suitas tollitur per dationem ſubſtituti vulgaris iuxta communem,pag.167.n.28.
3. Suitas tollitur datione ſubſtituti vulgaris iuxta communem opinionem, quæ ſeq. numeris probatur,pag.58.nu.11.
2. Suitatis qualitas per virilem ſexum deſcendentibus tantum contingit.pag.15.n.18.
2. Suitatis nomen veteribus iure conſultis inuſitatum aptum tamen eſt ad docendum,pag.341 num.17.
3. Suitatem filij pater tollere non poteſt, pag.59. num.23.
2. Suitatem non poteſt pater tollere filio, pa.267. num.32.
3. SVVS heres eſt ille qui in patris poteſtate eſt, in eaque à nemine præceditur.pa.57.n.1.
3. Suus heres,agnatus eſt,p.70.n.3.&.9.
1. Suus heres ex potentia ſuitatis tranſmittit hereditatem non agnitam.pag.55.n.36.
3. Suus aliquando patri heres non eſt, pagi. 64. num.6.
3. Suus etiam inuitus iure ciuili fit heres.pagi. 62. num.2
2. Suus heres quis eſſet cum ab Angelo Politiano eſſet quæſitum, in fœliciter obmutuit,p.339. num.8
3. Suus etiam ignorans eſt heres,pag.62.n.1.
2. Suus qui repudiat, non tam non acquirere, quam acquiſitum perdere dicitur, pag. 351. num.14.
3. Suum heredem habere non poteſt, qui in alterius eſt poteſtate,p.58.n.11
2. Sui, qua ratione neceſſarij quoque heredes dicantur,pag.341.n.20.
2. Sui & extranei heredes in multis differunt, hoc nomen omnibus commune, vt agnitam hereditatem reſtitutionis beneficium, non amittant.pag.350.num.1
2. Sui quoque heredes tribus temporibus an capaces eſſe debeant.pag.347.num.6.& pag.348. num.15.& 16.
3. Sui non ſunt qui in patria poteſtate non ſunt. p. 55.num.6.
2. Sui heredis exiſtentia non impedit quin alius tertius pro herede vſucapere poſsit, cum doctiſsimo Gabriele Henriquez contra communiorem.pag.345.nu.40
2. Sui heredes quare ſic appellentur? pag. 340. nu. 16.& p.341.n.18
2. Sui heredes liberi legitimi, & adoptiui, vſq; ad Iuſtinianum,p.340.num.11
3. Sui heredes ſine ſexus diſtinctione â Decem viris ab inteſtato admittuntur, pagi. 15.n.15.
3. Sui heredes qui dicantur, & qui extranei, pag. 55.num.4
2. Sui & neceſſarij heredes ſunt liberi qui in familia proximum â patre fam. gradum obtinent. pag.338.nu.1.
2. Sui heredes qua ratione neceſſario inſtituendi. pag.335.num.5
2. Suorum longe maior ante abſtenſionem, quam neceſſariorum obligatio.pag.341.num.23.
3. Suorum in ſucceſsione prior eſt cauſa, pag. 64. num.2.
2. Suorum heredum nomen. lege. 12. tabularum inuentum.p.316.n.22.
3. Suorum heredum definitio ex Iuſtiniano. pag. 15.num.13.
3. Suorum heredum iura,ex xij.tabulis emanarũt, vnde apud alias gentes incognita,pa.14.n.12.
2. Suis heredibus neceſſaria vſucapio.p.339.n.7. & pag.344.nu.38
2. Suos heredes fœminæ non habent.p.340.nu.13.
2. Suos inheredes dominium bonorũ paternorum continuatur,pag.339.nu.3
2. Suos heredes inſtitui,improprie dicimus,p.225 num.8
3. Suos heredes nullos dici poſſe p.55.n.3
3. Suos heredes agnatosve ex ſe fæmina habere nõ poteſt,p.76.n.2.
2. SVVMEST quod quis debet,p.405.n.2.
1. Suum cuique tribuere res & facultates alienas cõcernit,p.23.n.31.

2. SVPPLEMENTVM quartæ retinet, cui integra relicta non est & pro rata supplementi onera subit, pagina. 476. numero. 2. &. 3. &. 4.
3. SVPERLATIVVS aliquando pro positino, p. 333. n. 5.
1. Suspecti tutoris remotio optimo iure inducta, p. 87. num. 1.
1. Suspecti tutoris pœna, p. 89. n. 1.
1. Suspecti tutoris accusatio, omnibus etiam mulieribus concessa est, pagina. 88. numero. 1. &. 2.
1. Suspectus tutor quibus ex causis dici possit, pa. 89. nu. 1.
1. Suspecti tutoris cognitione pendente administratio ei interdicitur, p. 89. n. 2.
1. Suspecti omnes tutores testamentarij, legitimi & datiui dici possunt, p. 89. n. 1. & 2.
1. Suspecti tutoris crimen. lege. 12. tabularum. puniebatur, olim apud maiores magistratus, pa. 88. num. 2.
1. Suspectos tutores siquis dicat patronos, propinquos, siue affines, non actione famosa faciet, p. 88. n. 3.

T.

2. TABELLIO interesse debet ordinationi testamenti in scriptis de iure Regio, pag. 154. num. 13.
2. Tabelliones tenentur protocolum penes se seruare & quotannis nouum conficere, alias puniuntur arbitrio iudicis, p. 170. n. 9.
2. TABVLA cedit picturæ, pag. 104. nu. 2.
3. TACITE quæ insunt, si exprimantur nihil operantur, p. 122. n. 16.
3. TANTVNDEM cum reddendum est, vtrum multum, an vero depositum sit latè disputatur, p. 175. n. 60.
3. Tantundem vt reddatur, vbi pecunia non numeratur, mutat contractum depositi, pag. 177. num. 77.
2. TEMPORIS maxima vis & potentia, pa. 312. n. 5.
3. Temporis angustia vitiat contractum stricti iuris non ita contractum bonæ fidei, iuxta communem, p. 223. n. 11.
2. Tempore pestis siue contagionis possunt testes paulatim testamento adhiberi, pagina. 156. numero. 33.
2. Tempus decẽnij quando testamentũ euertat ipso iure, quando ope exceptionis, pagina. 312. numero. 4.
2. Tempore prohibito aliquid fieri vel conferri in tempus prohibitum idem est, pagina. 189. numero. 44.
3. Tempus qui allegat, & intra illud, factum, vel nõ factum aliquid fuisse contendit, illud probare debet, p. 117. n. 4.
3. Tempus vtile quale? p. 117. n. 6.
3. Tempus quod concedi debet, in stipulatione cui locus adiectus fuit, iudicis arbitrio relinquendus est, pagina. 223. numero. 6.
2. Tempus non inducit obligationem, neque perimit legatum aut hereditatem, pagina. 247. numero. 14.
2. Tempus mensura actuum humanorum, non vero causa, p. 247. n. 13.
3. Tempus non est modus aut inducendæ, aut tollendæ obligationis, pa. 216 n. 5.
3. Tempus modicum iudicis arbitrio dari debet ei qui purè promisit, p. 213. n. 9.
3. Tempus ea quæ iuris sunt constituere non potest p. 214. n. 18.
3. Tempus si stipulationi differendæ solutionis gratia adiungatur, agi nisi eo elapso non potest, p. 275. n. 1.
3. Tempus agnoscendæ bon. possessionis an â iudice coarctari possit, p. 116. n. 3.
3. Tempus continuum quod sit, p. 117. n. 5.
3. Tempus retractus currit ex die conuentionis. l. 13. tit. 10. lib. 3. Fori, l. 6. tit. 7. lib. 5. ordin. l. 70. Tauri. l. 9. tit. 11. lib. 15. recopilat, p. 298. nu. 27.
2. THESAVRVS fortuito in alieno, publico, fiscali, siue Cæsaris loco inuentus, communis est inuentori & domino loci, pagina. 108. numero. 1.
2. Thesaurus in proprio loco, siue qui nullius est inuentus, inuentoris, fit, p. 180. n. 1.
2. TESSERA frumentaria quid sit: eiusque legatum simile legato quantitatis, pagina. 386. num. 13.
3. Tessera, quid significet, p. 173. n. 35.
2. TESTANTI amplissima potestas quam ob causam in primis cæperit coangustari, p. 429. num. 16.
2. Testandi potestas patribus fam, ciuibus Roman. tantum concessa, p. 190. n. 52.
2. Testandi facultas nisi lege concedatur nemini cõpetit, p. 189. n. 42.
2. Testandi potestas cur fœminis citiùs permittatur quam masculis, p. 197. n. 9.
2. Testandi actus solemnissimus & ceremoniarum plenus, p. 160 n. 14.
2. Testandi actus multum exigit prudentiæ, pag. 196. n. 3.
2. TESTAMENTI Etymologia siuè deductio à Iustiniano hic tradita explicatur & defenditur, p. 151. n. 1.
2. Testamenti definitio, p. 150. n. 2.
2. Testamenti caput & fundamentum heredis institutio est, iure ciuili Romanorum, secus nouo iure, p. 420. n. 1. &. 4.
2. Testamenti factio duplex, Actiua & passiua, pa. 417. n. 1.
Testamenti factio pluribus personis interdicta, p. 174. n. 4.
2. Testamenti factionem quem non habere, indignum & incapacem esse differunt, pag. 349. n. 3.
2. Testamenti factio & facultatem faciendi testamẽtum, & ex alieno testamento capiendi significat, p. 349. n. 1. & 2.
2. Testamenti factionem qui non habet, remissiue, p. 202. n. 9. & 10.
2. Testamenti factio duplicis iuris est, p. 224. n. 3.
2. Testamenti factio duplex est actiua, & passiua, p. 154. n. 4.
2. Testamenti factio aliquibus ex iustis causis denegata, p. 184. n. 7.
2. Testamenti factio duplicis iuris est, p. 188. n. 29.
2. Testamenti præcipua pars heredis institutio, pa. 240. n. 19.
2. Testamenti valor & effectus ex morte testatoris. p. 189. n. 43.
2. Testamentum nuncupatiuum quamuis scribatur nihilominus tamẽ nuncupatiũ est, p. 171. n. 2.

2. Testamentum per ius dicendi nullum & per cõtra tab. in totum infirmatur, & differentiæ ratio. p. 295. n. 19
2. Testamentum coram Principe factum Romanos, Saxones, Gallos, & Hispanos absque alia solemnitate valet, p. 155. n. 28
2. Testamentum & eius solemnia vno contextu fieri oportet, pag. 156. nu. 32
2. Testamentum per querelam potest pro parte recindi. pa. 295. n. 18
2. Testamentum nuncupatiuum, quo casu absque nuncupatione defendatur. pag. 173. n. 11
2. Testamentum factum ab eo, qui merum Imperium habet absque aliorum testium præsentia valet. pa. 155. n. 29
2. Testamentum totum olim infirmabatur si rumperetur ex causa præteritionis, pagina. 215. num. 21
2. Testamentum â duobus factum, an â superstite possit reuocari? p. 289. nu. 3
2. Testamentum nuncupatiuum scribi, & à Tabellione confici, maxime vtile est, pagina. 172. num. 5.
2. Testamentum ante captiuitatem factum semper valet, vel lege Cornelia, vel iure postliminij, p. 202. n. 2
2. Testamentum nuncupatiuum, quod, & quot testes, & solemnitates requirat, pagina. 172. nu. 1. & 6.
2. Testamentum nuncupatiuum solam testium præsentiam absque alia solemnitate requirit pa. 172. n. 6.
2. Testamentum ritè factum propter superuenientem captiuitatem irritum fit, iure tamen singulari defenditur, pag. 201. n. 6
2. Testamentum morte testatoris confirmatur, p. 150. num. 6
2. Testamentum quibuscumque literis, & notis scribi potest, p. 170. n. 5. & 8.
2. Testamentum pluribus exemplaribus conscribi potest, & quare, pag. p. 170. n. 1
2. Testamentum quacumque in materia scribi potest. pag. 109. nu. 1
2. Testamẽtum primum iuratum vtrum per aliud postea possit reuocari. pag. 423. n. 12
2. Testamentum â Prodigo ante interdictionem factum validum est, p. 200. n. 9
2. Testamentum nullum ob filij præteritionẽ conualescit, si is viuo patre decedat, & proximiores legitimi instituti sunt. pa. 210. nu. 51.
2. Testamentum inter liberos etiam imperfectum iure ciuili valet. p. 154. nu. 17
2. Testamentum, in quo suus heres præteritus est, etiam eo decedente viuo patre nullum est, neque aliquo conualescit, pag. 50. nu. 23. & p. 54. nu. 34
2. Testamentum quacumque lingua scribi potest. pag. 170. n. 6
2. Testamentum secundum tollit primum etiam iuramento firmatum pag. 424. n. 16
3. Testamentum nullum filio præterito, etiam iure prætorio. p. 112. n. 11.
2. Testamentum in scriptis septem testium præsentiam, & eorum subscriptiones requirit, & alias solemnitates, pag. 152. nu. 1. & pagina 152. num. 2.
2. Testamentum non valet, sine heredis institutione, pag. 188. nu. 30
2. Testamentum primum iuramento cõfirmatum tolli potest per secundum, pag. 308. num. 68.
2. Testamentum primum sequentium derogatorium tollitur secundo, quod specialem primi mentionem, & derogationem continet. p. 308. num. 66.
2. Testamentum primum clausulam derogatoriam sequentium habens non tollitur per secũdum etiam solemne. p. 308. n. 61
2. Testamentum irritum fit capitis diminutione maxima, media, vel minima testatori contingente, pag. 309. num. 1. & p. 310. n. 8.
2. Testamentum quomodo fiat irreuocabile, ex sententia Speculatoris, & Cepolæ, quæ tamen improbatur cum Couarru. p. 308. n. 70.
2. Testamentum neque nuda voluntate, neque posteriori imperfecto tollitur, p. 311. num. 1.
2. Testamentum iure factum captiuitate non fit irritum, p. 310. n. 7
2. Testamentum actus indiuiduus est. pag. 240. num. 17.
2. Testamentum vt valeat duo tempora in testatore habilia desiderantur, p. 198. n. 8.
3. Testamentum morte confirmari, quomodo intelligendum. p. 12. nu. 7. & 9
3. Testamenti vitium duplex, aliud insitum, aliud aduentitium: & quale vtrumque. p. 12. num. 8
1. Testamentum ante furorem factum, valet etiam sine noua approbatione, p. 52. n. 30
3. Testamentum quocumque idiomate scribi, & ordinari potest. p. 211. num. 10.
3. Testamentum vt valeat, & quis cum herede decedat, plura contra iuris ciuilis regulas admissa vsque ad finem, pag. 148. num. 3
3. Testamentorum iura apud plures nationes nõ admissa, pag. 8. nu. 48.
2. Testamentum quod iure singulari valet, facile tolli potest, pag. 312. n. 7
2. Testamentum patris & filij vnum, pag. 274. num. 16.
2. Testamentum militare perfectum potest dici & primum solemnitatibus, & ceremonijs plenum tollit. p. 312. n. 9.
2. Testamentum origine & inuentione est iuris gentium, forma vero iuris ciuilis, pagina. 150
2. Testamentum imperfectum, & si in eo Princeps scriptus sit heres primum non tollit. pa. 313. num. 2.
2. Testamentum ex propria, non ex aliena voluntate pendere debet. pag. 274. n. 12
2. Testamentum de bonis castrensibus, & quasi castrensibus â veterano iure communi factum iure Digestorum, & Authenticorum querela impugnari potest, non iure Codicis, pa. 326. num. 76
3. Testamentum nullum filio suo herede præterito, pag. 111. nu. 3. & 11.
2. Testamentorum fauore, item & heredum inductum fuit Senatusconsultum Pegasianum, pagina. 463. num. 14. & pagina. 464. num. 17.
2. Testamentum rumpitur agnatione sui heredis pag. 300. num. 1. & 4.
2. Testamentum aliquando pro parte tantũ impugnatur, pag. 327. n. 86
2. Testamentum secundum etiam minus solemne

tollit primum, si in eo sunt instituti venientes ab intestato, pag. 306. nu. 50
2. Testamentum à duobus insimul fieri potest, p. 289. n. 2
2. Testamentum esse nullum, & rescindi implicat pa. 305. n. 37.
2. Testamentum hoc secundum, non tanquam testamentum, sed tanquam vltima voluntas defenditur, succedentibus legitimis abintestato, pag. 307. num. 51.
2. Testamentum quod conditionalem institutionem continet perfectum est, pag. 307. n. 57.
2. Tastamentum de proprijs, non de alienis rebus fieri debet. pag. 274. num. 10
2. Testamentum Pagani, qui posteà militare cæpit ex noua eius voluntate valet, pag. 181. num. 1.
2. Testamentum de rebus proprijs non de alienis fit. pag. 191. num. 56
2. Testamentum ad pias causas iure ciuili & Regio solemnitatem nostri textus requirit, secus de iure canonico, pag. 154. n. 20.
2. Testamentum rure à rustico factum quam solemnitatem exigat, pag. 155. n. 21
2. Testamentum Prætorium quomodum ordinaretur, pag. 151. n. 7.
2. Testamentum quod per æs & libram fiebat quale olim esset. p. 151. n. 6
2. Testamentum non potest pro parte valere, pro parte non valere. pag. 240. n. 18
2. Testamentum corruit hereditate non adita. pa. 303. num. 12. & pag. 306. n. 44
2. Testamentorũ ius & antiquitas remissiuê, pag. 151. num. 4
2. Testamentum secundum tollit primum, p. 302. num. 1
2. Testamenta olim tabulis tantum ceratis scribebântur, vnde tabularum nomen retinuerũt, pag. 170. n. 3
2. Testamenta irrita fiunt aut eodem in statu testatore manente, aut eo capite diminuto. pag. 299. num. 4
2. Testamenta iniusta quæ, p. 299. nu. 3
2. Testamenta duo relinquere nemo, nisi miles potest, pag. 303. num. 13. & pag. 309. nu. 72 & num. 75
2. Testamenta apud acta iuratis & vocatis testibus aperienda. pag. 160. n. 15
2. Testamentorum in scriptis antiqua obseruatio ex Hebræis, & Græcis, pa. 190. n. 50
2. Testamentorum vitia alia insita, alia aduentitia pag. 299. n. 2
2. TESTATOR qui consulto testamenti sui incidit fila illud reuocat, pag. 313. n. 12
2. Testator, qui iurauit testamentum, si illud reuocat, an periurus sit? pag. 424. n. 20
2. Testator interrogatus à tabellione si respondeat sic, an testamentum valeat, remissiuê, p. 173. num. 14.
2. Testator qui capite minutus fuit, si sui iuris & ciuis Romanus decedat, conualescit testamentum. pag. 310. n. 2.
2. Testator non potest legem sibi imponere à qua recedere non liceat, pag. 303. num. 10. & pag. 308. num. 61.
2. Testator non potest testamentorum solemnitates immutare. pag. 153. num. 4.
2 Testatoris noua voluntas requiritur quando status mutatio fuit voluntaria, secus si necessaria, & vtriusque rei ratio, pag. 311. n. 15.
2. Testatoris consilium certum esse oportet, p. 253 num. 3.
1. Testati & intestati concursus specialis, pag. 57. num. 44.
2. Testati & intestati causa concurrere non potest in eiusdem hominis hereditate, & quare, pag. 240. num. 16
1. Testati & intestati causa in filio adrogato ex speciali causa concursus. pag. 51. num. 17. & pag. 57. num. 44
2. Testatum, & intestatum quem esse non repugnat iuri naturali. pag. 240. n. 14
2. Testatorum volũtates adimpleri omnia iura postulant, pag. 190. n. 49.
2. Testatus & intestatus quis fieri potest, pag. 240 num. 15.
2. Testatus & intestatus quamuis quis decedere nõ possit, ex post facto tamen effici potest, pagi. 242. num. 35.
2. Testari non de alienis, sed de rebus proprijs permissum. pag. 378. num. 7
3. TESTES de his quæ sensu corporeo percipi possunt deponunt, p. 266. n. 10.
2. Testes in testamento in scriptis incolæ illius loci, in quo testamentum conditur, quamuis non sint valet testamentum, pag. 157. n. 46
3. Testis varia & incerta depositio contra producentem interpretatur, pag. 267. n. 11
2. Testes adhiberi testamento possunt hi cum quibus testamenti factio est, pag. 159. n. 1
2. Testis idoneus nullus in re sua est, pa. 168. n. 2.
2. Testis in re sua nullus esse potest, pa. 166. n. 2
2. Testis si tempore testamenti habilis existimabatur postea autem inhabilis apparuit, non tamen vitiatur testamentum, sed ex æquitate sustinetur, pag. 163. n. 1.
2. Testes testamentarij subscribere & consignare testamentum debent. pag. 157. n. 42.
2. Testes testamentarij non nisi voluntariè adhibentur, pag. 169. n. 11.
2. Testium fides dubia redditur, si omnes præmeditatum sermonem afferre præsumi potest, pa. pag. 166. num. 3
2. Testes testamento adhiberi vocati & rogati esse debent, non fortuito, pag. 157. nu. 41.
2. Testes non tantum ad probationem, quam ad solemnitatem & testatoris efficiendam voluntatem testamento adhibentur, pag. 154. nu. 9. & 16.
2. Testes testamentarij adhibentur propter solemnitatem, pag. 168. n. 4
2. Testes plures quam septem si cum sint, testamento, non ideo vitiatur, p. 153. n. 6.
2. Testes plures ex vna familia alieno testamento & negotio rectè adhibentur, pagina. 165. num. 1.
2. Testes alieno annulo signantes oportet, vt id sua scriptione declarent, pag. 157. numero. 2.
2. Testes possunt proprio vel alieno, etiam testatoris annulo testamentum signare, pag. 157. num. 1.
2. Testes tres sufficiunt si vicini sint, & eorum copia non est, nec tabellio commode haberi potest. pag. 173. num. 17.
2. TESTIMONIA iuris gentium sunt, & ex natu-

naturali ratione æstimanda, p. 166. n. 6
2. TIGNVM, id est, trabem, in vicini parietem eo inuito immittere nemini licet, pa. 115 num. 11.
2. Tignum in l. 12. tab. comprehendit omnem materiam ex qua ædificium fit, pag. 115. n. 10.
2. TITVLVS est causa habilis ad translationē dominij, pag. 125. nu. 6.
2. Titulus legitimus & iustus requiritur, vt possessor bonæ fidei naturales fructus lucretur. pag. 106. nu. 13.
3. Titulus, si ager vestigalis, vel emphyteuti carius petatur. pag. 324. nu. 13.
2. TOTIVS ad totum, vt valet argumentum, sic & partis ad partem, pag. 475. nu. 1
2. Totum dicens nihil excludit, pa. 424. n. 30.
2. TRADITIO iure naturali dominiū transfert, pag. 132. nnm. 3
3. Traditio dominium transfert, p. 295. n. 4
2. Traditio â non domino facta transfert vsucapiendi conditionem, pag. 109. nu. 2.
2. Traditio iure naturali dominium tribuit, si eō animo â domino retradatur, pag. 109. n. 1
2. TRANSLATIONIS legatorum definitio. pag. 422. nu. 6
2. Translatio legati, an coniunctio sit, quando diuersis orationibus, duobus eadem res relinquitur, p. 394. n. 48. quod ex coniecturis eliciendum est, quæ num. sequentib. proponuntur.
3. TRANSACTIONIS nomine datū repeti, vt debitum nunquam potest, p. 378. n. 8
2. TRANSMISSIO ex potentia suitatis, qua ratione inducta, admittendaq; etiam post abstensionis beneficium, quandiu filius se bonis non abstinuit, p. 341. n. 21. & 22.
3. TRANSVERSALES, iure Canonico, si inæqualiter â communi stipite distāt, quo gradu remotiores distant eodem distant inter se. pa. 89 num. 15.
3. Transuersales, iure Canonico, quoto gradu quisque distat à communi stipite, si æqualiter distant, eodem distant inter se. p. 89. n. 14
2. TREBELLIANVM. S.C. cum Pegasiano an concurrere posset, p 470. nu. 3
2. Trebellianicæ, siue Pegasianę quartæ detractio, vtrum hodie nouo iure Hispano admittenda, pag. 464. num. 19
2. Trebellianica an ex fideicommissis particularibus deduci possit, p. 463. n. 11. & p. 466. n. 40 & pa. 468. n. 50
2. TRIGINTA annorum spatium requiritur ad vsucapionem rei mala fide alienatæ, p. 129. num. 7.
1. TRIREMIBVS vt perpetuo inseruiant damnati similes seruis pœnæ, p. 73. nu. 7
1. TRIVMPHATORIS titulus Iustiniano, non â seipso, sed ab strenuis ducibus Belisario & Narsete consequutus est, p. 9. n. 29
Triumphus omnium bonorum qui à Pop. Rom. cōcedebantur, maximus, p. 10. n. 30.
1. Triumphos quo apparatu, pompa, & studio Romani agerent: quis in eis ordo seruaretur, & quæ in triumphis consueuerint, latè commemoratur. pa. 10. nu. 31.
2. TVRPITVDO, & impossibilitas legatum vitiat, p. 421. n. 4
3. Turpitudo an ex parte dantis, an ex parte accipientis, an ex parte vtriusque versetur, maximum discrimen, pag. 275. num. 5.
2. Turpis persona quę sit, remissiue. p. 327. n. 85.
1. TVTELAE definitio, pag. 66. nu. 1
1. Tutela munus publicum est, pag. 68. n. 4
2. Tutela munus est, quod quis subire inuitus cogi potest. p. 329. n. 4
1. Tutela triplex, testamentaria, legitima, Datiua. pag. 67. nu. 5
Tutela testamentaria lege 12. tabularum inducta pag. 67. n. 6.
1. Tutela testamentaria ad tempus, ex tempore, & sub conditione fit, p. 69. nu. 1
1. Tutela testamentaria pendente alius â iudice tutor dari potest. pag. 77. num. 1. 3. & 4.
1. Tutela testamentaria legitimę præfertur. pa. 77. num. 2.
1. Tutela legitima non ad omnes agnatos, sed ad proximiores pertinet, pag. 74. nu. 1
1. Tutela legitima parentum, quæ & quando competeret. p. 75. nu. 1
1. Tutela legitima, lege 12. tabularum ad proximiorem agnatum defertur, pag. 71. n. 1. & 6.
1. Tutela legitima liberti impuberis ad patronum pertinet, p. 74. nu. 1. & 2.
1. Tutela quacumque pupilli capitis diminutione perimitur tutoris maxima, & media. pag. 81. num. 1
1. Tutela aduentu temporis, vel cōditionis ad quę datus erat tutor finitur. p. 81. num. 1
1. Tutela pupilli adrogatione finitur. p. 81. n. 1. de portatione. p. 81. n. 2. seruitute. p. 81. n. 3. captiuitate, p. 81. n. 4.
1. Tutela morte pupillorum, tutorumve finitur pag. 81. num. 1
1. Tutela pubertate ipso iure finitur, p. 80. n. 1.
1. Tutela serui cui fideicommissum libertas relinquitur, quando pertineat ad antiqui domini familiam, pa. 75. n. 7
3. Tutelæ actio directa & contraria, p. 369. num. 7
3. Tutelæ actio durante tutela non datur. pa. 369. nu. 2. & p. 373. n. 38
3. Tutelæ actio mutua pupillo in tutorem, tutori in pupillum ex quasi cōtractu nascitur. p. 369. n. 1. & late ex nu. 6
3. Tutelæ in actione venit incrementum pecuniæ nō solum eius temporis, quo durauit tutela, sed ea finita, dum rationes non redduntur. pa. 370. num. 16.
1. Tutela remotione tutoris suspecti, item & excusatione finitur, p. 82. nu. 1
3. Tutelæ actione venit quidquid ex re pupilli apud tutorem est, item & pupillaris pecuniæ compendium, p. 370. n. 10. & nu. seq. l. si curator. C. arbitrium tutelæ.
1. TVTOR principaliter datur personæ, p. 66. num. 10.
1. Tutor certæ rei, sine causa dari non potest. p. 79 num. 4
1. Tutor datiuus à quo petendus, p. 76. n. 2
1. Tutor dari filius fam. & proprius seruus potest, pag. 68. nu. 1
3. Tutor â cōtutore suo an pupillo possit stipulari. pag. 272. num. 13.
1. Tutor in rem suam auctor esse non potest, pag. 80. num. 1
3. Tutor confecto inuentario rationes reddit, pag. 371. num. 23.
1. Tutor, aut curator datus non appellat, sed excusa-

cusationem intra legitimum tempus proponit, pag. 87. num. 1.
3. Tutor in rem suam auctor esse non potest, pag. 369. n. 3. & p. 373. nu. 40.
3. Tutor tenetur ad iustum lucrum, quod ex fructibus rerum minoris redigi potuit. pag. 371. num. 20
1. Tutor si furiosus aut minor 25. annis detur tunc tutelæ datio valebit, cum furiosus compos mentis fiat, & quare, pag. 69. num. 1. & 2.
3. Tutor antequam tutelam suscipiat, rem pupilli fore saluum promittit. pag. 369. num. 5. & pag. 374. num. 42
3. Tutor inuentarium qualiter conficere debet, p. 371. num. 24.
3. Tutor repetit impensas in pupilli litibus factas. pa. 372. num. 34.
3. Tutor conficit inuentarium expensis pupilli, p. 371. num. 25
3. Tutor rationem suæ administrationis finita tutela reddit, pag. 370. num. 8
3. Tutor repetit impensas in re pupilli vtiliter factas, & an repetat expensas, quas fecit domo egressus, p. 372. nu. 33. & 34
3. Tutor post pubertatem administrare non tenetur. l. tutor. 29. §. tutor. D. de administratione tutorum, pag. 370. num. 19
3. Tutor etiam testamentarius inuentarium conficere debet, si id iudici videbitur, & si pater remiserit, pag. 371. num. 17
3. Tutor exigere potest salarium administrationis ratione, quod apud Hispanos taxatum est, præstaturque decima pars fructuum bonorum pupilli, pag. 372. num. 37
3. Tutor repetit expensas factas in rerum pupilli meliorationibus, etiam si non extent. pa. 372. num. 36
3. Tutor, qui res quæ pupilli non erant in inuentario scripsit, vtrum posteà contrarium probare possit, l. fin. C. arbitrium tutelæ, p. 371. num. 26.
3. Tutor secure potest collocare pecuniam pupillarem ex consensu matris, vel consanguineorum pupilli, pag. 371. n. 21
3. Tutor modicam pecuniam collocare non tenetur, pag. 371. nu. 22
2. Tutor sine pupillo neque adire hereditatem, nec pro hærede gerere potest, licet bonorum possessionem agnoscere possit, p. 369. n. 49.
3. Tutor, qui finita tutela se abstinuit vsuras posteà non præstat ex præceptoris Doctoris Gabrielis Enriquez opinione. pag. 370. nu. 18.
3. Tutorem si impuberi consanguinei non petierint, eius successione priuantur, pagina. 79. num. 2.
1. Tutore mortuo accusatio suspecti expirat. pag. 89. num. 3
4. Tutores & curatores cautionem in primis, & iuramentum de minorum rebus bene gerendis præstare debent, pag. 84. nu. 1. & 2. à qua satisdatione, neque tutores testamentarij, neque qui ex inquisitione, dati neque mater liberantur, pag. 84. num. 3
1. Tutores qui dare possint, quamque cautionem accipere ab eis debent, pag. 76. num. 4. & pa. 77. num. 5. & 6.
3. Tutores singulis annis apud Saxones rationem suæ administrationis reddũt: id quod & apud omnes admitti sanctissimum esset, pag. 373. num. 39.
1. Tutores liberis impuberibus in potestate constitutis dantur, pag. 67. num. 1
3. Tutores soluendo an sint, tempus litis contestatæ non inspicitur, sed tempus depositæ tutelæ, pag. 280. num. 11

V.

2. VACANS hereditatis pars, heredibus instituis accrescit proportionibus suis, pa. 244. n. 11
2. VACVAM possessionem ingressus furtum, & violentiam cõmittit, pag. 129. nu. 4. & 8.
2. VBI lex vsucapionem inhibet bona fides possidenti nihil præstat. pag. 130. num. 1
3. VECTIGAL publicum tributum, sæpe etiam priuatum significat, pag. 324. n. 14.
2. Vectigalia, iurisdictio, & plura alia nullo vmquam tempore præscribuntur, p. 130. n. 30.
2. VENATIO & piscatio iure naturali omnibus permissa iustis ex causis potest prohiberi. pag. 96. num. 5
2. Venatio clericis & laicis prohibita est, & quomodo id intelligatur, pag. 96. n. 2. & 5.
1. VENDERE rem suam inuitus cogitur nemo, pag. 37. nu. 3. & 7.
3. Venditio loci sacri, siue religiosi, item & hominis liberi valet, pag. 236. num. 2. & 9
3. Venditio liberi hominis valet in id quod interest, non tamen stipulatio; & quæ sit differentiæ ratio, pag. 236. num. 13.
2. Venditione transfertur dominium, si pretium venditori numeratum sit, aut alias satisfactum pag, 110. num. 1
2. VENDITOR qui simpliciter rem tradidit, non videtur emptionis fidem sequi, contra glossam hic verbo, fidem, p. 110. n. 6
3. Venditor qui rei venditæ custodiam suscepit periculum præstat. pa. 310. n. 14.
3. Venditor de casu fortuito non tenetur, pa. 310. num. 16.
3. Venditor eam rei venditæ custodiã, quam commodatarius rei commodatæ, adhibere tenetur pag. 309. nu. 2. & pa. 310 nu. 11
3. Venditor emptori vendicationem & conditionem aduersus eum, qui damnum fecit cedere tenetur, & quare, pag. 310. n. 1. & 4.
3. Venditor quocumque tẽpore rem tradat ab obligatione liberatur, pag. 317. n. 17
3. Venditor rem venditam traditam auocare ab emptore non potest, p. 317. n. 14
3. Venditor si rei copiam habet tradere præcisè cõpelli potest, pag. 226. n. 8
3. Venditor rei venditæ dominus manet ante traditionem, pa. 310. n. 4. & p. 311. n. 6.
3. Venditor est qui rem tradens pretium consequitur, pag. 291. n. 3.
2. Venditoris & emptoris tempora quoad vsucapionem coniunguntur, si vterque bonam fidẽ habeat, pag. 131. nu. 1.
2. VENDICATIO dominium præsupponit. p. 376. num. 3
3. VERBVM, obligatio, ciuilem, non naturalem obligationem inducit, & significat, pag. 258. num. 17.

3. Verbum, dare translationem dominij significat, p. 192. n. 40. & p. 193. n. 42
3. Verbum, dare, sæpe dominij translationem, aliquando nudam traditionem significat, p. 394. num. 34
2. Verbum, naturalis filius, quoties adoptiuo opponitur, intelligitur de naturali & legitima, pa. 331. n. 16.
2. Verbum, lego, omnes relictorum causas comprehendit, p. 445. n. 5
2. Verbum, perinde inducit similitudinem, p. 304. num. 27
1. Verbum, tutor, idem quod defensor, pag. 70. num. 7.
2. Verbum, inductum est, ius non scriptũ insinuat, p. 319. n. 3.
3. Verbum succedere, varias habet significationes, p. 3. n. 3.
1. Verbi, vis, & verbi, potestas, eadem significatio, p. 66. n. 2. & 7.
2. Verbum, nullus, sæpe significat, non quod inualidum est, sed quod re vera non est, p. 209. nu. 47
2. Verbum, videtur, in nostro tex. denotat improprietatem, p. 212. n. 6.
2. Verbum erit, tempus futurũ & præteritum explicat, p. 278. n. 33
2. Verbum, capere, ad indignum referri solet, pag. 396. n. 56
2. Verbum, ius, in diffinitione significat facultatem, quam quis alienis vtendi habet, pag. 118. n. 9.
2. Verbum, modo, tempus quoque præteritum ostẽdit, p. 278 n. 31
2. Verbum, naturaliter, quomodo accipiatur pluribus in locis, p. 95. n. 2.
2. VERBA precatiua non inducunt necessitatem, & quæ sint verba precatiua, pag. 446. num. 10
2. Verbis quoties opus est, non sufficiunt signa, pa. 172. n. 10
3. Verba in matrimonijs necessaria, p. 255. n. 5. & p. 256. n. 11
3. Verba in testamentis necessaria, p. 255. n. 2.
1. Verba ex consuetudine regionis interponenda, p. 22. n. 26
2. Verba proferentis animum, & sententiam exprimunt, p. 180. n. 2.
3. Verborum obligatio præcedente interrogatione, & subsequuta responsione contrahitur, pa. 204. n. 1. & p. 206. n. 22
3. Verba quædam vulgaria & nuda, quædam directa & solemnia in contractibus & testamentis, p. 205. n. 10
3. Verborum obligatio inter absentes non contrahitur & quare, p. 263. n. 1. & 3
3. Verba quæ præcesserunt ad sequentia sæpê referuntur, p. 259. n. 20
3. Verborũ defectus suppleri aliquando potest, con sensus non ita, p. 249. n. 6
3. Verba pluribus in casibus & negotijs requiruntur, p. 202. n. 8
3. Verborum conceptio quare dicatur stipulatio, p. 202. n. 9
3. Verba absque proferentis volũtate nihil penitus operantur, p. 308. n. 63
3. Verborum formam lex non attendit, pag. 204. num. 2.
3. Verba intelligenda sunt vt aliquid operentur, p. p. 310. n. 15
3. Verba definitionis, secundum nostræ ciuitatis iura, exponuntur cum Accursio, pag. 162. num. 65
3. Verba, ipso iure, significant id est, iure ciuili, p. 105. n. 6
3. Verba penê vt intelligantur, improprietatem denotant, p. 21. n. 12
3. Verba futuri temporis suspendunt, & conditionem inducunt, p. 175. n. 52
2. Verba legis, 12. tab. quæ manca circumferuntur restituta, p. 190. n. 51
3. Verba, ipso iure, in nostro tex. & alibi quid significent, p. 137. n. 11
3. Verba non facile, idem, quod non passim, nec temere, p. 11. n. 70
2. VERA donationis definitio, p. 134. n. 16.
2. Vera ratio cur mulieris testimonium â testamentis reijciatur, p. 160 n. 16. & ex n. 14
3. Vera inter pactum & pollicitationem differentia p. 207. n. 30
2. Vera ratio cur donatio ciuilis acquirendi dominij modus dicatur, p. 133. n. 9
2. Vera ratio cur legatarij & fideicommissarij idonei testes sint, quia non iuris successores sunt, p. 169. n. 10
2. VERITAS immutabilis est & perpetua, pag. 164. num. 2.
2. Veritas opinioni præfertur: aliquando opinio veritati, p. 405. n. 3
3. VESTALES virgines intestato non succedebant, nec eis aliquis, p. 15. n. 16
2. VIATORIBVS citra ius seruitutis, an liceat equos suos pasci, p. 114. n. 15
1. VICTORIS titulus primo Alexandro Magno datus: deinde reliquis Principibus, pag. 9. num. 28
2. VIDVITATIS conditio seruanda est, pag. 413. n. 45
2. Viduitatis conditio arcet personam, cui iniungitur â relicti petitione, intra primum annum etiam præstita cautione de non nubendo, pag. 414. num. 57. quod an iure Regio admittendum sit, disputatur num. sequent.
2. Viduitatis conditio etiam in viris obseruanda, p. 415. n. 62
3. VINCVLA plura in iure ciuili, pag. 161. num. 21
3. VINDICATIO directa datur dominis vtilis non dominis æquitate suadente datur, pag. 326. n. 36
2. VIOLENTVS possessor, nisi longissimo tẽpore non præscribit, p. 129. n. 8
2. VIRI ET VXORIS vna est familia, pa. 123. n. 2
2. VIS expulsiua & compulsiua quoad vsucapionem differunt, iuxta communem, pag. 128. num. 9.
1. VISIONES iurisconsultorum quæ? pag. 2. num. 8.
2. VITIVM auctoris an noceat successori, pag. 127. n. 4. & p. 128. n. 12.
2. Vitium reale semper impedit vsucapionem, pag. 128. n. 13.
2. Vitium personale impedit vsucapionem in vniuersali successore, p. 128. n. 14.
2. VOCONIA lex quid statuerit, p. 430. nu. 19

2. Voconia lex, & eius prohibitio, & iniustitia, pa. 486. n. 7
2. Voconia lex insufficiens quemadmodum & Furia, p. 430. n. 10
2. VOLVNTAS testatoris pro lege obseruatur lege 12. tabularum, quæ amplissima testandi potestas fuit concessa, p. 429. n. 15
2. Voluntas testatoris deambulatoria vsque ad vltimum vitæ spiritum, pag. 423. n. 9. & p. 424. num. 23
2. Voluntas testatoris semper obseruanda, p. 423. num. 8.
3. Voluntas testatoris in conditionibus semper spectanda, remissiue, p. 220. n. 13
2. Voluntas prima posteriori mutatur, pag. 423. num. 10.
2. Voluntas mutata non præsumitur neque quemquam se ipsum reuocare, p. 423. n. 4.
2. Voluntas testatoris expressa ipso iure legatum adimit, p. 422. n. 3.
2. Voluntas tacita doli exceptionem inducit ad legati ademptionem, p. 422. n. 4
2. Voluntas sola non reuocat primum testamentũ, p. 311. n. 16
2. Voluntas prior sequentium derogatoria ita demum tolli potest, si sequentes specialem derogationem prioris habeant, p. 308. n. 65.
2. Voluntas testatoris deambulatoria vsque ad mortem, p. 302. n. 9.
2. Voluntas testatoris semper est seruanda, p. 408. n. 7. & p. 409. n. 26
3. Voluntas in omnibus actibus necessaria, p. 260. num. 9
2. Voluntas patris filij voluntas non est, pa. 274. num. 9.
2. Voluntate nuda an hodie testamentum possit reuocari remissiuê, p. 313. n. 17
2. VLPIANI sententia de prohibitione iuris testandi circa filium fam. quia bona, de quibus testari posset non habebat, pagi. 191. num. 55
2. Vlpianus dum scribit filium fam. testari non posse quia nihil suum habet accurate exponitur, p. 191. n. 61
2. Vlpiani sententia hodie attento iure codicis admitti non posset cum filius fam. bona habeat de quibus testari possit, p. 191. n. 58
3. VLTIMA voluntas in arbitrium alterius conferri non posset, pag. 303. n. 29. & p. 304. num. 33
2. VNIVERSITATIS bona, quæ dicantur, pag. 93. n. 1
2. Vniuersitas instituti non potest, pag. 237. nu. 5. & 7.
2. VNICVS est vsusfructus isque formalis contra communem, p. 118. n. 11
2. VNIVS hominis vna hereditas, pag. 337. num. 2.
2. Vni plures sunt heredes non tamen insolidũ sed diuisis partibus, p. 237. n. 6
2. Vni plures non sunt heredes, p. 237. n. 3.
2. Vnus vni, plures vni, vnus pluribus, & plures pluribus substitui possunt, & harum substitutionum exempla, p. 269. n. 1.
2. Vno ex septem testibus deficiente vitiatur testamentum, p. 154. n. 10.
2. VRBANVS homo si rure testetur eandem solemnitatem obseruare debet, pag. 155. num. 26.
2. Vrbanum prædium erit habitandi gratia vbicumque factum, p. 115. n. 4
2. Vrbanæ seruitutes referuntur & explicantur hoc loco, p. 115. n. 1
2. Vrbanum an Rusticum prædium esse, quomodo intelligatur, p. 115. n. 2.
2. VSVCAPIO acquisitio ciuilis est, pag. 124. num. 1.
2. Vsucapionis definitio, p. 124. n. 2.
2. Vsucapionis introducendæ causa bonum publicum fuit, p. 125. n. 3
2. Vsucapio, vt effectum habeat bona fides, iustus titulus, & legitima possessio requiruntur, p. 125. n. 4.
2. Vsucapio à præscriptione quid differat, pa. 125. num. 7.
2. Vsucapio etiam in suis sine possessione non procedit, p. 345. n. 45
2. Vsucapio pro herede an suis heredibus existentibus detur, p. 344. n. 38.
1. Vsucapio lege ciuili inducta fuit, pag. 28. num. 4.
2. Vsucapionem non impedit error in facto, p. 129. num. 3.
2. Vsucapionem impedit error in iure, p. 128. n. 2. & p. 129. n. 3.
2. Vsucapi possunt ecclesiasticæ res, p. 126. n. 4.
2. VSVARIVS quod ius ex vsu habeat, p. 123. num. 1.
2. Vsuarius nihilo magis iuris habet, quam rebus ad necessitatem vtendi, p. 118. n. 13.
2. Vsuarius commoditatem vendere potest, si alio qui vsus est inutilis, p. 123. n. 6.
2. Vsuarius alij ius vtendi concedere non potest, p. 123. n. 3.
2. VSVS seruitus est personalis, & eius definitio, p. 122. n. 1.
2. Vsus constituitur, & finitur ijsdem illis modis quibus vsusfructus, p. 122. n. 2.
2. Vsus est earum rerum quæ nobis vtentibus permanent, abusus vero, si pereant, pag. 121. num. 3.
2. Vsus, pecoris, siue armenti relictus quid præstet, 124. n. 4.
2. Vsus serui, aut iumenti siquis habeat quomodo vtatur, p. 125. n. 1.
2. VSVSFRVCTVS definitio an conueniat conductioni, p. 118. n. 8.
2. Vsus & vsusfructus differentiæ, p. 123. n. 5.
2. Vsufructu filio fam. relicto an eius morte an morte patris extinguatur, p. 121. n. 5.
2. Vsusfructus an amittatur si cedatur extraneo? p. 122. n. 13.
2. Vsusfructus pluribus legatarijs relictus in vna quaque persona diuersus & distinctus vsusfructus est, p. 403. n. 112.
2. Vsusfructus quotidie nascitur, & quotidie constituitur, p. 402. n. 107.
3. Vsus & vsusfructus olim adrogatori patri non quærebantur, & quare: pagi. 131. num. 86.
2. Vsusfructus mihi & heredibus meis relictus post mortem meam primo tantum heredi debetur, p. 121. n. 6.
3. Vsusfructus conductus ad heredes non pertinet, p. 334. n. 4. & p. 335. n. 11.
2. Vsusfructus amittitur per legitimum tempus vsufru-

vsufructuario,non vtente,p.123.num.10.
3. Vsusfructus monasterio per monachum vtrum acquiratur,remissiuè,p.131.n.91
1. Vsusfructus constitui potest, & in cont. actibus & in vltimis voluntatibus,pa.110.n.1.
1. Vsusfructus finitur maxima vel media capitis diminutione,p.122.n.8.
1. Vsusfructus definitio,p.117.n.2.
1. Vsusfructus sine vsu esse potest,pagina.119.numero.10.
1. Vsusfructus proprie non est rerum quæ vsu consumuntur,sed quasi vsus fructus, pagina.120. num.1.
1. Vsusfructus causalis, & formalis iuxta communem,p.118.n.10.
1. Vsusfructus est seruitus personalis,pagina.117. num.1.
1. Vsusfructus morte finitur,p.121.n.1.
1. Vsusfructus si ab vsufructuario proprietario cedatur amittitur,p.122.n.12.
1. Vsumfructum esse domini partem,quo modo intelligatur,p.118.n.16.
2. Vsusfructus, an fructus legetur nihil interest,p. 119.n.19.
3. Vsusfructus diuiduus est,& quare,pagina.228. num.14.
1. Vsusfructus actio quanto tempore amittatur,remissiue,p.122.n.11.
2. Vsusfructus an consistat in his rebus quæ vsu cõsumuntur,pagina.117.numero.3. & pagina. 119.num.17.
1. Vsufructuarius pater vtrum satisdare teneatur, p.118.n.7 & p.119.n.22.
1. Vsumfructum qui habet,fructus non habet,pag. 118.n.6.& p.119.n.21.
2. Vsusfructus rei interitu amittitur, pagina.122. num.15.
1. Vsusfructus diuidi potest,non item vsus,p.123 n.3.4.& 5.
1. Vsus fructus commoditas vẽdi extraneo potest. pa.122.n.14.
1. Vsusfructus seruitus personalis est,pagina.121. num.2.
1. Vsusfructus ciuitati relictus, quibus casibus & modis desinat,p.121.n.7.
1. Vsufructu vni legato, alij vero fundo vnius est vsus fructus alterius proprietas, pagina.120. num.2.
1. Vsum fructum hoc casu communem esse contenditur, & quomodo leges contrariæ concilientur,p.120.n.3.& 4.
2. Vsusfructus omnium rerum quæ in patrimonio nostro sunt constitui potest,p.120.n.1.
2. VSVFRVCTVARIVS omnem commoditatem habet & omnes fructus suos facit, p.118.n.14.
2. Vsufructuarius tenetur satisdare salua rerum substantia,pagina.118.numero 15.& pagina.119. num.22.
1. Vsufructuarius suo iure vtitur rebus, conductor alieno,p.120.n.14.
2. Vsufructuarius eos tantum fructus quos percipit suos facit,p.107.n.1.
2. Vsufructuarius si decedat fructibus maturis non tamen perceptis fructus heredibus eius non debentur,p.108.n.2.
2. Vsufructuarius gregis ex fætibus in locum demortuorum capitum substituit, non aliun de, pagina.108.numero.1.
3. VSV rei concesso,aliquando locatio, aliquando contractus innominatus, aliquando precarium,aliquando depositum irregulare contrahitur,p.189.n.3.
2. VSVCAPITVR res mobilis triennio, immobilis decem annis inter præsentes,viginti inter absentes,p.125.nu.1.
3. VSVRAE debentur iure ciuili contra Dominicum Soto,p.176.n.68.
3. Vsuræ in cõtractibus bonæ fidei debentur ex die moræ,p.176.n.66.
3. Vsuræ propter moram non soluentium infligun tur,p.352.n.3.
3. Vsuræ in contractu locationis ex die moræ debẽtur,p.332.n.8.
3. Vsuræ in contractibus stricti iuris citra stipulationem non debentur,p.176.n.67.
3. Vsuræ debentur post moram in iudicijs bonæ fidei fauore minorum ipso iure, quia ipso iure cõtrahitur mora,p.370.n.17.
3. VTILE per inutile aliquando vitiatur, pag. 247.n.11.
3. VTILITAS pro æquitate sæpe sumitur, pa. 327.n.37.
3. Vtilitas in libris nostris,id est,æquitas, pag.363 nu.32.
3. Vtilitas ex cuius opinione æstimanda in actione negotiarom gestorum,p.367.n.55.
3. VTENDA re vicissim vtrinque data nulla constituta mercede contractus innominatus celebratur,p.321.n.1.& 4.
3. Vtendum est genus dare,p.192.n.37.
2. VVLGARIS substitutio quæ eius forma,p. 261.n.73.
2. Vulgaris substitutio quare sic dicta,pagina.264. num.8.
2. Vulgaris substitutionis definitio, pagina. 264. num.9.
2. Vulgaris substitutio etiam filijs fit,pag.273.numero.1.
2. Vulgaris substitutio expirat adita hereditate, p. 271.n.3.
2. Vulgaris substitutio vnicum aliquando tantum modo casum comprehendit ex voluntate testatoris,p.267.n.25.
2. Vulgaris substitutio in extraneo multis casibus accidit,in filio vno duntaxat,pagina.273.numero.3.
2. Vulgaris substitutio simplex appellatur quia vnicum tantum casum comprehendit, pag.273. num.2.
2. Vulgaris substitutio expressa vna, tacita alia & quæ expressa,& quæ tacita sit,pagina.264.numero.10.
1. Vulgaris expressa substitutio tollit suitatem iuxta communem:sed communis falsa ostenditur,p. 57.n.42.
2. Vulgaris substitutio continet pupillarem tacitã, quæ eos ferè effectus quos expressa habet, pag. 290.n.2.
1. Vulgaris tacita substitutio nõ tollit suitatem ex communi,p.56.n.40.
1. Vulgaris substitutio tatita comprehenditur sub expressa pupillari,& illa suitatem tollit, pag. 48.n.18.
2. Vulgatis tacita sub expressa pupillari, pag.264. numero,11.

3. Vulgaris substituti datione ius transmissionis tollitur in legatis, pag. 58. n. 18.
3. Vulgaris substituti datione filius qui heres est necessarius, efficitur voluntarius, pag. 58. num. 13. & 19.
3. Vulgaris substitutio non inducit conditionem in filij persona, sed in persona substituti, pag. 59. num. 26.
3. VXOR, quæ sine mariti licentia contrahere non potest: potest quasi cõtrahere, sed iure Hispano vtrumque ei denegatur, pa. 365. n. 45.
3. Vxor, quæ in manum conuenerat suitatis nõ sanguinis agnationisque iure consequebatur, pa. 95. n. 3.

Litera. V. finis cum cateris omnibus.


SALMANTICAE

Excudebant Artus Taberniel, & Antonia Ramirez vidua Typographi.

Anno M. DC. VIII.

Dnys pri mihi mi cursibz meis

1° anno 100
2° 400
3° 460
4 530



58.

9.778